Digitized by Google

Digitized by Google

2

19.1.29


MARCI FABII QUINCTILIANI DE ORATORIA INSTITUTIONE LIBRI XII.

TOTUM TEXTUM RECOGNOVIT, pluribus in locis emendavit, ſelectas variorum Interpretum notas recenſuit, explanavit, caſtigavit; ſuas, quibus difficiliora Quinctiliani loca illuſtrantur, & antiqua Græcorum Latinorumque *Technologia* explicatur, adjunxit CLAUDIUS CAPPERONNERIUS Mon-Deſiderianus, Licentiatus Theologus Pariſienſis, & Regius Græcarum Literarum Profeſſor.

PARISIIS,
Typis Viduæ ANTONII URBANI COUSTELIER, ad Ripam Auguſtinianorum.

M. DCC. XXV.

CUM APPROBATIONE ET PRIVILEGIO REGIS.



LUDOVICO XV.

REGI CHRISTIANISSIMO.

MAJESTATEM REGIAM *cum alia plurima illuſtrant, tum illud a cæterorum hominum conditione præſertim ſecernit, quod velut ad vivum expreſſam* DIVINITATIS *ipſius imaginem reddere merito cenſeatur. Jam vero ſupremus ille Univerſi Opifex ac Moderator* DEUS *populo ſuo, in quem peculiare imperium habebat, certa lege prohibuit, ne quis munere inanis ad ipſum accederet:* Non apparebis, *inquit*, in conſpectu meo vacuus. *Neque tamen ulla re* Exod. 23. Deuter. 6.
Creator opulentiſſimus, neque dono cujuſquam

omnium Dator munificentiſſimu indigebat ; ſed illam legem eo conſilio tuleri, ut & ſummum ejus dominatum omnes gnoſcerent, & laborum ſuorum primitias priио bonorum omnium Auctori conſecrarent.

Quæ cum ego, Majeſtati uæ ſubjectus & in Regiorum Profeſſorum odinem cooptatus, cogitarem ſæpe numero & memoria repeterem, ad REGALE *ſoliumtuum accedere, & ſummam adverſus te reverentiam ac ſingulare obſequium coram prciteri non ſum auſus, niſi ſimul primos meoru1 tibi ſtudiorum fructus dedicarem. Quid autem hoc nomine potiſſimum offerrem, necdiu nec multum dubitanti mihi primus ipſe ſua ſe ſponte obtulit M. Fabius Quinctilianus, Romanæ juventutis ac Togæ moderator, in Principum Aulis nequaquam peregrinu aut hoſpes. Hunc enim Domitianus Imperator Sororis ſuæ Nepotibus inſtituendis præfecit Huic Urbium Princeps Roma ſuos Eloquentiæ Candidatos Oratoriis artibus imbuendos credidit. Hic Romæ cum*

publicam

publicam Scholam primus aperuiſſet, annuum e fiſco ſalarium accepit, ut Romanos juvenes Rhetoricam edoceret, id eſt, eximiam illam bene dicendi facultatem, quæ gravi argumentorum pondere in auditorum mentibus lucem, & leniorum quidem affectuum ſuavitate, vehementiorum autem vi atque impetu convenientes expoſitæ rei motus ſolet in animis excitare. Hac & Urbium Conditores effecerunt, ut vaga illa multitudo in populos coïret; & Legum Latores conſecuti ſunt, ut ſe ipſi homines ad ſervitutem juris adſtringerent: ea denique factum eſt ut, qua re homines beſtiis præſtant, in ipſa ipſis hominibus homo præſtaret. Cicer. 1. de Offic. *Neque immerito Eloquentiam* rerum Reginam *ſapiens ille Tragicus appellavit; ſive* Euripides. *quod humanam ſocietatem conflarit, conflatamque perfecerit; ſive quod imperium in omnes eo illuſtrius ac firmius, quo magis voluntarium eſt, exercere videatur.*

Quid igitur mirum ſi Carolus *ille, ut nomine, ita & re* Magnus, *Francorum* Rex

& Romanorum IMPERATOR, *tantam huic Arti addiſcendæ operam navarit? Exſtat hodieque invictiſſimi Principis eruditus cum Alcuino ſtudiorum adjutore Dialogus, ubi Rhetorices præcepta, dubium an nitidius, an accuratius explicentur. Alta mente repoſitum maneat hoc præ cæteris* IMPERATORIS *hujus effatum :* Ridiculum videtur ejus Artis præcepta neſciſſe, cujus quotidie occupatione involvi neceſſe eſt.

Rhetor. Pith. pag 359.

Quinctilianum porro præſtantiſſimum fuiſſe Artis Oratoriæ præceptorem, in confeſſo eſt apud omnes, qui bonas Literas vel a primo limine ſalutarint. Suum profecto, ne dicam primum, habere locum merebatur inter eos Auctores, quos Proavus tuus LUDOVICUS XIV. *ob egregias & Chriſtianiſſimo* REGI *convenientiſſimas virtutes* MAGNI *nomen meritus ac conſecutus, ad Sereniſſimi Galliarum* DELPHINI *uſum typis curavit excudendos. Verum, ſi deſponſa debitaque gloria Fabius noſter tum caruit, hoc qualecumque damnum plus ſatis reſarciri jure merito exiſtimabit, quippe qui non* DELPHINO

ſed REGI *jam offeratur*, *&* REGI *quidem Muſarum Alumno, quem venerandæ Religionis Antiſtes, inſigni morum ſanctitate, omni divina humanaque doctrina conſpicuus, ad Eccleſiæ & Regni tutamen inſtituit, atque educavit.*

Tam præclaræ inſtitutioni debet Gallia, quod in Univerſo Studio Pariſienſi gratuitum eſſe docendi munus nunc demum videat: debet, quod Regnum iſtud tanta prudentia modereris ac gubernes, Primario Adminiſtro uſus eo Principe, quem Regii Sanguinis nobilitas & inſitus publicæ utilitatis amor eo perducunt, ut & REGIS *gloriæ, & populorum ſaluti totus invigilet: debet denique, quod, cum Galliarum pacem ac totius Europæ tranquillitatem ſartam tectam ſervare velles, eam* REGIS *inclyti Filiam in* REGALIS *Throni Lectique ſociam elegeris, quam eximiæ animi dotes, genuina & ſincera pietas, atque inſtitutio vere Chriſtiana dignam Chriſtianiſſimo* REGE REGINAM *effecerunt.*

Tibi vero, REX AUGUSTISSIME, *piam*

Patris ſapientiam, ſummam Avi *manſuetudinem, longum glorioſumque Proavi Regnum apprecamur. In te quidem Gallici, potius dicam humani generis delicias, velut in altero* Tito, *jam agnoſcimus: nec vana ſpes affulget fore, ut te cum firmata ætas virum fecerit, & Literarum, ut* Franciscum I. *& Populi, ut* Ludovicum XII. *immo totius Patriæ, ut* Augustum, *parentem eſſe videamus.*

Hoc peroptat, hoc vovet REGIÆ MAJESTATI TUÆ *devotiſſimus*

Claudius Capperonnerius
Mon-Deſiderianus, Ambianenſis.

PRÆFATIO

PRÆFATIO

Claudii Capperonnerii in ſuam Quinctiliani editionem, Ad Illuſtriſſimum Eccleſiæ Principem ANDREAM-HERCULEM DE FLEURY, Antiquum Foro-Julienſem Epiſcopum; Chriſtianiſſimi REGIS Præceptorem, Gallici Regni Adminiſtrum, Sereniſſimæ Galliarum REGINÆ Archi-Eleemoſynarium, &c.

COGITANTI *mihi ſæpenumero*, ILLUSTRISSIME ECCLESIÆ PRINCEPS, *cui potiſſimum hæc de nova Quinctiliani editione inſcriberetur Præfatio, & totius conſilii mei ratio reddenda videretur, nemo Te viſus eſt ad hocce propoſitum accommodatiòr. Nam in Te vivum illud ac genuinum optimi Præceptoris exemplar a Quinctiliano adumbratum conſpicimus; qui* parentis erga diſcipulos ſuos animum ſumat, & in ejus locum ſe ſuccedere exiſtimet; ſimplex in docendo, patiens laboris, aſſiduus potius quam immodicus; cujus non auſteritas triſtis, non diſſoluta comitas; qui nec ipſe habeat vitia, nec ferat; *ſicque* teneriores *Alumni REGIS* annos a *corruptelæ* injuriâ cuſtodiat. *In Te civilem illum virum a Fabio depictum &* Oratoris illo ſacro nomine donandum *agnoſcimus*, tam moribus quam dicendi virtute perfectum, cum ingenii naturâ præſtantem, tum vero pulcherrimas artes penitus mente complexum, optima ſentientem, optimeque dicentem.

Quinctil. lib. II. cap. 2.

Quinctil. lib. XII. cap. 1.

Quid igitur mirum, ſi Te LUDOVICUS MAGNUS *Pronepoti ſuo Præceptorem, REX ipſe Regni ſui Adminiſtrum, omnes Academiæ ſocium adſciverint? Sed quoniam laudes mereri quidem, non autem audire amas, & tua ſumma laus eſt, nolle laudari; ne longiori ſermone tua tempora morari, ſicque publica in commoda peccare videar, totam ſuſcepti a me operis rationem paucis accipe.*

QUANTUM non ad eloquentiam modo, ſed ad omnem etiam Philologicam eruditionem conferre poſſint M. Fabii Quinctiliani de Oratoria Inſtitutione Libri XII. ſi magna cum accuratione in lucem edantur, hominem literatum, qui ignoret, arbitror eſſe neminem. Quicquid enim Grammatica de emendate loquendi ratione tradit accuratius, quicquid Rhetorica de ornate dicendi methodo luculentius præcipit, quicquid Dialectica de ſubtiliter differendi arte docet acutius, quicquid morum doctrina de pueris ſancte inſtituendis utilius præſcribit, quicquid (*a*) Rhetores Græci, (*b*) Latinique ad excolendam eloquentiam invenerunt.

(*a*) Gorgias videlicet, Prodicus, Protagoras, Antipho, Iſocrates, Ariſtoteles, Theophraſtus, Demetrius, Hermagoras uterque, Dionyſius Halicarnaſſenſis, Apollodorus, Theodorus, Hermogenes, Longinus, Alexander Numenius, Phœbammon, Minucianus, Apſines, Aphthonius, Theon, Georgius Diæretes, &c

(*b*) Cicero nimirum, Cornificius, Gallio, Celſus, Lenas, Virginius, Rutilius Lupus, Aquila Romanus, Rufi-

aut inventis addiderunt, hæc omnia uno in Quinctiliano facile deprehendunt; qui ejus libros ita legunt, ut intelligant. Sed mirum, immo & miſerum eſt, poſt quatuor minimum & octoginta editiones, id Fabium necdum obtinuiſſe, quod & a Bibliopola ſuo Tryphone poſtulabat, ut hi libri in manus hominum quam emendatiſſimi venirent, & operis difficillimi natura flagitabat, ut obſcuriora ſaltem loca luculentiſſimis interpretationibus illuſtrarentur. Cur autem ita male habitus fuerit auctor præſtantiſſimus, duas præſertim cauſſas afferre poſſe mihi videor.

Prima eſt, quod pauci admodum Quinctilianei operis codices MSS. reperiantur, iique fere omnes recentioris ætatis, & maximam partem ex primo illo tranſcripti, quem Poggius anno 1416. in San-Gallenſi monaſterio repertum in Italiam miſit; ſed in Angliam neſcio quo fato tranſlatum fuiſſe aiunt, Londinique in Sunderlandiæ Comitis Bibliotheca nunc aſſervari. Hic porro codex quot quantiſque ſcateat mendis, & lacunis deturpetur, ex quinque primis editionibus, Romæ, Venetiis, Mediolani, Tarviſii, ante vulgatas Raphaëlis Regii notas, factis, apparet.

Altera, quod, cum Quinctiliani Oratoria Inſtitutio univerſam Græcorum Latinorumque *Technologiam* complectatur, qui Rhetori huic edendo vel explicando navare operam volebant, eos oportebat veteris Philologiæ peritiſſimos eſſe; Rhetoras Græcos quidem vel ab Aldo editos, vel in Bibliothecarum forulis deliteſcentes; Latinos autem vel e Pithœana Bibliotheca in lucem emiſſos, vel alibi exſtantes cum alieni argumenti libris; Grammaticos omnes, aut eos ſaltem, quos Putſchiana editio exhibet; Scholiaſtas, Etymologos, Lexicographos utriuſque linguæ; Poëticæ, Metricæque rei ſcriptores; Dialecticos (præter Ariſtotelem) qui apud Diogenem Laërtium paſſim occurrunt; Juris quoque conſultos quoſdam, Hiſtoricos, Philoſophos prope omnes non legiſſe ſolum, ſed etiam intellexiſſe: immo ne in Muſica quidem aut in Geometria hoſpites eſſe ac peregrinos decebat. Scaligeros utique, Budæos, Victorios, Turnebos veri nominis (pſeudonymus enim eſt, qui notas in Fabium ſcripſit) Muretos, Caſaubonos, Salmaſios, &c. tantæ molis opus expoſcebat. Hi tamen aut nihil, aut perpauca, (idque obiter) quæ ad quarumdam Fabii locutionum explanationem facerent, conſcripſerunt.

Sua quidem laude fraudandus non eſt Raphaël Regius, qui multa Quinctiliani loca nativæ integritati (dubium an ingenioſius, an doctius) reſtituerit. Sed præter quam quod plurima reliquit incurata, in ſpiſſos etiam errores, ut in notarum decurſu palam fiet, vir eruditus interdum impegit: quod & longe potiori jure dictum velim de ſcriptore Commentariorum, quos neſcio quis, magni Turnebi nomen ementitus, & orbi literario fucum faciens, evulgavit. Hic enim tot ac tanta infarſit, quæ cum veris veri Turnebi elucubrationibus aperte pugnant, ut impudentiſſimus impoſtor omnes verecundiæ fines tranſiliiſſe merito exiſtimetur. Adde quod in Philologicis & *Technicis* locutionibus non raro caligat; in iis, quæ ad jus pertinent, aliquando plane cæcutit: quibus vitiis obnoxium fuiſſe Adrianum Turnebum nemo dixerit. Denique hoſce commentarios Turnebo perperam adſcribi, ſatis (opinor) liquet ex quodam Regiæ Bibliothecæ exemplari an. 1554. edito. Nam ibi cum ad ipſum tituli caput aliena manu adjectæ fuiſſent hæ duæ voces Adriani Turnebi, verſo folio chartulam agglutinavit Jacobus Mentelius Caſtro-Theodoricenſis, Doctor Medicus Pariſienſis, multis operibus editis clarus (obiit an. 1670.) & impoſtoris fraudem detexit ac divulgavit his verbis in inferiore margine referendis (*a*)

nianus, Fortunatianus, Marius Victorinus, Sulpitius Victor, Emporius, Aurelius Auguſtinus, Severianus, Priſcianus, Caſſiodorus, Soſipater, Diomedes, Donatus, Servius, Martianus Capella, Iſidorus, Beda, Alcuinus, &c.

(*a*) *Anno* 1586. *Thomas Brumenius Typographus Pariſienſis nactus, ut eſt maxime probabile, quam plurima commentarii in Quinctilianum hujuſce exemplaria, duo male præſtitit, quo ea & carius & facilius veniret* (utrum vænirent, an venderet.)

Primum quidem, quod mutaverit hanc, quam vides, paginam in hac verba:

» In M. Fabii Quinctiliani Oratoris præſtantiſſimi XII. » libros Inſtitutionum Oratoriarum breves admodum & » elegantes Commentarii, quos Adriano Turnebo viro » doctiſſimo plerique paſſim volunt adſcribi, nunc demum » ab omni Typographiæ labe in ſtudioſæ juventutis gra» tiam purgati.

Secundum, quod epiſtolæ (quam Thomas Richardus præſentis editionis artifex folio altero expreſſit) ſe eſſe auctorem primumque Commentarii hujus editorem nullo pudore aſſeveraverit: in qua certe re & candorem & judicium requiritur (an requirimus.) *Habuerit, velim, jus illum vendendi, ut ſuum: at non habuit ſane viris doctis imponendi, Turnebique gloriæ ita inſidiandi. Neque enim ille unquam hæc commentatus eſt Turnebus.*

Petrus Moſellanus in ſeptem priores Quinctiliani libros Annotationes congeſſit, in quibus & Scholiaſten potius, quam juſtum interpretem egit, & tota via ſæpius aberravit. Joachimus Camerarius in primum & ſecundum librum meliora quidem & tutiora, ſed tam pauca ſcripſit, ut non niſi promulſidem quamdam propinarit, & lectorum ſitim accenderit magis, quam extinxerit. Idem eſto de Philandri Recognitione & Caſtigationibus judicium. Antonius Pinus contrario prorſus inſtituto prolixos & prægrandes in tertium ſolummodo librum Commentarios accumulavit, ubi ſæpiſſime ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα exſiliit, & Fabii mentem operit potius, quam aperit. Quæ præter hos Merula, Badius, Aſcenſius, Sichardus, Barthius, Pithœus, Gebhardus, Pareus, Colomeſius, Galleus, Gibſon, Obrechtus, Almelovenius, &c. ad Fabianam Inſtitutionem enucleandam contulerunt, ea neque ad juſti perpetuique Commentarii titulum accedere, neque difficiliora Quinctiliani loca ſatis explicare potuerunt.

Adoleſcentibus quidem Rhetoricarum artium ſtudioſis, gratum opus fecit clariſſimus Rollinus collega noſter, qui mutilum & quaſi decurtatum Fabium cum brevibus notis e Turnebiano interprete magnam partem excerptis edidit. Nec ſatis pro merito laudari poteſt eloquentiſſimi viri conſilium, qui *brevia eloquentiæ docendæ compendia monſtrare* omnimodo ſtuduit: & luculentiſſimam ac diligentiſſime elaboratam Præfationem Quinctiliani libris præmiſit, qua de ipſa eloquentia & de præcipuis Rhetoricarum artium Magiſtris, ipſoque præſertim Quinctiliano eleganter æque ac facunde diſſeruit: unde operæ pretium facturum eſſe me arbitratus ſum, ſi eam in hac editione typis reddendam curarem. Sed Rollini Fabius, brevis eſſe dum laborat, ne fiat obſcurus, vereor; contextus enim ſeriem abrumpit; quædam habet, quæ, cum ad reſecta loca referantur, quo demum referenda ſint, neſcias; nonnullas etiam, quibus ipſa ſeries contextus melius conſtaret, intruſas dictiones adſcititiaſque continet. Quibus incommodis, aliiſque longe gravioribus obnoxia erat etiam illa Fabianæ Inſtitutionis Epitome, quam Pariſiis anno 1548. Jonas Philologus auctor emiſit. Sic fere fiunt illa, ut merito dixerit quis, *diſpendioſa compendia.*

Omne punctum tuliſſe videbatur eruditus Burmannus in ea Quinctiliani editione, quam elegantibus typis non ita pridem curavit adornandam. Habenda ipſi & agenda gratia eſt, quod omnium fere antiquarum editionum ſeriem contexuerit, multas Præfationes præmiſerit, & Dodwelli Annales ſubjunxerit, ex quibus de Quinctiliani ætate, vita, moribus, doctrina, ſcriptis & virtutibus abunde conſtaret; varias editorum & MSS. codicum lectiones adſcripſerit, variorum interpretum appoſuerit notas, quibus ipſe ſuas multa ſemper, aliquando tamen inconſulta eruditione refertas, adjunxit. Quin immo Burmanniana editio, ſive ad Quinctiliani contextum, ſive ad notas reſpexeris, longiſſime abeſt a perfecta, & numeris omnibus abſoluta, qualem reſpublica literaria quodam jure ſuo expetit, & pluribus ab hinc annis expectat. Ut enim Typographica σφάλματα in erratorum indice omiſſa prætercam, quinque ſunt maxima hujus editionis vitia, quæ me ad Oratoriam Fabii Inſtitutionem prælo reddendam, ut emendatior textus, accuratiores notæ, *Technicæ* loquendi formulæ intellectu faciliores tandem aliquando prodirent, compulerunt.

Nam primo quidem plurimas lectiones depravatas, & interpungendi notulas perperam appoſitas ita reliquit doctus Editor, ut neque in ipſis, quas adjunxit, variorum interpretationibus, veram lectionem, & interpungendi rationem deprehendere poſſimus.

Sic pagg. 40. 41. legitur: *Et in* here *neque* I *auditur.* Palam eſt legendum eſſe: *Et in* here *neque* E *plane*, *neque* I *auditur*, quomodo habent editiones Vaſcoſan. Stephan. &c. Et ſane probare ſtudet ibi Fabius medium quemdam eſſe inter E & I ſonum: exempli autem loco profert adverbium *here*, cujus ultima ſyllaba neque τοῦ E plane, neque τοῦ I ſonum reddat: unde apud veteres *heri* quoque ſcribebatur.

Pag. 154. *De diviſione.* Legendum eſt utique: *De diviſione & parenchireſi* [παρεγχειρήσει] ſicut legitur in MSS. codd. quos Raphaël Regius viderat. Quamvis enim *parenchireſin* cum diviſione Pſeudo-Turnebus, &, ante ipſum, Raphaël Regius, confuderint; harum tamen diſcrimen hoc in capite Fabius expoſuit. Nam diviſionem

virali judicio ſcripſerunt. Si conjecturis indulgere liceat, hæc fuit depravatæ lectionis origo : ſcriba imperitus, cum ita compendioſe ſcriptum repeririſſet CV. (id eſt, Centumviros) legendum eſſe putavit CN. quoniam V. & N. non niſi uno calami ductu inter ſe differunt. Atqui τὸ CN. compendioſa erat ſcriptura τῶ *Conſules*, ut patet ex notis juridicis apud Grammat. Veter. Putſch. pag. 1667.

Pag. 627. *Nam & ποιότητα & ποσότητα dicunt* [Græci ;] *nos utrumque eadem appellatione complectimur.* Quovis pignore contendam legendum eſſe πηλικότητα pro ποιότητα, quod in omnibus editionibus obtinuerat. Neque enim hic agitur de qualitate ποιότητι, ſed de duabus quantitatis ſpeciebus, quarum una diſcreta ποσότης, altera continua πηλικότης vocitatur. Latinorum τὸ *quantitas* utramque ſpeciem exprimit : Græci vero alteram altero vocabulo ſignificant. Πηλικότης hoc ſenſu reperitur apud Curium Fortunatianum in Rhetorib. Latin. e Pithœana Biblioth. editis, pag. 73. Πηλικότητος, inquit, *quot ſunt genera? tria*; μακρὸν, βραχὺ, μέσον.

Pag. 633. *Præter hæc finguntur in ſcholis &* ſcripti maleficii ; *in quibus aut hoc quæritur, an ſcriptum ſit*; *aut hoc, an maleficium ſit : raro utrumque.* Facile mihi perſuadeo legendum eſſe, *inſcripti maleficii..... quæritur, an inſcriptum ſit.* Nam *inſcriptum maleficium* illud ipſum eſt, quod Græci vocant ἄγραφον ἀδίκημα περὶ ȣ̃ νόμος ȣ̓ γέγραπται, (ut exponunt Heſychius & Suidas) de quo lex non eſt ſcripta. Vide præſtantiſſimum Cujacium Obſervat. lib. IX. cap. 13. Hæc autem loquendi formula *inſcripti maleficii*, ſæpius occurrit apud Latinos Rhetoras: in declamationibus Quinctiliano attributis num. 344. *Inſcripti maleficii ſit actio..... agit pauper cum divite inſcripti maleficii* (ſubauditur *actione* vel *judicio* :) *inſcriptum eſſe id quod objicio, non negatur.* num. 370. *Inſcripti maleficii ſit actio..... inſcripti maleficii reus eſt..... non eſt, inquit, inſcriptum, quia certa lege comprehenſum eſt.* Vide ad num. 252. itemque excerpta Controverſiarum Senec. lib. V. Controverſ. 1.

Pag. 634. *Plurimum tamen eſt in eo, quale ſit factum reipublicæ læſæ.* Sic erat interpungendum : *Plurimum tamen eſt in eo quale ſit factum. Reipublicæ læſæ*, &c. hic enim genitivus non pertinet ad τὸ *factum*, ſed ad nominativum ſubintellectum, *actiones*, vel *controverſiæ.* Et certe Fabius hoc loco plurimas controverſiarum ſpecies, quæ ad *ſtatum qualitatis* referantur, enumerat a pag. 632. [edition. Burmann.] *Alia quoque*, inquit, *multa controverſiarum genera in* qualitatem *cadunt*; *injuriarum..... de accuſatore conſtituendo..... tutelæ..... male geſtæ procurationis*; *in foro, negotiorum geſtorum : nam & mandati actio eſt. Præter hæc finguntur in ſcholis & ſcripti* [lege *inſcripti*] *maleficii..... male geſtæ legationis..... Reipublicæ læſæ..... ingrati quoque..... ſimpliciores illæ, injuſti repudii*, &c. Cæterum mala hæc interpunctio Gallicum interpretem (Gedoynum) ſcriptorem cæteroqui elegantiſſimum, in errorem induxit.

Pag. 778. *Quod ſit mixtura figurarum, cum προσωποποιΐα accedit illa, quæ eſt orationis per detractionem.* Quis unquam fando audivit *proſopopoeiam*, quæ orationis vel dictionis figura eſſet, & in detractione ſeu *Ellipſi* conſiſteret ? Nominativus ille προσωποποιΐα in dativum προσωποποιΐᾳ commutandus eſt, ita ut pronomen *illa* non ad τὸ προσωποποιΐα, ſed ad nominativum ſubintellectum *figura* referatur ; hoc ſenſu : *Quod ſit mixtura figurarum, cum τῇ προσωποποιΐᾳ accedit illa figura quæ eſt per detractionem.* Hic enim duplex *proſopopœiæ* genus exponit Fabius. In uno perſona non niſi generatim & indefinite nominatur : *Eſt*, inquit, *incertæ perſonæ ficta oratio*; *hic aliquis, &, dicat aliquis.* In altero perſona plane omittitur : *Eſt*, inquit, *& jactus ſine perſona ſermo :*

Hic Dolopum manus, hic ſævus tendebat Achilles.

Hoc autem poſterius *proſopopœiæ* genus fit utique mixtura figurarum, quatenus τῇ προσωποποιΐᾳ, *proſopopœiæ*, quæ figura ſententiæ eſt, accedit etiam altera illa dictionis figura per detractionem ſeu *Ellipſin.*

Pag. 826. *Nam de illo dubitari poſſit, an* ſchema *ſit diſtributis ſubjecta ratio. Quod apud eumdem primo loco poſitum eſt, προσαπόδοσις dicitur, quæ ut maxime ſervetur.* Perperam interpunctus eſt hic locus ; τὸ *eſt* abundat ; hæc autem verba, *diſtributis ſubjecta ratio*, diverſo erant excudenda charactere, cum Tullii ſint, non Fabii. Mala illa

interpunctio figuram, quam Latini dicunt *diſtributis ſubjectam rationem*, ſeparabat ab ea, quæ Græcis dicitur *προσαπόδοσις*: atqui una eademque figura eſt, ut ex Fabio & Rutilio Lupo pag. 1. Rhetor. Pithœan. ſatis patet. Sic ergo concipienda & interpungenda eſt tota hæc *perioche*: *Nam de illo dubitari poſſit, an ſchema ſit* diſtributis ſubjecta ratio; *quod apud eumdem primo loco poſitum προσαπόδοσις dicitur; quæ ut maxime ſervetur*, &c. Vide Ciceron. 3. de Orat. ubi ſic habet: *Et ad propoſitum ſubjecta ratio, & item in diſtributis ſuppoſita ratio.*

Pag. 853. *Talia ſunt Demoſthenis πᾶσι καὶ πάσαις; καὶ πᾶσιν ὑμῖν; ὅσην εὔνοιαν: & totum pene principium.* Nec fideliter allegatur hic Demoſthenis locus, nec bene interpungitur. Nam apud Græcos punctum cum virgula interrogandi notam præ ſe fert. Atqui nulla eſt hic interrogatio. Sic autem typis excudi oportebat: *πᾶσι καὶ πάσαις, ὅσην εὔνοιαν..... πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν, κλ.* prout apud Græcum oratorem legitur.

Pag. 854. *Quanquam ille Pæone Dochimoque.... utatur.*
859. *Eſt & Dochimus qui fit ex Bacchio & Iambo.*
860. *Sic enim fiet ultimus Dochimus.*

Poſt Quinctilianei operis tot editiones, miror barbaram vocem hanc *Dochimus* locum tenuiſſe τοῦ *Dochmius*, quod veram lectionem exhibet, ut ſatis probatur ex Hephæſtionis opuſculo de Metris, & ex veteribus Grammaticis Putſch. apud quos conſtanter legitur *δόχμιος*, *Dochmios*, *Dochmius*: hic autem vetus error tam late patet, ut omnes Ciceronis ipſius editiones deturparit. Quid? quod ipſe Voſſius, & ipſe Jovita Rapicius, qui de Oratorio numero unus fere omnium optime ſcripſit, depravatam lectionem paſſim ſecuti ſunt. Futurum ſpero ut, qui Oratoriarum artium ſcriptores in lucem deinceps edituri ſunt, pro τοῦ *Dochimus*, quod ferri nequit, τὸ *Dochmius* typis excudendum curent.

Alia plura quæ congeri poſſent, Burmannianæ editionis loca lubens prætermitto. Verbi gratia pag. 247. pro *προληπτικὸν* legendum utique mihi videtur *προληπτὸν* in voce paſſiva; nam in Latina Quinctiliani verſione legitur *præſumptum*.

Sed omittere non poſſum quod pag. 486. lin. 2. editionis Burmannianæ lectio duas propoſitiones omnino contradictorias Fabio adſcribat, quæ ſunt hujuſmodi. Prima: *Poteſt eſſe vera intentio & ratio; & tamen falſa connexio.* Secunda: *Si illa* [intentio & ratio] *vera ſunt, nunquam eſt falſa connexio.* Neque adeo miror Fabium ſibi contradicentem induci a Burmanno, qui nonnunquam ſibi ipſe contradicit. Nam pag. 883. ad hæc Quinctiliani verba: *Ut Servii Sulpitii, & Meſſalæ; quorum alter pro Aufidia, contra dixit alter*, ſic annotat: *Quorum alter, id eſt, Meſſala.* Atqui pag. 345. lib. IV. cap. 2. ſcripſit & demonſtravit Servium Sulpitium pro Aufidia dixiſſe: immo & Glandorpium refellit, qui Servium Sulpitium contra Aufidiam dixiſſe ſcripſerat.

Denique pro *ἄρυθμον* & *ἔυρυθμον*, quæ pag. 847. uti & in omnibus, quas vidi, editionib. leguntur, legendum eſſe *ἄῤῥυθμον* & *ἔῤῥυθμον*, ſatis probant luculentiſſima Dionyſii Halicarnaſſ. & Ariſtidis Quinctiliani (ex edit. Meibom.) teſtimonia, quæ in Notis proferam.

SECUNDO Burmannus depravatas lectiones in ipſo Quinctiliani contextu ſæpius reliquit; bonas autem in Notis, ubi cum aliis deterioribus promiſcue leguntur, indicare ſatis habuit: quod & aliis in ſcriptoribus a Burmanno editis factum fuiſſe merito queruntur Eruditi, & accuratæ Critices canonibus quanto adverſetur opere, nemo eſt qui neſciat. Hoc porro vitium ob oculos ponent nonnulla, quæ de pluribus elegimus, exempla.

Pag. 193. *Sed ei particulam civilitatis, ſicut dialecticis, aſſignat.* Quod in Notis legitur *ſicut dialectices*, hoc in ipſo textu erat apponendum. Ariſtoteles enim 1.° Rhetoric. cap. 2. Rhetoricam Politices æque ac Dialectices partem eſſe & quemdam veluti ſurculum, diſerte docet: *ὥστε συμβαίνει τὴν ῥητορικὴν εἶναι παραφυές τι τῆς διαλεκτικῆς, καὶ τῆς περὶ τὰ ἤθη πραγματείας, ἣν δίκαιόν ἐστι προσαγορεύειν πολιτικήν· ἔστι γὰρ μόριόν τι τῆς διαλεκτικῆς καὶ ὁμοίωμα.*

Pag. 198. *Artem conſtare ex præceptionibus conſentientibus & coexercitatis ad finem vitæ*

utilem. Pro *præceptionibus* legendum eſſe *perceptionibus*, jam ſupra demonſtravi ex hac artis definitione: *σύστημα ἐκ καταλήψεων συμφώνων, κλ.* Adde Ciceronis 2. Academ. quæſt. 7. locum, quem in Notis ipſe Burmannus attulit: *Ars vero*, inquit Tullius, *quæ poſſit eſſe, niſi quæ non ex una, aut ex duabus, ſed ex multis animi perceptionibus conſtat?*

Pagg. 250. 251. *Et eodem atque alio partiendo tamen ad hoc pervenit, ut* an ſit, quid, quale, quantum, & quammultum ſit, *quærendum putet.* Sed 1.° quidem legere oportet, *de eodem atque alio*, ut habetur in editionib. Colin. Argentin. Obrecht. Nam apud Rhetoras nihil vulgarius eſt hac loquendi formula [*de eodem atque alio*] qua *ſtatum definitivum* ſæpius, & *ſtatum qualitatis* aliquando ſignificant. Sic in ipſo Fabio pag. 246. edition. Burmann. *Archidemus* conjecturalem *&* finitivum, *excluſa* qualitate; *quia ſic de ea quæri exiſtimabat, quid eſſet iniquum, quid injuſtum, quid dicto audientem non eſſe: quod vocat* de eodem atque alio. Pag. 247. *Sunt qui* de eodem & de alio, *modo* qualitatem *eſſe*, *modo* finitionem *velint.* Pag. 614. *Diſſentire vix audeo a Cicerone, qui permultos ſecutus auctores, dicit* finitionem *eſſe* de eodem & de altero. Cicero in *Topic. Ex altero genere, quod erat bipartitum, unum eſt* de eodem & alio..... *huic generi finitimum eſt illud quod appellari* de eodem & altero *diximus.* Auctor Rhetorices Aurelio Auguſtino attributæ in Rhetoribus Pithœan. pag. 294. *Altera rationalis eſt quæſtio, quam Hermagoras* finem *vocat; Theodorus περὶ τῆς ἰδιότητος, id eſt*, de proprietate; *quidam quid ſit; nonnulli περὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑτέρου, id eſt*, de eodem & de altero. Vide Iſidorum Hiſpalenſem lib. 2. Origin. cap. 29. ubi de definitione *κατὰ διαφοράν.* 2.° Interpungendum eſt ante participium *partiendo*, hunc in modum: *De eodem atque alio. Partiendo tamen*, &c. & hanc quidem interpungendi rationem ſatis probat particula *tamen*, quæ priora illa verba (*dividit in veritatem ac fugienda, quod eſt ſuaſoriæ, & de eodem atque alio*) ſeparat ab his *ſequentibus* (*ad hoc pervenit, ut*, &c.) 3.° Denique legendum eſt *an ſit quid* abſque virgula poſt *τὸ ſit.* Si enim legeres *an ſit, quid*, &c. poneret Fabius ab Ariſtotele duos hic *ſtatus* deſignari; *conjecturalem* videlicet (an ſit;) & definitivum (quid ſit.) Atqui non niſi alio in loco *definitivum ſtatum* ab Ariſtotele ſignificari, docet Fabius in ſequentibus: *Quodam tamen loco finitionis quoque vim intelligit, quo dicit quædam ſic defendi*, (ſuſtuli, ſed non furtum feci; percuſſi, ſed non injuriam feci:) contra, ſi legeris *an ſit quid* abſque virgula, ſolus indicabitur *ſtatus conjecturalis*, qui, quamvis per *τὸ an ſit* exprimi ſoleat, aliquando tamen per *τὸ an ſit quid* exprimitur; ut apud Fabium lib. VII. cap. 3. *Ultra Oceanum nec quid ſit, nec quale ſit, ſed an quid ſit* [*quæritur.*]

Pag. 358. *De jure quæritur; ut pro eo qui pecuniam privatam de templo ſuſtulit, ſacrilegii agitur.* Hanc lectionem quomodo impune abire ſiverit nuperus editor, ſatis mirari non poſſum; nam *τὸ* (*de jure quæritur*) quæſtionem juris plerumque indicat, quæ a Rhetoribus *quæſtio qualitatis*, vel *de qualitate*, vel *qualitas* appellari ſolet. Atqui in ſpecie litis a Quinctiliano propoſita ſermo eſt de ſurrepta in templo pecunia, quæ cum ad privatum pertineret, Actor quidem ſacrilegium, Reus vero furtum eſſe contendit. *Status* ergo *definitivus* eſt, quem Latini Rhetores *finem* etiam, *finitionem*, *cauſſam finalem*, *quæſtionem de proprietate*, *de nomine*, *de eodem atque alio* vocitant. Itaque in Fabii loco legendum erat *de fine*, vel *de nomine.* Dixi hac locutione (*de jure quæritur*) quæſtionem juris plerumque indicari; quia *jus* apud Quinctilianum aliquando ſignificat etiam *ſtatum tranſlativum*, præſcriptionem, &, ut vulgo aiunt, *exceptionem judicii declinatoriam.* Sic lib. VII. cap. 5. *Juris loco quæri ſolet..... juris cavillationes..... una quæſtio eſt juris.* Cap. 6. *Qui neque feciſſe ſe negabit, neque aliud eſſe quod fecerit, dicet, neque factum defendet; neceſſe eſt in ſuo jure conſiſtat, in quo plerumque actionis eſt quæſtio.* Lib. XII. cap. 2 *Cum alia* conjectura *quærantur, alia* finitionibus *concludantur, alia jure ſummoveantur.* Ut ut eſt, hæc loquendi formula (*de jure quæritur*) ſpeciei a Fabio poſitæ ſeu *ſtatui definitivo* nequaquam congruit.

Pag. 625. *Alterum eſt defenſionis genus, in quo factum per ſe improbabile aſſumptis extrinſecus auxiliis tuemur: id vocant προσληπτικήν. Latini hoc quoque non ad verbum transferunt.* Aſſumptiva *enim dicitur cauſſa.* Hac in lectione Fabius ipſe ſibi aperte contra-

dicit; ait enim a Græcis προσληπτικὴν vocari quamdam cauſſæ conſtitutionem, quam Latini ad verbum non tranſtulerint; quia *cauſſam aſſumptivam* appellarunt. Atqui προσληπτικὴ, [στάσις] ſi verbum verbo reddas, eſt *aſſumptiva* [cauſſæ] conſtitutio. Cæterum τὸ προσληπτικὴν valde ſuſpectum habeo, cum vox ea non reperiatur apud Græcos Rhetoras, qui *ſtatum qualitatis aſſumptivæ* conſtanter nominant ἀντίθεσιν, vel ἀντιθετικὴν στάσιν, vel κατ' ἀντίθεσιν, ut ex Hermogene ſatis patet. Igitur in allato Quinctiliani loco pro προσληπτικὴν legendum mihi videtur κατ' ἀντίθεσιν; 1.° quia ſic legitur in edition. Robert. Stephan. 1542. & pluribus in aliis; 2.° quia Fabius *qualitatis abſolutæ ſtatum* jam vocarat Græce κατ' ἀντίληψιν: ubi Græca locutio non eſt ad verbum Latine tranſlata. Atqui *de ſtatu aſſumptivo* pariter dicit: *Latini hoc quoque non ad verbum transferunt*; ſicut de *abſoluto* antea ſcripſerat: *Latine ad verbum tranſlatam non invenio.*

Pag. 767. *Sine confirmatione ſententiæ.* Cum de ſententiarum figuris hic agatur, palam eſt legendum eſſe: *Sine conformatione ſententiæ.* Quæ tamen lectio in Notas tantummodo rejecta fuit.

Pag. 780. *Et tota interim cauſſæ confirmatio.* In Notis legitur, *cauſſæ conformatio*: cujus lectionis bonitas inde probari poteſt, quod Fabius hic agat de *Ironia*, quæ interdum tota in oratione, in toto ductu orationis, in tota cauſſæ ſeu actionis conformatione dominatur; atque hujuſmodi orationes λόγους ἐσχηματισμένους Græci, Latini *controverſias figuratas* appellarunt.

Pag. 811. *Hoc alii* μετωνυμίαν, *alii* disjunctionem *vocant*; *utrumque* (*etiamſi eſt diverſum*) *recte. Nam eſt nominum idem ſignificantium ſeparatio.* Certe τὸ μετωνυμίαν ferri nequit. *Metonymia* enim *tropus* eſt a Fabio lib. VIII. cap. 6. explicatus: hic autem de quadam figura dictionis agitur. Atqui *troporum* a figuris differentiam Fabius non agnovit ſolum, ſed & peculiari capite, quod libri noni primum eſt, demonſtravit. Deinde Vallenſis liber habebat κοινωνίαν, quæ vox Quinctiliani mentem luculenter explicat: ejuſdem veſtigia Voſſianus codex, qui κοινομίαν exhibet, conſervavit. Præterea τὸ κοινωνίαν mire quadrat ſequentibus: *Alii disjunctionem vocant*; *utrumque* (*etiamſi eſt diverſum*) *recte.* Nam κοινωνία [id eſt, communio] plane diverſa eſt a disjunctione. Nec tamen ſpernenda eſt hoc quidem in loco Turnebiani commentatoris conjectura, qui legebat συνωνυμίαν. Hæc enim lectio ſatis cum iis congruit, quæ ab Alexandro Numenio de *ſynonymia* traduntur in opuſculo de verborum figuris, apud Græcos Rhetoras edition. Ald. Tom. 1. pag. 583.

Pag. 813. *Sed utrumque horum coacervatio. Etenim tantum juncta aut diſſoluta omnibus ſcriptores ſua nomina dederunt, ſed varia, & ut cuique fingenti placuit.* Adjectiva τὰ *juncta* & *diſſoluta* non poſſe ad τὸ *ſcriptores ſua nomina dederunt*, referri, quis non videt? Itaque referuntur ad τὸ *coacervatio*, ita ut a Fabio dicatur *coacervatio juncta aut diſſoluta*, quemadmodum ab eodem jam dicta fuerat *copulata diſſolutio.* Unde admittenda omnino erat ea lectio, quæ in duobus Notarum locis indicatur: *Sed utrumque horum coacervatio, & tantum juncta aut diſſoluta. Omnibus ſcriptores ſua nomina dederunt: ſed varia*, &c. Et certe τὸ *coacervatio juncta*, eſt Græcorum πολυσύνδετον; τὸ *coacervatio* autem *diſſoluta* eſt eorumdem ἀσύνδετον, ut ex allatis a Fabio exemplis patet.

Pag. 823. *Nec ſemper contrapoſitum ſubjungitur, ut in hoc*: Eſt enim hæc, judices, non ſcripta, ſed nata lex. *Verum ſicut Cicero dicit, quod de ſingulis rebus refertur ad ſingula: ut in eo, quod ſequitur*, Quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus. *Nec ſemper quod adverſum eſt*, &c. Hoc in loco male interpunctum fuit poſt τὸ *lex*; & τὸ *quod*, poſt τὸ *Cicero dicit*, abundat, & ſeriem orationis vitiat: immo quibuſdam in editionibus non occurrit, ſecundum quas longe rectius legemus: *Nec ſemper contrapoſitum ſubjungitur*; *ut in hoc*: Eſt enim hæc, judices, non ſcripta, ſed nata lex; *verum, ſicut Cicero dicit, de ſingulis rebus propoſitis refertur ad ſingula*, &c.

Pag. 825. *Quarum pars eſt, quæ ſententiarum potius, quam verborum ſit*; *imminutio, improviſa imago, ſibi ipſi reſponſio.* Hæc ſane verba *improviſa imago* abſurdum & ab auctoris mente prorſus alienum ſenſum exhibent. Fabius hoc loco quaſdam figuras a Cicerone lib. III. *de Orat.* memoratas recenſet. Atqui eaſdem cap. 1. hujus libri jam enumerarat

enumerarat his verbis: *Et imminutio..... & permiſſio..... & rurſus alia dubitatio, & improviſum quoddam, & dinumeratio..... & imago, & ſibi ipſi reſponſio.* Hic igitur citra dubium legere oportet: *Ut imminutio, improviſum, imago,* &c. quæ tamen lectio non niſi in Notis innuitur.

Pag. 827. *Cornificius interrogationem, ratiocinationem, ſubjectionem..... occultationem.* Cornificium ſcriptæ ad Herennium Rhetorices auctorem eſſe, alibi oſtendetur. Atqui hoc in ſcriptore, ubi varias figuras exponit, nuſpiam *occultatio*, ſed alicubi (lib. IV. num. 38.) *occupatio* reperitur. Itaque legendum eſt *occupationem*: qua de lectione fit in Notis mentio.

Pag. 852. In Africa fuiſſe, *initium ſenarii eſt, primum pro Quinct. Ligario caput cludit,* eſſe videtur. *Nam nimis frequens octonarium inchoat.* Primam orationis pro Ligario periodum claudit non τὸ *eſſe videtur* [vel potius *videatur*] ſed τὸ *in Africa fuiſſe*, ut legenti ſtatim liquet. Aliunde vero clauſula hæc *eſſe videatur* octonarium verſum inchoare poteſt. Ergo in ipſo contextu ponenda erat illa, quæ in Notis innuitur, lectio: in Africa fuiſſe *initium ſenarii eſt; primum pro Quinct. Ligario caput cludit.* Eſſe videatur (*nam nimis frequens*) *octonarium inchoat.*

Pag. 855. *Pyrrhichium, quem alii Periambum vocant.* Hunc pedem Græci παρίαμβον conſtanter appellant, ut fidem faciunt Hæpheſtio, ejuſque Scholiaſtes, & veteres Grammat. Putſch. e quibus unum Marium Victorinum allegabo, qui pag. 2486. ita ſcripſit: *Pyrrichius, qui & Pariambus, & Dibrachys appellatur; ſed Pariambus ideo quod minus habeat unum tempus ab Iambo.* Παρὰ *enim Græci minus dicunt.*

TERTIO in Burmannæa Quinctilianei operis editione, innumerus eſt variantium lectionum numerus, quarum pleræque in ſupinas dormitantium ſcribarum allucinationes videntur eſſe refundendæ: quod quantum a recta Critices ratione abhorreat, nemo non facile perſpicit. Ecquis enim, amabo vos, ſi Græcum auctorem quempiam typis excudendum curet, in variantium lectionum claſſem referat, quæ ſæpius in manuſcriptis codicibus occurrunt; τίκτει πεδίον, pro παιδίον; ἀσπάζετε ὑμᾶς, pro ἀσπάζεται; λοίπη, pro λύπη; ταῖς λυπαῖς παρθένοις, pro λοιπαῖς; ἰδίον, pro ἠδίων; διατριβὴν, pro διατειβὴν; φυμὴ, pro φημὶ; ὠρείζειν, pro ὀρίζειν; λυδωρείαν, pro λοιδορίαν? Hæc & ſimilia omittunt naſutiores Critici, quia & omnem excedunt numerum, & nullam legentibus utilitatem afferunt. Quot autem hujuſmodi lectionum διαφορὰς ἀδιαφόρους undique perquiſierit Burmannus & perquiſitas congeſſerit, palam faciet vel tantula pars, quam afferemus, exemplorum.

Pag. 6. *Ad minora illa, ſed, quæ ſi negligas, non ſit majoribus locus, demittere me non recuſabo.* Et in Notis *ad majora illa*: quæ lectio, ut patet, nihili eſt.

Pag. 10. *Quatuor elocutioni (in cujus partem memoria ac pronunciatio veniunt) dabuntur.* In variant. lectionib. *in cujus parte*: quod ſolœciſmum ſapit.

Pag. 14. *Non aſſueſcat ergo, ne dum infans quidem eſt, ſermoni qui dediſcendus ſit.* In variant. lectionib. *nedum infans* per τὸ ὑφὲν: quod ferri nequaquam poteſt.

Pag. eadem. *Gracchorum eloquentiæ multum contuliſſe accepimus Corneliam matrem.* In variantib. *Corneliæ.*

Pag. 20. *Neque enim mihi illud ſaltem placet, quod fieri in plurimis video, ut.* In variantib. lectionib. *ullus ſaltem.*

Pag. 28. *At enim emendationi prælectionique numerus obſtat.* In variantib. *prælationi.*

Pag. 38. *Et enarrationem præcedit emendata lectio.* In notis legitur, *narrationem*: quæ vox nullum hic habere locum poteſt.

Pag. 228. *Precandi, quod* εὐχωλὴν *dixit.* In variantib. lectionib. εὐκαλὴν: quæ lectio ut quid chartam occupat?

Pag. 243. Κεῖσθαι *quod eſt eſſe quodammodo; ut ſedere.* In variantib. συγχεῖσθαι: quod cui bono poſſit eſſe, non video.

Pag. 246. *Quod vocat [Archidemus] de eodem & alio.* In variantib. lectionib. *de eodem & alia*: quod monſtrum lectionis eſt.

Pag. 262. *At quantum & quam multum & ad aliquid..... & comparativus non eamdem rationem habent.* In variantib. legitur *comparativos*: qui purus putus eſt ſolœciſmus.

e

Pag. 314. *Quomodo & ſimilitudine..... & tranſlatione atque aliis tropis utemur.* In variantib. *ne latione:* quam appoſuiſſe lectionem, refutaſſe eſt.

Pag. 315. *Quo & adverſarius uti poteſt.... quod aliunde trahitur.* In Notis habetur: *Quid & adverſarius uti poteſt..... quod ad aliunde trahitur:* quæ legiſſe nullum erit operæ pretium.

Pag. eadem: *Si res præparatione non egeat.* In variant. *non egat.*

Pag. 322. *Nihil enim hic de veneficio.* In variant. *de beneficio.* Ecquis vero literas B & V, ob antiquam ſoni ſimilitudinem, a ſcribis oſcitantibus perſæpe confuſas invicem fuiſſe neſciat?

Pag. 323. *Poteſt videri non ſemper eſſe etiam ipſa actio neceſſaria.* In variant. *ipſa acti neceſſaria.*

Pagg. 330. 331. *Nec enim mihi unquam tanta fuerit cura brevitatis, ut non ea, quæ credibilem faciunt expoſitionem, inſeri velim.* In Notis legitur: *ut non eamque credibilem faciunt,* &c.

Pag. 334. *Sunt qui adjiciant his evidentiam, quæ ἐνάργεια Græce vocatur.* In variantib. ἐνέργεια: quæ ſane lectio non niſi nauſeam movere iis poteſt, qui Græcas literas vel a primo, quod aiunt, limine ſalutarint.

Pag. 335. *Cum quid veri non dicendum, ſed quodammodo etiam oſtendendum eſt.* In variantib. lectionib. *quodam modum.*

Pag. eadem: *In quibuſdam cauſſis obſcuranda veritas eſt.* In variantib. *veritas eſſent.*

Pag. 340. *Nec enim eſt una lex defenſionis, certumque præſcriptum.* In variant. lectionib. *certum eſt quæ præſcriptum.*

Pag. 341. *Sunt quædam falſæ expoſitiones, quarum..... duplex eſt genus. Alterum quod inſtrumentis adjuvatur.* In variantib. *alterum quod inſtrumentum adjuvatur.*

Pag. 342. *Somniorum & ſuperſtitionum colores.* In variantib. lectionib. *ſuperſtitiorum.*

Pag. 344. *Quorum pleraque ſunt cuſtodienda: immo nunquam, niſi ratio coëgerit, mutanda.* In Notis, *niſi raro coëgerit.*

Pag. 457. *Sed Doryphorum illum.* In variantib. lectionib. *Dorumphoron Dor. Doriphorum phoron.*

Pag. 625. *Alterum eſt defenſionis genus, in quo factum per ſe improbabile aſſumptis extrinſecus auxiliis tuemur; id vocant προσληπτικήν..... aſſumptiva dicitur.* Jam ſupra demonſtratum eſt, pro τῷ προσληπτικὴν, legendum eſſe κατ' ἀντίθεσιν. Sed Burmannus malam in textu lectionem reliquiſſe non ſatis habuit, lectionum etiam monſtra in variantibus appoſuit: cujuſmodi ſunt προσλειπτικὴν, κατ' ἀντίστασιν, κατ' αἴτησιν. Nam primum quidem meram κακογραφίαν redolet; alterum unam *ſtatus aſſumptivi* ſpeciem, quæ a Latinis compenſatio & comparatio dicitur, exhibet, cum hic de *ſtatu aſſumptivo* generatim conſiderato agatur; tertium ad rem nequaquam pertinet.

Pag. 646. *In ove lanæ ſunt.* Legitur in variantib. lectionib. *in novella ne ſunt.*

Pag. 717. *Demoleos.* Et in variantib. *duæ moleos.*

Pag. 778. *Accedit illa [figura] quæ eſt orationis per detractionem; detractum eſt enim quis diceret.* In variantib. habetur: *per tractationem:* cui locus eſſe non poteſt.

Pag. 813. *Illud ἀσύνδετον, hoc πολυσύνδετον dicitur.* In variantib. lectionib. ἀσύνθετον, πολυσύνδετον. Quæ duo quam ſint a ſubjecta re aliena, patet ex Aquila Romano, Diomede, Venerabili Beda, &c. Vide Pithœan. Rhetoras pagg. 22. 346. & Grammatic. veter. Putſch. pag. 440.

Pag. eadem. *Sed utrumque horum coacervatio.* In variantib. *coacerbatio:* quæ vox meram Librarii negligentiam aut ignorantiam arguit.

Pag. 853. *Quicquid ἔνρυθμον.* In variantib. legimus, *quicquid empiomon, quicquid eſt empiomon.*

Pag. 855. *Quem alii Periambum vocant.* Et in variantib. lectionib. *Piriambum.* Qui duo puri puti ſunt imperitorum ſcribarum errores. Nam *Pariambum* legi oportere, ſupra demonſtravi.

QUARTO Burmannus congeſtas in Quinctiliani contextum Notas plurimis infarſit interpretationibus, quarum aliæ ad rem non pertinent, aliæ Fabii mentem obſcurant

potius, quam illuſtrant; aliæ graviſſimis etiam ſcatent erroribus; quædam Græcas locutiones Latine non tam vertunt, quam pervertunt. Quas quidem perverſas interpretationes tantum abeſt ut emendarit, ut ſuis aliquando adauxerit. Hoc autem ne quis temere aut ἀλαζονικῶς a me dictum putet, quibuſdam ſaltem exemplis demonſtratum dabo; nam æquo prolixior ego ſim, ſi velim omnia dicendo percurrere.

Pag. 23. columna ſiniſtra circa fin. *Clemens Alexandrin. Stromat. lib.* 1. Περιλήπτους δὲ οὔσας καὶ βαρβάρων φωνὰς, μηδὲ διαλέκτους, ἀλλὰ γλώσσας λέγεσθαι: *Barbarorum voces non intellectas, non dialectos, ſed gloſſas dici.* Atqui 1.° quidem, pro περιλήπτους, legendum eſt ἀπεριλήπτους. 2.° Clementis locus ita vertendus erat: *Barbarorum voces, cum nullo certo numero comprehendi poſſint, non dialectos,* &c. Latinus interpres ἀπερίληπτος cum ἀκατάληπτος perperam confuderat.

Pag. 79. column. ſiniſtr. *Beneventum oppidum eſt in Samnio, quod, cum antea Maleventum appellaretur, Romani cum illuc coloniam deduxiſſent, per* Euphoniſmum *poſtea* Beneventum *appellarunt.* Turneb. Sed fallitur & fallit ille Pſeudo-Turnebus; verus enim Turnebus dixiſſet *per Euphemiſmum*, ſicut Græci κατ᾽ εὐφημισμόν.

Pag. 137. *Aphthonius narrationem habere debere ait claritatem, brevitatem, perſuaſionem, & verborum electionem.* Turneb. Qui pro *perſuaſionem* ſcribere debuiſſet *probabilitatem*, cum in Græco legamus πιθανότητα.

Pag. 142. column. ſiniſt. *Communes formulæ quæ dicuntur per amplificationem in virtutes aut vitia, aut ſeorſum tractantur, ut progymnaſmata; aut in orationum epilogis, idque dupliciter; vel illo generali ambitu, vel addita circumſcriptione: quanquam ubique eſt theſis.* Turneb. Scriptor hic, quicumque tandem ſit, theſin inter & *communem locum* nihil ſtatuit diſcriminis: hæc tamen duo progymnaſmata ſatis longo intervallo ſepararunt Hermogenes, Aphthonius, Theon, & ipſe Quinctilianus lib. 11. cap. 4.

Pag. 165. column. ſiniſt. *Quæſtionem tractat conjecturalem, an neceſſaria ſit Rhetorice.* Turneb. Qui, pro *conjecturalem*, ſcribere debebat *qualitatis*; qui enim veterum Rhetorum libros vel primis labellis deguſtarit, is hujuſmodi quæſtionem, *an neceſſaria ſit Rhetorice*, ad *ſtatum qualitatis* pertinere ſtatim deprehendet. Et certe, utrum Rhetorica exiſtat nec ne, quæſtio eſt *conjecturalis*, ſive, ut vulgo loquuntur, *de facto*: an ſit autem neceſſaria, pertinet ad rei, quæ jam exiſtere cenſeatur, qualitatem.

Pag. 250. column. ſiniſt. ad hæc Quinctiliani verba: Συντελικὴν, *qua conjecturam ſignificari, magis ex his quæ ſequuntur, quam ex ipſo nomine apparet*; explicationis loco hanc unam Notam Burmannus adſcripſit: *Sic fortaſſe quia contracta & coëuntia argumenta, ſive ſigna, ex quibus conjectura petitur, proſunt; & quod per ſe non ſufficit, cæteris adjunctum, teſtimonii loco dicetur;* συντελεῖν *enim* perficere & ad ſummam conferre *ſignificat.* Sed Turnebianus ille interpres aut neſcivit, aut non animadvertit hiſce Græcis locutionibus ὁ συντελικὸς χρόνος, τὸ συντελικὸν ῥῆμα, τὸ συντελὲς χρόνου, ἡ συντέλεια, deſignari tempus præteritum, ſeu quod rem jam actam & perpetratam, adeoque factum quodpiam ſignificet, ſicut ὁ ὑπερσυντελικὸς χρόνος eſt tempus pluſquam perfectum: unde Rhetor Athenæus a Fabio laudatus *conjecturalem ſtatum* (vulgo quæſtionem de facto) συντελικὴν στάσιν jure merito potuit appellare. Noſtram propoſitionem adſtruent plurima Græcorum Philologorum teſtimonia. Apollon. Rhod. Scholiaſt. pagg. 45. & 104. (edition. in 8.°) ῥῆμα συντελικὸν vocat τὸ ἐξῆιον & τὸ δύψαντες. Pag. 114. de vocabulo ἤρεσαν ſic loquitur: τῷ συντελικῷ ἐχρήσατο ἀντὶ τοῦ παρατατικοῦ ἤρεσσον. Magn. Etymol. pag. 472. de verbo ἶξον, quo rem jam factam, non vero tempus imperfectum notari contendit: οὐ γὰρ παράτασιν σημαίνει, ἀλλὰ συντέλειαν. Phrynich. in Sylloge dictionum Attic. de τῷ μέλλω, quod cum verbo rem actam ſignificante conſtrui poſſe negat: τὰ δὲ συντελικὰ οὐδένα τρόπον ἁρμόσει τῷ ἔμελλον. Diogen. Laërt. in vita Chryſippi tom. 1. pag. 482. edition. Amſtelodam. ubi de propoſitionibus, quæ rem jam factam notent, ita ſcripſit: περὶ συντελικῶν ἀξιωμάτων, id eſt, *de propoſitionibus præteriti temporis*; nam peſſime Latinus interpres: *de perfectis proloquiis.* Apollon. Dyſcol. in opuſculo de ſyntaxi, pagg. 250. 270. his vocibus, συντελὲς τοῦ χρόνου, συντέλεια, præteritum tempus & rem perpetratam notat. Demetrius Phalereus aut alius opuſculi de *Elocutione* ſcriptor num. 220. cenſet Aoriſtum illud ἀπωλόμην multo ſi-

gnificantius eſſe præſenti τῷ ἀπόλλυμαι; quia tempus jam præteritum remque factam deſignet: τὸ ἀπωλόμην, ἀντὶ τοῦ ἀπόλλυμαι, ἐναργέστερον αὐτῇ τῇ συντελείᾳ ἐστί.

Pag. eadem column. dextr. *Quæſtiones deinde de eodem & alio, in quibus quam multum & quam magnum quæritur: quæ quantitatis ſunt ſpecies.* Turneb. Jam luculente demonſtratum ſupra fuit, his loquendi formulis *de eodem & alio*, περὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑτέρου, non niſi *definitivum ſtatum*, aut etiam τὸν *qualitatis* indicari. Ergo Turnebianus ille fruſtra eſt, cum eas ad *quantitatem* referre conatur.

Pag. 257. column. ſiniſt. ad hæc Fabii verba: (*Non debuiſti interdicere; an recte interdictum ſit, ambigitur;*) aliam nullam Burmannus notam appoſuit, niſi hanc abſurdiſſimam (dicto ſit venia) æque ac inſulſiſſimam: *Interdicere pro interdictum ferre..... non debet interdicere, niſi qui ſumma fungatur poteſtate: ideo minor Magiſtratus non debet interdicere, ſed petere a majore ut interdicat.* Atqui hoc quidem in loco τὸ *interdicere* de litigatore ipſo, non de judice dicitur: litigator hac in ſpecie non judicem in judicium vocat, ſed cum adverſario agit hunc in modum: *Non debuiſti interdicere, hoc eſt, litem movere de poſſeſſorio, de obtinenda vel recuperanda poſſeſſione per Prætoris interdictum, ſed petere, hoc eſt, agere de petitorio, rem ipſam controverſam addici tibi in judicio poſtulare*, &c. Hunc ſæpe ſenſum eſſe verbi τοῦ *interdicere*, liquet ex multis Pandectarum locis. Verbi gratia, Ulpian. leg. 3. §. 5. π. uti poſſidetis: *Ex ædibus meis in ædes tuas projectum habeo; interdicis mecum, ſi eum locum poſſideamus qui projecto tegetur; an quo facilius poſſim retinere poſſeſſionem, ejus poſſeſſionis interdico tecum, ſicut nunc poſſidetis ædes eas*, &c. Moleſtum mihi eſt, quod Gallicus Interpres (Gedoynus) vir alioqui eruditus & politioris literaturæ peritiſſimus, illam Pſeudo-Turnebi explicationem adoptarit, & ſic expreſſerit: *Vous Preteur, vous n'avez pas dû porter cet interdit; c'étoit l'affaire du Conſul.*

Pag. 387. column. ſiniſt. *Hermogenes in libro de ſtatibus hunc locum appellat probationum ex petitione.* Turneb. Si Burmannus Hermogenem ipſum conſuluiſſet, inveniro potuiſſet locum his verbis conceptum: τὴν τῶν ἐλέγχων ἀπαίτησιν, id eſt, *probationum expetitionem*, ut recte vertit Sulpicius Victor, unus e Pithœanis Rhetoribus, pag. 250.

Pag. 519. column. ſiniſt. in fine: Ἁπλοῦν γὰρ εἶναι βούλεται καὶ ἀποίητον τὸ πάθος: *Simplex enim eſſe vult & ſine qualitate ulla affectus.* Regius. Locus eſt apud Demetr. Phaler. aut alium quemvis de Elocutione ſcriptorem numero 28. ubi (quod miror) Petrus Victorius etiam vertit: *Simplex enim..... & ſine qualitate ulla affectus:* quam verſionem retinuit Thomas Gallæus in poſtrema editione facta Oxonii 1676. Omnes autem eumdem errorem erraverunt, eo quod τὸ ἀποίητον [quod eſt affectationis expers, quod eſt ſine ullo factitio & de induſtria quæſito] confuderint cum ἄποιον [quod eſt qualitatis expers & ſine ulla qualitate.] Cæterum quam vocabulo ἀποίητον interpretationem dedimus, ea pluribus veterum Philologorum teſtimoniis adſtrui facile poterit. Dionyſ. Halicarnaſſ. in opuſculo de verborum collocatione pag. 2. edition. Wechel. τῆς λέξεως..... τὸν ἀποίητον ἐκμιμουμένης λόγον: in judicio de Lyſia pag. 84. δοκεῖ γὰρ ἀποίητός τις εἶναι καὶ ἀτεχνίτευτος ὁ τῆς ἁρμονίας αὐτοῦ χαρακτήρ· τοιαύτην παρέχοι δόξαν, ὅτι ἀνεπιτηδεύτως καὶ οὐ κατὰ τέχνην, αὐτομάτως δέ πως καὶ ὡς ἔτυχε, σύγκειται: ubi τὸ ἀποίητος exponi videtur & enarrari per τὰ ἀτεχνιτεύτως & οὐ κατὰ τέχνην, *abſque arte, ſine artificio*, itemque per τὰ ἀνεπιτηδεύτως, αὐτομάτως, *non de induſtria, inaffectate, ſponte naturæ.* In judicio de Iſocrate pag. 103. Τὸ γὰρ ἀποίητόν τε καὶ ἀφελὲς, τοῦτο. In Epiſtola ad Pompeium de Platonico dicendi genere pag. 127. Ὅταν τὴν ἰσχνὴν καὶ ἀφελῆ καὶ ἀποίητον ἐπιτηδεύῃ φράσιν; id eſt, *ubi tenuem, ſimplicem, & inaffectatam elocutionem adhibere ſtudet.* Apſines unus e Græcis Rhetorib. Aldin. edition. tom. 1. pag. 726. eodem ſenſu ἄπλαστον & ἀκαλλώπιστον dixit: τὴν δὲ λέξιν, inquit, δεῖ εἶναι ἄπλαστον καὶ ἀκαλλώπιστον· τὸ γὰρ καλλωπίζειν οὐ θρηνοῦντος.

Pag. 633. column. dextr. occaſione illius depravatæ lectionis, quæ huc uſque obtinuerat: *Finguntur in ſcholis & ſcripti maleficii*, exſtat ineptiſſima hæc Turnebiani Nota: *Scriptum maleficium videtur appellare carmen quoddam magicum in aliquem compoſitum; nam & maleficas appellamus mulieres incantatrices. Forte id accipi poſſit de famoſis libellis.* Sed ſupra probavimus legi oportere *inſcripti maleficii:* quibus verbis deſignatur Græcorum τὸ ἄγραφον ἀδίκημα, id eſt, maleficium lege non diſerte comprehenſum, cujus proinde punitio prudenti judicum arbitrio permittatur. Pag.

Pag. 246. column. ſiniſt. circa fin. ubi de libello, qui Demetrio Phalereo tribui ſolet, *περὶ ἑρμηνείας*, vertit ipſe Burmannus *de interpretatione*: quæ quidem interpretatio, etſi apud alios pleroſque ſcriptores legatur, tolerari nequit. Nam in quibuſdam Regg. codd. MSS. titulus eſt: *περὶ ἑρμηνείας, ἢ περὶ φράσεως*. Itaque neceſſario vertendum eſt, *de elocutione*. Latinis quippe aliud eſt interpretatio, aliud elocutio.

Pag. 562. column. ſiniſt. Burmannus ita ſcripſit: *Deſiderari tertium genus jocorum ex verſibus aliquam partem verſis, ut Cicero ait, manifeſtum eſt..... & verſus paululum mutatos & aliquam partem verſos.* Quid autem, amabo vos, hæc ſibi volunt, *ex verſibus aliquam partem verſis..... verſus aliquam partem verſos?* ubinam ſic loquitur Cicero? Num in eo, quem Burmannus indicat, loco ex 2. de Oratore? At en ipſa tibi Tullii verba num. 257. *Sæpe verſus facete interponitur, vel ut eſt, vel paululum immutatus, aut aliqua pars verſus.* Ubi ergo *verſus illos aliquam partem verſos* Burmannus invenit? num in hac, quam refert, Philandri Nota: *Cicero dicit verſum facete interponi, vel ut eſt, vel paululum immutatum, vel aliquam partem verſus.* Quod ſi ita eſt, legerit quidem Philandrum; ſed non intellexerit, oportet. Arbitratus eſt ultimum vocabulum *τὸ verſus* eſſe paſſivum participium, ſicque Philandrum vel invitum ſolœciſſare coëgit: eſt autem *τὸ verſus* nomen ſubſtantivum in ſingulari genitivo quartæ declinationis. Jam vero quid hoc χειπκῆς eſt, Ciceronem allegare, quem non legeris; & Philandrum, quem legeris, non intelligere?

Pag. 742. ſic loquitur idem Burmannus: *Nullus vero dubito, quin in illa voce* hoc cona *latere aliam appellationem*, &c. quæ locutio eſt plane *ἀνακόλουθος*.

, Alia nonnulla, quæ minoris eſſe momenti videntur, lubens omitto. Verbi gratia pag. 102. vult Latine declinari *Geometer, Geometris, Geometri, Geometrem*, idque refragante cum uſu, tum anologia. Pag. 525. legitur *Antenoris*, cum legi debeat *Anthoris*. Pag. 526. *Fuit*, pro *defuit*. Pag. 492. *Silvas inimicus in altus*, pro *altas*. Pag. 495. *Martes amor*, pro *Martis*. Pag. 521. *Imaginem virtutis efficere*, pro *effingere*. Pag. 556. *In proximo teſtantem percuſſerim*, pro *te ſtantem*. Pag. 455. *Præpilatis militibus*, pro *miſſilibus*. Pag. 131. quemdam locum tanquam Plinii, charactere Italico excudendum curavit editor, quamvis verba ſint Moſellani, qui Plinianæ Epiſtolæ argumentum exponit. Sic pag. 590. quatuor omnino lineas tanquam Plinii refert, cum una tantum Plinii ſit, & cæteræ Moſellani. Pag. 650. legitur in Enniano verſu *condictus homo*, pro *cordatus*. Pag. 376. *Nec ſola eſt agenda cura rerum*, pro *verborum*. Pag. 688. *Ex Ethicis Callimachi*, pro *Ætiis*; nam reſpectus habetur ad τὰ Ἄιτια. Pag. 334. *edentia*, pro *evidentia*. Pag. 695. *Cacoſipitheton*, pro *cacoſyntheton* ex Græco *κακοσύνθετον*. Pag. 736. *liberi*, pro *libri*. Pag. 734. *Non continuatæ*, pro *nam*. Pag. 40. *Ejus figura gemini* Υ *traditur*, pro *gemini* Γ, *vel* γ. Pag. 42. *Acuti ſonorum verborum primæ Ziſigiæ*, pro *acutitonorum primæ Syzygiæ*. Pag. 57. *Veteres, ubi aſpiratio eſſet*, Θ *præpoſuiſſe*; pro Η *præpoſuiſſe*. Pag. 159. δεῖσαι, pro δεῖσθαι. Pag. 298. Περανακρύσατο, pro περανεκρύσατο. Pag. 394. Πειεικόλαβις, pro τειχόλαβις. Pag. 313. Χεφαλαιῶσθαι, pro κεφαλαιῶσθαι. Innumera ſunt generis ejuſdem errata, quæ gravem legenti moleſtiam ſemper exhibent; quamvis forte in Operas Typographicas potius, quam in Editorem ipſum ſæpius ea refundere oporteat.

QUINTÒ. Quæ Fabius intellectu difficillima continet, (*technicas* videlicet veterum Philologorum, & maxime Rhetorum dictiones, itemque loquendi formulas) ea Burmannus explicare non curavit. Ejuſmodi ſunt, quæ primo libro de Grammaticis rebus diſſeruntur, varia variorum Rhetorum & ipſius Quinctiliani de Oratoriarum quæſtionum *ſtatibus* ſyſtemata, quæ tertii libri maxima parte, totoque ſeptimo explicantur; Rhetoricæ orationis partes, *loci communes* argumentorum, argumenta ipſa, quæ quarto & quinto Fabius exponit; elocutionis oratoriæ virtutes, Tropi, Figuræ, Numeri pedeſque cum Poëtici, tum Oratorii: quam quidem materiæ molem, apud Rhetorum vulgus rudem indigeſtamque, Fabius octavo libro & nono luculenter pertractavit. Sic in duobus libris prioribus diligenter explicare oportebat; quid *nomen* quatenus ab *appellatione* & vocabulo diſtinguitur; quid *nomen patrium, verba participialia, apex*, pro ut alius eſt ab accentu, *modus finiendi, litera ô poſita pro ea ſyllaba quam no-*

mine ſuo exprimit, *parenchireſis*, &c. in tertio quid *rationale* genus & *legale*, quid *cauſa conjecturalis*, *conjectura*, *quæſtio de ſubſtantia*, *ſtatus inficialis*, οὐσία, γένεσις, συντελικὴ [στάσις,] *negotialis*, *juridicialis*, & quomodo a *judiciali* diſtinguatur; quid *ſyllogiſmus*, *ſtatus ratiocinativus*, *collectivus*; quid τὸ *ſcripti & voluntatis*, & κατὰ τὸ ῥητὸν καὶ ὑπεξαίρεσιν, *tranſlatio*, *tranſſumptiva*, *tranſpoſitiva* [quæſtio;] quid ὑπαλλακτικὴ στάσις, *finitio*, *finis*, *proprietas*, *de eodem & alio*; quid τὸ *interdicere*, prout opponitur τῷ *petere*; an & quomodo inter ſe differant *quæſtio*, *ratio*, *continens*, *judicatio*, *ſtatus*, &c. in quinto quid inter ſe diſcriminis habeant *ſigna*, *indicia*, *argumenta*, *enthymemata*, *epichiremata*, *propoſitio*, *aſſumptio*, *intentio*, *complexio*, *connexio*; quot ſenſus habeat τὸ *locus communis*; in ſeptimo, quid τὸ κατ᾽ ἀντίληψιν *qualitas abſoluta*, τὸ κατ᾽ ἀντίθεσιν *qualitas aſſumptiva*, ἀντέγκλημα *relatio*, ἀντίστασις *comparativum genus*, μετάστασις *remotio*, &c. in octavo & nono, quatenus inter ſe diſtent τὸ σχῆμα & ὁ λόγος ἐσχηματισμένος *controverſia figurata*; quomodo ἡ μετάληψις (*tropus*) a τῇ μεταλήψει (ſtatu *tranſlativo*) differat; quid *rhythmus*, *ſublatio* ἄρσις, *poſitio* θέσις, &c.

Cum enim & Rhetorica ſit ars, & arti cuilibet ſua ſint propria verba & peculiares loquendi formulæ, quæ niſi recte percipiantur, nullus ad artis ipſius cognitionem aditus patere poſſit; palam omnibus eſt, quantum ſtudii ac laboris impendendum ſit, ut illa veterum Rhetorum vocabula & loquendi genera (quæ *Technica* lubet appellare) accuratius explicentur, & ab omnibus Philologis addiſcantur. Atque id quidem eo magis neceſſarium hodie videtur, quod, poſt renatas in Europa literas, hæc Philologiæ pars & parum diligenter huc uſque curata fuerit, & nimis negligenter jam tractetur. Nam inter ſexcentos, qui ducentis ab hinc annis eoque amplius de re Grammatica, Rhetorica, Poëtica, &c. aliquid conſcripſerunt, vix ac ne vix quidem unum & alterum reperias, qui hujuſmodi argumentum ſatis accurate fuerit ſcribendo perſecutus. Cum plurimos hactenus legendo pervolverim, unum ferme reperi Jovitam Rapicium, qui certum quoddam orationis ornamentum, cui nomen Rhythmus, bene ac feliciter explicuerit. Haud difficile mihi ad fidem eſſet oculis legentium ſubjicere, quam fœde lapſi ſint Eraſmus, Georgius ille Trapezuntinus, Melanchthon, Camerarius, Catanæus, Wolfius, Nunneſius, Soarius, Heinſius, qui vel de arte oratoria ſcripſere, vel Græcos Rhetoras (Aphthonium, Theonem, Ulpianum) Latine verterunt; Thomas de Pinedo, & Berkelius, qui Stephani Byzantini Geographiam ab Hermolao contractam interpretati ſunt; varii quoque interpretes Rhetoricorum Ariſtotelis, Tullii, & Dionyſii Halicarnaſſenſis opuſculorum, Hermogenis, Philoſtrati, Julii Pollucis, Harpocrationis, Demetrii vulgo Phalerei, Longini, Diogenis Laërtii, Libanii, Eunapii, Suidæ (ne Kuſtero quidem excepto,) &c. Neque ab hac labe communi ſunt immunes Mauſſacus, Vavaſſor, Scheffetus, Tollius, Huetius, Laurentius Normannus, &c. non Julius ille literatorum quaſi Dictator Scaliger, non ſplendidus Galliæ noſtræ ſol Budæus, in quo nonnullas etiam maculas indignans deprehendo. Qui vero ſive de Rhetorica Gallice aliquid conſcribere aggreſſi ſunt, ſive Oratorios Ciceronis Libros & Quinctiliani Oratoriam Inſtitutionem in vernaculam Gallorum Linguam tranſtulerunt, ii mirum quot in locis a vero ſcriptorum ſenſu longius abſceſſerint: adeo ut, dum trranſlatos in alium ſermonem Auctores intellectu faciles nobis exhibere ſe credunt, ipſi aliquando vix poſſint intelligi. Horum omnium pleroſque ſaltem errores in Philologicarum obſervationum ſylloge mox edenda recenſitos emendabo.

His aliiſque de cauſſis facile inductus ſum, ut ad novam *Fabianæ Inſtitutionis* editionem aggrederer; &, quæ per viginti annos ad mei exemplaris marginem adjectaſque ſchedulas, ſive contextus emendandi, ſive notis illuſtrandi, & Philologiæ totius explicandæ gratia identidem adſcripſeram, ea publici juris facerem.

1.° Igitur totum Burmannianæ editionis textum, quanta maxima cura fieri a me potuit, recognovi, & pluribus in locis emendavi; magis ex allegatorum a Fabio auctorum collatione, & ex Philologico veterum Græcorum Latinorumque ſyſtemate, (cui cognoſcendo multum per multos annos laborem impenderam) quam ex MSS. codicibus, quos mihi nullos videre licuit, præter Regios & Colbertinos a doctiſſimis Edi-

toribus Obrechto & Rollino jam excuſſos; unde nec multum ſibi opis acceſſiſſe ipſi etiam teſtantur. Aliunde vero codicum eorum, qui ſupereſſe in Bibliothecis dicuntur, pleroſque jam repræſentarat Burmannus; &, quid ex illis auxilii comparari poſſet, oſtendere præoccuparat. Cæterum Quinctilianeo contextui præmittentur quidem (præter Burmannianæ editionis Epiſtolas, Præfationes, teſtimonia, & Elogia) tres de repertis Quinctiliani libris Epiſtolæ hactenus nunquam cum hujus Inſtitutione Oratoria editæ; quarum una ipſius Poggii Florentini ad Guarinum, cum alibi, tum in Colbertina Bibliotheca exſtat; altera Leonardi Aretini ad Poggium; tertia Franciſci Barbari ad eumdem: quibus uterque repertum Quinctilianum Poggio gratulatur. Subjungetur autem (præter Quinctilianæos Dodwelli Annales, Annaliumque ſynopſin) Index Rerum, Perſonarum, Verborum, & Locutionum, quæ cum in Quinctiliani Contextu, tum in variis ad ipſum Notis reperiuntur, ampliſſimus.

2.° Auctorum, quos Fabius allegat, loca, itemque *Technicas* voces & loquendi formulas, quæ ſingularem, nec vulgo notam ſignificationem plerumque habent, Italico charactere placuit excudi; ut lector & alienum a Fabiano textum ſtatim agnoſcat, & a communibus *τὰ τεχνικὰ* dignoſcat. Hoc quidem Burmannus aliquot in locis jam præſtiterat; ſed, ut ubique præſtiterit, multum abeſt.

3.° De immenſa variantium lectionum mole multum diminui, reſectis quæ ſcribarum craſſam tantum ignorantiam ſupinamve negligentiam præ ſe ferrent; ideoque nullum, vel peſſimum, vel a Quinctiliani mente prorſus alienum ſenſum evidenter exhiberent: quas tamen habet Locatelli editio lectiones aliquando depravatiſſimas, eo conſilio ſervavi, ut, quantum ſagaciſſimæ Raphaëlis Regii diligentiæ Fabius debeat, omnibus innoteſceret.

4.° Selectas variorum interpretum annotationes recenſui, malas & a propoſita re alienas vel reſecui, vel (ubi opus fuit) caſtigavi, dubiis obſcuriſque lucem attuli, probabiles novis probationum momentis confirmavi. Arithmeticas autem Notas [*littrinas* vocant Typographi] omnibus vocabulis, ad quæ Philologorum interpretationes referuntur, intra ejuſdem paginæ cancellos apponendas curavi: quod quantum legenti commoditatis afferat, ex editione Burmanniana, quæ hocce commodo caret, ſatis patebit.

5.° Novas obſervationes adjunxi, quibus antiquam Græcorum Latinorumque Technologiam explicare conatus ſum. Ad id me impulit hæc una potiſſimum ratio, quod qui, poſt reſtauratas literas, de rebus Philologicis aliqua Latine vel Gallice conſcripſerunt, eorum plerique turpiter fuerint allucinati, ut ex Philologicis in Latinos Galliccoſque ſcriptores obſervationibus, quas brevi ſum editurus, palam facturum me eſſe confido. Itaque ad promovendam eam rei Literariæ partem, quæ in Philologia occupatur, quoſdam Claſſicos Auctores (cujuſmodi ſunt Quinctilianus, Rhetores Latini e Biblioth. Pithœana, Grammatici veteres edition. Putſch. Theſaurus linguæ Latinæ Robert. Steph. edition. Lugdun. 1573. Hermogenes, Demetrius Phalereus, vel alius auctor opuſculi *de Elocutione*, &c.) edere decrevi cum novis emendationibus, Auctariis, & Notis, quibus tota veteris illius Technologiæ ratio conſtare poſſit, & explicari. Philologicæ hujus Bibliothecæ quaſi conſtruendæ initium a Quinctiliano ducendum eſſe ideo exiſtimavi, quod is, & quem inter Claſſicos Auctores ad Sereniſſimi Galliarum Delphini uſum olim editos primum obtinere locum meruiſſet, nullum tenuerit, & omnes Philologiæ partes, ac præcipuam, videlicet Oratoriam Artem, ſcriptoribus cæteris doctius, luculentius, & uberius tradiderit. Cum autem omnibus non libeat, nec forte liceat hoſce grandioris formæ libros emere; ut plurium & maxime adoleſcentum, qui ſcholas Rhetoricas frequentant, utilitati conſulatur, hunc eumdem librum in longe minori forma, & (ut aiunt) in 12.° cum breviſſimis ad difficiliora tantum loca Notis, mox, immo nulla interpoſita mora, curabimus excudendum.

Si quid tamen in Textu vel in Notis minus explanatum reliquerim, quod ad Philologicam præſertim rem pertineat; pergratum mihi faciet is, qui hoc me monuerit,

ut id ipſum in annotationibus ad Rhetoras Pithœanos tempore ſuo edendis fuſius clariuſque ſtudeam explanare.

Denique Latinum hunc Rhetorem eo lubentius edendum ſuſcepi, quod talis mihi Typographus obtigerit, qualem ipſe ſibi Fabius optaſſet, Urbanus Cuſtelerius, non Typographicæ modo, ſed Literariæ quoque rei peritus. Nam ut Quinctilianus noſter optima charta, & elegantibus typis excuſus prodiret, nullis laboribus aut impenſis parcere voluit; &, qui ſingulas hujus editionis pagellas ultimo recognoſceret, eruditum virum & ἐπιδιορθωτὴν accuratiſſimum Michaëlem Brochardum, in partem operis vocavit. Quantum ſane in arte Typographica valeret is, pluribus jam in lucem emiſſis operibus demonſtravit, & Pliniana maxime hiſtoria, quam non ſine ſumma Literatorum utilitate ac voluptate prælo reddidit. Sed heu! dum hæc ſcribo, præmatura mors ipſum *in dimidio* & *dierum ſuorum* & confecti hujus operis rapuit, atque acerbo funere demerſit: qui, ſi diuturnior lucis ipſi contigiſſet uſura, vel magnos Typographiæ principes, Stephanos dico, Plantinos, Elzevirios, Vitræos, &c. orbi literario præſtitiſſet. Talibus igitur adminiculis fretus & uſus, in hanc novam Quinctilianæi operis editionem totus incubui: de qua æquos & bonos rerum æſtimatores ita ſenſuros eſſe ſpero, ut nunc demum Fabius (ſi forte paucula parvi momenti loca exceperis) & tuto legi, & facile ab omnibus intelligi poſſe videatur.

Tuum eſt jam, ANTISTES ILLUSTRISSIME, *de inſtituti a me operis conſilio & executione judicare. Aliorum enim judicia ex tuo pendere facile mihi perſuadeo. Ut ut erit, te etiam atque etiam rogo, ut hunc meum laborem æqui bonique conſulere velis, & hoc, ſi minus dignum illuſtriſſimo nomine tuo munus, at certe ſingularis erga te obſervantiæ & obſequii accipere monimentum.*

Scribebam Pariſiis Kal. Aug. an. 1725. CLAUDIUS CAPPERONNERIUS, Diaconus Ambianenſis, Regius Græcarum literarum Profeſſor.

EPISTOLA

EPISTOLA

Poggii ad Baptiſt. Guarinum, in qua ſcribit, Quinctilianum ſeſe apud Monaſterium S. Galli, & Aſconium Pedianum adinveniſſe, ob quod communi Rhetorum utilitati gratulatur.

POGGIUS GUARINO VERONENSI, *ſal. pl. d.*

LICET inter quotidianas occupationes pro tua in omnes humanitate & benivolentia ſingulari commodum ſemper tibi mearum litterarum adventum eſſe non ignorem; tamen ut hiſce perlegendis præcipuam quamdam præſtes attentionem, te majorem in modum obſecro; non quidem ob eam cauſam, ut aliquid in me ſit, quod vel ſumme otioſus requirat; ſed propter rei dignitatem, de qua ſcripturus ſum: quam certe ſcio, cum ſis longe peritiſſimus, non parvam tibi cæteriſque ſtudioſis hominibus eſſe allaturam animi jocunditatem. Nam quid eſt (per Deum immortalem!) quod aut tibi, aut cæteris viris poſſit eſſe jocundius, gratius, acceptius, quam cognitio earum rerum, quarum commercio doctiores efficimur, & quod majus quiddam videtur, elegantiores? Nam cum generi humano rerum parens natura dederit intellectum ac rationem, tanquam egregios duces ad bene beateque vivendum, quibus nihil queat præſtantius excogitari; tamen haud ſcio, an ſit omnium præſtantiſſimum, quod ea nobis elargita eſt uſum atque rationem dicendi, ſine quibus nec ratio ipſa, neque intellectus quicquam ferme valerent. Solus eſt enim ſermo, quo nos utentes ad exprimendam animi virtutem, a reliquis animantibus ſegregamur. Permagna igitur habenda eſt gratia tum reliquorum liberalium & artium inventoribus, tum vel præcipue his, qui dicendi præcepta ac normam quamdam perfecte loquendi ſuo ſtudio & diligentia nobis tradiderunt. Effecerunt enim, ut qua in re homines cæteris animantibus maxime præſtant, nos ipſos & homines antecelleremus. Hujus autem ſermonis ornandi atque excolendi cum multi præclari, ut ſcis, fuerint Latinæ linguæ auctores, tum vel præcipuus atque egregius *M. Fabius Quinctilianus*: qui ita diſerte, itaque abſolute ſumma cum diligentia exequitur ea, quæ pertinent ad inſtituendum perfectiſſimum Oratorem, ut nihil ei vel ad ſummam doctrinam, vel ſingularem eloquentiam meo judicio deeſſe videatur: quo uno ſolo, etiamſi Cicero Romanæ parens eloquentiæ deeſſet, perfectam conſequeremur ſcientiam recte dicendi. Is vero apud nos antea (Italicos dico) ita laceratus erat, ita circumciſus, culpa, ut opinor, temporum, ut nulla forma, nullus habitus hominis in eo recognoſceretur. Tute hominem vidiſti hactenus,

——— lacerum crudeliter ora,
Ora manuſque ambas, populataque tempora, raptis
Auribus, & truncas inhoneſto vulnere nares.

Dolendum quippe erat & ægre ferendum, nos tantam in hominis tam eloquentis fœda laceratione jacturam oratoriæ facultatis feciſſe. Sed quo plus tunc erat doloris & moleſtiæ ex ejus viri mutilatione, eo magis nunc eſt congratulandum, cum ſit in priſtinum habitum ac dignitatem, in antiquam formam atque integram valetudinem noſtra diligentia reſtitutus. Nam ſi M. Tullius magnum præ ſe fert gaudium pro M. Marcello reſtituto ab exſilio, & eo quidem tempore, quo Romæ plures erant Marcelli ſimiles, domi foriſque egregii ac præſtantes viri; quid nunc agere docti homines debent, & præſertim ſtudioſi eloquentiæ, cum ſingulariſſimum lumen Romani nominis, quo exſtincto nihil præter Ciceronem ſupererat, & cum modo ſimili lacerum ac diſperſum non tantum ab exſilio, ſed ab ipſo pæne interitu (a) revocaverimus? Nam me hercule! niſi nos auxilium tuliſſemus, neceſſe erat illum propediem interiturum. Nam neque eſt dubium, virum ſplendidum, mundum, elegan-

(a) *In avitam patriam*, addit Mabillon.

tem, plenum moribus, plenum facetiis, fœditatem illius carceris, ſqualorem loci, cuſtodum ſævitiam diutius perpeti non potuiſſe. Mœſtus quidem ipſe erat ac ſordidatus, tanquam mortis rei ſolebant; ſqualentem barbam gerens, ac concretos pulvere crines: ut ipſo vultu atque habitu fateretur ad immeritam ſententiam ſe vocari. Videbatur manus tendere, implorare Quiritum fidem, ut ſe ab iniquo judice tuerenr; poſtulare & indigne ferre, quod qui quondam ſua ope, ſua eloquentia multorum ſalutem conſervaſſet, nunc neque patronum quempiam inveniret, quem misereret fortunarum ſuarum, neque qui ſuæ conſuleret ſaluti, aut ad injuſtum rapi ſupplicinm prohiberet. Sed quia temere perſæpe eveniunt, quæ non audeas optare, ut inquit Terentius noſter, fortuna quædam fuit cnm ſua, tum maxime noſtra, ut, cum eſſemus Conſtantiæ otioſi, cupido inceſſeret viſendi ejus loci, quo ille recluſus tenebatur. Eſt autem Monaſterium S. Galli prope urbem hanc millia paſſunm XX. Itaque nonnulli, animi laxandi, & ſimul perquirendorum librorum, quorum magnus numerus eſſe dicebatur, gratia eo perreximus. Ibi inter confertiſſimam librorum copiam, quos longum eſſet recenſere, *Quinctilianum* (*a*) comperimus, adhuc ſalvum & incolumem, plenum tamen ſitu, & pulvere (*b*) ſqualentem. Erant enim non in Bibliotheca libri illi, ut eorum dignitas poſtulabat, ſed in teterrimo quodam & obſcuro carcere, fundo ſcilicet unius turris, quo (*c*) nec capital. quidam rei damnati retruderentur. Atqui ego pro certo exiſtimo, ſi eſſent qui hæc barbarorum ergaſtula, quibus hos detinent viros, rimarentur ac cognoſcerent more majorum, ſimilem fortunam experturos in multis, de quibus jam eſt conclamatum. Reperimus præterea libros tres primos & dimidiatum quarti *C. Valerii Flacci Argonauticon*, & expoſitiones tanquam thema quoddam ſuper octo Ciceronis Orationibus *Q. Aſconii Pediani*, eloquentiſſimi viri, de quibus ipſe meminit *Quinctilianus*. Hæc mea manu tranſcripſi, & quidem velociter, ut ea mitterem ad Leonardum Aretinum, & Nicolaum Florentiunm. (*d*) Habes, mi ſuaviſſime Guarine, quod ab homine tibi deditiſſimo ad præſens tribui poteſt. Vellem potuiſſem etiam librum tranſmittere: ſed Leonardo noſtro ſatisfaciendum fuit. Verum ſcis, quo ſit in loco, ut, ſi eum voles habere (puto autem te quamprimum velle) facile id conſequi valeas. Vale, & me, quoniam id mutuo fit, ama. Conſtantiæ XVII. Kal. Jan. anno Chriſti. MCCCCXVII.

(*a*) *Reperimus*, Mabillon.
(*b*) *Refertum*, Mabillon.
(*c*) *Ne vita quidem damnati detruderentur*, Mabill. *Ne capitales quidem rei*, Menag.
(*d*) Addit Mabillon: *Qui cum a me hujus theſauri adinventionem cognoviſſent, multis a me verbis Quinctilianum per ſuas literas quamprimum ad eos mitti contenderunt.* Hæc in noſtro codice deſiderantur.

EPISTOLA

Franciſci Barbari ad Poggium, in qua multas hiſtorias ad ſuum propoſitum adducit, cum eum ob doctrinæ ſuæ elegantiam laudet, & potiſſimum, quod ex Germania aliiſque locis varia & utilia in humanitatis ſtudio attulerit: ob quod ſibi & gratias agit, idque in dies magis ac magis curet, hortatur.

ETSI præclari facti tui conſcientia & eruditorum hominum, de quibus bene meritus es, tanta etiam voluntate contentus ſis; tamen pro ea literarum neceſſitudine, qua non mediocriter devincti ſumus, noſtra intereſſe putavi tibi gratias agere, ut humaniſſimum hoc officium tuum minime ſilentio præterirem; cum illorum indicium librorum ad nos dimiſiſſes, quos opera & diligentia tua nobis & poſteris recuperaſti; ut privatim & publice maximo gaudio & gratulatione frueremur. Nihil enim prope gratius ac jocundius indicari potuiſſet, quam id, quod communiter ad laudem tuam, quæ (ut debet) nobis cariſſima eſt, & ad humanitatis & doctrinæ amplitudinem maximum in modum pertineret. Quis tantum in bonos omnes ſtudium, tot pro commnni utilitate labores, tot immortalia beneficia, niſi ingratus eſſe & haberi velit, tacitus cogitare poſſet, non intelligo. Tu Reipublicæ cauſſa quid facturus eſſes facile declaraſti; cum te non vis hyemis, non nives, non longitudo itineris, non aſperitas viarum, ut monumenta

literarum e tenebris in lucem erueres, retardarunt. Tu *Tertullianum*, tu *Marcum Fabium Quinctilianum*, tu *Q. Aſconium Pedianum*, tu *Lucretium*, *Silium Italicum*, *Marcellinum*, tu *Manilium Aſtronomum*, *L. Septim. Valerium Flaccum*, tu *Caprum*, *Eutychium Probum*, *Grammaticos*, tu complures alios, Bartholomæo Collega tuo adjutore, vel fato functos vita donaſtis, vel longo, ut aiunt, poſtliminio in Latium reduxiſtis. Quo factum eſt, ut in medio deſiderii tui, cum a me abeſſes, te potiſſimum iſthic eſſe gauderem. Quidni, cum nihil tibi propemodum honorificentius ac doctis viris acceptius aſſequi potuiſſes, quam ut antequam poſtulares, majora quam velles, plura quam ſperares vetuſtatis monumenta in ſqualore latentia ad eruditorum hominum conſpectum retuliſſes. Lycurgo ſummo viro gloriæ datum eſt, cum primus Homerum variis in locis per fruſta diſperſum, quem apud Cteophyli pronepotes integre ſervatum invenerat, ex Aſia totum in Græciam reportaſſet. Si quid illi doctiſſimi homines, ubicumque ſunt, ſapiunt; nonne civicam tibi coronam, quæ vitæ ac ſalutis a te reſtitutæ teſtimonio ſit, debent; cum tua virtute factum ſit, ut deinceps immortalitatem facile ſperare poſſint; præſertim cum non modo clariſſimi viri, ſed etiam infimus quiſque civis conſervatores ſuos hoc honore dignos judicarit. Æſculapium inter Deos relatum accepimus, poſtquam cum alios nonnullos, tum Hippolytum ſupremum vitæ diem functum, aliquot tamen poſt annos moriturum, ab inferis revocavit: cui ſi populi, nationes, provinciæ, ſacras ædes dicaverunt; quid vobis (niſi hæc conſuetudo jam pridem aboleviſſet) faciendum putarem, qui tot illuſtres ac ſapientiſſimos viros mortuos in perpetuum reſuſcitaſtis? quorum ingeniis ac inſtitutis non ſolum nos, ſed etiam poſteri bene dicere ac honeſte vivere poterunt. Si his, qui caſtella, urbes, provincias receperant, triumphum dari majores noſtri cenſuiſſent, & ego dignitate ac auctoritate & gratia tantum poſſem, quantum hi, qui fuerunt ampliſſimi in literario ſenatu & in æde muſarum, te triumpho digniſſimum decernerem; quippe cum eorum doctrina & ratio humano generi longe plus adjumenti afferre poſſit, quam aliquorum illuſtrium ducum res geſtæ attulerunt. Nam ut hæ paucos in dies, aliquando ut unam civitatem & unam interdum provinciam ab imminentibus periculis, cum magna mortalium occiſione, liberaverunt, & a frugalitate ad omne libidinis genus plerumque converterunt; ſic humanitatem & diſciplinam, quæ ad bene beateque vivendum & ornate dicendum accommodatæ ſunt, non modo privatis rationibus, ſed urbibus, nationibus, univerſis denique hominibus non mediocres utilitates afferre poſſe, dubitandum non eſt. Athenienſes enim cum Apollinem opinione ſua ſapientiſſimum Deum conſulerent, reſponſum retulerunt: ſe præſtantiſſimos cives habituros, ſi quod optimum ac pulcherrimum eſſet, liberorum ſuorum auribus imponerent. Quod cum doctrinam, quæ libero homine digna, liberos facit, prætenderet; id Indorum gemmas male & aurum interpretati ſunt; cum id non ad probitatem, non ad continentiam, non ad conſtantiam; ſed ad avaritiam, cupiditatem, libidinem, ac levitatem propenſiores reddat. Cato ille perfectus, Ciceronis ſententia, Stoïcus, cum ex Aſia Athenodorum graviſſimum Philoſophum deduxiſſet, plus ſibi gloriæ, quam Cn. Pompeio ac L. Lucullo deberi cenſuit; quod inermis ex Aſia honeſtiora ſpolia retuliſſet, quam ipſi maximis copiis, magnis rebus geſtis, eſſent conſecuti. Ex quibus ille ſuperior Mithridatico bello, cum Poſſidonii doctiſſimi viri viſendi ac ſalutandi cauſſa domum veniſſet, fores percuti de more a lictore vetuit, ac faſces literarum domicilio ſubmiſit, is cujus imperio ortus occaſuſque parere didicerat. Quid multa? Nonne Cæſar Dictator M. Tullium hoſtem quondam ſuum omnium triumphorum majorem lauream adeptum eſſe confeſſus eſt? Quid, quod majores noſtri eadem corona Poëtas, & eos, qui triumpharent dignos eſſe cenſuerunt? Innumerabilia exempla ſunt, quæ hic loci, ne infinitus ſim, prætermitto. Nec ab honore collegæ & tuo quiſpiam alienior eſſe debet, quod M. Marcellus & P. Scipio curru triumphali invecti non ſunt, cum Syracuſas & Hiſpanias ſine Magiſtratu in poteſtatem redegiſſent; quod te & Bartholomæum ad hoc munus obeundum ſummi & honeſtiſſimi eccleſiæ Romanæ Pontifices delectos publice dimiſerunt. Quod ſi Q. Fulvio, Capua capta; & Opimio, Fregellanis ad deditionem compulſis, triumphus decretus, non pro recuperatis, quæ aliquando Reipublicæ fuiſſent, lauream decerni jus eſſet; quis ita de rebus male ſentiet, ut vos vel honore ſtatuæ dignos non putet; cum Olympionicis, qui nunquam ex ſe, ſed ex lateribus & lateratis ſuis nobilitati ſunt, ſtatuas dicatas acceperit; vos autem ingenio & induſtria ea perfeciſſe cognoſcat, quæ niſi per homines & peritos & diligentes effici non potuiſſent. Præterea Sex. Pacuvius Taurus, Ædilis plebeius,

cum unam Sibyllarum ſtatuam, duas autem M. Meſſala, quæ juxta roſtra poſitæ fuerant, reſtituiſſent, & plerique ſacras ædes ac privatas domos refeciſſent, non mediocrem laudem adepti ſunt; vos vero quid non eſtis conſecuti, cum Oratores, Poëtas, Hiſtoricos, Aſtronomos, Grammaticos, qui jam ſine ulla dubitatione deleti erant, reſtituiſſetis? Profecto non uſitatus honos ac pervulgatus vobis tribuendus eſt, ſed novi ſingulareſque debentur. Ignominia e contra notandi ſunt illi Germani, qui clariſſimos viros, quorum vita ad horum memoriam ſibi commendata eſſe debuit, quantum in ſe fuit, vivos diuturno tempore ſepultos tenuerunt: quod ſi prudenter factum eſt, quid negligentius? ſi ex ſententia, quid crudelius? An quiſquam ita invidus eſſet, ut vos exornari nimium a me cenſeat? Quos autem orno? Eos nempe, qui hujus Literariæ reipublicæ plurima adjumenta atque ornamenta contulerunt. Libero patri veteres aram dicare, templa collocare, & hecatombas facere voluerunt, qui reperiundi vini uſus auctor fuiſſet, quod plerumque libidinis, furoris, inſaniæ inſtrumentum eſt; nos vero præſtantiſſimorum librorum inventoribus vel mediocrem honoris gradum negabimus? Profecto ſi majores noſtri novitati invidiſſent, nec virtutem, nec induſtriam multis ac præclaris monumentis honeſtaſſent, nobis tot bene dicendi præcepta, tot bene vivendi exempla defuiſſent. Conſtat ſtatuam C. Terentiæ ſive Suffeciæ virgini Veſtali decretam fuiſſe, ut poneretur ubi vellet, quia neſcio quid campi Tiberini gratificata eſſet populo Romano: quæ femina ſi hoc fortunæ munere tanto honore donata eſt, quis iniquum putarit, ſi tibi & collegæ non loricatam, non equeſtrem, non inauratam, ſed togatam & æream in æde Camœnarum decernerem? Vellem, Poggi cariſſime, ut omnes vel exemplo meo curam & induſtriam, ac diligentiam tuam in imitationem dignam, non invidiam putarent. Profecto, niſi hic honeſtiſſimus prorogandi memoriam hominum mos prorſus ſublatus & antiquatus eſſet, honorificentiſſimis verbis hujus monumenti cauſſas complecterer ipſe ſcriptura. Sed quoniam hanc veniam nobis & ætatis noſtræ & reipublicæ ſtatus non præbet, vel ſenioris illius Catonis conſilio contentus eris, qui ſuas res geſtas non marmoreis ac argenteis imaginibus, quæ tempeſtate & vetuſtate intereunt, ſed diuturna civium ſuorum memoria in perpetuum commendavit. Hæc ſi tecum cogitabis, æquiori animo & majori conſolatione noſtrorum temporum injuriam feres. Quid enim magnificentius ac præclarius aſſequi poteras, quam immortalia hæc tua merita non latere in tenebris, nec eſſe abdita; ſed cum in luce Europæ, tum in oculis Germaniæ provinciæ, atque in auribus omnium gentium & nationum eſſe poſita? Quantum & illud eſt, quod in hoc communi gaudio vobis omnes gratulantur, vobis gratias agunt, quod curas veſtras in Reipublicæ dignitatem ac utilitatem defixiſtis? Quo fit, ut ſperem, quemadmodum ceraſa Lucculliana, Zizypha Papiniana, cum alter e Ponto poſt Mithridaticam victoriam, alter e Syria in Italiam detuliſſet; & quemadmodum mala ab Appio e Claudia gente Appiana, & pira a Mallio Malliana cognominata ſunt; ſic hæc literarum ſcientia, quæ veſtra ope ac opera e Germania in Italiam deferetur, aliquando & Poggiana & Monte-Politiana vocabuntur. Cur autem id ſperem? Quod ſi peregrini quidam frutices, retentis vocabulis, tranſmigrationis ſuæ auctoribus æternam memoriam propagaverunt; quid de vobis exſpectari par eſt, qui hos honeſtiſſimos & ſingulares humanitatis & diſciplinæ fructus ad nos attuliſtis. Accedet ad gratiam, cum uberrimam laborum tuorum mercedem ſuſcepturus ſis, ſi quando, quod maxime vellem, is in univerſam rempublicam ſummam poteſtatem habebit, cui in doctrina, cui in virtute, cui in laude percipienda ab ineunte ætate plurimum ſtudii fuit & temporis. Erit enim ſapientis Pontificis Max. beneficiis veſtram memoriam perſequi, & magna vobis præſtare; quandoquidem non parva in hoc genere a vobis accepit, quæ eo majora judicio meo cenſeri debent, quo minus erant exſpectata. Sententiam de te & collega non levem & republica dignam dixiſſe videor: ſi quis tamen eorum, qui favent laudi tuæ, honorificentiorem dixerit, in eam me iturum facile recipio: hac tamen mea te contentum fore exiſtimo, cum pro tua ſingulari prudentia eum honeſtum tibi triumphum videri putem, cum bene de republica meritis, verbis teſtimonium, ac conſenſu ſpectatiſſimorum hominum datur. Hæc hactenus. Reliquum eſt, ut te moneam & horter, ut incumbas toto animo & ſtudio omni in eam rem, & reliquam illam peregrinationem, ad quam, ut ad optimum ac doctiſſimum Guarinum Veronenſem ſcripſiſti, probe te comparaveras, ne ullam publicæ & amplificandæ tuæ dignitatis occaſionem deſeras ac prætermittas. Majus enim quoddam a te Romanæ literæ, quam adhuc præſtiteris, exſpectant; quod in eam ſpem adductæ ſunt,

(ad hoc enim natus eſſe videris) ut per te *Ciceronis* de Republica, & *Varronis* divinarum ac humanarum rerum, & *Criſpi*, & *Livii* libros, & *Catonis* Origines (ut cæteros omittam) recepturæ ſint. Quare, Poggi ſuaviſſime, perge, ut cœpiſti: nihil tibi ſit antiquius, quam quod in his ſtudiis & liberaliſſimis artibus conducere judicabis. Hi labores quietem, & hæc impenſa gloriæ & fortunæ tuæ fructum quam ampliſſimum reddent. Quod eo diligentius tibi faciundum eſt, quod & valitudo Bartholomæi noſtri hoc tibi munus magis neceſſarium efficit. Cum enim illius operam ac vigilantiam non parum his litteris allaturam ſperarem, neſcio quo caſu ſuo & fato noſtro magna ex ſpe decidimus. Quamobrem omnes in te converſi ſumus, quemadmodum vectores ſæva tempeſtate vexati, & cunctis navalibus armamentis nudati, oculos in ſacram anchoram vertere ſoliti ſunt. Tu igitur ſolus pro tua cætera diligentia tantum proficis, ut hac tua cura & induſtria Bartholomæi valitudinem ad hoc munus minus graviter feramus, quæ certe literatis hominibus permoleſta eſt. Id vero niſi tu conficias, quis alter exſpectationi noſtræ reſpondeat, neſcio; & tu communi utilitati, & tuæ dignitati deſuiſſe videberis. Quam quidem ad rem ut commodius navare operam queas, quæcumque inveneris, modo digna judicaris, ut ſcribi cures, & rogo & oro: quid inveniſſe enim prodeſt, niſi inventis uti liceret. Nam ut illud plerumque fortunæ, ſic hoc virtuti attribui juſtis ex cauſſis ſolet: nec indecorum erit beneficium tuum tueri, cujus fundamenta non opinione ſolum feceris, ſed re quoque ipſa auxeris & confirmaveris. Andronici Rhodii vetus vocabis exemplum: nam cum Sylla Appelliconis Bibliothecam Athenis Romam miſiſſet, eique Tyrannionem Grammaticum præfeciſſet; Andronicus, adhibitis librariis, & Ariſtotelis & Theophraſti libros, qui pæne ignoti erant, conſcripſit, eoſque doctiſſimis hominibus miſit, unde ferme reliqua omnia exempla nata ſunt; & ipſe apud poſteros diligentia ſua nobilitatus eſt: quod tibi quoque faciundum eſſe judico. Ita enim videre videor, omnes qui favent Poëtis, Oratoribus, Hiſtoricis, Philoſophis, Mathematicis, qui Latinis denique literis dediti ſunt, tuas in laudes certaturos, quod non parvi genus ornamenti cenſeo. M. Varronis, librorum, qui primo Romæ conſtituti ſunt, curam habentis, ab Aſinio Pollione imago poſita eſt, quæ ſibi, judicio meo, non minus honoris attulit, cum a principe oratore ac cive ampliſſimo ſibi collocata eſſet, quam cum eumdem claſſis præfectum Pompeius ille Magnus, confectis piratis, navali corona donavit. Quodſi fortunarum tuarum ratio impedimento ſit, hujus impenſæ partem in me & alios, qui veteris ſcripturæ veſtigia colimus, arbitratu tuo conferas: tibi enim non modo velut cenſori parendum ſtatui, ſed extra ordinem munus hoc ſine provocatione decrevi. Quare voluntati meæ, & honeſtiſſimæ peritorum omnium expectationi ſatisfacies. Quod de tanto ſingulari in nos amore ſcribis, gratiſſimum eſt: hunc & tu fovebis, & ego quibuſcumque potero rebus augebo. Vale. Ex Venetiis pridie Nonas Julias, anno Chriſti MCCCCXVII.

EPISTOLA

Leonardi Aretini ad Poggium, qua repertum ab illo Quinctiliani codicem gratulatur.

O LUCRUM ingens, inſperatum gaudium! Ego te, Marce Fabi, totum integrum quando aſpiciam! & quantus tu mihi tum eris! quem ego quamvis (a) *lacerum crudeliter ora, manuſque ambas, populataque tempora, raptis auribus & truncas inhoneſto vulnere nares*, tamen in deliciis habebam. Oro te, Poggi, fac me quam cito hujus deſiderii compotem; ut, ſi quid humanitus impendeat, hunc prius viderim, quam e vita diſcedam. Quinctilianus Rhetoricæ pater & Oratoriæ Magiſter ejuſmodi eſt, ut, cum tu illum diuturno ac ferreo barbarorum carcere liberatum huc miſeris, omnes Hetruriæ populi gratulatum concurrere debeant.

(a) Ex Æneïd. lib. VI. verſ. 495. & ſequentib.

VARIORUM PRÆFATIONES IN QUINCTILIANI LIBROS DE ORATORIA INSTITUTIONE.

CAMPANI PRÆFATIO.

Ciceronis & Quinctiliani comparatio.

CAMPANUS (a) *CARDINALI SENENSI SALUTEM.*

UTINAM, quod nuper in Livio Papienſis noſtri juſſu conatus ſum facere, ut eſſet quam emendatiſſimus, idem nunc hortatu tuo & in Quinctiliano licuiſſet: quorum diverſo in genere eadem prope utilitas, certe par dignitas eſt. Sed illum ſeries ipſa temporum continuata & veluti per manus tradita nobis, ac nexus quidam inter ſeſe rerum ſic alligat, ut teneri facile poſſit. Hunc varietate præceptorum per omnes evagatum eloquentiæ campos, & tanquam ad plura intentum, atque ideo lubricum difficile ſic prendas, ut totus habeatur: ob hoc ipſum obſcurior, quoniam ita per campos decurrit, ut tamen omnes intrare quamvis reconditas latebras, & in intima quæque penetrare artis arcana videatur. De quo ſi judicium poſcas meum, illud vere videor mihi poſſe afferre, deeſſe eloquentiæ, quicquid a Quinctiliano non diſcas, & ibi artem deſinere dicendi, ubi ultimum ejus fuit præceptum, quo quid modo dici oportet: ut fortaſſe non temere contendiſſe quidam videantur, hunc aut parem Ciceroni, aut, ſi hoc magnitudo illa divini cœleſtiſque ingenii non patiatur, haud multo inferiorem fuiſſe. Verum judicare majoribus de rebus, tam cuique liberum eſt, quam temerarium: & ut ingerere te in quæ neſcias, arrogantis eſt; ita & tacere, quæ ſcias, timidi. Magnus quidem, mea ſententia, Cicero, magnus Quinctilianus: ſed eſt & in magnis quoque ſemper aliquid eminens. Eſt &, in quo ſuperentur, nec cuiquam ita tota natura ſe præbuit, ut non aliquid ſibi velit retentum, quod largiri & alteri poſſit: ut raro invenias celeritatem in eo eſſe eximiam, cui inſit & robur. Et arborum aliæ creſcunt ſublimius, aliæ latius effunduntur. Parvis utrumque conceſſum eſt. Cumulata mihi quidem videtur in utroque eloquentiæ magnitudo: ſed aliter hic in præcipiendo ſummus eſt habitus, ille in dicendo longe eminentiſſimus judicatus. Quinctilianus, quibus armis pugnandum ſit, docuit: M. Tullius & oſtendit, quomodo vincamus, & ipſe ſemper cum victoribus contendit. Illius ſtudia multum laudis in umbra conſecuta ſunt: hujus in foro plurimum gloriæ peperere. Et regnaſſe in concionibus atque ſubſelliis fertur Quinctilianus: in ſcholis & claſſibus floruiſſe Cicero, pugnacior ipſe multo, Quinctilianus inſtruendis aliis aliquanto fortaſſe diligentior. Tum in ipſo quoque dicendi genere multum eſt intervalli. Magnificus & plenus Cicero; hic ſumptuoſus & locuples; ille amplus, ſublimis, redundans; hic gravis, acer, elaboratus; alter natura ornatior; alter ſtudio æque expolitus; Quinctilianus ſententiis premit & pondere; Cicero & his ipſis & viribus & ſublimitate & amplitudine & majeſtate convellit: ut videri poſſit, illi æque multa ſpicula in manibus eſſe, huic plus telorum: & ille tentare pungereque ſæpius, hic altius vulnerare atque conficere. Tum citra vim illam ſumptus in manus Quinctilianus acumine capit lectorem: ſumptus Cicero gratia & candore delectat. Denique tanta vicinitas eſt, quanta videri inter eum poteſt, qui primus ſit omnium in curſu, & eum, qui, niſi hic antecederet, ipſe jam præveniſſet. Eſt

(a) In Burmanniana editione erat *Antonio Moreto*: ſed errorem hunc liquido demonſtravit & egregie refutavit Michaël Maittaire in diſſertatione de antiquis Quinctiliani editionibus. CAPPER.

& in tranſlationibus ac ſimilitudinibus diverſitas. In quibus viſus eſt Cicero & adhibuiſſe modum, temperaſſeque ingenio, & aliquanto fuiſſe diſtinctior: hic neſcio an uſque ad vitium nimius, non tamen ita conculcandus, ut & ſplendorem non afferat. Quippe & ipſe ita diſtinguit: veluti eſt gloria, quod nihil aut hic præcepit faciendum, quod ille antea non præſtitiſſet; aut ille præſtitit, quod hic poſtea non præceperit. Tanto Quinctilianus inferior, quanto eſt ex arte dicere, quam ſcribere de arte, præſtantius: ſed eo fortaſſe diligentior, quo inſtituendis rebus plus vigiliarum ars poſtulat, quam natura faciendis. Tum ampliſſimus ingeniorum laudator Cicero, judex æquiſſimus Quinctilianus. Itaque mira ſe hic moderatione arbitrum inter Græcos noſtroſque conſtituit, mira illorum laude, noſtrorum æmulatione, judicium peragit, & veluti in medio ad gratiam poſitus, multa concedit omnibus, nemini detrahit quicquam: ut non minus ſciſſe eum recte judicare exiſtimes, quam voluiſſe. Et hunc ubi noveris, omnium & ſtudia & ingenia noveris. Proinde de Quinctiliano ſic habe, poſt unam beatiſſimam & unicam felicitatem M. Tullii, quæ faſtigii loco ſuſpicienda eſt omnibus, & tanquam adoranda, hunc unum eſſe, quem præcipuum habere poſſis in eloquentia ducem: quem ſi aſſequeris, quicquid tibi deerit ad cumulum conſummationis, id a natura deſiderabis, non ab arte depoſces. Vale.

EPISTOLA

Joannis Andreæ Epiſcopi Alerienſis ad Paulum ſecundum Venetum Pont. Max. in Quinctiliani recognitionem.

QUINCTILIANUM, Pater beatiſſime, Paule II. Venete Pontifex Maxime, omnes merito diligunt, nonnulli vero Ciceroni etiam, ingeniorum ac facundiæ fonti illi immortali, conantur anteferre: qua in aſſertione

——— *Magno ſe judice quiſque tuetur.*

Ipſe tam hunc artium dicendi Theſaurum, quam reliquos veteres ſatis habuerim, ſi queam recte intelligere, & veneratione doctrinis debita obſervare, cantans cum altero Hiſpano ingenioſiſſimo quidem atque elegantiſſimo ac latinitatis maximo illuſtratore:

Quinctiliane vagæ moderator ſumme Juventæ,
Gloria Romanæ Quinctiliane togæ.
Vivere quod propero pauper nec inutilis annis,
Da veniam, properat vivere nemo ſatis.

Hunc proximis calorum urbis diebus mediocri cura recognovimus, minore ſane labore, quam cæteros; propterea quod ab homine ordinis noſtri excellenti ante traditus erat, alteri talium opificum officinæ imprimendus, cujus etiam Epiſtolam in volumine noſtro tranſtulimus; ut, quid vir doctiſſimus de Quinctiliano ſenſerit, ex noſtris quoque codicibus intelligeretur; utque mihi alioquin hoc tempore febrienti aliquid de dictandi opera demeretur, qui facile præſentem quoque Epiſtolam addere noſtro operi ſuperſediſſem, niſi quod Sanctitati tuæ noſtra omnia jam inde ab initio conatus hujus audacioris munera conſecravi. Tu vive in æternum, Pontifex Sanctiſſime. Anno Dominici natalis MCCCCLXX. Pontif. vero tui anno ſeptimo.

ANGELI POLITIANI (a) ORATIO SUPER FAB. QUINCTILIAN.

QUINCTILIANUM vero non nos quidem illum Ciceroni prætulerimus; ſed has certe ejus oratorias Inſtitutiones Rhetoricis Ciceronis libris pleniores uberioreſque eſſe exiſtimamus: nempe quæ ab ipſa quaſi infantia, atque ipſis incunabulis inſtituendum oratorem ſuſceperint, ſummamque ejus eloquentiæ manum impoſuerint. Itaque ne ipſe quidem Cicero ſatis, quæ de Arte Oratoria ſcripſerit, probaſſe omnia videtur. Nam & Rhetoricos libellos, in iis qui *de Oratore* ſint, haud uſquequaque ſequitur, & rudes inchoatoſque adoleſcenti ſibi excidiſſe e manibus affirmat, & ab his ipſis *de Oratore* in alio *ad Brutum* libro identidem deſciſcit: neque in hoc quoque, quem extremum abſolverit, ulla de arte præcepta ponit, ſed oratorem quaſi ipſum informat, & quod dicendi ſit optimum genus, decernit. Ergo ut philoſophi noſtri non, cum in primis Ariſtotelem ſequantur, ſtatim illum Platoni anteponunt; ita nos quod Quinctilianum quam Ciceronem interpretari maluimus, non quidem Ciceronis ſacroſanctam illam gloriam detrectavimus, ſed ad Ciceronem feſtinantibus vobis egregie conſuluimus. Hæc igitur & de Quinctiliano noſtra ratio fuerit. Sed neque inuſitatas vias indagamus, cum veterum libros auctorum in manus ſumpſerimus: qui tamen ſi minus in uſum conſuetudinemque hominum aliquot jam ante ſeculis non venerunt, non tam ipſorum culpa, quam fortunæ ac temporum injuria effectum eſt. Quid enim nunc attinet ſuperiorum calamitatem temporum memoria repetere? quod ſine ſummo dolore facere vix pie poſſumus, quibus inſignes illi, atque immortalitate digniſſimi ſcriptores, partim a Barbaris cæſi, fœdeque laniati ſunt, partim ab his ipſis, ad noſtrorum uſque parentum memoriam, velut in carcerem conjecti, atque in compedibus habiti, vix tandem aliquando, ſicut erant ſemilaceri atque trunci, multumque a ſeipſis immutati, ſuam hanc in patriam revertunt. Perquam igitur inhumanum facinus a nobis fieret, ſi de nobis, deque majoribus noſtris optime meritos inſigneis hos viros, dudum depoſita capitis diminutione, jure poſtliminii civitatem repetentes, non vel quamlubentiſſime agnoſcamus, atque in ipſam, quæ his maxime debet, latinitatem, ſuam in rempublicam, ſuum in ordinem, atque adeo intra privatos parietes noſtros, intra noſtrum ſinum benigne admiſerimus. Quod quidem ſi, me nunc primum auctore, adipiſcentur, cur mihi tandem id vitio vertatur, aut cur non ſumma potius gratia ab omnibus habeatur, quod quaſi mea privata pecunia publicum omnium æs alienum diſſolvere non dubitarim? Poſtremo ne illud quidem magni fecerim, quod horum ſcriptorum ſeculo corrupta jam fuiſſe eloquentia objiciatur: nam ſi rectius inſpexerimus, non tam corruptam atque depravatam illam, quam dicendi mutatum genus intelligemus. Neque autem ſtatim deterius dixerimus, quod diverſum ſit; major certe cultus in ſecundis eſt, crebrior voluptas, multæ ſententiæ, multi flores, nulli ſenſus tardi, nulla iners ſtructura; omninoque non tantum ſani, quin & fortes ſunt omnes, & læti & alacres, & pleni ſanguinis atque coloris. Quapropter ut plurima ſummis illis ſine ulla controverſia tribuerimus, ita priora in his aliqua, multoque potiora exiſtere jure contenderimus. Itaque cum maximum ſit vitium, unum tandem aliquem ſolumque imitari velle, haud ab re profecto facimus, ſi non minus hos nobis, quam illos proponimus, ſi quæ ad noſtrum uſum faciunt, undique elicimus, atque (ut eſt apud Lucretium)

Floriferis ut apes in ſaltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depaſcimus aurea dicta.

(a) In Burmanniana editione legebatur: *Campani Præfatio, ex Angeli Politiani Præfatione in M. Fab. Quinctiliani Inſt. Oratorias:* quem ſane titulum unde Burmannus exſcripſerit, ignoratur. Vide Politiani opera Venet. 1498. & Florent. 1499. Lege ſis Michaelis Maittaire Diſſertationem de Antiq. Quinctil. edition. CAPPER.

Atque

Atque hoc profecto eſt, quod, cum diu Marcus Cicero Atticis illis limatis & emunctis oratoribus operam dediſſet, poſt illa tamen & Rhodiis & Aſiaticis oratoribus aures commodavit: quorum lenti illi quidem, atque remiſſi: ii vero inflati, vani, atque jactantes: utrique vero minores Atticis, quaſique ab iis degenerantes exiſtimarentur. Itaque egregie nobilis pictor, qui, cum interrogaretur quonam in primis magiſtro profeciſſet, illo, inquit, populum intuens; & recte id quidem. Nam cum nihil in natura hominum ſit ab omni parte beatum, plurium bona ante oculos ponenda, ut aliud ex alio hæreat: & quod cuique conveniat, aptandum eſt. Eſt autem Quinctiliano propoſitum, oratorem eum inſtituere, qualem fuiſſe neminem memoriæ ſit proditum: qui & moribus perfectus, & omni ſcientia omnique dicendi facultate ſit abſolutus. Quapropter qui tantæ moli ſit deſtinatus, eum recens natum, quaſi de matris gremio ſuum in ſinum continuo accipit, nihilque ſibi reliqui facit, quod quidem ad educandum, erudiendum, informandumque illum pertinere intelligat, nunquam a ſe ante dimiſſurus, quam cum vivendi, ſciendi, dicendique omnibus numeris perfectum atque abſolutum, planeque oratorem ſummum ſingularemque reddiderit. Atque ad hunc unum terminum, omnes non ſuas modo; ſed omnium, ut quique probatiſſimi forent, veterum ſcriptorum ſententias, omniaque præcepta quaſi ſagittas in ſcopum rectiſſime collimat. Ac de intentione hactenus. Utilitas autem tanta in his voluminibus exiſtit, quantam vix fortaſſe in unius alteriuſve ex omni Græcorum Latinorumque copia inveneritis.

Marcus Fabius Quinctilianus, ex Hiſpaniæ oppido Calaguriæ, maxime propter obſeſſum in eo Sertorium inſigni, Nerone imperante, a Galba (qui & ipſe deinde imperator fuit) Romam adoleſcens admodum perductus eſt. Patre autem, quantum colligimus, cum erudito viro, tum in reipublicæ tuæ adminiſtratione honeſtiſſime verſato, uſus eſt. Ipſe cum in ea tempora incidiſſet, quibus & Annæus Seneca, & Julius Africanus, & Vibius Criſpus, & Trachallus, & Afer Domitius, aliaque Romanum forum præclariſſima ingenia illuſtrarent; Domitium in primis ſenem jam colendum ſibi affectandumque propoſuit, hominem cum omnium ejus ætatis oratorum eminentiſſimum, tum præcipua quadam facetiarum atque urbanitatis laude memorandum; neque illius ſolum actiones, verum & domeſticos ſermones diligentiſſime omnes obſervavit. Amavit etiam familiariſſime æqualem ſuum Julium Secundum, miræ facundiæ miræque gratiæ virum: cui tametſi properata mors injuriam fecit, magnum tamen is quoque inter laudata ingenia ſibi locum vindicat. Cum vero & probatiſſimis moribus, & ſumma ingenii vi, & acerrimo ſtudio Quinctilianus eſſet, prima ſtatim juventa celebrare forum, atque in ſummis patronorum numerari occœpit; ad eamque virtutis & ingenii commendationem repente pervenit, ut non ſolum maximæ quæque ad illum cauſſæ deferrentur, ſed & notarii, qui ejus dicentis verba exciperent, vulgo a ſtudioſis hominibus conducerentur. Quotiens vero cum aliis agebat, omnium non ſolum conceſſu, ſed & conſenſu fere ab ipſo ponendæ cauſſæ initium exigebatur. Primam vero actionem, juvenili quadam cupiditate gloriæ ductus, eam emiſit, quæ Nævii Arpiniani cauſſam continebat, in qua quæſitum fuerat, præcipitatane eſſet ab illo uxor, an ſe ipſa ſua ſponte jeciſſet. Inter cæteras autem, quas egit cauſſas Quinctilianus, duæ in primis inſignes habentur; altera, quam pro regina Berenice apud eam dixit; altera, qua ream tuebatur, quæ ſubjeciſſe dicebatur mariti teſtamentum, & chirographum marito expirante heredibus dediſſe: quod verum erat. Nam quia per leges inſtitui uxor non poterat heres, id fuerat actum, ut ad eam bona per hoc tacitum fideicommiſſum pervenirent. Et caput quidem quæri facile erat, ſi hoc diceret palam; ſed (*a*) peribat hereditas. Ita ergo figurate cauſam egit, ut judices illud intelligerent factum, delatores autem non poſſent apprehendere ut dictum: idque cum maxima Quinctiliani laude utrumque contigit. Verum præter ingenium, quod in illo fuit eminentiſſimum, tantam etiam vim concipiendarum imaginum, quas phantaſias vocant, habuiſſe accepimus, ut frequenter ita motus ſit, ut non ſolum lacrymæ illum, ſed & pallor & vero ſimilis dolor deprehenderent. Sed cum diu jam in foro tanto ſucceſſu tantaque gloria verſatus foret, ut inde non ingenteis modo opes, ſed & Romanam civitatem, omniaque nobilitatis jura conſequutus eſſet, & jam maximus (ut Juvenalis inquit) orator haberetur, honeſtiſſimum ſibi agendi cauſſas finem ſtatuens dum adhuc deſideraretur, receptui cecinit, ſuamque mox operam, vir procul dubio hominum cauſſa natus, ad præcipiendi munus transfer-

(*a*) Editum fuerat *paribat* nullo ſenſu. Capper.

re coactus eſt. Quo loco adnotandum nobis eſt primum omnium, Quinctilianum Romæ publicum juventutis gymnaſium, & e fiſco eximium ſtipendium accepiſſe: multique ex ejus ludo quaſi ex equo Trojano literatorum proceres extiterunt, inter quos & Plinius ille junior fuit, qui etiam in epiſtolis Quinctilianum præceptorem ſuum libentiſſime agnoſcit: & Juvenalem item fuiſſe (ut quidam arbitrantur) maxime veriſimile eſt, qui de illo his verbis honorifice mentionem facit,

————————— Unde igitur tot
Quinctilianus habet ſaltus? exempla novorum
Fatorum tranſi: felix & pulcher, & acer,
Felix & ſapiens, & nobilis & generoſus,
Appoſitam nigræ lunam ſubtexit alutæ.
Felix orator quoque, maximus & jaculator.
Et ſi perfrixit, cantat bene.

Erat autem in eo præter cætera adeoque exprompta fideliſque memoria, ut quæ ex tempore aliquando dixiſſet, ad verbum etiam repetita redderet: cujus rei ſæpiſſime periculum fecit, ſi quando interventus aliquorum, qui hunc honorem mererentur, iterare declamationis partem coëgiſſet. Poſtquam vero in erudiendis juvenibus viginti annos tanta ſua gloria tantaque juventutis Romanæ utilitate poſuit, ut ab ingenioſiſſimo Latinorum epigrammatum poëta, & vagæ juventutis moderator, & Romanæ togæ gloria vere meruerit appellari: etiam hunc laborem deprecatus ſtudiis aliquando ſuis quietem impetravit: atque ut non ſolum ætatis ſuæ hominibus, ſed & poſteris quoque conſuleret, totum illud otium ad hos de Oratoria Inſtitutione libros compodendos tranſtulit: quorum cum tertium jam manibus volumen haberet, Domitianus Auguſtus curam illi ſororis ſuæ nepotum delegavit. Uxorem prætorii viri filiam, omnes, quæ in feminam cadunt, laudes (ut ipſe inquit) ſupergreſſam, quum nondum ætatis undevigeſimum expleſſet annum, duos enixam filios, amiſit. Quorum alterum quintum jam annum egreſſum, miræ gratiæ, jucunditatis, ingeniique puerum, deflevit extinctum. Alter autem ſui nomen parentis referens, jamque ætatis decimum egreſſus annum, omnibus etiam, quas vix illa capiat ætas, corporis animique laudibus cumulatus, & conſulari nuper adoptione ad omnium ſpes honorum prius admotus, atque avunculo prætori gener deſtinatus, & omnium ſpe ſacris eloquentiæ candidatus, quum octo menſium valetudinem perpeſſus eſſet, infelici parenti hos ipſos etiam in pueri uſum elucubranti libros, alterum orbitatis vulnus inflixit: atque hunc ſuum caſum in horum librorum ſexto vir pius, ſed omnium ſuorum ſuperſtes, miſerabiliter delamentatur. Hos autem, qui nunc in manibus noſtris libri verſantur, Victorio Marcello, cum ſumma ſibi amicitia conjuncto, tum eximio ſtudiorum amore flagranti, dicavit: de quibus, id quod de Carthagine Salluſtius ait, ſilere ſatius puto, quam pauca dicere. Ferebantur autem & alii duo ſub Quinctiliani nomine libri Artis Rhetoricæ, neque editi, ut ipſe inquit, a ſe, neque in hoc comparati. Nam alterum, ſermone per biduum habito, pueri, quibus id præſtabatur, exceperant: alterum pluribus ſane diebus, quantum notando conſequi potuerant, interceptum, boni juvenes temerario editionis honore vulgaverant. Hos deinde compoſuit, in quibus eadem ſunt aliqua, multa mutata, plurima adjecta. Fuit enim in homine, ut in nullo unquam, ingenuus quidam animus. Itaque omnia in his libris ſedulo præcipit, &, omiſſo interdum ſpecioſiore ſtyli genere, ad utilitatem ſe diſcentium ſummittit: omniaque in iis, quæ ſecutus ipſe eſt, quæ partim præceptis, partim ratione cognoverit uſurpata, ſine ulla diſſimulatione promit. Sed neque veterem prorſuſque vulgatam opinionem ſuam damnare ipſe in his libris eſt veritus, neque in tanta re homo candidiſſimus conſcius eſſe ſibi diſſimulanti in ulla parte judicii ſui ſuſtinuit. Præter hos autem, & unum librum *de cauſſis corruptæ eloquentiæ*, & alterum item, qui nunc quoque extat, declamationum compoſuit. Miro autem candore veterum ingenia virtuteſque omnium indicavit. Senecam tantum damnare, inviſumque habere eſt creditus, quod accidiſſe ſibi ipſe ſcribit, dum corruptum & omnibus vitiis depravatum dicendi genus revocare ad ſeveriora judicia contendit. Nam cum ſolus fere Seneca in manibus adoleſcentium foret, non quidem ipſum omnino conabatur excutere, ſed potioribus præferri non ſinebat. Hactenus, quæ mihi de Quinctiliano comperta ſunt.

PETRI GALLANDII
PRÆFATIO.

Reverendo in Chriſto Patri & Domino D. Enguilberto ab Hiſpania, Divi Bertini apud Divum Audomarum Abbati digniſſimo, Petrus Gallandius

S. P. D.

CUM anno ſuperiore, Quinctilianum enarrans, argumenta quædam ſingulorum capitum ſummam breviter complectentia, ante lectionis initium dictare cœpiſſem, auditores iis ita delectari ſolitos animadverti, ut omnia diligenter atque avide exciperent, & ut idem, poſt quinque priores abſolutos, in reliquos libros præſtarem, atque omnia ſimul ederem, quotidiano prope convicio efflagitarent. Quod etſi fucis quibuſdam, apibus admirabilem conficiendi mellis induſtriam perpetuo invidentibus, parum probatum iri ſciebam, qui domi ſibi ſapientes, foris vero nemini commodantes, hac ratione bonos auctores contaminari clamitant; quia tamen hac facilitatis velut illecebra ſtudioſos adoleſcentes ad gravium auctorum lectionem invitari, & Quinctiliani ſententiam ſcepticam interdum aut ſinuoſam certiorem apertioremque fore cognoſcebam, non diutius honeſtiſſimæ illorum flagitationi repugnandum judicavi. Idque eo feci lubentius, quod Eraſmum literarum decus, ut alios multos prætermittam, hoc commentariorum genere, ad Ciceronis Officiorum lectionem nobis aditum feciſſe recordabar; quodque noſtri ſeculi adoleſcentes, faſtiditis gravioris notæ auctoribus, fœdiſſimos quoſdam & ineptiſſimos libellos manibus terere, hoc eſt, relictis fontibus, rivulos & lacunas conſectari videbam. Quos cum ab optimo quoque incipere, & in eo diu multumque verſari, quoad comparatum ſit judicium, & extra periculum, poſitum par eſt; ita ab hujuſmodi libellis, nervis & ſanguine carentibus eſſe primis annis remotiſſimos oportebat. Nam ut non facile primum colorem, quo ſimplex vellerum candor tingitur, eluas; nec cito ſuccum, quem recens teſta combibit, abſterſeris: ita vix unquam in bonum mutaveris vitia, quæ tenellis ingeniis primum inſederunt. Et quemadmodum præcoces crudique fructus, necdum juſto calore ſolis excocti, ſtomachos hominum debilitant, & pravorum humorum copiam ſuppeditantes varios in corporibus humanis morbos gignunt; ita fieri nequit, quin ex numeroſa libellorum ſobole, qui hodie primo cogitationis impetu, tanquam e ſatis Cadmi ſerpentis dentibus novi prodeunt, multa vitia ad incautos adoleſcentes perveniant. Hinc enim fit, ut cum iis lectitandis, qui nullo judicio inventis adhibito, nullo collocationis ordine, nullo verborum ſententiarumque delectu ſcripti ſunt, bonam adoleſcentiæ partem tranſmiſerint, pro ſolide doctis & eloquentibus, affectationis pravæ vitio tumidi, inani verborum licentia reſultantes, floſculis cito marceſcentibus nitentes, inanibus ſententiolis laſcivientes, tinnuli, corruptive, ut alia dicendi vitia taceam, reddantur. Quanto igitur præſtiterit, in veteribus ſani & recocti judicii ſcriptoribus felices illos adoleſcentiæ annos collocare? ex quibus verba ſenſu tincta, ſententiarum pondus & gravitas, æqui & iniqui perfecta cognitio, ſolida dicendi vis, non circulatoria volubilitas, acumen, nervi, ſubtilitaſque probandi, non fallax & cavillatoria ratio, ſuppetent. Quæ omnia etſi unius Ciceronis, viri extra communem ingeniorum aleam poſiti, lectio præſtare poteſt; quia tamen, conſularis & in eloquentia eminentiſſimi viri majeſtate ſervata, ſatis habuit breviter, ea præſertim quæ ad dicendi doctrinam pertinent, perſtringere, & velut annotare inter agnoſcentes, recte Quinctilianus, qui eadem omnia multo latius fuſa, non ſcientibus tantum, verum etiam diſcentibus tradidiſſe videtur, a doctiſſimis in hac civitate præceptoribus juventuti proponitur, inculcatur, & nutricum more veluti cibus præmanſus in os inſeritur. Ad quem amplectendum ſequendumque, ut quaſi claſſicum canentes, ſtudio-

ſos cohortaremur, argumenta noſtra nobis extorqueri, & ſingulis librorum capitibus præfigi paſſi ſumus. Nam ut ſeparatim excuderentur, ne nobis, quod in aliis accuſavimus, contingeret, ut, optimo auctore relicto, noſtris næniis per ignaviam inſeneſcerent, nunquam tuliſſemus. Atque ut memoriæ debilitati ſubſidio eſſe, & obſcuris lucem aliquam adferre poſſemus, adnotatiunculas quaſdam ubique marginibus adſcripſimus, animadverſione digna pleraque notulis quibuſdam ad latus inſignivimus: veterum exemplarium fidem & rerum veritatem ſecuti, quædam aliter quam exemplaria vulgo habebant, diſtinximus. Aliqua etiam depravata, exemplaribus vetuſtis, & virorum doctiſſimorum judicio freti reſtituimus : membra quoque ſingulorum capitum novum aliquid aut a præcedentibus diverſum continentia, ſignis majoribus ſeparavimus. Quod opus tibi, Antiſtes ornatiſſime, dicamus: tum quia majorum tuorum veſtigia ſequendo eximio virtutis & literarum amore flagras: cujus rei, cum iſtic ludo literario majori præfectus eſſem, ſignificationem maximam mihi ſæpe præbuiſti, præbeſque omnibus quotidie, ampliſſimos atque doctiſſimos homines tibi adjungendo, inter quos Claromariſcus Abbas, incredibili vir virtute doctrinaque & humanitate prope ſingulari, facile principem locum obtinet: tum quod omnis illa regio, in qua tua ditio latiſſime patet, tuis auſpiciis ſua ſtudia rectius conformare, &, rejectis inſulſorum grammatiſtarum, quæ apud vos magis in dies caput exerunt, nugis, graviſſimos auctores manibus verſare conſueſcet. Ac ne quis importunus & rerum malus æſtimator clamitet, ineptum eſſe me, qui librum profanum homini eccleſiaſtico & religioni addicto dedicem; Quinctilianum non minus ad bonos mores & virtutem, quam ad bene dicendum ingenia formantem, nemini profanum videri oportere dico. Nam quis unquam, de æquo & bono, de honeſtate, ſine quibus nunquam fieri Oratorem poſſe putat, accuratius diſſeruit? Quis pertinacius ſacrum Oratoris nomen quantumvis diſerto non convenire, ſi mentem habeat variis vitiorum affectibus conciſam atque laceratam, contendit? Porro cum omnis illa fori Romani ratio exoleverit, totaque dicendi doctrina ad ſacros concionatores fere tranſlata ſit, qui populum docent, delectant, & magnis affectibus ad religionem excitant; cui hæc noſtra induſtria rectius dicari poterat, quam ei, qui multis eccleſiis, ludis literariis, & collegiis præeſt? Quam nomini tuo appenſam, ſi eo animo, quo a nobis offertur, acceperis, præſul ampliſſime, ad commentarios in omnes ejuſdem auctoris libros, quos jamdiu parturimus, edendos aliquando animum feceris, & ad amplectenda meliorum literarum ſtudia, juventutem non vulgariter cohortabere. Vale. Pariſiis Nonis Octobribus.

PETRI GALLANDII
PRÆFATIO ALTERA,

Doctiſſimo humaniſſimoque Viro, D. Petro Caſtellano, Tutelenſium Epiſcopo, anagnoſtæ Regio, Petrus Gallandius

S. P. D.

SÆPENUMERO mirari ſoleo, Antiſtes ornatiſſime, cur in tanta præclarorum ingeniorum multitudine, tanta bonorum auctorum luce, qui quotidie novo ſplendore prodeunt, tam pauci, cum in cæteris artibus ſummis, tum præcipue in eloquentia, admirabiles exiſtant. Ac poſſit aliquis jure quodammodo in aliis reconditioribus diſciplinis linguæ Græcæ ignorantiam prætexere; cum ad hanc diem Latina fere ſola nobis in uſu fuerit, & qui diſciplinas eas tradere ſunt aggreſſi, tam procul a vera Græcorum methodo abfuerint, ut nulla eos propinquitate contingere videantur. Nam & plurima aliena fide miſcendo Plinius, centones interjeciſſe, & de medicina loquens Celſus, Latine quidem, temere tamen multa pronunciaſſe, & quod ait Perſius, corvos paſſim ſecutus dici poteſt; & hoc præſtare (a) philoſo-

(a) Perperam editum erat *philoſophi*. CAPPER.

phis

phis Seneca, quod vitia ſtrenue & Stoice inſectetur. Porro Ciceronem conſtat in eo genere ad Platonis æmulationem per dialogos philoſophiæ fruſta quædam ab aliis tractata concinnaſſe ad pompam potius & ſplendorem, quam ulla methodi commoditate inſtituiſſe. Eloquentiam vero, rerum, ut Euripides ait, reginam, a nobis in hodiernum diem turpiter neglectam, quo ore excuſabimus? Ea enim non poëtis & hiſtoricis modo, quibus Græcis pares eſſe facile poſſumus, verum etiam Ciceronis immortalibus orationibus, & ad eam via perveniendi ejuſdem & Quinctiliani præceptionibus certiſſima, tam ad vivum expreſſa eſt, ut non æquatam hac parte Græciam ſolum, verum etiam longiſſimo intervallo ſuperatam exiſtimem. Nam cum tenui, medio, & ſublimi, tribus dicendi generibus, quæ nobis *docere*, *delectare*, *movere*, tria oratoris officia referunt, univerſa contineatur eloquentia: iis ita omnibus ubertim effloruit Cicero, ut non modo, qui in horum ſingulis excelluerunt apud Græcos plurimi, verumetiam Demoſthenem ipſum, cui hæc laus uni tanquam principi tribuitur, facile præcipuis in eloquentia rebus anteverterit. Nam ut cum eo Demoſthenes docendi diligentia, atque omni inveniendi acumine paria fecerit, ornatu tamen & ſalibus, commotioniſque & commiſerationis vehementia cedat neceſſe eſt. Jam vero de præceptis viam ad eloquentiam communientibus ſi ſermo inſtituatur, quis Græcorum de Rhetorica libros magna ſuperſtitione atque ambitione ad ingenii oſtentationem comparatos, cum Ciceronis & Quinctiliani politiſſimis ſcriptis, quæ nihil ſupervacui, nihil impediti, nihil non ad artem pertinentis complectuntur, comparaverit? Et ſane pervulgata quædam rhetorum præcepta negligens prætermiſerit aut breviter perſtrinxerit Cicero, viri conſularis & in eloquentia eminentiſſimi ſervata dignitate: quid in Quinctiliano, vivo quodam præceptionum omnis generis exundante gurgite, quod vel ad mores, vel ad docentis diſcentiſque, utilitatem pertineat, deſiderare poſſis? Quo magis Ciceronis quibuſdam ſimiis, nihil ejus præter umbram & larvam habentibus, infenſus ſum, qui Quinctilianum prolixum, & nullo certo docentem ordine clamitantes, de manibus ſtudioſorum excutere meditantur. Cujus mentem, & ſuſceptam a principio ad finem inſtituendi rationem, ſi intentis oculis acrius intueantur, facile obſtinatum in prava ſententia animum mutaverint. Tanta enim facundia, diligentia, dexteritate, induſtria, ab imis fundamentis ad ſumma faſtigia partibus omnibus expreſſam hanc eloquentiæ architecturam comperient, ut, pravis affectibus depoſitis, facile confeſſuri ſint, nihil in eo genere ne mente quidem & cogitatione perfectius concipi poſſe. Tradiderunt rhetorica varii cum Latini tum Græci: quorum cum alii, tanquam neglectis carceribus, metam ſolam ſpectarent, elementa, & omnium diſciplinarum ſtudia, ſine quibus eloquentiæ corpus nullo modo coaleſcere poteſt, prætermiſerunt. Alii ex difficultate inuſitata, nominis & famæ cupiditate, his flexibus & mæandris rhetorica implicuerunt, ut & Dædali, juxta poëtas, labyrintho te facilius, quam e ſinuoſis eorum diviſionibus explicare queas. Alii ea ſermonis inopia & paupertate eadem tradere ſunt aggreſſi, ut non modo non inflammarent ad eloquentiæ ſtudium bene dicendi cupidos, verum etiam deterrerent. Plerique vero cum linguæ atque animi divortium facerent, tam ſunt ſubtiliter de rebus iiſdem nugati, ut de moribus, officio, & omni virtutum uſu non aliter conticuerint, quam ſi ea ab oratoris profeſſione alieniſſima fuiſſent. Ac Fabius cum faſtigia non poſſe conſiſtere, niſi bene jactis fundamentis, judicaret, ad ipſam pueri ſtatim nati balbutientem infantiam, & minima quæque, ſine quibus majoribus locus eſſe nequir, demittere ſeſe non recuſavit. A nutricibus enim æqualibus, pædagogiſque ſanctis juxta ac diſertis incipiens, cum puerum tanquam gremio fovendum ſuſcepiſſet, ad præceptorem in ſchola publica præſtantiſſimum, qui non acerbus ſtudiorum exactor ſit, ſed per luſum & jucundam æmulationem aſſiduus magis quam vehemens excitator, deducit. Legere, ſcribere, pronunciare ſingulari artificio docet: exercitatione optima & graviſſima paulatim ediſcendi, memoriam firmat. Ipſius etiam præceptoris officia perſequens, ut illi diſcipuli ingenium explorandum ſit, ut ad ejus naturam ſeipſum accommodare, optimis animum imbuere, mores ſuos auſteritate & comitate temperare, ut alias omnes diſciplinas ordine ante rhetorica tradere (quod utinam noſtris temporibus negligi, jure queri non poſſimus) ut profeſſionum diſcrimen facere, auctorumque delectum habere debeat, graviſſime præcipit. Hinc rhetorices progymnaſmatis breviter (*a*) percuſſis, ſumma ejuſdem capita oratione locupletiſſima diſcutit, de ipſius utilitate, materia, ſimul & diviſione, totoque genere & ſubſtantia. His accedunt ex libro tertio ſtatim ſcitu perquam neceſſariæ quæſtiones de rhetorices origine

(*a*) Utrum *percurſis* legi poſſit, an *excuſſis*, lector expendet. Capper.

& initio, progreſſu, perfectione, partibus, ſtatibus quæſtionum, & cauſſarum generibus, in quibus inventionis & diſpoſitionis fontes aperiuntur; & hæc quidem tribus primis libris. Quatuor autem ſequentibus, in partibus orationis ordine quodam doctrinæ faciliori, inventionis & diſpoſitionis uſum oſtendit. Et quamvis diſpoſitionem conjunctam eſſe velit cum inventione, quam duplicem facit, unam quæ ad docendum, alteram quæ ad affectus movendos pertineat; illam tamen peculiariter libro ſeptimo deſcribit, ubi quotuplex ſit, quid ſit, quanta ſit ejus utilitas, primum in univerſum, deinde in ſingulis cauſſarum generibus & ſtatibus prudentiſſime docet. Elocutionem autem, quod & difficillima & in immenſum effuſa ſit, cui memoriam & pronunciationem adnectit, ad peculiarem tractationem in quatuor libros ſequentes rejicit. Quibus cum quicquid de arte dici poteſt abunde ediſſeruiſſet, cumque ad partes diviſionis libro ſecundo factæ, de artifice, arte, & opere reſpiceret, ultimo libro, qui mores ipſius oratoris, quæ cauſſas ſuſcipiendi, diſcendi agendique ratio, finiſque, & quæ poſt finem ſtudia eſſe debeant, magna cum dignitate præſcribit. Et ne parum alere facundiam & augere vires eloquentiæ poſſet, ſi aliorum more præcepta ſterilia & nuda traderet, ſine ulla ſubtilitatis affectatione, quæ robur omne naturæ & virtutem artium debilitare concidendo ſolet, bonos medicos, qui cum abſynthium propinant, prælito melle poculo fallunt, imitatus eſt. Ea enim tanto verborum ornatu velut oſſa carne operuit, & ſententiarum interjectarum gravitate tanquam nervoſis toris adſtrinxit, tanta ſermonis copia, quæ a Cicerone brevitate conſtricta, rudioribus obſcura eſſe poterant, late perſequendo explanavit, ut luce clariora omnia, omnia admirabilia, jucunda, amabiliaque juvenibus reddiderit. Quem ſi quis objiciat non eſſe ſtructuræ artificio, compoſitioniſque concinnitate & numeris Ciceroni ſimilem, reſpondebo, non propterea diſertum & eloquentem non eſſe. An idcirco non habet orationem, quantum in hac præceptorum traditione fieri poteſt, numeroſam? Quænam rerum natura eſt, quæ in eodem genere non habeat complura diſſimilia, conſimili tamen laude digna? Id nos docent innumerabiles, quas auribus atque oculis colligimus, voluptates, quæ diverſæ noſtros tamen ſenſus ita delectant, ut difficillimum ſit judicare, a qua maxime afficiantur. Quid Cæſar proprie eleganterque dicere contentus, Plinius, Suetonius, Titus Livius, in quo Pollio Patavinitatem notavit, Ciceroni diſſimillimi, an propterea non legendi, non in diverſo genere ſuſcipiendi? Quanquam in his Inſtitutionibus Oratoriis, in quibus oratione perpetua uti non poteſt, minus id a Fabio requirendum erat, quam in ejus orationibus aut declamationibus: quæ ſi extarent hodie earum loco, quæ ſuppoſititiæ Quinctiliani nomine circumferuntur, quamplurimas virtutes Tullianis proximas in his fortaſſe animadverteremus. Atque ut, quod ſentio, exemplo plane familiari patefaciam; tantum utilitatis adferre eloquentiæ ſtudioſis poſt Ciceronem mihi Fabius videtur, quantum medicinam tractantibus poſt Hippocratem Galenus. Ne igitur eum, qui tot res tam diſſipatas & genere diſtantes, vinculo tamen naturæ quodam inter ſe colligatas, nec aliter ad eum, quem quærimus, perficiendum, quam flores & ſuccos diverſorum generum ad mellis ſuaviſſimum ſaporem, neceſſarias in unum tanto facilitatis ſtudio congeſſerit, perfricta fronte tanquam confuſum aut prolixum vituperemus: neque præſtantiſſimorum auctorum, quos omnino duos in hoc genere habemus, pernicioſum divortium admittamus: nec vero ſi nobis terra in Italiam via pateat, mare ad magnas merces importandas accommodatius, intercludamus. Sed ut ad id, unde digreſſa eſt, noſtra revertatur oratio, hanc ego faſtidioſam & inſolentem quorumdam cenſuram, qui pro Cicerone non aliter umbram ejus, quam apud poëtas pro Junone nubem Ixion, amplectuntur, inter cæteras cauſſam ſtatuo, cur tam pauci hodie vere eloquentes evadant; & Ciceronis amore inflammati, cutem ſummam atque extima quædam lineamenta, non animum aut ſpiritum aſſequantur. Ac cum me animo & cogitatione ad exquirendas hujus eloquentium penuriæ cauſſas attentius converto, longe maximam eloquentiæ peſtem adferre mihi videtur, qui pro gravioris notæ auctoribus ineptiſſimos libellos (qui quotidie primo cogitationis impetu, tanquam e ſatis Cadmi ſerpentis dentibus emergunt) imperitæ juventuti obtrudunt. Cum enim gravium auctorum ſententia idem eſſe in animorum affectionibus atque ſaporibus coloribuſque conſtet, ut, quemadmodum quo primum colore ſimplex vellerum candor tingitur, elui; quem liquorem teſta recens combiberit, abſtergi non poſſit; ſic quæ tenellis animis primum inſederunt, vitioſa præſertim, vix, inquam, mutari contingat: a prodigioſis ejuſmodi libellis par erat adoleſcentes eſſe primis annis remotiſſimos, & Ciceroni Quinctilianoque, qui acuere & alere ingenia poſſunt, addi-

ctiſſimos. In hos itaque rei literariæ ſcopulos cum ſemel incurrerint nullo judicio præditi adoleſcentes, vel cum voluptatum ſtudio laborem detrectant, vel ad quæſtuoſas artes præpropere feſtinant, facile, tanquam naufragio ſtudiorum omnium facto, eloquentiæ & ſapientiæ curam abjiciunt: non alia quidem dementia, quam qui rivulis aut potius turbidis lacunis contenti, limpidiſſimos fontes, & pleno torrentes alveo fluvios aſpernantur. Quid aliud his, qui ante tempus a gravium auctorum monumentis abducuntur, contingere putandum eſt, quam ſpuriis ejectis, qui certæ nutricis uberum beneficio privati, nunquam virile corporis robur colligunt? Qui poterunt avaritia atque ambitione, quaſi abortu quodam, ad honores & ſordidam advocationum ſtipem præmature abrepti, ſibi utiles, aut patriæ cives ſalutares eſſe? Nulla ſeveriore diſciplina in tuto collocatis moribus, nulla ſubnixi bonarum artium ſcientia, effreni vitæ licentia, & falſæ doctrinæ perſuaſione tumentes, cum ſe ad gubernacula reipublicæ tractanda evehi vident, quid non ſibi licere autumant? quam inſoleſcunt? in quæ flagitia ſeſe non ingurgitant? quid fœcunditate inſcitiæ ſuæ immundo contactu veluti Harpyiæ Vergilianæ non contaminant? quid diſcordiis non committunt, & in rem privatam convertunt? quem non virum bonum religionis aut æquitatis aſſimulatæ ſpecie opprimere conantur? Itaque pro pacificatoribus, diſcordiarum flabella; pro religionis & legum aſſertoribus, proditores & perniciosiſſima buſta; pro civibus honeſtis, utilibus & ſalutaribus, probra, peſtes & funera ſunt reipublicæ. Quis bene natus non indigniſſime ferat ſacrorum concionatorum ex horum auctorum contemptu fœdam inſcitiam? qui cum ex ſophiſtarum & barbarorum hominum tenebris prodigioſa quadam rerum & verborum farragine ſint inſtructi, nec populum docent veram de religione perſuaſionem, & ſpinis quibuſdam omnia exaſperantes, nullis dictionis aut ſententiarum ornamentis delectant, nec majoribus affectibus ad veram pietatem inflammant. Quibus eo minus ignoſcendum eſſe puto; quod omnibus fere curiis & judiciis excluſa hodie vetus illa fori Romani dicendi facultas, apud hos ſolos locum habere videatur; quodque ipſi in his rebus verſentur, quæ nullum ornamentorum, amplificationum, aut locorum communium genus reſpuant. Hæc ad te doctiſſimum hominem, pro tua prudentia atque dignitate occupationumque magnitudine, nimis fortaſſe multa; pro rei vero neceſſitate, pauca admodum, ſcribenda duxi: non ut Quinctiliano ſatis ex ſeſe judiciis ſanis commendato aliquam oratione noſtra commendationem conciliarem, verum ut, quid tu de reſtituenda perturbata diſciplina vetere, & certo tradendarum artium conſtituendo ordine, non ita pridem ſenſiſſes, tibi in memoriam revocarem. Memineram enim, te ante annum Regis ſapientiſſimi, humaniſſimi, atque omnium literarum ſtudioſiſſimi juſſu id non animo ſolum agitaſſe, ac uſurpaſſe ſermonibus, verum etiam ſcriptis acutiſſimis mandaviſſe, & vehementer ei placuiſſe primam deſcriptionem tuam. Cumque auctoritate & gratia tantum hodie apud illum dicendi cupidiſſimum, quantum mortalium nemo, valeas, ſiſque reconditarum omnium artium cognitione; atque inſuper incomparabili eloquentia clariſſimus, facile rectam viam, qua ad eam perveniendum ſit, tuis auſpiciis, aliis indicari & præſcribi, & loco motam perturbatamque veterem inſtituendi rationem in gradum & priſtinam dignitatem reponi poſſe ſperavimus. Quam ad rem egregie ſtabiliendam quam eſſet optandum a regia providentia & poteſtate, ut Critici pravis affectibus exuti, & diſciplinis omnibus non leviter tincti deligerentur, qui, ne ſtatim cum nutricis lacte errorem ſugere poſſemus, conſtitutam cum ratione formam retinerent, & ne in poſterum libellorum novorum perverſitate depravari, extinctis naturæ igniculis, poſſent inconſiderati juvenes, providerent. Nam quos adhuc experti ſumus ficulnos plane cenſores, qui frugibus glandem anteponunt, & de literis non aliter quam de coloribus cæci judicant, quis aliquo judicio præditus diutius ferat? Hæc me vehemens juvandæ rei literariæ cura ſtudiumque impulit, ut ad te ſcriberem; & ut ſimul opus ipſum noſtra induſtria illuſtratum mitterem, inſignis cupiditas tibi ſignificandi, quantum laboris in eo vetuſta cum novis exemplaria conferendo, cum doctis viris communicando, animadverſione digna notando, obſcura explicando, depravata reponendo & corrigendo, exhauſiſſemus. Nam cum omnes docti certatim tibi velut Apollini Muſarum choro præſidenti, non quantum merere hac eruditione & moribus, verum quantum poſſunt, deferant; multis ego beneficiis, nec iis vulgaribus a te affectus, ingratiſſimus ſim omnium mortalium, niſi aliquo ingenii monumento, quanti te faciam, quantumque tibi literæ debeant, apud omnes teſtatum relinquam. Vale. Pariſiis e gymnaſio noſtro Becodiano.

JOANNIS SICHARDI
PRÆFATIO.
LECTORI S. D.

POST multas, eaſque nec indiligentes omnino M. Fabii Quinctiliani editiones, quum & nobis ejus edendi conſilium ſubiiſſet, viſi ſumus id rectiſſime & veluti auſpicato facturi, ſi non, ut cæteri fere noſtra ætate omnes, ingenio, ſed exemplaribus paulo vetuſtioribus freti hoc facere ingrederemur. Nec enim obſcurum eſt, quantam maximis quibuſque auctoribus cladem attulerit hoc emendationis genus, quod, illotis quidam manibus, ad auctores quaſi per ludum accedunt, pro libidine, ut quidque in mentem venerit, aut tollentes, aut ingerentes. Quæ res cum cæteris fere omnibus, tum ipſi maxime Fabio obfuit, adeo, ut commemorare pigeat, quam ſubinde aliis atque aliis mendis ſciolorum quorundam vitio, veluti vulneribus affectus ſit, dum pro ſe quiſque hoc ſibi ſumit, ut in alieno libro ingenioſus videatur. Quo factum eſt, ut, ſubdititiis quibuſdam inſertis, non modo præterita ſint, quæ ad rem faciebant, ſed, quod eſt multo graviſſimum, cœperint interim in pretio eſſe & uſu, ſub magni ſcilicet nominis umbra, quæ ab omni dicendi ratione longe lateque abhorreant. Id quod fortaſſe alibi ſit tolerabilius : ſed ubi quicquid dixeris feceriſve, in exemplum protinus abit, atque deinde imitationem, ibi quamlibet parvus error etiam capitalis eſt. Nec accidit hic, quod fere alias, ut erratorum nos aliquando pudere poſſit; ſed placemus etiam nobis errore, dum exemplo quicquid ejus rei eſt facere nos perſuaſum habemus. Hæc nobis cauſſa fuit, humaniſſime lector, ut auctorem longe eminentiſſimum & dicendi gravitate & acumine judicii, in manus ſumeremus: non quidem hoc animo, ut ſpem cuiquam faceremus, nihil poſt noſtrum laborem fore reliqui, quod luce indigeat; quis enim hoc ſibi niſi impudentiſſimus polliceri auſit? ſed ut probaremus ſaltem ſtudium noſtrum in reſtituendis pro virili noſtra ejuſmodi auctoribus, quos ſane perpaucos temporum injuria reliquos nobis fecit; ſimul ut & his gratificaremur, qui inſtandi, ut hoc ageremus, nullum finem faciebant. Quorum quidem præcipuus fuit Joan. Antonius Caſſovienſis, vir cum abſoluta omnium artium, quæ in ſummum virum cadere poſſunt, cognitione præditus, tum rei Medicæ callentiſſimus, qui, ex media fere Polonia ad nos exemplari vetere ſubmiſſo, ſic pro amicitiæ noſtræ jure apud me egit, ut tergiverſandi nullum relinqueret locum. Ut autem habeas, humaniſſime lector, conſilii noſtri rationem, quid in toto opere ſpectaverimus, ita accipe. Initio curæ nobis fuit magnopere, ut ipſum dictionis filium uſquequaque ſui ſimile eſſet; eamque ob cauſſam nihil veriti quorumdam judicia, movimus loco, quicquid viſum eſſet alicunde arrepſiſſe in contextum: id tamen velim exiſtimes factum duce exemplari, ſine quo uſque adeo nihil putavimus tentandum eſſe in veterum monimentis, ut nec ullam peſtem ſtudiis ducamus majorem. Deinde cum pleraque varie legerentur, marginibus curavimus adſcribi ea quoque, quæ a ſententiæ, ut videbatur, propoſito longiſſime recederent: non hoc agentes, ut, vulgata editione damnata, obſcura quædam ſufficeremus, quæ lectorem morarentur, ſed quo a paulo acutioribus, tanquam ex veſtigiis, poſſet erui ſincerior lectio. Quod & avidius facturos nonnullos putabamus, quo minus noſtrum judicium interpoſuiſſemus. Nec vero inficias eo, quædam etiamnum reſtare, in quibus tibi nec judicium noſtrum, nec exemplar diligenter alioqui ſcriptum, ſuffecerit, ad quæ intelligenda, Delio, ne quid aliud dicam, (a) natatore ſit opus. Sed cogitabis ejuſmodi fuiſſe ſuſcepti negotii rationem, cui vix ipſe Fabius, ſi jam renaſcatur, ſatis ſit futurus: tantum ſibi permiſit quorumdam petulantia, in ea quæ non intellexit. Vale, & nos ama. Baſileæ menſe Auguſto. Anno M. D. XXIX.

(a) Male editum fuerat *notatore*. Capper.

EDMUNDI

EDMUNDI GIBSONIS PRÆFATIO.

DE ulla parte literarum bene mereri, ita magnum eſt, ut nihil poſſit præclarius cogitari. Ea eſt enim diſciplinarum dignitas, ut non ſolum ipſæ nativo lumine reſplendeant, ſed quadam pulchritudinis abundantia, admirabili fulgore ſuos cultores irradient. An vero laude majore digni, qui reſarciunt antiquorum ſcripta, mutila ac depravata; an ii qui de ſuo nonnihil in lucem proferunt, video inter multos controverſiam feciſſe. Sunt enim, qui ſuis omnibus tam immoderate indulgent, ut ſuo, fertili ſcilicet ſublimique, ingenio indignum omnino exiſtiment, ſcriptis alienis operam impendere. Qua opinione provecti, totam protinus curam ad ſcribendi ſtudium convertunt; tum demum ſe literis profeciſſe arbitrati, cùm ſui cerebri fœtum viris literatis tradiderunt. Illorum ego ſententiæ accedam, ſi prius mihi conſtiterit, recentiorum hominum ſcripta eſſe antiquis illis, ſive diſpoſitionis decore, ſive ſermonis elegantia, ſive cogitationum ſublimitate comparanda. Priſtina illa ſcientiæ & eruditionis vena ita penitus præciditur, ut neque ad noſtram ætatem duci poſſit, neque eam capere noſtræ ætatis conditio videatur. Ut enim de Romanis dicam; illis ſeſe ultro Latinus ſermo perhibuit; Græcum mediocri induſtria perceperunt; quod tempus reliquum fuit, id fere lucubrationibus dederunt. Nos vero infinita linguarum varietate obruimur, longaque rerum geſtarum ſerie detinemur: quarum ſtudio efficitur, ut exiguum vitæ ſpatium ad cogitandum ſuperſit. Adeo feliciſſimus ille & multo doctiſſimus, quiſquis ea, quæ antiqui illi & ſenſerunt & fecerunt, optime percepit. Cum autem ex verbis fractis & oratione corrupta nihil magnopere ſine ſumma difficultate elicitur, reliquum eſt, ut illis aliqua gratia debeatur, qui in ſanandis veterum reliquiis ſuam operam poſuerunt. Quæ cum dico, nollem intelligi, quaſi pernicioſum illud genus emendationum probarem, quo nonnulli homines politiſſimum quemque ſcriptorem contaminant. Libris nimirum paulo diligentius perlectis, perpenſoque colore ac ductu orationis, aliquid ex ſuo ingenio promunt, quo fœdiſſimæ lacunæ ſuppleantur; adeoque (id quod non erubeſcunt jactare) auctores nativæ puritati reſtituantur. Caſtigationes eo equidem magis pernicioſæ, quod fere ſpecie quadam elegantiæ indutæ, omni ſuſpicione carent, facileque fidem lectionum ſaniſſimarum conſequuntur. Hoc qui faciunt, eadem peritia præclariſſima poliunt monumenta, qua medici minus ſolertes vulnera deligant. Utriuſque idem conſilium, ut tenera quadam cute & ſpecioſa cicatrice putido corruptoque vulneri obducta, corpora ſanitatem oſtentent, parum interim de ſincera valetudine ſoliciti. Utinam illi (homines dicam an peſtes literarum) aliquando cogitarent, non id eſſe ſcripta polire, ea elegantiora, nitidiora, & comtiora facere, quam fecerunt ſui auctores; ſed, abjectis gloſſematis, deprehenſis librariorum erroribus, ipſa ſcriptorum verba atque orationem eruere. Quod ſi quis ſuo ingenio aut conjecturis aſſequi ſe poſſe ſperaverit, næ ille non eſt longe ab inſania remotus. Horum hominum manus temerariæ ut optimos quoſque auctores profanarunt, ita (ſi *Joanni Sichardo* credimus) *Quinctilianum* maxime. *Quæ res* (inquit) *cum cæteris fere omnibus, tum ipſi maxime Fabio obfuit; ut commemorare pigeat; quam ſubinde aliis atque aliis mendis, ſciolorum quorumdam vitio, veluti vulneribus affectus ſit*, &c. Grave equidem crimen, & ſevera reprehenſione digniſſimum. Inde enim onus recenſendi libros augetur maxime, quod ad intolerabilem illum laborem errores apertos emendandi, acceſſit diligentia a falſo, fucato, verum diſtinguendi. Utrique propoſito impar eſt & inutile cujuſvis ingenii acumen: id vero niſi intra juſtos limites coërceatur, etiam maxime nocet. Unum ſubſidium, Codicum vetuſtorum auctoritas: quorum mediocri copia comparata, ſperare incœpi, eorum ope, aliqua parte macularum elegantiſſimum Rhetorem purgari potuiſſe. Octo impreſſorum, qui ſunt paulo antiquiores, & trium manu ſcriptorum beneficio, effectum eſt, quod mihi propoſueram. Horum primum ego Bibliothecæ *Bodleianæ* debeo, hæc Archiepiſcopo *Cantuarienſi*, *Gulielmo Laud* Martyri, propter ſummam conſtan-

tiam, egregiam pietatem, ſingularia erga noſtram Academiam, Eccleſiam erga Anglicanam merita, nunquam ſine maximo cultu & veneratione nominando. Quicquid lucri ex Codice MS. *Joannenſi* ad Fabium pervenerit, id omne debetur viris doctiſſimis *D. Humfredo Gower*, Collegii *D. Joannis*; atque *D. Carolo Roderick*, Collegii Regalis Præfectis, clariſſimis *Cantabrigiæ* luminibus. Hic ſua gratia & rogatu effecit, ut ille ad nos Codicem humaniſſime tranſmitteret. Iiſdem viris acceptum referatur, quod jam tandem in lucem prodiit *Tribunus Marianus*; Declamatio nova, ex libro MS. Collegii *D. Joannis* edita. An ſit illa genuina, an vero ſuppoſititia, pronunciare pertinaciter non audeo; ſunt enim, quæ utramque partem probabilem faciant. Nitidum orationis filum, ſpirituſque virilis, antiquitatem ſapiunt. Fidem vetuſtatis augere poteſt, quod eadem manu, qua reliquæ novendecim, ſcribitur. Quod autem hæc in calcem Codicis iſtius conjicitur, quod etiam in tribus exemplaribus MSS. quæ *Oxonii* habemus, nulla illius veſtigia deprehendumur, hæc (fateor) fraudis alicujus ſuſpicionem pariunt. Quicquid autem eſt, nolui hanc occaſionem illud edendi prætermittere. Cumque Codices fere manu ſcripti, Librariorum ſive inſcitia ſive incuria, plurimis conſperguntur erroribus, iique, quoties Codicum multorum præſidia deſiderantur, non niſi conjecturis ſanantur; optimum fore exiſtimavi, ſingulas quaſque Exemplaris literas typis repræſentare: partim ne meo judicio nimium viderer tribuere, partim ut aliorum opinionibus locus ſupereſſet. Atque hoc quidem obiter. *Baliolenſem* Codicem nobiſcum ſumma humanitate communicavit eruditus & vigilans illius Collegii Magiſter, *D. Rogerus Maunder*. Cum vero eos homines commemoro, quorum fui beneficiis affectus, diſſimulare ſine ſumma ingratitudine non poſſum, quantum huic operi contulit *D. Arturus Charlettus*, Collegii *Univerſitatis* Magiſter. Vir ille ad ingenia juvenum ſuſtentanda natus, pro affectu ſuo ſingulari tum erga bonas literas, tum erga eos omnes, qui ſunt ad diſciplinarum ſtudia paulo procliviores, mihi, nullius gratiæ homini, aditum ad Codices liberrimum ſua auctoritate patefecit. Conquiſitis Codicibus, cum editione, quæ *Lugduni Batavorum* prodiit, omnes comparandos exiſtimavi; tum quod eam, ultima cum ſit, merito præſtantiſſimam duxi; tum etiam quod in hominum manibus omnium plurimum verſaretur. Hujus oneris parte aliqua me hominum nonnullorum opera liberavit, quorum diligentiæ illius curam tuto committi poſſe arbitrabar. In collationibus quantum eſſet fructus primo ſtatim intuitu perſpexi: nec ſine ſumma voluptate obſervavi, ut eorum beneficio dubia confirmarentur, corrupta plurima tollerentur, & ſpecioſioribus nonnullis ſuſpicio injiceretur. Utinam mihi per ætatis imbecillitatem licuiſſet, meum in quibuſdam judicium interponere. Hoc autem in illud tempus differo, cum majore literarum uſu roboratus, quicquid ſentio, id poſſum proferre & liberius & verecundius. Interim, ne præpoſtera quadam uterer diligentia, textum hunc auctoritate Codicum diſpoſitum, mihi quaſi futuri operis fundamentum jeci; omnia mea in hoc genere ſtudia ad ornatum & illuſtrationem *Fabii* converſurus. Nec enim ego, cum hac parte diſciplinarum maxime delector, quemquam poſſum reperire, qui ſit *Fabio* cura dignior aut diligentia. Ejus vitæ Commentarios paulatim etiam colligerem, niſi poſt celeberrimum *Dodwellum* in ea materia quicquam moliri, impudentiſſimum foret. Confectos apud ſe habet *Annales Quinctiliani*: ex acri autem illius erga optimas literas amore, exiſtimari poteſt, non commiſſurum eum, ut hoc diu beneficio careant eruditi. Habes, Lector, quæ te nollem neſcire. *Vale.*

ULRICI OBRECHTI PRÆFATIO,

Ad Virum Clariſſimum Edmundum Gibſonem.

QUANTO favore paſſim excepta ſit, quam conferendis QUINCTILIANI codicibus non ita pridem operam impendiſti, publicus ad Te, Vir Clariſſime, applauſus detulerit; mihi in fronte hujus editionis diſſimulandum non fuit, ſi quid ea rei literariæ bono præſtitum eſt, id omne in tuæ diligentiæ ſive proventu ſive fructu eſſe computandum. Dudum eſt, quod omnia, quæ Quinctiliani nomen præferunt, inprimis vero Inſtitutiones haſce Oratorias innumeris vulneribus, & fœdioribus etiam cicatricibus deformatas, adeoque virum feliciſſimorum alias ſtudiorum, hac tamen parte voto ſuo fruſtratum eſſe, cognovi, *ut quos emitteret; libri in manus hominum quàm emendatiſſimi venirent.* Sed conſumtis in priores editiones præcipuarum bibliothecarum præſidiis, malum remedio majus, neque ulteriori curæ locum eſſe arbitrabar; cum huc ad nos, licet ob interrupta pacis commercia ſerius, advectæ, quas operi utiliſſimo, reſeratis Angliæ theſauris, denuo ſuppetias tuliſti, & melioris me ſpei, & ſubinde novi conſilii fiducia impleverunt. Etenim ex quo diverſas ab editis lectiones inſpexi, quas e Bodleiano præcipue, ſed & cæteris manu exaratis codicibus excerptas textui ſubjeciſti; ſic in animum induxi, ut prorſus exiſtimem, nullum deinceps in Quinctiliani libris mendum pro immedicabili habendum, ſi tuo exemplo excitati, quibus veſtuſtorum forte adhuc exemplarium uſus vel copia ſuppetit, ad hoc operas ſuas pari fide atque diligentia conferant, ut de earum deinceps varietate penitus conſtet. Neque de ſcriptura ſaltem loquor bonæ aut probabilis notæ: vulnera ut ſanari ſe patiantur, cruda ſunt tractanda; & callus, quod obductis male cicatricibus fieri ſolet, ad vivum reſecandus. E corruptis certe locis nullos felicius correxerit, qui arte & judicio valet, quam qui & a librariis imperitiſſime ſcripti & ab emendatoribus pro deſperatiſſimis abjecti ſunt. Id infinitis experimentis olim hodieque conſpertum, dubio plane eximet hæc ipſa, qua ſuperioribus aliquot menſibus graviores reipublicæ curas diſtinguere viſum eſt, operum, quæ Quinctiliano tribuuntur, recenſio; cum emendationum, quæ, vel textui adhibitæ; vel notis peculiari volumine, quod præcipuos inſuper eruditorum virorum commentarios complectetur, propediem repræſentandis, reſervatæ ſunt, fontes recludentur. At quod ut Symbolas, quas poſſunt, conferant, quotquot genuinæ eloquentiæ; quid eloquentiam dico? quotquot veræ ſapientiæ favent, ſi ego hortator non ſim, politiſſimi operis, uti ſpero, pretium invitabit. Nos, quod unum noſtræ facultatis eſt, merita quemque laude ſuo loco mactabimus, qui vel hactenus, vel impoſterum laboris huc aliquid opiſve contulerit. Ad te vero, Vir Clariſſime, omnis quæcumque publice futura eſt navatæ operæ gratia, redundabit. Niſi enim tu novæ induſtriæ tam eximium ſive ſpecimen ſive inſtrumentum præbuiſſes, hujus certe editionis nemini cuiquam gratia deberetur.

CAROLI ROLLINI
ELOQUENTIÆ PROFESSORIS REGII
PRÆFATIO.

Fabius perutilis.

EX omnibus antiquis Scriptoribus, qui magis quam Fabius prodeſſe juventuti poſſit, vel ad excolenda præſtantiſſimis eloquentiæ præceptis ingenia, vel ad formandos optimis morum inſtitutis animos, neminem prorſus, niſi me forte amor ſuſcepti operis fallit, reperiri poſſe arbitror.

I. Ad eloquentiam. *Qualis ſit Rhetorica Ariſtotelis.*

ATQUE ut ab arte dicendi, de qua potiſſimum hic agitur, initium ducam, fateor equidem ſcriptis ab Ariſtotele de Rhetorica libris nihil eſſe in hoc genere perfectius. Sic mentis humanæ ſenſus intimos reſerat felix naturæ indagator, ſic occultos illos meatus, quibus ad animum victrix penetrat oratio, pandit & explicat, ut quicumque aſſidue verſatus in ejus libris fuerit, huic omnia penitus eloquentiæ arcana patere videantur. Sed præterquamquod Græci ſermonis obſcuritas & inſolentia pleroſque arcet ab aditu præclari operis, rerum ipſarum difficultas, & illa præcipiendi ratio paulo abſtruſior, ſummam animi prudentiam judiciique maturitatem poſtulant, quæ nonniſi in magiſtris doctiſſimis occurrit, nedum ab imperitis adoleſcentibus exigi debeat.

Qualis Rhetorica Tullii.

Magis obvius, & ut ita dicam tractabilis, & tenellæ ætati longe accommodatior videtur Tullius. Nitida, facilis, & compta ejus oratio. Non ille, ut e vili Rhetorum officina tetricus dicendi magiſter, præcepta quædam vulgaria & contrita tradit ſermone agreſti atque horrido: ſed ut homo politus & elegans, veterique illa urbanitate limatus, omnia ſale ſuo, & lepôre, & ſuaviſſimis facetiis ſic aſpergit, ut, quanquam in libris quos de Rhetorica ſcripſit, nihil ſit omiſſum quod ad eloquentiam pertineat, paſſimque in iiſdem pelluceat collecta ex omni flore antiquitatis & cognitione artium præſtans eruditio, tamen totus ille ſermo ſimilior videatur jucundiſſimi inter confabulantes amicos colloquii, quam graviſſimæ inter homines eruditos diſputationis. At ipſa illa varietas dialogorum, quæ mire a tædio & ſatietate defendit orationem, nonnihil interdum obſcuritatis parit, ut difficile ſit, præſertim pueris, inter varias ac ſæpe diverſas diſputantium opiniones deprehendere quæ ſit vera Tullii ſententia. Sparſa inſuper huc & illuc præcepta, nec in certum digeſta ordinem, vix poſſunt in juſtum quoddam Rhetoricæ corpus coaleſcere, atque adeo prorſus ab uſu & conſuetudine ſcholarum abhorrent.

Rhetorica Fabii commendatur.

Fabius ſic caret omnibus hiſce incommodis, ut neutrius tamen virtutes deſideret. Ariſtotelicam ſubtilitatem ſic Tullianæ elegantiæ floſculis diſtinguit, ut & juventutem detinere ſuaviter, & exercere altiſſimam quoque eruditionem ac ſcientiam poſſit.

1. Perſpicuitate & ordine præceptorum.

AC PRÆCEPTA quidem ipſa ſi conſideremus, nemo unquam artis Rhetoricæ vim omnem ſic expreſſit, ſic oratorem complexus eſt univerſum. Hunc ille ab ipſis incunabulis ad ultimam uſque ſenectutem ita deducit, nullam ut ejus vitæ partem carere optimis documentis ſinat. Ubique mirus ordo rerum, mira ſeries & concinnitas. Sic pleraque inter ſe connexa & apta, ut aliud ex alio naſcatur ac pendeat, nec a propoſito quidquam aberret. Clare ac dilucide, quæ præcipua dos & virtus docentis, proponit omnia de quibus dicturus eſt, & in ſuas quidque partes accurate diſtribuit, cautus tamen vitare diligenter vitium illud conciſæ nimium & velut articuloſæ partitionis, quæ nimia ſubtilitatis affectatione in eamdem illam obſcuritatem recidit, contra quam reperta eſt.

2. Sanis dijudicandi regulis.

QUANQUAM non tam præcepta ipſa apud Fabium attendenda cenſeo, quæ illi cum cæteris Rhetorum communia ſunt, quam ſparſas per totum opus dijudicandi regulas, ad quas ſi adoleſcentes animum dirigant, optimis ſtatim ſanæ eloquentiæ elementis imbuantur. Quot enim ſint partes vel Rhetoricæ, vel orationis, quo tropi diſtent a figuris, quæ ſit teres, &, ut aiunt, quadrata periodus, & alia ejuſmodi plurima

plurima non ſane multum ad ſummam eloquentiæ conferunt: quæ ut ignorare forſitan magiſtris turpe ſit, ita ſcire non adeo præclarum. At noſſe quo quidque eorum præſtari modo poſſit; quando palam & aperte aggrediendus Judicis animus, quando furtim & quaſi per cuniculos ſubeundus; ubi oſtentandæ opes eloquentiæ, & explicanda omnis verborum ac ſententiarum magnificentia; ubi adhibendus ſimplex & verecundus, qualis timidam veritatem decet, orationis candor; quem ſtylum poſtulet argumentorum pugnacitas, quem vis aut lenitas affectuum; ſalibus ac jocis, an viribus & gravitate utendum; denique aſpere, an leniter; abundanter, an preſſe; magnifice, an ſubtiliter dicendum ſit: hoc ad eloquentiam maximi momenti eſt: hoc egregie Fabius docet.

3. Styli elegantia.

NEC prudentiſſimi tantum Rhetoris partes agit, ſed etiam facundiſſimi Oratoris. Expertus nimirum longo uſu hoc imprimis curandum eſſe doctoribus, ut teneras adhuc mentes more nutricum mollius alant, & ſatiari velut quodam jucundioris diſciplinæ lacte patiantur; nudaſque illas & jejunas artes, præterquamquod odium ſæpe faciunt ſtudiorum, omnem ſuccum ingenii bibere, nec pueris nocere minus, quam teneris plantis ſiccum & ſine humore ullo ſolum; admiſcuit præceptis ſuis quantum plurimum potuit nitoris & elegantiæ, ut ipſa jucunditate lectionis allecti lubentius ea diſcerent, & voluptate ad ſtudium traherentur. Hinc crebræ illæ ſimilitudines, quæ & lucem & gratiam præceptis non mediocrem afferunt. Hinc delectus ille ſimul & copia verborum optimorum & acrium ſententiarum, quibus tota hæc Rhetorica conſpergitur. Hinc denique mira illa figurarum varietas, quæ ſingulari acumine & quaſi ſale excitant animum: ita de horridis rebus nitida, de jejunis plena, de pervulgatis nova quædam eſt illius oratio. Enimvero illa ſunt ejuſmodi, ut non minus quam ipſa præſtantiſſimorum oratorum lectio, alere facundiam, & vires augere eloquentiæ poſſint.

4. Optimis præceptionibus de ratione legendi auctores.

AT ipſa illa oratorum lectio quî prodeſſe poſſit, ubi melius quam apud Fabium diſcitur? Hanc ſtudiorum partem, omnium procul dubio maxime frugiferam, & fingendis ad eloquentiam adoleſcentibus non modo perutilem, ſed prorſus neceſſariam, e ſchola Rhetorum ſic tunc pravæ conſuetudinis imperioſa lex abegerat, ut illi præceptis tantummodo fuſius explicandis, & præparandis ad declamandum juvenibus tempus omne contererent. Ut erat acri judicio Fabius, & utilia præferebat ambitioſis, ſentiebat præcipuo ſtudiorum fructu fraudari pueros, cum in omnibus fere minus præcepta valeant quam experimenta; dolebatque in rebus plerumque frivolis & inanibus operam illis & laborem perdi. Sed ut vulgo accidit, quamvis ipſe aliter ſentiret, corrobaratæ longo uſu & apud omnes receptæ conſuetudini cogebatur invitus ac reluctans velut torrenti cedere.

At in libris ſuis ut obviam eat huic malo, non contentus monere ſæpius hoc diligentiæ genus, quæ in explicandis auctoribus adhibetur, plus collaturum diſcentibus, quam omnes omnium artes; in illud paſſim toto opere incumbit, ut demonſtret, quæ ſit optima legendi auctores & interpretandi ratio. Explicare vim ac proprietatem cujuſque vocis, verborum aut ſententiarum elegantiam & acumen annotare, explanare hiſtorias, ſi quæ occurrant, veterum legum ac conſuetudinum doctam obſcuritatem diligenter ac curioſe rimari; hæc quidem omnia minime ſpernit Fabius, ſed multùm infra Rhetoris officium arbitratur.

Quæ ſint Rhetoris partes in explicandis auctoribus.

Hujus præcipuas partes eſſe exiſtimat docere diſcipulos, quæ ſit vera & incorrupta eloquentiæ ſanitas, in qua naturalis inſit non fucatus nitor; quam ſæpe occurrat in orationibus latens conſilium, & occulta calliditas; qua arte ſenſim ac leniter irrepat orator in mentes audientium, qua luce ac brevitate narret, qua vi nervos argumentorum intendat, qua ſolertia ictus adverſarii vel ipſe eludat prudenter, vel in eum fortiter retorqueat; quemadmodum dominetur in affectibus, & modo impetu facto irrumpat in animos, modo eoſdem tanta jucunditate demulceat, ut ipſa illa quæ extorquet, impetrare eum credas, & judex non rapi videatur, ſed ultro ſequi.

Tali lectione formatur judicium.

Crebra & iterata ejuſmodi lectione, qua non leviter tranſcurrunt optimos auctores, ſed eos penitus introſpiciunt, &, quantum virtutis habeant, intentis oculis ſtudioſe ſcrutantur, accedit juvenibus limatum, & acre, & intelligens judicium. Aſſueſcunt in legendo nihil omittere, ſive quod in inventione, ſive quod in elocutione obſervandum ſit: artem orationis intimam, quæ plerumque latet, (& vero deſineret ars eſſe, ſi appareret) ſagaciter odorantur: ſentiunt, judicio quaſi guſtu intus admonente, quæ in optimis ſcriptoribus maxime extant & eminent, & cur ea excellant. Ipſa

etiam, ſi qua ſint, vitia deprehendunt, nec unquam ſe inani verborum ſtrepitu decipi & vano ſententiarum fulgore patiuntur.

Ciceronis lectio, optima Rhetorica.

Hæc vera eſſe experientur adoleſcentes, ſi orationes Ciceronis legere maluerint, quam in commentariis Rhetorum conſeneſcere. Hoc eſt enim certiſſimum & præſtantiſſimum præceptorum genus, ſummi illius viri & in omnibus oratoriis virtutibus eminentiſſimi diligens obſervatio. Hunc igitur, auctore Fabio, ſpectent: hoc ſibi proponant exemplum: tuncque ſe valde profeciſſe ſciant, cum illis Cicero valde placebit.

Univerſitatis Pariſienſis laus.

Atque ego non poſſum hic non vehementer gratulari Academiæ Pariſienſi, apud quam multis jam abhinc annis invaluit laudabilis illa conſuetudo, quam Fabius tantopere commendat. Perſonant certatim gymnaſia illius omnia erudito ſtrepitu adoleſcentium in ſingulis ſcholis Græcos, Latinoſque auctores quam plurimos, non minore judicii quam memoriæ laude, explanantium. Et vero quem fructum ſperes a publicis ſcholis, ſi per totum anni curriculum liber unus aut alter Virgilii & Livii, aut perbrevis una Ciceronis oratio perlegatur? Quî poterunt adoleſcentes ſibi parare vim & copiam verborum optimorum, unde tanquam e penu & repoſito theſauro ſumant quæ ad ſcribendum neceſſaria ſunt, niſi lectione multa & idonea copioſam ſibi ſupellectilem collegerint? Quî poterunt ſibi ipſis induere rectam eloquentiæ formam, niſi aſſidua meditatione præſtantiſſimi cujuſque ſcriptoris ſuos imbuerint animos, & inde quaſi colorem duxerint? Hujus autem in legendo & judicando ſolertiæ inter antiquos optimus, imo (pene dixerim) unicus magiſter Fabius.

5. Saluberrimis remediis contra corruptum dicendi genus.

PRÆCIPUUM quippe illius in ſcribendis hiſce libris, quantum ex toto opere conjicitur, conſilium fuit, ut imbutos jam ac corruptos pravis judiciis ſuorum animos, magiſque ac magis quotidie a recta dicendi via aberrantes, ad meliorem, ut ita dicam, frugem, & ad ſaniora conſilia revocaret.

Auguſti tempore vigebat ſana eloquentia.

Ferax eminentium in ſingulis artibus ingeniorum aurea illa ætas naſcentis Auguſti perductam ad ſummum culmen (quantum quidem humanæ res patiuntur) eloquentiam viderat. Quamlibet varia fuerit illius temporis oratorum velut indoles, diverſique orationis vultus, in omnibus tamen eamdem ſanitatem eloquentiæ, & quamdam judicii ac voluntatis ſimilitudinem & cognationem agnoſcas. Inerat illis ſpecies ac venuſtas, non adornata cincinnis, aut fuco illita, aut muliebribus quæſita pigmentis; ſed, qualis ex integra valetudine effloreſcit, nativo quodam colore & ſucco tincta, ſanguine & viribus nitens, plena denique maſculæ cujuſdam & incorruptæ dignitatis.

Seneca cœpit inclinare eloquentiam.

At paulatim labi viſa eſt, & diffluere, & prorſus ab antiquo more & cultu degenerare eloquentia, omnemque illam rectæ & integræ dictionis ſalubritatem perdere. Qua labe Romanos Seneca præſertim infecit, vir multis quidem virtutibus clarus, facilitate inventionis, ubertate doctrinæ, ſententiis, figuris, beatiſſima rerum verborumque copia; ſed nimium amator ingenii ſui, cui utinam temperare quam indulgere maluiſſet, eoque perículoſior, quod nonniſi dulcibus abundat vitiis. Apud eum ſcatent omnia ſententiis: ſed denſitas earum, ut in ſatis omnibus fructibuſque arborum accidit, ſibi obſtat invicem: & in tanta copia, quæ eſt ſine delectu, multas neceſſe eſt excidere leves, frigidas, ineptas. Quia lucere totam ubique orationem voluit, lumina illa non flammæ, ſed ſcintillis inter fumum emicantibus ſimilia dixeris. Minuti paſſim corruptique ſenſiculi; quibus & rerum pondus frangitur, & nimium conciſa ac velut ſoluta ſubſultat oratio, e ſingulis non membris, ſed fruſtis collata. Ita nocent apud illum ipſæ præſertim virtutes, ultra modum expetitæ: omnium in eloquentia vitiorum peſſimum, quoties ingenium judicio caret, & ſpecie boni fallitur. Nam cætera cum vitentur, hoc petitur.

Mox ea prorſus degeneravit.

Ut autem ſunt prona in deterius hominum ingenia, & pravi dociliora quam recti, mala contagione novum hoc dicendi genus totam illico invaſit urbem. Juvenes, ſpretis veteribus, quos ille diverſi nempe ſibi conſcius generis non deſtiterat laceſſere, ad unius Senecæ imitationem compoſiti, illiuſque præſertim vitiorum amatores, tantum ab illo defluxerunt, quantum ipſe ab antiquis deſcenderat. Sordere cœpit purus inaffectatæ ſimplicitatis nitor, & quidquid natura dictaſſet. Non jam placuit niſi picta, & tranſlucida, & verſicolor oratio. Neglecta rerum cura eſt, ut haberetur ratio verborum, quibus hoc unum tamen attributum a natura officium eſt, ſervire ſenſibus. Floſculis ac ſententiolis reſperſa temere omnia. Quaſi lege ſancitum fuit, ut omnis locus, omnis ſenſus, in fine ſermonis acumine feriret aurem: turpe autem ac prope nefas habitum reſpirare ullo loco, qui acclamationem non peteret.

Gliſcenti

Toto opere Fabius corruptum illud & fractum omnibus vitiis dicendi genus revo-

care ad ſeveriora judicia contendit. Non ille quidem culte & ornate dicentibus inimicum ſe profitetur, ut ſatis ſcripta ejus declarant, omni qua par eſt gratia & venere nitentia : imo hac in re, ut & in cæteris omnibus, Tullium adoleſcentibus imitandum proponit, qui cum omnia utilitati, tum partem quamdam delectationi dabat; cum & ipſam ſe rem agere diceret (agebat autem maxime) litigatoris; nam hoc ipſo proderat, quod placebat. Sed præcipit ut ornatus ille ſit modeſtior, materiæ perſoniſque accommodatus, omnique faſtu & oſtentatione careat : in primis autem ut nihil agat orator ipſius tantum ornatus gratia, nec unquam ſpeciem orationis ab utilitate cauſſæ ſejungat. Nam pleroſque præſentis cupido laudis a propoſito abducit. Non quærunt, quæ cauſſæ proſint, ſed quæ famam augeant; nec tam fortibus quam fulgentibus armis curant prœliari.

huic malo Fabius obſtitit.

Ornatûs nimiam luxuriem amputavit.

Eſto, ſibi ipſe tunc paulo plus indulgeat orator, cum non ad victoriam, ſed ad ſolum finem laudis & gloriæ tendit. At ubi res agitur, & vera dimicatio eſt, ultimus ſit famæ locus. Cauſſa laudetur potius quam patronus. Cogitet eſſe hominis improbi, atque etiam prævaricatoris, de plauſu magis quam de rei eventu laborare; audeatque ſe ipſe tantiſper obliviſci, dum litigatoris ſalus in tuto ſit. Quanquam minus cupidis opinionis plus fructus venit, & ſpreta in tempore gloria, mox cum fœnore cumulatior redit. Quædam enim non dum fiunt laudantur, ſed cum facta ſunt : nec eſt orationis vera laus, niſi cum finita eſt.

Ultima ſit patrono famæ cura.

Immoror in hac parte diutius, quia & ipſe Fabius, cujus quantum in me eſt & ſententias & verba ipſa uſurpare non vereor, nihil in toto opere fuſius ac ſæpius tractat, & noſtros quoque juvenes præmuniendos cenſeo adverſus hanc labem, quæ noſtri etiam temporis nonnullos oratores infecit. Nos enim in omnia vitiorum deliciarumque genera ipſa quoque ratione dicendi deflexímus. Atque ut de forenſi eloquentia taceam, quæ tamen plus modeſtiæ & ſobrietatis retinuit, quis non miretur ac doleat in ſacra etiam pulpita irrupiſſe hanc dicendi laſciviam & luxuriem, quæ ne profanis quidem oratoribus permittatur? Scio multos eſſe qui de divinis rebus digne Deo diſſerant, *magnifice ſapientiam tractantes*, nec cauponantes aut *adulterantes verbum Dei.* Sed de aliis loquor.

Adverſus eadem vitia præmuniendi nunc adoleſcentes.

2. Mac. 2. 9.
2. Cor. 2. 17.

An ejuſmodi conciones, ubi vertuntur graviſſima rerum æternarum momenta, lætum decet & hilare dicendi genus, quod aut puerilibus ſententiolis laſciviat, aut caſuris, ſi leviter excutiantur, floſculis niteat? An quiſquam ſanæ mentis ferat oratorem, ubi ſalus aut pernicies audientium agitur, curioſe verba aucupantem, in dimetiendis ſyllabis componendiſque vocibus occupatum, congerentem ſtudioſe antitheta, ut aurium voluptati ſerviat, anxiumque de fama ingenii, & cui eſſe diſerto vacet? Commoveaturne quiſquam illius adhortationibus aut increpationibus, quem tumidum, ac ſui jactantem, & ambitioſum inſtitorem eloquentiæ in tanto ſuo & aliorum diſcrimine videat? Quo fugerit interim ardor ille & impetus animi, quo flagrare ipſe & inflammari debet, qui cæteros cupit incendere? Non perdant hæc omnia neceſſarium de tantis rebus ac periculis agenti affectus & ſolicitudinis colorem?

Conciones ſacræ non admittunt tam lætum dicendi genus.

Contingit multis concionatoribus, quia non ſatis cogitant pleroſque audientium, etiam eos qui in cæteris eruditi videntur, ſæpe in rebus divinis infantes eſſe & novitios; contingit illis, inquam, ut, dum magna tantum & ſublimia affectant, aut bene ſonantes numeros nimis ſtudioſe conſectantur, *facti velut æs ſonans aut cymbalum tinniens*, aut potius *quaſi carmen muſicum quod ſuavi dulcique ſono canitur*, nihil præter canoros ſtrepitus & confuſas voces edant, quibus aures fortaſſe mulceantur. Ita plerique ex illis concionibus, quo tanquam ad pingue convivium a patrefamilias invitati venerant ut cibo veritatis ſe ſe explerent, vacui & inanes revertuntur, pictiſque illis epulis non paſti ſed illuſi, integram & jejunam famem domum referunt. *Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.*

1. Cor. 13. 1.
Ezech. 33. 32.

Thren. 4. 4.

Neque hæc a me ideo dicuntur, ut a ſacris concionibus excluſum omnem ornatum velim. Uſus orationis non in hoc repertus eſt, ut tantum cognoſcant auditores, ſed aliquanto magis ut conſentiant. Quæ autem libenter audiunt, ea & magis attendunt, & facilius credunt : plerumque delectatione capiuntur : nonnunquam admiratione auferuntur. Habeatur itaque ratio hujus humanæ infirmitatis. Non ſit oratio neglecta & horrida, huc & illuc temere errans, ejuſdem ubique formæ & velut unius ſoni; ne & contemptum oratoris, & divini ipſius verbi ſatietatem ac faſtidium creet. Meminerimus deberi hanc & rebus ipſis, & auditoribus reverentiam, ut nihil ad eos niſi accuratiſſimum, & quam fieri poterit diligentiſſime præparatum afferamus. Excitetur ſubinde oratio illis minime vulgaribus ſententiis ac figuris, quæ convertant in ſe auditorem, nec lan-

Aliquem tamen ornatum poſtulant.

guere patiantur, & faciant audiendi ſitim. Detur etiam aliquid aurium judicio, nitidius aliquid & numeroſius poſtulantium; quoniam penetrare altius in animum non poſſunt, quæ ſtatim in aure quaſi in veſtibulo offendunt.

Qualis debeat eſſe ille ornatus.

1. Cor. 1. 17.

2. Cor. 5. 20. Matth. 11. 5. Matth. 5. 3.

Prima ſit virtus perſpicuitas.

Sed ornatus ille virilis, fortis, & ſanctus ſit. Omnia potius ab argumento, quam ab oratore profecta credantur. Sublimitas ipſa rerum ac magnificentia nobiles quoque ſententias ac figuras pariat. Ac ne illis quidem etiam neceſſariis ornamentis aut nimium indulgeat orator, aut etiam ullatenus confidat, *ut non evacuetur crux Chriſti.* Grande nefas ac piaculum ducat, vel leviter de fama ingenii ſolicitum eſſe, ubi agatur æterna populorum ſalus. Cogitet ſe *pro Chriſto legatione fungi*: apud nos *pauperes evangelizari: pauperum eſſe regnum cœlorum*: atque adeo ſe maxime pauperibus eſſe debitorem. Itaque prima ſit illi virtus perſpicuitas. Id propoſitum habeat, non ut intelligere poſſit auditor, ſed ne omnino poſſit non intelligere: quod quidem non conſequetur, niſi tam clara fuerint quæ dicet, ut in animum ejus oratio, ut ſol in oculos, etiamſi in eam non intendatur, incurrat.

Scriptæ orationes nitidiorem cultum patiuntur.

Lib. 12. c. 10.

Scriptæ fortaſſe orationes, præſertim illæ quæ ad pompam & oſtentationem comparantur, melius admittant terſum illud, & limatum, & crebris luminibus micans dicendi genus, quale nunc maxime dominatur. Nam, ut ipſe Fabius animadvertit, acres illas vibranteſque ſententias, dum rem contineant, & copia non redundent, quis utiles neget? Feriunt animum, & uno ictu frequenter impellunt; & ipſa brevitate magis hærent, & dictione perſuadent. At illa ſententiarum abrupta brevitas, qua nihil apud vacuas aures atque eruditas poteſt eſſe perfectius, & quæ otioſum lectorem fortaſſe minus fallat, (libera enim lectio eſt, nec actionis impetu rapitur) apud occupatos ſæpe variis cogitationibus homines, & plerumque ineruditos inprimis evitanda eſt; rapide enim tranſvolat audientem, nec dum repetatur exſpectat, nihilque aliud præter inanem jucundioris ſoni memoriam relinquit.

Optima oratio, quæ & grata doctis, & plana imperitis.

Horat. de Arte Poetica.

Quanquam, ut ego quod ſentio libere fatear, omne punctum tuliſſe mihi videtur oratio, etiam ſcripta, quæ, qualis eſt ſemper Tullii, & doctis probabilis, & plana imperitis erit; quæ ſic ingenioſe limata fuerit, ut ad eam intelligendam opus tamen non ſit ingenio; ſic omni venere & gratia abundet, ut præ ſe ferat feliciſſimam facilitatem; ſic arte & ſtudio ſit concinna, ut ab ipſa natura fluere illaborata videatur. Optima enim minime acceſſita ſunt, & ſimplicibus atque ab ipſa veritate profectis ſimilia. Sed plerique iſta faſtidiunt, tanquam ſermonis quotidiani ſint; & perire ſuum laborem atque ingenium putant, niſi ſtatim appareat; nec attendunt, nihil in eloquentia, ut perfectius, ſic etiam difficilius eſſe, quam id quod dicturos ſe omnes fuiſſe putant, poſtquam audierunt: *Ut ſibi quivis ſperet idem, ſudet multum fruſtraque laboret, auſus idem.*

Sed vereor ne me longius abduxerit hæc ad juvenes noſtros de vitandis corruptæ eloquentiæ vitiis commonitio: nunc iidem paucis docendi, quantum ad fingendos mores prodeſſe poſſit Fabius.

II.

Fabius perutilis ad mores.

Se ipſe in libris ſuis depinxit.

NON ſine cauſa proditum eſt, ut quiſque vivat, ita etiam dicere. Loquuntur plerumque homines perinde ut affecti ſunt, optimuſque animi ſecretorum teſtis & index ſermo ipſe. Hoc certe Fabio maxime contigit. In ſcriptis ejus, tanquam in ſpeculo, vivam mentis illius imaginem facile deprehendas. Mirus apparet ubique ſinceritatis candor, & blanda conciliatrix animorum modeſtia, ab omni faſtu & oſtentatione longe abhorrens. Ineſt tanta illius gravitati aſperſa comitas, tam ſuavis ſummæ eruditioni adjunctus urbanitatis lepos, ut, licet non poſſis non vehementer admirari hominis doctrinam & ingenium, magis tamen ames indolem.

Qualis debeat eſſe præceptor.

Lib. 2. c. 2.

Lib. 1. c. 3.

Dum vivis coloribus boni præceptoris ſpeciem adumbrat, ipſe non cogitans expreſſit ſuam. Scias ſentire eum quæ dicit. Morum quam ſtudiorum longe antiquior illi cura, multoque potior apud illum ratio vivendi honeſte, quam vel optime dicendi. Neque vero uſquam oratorem diſcernit a viro bono, aut eloquentiam a virtute ſeparat, ratus, ſi vis illa dicendi malitiam inſtruxerit, nihil pernicioſius fore, peſſimeque illius magiſtros de rebus humanis merituros, ſi latroni comparent hæc arma, non militi. Vere parentis erga diſcipulos ſuos animum induit, patiens in docendo, in emendando non acerbus; nec triſti auſteritate ſibi odium pariens, nec diſſoluta comitate contemptum; minime iracundus, aut ſui impotens, nec tamen eorum, quæ corrigenda ſunt, connivens diſſimulator; ſolers peccata prævertere potius, quam punire; longe alienus ab illa illiberali conſuetudine cædendi pueros, quæ plerumque & ſtudiorum & magiſtri odium affert; ſicque exiſtimans, ad emendanda vitia plus lenitate & patientia, quam objurgatione & plagis profici.

Pauca

Qualis diſcipuli. Lib. 2. cap. 10. *Qui præceptorem ſanctis voluere parentis eſſe loco.* Juven. Lib. 1. c. 3.

Pauca tradit de diſcipulorum officiis, ſed quæ nuuquam debeant ab eorum animis effluere. Id unum eos admonet, ut præceptores ſuos non minus quam ipſa ſtudia ament; & parentes eſſe, non quidem corporum, ſed mentium credant. Sic enim eos libenter audient, emendati non iraſcentur, laudati gaudebunt, ut ſint chariſſimi, atque etiam familiariter amici, ſtudio merebuntur, in ipſos denique cœtus ſcholarum læti & alacres convenient. Vult idem dari ſibi puerum, quem laus excitet, quem gloria juvet, qui victus fleat; quem vel leviſſima objurgatio acrius mordeat, quam graviſſimæ pœnæ; qui non imperio & metu, ſed amore officii & magiſtri, ad laborem feratur. Studium enim diſcendi, voluntate, quæ cogi non poteſt, conſtat.

Qualis educatio puerorum. Lib. 1. c. 1. & 2.

Ea vero de educandis pueris præcipit, quæ parentibus etiam Chriſtianis injicere pudorem debeant. Quoniam natura tenaciſſimi ſumus eorum, quæ rudibus annis percepimus, & hæc ipſa magis pertinaciter hærent, quæ deteriora ſunt; ab ipſis puerorum adhuc vagientium cunis prudenter amovet quidquid teneras illorum mentes inficere vel leviter poſſit, acremque tunc maxime parentibus diligentiam imperat formandi cuſtodiendique in ætate prima pudoris; ne mollior illa educatio, quam indulgentiam vocant, quaque ſtatim infantia deliciis ſolvitur, nervos omnes & mentis & corporis elidat. Nihil audiri in paterna domo, nihil ſpectari vult, quod poſſit obeſſe infantibus; ne diſcant hæc miſeri, antequam ſciant vitia eſſe. Protinus ne quid cupide, ne quid improbe, ne quid impotenter faciant pueri, cavere diligenter parentes & magiſtros jubet. Si enim hæc vitia ætate & conſuetudine obdureſcant, frangas potius quam corrigas.

Maxima debetur puero reverentia. Juven.

Propoſita pueris ad ſcribendum exempla utile quid habeant. Lib. 1. c. 1.

Nullum ratus vacare ſpatium temporis oportere a cura fingendi mores, præcipit, cum ſcribere nomina puer incipiet; ne hanc operam in vocabulis vulgaribus & forte ocurrentibus perdat, iique verſus qui aut ad imitationem ſcribendi, aut ad memoriæ exercitationem proponentur, non otioſas ſententias habeant, ſed honeſtum aliquid monentes. Proſequitur enim hæc memoria in ſenectutem, & impreſſa animo rudi uſque ad mores proficit. Quid igitur cenſuiſſet de ſacris codicibus, qui *verba æternæ vitæ* continent, ſi ejus animo hæc divina lux affulſiſſet?

Auctores obſcœni ne legantur. Lib. 1. c. 5.

Cum agit de lectione auctorum, fatetur hanc partem ſtudiorum admonitione magna egere, inprimis ut teneræ mentes, tracturæque altius quidquid rudibus & omnium ignaris inſederit, non modo quæ diſerta, ſed vel magis quæ honeſta ſunt, diſcant. Qui licentius ſcripſere, eos vel prorſus a ſuis diſcipulis amovet, vel certe ad firmius ætatis robur reſervat, cum mores in tuto fuerint. Non auctores modo, ſed etiam partes operum eligit. *Horatium in quibuſdam*, inquit, *nolim interpretari.* Operæ pretium eſt hominem Ethnicum ſic loquentem audire Chriſtianos ſcriptores & magiſtros, qui elegantiæ quam pudoris ſtudioſiores, incautis adoleſcentibus propinare non verentur hoc periculoſius venenum quo dulcius. Maximam certe gratiam habere debemus eis, qui pietati ſimul & doctrinæ conſulentes, pleroſque auctorum Latinorum non ſolum accuratiſſimis illuſtrarunt notis, ſed etiam ab omni labe, quantum fieri poteſt, ſic purgarunt, nihil ut fere amplius ab ipſorum lectione caſtis auribus & animis timendum eſſe videatur.

Effeminata Muſica & pronunciatio vitetur. Lib. 1. c. 8. & 10.

Auctor eſt pueris, ut formandæ vocis cauſa Muſicam diſcant, non eam quæ nunc, ait, in ſcenis effeminata, & impudicis modis fracta, ſi quid in nobis virilis roboris manebat, excidit; ſed qua laudes fortium canebantur, quaque & ipſi fortes canebant. Ad pronunciandi ſcientiam formetur puer, at nec vitia ebrietatis effingat, nec ſervili vernilitate imbuatur, nec amoris, avaritiæ, metus diſcat affectum. Nam frequens imitatio tranſit in mores. Qui ſic loquitur ac ſentit, an pateretur obſcœnis canticis ſtrepere Chriſtianas domos; legi privatim, aut palam pronunciari refertas tenerrimis affectibus tragœdias; aut etiam dari in theatro adoleſcentibus magiſtros & ſocios ſaltitandi ac declamandi, comœdos, mimos, ſcurras, balatrones, & cæteras id genus publicas peſtes pudoris & honeſtatis?

De delectu præceptoris. *Res nulla minoris conſtabit patri quam filius.* Juvenal. Lib. 1. c. 1. 2. Lib. 2. c. 2.

Quid autem de magiſtri delectu ſtatuat Fabius, diſcant parentes Chriſtiani, quibus qui minimo ſumptu conſtat, optimus is videtur; aut obvius quiſque ſufficit; aut nonniſi comptus, & elegans, & politulus quæritur; aut obſoleta eruditione hirſutus maxime placet. Jubet diligenti ſtudio eligi *præceptorem ſanctiſſimum quemque*, (cujus rei, inquit, præcipua prudentibus cura) a quo juvenis mores primum, mox eloquentiam diſcat, quæ male ſine moribus diſcitur; cujus diſciplinæ ſeveritas, pudor inprimis & caſtitas conſtet, ut & teneriores annos ab injuria ſanctitas docentis cuſtodiat, & ferociores a licentia gravitas deterreat; à quo puer nihil audiat niſi profuturum, nihil diſcat quod neſciſſe rectius fuerit. Plurimum illi de honeſto ac bono ſermonem eſſe vult, quia licet aliunde præcepta & exempla ſuppetant, tamen viva illa

vox alit plenius, præcipueque præceptoris, quem diſcipuli, ſi modo recte ſunt inſtituti, & amant, & verentur.

De officiis patroni. Lib. 12 c. 7.

Infinitus ſim, ſi, quæ in his libris occurrunt ad fingendos mores, velim colligere. Si noſtro auctori creditur, numquam patronus ad dicendum accedet cupiditate laudis & gloriæ adductus, multo minus ſpe mercedis & lucri. Quod numquam apud nos in diſceptationem veniret, fuſe apud Fabium tractatur; gratiſne ſemper oratori agendum ſit. Paciſcendi quidem ille piraticus mos, & imponentium periculis pretia procul abominanda negotiatio, longe ab illo aberit. Si ſufficentia ſibi (modica autem hæc ſunt) poſſidebit, turpe ducet vendere operam, & ſordido quæſtu elevare tanti beneficii auctoritatem. Non defendet ille niſi viros bonos, numquam injuſta tuebitur ſciens, nec portum illum eloquentiæ ſalutarem etiam piratis patefaciet.

Lib. 12. c. 8. 9.

Ante omnia liberum dabit iis, quorum negotia ſuſcipiet, tempus ac locum, quamlibet verboſe res ſuas exponant; memor ſcilicet ſupervacua cum tædio audiri, neceſſaria cum periculo ſubtrahi: nec adeo pluribus ſe cauſſis onerari ſinet, quam quas tueri optime poſſit. Litis omne inſtrumentum per ſe ipſe diligenter ſcrutabitur, nec ad id ſequeſtram alterius fidem & operam adhibebit.

Lib. 12. c. 9.

Numquam a viro bono in rabulam latratoremque converſus, caninam, ut aiunt, eloquentiam aſperis maledictis exercebit. Turpis hæc voluptas, & inhumana, & nulli audientium bono grata, a litigatoribus quidem frequenter exigitur, qui ultionem malunt quam defenſionem: at, ſi quid modo liberi ſanguinis habeat, non ſuſtinebit petulans eſſe ad alterius arbitrium; tantumque aberit ut imitetur eos, qui conviciis implent vacua cauſſarum, iiſque ſæpe fictis, modo ſit materia ingenii, mereaturque clamorem dum dicitur, ut ne vera quidem ſit objecturus, niſi id prorſus cauſſæ neceſſitas exigat.

Fabii egregiæ virtutes.

Quid est fere quod nos Chriſtiana doctrina exculti ad hæc Fabii præcepta poſſimus adjicere, ſi tamen tam rigidæ & auſteræ diſciplinæ ſuſcipere ipſi patrocinium audeamus? Quid tali virtutis indole perfectius, quid amabilius cogitari poteſt? Quæ laus modeſtiæ, pudoris, probitatis, abſtinentiæ, juſtitiæ deeſſe ipſi videtur? Si quæ humanæ dotes inæſtimabile Fidei donum mereri poſſint, quis illa dignior quam Fabius?

Ejuſdem vitia.

Caruit tamen pretioſa illa luce veritatis: imo ſponte obviam occurrenti, & ad ſe ſe ultro invitanti oculos occluſit pertinaciter, ſuaſque illi tenebras prætulit. Accitus in eam [a] domum, quæ tota Chriſti bono odore fragrabat, quæ puris Evangelicæ doctrinæ irrigata fontibus nonniſi Pauli & Apoſtolorum verbis perſonabat, quæ inter ſummas opes inops, & in celſo humanarum dignitatum culmine Chriſtiane humilis, etiam in ſexu fragili ſui cruoris bene prodigos martyres tuendæ religioni dare meruit; ipſe Chriſtiani nominis ſi non hoſtis, at certe contemptor, & incurioſus, auſus eſt *primum Judaicæ ſuperſtitionis auctorem*, hoc eſt, vel latorem antiquæ legis Moyſen, vel potius, ut tunc loquebantur, Chriſtum ipſum, *tanquam pernicioſam cæteris gentem contraxiſſet*, contumelioſe inſequi.

Chriſtianæ religionis contemptus.

Lib. 3. c. 7.

Turpis adulatio erga Domitianum. Lib. 4. Præf.

Quid commemorem illam vix in tali viro credibilem turpiſſimæ adulationis ignaviam, qua Imperatorem, generis humani dedecus, omni flagitiorum ac libidinum & crudelitatis genere infamem, ut cenſorem ſanctiſſimum, atque etiam, ne quid ignominioſæ aſſentationi deeſſet, ut cœleſte Numen, populorum omnium non admirationi ſolum, ſed etiam adorationi propoſuit? Quid impiam illam doloris acerbitatem in ſuorum immatura morte liberorum referam, quæ eo erumpit, ut ipſos etiam (quos tales opinabatur) incuſet Deos, nullamque terras amplius deſpicere providentiam teſtetur? En quo recidunt ſine Chriſto hominum Ethnicorum eminentiſſimæ virtutes. Fatendum tamen, occurrere in Fabio permulta, quibus ad honeſte vivendum adoleſcentes informentur, nec ullum eſſe ex antiquis auctoribus, qui plus ad fingendos mores conferre poſſit.

Impia doloris acerbitas. Lib. 6. Præf.

III. Quæ ſpectent hanc (ſcil. Rollini) editionem Fabii.

QUI IGITUR contigit tot clarum titulis auctorem, fuiſſe hactenus & in publicis ſcholis velut hoſpitem ac peregrinum, & in cæterorum hominum manibus adeo infrequentem? Non ſane incuſari poteſt nec in magiſtris negligentia ſui officii, nec in aliis incuria rerum optimarum. Nunquam forte acrius, quam nunc in Academia Pariſienſi, ſtudia viguerunt: nulla ætas quam noſtra fuit literarum & politioris humanitatis ſtudioſior. Imputandum illud ipſi Fabio, nec vitio dandum.

Occurrunt in ejus ſcriptis vel ab ipſo initio tot ſalebræ & aſperitates, ad quas

[a] Domus ac familia Clementis Conſulis, cujus liberorum educatio commiſſa Quinctiliano fuerat, Chriſtianæ religionis profeſſione claruit, plureſque Sanctos ac Martyres protulit, Clementem ipſum, & utramque Domitillam.

ſtatim velut ad ſcopulum lectoris animus offendit, ut mirum non ſit pleroſque ab illorum lectione deterreri. Rhetorica, cui per plurimos annos operam dabant juvenes, ſic fere in ſcholis apud illos tractabatur, ut olim apud nos Philoſophia. Cum tunc multa eſſet inter Rhetoras de arte dicendi controverſia, ſententiarum varietas, & in magnam rerum tenuitatem deſcenderent; eorum præceptis inerant neceſſario plurimæ ſubtilitates, quæ nunc non poſſunt faſtidium non movere. Præterea multa ſunt abſtruſiora & difficiliora, quæ ut per omnes numeros penitus cognoſcere, ad ſummam ſcientiæ tunc neceſſarium erat, ita nunc incipientibus brevius ac ſimplicius tradi magis convenit.

Hæc ego, & alia ejuſmodi, quæ ob nimiam obſcuritatem pleroſque offendunt, amputanda cenſui, ipſo, ni fallor, non vehementer refragante Fabio. Pluribus enim locis admonet, non eſſe tot præceptis obruendos juvenes, ne difficultate inſtitutionis tam longæ atque perplexæ deterreantur, & quo tempore præcipue alenda ingenia atque indulgentia quadam enutrienda ſunt, aſperiorum tractatu rerum atterantur. *Eligat itaque* (hoc ipſe in alia re ſuadet) *peritus ille præceptor ex omnibus optima.*

Non eram neſcius, cum id opus aggreſſus ſum, fore ut hic noſter labor in varias reprehenſiones incurreret. Quibuſdam enim, & iis plerumque maxime eruditis, totum hoc diſplicet auctores edendi genus, quo aliquid ex eorum ſcriptis reciditur. Neque hi ſane, dum ita ſentiunt, ratione prorſus & judicio carent. Poſtulo tamen ab iis enixe primo, quod æquitatis eſt, ne me inauditum damnent; tum, quod erit eorum humanitatis & benevolentiæ, ut, etiamſi minus rem ipſam probent, aliquam tamen optimæ voluntatis meæ rationem habeant.

Cum me totum hactenus meamque omnem induſtriam inſtituendæ optimis artibus juventuti impendiſſem, mei quoque otii fructus eidem conſecrandos exiſtimavi. Dolebam jampridem non poſſe in manus adoleſcentium tradi Fabium, memineramque olim me, dum Rhethoricam in Academia Pariſienſi profiterer, ſæpius optaſſe, ut non alio Rhetore diſcipuli noſtri quam Fabio uterentur. Ecquem enim meliorem ex antiquis haberent & dicendi præceptorem, & vivendi? Hos ſenſus, ut alia omnia, a clariſſimo viro hauſeram, quo in Rhetorica præſtantiſſimo magiſtro, & in omni reliqua vita optimo patre uſus ſum. Nec dubito quin cæteri Eloquentiæ profeſſores, ut ſunt acri judicio non minus quam ingenio præditi, etiamnum idem quoque ſentiant. Non male igitur & de adoleſcentibus, & de magiſtris, & de literis ipſis meriturus mihi videbar, ſi poſſem efficere ut, reciſis illis velut ſpinis & ſentibus, quæ hactenus iter ad Fabium juventuti obſtruxerant, aditus in poſterum pateret omnibus ad amœnos illos & elegantes eloquentiæ hortos, omni florum & fructuum genere abundantes.

Habebam quoque in animo amantibus bonarum artium doctis viris & claris magiſtratibus hanc præſtare operam, ut, cum duris litigantium clamoribus & conviciis liberari ex urbe, tanquam e vinculis, ad villas ſuas evolant, peregrinationis ſuæ & ruſticationis ſocium haberent Fabium, ſed ſupervacuis exoneratum ſarcinulis, ſicque ad iter magis expeditum ac levem. Qui ſi jejunis diſputationum concertationibus aures præſertim tam delicatas raderet, verebar ne, ut parum jucundus in illo ruris otio comes, forſitan contumelioſe dimitteretur.

Denique non diffitebor, me etiam in hoc opere ſuſcipiendo conſuluiſſe vires meas. Si totum Fabium longis & eruditis interpretationibus illuſtrari oportuiſſet, quales in Rhetoricam Ariſtotelis & Tullii habemus, quod fortaſſe optandum erat, ſenſi me tanto oneri longe imparem. Nec ambitioſæ modeſtiæ velo ſegnem inertiam tegi quiſquam putet. Devoraſſem lubens difficultates omnes ac moleſtias tam ardui operis, ſi non viribus meis atque ingenio majus viſum eſſet, & juvandæ in ſtudiis artium juventutis propoſito meo prorſus alienum.

Totum igitur in hoc laborem impendi, ut ad legendum Fabium allicerentur homines, & eſſet aliqua demum præſtans Rhetorica, quæ ſtudioſis eloquentiæ adoleſcentibus poſſet proponi. Hac mente e libris iſtis recidi quæcumque minus neceſſaria mihi viſa ſunt, hoc eſt quartam fere totius operis partem: ſpe certiſſima nixus fore ut, deterſo obſoletæ artis ac vetuſtatis ſqualore, Fabii labor noſtro ævo & judicio accommodatus longe clarius eniteſceret. Triplici tamen ſignorum genere lectorem admonendum cenſui, nunc pauciores aliquot verſus, nunc multo plures, nunc integra etiam capita omitti.

Nec quiſquam exiſtimet Rhetoricam hanc, etiam qualem nunc edimus, longiorem fore, quam quæ tradi adoleſcentibus, & doceri in publicis ſcholis facile poſſit. Si

biennium Rhetoricæ impendatur, (& vero an poteſt brevius temporis ſpatium dari ſtudio rei ut pulcherrimæ omnium, ſic etiam difficillimæ ?) totos duodecim Fabii libros poterunt adoleſcentes, prælegente magiſtro, evolvere. Sin (ut eſt nunc feſtina & præceps in promovendis liberis parentum ambitio, nec timent cruda in forum & curiam propellere ſuorum ingenia) unius anni curriculo hæc ſtudia terminentur, poterunt in ſchola omitti plura, præclara quidem illa, ſed quæ ad Rhetoricam proprie non pertinent, eaque privatis lectionibus reſervari. Tales ſunt, quibuſdam exceptis, primi duo libri, & poſtremi tres: nec pauca ejuſmodi in reliquis occurrent, quæ facile prudentes magiſtri obſervabunt.

Singulis capitibus præfixi ſummam eorum, quæ in iis continentur. Accuratiſſimis quam potui diſtinctionibus ſingula præcepta interpunxi, ut ſic diſcreta a ſe invicem & disjuncta haberent plus lucis ac perſpicuitatis, & legentem, oblatis pluribus interquieſcendi invitamentis, minus fatigarent: qui ordo non id ſolum præſtat, ut clariora fiant quæ dicuntur, rebus velut ex turba extractis; ſed oculos quoque & animum certo ſingularum partium fine reficit.

Cum exempla a Fabio afferuntur, loca unde ducta ſunt, citatis etiam, quo facilius ad ea recurri poſſit, numeris aut verſibus, ad marginem appoſui, paucis omiſſis, quæ vel non extant, vel mihi exciderunt. Ubi Cicero eadem præcepta tractat quæ Fabius, id plerumque diligenter annotavi, ut hæc ſecum invicem conferri poſſint: nec, brevitatis cauſſa, ab illius operibus diſtinxi Rhetoricorum ad Herennium libros, quamvis ſint incerti auctoris, vel potius, ut ipſe Fabius innuit, Cornificii.

Ad enodandas difficultates, quæ non paucæ occurrunt, breves Interpretum notas, ac præcipue Turnebi, ſi tamen illius ſunt, ſingulorum nomine appoſito, adhibui: ratus nimirum, reperto quod eſt optimum, qui quærit aliud, pejus velle: nec illis unquam inſervii meas, niſi cum erranti mihi in tenebris, & velut obſcura nocte deprehenſo, duces illi defuerunt.

Eruditiſſimos ex Academia noſtra Pariſienſi, & aliunde etiam quam licuit plurimos conſului, quorum prudentiſſimis admonitionibus non mediocriter me adjutum eſſe libentiſſime fateor, inprimis autem doctiſſimi Culturii, qui mihi & perveteris amicitiæ vinculo & fraterna quadam eorumdem honorum ac munerum ſocietate conjunctiſſimus, non ſolum patientiſſimas aures præbuit in audiendo hocce opuſculo, ſed, ut eſt in Rhetoricæ præceptis verſatiſſimus, & perpolitus omni genere eruditionis, ad expediendas Fabii difficultates maximo fuit adjumento.

Non diſſimulabo tamen plurimas adhuc ſupereſſe obſcuritatum ambages, ex quibus, tot licet præſidiis adjutus, extricare me nequaquam valuerim: quibus in locis nihil potui aliud, quam rei difficultatem & ignorantiam meam confiteri. Multa ſcilicet apud Fabium vitiata procul dubio & corrupta injuria temporum occurrunt, quæ vetuſtiſſimi alicujus & emendatiſſimi Codicis lucem ac fidem valde deſiderant. Perdiu quidem habui inter manus Regios & Colbertinos Fabii Codices manuſcriptos. Sed cum tunc commiſſæ juventutis cura totum me ſibi vindicaret, non potui conferre cum eis, niſi difficillima quædam & obſcuriſſima loca; nec opis inde multum & auxilii acceſſit, cum eorum antiquiſſimus ultra quingentos fere annos non excurrat.

Cum igitur tot vulneribus mederi aliunde non poſſem, neceſſum fuit ſæpius conjectura uti: eaque ceſſit aliquando, ſi non ipſe mihi nimium blandior, ſatis feliciter. Plurima certe loca, mutatis aliquot voculis, aut etiam interpunctionibus, utcumque ſanitati reſtitui, quorum indicem poſterior Tomus continebit, ut & eorum, quæ explicare non potui. Nunquam tamen auſus mutare quidquam in ipſo textu, ſatis habui admonere in notis quid corrigendum videretur.

Quod ſi contingat unquam, id quod vehementiſſime deſidero, ut in publicis ſcholis hæc Rhetorica doceatur, omnium ſane præſtantiſſima; ſatis amplam quidem laboris mei mercedem adeptus videbor, ſi pro virili parte optimorum juvenum adjuvare ſtudia potuero. Inprimis autem juvabit grati ac memoris animi hoc qualecumque monumentum reliquiſſe Academiæ Pariſienſi, optimæ matri meæ, quæ me alumnum ſuum, in ſinu ſuo ab ipſa pueritia eductum, ſaluberrimiſque literarum & Chriſtianæ doctrinæ elementis imbutum, poſtquam per omnes laborum & honorum gradus ad ſupremum etiam ſui regimen evexit, dat nunc a cæteris omnibus curis immunem, Deo mihique ipſi melius ac liberius vacare; &, quando negotium juſtum
S. Aug. non amplius imponit mihi neceſſitas caritatis, indulgere otio ſancto, quod quærit caritas veritatis.

M. FAB.

M. FAB. QUINCTILIANI
VITA.

MARCUS FABIUS QUINCTILIANUS *Romæ natus: quibus conſulibus, aut quo imperante Cæſare, non legi. Veriſſima conjectura adducor, ut fidem libris temporum non habeam, ubi legitur Quinctilianus Calagura urbe* (a) *Hiſpaniæ oriundus. Nam M. Valerius Martialis Calaguritani agri alumnus, cum Iberos memoria dignos ſuis epigrammatibus inſerat, nullam de Quinctiliano mentionem facit, ſed eum ſeparatim cum veneratione nominat:*

Quinctiliane vagæ moderator ſumme juventæ,
Gloria Romanæ Quinctiliane togæ.

Et ipſe dicit, cum eſſet adoleſcentulus, cognoviſſe Domitium Afrum, & Senecam: qui ambo ſub Nerone periere. Seneca in libro ſexto Diviſionum, Quinctiliani declamatoris meminit, cujus adhuc extant multæ declamationes acutæ & breves, ſtylo aliquantulum remiſſiore. Is avus fuit M. Fabii Quinctiliani: *qui Romæ multis annis rhetoricen cum ſumma laude docuit. Et ipſe rurſus Quinctilianus mentionem facit patris, qui cauſſidicus fuit apud principem. Neque notitia, neque gratia caruit. Domitiani enim Cæſaris nepotum cura ei delegata fuit. Diſciplinæ ejus caſtigatiſſimæ pleniſſimum teſtimonium Caius Cœlius affert: qui ſub tali præceptore tantum profecit, ut ſui temporis oratores facile ſuperaverit. Duxit uxorem ex nobili familia, ex qua liberos ſuſcepit: quæ acerbiſſima fatorum ſorte in primo juventutis flore rapta fuit. Alterum ex liberis, quum librum de cauſſis corruptæ eloquentiæ edidiſſet, amiſit; poſtea, quum rhetorices libros ſcriberet, Marcellum, unicum parentis lumen ac ſolatium, rogo dedit, teſtis ipſe & infelix ſenex ſuarum lacrymarum. Ejus filiola ex alia (ut credo) uxore, Tutilii equitis Romani filiâ, genita, nupſit Novio Celeri, viro claro. Quo tempore deceſſerit, affirmare non audeo; quoniam is qui tradit, fide caret.*

(a) In Hiſpania natum eſſe Quinctilianum tradunt etiam Divus Hieronymus, Auſonius, & Caſſiodorus, quorum verba mox afferentur. CAPPER.

DE

QUINCTILIANIS

VETERUM ET NOVORUM SCRIPTORUM

TESTIMONIA,

ET

ELOGIA.

M. Annæus Seneca *Proœmio lib.* v. *Controverſ.*

PERTINERE ad rem non puto, quomodo L. Magius gener T. Livii declamaverit, quamvis aliquo tempore ſuum populum habuit, cum illum homines, non (*a*) in ipſius honorem laudarent, ſed in ſoceri ferrent; quomodo P. Aſprenas aut Quinctilianus declamaverint. Tranſeo iſtos, quorum fama cum ipſis extincta eſt.

Idem Controverſ. IV. *ejuſdem libri, quæ eſt de eo, qui expoſitos debilitabat, ut ex mendicitate eorum mercedem acciperet.*

Circa hunc ſenſum (*P. Aſprenatis*) eſt & ille a Quinctiliano dictus: Neſcio utrumne vos miſerabiliores dicant, quod alimenta accipitis, an quod huic datis. Accipitis enim quia debiles eſtis: ei datis per quem debiles eſtis.

M. Fab. Quinctilianus *lib.* IX. *Inſtitut. Oratoriar. ad Victorium Marcellum cap.* III.

Et cur me prohibeat pudor uti domeſtico exemplo? pater meus contra eum qui ſe legationi immoriturum dixerat, deinde, vix paucis diebus inſumptis, re infecta redierat: Non exigo, uti immoriaris legationi, immorare.

Junius Juvenalis, VI. *Satir.* 74.

——— Hiſpulla tragœdo
Gaudet, an expectas ut Quinctilianus ametur?

Item. verſ. 279.

Sed jacet in ſervi complexibus aut equitis, dic,
Dic aliquem ſodes hic Quinctiliane colorem.
Hæremus: dic ipſa.

Idem Satir. VII. 186.

Hos inter ſumptus ſeſtertia Quinctiliano
Ut multum, duo ſufficient: res nulla minoris
Conſtabit patri, quam filius: unde igitur tot
Quinctilianus habet ſaltus? exempla novorum
Fatorum tranſi: felix & pulcer & acer,
Felix, & ſapiens, & nobilis, & generoſus
Appoſitam nigræ lunam ſubtexit alutæ.
Felix, orator quoque maximus, & jaculator:
Et ſi perfrixit, cantat bene: diſtat enim, quæ
Sidera te excipiant modo primos incipientem
Edere vagitus, & adhuc a matre rubentem.
Si fortuna volet, fies de Rhetore Conſul,
Si volet hæc eadem, fies de Conſule Rhetor.

C. Plinius *lib.* II. *Epiſt.* 14.

Ita certe ex Quinctiliano præceptore meo audiſſe memini. Narrabat ille: Affectabar Domitium Afrum, &c.

(*a*) Burmannus ediderat *non ipſius honorem laudarent*, errorem emendavi ex editione Elzevir. 1672. Capper.

Idem lib. VI. *Epiſt.* 6.

Erat non ſtudioſorum tantum, verum etiam ſtudiorum amantiſſimus, ac prope quotidie ad audiendos, quos tum ego frequentabam, Quinctilianum, Nicetem Sacerdotem ventitabat.

Eſt & ejus ad Quinctilianum ſuum in eodem lib. Epiſtola 32. *quæ incipit:* Quamvis & ipſe ſis continentiſſimus, & filiam tuam ita inſtitueris ut decebat filiam tuam, Tutilii neptem.

M. VAL. MARTIALIS *lib.* II. *Epigram.* 90.

Quinctiliane, vagæ moderator ſumme juventæ,
Gloria Romanæ, Quinctiliane, togæ.

TREBELLIUS POLLIO *in* XXX. *Tyrannis cap.* 4. *de Poſthumio juniore.*

Fuit (quod ſolum memoratu dignum eſt) ita in declamationibus diſertus, ut ejus Controverſiæ Quinctiliano dicantur inſertæ: quem declamatorem Romani generis acutiſſimum, unius capitis lectio prima ſtatim fronte demonſtrat.

CÆLIUS LACTANTIUS *Firm. lib.* I. *cap.* 21.

Optime Quinctilianus in *Fanatico:* Iſtud, inquit, ſi deus cogit, iratus eſt.

Idem lib. V. *cap.* 7.

Ideo potentiores eſſe injuſtos Deus permiſit, ut cogere ad malum poſſent: ideo plures, ut virtus eſſet pretioſa, quod rara eſt. Quod quidem ipſum Quinctilianus egregie ac breviter oſtendit in *Capite obvoluto.* Nam quæ, inquit, virtus eſſet innocentiæ, niſi laudem raritas dediſſet? verum quia natura ſic comparatum eſt, ut odium, cupiditas, ira, in id quod incubuerint agant cæcos, ſupra hominem videtur culpa vacare. Alioqui ſi pares omnibus affectus dediſſet, pietas nihil erat.

Idem lib. VI. *cap.* 23.

Nulla eſt tamen perditi pudoris adultera, quæ non hanc cauſſam vitiis ſuis prætendat, injuriam ſe peccando non facere, ſed referre: quod optime Quinctilianus expreſſit. Homo, inquit, neque alieni matrimonii abſtinens, neque ſui cuſtos, quæ inter ſe natura connexa ſunt.

D. MAGNUS AUSONIUS *in Gratiarum actione.*

Dives Seneca, tamen Conſul, arguetur rectius, quam prædicabitur, non erudiiſſe indolem Neronis, ſed armaſſe ſævitiam. Quinctilianus conſularia per Clementem ornamenta ſortitus, honeſtamenta nominis potius videtur quam inſignia poteſtatis habuiſſe: quomodo Titianus magiſter, ſed glorioſius ille, municipalem ſcholam apud Viſontionem Lugdunumque variando, non ætate quidem, ſed utilitate conſenuit.

Idem in commemoratione Profeſſorum, de Tiberio Victore Minervio. I.

Primus Burdigalæ columen dicere, Minervi,
Alter Rhetoricæ Quinctiliane togæ.

Et poſtea,

Adſerat uſque licet Fabium Calagurris alumnum:
Non ſit Burdigalæ dum cathedra inferior.

Et

Seu libeat fictas ludorum evolvere lites,
Ancipitem palmam Quinctilianus habet.
Dicendi torrens tibi copia, quæ tamen aurum,
Non etiam luteam volveret inluviem:
Et Demoſthenicum, quod (*a*) ter primum ille vocavit,
In te ſic viguit, cedat ut ipſe tibi.

Idem in Moſella, verſ. 399.

——— memorabo quietos
Agricolas, legumque catos fandique potentes;
Præſidium ſublime reis, quos curia ſummos
Municipum vidit proceres, propriumque Senatum,
Quos prætextati celebris facundia ludi
Contulit ad veteris præconia Quinctiliani,
Quique ſuas rexere urbes, purumque tribunal
Sanguine, & innocuas illuſtravere ſecures.

HIERONYMUS *in Chronico.*

Olymp. 211. M. Fabius Quinctilianus Romam a Galba perducitur.

(*a*) Demoſthenes quid eſſet in toto dicendi opere primum, interrogatus pronunciationi palmam dedit, eidemque ſecundum ac tertium locum. Quinctil. lib. XI. cap. 3. Huic [Actioni] primas dediſſe Demoſthenes dicitur, cum rogaretur quid in dicendo eſſet primum, huic ſecundas, huic tertias. *Cicer.* 3. *de Orat.* CAPPER.

Olymp. 217. anno Domitiani 8. Quinctilianus ex Hiſpania Calagurritanus, primus Romæ publicam ſcholam aperuit, & ſalarium e fiſco accepit.

Idem ad Præſidium.

Puto te Quinctiliani Controverſiæ recordari, in qua pauper cauſatur, dolens ob interitum apum, flores ab impotentiſſimo divite venenatos.

Idem in Quæſt. Hebraic.

Me vero procul ab urbibus, foro, litibus, turbis, remotum, ſic quoque, ut Quinctilianus ait, latentem invenit invidia.

Item.

Nec mirum hoc in conceptu feminarum, ut quales perſpexerint, ſive mente conceperint, in extremo voluptatis æſtu, quo concipiunt, talem ſobolem procreent, cum hoc ipſum etiam in equarum gregibus apud Hiſpanos dicatur fieri, & Quinctilianus in ea Controverſia, in qua accuſatur matrona quod Æthiopem peperit, pro defenſione illius argumentatur, hanc conceptus eſſe naturam, quam diximus.

Idem adverſus Vigilantium.

Iſte caupo Calagurritanus, & in perverſum propter nomen viculi mutus Quinctilianus miſcet aquam vino.

Idem ad Pammachium de obitu Paulinæ.

Felices, inquit Fabius, artes eſſent, ſi de illis ſoli artifices judicarent.

Idem ad Pammachium de optimo genere interpret.

Hilarius noſtrorum temporum confeſſor, duodecim Quinctiliani libros ſtylo imitatus eſt & numero.

Idem in Quæſtion. ad Damaſc.

Nec aures Quinctiliani floſculis, & ſcholari declamatione mulcendæ.

Idem Præfat. in Abdiam.

Dicit & Tullius tuus adoleſcentulo ſibi inchoata quædam & rudia excidiſſe. Si hoc ille tam de libris ad Herennium, quam de rhetoricis, quos ego perfectiſſimos puto, ad comparationem ſenilis peritiæ dicere potuit; quanto magis ego libere profiteor & illud fuiſſe puerilis ingenii, & hoc maturæ ſenectutis. In libris quoque contra Marcionem Septimius Tertullianus hoc idem paſſus eſt, & Origenes in Cantica canticorum, & Quinctilianus in XII. libris Inſtitutionis Oratoriæ: ex quibus oſtenditur unamquamque ætatem (*a*) in ſuo eſſe perfectam, & ex annorum debere numero judicari.

SID. APOLLINARIS *lib.* V. *Epiſt.* X. *Sabaudo.*

Tua vero tam clara, tam ſpectabilis dictio eſt, ut illi diviſio Palæmonis, gravitas Gallionis, abundantia Delphidii, Agræcii diſciplina, fortitudo Alcimi, Adelphii teneritudo, rigor Magni, dulcedo Victorini, non modo non ſuperiora, ſed vix æquiparabilia ſcribantur. Sane ne videar ſub hoc quaſi hyperbolico Rhetorum catalogo blanditus quidpiam gratificatuſque, ſolam tibi acrimoniam Quinctiliani, pompamque Palladii comparari non ambigo, ſed potius acquieſco.

Idem in Panegyrico ad Anthemium, verſ. 190.

Qua Criſpus brevitate placet, quo pondere Varro,
Quo genio Plautus, quo flumine Quinctilianus,
Qua pompa Tacitus, nunquam ſine laude loquendus.

Idem carmine IX. *ad Magnum Felicem Conſul. verſ.* 311.

Acrem Lampridium, catum Leonem,
Præſtantemque tuba Severianum,
Et ſic ſcribere non minus valentem,
Marcus Quinctilianus ut ſolebat.

RUFINUS *Gram. Antiochenſ. Comment. in metra Terentiana.* Quinctilianus in Arte, &c.

AUR. CASSIODORUS *de Rhetorica, ex lib. de Diſciplinis.*

Quinctilianus etiam doctor egregius, qui poſt fluvios Tullianos ſingulariter valuit implere quæ docuit, virum bonum dicendi peritum a prima ætate ſuſcipiens, per cunctas artes ac diſciplinas nobilium literarum erudiendum eſſe monſtravit: quem merito ad defenſionem ſui totius civitatis vota requirerent. Libros autem duos Ciceronis de Arte Rhetorica, & Quinctiliani duodecim Inſtitutionum indicavimus eſſe jungendos, &c.

(*a*) In Burmannea editione perperam legebatur *in quo*: quem errorem ex editis Hieronymi operibus emendavi. CAPP.

Idem

Idem in Chronico ex Hieronymo, ut videtur.

Sylvano & Priſco coſſ. Quinctilianus ex Hiſpania primus Romæ ſcholam publicam aperuit, & ſalarium e fiſco accepit.

ISIDORUS *Hiſpalenſis lib.* II. *cap.* 2. *Etymolog. De Rhetorica.*

Hæc diſciplina a Græcis inventa eſt, Gorgia, Ariſtotele, Hermagora, & tranſlata in Latinum, a Tullio videlicet, & Quinctiliano, & Titiano; ſed ita copioſe, ita varie, ut ea lectori admirari in promptu ſit, comprehendere impoſſibile. Nam membranis retentis, quaſi adhæreſcit memoriæ ſeries dictionis: at mox repoſitis, recordatio omnis elabitur.

Vetus interpres Lucani, ad eum locum lib. IV.

Vita brevis nulli ſupereſt qui tempus in illa
Quærenda ſibi mortis habet.

Senſus, *inquit*, hic eſt. Non eſt putanda brevis vita, quæ habet ſpatium, quo unuſquiſque ſibi quærat exitium: quod non evenit, niſi forti viro, qui facile contemnit interitum. Unde Quinctilianus: *Faciamus de funere remedium, & de neceſſitate virtutem. Solus vixit quoad voluit, qui mori maluit.*

Eraſmus in Ciceroniano.

Quinctilianus affectavit Ciceroni diſſimilis eſſe. Cujus utinam exſtarent Declamationes; nam quas habemus, minimum habent Ciceronis.

Muretus lib. XVIII. *Var. lect. cap.* 20.

Me puero magna cum cura exponebantur in ſcholis Inſtitutiones Oratoriæ M. Fabii Quinctiliani, accurati admodum & exquiſiti Rhetoris; neque quiſquam ſatis bonus dicendi magiſter habebatur, qui non illis vel præcipue auditores ſuos exercere ſolitus eſſet. Mutata poſtea ratio eſt: cumque, annoſis illis & ipſa vetuſtate venerandis arboribus neglectis, ſuccreviſſent inutiles rami, juventuſque laboris fugitans inſulſos quoſdam libellos, & omnium prope liberalium artium, & omnium Philoſophiæ diſpendioſa partium compendia, pro pinguibus illis veterum latifundiis, adamare cœpiſſet, ex illo vidimus omnia

In pejus ruere & retro ſublapſa referri.

Neque ullum lapſis prope rebus certius remedium eſt, quam ut vetus illa conſuetudo revocetur, &, expulſis iſtis novitiis indoctæ arrogantiæ magiſtris, a priſcis illis, quos *endo cælo*, ut ita dicam, merita locarunt, vera & ſolida eruditio repetatur. Quod etſi, ut ætatis meæ tempus eſt, vivo me eventurum ſperare non audeo; poſteris tamen, ſi quid mei ad poſteros perveniet, conteſtatam opinionem meam relinquam: neque committam, ut ego quoque unus ex eo numero, qui vetuſtatem contemnunt, videri queam.

ANTON. POSSEVINUS *Biblioth. ſelect. tom.* II. *lib.* XVIII. *pag.* 505.

Quinctilianus Vir magni nominis, uti & judicii; quamvis quæ feruntur ejus nomine Declamationes (quæ videntur eſſe ipſius) longe abſint ab ejus præceptionibus, quas ſcripſit de Arte dicendi.

PHILIPPUS RUBENIUS *lib.* I. *Elector. cap.* 16.

Petrus Pithœus multimodis rem Literariam bene juvit, non minimum autem eo, quod bonas & argutas illas Declamationes Quinctiliani primus & tenebris eruit & emendavit.

Caſaubonus ad Perſii Satir. I. *verſ.* 76.

Magnus ille magiſter eloquentiæ Fabius.

Emer. Caſaubonus de Lingua Hebraïca pag. 30.

Emunctiſſimæ naris & judicii vir Quinctilianus.

LIPSIUS *lib.* II. *Elect.* 18.

Quinctilianus priſcus ille, & Atticus (ita me judice audiet) Declamator.

Judicium GERARDI VOSSII *de* DECLAMATIONIBUS QUINCTILIANI.

Vide illum lib. I. *Inſt. Orator. cap.* II.

Cum Quinctiliani Declamatoris mentio fiat apud M. Senecam patrem, prooemio lib. V. Controv. 33. non minus eorum placet ſententia, qui eas avo hujuſce Quinctiliani adſcribere malunt. At unde viginti illæ Declamationes, quæ & ipſæ Quinctiliano vulgo inſcribuntur, ac Rhetoricis Fabii libris ſubjici ſolent? Neque ejus ſunt, qui Declamationes alteras facit (nihil enim ſimile;) neque illius, qui Inſtitutiones Oratorias ſcripſit; cui eas Eraſmus quoque abjudicat in Ciceroniano ſuo; & merito, quandoquidem, ut monuit Lud. Vives lib. IV. de Corrupt. diſciplin. plane aliæ ſunt a Fabii præceptis, & tales, ut contra iſtiuſmodi potiſſimum invehatur. Tum in Codd. quibuſdam MSS. M. Floro tribuuntur, ac a nonnullis etiam eſſe creduntur Poſthumii Junioris, eo quod Trebellius Pollio dicat, ſcriptas ab eo eſſe Declamationes, quas ævo ſuo Quinctiliani eſſe puta-

rent. Vide & Voſſii lib. de Rhetoricæ natura cap. vi. ubi de Vallæ judicio, qui lib. i Antidot. adv. Poggium dixerat, neminem poſſe neque Quinctilianum intelligere, niſi Ciceronem optime teneat; neque Ciceronem probe ſequi, niſi Quinctiliano pareat; neque unquam fuiſſe quempiam eloquentem poſt Quinctilianum, nec eſſe poſſe, niſi qui ſe totum arti ejus formandum, imitationique tradiderit.

BARTHIUS *lib.* XXXI. *Adv. cap.* 5.

Qui omnibus omnino ſcriptoribus M. Fabium prætulit, non ille quidem abs ratione audacter judicavit. Nulla enim virtus Romani ſtyli eſt, quam non expleat; cum quicumque ex cæteris ſummam attigere, habeant ſinguli tamen, in quo vel abundent vel deficiant.

Idem lib. XLVIII. *cap.* 19.

De Quinctiliani non audeo univerſo opere pronunciare; hac tamen parte, qua de Poëtis loquitur, omnino mihi neſcio quomodo ſacris eorum minus initiatus videtur, quam pro cenſore.

Idem lib. LVI. *cap.* 11.

Ego ut tanto Rhetori nihil non conceſſerim, ita de Poëtis illum vellem alia nonnunquam in ſuo illo campo ipſi conceſſa ratione cenſuiſſe. Si enim excuſſeris pleraque, ſi qui Poëtis legendis ætatem triveris, apparebit facile, alia te exſpectaſſe judicia de tanto Præceptore. Sic Horatium inter Lyricos vel ſolum dignum lectu exiſtimat; illa ſua aſinitate haud dubio cauſſam præbens, ut tot monumenta cæterorum Poëtarum de eo genere primum varie deſcripta, poſt prorſus neglecta fuerint, & ita immani ſcelere prorſus abolita, &c.

Idem ad Statii lib. VI. *Theb.* 93.

Caput Quinctiliani (primum libri x.) quo de auctoribus nobilioribus judicat, mihi prorſus omnium illius auctoris obvenit mendoſiſſimum, nec talibus tamen nævis, qui a quovis facile tolli poſſunt. Ipſius autem doctrinam longe ampliorem haberem, ſi tale id nunquam ſcripſiſſet. Ingenioſiſſimus & præceptorum artis ſuæ valde peritus fuit ſcriptor, præterea Ciceroni addictiſſimus, ſed in quo Polymathiam exiguam agnoſcamus, contemtu inſigni intercurrente, quæ non legerat. Sed uberius de eo negotio ſuo loco.

Idem Præfatione ad Gratii Cynegeticon.

Quinctilianus omnium, qui unquam ſcripſerunt, auctorum elegantiſſimus, obſiſtere niſus eſt ſuo ævo ingruenti iſti tempeſtati, ſed fruſtra; cum & hodie non paucos habeat judicii ſui contemtores, qui, quo altius in divinos auctores animadvertere videantur, eo profundiore niſu eos lancinant.

Idem lib. L. *Adv. cap.* 9.

Hoc certe conſtat, poſt primos principes Romanos refrixiſſe ſtudium illud ſcholaſticarum declamationum, a Petronio tantopere exagitatarum. In cauſſa fuerit fortean Quinctilianus, etiam perfecto ſuo opere Inſtitutionum, cujus omnes alii Rhetores ſunt Analectæ.

Morhoſius de Patavinitate Liviana cap. XII.

Quinctilianus, quo nemo Artem Oratoriam inter Latinos elegantius adornavit, annon Hiſpanus? Et hunc tamen, ſi Ciceronem exceperis, omnibus præferre non dubitant nonnulli, etſi Philelphus in illo Hiſpanitatem inveniſſe ſibi viſus eſt.

CATALOGUS EDITIONUM QUINCTILIANI DE INSTITUTIONE ORATORIA:

1470 (a) ROMÆ apud Ulricum Han, ſive Gallum, *in fol.* quam curavit Jo. Ant. Campanus: hanc omiſit Mich. Maittaire, in Annalibus Typographicis.

1470 Romæ, apud Conradum Sweynheym & Arnoldum Pannartz *in fol.* quam curavit J. Andreas Epiſcopus Alerienſis: hac uſus eſt Gibſon.

1471 Venetiis, apud Nicolaum Jenſon, *in fol.* quam curavit Omnibonus Leonicenus (b).

1476 Quinctiliani Inſtitutiones Oratorias diligenter emendatas Antonius Zarothus Parmenſis Mediolani ſolerter impreſſit 5. Idus Junias, auſpice Chriſto. Vide Michaëlis Maittaire diſſertationem de antiquis Quinctil. editionib. *

1482 Tarviſii, per Dionyſium Bononienſem ac Peregrinum ejus ſocium, *in fol.*

1493 Venetiis, cum annotationibus Raphaëlis Regii, per Bonetum Locatellum, *in fol.* hac uſus fuit Burmannus: ediderat jam ante, anno 1490. Raphaël Regius dialogum cum quodam Calfurnio Beſtia de quibuſdam locis Quinctiliani, Venetiis *in* 4°. quem non vidiſſe ſe teſtatur Burmannus.

1494 Venetiis, cum notis Laurentii Vallenſis, Pomponii ac Sulpitii & Raph. Regii, apud Peregrinum de Paſqualibus, *in fol.* hanc contulit Gibſon.

1496 Romæ, *in fol.* fide clar. Fabricii: aliam Maittaire pag 381. ſine loci aut Typographi, aut anni nota, ſed charactere pulcherrimo, laudat.

1506 Sine nota loci aut Typographi; ſed legebatur: *impreſſum fuit hoc opus die* 12. Maii *in fol.* Vid. Hiſt. Critic. tom. v. p. 356. ſed miror in Catalogo Bibliothecæ Ultrajectinæ non reperiri, ut debuit, ſi Almelovenius habuit.

1512 Venetiis, C. N. Raphaelis Regii, apud Georgium de Raſconibus.

1514 Venetiis, apud Aldum *in* 4°. hac uſus fuit Burmannus.

1516 Pariſiis, apud Joann. Badium Aſcenſium, C. N. Raphaëlis Regii, Merulæ (quæ modo a lib. XII. cap. 7. ubi deſinunt Regii, incipiunt) & Badii, *in fol.*

1519 Pariſiis, Quinctiliani Inſtitutiones & Declamationes apud Joannem Badium Aſcenſium. Vide & Maittaire diſſertationem. *

1521 Venetiis, apud Aldum *in* 4°. hac Gibſon & Burmannus uſi ſunt.

1521 Coloniæ, apud Euchar. Cervicornum, *in fol.* hac uſus Gibſon.

1522 Venetiis, C. N. Raphaëlis Regii, apud Bernardinum de Vianis de Lexona Vercellenſem, *in fol.*

1527 Pariſiis, apud Claudium Chevallonium *in* 8°. item Declamationes.

1527 Coloniæ, apud Euchar. Cervicornum, *in fol.*

1527 Pariſiis, apud Petrum Vidovæum, *in fol.*

1528 Pariſiis, apud Joannem Badium Aſc. cum N. Raphaëlis Regii, Merulæ, Petri Moſellani & Badii, *in fol.* additæ & Declamationes C. N. Badii.

1529 Baſileæ, cura Joannis Sichardi: hanc adhibuit Gibſon.

1531 Pariſiis, apud Joannem Badium Aſc. ex recognitione G. Philandri & Petri Moſellani, *in fol.*

1531 Pariſiis, Quinctiliani Inſtitutiones & Declamationes, apud Nicolaum Savetier. *in* 4°. *

1533 Pariſiis, apud Antonium Augerellum, *in fol.*

1534 Coloniæ, apud Joannem Gymnicum, *in* 8°.

1534 Lugduni, apud Sebaſtianum Gryphium, *in* 8°.

1534 Coloniæ, apud Joannem Soter. *in* 8°.

1536 Pariſiis, apud Franciſcum Gryphium, C. N. Moſellani, *in fol.*

1536 Lugduni, apud Sebaſtianum Gryphium, *in* 8°. & Declamationes. *ibid.* hac uſus eſt Burmannus.

1536 Coloniæ, apud Joannem Gymnicum, *in* 8°.

1536 Pariſiis, apud heredes Joannis Badii Aſcenſii. Item Declamationes & notæ P. Moſellani, quæ 1530. præferunt, *in fol.*

1538 Pariſiis, additæ Declamationes apud Petrum Vidovæum, *in* 4°. hac uſus eſt Burmannus.

1538 Lugduni, cum Declamationibus, apud heredes Simonis Vincentii, *in* 8°.

1538 Coloniæ, apud Euchar. Cervicornum, *in fol.* additæ Declamationes.

1538 Pariſiis, ex emendatione Petri Gallandii, apud Gervaſ. Chevallonium, *in fol.*

1538 Pariſiis. Quinctil. Inſtitutiones & Declamationes, cum commentariis Petri Moſellani, Joachimi Camerar. & Antonii Pini in Inſtitut. ex Officina Michaëlis Vaſcoſani, *in fol.* *

1539 Pariſiis, apud Franc. Gryph. *in* 4°. cum Declamationibus.

1539 Pariſiis, Inſtitutionum epitomen auctore Jona Philologo excudit *in* 8°. Simon Colinæus. *

1540 Lugduni, apud Seb. Gryph. item Declamationes.

1541 Pariſiis, apud Petrum Vidovæum, *in* 4°.

1541 Pariſiis, apud Simonem Colinæum, cum Declamationibus, *in* 4°.

1541 Coloniæ, apud Joan. Gymnicum, *in* 8°.

1541 Baſileæ, apud Balthaſ. Laſium, *in* 8°.

1541 Pariſiis, apud Joan. Roigny, excuſa a Joan. Lodoïco Tiletano, *in fol.* & hac uſus eſt aliquando Burmann.

1542 Pariſiis, apud Robertum Stephanum, *in* 4°. hac ego & Gibſon uſi ſumus, & Burmannus conſuluit.

1542 Pariſiis, apud Mich. Vaſcoſanum, *in* 4°. & hac Gibſon uſus fuit.

1542 Pariſiis, Quinctil. Inſtitutiones & Declamationes cum commentariis Petri Moſellani, Joachimi Camerar. & Antonii Pini in Inſtitutiones, ex Officina Michael. Vaſcoſani, *in fol.* *

1542 Pariſiis, Inſtitutionum epitomen auctore Jona Philologo, excudit *in* 8°. Simon Colinæus. *

1543 Baſileæ, apud Robertum Winter, opera & ſtudio Joannis Camerarii & Joh. Sichardi, cum caſtigationibus Philandri; item Declamationes, *in* 4°.

1543 Pariſiis, apud Franc. Gryphium, *in* 4°. item Declamationes.

1544 Pariſiis, apud Mich. Vaſcoſanum, *in* 4°.

1544 Lugduni, apud Seb. Gryph. *in* 8°. cum Declamat.

1546 Venetiis, apud Hieronymum Scotum, C. N. Moſellani, Joach. Camerarii & Ant. Pini Portodemæi, *in fol.*

1547 Pariſiis, apud R. Stephanum, Epitome Quinctil. per Jonam Philologum, *in* 8°.

1548 Baſileæ, apud Nicolaum Brylingerum, *in* 8°. & Declamationes.

1548 Antwerpiæ, apud Joan. Loeum, *in* 8°.

1548 Pariſiis, apud Gulielmum Morelium, C. N. Morelii, *in* 4°. de la Caille pag. 123.

(a) Scripſerat Burmannus 1463. ex corrupto vel male intellecto Johannis *de la Caille* loco; ſed in quatuor hujus editionis exemplaribus quæ Londini exſtant diſerte legitur: *anno ſalutis M. CCCCLXX.* Vide doctiſſimum politiſſimumque ſcriptorem Michaëlem Maittaire, in diſſertatione de antiquis Quinctil. editionib. ubi probabiliſſimam rationem reddit, cur hanc editionem in ſuis Annalibus Typographicis omiſerit. CAPPER.

(b) Addiderat Burmannus ex *hujus edition. Præfatione aliquid adducere vir Maittaire, unde diſcere potuerit triennio ante jam prodiiſſe Quinctil.* ſed cauſſam ſuam egregie tuetur vir polite doctus in diſſertatione de antiq. Quinctil. editionib. CAPPER.

1548 Pariſiis. Epitome Inſtitutionum Oratoriarum M. Fab. Quinctil. auctore Jona Philologo. per Nicolaum Divitem, 8°. *

1549 Pariſiis. apud Mich. Vaſcoſanum, C. N. Moſellani, Camerarii & Ant. Pini, *in fol.* quædam exemplaria in fronte gerunt nomen Audoeni Parvi.

1549 Lugduni. apud Sebaſt. Gryph. *in* 8°. additæ Declamationes.

1553 Pariſiis, ex Officina Viduæ Mauricii a Porta in Clauſo Brunello. Excudebat Thomas Richardus, *in* 4°.

1554 Pariſiis, Marci Fabii Quinctiliani Inſtitutionum Oratoriarum lib. XII. in Commentarios redacti, Petro Paulo Vergerio auctore, ex Bibliotheca Johannis Tilii Epiſcopi Briocenſis. apud Guillelmum Morelium. *

1555 Coloniæ, apud Gualth. Fabricium, *in* 8°.

1555 Lugduni, apud Sebaſt. Gryph. *in* 8°. item Declamationes.

1556 Pariſiis, Adr. Turnebi notæ in Inſtitutiones Oratorias, *in* 4°.

1558 Lugduni, apud Theobaldum Paganum, *in* 8°. item Declamationes.

1561 Baſileæ, apud Nicol. Brylingerum, ex emendatione Jacobi Hertelii, *in* 8°.

1567 Venetiis, apud Hieron. Scotum, C. N. Petri Moſellani, Joach. Camerarii, & Ant. Pini, *in fol.*

1568 Baſileæ, apud heredes Nic. Brylingeri, *in* 8°.

1570 Variorum annotationes in librum decimum editæ a Steph. Riccio, *in* 8°.

1575 Lugduni, apud Ludovic. Cloquemin & Stephan. Michaelem, *in* 8°. item Declamationes.

1575 Lugduni, apud Anton. Gryphium. Excudebat Baſilæus Boquetius, *in* 8°. item Declamationes.

1579 Baſileæ, *in* 8°. item Declamationes.

1580 Lugduni, apud Ludovic. Cloquemin, *in* 8°. item Declamationes.

1580 Genevæ, apud Jacobum Stoër, *in* 8°. item Declamationes.

1585 Lugduni, apud Anton. Gryphium, *in* 8°. item Declamationes.

1591 Genevæ, apud Jacob. Stoër, *in* 8°. item Declamationes.

1604 Genevæ, apud eumdem, *in* 8°. item Declamationes.

1618 Genevæ, apud eumdem, *in* 8°. item Declamationes: quædam exemplaria habent nomen Sam. Criſpini.

1625 Genevæ, apud eumdem, *in* 8°. item Declamationes.

1629 Francofurti, apud H. Robynſonum & Guillelmum Fitzerum, *in* 8°. C. N. Dan. Parei.

1637 Genevæ, apud Jacob. Stoer, *in* 8°. item Declamationes.

1641 Londini, apud R. Withakerum, C. N. Dan. Parei, *in* 8°. item Declamationes.

1641 Genevæ, apud Petrum Choüet, C. N. Dan. Parei, *in* 8°. item Declamationes.

1657 Francofurti, apud Wilh. Serlinum, *in* 8°. item Declamationes. Mentitur novam editionem titulus; eſt enim eadem, quæ Londini. 1641.

1665 Lugduni Batavorum, item Declamationes, apud Hackium, C. N. Variorum, *in* 8°. 2. vol.

1693 Oxonii, e Theatro Sheldoniano, C. N. Edmundi Gibſon, *in* 4°.

1698 Argentorati, apud J. R. Dulſſecker, cura Ulrici Obrechti, *in* 4°. item Declamationes. 2. vol.

1714 Londini, apud J. Nicholſon, *in* 8°.

1715 Pariſiis, apud Jacobum Stephanum, per Carolum Rollinum, reciſis, quæ minus neceſſaria viſa ſunt, & notis brevibus illuſtrata, *in* 12. 2. vol.

1720 Lugduni-Batavorum, apud Joannem de Vivie, per Petrum Burmannum; item Declamationes, *in* 4°. 2. volum.

Quinam ad hancce novam Quinctiliani editionem aliquid mihi opis contulerint.

SICUT, per quos profecerim, diſſimulare nefas ducerem; ita ingrati animi vitio laborare me arbitrarer, niſi, quorum præſertim opera in hac M. Fabii Quinctil. editione adjutus fuerim, palam omnibus declararem.

Itaque clariſſimo viro Camillo Falconeto ſaluberrimæ Facultatis Doctori, Archiatro, & Regiæ Numiſmatum atque Inſcriptionum Academiæ Socio multum debere me profiteor. Is enim, pro ſua in Literatos benevolentia, & ad promovendam rem Literariam vehementi propenſione, ut in hoc opus incumberem, non auctor tantum mihi fuit & quaſi ἐργοδιώκτης; ſed ſuum quoque Burmanneæ editionis exemplar commodavit, & illotis Operarum Typographicarum manibus contrectandum devovit.

Ingenti etiam beneficio me devinxit eruditus poliſſimuſque vir Michaël Maittaire, qui *variantes* quaſdam ex editione Campani 1470. (cujus ei copiam fecerat illuſtriſſimus Comes Pembrokianus) lectiones Londino miſit. Illa porro vetuſtiſſima editio, cujus nullum Pariſiis exemplar invenire potui, quantum afferre poſſit utilitatis, vel ex illo uno loco patet, quem ex ejus fide pag. 48. not. 21. emendavi. Nam pro vulgari τῷ *fatendi*, quod minus commodum ſenſum exhibebat, τὸ *finiendi* (ut in Campani editione legitur) legendum eſſe mecum fatebuntur, quicumque in *Technicis* veterum Grammaticorum vocabulis inveſtigandis non inſeliciter fuerint verſati.

Sed magnas ago & majores habeo gratias illuſtri viro Academico Bernard. Monetæ, qui me in difficilibus Quinctiliani locis ex incerto certum ſæpe reddidit, meas corruptorum locorum emendationes accuratius expendit, expenſaſque ſuo aſſenſu firmavit; de dubiis conjecturas ita comprobavit, ut novis rationum momentis ad plenam veluti demonſtrationem aliquando perduceret. CAPPER.

EJUSDEM CAPPERONNERII
Monita quædam ſuis locis inſerenda.

AD pag. 73. not. 158. poſt Anonymi notam adde: Sed Fabius per *hanc artem* videtur potius ipſam propoſitas quæſtiones concludendi methodum intelligere.

Ad pag. 75. not. 197. Cum hæc ſcriberem, immo & typis jam excuſa recognoſcerem, nondum meas in manus venerant Joannis Buteonis opuſcula Lugduni an. 1554 edita quæ poſtquam attente perlegi, & præſertim a pagina 51. ad 56. ubi hunc Quinctiliani locum vir doctus ex profeſſo exponit, non ſine quodam gaudii ſenſu agnovi me & in ſubducendis numerorum rationibus, & in delineanda principali figura cum rerum Mathematicarum peritiſſimo ſcriptore conſenſiſſe.

Pag. 340. lin. 6. *Efficiendum eſt certum id, quod probaturi ſumus, quod incertum eſt.* Vulgatam lectionem ſervavi & exhibui: mihi tamen temperare non poſſum, quin ſuſpicer, immo exiſtimem, legendum eſſe: *Efficiendum eſt certum id, quo probaturi ſumus, quod incertum eſt.* Illic enim agitur de ipſa ratione, qua quidpiam probetur.

Pag. 392. not. 395. *quod in alium abſentem ſi diceret, urbanum non eſſet.* Legendum puto *diceretur.* Librarius forte omiſerit τὸ *tur*, quod geminandum fuerat; & ſic excuſum fuiſſe reperi poſtea in Obrechtina editione.

Pag. 461. not. 48. *Victorinus lib. Rhetor. ad Selonem.* In hac Philandri nota legendum eſſet: *Sulpitius Victor.*

Pag. 496. not. 361. delenda prorſus fuiſſet Almelovenii nota, utpote quæ ad rem non pertineat.

Pag. 521. not. 589. quanquam veri Turnebi lectionem ipſo in textu poſuerim, non poſſum tamen quin cum lectore communicem quid hoc de loco doctiſſimus vir Bernard. Moneta cenſuerit: putavit illuſtris ille Academicus legi poſſe *obeliſco colurno.* Hanc porro ingenioſam æque ac felicem conjecturam firmat quod ſcripſit Virgil. 2. Georgic. verſ. 396.

Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis.

obeliſcus enim (ὀβελίσκος) eſt ipſum veru ſeu veruculum. CAPPER.

Hic aſteriſcus (*) ubi occurrit, loca emendata deſignat.

M. FAB. [1]QUINCTILIANUS
TRYPHONI BIBLIOPOLÆ
SALUTEM.

Cauſſam edendi operis profert, quod illud efflagitari vehementer intelligat; & benevolentiam captat a ſua modeſtia, & fide diligentiaque [2] Tryphonis.

EFFLAGITASTI [3] quotidiano [4] convicio, ut libros, quos ad Marcellum meum [5] de Inſtitutione oratoria ſcripſeram, jam [6] emittere inciperem; nam ipſe eos nondum opinabar ſatis [7] maturuiſſe, quibus componendis (ut ſcis) paulo plus quam biennium, tot [8] alioqui negotiis diſtrictus, impendi: quod tempus [9] non tam ſtylo, quam inquiſitioni inſtituti operis [10] prope infiniti, & legendis auctoribus, qui ſunt

1. *Quinctilianus.*] Scribendum *Quinctilianus*; ſic enim marmora Romanorum & Faſti Capitolini. COLOMESIUS.

2. *Tryphoni.*] Ad Victoriumne Marcellum, cui opus dedicat Fabius, hæc Epiſtola ſcribatur, ut quidam titulum depravarunt; an ad Tryphonem Bibliopolam, ne differendum eſt quidem: quando apertiſſime ex ipſius epiſtolæ verbis colligitur, non ad Marcellum, ſed ad Bibliopolam aliquem fuiſſe miſſam. Cum enim dicat Fabius; *Quos ad Marcellum meum de Inſtitutione oratoria ſcripſeram*, quis vel tudis non videt, alii quam Marcello, Quinctilianum verba facere? Ad Tryphonem vero, illis temporibus notiſſimum bibliopolam, Fabium ſcribere maxime veriſimile eſt. Sicque in vetuſtiſſimo illo exemplari, quod a Poggio Florentino e Germania olim fuit allatum, nuper Florentiæ legi. REGIUS. Principium epiſtolæ habet expoſitionem petitionis cum remotione voluntatis Fabii. De Tryphone meminit Martial. lib. 4. Epig. 72. ad Quintum.

Exigis, ut donem noſtros tibi, Quinte, libellos:
Non habeo, ſed habet bibliopola Tryphon.

Fuit & alius Græcus Grammaticus. TURNEBUS. meminit iterum Martialis lib. XIII. Epig. 3.

Et faciet lucrum bibliopola Tryphon.

COLOMESIUS.

3. *Quotidiano convicio.*] Ita Cic. ad Quintum frat. *Epiſtolam hanc convicio efflagitarunt codicilli tui.* PITH.

4. *Convicio.*] Id eſt, clamore, vocis contentione, compellatione. Ita loquitur Tullius ad Quint. fratrem lib. 2. cap. 10. cujus verba mox referebat Pithœus. Convicium dicitur, mutata una litera, quaſi *convocium*, id eſt, vocum collatio, auctoribus Ulpiano, Labeone, & Feſto, qui ait etiam hoc vocabulum deduci poſſe a vicis, in quibus primum habitatum eſt. Hinc forſan emendare liceat Nonii Marcelli verba. *Convitium*, inquit, *dictum eſt quaſi vicii locum, qui, ſecundum ignobilitatem loci, maledictis & turpibus dictis cavillatur.* Quid ſi legas? *convicium dictum eſt quaſi e vicis locutio, quæ, ſecundum ignobilitatem loci*, &c. Convicium aliquando non contumelioſum dictum ſignificat, ut apud Ciceron. 12. epiſt. 25. *deturbatus eſt juſtiſſimo ac honeſtiſſimo convicio meo.* Sic enim legendus eſt hic locus, qui vulgo male interpungitur, etiam in Græviana editione, ubi ſic legitur, *deturbatus eſt. Meo juſtiſſimo honeſtiſſimoque convicio te tuam dignitatem ſumma tua virtute tenuiſſe, provinciaque honoribus ampliſſimis affectum vehementer gaudeo.* Priorem lectionem confirmat, quod antea dixerat Cicero; *Quotidianas compellationes meas non tulit.* Unde patet hac dictione *convitium* aliquando ſignificari compellationem. Martialis autem lib. 7. Epigram. 7. de reditu Domitiani,

Feſta coronatus ludet convicia miles.

Et Seneca in Medea,

Feſta dicax fundat convicia Feſcenninus
Solvat turba jocos.

Ubi τὸ *convicia* ſignificat dicta jocularia. Item convicium ſumitur pro vocis contentione, ſeu clamore turbæ apud Ciceron. Verrin. ultim. *Cujus convivia non fuiſſe cum ſilentio, ſed cum maximo clamore & convicio.* Idem pro Sextio. *Qui antea cantorum convicio cantiones celebrare ſuas ſolebat.* Et pro Archia poeta. *Suppeditat nobis ubi & animus ex hoc forenſi ſtrepitu reficiatur & aures convicio defeſſæ requieſcant.* Hinc aiebat Prætor in edicto ſuo. *Qui adverſus bonos mores convicium feciſſe dicetur, in eum judicium dabo;* idque, opinor, ut, quod erat in ancipiti verbo dubium, tolleret. CAPPER.

5. *De Inſtitutione oratoria.*] *Inſtitutio* differt ab *inſtitutis*: *inſtituta* namque ſunt mores conſilio & ratione ſumpti, ut de inſtitutis antiquis eſt caput apud Valer. Maximum, hoc eſt, de moribus antiquis: *inſtitutio* vero dicitur præceptio qua quis inſtituitur & docetur, ut *Inſtitutiones* Lactantii *Chriſtianæ*, quibus Chriſtiani inſtituuntur & docentur. REGIUS. vide Vallæ Elegant. lib. IV. cap. 11. & Barth. l. 11. Adverſ. c. 17.

6. *Emittere inciperem.*] Si non cunctos, at ſaltem ſingulos ederem; is enim libros *emittere incipit*, non qui univerſos, ſed qui ſingulos edit. REGIUS.

7. *Maturuiſſe.*] An *maturaviſſe* legendum ſit quæritur; utroque enim modo in exemplaribus ſcriptum eſt. Sed *maturuiſſe* magis & ſenſui, & ſtylo epiſtolari convenire videtur, quam *maturaviſſe*. Eſt namque *maturo* tranſitivum, ut *annus in apricis maturat collibus uvas*: ac, ſi quando abſolutum inveniatur, vaſtus ille ſonus *a* vocalis longæ nimium eo in loco tolleret Epiſtolaris ſtyli humilitatem. Sumpta eſt autem metaphora a fructibus, qui proprie *maturescere* dicuntur; libri vero illi non ſatis maturuiſſe dicuntur, qui nondum ſatis ſunt expoliti. REGIUS. *maturaviſſe* MS. Bodl. Poul. Alm.

8. *Alioqui.*] Citra *n* literam in vetuſtis fere exemplaribus ſcriptum invenitur. Sicque ſcribendum eſſe, Caper, diligens in primis Grammaticus, præcipit. REGIUS. Vocem hanc raram ætate Auguſti, frequentem proximo ſeculo utrique Plinio & Senecæ maxime, certe apud Ciceronem nuſquam ſe legiſſe obſervat Cælius Calcagninus lib. III. Epiſtol. Quæſtion. pag. 42. Ex ſecundo tamen de Legibus cap. 25. profert Nizolius. Sed in altero ex Oratore cap. 15. quem adfert Stephanus, *alioqui* in MSS. non exſtare, nec in Victorii editione teſtatur Gruterus. Cæterum hic *aliorum* pro *alioqui* habet MSS. Bodl. & Andr. BURMAN.

9. *Non tam ſtylo.*] Hoc eſt, lineamentis orationis, quibus hæc mea veſtire volebam. PETR. MOSELL. Stylus dicitur graphium, cujus pars alia eſt acuta, qua ſcribebant; alia latior, qua delebant. Inde Horat. inquit, *Stylum vertas*, id eſt, deleas & emendes. Aliter interpretes; ſed male. TURNEB.

10. *Prope infiniti.*] Ego mallem *infinita*, & referre ad inquiſitionem. BURM.

A

innumerabiles, datum eſt. [11] Uſus deinde Horatii conſilio, qui in Arte Poëtica ſuadet, ne præcipitetur editio, nonumque prematur in annum; dabam iis otium, ut, [12] refrigerato inventionis amore, diligentius repetitos, tamquam lector perpenderem. Sed, ſi [13] tantopere efflagitantur, quam tu affirmas, permittamus vela ventis, [14] & oram ſolventibus [15] bene precemur. Multum autem [16] in tua quoque fide ac diligentia poſitum eſt, ut in manus hominum quam emendatiſſimi veniant.

11. *Uſus deinde Horatii conſilio.*] Recentiores codices omnes *uſus* habent in principio hujus clauſulæ: at in veteri exemplari animadverti deeſſe, idque meo judicio rectiſſime; tum quod primum locum in clauſula ſoleat *deinde* occupare; tum vero maxime, quod longe purior & rotundior eſt ſermo, ſi Fabius dicat, conſilio Horatii ſeſe dediſſe otium ſuis libris. Verſus Horatii ſunt, Art. Poet. 388.

———nonumque prematur in annum:
Membranis intus poſitis delere licebit
Quod non edideris: neſcit vox miſſa reverti.

PETRUS MOSELLANUS. Fere in vetuſtis Horatii exemplaribus legitur *decimumque prematur in annum.* REGIUS. Magno conſenſu exemplarium habetur hæc dictio *uſus:* licet aliqui expugnant. TURNEBUS. *Uſus* non agnoſcit etiam Edit. Andr. nec lectiones in margine Sichardi. Sed *uti conſilio* etiam Cicero in Bruto 34. dixit: & lib. IV. ad Fam. 11. *tuis eſt effectum literis, ut uterer veſtro potiſſimum conſilio:* & XV. ad Att. IV. *animis enim uſi ſumus virilibus, conſiliis puerilibus.* BURMAN.

12. *Refrigerato.*] Extincto inventionis amore, qui, ut ait Horatius lib. I. od. 18. cæcus eſt. Unde Theocritus; *Amori pulchra videntur, quæ non ſunt pulchra.* Et Catullus Carm. XIX.

———ſuus cuique attributus eſt error:
Sed non videmus, manticæ quod in tergo eſt.

PETRUS MOSELLANUS. Nam, ut Plinius Epiſt. Tacito ſcribit, *ſuæ quiſque inventioni favet.* Vide Quinctil. lib. X. cap. IV. PHILANDER.

13. *Tantopere efflagitantur, quam tu affirmas.*] In veteri codice legi *quanto*, notavit in margine Almelov. quod ſi admittatur, legendum disjunctis vocibus *tanto opere, quanto:* ut in optimis, apud Ciceronem, Suetonium & alios, exemplaribus. Et ita Cicero I. de Orat. 35. *tantopere* & *quantopere* in eadem periodo ponit. Sed ſæpe tamen *quam* pro quantum poni, poſt *tantum*, docuit ſummus Gronovius Diatrib. Stat. cap. LVII. & ad Liv. lib. XXVI. I. Adde Terentii locum ex Hecyr. act. III. ſc. IV. *non verbis dici poteſt tantum, quam re ipſa navigare incommodum eſt.* BURMAN.

14. *Et oram ſolventibus.*] *Oram* habent exemplaria magno conſenſu; tum Eraſmus non aliter citat; & Sipontinus *oram* exponit funem. Porro alii *litus* exponunt. Quæ omnia, partim corrupta lectione, partim coacta expoſitione, adferuntur; nuſquam enim, quod equidem ſciam, *ora* legitur pro fune nautico. Neque Fabio dignus eſt ſermo, *ſolvere oram*, pro, *litus ſolvere:* alioqui dixiſſet procul dubio, *ab ora ſolvere.* Libet ergo ſubſcribere caſtigationi Aldinæ, atque legere *auram bene precari*, id eſt, proſperum ventum; manet enim in allegoria Fabius ad clauſulam uſque, ut ipſe faciendum præſcribit lib. 8. MOSELLANUS. Ora eſt funis quo naves terræ alligantur; idem in quarto. cap. 2. *Solvimus oram, profecti ſumus.* Livius. libro XXVIII. 36. *In ipſis quoque trepidatum eſt navibus, dum, ne hoſtes cum ſuis ſimul irrumperent, trahunt ſcalas, oras, & ancoras, ne in moliendo mora eſſet, præcidunt.* Qui vero pro aura & vento *oram* exponunt, & ingenio & judicio carere convincuntur, cum *precor* verbum cum *bene male-ve* adverbiis copulatum, numquam cum accuſativo conſtruatur. *Ora* etiam dicitur regio, non quidem omnis, ſed maritima ſolum, quam vulgus *riperiam* vocat: in qua quidem ſignificatione quidam hoc loco accipiendam eſſe putantes, facile refelluntur, cum immobilia numquam ſolvi dicantur; ſed nodi proprie, ac per metonymiam ea quæ nodis detinentur; ut Horatius lib. I. Epiſt. I. 8.

Solve ſeneſcentem mature ſanus equum, ne
Peccet.

Solvere ſane etiam citra *oram*, pro diſcedere, apud Oratores quoque invenitur. Cicero pro Murena cap. 2. *Quod ſi e portu ſolventibus, qui jam in portum ex alto invehuntur, prædicere ſummo ſtudio ſolent tempeſtatum rationem*, &c. REGIUS. Aliquibus in exemplaribus *auram* legimus, neque parum jam vulgatum, accepiſſe eruditos quoſdam homines, interque eos Pontanum, *oram* pro fune nautico, & adduxiſſe in eam ſententiam locum ex Livii libro XXVIII. refragante tamen Beroaldo. Quid autem *auram* ſignificet? neque enim *bene precamur* huc adſtruere liceat; maxime cum in IV. hujus auctoris libro ſimiliter legatur, magno conſenſu exemplarium, *ſolvimus oram.* CAMERARIUS. Pontanus, a cujus auctoritate & judicio diverſum ſentire nefas veluti eſt, pro *auram*, *oram* & legit & interpretatur, uſus ad hoc teſtimonio Liviano lib. 28. in eo libello quem de *Aſpiratione* conſcripſit, quem ſecutus etiam auctor Dictionarii quod *Copiæ cornu* appellant, inter exponendum, idem adſerit. Sunt & alii quoque, quibus hoc defendere placuit. Et, quanquam fortaſſis magis applaudas *auram*; tamen, ob hujuſcemodi virorum auctoritatem & conſenſum, rem in dubio relinquamus, præſertim cum ex hac re, dignitas ſcripti & auctoris non minuatur. Moſellanus, modo ſint illius, quæ in hunc auctorem ſub illius titulo feruntur annotata, *auram* magis probat. Camerarius, utriuſque linguæ peritia clarus, *oram* mavult SICHARDUS Lege, & *ora ſolventibus bene precemur*, auferendi caſu; quaſi ſit *ab ora*, id eſt, regione litorali. PHILANDER. Alciatus *auram* putat legendum, ut ſit ſenſus; Precemur fauſtum exitum, ut nautæ ventum. Alii *oram* pro fune nantico, recte. ita enim lib. 4. legitur, cap. de narratione. Eſt autem funis ille qui religatur ad tonſillam, id eſt, palum in litore; Græci πρυμνήσιον vocant. TURNEBUS Sine dubio *oram ſolventibus* legendum, quod & Colomeſius. adductis eiſdem locis. probat. Ita & Livius lib. XXII. 19. *vixdum omnes conſcenderant, quum alii, reſolutis oris, in ancoras evehuntur;* eodem enim modo dicitur, ut *funem ſolvere*, quod illuſtravit Paſſeratius ad Propert. lib. I. eleg. 8. 12. & *retinacula ſolvere* Ovidio VIII. Metam. 102. & XI. 712. BURMAN.

15. *Bene precemur.*] Vide Scheffer. de Militia Navali lib. III. cap. 3. ALMELOV.

16. *In tua fide & diligentia.*] Hinc quoque aperte colligitur, hanc epiſtolam ad bibliopolam aliquem fuiſſe ſcriptam; nam Bibliopolæ ſolent etiamnum opera nova conquirere, quæ diligenter deſcribant, & venalia proponant: horum autem Librariorum officium eſt curare, ut libri ſine mendis deſcribantur. REGIUS.

M. FAB. QUINCTILIANI IN ORATORIÆ INSTITUTIONIS LIBROS XII.

Ad Marcellum Victorium Procemium.

ARGUMENTUM.

Procemium quatuor continet, Cauſas condendi operis, Marcello dicandi, Qualem oratorem inſtituat; Quo pacto univerſum opus partiatur. Operis condendi cauſa; ut inter opiniones varias facilior eſſet electio, quid potiſſimum ſequendum. Cauſa copioſius etiam ſcribendi, quam ab amicis efflagitatum erat, ut eos plenius ſibi demereretur, ne alienis ſolum veſtigiis inſiſtere videretur, ſi prioribus nihil adderet; ne duo libelli de Rhetorica impoliti & manci diutius ſub ejus nomine circumferrentur. Cauſa Marcello dicandi; quia amiciſſimus; quia literarum amore flagrans; quia inſtituendo ejus filio plurimum profuturos putaverit. Oratorem inſtituit perfectiſſimum, eloquentiſſimum, omnibus diſciplinis & virtutibus inſtructiſſimum; atque in philoſophorum arrogantiam invehitur, ultimam hanc partem ab Oratoribus ſeparantium, & ſibi vindicantium. Totum opus in duodecim libros partitur; quorum primus elementa ante Rhetoris officium continet; ſecundus Rhetorices Progymnaſmata; *tertius, quartus, quintus, ſextus, ſeptimus,* Inventionem *&* Diſpoſitionem, *cum orationis partibus; octavus, nonus, decimus,* Elocutionem; *undecimus,* Memoriam *&* Pronuntiationem; *duodecimus, ultimam partem definitionis Oratoris, id eſt, mores ejus, virtutes & officia. Primæ partes ad benevolentiam ſunt comparatæ: dum ſuam modeſtiam, & ſcribendi cauſas profert, Marcelloque opus dicat. Attentos reddit, Oratorem inſtituendo, & pleniora omnia, quam vetera, promittendo. Diviſio operis ad docilitatem pertinet.*

1 POST impetratam ſtudiis meis [2] quietem, quæ [3] per viginti annos [4] erudiendis juvenibus impenderam, cum a me quidam familiariter poſtularent, ut aliquid [5] de ratione dicendi componerem, diu ſum equidem reluctatus, [6] quod auctores [7] utriuſque linguæ clariſſimos non ignorabam multa, quæ ad hoc opus pertinerent, diligentiſſime ſcripta poſteris reliquiſſe. Sed qua ego ex cauſſa faciliorem mihi veniam meæ [8] deprecationis arbitrabar fore, hac accendebantur illi magis; quod [9] inter diverſas opiniones priorum, & quaſdam etiam

Hac Præfatione cauſas quibus adductus ſit, ut de Eloquentia ſcriberet, adducit. Deinde qualem Oratorem informet, oſtendit; quem virum bonum in primis eſſe vult. Poſtmodum totum opus partitur. Ad extremum præcepta Rhetorices nihil valere ſine natura docet. Propoſitio præfationis ſimplicem explicationem habet petitionis, & accuſationis cauſſas. TURNEB. * Sed in hoc pſeudo-Turnebi loco, pro *accuſationis*, legendum mihi videtur *recuſationis*; alludit enim ad hæc Quinctiliani verba; *cum a me quidam familiariter poſtularent, ut aliquid de ratione dicendi componerem, diu ſum reluctatus...... ſed qua ex cauſſa faciliorem mihi veniam meæ deprecationis arbitrabar fore*, &c. & certe in hac quidem locutione *deprecatio* idem ſonat quod *recuſatio*. CAPPER.

1. *Poſt impetratam, &c.*] Literas Romæ docuiſſe Fabium, vel ex illo notiſſimo Martialis verſu ſatis conſtat;

Quinctiliane vagæ moderator ſumme juventæ.

Eo igitur munere defunctum ſe, otium tandem, poſt viginti annos, nactum eſſe ait, quod tempus vacationi profeſſorum poſtea legibus attributum fuit. CAMER.

2. *Quietem.*] Profeſſores artium, cum juſtum tempus profeſſionis abſolverant, juſta miſſione & vacatione donabantur, multiſque honoribus ornabantur. TURN.

3. *Per viginti annos.*] Cur demum poſt viginti annos quietem impetrarit Fabius, quæri poſſet? At ego quidem, adducor, ut credam eos qui per viginti annos eloquentiam in urbe Roma profeſſi eſſent, & vacationem meruiſſe, & ad magiſtratus fuiſſe admiſſos; id quod poſtea quoque lege cautum fuiſſe, facile eſt videre, cum alibi, tum in duodecimo codicis Juſtiniani libro, Titulo 15 *de Profeſſoribus, qui in urbe Conſtant.* Inter omnes autem Profeſſores ſive artium, ſive juris civilis, Rhetores, hoc eſt artis oratoriæ doctores, primum locum apud priſcos obtinuerunt; ut idem libro XI. ſcribit Juſtinianus. REGIUS. Lege *quæ*, ut referatur ad *ſtudia*. Quietem autem intelligit, quam nactus erat poſt vigeſimum annum impenſum inſtituendis juvenibus; Profeſſores enim poſt annum vigeſimum conſequebantur honeſtam miſſionem, & laboribus dabant ſenes juſtam miſſionem, ut loquitur declamatione XIII. PHILANDER.

4. *Erudiendis juvenibus impenderam.*] Merito igitur a Poëta Coco Fabius vocatur *vagæ juventæ ſummus moderator.* Quocirca etiam ſummam laudem conſequutus eſt. *Nullum enim* (ait Cicero de Divinat.) *munus Reipub. afferre majus, meliuſque poſſumus, quam ſi doceamus atque erudiamus juventutem*, &c. Tu vide, ſi vacat, Raderum ad Martialem. p. 211. PAREUS. *Poetam Cocum* Pareus Martialem vocat, idque poſt Johannem Satisberienſem de Nug. Curial. l. 7. c. 12. & lib. 8. c. 6. 13. & poſt Gloſſarium vetus Latinum in voce *Petaſo.* CAPPER.

5. *De ratione dicendi.*] Hoc eſt de Eloquentia, de arte Rhetorica; hæc autem locutio, *de ratione dicendi*, longe differt ab illa, *de ratione loquendi*, quam adhibet Fabius cap. 2. ubi Grammaticam intelligit, ut ſatis patet. *Grammaticus quoque*, inquit, *de ratione loquendi ſi diſſerat*, &c. CAPPER.

6. *Quod auctores utriuſque linguæ clariſſ.*] Quinam vero fuerint clariſſimi illi utriuſque linguæ Rhetores, qui ſcire cupit, prologum tertii libri perlegat. Illic enim omnes qui ad ætatem ſuam uſque claruerunt, commemorat. REGIUS.

7. *Utriuſque linguæ.*] Græcæ videlicet & Latinæ. CAPPER.

8. *Deprecationis.*] Id eſt, Recuſationis ſeu Reluctationis; ait enim paulo ante; *diu ſum reluctatus*. CAPPER.

9. *Inter diverſas.*] *Diviſas* MS. Bodl.

inter ſe contrarias, difficilis eſſet [10] electio; ut mihi, ſi non inveniendi nova, at certe judicandi de veteribus, [11] injungere laborem non injuſte viderentur. [12] Quamvis autem non tam me vinceret præſtandi quod exigebatur fiducia, quam negandi verecundia: latius ſe tamen aperiente materia, plus quam imponebatur oneris, ſponte ſuſcepi; [13] ſimul ut pleniori obſequio demererer amantiſſimos mei; ſimul ne vulgarem viam ingreſſus, alienis demum veſtigiis inſiſterem. Nam cæteri fere, qui artem orandi literis tradiderunt, ita ſunt exorſi, quaſi perfectis omni alio genere doctrinæ, [14] ſummam in eloquentia manum imponerent: ſive [15] contemnentes tamquam parva, quæ prius diſcimus, ſtudia: ſive non ad ſuum pertinere officium opinati, quando [16] diviſæ profeſſionum vices eſſent: ſeu, quod proximum vero, nullam ingenii ſperantes gratiam, circa res, etiamſi neceſſarias, procul tamen ab oſtentatione poſitas; ut operum faſtigia ſpectantur, latent fundamenta. [17] Ego, cum nihil exiſtimem arti oratoriæ alienum, ſine quo oratorem non poſſe fieri fatendum eſt, nec ad ullius rei ſummam, niſi præcedentibus initiis, perveniri; ad minora illa, ſed, quæ ſi negligas, non ſit majoribus locus, demittere me non recuſabo; nec aliter, quam ſi mihi tradatur educandus orator, ſtudia ejus formare ab infantia incipiam. Quod opus, [18] Marcelle Victori, tibi dicamus; quem cum amiciſſimum nobis, tum eximio literarum amore flagrantem, non propter hæc modo [19] (quamquam ſunt magna) digniſſimum hoc mutuæ inter nos charitatis pignore judicabamus; ſed quod erudiendo [20] nato tuo, cujus prima

10. *Electio.*] In codice Joannis Poullainii Aurelianenſis erat, *editio ac electio*: quæ ſi vera lectio ſit, *editio* eſſet Auctorum demonſtratio, quos præferret aliis, ut *editio tribuum*, apud Ciceronem pro Plancio cap. 16. & *editiis judices* pro Muren. cap. 23. BURM.

11. *Injungere laborem.*] Imponere; quod quidem verbum raro apud Ciceronem invenitur, apud Plinium vero, & Tranquillum & Fabium eſt frequentiſſimum. REGIUS. Frequens etiam Livio eſſe docuit ſummus Gronovius ad lib. VIII. 32. & ad lib. XXXII. 3. & poſt eum Vorſt. ad Valer. Max. VI. IX. exter. 2. & ad Juſtin. III. 5. & XLII. 5. ubi, ex Ciceronis III. de Natur. Deor. producit, *in homines injunxit injuriam*: qui tamen minime hoc verbo uſus; & Vorſtius, vel memoriæ vitio, vel duce aliquo deceptus eſt; Ciceronis enim verba ex eo libro cap. 34. de Dionyſio ſacrilego ſic ſe habent; *ita ad impietatem in deos, in homines adjunxit injuriam.* BURM.

12. *Quamvis autem.*] Captat benevolentiam a perſona ſua, dum de ſe modeſtiſſime ſentit; deinde oſtendit, quare tam copioſe hac de re ſcripſerit. TURNEBUS.

13. *Simul.*] Addit cauſas cur fuſius tractarit de arte dicendi. TURNEB. *Simul ut pleniori obſ.*] *Simul* vim habet copulæ, ut hoc loco eleganter in oratione bis ponitur; qua quidem dictione ſignificantur duo ſimul uno & eodem tempore fieri. Virgil. 2. Æneid. *Ille ſimul manibus tendit divellere nodos; Clamores ſimul horrendos ad ſidera tollit.* RAPH. REGIUS. Aliquando tamen ſemel poſita hæc particula vim eamdem habet, ac ſi bis eſſet poſita, docente Gronovio ad Livii lib. XXXIII. 12.

14. *Summam in eloquentia manum imponerent.*] Tranſlatio eſt proverbialis, ſumpta ab artificibus, qui primo rude aliquod futuri corporis ſimulacrum effingunt, quod *primam* appellant *manum*; deinde vero accuratius expoliendo ad perfectionem ducunt, quam vocant *ſummam manum*; quod videlicet poſtea manum non apponant amplius. Ita Eraſmus hunc locum expoſuit. Mihi magis arridet eorum ſententia, qui a pictoribus ſumptam metaphoram putant, cum ob alia, tum quod & alterum quoddam proverbium fertur, de pictoribus mutuo ſumptum, quo jubemur *manum de tabula* jam ſatis elaborata amovere. MOSELLANUS. *Summam in eloquentia manum imponerent*; corrupte quidem legi notius eſt, quam ut ſit admonendum; *e* namque vocali eraſa legendum eſt *eloquentia*, ut ſit ablativi caſus; non autem *eloquentiæ*, *in* propoſitione expuncta, ut quidam depravarunt. Eſt autem a pictoribus ſumpta tranſlatio, qui hinc ultimam imponere manum picturæ dicuntur; cum eam ſic perficiunt, ut nulla alia arte indigere videatur. REGIUS. *Summam manum imponere* ſignificat, perficere, abſolvere, conſummare; ductum a pictoribus, qui primum in tabella lineamenta rudia deſignant, deinde ultima expolitione & manus impoſitione perficiunt. TURNEBUS. Satis apparet vel ex hoc loco, unde tralatio ducta ſit, nempe ab operum perfectione. Eadem ſententia & *extremam manum imponere* Virgilius dixit lib. VII. Æneid. 575. & Cicero in Bruto. cap. 33. *Extrema manus non acceſſit operibus ejus, inchoata præclare multa, perfecta non plane.* CAMERARIUS. Aldus legit *ſummam eloquentiæ manum*; ut legitur etiam in Voſſ. tert. & id omnino præferendum. Poſuit τὸ *eloquentiæ* gignendi caſu. Quaſi, inquit, reliquis ἐγκυκλίοις, vel ſtudiorum partibus perſalutatis & decurſis a diſcipulo vel lectore ſuo, tum demum adhiberentur, ut ultimam eloquentiam eum docerent, & operi conſummato hoc faſtigium, hunc colophonem adderent. GRONOVIUS. Vide commentatores ad Petronii cap. CXVIII. ex quibus Pareus ſuam notam inſtruxit. In codice Joannis Poullainii erat, *ſummam in eloquentiam manum imponerent*: ego mallem, *perfectis in alio genere doctrinæ ſummam eloquentia manum imponeret*: ut eſſet *eloquentia* primo caſu poſita. BURMAN.

15. *Contemnentes tamquam parva.*] Hieronymus in epiſtola quadam in hanc ſententiam ſic loquitur; *Non ſunt contemnenda tanquam parva, ſine quibus magna conſtare non poſſunt.* MOSELLANUS.

16. *Diviſæ.*] In margine quarumdam editionum eſt, *diverſæ*. Sed recte Cl. Almelovenius notavit in ora codicis ſui, non poſſe illas vices eſſe diverſas, niſi ſint prius *diviſæ*; & ipſum Fabium paullo poſt dicere, *ſcidit deinde ſe ſtudium.*

17. *Ego cum, &c.*] Breviter aperit conſilium ſuum, & quid ſit dicturus in toto opere proponit; quod pertinet ad attentionem, refertur que ad id, *ne alienis veſtigiis inſiſterem.* TURNEB.

18. *Marcelle Victori.*] Ad eumdem bis Papinius Statius lib. IV. Sylvar. COLOMES.

19. *Quamquam ſunt.*] *Sint* Codex Poullainii, & Voſſ. tert. Sic & Ovidius ſubjunctivo junxit, Ep. XV. 125.

Illic te invenio, quamquam regionibus abſis;

& ex MSS. XV. Met. 244.

Quæ quamquam ſpatio diſtent.

20. *Nato tuo.*] *Getæ.* Et ſane non adducor, ut credam Quinctilianum, Latini ſermonis obſervatorem ſeverum, vocem iſtam *Nato* (quæ omnino Poetarum eſt, non Oratorum) uſurpaſſe; nec ſine auctoritate hoc effero: ſiquidem refert ita habere MS. quod vidit Raph. Regius, ſuis ad Quinctil. problematis PITHOEUS. A quodam adſcriptum ſit pro *nato*, *Gallo* potius eſſe legendum: ſed miratu dignum eſt, quod dicit Pithoeus, verbum *nati* eſſe poeticum, & minime oratorium, cum legatur apud Ciceronem de Amicitia cap. VIII. *primum ex ea caritate quæ eſt inter natos & parentes*: ſin minus, legi poteſt *gnati*; quo verbo utitur Cicero pro Plancio 24. & de Divinatione I. 20. Et Livius dixit *erudire puerum artibus*: quare jam non liceret erudire *gnatum* vel *natum*, cum utroque verbo Cicero fuerit uſus, non video. ALMELOV. Valla idem quod Pithoeus judicabat lib. III. Elegant. cap. 70. vide Cellarii curas poſteriores p. 337. loca tamen Ciceronis non recte huc adducuntur; in primo enim pro Plancio, pro *quamquam ad præcepta ætas non eſt gnati*, legendum *gravis*, v. not. Grævii; in altero, Poëtæ ſunt veteris verba, & diverſis modis ſcribuntur: in loco de Amicitia eſt oppoſitio inter *natos* & *parentes*, quæ tolerabiliorem uſum facit: nondum tamen penitus damnare extra carmen vocem hanc audeo. BURMAN.

ætas manifeſtum iter ad [21] ingenii lumen oſtendit, [22] non inutiles fore libri videbantur, quos ab ipſis dicendi velut incunabulis, per omnes, quæ modo aliquid oratori futuro conferant, artes, ad [23] ſummam ejus operis perducere deſtinabamus. Atque eo magis, quod duo jam ſub nomine meo libri ferebantur artis Rhetoricæ, neque editi a me, neque in hoc comparati. Namque [24] alterum, ſermone per biduum habito, pueri quibus id præſtabatur, exceperant: alterum pluribus ſane diebus, quantum [25] notando conſequi [26] potuerant, interceptum, boni juvenes, ſed nimium amantes mei, [27] temerario editionis honore vulgaverant. Quare in his quoque libris erunt eadem aliqua, multa mutata, plurima adjecta, omnia vero compoſitiora, & [28] quam nos poterimus, elaborata. Oratorem autem inſtituimus illum perfectum, qui eſſe, niſi vir bonus, non poteſt. Ideoque non dicendi modo eximiam in eo facultatem, [29] ſed omnes animi virtutes exigimus. Neque enim hoc conceſſerim, rationem rectæ honeſtæque vitæ (ut quidam putaverunt) ad philoſophos relegandam; cum vir ille vere [30] civilis, & publicarum privatarumque rerum adminiſtrationi accommodatus, qui regere conſiliis urbes, fundare legibus, emendare judiciis poſſit, non alius ſit profecto, quam orator. Quare, tametſi me fateor uſurum quibuſdam quæ philoſophorum libris continentur, tamen ea jure vereque contenderim eſſe operis noſtri, proprieque ad artem oratoriam pertinere. An, ſi frequentiſſime de juſtitia, fortitudine, temperantia, cæteriſque ſimilibus ſit diſſerendum, & adeo, ut vix ulla poſſit *Cauſſa* reperiri, [31] in quam non aliqua quæſtio ex his incidat, eaque omnia *Inventione* atque *Elocutione* ſint explicanda, dubitabitur, ubicumque vis ingenii & copia dicendi poſtulatur, ibi partes oratoris eſſe præcipuas? Fueruntque hæc, [32] ut Cicero apertiſſime colligit, quemadmodum juncta natura, ſic officio quoque copulata, ut iidem ſapientes, atque eloquentes haberentur. [33] Scidit deinde ſe ſtudium, atque inertia factum eſt, ut artes eſſe plures [34] viderentur. [35] Nam, ut primum lingua eſſe cœpit in quæſtu, inſtitutumque eloquentiæ bonis male uti, curam morum, qui diſerti habebantur, reliquerunt. Ea vero deſtituta [36] infirmioribus ingeniis velut prædæ fuit. Inde quidam, contemto bene dicendi labore, ad formandos animos [37] ſtatuendaſque vitæ leges regreſſi, partem quidem potiorem, ſi dividi poſſet, retinuerunt; nomen tamen ſibi inſolentiſſimum arrogaverunt, ut ſoli [38] ſapientiæ ſtudioſi vocarentur: quod neque ſummi imperatores, neque [39] in conſiliis rerum maximarum, ac totius adminiſtratione reipublicæ præclariſſime verſati, [40] ſibi umquam vindicare ſunt auſi. Facere enim optima, quam [41] promittere, maluerunt. Ac vete-

21. *Ingenii lumen.*] Id eſt, ad Eloquentiam; ſic enim M. Tullius in Bruto. cap. xv. Eloquentiam vocat; nimirum quod elegans & eruditus ſermo non, niſi ab elegante, & culto ingenio, proficiſcatur, quod in oratione, velut lumine quodam adhibito, oſtenditur. Vere ſiquidem dixit Ariſtoteles talia quemque loqui, qualis ipſe ſit; quod oratio minime mendax ſit animi ſpeculum. MOSELLANUS. In veteri codice, quem contulit Almelovenius, erat; *manifeſtum ingenii lumen oſtendit.*

22. *Non inutiles fore.*] *Fere* in margine Baſileenſium, Sichardi & Stephani editionum.

23. *Summam ejus operis.*] Gloſſema eſſe *ejus operis* Gallæo videbatur.

24. *Alterum ſermone.*] In MS. Bodl. *ſermones per biduum habitos:* in codice Almelovenii, Poullainii, Veneta Edit. *alterum ſermonem per biduum habitum:* & mox *bini juvenes.* Neutrum probo; ſaltem primum minime, propter concurſum tot vocum in *m* exeuntium. BURM.

25. *Notando.*] Notare eſt compendioſo ſcribendi genere excipere; quod dicitur & *notis ſcribere* & *excipere.* TURNEB.

26. *Potuerant.*] *U* vocali expuncta *poterant* legendum eſt. REGIUS; cui conſentit Francius.

27. *Temerario editionis honore.*] Imitatur hunc locum Hieronymus lib. 1. epiſt. 7. *Opuſculorum meorum, quia plurima evolaverunt e nido, & temerario editionis honore vulgata ſunt, nihil miſi, ne eadem forſan mitterem, quæ habes.* GRONOVIUS.

28. *Quam nos poterimus.*] Mallem, *quam nos potuerimus:* *quam* vero pro *quantum*, de quo vide copioſe agentem Heinſ. ad Ovid. Remed. 325. BURM. cæterum pro *elaborata*, Francius malebat *elaboratiora.*

29. *Sed omnes.*] Francio placebat. *ſed & omnes.*

30. *Civilis.*] Ὁ πολιτικός, de quo lege Longin. de *ſublimi*, ejuſque interpretes. CAPPER.

31. *In quam.*] Ita recte emendatiores editiones: ſed Andr. Colinei & Stephani, *in qua.*

32. *Ut Cicero apertiſſime.*] Lib. 3. de Orat. cap. 15. & ſeq. *Colligere* autem eſt argumentis aliquid concludere & comprobare; id quod Græci, quos in hoc quoque imitamur, συλλογίζειν dicunt. RAPH. REGIUS. Aldus *aptiſſime colligit* edidit: eædem voces confuſæ infr. lib. 1. c. 2. ſed in hoc Raphaelis Regii loco pro συλλογίζειν legendum mihi videtur συλλογίζεσθαι. CAPPER.

33. *Scidit*] Tempore Socratis primum eloquentia a philoſophia ſeparata fuit. Nam Socrates, ſpreta & exagitata rhetorica, ſe totum ad philoſophicas diſputationes traduxit. TURN. Vide Cicer. III. de Orat. cap. 19. & Menag. ad Laert. lib. 1. ſect. 12. ALM.

34. *Viderentur.*] MS. Bodl. Andr. *judicentur. Judicarentur* in margine Sichardi.

35. *Nam ut primum.*] Adjicit cauſas diviſionis artium. Videtur autem Quinctil. hæc referre ad Traſymachum Calchedonium, & Gorgiam Leontinum; qui, cum venalem haberent rhetoricam, idcirco a Socrate exagitabantur, eaque cauſa fuit, cur rhetoricam ſperneret. TURNEB. * Vide lib. XII. cap. 1. & Samuel. Petit. Miſcel. IV. 1. Herald. in Apolog. Tertul. pag. 16. ALMEL.

36. *Infirmioribus ingeniis.*] Infirmiora ingenia philoſophorum vocat, utpote quæ non negotiis ſint accommodata. REGIUS.

37. *Statuendaſque vitæ leges.*] *Inſtituendas*, Andr. Aldus & Sichard. perperam; *ſtatuere* eſt enim certas & immotas ferre: ita Juſtinus lib. VI. 1. *Statutis conditionibus ab armis dimittitur*; & lib. V. 10. & XXV. 1. *ſtatuta pax* eſt ſtabilita; & ita paſſim.

38. *Sapientiæ ſtudioſi.*] Vulgo philoſophi φιλόσοφοι. CAPPER.

39. *In conſiliis.*] Ita Aldus, Vaſcoſanus, Colinæus & alii; ſed *conciliis* etiam quidam ediderunt.

40. *Sibi vindicare.*] *Sibi* non agnoſcit Andr.

41. *Promittere.*] Vide ad Petron. cap. x.

41. *Promittere.*] Ἐπαγγέλλεσθαι, Gallice *ſe piequer de, faire parade de*, &c. CAPPER.

rum quidem ſapientiæ profeſſorum multos [42] & honeſta præcepiſſe, &, ut præceperunt, etiam vixiſſe facile conceſſerim: noſtris vero temporibus ſub hoc nomine [43] maxima in pleriſque vitia latuerunt. Non enim virtute ac ſtudiis, ut haberentur philoſophi, laborabant: ſed [44] vultum & triſtitiam, & diſſentientem a cæteris habitum peſſimis [45] moribus prætendebant. [46] Nunc autem quæ, velut propria philoſophiæ, aſſeruntur, paſſim [47] tractamus omnes. Quis enim * [48] modo de juſto, æquo ac bono, non & vir peſſimus loquitur? Quis non etiam ruſticorum aliqua de cauſſis naturalibus quærit? Nam verborum proprietas ac differentia, omnibus qui ſermonem curæ habent, debet eſſe communis. Sed ea & ſciet optime & eloquetur orator, qui ſi fuiſſet aliquando perfectus, non a philoſophorum ſcholis virtutis præcepta peterentur: nunc [49] neceſſe eſt ad eos aliquando auctores recurrere, qui [50] deſertam, ut dixi, partem oratoriæ artis, [51] meliorem præſertim occupaverunt, & veluti noſtrum repoſcere; non ut nos illorum [52] utamur inventis, ſed ut illos alienis uſos eſſe doceamus. [53] Sit igitur orator vir talis, [54] qualis vere ſapiens appellari poſſit, nec moribus modo perfectus (nam id mea quidem opinione, quamquam ſint qui diſſentiant, [55] ſatis non eſt) ſed etiam ſcientia, & omni facultate dicendi; qualis adhuc fortaſſe nemo fuerit. [56] Sed non ideo minus nobis [57] ad ſumma tendendum eſt, quod fece-

42. *Et honeſta.*] *Etiam* MSS. Bodl.

43. *Maxima.*] *Maxime* vetus Cod. Almelov.

44. *Vultum & triſtitiam, & diſſentientem, &c.*] Vide Cicer. Tuſc. Quæſt. II. Joh. Savaron. Comment. ad Sidon. Apollin. lib. IX. epiſt. IX. pag. 557. Senec. de Vita beata cap. XX. Quinctil. declamat. 268. & 283. Plin. lib. I. epiſtol. XXII. & lib. III. epiſt. XI. Agellium lib. XIII. cap. VIII. & XXII. Lactant. lib. V cap. II. Sariſb. Policrat. lib. VIII. cap. XXI. plura Gebhard. Crepund. lib. II. cap. 8. PAREUS. Pricæus ad Matth. c. VI. 16. ALMELOV. Vide & ad Petron. LXXVIII.

45. *Moribus prætendebant.*] Sunt enim illis ipſis temporibus, Domitiano ſcil. imperante, conſulto Senatus, philoſophi ejecti, atque urbe & Italia interdicti. Quemadmodum & prioribus ſeculis, C. Fannio Strabone, M. Valerio Meſſala Coſſ. SCtum ſcriptum eſt, de Rhetoribus Latinis, vel exigendis, vel coercendis, auctore Gell. lib. XV. cap. II. MOSELLANUS. Videtur hæc ſcripſiſſe Fabius, ejectis ex urbe philoſophis Domitiani edicto. Sulpitia. Plinius. PITII.

46. *Nunc autem.*] Almel. & Poullainii codices *hæc autem;* & ita Aldus quoque edidit & Sich. Sic etiam habent Voſſ. ſecund. & tert.

47. *Tractamus omnes.*] In MSS. Codice a Clariſſimo Barthio collato, *jactamus* ſcriptum eſt. Quod placet Barthio, Adverſar. lib. 31. cap. 5. Non enim (inquit) ſtatim tractant de virtutibus, qui de iis loquuntur: jactantia vero palliatis illis larvis notam adfectationis frivolæ inurit. PAREUS. Ego nihil muto; proprium enim in hac re verbum. Horat. II. Ep. I. 116.

Tractant fabrilia fabri;

& Sueton. Tib. 56. *tractare auctores;* & mox noſter; *ſecundo prima elementa tractabimus*, & paſſim. BURM.

48. *Modo non & vir peſſimus.*] Particulam *&* omittit ea quam ſecuti ſumus, editio; ſed illam, ſive librarii alicujus, ſive etiam Typographorum incuria excidiſſe, omnium Codicum conſenſus manifeſtum facit. Vocula autem ea, quamlibet inanis & exigua eſſe videatur, loci interpretationem ipſa quodammodo vertit; ſi enim Lugdunenſis lectionem amplectimur, Quinctilianum querentem audimus, quod homines ſuæ ætatis, paullo etiam improbiores, Philoſophiæ propria tractarent. Cum interim nihil manifeſtius eſt, quam illius ſtomachum inde præcipue moveri, quod viri etiam peſſimi turpiſſimique ſuas non abſtinerent a Philoſophia manus. Quamobrem mihi nunc maxime placet editionum Colonienſis, Vaſcoſani & Stephani lectio. *Quis enim modo de juſto, æquo & bono, non & vir peſſimus loquitur.* GIBSON. Gebhardus Crepund. lib. I. cap. 3. pag. 10. legit ac diſpungit; *Quis enim non de juſto æquo ac bono modo? non & vir peſſimus loquitur.* At Gaſpar Barthius Adverſar. lib. 31. cap. 5. pag. 1429. vulgatam retinendam vult. Excipit enim Fabius illos inſanos homines, quorum omnibus ſeculis copia fuit, qui nec loqui quidem bene poſſint; ſed flagitiis palam indulgeant, exiſtimationem ſuam floccifacientes. Vide, apud Gebhardum, & Barthium, plura. PAREUS. In codice Poullainii, *Quis enim non modo de juſto æquo ac bono, modo non & vir.* Aldus & alii ediderunt, fere ut Gebhardus volebat: ſed Stephan. & Galland. *quis enim modo de juſto, æ. a. b. non & vir.* Forte legendum, *modo non ſit vir peſſimus.* Gebhardi lectio & explicatio, qui *modo* pro *dicis gratia* poſitum eſſe vult, obſcuram & ambiguam reddit ſententiam. Cæterum de juſto æquo ac bono, quo omnes juris ſpecies comprehenduntur, vide quæ nos olim ad Petron. cap. CVIII. notavimus. BURM.

49. *Neceſſe ad eos.*] *Eſt* verbum adſcribatur, ut legatur, *neceſſe eſt.* REGIUS.

50. *Deſertam partem Oratoriæ artis.*] Duo MSS. Palatini, a Jano Gebhardo diligentiſſime collati; *Qui, deſerta, ut dixi, parte Oratoriæ artis, meliorem præſertim occupaverunt.* Quæ lectio arridet Gebhardo, Crepund. lib. I. cap. 3. At Barthius, Adverſar. lib. 31. cap. 5. pag. 1429. hanc lectionem contra mentem Quinctiliani contendit eſſe. Ait enim, oratoris fuiſſe de bonis quæ in rebus, deque virtutibus diſſerere poſſe, non verbis uti ſolis, ſed ſequentibus etiam verba vitæ inſtitutis. Hanc vero partem huic debitam ceſſiſſe jam philoſophorum ſcholis; illos enim deſertam ab oratoribus recentibus illam partem occupaviſſe. Porro MS. ille Barthii codex quem Baſileæ nactus eſt, τὸ *artis* omittit. Elegantius omnino, *oratoria* ſine *artis* acceſſione dicitur. PAREUS. *Deſerta, ut dixi, parte* MS. Bold. Andr. Venet. Sich.

50. *Deſertam partem.*] Elegans tranſlatio, ducta a transfugis. Horat. lib. 3. Carm. 16.

——— nil cupientium
Nudus caſtra peto: & transfuga divitum
Partes linquere geſtio.

Deſertor, λειποστρατιώτης, etiam λειποτάκτης. GEBHARD. Crepund. lib. I. cap. 3. pag. 8. apud quem vide plura ad rem.

51. *Meliorem partem.*] Sic vocat curam ac rationem rectæ honeſtæque vitæ, quam retinuiſſe relicta Oratoria, vult Quinctilianus philoſophos. GEBHARDUS.

52. *Utamur inventis.*] *Nitamur* Poullainii codex.

53. *Sit igitur.*] Concluſio eſt ex ſuperioribus, qua oratoris deſcriptionem repetit, eamque ad ultimam ſpeciem, id eſt, ideam revocat. TURNEB.

54. *Qualis vere ſapiens appellari poſſit.*] Sapientem hunc his Stoici numeris perfici voluerunt; ut eſſet quiſpiam improhibitus, inviolatus, non impeditus, liber, dives, felix. Quam formam, utpote commentitiam, Horatius venuſtiſſimis verſibus illudit, Epiſt. I. lib. I. ad Mæcenatem, verſ. 106.

Ad ſummam, ſapiens uno minor eſt Jove, dives,
Liber, honoratus, pulcher, Rex denique Regum,
Præcipue ſanus, niſi cum pituita moleſta eſt.

MOSELLANUS. Ubi conſulas velim Lævinum Torrentium, * Cruquium, Chabotium, Lambinum, Claudium Minoem * Divionenſem, & alios interpretes. PAREUS.

55. *Satis non eſt.*] Si ita legetur, hoc intelligemus de Stoïcis, qui genus quoddam exile dicendi ſequebantur. Illi igitur ab oratore morum probitatem, cum illa dicendi ſubtilitate, requirebant. TURNEB.

56. *Sed non ideo.*] *Prolepſis* eſt, qua anticipat quod poterat objici; quam ſolvit exemplo veterum. Idem.

57. *Ad ſumma.*] Qui *ad ſumma* nitentur, ad cacumina adſcendere ſtudebunt. Eſt autem tranſlatio ab iis ſumpta, qui arduos montes adſcendere conantur. REGIUS. Sic lib. X. cap. I. *Sed ut perveniri ad ſummam, niſi ex principiis non poteſt.* Petron. cap. II. *Quis poſtea ad ſummam Thucydidis proceſſit?* plura Juretus, vir accurate doctus, ad Symmachum pag. 94. Editionis ultimæ. COLOMESIUS. Variant editi & ſcripti; & *ad*

runt plerique veterum, qui, etſi nondum quemquam ſapientem repertum putabant, [58] præcepta tamen ſapientiæ tradiderunt. Nam eſt certe [59] aliquid conſummata eloquentia, neque [60] ad eam pervenire natura humani ingenii prohibet: [61] quod ſi non contingat, altius tamen ibunt qui [62] ad ſumma nitentur, quam qui, præſumpta deſperatione, quo velint, evadendi, protinus [63] circa ima ſubſtiterint. Quo magis impetranda erit venia, ſi [64] ne minora quidem illa, verum operi quod inſtituimus neceſſaria, præteribo. Nam liber primus ea quæ ſunt ante officium Rhetoris continebit. Secundo, prima apud Rhetorem elementa, & quæ [65] de ipſa Rhetoricæ ſubſtantia quæruntur, tractabimus. Quinque deinceps *Inventioni* (nam & huic *Diſpoſitio* ſubjungitur;) quatuor *Elocutioni* (in cujus partem *Memoria* ac *Pronuntiatio* veniunt) dabuntur. [66] Unus accedet, in quo nobis Orator ipſe informandus eſt, ut, qui mores ejus, quæ in ſuſcipiendis, diſcendis, agendis *Cauſſis* ratio, quod eloquentiæ genus, quis agendi debeat eſſe finis, quæ poſt finem ſtudia, quantum noſtra valebit infirmitas, [67] diſſeramus. His omnibus admiſcebitur, ut quiſque locus poſtulabit, [68] dicendi ratio, quæ non eorum modo ſcientia, [69] quibus ſolis quidam nomen artis dederunt, ſtudioſos inſtruat, & (ut ſic dixerim) [70] jus ipſum *Rhetorices* interpretetur; ſed [71] alere facundiam, vires augere eloquentiæ poſſit. Nam plerumque [72] nudæ illæ artes, nimia [73] ſubtilitatis affectatione, frangunt atque concidunt quidquid eſt in oratione generoſius, & omnem [74] ſuccum ingenii bibunt, & oſſa detegunt; quæ, ut eſſe, & adſtringi nervis ſuis debent, ſic [75] corpore operienda ſunt. Ideoque nos non [76] particulam illam, ſicut plerique, ſed quidquid utile [77] ad inſtituendum oratorem putabamus, in hos duodecim libros contulimus, breviter omnia [78] demonſtrando. Nam ſi, quantum de quaque re dici poteſt, [79] proſequamur, [80] finis operis non

ſummam Sichardus in margine, quod probat etiam in ſuperioribus verbis Gebhardus lib. I. Crep. III. qui adcatur. Mihi tamen *ad ſumma* placet, ut Aldus edidit, quia mox opponuntur *ima*: licet non damnem aliud: ſic *magna* Cicer. II. de Orat. 13. *juvenes magna ſpectare, & ad ea rectis ſtudiis debent contendere.* BURM.

58. *Præcepta tamen ſapientiæ.*] Columell. lib. XII. *Nam nec oratoria diſciplina deſeritur, quia perfectus Orator nuſquam repertus eſt; nec philoſophia, quia nullus conſummatæ ſapientiæ eſt.* PITHOEUS.

59. *Eſt aliquid eloquentia.*] Id eſt, non fingitur, quaſi eſſet fabula; ut Propertius lib. IV. 7.

Sunt aliquid manes: lethum non omnia finit:

ubi vide Paſſeratium. Ovid. I. Amor. XII. 3

Omina ſunt aliquid. BURM.

60. *Ad eam.*] *Ad id* Sich. ſic ſæpe veteres mutabant genus. v. Giſ. ind. Lucret. in *generis mutat.* & Lambin. ad Lucret. I. 353. Donat. ad Terent. And. I. v. 16. II. 4. Serv. ad Virg. IV. Æneid. 355. Acr. ad Horat. Ep. II. 28. & alios. BURMAN.

61. *Quod ſi non contingat.*] Francius legebat, *quod & ſi.*

62. *Ad ſumma.*] Voſſ. tert. *ad ſummam.*

63. *Circa ima.*] Voſſ. tert. *circa una.*

64. *Ne minora quidem illa.*] Commentatiunculas intelligit, quas de literis, ſyllabis, orationis partibus, ejuſdemque virtutibus ac vitiis, accentibus, *apicibus*, orthographia, & cæteris ad rem Grammaticam pertinentibus, huic primo libro inſeruit. CAPPER.

65. *De ipſa Rhetoricæ ſubſtantia.*] οὐσία, id eſt, eſſentia, natura, quid nimirum ſit ars illa dicendi, quas habeat proprietates, &c. CAPPER.

66. *Unus accedet.*] Voſſ. tert. *accedit.*

67. *Differemus.*] Corrupte quidem ſic legitur; *Ut* namque conjunctio ſubjunctivum modum expoſcit: quare *diſſeramus* legendum videtur. REGIUS.

68. *Dicendi ratio.*] Non *docendi*, ſed *dicendi* eſt legendum. Pollicetur enim ſe non nuda traditurum eſſe præcepta, ſed omni dicendi ratione expoliturum, neque ſolum de iis præcepturum, quibus eloquentiæ nomen artis quidam indiderunt. Ea vero ſunt nuda præcepta de *Exordiis, Narratione, Confirmatione, Confutatione & Concluſione.* REGIUS. *Docendi.* PITHOEUS. Ita legendum, quia verbum ſequens, *inſtruat*, docendi rationem, cujus mentionem facit, involvit. ALMELOVENIUS. *Docendi*, MS. Bodl. Andr. Venet. Ald. & Steph. in margine. * Item Voſſ. ſecund. & tert.

69. *Quibus quidem.*] *Quidam* legendum eſt, non *quidem.* *Solis* quoque ablativus in vetuſto exemplari adſcriptus eſt, hoc modo; *Quibus ſolis quidam.* REGIUS. *Solis* deeſt in codice Almeloveniï, ut & in Voſſ. ſecund.

70. *Jus ipſum.*] Hoc eſt, ipſa ſola nudaque Rhetorices præcepta, quaſi quemdam textum legalem interpretetur, neque ullam ornandæ orationis curam habeat. Huc forte pertinet, quod de Servio Galba dicit Tullius in Bruto; *Is primus ex Latinis illa oratorum propria, & quaſi legitima opera tractavit: ut egrederetur a propoſito, ornandi cauſa, ut delectaret animos aut permoveret, ut augeret rem, ut miſerationibus, ut communibus locis uteretur.* Gallice diceremus; *ce qui eſt proprement du reſſort de la Rhetorique.* CAPPER.

71. *Alere facundiam, vires augere.*] Voſſ. ſecund. & tert. *alere facundiam, & vires.*

72. *Nudæ illæ artes.*] Artes interdum dicuntur libri, in quibus breviter, citra omnem orationis ornatum, præcepta alicujus diſciplinæ traduntur; ut eſt Donati ars Grammatica, Ciceronis ars Rhetorica. De hujuſmodi igitur libellis de dicendi ratione compoſitis, intelligere debemus, non de Dialectica, aut Arithmetica, aliiſve diſciplinis, ut inſulſi quidam putant. REGIUS. Apud veteres hæc vocabula, τέχνη, τεχνικὸς, τεχνογράφος, *ars, artifex, artigraphus*, dicebantur proprie de Grammaticis, Rhetoricisque ſcriptoribus, ut patet ex veteribus Grammaticis Latinis a Putſchio editis, & ex Rhetoribus Pithœanis. CAPPER.

73. *Subtilitatis affectione.*] Legendum eſſe *affectatione*, quæ a Græcis κακοζηλία vocatur, facile perſpiciet, qui aliud eſſe *afficere*, aliud *affectare* cognoverit. *Afficere* namque eſt, diſponere, atque ad aliquam animi paſſionem inclinare; *affectare* vero eſt nimium avide aliquid conari, quod aſſequi non poſſis refragante natura; id quod fere turpe eſt atque odioſum, ut alibi Fabius; *nihil eſt odioſius affectatione.* REGIUS. *Nimia ſubtilitatis extenſione.* Cod. Poullainii. Voſſ. tert. *affectione.*

74. *Succum ingenii bibunt.*] *Ebibunt* forte legendum, ut apud Phædr. lib. I. fab. 20. *aquam cœpere ebibere.* ALMELOVENIUS.

75. *Corpore.*] Hoc eſt, carne. *Corpus* enim proprie viventium dicitur; *Caro* potius mortuorum, ut quæ a *cadendo* ſit dicta. Cicero ad Gallum. lib. VII. 26. *nam & vires & corpus amiſi.* REGIUS. Non perpetua hæc *corporis* ſignificatio; nam & pro cadavere, ut apud Græcos σῶμα, poni manifeſtum eſt: ſed id nunc non agimus. Tu vide Pricæum ad Apul. lib. V. Metamorph. pag. 126. ſed & hæc optime illuſtrantur ex iis quæ ad Petron. cap. II. adnotantur a viris doctis. BURM.

76. *Particulam.*] Quæ ab aliis Rhetoribus breviter de partibus eloquentiæ tradita ſunt, *particulam* Fabius vocat. REGIUS.

77. *Ad inſtituendum.*] Voſſ. ſecund. *ad inſtruendum.*

78. *Demonſtrando.*] Voſſ. ſecund. & tert. *demonſtrantes.* cod. ALMELOV. *demonſtraturi.*

79. *Proſequamur.*] *Perſequamur* Stephano arriſit; quæ autem cauſſa, non video; cum æque Latine dicatur *proſequi*, ac *perſequi*: quod, ob frequentiam teſtimoniorum Auctorum, probari non deſiderat, cum res ſit parvi momenti. ALMELOV. Voſſ. ſecund. *perſequamur.*

80. *Finis operis.*] Malebat Francius, *operi.*

[81] reperietur. [82] Illud tamen in primis teſtandum eſt, nihil præcepta [83] atque artes valere, niſi adjuvante natura. Quapropter ei cui deerit ingenium, non magis hæc [84] ſcripta ſunt, [85] quam quæ de agrorum cultu ſterilibus terris. Sunt & alia [86] ingenita quædam adjumenta, vox, latus patiens laboris, [87] valetudo, conſtantia, decor; quæ ſi modica obtigerunt, poſſunt ratione ampliari: ſed nonnumquam ita deſunt, ut bona etiam [88] ingenii ſtudiique corrumpant; ſicut & hæc ipſa ſine doctore perito, ſtudio pertinaci, ſcribendi, legendi, dicendi, multa & continua exercitatione, [89] per ſe nihil proſunt.

81. *Reperietur.*] R. litera adſcripta *reperiretur*, ut legamus, ſenſus expoſcit. REGIUS.

82. *Illud tamen.*] Præcidit id, quod & Horatius quæſitum eſſe ſcribit, natura ne, an arte conſtaret eruditio. Quum enim omnis eruditio cultura ingenii ſit, ubi deerit ingenium, ne culturæ quidem poterit eſſe locus. Ac ſi quis ideo ſtudia doctrinarum contemnere velit, quod vecordes nihil illis adjuventur, perinde ac ſi literas, quia in aqua nihil ſcribi poſſit, ſpernat, facere videatur. Nam eo uſque humanæ ſapientiæ vis non extenditur, ac admirabilis ſane doctor is ſit ac divinus, qui mente caſſos inſtruat ſapientia, ut ait Euripides. CAMERARIUS.

83. *Atque artes.*] Francius malebat *artem*, & de Rhetorica intelligebat.

84. *Scripta ſunt.*] *Sint.* Cod. Almelov.

85. *Quam de.*] Voſſ. ſecund. *quam quæ de:* quæ lectio melior videtur. CAPPER.

86. *Ingenita quædam adjumenta.*] Ita Stephanus & alii. Sichard. Steph. maig. Colinæus, & Vidovæus, & alii, *ingenita cuique adjumenta*, quibus conſentit codex Poullainii, & Vallæ & Almelov. *Ingenita quidem* Vaſcoſanus & Obrechtus. *Ingenita quædam quæ adjuvant*, MS. Bodl. Andr. Aldus, Gryphius. Nobis *quædam* placuit; non enim *cuique* adſunt. * Voſſ. ſecund. habet *cuique*.

87. *Valetudo.*] Ita Regius ſcribendum eſſe ſtatuit: ſed in codice Alm. erat *valitudo*. vide Dauſqueii Orthograph. in hac voce.

88. *Ingenii ſtudiique.*] Francius volebat *judiciique*.

89. *Per ſe nihil.*] *Per ſe alias nihil.* Sichard.

CAPUT PRIMUM.

Quid circa primam pueri inſtitutionem providendum ſit; & quemadmodum prima elementa tradenda ſint; & quam ſpem de filio recens nato capere debeat pater, & a quali nutrice, & inter quos collactaneos educandum curet. Tum quales Præceptores ac Pædagogi eſſe debeant; & a quo ſermone, & qua ætate auſpicandum ſit.

[1] IGITUR nato filio, pater ſpem de illo primum quam optimam capiat: ita diligentior [2] a principiis fiet. Falſa enim eſt querela, pauciſſimis hominibus vim percipiendi quæ tradantur, eſſe conceſſam; pleroſque vero laborem ac tempora tarditate ingenii perdere. Nam contra, plures [3] reperias & faciles in excogitando, & ad diſcendum promptos: [4] quippe id eſt homini naturale; ac, ſicut aves [5] ad volatum, equi ad curſum, ad ſævitiam feræ gignuntur; ita nobis propria eſt mentis [6] agitatio atque ſolertia, [7] unde origo animi cœleſtis creditur. Hebetes vero & indociles non magis ſecundum [8] naturam hominis eduntur, quam prodigioſa corpora, & [9] monſtris inſignia: [10] ſed hi pauci admodum. Fuerit argumentum, quod in pueris elucet ſpes plurimorum; quæ cum emoritur ætate, manifeſtum eſt, non naturam defeciſſe, ſed curam. Præſtat tamen ingenio alius

In codice Poullainii erat argumentum hoc modo
Quemadmodum prima elementa tradenda ſint.

1. *Igitur.*] Inſtitutionem Oratoris a prima ſtatim educatione auſpicatur, atque hic ſequitur Platonem, Chryſippum, & Catonem Cenſorium. TURNEBUS.

2. *A principiis.*] Voſſ. ſecund. *a principio.*

3. *Reperias.*] *Reperies* Cod. Poull.

4. *Quippe id eſt homini naturale.*] Omnium non modo animantium, ſed rerum propria quædam natura eſt. Urit ignis, candet nix. Sua eſt equis, bobus, feris omnibus natura. Ita hominis rationis uſus proprius eſt, unde ſermo exiſtit. CAMERAR.

5. *Ad volatum.*] *Ad volandum* Sichardi editio.

6. *Agitatio atque ſolertia.*] Acumen ingenii percipiendique facilitas *ſolertia* dicitur, quam Ariſtot. ἀγχίνοιαν vocat. REGIUS.

7. *Unde origo animi cœleſtis creditur.*] Quod videlicet animus noſter e cœlo in corpora humana illapſus, in hoc mundo omnia ſua inſtituta, curas omnes remittat; vel quod creatus ſit homo ad imaginem DEI creatoris, ut ſcribit Moſes, & Platonici Philoſophi aſſentiunt; cum diviniſſimum & ſanctiſſimum hominem eſſe ex univerſo rerum naturalium cœtu aſſerunt. PETR. MOSELLANUS. Vide Ciceronem prima Tuſculana 1. qui ex motu mentis divinitatem probat. TURNEB. Virgil. VI. Æneid. 730.
Igneus eſt ollis vigor & cœleſtis origo.
COLOMESIUS. ubi vide quæ viri docti adnotarunt.

8. *Naturam hominis.*] *Homines*, Aldus * & Voſſ. ſecund.

9. *Monſtris inſignia.*] *Inſignis* appellatur, inuſitato naturæ dehoneſtamento notabilis; uti animadvertit Jan. Gebhardus Crepund. lib. 1. cap. 5. pag. 13. Curt. lib. 9. *Si quos inſignes, aut aliqua membrorum parte inutiles notaverunt, necari jubent.* Videantur etiam Andr. Schotti notæ in Senecæ Suaſor. 7. pag. 34. PAREUS. * Francius volebat *monſtra*.

10. *Sed hi pauci admodum fuerunt.*] Sic quidem recte legi putatur hic locus. Sed mihi non ſine menda eſſe videtur; neque enim de iis ſolum, qui præterierunt, loquitur Fabius; ſed indeterminate de omnibus: quare *ſunt* verbum videtur ſubaudiendum. *Fuerit* autem eſt legendum, ut ad illud *argumentum* referatur, hoc modo; *fuerit argumentum*, hoc eſt, ſignum, probatio ejus quod dico, eſſe poterit. REGIUS. Janus Gebhardus, ſequitur ductum duorum MSS. & Edit. Ald. *Sed hi pauci admodum fuerunt. Argumentum; quod in pueris elucet ſpes plurimorum.* Vult Fabius, paucos hebetes & indociles naturæ vi editos fuiſſe, argumentum eſſe, quod ſpes & docilitas plurimorum ſtatim promicet. Opponit ſtuporem paucorum, & ſpes docilitatemque plurimorum. PAREUS. Ita Andr. Alm. Sich. Colon. Steph.

alium.

alium, concedo: [11] ſed ut plus efficiat, aut minus; nemo tamen reperitur, qui ſit ſtudio nihil conſecutus. [12] Hoc qui perviderit, protinus ut erit parens factus, acrem quam maxime curam ſpei futuri oratoris impendat. Ante omnia, ne ſit vitioſus ſermo nutricibus, quas, ſi fieri poſſet, ſapientes Chryſippus optavit: certe, quantum res pateretur, optimas eligi voluit. Et morum quidem in his haud dubie prior ratio eſt: recte tamen etiam loquantur. Has primum audiet puer, harum verba effingere imitando conabitur. Et [13] natura tenaciſſimi ſumus eorum quæ [14] rudibus annis [15] percipimus; ut ſapor, quo nova imbuas, durat; nec lanarum colores, quibus ſimplex ille candor mutatus eſt, elui poſſunt. Et hæc ipſa magis pertinaciter hærent, [16] quæ deteriora ſunt. Nam bona facile mutantur in pejus: [17] nunc quando in bonum verteris vitia? Non adſueſcat ergo, ne dum infans quidem eſt, ſermoni qui dediſcendus ſit. In parentibus vero quamplurimum eſſe eruditionis optaverim. Verum nec de patribus tantum loquor. Nam [18] Gracchorum eloquentiæ multum contuliſſe accepimus Corneliam matrem, cujus doctiſſimus ſermo [19] in poſteros quoque eſt epiſtolis traditus; & [20] Lælii filia [21] reddidiſſe in loquendo paternam eloquentiam dicitur; & [22] Quinti Hortenſii filiæ [23] oratio apud [24] Triumviros habita legitur non tantum in ſexus honorem. Nec tamen ii, quibus diſcere ipſis non contigit, minorem curam docendi liberos habeant: ſed ſint propter hoc ipſum ad cætera magis diligentes. [25] De pueris, inter quos educabitur ille huic ſpei deſtinatus, idem quod de nutricibus dictum ſit. De pædagogis hoc amplius, ut aut [26] ſint eruditi plane, quam [27] primam eſſe curam velim; aut ſe non eſſe eruditos ſciant: nihil enim pejus eſt iis, qui, paullum aliquid ultra [28] primas literas progreſſi, [29] falſam ſibi ſcientiæ per-

11. *Sed ut plus efficiat.*] Omittunt τὸ *ſed* Stephanus, Roigny: ſed MS Bodl. Venet. & Aldus contra non habent τὸ *ut*. Cod. Alm. habet, *ſed &c.*

12. *Hoc quippe protinus.*] Duobus modis hic locus legitur: alii namque legunt, *hac qui perviderit*: ſicque in antiquo ſcriptum eſt exemplari: alii *hac* pronomen in *hoc* ablativum dumtaxat mutant, & *quippe* legunt; ut intelligamus propter hanc cauſſam, quod unuſquiſque ſtudio aliquid conſequitur; quæ quidem mihi elegantior lectio videtur. REGIUS. Venet. *Hic quippe protinus.* Obrechtus edidit, *hac propter protinus* ex Argentoratenſi codice. In codice Almelov. erat *hoc quippe viderit.* Aldus *hoc qui providerit*: quæ mihi lectio minime diſplicet: agit enim de ſpe quæ elucet in pueris, & promittit optima; quod ſi providerit pater, curam ei debet impendere acrem. BURM.

13. *Natura tenaciſſimi ſumus eorum, &c.*] Hunc locum copioſe & erudite explicat Cœlius Rhodig. antiq. lect. lib. 10. cap. 15. pag. 456. &c. PAREUS.

14. *Rudibus annis.*] Aldus & Sich. in margine *animis*, quod Cl. Almelovenio arridebat, quia ita Cyprianus de ſimplicitate Prælator. *Et vocibus mendacibus blandiens rudes animas incauta credulitate decepit.* Lactant. lib. VI. 20. *rudibus adhuc & ſimplicibus animis abnegant lucem, non a ſe datam.* Juſtinianus Præfat. 1. Digeſt. §. 11. *ut rudis animus ſtudioſi ſimplicibus enutriatur*, &c. hæc Cl. Almelovenius, neque extra veri ſpeciem; nam ſic & Ovidius IV. Faſt. 97.

Illa rudes animos hominum contraxit in unum.

& noſter in fine hujus capitis *impreſſa animo rudi*: ſed neque *rudes anni* temere rejiciendi. Claud. III. Conſ. Honor. 85.

Tantaque ſe rudibus pietas oſtendit in annis.

Senec. Thyeſt. 317.

Tacita tam rudibus fides
Non eſt in annis.

& mox Fabius hoc ipſo capite; *amaritudinem ſemel preceptam etiam ultra rudes annos reformidet.* BURM.

15. *Percipimus.*] *Percepimus.* codex Bodl. Andr. Venet. Alm. & Poull.

16. *Quæ deteriora.*] *Quo*, Cod. Alm. non male.

17. *Nunc quando.*] *Nam*, Cod. Bodl. Poull. Andr. Ald. *Num*, Cod. Almel. *numquam in bonum verteris vitia*, Obrechtus. *at quando?* Vidovæi editio. *non quidem*, Venet. * Voſſ. ſec. *numquam.*

18. *Gracchorum.*] Tiberii ſcil de quo in claris Oratoribus cap. 27. ſic M. Tullius; *ac utinam in Tiberio Graccho talis mens ad rempub. bene gerendam fuiſſet, quale ingenium ad bene dicendum fuit; profecto nemo huic viro gloria præſtitiſſet*, &c. MOSELLANUS. Cicer. in Brut. 58. *legimus Epiſtolas Corneliæ, matris Gracchorum; apparet filios non tam in gremio educatos, quam in ſermone.* Adde Valer. Maxim. lib. VIII. 3. & Solin. Polyhiſt. cap. 4. ALMELOV. *Matris.* CAMERAR. De hac & aliis quibuſdam mulieribus eruditis in hæc verba anonymus Auctor, in elegantiſſima Diſſertatione de Literati Matrimonio; *Prodeat igitur Cornelia mater Gracchorum, cujus epiſtolas Cicero tantopere commendat, & illius non tam in gremio, quam in ſermone filios educatos eſſe affirmat: aut Lælia Gracchi, vel Hortenſia Hortenſii filia, quæ ambæ hæreditatem eloquentiæ paternæ creviſſe dicuntur: aut illa multarum perita linguarum Cleopatra, quam Romanis Imperatoribus eius rei laude Plutarchus antepoſuit. Ac ne ſemper antiqua meditemur exempla, ſed paulo recentiora contemplemur; veniat in conſpectum filia Accurſii, quam leges de loco ſuperiore docuiſſe accepimus. Quid dicam de Olympia Fulvia Morata? cujus erudita ſcripta nulla unquam delebit oblivio. Quid de Hippolyta Taurella? cujus artificioſum affectuoſumque carmen, cum legimus, amplexari exoſcularique compellimur. Quid de Eliſabetha Gonzaga? quam Bembus ita laudat, ut lapideum eum eſſe dicat, qui non unam hujus ſeſſiunculam omnibus Philoſophorum ambulationibus & diſputationibus anteponat.* Hucuſque Anonymus ille. COLOMES.

19. *In poſteros.*] Francius. *ad poſteros.*

20. *Lælia filia.*] C. Lælius, cognomento ſapiens, duas filias ſuſtulit, quarum altera nupſit Mucio Scævolæ, altera C. Fannio. De utra intelligat Fabius, mihi eſt ignotum. De Bruto vero Ciceronis hæc ſumpta eſſe videntur, qui cap. 58. *Auditus eſt nobis Læliæ C. F. ſæpe ſermo. Ergo illam patris elegantia tinctam videmus, & filias ejus Mucias ambas, quarum ſermo mihi fuit notus*, &c. REGIUS. Ex quo loco apparet, Fabium intelligere illam quæ nupta fuit Mucio. Codex Alm. *paternam elegantiam*, ut & Argentor. Obrecht. * & Voſſ. ſecund. codex vero Poull. *paternam eloquentiam elegantiorem dicitur.* ut & Venet. Colinæi, & Baſil. editiones. BURMAN.

21. *Reddidiſſe.*] Id eſt, expreſſiſſe, repræſentaſſe, &c. CAPPER.

22. *Q. Hortenſii.*] Hortenſius omnibus Oratoribus ſuæ ætatis, niſi M. Tullio, clarior fuit judicatus ab Agellio lib. I. Quem Cic. in Bruto cap. 1. *ſocium & conſortem glorioſi laboris* appellat. MOSELLANUS.

23. *Oratio apud.*] Vide Valerium lib. 8. cap. 3. TURNEB.

24 *Triumviros.*] Nempe Cæſarem Octavianum, Antonium, Lepidum. CAMERAR.

25. *De pueris.*] De ſervulis ac miniſtris. REGIUS.

26. *Sint eruditi.*] Ne ſcil. cæcus cæcum ducat. Vid. Melch. Junii quæſt. polit. 45. lib. 2. pag. 89. &c. Plutarchi aureus libellus, περὶ παίδων ἀγωγῆς. PAREUS.

27. *Primum eſſe curam.*] *Primam* rectius mihi legi videtur, quam *primum*. REGIUS. *primum* Cod. Alm.

28. *Primas literas.*] Aſconius in Divinatione. *Magiſtri ludi dicuntur, qui primas literas docent.* Auſonius Sucuroni;

Qui rudibus pueris
Prima elementa dabat.

Idem Criſpo Grammatico;

Qui primævos, fandique rudes
Elementorum prima docebas
Signa novorum. COLOMESIUS.

29. *Falſam ſibi ſcientiæ perſuaſionem.*] Multi enim ad ſoli-

ſuaſionem [30] induerunt. Nam & [31] cedere præcipiendi [32] peritis indignantur, &, velut jure quodam poteſtatis, quo fere hoc hominum genus [33] intumeſcit, [34] imperioſi atque interim ſævientes, ſtultitiam ſuam perdocent. Nec minus error eorum nocet moribus. Siquidem [35] Leonides Alexandri pædagogus, ut a Babylonio [36] Diogene traditur, quibuſdam eum vitiis imbuit, quæ robuſtum quoque [37] & jam maximum regem ab illa inſtitutione puerili ſunt [38] proſecuta. Si cui multa videor exigere, cogitet oratorem inſtitui, rem arduam; etiam, cum ei formando nihil defuerit, præterea plura ac difficiliora ſupereſſe. Nam & ſtudio perpetuo, & præſtantiſſimis præceptoribus, & [39] pluribus diſciplinis opus eſt. Quapropter præcipienda ſunt optima; [40] quæ ſi quis gravabitur, non rationi defuerit, ſed homini. [41] Si tamen non continget, quales maxime velim nutrices, pueros habere: pædagogus at unus certe ſit aſſiduus, dicendi non imperitus; qui, ſi qua erunt ab his, præſente alumno, dicta

dam eruditionem pervenirent, niſi jam ſe perveniſſe putarent. Vide Plin. lib. 8. epiſt. 21. Fabius infra lib. 2. cap. 2. *Vana de ſe perſuaſio, &c.* idem cap. 4. *magnos profectus frequenter perdidit arrogans de ſe perſuaſio.* PAREUS.

30. *Induerunt.*] Non *imbuerunt.* *Induere* autem *ſibi perſuaſionem ſcientiæ*, eſt ſibi perſuadere multa ſcire atque intelligere. REGIUS. Vide de hoc verbo ad Petron. cap. IV. ſæpe Tacitus hoc verbo ita uſus, ut *induere pavores* IV. Hiſt. 38. BURM. * Francius, *induunt.*

31. *Cedere.*] *Credere* Sich. in Margine.

32. *Peritis.*] *Parulus.* PITHOEUS. Ita & Cod. Almel.

33. *Intumeſcit.*] Claudio Cæſari hujuſmodi Pædagogus datus eſt, quem *ſuperjumentarium* & *barbarum* appellare ſolebat. TURNEB.

34. *Imperioſi.*] Vide Gebh. 1. Crepund. 5.

35. *Leonides.*] Hujus in libro XII. cap. 14. Plinius meminit. Qui *Alexandro in pueritia ſine parcimonia thura ingerenti aris dixerat, ut illo modo, cum devicisſet thuriferas gentes, ſupplicaret. At ille, Arabia potitus, thure onuſtam navem miſit ei, exhortatus, ut large deos adoraret*; quibuſnam vero eum infecerat vitiis, non memini me legere. REGIUS. Fuiſſe Olympiadis propinquus traditur, ſeque non pædagogum, ſed ducem Alexandri voluit dici. CAMERARIUS. Hieronymus in epiſtola ad Lætam, de inſtitutione Paulæ filiæ; *Græca narrat hiſtoria, Alexandrum potentiſſimum regem, orbiſque domitorem, & in moribus & in inceſſu, Leonidis pædagogi ſui non potuiſſe carere vitiis, quibus adhuc parvulus fuerat infectus.* Hincmarus, in epiſtola ad Carolum III. Imperatorem, quæ eſt undecima editionis Sirmondinæ; *Et quia legimus de Alexandro Magno, cujus pædagogus Leonides nomine fuit, quod citatos mores & inhoneſtum inceſſum habens, in pueritia idem Alexander, ex præfato pædagogo eadem accepit vitia, &c.* Idem Epiſt. 14. ad Proceres Regni; *Et legimus, quomodo Alexander in pueritia ſua habuit bajulum, nomine Leonidem, citatis moribus, & incompoſito inceſſu notabilem; quæ puer, quaſi lac adulterinum ſugens, ab eo ſumſit.* COLOMES. Vide Plutarchum in vita Alex. pag. 667. qui auſterum dicit fuiſſe. Neque tamen Alexandrum male informatum ab eo patet ex eodem Plutarcho, pag. 677. ubi reginæ Cariæ, fercula delicata & coquos mittenti, reſpondit, nihil ſibi opus illis eſſe; ſed meliores coquos ſibi a Leonide datos; ad prandium, iter nocturnum; ad cœnam, parcum prandium. BURMAN.

36. *Diogene.*] *Babylonium* ſcite adjecit; ſex enim clari Diogenes fuere, inter quos Stoïcus ex Seleucia, qui Babylonius ob vicinitatem eſt appellatus. Diogenes Laertius lib. VI. ſect. 81. REGIUS. *Diogenes* autem, cujus hoc loco mentio fit, Babylonius, Stoïcus fuit Philoſophus, qui in illa celebri legatione Romam venit cum Carneade & Critolao. CAMERAR. Multa de hoc Diogene Lipſius Manud. ad Phil. Stoic. pag. 34. Ed. Plant. Et Voſſius de Hiſtoricis Græcis, quorum ſcrinia non compilo. COLOMESIUS. Gellius VII. 14. ubi vide interpretes; & ad Laertium in primis Menagium.

37. *Et jam maximum.*] *Jam* non habet Cod. Bodl. Poullain. nec editiones, Venet Aldi. Vidovæi, Colinæi, Colonienſis. * ut nec Voſſ. ſecund.

38. *Proſecuta.*] *Perſecuta* Andr. Stephani, Colinæi, Gryphii, Vidovæi, & multæ aliæ editiones; ſed Aldina MS. conſentiens *proſecuta.*

39. *Pluribus.*] *Plurimis.* Aldus.

40. *Quæ ſi quis, &c.*] Parum mihi ingenue fateor percipitur hic ſenſus; aliquidque flagitii ineſſe videtur, quod hactenus non fuit deprehenſum. Quo namque modo non defuerit rationi, qui hæc non gravabitur, ſed homini? an *defuerint* plurali numero eſt legendum? nam præcepta non deſunt rationi, utpote quæ de ratione ac modo pueros educandi traduntur, ſed homini qui ea ſequi nihil curat. Mihi vero *defuerint* numero plurali eſſe legendum aſſerenti adſtipulatur exemplar illud vetuſtum: tametſi *n* litera alicujus, judicio parum valentis, temeritate de verbo ſuo expuncta videatur. REGIUS. Hoc eſt modis omnibus præcipienda ſunt optima; quibus ſi quis uti non voluerit, non poſſit prætendere veræ rationis, demonſtratæ videlicet, ignorationem; ſed ipſius fuerit negligentia: ut ſit, *defuerit*, culpa fuerit, ſeu, ut ita dicam, defectus. Quod autem duriuſcule dictum videri queat, *quæ ſi quis gravabitur*; ſunt jam ita tunc locuti. Plin. lib. 3. Epiſt. *Nempe quam in ſenatu quoque, ubi perpeti neceſſe erat, gravari tamen vel puncto temporis ſolebamus.* CAMERARIUS. Nihil duri in hac locutione, *gravari aliquid*; ita enim non tantum eo ſeculo locutos docet ſummus Gronovius ad Senec. Thyeſt. 106. ſed & Heinſius ad Claudian. 1. in Eutrop. 301. & ipſe Virgilius X. 628.

Quid ſi, quem voce gravaris,
Mente tenes.

ubi vide Servium, egregie de hac locutione agentem, quam & Livio reddendam puto, lib. XXI. 23. *ſupra ſeptem millia hominum domos remiſit, quos & ipſe gravari militiam ſenſerat*; ita enim & Juſtinus lib. XX. 2. *gravari militiam* dixit. Suetonius quoque, & alii paſſim ita locuti. *Non rationi, ſed homini defuerit* (ſcilicet *præcipere optima*) quoque eleganter hic poſitum, hoc ſenſu; non ille magiſter ideo munere ſuo fungi minus potuit, quod ratio dicendi id non ferat, quam ſi ſequeretur nec gravaretur, certe præſtaret; ſed quod ipſe ſocors, & imperitus, diſcipulis non optima præcipiendo, ſed vulgata & plebeïa, ad ardua tendentibus rectam vitam monſtrare gravatus fuerit. Pro *homini*, Colinæi & Stephani editio & Gryphii margo habent, *oneri*, quod & in codice Almeloveni extat: ſed mihi minime probatur. BURMAN.

41. *Si tamen non continget, quales maxime velim habere nutrices, pueros, pædagogos: at unus certe aſſiduus, dicendi non imperitus.*] In quibuſdam exemplaribus *pædagogoſque* legitur, ut intelligatur; at unus de familiaribus, dicendi non imperitus, ſit aſſiduus: ſed hic quoque hoc modo foret pædagogus. Quare mihi, ut eſt in vetuſto quoque exemplari, *Pædagogus at unus* legendum videtur; nam quia difficilius inveniuntur nutrices puerique ac ſervuli recte loquentes, idcirco hoc remedium adhibetur, ut pædagogus ſaltem ſit dicendi peritus. REGIUS. Intelligit vel amicum quendam parentis, qui aſſidue adhæreat lateri pueri: aut etiam libertum qui aſſidue comitetur. TURN. Aldina Editio licentioſiſſime hunc totum locum deformat; *ſi tamen non continget, quales maxime velim nutrices pædagogoſque, pueros habere: at unus certe, &c.* Non intellexit, quid hic pueri agerent; non attendit præcedentia; ideo vecordia ejus mutavit. Auſculta membranis Palatinis; *Si tamen non continget, quales maxime velim nutrices, pueros habere: Pædagogus at unus certe aſſiduus, loquendi non imperitus.* Longe melius; ſiquidem vult, ubi nutrices deſint, & puerorum * ὁμιλίαι, pædagogum arbitretur pater loquendi gnarum; *aſſidui* enim pædagogi, neque latum unguem ab alumnis diſcedere, neque hi ab illis auſi. Plautus Bacch. III. 3. verſ. 18. 19.

Nego tibi hoc annis viginti fuiſſe primis copiæ,
*Digitum longe a Pædagogo, pedem ut * efferres ædibus.*

Petronianus Eumolpus: *Ego pædagogus & cuſtos, etiam quo non juſſeris, ſequar.* Fabius lib. 1. cap. 11. *Præceptorem eligere ſanctiſſimum quemque (cujus rei præcipua prudentibus cura eſt) & diſciplinam, quæ maxime ſevera fuerit, licet; & nihilominus amicum gravem virum, aut fidelem libertum lateri adjungere; cujus aſſiduus comitatus etiam illos meliores faciat, qui timebantur.* Unde & infra eod. cap. *Pædagogorum cuſtodia*; & ſupra, ex Suetonii Claudio, 11. *Pædagogus appoſitus.* Idem Galba cap. XIV. *Regebatur trium arbitrio, quos una & intra Palatium habitantes, nec umquam non adhærentes, Pædagogos vulgo vocabant.* Fab. lib. V.

vitioſe, corrigat protinus, nec inſidere illi [42] ſinat; dum tamen intelligatur, id quod prius dixi, [43] bonum eſſe; hoc, remedium. [44] A Græco ſermone [45] puerum incipere malo; quia Latinus, [46] qui pluribus [47] in uſu eſt, vel nobis nolentibus [48] ſe præbet; ſimul quia diſciplinis quoque Græcis prius inſtituendus eſt, unde [49] & noſtræ fluxerunt. Non tamen hoc adeo ſuperſtitioſe [50] velim fieri, ut diu tantum loquatur Græce aut diſcat, ſicut pleriſque moris eſt. [51] Hinc enim accidunt & oris plurima vitia in peregrinum ſonum corrupti, & ſermonis, cui cum [52] Græcæ figuræ aſſidua conſuetudine [53] hæſerint, in diverſa quoque loquendi ratione pertinaciſſime durant. Non longe itaque Latina ſubſequi debent, & cito pariter ire. Ita fiet, ut, * quum æquali cura linguam utramque tueri cœperimus, neutra alteri officiat. Quidam literis [54] inſtituendos, qui [55] minores ſeptem annis eſſent, non putaverunt; quod [56] illa primum ætas & intellectum diſciplinarum capere, & laborem pati poſſit. In qua ſententia Heſiodum eſſe plurimi [57] tradunt, qui [58] ante Grammaticum Ariſtophanem fuerunt. Nam is primus [59] ὑποθήκας, in quo libro ſcriptum hoc invenitur, negavit eſſe hujus poëtæ. Sed alii quoque auctores, inter quos Eratoſthenes, idem præceperunt. Melius autem, qui nullum tempus vacare cura volunt, ut [60] Chryſippus. Nam is, quamvis nutricibus triennium dederit, tamen ab illis quo-

cap. XIV. *Nam quid lege miſerius illa velut præformatas infantibus literas perſequentium, &c, ut Græci dicere ſolent, quem mater amictum dedit, ſolicite cuſtodientium.* Martialis lib. XI. Epig. LX.

Cunarum fueras motor, Charideme, mearum,
Et pueri cuſtos, aſſiduuſque comes.
Jam mihi nigreſcunt tonſa ſudaria barba,
Et queritur labris puncta puella meis, &c.

GEBHARDUS lib. I. crepund. 5. cum Palatinis conſentit codex Almelov. Poullainii vero habet *pueros pædagogoſque: qui & loquendi non imperitus,* ut MS. Bodl. Venet. & Aldus; *Nutrices pueros habere: Pædagogus at.* MS. Bodl. *nutrices pædagogoſque pueros habere.* Ald. Sed ad vitandam omnem ambiguitatem mallem, *nutrices pueris habere.* ^ *Pædagogus at,* &c. BURM.

42. *Sinat.*] Voſſ. ſecund. *ſinet.*

43. *Bonum eſſe; hoc, remedium.*] Ita diſtinguendum; ne quis *bonum* cum *remedio* conjungat. Ad tollendam vero ambiguitatem, illud pronomen *hoc*, recte poſt *remedium* in vetuſto exemplari eſt ſcriptum. REGIUS.

44. *A ſermone Græco puerum incipere malo.*] Hæc ratio ad noſtra tempora non omnino quadrat, eo quod Fabii ætate vernaculus Romæ Latinus ſermo fuit, nobis non itidem: quamquam Eraſmus Fabii præceptum etiam noſtro ſeculo ſervandum exiſtimet. MOSELLANUS. Antiquitus Romani lingua Hetruſca imbuebantur, ut refert Livius: Ciceronis tamen ætate ſtatim lingua Græca, antequam Latina, erudiebantur: quod ideo fiebat, quia, cum lingua Latina vernacula eſſet, a Romanis nullo negotio diſcebatur. Hoc etiam præceptum noſtra ætate obſervandum putat Eraſmus. Tranquillus in lib. de claris Grammaticis tradit, Ciceronem uſque ad præturam Græce declamaſſe. TURNEBUS. Plutarch. de educatione; ἐπειδὰν τι Ἑλληνικὰ καὶ περίεργα λαλεῖν, deinde Græco utatur, eoque plano ſermone. Vide Quinct. cap. IV. initio. ALMELOV. Copioſe de hoc præcepto Quinctiliani egit Floridus Sabinus Lection. ſubceſiv. lib. I. cap. I. & lib. II. cap. I. & Caſaubonus ad Perſ. Sat. I. 70.

45. *Puerum.*] *Puero incipere.* codex Alm. unde Francium *pueros* legere notaverat Almeloveenius, ut in MS Bodl. erat. BURMAN.

46. *Quamplurimi.*] *Qui*, non *quam* legendum eſſe, clare patet. REGIUS.

47. *In uſu eſt.*] Gebhard. lib. I. crepund. 5. ex codice Palatino *in uſum eſt:* quod pluribus, & vulgo notis exemplis probare conatur.

48. *Se perhibet.*] Ita multi editi. In veteri codice Alm. erat *Latinum*, ut & in Argentoratenſi Obrechti, qui, & omiſſo *ſe*, *nobis nolentibus perhibet*, habet: ſed Aldus, Colinæus, Vaſc. Steph. Gryphius, Vidovæus & alii *præbet*, quod prætuli; quod elegantior mihi videatur; ineſt enim in hoc verbo quædam facilitatis & ſponte ſe offerentis rei vis. ita Ovid. I. Am. VI. 41.

Somnus, qui ſe male præbet amanti.

ubi vide, quæ Heinſius adnotavit. Florus lib. III. 5. *Luna ſe Romanis præbuit:* & ita paſſim Dii ſe *præbere* dicuntur. Alterum an Latinum ſit, dubito vehementer. Eadem varietas apud Plin. lib. XV. 4. *Oleæ honorem Romana majeſtas magnum præbuit*, ubi *perhibuit* alii; &, licet apud eundem lib. XIX. c. 4. legatur, *quam ſit difficile verborum honorem tam parvis perhibere*, puto ibi *habere* legendum, quia & in tertio loco lib. XXIX. cap. I. in fine, *ordiamur a confeſſis, hoc eſt lapis ovifque, ut obiter rebus præcipuis honos in primis perhibeatur*, Parmenſis editio vetus *habeatur* exhibet. Scio quid ex Plauto proferant Lexicographi, ut ex Pſeudol. I. II. 49. & I. IV. 134. & Merc. II. I. 45. quæ loca Stephanus adduxit; ſed ibi *præhibere ὑποχείους*, pro *præbere* legendum eſſe, jam viri docti docuerunt. BURMAN.

49. *Et noſtræ.*] Francius *hæ noſtræ.*

50. *Velim fieri.*] Τὸ *fieri* deeſt in Voſſ. ſecund.

51. *Hæc enim accidunt.*] Corrupte quidem ſic legitur: ita vero emendatur, ut *hinc enim accidunt* legamus. REGIUS. *Hoc* codex Poullain. ex *hoc* Aldus.

52. *Græcæ figuræ.*] Græcum idioma, Græciſmos, Græcanicas loquendi formulas intelligit. CAPPER.

53. *Hæſerint.*] *Hæſerunt.* Aldus, & cod. Poullain.

54. *Inſtituendos.*] Gebhardus ibidem ex duobus MSS. *inſtruendos* præfert, & ita Regius legiſſe videtur, & eſt in MS. Bodl. & expreſſit Locatellus: codex quoque Poullainii ita habet: ut & Voſſ. ſecund. Ego parum referre arbitror, cum utraque lectio facile probari poſſit: eadem diverſitas lib. I. cap. 10. BURMAN.

55. *Minores ſeptem annis eſſent.*] Adi Melchioris Junii, Polit. II. Quæſtion. XI. pag. 68. 69. 70. Salmaſium adverſus Cercoctium, pag. 256. 257. Vegium libr. II. cap. 2. de liberorum educatione; Hercsbachium de Inſtitutione Principis, cap. 4. Platonem Lib. II. III. & VIII. de Republ. Paulum Æginet. Medicum, libr. I. cap. 14. Rei Medicæ. PARÆUS.

56. *Illa prima ætas.*] Aldus, & omnes fere antiquiores, præter Vaſcoſanum, ediderunt *primum*, quod mihi rectum videtur, ſi cum codicibus Almelov. & Poullain. & Bodl. & editione Veneta Locatelli deleatur poſtea *non*, ante *poſſit:* quod ſenſum rotundiorem facit, & veriorem ſententiam habet. BURMAN. Et certe legebatur olim; *Et laborem pati non poſſit:* quæ verba neque incommodum ſenſum exhibent. Voſſ. ſecund. habet; *illa primum ætas . . . . . laborem pati potuit.* CAPPER.

57. *Tradunt.*] Cod. Poull. *credunt.*

58. *Ante Grammaticum Ariſtophanem.*] Ariſtophanes Byzantius primus Apellis ducis cujuſdam filius fuit, audivit inter cæteros præcipue Eratoſthenem, qui Cyrenenſis primus Ambroſium quendam patrem habuit. Is in omni diſciplinarum genere tam fuit abſolutus, ut ſecundus Plato diceretur; ſuntque adeo hujus Commentaria de Aſtronomicis ſæpe a Plinio citata, de ſectis Philoſophorum, de re Grammatica, ac aliis quibuſdam. Auctor *Suidas.* PETRUS MOSELLANUS. Nam Ariſtophanes Byzantius Grammaticus negavit *hypothecas* ab Heſiodo compoſitas, cum antea & Iſocrates & Ariſtoteles Heſiodi eſſe putaſſent; nam ὑποθῆκαι admonitiones dici poſſunt. TURNEB. Ariſtophanes enim diligentiſſimus erat librorum lector & perſcrutator, detegens plagia, quæ ſinguli commiſiſſent: quapropter inter cenſores librorum fuit a Ptolemæo receptus, uti Vitruvius in præfatione libri ſeptimi docet. ALMELOV. *Ariſtophanen.* Cod. Almelov.

59. *Ὑποθήκας.*] Sic inſcribitur opus illud Heſiodi, quod in eo præcepta quædam ad bene vivendum accommodata tradantur: meminit Ariſtoteles lib. VII. Polit. cap. 17. hujus præcepti Heſiodi. REGIUS. *Præcepta*, ut apud Herodot. ἐποίεε τὰς Κροίσου ὑποθήκας, faciebat, quæ Crœſus ſuaſerat, ſeu ſubjecerat. CAMERAR.

60. *Chryſippus.*] Qui præcepta ſcripſit de educatione libe-

que jam [61] informandam quam optimis inſtitutis mentem infantium judicat. [62] Cur autem non pertineat ad literas ætas, quæ ad mores jam pertinet? Neque ignoro, toto illo, de quo loquor, tempore vix tantum effici, quantum conferre unus poſtea poſſit annus; ſed tamen mihi, qui [63] id ſenſerunt, videntur non tam diſcentibus in hac parte, quam docentibus pepercisse. Quid melius alioqui facient, ex quo loqui poterunt? Faciant enim aliquid, neceſſe eſt. Aut cur hoc, quantulumcumque eſt, uſque ad ſeptem annos lucrum faſtidiamus? Nam certe quamlibet [64] parum ſit, quod contulerit ætas prior, majora tamen aliqua diſcet puer eo ipſo anno, quo minora didiciſſet. Hoc per ſingulos annos prorogatum [65] in ſummam proficit; &, quantum in infantia præſumptum eſt temporis, adoleſcentiæ acquiritur. Idem etiam de ſequentibus annis præceptum ſit, ne quod cuique diſcendum eſt, ſero diſcere incipiat. Non ergo perdamus primum ſtatim tempus; atque eo minus, quod initia literarum ſola memoria conſtant, quæ non modo jam eſt in parvis, ſed tum etiam tenaciſſima eſt. [66] Nec ſum adeo ætatum imprudens, ut inſtandum teneris protinus acerbe putem, exigendamque [67] plenam operam. [68] Nam id in primis cavere oportebit, [69] ne ſtudia, qui amare nondum poteſt, oderit, & amaritudinem ſemel [70] præceptam, etiam ultra rudes annos, reformidet. [71] Luſus hic ſit; & [72] rogetur, & laudetur, & [73] nonnumquam ſciſſe ſe gaudeat. Aliquando, ipſo nolente, doceatur alius cui invideat. Contendat [74] interim, & ſæpius vincere ſe putet. [75] Præmiis etiam, quæ [76] capit illa ætas, evocetur. Parva docemus, inſtituendum Oratorem profeſſi: ſed eſt ſua etiam [77] ſtudiis infantia; &, ut corporum [78] mox etiam fortiſſimorum educatio [79] a lacte cuniſque initium ducit, ita futurus eloquentiſſimus edidit aliquando vagitum, & [80] loqui primum incerta voce tentavit, & hæſit circa formas literarum.

rorum, ſicut paulo poſt Fabius citat. CAMERAR.

61. *Informandam.*] *Formandam.* Cod. Almelov. & Poull. & editio Locatelli, Aldi, Colinæi, & Vidovæi.

62. *Cur autem.*] Paulus tamen Ægineta pueros putat indulgenter & hilariter nutriendos, ac luſibus permittendos, nec ante ſextum aut ſeptimum annum literatoribus tradendos. TURNEB.

63. *Hoc ſenſerunt.*] Editio Lugdunenſis legit *hoc*; quod non idcirco ejeci, quaſi mentem Fabii non exprimeret. Sed, cum pars codicum longe major (MS. Bodl. editiones Venetica, Aldina, Colonienſis, Sichardi, Vaſcoſani & Stephanus) *id* reponerent, non dubitandum exiſtimavi, quin eſſet lectio genuina, adeoque, abjecta altera, inſerenda GIBSON. *id*, MS. Bodl. & plurimæ editiones, ut & Stephani, & Obrechti.

64. *Parum ſit.*] *Parvum.* MS. Bodl. Andr. Ald. Colon.

65. *In ſumma proficit.*] Hoc eſt, ſummæ ac fini & perfectioni confert. *Summa* enim dicitur cumulus ac finis uniuſcujuſque rei. RAPH. REG.

66. *Nec ſum adeo.*] *Non.* Locatelli & Colinæi editiones. * item Voſſ. ſecund.

67. *Plenam operam.*] *Plane.* Cod. Alm. & Bodl. & margines Stephani, Gryphii, & Vidovæi. *Plene.* Sich. marg.

68. *Nam id in primis.*] Hunc imitatur locum Divus Hieronymus ad Lætam; *Cavendum in primis, ne oderit ſtudia; ne amaritudo eorum præcepta in infantia, ultra rudes annos tranſeat.* lib. II. Ep. 15. quo docemur *præceptam* & hic legendum. ALMELOV.

69. *Ne ſtudia, qui amare nondum poteſt, oderit.*] Plutarch. περὶ παίδων ἀγωγῆς. Melchior Junius quæſt. 45. pag. 90. &c. Part. II. PAREUS: nam *amor eſt optimus magiſter*, ut Plinius lib. IV. Ep. 19. ALMELOV.

70 *Præceptam.*] *Perceptam.* Locatellus, Aldus, Stephanus, Colinæus, Gryphius, Vidovæus, & alii. male. Vide de hoc verbo Heinſ. ad Ovid. Ep. XVII. 107. & Val. Flac. IV. 341. * in Voſſ. ſecund. legitur etiam *perceptam.*

71. *Luſus hic.*] Paulus quoque Ægineta præcipit, ut committantur pueri præceptoribus humanis, apud quos primis literis inſtituantur hilariter; nam hilaritas animi. & ad ingenii vigorem, & corporis augmentum conducit. TURNEB.

72. *Et rogetur.*] Non *regetur*, ut Valla habet. *Rogetur* ergo, id eſt, blande moneatur; unde Horat. *ut pueris dant cruſtula blandi Doctores, elementa velint ut diſcere prima.* Vel *Rogetur*, id eſt, interrogetur a magiſtro; &, ſi bene reſponderit, laudetur, & gaudeat; quia, ut Ovidius,

—— *laudataque virtus*
Creſcit, & immenſum gloria calcar habet. ASCENS.

73. *Nonnunquam ſciſſe ſe gaudeat.*] Lege *& nonnunquam neſciſſe ſe gaudeat.* PHILANDER. Uterque MSS. Palat. *nonnunquam feciſſe gaudeat.* Quod acutiſſimus Gebhardus putat veriſſimum, crepund. lib. 1. cap. 7. ut *facere* heic ſit, obnoxium & obedientem ſe perhibere inſtitutioni. lib. II. cap. VIII. *Alterum, ne ab eo quod quis optime facit, in aliud cui minus eſt idoneus, transferat.* Sic lib. 1. cap. III. *Hi ſunt, qui parva facile faciunt; & audacia provecti, quicquid illico poſſunt, ſtatim oſtendunt.* At Clariſſimus Gaſp. Barthius, Adverſar. lib. XXXI. cap. 5. pag. 1429. 1430. τὸ *ſciſſe ſe* probat; cujus hæc ſunt verba. Quid, inquit, elegantius hac ſcriptura; quid re ipſa aptius? Gaudens enim ſcire puer imbibit amorem literarum. Is ut foveatur, ait ſolertiſſimus Magiſter nonnumquam laudandum rogandumque; ut, cum ſciat quid, gaudeat plauſu Præceptoris, ſicque laudata virtus increſcat. At τὸ *ſciſſe* ex libris perperam amovetur, & *feciſſe* reponitur. De quo plura non dicam. Si mutandum quid foret, ſane non infeſtive *ſciſcere*, legendum ſuſpicareris; quod τῷ *rogetur* reſpondeat, ut rogare & rogari puer gaudeat. Sed in libro noſtro expreſſe eſt vetus illa editionum ſcriptura, quam cur repudiemus? Libri quidem ſequendi; ſed cum boni ſunt. Malorum imperio in elegantiſſimis ſcriptoribus turbas dare, nimis me hercule ſcholaſticum eſt. *Hæc Barthius.* PAREUS. Nihil mutandum. Videtur enim Fabius expreſſiſſe ſenſu paullum immutato verba Ciceronis, in quinto de finibus; *Videmuſne, ut pueri, ne verberibus quidem, a contemplandis rebus perquirendiſque deterreantur, ut pulſi requirant, & aliquid ſcire ſe gaudeant.* GRONOVIUS. *Numquam non feciſſe* Aldus. Obrechtus & Cod. Alm. Bodl. *Numquam non ſciſſe*, margo Stephani & Gryphii. * itemque Voſſ. ſecund. *nonnumquam ſciſſe.* Venet. Sich. Gallæus conjiciebat, *& numquam didiciſſe ſe non gaudeat.*

74. *Interim.*] *Interdum.* MS. Bodl.

75. *Præmiis.*] Declarat Horatius Sermon. lib. 1. Sat. 1. verſ. 26.

—— *pueris olim dant cruſtula blandi*
Doctores, elementa velint ut diſcere prima. MOSELLAN.

76. *Capit illa ætas.*] *Cupit*, vel *quibus capitur.* margo Gryph.

77. *In ſtudiis infantia.*] *In* præpoſitio, ut ſuperflua, videtur eradenda. REGIUS. Omiſerunt Aldus, Stephanus, Colinæus, & reliqui fere omnes.

78. *Mox etiam.*] *Etiam* deeſt in MS. Bodl. Venet. Ald. Vaſc. Steph.

79. *A lacte.*] Et melle, ut ad genuinas Ignatii Epiſtolas probat vir, ingenio ac eruditione maximus, Iſaacus Voſſius. COLOMES.

79. *Lacte cujuſque.*] *Cuniſque* legendum videtur: ſic autem legentibus etiam vetuſtum exemplar adſtipulatur. REGIUS.

80. *Loqui primum incerta voce.*] Fœlix, eos *dimidiata verba tentare* dixit. Perſius, *verba conari.* Vide Caſaubon. ad Perſ. pag. 23. 24. PAREUS. hoc Cicero lib. 5. de finib. VIII. cap. 15. *commentari* vocat. ALMELOV. Ovid. Epiſt. Ep. 91.

Non tibi blanditias primis, mea mater, in annis

Nec, ſi quid diſcere ſatis non eſt, ideo [81] nec neceſſe eſt. Quod ſi nemo reprehendit patrem, qui hæc non negligenda in ſuo filio putet, cur improbetur, ſi quis ea, quæ domi ſuæ [82] recte faceret, in publicum promit? Atque eo magis, quod minora etiam facilius minores percipiunt; &, ut corpora ad quoſdam membrorum flexus formari, niſi [83] tenera, non poſſunt; ſic animos quoque ad pleraque duriores robur ipſum facit. An [84] Philippus Macedonum rex [85] Alexandro filio ſuo prima literarum elementa tradi ab Ariſtotele, ſummo ejus ætatis Philoſopho, voluiſſet; aut ille ſuſcepiſſet hoc officium, ſi non ſtudiorum [86] initia, & a perfectiſſimo quoque optime tractari, & pertinere ad ſummam credidiſſet? Fingamus igitur Alexandrum dari nobis, impoſitum gremio, dignum tanta cura infantem (quamquam ſuus cuique dignus eſt) pudeatne me in ipſis ſtatim elementis etiam brevia docendi monſtrare compendia? Neque enim mihi illud ſaltem placet, quod fieri in plurimis video, ut literarum nomina & [87] contextum, prius quam [88] formas, parvuli diſcant. Obſtat hoc agnitioni earum, non intendentibus mox animum [89] ad ipſos ductus, dum [90] antecedentem memoriam ſequuntur. Quæ cauſſa eſt præcipientibus, ut etiam, cum ſatis affixiſſe eas pueris recto illo, quo primum ſcribi ſolent, contextu videntur, retroagant rurſus, & varia permutatione [91] perturbent, donec literas, qui inſtituuntur, [92] facie norint, non ordine. Quapropter optime, ſicut hominum, pariter & [93] habitus, & nomina edocebuntur. Sed, quod in literis obeſt, in [94] ſyllabis non nocebit. Non excludo autem, id quod eſt notum, irritandæ [95] ad diſcendum infantiæ gratia, [96] eburneas etiam literarum formas in luſum offerre; vel ſi quid aliud, quo magis illa ætas gaudeat, inveniri poteſt, quod tractare, intueri, nominare jucundum ſit. [97] Cum vero jam ductus ſequi [98] cœperit, non inutile erit eas tabellæ quamoptime [99] inſculpi, ut per illos velut [100] ſulcos ducatur ſtylus. Nam neque errabit, quemadmodum [101] in ceris (continebitur enim [102] utrimque marginibus) neque extra præſcriptum poterit egredi: & celerius ac ſæpius [103] ſequendo [104] certa veſtigia, [105] firmabit [106] articulos: [107] neque egebit adjutorio manum ſuam

Incerto dictas ore puella tuli.

81. *Neceſſe non eſt.*] *Nec neceſſe eſt.* MS. Bodl. Aldus, Sich. Vidovæus, Obrechtus, & Cod. Almelov.

82. *Recte faceret.*] *Fecerat.* MS. Bodl.

83. *Tenera non.*] *Tenera ætate.* Andr.

84. *Philippus.*] Exſtant & Philippi ad Ariſtotelem, & Ariſtotelis ad Philippum literæ ſuper hac re ſcriptæ, quæ & apud Gellium lib. IX. cap. 3. & Plutarchum leguntur. REGIUS. Hieronymus ad Lætam; *Nec, puto, erubeſcet vir doctus id facere in propinqua vel nobili virgine, quod Ariſtoteles fecit in Philippi filio, ut ipſe librariorum vilitate initia traderet literarum.* COLOMESIUS. Vide Cicer. III. de orat. 35. ALMELOV.

85. *Alexandro.*] Qui tantum ſibi eruditionis comparavit, ut ipſum ad matrem librum ſcripſiſſe teſtetur Cyprianus de Idolorum vanitate. ALMELOV.

86. *Initia a perfectiſſimo.*] *Optime* adverbium hic eſt adſcribendum, ut legatur, & *a perfectiſſimo quoque optime tractari.* REGIUS. In vetuſtis codicibus ita hic locutus ſcribitur; *Si non ſtudiorum initia & a perfectiſſimo quoque tractari, & pertinere,* &c. TURNEBUS. & ita editio Andr. Roignii, Stephani, & Gebhard. lib. I. crepund. 9. Aldus quoque omiſſo &, habet *pertinere*, ut & Cod. Bodl. & Colon. Codex vero Almel. *a perfectiſſimo horum optime tractari*: quod *optime* pleræque editiones omittunt. Obrechti editio habet & *a perfectiſſimo bonorum tractari, & pertinere.* Ego ſecutus ſum MSS. & veritatem. Duo credebat Philippus, & initia optime tractari a perfectiſſimo, & ab eo monſtrata compendia brevia, proficere deinde in ſummam, ad quam Alexandrum eductum volebat. BURMAN.

87. *Contextum.*] Id eſt, ſeriem & ordinem alphabeticum, ut patet ex ſequent. ubi ait; *donec literas, qui inſtituuntur, facie norint, non ordine.* CAPPER.

88. *Formas.*] *Formulas.* Venet. Sich.

89. *Ad ipſos ductus.*] Formas ac figuras, & ut ita dicam tractus literarum: *ductus* vocat a ducendo, quod calami in literis ſcribendis ducantur. RAPH. REG. Sic *ducere literas* Ovid. I. Met. 643. & III. Art. 493. & ita *ducere notam.* de quo Heinſ. ad Ovid. VI. Faſt. 649. BURMAN.

90. *Antecedentem.*] Nam ordinem literarum memoria tenent, ac quæ literæ alias ſequantur; idcircoque ad formas non animadvertunt; ſed quaſi memoriter pronunciant. TURNEB.

91. *Perturbent.*] *Turbent.* Cod. Almelov. & Bodl.

92. *Facie.*] Id eſt, forma, figura.

93. *Habitus.*] Id eſt, formas, ſeu figuras literarum, τὰ σχήματα: ab ἔχω ſeu σχέω *habeo* fit σχῆμα habitus, forma, figura. CAPPER.

94. *Syllabis non nocebit.*] *In* præpoſitio mihi adſcribenda videtur; ut in ſyllabis percipiendis nihil nocere intelligamus, ſi pueri illas ediſcent, antequam earum faciem cognoſcant. REGIUS.

95. *Ad diſcendum.*] *Ad addiſcendum.* Locatellus & Aldus.

96. *Eburneas.*] Et hunc locum imitatus Hieron. Epiſtola ad Lætam. Vide & Platon. de Legib. pag. 643. edit. Steph. ALMELOV.

97. *Cum vero.*] Suadet Quinctilianus ut literæ primum ſimplices, dehinc ſyllabæ, poſtea dictiones, poſtremo verſus quoque in tabella vel lignea vel eburnea incidantur; ſic enim puer & ſcribere diſcet, nec manus illius a recta linea evariabit, nec ab harmonia, literarum proportione. TURNEBUS.

98. *Cœperit.*] Voſſ. ſecund. *cœpit.*

99. *Inſculpi.*] *Inſcalpi* Aldus. Gebh. I crep. 8. *eas tabellas quam optime ſcalpi*: ita Horat. III. od. II. *noſtri memorem ſepulcro ſcalpe querelam*: ubi vide Torrentii notas, & ad lib. II. Sat. III. 22.

100. *Sulcos ducatur ſtylus.*] Hunc locum expreſſit Hieronymus in Epiſtola ad Lætam, his verbis: Cum *vero cœperit tremente manu * ſtylum in cera ducere, vel alterius ſuperpoſita manu teneri, figantur articuli, vel in tabula ſculpantur elementa, ut per eoſdem ſulcos incluſa marginibus trahantur veſtigia, ut foras non queant evagari.* COLOMESIUS.

101. *In ceris.*] In quibus veteres * ſtylo ſcribebant: hinc Iſidorus lib. VI. Orig. cap. 7. *Ceræ literarum materies, parvulorum nutrices.* ALMELOV.

102. *Utrimque marginibus*] Male *utriſque* in quibuſdam ſcriptum eſt exemplaribus. REGIUS. Ita tamen MS. Bodl. & Andr.

103. *Sequendo cæſa veſtigia.*] Alii *certa* & *firmabit* ſcribunt, ſicque in vetuſto legitur exemplari. REGIUS. *Neque extra præceptum poterit egredi, & celerius ac ſæpius ſequendo raſa veſtigia, firmabit articulos, neque egebit adjutorio manus ſuam ſuperimpoſitæ regentis.* Sic illa emendavit Salmaſius de modo uſurarum. pag. 464.

104. *Cæſa veſtigia.*] Ex Palatinis MS. Gebhard lib. I. crep. 7. & Philander probant. & Sich. in marg. *raſa* tamen Heinſius curis ſecundis ad Ovid. III. amor. XV. 2. præfert. Barthius lib. XXXI. Adv. 5. vulgatam defendit.

105. *Firmabit.*] *Formabit.* Venet. Sich. * & Voſſ. ſecund.

106. *Articulos.*] Subintellige, manus ſuæ, ſeu digitorum.

107. *Neque egebit adjutorio,* &c.] In antiquo exemplari

manu ſuperimpoſita regentis. Non eſt aliena res, quæ fere [108] ab honeſtis negligi ſolet, [109] cura bene ac velociter ſcribendi. Nam cum ſit in ſtudiis præcipuum, [110] quóque ſolo verus ille profectus, & altis radicibus nixus paretur, [111] ſcribere ipſum; tardior ſtylus cogitationem moratur, rudis & confuſus intellectu caret: unde ſequitur alter dictandi, [112] quæ ex his transferenda ſunt, labor. Quare, cum [113] ſemper & ubique, tum præcipue in epiſtolis ſecretis & familiaribus delectabit ne hoc quidem neglectum reliquiſſe. [114] Syllabis nullum compendium eſt, perdiſcendæ omnes; nec, ut fit plerumque, difficillima quæque earum differenda; ut in [115] * omnibus ſcribendis deprehendantur. Quinimo ne primæ quidem memoriæ temere credendum: repetere, & diu inculcare, fuerit utilius; & in lectione quoque non properare ad continuandam eam vel accelerandam; niſi cum inoffenſa atque indubitata literarum inter ſe conjunctio ſuppeditare ſine ulla cogitandi ſaltem mora poterit; tunc ipſis ſyllabis verba complecti, & his ſermonem connectere incipiat. Incredibile eſt quantum moræ [116] lectioni feſtinatione [117] adjiciatur. [118] Hinc enim accidit dubitatio, intermiſſio, repetitio, plus quam poſſunt, audentibus; deinde, cum errarunt, etiam iis quæ jam ſciunt, diffidentibus. [119] Certa ſit ergo in primis lectio, deinde conjuncta, & diu lentior, donec exercitatione contingat [120] emendata velocitas. Nam proſpicere in dextrum (quod omnes præcipiunt) & providere, [121] non rationis modo, ſed uſus quoque eſt; quoniam ſequentia intuenti, priora dicenda ſunt; &, quod difficillimum eſt, dividenda intentio animi, ut aliud voce, aliud oculis agatur. [122] Illud non pœnitebit curaſſe, cum ſcribere nomina puer (quemadmodum moris eſt) cœperit, ne hanc operam in vocabulis vulgaribus & forte occurrentibus [123] perdat. Protinus enim poteſt interpretationem linguæ ſecretioris, quas Græci [124] γλώσσας vocant, dum aliud agitur, ediſcere, & inter

ſic eſt emendate ſcriptum; *neque egebit adjutorio manum ſuam manu ſuperimpoſita regentis:* hoc eſt, puerum non oportebit manum ſuam ſupponere manui regentis & docentis magiſtri; quo certe auxilio ei eſſet opus, niſi cæſa ſequeretur veſtigia: hoc autem fit cum primum quis ſcribere diſcit. REGIUS. *Adjutorio manus ſua manu ſuperimpoſita.* Bodl. Venet. *manu ſua manui ſuperimpoſita.* Sich.

108. *Ab honeſtis.*] Quoſnam hic Fabius vocat honeſtos? an bene ornatos ac fortunæ bonis abundantes, qui fere honorantur? REGIUS. Recte. Vide ad Petron. cap. LV. & infr. ad cap. VIII.

109. *Cura bene ac velociter ſcribendi.*] Καλλιγραφίαν, καὶ ταχυγραφίαν Græci vocant. CAPPER.

110. *Quóque ſolo.*] Regius legiſſe videtur, *quoque vel ſolo.*

111. *Scribere.*] *Scribere ipſum.* MS. Bodl. Locatellus, Aldus, Stephanus, Gryphius, & alii fere omnes.

112. *Quæ & transferenda.*] *Ex* præpoſitio loco *&* copulæ reponenda, & *iis* ablativus adſcribendus, ut legatur, *quæ ex iis transferenda ſunt.* REGIUS. Aldus & ſequentes ediderunt *ex his.* In Cod. Alm. erat *ex transferenda.* Voſſ. ſecund. *quæ transferenda.*

113. *Semper & ubique.*] Petron. 99. *ego ſic ſemper & ubique vixi.* Sueton. Aug. 90. *tonitrua & fulgura paullo infirmius expaveſcebat; ut ſemper & ubique pellem vituli marini circumferret pro remedio.* BURMAN.

114. *Syllabis.*] Syllabarum tractatio a Grammaticis noſtri temporis eſt omiſſa, ab antiquis vero diligenter tradita, ut pueri ſcirent quæ ſit certa literarum inter ſe connexio, & quæ literæ cum quibus conjungi poſſint. Quæ res conducit ad emendatam ſcripturam & locutionem. TURNEB.

115. *Omnibus.*] PITH. ita & Argentoratenſis & Almelov. cod. & edidit *Colinæus*, & *Gryphius*. & Obrechtus. Et fateor mihi non intelligi plane hunc locum, niſi, *ne in omnibus ſcribendis deprehendantur*, ſcribatur; ut & velit dicere, ideo difficillimas ſyllabas eſſe prius inculcandas; ne, ſi differantur, deprehendantur, id eſt, ſolliciti ſint, hæſitent, ſi nomina quædam, quæ aſperiores ſyllabas habent, debeant exarare. Ita *deprehendi* pro *opprimi*, paſſim poni notum eſt. BURMAN. Sed hujuſmodi emendationem & interpretationem probare nequaquam poſſum. Nam τοῦ *deprehendantur* nominativus, qui ſubauditur, eſt, τὰ *ſyllabarum difficillima;* non autem, τὸ *pueri.* Senſus eſt, ut ſyllabarum difficillima quæque deprehendantur, detegantur, agnoſcantur in iis, quæ ſcribuntur, omnibus; vel dum omnia ſcribuntur ἐν τῷ γράφειν τὰ πάντα, ἐν πᾶσι τοῖς γραφομένοις. CAPPER.

116. *Lectioni.*] *Lectionis*, editio Lugdunenſis: quam tamen eſſe vitioſam primo ſtatim intuitu quiſpiam deprehendit. Quin & conſenſus MS. Bodleiani, editionum Veneticæ, Aldinæ, Colonienſis, Sichardinæ, Pariſienſis, Stephanique, teſtatur noſtram non eſſe ſtudioſi cujuſvis * emendationem. GIBSON.

117. *Adjiciatur.*] Voſſ. ſecund. *initiatur.*

118. *Hinc enim.*] *Sic.* Sich. in margine.

119. *Certa ſit ergo.*] Gallæus in ora codicis ſui conjecerat, *diſcreta ſit ergo.* Quæ fit ſyllabatim & opponitur conjunctæ, *diſcerta* ſcripſerat Librarius, unde prima ſyllaba receſſa *certa* factum fuit. Ita mox capite 2. *juncta atque indiſcreta.*

120. *Emendata velocitas.*] Quod præceptum hic de lectione, etiam lib. x. cap. 3. de ſcriptione dat. Scilicet exercitatione eo deveniendum eſt. Quod Plin. lib. 11. Ep. 3. de Iſæo. *Ad tantam ἕξιν ſtudio & exercitatione pervenit.* ALMELOV.

121. *Non rationis, ſed uſus quoque eſt.*] Si rationis & uſus ſit, probandum certe eſſet: ſed in ſequentibus culpat hoc Fabius. Forte ſcripſit *non modo non rationis, ſed uſus quoque eſt;* vel, ſi hoc non placet, poſſes *non rationis, ſed uſus modo eſt;* ut magiſtri illi magis uſum, quam rationem ſequantur. BURMAN. Sed nihil in textu mutandum videtur. Quinctiliani ſenſus hic eſſe poteſt. Id non modo rationem ſeu artem & methodum quandam atque ipſius diſcentis judicium poſtulat; ſed etiam quemdam uſum & experientiam. CAPPER.

122. *Illud non pœnitebit.*] Hæc præcepta Eraſmus *ecphraſtice* expoſuit in libello de pronunciatione. Atque hanc præceptiunculam non ſolum ad lectionem & ſcripturam, ſed ad mores etiam pertinere. Cumque magna pars eruditionis in rerum vocabulis ſit poſita, ſuadet ut pueris nomina plantarum, quadrupedum & aliarum rerum proponantur. TURNEB.

123. *Perdat.*] *Ponat.* Locatellus, Colon. Stephanus, Gryphius, Colinæus, & alii; ſed Aldus recte *perdat*, & ita Cod. Alm.

124. *Gloſſas.*] *Gloſſa* interdum lingua, interdum linguæ obſcurioris interpretatio. Nunc ab imperitis *Gloſæ*, & quidem per *ſ.* ſimplex pro quacumque uſurpatur expoſitione. Quod quam bene dicatur, viderint ipſi qui gloſſas illas, quibus nihil eſt ineptius, majore cum apparatu exponunt, quam priſcorum Juriſconſultorum ſcripta; in quorum enarratione Gloſſæ illæ a quibuſdam barbaris, ac prorſus Latinæ linguæ imperitis fuerunt comparatæ. Nemo certe veterum, hoc eſt, eruditorum, Gloſſam in ea unquam accepit ſignificatione. REGIUS. Vide Ariſtot. in libro de Poetica; & Sext. Pompeii, in dictione *Lingua.* PHILAND. Appellat Ariſtot. lib. de poët. *Gloſſas*, vocabula quædam inuſitatiora & obſcuriora; Quinctilianus vero expoſitionem verborum obſcurorum; ac inde dicuntur *Gloſſographi*, qui a Latinis *Gloſſularii* & *Gloſſematarii* appellantur. TUR-

[125] prima elementa conſequi rem poſtea proprium tempus deſideraturam. Et, quoniam adhuc circa res tenues moramur, ii quoque verſus qui ad imitationem ſcribendi proponentur, non [126] otioſas velim ſententias habeant, ſed honeſtum aliquid monentes. Proſequitur hæc memoria in ſenectutem, & impreſſa animo rudi, [127] uſque ad mores proficiet. Etiam dicta clarorum virorum, & electos ex poëtis maxime (namque eorum parvis cognitio gratior eſt) locos ediſcere inter luſum licet. Nam & maxime neceſſaria eſt oratori (ſicut [128] ſuo loco dicam) memoria, & ea præcipue firmatur atque alitur exercitatione; & in iis, de quibus [129] nunc loquimur, ætatibus, quæ [130] nihildum ipſæ ex ſe generare queunt, prope ſola eſt, quæ [131] juvari cura docentium poſſit. [132] Non alienum fuerit exigere ab his ætatibus, quo ſit abſolutius os, & expreſſior ſermo, ut nomina quædam verſuſque affectatæ difficultatis, [133] ex pluribus & aſperrime coëuntibus inter ſe ſyllabis catenatos, & velut confragoſos, quam citatiſſime volvant: [134] *χαλεποὶ* Græce vocantur. Res modica dictu: qua tamen omiſſa, multa linguæ vitia, niſi primis [135] eximuntur annis, inemendabili in poſterum pravitate [136] durantur.

NEBUS. Vide Jac. Spiegelii Interpret. ad Prud. pag. 215. edit. Weitz. Cael. Rhodigin. lib. 7. cap. 27. & lib. 13. cap. 4. Joh. Wouveren. tract. de Polymathia. cap. 9. PAREUS. Fabius hoc libro cap. 14. *Circa Gloſſemata etiam, id eſt, voces minus uſitatas, non ultima ejus profeſſionis diligentia eſt.* COLOMESIUS. Clemens Alex. Strom. lib. 1. * *ἀπεριλήπτους δὲ εἶναι καὶ βαρβάρων φωνὰς, μηδὲ διαλέκτους, ἀλλὰ γλώσσας λέγεσθαι, barbarorum voces, cum nullo certo numero comprehendi ac circumſcribi poſſint, non dialectos, ſed Gloſſas dici.* De Gloſſis videri poteſt Caſaubonus ad Athen. lib. III. cap. 6. ubi fuſe ſatis; Plutarch. de Iſide & Oſirid. pag. 669. Ed. Steph. Galenus in proœmio Expoſitionis obſoletarum vocum, vetera vocabula *γλώσσας* fuiſſe vocitatas auctor eſt. ALMELOV. Vide & Mauſſac. Diſſertat. Critic. ad Harpocrat. pag. 326. Gronov. obſerv. in ſcriptor. Eccl. cap. XXIV. Du Cange in præfat. ad Gloſſar. mediæ Latin. §. 39. BURMAN. Clementis Alexandrini locus in Burmannica Quinctiliani editione ſic vertebatur: *Barbarorum voces non intellectas*, quaſi eſſet in Græco *ἀκαταλήπτους*. Sed legitur *ἀπεριλήπτους*, quod idem ſignificat atque illud Apollodori de figuris apud Quinctil. lib. 9. cap. 1. *incomprehenſibilia* (numero, methodo) *eſſe partis hujus præcepta ἀπερίληπτα τὰ σχήματα.* Cæterum perperam editum hic fuerat *περιλήπτους* CAPPER.

125. *Prima elementa.*] Τὸ *prima* deeſt in Voſſ. ſecund.

126. *Otioſas ſententias.*] Vulgares ac nihil pulchri continentes. REGIUS. Vulgares & tædioſas Gevartius lib. IV. Lection. Papin. cap. 12. quem vide. Ita *otioſi ſermones* inf. cap. 12.

127. *Uſque ad mores.*] *Ad mortem*, conjecerat Almelovenius.

128. *Suo loco.*] Lib. XI. cap. 2.

129. *Nunc loquimur.*] *Modo*, Andr.

130. *Nihil dum ipſa ex ſe.*] *Ipſa*, omittit Obrecht.

131. *Juvare curam.*] Ita editio Lugdunenſis, ita & noſtra: ſed mihi lectiones variantes recenſenti occurrit altera, loci hujus interpretationi, mea quidem ſententia, magis accommodata. *Prope ſola eſt, quæ juvari cura docentium poteſt*, invenio in editionibus Venet. Ald. Vaſc. Par. & Roberti Stephani. Quam certe veram eſſe & genuinam Fabii lectionem teſtatur color ipſe ſilumque orationis. Cum enim parvuli nihil ex ſe poſſint generare, neque præcepta magnopere intelligant, reliquum eſt, ut præceptores memoriæ (quæ ſola ea ætate cultum capit, adeoque *juvari cura docentum poteſt*) præcipue conſulant. GIBSON. *Juvare cura* Colinæus, & Vidovæus, & codex Almel. *Juvare curam*, etiam Obrecht. Nos Aldi & aliorum editionem ſecuti. Ita lib. XI. 2. *Ex hoc Simonidis facto notatum, ut videtur, juvari memoriam ſignatis animo ſedibus.* Et mox, *quæ memoriam adjuvet*, & ita ſæpius eo capite. BURMAN. Voſſ. ſecund. *juvari cura.*

132. *Non alienum.*] Vide Eraſmum in libello de recta pronunciatione. TURNEB.

133. *Ex pluribus aſperrime.*] *Et aſperrime*, Cod. Alm. & Bodl. Ald. Sich. Obrecht. recte, *&*, multæ enim ſyllabæ, & aſperrime coeuntes difficultatem pariunt.

134. Χαλεποί.] In vetuſto exemplari *χαλεποὶ*, legitur; utrumque autem idem ſignificat, hoc eſt, duri, aſperi ac prolatu difficiles. REGIUS. Χαλεποὶ, ſine dubio legendum, nec enim alterum Græcum puto. Ita Gellius lib. VI. cap. 15. docet *arduum* Latinorum idem eſſe, quod *χαλεπὸν* Græcorum, quod eſt, *tum difficile, tum moleſtum quoque & incommodum, & intractabile.* BURMAN. Vide veteres Grammaticos a Putſchio editos. Sit in exemplum τὸ *perterricrepus*, & apud Ariſtophanem *σφραγιδονυχαργοκομήτας*, itemque *κομποφακελορρήμονα.* CAPPER.

135. *Eximuntur.*] *Eximantur.* Andr. Colon. Obr.

136. *Durantur.*] *Durentur.* Colon. Sich.

CAPUT II.

Utrum utilius Domi, an in Scholis erudiantur.

SED nobis jam paulatim accreſcere puer, & exire de gremio, ac diſcere [1] ſerio incipiat. Hoc igitur potiſſimum loco tractanda quæſtio eſt, III.
utiliuſne ſit domi atque [3] intra privatos parietes ſtudentem continere, an frequentiæ ſcholarum, & velut publicis præceptoribus tradere. [4] Quod quidem cum iis a quibus [5] clariſſimarum civitatium mores ſunt inſtituti, tum eminentiſſimis auctoribus video placuiſſe. Non eſt tamen diſſimulandum,

Hoc capite Quint. theſin generalem per comparationem tractat; erudiendine ſint pueri domi, an in ſcholis? Atque ut in ſcholis publicis erudiantur, ſuadet. TURNEB.

1. *Serio.*] Dedita opera, ſic nihil ut aliud quam ſtudium curet. Pueri namque legere & ſcribere joco, ac per luſum diſcere videntur. Serio autem Grammatices præcepta ſunt perdiſcenda. REGIUS.

2. *Utiliuſne ſit domi atque intra.*] Hanc quæſtionem diligentiſſime tractant, Barth. Keckermann. lib. 1. Syſtem. Polit. cap. 9. pag. 949. Timplerus lib. 4. polit. cap. 3. quæſt. 43. pag. 75. &c. Philipp. Hent. Hænonius diſp. polit. 5. pag. 216. PAREUS.

3. *Intra privatos.*] Voſſ. ſecund. *inter privatos.*

4. *Quod quidem.*] Nam Lycurgus, ut publicis gymnaſiis Lacedæmoniorum pueri docerentur, hiſque præeſſet pædonomus, inſtituit. Plato quoque in Nomotheſia, ut publice pueri inſtituantur, jubet. TURNEB.

5. *Clariſſimarum civitatum.*] Ut Lycurgo, quod ex iis, quæ de Lacedæmoniorum inſtitutis ſcripta ſunt a multis, ſatis conſtat. Quam autem idem Platoni placuerit, ſi nuſquam

eſſe nonnullos qui ab hoc prope publico more, privata quadam perſuaſione, diſſentiant. Hi [6] duas præcipue rationes ſequi videntur: unam, quod moribus magis conſulant, fugiendo turbam hominum ejus ætatis, quæ ſit ad vitia maxime prona; unde cauſſas turpium factorum [7] ſæpe extitiſſe utinam falſo jactaretur: alteram, quod, quiſquis futurus eſt ille præceptor, liberalius tempora ſua impenſurus uni videtur, quam ſi eadem in plures [8] partiatur. Prior cauſſa prorſus gravis. Nam, ſi ſtudiis quidem ſcholas prodeſſe, moribus autem nocere conſtaret, potior mihi ratio vivendi honeſte, quam vel [9] optime dicendi videretur. Sed mea quidem ſententia, juncta iſta atque indiſcreta ſunt. Neque enim eſſe oratorem, niſi bonum virum, judico; & fieri, [10] etiam ſi poſſet, nolo. De hac re igitur prius. Corrumpi mores in ſcholis putant; nam & [11] corrumpuntur interim: [12] ſed domi quoque, & ſunt multa ejus rei exempla, tam [13] læſæ hercle, quam conſervatæ [14] ſanctiſſime utrobique [15] opinionis. [16] Natura cujuſque totum curaque diſtat. Da mentem ad pejora facilem, da negligentiam formandi cuſtodiendique in ætate prima pudoris; [17] non minorem flagitiis occaſionem ſecreta [18] præbuerint. Nam [19] & eſſe poteſt turpis domeſticus ille præceptor, nec tutior inter ſervos malos, quam ingenuos parum modeſtos converſatio eſt. At ſi bona ipſius indoles, ſi non cæca ac ſopita [20] parentum ſocordia eſt; & præceptorem eligere ſanctiſſimum quemque [21] (cujus rei præcipua prudentibus cura eſt) & diſciplinam, quæ maxime ſevera fuerit, licet; [22] & nihilominus amicum gravem virum, aut fidelem libertum lateri filii ſui adjungere, cujus aſſiduus comitatus etiam illos meliores faciat, [23] qui timebuntur. [24] Facile erat hujus metus remedium. [25] Utinam liberorum noſtrorum mores non ipſi perderemus. Infantiam ſtatim deliciis ſolvimus. Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, nervos omnes [26] & mentis, & corporis frangit. Quid non adultus concupiſcet, qui in purpuris repit? Nondum prima verba exprimit, & [27] jam coccum intelligit, jam

aliunde, vel hinc appareat, quod cenſet infantes quoque a nutricibus in certum locum quaſi ludum deferendos, per ſingulas tribus. CAMERAR. *Civitatium*, codex Almel. quod rectius. Ita apud Juſtinum & alios viri docti ex codicibus reſtituerunt; & ita infra quoque lib. II. cap. 4. ex MSS. reſtituimus. Vide Voſſ. de Analog. cap. 14. BURMAN.

6. *Duas præcipue.*] *Præcipuas.* Cod. Almel.

7. *Sæpe.*] *Sæpius.* Sichard. & *jactarent* Andr.

8. *Partiatur.*] *Impartiatur.* Jan. Gebh. lib. I. crepund. 7. ex MSS. profert: merito tamen vulgatam præfert, & exemplis ex Fabio confirmat.

9. *Optime diſcendi.*] S litera expuncta *dicendi* legendum eſſe, & quæ ſequuntur oſtendunt; & ſic in vetuſto legitur exemplari. REGIUS. *Diſcendi* probat. Gebh. lib. I. crepund. 7. quia principio hujus periodi mentionem fecerat ſcholarum: ſed improbat Barthius lib. XXXI. Adv. I. Plinius III. Ep. 3. *proinde faventibus diis trade eum præceptori, à quo mores primum, mox eloquentiam diſcat, quæ male ſine moribus diſcitur.* PAREUS. *Diſcendi.* MS. Bodl. Venet.

10. *Etiam ſi poſſet, nolo.*] *Si poteſt, nolo.* Locatellus, Aldus, & Philander.

11. *Corrumpuntur.*] *corrumpantur.* MS. Bodl. Andr. Venet.

12. *Sed domi quoque.*] Gebhardus d. l. legit, *ſed domi quoque adſunt eius rei exempla*: refutat Barth. lib. XXI. Adv. 5. *ſed domi quoque: adſunt multa.* Obrecht. * Francius, *& domi.*

13. *Læſæ.*] *perditæ.* Colon. in margine. * & Voſſ. ſec.

14. *Sanctiſſime.*] Sine diphthongo eſt ſcribendum. REGIUS. Aldus tamen. Gryphius & Vidovæus, *Sanctiſſimæ.*

15. *Opinionis.*] *Opinio* pro exiſtimatione ac fama, in paſſivaque ſignificatione hoc loco accipitur. REGIUS.

16. *Natura cujuſque totum.*] *Tantum.* Aldus, Vidovæus, & margo Gryphii. *tamen*, Sich. margo. Gallæus conjecerat *natura cujuſque totum curaque conſtat. cujuſque*, ſcilicet erudiendi, *cura* ſcilicet parentum, quæ habetur a parentibus. * Voſſ. prim. & tert. *Natura cujuſque tantum totum.*

17. *Non minorem flagitiis occaſionem ſecreta præbent.*] Documento eſſe vel ſolus ille Petronianus Eumolpus poteſt, in Satyr. c. LXXXV. & ita *injuriam in ſecreto accipere.* Idem dixit XXV. vide & inf. lib. II. 2.

18. *Præbuerunt.*] *Præbuerint*, eſt legendum, ut intelligatur præbere poterunt. REGIUS.

19. *Et eſſe poteſt turpis.*] *Et turpis poteſt eſſe.* Obrecht.

20. *Parentum.*] *Parentium*, Cod. Almel.

21. *Quemque (cujus rei &c.* Aliquid ſcabri mihi hæc periodus habere videtur, quod & Gallæo viſum ſuſpicor, quia ille poſt *diſciplinam*, τὸ *adhibere*, vel ſimile aliquod verbum excidiſſe ſuſpicatus eſt. Deinde quo illud *rei* referas? quod ad *præceptorem ſanctiſſimum* referendum eſſet. Quare forte legendum; *Et præceptorem eligere ſanctiſſimum quemque (cujus præcipua prudentibus cura eſt) & diſciplinæ, quæ maxime ſevera fuerit, licet*: facili ſenſu, ſi *ſanctiſſimum* proprie, ut ſæpe ponitur (& ut infr. lib. II. 2. *Sanctitas docentis* dicitur) pro pudiciſſimo & caſtiſſimo capiamus, & a quo nullum periculum pudori adoleſcentis oriatur, & qui fuerit ex ſecta aliqua ſeveriſſima, ut Stoïcorum; cujus ſe Eumolpus ille ſceleratus apud Petronium ſimulabat, & qui erat tam ſevera triſtitia, ut unus ex Philoſophis videretur; cap. LXXXV. ubi vide, quæ notavi. BURM.

22. *Et nihilominus.*] Amicum illum & libertum, cujus meminit Fabius, appellat Plinius lib. III. Epiſt. 13. *cuſtodem & rectorem*, cujus hæc ſunt verba; *Adeſt enim adoleſcenti noſtro, cum cæteris naturæ fortunæque dotibus, eximia corporis pulchritudo, cui, in hoc lubrico ætatis, non modo præceptor, ſed cuſtos etiam rectorque quærendus eſt.* TURNEBUS.

23. *Qui timebuntur.*] *timebantur.* Colon. Vaſc. Stephanus, Gryphius, Vidovæus, & alii: *faciet* quoque eædem fere editiones, præter Stephani, Vaſcoſani & Roignii.

24. *Facile erat.*] Soluta hac objectione, Fabius culpam in parentes transfert; in eoſque acerbiſſime invehitur, ut quos puerorum mores depravare dicat. TURNEB.

25. *Utinam liberorum noſtrorum mores non, &c.* Huc ſpectant illa apud Plautum, Bacch. III. 3. 34. &c. Terent. Heaut. III. I. 74. *Deteriores omnes ſumus licentia.* PAREUS.

26. *Et mentis.*] τὸ *&* deeſt in Voſſ. ſecund.

27. *Jam coccum.*] Ita ſcribendum videtur, ut de colore purpureo, unde *coccinea* dicuntur veſtes, intelligamus. Nam & * conchylium, quod ſtatim à Fabio ſubjicitur, genus eſt coloris; unde veſtes * conchyliatæ, a colore nimirum ſic dictæ, non quod margaritis, ut quidam e doctis putavit, ſit ornata. REGIUS. Codices Aldini *cocum* habent, ut videlicet referatur ad lautitiam ciborum: verum mihi magis arridet ex veteribus libris *coccum* legere, ut ad colorem referatur veſtium; propterea quod conchylium ſtatim ſequitur, & de palato inſtituendo deinceps ſit ſermo. Porro *coccum* ſcribit Plinius lib. IX. c. 41. *rubens granum eſſe Galatiæ, aut etiam quod proveniat circa Emeritam Luſitaniæ oppidum, ubi in maxima eſt laude: anniculo grano languidus ſuccus, unde color colligitur, idem a quadrimo evanidus: ita nec recenti, nec ſeneſcenti vires.* MOSELLANUS. Scribe *coquum* ſive *cocum*; nam quod dictum eſt de purpura, ad veſtimenta; quæ ſequuntur, videntur magis ad victus rationem & inſtitutionem pertinere. PHILANDER. Coccus, vel quiſquilium, granum eſt illud ilicis, quo veſtes coccineæ & quiſquiliatæ tinguntur. TURNEBUS. Lucius Joannes Scoppa Parthenopæus,

[28] conchy-

[28] chonchylium poſcit. [29] Ante palatum eorum, quam os, inſtituimus. In lecticis creſcunt, ſi terram [30] attigerint, [31] e manibus [32] utrimque ſuſtinentium pendent. [33] Gaudemus, ſi quid licentius dixerint. Verba, ne [34] Alexandrinis quidem permittenda delitiis, riſu & oſculo excipimus. Nec mirum; nos docuimus, ex nobis audierunt, noſtras amicas, noſtros concubinos [35] vident. Omne [36] convivium obſcœnis canticis ſtrepit, pudenda dictu ſpectantur. [37] Fit ex his conſuetudo, deinde natura. [38] Diſcunt hæc miſeri, antequam ſciant vitia eſſe: inde ſoluti ac fluentes non [39] accipiunt e ſcholis mala iſta: ſed [40] in ſcholas afferunt. Verum in ſtudiis magis vacabit unus uni. Ante omnia nihil prohibet [41] eſſe iſtum, neſcio quem unum, etiam cum eo qui in ſcholis eruditur. Sed etiam ſi jungi utrumque non poſſet, [42] lumen tamen illud conventus honeſtiſſimi, tenebris ac ſolitudini prætuliſſem. Nam optimus quiſque præceptor frequentia gaudet, ac majore ſe theatro dignum putat. [43] At vero minores, ex conſcientia ſuæ infirmitatis, hærere ſingulis, & officio fungi quodammodo pædagogorum non indignantur. Sed [44] præſtet alicui vel gratia, vel ami-

Collectan. lib. II. cap. 3. pag. 950. legendum cenſet *coccum*, & non *coquum*; & *paratum*, non *palatum*; ut hæc ſit Fabii ſententia. *in purpuris repit, jam coccum*, h. e. *veſtes cocceneas* intelligit; *jam conchylium*, h. e. *conchyliatas* poſcit veſtes, ut puer intelligat veſtes, & non cibos, quoniam in purpuris repſerat; & ſic *paratum*, h. e. *veſtes* atque *ornatum* eorum, antequam mores, inſtituimus; cum deberemus prius mores bonos, id eſt, virtutem inſtruere, quam ornatum atque veſtem. Porro de purpura, cocco, & conchylio, pulcherrima tradit Claudius Salmaſius in Tertullian. lib. de Pallio pag. 136. & ſeqq. & adverſus Cercoet. pag. 136. 137. Plinius lib 9. cap. 36. & 41. Paſſerat. Prælect. in Catull. pag. 39. PAREUS. Paſſerat. ſcribit *coquum*, quia quæ ſequuntur, videntur magis ad victus rationem, & inſtitutionem pertinere. Verbum *intelligere* adjunctum tamen magis *cocco*, quam *coquo* convenit: quamvis enim ſciam, etiam Vellejum dixiſſe *intelligere virum*, de quo ad Petron. c. CXXII. magis tamen frequens & proprius ejus verbi uſus de iis qui periti operum, ſtatuarum, picturæ & ſimilium: ut ad Petron. cap. LII. oſtendi. *&* quoque deerat in Venet. Ald & Colon. BURMAN.

28. *Conchylium.*] Conchylium appellant Græci, omnes piſces dura teſta opertos. Eſt etiam genus conchæ & muricis, quo tingitur color non abſimilis purpuræ, qui tamen quadantenus eſt glaucus & auſterus. TURNEBUS.

29. *Ante palatum eorum, quam os inſtituimus.*] Gaſp. Barthius Adverſar. lib. XXXI. cap. V. pag. 1430. Nemo videre non poteſt elegantiam ORIS & PALATI; quorum alterum honeſtati & neceſſitati; alterum luxui & deliciis dedit oppoſitorum. Quæ quidem eo elegantior eſt, quo junctiores utræque hominis partes. At ſunt qui mutant, & *mores oris* ſuppoſuerunt. Quod facinus eſſe ſtupidiſſimorum Monachorum, quibus inſolentior oris uſus erat, nemo qui duos veteres libros ſaltim vidit, dubitare poteſt. Laudo ego vero ſerio MS. noſtrum qui cum marginali gloſſa habet; *Palatum*, id eſt, *gulam*; *Os*, id eſt, *prima verba*. Et alludit forte illud Horatianum, lib. II. Epiſt. I. verſ. 126. *Os tenerum pueri, balbumque Poëta figurat.* Hæc Barthius. At Gebhardus Crepund. lib. I. cap. VII. duos MSS. Palatinos probat, in quibus: *quam mores inſt.* quemadmodum paullo ſuperius dixerat; *Utinam liberorum noſtrorum mores non ipſi perderemus.* PAREUS. Defendit τὸ *os* adhuc Barthius ad Claudiani. III. conſ. Honor. c. 15. & miror Obrechto potuiſſe *mores* placere, qui certe *palato* non recte opponuntur. Ita tamen MS. Bodl. Andr. Venet. Steph.

30. *Attigerint.*] Voſſ. tert. *tetigerunt.* Voſſ. prim. *tetigerint.* Bernenſis codex, *attigerunt.*

31. *E manibus.*] Voſſ ſec. *in manibus.*

32. *Utrimque.*] Edit. Gryph. 1585. habet *utriuſque.*

33. *Gaudemus, ſi quid licentius dixerint.*] Vide Jan. Gebhard. Crepund. lib. I. cap. 10. pag. 29. PAREUS. * Voſſ. tert. *dixerunt.*

34. *Alexandrinis.*] Alexandrinos Ægyptioſque reliquos maxime omnium deliciis laſciviiſque deditos fuiſſe conſtat. Unde Juvenalis Satyr. VI. 83. *famoſa mœnia Lagi* ipſam Alexandriam vocat. REGIUS. Ægyptus, atque hujus caput Alexandria, ſemper ſtudioſiſſima fuit deliciarum, idque maxime abſorbendis gemmis pretioſiſſimis præſtitit: adeo ut Alexandria in ditionem Romanam redacta, Romæ quoque promiſcuus ac frequens uſus margaritarum ſorbendarum cœperit. Memoratiſſimum exemplum luxuriæ, maxime Regum Ægypti, extat apud Plinium lib. 9. cap. 35. MOSELLANUS. Reſpicit ad Sacra Serapidis; nam ad Canobum ex Alexandria ad Oraculum veniebant, per foſſam arte deductam, nocte dieque naviculis plenam, utroque ſexu impudice canente ac ſaltante. Meminit Ovidius in Triſtibus. PHILANDER. Ægyptii omnes, præſertim Alexandrini, ut ait Strabo, deliciis fuerunt deditiſſimi. Hoc autem loco Quinctilianus alludere videtur ad Sacra Serapidis, quæ juxta Alexandriam cum magna utriuſque ſexus laſcivia & impudicitia celebrabantur. TURNEBUS. *Ne Alexandrinis quidem permittenda deliciis.* Ægyptus nimirum, cujus caput Alexandria, mollis ſemper fuit & genio admodum indulgens. Firmat Strabo lib. 17. Geograph. Αὐτὸ πάντων δ' ἐστὶν ὁ τῶν πανηγυριζόντων ὄχλος τῶν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας κατιόντων τῇ διώρυγι· πᾶσα γὰρ ἡμέρα καὶ νὺξ πληθύει τῶν ἐν τοῖς πλοιαρίοις καταυλουμένων καὶ κατορχουμένων ἀνέδην μετὰ τῆς ἐσχάτης ἀκολασίας καὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν. Ovidius Triſt. lib. I. Eleg. 3.

Non ut Alexandri claram delatus in urbem
Delicias videam, Nile jocoſe, tuas.

COLOMESIUS. Vide Sueton. vit. Aug. 98. Eraſm. Adag. pag. 467. & late deſcriptam Alexandrinorum mollitiam in oratione Dionis ad Alexandrinos; & Athenæum lib. IV. c. 24. ALMELOV. Non tam reſpicit ad Ægyptiorum luxum, quam ipſorum Romanorum circa pueros Alexandrinos; de quibus vide ad Petronium. cap. XXXI. interpretes copioſe agentes, atque id vox *deliciis*, qua pueri obſcœni & impudici indicantur, ſatis docet. Ramirezium quoque ad Martial IV. Epig. 42. conſulendum eſſe, Almelovenius adſcripſerat libro ſuo BURMAN.

35. *Vident.*] Voſſ. prim. *viderunt.*

36. *Convivium obſcœnis canticis ſtrepit.*] Veteres prodigia illa in deliciis & delectamentis habebant. Infra Fabius noſter; *ſed veterum quoque Romanorum epulis, fides ac tibias adhibere moris fuit.* Varro Eumenidibus; *Cum pſaltria & cum flora lurcare adſtrepis.* Lucianus in Croſolone; Clemens Alexandrinus, Pædagog. 2. cap. 4. Arnobius lib. 4. *Stribuntur Dii veſtris in tricliniis cœleſtibus, atque in Chalcidicis aureis cœnitare, potare, & ad ultimum fidibus & vocum modulatione moveri.* Quæ cuncta procul à convivio Chriſtianorum amandanda ſunt. Videatur doctiſſimus Joh. Savaro, ad Sidonium, pag. 20. 21. Joh. Sarisberienſ. Policrat. lib. I. cap. 6. lib. 8. cap. 12. PAREUS. Vide ad Petronii cap. XXXI. & ſeqq. *cantibus* vero erat in MSS. Joan.

37. *Fit ex his conſuetudo, deinde natura.*] Arnobius lib. II. *fit enim familiaris e more conſuetudo in naturam verſa.* Et Marius apud Salluſtium, Jug. 85. *mihi qui omnem ætatem in optimis artibus egi, benefacere jam ex conſuetudine in naturam vertitur.* Unde Seneca de tranq. anim. cap. I. dicit *conſuetudinem rebus conſtantiam afferre.* ALMEL. *Inde natura.* Sich. marg. & Voſſ. prim. tert. ut & Bernenſ.

38. *Diſcunt hæc.*] *hæc* non habet Obrechtus.

39. *Accipiunt in ſcholis.*] *Ex* præpoſitio loco illius *in* legitur, & recte quidem, in antiquo exemplari. REGIUS. & ita Venet. Ald. Colinæus, & Vidovæus; *e ſcholis* Stephanus, Gryphius, Vaſcoſanus, & alii. Voſſ. ſecund. *in ſcholis*, Voſſ. tert. *ſcholis.*

40. *In ſcholas.*] Voſſ. prim. *ad ſcholas.*

41. *Eſſe iſtum.*] *Illum.* Obrecht.

42. *Lumen tamen illorum.*] Loco *illorum*, *illud* legendum eſſe qui non videt, nihil videt. REGIUS.

43. *At vero minores.*] *Fere*, Cod. Almel. & Joan. & ita Venet. Gryphius, Pariſ. Colinæus, & Vidovæus.

44. *Præſtet alicui.*] Philander legit *aliquis.*

citia, vel pecunia, ut doctiſſimum atque incomparabilem magiſtrum domi habeat; [45] num tamen ille totum in uno diem conſumpturus eſt? aut poteſt eſſe [46] ulla tam perpetua diſcentis intentio, quæ non, [47] ut viſus oculorum [48] obtutu continuo, fatigetur? cum præſertim [49] multo plus ſecreti ſtudia deſiderent. Neque enim [50] ediſcenti, ſcribenti, & cogitanti præceptor aſſiſtit; quorum aliquid agentibus, cujuſcumque interventus impedimento eſt. Lectio quoque non omnis, nec ſemper [51] præeunte vel interpretante eget. Quando enim tot auctorum [52] notitia contingeret? [53] Ergo modicum tempus eſt, quo in totum diem velut opus ordinetur. Ideoque per plures ire poſſunt etiam quæ ſingulis tradenda ſunt. Pleraque vero hanc conditionem habent, ut eadem voce ad omnes ſimul [54] perferantur. [55] Taceo de *partitionibus* [56] & *declamationibus* Rhetorum, quibus certe quantuſcumque numerus adhibeatur, tamen unuſquiſque totum feret. Non enim vox illa præceptoris, ut cœna, minus pluribus ſufficit: ſed ut ſol, univerſis idem lucis caloriſque largitur. Grammaticus quoque de ratione loquendi [57] ſi diſſerat, [58] quæſtiones explicet, hiſtorias exponat, poëmata enarret, tot illa diſcent, quot audient. At enim emendationi [59] *prælectionique* numerus obſtat. Sit incommodum [60] (nam quid fere undique placet?) mox illud [61] comparabimus commodis. Nec ego tamen eo mitti puerum volo, ubi negligatur. Sed neque præceptor bonus majore ſe turba, quam ut ſuſtinere eam poſſit, oneraverit; & in primis ea habenda cura eſt, [62] ut is omni modo

45. *Num tamen.*] *Non.* Cod. Almel. Andr. Venet. Par. Sich. marg.

46. *Illa diſcentis.*] Pro *illa*, legendum *ulla.* REGIUS.

47. *Aut poteſt.*] *Haud poteſt.* Locatellus, Colinæus, Colon. Sich. marg.

48. *Obtutu.*] *Obtuitu.* Locatellus, Aldus. Voſſ. tert.

49. *Multo plus.*] *Multo*, omittunt Stephani, Vaſcoſani, Colinæi, Vidovæi, & Roignit editiones; Argentoratenſis vero Codex *temporis* non habet, & recte. *Secretum* enim ita poni ſolet paſſim apud Suetonium, & Tacitum, & Phædrum, & noſtrum; & ſeceſſum in locum, ubi ſilentium eſt, notat. Vide Schefferum de Stylo cap. XIII. § 7. & ita Quinctilianus inutilem magna ex parte domeſticum pædagogum eſſe oſtendit, quia diſcipulus ſæpiſſime ſolus eſſe debet, ſi ſtudiis velit vacare. BURMAN. * Bernenſ. *Secreti & temporis.*

50. *Ediſcenti.*] Hoc verbum deeſt in Locatelli. Colon. Par. puto, vitio Operarum.

51. *Præeunte.*] Vel intelligit eam prælectionem, quæ fieri ſolet ab artium profeſſoribus: vel priorem quandam pronunciationem, qua præceptores puerorum os & ſermonem formabant. TURNEB. Certe ultimam, ut *præire* ſacerdotes verbis & voce ſolebant; & ita noſter lib. 11. cap. 5.

52. *Notitia contingeret.*] *Notitiam.* MS. Bodl.

53. *Ergo modicum.*] Elegantiſſima eſt *metaphora* ab architectis ducta, qui delineare ſolent temporis momento, quod reliqui fabri toto die ſunt acturi. *Idem.* Hoc *diſponere diem*, vocat Suetonius Tib. XI.

54. *Proferantur.*] Emendate in quibuſdam exemplaribus legitur *perferantur.* REGIUS.

55. *Taceo de partitionibus.*] *Partitiones* appellat Quinctil. quæ à Rhetoribus Græcis παρεγχειρήσεις, id eſt, diſtributiones thematis in manum & digitos; quæ fieri ſolent à præceptore, cum thema proponit, & in ſuos locos partitur. Hujuſcemodi ſunt *diviſiones quæſtionum* Sopatri, & *diviſiones epidicticæ* Menandri. TURNEB. Moſellanus *poſitionibus*, legiſſe videtur; per *themata* enim explicat, & ita Aldina editio. Hoc loco *partitiones* διαιρέσεις cum *parenchireſibus* παρεγχειρήσεσι perperam confundit pſeudo-Turnebus. Eadem occurrit confuſio in ejus notis ad cap. 6. lib. 2. pag. 154. ubi ſic habet. *Diviſionem appellat partitionem thematis & materiæ in ſua capita, quæ eadem dicitur παρεγχείρησις, quod thema ſuis locis & partibus partiamur, & tanquam in articulos manui mittamus.* Pſeudo-Turnebo præiverat ipſe Raphael Regius, cujus ad mox citatum Quinctil. locum hæc ſunt verba. *Diviſio de qua hoc loco Fabius verba facit, παρεγχείρησις vocatur a Græcis, non ſolum διαίρεσις:* ſed horum errorem ſatis refellit Quinctilianus, * qui ſic ibidem ſcribit. *Fuit etiam in hoc diverſum præcipientium propoſitum, quod eorum quidam materias, quas diſcipulis ad dicendum dabant, non contenti diviſione dirigere, latius dicendo proſequebantur, nec ſolum probationibus implebant, ſed etiam affectibus.* [En tibi διαίρεσις diviſio ſeu partitio accuratior & ſolito fuſior.] *Alii cum primas modo lineas duxiſſent, poſt declamationes, quod* (*male editum fuerat* quid) *omiſiſſet quiſque, tractabant; quoſdam vero locos non minore cura, quam, cum ad dicendum ipſi ſurgerent, excolebant* [En tibi pura puta παρεγχείρησις] Nam, inquit verus Turnebus lib. 12. Adverſar. cap. XI. *Arbitror eſſe* parenchireſin, *cum vel præter orationem, vel declamationem . . . . . Orator vel Rhetor, de ordine capitum, diviſione cauſæ, collocatione & diſpoſitione, apud ſe exigit & perveſtigat; aut diſcipulos inſtituendo, quæſtiones & capita docet; & ultra eos qui idem argumentum tractarunt, excogitare aliquid conatur: quod enim . . . . aliquid præter alios excogitandi labor ſuſcipiatur, παρεγχείρησις vocatur. . . . . . . Eſt &* Parenchireſis, *cum argumentum & negotium ab alio tractatum alius ſibi ſcribendum ſumit, ut apud Ciceronem . . . . .* & cætera, quæ commodius referemus ad Quinctil. lib. 2. cap. 6. cujus titulum *de Diviſione* ſic oportet emendare, *de Diviſione & Parenchireſi.* Cæterum vel ex hoc uno loco patet, Turnebum non eſſe illorum in Quinctil. inſtitutiones commentariorum, qui ſub ejus nomine feruntur, Auctorem. CAPPER.

56. *Et declamationibus.*] Declamatio Græce μελέτη eſt de ficta materia, ſeu de ficto argumento ſcripta vel habita oratio; ſed τὸ *declamare* quandoque ſignificat ſcriptam à ſe vel ab alio quopiam orationem pronunciare, ut patet ex his Quinctil. verbis lib. 2. cap. 7. *ne omnia quæ ſcripſerint, ediſcant, & certa, ut moris eſt, die dicant. Quod quidem maxime patres exigunt, atque ita demum ſtudere liberos ſuos, ſi quam frequentiſſime declamaverint, credunt.* CAPPER.

57. *Sic diſſerat.*] *Si d. q. explicet.* MS. Bodl. *ſi diſſerat, ſi q. expl.* And. Par.

58. *Quæſtiones explicet.*] *Si quæſtiones.* Codex Alm.

59. *Prælectionique.*] Prælectio dicitur, cum artis oratoriæ Magiſter Oratorem, Poëtam, aliumve ſcriptorem ſuis diſcipulis ipſe legit & explicat. Sic cap. 5. hujus libri: *Quidam fere in jactationem eruditionis ſumere illa* [orationis vitia] *ex poetis ſolent, & auctores, quos prælegunt, criminantur.* Prælegit etiam, cum auctores prior ipſe legit & exponit, ut eoſdem poſtea diſcipuli legant exponantque; quod *legentibus* præire vocat Fabius lib. 2. cap. 5. ubi ait: *Nam vero ſcio id fieri apud Græcos, ſed magis per adjutores, quia non videntur tempora ſuffectura, ſi legentibus ſingulis præire ſemper ipſi velint;* & cætera; e quibus triplex *prælectionis* genus merito eruit Turnebianus commentator. Primum eſt quo verba prælegimus, ut eadem apte pronuncient pueri. Alterum in *gloſſarum* ſeu vocum difficiliorum explicatione conſiſtit. Tertium in obſervandis auctorum virtutibus & vitiis. CAPPER.

60. *Nam quod fere.*] *Quid* legendum, non *quod.* Eſt autem Horatiana ſententia, *nihil eſt ab omni parte beatum.* REGIUS.

61. *Comparabimus.*] Volebat Francius, *compenſabimus.*

62. *Ut is omnino fiat nobis familiariter amicus.*] Manuſcriptus Codex Bibliothecæ Palatinæ pro *omnino* refert *omnimodo*; omnes enim rationes Fabius iniri vult de conciliando tali homine. Aliquas ſuperius ſuppeditavit: *ſed præſtet alicui vel gratia, vel amicitia, vel pecunia, ut doctiſſimum & incomparabilem Magiſtrum domi habeat.* Sic Seneca reſtituendus de Beneficiis, lib. 2. cap. 1. *Etiamſi quid more in-*

fiat nobis familiariter amicus, nec officium [63] in docendo ſpectet, ſed affectum. Ita numquam erimus in turba. Nec ſane quiſquam, literis ſaltem leviter imbutus, eum in quo ſtudium ingeniumque perſpexerit, non in ſuam quoque gloriam peculiariter fovebit. Sed ut fugiendæ ſint magnæ ſcholæ [64] (cui ne ipſe quidem rei aſſentior, ſi ad aliquem merito concurritur) non tamen hoc eo valet, ut fugiendæ ſint omnino ſcholæ. Aliud eſt enim [65] vitare eas, aliud eligere. [66] Et ſi refutavimus quæ contra dicuntur, jam explicemus, quid ipſi ſequamur. Ante omnia, futurus orator, cui in maxima celebritate & [67] in media reipublicæ luce vivendum eſt, aſſueſcat jam a tenero non reformidare homines, [68] neque illa ſolitaria & velut umbratili vita palleſcere. Excitanda mens & attollenda ſemper eſt, quæ in hujuſmodi ſecretis aut langueſcit, & quemdam velut in opaco ſitum ducit: aut contra tumeſcit inani perſuaſione. Neceſſe eſt enim ſibi nimium tribuat, qui ſe nemini comparat. Deinde, cum [69] proferenda ſunt ſtudia, caligat in ſole, & omnia nova offendit; ut qui ſolus didicerit, quod inter multos faciendum eſt. [70] Mitto amicitias quæ ad ſenectutem uſque firmiſſimæ durant, religioſa quadam neceſſitudine imbutæ. Neque enim eſt ſanctius, ſacris iiſdem, quam ſtudiis initiari. [71] Senſum ipſum, qui communis dicitur, ubi diſcet, cum ſe a congreſſu, qui non hominibus ſolum, ſed mutis quoque animalibus naturalis eſt, ſegregarit? Adde, quod domi ea ſola diſcere poteſt, quæ ipſi præcipientur: [72] in ſchola, etiam quæ aliis. Audiet multa quotidie probari, multa corrigi. [73] Proderit alicujus objurgata deſidia, proderit laudata induſtria, [74] excitabitur laude æmulatio, turpe ducet cedere pari, pulchrum ſuperaſſe majores. [75] Accendunt omnia hæc animos; &, licet ipſa vitium ſit [76] ambitio, frequenter tamen cauſſa virtutum eſt. Non inutilem ſcio ſervatum eſſe a præceptoribus meis morem; qui, cum pueros in claſſes [77] diſtribuerant, ordinem dicendi ſecundum vires ingenii dabant; & ita ſuperiore loco quiſque declamabat, ut [78] præcedere profectu videbatur. Hujus rei judicia [79] præbebantur. Ea nobis ingens [80] palmæ contentio. [81] Ducere vero claſſem, multo pulcherrimum. Nec de hoc [82] ſemel decretum erat:

tervenit, evitemus omnimodo, ne deliberaſſe videamur. Fabius lib. 2. cap. 10. ex duobus MSS. *Totum autem declamandi opus, qui diverſum omnimodo a forenſibus cauſſis exiſtimant* Rufinus lib. 11. cap. 1. *Rempublicam quaſi poſt nimias procellas omnimode ratione aggreditur reparare.* Sic *Omniſone* vel *Omniſono* conjunctim legendum apud Fabium infra lib. 9. cap. 2. *Quæ cum adeſſe debent, tum diſponenda atque varianda ſunt, ut auditorem, quod in fidibus fieri videmus, omni ſono mulceant.* MS. *omniſone.* GEBHARDUS. lib. 1. Crep. cap. 7. *omnimodo* etiam cod. Almel. Bodl. & margo Sich. ita lib. 11. cap. 10. *totum declamandi opus, qui diverſum omnino a forenſibus cauſſis exiſtimant.* Ubi alii *omnimodo* BURMAN.

63. *In docendo.*] Editio Lugdunenſis *in dicendo*, quod auctoritate Bodl. MS. & maximæ partis codicum editorum ejecimus. Nec enim adhuc Quinctilianus ſuum Oratorem ad dicendi præcepta & facultatem evexit: ſed e matris gremio modo acceptum primis quaſi elementis inſtruit. GIBSON. * Voſſ. tert. habet etiam *in docendo.*

64. *Cui ne ipſe.*] *Ipſi.* Codex Almel. & Voſſ. tert.

65. *Vitare.*] *Vitamus* enim quod omnino fugimus; ut ſi diceres, non eſſe committendos diſcipulos ſcholis publicis. *Eligimus* autem, cum, aliquibus propoſitis, quod magis idoneum videtur, optamus. TURNEB.

66. *Et ſi refutavimus.*] More ſuo Quinctilianus & optima œconomia rationes aliorum refutavit, argumentaque oppoſita comparavit; nunc ſententiam ſuam ſuis argumentationibus confirmat. TURNEBUS. * Francius. *At ſi.*

67. *In media republica.*] In antiquo exemplari rectius mihi legi videtur, *& in media reipublicæ luce vivendum eſt.* REGIUS. MS. Joan. Venet. Aldus, Stephanus, & Sich. Gryphius *media republ.* habent: *in medio reipubl.* MS. Bodl. Andr.

68. *Neque illa ſolitaria, &c.*] Vide Goldaſtum ad Petron. pag. 529. &c. & Joh. Woweren ibid. pag. 382. Savaron. ad Sidon. lib. 2. ep. 10. Pichenam not. ad Tacit. num. 97. PAREUS. *Illa*, deeſt in MS. Bodl. Andr. & Obrecht.

69. *Proferenda ſunt.*] *Sunt* legendum eſt, non *ſint.* REGIUS.

70. *Mitto amicitias, &c.*] Ariſtoteles lib. VIII. Ethicor. *μέγα πρὸς φιλίαν καὶ τὸ σύντροφον καὶ τὸ καθ᾽ ἡλικίαν.* *Multum confert ad amicitiam & educationis communitas, & ætatis competentia.* ALMEL. Vide Jan. Gebhard. Crepund. lib. 1. cap. 11. qui ex Codice Palatino legit *religioſa quadam neceſſitudine munitæ.*

71 *Senſum ipſum.*] Senſum communem Quinctil. non vocat ſenſum illum primarium, cui cæteri ancillantur, quique eſt in anteriori cerebri ventriculo: ſed vocat peritiam quandam & experientiam, quæ ex hominum congreſſu ſenſim colligitur, appellaturque a Cic. *communis prudentia.* TURNEB. Vide ad Phædr. lib. 1. Fabul. 7.

72. *In ſchola etiam aliis quæ.*] Tranſpoſita hic eſſe verba, ac *quæ aliis* legendum, ibique diſtinguendum, facile eſt videre REGIUS.

73. *Proderit alicujus objurgata.*] Fere eadem Horatius lib. 1 ſat. IV. 128.

Sic teneros animos aliena opprobria ſæpe
Abſterrent vitiis.

nam *quod uni dictum eſt, quiſque ſibi dictum putat.* Auſon. in Solon. v. 138. Vide Hieron. ad Lætam. Ep. VIII. ALMELOV.

74. *Excitabitur laude æmulatio.*] Colinæi editio, *ipſa excitabitur laude, æmulatione.*

75. *Accendunt omnia hæc animos.*] Vid. Melchior. Junium Method. Eloquent. cap. 4. 23. & Meurſii lib. de Gloria. PAREUS.

76. *Ambitio.*] Eam turpem ſeni eſſe dicit Plinius. lib. III. Ep. 1. Tacit. XV. An. 16. *certamen virtutis & ambitio gloriæ, felicium hominum affectus.* Vide Diog. Laert. lib. IV. Sect. 65. & elegantiſſimum locum apud Philoſtratum in vita Phavorini. pag. mihi 495. ALMEL.

77. *Diſtribuerant.*] *Diſtribuerent.* V. C. Almelov.

78. *Præcedere.*] *Procedere.* And. & Voſſ. ſecund.

79. *Præbebantur*] *Probabantur.* Margo Stephani, Gryphii & hoc etiam placuiſſe Menagio ad Laert. p. 111. Ed. Lond. ſed addere tamen, ſe malle legere *proponebantur*, notavit Almelovenius.

80. *Palmæ contentio.*] *Palma.* Cod. Almel. forte *& nobis ingens de palma contentio.* Voſſ. prim. *ea nobis ingens palma.*

81. *Ducere claſſem.*] Horat Epiſt. II. 1. 75. *Injuſte totum ducit venditque poëma*; ubi *ducere*, præire, præeſſe, ſignificat; ut choros *ducere* apud Horatium; *diem ducere* apud Virg. de Sole & Lucifero. Quid ſit *familiam* ducere, vide apud Menag. Amœnit. Juris cap. XIV. ALMEL. Eſt ergo ducere claſſem, principem ſeu primum locum in claſſe, in ordine obtinere. CAPPER.

82. *Semel*] Irrevocabiliter, hoc loco ſignificat. Quæ enim ſemel duntaxat fiunt, ea irrevocabilia ſunt; ſic Ovidius de virginitate Ep. V. 105. *Nulla reparabilis arte*

triceſimus dies reddebat victo certaminis poteſtatem. Ita nec ſuperior ſucceſſu curam remittebat, & [83] dolor victum ad depellendam ignominiam concitabat. Id nobis acriores ad ſtudia dicendi faces ſubdidiſſe, quam [84] exhortationes docentium, pædagogorum cuſtodiam, vota parentum, quantum animi mei conjectura colligere poſſum, contenderim. Sed, ſicut firmiores in literis profectus alit æmulatio, ita incipientibus, atque adhuc teneris, condiſcipulorum quam [85] præceptoris jucundior, hoc ipſo quod facilior, imitatio eſt. Vix enim ſe prima [86] elementa ad ſpem tollere effingendæ, quam ſummam putant, eloquentiæ audebunt: proxima [87] amplectuntur magis; ut vires arboribus applicitæ, inferiores prius apprehendendo ramos, in cacumina evadunt. Quod adeo verum eſt, ut ipſius etiam magiſtri, ſi tamen ambitioſis utilia præferet, hoc opus ſit, cum adhuc rudia tractabit ingenia, non ſtatim onerare infirmitatem diſcentium; ſed temperare vires ſuas, & ad intellectum audientis [88] deſcendere. Nam, ut [89] vaſcula oris anguſti ſuperfuſam [90] humoris copiam reſpuunt, ſenſim autem influentibus, vel etiam [91] inſtillatis complentur; ſic animi puerorum quantum [92] excipere poſſint, videndum eſt. Nam majora intellectu, velut parum [93] apertos ad percipiendum animos non ſubibunt. Utile igitur eſt habere, quos imitari primum, mox vincere velis. Ita paullatim & ſuperiorum ſpes erit. [94] His adjicio, præceptores ipſos non idem mentis ac ſpiritus in dicendo poſſe concipere, ſingulis tantum præſentibus, [95] quod illa celebritate audientium inſtinctos. [96] Maxima enim pars eloquentiæ conſtat animo. Hunc affici, hunc concipere imagines rerum, & transformari quodammodo ad naturam eorum de quibus loquimur, neceſſe eſt. Is porro, quo generoſior celſiorque eſt, hoc majoribus [97] velut organis commovetur; ideoque & laude creſcit, & impetu augetur, & ali-

Læſa pudicitia eſt, deperit illa ſemel. REGIUS. Ita Virgil. III. Æn. 431.

Quam ſemel informem vaſto vidiſſe ſub antro
Scyllam.

Lucan. II. 147.

——— *ſemel omnia victor*
juſſerat. ubi male MS. *ſimul.* III. 296.

Acciperet felix ne non ſemel omnia Cæſar.

Florus lib. II. cap. 12. *Perſes ſemel in perpetuum victam eſſe Macedoniam, non putabat ex gentis dignitate.* Ubi valde metuo, ne illa *in perpetuum* ſint à mala manu. Nam *ſemel* ſufficeret, quod ita apud Veteres occurrit paſſim. Vid. Torrent. ad Horat. Epod. V. 39. & Bentl ad II. Sat. VIII. 24. & huc vox *decretum* addita docet, quæ finem rei impoſitum per certamen, vel judicium, vel alium modum notat. Liv. X. 19. *conditio qua decretura ſit*, & lib. XXV. 18. *primus clamor & impetus rem decrevit.* Vid. Gronov. ad lib. XXVIII. 14. BURMAN.

83. *Dolor victum ad depellendam ignominiam concitabat.*] Curtius lib. 7. *Incitabat virtutem & ignominiæ demendæ cupido.* Similis locus apud Papinium Statium 2. Thebaid. v. 326.

Cum profugo placuere tori, cervixque recepto
Sanguine magna redit, fractæque in pectore vires,
Bella cupit, ſaltuſque, & captâ armenta repoſcit,
Jam pede, jam cornu melior, pavet ipſe reverſum
Victor, & attoniti vix agnovere magiſtri,

Cæterum MS. Cod. Palat. *repellendam* legit. Elegantius. GEBHARDUS, Crepund. lib. I. cap. II. pag. 32. & MS. Bodl. *repellendam* habet, & Obrecht.

84. *Exhortationes.*] *Exhortationem.* Cod. Alm. Bodl. Andr. Venet. Ald.

85. *Præceptoris.*] *Præceptorum.* Locatellus, Aldus, Stephanus, Colinæus, & alii. V. C. Alm. *præceptoris jocundior.*

86. *Elementa.*] *Metonymia* eſt. *Elementa* namque pro pueris, elementa ipſa diſcentibus, ſunt accipienda. REGIUS. Sic *ſervitia* pro ſervis apud Saluſtium. Seneca eodem ſenſu dixit, *Elementarius ſenex.* CAPPER.

87. *Amplectuntur.*] Voſſ. tert. *Amplectentur.*

88. *Deſcendere*] *Deſcendere debet.* Andr.

89. *Vaſcula oris anguſti.*] Pulcherrimus hic Fabii locus in mentem fuit Lactantio, in aureolo libello de Opificio DEI, cap. 8. *Aurium foramina noluit eſſe nuda & inopſepta, quod & minus decorum & minus utile fuiſſet; quoniam ſimplicium cavernarum anguſtias prætervolare vox poſſet & ſpargi, niſi exceptam per cavos ſinus, & retentam foramina ipſa combiberent, illis ſimilia vaſculis, quibus impoſitis ſolent anguſti oris vaſa compleri.* Ita hunc locum emendavit Jan. Guilielmus, in Menæchm. Quæſt. cap. 3. pag. 407. PAREUS.

90. *Humoris copiam reſpuunt.*] MS. Palat. *reſpumant* habuerat; quod eſſet cum ſpuma & bullis reſpuere JAN. GEBHARD. Crepund. lib. I. cap. II. pag. 13. Voſſ. tert. *humorum.*

91. *Inſtillatis.*] Ita recte in vetuſto exemplari mihi legi videtur. REGIUS. *Inſtillantibus.* Andr. Locatellus, Venet. Stephanus, & Gryphius, &, teſte Philandro, Agricola: parum refert. Nam & activa vi hoc verbum, & ut neutrum occurrit. Ovid. Ep. XIX. 153.

Ecce merum nutrix fauſtos inſtillat in ignes.

Sic *ſtillata cortice myrrha* eidem X. Metam. 501. & I. Metam. 112.

Flavaque de viridi ſtillabant ilice mella.

BURMAN.

92. *Excipere.*] *Accipere.* Stephanus, Vaſcoſ. Colinæus; & Roignii.

93. *Aptos.*] Editio Lugdunenſis *velut parum aptos.* Qua abjecta lectione, Codicum MSS. Bodl. Joan. editorum etiam Ald. & Steph. marginalem lectionem amplectimur; μεταφορὰν enim quandam proſequi videtur Fabius, a *vaſculis oris anguſti* deſumptam, innuitque puerorum animos, velut anguſtiora vaſcula, eſſe parum apertos ad percipiendum. Error videtur promanaſſe ex conciſa ſcriptione ſyllabæ *per*, virgula per caudam literæ *p.* ducta, qua à librariis quibuſdam parum deprehenſa, pro *apertos* ſcripſerant *aptos:* ita in præfat. *ut Cicero apertiſſime collegit*, editio Aldina legit *aptiſſime.* Idem evenit in aliis etiam vocabulis; nam ex eodem fonte profluxit, quod lib. XII. cap. II. codices alii *ope*, alii *opere* legant. Hoc ſemel ſatis ſit monuiſſe, quod diligenter obſervatum Codices vetuſtos perlegentes plurimum adjuvabit. GIBSON. *apertos*, etiam Gebh. lib. I. Crep. 13. ex MS. legit, ut & Cod. Almel. & Gryphii editio; & probo: ut maneat in eadem *metaphora.* Et ita confundi has voces in præfatione jam vidimus. Sic fere Lucas de Lydia Act. XVI. 14. ἧς ὁ κύριος διήνοιξε τὴν καρδίαν, προσέχειν τοῖς λαλουμένοις ὑπὸ τοῦ Παύλου. BURMAN.

94 *His adjicio.*] Poſt egreſſionem, quam de ambitione & imitatione fecit, ad inſtitutum redit, & commoda publicarum ſcholarum adfert, ac oſtendit præceptorem longe melius in turba docere, quam in ſolitudine. TURNEB.

95. *Quod illa celebritate.*] *Quam*, Venet. *Quantum*, Sich.

96. *Maxima enim pars.*] Maxima pars eloquentiæ poſita eſt in affectu, qui fit vel ſedandis auditorum mentibus, vel inflammandis. Sed, ut Orator affectum concitet, primum affici debet; quod fit (ut ait Fabius) per *phantaſiam*, id eſt, viſionem, quæ rerum abſentium imagines nobis repræſentat; ac Oratorem ſuum *euphantaſiotum* eſſe cupit. TURNEB.

97. *Velut organis.*] *Metaphora* eſt ducta ab artibus mechanicis; illic enim majora pondera majori etiam difficultate, & majoribus inſtrumentis moventur. TURNEB.

quid magnum agere gaudet. Eſt quædam tacita dedignatio, vim dicendi tantis comparatam laboribus, ad unum auditorem [98] demittere. Pudet [99] ſupra modum ſermonis attolli. Et ſane [100] concipiat quis mente vel [101] declamantis habitum, vel [102] orantis vocem, inceſſum, pronuntiationem, illum denique animi & corporis motum, [103] ſudorem, ut alia præteream, & fatigationem; audiente uno, nonne quiddam pati furori ſimile videatur? Non eſſet in rebus humanis eloquentia, ſi tantum cum ſingulis loqueremur.

98. *Demittere*] Voſſ. tert. *ad unum dimittere*.

99. *Supra modum ſermonem attollere*. Sic quidem in aliis legitur. In vetuſto autem codice recte ſic eſt ſcriptum, *Pudet ſupra modum ſermonis attolli*; ut intelligamus Rhetorem uni vacantem, nulla umquam contentione vocis uti; ſed ſemper intra ſermonem, qui omni contentione caret, ſe continere. *Sermo* enim eſt oratio remiſſa, & finitima quotidianæ locutioni. REGIUS. Ita & codex Almel. & probat Gebh. lib. 1. Crep. 11. ex lib. 11. cap. 14. *qui nihil ſupra quotidianum ſermonem attollere audeant*. Vide plura apud eum.

100. *Concipiat quis*] *Quis concipiat*, Aldus. Sed Regius jam monuit *quis* poſt ponendum.

101. *Declamantis habitum*.] Id eſt, ejus qui ficto ſe argumento exerceat, τὸ σχῆμα formam, figuram; Gallice, *la mine, la contenance, l'air*. CAPPER.

102. *Orantis*.] Id eſt, ejus qui veram ſeriamque cauſam in foro agat, &c. CAPPER.

103. *Sudorem, & ut alia*.] *Sudorem (ut alia præteream) & fatigationem*. V. C. Alm. Locatellus, Aldus, Gryph. Colinæus, & alii.

CAPUT III.

Qua ratione [1] puerorum ingenia dignoſcantur, & quomodo tractanda ſint.

TRADITO ſibi puero, docendi peritus ingenium ejus in primis IV.
naturamque [2] perſpiciat. Ingenii ſignum in parvis præcipuum, [4] memoria eſt. Ejus duplex virtus, facile percipere, & fideliter [5] continere. [6] Proximum, imitatio; nam id quoque eſt docilis naturæ; ſic tamen, ut ea quæ diſcit, effingat, [7] non habitum forte [8] & inceſſum, & ſi quid in pejus notabile eſt. Non dabit mihi ſpem bonæ indolis, [9] qui hoc imitandi ſtudio petet, ut [10] rideatur. Nam probus quoque in primis erit ille vere ingenioſus: alioqui [11] non pejus duxerim tardi eſſe ingenii, quam mali. Probus autem ab illo ſegni & jacente plurimum aberit. [12] Hic meus, quæ tradentur, non difficulter [13] accipiet; quædam etiam [14] interrogabit; ſequetur tamen magis, quam præcurret. [15] Illud ingeniorum velut præcox genus, [16] non temere umquam pervenit ad frugem. Hi ſunt, qui parva facile faciunt; & audacia provecti, [17] quidquid illic poſſunt, ſtatim oſtendunt. Poſſunt au-

1. *Puerorum.*] *In parvis*. Locatelli, Stephani, & Colinæi, & aliæ editiones.

2. *Tradito.*] Quo pacto explorare debeat ingenium pueri præceptor, docet Fabius; quam rem fuſius tractat lib. 2. cap. 9. ac illic ait hoc eſſe faciendum, ut certus ſtudiorum habeatur delectus, ac, ſi qua in re peccet pueri natura, a præceptore emendetur ingenium. TURNEB.

3. *Perſpiciat.*] Cum præcipiat doctoribus, ut traditorum ſibi puerorum ingenia dignoſcat, rectius *perſpiciat*, quam *perſpiciet* legendum eſt; *docendi* quoque, non *dicendi* legendum eſt, ut in quibuſdam exemplaribus eſt depravatum. REGIUS. *Proſpiciet*, MS. Bodl. & Aldus. *Ingenium ejus, inprimiſque naturam perſpiciat*, Sich. Voſſ. prim. *proſpiciat*.

4. *Memoria.*] Memoriam latius fundit Quinctilianus, quam ſoleant Philoſophi. Nam Philoſophi virtutem eſſe finiunt, qua, quæ didicimus, fideliter continemus. Quinctilianus autem ſub illius nomine etiam ingenii acumen eſt complexus. TURNEB.

5. *Continere.*] *Retinere*, MS. Joan.

6. *Proximum imitatio.*] Id eſt, memoriam quæ præcipuum eſt in parvis ingenii ſignum, proxime ſequitur imitatio. CAPPER.

7. *Nam habitum.*] Sic quidem legitur: ſed corrupte; nullum enim eſt verbum, ad quod accuſativi illi referri poſſint, nullus denique integer ſenſus. Sic vero facile emendari poteſt, ſi *nam* particula eradatur, ac loco ejus *non* negandi adverbium reponatur. Sic autem corrigenti mihi priſcum quoque exemplar, non ratio modo, accedit. *Ingreſſum* quoque pro *inceſſu* in illo ſcriptum animadverti. REGIUS. *Ingreſſum* etiam V. C. Almel. Bodl. Andr. & Voſſ. omnes.

8. *Et inceſſum.*] Nam nihil eſt facilius, quam amictum imitari alicujus, aut ſtatum, aut motum, Cicer. de Orator. lib. 11. cap. 22. ALMELOV.

9. *Qui hoc imitandi ſtudio petit.*] Jan. Gebhard. Crepund. lib. 1. cap. 1. pag. 2. *Qui hoc imit. ſtudio patet, ut irrideatur*: ſed mox vulgatæ etiam ſuum pondus ineſſe judicat. Francius *petet*.

10. *Rideatur.*] *Irrideatur*. M. Bodl.

11. *Non prius duxerim.*] *Pejus*, non *prius* ſenſui congruit; ſicque eſt legendum. REGIUS. Ita Stephanus, Aldus & alii. *Prius duxerim*, Venet. Col. Sich. Par. Vaſc. marg. Steph. marg. Gryph. *duxerim* etiam Venet.

12. *Hic meus.*] Supple, diſcipulus, aut puer quem inſtituere & optimum Oratorem efficere volo. CAPPER.

13. *Accipiet.*] Si per ſcriptos liceret, mallem *arripiet*. Quod proprium de docilibus. Vide Heinſ. ad Ovid. VIII. Metam. 241. BURMAN.

14. *Interrogabit.*] Intelligitur ea virtus quæ *ἀγχίνοια*; id eſt, *ſolertia* dicitur; qua, ex his quæ tradita ſunt nobis, alia colligimus. TURNEB.

15. *Illud ingeniorum velut præcox genus.*] Videatur Melchior Junius Part. 2. polit. quæſt. pag. 71. &c. Michael Piccartus obſerv. hiſtor. polit. dec. 12. cap. 5. pag. 373. &c. Coel. Rhodigin. lib. 10. cap. 20. & lib. 31. cap. 6. Julii Guil. Zincgrefius Embl. Ethico-Polit. 63. pag. 19. 20. PAREUS. *Ingenioſorum*. Andr. & Obrecht. *præceps genus*, Ald. Sich. in margin. Voſſ. tert. *præcoquum*.

16. *Non temere.*] Fabius in negativa oratione *temere* dicere ſolet, pro *frequenter*, cum alias ſignificat *inconſulto* & *inconſiderate*, ut Eraſmus adnotavit. MOSELLANUS. *Non temere*, hoc eſt, fere numquam; qua in ſignificatione frequentiſſime invenitur apud eos, qui poſt Ciceronem floruere; Livium dico, Plinium, Tranquillum & alios. REGIUS.

17. *Quicquid illud poſſint.*] Palat. *illi*. Gebhard. legit: *Et audacia provecti, quicquid illico poſſunt, ſtatim oſtendunt*, lib. 1.

tem id demum [18] quod in proximo eſt; verba continuant, hæc vultu interrito, nulla tardati verecundia, proferunt; non multum præſtant, ſed cito. Non ſubeſt vera vis, nec penitus immiſſis radicibus [19] nititur; ut quæ [20] ſummo ſolo ſparſa ſunt ſemina, celerius ſe effundunt, & [21] imitatæ ſpicas herbulæ inanibus ariſtis ante meſſem flaveſcunt. Placent hæc [22] annis comparata, deinde ſtat profectus, admiratio decreſcit. [23] Hæc cum animadverterit, [24] perſpiciat deinceps, quonam modo tractandus ſit diſcentis animus. Sunt quidam, niſi inſtiteris, remiſſi; quidam imperia [25] indignantur; quoſdam continet metus, quoſdam debilitat; alios [26] continuatio extundit, in aliis plus impetus facit. [27] Mihi ille detur puer quem laus excitet, quem gloria juvet, qui victus fleat. Hic erit alendus ambitu, hunc mordebit objurgatio, hunc honor excitabit, in hoc deſidiam numquam verebor. [28] Danda eſt tamen omnibus aliqua remiſſio; non ſolum quia nulla res eſt, quæ perferre poſſit continuum laborem, atque ea quoque quæ ſenſu & anima carent, ut ſervare vim ſuam poſſint, velut alterna quiete [29] retenduntur; ſed quod ſtudium diſcendi voluntate, quæ cogi non poteſt, conſtat. Itaque & virium plus afferunt ad diſcendum renovati ac recentes, & acriorem animum qui fere neceſſitatibus repugnat. Nec me offenderit luſus in pueris; eſt & hoc ſignum alacritatis; neque [30] illum triſtem ſemperque demiſſum, ſperare [31] poſſum erectæ circa ſtudia mentis fore, cum in hoc quoque, maxime [32] naturali ætatibus illis, impetu jaceat. Modus tamen ſit remiſſionibus, ne aut odium ſtudiorum faciant negatæ, aut otii conſuetudinem nimiæ. Sunt etiam nonnulli acuendis puerorum ingeniis non inuti-

Crep. 7. Aldus omittit *illud*, ut & Colinæus, & Sich. *illic* Steph. Gryphius, & Obrecht. qui tamen poſtea cum Gebhardo *illico*, probavit. *Illi* Locatellus; *ibi* Vidovæus, Colon. At V. C. Alm. *quidquid illud ſunt.*

18. *Quod in proximo.*] Quod ſibi facile eſt, & in promptu, quod ſuis qualibuſcumque viribus eſt accommodatum. CAPPER.

19. *Nititur.*] *Innititur*, Aldus, Gryphius, Sich. & Vidovæus. Sed Cicer. pro Cælio 6. *Niſi tot vitiorum tanta immanitas quibuſdam facilitatis & patientiæ radicibus niteretur:* & v. Tuſc. 3. *quod ita eſſet ortum e terra, ut ſtirpibus ſuis niteretur:* & ipſe noſter cap. 1. *profectus altis radicibus nixus paretur.* Eumenius Paneg. Conſtant. cap. III. *Solis virtutis nixa radicibus ad tantum potentiæ robur invaluit.* BURMAN.

20. *Summo ſolo.*] Id eſt, in ſuperficie terræ. CAPPER.

21. *Imitatæ ſpicas.*] vide Gebh. ad Propert. IV. eleg. 5. verſ. 47.

22. *Annis comparata.*] Id eſt, habita ratione annorum quos nati ſunt. CAPPER.

23. *Hæc cum animadverterit.*] Poſtquam de *ingenio* eſt locutus, nunc de *natura* agit; ut pro naturali ipſius animi habitu, aliter atque aliter a præceptore puer impellatur ad literas. TURNEB.

24. *Perſpiciat.*] *Proſpiciat*, MSS. Bodl. Obrech. Voſſ. ſecund.

25. *Indignentur.*] Ut ſit indicativi modi, *indignantur*, legendum eſt, non *indignentur*; hoc eſt, moleſte ferunt: eſt autem notanda locutionis figura; indignatur enim imperium, qui ſe indignum putat, cui imperetur. RAPH. REG. *Dedignantur*, MS. Bodl.

26. *Continuatio extundit.*] Colonienſe exemplar *contundit*, hoc eſt, adobruit, atque prægravat, velut fatiſcentia ingenia: in MS. exemplari ſcriptum inveni *retundit*, id eſt, abſterret. At fortaſſe haud abſurde legitur *continuatio extundit*, facili lapſu in illa perpetua crate literarum eodem ductu eadentium; ut ſit iſta ſententia auctoris; *Quidam alacrius ſtudia capeſſunt, non ſponte, ſed quaſi minis ad id adacti, quum alii ſuopte impetu ad id ferantur:* præſertim quum de animorum diverſitate loquatur auctor, non de ſtudiis: alioqui prima ex omnibus lectio integrior fuerit. HADR. JUNIUS. lib. Animadv. III. cap. 26. Exponunt vulgo hunc locum hoc modo, ut dicant continuitate præcipiendi quorumdam ingenia obtundi. Sed cum hæc oratio conſtet *antithetis*, hic videtur eſſe ſenſus, ut intelligamus continuationem præceptionis extorquere & exprimere, ideoque efficere, ut nonnulli literas adipiſcantur. TURNEB. Legerem, *aliis continuatio extundit*, ſenſim & tarde exprimit ea quæ facienda illis præſcribit magiſter, & quæ celerioris ingenii ſtatim primo impetu effundunt; opponitur enim continuatio impetui qui promptos facit, ut illico faciant. Et ita hac voce Virgilius, Horatius, & alii utuntur; nam quod Regius per *hebetat & torpentes ac ſtupidos reddit*, fruſtra eſt. Rectius Turnebus. Valer. Max. V. II. 10. *Perſeveranti poſtulatione extuderunt. Contundit* etiam Sichardi editio. BURMAN.

27. *Mihi ille.*] Quinctilianus (ut Valla docet) in puero illo quem oratorem efficere molitur, plus poſſe dicit voluntatem quandam quæ gloria accendatur, quam nimium ingenii acumen. TURNEB.

28. *Danda eſt tamen omnibus aliqua remiſſio.*] Seneca de tranq. cap. 15. *Danda eſt remiſſio animis, nec in eadem intenſione æqualiter retinenda mens: ſed ad jocos revocanda, &c.* In eandem ſententiam. Ovid. Pont. I. 4.

Otia corpus alunt. Animus quoque paſcitur illis.
Immodicus contra carpit utrumque labor.

Et Papin. Stat. IV. Silv.

——vires inſtigat alitque
Tempeſtiva quies; major poſt otia virtus. COLOMES.

29. *Retinentur.*] Conſervantur. Quod vero quidam *retenduntur* legunt, non procedit; cum de omnibus inanimatis, non ſolum de arcu loquatur; tametſi ad illum Ovidii verſum alludere videatur, Epiſtol. IV. 91.

Arcus, (& arma tuæ tibi ſunt imitanda Dianæ)
Si numquam ceſſes tendere, mollis erit. REGIUS.

Retenduntur. Remittuntur, laxantur. Nam hanc vim, *re*, habet, ut *recludo*, *reſigno*: ſimilitudine ducta ab arcubus, quibus cum ſagitarii non uti cogitent, ne nervos quidem accommodare ſoleant. CAMERAR. Comparationem aliam arcus cum animo humano facit Mimus apud Senecam relatus, *Arcum intenſio frangit, animum remiſſio*, ubi intelligenda eſt nimia animi remiſſio & ignavia. Nam, ut prudenter ſubjicit Fabius noſter, *Modus ſit remiſſionibus, &c.* Vide Phædrum Fabula 53. Eraſmum in Proverb. *Arcus tenſus rumpitur.* Lud. Creſollii vacat. autumnal. lib. 1. cap. 1. Melch. Junii orat. part. 1. pag. 388. de ludis Adoleſcent. Plutarchi libell. περὶ παίδων ἀγωγῆς. Jul. Gul. Zincgrefii Emblem. Ethico-Polit. 59. & 73. PAREUS. *Retenduntur* ediderunt Aldus, Stephanus, Gryphius, & Roignii. Sed MS. Bodl. Andr. & Voſſ. ſecund. Venet. Col. Par. & alii *retinentur*. Rectius, & ita V. C. Almel. eſt enim *retinere* idem quod tueri, conſervare. Ita Quadrigarius apud Gell. II. 2. *filium collaudavit, quod imperium, quod populi eſſet, retineret;* & ita Spart. Adrian. cap. 10. *labantem diſciplinam, incuria ſuperiorum principum, retinuit.* Tacit. Hiſt. II. 10. *id Senatuſconſultum varie jactatum retinebatur*, IV. ann. 61. *monumenta ingenii ejus haud perinde retinentur.* Et ita ille ſæpius. Gallæo placebat neutrum, & corrigebat *rependuntur*, ut Ovidius Epiſt. XV.

Ingenio formæ damna rependo meæ:

Sed male; ibi enim longe alius ſenſus. BURMAN.

30. *Illum triſtem.*] *Ullum.* MS. Joan. & Voſſ. tert.

31. *Poſſum.*] Voſſ. tert. *poſſim.*

32. *Naturali ætatibus illis impetu jaceat.*] *Naturalia jaceant.* V. C. Alm.

les luſus, quum poſitis invicem [33] cujuſque generis quæſtiunculis [34] æmulantur. Mores quoque ſe inter ludendum ſimplicius detegunt; [35] modo nulla videatur ætas tam infirma, quæ non protinus quid rectum pravumque ſit, diſcat, tum vel maxime formanda, cum ſimulandi neſcia eſt, & præcipientibus [36] facillime cedit. Frangas enim citius, quam corrigas, quæ in pravum induruerunt. Protinus ergo, ne quid cupide, ne quid improbe, ne quid impotenter faciat, monendus eſt puer; habendumque in animo ſemper illud Virgilianum,

[37] *Adeo in teneris conſueſcere multum eſt.*

Cædi vero [38] diſcentes, [39] quamquam & receptum ſit, & Chryſippus non improbet, minime velim. Primum, [40] quia deforme atque ſervile eſt; & certe, quod convenit, ſi ætatem mutes, [41] injuria. Deinde, [42] quod, [43] ſi cui tam eſt mens illiberalis, ut objurgatione non corrigatur, is etiam ad plagas, ut peſſima quæque mancipia, durabitur. Poſtremo quod ne opus quidem erit [44] hac caſtigatione, ſi aſſiduus ſtudiorum [45] exactor adſtiterit. [46] Nunc fere negligentia pædagogorum ſic emendari [47] videntur, ut pueri non facere, quæ recta ſunt, cogantur; ſed [48] cum [49] non fecerint, puniantur. Denique cum parvulum verberibus coëgeris, quid juveni facias, cui nec adhiberi poteſt hic metus, & majora diſcenda ſunt? Adde, quod multa vapulantibus dictu deformia, & mox verecundiæ futura, ſæpe dolore vel metu [50] accidunt; qui pudor [51] refringit animum, & abjicit, atque ipſius lucis fugam & [52] tædium dictat. Jam ſi minor in [53] deligendis cuſtodum & præceptorum moribus fuit cura, pudet dicere, [54] in quæ probra nefandi homines iſto cædendi jure abutantur, quam det aliis quoque nonnumquam occaſionem hic miſerorum metus. Non morabor in parte hac. Nimium eſt quod intelligitur. Quare hoc dixiſſe

33. *Cujuſcumque.*] *Cujuſque.* V. C. Alm. Gibſon.

34. *Æmulantur.*] Sic & Livius abſolute poſuit, l. XXXVIII. 43. *tamquam mihi ab infimo quoque periculum ſit, ne mecum æmuletur.* BURMAN.

35. *Modo nulla videatur.*] Gallæus conjiciebat, *nam nulla videtur.*

36. *Facillime cedit.*] Alias *cedit*, id eſt, flectitur, ac referatur ad *corrigas*, quod ſequitur. PHILANDER. Ita legendum ſenſus & ſequentia poſtulant: Gryphius & Sich tamen ediderunt *facile credit*, & Vaſcoſ. in margine; niſi quod ille *facillime* habeat.

37. *Adeo in teneris.*] *A teneris.* Locatelli editio, ut etiam quidam codices Virgiliani. Vide Pierii notas; eſt autem ex II. Geor. 272.

38. *Diſcentes.*] *Diſcipulos.* V. C. Alm. Venet. Par.

39. *Quamquam illud receptum ſit*] Loco illius pronominis *illud*, & copula in vetuſto exemplari emendate legitur, hoc modo; *quamquam & receptum ſit, & Chryſippus non improbet.* REGIUS. Videatur Seneca de Providentia pag. 710. Melch. Jun. part. II. quæſt. polit. 46. pag. 94 &c. Lud. Lavateri comment. in Prov. Salom. 132. cap. 23. Fabius infra lib. II. cap. 2. & cap. 4 PAREUS. *Id receptum*, Vaſc. *id præceptum*, Andr. Bernenſ. *quamlibet id receptum ſit.*

40. *Quia deforme.*] *Quod* Gebh. I. Crepund. 7.

41. *Injuria.*] *Injuriæ* V. C. Alm. Bodl. & ita Gebh. ibid. ſed male; *quod convenit*, eſt *inter omnes conſtat*, ut ſæpe Cicero utitur. Niſi Andreanæ editionis lectio placet, & *certe, quod tunc convenit, ſi ætatem mutes, injuria.*

42. *Quod.*] Deeſt in MS. Bodl. Editiones Lugdunenſis, aliæque ordinem immutantes ponunt, *ſi cui tam eſt mens illiberalis.* Sed noſtræ ſuffragantur editiones Ald. ac Sichardi, atque etiam (ni fallor) ipſa Latini ſermonis indoles. GIBSON.

43. *Si cui tam eſt mens illiberalis, &c.*] Huc pertinet locus Senecæ, lib. I. de Clement. cap. 16. PAREUS.

44. *Hac caſtigatione.*] *Hac tempeſtate, caſtigatione*, Andr. *objurgatione*, MS. Joan. quod verum puto, ſed mutatum ab illis qui *objurgare* non dici crederent, niſi de verbis: ſed tu vide Clariſſim. Grævium ad. Flor. I. cap. I. & commentatores ad Petron. XXXIV. BURMAN.

45. *Exactor exſtiterit.*] In vetuſto codice rectius ſcriptum eſſe videtur *adſtiterit*; oportet enim pædagogum aſſidue puero diſcenti adſiſtere. REGIUS. Et ſic Aldus, Stephanus, Gryphius, Colinæus. & alii. Et ita capite præcedenti; *neque enim ediſcenti, &c. præceptor aſſiſtit*; & cap. XI. *tam mihi diligens aliquis ac peritus aſſiſtat.* *Exactor* autem eleganter, ut *exactor ſupplicii*, Liv. II. 5. & XXXIX. 18. Vid. Lipſ. Tacit. III. an. 14. & ita *adeſſe*, ut hic *adſtare*, Ovidius Epiſt. XI. 7.

Ipſe necis cuperem noſtræ ſpectator adeſſet,
Auctoriſque oculis exigeretur opus. BURMAN.

46. *Nunc fere.*] *Vero*, MS. Bodl. Andr. Obrecht.

47. *Videntur.*] N. litera craſa, *videtur* eſt legendum, ut ſit *negligentia videtur.* REGIUS. *Videntur*, Aldus, Gryphius, Colinæus, & alii; & mea ſententia rectius, ut *negligentia* ſit ablativi caſus; ſed præterea puto tranſponenda verba, *nunc fere negligentia pædagogorum ſic emendari videntur pueri, ut non facere*, &c. agit enim de puerorum pœnis, non Pædagogorum, ut Regius videtur velle. Gallæus vehementiorem medicinam attulit huic loco, & verba *emendari videntur*, gloſſema putans, legit; *nunc fere negligentia pædagogorum ſit, ut pueri facere quæ recta ſunt cogantur, & cur n. f. p.* ſed hoc eſt urere & ſecare. BURM.

48. *Cur.*] Ita Locatellus, Stephanus, Colinæus, Obrecht. & alii: ſed Aldus *cum*, recte, mea ſententia. Philander etiam *quod*, vel *cum*, emendabat.

49. *Non fecerint.*] Voſſ. prim. *non fecerunt.*

50. *Accidunt.*] *Accider.* V. C. Alm. quod eſt *accidere*, & tunc dele *quod. Acciderunt*, MS. Bodl. Andr. ſed Gryphius & Sich. *exciderunt*, ut de verbis turpibus quæ incogitanter proferuntur, capiatur. Ita Ovid. VII. Met. 17.

————*Quod, inquit,*
Excidit ore pio?

Virgil. II. 658.

Tantumque nefas patrio excidit ore?

Sed quia hic non de verberantibus magiſtris, ſed de vapulantibus diſcipulis agitur, vulgatam malo. Accidunt illis enim, præſertim ſi nates præbere cogantur, dictu deformia: quare eos pudet in poſterum. BURMAN.

51. *Refringit.*] *Refringit*, legendum, ut *infringit.* REGIUS. V. C. tamen Alm. *refrangit*; ut & Voſſ. prim. tert. Bernenſ. De verbo vero *refringere*, vide Paſſer. ad Prop. III. 3. pag. 421 adſcripſerat vero Cl. Almelovenius Plinii locum ex lib. IV. Ep. 7. *Recta ingenia debilitat verecundia, perverſa confirmat audacia.*

52. *Tædium dictat.*] Ἀκηδία. Juvenal. Sat. 7. *Tædia tunc ſubeunt animos, tunc ſeque ſuamque Terpſichoren odit.*

52. *Et tædium*] *Ut & tædium.* V. C. Almel.

53. *Eligendis.*] *D* litera adſcripta *deligendis* in priſco recte legitur exemplari. REGIUS. *Eligendis*, Locatelli, Aldi, Colinæi & aliorum editiones. Sed aliæ rectius *deligendis.* Ovid. XIV. Metam. 678

Vertumnumque tori ſocium tibi delige.

& ita paſſim Cicero, & alii. BURMAN.

54. *In quæ probra*] Ita *probrum* pro impudicitia & ſtupro paſſim Suetonius, V. Cæl. 43. Aug. 65. & alibi. Et *Probri damnatus*, Liv. XXV. 2. BURMAN.

ſatis eſt, in ætatem infirmam, & injuriæ obnoxiam, [55] nemini debere nimium lice-re. Nunc quibus [56] inſtituendus ſit artibus, qui ſic formabitur, ut fieri poſſit orator, & quæ in quaque ætate inchoanda, dicere ingrediar.

55. *Nemini debet.*] *Debere*, Stephani, Par. Vaſc. Colinæi, Roignii, & Vidovæi editiones.

56. *Inſtituendus ſit.*] *Eſt*, V. C. Almel.

CAPUT IV.

De Grammatica. De literis & earum poteſtate, & orationis partibus. Declinare in primis nomina & verba ſcire oportet pueros, & genera noſſe ac caſus. Tum de verbis & verborum appellationibus.

V. [1] PRIMUS in eo qui legendi ſcribendique adeptus erit facultatem, [2] Grammaticis eſt locus. Nec refert de Græco, an de Latino loquar: quamquam Græcum eſſe priorem placet. Utrique eadem via eſt. [3] Hæc igitur profeſſio, cum breviſſime [4] in duas partes dividatur, recte loquendi ſcientiam, & poetarum enarrationem, plus habet [5] in receſſu, quam [6] fronte [7] promittit. Nam & ſcribendi ratio conjuncta cum loquendo eſt, & enarrationem præcedit emendata lectio, & mixtum his omnibus judicium eſt; [8] quo [9] quidem ita ſevere ſunt uſi [10] veteres Grammatici, ut non verſus modo cenſoria quadam virgula notare, & libros, qui falſo viderentur inſcripti, tamquam [11] ſubdititios ſummovere familia permiſerint ſibi; ſed auctores alios [12] in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero. Nec poëtas legiſſe

De Grammatica inſcribitur hoc caput, non autem, ut quidam depravarunt, *Artium fundamentum Grammaticam.* Non enim hoc ſolum colligitur: ſed alia quoque multa; cum uſque ad illud caput protendatur, quod inſcribitur *de officio Grammatici.* Quamvis quidam imperite admodum in multa capitula diſtraxerint, ineptaſque inſcriptiones appoſuerint. REGIUS.

1. *Primus.*] Poſtea quam puer apud literatorem (quem appellant *Grammatiſtam*) prima elementa didicit, eſt Grammaticis committendus. Optimo igitur doctrinæ ordine Fabius de Grammatica hic præcipit, cujus encomium addit, & amplificationem. TURNEBUS.

2. *Grammaticis.*] Non putandum eſt, hunc eſſe dativum a nominativo *Grammaticus;* ut plurimi, quamvis peſſime, putant: ſed a nom. *Grammatice*, ut hoc clare demonſtrat Henr. Stephanus cap. 111. de abuſu Linguæ Græcæ. ALMELOV. Sed quomodo tunc ſequentibus *Græco*, *Latino*, *priorem* cohæreat, non video, nec liber Stephani ad manum eſt; & mox ſub *Græco* & *Latino* ſubintelligere *ſermonem*, quia capite primo dixerat, *a ſermone Græco puerum incipere malo*, coactum & violentum puto. BURMAN.

3. *Hæc igitur.*] Diomedes Grammaticam dividit in *horiſticen*, id eſt, *finitivam*, quæ præceptiones recte ſcribendi & recte loquendi tradit, quam quidem partem artibus ſuis Grammatici duntaxat complectuntur; & *exegeticen*, id eſt, *enarrativam*, quæ poëtarum & hiſtoricorum explicationem docet. Ea utuntur Grammatici, cum profitentur. TURNEB.

4. *In duas partes, &c.*] Grammaticus recte loqui docet. Grammaticus Poëtas enarrat. Neque vero recte loqui, niſi recte ſcribat, poteſt: cum ſit * ſtylus optimus dicendi magiſter, nequit enarrare Poëtas, niſi emendatos: quæ omnia judicium poſtulant. Varroni IV. partibus Grammaticæ officia conſtant, Lectione, Enarratione, Emendatione, Judicio. PITHOEUS. Cicero in Oratore lib. 1. cap. 41. quatuor enumerat, *Poetarum pertractationem*, *hiſtoriarum cognitionem*, *verborum interpretationem*, *& pronuntiandi quendam ſonum.* Vide & Sext. Empir. adverſ. mathemat. l. 1. cap. IV. ALMELOV.

5. *In receſſu.*] Id eſt, plus habet in intimo ſeu interiori naturæ ſuæ fundo, quam in externa ſuperficie promittit. Huc pertinent Terentiani Mauri verſus in præfatione Grammatices,

Quid ſit litera, quid duæ
Junctæ, quid ſibi ſyllabæ,
Dumos inter & aſpera,
Scrupoſis ſequimur vadis.
Fronte exile negotium,
Et dignum pueris putes:
Aggreſſus [malim aggreſſis] *labor arduus,*
Nec tractabile pondus eſt, &c. CAPPER.

6. *Fronte.*] Libet hunc locum illuſtrare Phædri verbis lib. IV. præfat.

Non ſemper ea ſunt, quæ videntur, decipit
Frons prima multos, mens intelligit,
Quod interiore condidit cura angulo. ALMELOV.

7. *Promittit.*] V. C. Alm. *prominat.* Neſcio autem unde editionis Hackianæ curatores τὸ *in* petierint, cum MSS. Bodl. Alm. Locatelli, Stephani, Aldi, Gryphii, Colinæi, & aliæ, quas vidi, editiones habeant *fronte promittit.* Licet Gibſon etiam *in* receperit.

8. * *Quo quidem.*] Olim Poëmatum cenſores, critici, id eſt, judices, appellabantur, qui iidem Grammatici quoque erant, & (ut ſcribit Dion) res utraque manavit ab Ariſtotele. TURNEBUS.

9. *Quidam.*] Legendum *quidem* eſſe, tum ex ratione, tum ex antiquo exemplari collegi. REGIUS. *quidam*, Ald. Par.

10. *Veteres Grammatici.*] Critici duabus notis utebantur; *aſteriſco*, cum aliquid deeſſe ſignificabant; *obeliſco*, cum aliquid adjectum notabant. TURNEBUS. Vide Iſidor. lib. 1. cap. 20. Horat. Art. Poët. Hieronym. lib. 2. Epiſt. 4. Sueton. de Valerio Probo: *Multa exemplaria contracta emendare, ac diſtinguere & adnotare curavit; ſoli huic, nec ulli præterea, Grammatices parti deditus* ALMELOV. Vide Wouwer. de Polymath. cap. XVII. De *obelo* vide & ampl. Cuper. 1. obſ. 15. locis vero, quæ improbabant, appoſuiſſe Θ. docet Reineſ. 1. var. 7. ut contra Λ. quæ laudabant. Ernſt. ad Val. Prob. cap. x pag. 137. Græcos appoſuiſſe X. vel XP. Schol. & Stanl ad Æſchyl. Sept. contra Theb. 79. & Choephor. 552. & Barnes ad Euripid. Hipp. 1192. BURMAN.

11. *Subdititios.*] *Subditos.* V. C. Almelov. Bodl. Joan. Andr. ita & Gebh. 1. Crep. cap. 14. Inde ducta eſt hæc *metaphora*, quod adulterini ac ſubdititii liberi familia ſummoveantur, nec in partem veniant hæreditatis. CAPPER.

12. *In ordinem redegerint.*] Hoc eſt, Priſciano auctore, inter viles & abjectos connumerarint. Contra *e numero eximere*, eſt eximium atque egregium aliquem conſtituere. REGIUS. Vide Meurſ. exerc. crit. part. II. lib. 1. cap. 5. Raphaeli Regio aſſentiri non poſſum, quatenus putabat τὸ *eximere numero*, idem ſonare quod, *eximium atque egregium aliquem conſtituere.* Contra exiſtimo hac locutione ſignificari, *aliquem nullo in numero pretiove habere, eum cenſere indignum qui aliquo in numero habeatur.* Sic apud Horat. lib. 2. Od. 2. *numero beatorum eximit virtus.* Et certe τὸ *eximere numero* idem valet quod, *non redigere in numerum*, qua loquendi for-

ſatis

ſatis eſt : excutiendum omne ſcriptorum genus , non propter hiſtorias modo , ſed verba quæ frequenter jus ab auctoribus ſumunt. Tum nec citra muſicen Grammatice poteſt eſſe perfecta , cum ei [13] de metris rhythmiſque dicendum ſit. Nec , ſi [14] rationem ſiderum ignoret, poëtas intelligat, qui (ut alia [15] mittam) toties ortu occaſuque ſignorum in declarandis temporibus [16] utuntur. Nec ignara philoſophiæ, cum propter plurimos in omnibus fere carminibus locos ex intima quæſtionum [17] naturalium ſubtilitate repetitos , tum vel propter [18] Empedoclem in Græcis , Varronem ac [19] Lucretium in Latinis , qui [20] præcepta ſapientiæ verſibus tradiderunt. Eloquentia quoque non mediocri eſt opus, ut de unaquaque earum, quas demonſtravimus, rerum dicat proprie & copioſe. Quo minus ſunt ferendi , qui hanc artem , ut tenuem ac jejunam, cavillantur , quæ niſi [21] oratori futuro fundamenta fideliter jecerit , quidquid ſuperſtruxeris , corruet ; neceſſaria pueris , jucunda ſenibus , dulcis [22] ſecretorum comes , & quæ vel [23] ſola omni ſtudiorum genere [24] plus habet operis , [25] quam oſtentationis. [26] Ne quis igitur tamquam parva faſtidiat Grammatices elementa ; non quia magnæ ſit operæ *conſonantes* a *vocalibus* diſcernere , [27] ipſaſque eas in *ſemivocalium* numerum , *mutarumque* partiri ; ſed quia interiora [28] velut ſacri hujus adeuntibus, apparebit [29] multa rerum ſubtilitas, quæ non modo acuere ingenia puerilia, ſed exercere altiſſimam quoque eruditionem ac ſcientiam poſſit. An [30] cujuſ-

mula utitur Fabius lib. x. cap. 1. *Ariſtarchus*, inquit, *atque Ariſtophanes Poetarum judices neminem ſui temporis in numerum redegerunt.* Ducta *metaphora* videtur a re militari, ubi τὸ *numerus* album ſignificat, in quo lecti milites conſcribuntur ; Græci καταλογον appellant & recentiores *matriculam.* Hinc illæ locutiones ; *in numeros referri*, *in numeris eſſe*, *nomen in numeros relatum eſt*, *in numeros diſtribui*, *ſi unius numeri conſenſus acceſſiſſet.* Cæterum Francius pro *omnino* legebat *omni.* CAPPER.

13 *De metris.*] *Metrum* , quod dimenſionem interpretatur Fabius , conſtat certis temporibus , & certo pedum ordine. *Rhythmus*, quem Fabius *numerum* interpretatur , conſtat temporum ſpatiis , non tamen certo pedum ordine. TURNEB. *Rhytmus* eſt certa collectio & quaſi ſyſtema pedum qui quandam inter ſe proportionem habeant. Diſtat a metro & a pede , quod pes *dactylus* verbi gratia ſit neceſſario ¯ ˘ ˘ , *rhythmus* autem idem reperiatur etiam in *Anapæſto* ˘ ˘ ¯ quia eadem eſt quantitas brevium & longarum. In τοῖς *Deum* & *arma rhythmus* idem eſt , pes diverſus. Diſtat etiam a metro , quod metrum ſit certa & definita pedum quantitas , ut verſus *hexameter* & *pentameter* ſunt totidem metra. Sed *rhythmus* non habet certam ac definitam pedum quantitatem , ut neque certum ſyllabarum ordinem. Cæterum ῥυθμὸς Latine dicitur *numerus*, Gallice *la meſure* ; ſed de his fuſius lib. 9. cap. 4. CAPPER.

14. *Rationem ſyderum.*] Aſtronomiam vocant. In Voſſ. prim. legitur *Rationes.* CAPPER.

15. *Mittam.*] *Omittam.* Andr. Locatelli, Aldi, Colinæi, & Vidovæi editiones.

16. *Utuntur.*] *Utantur.* Aldus.

17. *Naturalium.*] Τῶν φυσικῶν , vulgo phyſicarum.

18. *Empedoclem.*] Empedocles , poeta Agrigentinus , res naturales quinque millibus verſuum eſt perſecutus , eumque ſcribunt philoſophiam Pythagoræ eſſe ſecutum : quocirca Ariſtoteles in libello de poetica , eum Philoſophis potius , quam Poetis annumerat. TURNEBUS. Cœlius Firmianus , a lacteo dicendi genere merito Lactantius dictus, de origine erroris lib. 11. cap. 13. *Empedocles quem neſcias utrumne inter Poetas , an inter Philoſophos numeres , quod de natura rerum verſibus ſcripſit , ut apud Latinos Lucretius & Varro, quatuor elementa conſtituit.* COLOMESIUS. Vide Porphyr. Pythag. pag. m. 193. Cicer. 1. de Orat. 10. & 11. 50. & 11. Acad. Q. 25. Galenum de elementis lib. 1. cap. 9. ALMEL. *Empedoclea.* Locatellus. Par. Colinæus. De Empedocle veterem interpretem Horatii ad lib. 1. Ep. 12. conſulendum Almelov. notaverat.

19. *Lucretium.*] Lucretius res naturales carmine perſecutus eſt , ac dogma eſt ſecutus Empedoclis & Epicuri. TURNEB.

20. *Præcepta ſapientia.*] Philoſophiam vulgo dicunt.

21. *Oratori futuro.*] V. C. Alm. Bodl. Ven. Par. *oratoris futuri fundamenta fideliter jecerit.* Sic Voſſ. ſecund.

22. *Secretorum.*] Margines Stephani , Colon. Gryphii , & Vidovæi *ſectatorum* ; inepte. Nec cum Moſellano de arcanis quæ epiſtolis capiuntur , ſed de ſeceſſu cape ſtudentium , ut recte quoque expoſuiſſe Ramireſium ad Martial. lib. 1. ep. 2. notavit Almelovenius ; & ita ſupra bis terve hac voce jam uſus eſt noſter. BURMAN.

23. *Sola omni ſtudiorum genere.*] Francius legebat *ſola ex omni* ; Waſſ. ind. Salluſt. in *jacere* malebat , *ſola in omni.*

24. *Plus habet.*] Voſſ tert. *habeat.*

25. *Quam oſtentationis.*] Voſſ. prim. tert. *minus oſtentationis.*

26. *Ne quis igitur.*] Imperite quidem hoc caput a ſuperiori , quod de Grammatica inſcribitur , videtur eſſe diſtinctum ; cum de prima parte Grammatices hic tractet. Somnolentia vero novorum Librariorum factum eſſe dicerem , ut hujus capitis index contextui ſenſus interponeretur ; niſi in vetuſto illo exemplari ſic legeretur ; in margine autem recte ſcriberetur , *de literis.* Fabii vero auctoritate Servius Grammaticus in ſecundam Donati artem male ſenſiſſe aperte coarguitur , * cum inquit : *Plerique artem ſcribentes a literarum tractatu inchoaverunt , plerique a voce , plerique a definitione artis grammatices : ſed omnes videntur erraſſe ; non enim propriam rem officii ſui tractarunt , ſed communem , & cum Oratoribus & Philoſophis ; nam de literis tractare & Orator poteſt ; de voce nemo magis , quam Philoſophi tractant : definitio * Ariſtotelicorum eſt. Unde proprie Donatus , & * docte , qui ab octo partibus orationis inchoavit , quæ ſpecialiter ad Grammaticos pertinent.* Tu potius , Servi , cum tuo Donato in errore eſſe convinceris , tum Fabii auctoritate , qui de Grammatica tractans a literis inchoavit , tum ratione ; unde enim magis tractatus ſui initium ſumere debet Grammaticus , quam a quibus nomen accepit tam apud Græcos , quam apud Latinos ? nam quem Græci Grammaticum ἀπὸ τῶν γραμμάτων , hoc eſt , a literis , eum Latini Literatorem ab iiſdem literis appellavere ? REGIUS.

27. *Ipſaſque eas.*] Nempe *conſonantes* literas in *ſemivocales* & *mutas* partiri. *Semivocales ſunt* , inquit Priſcianus lib. 1. pag. 541. edit. Putſch , *ut pleriſque Latinorum placuit , ſeptem* ; F , L , M , N , R , S , X : *ſed* F *multis modis oſtenditur muta magis. . . . ſemivocales autem ſunt appellatæ , quæ plenam vocem non habent. Reliquæ ſunt mutæ , ut quibuſdam videtur numero novem* ; B , C , D , G , H , K , P , Q , T. *Et ſunt qui non bene hoc nomen putant eas accepiſſe , cum hæ quoque pars ſint vocis ; qui neſciunt quod ad comparationem bene ſonantium ita ſint nominatæ , velut informis dicitur mulier , non quæ caret forma , ſed quæ male eſt formata. . . . . . Sic igitur mutas , non quæ omnino voce carent , ſed quæ exiguam partem vocis habent.* Vide ibidem Diomedem pag. 417. cui Priſcianus non uſquequaque conſonat. CAPPER.

28. *Velut ſacri.*] Loco *ſacri* , mihi *ſacrari* legendum videtur. REGIUS. Ita codex Almel. & Stephani , Colon. & Vidovæi margo : ſed & *ſacrum* pro templo poni docuit Barthius ad Stat. 11. Theb. 219. cui adde alium Dictyos Cret. locum ex lib. v. 12.

Caſſandram Ajax Oilei e ſacro Minervæ captam abducit.

BURMAN.

29. *Multa rerum.*] *Multarum.* Sich.

30. *Cujuſlibet artis.*] *Auris* , loco *artis* , legendum eſſe , non exemplar modo priſcum , ſed ratio quoque dictat. *Auribus* namque literarum ſoni dijudicantur ; literarum vero ſonos multiplices eſſe , facile eſt ex Priſciani libro primo colli-

libet auris eſt [31] exigere [32] literarum ſonos? Non Hercule magis, quam [33] nervorum. [34] At Grammatici ſaltem omnes in hanc deſcendent rerum tenuitatem, [35] deſintne aliquæ nobis [36] neceſſariæ literæ, non quum Græca ſcribimus (tum enim ab iiſdem duas [37] mutuamur) ſed proprie in Latinis, ut in his *Servus*, & *Vulgus*, Æolicum [38] *Digamma* [39] deſideratur. Et [40] medius eſt quidam V & I literæ ſonus. Non enim [41] ſic *Optimum* dicimus, ut *Opimum*. [42] Et in *Here*, neque * E plane, neque I auditur. An rurſus aliæ redundent, præter illam [43] aſpirationis notam ⊢, quæ ſi neceſſaria eſt, [44] etiam contrariam ſibi [45] poſcit ⊣; [46] ut K, quæ & ipſa

gere. Singulæ namque vocales denos, atque etiam plures, ſonos habere dicuntur, &c. ſimiliter aliæ vocales aliis ſonis ab antiquis proferebantur; id quod nequaquam hoc tempore cuſtoditur. Quis enim nunc ſignat differentiam pronuntiando inter *legi* præſentis, & *legi* præteriti temporis? Certe nemo: ex priſcorum vero pronuntiatione vocalis cujuſque quantitas percipiebatur. REGIUS. *Artn.* MS. Joan. Andr. & Voſſ. prim. tert.

31. *Exigere.*] Hoc eſt, ad rationis amuſſim perpendere &, ut vulgo aiunt, examinare. CAPPER.

32. *Literarum ſonos.*] Ita Horatius Art. Poët. 272.

——*ſi modo ego, & vos,*
Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto,
Legitimumque ſonum digito callemus & aure. ALMELOV.

33. *Nervorum.*] Id eſt, chordarum in Muſicis inſtrumentis, quia hujuſmodi chordæ ex nervis fieri ſolebant. CAPPER.

34. *At grammatici.*] *Aut*, V. C. Alm. *An Grammatici ſaltem omnes in hanc deſcendunt;* MS. Joan. Voſſ. prim. tert. *deſcendunt;* Voſſ. prim. *an Grammatici.*

35. *Deſintne nobis.*] Priſcianus docet longe plures eſſe pronuntiationes, quam literas; quod ſi verum eſt, & literæ pronuntiationis ſunt indices, dubium non eſt, quin Latinis & Græcis literæ deſint. TURNEB.

36. *Neceſſaria literæ.*] *Literarum.* V. C. Almelov. eleganter; ita enim ſolebant veteres loqui; ut *nigræ Lanarum.* Plin. VIII. 38. Vid. Gronov. ad Liv. xxx. 9. & Heinſ. Ad Claud. bel. Get. 9. & 583. ſic apud. Virgil. I. Æneid. 399. legendum,

Haud aliter puppeſque tuæ, puberesque tuorum.

apparet ex Chariſ. I. Gram. Inſt. pag. 53. ubi *pubes* in genitivo facere *puberis*, docet hoc exemplo. Apud Ovidium ex MS. in Ibide. 81.

Denique ab antiquo divum veteresque novique.

Vide plura apud diligentiſſimum Drakenburgium ad Sil. I. 564. & quos ille laudat. BURMAN.

37. *Duas mutuamur.*] Quanquam Priſcianus teſtis eſt, antiquos Latinos nec *y* græco uſos, nec *z*; ſed pro *y* uſurpaſſe *u*, pro *z* modo *ſ* ſimplex, modo *ſſ* duplex. TURNEB. Vide Iſidor. lib. I. cap. 4. & 26. Martian. Cap. lib. III. & Quinctil. lib. XII. 10. ALMELOV. *Duas*, non habet Obrecht. Duæ literæ, quas a Græcis Latini mutuabantur, ſunt Υ, υ, & Ζ, ζ; de quibus Fabius noſter lib. 12. cap. 10. ſic loquitur. *Ipſis* [Græcis] *eſt ſtatim ſonus dulcior; quando & jucundiſſimas ex Græcis υ & ζ literas non habemus, vocalem alteram, alteram conſonantem, quibus nullæ apud eos dulcius ſpirant: quas mutuari ſolemus quoties illorum nominibus utimur; quod cum contingit, neſcio quomodo velut hilarior protinus renidet oratio, ut in* Zephyris, Zopyriſque, *quæ, ſi noſtris literis ſcribantur, ſurdum quiddam & barbarum efficient, & velut in locum earum ſuccedent triſtes & horridæ, quibus Græcia caret.* CAPPER.

38. *Digammon.*] *Digamma* rectius legeretur. Eſt autem ſic appellata a figura, quod duplex *gamma* videretur. Peculiaris vero fuit Æoliæ linguæ, & *vau* ab ipſa voce, teſte Varrone ac Didymo, fuit appellata; interdum autem pro ſimplici conſonante; interdum pro duplici fuit accepta, quemadmodum V conſonans apud nos: ut *Venus* & *Audivi.* Quidam, & præcipue Claudius Cæſar, putarunt literam hanc Latinæ linguæ maxime neceſſariam in ſcribendis præſertim hujuſmodi nominibus *Servus*, *vulgus*, & ſimilibus; craſſior enim ſonus, quam ſit V conſonantis in hujuſmodi nominibus pronuntiandis, neceſſarius videtur, ac talis fere, quali utuntur Germani in proferenda V conſonante, qui ſane proxime ad ſonum *f* accedit. Eſt vero eadem figura, qua F. litera, ſed inverſa hoc modo Ⅎ, ut in multis etiamnum inſcriptionibus cernitur, cum alibi, tum Romæ *SerⅎUS ⅎixit:* verum Claudio mortuo hanc omnes, ut ſupervacuam, repudiarunt. REGIUS. Quo uſi Æolenſes fuerunt pro aſpiratione, atque etiam in medio dictionum, ut vocales ſepararentur. Ejus, ut nomine etiam indicatur, figura gemini Γ traditur, cum poteſtas literæ F. fuiſſe videatur. Itaque illi pro ἑλένη, Ϝελένη dixere; & ῥόδον, Ϝρόδον. Et δᾶϝος δαϜος. CAMERAR. Vide Iſidor. lib. I. cap. 4. & Quinct. XII. 10. & Salmaſ. ad inſcr. Herod. pag. 44. ALMELOV. *Digammon*, MSS. Bodl. & Joan. Ven. Sich. & Ald. Vide Voſſ. I. de Art. Gram. cap. 15. & 16. & Lipſ. Ad Tacit. XI. Ann. 14. & Caſaub. & Torr. Ad Suet. Claud. 41. *Digammon* etiam dixit Servius ad Virgil. I. Æneid. 451. *Lenis quartæ conjugationis tempus præteritum perfectum vel in ⅎI junctum erit; vel, ſublata digammo, in ii, pro noſtro arbitrio; ut lenⅎi lenii, audⅎi audii*, &c. Vide & inf. cap. VII. BURMAN.

39. *Deſideratur.*] Voſſ. prim. tert. *conſideratur.*

40. *Et medius eſt quidam.*] Priſcianus libro primo ait * confuſum eſſe quendam ſonum & temperatum ex *u*, & *i*; ideoque hujuſcemodi nomina a Latinis modo per *u*, modo per *i* ſcripta fuerunt. TURNEB. Vide Iſidor. d. l. & Alcuin. Gramm. pag. 2083. Gramm. vet. ALMELOV. *Et medius*, V. C. Alm. Velius Longus in veterib. Grammat. Putſch. pag. 2216. *I vero litera interdum exilis eſt, interdum pinguis ..... ut jam in ambiguitatem cadat, utrum per I quædam habeant dici, an per U, ut eſt* optumus, Maxumus. Et pag. 2235. *de* viro *vero &* virtute *ubi I ſcribitur & pæne U enunciatur; unde Tiber. Claudius* [Imperator] *novam quandam literam excogitavit, ſimilem ei notæ quam pro aſpiratione Græci ponunt*, [nota hæc eſt ⊢] *per quam ſcriberentur eæ voces quæ neque ſecundum exilitatem literæ, neque ſecundum pinguitudinem ſonant, ut in* viro *&* virtute, &c. Hic Velii Longi locus eo magis notandus eſt, quod nobis exhibeat tertiam illam literam a Claudio Imperatore excogitatam, quam ignorare ſe faſſus eſt doctiſſimus Lipſius. Vide notas ad Sueton. & Tacit. XI. Annal. num. 13. Secunda litera, quam Claudius excogitaverat*, eſt *digamma* inverſum Ⅎ de quo mox erudite diſſerebat Raphael Regius. Prima erat *antiſigma* Ↄ ad exprimendam vim τοῦ ψ Græcorum, ut patet ex his Priſciani verbis pag. 557. *Huic S præponitur P, & loco ψ Græcæ funguntur, pro qua Claudius Cæſar antiſigma* Ↄ *ſcribi voluit.* CAPPER.

41. *Sic optimum dicimus ut optimum.*] Sic quidem fere * corrupte legitur. Cum enim exemplis Fabius oſtendere velit, medium eſſe quemdam *u* & *i* vocalium ſonum; non unum nomen, ſed diverſa ſubjiciat, oportet: ſed i eraſa litera *opimum* legendum eſt. In *opimo* namque I vocalis aperte auditur, in *optimo* non ita; ſed medius quidam *i* & *u* vocalium ſonus. REGIUS. Et *ſic optumum ut opimum* Aldus edidit, & margo Stephani. Alii, *optimum & opimum: optumum ut opimum.* Venet. Vaſc. Par. Steph. Voſſ. ſecund. *optumum.*

42. *Et in Here.*] Scribe *& in Heri.* PHILAN. *Et Here*, V. C. Alm. Aldus. Vide etiam infr. lib. I. cap. 7. & Ciaccon. ad Columnam roſtratam, & Macrob. I. Saturn. III. ALMELOV.

43. *Aſpirationis.*] Veteres Latini, ita ut Græci, ſupra vocales aſpirationis tantum notam poſuere; quod & ipſi in antiquis codicibus animadvertimus, *ἀνθρώπων* legentes & *ἡδίκει*, quod etiam ex hoc Quinctiliani loco manifeſtum eſt. Nam ſi *aſpirationis*, inquit, ſignatio neceſſaria eſt, erit etiam *attenuationis*, id eſt, quam ψιλὴν vocant: etſi Athenæus lib. IX. cap. 12. diverſum ſentiat; nam & veteres ait, non ſupra, ſed ante vocales, *aſpirationem* poſuiſſe; arbitrari etiam ſe, iis vocalibus, quibus *aſpirari* vellent, H literam præſcripſiſſe; quod Romani adhuc obſervent. CAMERAR.

44. *Etiam contrariam ſibi.*] Senſus exigit, ut *poſcit* adſcribatur. Sic enim erit perfectus, ſi legatur, *etiam contrariam ſibi poſcit.* REGIUS. *Præter illam aſpirationis, quæ ſi neceſſaria eſt, etiam contrariam ſibi poſcit:* MS. Bodl. Ald. Sich. Codices alii vocabulum *notam* agnoſcunt, ipſam autem notam, ac ſibi contrariam omittunt. GIBSON.

45. *Poſcit* ⊣; & K.] Legendum & interpungendum videtur hoc modo. *Sibi poſcit*, ⊣; *ut* K, *quæ & ipſa* .... & Q ..... *& noſtrarum ultima* X, &c. Fabius enim quærit an literæ quædam redundent, & in exemplum profert has literas K, Q, X. Favent aliquatenus editiones Locatelli, Gryphii, Colinæi. CAPPER.

46. *Et K.*] Etiam Priſcianus docet K & Q eſſe ſuper-

quorumdam [47] nominum nota eſt ; & Q, cujus ſimilis [48] effectu ſpecieque (niſi quod paullum a noſtris [49] obliquatur) [50] *Koppa* apud Græcos, nunc tantum in numero manet ; & noſtrarum [51] ultima X, [52] qua tamen carere potuimus, ſi non quæſiſſemus. Atque etiam in ipſis *vocalibus* Grammatici eſt videre, an aliquas pro *conſonantibus* uſus acceperit ; quia *Jam* ſicut *Tam* ſcribitur ; [53] & *Vos* ut *Cos*. [54] At quæ ut *vocales* junguntur ; aut [55] unam longam faciunt, ut veteres ſcripſere, qui geminatione earum, velut [56] *apice* utebantur ; aut [57] duas : niſi quis putat etiam ex tribus *vocalibus* ſyllabam [58] fieri, quod nequit, ſi non aliquæ officio [59] *conſonantium* fungantur. Quæret etiam hoc, quomodo [60] duabus demum *vocalibus* in ſeipſas coëundi natura ſit, [61] cum *conſonantium* coëat nulla, niſi alteram frangat. [62] Atqui litera I ſibi inſidit ; *Conjicit* enim [63] eſt ab illo *Jacit* ; & V, [64] quomodo [65] nunc ſcribitur *Vulgus* & *Servus*. Sciat etiam Ciceroni placuiſſe [66] *Ajjo Majjamque* geminata I ſcribere. Quod ſi eſt, etiam [67] jungetur ut *conſonans*. Quare diſcat puer,

vacuas, cum habeamus C. TURNEB. Vide Iſidor. lib. I. 4. & 26. Mart. Capell. lib. III. ALMEL.

47. *Nominum nota.*] Sive propriorum, ut K pro *Kalenus*, &c. ſive appellativorum, ut K pro *Kalendis*, &c. CAPPER.

48. *Effectu ſpecieque.*] Erat olim ; *Et Q, cujus ſimilis effectus ſpecieſque, niſi quod paullum a noſtris obliquatur. Koppa apud Græcos, nunc tantum in numero manet.* Sed codicum Voſſ. prim. tert. & MSS. Johann. ſecuti ſumus lectionem, quæ ſenſum longe commodiorem exhibet Nam τὸ *Koppa* quod alias *Kope* vel *Kophe* dicitur, hanc habet ſpeciem ſeu figuram Ϙ, cujus linea recta ſi paulum obliquetur, ferme repræſentabit τὸ Q Latinorum ; aliunde vero ſicut τὸ Ϙ Græcum valet 90. eundem numerum deſignabat τὸ Q Latinum, ut patet ex his Marii Victorini verbis pag 2468. veter. Grammatic. Putſch. F *vero* & S [perperam editum eſt G] & Q *in Græcis etiam literis fuiſſe, & nunc eſſe* ; ſed S [male editum erat G] *numero* VI. Q *nonaginta ſignificare* ; F *autem Æolis duntaxat idem valere, quod apud nos* V *cum pro conſonante ſcribitur*, &c. Itaque τὸ Ϙ & τὸ Q ſimilia ſunt *effectu ſpecieque*. Notandum pro Ϙ 90. quandoque ſcribi ϟ. CAPPER.

49. *Obliquatur.*] Id eſt liquidius pronuntiatur, vel obliquius redditur ſcripta ; cui reſpondet apud Latinos *C*. Itaque perſpicuum eſt, K & Q in noſtro numero redundare. MOSELLANUS. *A noſtris eliquatur* ; Andr. *paulatim a nobis obliquatur* ; MS. Joan. *Obliquatur* in ipſo literæ ductu obliquatur ; nam τὸ Kophe ſeu Koppa. Ϙ, ſi recta ipſius linea obliquetur, fere fiet Q. Cæterum pro *paullum* in Voſſ. tert. legitur etiam *paulatim*. CAPPER.

50. *Kappa.*] Gallæus adſcripſerat κόππα omnino legendum ; unde κοππατίαι ἵππος. Sed additamentum videtur, quod ex docti alicujus adnotatione in textum irrepſit. certum autem eſt τὸ κόππα apud Græcos tantum in numero manere, id eſt, nonagenarium numerum conſtituere. Vide * Marium Victorinum, pag. 2468. ita Gallæus ; & recte *Koppa* reſtituiſſe patet, ex iis quæ vir eruditiſſimus I. B. ſcribit in diſſertatione de priſcis Græcorum ac Latinorum literis ad Bernard. de Montfaucon, quam hic Palæographiæ ſuæ ſubjecit, & qui eodem modo corrigit, pag. 569. nota autem literæ hujus erat ⅂. Plura ibi egregia eruditione ſe commendantia vide. BURM.

51. *Ultima.*] Nam Y & Z Græcæ literæ ſunt, non Latinæ, ut colligitur ex ipſo Quinctil. Lib. 12. cap. X. CAPPER.

52. *Qua tamen.*] V. C. Almel. *qua tam carere potuimus, quam ſi non quæſiſſemus.*

53. *Et vos.*] Erat olim & *quos*, ubi nulla extabat vocalis pro conſonante accepta : igitur ſecuti ſumus editiones Ald. Colon. Stephan. Gryph. Colin. quæ exhibent τὸ *vos* ubi τὸ V pro conſonante accipitur CAPPER.

54. *At quæ ut vocales.*] Alias *at quæ literæ*. TURNEB.

55. *Unam longam.*] Duo mihi in his ſenſibus deſiderantur, *enim* conjunctio, & verbum *ſcripſerunt*, loco illius nominis *ſcriptores*, ut caſtigate legamus ; *aut enim unam longam faciunt, ut veteres ſcripſerunt*. REGIUS. Antiqui Latini, cum vocalem longam ſcribere volebant, eam geminabant, eaque geminatio erat loco virgulæ extenſæ, quæ notat ſyllabam eſſe longam. TURNEB. *enim* deeſt in MS. Bodl. Andr. Venet. Ald. *ſcripſerunt* ; MS. Bodl. Joan. Ald. *ſcriptores* ; Venet.

56. *Apice.*] Scribebant veteres *feelix*, *viirtus*, &c. *Apex* autem erat lineola jacens ſupra vocalem & nota longæ ſyllabæ habebatur hoc pacto *pōnit*, ut fuſius exponemus ad cap. 7. initium. CAPPER.

57. *Duas.*] Supple, ſyllabas, ut apparet in *duo*, *ſuas*, *die* &c. CAPPER.

58. *Fieri quod nequit.*] Editiones priſcæ, *quod nequit fieri*. In C. V. Alm. *quod nequit*, non legebatur.

59. *Conſonantium.*] Ut contingit in his vocabulis *Trojja*, *Maija*, *Aijax*, de quibus mox. CAPPER.

60. *Duabus vocalibus.*] Ubi nempe fit diphthongus, ut in *Muſæ*, *Ædibus*, *Crœſus*. CAPPER.

61. *Cum conſonantium nulla niſi alteram frangat.*] Ingenue fateor, me ſæpius addubitaſſe, quid ſibi vellent hæc Fabii verba, multoſque & claros quidem Literatores rogaſſe ; qui mihi, quæ ſentiebant, referentes, minime ſatisfaciebant : ego vero tandem in hanc veni opinionem, ut exiſtimem duas quidem eaſdem vocales, ita in unam ſyllabam poſſe copulari, ut uno ſpiritu proferantur, quemadmodum in his *abjicit*, *injicit* ; conſonantium vero nullam ita poſſe in ſe ipſam coire, ut non alteram frangat, hoc eſt, in prolatione alterius vim ac ſonum non diminuat, ab eaque ſejungatur, ut *littus*, *addo*, *ſuggero* & ſimilia. REGIUS. Videtur hoc præceptum intelligendum de ratione ſcribendi veterum, qui vocales longas geminabant, ac *rees*, *doonum*, dicebant ; idem autem fieri non poteſt conſonantibus eiſdem, niſi altera alterius ſonum elidat, ut *efficio*, *addico*. TURNEB. Stephanus, Gryphius, Colinæus & alii, *cum conſonantium coeat nulla* : cum MS. Bodl. Andr. Locarellus, Aldus. Venet. Sich. & V. C. Alm. τὸ *coeat* ignorenr.

62. *Atqui littera I ſibi inſidit.*] Id eſt coit in ſe, prior conſonans fit, alioqui coire non poſſent : qua de re exſtat caput apud Gellium lib. IV. c. 17. MOSELLANUS. *Incidis* eſſe in libro antiquo, teſtatur Gallæus, cui *inſidis* non placet. Gebhardus quoque lib. I. Crep. 14. *incidit* profert ; & certe ſic legitur in Cod. Bernenſi.

63. *Eſt & ab illo jacis.*] *Es* copula, ut redundans, videtur expungenda. REGIUS. *ab ipſo*, Gallæus malebat ; ut capite primo, *in ſtudiis præcipuum ſcribere ipſum*.

66. *Quomodo.*] Voſſ. prim. *quo*.

65. *Nunc.*] Nam olim ſcribebant *Fulgus*, & tempore Claudii Cæſaris. Ⅎ*ulgus*. CAPPER.

66. *Aijo, Maijamque.*] Scribendum ac legendum eſſe *Ajjo*, *Majja*, per duplex jj conſonans, liquido patet ex quodam Priſciani loco, quem, etſi paulo prolixiorem, hic referre non pigebit. Sic habet vetus ille Grammaticus libro I. pag. 545. Edit. Putſch. *Et j quidem modo pro ſimplici, modo pro duplici accipitur conſonante. Pro ſimplici, quando ab eo incipit ſyllaba in principio dictionis poſita, ſubſequente vocali in eadem ſyllaba, ut* Juno, Jupiter. *Pro duplici autem, quando in medio dictionis ab eo incipit ſyllaba poſt vocalem ante ſe poſitam, ſubſequente quoque vocali in eadem ſyllaba, ut* majus, pejus, ejus ; *in quo loco Antiqui ſolebant geminare eandem j literam &* majjus, pejjus, ejjus *ſcribere, quod non aliter pronunciari poſſet, quam ſi cum ſuperiore ſyllaba prior j, cum ſequente altera proferretur, ut* pejjus, ejjus, majjus ; *& duo jj pro duabus conſonantibus accipiebant : nam quamvis j ſit conſonans, in eadem ſyllaba geminata jungi non poſſet ; ergo non aliter quam* tellus, mannus, *proferri debuit. Unde Pompeji quoque genitivum per tria i Antiqui ſcribebant, quorum duo ſuperiora loco conſonantium accipiebant, ut ſi dicas Pompejii ; nam tribus iii junctis qualis poſſet ſyllaba pronunciari ? Nam poſtremum i pro vocali eſt accipiendum ; quod Cæſari doctiſſimo artis Grammaticæ placitum fuiſſe, a Victore quoque in arte Grammatica de ſyllabis comprobatur.* CAPPER.

67. *Jungetur.*] Voſſ. ſecund. *jungitur*.

quid in literis proprium, quid commune, quæ cum quibus cognatio; nec miretur cur ex [68] *Scamno* fiat *Scabellum*; aut [69] a *Pinna* (quod eſt acutum) ſecuris utrimque habens aciem, *Bipennis*; ne illorum ſequatur errorem, [70] qui, [71] quia a pennis duabus hoc eſſe nomen exiſtimant, [72] *pinnas* avium dici volunt. Neque has modo noverit mutationes, quas [73] afferunt [74] declinatio, aut præpoſitio; ut *ſecat ſecuit*, *cadit excidit*, [75] *cædit cecīdit*, *calcat exculcat*, [76] & ſic a *lavando lotus*, & inde rurſus *illotus*, & mille alia: ſed & [77] quæ *rectis* quoque *caſibus* [78] ætate tranſierunt. Nam, ut [79] *Valeſii* & *Fuſii* in *Valerios Furioſque* venerunt; ita [80] *arbos*, *labos*, *vapos* etiam & *clamos* ac [81] *laſes*, [82] ætatis fuerunt. Et hæc ipſa S litera ab his nominibus excluſa, in quibuſdam ipſa alteri ſucceſſit; nam [83] *mertare* atque *pultare* dicebant. Quin [84] * *Fordeum fœduſque*, pro *aſpiratione*, [85] *vau* ſimili litera utentes.

68. *Scamno fiat.*] Habet enim M. cum B. cognationem, quod in Græcis eſt manifeſtum, ut cum in præterito paſſivo primi ordinis * acutitonorum verborum, primæ * ſyzygiæ mutæ in M tranſeunt. Eſt autem magna cura hæc res animadvertenda & tradenda pueris, qua expedita, multum difficultatis excluſum fuerit. CAMERAR. De *ſcamnis* vide Savaron. ad Sidon. Apoll. lib. I. Epiſt. I. pag. 23. PAREUS. In relatis Camerarii verbis (*acutitonorum verborum*, &c.) error eſt Grammatico indigniſſimus; alludebat enim ad præterita paſſiva πέπλεγμαι, εἴλημμαι, quæ fiunt ex πλέκω πέπλεχα; λήβω εἴληφα: atqui πλέκω & λήβω verba ſunt non *acutitona*, ſed *gravitona*, ſeu *barytona*, quia cum in ultima ſyllaba nullo notentur accentu, gravem ſaltem habere cenſentur. Jam vero Græcanici accentûs denominatio, ab ultima pendet ſyllaba, ut norunt qui Græcorum Grammaticorum ſcripta evolverunt. CAPPER.

69. *A penna (quod eſt acutum) ſecuris.*] Aldus *a pinna, quod eſt acutum ſecuris, utrimque habens aciem bipennis*: quod verum puto, ut *pinna* notet illam partem ſecuris, qua acuta eſt; ut ita pinnæ in mœnibus, & ſimilia acuta. Unde *bipennis*, quæ duo acuta habet, ſive pinnas. Servius vero bipennem dictam, quia veteres *pennas* dicebant, non *pinnas*, notat ad Virgil. II. Æneid. 479. in MSS. Virgilii & Ovidii ſemper fere promiſcue a librariis *pennas* & *pinnas* ſcriptum oſtendi; & plurimi ſcriptores, ſaltem poſterioris ævi, confuderunt; & Erycius Putean. in Promulſide Epiſt. XXIX. *pinnas* pro alis poni, & cum *pennis* confundi docet. Gallæus verba illa *quod eſt acutum*, ut gloſſema, configi volebat. BURM.

70. *Qui quia.*] Conjunctio *quia*, ut ſuperflua, mihi videtur expungenda. REGIUS.

71. *Quia a pennis duabus.*] Fabio ſuccinit Servius ad Æn. II. *Bipennis dicitur, quod ex utraque parte habeat aciem, quaſi duas pinnas, quas veteres dicebant.* Et Nonius Marcellus. *Bipennis manifeſtum eſt dici, quod ex utraque parte ſit acutum. Nam nonnulli gubernaculorum partes tenuiores pinnas vocant eleganter.* At opinionem, quam Fabius damnat, ſequitur Iſidorus, Orig. lib. 19. cap. 19. *Securis apud Veteres penna vocabatur; utcumque autem habens aciem*, bipennis dicitur, *quod ex utraque parte habeat acutam aciem, quaſi duas pennas. Pennum autem antiqui acutum dicebant. Unde & avium pennæ, quia acutæ.* COLOMESIUS. *A pennis*; V. C. Alm. *a pennis avium*; MSS. Bodl. Joan. Ven. Par. Colin.

72. *Pinnas avium.*] Voſſ. prim. & ſecund. *pennas.*

73. *Afferunt.*] *Affert*; V. C. Alm.

74. *Declinatio.*] Hoc vocabulum *declinatio*, ut apud Græcos κλίσις, ἔγκλισις, uſurpatur etiam de *conjugationibus*, quod aiunt, verborum. Ita paulo poſt in hoc ipſo capite: *Nomina declinare & verba pueri ſciant.*

75. *Cadit excidit.*] *Excidit*; V. C. Alm. Steph. *Cadit, cecidit.* Sed tunc legendum etiam eſſet *cadit, cecīdit.*

76. *Et ſic a lavando.*] *Fit*; Locatelli editio. MS. Bodl. Colon. Sich. in margine.

77. *Quæ rectis.*] Stephanus, Gryph. & Roignii, *a rectis.*

78. *Ætate.*] Id eſt, cum tempore, temporis progreſſu. Cæterum in Voſſ. prim. & tert. legitur, *ab ætate* CAPPER.

79. *Valeſii.*] Antiqui Latini *r* litera non utebantur; aitque Pomponius Juriſc. primo de origine juris, primum Appium Centimanum *r* literam apud Latinos inveniſſe. Meminit quoque hujus rei Livius lib. 2. ab urb. cond. TURNEB. Vide Macrob. III. Sat. 2. & Sext. Pomp. in *Aureliam familiam.* Præterea veteres concurſum R cum S fugiebant; quare, ubi concurrerent, *r* ſemper ejecerunt, ut in *ſurſum rurſum*, pro quo *ſuſum* & *ruſum* legiſſe Scaliger I. Auſon. lect. c. 14. auctor eſt. ALMEL. Hæc Pſeudo-Turnebi verba; *Antiqui Latini R litera non utebantur; aitque Pomponius primum Appium R literam apud Latinos inveniſſe*, ſpiſſum continent errorem. Quomodo enim veteres Latini R litera non fuiſſent uſi ante Appium? Poterant-ne *Remum*, *Romulum*, *Romam*, *Regem*, *Marcium*, *Servium*, *Tarquinium* abſque τῷ R appellare? neque Pſeudo-Turnebum illum juvat Pomponii Juriſ-Conſulti locus, qui non de literæ R inventione, ſed de ipſius uſu in his vocabulis *Valerii Furii*, &c. poteſt ac debet intelligi. Nam ſic habet vetus ille Juriſ-Conſultus, de orig. Jur. §. 36. *Idem Appius Claudius, qui videtur ab hoc proceſſiſſe, R literam invenit, ut pro* Valeſii, *Valerii eſſent; & pro* Fuſiis, *Furiis.* Vide Feſtum Pompejum. CAPPER.

80. *Arbos.*] V. Iſidor. I. 26. & apud Græcos Σ in P mutatum docet Meurſ. Miſcell. Lacon. lib. II. c. 8. ALMEL. Sic Μάρτυρ pro Μάρτυς, ἄρρην pro ἄρσην, &c. CAPPER.

81. *Laſes.*] Quod *laſer* dixere, ſuccus ſilphii, id eſt, laſerpitii, Cyrenaici germinis. CAMERAR. Hæc, *ac laſer*, deſunt in V. C. Alm. & Bodl. Colon. Ven. & editione Locatelli, Andr. Sed Aldus, Gryphius, Vidovæus, & Sich. *ac paſſes* habent. De *laſere* vide illuſtr. Spanhemium, diſſertatione VI. de uſu & præſtantia numiſm. pag. 293. editionis noviſſimæ.

82. *Ætatis fuerunt.*] Hoc eſt, per aliquod tempus durarunt, permanſerunt; ſuam velut ætatem, ſuæ velut ætatis tempus habuerunt. CAPPER.

83. *Mertare atque pultare.*] Sex. Pomp. *mertat pro merſat dicebant.* Unde patet cognatio S. & T. ALMEL. Codex Argentor. Obrechti *mertare caput & os pultare.* Quo alludit C. V. Alm. qui habet *mertare apud pultare. Mertare* autem uſus Attius in Myrmidonibus.

Quod ſi, ut decuit, ſtares mecum, haud me meus
mertaret dolor.

& nugatur Nonius in hac voce, qui per *merentem faceret* exponit; niſi ſcripſerit *mærgentem*: quod tamen abſurdum. Utitur idem in Antenoridis apud eumdem Nonium in *mertare*: ubi rectius explicat.

Fortaſſean ſit, quos hic non mertet metus.

& in Deiphobo.

Vel hic, qui in ea parte effrenata impudentia
Præſentem præſens dictis mertare inſtitit.

forte & uſus hac voce in Antenoridis apud Non. in *mactare*.

Quin aut illorum in campo fundam copias,
Aut navis auram, aut caſtra mertabo in mare.

ubi *mactabo* Nonius, niſi *jactabo* malis. Pro *os pultare*, forte etiam præſtaret *oſtium*, quod frequens Plauto, ut & *fores* & *ædes pultare*. BURM.

83. *Mertare, pultare.*] Pro eo quod hodie dicimus *merſare, pulſare.*

84. *Fordeum, fœduſque.*] Pro *hordeum* & *hædus*. Editio Lugdunenſis *fœdum fœduſque*: quod tamen auctoritate codicis MSS. Joan. codicum Venet. Ald. & pene omnium ejecimus. *Fordeum* enim æque aſpirationis initialis poteſtatem oſtendit, ac *fœdum* illud, quod contra codicum fidem ſubſtituitur. GIBSON. Voſſ. tert. *fordeum.*

85. *Vel ſimili litera.*] In exemplaribus quidem omnibus, quæ mihi videre contigit, ſic legitur, *vel ſimili litera utentes.* Sed quid ſibi *vel* conjunctio hoc loco velit, parum mihi liquet. Fabius namque aperte ſentit priſcos uſos fuiſſe in his nominibus, *hordeum* & *hædus*, quadam alia litera, quam aſpiratione. An igitur loco *vel* disjunctionis fortaſſe *Vau* ſcribendum eſt? ſic enim illud Æolicum *digamma*, ut jam diximus, vocabant. Eodem vero, quo F, ſono fere ferebatur, ac ſæpius pro aſpiratione ponebatur, ut *Felena*, pro *Helena*. REGIUS. Stephanus & Gryphius & Philand. *vau*; Colinæus *u ſimili litera*; Vaſcoſanus *F vel ſimili*; ſed in margine *vau vel ſimili*; Argentor. *velut F litera utentes*; & Robortellum quoque emendat. lib. I. c. 52. legiſſe *vau ſimili litera*, adnotaverat Almelovenius.

85. *Vau ſimili litera utentes.*] Scilicet τῷ *digamma*, quod

[86] Nam contra Græci aſpirare ſolent φ, [87] ut pro Fundanio Cicero teſtem, qui primam ejus literam dicere non poſſet, irridet. Sed [88] B quoque [89] in locum aliarum dedimus aliquando; unde [90] *Burrus* & [91] *Bruges*, & [92] *Balæna*. Nec non [93] eadem fecit ex *duello bellum*; unde [94] *Duellios* quidam dicere [95] *Bellios* auſi. [96] Quid *ſtlotum*, *ſtliteſque*? Quid [97] T literæ cum D quædam cognatio? Quare [98] minus mirum, [99] ſi in vetuſtis operibus urbis noſtræ, & celebribus templis legantur [100] *Alexanter* & *Caſſantra*. [101] Quid O atque V [102] permutatæ invicem? ut [103] *Hecoba* & [104] *notrix*, *Culchides*, & [105] *Pulyxena*, ſcriberentur; ac ne in Græcis id tantum notetur, [106] *dederont*, ac *probaveront*. [107] Sic Ὀδυσσεύς, [108] quem Ουδυσσία [109] fecerunt Æoles, [110] ad *Ulyſſem* deductus eſt. [111] Quid? non E quoque I loco fuit? ut [112] *Menerva*, & *leber*, & *mageſter*, [113] & *Dijove* & *Vejove*, pro *Dijovi* & *Vejovi*? Sed mihi locum * ſignare ſatis eſt. Non enim doceo, ſed admoneo [114] docturos. Inde in ſyllabas cura tran-

Veteres vocabant *βαῦ*, ut patet ex antiq. Grammatic. Mario Victorino pag. 2468. Sic igitur intelligendus eſt hic locus; *utentes litera τῷ* F, *quæ ſimilis eſt τῷ βαῦ, videlicet τῷ digamma. Nam τὸ* F revera ſimilis eſt *τῷ digamma* F. CAP.

86. *Nam contra Græci.*] Argentor. *Nam tantum Græci iſta aſpirare ſolent; inde pro Fundanio C. l. q. p. e. l. d. n. p. i. ſed B. quoque aliam vim d. a. u. B. e. B. & Belena.* V. C. Alm. *nam contra Græci ita aſpirare ſolent; in pro Fundanio;* Andr. Steph. *ita aſpirare ſolent*; Gryph. *ita aſpirare ſolent hæc*; deeſt vero φ in MS. Bodl. editiſque fere omnibus. Voſſ. tert. *aſpirare ſolent ei.* Cod. Bernenſ. *aſpirare ei ſolent, ut.*

87. *Ut pro Fundanio.*] Apparet teſtem illum hominem Græcum fuiſſe, ac pro F Latino, pinguius pronuntiaſſe & extuliſſe Φ Græcum. TURNEB.

87. *Pro Fundanio.*] Vide fragmenta Orationum Ciceronis in edit. Græviana. CAPPER.

88. *B. quoque.*] Videndus Paullus Merula ad Ennium pag. 59. PAREUS.

89. *In locum aliarum.*] Cyprios mutaſſe B in Γ docet Palmer. exerc. pag. 25. ALMELOV. Obrecht. *B. quoque aliam vim dedimus.*

90. *Byrrhus.*] Videtur non *Byrrhus* legendum, ſed *Burrhus.* Ita enim antiqui Latini appellarunt hominem rufum, *Burrhum*, ut docet Feſtus Pompejus, quem Græci *πύῤῥον* vocant. TURNEB. Salmaſius ad Vopiſci Carin. cap. 2. *unde proprium Burrus*, ex MSS. ALMELOV. Colon. Par. Colinæus, & margo Stephani. Cod. Alm. *unde Burrus.* Victorius vero (lib. XIV. var. lect. cap. 3.) *Burrum* pro *Pyrrhum*, ex Ciceronis Orat. cap. 48. poſitum oſtendit; & pro *belena*, *balæna.* Legit Regius in ſuo codice, *unde proprie & Bruges*; qui *proprie*, ut ſuperfluum ac ſenſum turbans, expungendum putabat. Sed exciderat *τὸ Burrum*, ut & in Locatelli editione deeſt. *Byrrhus*; Ven. Ald. Colon. Sich. Vaſc. Steph. *Belena*; Andr. Sich. Par. Vaſc.

90. *Burrus.*] Pro *Pyrrhus.*

91. *Bruges.*] Pro *Phryges.*

92. *Balæna.*] Pro *Phalæna*, ex Græco vocabulo φάλαινα. CAPPER.

93. *Eadem.*] Videlicet litera B. CAPPER.

94. *Duellios quidam dixere bellios.*] *Duellos & bellos*; MS. Bodl. Locatelli editio. Venet. Col. Sich. & Sthephani, & Vidovæi. *Duellos*; MS. Joan.

95. *Bellios auſi.*] Nævium intelligit. Gloſſæ veteres Guil. Forneri; *Duellus καλός*; apud Nævium *facies virginis duella.* Hunc Nævii locum adducit Nonius in *contemplo*; ſed vocem *duellæ* neglexit, quod nihil faceret ad inſtitutum ſuum. COLOMES. Petrus autem Ciacconius ad Colum. Roſtr. multorum auctorum exemplis oſtendit *Duilios & Bilios* hic legendum; imo auctoritate duorum MSS. Vide porro Iſidor. lib. XVIII. c. 1. & Menag. in Amœn. Jur. ALMELOV. *Bellos*; MS. Joan. Colon. Sich. Vaſc. Steph. Voſſ. prim. tert. Bernenſ.

96. *Quid ſtlotum ſtliteſque.*] *Stlatum* potius mihi videtur legendum; nominibus enim ab *L* incipientibus *ſt* literas præponebant veteres Romani. Unde & Juvenalis *ſtlataria purpuram* dixit. Sicque tum alibi, tum Romæ multis in marmoribus vetuſtis ſcriptum conſpicitur, *ſtlitibus judicandis.* REGIUS. *Stlatum* navis eſt lata, parum altitudinis habens, ſic dicta, quod veteres locum *ſtlocum*, & lites *ſtlites* dicebant, teſte Feſto Pompejo. MOSELLAN. *Stlocum*; Aldus Vaſcoſan Obrecht. & V. C. Alm. *Stlatum*; Colon. Vaſc. Stephanus, Gryph. Colin. & alii.

97. *T cum D. quædam.*] *Quid D literæ cum T. quædam cog.* Ald. Par. Vaſc. Steph. Obrecht.

98. *Minus mirum, ſi.*] Voſſ. tert. *minus videatur mirum, ſi.*

99. *Si in vetuſtis.*] *In*, non habet V. C. Alm. nec Aldus.

100. *Alexanter & Caſſantra.*] Pro *Alexander & Caſſandra.*

101. *Quid O atque V.*] Plinius ſcribit nonnullas Italiæ civitates *o* caruiſſe, & illius loco *u* ſubſtituiſſe. Quod maxime fecerunt Umbri & Thuſci. Contra quædam in Italia fuerunt civitates, quæ *u* non uterentur, & illius loco *o* ſubſtituerunt. TURNEB. Vide Sigonii Emendat. lib. 1. cap. 2. pag. 139. tom. II. Theſaur. critici. & Lipſ. III. Var. lect. 29. & noſtrum lib. 1. cap. 7. ALMELOV.

102. *Permutatæ.*] Voſſ. prim. *permutata.*

103. *Hecoba, notrix, Culchides, Pulyxena.*] Pro *Hecuba, nutrix, Colchides, Polyxena.*

104. *Notrix.*] In exemplaribus quidem omnibus, quæ quidem mihi videre contigit, ſcriptum eſt *notrix.* Quod licet accommodatum exemplum videatur; cum tamen ſe de Græcis tantum ſentire teſtetur Fabius, puto aliud nomen Græcum illius loco eſſe ſcribendum. Quodnam vero illud ſit, mihi non ſuccurrit. REGIUS.

105. *Pulyxena.*] Ita nos quoque *epiſtulam* ſemper in veteri Plautino codice ſcriptam notavimus. CAMERAR.

106. *Dederont, probaveront.*] Pro *dederunt, probaverunt.*

107. *Sic ὀδυσσεύς.*] *Sicut*, loco illius *ſic* in antiquo legitur exemplari. Ex omnibus autem Græcorum linguis, Æolicam maxime imitati ſunt Latini. Quamvis igitur Ὀδυσσεύς lingua communi dicatur, maluerunt tamen Æoles imitantes, qui Ουδυσσία dicunt, *Ulyſſem* traducere, quam *Olyſſem.* Quod nomen cur cum duplici *ſſ* non ſcribatur potius, quam cum *x*, non video. REGIUS.

108. *Quem Ουδυσσία, &c.*] Forte melius ſcriberetur ὐδυσσία, cum præſertim ſoleant Æoles mutare *ο* in *υ*, & Latini *υ* in *u*; atque ita ſervaretur eadem quantitas. TURNEB. Conſuevere Æolenſes pro *ο*, *υ* ponere, ipſumque *υ*, ut plenius ſonaret, *ο μικρῷ* quaſi explere, ut θυγατής. Non quidem longa prima, ſicut ſi Diphthongus eſſet *ου*, quod verſu Callimachi probavit Priſcianus libro primo, pag 554. ſed a ſcriptione τῦ *ο*, ſono Æolico expreſſi. Ita ὐδυσσία Æoles dicere, ſcriptum a Quinctiliano accipio, quos Latini imitati, ut in aliis pleriſque, *Ulyſſem* fecerunt. CAMER. Scribe ὀδυσσία, ex Joanne Grammatico & Corintho. PHILANDER.

109. *Fecerunt.*] Voſſ. prim. tert. *fecerant.*

110. *Ad Ulyſſem deductus eſt.*] Et certe τὸ U valet *ου* Græcorum. Ergo ex Ουδυσσεύς fecerunt primum quidem *Udyſſes*, deinde vero *Ulyſſes*, mutato D in L; quemadmodum ex τῷ δαὴρ factum eſt, *τὸ Levir*, & ex *τῷ δάκρυον Lacryma.* CAPPER.

111. *Quid? E quoque.*] *Non* particula videtur adſcribenda, ut legatur; *Quid? non E quoque I loco fuit?* REGIUS.

112. *Menerva, leber, mageſter.*] Sic in vetuſto lapide ſcriptum de Duellio priſca ratione; *rem navebous marid Conſol primus geſſit.* Quod ſumptum eſt a ruſticis, qui, ut ait M. Varro, de re Ruſt. lib. 1. cap. 2. & 48. dicebant: *Veham*, pro, *via*; *vellam & ſpecam*, pro, *villa*, & *ſpica.* Adeundus Paulus Merula ad Ennium. pag. 58. Ludovicus Creſollius, Vacat. Autumn. lib. 3. cap. 13. pag. 530. PAREUS.

113. *Et Divove, victore.*] *Pro dijovi, victori*; corrupte ſic legitur; ſed legendum, *dijove & dijovi. Non* præterea, loco illius *pro* præpoſitionis, in antiquo legitur exemplari. Verum ne ſic quidem omnes corruptiones ex hoc loco ſublatæ videntur; valido enim ducor argumento, ut exiſtimem pro *victore, verove* eſſe legendum; *& Dijove & Vejove; non Dijovi & Vejovi.* Nam, ut Gellius in v. Noct. cap. 12. refert, in antiquis inſcriptionibus nomina hæc deorum, *Dijovis & Vejovis*, ineſſe animadvertebantur. Fabius vero & ipſe de hujuſmodi urbis inſcriptionibus priſcis

ſibit, de quibus in *orthographia* pauca annotabo. Tum videbit ad quem hoc pertinet, quot [115] & quæ ſint partes orationis: quamquam de numero parum convenit. [116] Veteres enim, quorum [117] fuerunt [118] Ariſtoteles atque [119] Theodectes, *verba* modo, & *nomina*, & *convinctiones* tradiderunt; videlicet [120] quod in *verbis* vim ſermonis, in *nominibus* materiam, (quia alterum eſt [121] quod loquimur, alterum [122] de quo loquimur) in *convinctionibus* autem complexum eorum eſſe judicaverunt, quas *conjunctiones* [123] a pleriſque dici ſcio; ſed hæc videtur ex συνδέσμῳ magis propria tranſlatio. [124] Paullatim a philoſophis, ac [125] maxime Stoïcis, auctus eſt numerus; ac primum *convinctionibus* [126] *articuli* adjecti, poſt *præpoſitiones*; [127] nominibus *appellatio*, deinde *pronomen*, deinde mixtum verbo *participium*, ipſis verbis *adverbia*. Noſter ſermo *articulos* non deſiderat; ideoque [128] in alias partes orationis ſparguntur. Sed accedit ſuperioribus *interjectio*. Alii tamen ex idoneis duntaxat auctoribus, octo partes ſecuti ſunt, ut Ariſtarchus, & ætate noſtra [129] Palæmon, qui *vocabulum*, ſive *appellationem* nomini ſubjecerunt, tamquam ſpecies ejus: at ii, qui aliud *nomen*, aliud

verba facit. REGIUS. Alias, *dejove vejove*, *non dejovi vejovi*. PHILAND. Permutationes autem illas harum vocalium frequentes fuiſſe, docent exempla apud Gruterum. Sic pag. MLXV. 9. *Maceſteri*, pro *Magiſteris*. CCCXV. 2. *Meneſtrator*, pro *Miniſtrator*. Vide indicem eorum, quæ ad rem Grammaticam pertinent; & quæ notat Munkerus ad Hygin. fab. CCXXIII. & recte viros doctos hic correxiſſe, *dijove* pro *dijovi*, patet; quia in dativis hæc, & ablativis permutatio frequens erat. Vide Giſan. Ind. Lucret. in *civi*, *colli*, & *mare*; & Torrent. ad Horat. Epod. XVII. 67. & Paſſeratium de Literar. inter ſe cognatione. BURM.

114. *Docturos.*] Voſſ. ſecund. *Doctores*.

115. *Et quæ ſint partes.* τὸ *ſint*, non eſt in V. C. Alm. nec in Locatelli, aut Aldi. Abeſt & à Voſſ. omn.

116. *Veteres enim, quorum, &c.*] Dialectici (ut ait Priſcianus) partes orationis ponunt *nomen*, & *verbum*; quod illa duo junctam integram faciant orationem. Cætera appellant *ſyncategoremata*, id eſt, *conſignificantia*. TURNEB. Vide Dionyſ. Halicarn. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων. PHILANDER.

117. *Fuerunt Ariſtoteles quoque.*] *Quoque* non eſt in V. C. Alm. Bodl. nec in Venet. Sich. Locatelli, Aldi, Stephani, Gryphii, Colinæi, nec aliorum editionibus.

118. *Ariſtoteles.*] Idem tamen Ariſtoteles in Poëtica cap. 20. partes λέξεως, locutionis, agnoſcit octo; *elementum* videlicet, *ſyllabam*, *conjunctionem*, *nomen*, *verbum*, *articulum*, *caſum*, λόγον, id eſt, *orationem*. Quod cum Quinctiliani ſententiæ videatur adverſari, reſpondet illuſtris Dacerius (notis in Poëticam) ab Ariſtotele quatenus Philoſopho, tres tantum; quatenus autem Poëta vel Poëtas inſtituente, octo partes orationis admitti. Sed ne quis levem hanc & deſultoriam eſſe ſolutionem exiſtimet, alia nobis aggrediendum eſt via. Hac igitur de re ſic ſentio. Ariſtoteles, in Poëtica, octo partes agnoſcit τῆς λέξεως, id eſt, locutionis generatim, latiuſque ſumptæ, prout & dictionem ipſam & orationem comprehendit. Argumento ſit, quod inter has octo partes *elementum*, ſeu literam, *ſyllabam*, & *caſum* recenſeat; quæ tria dictionis, potiuſquam orationis partes eſſe, liquido conſtat. CAPPER.

119. *Theodectes.*] Hic Platonis & Iſocratis auditor primum fuit, ex oppido * Pamphyliæ, Phaſelo a Stephano nominato; qui extitit unus ex illis, qui ad Mauſoleum, dicendis epitaphiis, & tragœdiis certarunt, atque auctore Gellio libr. x. cap. 18. victor abiit. Scripſit cum alias multas comœdias, tum præcepta artis Rhetoricæ per verſus. MOSELLANUS. Theodectis nullum opus, quod ſciam, exſtat. Hic adeo gratus Ariſtoteli fuit, ut dono ab eo Rhethoricæ artis opus acceperit, ut ſub nomine ſuo ederet, ſibique inſcriberet. Quod quidem jam ſub nomine Theodectis emiſſum Ariſtoteles in Rhetoricis ad Alexandrum, non ſine ſua & Theodectis diſcipuli nota, revocavit, ſibique arrogavit, dicens, *ut ſcripſimus in Theodectis Rhetoricis*. REGIUS. Suidas duos facit, patrem & filium, & hunc Rhetoricam ſcripſiſſe ait. Vide quæ ibi annotavit Kuſterus. Et Theodectem patrem majorem Ariſtotele fuiſſe, nec ejus diſcipulum, probavit Voſſius de Poëtis Græcis, c. VII. ita ut confuderint hos duos viri docti. Non comœdias vero, ut Moſellanus, ſed tragœdias ſcripſiſſe tradunt veteres. BURM. In poſtrema Raphaëlis Regii nota reſpicitur, opinor, ad hæc verba, quæ leguntur in Rhetorica ad Alexandrum cap. 1. circa fin. περιτεύξῃ δὲ δυοὶ τούτοις βιβλίοις ὧν τὸ μὲν ἐστιν ἐμὸν ἐν ταῖς ὑπ' ἐμοῦ τέχναις Θεοδέκτῃ γραφείσαις, id eſt, *leges autem hos duos libros, quorum unus meus eſt, in iis, quas Theodecti ſcripſi, artibus*. Theodectea ſcripta laudat etiam Ariſtoteles 3°. Rhetoricor. cap 9. ubi ſic habet. αἱ δ' ἀρχαὶ τῶν περιόδων σχεδὸν ἐν ταῖς Θεοδεκτείοις ἐξηρίθμηνται, hoc eſt, *Periodorum vero principia ferme in Theodecteis enumerata ſunt*. Ipſe Diogenes Laertius, ubi Ariſtotelis opera enumerat, Theodectis artem introductoriam memorat, his verbis. τέχνης τῆς Θεοδέκτου εἰσαγωγῆς Α. Aliunde vero τέχνην ῥητορικὴν Rhetoricam artem Theodectis nomine circumferri olim ſolitam, plures auctores tradunt; ut Hermolai Epitomator Stephanus, ubi de Phaſelo Theodectis patria loquitur; & Antiphanes Comicus apud Athenæum lib. 4. cap. 4. ὁ τὴν Θεοδέκτου μόνος ἀνευρηκὼς τέχνην, *qui Theodectis artem ſolus adinvenit*: ſed de vero Theodecteæ artis auctore quæſtio fuit priſcis etiam temporibus agitata, ut patet vel ex ipſo Quinctiliano lib. 2. cap. 15. *Theodectes*, inquit, *ſive ipſius id opus eſt, quod de Rhetorice nomine ejus inſcribitur: ſive, ut creditum eſt, Ariſtotelis*. Difficultatem auget, quod Rhetoricam illam ad Alexandrum, non eſſe Ariſtotelis opus, jam diu demonſtrarint eruditi Philologi, Eraſmus, Petrus Victorius, Franciſcus Robortellus, Andreas Schottus; qui & Anaximeni Lampſaceno illud adſcribunt. Horum præcipuas rationes exhibet Voſſius, in opuſculo, de natura & conſtitutione Rhetorices, pag. 63. eamque nos opinionem infra confirmavimus, notis ad cap. 4. libr. 3. CAPPER.

120. *Quod & in verbis.*] *Et* copula, ut ſenſui moleſta, eradenda videtur. REGIUS. *Videlicet & in verbis*; V. C. Almel.

121. *Quod loquimur.*] Id eſt, quod affirmamus, vel negamus de altero; atque hæc eſt vis, ac veluti forma ſermonis. *Prædicatum* vulgo appellant Logici. CAPPER.

122. *De quo loquimur.*] Eſt *ſubjectum*, ut aiunt Logici, de quo videlicet aliquid affirmamus, vel negamus; atque hæc eſt, quaſi materia ſermonis. CAPPER.

123. *A pleriſque.*] A Palæmone ſcilicet, qui Fabii ætate vixit. MOSEL.

124. *Paullatim a Philoſophis.*] Dionyſius Halicarnaſſeus dicit, quatuor partes poſitas eſſe à Stoïcis, *nomen*, *verbum*, *conjunctionem*, *articulum*; Priſcianus vero quinque, & addit *appellationem*. TURNEB.

125. *Maxime Stoïcis.*] Ut a Diogene & Chryſippo, qui apud Laertium quinque orationis partes numerant; *Nomen*, *Appellationem*, *Verbum*, *Conjunctionem*, & *Articulum*. MOSELLANUS. Sed *ac*, non eſt in Locatelli, Stephani, Colinæi, nec Vidovæi. *Ac vel maxime*; MS. Joan.

126. *Articuli adjecti.*] Imo verius disjuncti. Nam Halicarn. dicit. * χωρίσαντες ἀπὸ τῶν * συνδέσμων τὰ ἄρθρα. PHILAND.

127. *Nominibus appellatio.*] Ex Varrone lib. 1. de analogia, τὸ nomen proprie ſignificat nomen proprium, cujuſmodi eſt *Paris*, *Helena*, *&c.* En ipſa tibi doctiſſimi ſcriptoris verba. *Sequitur de nominibus, quæ differunt a vocabulis, ideo quod ſunt finita, & ſignificant res proprias, ut Paris, Helena, &c.* CAPPER.

128. *Partes orationis.*] *Orationum*; V. C. Alm. & Bernenſ. *Alii tamen ex idoneis auctoribus octo duntaxat partes.* Sich. Voſſ. tert. *duntaxat auctoritatibus*.

128. *In alias partes orationis.*] Dicunt enim Latini, ut ſupra patuit in hoc ipſo capite, *conjicit eſt ab illo*, jacit ἀπὸ τοῦ. Dicunt etiam *ille qui*, loco Græci articuli ὁ. CAPPER.

129. *Palæmo.*] *Palemon*. MS. Bodl. & editiones priſcæ fere omnes, & ita id nomen apud Virgilium Ecl. III. 50. ſcribitur. Eodem modo & variant ſcripti in *Almo &*

vocabulum faciunt; novem. Nihilominus fuerunt, qui ipſum adhuc *vocabulum* [130] ab *appellatione* diducerent; ut eſſet *vocabulum*, corpus viſu tactuque manifeſtum, *domus*, *lectus*; *Appellatio*, cui vel [131] alterum deeſt, vel utrumque, *ventus*, *cœlum*, *deus*, *virtus*. Adjiciebant & *aſſeverationem*, [132] ut *heu*; & [133] *attrectationem*, ut *faſceatim*: quæ mihi non approbantur. *Vocabulum*, an [134] *appellatio* dicenda ſit [135] προσηγορία, & ſubjicienda nomini, necne, quia parvi refert, liberum opinaturis relinquo. [136] *Nomina* declinare & *verba* in primis pueri ſciant; neque enim aliter pervenire ad intellectum ſequentium poſſunt; quod etiam [137] monere ſupervacuum fuerat, niſi ambitioſa feſtinatione plerique a poſterioribus inciperent, & dum oſtentare diſcipulos circa ſpecioſiora malunt, compendio [139] morarentur. [140] At ſi quis & didicerit ſatis, & (quod non minus [141] deeſſe interim ſolet) [142] voluerit docere quæ didicit, non erit contentus tradere in *nominibus* tria genera, & quæ ſint duobus omnibuſve communia. Nec ſtatim [143] diligentem putabo, qui promiſcua, [144] quæ & [145] *epicœna* dicuntur, oſtenderit, in quibus [146] ſexus uterque per alterum apparet; aut quæ feminina poſitione mares, * aut neutrali feminas ſignificant, qualia ſunt *Muræna* & *Glycerium*. Scrutabitur [147] mille præceptor acer atque ſubtilis origines nominum; [148] ut quæ, ex habitu corporis, [149] *Cicerones*, *Rufos*, *Longoſque* fecerunt:

Almon. Heinſ. Vid. ad Ovid. II. Faſt. 601. *Lado & Ladon*. v. Faſt. 69. *Jaſo & Jaſon*. II. Amor. XIV. 33. ubi Heinſ. & ita cap. ſequenti, *ut Palæmo, ſic Telamo, & Plato*. BURMAN. In cod Bernenſi *Palæmo*.

130. *Ab appellatione diducerent.*] Vide Iſidor. lib. 1. cap. 6. & de appellationibus videri poteſt doctiſſimus Caſaubonus ad Sueton. Cæſ. cap. 78. ALMEL. *Appellatione deducerent*; V. C. Alm.

130. *Ab appellatione diducerent, &c.*] Ab hac ſententia longe abit Soſipater Chariſius pag. 126. vet. Grammat. Putſch. ubi ſic habet. *Appellativa autem, quæ generaliter communiterque dicuntur, quæque in duas ſpecies dividuntur: quarum altera ſignificat res corporales quæ videri tangique poſſunt, ut eſt* homo, terra, mare; *altera incorporales, ut eſt* pietas, injuſtitia, dignitas, *quæ intellectu tantum percipiuntur; verum, neque videri, neque tangi poſſunt*. CAPPER.

131. *Alterum deeſt.*] *Deeſſet*; V. C. Alm.

132. *Ut heu.*] *Eheu*; V. C. Alm.

132. *Ut heu.*] Suſpicione non caret hic locus; nam τὸ *heu*, mera eſt *interjectio*, de qua jam locutus erat Fabius: itaque legendum mihi videtur *hem*, quod eſt *adverbium* reſpondendi, (ut patet ex Diomede pag. 399. & Soſipatro Chariſio pag. *ibid.*) vel *næ*, quod eſt *adverbium*, aſſeverandi, ſeu affirmandi, ſecundum Diomedem. *Ibid.* CAP.

133. *Attrectationem.*] Id eſt, contractionem; *Faſceatim*, per ſingulos faſces; ut *viritim*, per ſingulos viros. REGIUS. *Tractationem*; V. C. Bodl. & Alm. Andr. Aldus, Sich. *Attractionem*; Locatellus, Gryphius, Stephanus, Colinæus, Vaſcoſanus, Vidovæus, & alii.

134. *Appellatio dicenda ſit.*] *Dicenda* non habet Stephanus, niſi in margine, nec Roignii editio.

135. Προσηγορία.] Certe, quod ad vocis originem pertinet, προσηγορία *appellatio* eſt dicenda: nam προσαγορεύω *appello* ſignificat, unde derivatur προσηγορία. Sed & nomen, quod Donatus noſter *appellativum* vocat, Græcis dicitur προσηγορικόν. MOSELLANUS. Vide Hermogenis partitiones cap. 1. ubi προσηγορία eſt ipſum nomen *appellativum*, ut στρατηγὸς Imperator, ῥήτωρ Orator. Lege ſis etiam Dionyſ. Halicarnaſſ. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, *de verborum compoſitione*, ſeu *collocatione*, ab ipſo ſtatim initio. CAPPER.

136. *Nomina declinare & verba.*] Τὸ *declinare*, commune eſt verbis ac nominibus, ut apud Græcos κλίσεις, ἐγκλίσεις, quanquam τὸ *conjugare* & *conjugationem* de verbis uſurpat ipſe Priſcianus. CAPPER.

137. *Alioquin monere ſupervacuum fuerat.*] *Monere ſ. erat*; V. C. Alm. *erat*, quoque Colinæus & Obrecht.

138. *Circa ſpecioſa.*] Edit. Lugd. *ſpecioſa*, facili errore librarii: *ſpecioſiora* autem eſſe lectionem genuinam oſtendit, non ſolum magnus Codicum conſenſus (MS. enim Bodl. Edit. Andr. Venet. aliique ita legunt) ſed etiam ipſius orationis ductus, quem vocabulum *ſpecioſiora* plenum facere, & quaſi ſuſtinere videtur. GIBSON.

139. *Morarentur.*] *Morantur*; Aldus, Colinæus & Vidovæus.

140. *At ſi quis*] *Atqui*, editiones priſcæ, præter Locatelli & Colinæi. Voſſ. omn. & Bern. *Atqui, ſi quis*.

141. *Deeſſe.*] *Prodeſſe*. PITHOEUS.

142. *Et voluerit.*] Ita V. C. Alm. ſed Regius & Philander jam expungendam alterutram particulam videntur. Ego ante parentheſim delendam puto & legendum: *At ſi quis & didicerit ſatis (quod non minus deeſſe interim ſolet) & voluerit, &c.* ut non ſatis didiciſſe Magiſtros ſæpe indicet, quæ alios docere velint. BURM.

143. *Diligentem putabo.*] In vetuſto exemplari minus quidem recte legitur *computabo*, ſed facile emendatur; illa enim *com* propoſitio in *eum* pronomen refingenda eſt, hoc modo, *nec ſtatim eum diligentem putabo*. REGIUS. V. C. Alm. etiam *computabo*.

144. *Quæ & Epicœna.*] *Et*, deeſt in V. C. Alm. & editionibus Locatelli, Aldi, Gryphii, Colinæi, & aliorum.

145. *Epicœna.*] Ἐπίκοινα, cujuſmodi ſunt, ὁ καὶ ἡ hic & hæc *canis*, &c. CAPPER.

146. *Sexus uterque.*] *Secus*; V. C. Alm. & Obrecht.

147. *Mille præceptor.*] Malim *ille præceptor*; nam *mille origines*, mihi non placent: *ille* autem oſtendit egregium, qualem vult Quinctilianus, acrem & ſubtilem, ut centies hoc pronomen occurrit. BURMAN.

148. *Utque ex habitu corporis, ut Rufos Longoſque fecerunt.*] Legendum, *ut quæ ex habitu c. Rufos, &c.* REGIUS. *Ut* deeſt primo loco, Venet. Ald. Sich. *Cicerones*, vero non agnoſcunt MS. Bodl. & Pal. Andr. Ald. Col. Sich. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. & aliæ. *Allobros Cicerones* margo Vaſcoſani. *Allobrox*, quia ita ſcriptum erat in veteri codice, non putavit eſſe, cur expungere vellet, Camerarius; & Fabium Allobrogem intelligit. *Ruffos* vero Venet. & Colon habent.

148. *Ut quæ*] Hac de re lege Plutarch. in vita Coriolani TURNEB. Et Iſidor. lib. XVIII. cap. 2. de Scipione, qui forte ſua habet ex Macrob. I. 6. ALMEL.

149 *Cicerones, Rufos, &c.*] Quis hic *Cicerones* intruſerit, neſcio; & profecto deliravit ille nimio prodigus infartor. Quippe *Cicerones* non habitu corporis, ſed a ſtudio ſerendi ciceris; ſicut *Lentulos*, a lentium ſerendarum amore, nomen indeptos eſſe notum. Illud non eſt magnum, quod MSS. & Aldus pro *Planci*, *Plauti* legant; ambos a latitudine pedum ſic appellatos didici πλατύποδας. Feſtus: *Plancæ dicebantur tabulæ planæ, ob quam cauſſam & Planci appellantur, qui ſupra modum pedibus planis ſunt.* *Plautus* ergo, ſive *Plotus*, πλατύπους; cujus pedum convexum (Græci ταρσὸν vocant) velut tonſa ſeu palmula latius eſt. Porro quod quiſpiam *Serranos* huc intulit, nimio acutiori ille homo naſo erat, qui non videre poterat, nullum ſic inde ſenſum patere. Vult Quinctilianus, rationem originis non tantum ex obviis, ut fere ſunt nomina ex habitu, imponi ſolita: ſed etiam ubi ſecretior eſt, & abſtruſior nominum cauſſa. Dixit autem, eas procedere, vel ex caſu naſcentium, vel poſt ortus dari, vel ſerius, ubi aliquo actu, factove traxerint perpetuam appellationem. Si tamen hæc mea emendatio diſplicuerit, facile me duorum MSS. conſpirata auctoritate, ab imperitæ, ac procacis linguæ plagis vindicabo. GEBHARD. lib. 1. Crep: 14. *Cicerones* vitio additos, & *ubi aliud ſecretius*, invenit in ſcriptis Gebhardus, ut & priſcæ habent editiones. Sed ne ſic quidem ſanus locus. Quid enim eſt, *quæ Rufos Longoſque fecerunt?* utrum *quæ* nomina, an *quæ* origines? [illegible] quo ſenſu utrumvis? Cætera non libet exagitare. [illegible] ipſa quemvis offendunt attente legentem. Τὸ *Poſiſcus* tamen qui eſt petitum ex

[150] (niſi erit aliud ſecretius, ut [151] *Sullæ*, [152] *Burrhi*, [153] *Galbæ*, [154] *Planci*, *Panſæ*, *Scauri*, [155] taliaque) & ex caſu naſcentium; hinc [156] *Agrippa*, & *Opiter*, * [157] & *Cordus*, & *Poſthumus* erunt: [158] & ex iis quæ poſt natos eveniunt; unde *Vopiſcus*. [159] Jam *Cottæ*, *Scipiones*, *Lænates*, [160] *Serani*, ſunt ex variis cauſſis. Gentes quoque ac loca, & alia multa reperias inter *nominum* cauſſas. [161] In ſervis jam intercidit illud genus, quod ducebatur a domino; unde [162] *Marcipores*, [163] *Publiporeſque*. [164] Quærat etiam, ſitne apud Græcos vis quædam ſexti *caſus*, & apud nos quoque ſeptimi. [165] Nam cum dico, *haſta percuſſi*, non utor *ablativi* natura: nec, ſi idem Græce dicam, *dativi*, τῷ δορί. Sed in *verbis* quoque quis eſt adeo imperitus, ut ignoret [166] genera, & [167] *qualitates*, & perſonas, & numeros? Literarii pene iſta ſunt ludi, & trivialis ſcientiæ. Jam quoſdam illa turbabunt, quæ *declinationibus* non [168] tenentur. [169] Nam & [170] quædam *participia*, [171] an verbi appellationes ſint, dubitari poteſt; quia [172] aliud alio loco valent, ut [173] *lectus*, & *ſapiens*; [174] quædam *appellationibus* ſimilia, ut *fraudator*, *nutritor*. Jam, [175] *Itur in antiquam ſylvam*, nonne propriæ cujuſdam rationis eſt? [176] nam

illis, quæ poſt natos eveniunt? Numquis alius igitur *Vopiſcus*, quam *qui in utero matris geminus conceptus, altero abortu ejecto, incolumis editur?* ut Valerius & Plinius tradunt. Sin, hiccine naſcenti caſus, an poſtquam jam natus eſt, evenit? Prorſus peſſime hunc habitum locum, nec niſi magno facinore reſtitui poſſe cenſeo. Videbatur autem; *ut quæ ex habitu corporis Rufi Longiſque fecerunt: ubi erit aliquod ſecretius Sullæ, Burrhi, Galbæ, Planci*, (vel *Planti*, & forſan utrumque ponendum) *Panſæ, Scauri, taliaque: & ex caſu naſcentium, Agrippa & Opiter & Cordus & Poſtumus & Vopiſcus; & ex iis, quæ poſt natus eveniunt; unde jam Cotta, Scipiones, Lænates, Serrani ſunt, & ex variis cauſis. Quæ*, inquit, *ex habitu corporis Rufi Longiſque fecerunt:* intellige, *nomina majores, vel Romani homines. Ubi*, quo in genere nomen *erit aliquod ſecretius*, non ita obviæ originis. *Sullæ* autem, non *Sillæ*, neque *Syllæ* ſcribendum: ſed neque *Sili* cum Sigonio corrigendum. Nam ab habitu corporis *Sullam* dictum, qui princeps hoc cognomen tulit; (quippe ὑποκοριστικὸν a *Sura*, quod etiam Corneliæ gentis) primi, quod ſciam, obſervavimus; qui id occupavit publicare ſub nomine aliorum, a nobis per familiares literas accepit. Pergit Fabius; *taliaque*, id eſt, juxta ſecretiora, *& ex caſu naſcentium*, ſunt *Agrippa & Opiter*. Nam τὸ *hinc erunt*, alienæ manûs putamus. Denique legimus, *quæ poſt natus eveniunt*, id eſt, nativitates; quæ non imponuntur ſtatim ex caſu, qui nativitatibus intervenit; ſed poſtea per varia vitæ tempora. *Natus*, ut *magno natu, majores natu*. GRONOVIUS. Vide Salmaſ. ad Vopiſc. Carin. cap. 20. ALMELOV. Sed de his & ſimilibus qui plura ſcire voluerit, adeat Varronem, Feſtum, & Voſſii Etymologicon. CAPPER.

150. *Niſi erit aliud.*] *Ubi erit.* Andr. Venet. Ald. Sich. Steph. Gryph. Colin. & alii.

151. *Sylla.*] *Unde Sylla;* Steph. Colin. Vidov. & ita jam Regius correxit.

151. *Syllæ, Burrhi.*] Videatur Cœlius Rhodig. lib. XXIV. cap. 5.

152. *Burrhi.*] *Bruti;* Steph. & Roignii, Venet. Ald. Gryph. Colin. & Vidovæi.

153. *Galba.*] Vel a *Galba*, vel galbula avi, vel a *galbano*, vel *galbeo*, quod medicamentum eſt lanis involutum; vel quia *galba* lingua Gallica ſignificat *præpinguem;* vel a veſmiculis æſculi, qui *galbæ* appellantur. TURNEB.

154. *Planci.*] A pedum planicie nomen habent; nam *plancæ* ſunt tabulæ planæ. Alii tamen *Plauti* legunt, qui nomen quoque ſortiuntur a planicie pedum; vel a Græco nomide πλατὺς, id eſt, *latus*. IDEM. *Plauti;* MS. Joan. Andr. Ald. Steph. Roignii.

155. *Taliaque.*] *Aliaque* Obrecht.

156. *Agrippa.*] Quaſi ægre natus pedibus; vulgo, *né les pieds devant*. CAPPER.

157. *Et Cordus.*] *Codrus;* Andr. & Sich. in Marg.

158. *Et ex iis.*] *Ex*, deeſt in MS. Joan. Andr. Ald. Colon. Gryph. Colin. *Et his*, V. C. Alm.

159. *Jam Cottæ.*] *Cotta*, Locat. Venet. Ald.

160. *Sera ſunt & ex.*] Hic eſt diſtiguendum, ne ſenſus confundatur, atque & copula eſt eradenda, ac *Serani*, pro *ſera* ſcribendum. *Serani* autem a *ſerendo* ſunt dicti. primuſque omnium Quintius Cincinnatus, de quo Virgil. Æneid. lib. 6. verſ. 844. *Et te ſulcum, Serane, ſerentem*. REGIUS. *Sera ſunt*, in MSS. Bodl. & Joan. Locatel. *Serani, ſunt & ex variis cauſis;* Steph. Vidov. *Serani, ſunt ex variis cauſis*. Gryph. Colin. Obrecht. *Lænates ſera ſunt, & ex;* V. C. Gebhard.

161. *In ſervis.*] Antiqui Romani unum duntaxat habebant ſervum, qui ex nomine heri appellabatur. Sed cum poſtea luxuria creviſſet, pluresque habere cœpiſſent ſervos, hujuſcemodi appellationes exoleverunt. TURNEB.

162. *Marcipores.*] Id eſt, pueri & ſervi Marci. Notat Priſcian. in his ultimam eſſe brevem. Idem; *Marcipores, Publiporeſque.*] Videatur Phil. Beroald. Annotat. in Quinctil. pag. 240. in Lamp. Crit. t. Jac. Spiegelius interpret. in Prudent. pag. 192 edit. Weitzianæ; Ger. Voſſius Inſtit. Orat. lib. 4. cap. 12. pag. 245. Priſcian. lib. 6. Plin. lib. 31. cap. 1. PAREUS.

163. *Publiporeſque.*] *Publipores*, Locatelli, Ald. Colin. Vidov.

164. *Quærat etiam.*] *Quærant*, in MS. Joan. Andr.

165. *Nam cum dico.*] Ajunt Grammatici ſeptimum eſſe caſum, quando terminatione ablativi utuntur, ita tamen, ut nec præpoſitio addatur, quæ illum caſum exigat. TURNEB. Sed hos optime refellit Priſcianus lib. 5. pag. 673. 1°. quia præpoſitio addita vel ſubſtracta mutare non valet vim *caſus*. Neque enim cum *accuſativo caſui* multæ præpoſitiones ſolent adjungi; alius eſt, quando habet eas; & alius, quando abſque his profertur... 2°. quia in comparationibus abſque præpoſitione ſolet proferri *ablativus*, nec tamen dicit quiſquam ſeptimum tunc eſſe *caſum*, ſed *ablativum*, cum dico; *Fortior Achilles Hectore*. CAPPER.

166. *Genera.*] Soſipater Chariſius pag. 138. veter. Grammat. ait genera verborum eſſe activum, paſſivum, neutrum, deponens, commune, &c. Huic adſtipulatur Priſcianus. CAPPER.

167. *Qualitates.*] Soſipatro Chariſio ibid. Qualitas verborum finita eſt aut infinita... finita notat certum numerum, tempus & perſonam, ut *ſcribo*. Infinita nihil certum habet, ut *legere*. Diomedi pag. 333. 323. Qualitas eſt ſpecies verbi multiplex; ut abſoluta, inchoativa, frequentativa meditativa, defectiva, &c. Huic fere conſentit Priſcianus: ſed Quinctiliano hic cap. ſequent. qualitas eſt ipſe verbi modus, vulgo *un mode, un mœuf*. CAPPER.

168. *Tenentur.*] *Teruntur*, MS. Joan. & Alm. *Terentur*, MS. Palat. ut teſtatur Gebhard. 1. crep 14.

169. *Nam & quædam.*] Videtur appellare appellationes verbi, nomina a verbis deducta; nam *lectus* & *ſapiens* interdum participia ſunt, quando habent caſum verbi ſui; interdum nomina, quando alium a verbo caſum habent. Poſſet etiam fortaſſe hoc præceptum intelligi de verbo Nam *lectus eſt*, etiam verbum eſt; & *nutritor olivam*, apud Virg. Ita verbum erit ſimile appellationi. TURNEB. Idem dicas de τοῦ *fraudator* quod eſt nomen appellativum, *hic fraudator oris;* & verbum imperativum *fraudator tu*, *fraudator ille*, &c. CAPPER.

170. *Quædam.*] *Quædam verba*, Voſſ. prim. ſecund. Bern.

171. *An verbi.*] Si de verbis intelligas, lege, *an verba ſint, dubitari poteſt*. TURNEB.

172. *Aliud alio loco valet.*] *Valent*, caſtigate in priſco exemplari, ut ad participia & verbi appellationes referatur. *Appellationes verbi* autem quid vocet, quæri poteſt. An nomina, quæ nunc *verbalia* vocantur, intelligamus? REGIUS.

173. *Lectus.*] *Lectam*, MSS. Bodl. & Joan. & Almel. Andr.

174. *Quædam appellationibus.*] *Verba appellationibus ſimilia*, V. C. Alm. Bodl. & Joan. Sich.

175. *Itur in.*] Virgil. VI. Æneid. 179.

176. *Nam quod initium.*] *Eor* & *Fleor* non dicitur. Illud autem, *Panditur domus*, non admodum diſſimile eſt tertii

quod

quod initium ejus invenias? cui ſimile [177] *Fletur.* Accipimus aliter; ut,

[178] *Panditur interea domus omnipotentis olympi.*

Aliter; ut,

——— [179] *Totis uſque adeo turbatur agris.......*

[180] Eſt etiam quidam tertius modus, ut *urbs habitatur*; unde & *campus curritur*; [181] *mare navigatur.* [182] *Pranſus* quoque atque *potus* diverſum valent, quam indicant. Quid? quod multa verba non totum [183] *declinationis* ordinem ferunt? Quædam etiam mutantur, ut *fero* in præterito. Quædam tertiæ demum perſonæ figura dicuntur, ut *licet*, *piget*. Quædam ſimile quiddam patiuntur, *vocabulis* in *adverbium* tranſeuntibus. Nam ut [184] *noctu* & *diu*, ita [185] *dictu* & *factu*. Sunt enim hæc quoque *verba* [186] *participialia* quidem, non tamen qualia *dicto*, *factoque*.

modi exemplis, niſi fortaſſe hoc generalius dictum accipiatur. *Turbatur* vero per ſe dictum * imperſonaliter vides, ut ibidem, *Bellatur comminus arvis.* CAMERAR.

177. *Fletur.*] Terent. Andr. I. I. *Fletur accipimus.*] Alii aliter diſtinguunt; *Fletur. Accipimus aliter, ut ea;* Locatel. Steph. Gryph. Colin. *fletur accipimus aliter, ut;* Ald. & Obrechr.

178. *Panditur.*] Virgil. x. Æneïd. I.

179. *Totis*] Virgil. Eclog. I. 31.

180. *Etiam quidam tertius.*] *Eſt* verbum mihi huic ſenſui deeſſe, atque adſcribendum videtur, ut legatur *eſt etiam.* REGIUS. Deeſt in V. C. Alm. *Eſt etiam quidam tertius.*] Primus modus verbum habet imperſonale, cujus *thema* non extat, cum ſit neutrum. Alter verbum habet imperſonale, cujus *thema* paſſivum eſt in uſu. Tertius verba habet neutralia, quæ perſonaliter tamen interdum uſurpantur in paſſivo. TURNEB.

181. *Mare navigatur.*] *Et mare*; MS. Bodl. & Alm. Venet. Ald. Voſſ. prim. ſecund.

182. *Pranſus.*] Significat enim alterum eum, qui prandit; alterum, qui potavit. CAMERAR.

183. *Declinationis.*] Id eſt, ut vulgo loquimur, *conjugationis.* Sic ſupra hoc in cap. *quoſdam illa* (verba) *turbabunt quæ declinationibus non tenentur .... nomina declinare & verba pueri ſciant.* Hic autem agitur de verbis *defectivis*, qualia ſunt *aio*, *memini.* CAPPER.

184. *Noctu.*] Ridicule Quinctilianus *noctu* & *diu* adverbiis adnumerat; reperiuntur enim cum præpoſitionibus ablativum regentibus, & cum adjectivis. Plautus Milit. II. IV. 28. *hac noctu ſomniavi.* Ennius apud Macrob. lib. I. cap. 9. *Hac noctu pendebat Etruria tota.* Terent. Adelph. V. III. 35. *cras cum prima lucu.* Scioppius Grammat. GALLÆUS. Sed hanc ridiculi notam facile Fabius eluet, qui *τὸ noctu* & *diu* non adverbiis annumerat, ſed vocabulis in adverbium tranſeuntibus. Hæc igitur vera eſſe vocabula & nomina docet, quæ tamen in *adverbia* tranſeant, ſeu, quod aiunt quidam Grammaticorum *παιδία*, *adverbiaſcant.* Quinctiliani ſententiam firmat illa Soſipatri Chariſii unius e veteribus Grammaticis Putſchianis regula, pag. 163. *Multa ſunt, quæ vocabulorum ſpeciem in adverbiis teneant.* CAPPER.

185. *Dictu.*] *Ita & dictu;* Venet. Ald. Gryph. Steph. Colin & alii.

186. *Participialia.*] Hoc eſt, nonnihil participii redolent. Vide Priſcianum, qui participii nomen & ſupinis & gerundiis tribuit; itemque Diomedem pag. 333. ex Probo. CAPPER.

CAPUT V.

De virtutibus & vitiis orationis.

JAM cum omnis oratio [1] tres habeat virtutes, ut emendata, ut IX.
dilucida, ut ornata ſit (quia dicere apte, quod eſt præcipuum, plerique ornatui ſubjiciunt;) totidem vitia quæ ſunt ſupradictis contraria, emendate loquendi [2] regula, quæ *Grammatices* prior pars eſt, examinet. [3] Hæc exigitur verbis, aut ſingulis, aut pluribus. [4] Verba nunc generaliter accipi volo; nam duplex eorum intellectus eſt: alter, qui omnia, per quæ ſermo [5] nectitur, ſignificat; ut apud Horatium,

[6] *Verbaque proviſam rem non invita* [7] *ſequentur:*

alter, in quo eſt una pars orationis, *lego*, *ſcribo*. Quam vitantes ambiguitatem quidam dicere maluerunt, *voces*, [8] *dictiones*, *locutiones*. Singula ſunt aut noſtra, aut peregrina: aut ſimplicia, aut compoſita: aut propria, aut [9] *tranſlata*: aut uſitata, [10] aut ficta. [11] Uni verbo [12] vitium ſæpius, quam virtus, ineſt. Licet enim dicamus

Nunc Fabius de oratione tradit; cujus cum ſint tres virtutes, de prima tamen emendata locutione hoc loco dumtaxat aget; nam hæc pars ad Grammaticum ſpectat; cæteræ autem duæ ad Rhetorem. Itaque de illis Fabius lib. VIII. aget. Addit & hoc capite orationis emendatæ vitia, *barbariſmum* & *ſolæciſmum*, ac utriuſque ſpecies perſequitur. TURNEBUS.

1. *Tres virtutes.*] Vide ad cap. I. lib. VIII. quæ huc pertinentia ex Tullio cæteriſque Rhetoribus annotavimus. CAPPER.

2. *Regulam.*] *Regula*, legendum eſt; ne verbum *examinet* nominativo ſuo fraudetur. REGIUS. *Regulam;* Andr. Venet. Ald. MS. Alm. Bern.

3. *Hæc igitur.*] *Hæc igitur ex verbis*; MS. Joan. Voſſ. tert.

4. *Verba nunc.*] *Prodioriſmum* addit, ne *homonymia* lectorem deciperet. TURNEB.

5. *Nectitur.*] *Vertitur;* MSS. Bodl. Andr.

6. *Verbaque.*] De Art. Poët. 311.

7. *Sequentur.*] *Sequuntur;* MS. Bodl. *ſequantur;* Voſſ. prim. & tert.

8. *Dictiones, locutiones.*] *Locutiones, dictiones;* V. C. Alm.

9. *Tranſlata.*] Hoc eſt, ut vulgo aiunt, *metaphorica*, *metaphorico*, vel *tropico* ſenſu intellecta. CAPPER.

10. *Aut ficta.*] Seu recens inventa, ſeu per *Onomatopœiam* efficta. CAPPER.

11. *Uni verbo.*] Verba ſimplicia, ſi per ſe conſideres, unam hanc habebunt virtutem, quam appellat *Euphoniam.* Plurima tamen vitia ſeorſum habere poſſunt. Nam quædam ſunt obſcœna, quædam ſordida, quædam humilia, quædam barbara. TURNEB.

12. *Vitium ſæpius.*] Non *ſæpius*, ſed *potius* legendum videtur. REGIUS. Et ita Colon. & Steph. in marg.

aliquid proprium, ſpecioſum, ſublime; nihil tamen horum, niſi [13] in complexu loquendi ſerieque contingit. Laudamus enim verba bene [14] rebus accommodata: ſola eſt quæ notari poſſit velut [15] *vocalitas*, quæ *εὐφωνία* dicitur, cujus in eo delectus eſt, ut inter duo, quæ idem ſignificant, ac tantumdem valent, [16] quod melius ſonat, malis. [17] Prima *barbariſmi* ac [18] *ſolœciſmi* fœditas abſit. [19] Sed, quia interim excuſantur hæc vitia aut conſuetudine, aut auctoritate, aut vetuſtate, aut denique vicinitate virtutum (nam ſæpe [20] a *figuris* ea ſeparare difficile eſt;) [21] ne quem tam lubrica obſervatio [22] fallat, acriter ſe in illud tenue diſcrimen Grammaticus intendat, de quo nos latius ibi loquemur, ubi de *figuris* orationis tractandum erit. Interim vitium, quod fit in ſingulis verbis [23] ſit *barbariſmus.* Occurrat mihi forſan aliquis; [24] quid hic promiſſor tanti operis dignum? aut quis hoc neſcit, alios *barbariſmos* ſcribendo fieri, alios loquendo? quia, quod male ſcribitur, male etiam dici neceſſe eſt; [25] qui vitioſe dixerit, non utique & ſcripto peccat; [26] illud prius [27] *adjectione*, *detractione*, [28] *immutatione*, [29] *tranſmutatione*; [30] hoc ſecundum [31] *diviſione*, [32] *complexione*, [33] *aſpiratione*, [34] *ſono* contineri? Sed ut parva ſint hæc, pueri docentur adhuc, & Grammaticos officii ſui commonemus. Ex quibus ſi quis erit plane impolitus, & veſtibulum modo artis hujus ingreſſus, [35] intra hæc, quæ profitentium commentariolis vulgata ſunt, conſiſtet: doctiores multa adjicient; vel hoc primum, quod *barbariſmum* [36] pluribus modis accipimus. [37] Unum,

13. *In complexu loquendi.*] Græci vocant *συνέχειαν*, hoc eſt, orationis contextum. CAPPER.

14. *Rebus accommodata.*] *Accommoda*; MS. Bodl.

15. *Vocalitas.*] Elegantius a Fabio Ἐυφωνία *vocalitas* transfertur, quam a Priſciano *bona ſonoritas.* REGIUS. Gellius autem jam *ſimplicem ſonum*, jam *vocaliorem ſonum* vertit, de quo apud eumdem. MOSELLANUS. *Vocalitatem* appellat Fab. ſuavem quamdam plenamque ex ore pronunciantis auribus noſtris inſidentem nominis appellationem. TURNEB.

16. *Quod melius ſonat.*] *Sonet*; Voſſ. tert. Bern.

17. *Prima barbariſmi.*] *Barbariſmus* eſt in vitioſa dictione: *ſolœciſmus* in collocatione inemendata. TURNEB. *Barbariſmi fœditas.* Videatur Iſidorus Orig. lib. 1. cap. 31. pag. 842. Joh. Lud. Strebæus Remenſis, de Elect. & Colloc. Verb. lib. 1. cap. 12. pag. 59. Lud. Creſollius, Vacat. Autumnal. lib. 11. pag. 347. PAREUS.

18. *Solœciſmi.*] Agell. lib. v. cap. 20. Epiſt. ad Clodium Tuſcum. *Solœciſmus eſt*, inquit, *impar & inconveniens compoſitura partium orationis.* Veteres Latini *Stribliginem* appellarunt; Aſinius *imparilitatem* dicere ſolitus. Dicebatur etiam *ſolœciſmus*, omnis inconveniens actio. Videatur Iſidorus Orig. lib. 1. cap. 32. pag. 842. Andr. Schotti Tuſc. Quæſt. lib. v. pag. 64. & ſeqq. IDEM. Vide de his vitiis ex profeſſo agentem Donatum pag. 1767. Vet. Grammat. *Solœciſmi* autem appellationem, contra Aſinii Capitonis, negantis apud antiquiores & idoneos ſcriptores illud vocabulum reperiri, ſententiam, vindicantem, vide Franc. Douz. ad Lucil. Satir. pag. 106. ALMELOV.

19. *Sed quia.*] *Barbariſmus* & *ſolœciſmus* apud poëtas excuſantur, ac certe pene pro virtutibus habentur, ac tum nomina mutant, appellanturque *metaplaſmi* & *ſchematiſmi.* TURNEB.

20. *A figuris.*] Figuras intellige τῆ λέξεως *orationis*, ſeu verborum: non autem τῆ διανοίας ſententiarum, de quibus fuſe lib. IX. CAPPER.

21. *Ne quem.*] *Ne qua tam*; MS. Bodl. Joan. Alm. Voſſ. prim. tert. & Obrechti editio; & probat Gebhard. ex MS. Palat. *neque tam*; Pat. ſi *ne qua* recipiendum ſit, ablativi caſus erit, ut *aliqua*, *alia*, *eadem* & ſimilia veteres uſurparunt. De quibus vide Gronov. ad Plaut. Bacch. 1. 1. 15. & Heinſ. ad Ovid. III. Triſt. IV. 75. BURMAN.

22. *Fallat.*] *Fallere* eſt λανθάνειν hic, elegantia priſca ac Romana. Fab. lib. VIII. cap. 2. & lib. VI. cap. 4. tum lib. IX. cap. 10. *Longius fortaſſe progredior, fallente tranſitu.* GEBHARD. Crepund. lib. 1. cap. 14. quem vide.

23. *Sit barbariſmus.*] *Fit*; Voſſ. ſecund.

24. *Quid hic promiſſo tanti operis dignum.*] Sic quidem recte legi mihi videtur, quamvis in antiquo exemplari *promiſſor*, litera *r* adſcripta, legatur. REGIUS. Ita & editiones Locatelli, Aldi, Stephani, Vaſcoſ. Sich. Roignii & aliæ. Sed *promiſſor* recte vindicavit Gebhard. lib. 1. Crepund. 14. & omitti eleganter verbum docet, & de vi verbi *promittere* plura addit. *Dignum antiquis*; etiam MS. Bodl. Andr. quæ omnes depravationes evenerunt, quia τῷ *dignum* genitivum caſum adjungi nolebant. Nam *tanti operis*, non cum *promiſſor*, ſed cum *dignum* conſtruendum puto. Vide Heinſ. ad Ovid. IV. Triſt. III. 57. recte vero alludi ad Horatianum illud ex Art. Poët. 138.

Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu,

jam Moſellanus & Philander notarunt: ut ibi *hiatu dignum*, ita hic *operis*; cui ſimile illud Propertii lib. III. Eleg. 2.

Reges, Alba, tuos, & regum facta tuorum,
Tantum operis nervis hiſcere poſſe meis.

Ubi vide Paſſerat. BURMAN.

25. *Qui vitioſe dixerit, non utique & ſcripto peccat.*] Lectionem hanc noſtram præfert MS. Bodl. ac Editorum pars maxima. Nonnulli (ut Edit. Lugdun.) legunt: *Quæ vitioſe dixerit, non utique & ſcripto peccant.* Sed etſi abeſſet Codicum auctoritas, hæc tamen lectio ab iis, quæ immediate præcedunt, damnaretur; *quod male ſcribitur, male etiam dici neceſſe eſt*; quibus reſpondeat; *qui vitioſe dixerit, non utique & ſcripto peccat.* GIBSON.

26. *Illud prius.*] Hoc eſt, vitium ſcriptionis, ut ſi quis ſcribat, *leggo*, *beibo*, pro *lego*, *bibo*; *edepol*, *michi*, pro *ædepol*, *mihi*; item *muſe*, *conia*, pro *muſa*, *ciconia*, &c. Lectionis vitia ſunt, ut *præbeſtat*, *cere comminuit brum*; cum ſit verum, *præſtat*, *comminuit cerebrum*, &c. CAMERAR.

27. *Adjectione.*] *Additione*; Locatel. Ald. Colin. Colon. Vidov. Steph. vero & Sich. in margine, *adjectione*, *detractione*; ſupple, literæ vel ſyllabæ; ut ſi quis ſcribat *alituum*, *tetulit*, pro *alitum*, *tulit*; aut contra *infantibu'*, *ſalmentum*, pro *infantibus*, *ſalſamentum.* De his lege Diomedem pag. 447. & Donatum pag. 1767. veterum Grammat. Putſch. CAPPER.

28. *Immutatione.*] Τρόπῳ, vel τροπῇ, cum videlicet una litera pro altera ponitur; ut Placentinus ille Tinca *Precculam* pro *Pergula* dicebat, τῷ C loco τῆ G utens. CAPPER.

29. *Tranſmutatione.*] Μεταθέσει, cum una litera in alterius locum tranſponitur: quod patet in eodem Tincæ Placentini exemplo, ubi τὸ R locum τῆ E occupabat. CAPPER.

30. *Hoc ſecundum.*] Id eſt, barbariſmus ille, qui fit loquendo. CAPPER.

31. *Diviſione.*] Si una ſyllaba in duas dividatur, ut ſi pro τῷ *Europæ* dicas *Europaï*, *ſoluit* pro *ſolvit*, &c. CAPPER.

32. *Complexione.*] Si duæ ſyllabæ in unam redigantur, ut eſt apud P. Varronem *Phaton* pro *Phaëton*, & ex Donati ſententia pag. 1772. *Æripedem cervam* pro τῷ *aëripedem.* CAPPER.

33. *Aſpiratione.*] Si proferatur τὸ H ubi opus non eſt, vel non proferatur ubi opus eſt; ut ſi quis dicat *Choronas*, *Chenturiones*, vel contra *Graccos*, *triumpos.* CAPPER.

34. *Sono.*] Per ſonum intelligit *tonos* & *accentus*: quanquam etiam ea intelligit vitia, quæ fiunt per *iotaciſmum*, *lambdaciſmum.* TURNEB.

35. *Infra hæc.*] *Intra*, non *infra*, legendum eſſe, facile dijudicabit, qui ſciet *infra* oppoſitum habere *ſupra*, *intra* vero & *extra* eſſe contraria. *Intra hæc* igitur legatur, hoc eſt, in iis conſiſtet, neque extra ea egredietur, quæ profeſſorum commentariolis vulgata ſunt. REGIUS.

36. *Pluribus modis.*] *Multis*; MS. Joan.

37. *Unum in gente.*] Donatus quoque *barbariſmum* ſepa-

[38] in gente ; quale ſit , ſi quis *Afrum* vel *Hiſpanum* Latinæ orationi nomen inſerat, ut ferrum , quo rotæ vinciuntur , dici ſolet [39] *canthus* : quamquam eo tamquam recepto utitur Perſius. [40] Sicut Catullus *ploxenum* circa Padum invenit , & in oratione Labieni (ſive illa Cornelii Galli eſt) in Pollionem [41] *caſnar* , aſſectator , e Gallia [42] ductum eſt. [43] Nam *maſtrucam* , quod Sardum eſt , [44] illudens Cicero ex induſtria dixit. [45] Alterum genus *barbariſmi* accipimus , [46] quod fit animi natura ; ut is a quo inſolenter quid aut minaciter, aut crudeliter dictum ſit, barbare locutus exiſtimetur. Tertium eſt illud vitium *barbariſmi* , cujus exempla vulgo ſunt plurima , ſibi etiam quiſque fingere poteſt ; ut verbo , cui libebit , [47] adjiciat literam ſyllabamve , [48] vel detrahat , [49] aut aliam, pro alia , aut [50] eamdem alio , quam rectum eſt , loco ponat. Sed quidam fere in jactationem eruditionis ſumere illa ex poëtis ſolent , [51] & auctores quos prælegunt , criminantur. Scire autem debet puer ,

rat a *βαρβαρολέξει*. Eſt enim *βαρβαρόλεξις* , quando peregrino verbo utimur , ut Hiſpano aut Gallico. *Barbariſmus* autem Latina quidem eſt dictio , ſed tamen vitioſa. TURNEB. In Burmanniana editione ſic legebatur : *Separat a barbaralexi. Eſt enim barbaralexis* ; ſed in Donato, quem laudat Pſeudo-Turnebus, legitur pag 1767. *Barbarolexis* , ubi legendum mihi videtur Græcis literis *βαρβαρόλεξις*. Nam Soſipater Chariſius , unde ſua Donatus hauſit , ſic habet pag. 237. *Barbariſmus fit in noſtra loquela : βαρβαρόλεξις in peregrina.* CAPPER.

38. *In gente.*] Præpoſitio *in* deeſt in edit. Stephan. Lugdun. &c. & abeſſe poſſet ſine ullo ſenſus diſpendio. CAPPER.

39. *Canthus.*] Hiſpanum quidem vocabulum , eſſe aperte aſſerit Fabius ; ſed Græci id ſibi vindicant , apud quos idem ferrum *κανθὸς* appellatur. Perſius vero in Satyra v. verſ. 71. eo utitur ,

Nam quamvis prope te , quamvis temone ſub uno
Vertentem ſeſe , fruſtra ſectabere canthum.

REGIUS. Videtur innuere Fab. *Canthum* eſſe dictionem *Hiſpanicam*. Hac tamen Homerus in Iliade eſt uſus. TURNEB. Caſaubonus ad d. lib. Perſii , Græcis , niſi Grammaticis , uſurpatum negat ; & Scheffer. 1. de re vehicul. cap. 6. fruſtra ſe in Homero quæſiſſe dicit ; quem vide : mihi vero nullum dubium eſt , vocem eſſe Celticam , & ita ferrum illud dictum , quia marginem rotæ ambit ; unde & noſtra lingua *Kant* , margo dicitur. BURMAN.

40. *Sicut Catullus.*] In Epigrammate de Æmilio hoc verſu ;

Gingivas vere Ploxeni habet veteris.

Exponit partim inciſionem capſarum , partim etiam capſam ipſam. PETR. MOSELLANUS. Alii *Ploxemum* ſcribunt , atque ita reperitur in codicibus Catulli. Feſtus vero Pomp. appellat *ploximum* , & capſam interpretatur. TURNEB. Salmaſius ad Capitol. Anton. Pium cap. XII. *Vix eripi mihi poteſt , quin vox ploxemum mire Græca ſit. Πλέξις , πλέξιμον ; ut τρῶξις , τρώξιμον ; ἄροσις , ἀρόσιμος , πλέξιμον ploximum : Græci enim πλέγματα ciſiorum & carrorum capſa vocant.* COLOMES. Voſſius ad Catull. pag. 324. Celticam exiſtimat vocem , a *plogam* , & contracte *ploum* , quod eſt noſtratium *ploeg* , aratrum. BURMAN.

41. *Caſnar aſſectator.*] *Aſſectator* quidem in illo veteri codice legitur , & recte quidem , ut id quoque verbum in oratione Labieni eſſe intelligamus. Videtur enim Labienus de quodam ſene puellæ aſſectatore verba facere. Nam *Caſnar* Gallorum lingua *ſenex* dicitur : quamvis apud Pompejum , *Oſcorum* legatur. Quod vero *aſſectatum* fere ab omnibus legatur , mihi non probatur ; cum manifeſte redundet ac ſuperfluum ſit ; omnia namque verba peregrina affectari dicuntur. REGIUS. *Appellat* puellam , inquit Ulpianus (lib. XV. ff. de injuriis) qui blanda oratione illius pudicitiam attentat ; *aſſectatur* vero , qui tacitus eam aſſidue inſequitur , ut tandem potiatur ; inde *aſſectator* dicitur. TURNEB. Hinc factum putat Gallicum noſtrum , *chaſſer*, clariſſimus Iſ. Pontanus in Addendis ad Gloſſarium Celticum ; en ejus verba : *Eſt & illud operæ pretium ſuperioribus Gloſſarii noſtri voculis , quæ a* C *litera incipiunt , attexere quod ait Quinctilianus Inſtit. lib. 1. cap.* 5. In Oratione Labieni , ſive illa Cornelii Galli eſt , in Pollionem , Caſnar aſſectator e Gallia ductum eſt : *Nam etiam iſta tempeſtate Gallis id vocabuli haud penitus antiquatum comperio ; eſt enim illis* chaſſeur, *etiamnum iis qui quidpiam vel aſſectatur , vel venatur. Quinctiliani vero illa formula* Caſnar , *videtur terminationem adumbrare hodieque Batavis Belgiſque nobis peruſitatam , qua* Wagenaer , *id eſt* , auriga ; hovenaer , *id eſt* , hortulanus , *& alia talia pronunciamus.* Caſnar , de quo Varro *Sexageſimo* apud Nonium, & lib. 6. de L. L. aliud eſt. COLOMESIUS. *Caſnar aſſectator*, Locatelli. Pontanum vero reprehendit Menagius in Origin. Ling. Gal. voce *chaſſer* ; *Aſſectator* autem recte exponitur a Turnebo. Vide & Paſſer. ad Propert. lib. 1. 20. pag. 237. & Torrent. ad Horat. 1. Sat. II. 78. quanquam & hanc vocem Celticam forte ſtatuere liceret , ut intelligatur ridiculus , paraſitus , qualis & hodie a noſtris *Nar* , & *Hofnar* , &c. dicitur ; & ita *aſſectator* poſſet dici , ut Cicero a noſtro lib. VI. cap. 3. *nimius aſſectator riſus* dicitur. Quamvis & *aſſectator* , pro cliente , ſcurra , vel paraſito poſſet ſumi. BURMAN. *Caſnar. . . . maſtrucam.*] De his vocabulis operæ pretium erit legere Voſſii Etymologicon.

42. *Ductum eſt.*] *Dictum*, in MSS. Bodl. Alm. Andr. male. Vid. Heinſ. ad Ovid. III. Faſt. 387.

43. *Nam maſtrugam.*] *Maſtruga* veſtis eſt Sardorum peculiaris , ut ex his Ciceronis verbis pro Scauro colligere poſſumus ; *Quem purpura regalis non commovit , eum Sardorum maſtruca mutavit.* Et de provinciis conſularibus cap. 7. *Maſtrucatos latrunculos* dicit. REGIUS. Iſidorus lib. XIX. cap. 23. a *monſtruoſa* derivat. Utitur & Plaut. Pœn. act. 5. ſc. v. verſ. 34. ALMELOV. *Maſtrugam* , in MS. Bodl. Ven. Al. Par. alii *maſtrucam.* E pellibus vero fuiſſe maſtrugas , docet Barth. ad Claudian. IV. Conſ. Honor. 467. Vide & Abraham. ad Cicer. d. l. ſed *maſtrucam* a Belgica voce *Motzrocken* , deducit Sligtenhorſtius, lib. 1. Hiſtor. Gelricæ pag. 7. quia *motz* veſtem , tegmen , notat ; unde & *een warme motz* , & *motzkovel* vulgo dicitur. BURMAN.

44. *Illudens Cicero.*] Nempe in oratione pro M. Æmilio Scauro , cujus locum nobis ſervavit Iſidorus, Orig. lib. 19. cap. 23. Quod fugit Dominicum de Caldariis , qui in Theſ. Crit. tom. 1. pag. 316. Laurentium Vallam immerito reprehendit. COLOMES.

45. *Alterum genus.*] Hominem crudelem Græci ſolent & Latini *barbarum* appellare ; unde *barbariſmus* pro crudelitate dicitur , ut *Phalariſmus.* TURNEB.

46. *Quod fit animi natura.*] Græci dicerent *ἠθικῶς* vel *κακοηθείᾳ τινὶ* , hoc eſt , prava animi affectione. CAPPER.

47. *Adjiciat literam.*] Quoniam Poëtæ aliquoties , nolint , velint , neceſſitate cogente , id genus vitia in verſibus ex induſtria committunt ; quod alias verba forſan in arctam metri legem non coïrent. Sic Virgilius *Relligione* dixit appoſita L. litera , neceſſitate ductus. Alioqui , cum *re* præpoſitio brevem faciat ſyllabam , in verſum non quadraſſet hæc dictio. MOSELLANUS. *Adjiciat literam , ſyllabamve.*] Quæ adjectio ſi fiat initio , ut *Gnatus* pro *natus* , *proſthesis* appellatur ; ſi media in dictione aut circa medium , ut *Induperator* & *Relligio* , pro *Imperator* & *Religio* , dicitur *epenthesis* ; ſi denique in fine, ut *dicier* pro dici , *paragoge* vocatur. CAPPER.

48. *Vel detrahat.*] Hæc detractio ſi contingat initio dictionis , ut *ruit* , pro *eruit* , dicitur *aphæreſis* ; ſi circa medium , ut *extinxti* , pro *extinxiſti* , *ſyncope* ; ſi in fine , ut *Achilli*, pro *Achillis* , *mage* , pro *magis* , erit *apocope*. Quæ omnia fuſius tractant Diomedes pag. 435. Donatus pag. 1771. &c. in veteribus Grammaticis ab Elia Putſchio editis. CAPPER.

49. *Aut aliam , pro alia.*] Græci *τρόπον* & *τροπὴν* , appellare ſolent , Quinctilianus *immutationem* ; cujus modi erat illa Tincæ Placentini *Precula* , pro *Pergula* , ubi τὸ C , pro G ponebat. CAPPER.

50. *Eandem alio , quam rectum eſt , loco ponat.*] *Μετάθεσιν* Græci vocant , Fabius tranſmutationem , ut ſi quis dicat *Thymbre* , pro *Thymber*. Vide Diomedem pag. 437. CAPPER.

51. *Et auctores , quos prælegunt , criminantur.*] Obrechtus edidit ; *Ut auctores , q. pr. criminentur.* Quod ex ejus conjectura eſſe ſuſpicor , cum in nullo codice invenerim.

hæc apud ſcriptores carminum aut venia digna, aut etiam laude dici; potiuſque illa [52] docendi erunt minus vulgata. Nam duos in uno nomine faciebat *barbariſmos* [53] Tinca Placentinus (ſi reprehendenti Hortenſio credimus) [54] *preculam*, pro *pergulam* dicens; & [55] *immutatione*, [56] cum *c* pro *g* uteretur; [57] & *tranſmutatione*, cum *r* præponeret *e* antecedenti. At in eadem vitii geminatione [58] *Metieo Suffetieo* dicens Ennius, poëtico jure defenditur. Sed in proſa [59] quoque eſt quædam jam recepta immutatio. Nam Cicero [60] *Canopitarum* exercitum dicit, ipſi *Canobon* vocant; & [61] *Tharſomenum* pro *Thraſumeno* multi auctores, etiam ſi eſt in eo *tranſmutatio*, [62] vindicaverunt; ſimiliter alia. [63] Nam, ſive eſt [64] falſum *aſſentior*, [65] Siſenna dixit [66] *aſſentio*, multique & hunc, & [67] *analogiam* ſecuti: ſive [68] illud verum eſt, [69] hæc quoque pars conſenſu defenditur. At ille [70] pexus pinguiſque doctor, aut [71] illic *detractionem*, aut [72] hic *adjectionem* putabit. Quid? quod quædam, quæ ſingula procul dubio vitioſa ſunt, juncta ſine reprehenſione dicuntur? [73] Nam [74] & *dua* & *tre* &

52. *Docendi.*] *Docenda*, Colinæus.

53. *Tinca.*] *Tinga*, in MS. Bodl. Alm. Venet. Locat. alii *Tinca*, ut & apud Ciceronem ſcribitur. *Tinca Placentinus.*] Meminit hujus Tincæ Placentini Cicero in catalogo clarorum Oratorum, ubi faceriſſimum hominem dicit fuiſſe, ut qui cum præcone Granio dicacitate ſolitus fuerit certare. MOSELLANUS. Nomen ſortitur a tinca piſce. TURNEB.

54. *Pergulam.*] Locus eſt columnis ſuſtentatus ante ædes, vel omnibus, vel pluribus lateribus, liberæ auræ expoſitus, in quo deambulare veteres ſolebant, h. e. pergere; unde & nomen factum. Utitur eo Plinius lib. 38. MOSELLANUS.

55. *Immutatione.*] Τροπὴν Græci dicunt, & aliquando ἀντίθεσιν. Vide Soſipatrum Chariſium pag. 249. & Diomedem pag. 437. in veterib. Grammatic. a Putſchio editis. CAPPER.

56. *Cum* c, *pro* g *uteretur.*] Feſtus in *Orcum*, & in *Prodigia*. PITHOEUS.

57. *Et tranſmutatione.*] Quam Græci μετάθεσιν appellant. CAPPER.

58. *Metieo Suffetieo.*] Si Ennii carmina exſtarent, facile vitia ea duplicata deprehenderentur. REGIUS. Conjectura aſſequi poſſem, apud veteres *Metius* in prima ſyllaba ſcribi ſolitum per *æ* diphthongum, & *Suffetius* inde per *æ* in ſecunda: itaque hac ratione in dativo dicendum fuiſſet Ennio, *Maetio Suffaetio*. Sed quoniam in verſum Heroïcum ſyllaba inter duas longas poſita non ingreditur, coactus eſt Ennius & mutationem literarum, & tranſmutationem facere; nam *æ* mutavit, poſuitque *e*; & *e* quod ex diphthongo reliquum erat, tranſtulit in penultimum locum. MOSELLANUS. *Mætius* & *Suffætius* apud antiquos per diphthongum ſcribebantur; quam Ennius mutavit in monophthongum *è*, & ipſam diphthongum rejecit in penultimam. *Cicer. in Brut.* TURNEB. Antiqui *Fuffeceio* per F. ſcribebant, non per S. PHILANDER. Vide decertantes de hujus nominis vera orthographia Robortel. II. Emendat. cap. 52. & Sigon. II. Emend. 52. qui & *Mettium* ſcribi poſſe docet; ut apud Livium lib. I. cap. 23. & ſeqq. ſemper codices optimi habent. Quod & docuit. Salmaſ. ad Flor. I. 3. & ita apud Cicer. X. ad At. 27. emendati codices, *de Herode & Mettio meminero*. Apud Plin. lib. I. Ep. V. Aldi editio *Mettius Carus*, & apud Suet. Dom. 10. *Mettius Pompoſianus*, ex Cod. Salmaſii. Multi tamen etiam *Metii* in antiquis lapidibus memorantur. BURMAN.

59. *Quoque jam eſt recepta quædam.*] *Eſt quædam jam recepta*; Ald. Sich. Par. Vaſc. Steph. Gryph. Colon.

60. *Canopitarum.*] *Canobos*, auctore Strabone lib. 17. ſolebat ſcribi. At Plinius *Canopum* vocat. Eſt autem civitas centum viginti ſtadiis ab Alexandria diſtans, ſortita nomen a *Canopo* quodam qui illic ſit mortuus; cives *Canopitæ* dicti ſunt. MOSELLANUS. Vide Serv. ad Virgil. IV. Georg. 287.

61. *Thraſumenum pro Thraſomeno.*] Sic quidem ſcribitur; ſed, niſi aliter legatur, nulla in hoc nomine tranſmutatio deprehenditur; niſi quis tranſmutationem pro immutatione accipiat, quod ſane abſurdum eſſet. Quod ſi *Tharſumenum* legerimus, nihil mentitus eſſe Fabius videbitur; ſic enim apta eſt tranſmutatio. Quare mea quidem ſententia ſic eſt legendum, *& Thraſumenum* pro *Tharſumeno*. Huic autem lectioni etiam vetuſtum illud exemplar, ſæpius mihi allegandum, adſtipulatur. *Thraſymenus* autem lacus eſt Umbriæ, ſic dictus a Thraſymeno puero, quem Ægyla Nympha rapuiſſe dicitur. REGIUS. *Thraſimenum* legendum opinor; ut ſit & literæ V mutatio in I, & adſit quoque tranſmutatio, ſive literarum tranſpoſitio: alioqui non eſſet, quod Fabius dicit, exemplum huic loco accommodandum. Porro loci eſt hoc nomen in Umbria, Apuliæ regione, ubi Romani quondam infeliciter pugnarunt. MOSELLANUS. Scribe *Tharſomenum pro Thraſumeno*. PHILAND. Valla legendum putat hoc loco *Thraſumenum*; quæ lectio verior etiam videtur, cum duntaxat ſit tranſmutatio, ut ait Fab. TURNEB. Tarſimeni meminit Plinius lib. II. cap. 73. & 107. qui nec ſcribit per *Th.* ut hic in Quinctiliano legimus. Quod etiam Salmaſius ad Flor. II. cap. 6. taxat; ſed *Tarſumenum pro Traſumeno* legendum eſſe cenſet; quia Traſimenum lacum intelligit. ALMELOV. *Tharſimenum pro Thraſimeno*, Colin.

62. *Vendicaverunt.*] Ita antiquæ editiones fere omnes. *Vindicaverunt*, MS. Joan. *Indicaverunt*, MS. Bodl.

63. *Nam ſive eſt falſum, &c.*] Ita confuſus eſt hic orationis contextus, ut mihi liquido non percipiatur. *Aſſentior* quidem & *aſſentio* in eadem uſurpatur ſignificatione, idque innuit Fabius, verum obſcurius, quam ut perſpicuitati ejus conveniat. Forſitan autem ſic emendari poſſet: *Nam ſive eſt falſum* aſſentior, *ſive illud verum eſt*, *Siſenna dixit* aſſentio, *multique & hunc*, *& analogiam ſecuti; hæc quoque pars conſenſu defenditur.* * REGIUS.

64. *Falſum.*] Deeſt in MS. Bodl. Joan. Almel. Andr.

65. *Siſenna.*] Gellius lib. II. 25. ex Varrone locum hac de re citat. CAMERAR.

66. *Aſſentio.*] Vide Varron. de L. L. lib. VIII. de Siſenna vid. Cicer. in Bruto 64. MOSELLANUS. Vide & cap. 74. ubi cum *emendatorem uſitati ſermonis* dicit.

67. *Analogia.*] Analogia eſt ſimilis ſimilium declinatio, quam quidam Latine *proportionem* vocant. Agellius lib. 2. cap. 25. MOSEL.

68. *Illud verum eſt.*] Cum ratione Grammatica quadrat; nam Cicero in oratore perfecto illud verum appellare ſolet, quod regula & ratio artis præſcribit; falſum autem, quod huic eſt contrarium. MOSEL.

69. *Hæc quoque pars, &c.*] Olim duntaxat *aſſentior* dicebant. Primus Siſenna hiſtoricus, & idem orator, in ſenatu dixit *aſſentio*; ac poſt Siſennam Cic. aliique optimi auctores *aſſentio* etiam uſurparunt. Innuit itaque Fab. utrumque eſſe in uſu. TURNEB. Vide Fabrit. ad Cicer. I. de Off. 6.

70. *Pexuſque pinguiſque.*] Gallæus hic Quinctiliani amicum intelligit quemdam; ſed contumelioſam hanc eſſe irriſionem puto, qua comptum & mollem pædagogum nobis deſcribit; ut *pexum* a cura capillorum (ſicut Perſ. Sat. I. 15. *pexuſque togaque recenti*) *pinguem* bene curata cute dicat, & ſimul *ingenium pingue* indicet, ut Ovid. XI. Metam. 149. loquitur. Quanquam & vox *pinguis* ad comam unguento delibutam referre poſſumus, ut apud Græcos λιπαρὸς; de quo vide Spanh. ad Callim. Hym. Pall. 32. qui tamen non recte *pinguem capillum* reddi putat; cum & Suetonius Neron. 20. *puerum pinguiſſima coma* dixerit, quod recte Caſaubonus λιπαροπλόκαμον interpretatur. BURMAN.

71. *Illic detractionem.*] Nam in τῷ *Aſſentio* eſſet detractio τῆς R literæ. CAPPER.

72. *Hic adjectionem.*] Quoniam in τῷ *aſſentior* eſſet adjectio τῆς R literæ. CAPPER.

73. *Nam dua.*] *Nam & dua*, V. C. Almel. Gryph. Vaſcon. Obrecht. Gibſ.

74. *Et dua & tre & pondo.*] Pro τοῖς duo, tri vel tria, pondera. CAPPER.

pondo diverſorum [75] generum ſunt *barbariſmi* : at *duapondo* & [76] *trepondo*, uſque ad noſtram ætatem, ab omnibus dictum eſt, & recte dici Meſſala confirmat. Abſurdum forſan videatur dicere, *barbariſmum*, quod eſt unius verbi vitium, fieri per numeros, aut *genera*, ſicut *ſolœciſmum*; [77] *ſcala* tamen & *ſcopa*, contraque [78] *hordea* & [79] *mulſa*, licet literarum *mutationem*, *detractionem*, [80] *adjectionem* non habeant, non alio vitioſa ſunt, quam quod *pluralia ſingulariter*, & *ſingularia pluraliter* efferunt; & [81] *gladia* qui dixerunt, [82] *genere* exciderunt. Sed hoc quoque notare contentus ſum, ne arti culpa quorumdam pervicacium perplexæ, videar & ipſe quæſtionem addidiſſe. Plus exigunt ſubtilitatis, quæ accidunt in dicendo vitia; quia exempla eorum tradi ſcripto non poſſunt, niſi cum in verſus inciderunt, ut [83] *διαίρεσις Europaï*: & ei contrarium vitium, quod συναίρεσιν & συναλοιφὴν Græci vocant, nos [84] *complexionem* dicimus; qualis eſt apud P. Varronem,

[85] *Cum te* [86] *flagranti dejectum fulmine* [87] *Phæton.*

Nam, ſi eſſet proſa oratio, eaſdem literas [88] enuntiare veris ſyllabis licebat. Præterea quæ fiunt [89] ſpatio, ſive cum ſyllaba correpta producitur; [90] ut,

Italiam fato profugus......

ſeu longa corripitur; ut, *Unius ob noxam & furias*, extra carmen non deprehendas. Sed nec in carmine vitia [91] ducenda ſunt. Illa vero non niſi aure exiguntur, quæ fiunt per ſonos: quamquam per *aſpirationem*, ſive adjicitur vitioſe, ſive detrahitur, apud nos poteſt quæri an in ſcripto ſit vitium, [92] ſi H litera eſt, non nota; cujus quidem ratio mutata cum temporibus eſt ſæpius. [93] Parciſſime ea veteres uſi etiam in *vocalibus*, cum [94] *œdos*, *ircoſque* dicebant. [95] Diu deinde ſervatum, ne *conſonantibus* [96] aſpiraretur, ut in *Graccis*, & [97] *triumpis*. Erupit brevi tempore nimius uſus, ut *choronæ*, *chenturiones*, *præchones* adhuc quibuſdam inſcriptionibus maneant:

75. *Generum ſunt barbariſmi.*] *Sunt*, deeſt in V. C. Alm.

76. *Trepondo.*] His quoque dictionibus utitur Scribonius Largus frequenter in lib. de compoſitionibus medicamentorum. TURNEB. *At duapondo & trepondo.* Horum rationem inveſtigamus lib. 1. de pecun. vet. cap. 7. GRONOVIUS.

77. *Scala tamen & ſcopa.*] Servius annotat, nomina ea quæ pluribus rebus conſtant, ſingulari carere. Annotat Donatus, ea nomina, quæ pertinent ad numerum, pondus, menſuram, plurali carere. TURNEB. *Scala tamen, &c.* Romanus Aquila, *malo aſcenſum, quam ſcalam aut gradiculos, ut quidam* dixere. Varro 2. de analog. * Diomedes, Servius in Donat. PITHOEUS. An *ſcala* & ſimilia dicantur ſingulari numero, vide Barth. ad Stat. x. Theb. 835.

78. *Hordea.*] Quæ ponderi vel menſuræ ſubjecta ſunt, pluraliter non declinantur; ut triticum, frumentum, oleum, aurum, argentum, plumbum; in hujuſmodi enim, quæ ſub menſuram ac pondera potius, quam ſub numerum ſuccedunt, cum incrementum acceſſit, per *multum* enuntiatur. Dicimus enim, multum oleum, & multum plumbum, non multa olea, plumba, &c. Quandoque tamen pluralem numerum ſibi vindicant. Nam dicimus *vina*, *mella*, Ciceronis exemplo. *Hordea* Virgil. dixit; *Muſta* Ovid. & hoc libro Fabius, *muſta auſtera*. PITHOEUS.

79. *Muſta.*] Malo *mulſa* legere. MOSEL. Quidam mutarunt in *mulſa*, offenſi, credo, quod Ovidius dixerit *nova muſta*. & Martialis lib. 1. Epig. 19.

In Vaticanis condita muſta cadis.

& Fabius lib. primo *Muſta auſtera*. CAMER. *Mulſa*, V. C. Alm. Ald. Gryph. Obrecht. ſed alii rectius *muſta*, de qua voce ad Ovidii lib. 1. Amor. xv111. latius agemus.

80. *Adjectionem non habent.*] *Non*, deſideratur in MSS. Joan. & Bal. Almel. Andr.

81. *Gladia.*] Valla tamen ex Varrone annotat *gladium* neutro genere dici. TURNEB. Miratur hoc Quinctiliano in mentem veniſſe, & Lucilium, Plautum & Varronem *gladium* neutro genere dixiſſe notat Fr. Douz. ad Lucil. pag. 103. quem locum & Almelovenius adnotaverat.

82. *Genere exciderunt.*] Id eſt, peccarunt in aſſignando vel efferendo hujus nominis genere. CAPPER.

83. Διαίρεσις.] *Diviſio*, Locat. *Diviſio*, διαίρεσις, Ald. Gryph. Sich.

84. *Complexionem.*] Hodie *ſynæreſim* & *ſynalœpham* Græciſſantes appellamus. CAPPER.

85. *Cum te.*] *Tum te*, V. C. Alm.

86. *Flagranti.*] *Effiagranti*, in MSS. Bal. Andr.

87. *Phæton.*] In MSS. Ovidii diſſyllabum paſſim occurrere notavit Heinſius ad lib. 1. Metam. 751. & non ſimplici *e*, *Pheton*, ſed *Phaeton*, ſcripſiſſe probat Voſſius, de Art. Gram. lib. 11. cap. 14. BURMAN.

88. *Enuntiare.*] *Enumerare*, Sichardus in margine.

89. *Spatio.*] Supple temporis, id eſt, quantitate, ut jam loqui amant οἱ τῶν Grammaticorum παῖδες. CAPPER.

90. *Ut Italiam.*] *Ut*, deeſt in V. C. Almel. eſt vero ex lib. 1. Æneid. v. 6. & alterum ex v. 45.

91. *Ducenda.*] *Dicenda*, MSS. Joan. Voſſ. ſecund. Bern.

92. *Si H litera eſt.*] Litera H, cujus inventio Simonidi tribuitur, & litera, & aſpiratio a Gellio lib. 11. cap. 3. dicitur; quam pro E longo uſurpaſſe, eaque delectatos Atticos ex Athenæo, lib. 1x. cap. 19. adſtrui poteſt. Notat & Servius ad Virgil. Æneid. v111. 330. veteres ut plurimum, ubi aſpiratio eſſet, H præpoſuiſſe. ALMELOV. *Si H. litera eſt, non nota.*] Qua de re diſputantes lege Grammaticos veteres in Putſchiana editione pag. 540. 543. 2217. CAPPER.

93. *Parciſſime.*] Vid. Angel. Politian. obſervat. cap. 19.

94. *Oedos ircoſque.*] Ita in inſcriptione apud Gruter. pag. x111. num. 17. VIVS pro HVIVS. ALMELOV.

95. *Diu reſervatum.*] *Obſervatum* puto legendum. REGIUS. Et ita Colon. Gryph. Steph. Roign. Vidov. *reſervatum*, MSS. Bodl. Joan. & Alm. Locatel. Venet. Ald. Sich. *ſervatum*, Vaſcoſ. & Obrecht.

96. *Aſpiraretur.*] *Aſpirarent*, MSS. Joan. Bodl. Andr.

97. *Triumpi.*] Angel. Politianus Miſcel. cap. 19. narrat a ſe ſpectatum aureolum numiſma, cui inſculptum fuerit ad hunc modum; TRIUMPI, citra aſpirationem. Inſerebant aſpirationem veteres noſtri pleriſque vocibus verborum firmandis roborandiſque; ut ſonus earum eſſet vividior, vegetiorque; qua de re nonnihil & Cicero in Oratore perſtringit, ex quo loco Fabius ferme hæc transſcripſit. MOSELLANUS. Uſque adeo refugit aſpirationem conſonantium lingua Latina, ut Græcis etiam dictionibus veteres detraxerint. *Arcitectum* enim maluerunt, quam per *ch*. Cicero in Oratore cap. XLVIII. *Quin & ego ipſe, cum ſcirem ita majores locutos eſſe, ut nuſquam niſi in vocali aſpiratione uterentur, loquebar ſic, ut* pulcros, Cetegos, triumpos, Cartaginem *dicerem: aliquando, idque ſero, convicio aurium, cum mihi extorta veritas eſſet, uſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſervavi.* Et ſane nullum eſt nomen Latinum, in cujus natura aſpiratio ineſſe poſſit oſtendi. Gellius, cur aſpirationem inſeruerint aliquibus dictionibus Latini, docens, videri id vult linguæ Græcæ ſimilitudine factum. In Probi Catholicis legimus nullum Latinum nomen aſpirationem habere poſt C, præter tria, *pulcher*, *orchus*, *lurcho*. Sed & hæc tamen, ſi quis debere putat aſpirationem habere, ſciat uſu, non ratione, habere. CAMERARIUS.

[98] qua de re Catulli nobile *epigramma* eſt. Inde durat ad nos uſque *vehementer*, & *comprehendere*, & *mihi*; nam *mehe* quoque pro *me* apud antiquos, tragœdiarum præcipue ſcriptores, in veteribus libris invenimus. [99] Adhuc difficilior obſervatio eſt per [100] *tenores*, (quos quidem ab antiquis dictos *tonores* comperi, ut videlicet declinato a Græcis verbo, qui *τόνους* dicunt) vel accentus, quas Græci *προσῳδίας* vocant, [101] cum *acuta* & *gravis* alia [102] pro alia ponitur, ut in hoc [103] *Cámillus*, ſi acuitur prima: aut *gravis* [104] pro *flexa*, ut *Céthegus*, & hic prima *acuta*; nam ſic media mutatur: [105] aut *flexa* pro *gravi*, [106] ut *apice* circumducta ſequente, quam ex duabus ſyllabis in unam cogentes, & deinde [107] flectentes, dupliciter peccant. Sed id ſæpius in Græcis nominibus accidit; ut [108] *Atreûs*, quem nobis juvenibus doctiſſimi ſenes [109] *acuta* prima dicere ſolebant, ut neceſſàrio ſecunda *gravis* eſſet. Item Tereû, Nereûque. Hæc de accentibus tradita. [110] Cæterum [111] jam ſcio, quoſdam eruditos, nonnullos etiam Grammaticos, ſic docere ac loqui, ut, propter quædam vocum diſcrimina, verbum interim [112] acuto ſono finiant; ut in illis,

[113] *Quæ circum litora, circum piſcoſos ſcopulos....*

ne, ſi *gravem* poſuerint ſecundam, *circus* dici videatur, non *circuitus*. Item *quantum*, *quale*, interrogantes, *gravi*; comparantes, *acuto tenore* concludunt: quod tamen in adverbiis fere ſolis ac pronominibus [114] vindicant; in cæteris veterem legem ſequuntur. Mihi videtur conditionem mutare, quod his locis verba conjungimus. Nam cum dico, *circum litora*, [115] tamquam unum enuncio, diſſimulata diſtinctione: itaque tamquam in una voce, una eſt *acuta*: quod idem accidit in illo,

[116] *Trojæ qui primus ab oris.*

Evenit, ut metri quoque conditio mutet accentum; ut,

[117] *Pecudes pictæque volucres.*

Nam *volucres* media *acuta* legam; quia, etſi natura brevis, tamen *poſitione* longa eſt,

98. *Qua de re Catulli nobile Epigramma.*] Politianus putat Epigramma citari hoc potiſſimum.

Chommoda dicebat, ſi quando commoda vellet
Dicere, & hinſidias Arrius, inſidias.
Et tum mirifice ſperabat ſe eſſe loquutum,
Cum, quantum poterat, dixerat hinſidias.
Credo ſic mater, ſic liber avunculus ejus,
Sic maternus avus dixerat, atque avia.
Hoc miſſo in Syriam requierant omnibus aures;
Audibant eadem hæc, leniter, & leviter.
Nec ſibi poſt illa metuebant talia verba,
Cum ſubito affertur nuncius horribilis:
Ionios fluctus, poſtquam illuc Arrius iſſet,
Jam non Ionios eſſe, ſed Hionios. PAREUS.

Vide Voſſ. de Art. Grammat. II. cap. II. COLOMESIUS.

99. *Adhuc difficilior.*] *Proſodia* proprie ſignificat, notam quandam dictionis, & pronunciationis moderationem; dividiturque *in tonum, ſpiritum, tempus, paſſionem.* Hic tamen a Quinctiliano uſurpatur pro *tono.* TURNEB.

100. *Tenores.*] Quaſi tenſiones a Græco verbo *τείνω*, quod *tendo* ſignificat. MOSEL.

101. *Acuta & gravis.... aut gravis pro flexa .... aut flexa pro gravi.*] Supple, *προσῳδία*, vel ſyllaba, vel vocalis. *Quum acuta & gravis alia pro alia ponitur, &c.*] Nam in *τῷ Camillus* deberet eſſe acuta in medio, ſic *Camíllus*; & in *τῷ Cethegus* deberet eſſe circumflexa in medio ſic *Cethêgus*; idque ſecundum accentuum regulas a Diomede pag. 426. Priſciano pag. 1289. Martiano Capella pag. 61. traditas. Itaque ſi dicas *Cámillus* & *Céthegus*, in medio *τῦ Cámillus* erit gravis pro acuta (ſyllaba enim accentu deſtituta, cenſetur habere gravem.) Initio autem in *τῷ Ca* erit acuta pro gravi; tunc igitur acuta & gravis alia pro alia ponetur. Pariter in medio *τῦ Céthegus* eſſet gravis pro circumflexa; unde merito Fabius ait, *media mutatur.* CAPPER.

102. *Pro alia ponitur.*] *Ponuntur*; MSS. Bodl. Joan. Alm. *ponantur*; MS. Bal.

103. *Pro flexâ.*] Id eſt, ut vulgo dicimus, circumflexâ.

104. *Camillus.*] Syllaba, quæ accentum non habet acutum, aut circumflexum, habet gravem. Penultima autem, ſi longa eſt, ſemper habet acutum, aut circumflexum; acutum quidem, ſi longa eſt poſitione, aut ſi longa eſt natura, & ultima etiam longa; circumflexum vero, ſi natura longa eſt, & ultima brevis. TURNEB.

105. *Aut flexa pro gravi.*] Quidam eam ſyllabam, quæ gravari deberet, circumflectunt, ac inſuper *ſynæreſin* faciunt; ut ſi quis hoc nomen *Balteus*, ut diſſyllabum pronuntiaret, & ultimam ſyllabam circumflecteret, dupliciter peccaret, tum quod duas ſyllabas in unam miſceret, tum quod male accineret. Hoc tamen vitium potius fieri ſolet in Græcis dictionibus. TURNEBUS.

106. *Ut apice circumducta ſequente.*] *Apex* eſt nota longæ ſyllabæ, ut docet Terentius Scaurus pag. 2255. his verbis. *Accius, geminatis vocalibus, ſcribi natura longas ſyllabas voluit, cum alioqui adjecto, vel ſublato apice, longitudinis & brevitatis nota poſſet oſtendi. Et pag.* 2264. *Apices ibi poni debent, ubi eiſdem literis alia atque alia res deſignatur, ut vēnit & vĕnit; ārет & ăret; lēgit & lĕgit. Super I tamen literam apex non ponitur: melius enim I pIla in longum producetur. Cætera vocales, quia eodem ordine poſita diverſa ſignificant,* apice *diſtinguuntur, ne legens dubitatione impediatur.* Porro nota longæ ſyllabæ, erat linea a ſiniſtra in dextram partem æqualiter ducta, ſicut docent Diomedes pag. 429. Priſcianus pag. 1287. Donatus pag. 1740. & Marius Victorinus pag. 1943. in veterib. Grammaticis a Putſchio editis anno 1605. CAPPER.

107. *Flectentes.*] Id eſt, circumflectentes, ſeu circumflexo accentu pronunciantes.

108. *Atreus.*] Hæ dictiones Græcæ apud Græcos acuunt ultimam, apud Latinos penultimam. Igitur in obliquis ſi quis *Atrei* ultimo loco circumflecteret, & duas ſyllabas in unam conflaret, peccaret. TURNEB. *Atreus*, & mox *Terei*, *Nereique*; Ald. Steph. Gryph. & alii.

109. *Acuta prima dicere ſolebant, ut neceſſario ſecunda gravis eſſet.*] Idque propter afferendam mox regulam, quæ ſic habet: *Eſt in omni voce utique acuta; ſed nunquam plus una, nec ultima unquam, ideoque in diſſyllabis prior.* CAPPER.

110. *Cæterum.*] Hodie quoque, differentiæ cauſa, ſolent adverbia, præpoſitiones, pronomina acuere ultimo loco. TURNEB.

111. *Jam ſcio.*] *Scio jam*; Vaſcoſ. Steph.

112. *Acuto ſono.*] Malim *ſono*, id eſt, accentu; nam de ſonis & ſonorum vitiis aget demum poſt accentuum tractationem. CAPPER.

113. *Quæ circum.*] Virg. IV. Æneïd. 254.

114. *Vindicans.*] *Vendicant*; Venet. Ald. Vaſc. Steph. Gryph. Col. Roign.

115. *Tanquam unum.*] Ut *ſemper lenitas, ſemper deus, primus ab*; nam per ſe poſitum *ab* acueretur. CAMERARIUS.

116. *Troja.*] Virg. Æneïd. I. 5.

117. *Pecudes.*] III. Georg. 243.

ne faciat *[118] iambum, quem non recipit verſus heroïcus. [119] Separata vero hæc, a [120] præcepto noſtro non recedent: aut, ſi conſuetudo vicerit, vetus lex ſermonis abolebitur; cujus difficilior apud Græcos obſervatio eſt, (quia plura illis loquendi genera, quas [121] Διαλέκτους vocant, & quod [122] alias vitioſum, interim alias rectum eſt) [123] apud nos vero breviſſima ratio. [124] Namque [125] in omni voce, *acuta* intra numerum trium ſyllabarum continetur, ſive [126] hæ ſint [127] in verbo ſolæ, [128] ſive ultimæ; & in his [129] aut proxima extremæ, aut ab ea tertia. [130] Trium porro, de quibus loquor, media longa, aut *acuta*, aut [131] *flexa* erit: [132] eodem loco brevis, utique [133] *gravem* habebit ſonum; ideoque poſitam ante ſe, id eſt, ab ultima tertiam, acuet. [134] Eſt autem in omni voce utique *acuta*: ſed nunquam plus una, nec ultima unquam; ideoque [135] in diſſyllabis prior. Præterea [136] nunquam in eadem, *flexa* [137] & *acuta*, quoniam eadem *flexa* ex *acuta*. [138] Itaque [139] neutra [140] claudet [141] vocem Latinam. Ea vero, quæ ſunt ſyllabæ unius, [142] erunt *acuta*, [143] aut *flexa*, ne ſit aliqua vox ſine *acuta*. [144] Et illa [145] per ſonos accidunt, quæ demonſtrari ſcripto non poſſunt, vitia oris & linguæ; [146] ἰωτακισμοὺς & λαμβδακισμοὺς, ἰσχνότητας, & πλατειασμοὺς, feliciores [147] fingendis nominibus Græci vocant; ſicut [148] κοιλοστομίαν, cum vox quaſi

118. *Iambum.*] Alioqui enim eſſet verſus miulus. * TURNEB. τὸ *miulus*, vox eſt nihili. Lege *verſus miurus.* Nam verſum μείουρος exhibet Terentianus Maurus pag. 2425. vet. Gram. *Eundem vocat Diomedis pag. 499. ubi ſic habet. Ecaudes ſunt qui .... in ultima vel ſyllaba fraudantur, vel tempore deficiunt. Græce μείουροι, vel σκάζοντες vocantur; ut eſt* τρεῖς δ᾽ ἐρρίγουν ὅπως ἴσος αἰόλος ὄφις CAPPER.

119. *Separata.*] Hoc eſt, diviſim, ac ſingillatim pronuntiata. REGIUS. Gallæo ſuſpecta vox fuit.

120. *Præcepto noſtro.*] *Noſtro* non agnoſcunt MSS. Bodl. Bal. Almel. nec Baſil. editio. nec Voſſ. ſec.

121. Διαλέκτους] *Dialectus* idioma eſt, & linguæ proprietas, quæ peculiarem quamdam habet phraſim & pronunciationem. Itaque, cum apud Græcos accentuum ratio ſit difficilis, difficultatem tamen addit idiomatum varietas. Nam cum *Peleus*, & ſimilia nomina lingua communi & Attica ultimam acuant, tamen lingua Æolica penultimam acuunt. TURNEB. Nemo fere eſt, qui ignoret, Græcæ linguæ omnibus communem nationis illius hominibus uſum, quatuor differentiis fuiſſe variatum, quas διαλέκτους dixerunt; *Attica, Ionica, Dorica & Æolica.* Sed ſub his ipſis quaſi generibus, multæ diverſitates inveniuntur, quatenus non modo per gentes, ſed civitates etiam, & oppida & vicos non eodem modo locuti fuere. CAMERAR.

122. *Aliàs.*] *Alia*, Bernenſ.

123. *Apud nos vero.*] *Apud nos vero breviſſima ratio:* MSS. Joan. Alm. Andr. Venet. Ald. Vaſc. Par. Steph. Gryph. Colin. Sich. Obrecht. ſed Vaſcoſani editio in fol. & Lugd. *rectiſſima ratio ac etiam breviſſima.*

124. *Namque.*] *Namque* legendum eſſe profeſſus ſum, *quia* particula craſa; exponit enim Fabius, quomodo breviſſima apud nos ſit accentuum ratio. In omni namque voce acutus accentus intra numerum trium ſyllabarum continetur. Eſt enim aut in antepenultima, quæ eſt tertia a fine, ut *advena*; aut in penultima, ut *Poëta* ablativi caſus; circumflexus vero intra numerum duarum ſyllabarum conſiſtit; in penultima namque longa locatur, ſi ultima eſt brevis, ut *Poeta* nominativi caſus. REGIUS.

125. *In omni voce.*] De regulis accentuum Latinorum lege Vincentium Bellovacenſem ſpecul. doctrinal. lib 2. cap. 14. & Priſciani opuſculum de accentibus pag. 1286. CAPPER.

126. *Hæ ſint.*] *Eæ*, Ald. Colin. Gryph. Baſil. &c.

127. *In verbo ſolæ.*] Id eſt, in vocabulo triſyllabo.

128. *Sive ultimæ.*] In quadriſyllabis videlicet, pentaſyllabis, &c. CAPPER.

129. *Aut proxima extremæ, aut ab ea tertia.*) Hoc eſt, acuetur aut penultima, aut antepenultima; numquam autem ultima in polyſyllabis acuetur. CAPPER.

130. *Trium porro*] Dictio, quæ habet penultimam longam, ſi naturaliter longam habet, ultima brevi circumflectetur: alioqui acuetur. TURNEB.

131. *Flexa erit.*] Id eſt, circumflectetur, accentu circumflexo notabitur, efferetur. CAPPER.

132. *Eodem loco.*] Dictio, quæ tres ſaltem habet ſyllabas, ſi penultimam brevem habebit, eam gravabit, & antepenultimam acuet: ſin autem ſit diſſyllaba, acuet penultimam. TURNEB

133. *Gravem habebit ſonum.*] Multo malim *tonum*, quo nomine ſolet accentus deſignari ex Græco τόνος. CAPPER.

134. *Eſt autem.*] Hoc minus videtur eſſe verum; cum enim dictiones omnes, aut acuto, aut circumflexo notentur accentu, quomodo acutus in ea eſſe poteſt, in quo eſt circumflexus? An, quia ex acuto & gravi componitur circumflexus, acui quoque ea videntur, quæ circumflectuntur? REGIUS. Hoc præceptum intelligi debet de dictionibus diſſyllabis aut polyſyllabis; illæ enim nunquam terminantur accentu acuto aut circumflexo. Quod autem ait Fabius, omnem dictionem habere accentum acutum, ita intelligendum eſt; quia, cum omnis dictio aut acuatur, aut circumflectatur, circumflexus tamen accentus fit ex acuto, &, ut acutus, ſyllabam quoque elevat. TURNEB.

135. *In diſſyllabis prior.*] Hoc eſt, prior ſyllaba τῶν diſſyllaborum ſemper acuetur. Vide ſequentem notam ad illud; *neutra claudet vocem Latinam.* CAPPER.

136. *Nunquam in eadem flexa & acuta.*] Id eſt, nunquam in eodem vocabulo erunt ſimul accentus circumflexus & acutus, quia ipſe circumflexus fit ex acuto. Atqui nunquam acuitur plus quam una ſyllaba, ut mox dicebatur. CAPPER.

137. *Et acuta.*] Unius particulæ depravatione in hoc brevi ſenſu, ſibi contrarius eſſe Fabius videtur. *Et* itaque copula in *ex* præpoſitionem commutetur, ut legamus; *quia eadem flexa ex acuta*; circumflexus enim, ut dixi, ex acuto conſtat & gravi. REGIUS. *Et*, MS. Bodl. Par.

138. *Itaque.*] *Utique*, Colin. Obrecht.

139 *Neutra claudet vocem Latinam.*] Hoc eſt, neque acuta, neque circumflexa ſyllaba claudet ullam vocem Latinam. Ergo in polyſyllabis nunquam acuetur ultima, neque circumflectetur. Itaque male ſcribunt, & typis excudunt vulgo, *musà, vità, τῦ fructûs;* quem errorem ſequitur Sigiſmundus a Sancto-Sylverio in orthographicis obſervationibus Romæ editis an. 1709. CAPPER.

140. *Claudet.*] *Cludet*, Andr. Ven. Vaſc. Steph. Colin.

141. *Vocem Latinam.*] Polyſyllabam intellige. Græci contra ſcribunt ὁδὸς. θεὸς. ὁδοῦ θεοῦ, φωνῆς, &c. Ruit igitur illa, quam Græciſmum inter & Latiniſmum Heninius comminiſcebatur, accentuum analogia. CAPPER.

142. *Erunt acuta aut.*] Dictio monoſyllaba, ſi eſt natura longa, circumflectitur, ut *cos, ros:* alioqui acuitur, ut *grex.* TURNEB.

143. *Aut flexa.*] Id eſt, circumflexa, ſeu accentu circumflexo notata, prolata. CAPPER.

144. *Et illa per.* Cum quid plus æquo, aut minus ſonat, colliſiones & hiatus ἰσχνότητας, & πλατειασμοὺς dixit. CAMERAR.

145. *Per ſonos.*] Vide Salmaſium in oſſilegio Helleniſticæ, pag. 303. 304. 305. 308. CAPPER

146. ἰωτακισμοὺς.] *Iotaciſmus* eſt, quando ι nimium pronunciatur, & indecore; quod vitium ut vitarent Latini, interdum duplex *ii* pro uno pronunciarunt. TURNEB. Vide Iſidor. lib. 1. cap. 11. ALMEL. Hæc vocabula Latinis literis exhibet V C. Alm. & Locatel.

146. ἰωτακισμοὺς, λαμβδακισμοὺς.] De his linguæ vitiis, lege quæ ſcripſerunt Diomedes, pag. 448. Martianus Capella lib. 16. 5. & Priſcianus, qui pag. 555. ex Plinii auctoritate triplicem τῷ L ſonum tribuit; idem facit Martianus Capella lib. 3. pag. 54. ubi eidem literæ L triplicem ſonum aſſignat; tenuem, medium, & plenum. CAP.

147. *Fingendis nominibus.*] *Vocibus*, Andr.

148. Κοιλοστομίαν.] Hoc vitium videtur appellare

[149] in receſſu oris [150] auditur. Sunt etiam proprii quidam [151] & inevitabiles ſoni, quibus nonnunquam [152] nationes [153] reprehendimus. Remotis igitur omnibus, [154] quæ ſupra diximus, vitiis, erit illa quæ vocatur ὀρθοέπεια, id eſt, emendata cum ſuavitate vocum [155] explanatio; nam [156] ſic accipi poteſt *recta*. Cætera vitia omnia [157] ex pluribus vocibus ſunt, quorum eſt [158] *ſolœciſmus*: quamquam circa hoc quoque diſputatum eſt. Nam etiam [159] qui complexu orationis accidere eum confitentur; quia tamen unius emendatione verbi corrigi poſſit, [160] in verbo eſſe vitium, non in ſermone contendunt; cum ſive [161] *amaræ* [162] *corticis*, ſeu [163] *medio cortice*, per *genus* facit *ſolœciſmum*: quorum neutrum quidem reprehendo, cum ſit utriuſque Virgilius auctor. Sed fingamus utrumlibet non recte dictum, mutatio vocis alterius, in qua vitium erat, rectam loquendi rationem ſic reddit, [164] ut *amari corticis* fiat, vel *media cortice*: [165] quod [166] manifeſtæ calumniæ eſt; neutrum enim vitioſum eſt ſeparatum; ſed compoſitione peccatur, [167] quæ jam ſermonis eſt. [168] Illud eruditius quæritur, an in ſingulis quoque verbis poſſit fieri *ſolœciſmus*; ut ſi unum quis ad ſe vocans dicat, *venite*: aut ſi plures a ſe dimittens ita loquatur, *Abi*, aut *Diſcede*. Necnon cum reſponſum ab [169] interrogatione diſſentit; ut ſi dicenti, *Quem video?* ita [170] occurras, *Ego*. In geſtu etiam nonnulli putant [171] idem vitium ineſſe, [172] quum

Quinctil. κεχηνισμένον in capite de pronunciatione, cum vox ſcilicet in intimis faucibus auditur, & in oris inanitate reſonat. TURNEB.

149. *In receſſu oris.*] Quod accidit præcipue Germanis, Hebræis, aliiſque Orientalibus, apud quos multæ ſunt literæ, quas *gutturales* vocant, ut ה. ח. ע. CAPPER.

150. *Auditur.*] *Dividitur*; MS. Joan. Sich. in margine, Vaſcon. margo, Voſſ. prim. Bern. *clauditur*, malebat Francius.

151. *Et inevitabiles ſoni.*] *Inenarrabiles*; MSS. Bodl. Bal. & Alm. Andr. Sich. Gryph. Obrecht. *innumerabiles*; MS. Joan. Venet. Ald. Colon. Steph. in margine. Voſſ. ſec.

152. *Nationes.*] Ut nos ſibilationem illam Gallicam cum *Scarolum* dicunt, & *Scampaniam*, quæ ſcripto tamen exprimi non poteſt. In nobis reprehenditur idem, cum his verbis, quorum initium eſt litera *ſ* cum alia conſonante inſibilamus; & V pro conſonante per F enunciamus. CAMERARIUS.

153. *Reprehendimus.*] Puto legendum *deprehendimus*; hoc eſt, cognoſcimus, cujus nationis ſint, qui ita pronuntiant. Sic Senec. Oed. 915.

Prædicta poſtquam fata, & infandum genus
Deprendit.

Stat. I. Theb. 510.

Deprendi, fortuna, deos.

ubi nihil mutandum. Idem lib. VIII. 103.

Verumque poteſt deprendere Minos.

Ovid. II. Metam. 94.

Patrias intus deprendere curas.

ubi quidam codices *cognoſcere*, quod a Gloſſatore eſt. Ita mox, *Pollio deprehendit in Livio Patavinitatem*; & cap. VI. *comparatio in nominibus, aut genus deprehendit, aut declarationem.* BURMAN.

154. *Quæ ſupra diximus.*] *De quibus*; in MSS. Bodl. Alm. Venet. Ald. Steph. Gryph. Colin. Sich. Voſſ. ſec. Bern.

155. *Explanatio.*] Id eſt plana & clara prolatio, ſeu pronunciatio. CAPPER.

156. *Sic accipi poteſt recta.*] Cujus vim ſignificationis extare patet in Græca voce ὀρθοέπεια. CAPPER.

157. *Ex pluribus vocibus.*] *Vocabulis*; MS. Bodl.

158. *Solœciſmus.*] *Solœciſmus* vitium eſt in contextu orationis contra grammatices regulam; in poëmate tamen excuſatur, & appellatur *Schema*. Additur & *ſolœcophanes*, quod *ſolœciſmum* præ ſe ferre videtur, cum tamen non ſit *ſolœciſmus*; ut, *in Eunuchum ſuam*, apud Terentium. TURNEB.

159. *Qui contextu, vel complexu orationis accidere eum confitentur.*] Gloſſa fœda heic obſedit, quæ conjectura elui potuiſſet, niſi Atticus ille naſus Criticorum ſtertuiſſet. In MSS. biga legere jubet, miſſo illo pravo gloſſematis ſanguine; *Nam etiam qui complexu Orationis. Complexus Orationis*, eſt contextus. Sic ejuſdem capitis principio; *Licet enim dicamus aliquid proprium, ſpecioſum, ſublime; nihil tamen horum, niſi in complexu loquendi ſerieque contingit.* Sic infra; *Solœciſmi porro vitium non eſt in ſenſu, ſed in complexu.* GEBHARD. Crepund. lib. 2. cap. I. *contextu orationis*; Sichard. aliæ fere omnes *contextu*, vel *complexu*. Gebhardum ſecutus Obrechtus; & ita MS. Almel.

160. *In verbo eſſe vitium .... contendunt.*] Hodieque *ſolœciſmum*, ſingulis in vocabulis ineſſe vulgo exiſtimant οἱ τῶν Grammaticorum παῖδες. CAPPER.

161. *Amaræ corticis.*] Donatus & Diomedes *ſolœciſmum* eſſe putant, ſi quis *corticem* in fœminino uſurpet; cujus tamen eſt auctor Virg. TURNEBUS. In Ovidii quoque MSS. ita ſæpe invenit Heinſius. Vid. ad lib. IV. Metam. 375. & lib. X. 512. & alibi.

162. *Corticis.*] *Cortices*; MS. Joan. eſt ex Eclog. VI. v. 62.

163. *Medio.*] *Mediæ corticis*; MS. Ball. *ſeu medio*; MS. Alm. Gryph. reliqui *ſive*. Eſt ex II. Georg. v. 74.

164. *Ut amari.*] *Aut*, Ald. Bern.

165. *Quod manifeſtæ calumniæ eſt.*] Videlicet in verbo eſſe *ſolœciſmum*, non in ſermone. Nam neque per ſe *amaræ*, nec *amaro*; neque *corticis*, neque *cortice* reprehendi poteſt: ſed conſtructio fuerit vitioſa, cum ſit peccatum in genere. Nam ita facit eſſe Quinctilianus, ut unum ex his rectum ſit, alterum non ſit, etſi ipſe ſentit neutrum eſſe vitioſum; verum, ut dixi, facit ita eſſe alterum, utrumlibet verbi gratia. CAMERARIUS. *Manifeſte*; Ven. Colon. Ald. *manifeſte calumnia eſt*; Obrecht.

166. *Manifeſtæ calumniæ eſt.*] Id eſt, *cavillationis*, quod vernacule dicimus, *une pure chicane, une pure vetille*. Nam paulo poſt ait eodem ſenſu; *ut omnem effugiam cavillationem.* CAPPER.

167. *Quæ jam ſermonis eſt.*] Hoc eſt, pertinet ad ipſius orationis complexum, ſeu contextum τῆς συντάξεως; non autem ad vocabula ſingillatim, & per ſe conſiderata. CAPPER.

168. *Illud eruditius.*] Quædam ſunt, quæ cum verbis ſimplicia ſint, tamen intellectu ſunt compoſita; ut *ſalutationes, demonſtrationes, interrogationes*, & alia pleraque. Itaque in illis tametſi verbum unum ponitur, vicem tamen multorum ſupplet. *Solœciſmus* igitur illic ſit, non *barbariſmus*. TURNEB.

169. *Interrogatione.*] *Interroganti*; MS. Joan. Andr. Locatel. Ald. Colin. Vidov. Sich. Voſſ. prim. Bern.

170. *Occurras.*] Id eſt, reſpondeas, ut hoc ſeculo locutos eſſe apparet. Sueton. Aug. 15. *Orare veniam, vel excuſare ſe conantibus una voce occurrens, moriendum eſſe.* Stat. II. Achil. 138.

Occurrit Genitor.

infra noſter lib. II. 14. *altercationibus occurrere*; & ſæpius alibi. BURMAN.

171. *Idem vitium.*] *Illud idem vitium*; Ven. Locat. Ald, Steph. Colin.

172. *Quum aliud voce.*] Ut ſi illud Terentianum; *O cælum, ô terra*, ita pronuntiatum ſit, ut manus in priore dejiceretur, in altero ſuſtolleretur. Aut illud *Soſia adeſdum*, cum abnutatione. Philoſtratus Polemonem ſcribit præſidentem Olympiis, cum Tragœdiæ actor, *o Jupiter*, in terram demiſſa manu; & *o tellus*, in cœlum ſublata, exclamaſſet, ſtatim illum a præmiis rejeciſſe, quod diceret manu eum *ſolœciſmum* feciſſe; quod Græce magis belle ſonat. εἶπε, εἶπε, τῇ χειρὶ ἐσολοίκισε. De qua re epigramma Græcum adſcriptum Lucilio libr. II. cap. 46. ſic vertimus.

Flacco, ſolœciſmos tacitus quoque nuper, & ipſo

aliud

aliud voce, aliud [173] nutu vel manu demonſtratur. Huic opinioni neque omnino accedo, neque plane diſſentio. Nam id fateor [174] poſſe accidere voce una: non tamen aliter, quam ſi ſit aliquid quod vim alterius vocis obtineat, ad quod vox illa referatur; ut *ſolœciſmus* ex complexu fiat eorum, quibus res ſignificantur, & voluntas oſtenditur. [175] Atque ut omnem effugiam cavillationem, fit aliquando in uno verbo, [176] nunquam in ſolo verbo. [177] Per quot autem, & quas accidat ſpecies, non ſatis convenit. Qui [178] pleniſſime, [179] quadripartitam volunt eſſe rationem, [180] nec aliam, quam *barbariſmi*; ut fiat *adjectione*, ut *Veni de* [181] *Suſis in Alexandriam*; *detractione*, [182] *Ambulo viam*, [183] *Ægypto venio*, [184] *Ne hoc fecit*; *tranſmutatione*, qua [185] ordo turbatur, *Quoque ego*, *Enim hoc* [186] *voluit*, *Autem non habuit*. [187] Ex quo genere an ſit *igitur*, [188] in initio ſermonis poſitum, dubitari poteſt; quia maximos auctores in diverſa fuiſſe opinione video, cum apud alios ſit etiam frequens, apud alios nunquam reperiatur. [189] Hæc tria genera quidam [190] diducunt a *ſolœciſmo*: & *adjectionis vitium*, πλεονασμὸν: *detractionis*, ἔλλειψιν: *inverſionis*, ἀναστροφὴν vocant; quæ ſi in ſpeciem *ſolœciſmi* [191] cadant, [192] ὑπέρβατον quoque appellari [193] eodem modo poſſe. *Immutatio* ſine controverſia eſt, cum aliud pro alio ponitur. Id per omnes orationis partes [174] deprehendimus, frequentiſſime in verbo; quia plurima huic accidunt, ideoque in eo fiunt *ſolœciſmi* per genera, tempora, perſonas, *modos*, ſive cui *ſtatus* eos dici, ſeu *qualitates* placet, [195] vel ſex, vel (ut alii [196] volunt) [197] octo; nam totidem vitiorum erunt formæ, in quot ſpecies eorum [198] quidque, de quibus ſupra dictum eſt, diviſeris. [199] Præterea numeros, in quibus nos ſingularem ac pluralem habemus, Græci & [200] δυϊκόν. Quanquam fuerunt, qui nobis quoque adjicerent *dualem*, [201] *ſcripſêre*, *legêre*: quod [202] evitandæ aſperitatis

Feciſti os pandens flamine barbariem.
Deinde ſolœciſmos dextra dum ſpecto moventem;
Neſcio quid cupiens dicere, mutus eram.

CAMERARIUS. Ad quod Epigramma Brodæus hæc eadem fere adnotavit, & hinc explicat Martialis jocum lib. XI. Epiſt. 20. Vide & Cael. Rhodig. lib. XX. cap. 25. & Creſol. Vacat. Autum. lib. II. pag. 347.

173. *Nutu.*] *Vultu*, MS. Joan. Sich. Voſſ. prim.

174. *Poſſe accidere.*] *Poſſe* non agnoſcunt MSS. Bodl. Bal. Almel.

175. *Atqui ut omnem.*] *Atque* legendum eſt, non *atqui*. *Atqui* enim adverſativa particula eſt, qua fere in refellendis, quæ contra dici poſſent, utimur; *atque* vero dictiones ſolum, ſenſuſque conjungit; *non* præterea negatio eſt eradenda, ne cum *nunquam* conjuncta affirmationem efficiat, quæ ſenſui repugnat. REGIUS. *Atque*, Obrecht. & alii.

176 *Nunquam in ſolo verbo.*] Quanquam *ſolœciſmus* in una dictione fieri videtur, ut in interrogationibus: nunquam tamen illa dictio eſt ſola, quia aliæ ſubintelliguntur. Atque ita Fabius propoſitam quæſtionem ſolvit, ut evitet ſophiſtarum cavillationes. TURNEB.

177. *Per quot autem & quas.*] In Burmanniana editione legebatur *per quod autem*: hoc porro Typographorum Operis potius quam Editori adſcribendum eſſe arbitror. Et certe vel una Roberti Stephani editio an. 1542. diſerte ſic exhibet; *Per quot autem*. CAPPER.

178. *Pleniſſime.*] *Planiſſime*, Venet. Ald. Sich.

179. *Quadripartitam volunt eſſe rationem.*] Quæ nempe fiat *adjectione*, *detractione*, *tranſmutatione*, ſeu *hyperbato*, & *immutatione*. CAPPER.

180. *Nec aliam quam barbariſmi.*] Vide ſupra, paulo poſt hujus capitis initium, ubi Fabius noſter varias *barbariſmi* ſpecies enumerat. CAPPER.

181. *Suſis.*] *Suſa* in plurali ſignificat oppidum Perſidis, in quo erat regia regum Perſarum. TURNEBUS. Vide Sanctii Minerv. lib. II. cap. 5.

182. *Ambulo viam.*] Dixit tamen M. Tullius lib. II. de fin. *ambulare maria*, ut contra Fabium notat Muſarum Favus, Nic. Heinſius, ad Naſonis I. Faſt. 122. COLOMESIUS. Vide Sanctii Minerv. lib. III. cap. 3. ALMEL.

183. *Ægypto venio.*] Non ea mens Tacito Fabii æquali, qui Annal. lib. II. dixit. *Germanicus Ægypto remeans.* COLOMES. Sed non tam ſuam, quam aliorum hic ſententias Fabius recenſet, & mox dicit quoſdam hæc genera a *ſolœciſmo* diducere; ut etiam ad Sanctium obſervavit vir celeberrimus Perizonius.

184. *Ne hoc fecit.*] Ut intelligatur deeſſe particula *quidem*, ut ſit, *ne hoc quidem fecit*. MOSELLAN. *Nec* in MSS. Bodl. Bal. Andr. Ald. Sich. Non video tamen quinam hic *ſolœciſmus* poſſit ſtatui, aut quæ detractio. Nam in *ne*, pro *nec*, nullam talem, de qua hic agit, video; nec Moſellani conjectura placet, cum *ſolœciſmum* in *ellipſi* tali ſtatuere neminem putem. Quare legendum puto *me hoc fecit*. Ita enim locutus Terent. Andr. Act. 3. Sc. 5. *Nec quid me faciam, ſcio*; & *quid me fiet, futurum eſt*: & ſimilia. Vid. Manut. ad Cicer. I. Verr. 16. ſed de hoc pluribus ad Ovid. II. Metam. 525. agemus. Eſt autem pro, *de me*. BURMAN. Si conjecturis locus dandus eſſet, Fabium ſic intelligere mallem, ut de induſtria ſcripſerit, *ne hoc fecit*, pro *an ne hoc fecit*, ubi manifeſte erit *detractio*. CAPPER.

185. *Ordo turbatur.*] Voſſ. prim. habet *mutatur*.

186. *Voluit*] *Volui*, & *habui*, Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov.

187. *Ex quo genere.*] Apud Ciceronem *igitur* modo præponitur, modo poſtponitur. Quidam tamen poſtponendum ſemper eſſe aiunt, atque ita ſemper utuntur. Horum igitur judicio, *igitur* ſi præponatur, *ſolœciſmus* erit. TURNEB.

188. *In initio ſermonis.*] *Sis initio ſermonis*; V. C. Alm.

189. *Hæc tria genera.*] Donatus *ſolœciſmum* in duas partes dividit, in partium mutationem, & accidentium immutationem. Adjectionem vero, detractionem, & inverſionem *tropis* & *ſchematibus* annumerat. Cujus opinionem ſequitur etiam Diomedes. TURNEB.

190. *Diducunt.*] *Dividunt*, MS. Joan. Voſſ. prim.

191. *Cadant.*] *Caduus*, MS. Alm. *Cadat*, Voſſ. omnes.

192. Ὑπέρβατον.] *Anaſtrophe ab hyperbato* differt, quia in paucis eſt dictionibus, quarum ordo invertitur: *Hyperbaton* autem tranſgreſſionem verborum habet prolixiorem. TURNEB.

193. *Eodem modo poſſe.*] *Poſſet*: Obrecht. Si ſervetur τὸ *poſſe*, ſubaudiendum erit *dicunt*, aut aliquid ſimile. CAPPER.

194. *Deprehendimus.*] *Deprehenditur*, Stephanus.

195. *Vel ſex, vel, ut alii volunt, octo.*] Diomedes; *Modos quinque eſſe, omnes fere Grammatici conſentiunt.* CAMERARIUS. Lege ſis Diomedem pag. 328. Priſcianum pag. 819. & Martianum Capellam. lib. 4. pag. 83. CAPPER.

196. *Volunt.*] *Dicunt*: Venet. Ald. Pat. Colin. Sich. margo.

197. *Octo.*] Nam ponunt *indicativum*, *imperativum*, *interrogativum*, *permiſſivum*, *optativum*, *promiſſivum*, *conjunctivum*, *infinitivum*. TURNEB.

198. *Quidque.*] *Quodque*, Ven. Locat. Ald. Gryph. Colin. Sich. Voſſ. ſecund.

199. *Præterea.*] *Prætereo*, Argent. Obrecht.

200. δυϊκόν] Id eſt, *dualem*.

201. *Scripſere*] Veteres Latini (ut ſcribit Diomedes) *numerum dualem* contemſerunt; quo etiam olim Græcia caruit. Poſtea tamen a Græcis inventus eſt, cum alioqui non eſſet neceſſarius. TURNEBUS.

202. *Evitandæ.*] *Devitandæ*: MS. Bodl. Venet. Locat.

gratia mollitum eſt, ut apud veteres pro *male mereris*, *male merere*; [203] ideoque, [204] quod vocant *duale*, in illo ſolo genere conſiſtit; cum apud Græcos & in *verbi* tota fere ratione, & in *nominibus* deprehendatur, & ſic quoque [205] rariſſimus ejus ſit uſus; apud noſtrorum vero neminem hæc obſervatio reperiatur; quin e contrario,

[206] *Devenêre locos*; &, [207] *Conticuêre omnes*; &, [208] *Conſedêre duces*, aperte nos doceant, [209] nihil horum ad duos pertinere; [210] *Dixere* quoque, [211] quanquam id Antonius Rufus ex diverſo ponit exemplum, de pluribus patronis præco pronunciet. [212] Quid? non Livius, circa initia ſtatim primi libri, *Tenuere*, inquit, *arcem Sabini*? & mox, *In adverſum Romani ſubiere*? Sed quem potius ego, quam M. Tullium, ſequar? qui in Oratore, *Non reprehendo*, inquit, [213] *ſcripſere: ſcripſerunt eſſe verius ſentio.* [214] Similiter [215] in *vocabulis* [216] & *nominibus* fit *ſolœciſmus genere*, [217] numero, proprie autem *caſibus*. Quidquid eorum alteri [218] ſuccedet, huic parti [219] ſubjungatur licet, per [220] *comparationes* & *ſuperlationes*: itemque in quibus [221] *patrium* pro *poſſeſſivo* dicitur, vel contra. [222] Nam vitium, quod fit per quantitatem, ut *magnum peculiolum*, erunt qui *ſolœciſmum* putent; quia pro nomine integro poſitum ſit [223] diminutum. [224] Ego dubito, an id improprium potius appellem; ſignificatione enim [225] deerrat. *Solœciſmi* porro vitium [226] non eſt in ſenſu, ſed in complexu. In *participio*, per *genus* & *caſum*, ut in *vocabulo*; per tempora, ut in *verbo*; per numerum, ut in utroque, peccatur. *Pronomen* quoque *genus*, numerum, *caſus* habet, quæ omnia recipiunt hujuſmodi errorem. [227] Fiunt *ſolœciſmi*, & quidem plurimi, per partes orationis: ſed id tradere ſatis non eſt; ne ita demum vitium eſſe credat puer, ſi pro alia ponatur alia; ut *verbum*, ubi *nomen* eſſe debuerit: vel *adverbium*, ubi *pronomen*, & ſimilia. Nam ſunt quædam cognata, ut dicunt, id eſt ejuſdem generis, in quibus, qui alia ſpecie, quam oportet, utetur, non minus, quam ipſo genere permutato, deliquerit. Nam & *an*, & *aut*, *conjunctiones* ſunt: male tamen interroges, *hic*, *aut ille ſit*. [228] Et *ne* ac *non*, *adverbia*: qui tamen dicat pro illo, *Ne*

Ald. Sich. Par. Colin. Obrecht. Voſſ. prim. tert.

203. *Ideoque.*] *Ideo*; Obrecht.

204. *Quod vocant duale.*] Neque Æolica, neque communis apud Græcos lingua dualem habet. PITHOEUS. *Dualem*, V. C. Alm. & ita Obrechtus edidit.

205. *Rariſſimus.*] Nam interdum *plurali*, pro *duali* utuntur Græci. TURNEB.

206. *Devenêre.*] Virgil. Æneïd. 1. v. 369.

207. *Conticuêre.*] Æneid. 2. v. 1.

208. *Conſedêre.*] Ovid Metam. 13. v. 1.

209. *Nihil horum.*] *Nil*; Ald. Gryph. Sich.

210. *Dixere quoque.*] Olim in foro perorata utrinque cauſa, pronuntiabat præco, *dixere*. Quod etiam de pluribus advocatis, qui perſæpe unam cauſam defendebant, dicebatur; cum tamen interdum eſſent duo tantum patroni, ac præco pronuntiaret, *dixere*. Antonius Rufus, cujus Macrob. in Saturn. meminit, ex hoc ipſo probare nitebatur dualem numerum. TURNEB. Antonium hunc Rufum apud Macrobium invenire non potui. Meminit Antonii Gniphonis, cujus ſcholam Cicero poſt laborem fori frequentabat, lib. III. cap. 12. de quo vide Glandorpii Onomaſt. qui & Antonii Rufi meminit, eumque, teſte Acrone, Homerum & Pindarum vertiſſe narrat. BURMAN.

211. *Quanquam id.*] *Quod Antonius*; MSS. Bodl. Almel.

212. *Quid? non Livius*] *Quid vero non*; MS. Bal. *Quid non Tit. Livius*; Gryph. Sich. *Quid vero Livius*; Andr.

213. *Scripſere.*] Paullo diverſius hodie apud Ciceronem legitur, ad hunc modum; *nec vero reprehenderim* ſcripſere: ſcripſerunt, *eſſe verius ſentio.* Ex quibus conſtat Fabium non tam verba, quam ſententias Ciceronis citaſſe; legendum in Fabio pro *etiam*, *eſſe*. MOSELLANUS. *Etiam verius*; Venet. Locat. Ald. Colon. Steph. in marg. hodie in Cicerone, ut recte Regius citat, Orat. cap. 47. legitur, *nec vero reprehenderim.*

——— *ſcripſere alii rem.*

Et ſcripſerunt, eſſe verius ſentio; & ex Ennii lib. 1. Annal. ſumptum eſt.

214. *Similiter in vocabulis.*] *Solœciſmus* in nomine committitur, cum accidentia ejus immutantur; ut numerus pro numero; caſus pro caſu: itaque quodcunque accidens pro alio ponetur, *ſolœciſmus* erit. TURNEB.

215. *In vocabulis.*] Id eſt, in nominibus *appellativis*, qualia ſunt, *domus*, *templum*, &c. CAPPER.

216. *Et nominibus.*] Hoc eſt, nominibus propriis, cujuſmodi ſunt, *Petrus*, *Paulus*, &c. CAPPER.

217. *Numero, proprie autem caſibus.*] Editio Gryph. 1585: habet, *num ro, aut caſibus.*

218. *Succedit.*] Id eſt, quicquid eorum unum pro altero ponitur. CAMERAR. *accedet*; Sich. Gallæus totum locum ſic conſtituebat: *Quidquid eorum alteri ſuccedet, huic parti ſubjungatur licet. Inſuper comparationes & ſuperlationes itemque*, &c. Non male; neque enim aliter ſenſum capio, qui ne ſic quidem ſatis manifeſtus eſt.

219. *Subjungatur.*] *Subjungantur*; MSS. Joan. Alm. Ald. Bern.

220. *Comparationes, & ſuperlationes*] *Comparativos & ſuperlativos* gradus vulgo appellant. CAPPER.

221. *Patrium.*] *Patrium* vocat Priſcianus nomen patriæ. Hic tamen latius accipitur pro nomine primitivo, a quo derivatur poſſeſſivum; ut *Dardanus* apud Virg. pro *Dardanius*. TURNEB. Venit in mentem *primitivum* rectius legi poſſe, & in proclivi fuiſſe hanc mutationem; ſed contra omnium codicum conſenſum nolui meam opinionem ſequi. *Patrium* autem nomen Grammatici vocant, in quo patriæ ſignificatio ineſt; (ſicut *gentile*, in quo gentis) ut Romanus, Athenienſis. CAMERAR. *primitivum*, Steph. margo; ut & margo Gryph. Verum, ſi conjecturis indulgere liceret, legerem lubens *patronymicum*, quod apud Grammaticos opponitur ſæpius τῷ *poſſeſſivo*. Nomen *patronymicum* eſt v. g. *Laertiades*, *Priamides*, &c. *poſſeſſivum* autem *Laertius*, *Priameius*, *a*, *um* &c. De his lege Diomedem pag. 310. & Priſcianum pag. 585. CAPPER.

222. *Nam vitium quod.*] Quando parvum pro magno, aut diminutum pro integro ponitur, eſt ſpecies *acyrologiæ*, non *ſolœciſmi*. Non enim eſt *ſolœciſmus* in ſententia, ſed in verbis. TURNEB.

223. *Diminutum.*] *Diminutivum*; Venet. Colin.

224. *Ego dubito.*] *At ego*; Ald. Sich.

225. *Deerrat.*] *Deerat*; Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. Roign. Voſſ. prim.

226. *Non eſt in ſenſu, ſed in complexu.*] Id eſt, non conſiſtit in ipſa vocabuli ſignificatione impropria, qui *barbariſmus* eſt; ſed in τῇ συντάξει, ſeu partium ſtructura, ſyntaxive incongrua. CAPPER.

227. *Fiunt ſolœciſmi.*] Fiunt etiam *ſolœciſmi* partium mutatione, non ſolum diverſarum, verum etiam cognatarum & vicinarum. Quanquam interim mutatio venuſtum efficit *ſchema*, quod appellant *enallagen* & *heteroſin*. TURNEB.

228. Et *ne* ac *non* adverbia.] Hodie non *adverbia* ve-

feceris, *Non feceris*, in idem incidat vitium; quia alterum negandi eſt, alterum vetandi. Hoc amplius [229] *intro* & *intus*, loci *adverbia*: [230] *Eo tamen intus*, & *Intro ſum*, *ſolœciſmi* ſunt. Eadem in diverſitate *pronominum*, *interjectionum*, *præpoſitionum*, [231] accidunt. [232] Eſt enim *ſolœciſmus* [233] in oratione [234] comprehenſionis unius, ſequentium ac priorum inter ſe inconveniens [235] poſitio. [236] Quædam tamen & faciem *ſolœciſmi* habent, & dici vitioſa non poſſunt; ut [237] *tragœdia Thyeſtes*, & [238] *ludi Floralia* ac [239] *Megaleſia*: quanquam hæc ſequenti tempore [240] interciderunt, [241] nunquam aliter a veteribus dicta. [242] *Schemata* igitur nominabuntur, frequentiora quidem apud poëtas, ſed oratoribus quoque permiſſa. Verum *ſchema* fere habebit aliquam rationem, ut [243] docebimus eo, quem paullo ante promiſimus, loco. [244] Sed hoc quoque, quod *ſchema* vocatur, ſi ab aliquo per imprudentiam factum erit, *ſolœciſmi* vitio non carebit. [245] In eadem ſpecie ſunt, ſed *ſchemate* carent, ut [246] ſupra dixi, *nomina feminina*, [247] quibus mares utuntur, & *neutralia*, quibus feminæ. [248] Hactenus de *ſolœciſmo*. Neque enim artem *Grammaticam* [249] componere aggreſſi ſumus: ſed, cum in ordinem incurreret, [250] inhonoratam tranſire noluimus. Hoc amplius, ut inſtitutum ordinem ſequar, verba aut Latina, aut peregrina ſunt. Peregrina porro ex omnibus prope dixerim gentibus, [251] ut homines, ut inſtituta etiam multa, venerunt. [252] Taceo de Tuſcis & Sabinis, & Prænestinis quoque; nam, ut eorum ſermone utentem, [253] Vectium Lucilius inſectatur; quemadmodum Pollio deprehendit in Livio [254] *Patavinitatem*: licet omnia Italica pro Romanis habeam. Pluri-

cantur, ſed *conjunctiones negativæ*. CAPPER.

229. *Intro & intus loci.*] *Intro & intus unius loci adverbia*; Steph. quod verum puto; & ita Voſſ. omnes.

230. *Eo tamen intus.*] Videtur tamen Plautus ita locutus Caſin. Act. v. Sc. II. v. 7. *ubi intus hanc novam nuptam deduxit*, ubi Salmaſius *intro* legit. Sed ego Plautum ſumma ratione ita locutum puto; plus enim eſt *intus deducere*, quam *intro*. Hoc modo ad veſtibulum, vel limen domus notat; illud in interiorem partem, in thalamum: ita & Ovidius x. Met. 457.

—*Jamque fores aperit, jam ducitur intus.*

ubi de Myrrha agit, quæ jam antea in eadem, qua pater, domo erat: ſed nunc in cubiculum ejus ducitur. Et ita apud eundem Plaut. Moſt. II. I. 59. *Jube efferri intus.* Perſ. II. IV. 30. *Intus evocare.* Mil. IV. IV. 60. *exire intus*, pro ex illa domi parte, in qua verſari ſolebant. BURMAN.

231. *Accidunt.*] *Accident*; in MSS. Bodl. Alm. Andr. Ald. Gryph. Colin. Sich. Par.

232. *Eſt etiam.*] Quamvis in omnibus, quæ mihi videre contigit, exemplaribus *etiam* legatur; tamen, cum hæc ſit definitio *ſolœciſmi*, ad * omniaque, ſuperiora, referatur, non *etiam*, ſed *enim* contenderim eſſe legendum. REGIUS. *Etiam*; MSS. Joan. Bal. Alm. Ald. Locat. Sich. *Eſt enim.*] Hic Fabius notare videtur vitium quod appellant ἀνακόλουθον; quod fit, quando in eadem periodo *protaſi* male redditur *apodoſis*; ut *omnia prius experiri, quam armis ſapientem decet.* Dicendum erat, *quam arma.* TURNEB.

233. *In oratione.*] Hæc deſunt in MS. Bal.

234. *Comprehenſionis.*] *Compoſitionis*, MS. Bal. *Comprehenſionis unius.*] Μιᾶς περιβολῆς, vel περιόδου, id eſt, unius periodi, vel membri periodici. Vide lib. 9. cap. 4. CAPPER.

235. *Poſitio.*] *Diſpoſitio*; Sich. margo.

236. *Quædam tamen.*] Intelligit figuram *appoſitionem*, cujus creber fuit apud antiquos uſus, ut ſpecialibus generalia adderentur; quæ tamen phraſis poſtea intercidit. Videtur autem eſſe *ſolœcophanes*. TURNEB.

237. *Tragœdia Thyeſtes.*] Supple ἡ ἐπιγεγραμμένη, quæ inſcribitur, ſeu cui titulus eſt, &c. CAPPER.

238. *Ludi Floralia.*] Floralia ludi votivi perſoluti a Poſthumio & Lænate Coſſ. Ovid. Faſtor. l. 5. Valde erraverunt, qui *Larentalia* pro his accepere, quæ celebrabantur in Decembri, cum *Floralia* fierent pridie Calendarum Maii. *Megalenſia* ludi magnæ Matris, quibus P. Africanus iterum Conſul ille major primum locum ante conſeſſum populi Senatui dedit, ut Cic. (de Haruſ. reſp. cap. 12.) ait. Vide & Ovid. lib. IV. Faſtor. CAMERAR. *Ludi Floralia.*] Supple οἱ λεγόμενοι, qui dicebantur.

239. *Megaleſia.*] *Megalenſia*, MSS. Bodl. Joan. Voſſ.

240. *Interciderunt.*] *Interciderint*, MS. Bodl. Vide ad præfat.

241. *Numquam aliter.*] Ita certe Livius. Vide XXIX. 14. XXXIV. 53. XXXVI. 36. Ovid. IV. Faſt. 357.

Inſtiteram, quare primi Megaleſia ludi
Urbe forent noſtra.

Ludos Florales tamen dixit Valer. Max. III. cap. x. §. 8. at Varro ex uſu priſco lib. I. de R. R. cap. I. *Floræ ludi Floralia inſtituti.* BURMAN.

242. *Schemata. . . . nominabuntur.*] Id eſt figuræ λέξεως dictionis, quæ ad *ellipſim*, & *ſyllepſin* revocari facile poſſunt. CAPPER.

243. *Docebimus.*] Lib. 9. cap. I.

244. *Sed hoc quoque.*] *Hic*, MS. Alm. Locatel. Ald. Sich. Voſſ. ſecund. Bernenſ.

245. *In eadem ſpecie ſunt.*] Nomina poſitione feminina, quæ maſculorum ſunt, *ſolœciſmum* efficere videntur; ut *Muræna*, *Aurata*. Iidem quoque nomina feminarum, quæ poſitione ſunt neutra; ut *Glycerium*, *Philenium*. TURNEB.

246. *Supra dixi.*] Cap. IV.

247. *Quibus mares utuntur.*] Sic quidem legitur; ſed mihi non *utuntur*, ſed *vocantur* legendum eſſe videtur; promiſcue namque & mares, & feminæ nominibus cujuſcumque generis utuntur. REGIUS. Ut propius ad veſtigia vulgatæ lectionis accedamus, legi poſſet *notantur*. BURMAN.

248. *Hactenus.*] Cum Fabius de nominum diviſione ageret, nominumque virtutibus ac vitiis, excurrit in *ſolœciſmum* & *barbariſmum*: denuo igitur inſtitutam repetit diviſionem. TURNEB.

249 *Componere.*] *Ut componeremus*; Sich. margo.

250. *Inhonoratam.*] *Inornatam*, MS. Bodl.

251. *Ut homines.*] Non agnoſcit MS. Bodl. in V. C. Alm. deerat *ut*.

252. *Taceo de Tuſcis, &c.*] Curius Fortunatianus lib. 3. Rhet. Scholic. *Gentilia verba ſunt, quæ propria quarumdam gentium; ſicut Hiſpani non cubitum vocant, ſed Græcorum ancona; & Galli facundos pro facetis, & Romani vernacula plurima, & neutra maſculino genere potius enunciant, ut hunc* theatrum, & *hunc* prodigium. Priſcian. l. I. O *aliquot civitates Italiæ, teſte Plinio, non habebant; ſed loco ejus ponebant u, & maxime Umbri & Tuſci.* Soſipater lib. 2. PITHOEUS. *Thuſcis*, Andr. Venet. Locat. Ald. Gryph. Colin. Sich.

253. *Vectium.*] Vectius orator fuit mediocris, natione Marſus. Hic, cum uteretur verbis municipalibus, a Lucilio in ſatyris eſt exagitatus. TURNEB. Vectius Vectianus e Marſis inter externos Oratores a Cicerone nominatur in Bruto cap. 46. CAMERAR. MS. Almelov. habet *Vettium*.

254. *Patavinitatem.*] Id eſt, vitium quoddam patrii ſermonis. Fuit hic Pollio æmulus Livii & Salluſtii; cujus æmulationis vitia multa ſunt in noctibus Gellii, cui pleríque adſcribunt immodicas illas verborum periodos & circumlocutiones. MOSELLANUS. Eam conſiſtere puto in frequentiore uſu figurarum ſermonis Patavini. Id quod in lib. VIII. cap. I. his verbis Fabius ipſe declarat. *Sed ea, quæ de ratione Latine atque emendate loquendi fuerunt dicenda, in libro primo, cum de Grammatice loqueremur, executi ſumus. Hic non alienum eſt admonere, ut ſint quam minime peregrina, & externa; multos enim, quibus loquendi ratio non deſit, invenias, quos curioſe potius loqui dixeris, quam Latine. . . . & in Tito Livio miræ facundiæ viro putat ineſſe Pollio Aſinius quandam* Patavinitatem, &c. REGIUS. Per *Patavinitatem* intelligit affectationem

ma [255] Gallica valuerunt, ut [256] *rheda* ac [257] *petoritum*; quorum altero [258] Cicero tamen, altero [259] Horatius utitur. Et [260] *mappam* quoque, uſitatum Circo nomen, Pœni ſibi vindicant; & [261] *Gurdos*, quos pro ſtolidis accipit vulgus, ex Hiſpania duxiſſe originem audivi. Sed hæc diviſio mea ad Græcum [262] ſermonem præcipue pertinet; nam & [263] maxima ex parte Romanus inde converſus eſt, & [264] confeſſis quoque Græcis utimur verbis, ubi noſtra deſunt, ſicut illi [265] a nobis nonnunquam mutuantur. [266] Inde illa quæſtio exoritur, an eadem ratione per *caſus* duci externa, qua noſtra, conveniat. [267] Ac ſi reperias Grammaticum veterum amatorem, neget quidquam ex Latina ratione mutandum; quia, cum ſit apud nos *caſus ablativus*, quem illi non habent, parum conveniat, [268] uno *caſu* noſtro, quinque Græcis uti. Quinetiam laudet virtutem eorum, qui potentiorem facere linguam Latinam ſtudebant, nec alienis egere inſtitutis fatebantur; [269] inde *Caſtôrem*, media ſyllaba producta, pronuntiarunt; [270] quia hoc omnibus noſtris nominibus [271] accidebat, quorum [272] prima poſitio in eaſdem, quas *Caſtor*, literas exit; [273] & ut *Palæmo*, [274] *Telamo*, ſicut *Plato*, (nam ſic eum Cicero quoque appellat) [275] dicerentur, retinuerunt; quia [276] Latinum, quod *o* & *n* literis finiretur, non reperiebant. [277] Ne in *a* quidem atque *s* literas exire temere maſculina Græca nomina recto *caſu* patiebantur; ideo-

quandam municipalem, quæ, quanquam barbara non eſt, tamen a genuina ſermonis Romani elegantia deſciſcere videtur. TURNEB. Adi Ptol. Flavium Anconit. Conjectan. cap. 45. pag. 972. In Lamp. Crit. part. I. Franc. Floridi Sabini Lect. ſubciſiv. libro I. cap. 2. pag. 1063. PAREUS. Sidon. Apoll. Paneg. Anth. ——*vel quidquid in ævum*

Mittunt Euganei Patavina volumina Martis. ALMELOV. Sed in primis videndus eruditus Morhofii libellus, *de Patavinitate Livii.*

255. *Gallica.*] *Gallice*, MS. Joan. Andr. Venet. Locat. Ald. Sich. Voſſ. tert.

256. *Rheda.*] *Reda*, MS. Joan.

257. *Petoritum.*] De *Petorrito* (ita enim lego cum Schol. Horatii) vide Menag. amœn. jur. cap. 3. & de *Rheda*, Voſſ. de vitiis Sermon. lib. I. cap. 2. Feſt. in *petorritum*, ALMELOV. *Petorritum*, MS. Alm. Andr. Vide Gell. lib. XV. 30. ubi *petorritum*, ut etiam in Horatianis codicibus, legi teſtatur Gronov.

258. *Cicero.*] Pro Milone cap. 10.

259. *Horatius.*] Lib. II. Sat. VI. verſ. 193.

260. *Mappam.*] *Mappa* velum erat, quod a magiſtratu mittebatur in ſignum curriculi ludis Circenſibus. TURNEB. Leg. *Et mappam circo quoque uſitat. nomen, &c.* Vide Dom. Calder. Obſerv. lib. 3. pag. 317. Martial. lib. 12. PAREUS. De voce *Mappa* adeundus Samuel Bocharius vir Punicæ linguæ ad miraculum doctus (ſed proh dolor! maximo reipubl. literariæ damno nuper ereptus.) Geogr. Sacræ parte II. lib. II. cap. 8. COLOMES. Vide & Voſſ. de vitiis Serm. lib. I. cap. 4. & Merul. ad Enn. pag. 208. & quæ Turnebus hic adnotavit, legi poſſunt apud Caſſiodor. lib. III. Epiſt. 51. ALMELOV. *Mappalia*, MS. Joan. *mapalia*, Steph. & Sich. marg.

261. *Gurdos pro ſtolidis.*] Laberius in Cacomemnone apud A. Gell. lib. XVI. cap. 7.

Hic eſt ille gurdus, quem ego
Me abhinc duos menſes ex Africa
Venientem excepiſſe tibi narravi.

Abbo, quem alii Cernuum imperite vocant, lib. I. de Obſidione Lutetiæ;

Æſtibus accingunt carpentum arentibus arcis
Ante fores gurdi miſerandæ gramine plenum.

Ad quem locum Scholiaſtes. *Gurdi, id eſt, ſtulti, & hic Normanni intelliguntur.* A *Gurdo* fit *gurdonicus*, qua voce uſus eſt Severus, Dialog. I. cap. 27. *Sed dum cogito me hominem Gallum inter Aquitanos verba facturum, vereor ne offendat veſtras nimium urbanas aures ſermo ruſticus. Audietis me tamen ut Gurdonicum hominem.* COLOMES. Vide Du Cange in Gloſſario mediæ Latinitatis. Et Vorſt. ad Sulpicii d. l. Ramirez ad Mart. lib. II. Epig. 77. *Gordos*, legendum eſſe cenſet, & ita hodie Gotholanos *Gort* vocare ſtultum, ut adnotaverat Cl. Almelovenius. Deduceret & hinc aliquis noſtrum *Jan Gort*, quo fatuum & effeminatum noſtrates deſignare ſolent. Vide Voſſ. etymolog. & Sueton. in Nerone 22.

262. *Sermo Romanus ex Græco converſus eſt.*] Adſtipulantur huic ſententiæ ex veteribus Dionyſius Halicarnaſſenſis, Antiquit. Rom. lib. I. *Ῥωμαῖοι δὲ φωνὴν μὲν ὅτ' ἄκρως βάρβαρον, ὅδ' ἀπηρτισμένως Ἑλλάδα φθέγγονται· μικτὴν δέ τινα ἐξ ἀμφοῖν, ἧς ἐστιν ἡ πλείων Αἰολίς.* Suidas in Νάβα· Φαινῇ δὲ ἐν πολλοῖς μὴ διεστῶσα τῆς Ἑλλάδος φωνῆς ἡ Ῥωμαϊκή. Varro lib. 9. de L. L. *Adventitia pleraque habemus Græca.* Verrius, an Feſtus; *olim lingua Græciæ fuit eadem cum Latina, parum pro prolatione mutatæ.* E recentioribus, Joſephus Scaliger ad Feſtum: *Verum & eandem pene cum veteri Græca veterem Latinam linguam fuiſſe.* Hugo Grotius lib. de Satisfactione Chriſti contra Socinum, cap. 8. *Eſt veterum Latinorum lingua tota, Græcæ depravatio.* Quod variis exemplis probat in Epiſtolis ad Gallos pag. 146. & ſeq. edit. ſecundæ. Voſſius Præfat. ad Opus de vitiis ſermonis: *Lingua Latina, tota pene fluxit ex Græca, ſi exceperis ea, quæ vel ex primigenia lingua retinuit, vel a vicinis Celtis accepit.* COLOMESIUS. Eant nunc qui Latine ſcire ſe poſſe confidunt, etſi Græce neſciant. CAPPER.

263. *Maxima ex parte.*] *Maxima parte*; MS. Joan.

264. *Confeſſis quoque Græce.*] *Græcis*, non *Græce*, legendum eſſe conſtat. REGIUS. Francius volebat *conceſſis*. Nihil muta. Sic Plin. XXXVII. 3. *Confeſſa genera gemmarum.* Vide & XXIX. I. & XXXIX. 21. & alibi. *Confeſſus hoſtis*; Claudian. VI. Conſul. Honor. 249. Noſter lib. 5. cap. 14. *Confeſſa propoſitio*; & ita alii. BURMAN. Signantius dicerent Græci ὁμολογημένοις εἶναι Ἑλληνικοῖς. CAPPER.

265. *A nobis nonnunquam mutuantur.*] Quod patet ex Plutarcho, Dionyſio Halicarnaſſ. Dione Caſſio, Herodiano, & ex ipſis Evangeliis. CAPPER.

266. *Inde illa quæſtio.*] Quæſtionem hanc, an oporteat Græca nomina Latine flectere, primum Grammaticorum veterum opinione decidit, qui putabant Latine eſſe inflectenda; deinde recentium, qui Græce declinanda judicabant; poſtremo ſua ipſius, putatque in nonnullis retinendam eſſe inflexionem Græcam, in nonnullis Latinam, ubi patietur linguæ decor. TURNEBUS.

267. *At ſi.*] *T.* litera mutata in *C.* legendum eſt *ac*. REGIUS. *At*, Ald. Gryph. Colin. Sich. Vidov. Voſſ.

268. *Uno caſu.*] *Cum uno caſu noſtro*; Stephan. Vaſc. Sich.

269. *Inde Caſtôrem.*] Antiqui, cum Græcis nominibus utebantur, ea in conſuetudinem Latinam transformabant. Itaque, cum Latina nomina in *or* terminata, *o* longum habeant in obliquis, Græca quoque nomina per *o* longum enunciabant. Inde apud Lucilium Actius exagitatur, quod *Hectorem* media longa dixiſſet. TURNEB.

270. *Quia hoc.*] Hoc eſt, omnia Latina declinabantur per *o* longum, quæ quidem deſinerent in nominativo *or*. CAMERAR.

271. *Accedebat.*] *Accidebat* legendum eſſe, neminem puto latere. REGIUS.

272. *Prima poſitio.*] A Græcis quoque dicitur eodem ſenſu θέμα. Vulgo nominativus. CAPPER.

273. *Et ut Palæmo.*] Hunc locum fuſe tractavit Hen. Stephanus de abuſu linguæ Græcæ cap. IV. ALMEL.

274. *Ac Thelamo.*] *Sic Thelamo*, Steph. Gryph. Colin. *Telamo*, in MSS. Bodl. Joan.

275. *Dicerentur.*] Hoc ut Gloſſema rejiciendum Gallæus putat.

276. *Latini.*] Loco *Latini*, videtur *Latinum* eſſe ſcribendum. REGIUS.

277. *Ne in a.*] *Nec*, Ald. Locat. Gryph. Colin. Sich. *Ne in a quidem.*] Hoc intelligendum eſt de nominibus primæ declinationis Græcorum, quæ in linguam Latinam antiqui vertebant detracto *s*. TURNEB. *Ne in* a *quidem atque* s *temere.*] Id eſt, non facile, non fere, rariſſime. CAPPER.

que & apud Cælium legimus, *Pelia* [278] *Cincinnatus*; & apud Meſſalam, *Benefecit Euthia*; & apud [279] Ciceronem, *Hermagora*; ne miremur, quod ab antiquorum pleriſque *Ænea* [280] & *Anchiſa* ſit dictus. [281] Nam ſi, ut *Mæcenas*, [282] *Suffenas*, [283] *Aſprenas*, dicerentur, *genitivo caſu* [284] non *æ* litera, ſed *tis* ſyllaba terminarentur. [285] Inde *Olympo* & *tyranno acutam* mediam ſyllabam dederunt; [286] quia, * una aut duabus longis ſequentibus, primam brevem acui noſter ſermo non patitur. [287] Sic *genitivus* [288] *Achilli* & *Ulyſſi* fecit, ſic alia plurima. [289] Nunc recentiores inſtituerunt Græcis nominibus Græcas *declinationes* potius dare: quod tamen ipſum non ſemper fieri poteſt. Mihi autem placet [290] Latinam rationem ſequi, quouſque patitur decor. [291] Neque enim jam *Calypſonem* dixerim, ut *Junonem*: quanquam ſecutus antiquos [292] C. Cæſar utitur hac ratione declinandi. Sed auctoritatem conſuetudo ſuperavit. [293] In cæteris, quæ poterunt [294] utroque modo non indecenter efferri, qui Græcam figuram ſequi [295] malit, non Latine quidem, ſed citra reprehenſionem loquetur.

278. *Cincinnatus.*] *Cicinnatus*, Steph.

279. *Ciceronem.*] Rhetor. I. cap. 6. 9. 11. 51. & in Bruto, cap. 78. in recentioribus tamen editionibus Ciceronis *Hermagoras* hodie legitur. Unde H. Steph. cap. IV. de abuſu Ling. Græc. putat Quinctilianum Ciceronis, vel nos Quinctiliani minus probum exemplar habuiſſe. ALMELOV. Sed ego apud Ciceronem olim *Hermagora* lectum fuiſſe Quinctiliano credo. Nam non tantum, quæ in *a* & *s* exirent nomina; ſed & in *e* & *s* ita primo caſu efferebant; ut *Atrida* pro *Atrides*, ut egregie oſtendit amicorum meorum olim princeps Broukhuſius ad Prop. lib. II. eleg. XI. verſ. I. Poetæ vero uſi utraque terminatione, pro ratione metri; unde *Hylas* Virgil. III. Georg. 6. & *Idas* dixit, X. Æneid. 351. non *Hyla* & *Ida*. BURMAN.

280. *Et Anchiſa.*] *Ut*, Andr. Voſſ. prim. tert. Bern.

281. *Nam ſi.*] Innuit omnia nomina Latina terminata in *as*, facere genitivum in *atis*. TURNEB.

282. *Suffenas.*] *Sufenas*, MS. Bodl.

283. *Aſprenas.*] Nonius *Aſprenas* cauſſam dixit veneficii, cum accuſaretur a Caſſio Severo, quod unius patinæ veneno necaſſet CXXX. convivas. Plin. lib. 35. cap. 12. ſcripſit & Pollio in hanc accuſationem, teſte Fabio libro X. *Suffenates* Populi Italiæ, uſitata ac patria formatione Latinis. CAMERAR. De *Aſprenate* vid. & Sueton. Aug. XLIII & LVI. & ibi Torrent.

284. *Non e ſed es ſyllaba.*] *Non es ſed tis ſyllaba* legendum eſſe, quis non videt? REGIUS. *Non Æ litera, ſed tis ſyllaba*, Ald. Gryph. Sich.

285. *In Olympo.*] Loco illius *in* præpoſitionis in antiquo exemplari legitur *inde*, & recte quidem, ut intelligamus ex eorum obſervatione, qui nihil putant a Latina ratione recedendum. Hinc vero manifeſte colligitur, quoſdam, qui aliis doctiores videri volunt, male ſentire, cum eos reprehendunt, qui *Mariam*, *Sophiam* & ſimilia, acuta a fine ſecunda proferunt, quique *Jacobum*, *Hyſſopum paraclytum*, *Simonem*, & hujuſmodi, tertia a fine acuta enuntiant; cum ipſi majore digni ſint caſtigatione, ut qui veterem ſinceramque pronuntiandi nomina Græca rationem corrumpant. Nam Græcis nominibus, ex Fabii ſententia, Græci accentus ſunt attribuendi. Tametſi autem puto pro terminatione caſuum longa vel brevi, ſecundum Græcorum rationem, tonos attribui debere; me tamen ea Quinctiliani verba non parum turbant. *Quia, duabus longis ſequentibus, primam brevem acui noſter ſermo non patitur*; ut *Olympo*: cum vero ultima eſt brevis, tertia a fine a Græcis acuitur; ut Ὄλυμπος, *Olympus*. Quinctilianus autem velle videtur, (niſi aliqua inſit verborum contextui menda) etiam cum ultima eſt longa, in hujuſmodi nominibus tertiam a fine eſſe acuendam: quod ſane accentuum ratio non recipit. REGIUS. Non hoc mirum, quando nec Græcus ſermo patitur antepenultimam acui, ultima ſaltem longa. Propterea, niſi fallit codex depravatus, Fabius noſter hoc loco memoria Græcæ rationis lapſus eſt, qua *Olympo* & *Tyranno* plane eodem accentu efferuntur. Niſi forte quiſpiam malit a Fabio ſpectari Atticam accentus rationem, qua tertia a fine acui poteſt, etiam ultima longa. Quod ſi verum eſt, aſpexit Fabius ad nomina hæc Attice ſcripta, hoc eſt, per *ω* in fine nominativi; quemadmodum dicitur eadem proprietate Μενέλεως, & in dativo Μενέλεῳ; ſic genitivus *Achillis* & *Ulyſſis*, pro *Achilleos* & *Ulyſſeos*. Et inde veteres Latini, ut innuere videtur Fabius, nominativum *Achillus* & *Ulyſſus* formarunt Latina terminatione. Unde fiunt Latini genitivi *Ulyſſi* & *Achilli*, uſurpati a Virgilio: quamquam Grammatici Latini apud Virgilium in his annotent *apocopen*, id eſt, abciſionem ultimæ literæ, ut pro *Achillis*, *Achilli* dicamus. MOSELLANUS. Antiqui in nominibus Græcis accentu utebantur Latino, non Græco. Itaque dictiones Græcas, quæ penultimam longam haberent, ſolebant media ſyllaba acuere, cum Græci acuerent in antepenultima. TURNEB. Hunc locum, qui in codicibus diverſe legebatur, etſi confidebam me veritati reſtituiſſe; tamen volui lectori notam eſſe noſtram caſtigationem: itaque ſignum curavi apponi. Sententia autem hæc eſt. Cum Græci dicant ὄλυμπος & τύραννος, maluiſſe illos Latinos veteres Græca nomina, ſuo, quam Græcorum, more enuntiare; itaque mediam acuiſſe, quæ cum longa ſit poſitione, Latina ratione non potuerit gravari. Quod autem dixit, *dederunt Olympo*, non ita accipiendum, quaſi dativum ſolum notarit; nam id fecit ſuo more, ut paulo ante *Ænea & Anchiſa ſit dictus*. Solet enim exempla fere Fabius ad conſtructionem orationis accommodare; de duabus enim ſyllabis longis ſequentibus, nihil ad Græcos, qui & ipſi ὀλύμπῳ & τυράννῳ proferunt. CAMERAR.

286. *Quia duabus longis.*] Lege *una aut duabus*. TURNEB. Et ita Gryph. *una longa aut duabus longis*, Colin. Vidor.

287. *Sic genitivus Achilli & Ulyſſi.*] Qui longe recedit a Græco Ἀχιλλέως Ὀδυσσέως. CAPPER.

288. *Achilli & Ulyſſi.*] Ego *Achilis* & *Ulyſſis* legendum eſſe puto; adhuc enim eorum refert opiniones, qui in omnibus a Latina declinatione diſcedere nolunt. *Achilles* autem *Achillis* facit, ſecundum rectam declinationem. Interdum tamen, & *Achillei* & *Ulyſſei* dicitur per *ſynæreſin*, ab aliis nominativis. REGIUS. Hi genitivi ſunt antiqui, ac deducuntur a nominibus terminatis in *eus*, per *ſynæreſin*, ut *Achilleus*; falliturque Servius, qui putat in his caſibus eſſe *antiptoſin*. TURNEB. *Achillis* & *Ulyſſis*; Colon. Colin. *Ulixi*, V. C. Alm.

289. *Nunc recentiores inſtituerunt*] Libenter emendem; *inſtiterunt*; ut infra lib. 3. cap. 2. *Nec video quare curam dicendi putent quidam inde cœpiſſe, quod ii qui in diſcrimen aliquod vocabantur, accuratius loqui defendendi ſui gratia inſtituerunt.* Lege, *inſtiterunt*. GEBHARD. lib. II. Crep. I. perpetua fere verborum horum permutatio eſt apud veteres, ut apparet ex iis quæ viri docti ad Nepot. Hann. cap. 2. & Liv. lib. XXVIII. cap. ult. adnotarunt. Clar. Grævius ad Suet. Vitel. cap. 2. & ad Cicer. X. ad fam. 16. *inſtitit* videtur præferre: ego non ſemper contra codices *inſtitit* eſſe intrudendum, & ſæpe rectius eſſe *inſtituit*, quam *inſtitit* puto. Certe Terentius Eunuch. prol. 19.

——— *ſi perget lædere*
ita ut facere inſtituit; & Phor. IV. II. 14. *Petam hinc, unde a primo inſtitui*, ubi eſt pro *incepi*: ut manifeſte Cicero. lib. VII. ad fam. 3. *Quæ cum vidiſſem, deſperans victoriam, primum cœpi ſuadere pacem. Deinde, cum ab ea ſententia Pompejus valde abhorreret, ſuadere inſtitui, ut bellum duceret.* Nepos Alcib. V. *Itaque tempus ejus interficiendi quærere inſtituerunt*, & infinitis in locis. Audacius, ſed eleganter, dixit Horatius lib. III. II.

Amphoræ fumum bibere inſtitutæ
Conſule Tullo.

pro, quæ incepit bibere fumum. BURMAN.

290. *Latinam rationem.*] *Orationem*, Voſſ. prim.

291. *Neque enim jam.*] Priſcianus tamen ait, nomina Græca in *o* longum terminata, Latine vel per *us* flecti, vel per *onis*. Quod tamen non placet Fabio. TURNEB.

292. *C. Cæſar.*] In libris quos de Analogia conſcripſit. REGIUS.

293. *In cæteris.*] *Certis*, MS. Bal.

294. *Utroque modo.*] *In utroque*, V. C. Alm.

295. *Malit.*] *Mallet*, in MSS. Bodl. Alm. Ald. Sich. *ma-*

[296] Simplices voces, prima *poſitione*, id eſt, [297] natura ſua conſtant; compoſitæ [298] aut *præpoſitionibus* ſubjunguntur, ut *innocens*; [299] interdum repugnantibus inter ſe duabus, quale eſt *imperterritus*: alioqui [300] poſſunt aliquando continuari duæ, ut *incompoſitus*, *reconditus*, &, quo Cicero utitur, [301] *ſubabſurdum*. Aut [302] e duobus quaſi corporibus coaleſcunt, ut *maleficus*; nam ex tribus noſtræ utique linguæ non conceſſerim: quamvis [303] *capſis* Cicero dicat compoſitum eſſe ex *cape ſi vis*; & inveniantur, qui [304] *Lupercalia* æque tres partes orationis eſſe contendant, quaſi *luere per caprum*; nam [305] *Solitaurilia* jam perſuaſum eſt eſſe ex *ſue*, *ove*, & *tauro*; & ſane ita ſe habet ſacrum, quale apud Homerum quoque eſt. Sed hæc non tam ex tribus, quam ex particulis trium [306] coëunt. Cæterum etiam ex *præpoſitione* & duobus vocabulis dure videtur ſtruxiſſe [307] Pacuvius:

—— [308] *Nereï*
Repandiroſtrum, incurvicervicum pecus.

Junguntur autem aut ex duobus Latinis integris, ut *ſuperfui*, *ſubterfugi*: (quanquam ex integris an compoſita ſint, quæritur) aut ex integro & corrupto, ut [309] *malevolus*: aut ex corrupto & integro, ut *noctivagus*: aut ex duobus corruptis, ut [310] *pediſequus*: aut ex noſtro & peregrino, ut [311] *biclinium*: aut [312] contra, [313] ut *epitogium*, & *Anticato*: [314] aut ex duobus peregrinis, [315] ut *epirhedium*. Nam cum ſit *præpoſitio* ἐπὶ Græca, [316] *rheda* Gallicum, [317] nec Græcus tamen, nec Gallus utitur compoſito: Romani ſuum ex alieno [318] utroque fecerunt. [319] Frequenter autem *præpoſitiones* quoque copulatio iſta corrumpit; inde *abſtulit*, *aufugit*, *amiſit*, cum *præpoſitio* ſit *ab* ſola; & *coit*, cum ſit *præpoſitio con*; [320] ſic *ignavi*, & *erepti*, & ſimilia. Sed res tota magis Græcos decet, nobis minus ſuccedit; nec id fieri natura puto, ſed alienis favemus; ideoque,
X. cum κυρταυχένα mirati ſumus, [321] *incurvicervicum* vix a riſu defendimus. [322] *Propria* ſunt verba, cum id ſignificant, in quod primum denominata ſunt: *Tranſlata*, cum alium natura intellectum, [323] alium loco præbent. Uſitatis tutius utimur: nova non ſine quodam periculo fingimus. Nam ſi recepta ſunt, modicam laudem afferunt

let, Colin. quod probat Regius; & ita Voſſ.

296. *Simplices voces.*] Per ſimplices voces intelligit *nomina primitiva*, quæ ab alio non componuntur; dicunturque ab aliis *nomina primæ impoſitionis.* Cicero appellaſſe videtur *nomina nativa.* TURNEB.

297. *Natura ſua.*] Grammaticali, ut ita loquar, qualem, videlicet a primis ὀνοματοθέταις nominum auctoribus acceperunt. CAPPER.

298. *Aut præpoſitionibus.*] *Autem*, Sich. marg.

299. *Interdum repugnantibus.*] Ideo repugnantes dicuntur, quia *in* tollit ac negat. *Per* vero auget ſignificationem verbi, cum quo copulatur. REGIUS. Quæ integræ jungi nequeunt. CAMERAR. Hæc compoſitio Fabio videtur paulo eſſe durior, nec eam certe probat: quanquam ipſe quoque eadem eſt uſus; dixit enim, *inexpugnabilem.* TURNEB. *Dum ne pugnantibus*, Venet. Ald. Sich. marg.

300 *Poſſunt continuari duæ ut. … reconditus*] In τῷ *reconditus* duæ ſunt præpoſitiones, *re* & *con* junctæ veteri verbo *didere.* Dicitur enim *recondere*, pro *recondidere*, ſicut *tradere*, vel *tranſdere*, pro *tranſdidere.* CAPPER.

301. *Subabſurdum.*] Lib. 1. de Orat. 67. & ad Att. XVI. 3.

302. *Ex duobus quaſi corporibus coaleſcunt.*] Hæc ſunt quæ Fabius lib. 8. cap. 3. ex Ariſtotele & Cicerone vocat, *verba duplicata.* CAPPER.

303. *Capſis.*] Cicero in Orat. cap. 45. & Quinctil. Inſt. lib. VI. cap. 3. Feſt. *capſit*, *prehenderit.* ALMELOV.

304. *Lupercalia.*] Sacrificia & ludi, qui fiebant Pani deo Arcadiæ, ne lupos ſineret in oves ſævire. Et eſt lupercal, ut Servius (ad VII. Æneïd. 343. refert,) ſpelunca ſub monte Palatino, in qua caper luebatur, id eſt, ſacrificabatur; unde & *Lupercal* a *luendo per caprum* videtur eſſe dictum. REGIUS. Decimo quinto Calendas Martii currebant Luperci. Ovid. lib. II. Faſtor. CAMERAR.

305. *Solitaurilia.*] Quod ſue, ove, & tauro ſacrificaretur. Apud Homerum ſacrum tale facit Alcinous rex Phæacum Odyſſ. Θ. eum locum ſic vertimus,

His bonus Alcinous bis ſenos immolat agnos,
Octo ſues, tauroſque duos, quos turba repente,
Tergore nudatos, parat apta ad fercula cœnæ.

CAMERAR. *Solitaurilia* ſacrificium erat, quod a Cenſoribus quinto quoque anno, luſtro condito, fiebat ex ſue, ove, & tauro. TURNEB. Tractat hæc Macrob. Saturnal. lib. 3. cap. 10. Vide Joh. Brodæum Miſcellan. lib. 6. cap. 33. pag. 569. PAREUS. *Suovetaurilia*, Steph. Bern.

306. *Coëunt.*] *Conſtant*, MS. Joan. & Voſſ.

307. *Pacuvius.*] Vide Crinit. lib. 19. cap. 5. PHILAND.

308. *Nereï.*] Hic verſus intelligi videtur de *Phocis*; ſic enim appellantur vituli marini, ſuntque Nereo conſecrati, magiſtrumque habent Proteum, ſive cuſtodem. TURNEB.

309. *Malevolus.*] Sic quidem vulgo nunc dicitur; ſed ex Fabii ſententia *e* litera *malevolus* enuntiari debet. REGIUS.

310. *Pediſequus.*] *Pediſecus*, V. C. Alm.

311. *Biclinium.*] *Biclinium* cœnatio eſt, quæ capit duos lectos, ut *triclinium* tres. Eſt autem dictio compoſita ex Latino & Græco. TURNEB. Fit *biclinium* ex Latina voce *bis* & Græca κλίνη quæ lectum ſignificat. CAPPER.

312. *Contra ut.*] *Aut* particula adſcribenda, ut legatur, *aut contra.* REGIUS. Hæ vero voces *hybridæ* dictæ, de quibus Bernec. ad Suet. Aug. XIX.

313. *Ut epitogium.*] *Epitogium* genus veſtis, quod togæ ſuperinduebatur, ex ἐπὶ & *toga.* Vide Domit. Calderin. Obſerv. lib. 3. pag. 316. PAREUS.

314. *Aut ex duobus.*] *Et ex*, V. C. Alm.

315. *Ut Epirhedium.*] *Epirhedium* genus eſt vehiculi, quod non eſt abſimile rhedæ. TURNEB.

316. *Rheda.*] Cic. pro Milone cap. X.

317. *Nec Græcus.*] *Neque Græcus*, *neque Gall.* V. C. Alm.

318. *Utroque fecerunt.*] *Recte fecerunt*, MS. Bal.

319. *Frequenter autem.*] Videtur innuere Fabius, ex præpoſitione *ab* compoſitionem fieri, non autem ex præpoſitione *abs*, vel *a*. TURNEB.

320. *Sic ignavi & erepti.*] Pro *innavi*, vel *ingnavi* & *exrepti.* *Et erepti.*] In aliis codicibus ſcribitur, *e republica*: quæ compoſitio tamen non placet Fabio. Itaque alii conjectura ducti ſcripſerunt *erepti*, ut videatur eſſe mutata præpoſitio *ex*. IDEM. *E republica*, in MSS. Joan. Bal. Alm Colin. & *e rep.* & *ſimilia*, Ald. Gryph. Sich. *e re. p.* Locat.

321. *Incurvicervicum.*] Varro lib. 2. de L. L.

322. *Propria.*] Methodo *reſolutiva* ea perſequitur, quibus conſtat oratio emendata. Fabius autem libro octavo ait, *verba aut propria eſſe, aut tranſlata, aut ficta*: *propria* ſunt certa rerum vocabula, cum ipſis rebus pene nata; *tranſlata*, *tropo* immutata; *ficta*, quæ ab oratore novantur, & uſitatis opponuntur. TURNEB. Ex Cicer. 3. de Orat.

323. *Alium loco præbent.*] Quatenus poſita in certo quopiam orationis loco, ſenſum a naturali & proprio diverſum habent. CAPPER.

[324] orationi : repudiata, etiam in jocos exeunt. Audendum tamen ; namque, ut [325] Cicero ait, etiam quæ primo dura viſa ſunt, uſu molliuntur. [326] Sed minime nobis conceſſa eſt ὀνοματοποιΐα. Quis enim ferat, ſiquid ſimile illis merito laudatis, [327] λίγξε βιὸς, & [328] σίζ᾽ [329] ὀφθαλμὸς, fingere audeamus? Jam ne *balare* quidem aut *hinnire* [330] fortiter diceremus, niſi judicio vetuſtatis [331] niterentur.

324. *Orationi.*] *Oratori*, Ven. Locat. Alm. Colon. Gryph. Colin. Sich. Vaſc.

325. *Cicero.*] I. de Nat. Deor. cap. 34.

326. *Sed minime.*] Fictio nominis vix eſt Latinis conceſſa: eam tamen Græci uſurpant frequenter in effingendis ſonis, aliiſque affectibus, non alia libertate, quam primi homines, qui rebus appellationem impoſuerant. Huc ſpectare putat Eraſm. *paragogen*, id eſt, nominum deductionem ex analogia ſumptam; ut ſi *ſyllaturire* dicamus, quemadmodum *eſurire*. TURNEB.

327. *Λίγξε βιός.*] Hom. verſ. 125. Iliad. 4. & Odyſſ. 1. 394. & hinc *Lituum* dictum quoſdam putaſſe ſcribit Gell. v. 8.

328. *Σίζει.*] Σίζ᾽ ὀφθαλμὸς, edit. Steph. ann. 1542. Hoc autem dicitur de Cyclopis oculo, quem Ulyſſes torre combuſſit. CAPPER.

329. *Ὀφθαλμὸς.*] Ἄνεμος, Venet. Locat. Ald. Vaſc. Sich. Gryph. Colin.

330. *Fortiter.*] *Forte diceremus*; in MSS. Bal. & Argent. Obrecht. Venet. *aut forte tinnire*; MS. Bodl. Certa & evidens eſt emendatio membranarum Palatin. *Jam ne balare quidem, aut forte hinnire diceremus*: nam quid illud *Fortiter* hic agat, comminiſci non poſſum, niſi quis *Fortiter* dicere putaret eſſe intrepide, ſine metu affectationis vocabuli durioris inſolentiorisve. Cæterum quod Aldus pro *Balare*, *Ballare* excudit, vitioſum eſt. Ego ſemper unica liquida apud antiquos ſcriptum reperio. Soſipater Inſtit. lib. 1. *Onomatopœia eſt dictio ad imitandum ſonum vocis conficta; ut cum dicimus, hinnire equos, balare oves, ſtridere valvas, & cætera his ſimilia.* Gloſſarium optimum; βληχᾶται *Balatus*. Sic Lucretius, Virgilius, Ovidius, aliique. GEBHARD. lib. II. Crep. 1. ubi plura: de τῷ *fortiter* dicemus ad lib. v. cap. 10.

331. *Niterentur.*] *Uterentur*, Voſſ. prim.

CAPUT VI.

De verbis propriis ac translatis, uſitatis & novis, & de quatuor quibus ſermo conſtat. De vetuſtis verbis, & quibus verbis ſit utendum, & de auctoritate. De conſuetudine.

EST [1] etiam ſua loquentibus obſervatio, ſua ſcribentibus. Sermo conſtat ratione, vetuſtate, auctoritate, conſuetudine. [2] Rationem præſtat præcipue *analogia*, nonnunquam & *etymologia*. Vetera majeſtas quædam, &, ut ſic dixerim, religio commendat. Auctoritas ab oratoribus, vel hiſtoricis peti ſolet; nam poëtas metri neceſſitas excuſat; niſi ſiquando, nihil impediente in utroque modulatione pedum, alterum malunt; qualia ſunt, [3] *—Imo de ſtirpe reciſum*; & [4] *—Aëriæ quo congeſſere palumbes*; & [5] *—Silice in nuda*, & ſimilia; cum ſummorum in eloquentia virorum judicium pro ratione, & [6] vel error honeſtus eſt magnos duces ſequentibus. [7] Conſuetudo vero, certiſſima loquendi magiſtra; utendumque [8] plane ſermone, ut nummo, cui publica [9] forma eſt. Omnia tamen hæc [10] exigunt [11] acre judicium, [12] *analogia* præcipue, quam proxime ex Græco transferentes in Latinum, *proportionem* vocaverunt. Ejus hæc vis eſt, ut id quod dubium eſt, [13] ad aliquid ſimile de quo [14] non quæritur, referat; ut incerta certis probet. Quod efficitur duplici via; comparatione ſimilium in extremis maxime ſyllabis, (propter quod ea [15] quæ

1. *Etiam ſua loquentibus.*] *Eſt* verbum, quamvis ſæpe eleganter præſupponatur, hic tamen adſcribendum putamus, ut legatur *eſt etiam ſua*. Primum autem tractat de loquendi ratione; deinde de Orthographia, hoc eſt, recte ſcribendi regula. REGIUS.

2. *Rationem præſtat.*] *Analogiam* nonnulli ſervandam putant in Grammatica. Ea autem eſt ſimilium ſimilis inflexio. Alii contra *anomaliam*, quæ eſt inæqualitas & diſſimilis declinatio. Artis tamen præceptiones *analogia* potius conſtant, conſuetudinis ratio *anomalia*. TURNEB. Vide Gell. II. 25. Iſidor I. 17.

3. *Imo de ſtirpe.*] Æneïd. XII. 208. ubi vid. Serv. Pier. & Fabric. & Serv. ad I. Æneïd. 626. III. V. 94. docet, cum de origine generis dicimus, eſſe feminini; cum de ligno, maſculini generis. Vide & Pier. ad lib. XII. 781. In proſa etiam Plin. VIII. 26. *acutiſſimum ſtirpem* dixit. BURMAN.

4. *Aëria.*] Eclog. III. 69.

5. *Silice in nuda.*] Ecl. I. 15. ita paſſim etiam apud Ovidium Heinſius ex MSS. hoc genere poſitam vocem oſtendit. Vide ad IX. Metam. 225. & IV. Triſt. VI. 14. & Barth. ad Stat. IV. Silv. III. 1.

6. *Vel error.*] *Velut*, V. C. Almel.

7. *Conſuetudo vero.*] Conſuetudo accipienda eſt pro conſenſu eruditorum, non pro locutione vulgi, quæ plerunque vitioſa eſt. TURNEB.

8. *Plane ſermone.*] *Plano*, Locat.

9. *Publica forma.*] Lucianus Lexiphan. *ὡς δή τι μέγα ὄν, εἴ τι ξενίζοι, καὶ τὸ καθεστηκὸς νόμισμα τῆς φωνῆς παρακόπτοι. Perinde ac ſi magnum quoddam foret, ſi peregrinis verbis utatur & conſuetam atque receptam monetam ſermonis adulteret.* Ita Ovid. III. Art. 480.

Munda, ſed e medio, conſuetaque verba, puellæ,
Scribite, ſermonis publica forma placet.

ALMELOV.

10. *Exigunt.*] *Exigant*, Voſſ. prim. tert.

11. *Acre judicium.*] *Grave*, Sichard. margo.

12. *Analogia præcipue.*] Quia ſimilitudo plerunque imponit & fallit, a qua ducitur *analogia*. Porro M. Varro lib. 8. de lingua Latina, multa contra *analogiam* diſputat, aitque nullam eſſe ſimilium obſervationem. Eam tamen in libris *de Lingua Latina* tuetur. TURNEB.

13. *Ad aliquid ſimile.*] M. Varro ait eum *analogiæ* eſſe imperitum, qui ſimilitudinem ſumere non poſſit, a qua pendet *analogia*. IDEM.

14. *Non quæritur.*] Id eſt, non ambigitur, non dubitatur, non movetur controverſia. CAPPER.

15. *Quæ ſunt e ſingulis.*] Supple τὸ *ſyllabis*: hoc eſt monoſyllaba; ut, *mox*, *jam*, *nunc*. &c. CAPPER.

ſunt e ſingulis, negantur habere [16] rationem;) & [17] diminutione. Comparatio in nominibus, aut *genus* deprehendit, aut *declinationem*; *Genus*, ut ſi quæratur, [18] *funis* maſculinum ſit, an femininum, ſimile illi ſit *panis*; *Declinationem*, ut ſi veniat in dubium, *hac domu* dicendum ſit, an *hac domo*, & *domuum*, an *domorum*, ſimilia ſint *domus*, *anus*, *manus*. [19] *Diminutio genus* modo detegit; &, ne ab eodem exemplo recedam, *funem* maſculinum eſſe *funiculus* oſtendit. Eadem in verbis quoque ratio comparationis; ut ſi quis, [20] antiquos ſequutus, *fervere* brevi media ſyllaba dicat, deprehendatur vitioſe loqui; quod omnia quæ *e* & *o* literis [21] *finiendi modo* terminantur, eadem, [22] ſi in infinitis *e* literam media ſyllaba acceperunt, utique productam habent; [23] *prandeo*, *pendeo*, *ſpondeo*, *prandêre*, *pendêre*, *ſpondêre*. At quæ *o* ſolam habent, dummodo per eamdem literam in *infinito* exeant, brevia fiunt; *lego*, *dico*, *curro*, *legere*, *dicere*, *currere*: [24] etiamſi eſt apud Lucillium,

[25] *Fervit aqua & fervet: fervit nunc, fervet ad annum.*

Sed pace dicere hominis eruditiſſimi liceat; ſi *fervit* putat illi ſimile *currit* & *legit*, *fervo* [26] dicetur, ut *curro* & *lego*: quod nobis inauditum eſt. Sed non eſt hæc vera comparatio; nam [27] *fervit* illi eſt ſimile *ſervit*, [28] quam proportionem ſequenti dicere neceſſe eſt [29] *fervîre*, ut *ſervire*. [30] Prima quoque aliquando *poſitio* [31] ex *obliquis* invenitur, ut memoria repeto convictos a me, qui reprehenderant, quod hoc verbo uſus eſſem, [32] *pepigi*. Nam id quidem dixiſſe ſummos auctores confitebantur, rationem tamen negabant permittere; quia prima *poſitio paciſcor*, cum haberet [33] naturam patiendi, [34] faceret tempore præterito *pactus ſum*. Nos, præter auctoritatem oratorum atque hiſtoricorum, *analogia* [35] quoque dictum tuebamur. Nam, cum in XII. tabulis legeremus, [36] *Ni ita pagunt*; inveniebamus ſimile huic, [37] *cadunt*: inde prima *poſitio*, etiamſi vetuſtate [38] exoleverat, apparebat [39] *pago*, ut *cado*; unde non erat dubium ſic *pepigi* nos dicere, ut *cecidi*. [40] Sed meminerimus non per omnia duci *analogiæ* poſſe rationem, [41] cum ſibi ipſa plurimis in locis repugnet. Quædam ſine dubio conantur

16. *Habere rationem.*] Mutavimus ita, *debere*; ſed appoſito ſigno, ut ad mutata verba nobis contra exempla ubique; cum legiſſemus in illis Varronianis fragmentis: *In his, quæ non declinantur, analogiam quæri non debere, ut, mox, vix.* CAMERARIUS.

17. *Diminutione.*] Id eſt, nominis diminutivi formatione; cujuſmodi ſunt *funiculus* a *fune*, *aculeus* ab *acu*. CAPPER.

18. *Funis.*] Lucilius auribus inſerviens, ut Gellius in XII. refert, uſus eſt in genere feminino,

Aurea de cælo demiſit funis in arva.

REGIUS. Lucretii eſt lib. II. 1153. & Gell. XIII. 20. refert: in Ovidii quoque duobus codicibus I. Art. 764. repperi, *hos cava contenta retia fune trahunt.* BURMAN.

19. *Diminutio genus.*] Annotat ipſe Priſcianus nomina quædam videri diminutiva, quæ a ſuo primitivo genere differant, ut *aculeus*, *paxillum*: quæ tamen potius ſunt *paronyma*, quam *diminutiva*. TURNEB. *Aculeus* enim eſt a feminino *acus*, & *paxillum* a maſculino *palus*, i. CAPPER.

20. *Antiquos ſecutus.*] Antiqui pene omnia verba ſecundæ conjugationis per tertiam extulerunt, maxime tamen verba in *veo*. IDEM.

21. *Finiendi.*] Ita edit. Campan. 1470. Vulgo; *Indicativum* vocant; ubi nota ſingularem loquendi formulam. Græci vocant ὁριστικὸν, quamvis nonnulli, ut obſervat Apollonius Dyſcolus pag. 243. vocare voluerint ἀποφαντικόν. Hinc Donatus in Terent. pag. 812.850. edit Varior. Indicativum modum appellat *pronunciativum*. Diomedes pag. 329. veter. Grammat. Putſch. dixit quidem *finitivum*; ſed ſtatim addit [illegible] *aliis pronunciativus*. Erat olim *fatendi* modo CAPPER.

22. *Si infinitis.*] *In* præpoſitio adſcribenda videtur, ut ſit *in infinitis*. REGIUS. deeſt, Ald. Locatel.

23. *Prandeo.*] *Ut prandeo*; V. C. Alm.

24. *Etiam ſi eſt apud, &c.*] Priſcianus tamen ait, Terentium hoc verbo uſum, cum ait; *cum maxime fervit.* Nam Virg. etſi dixit *fervere Leucatem*; numquam tamen dixiſſet in præſenti *fervo*. TURNEBUS.

25. *Fervit aqua & fervet, &c.*] Vide hac de re Gaſp. Barthium, Adverſ. lib. 56. pag. 9. pag. 2645. PAREUS.

26. *Dicetur.*] *Dicet*; MS. Joan. Andr. Voſſ. tert. Bern.

27. Fervit, *illi eſt ſimile*, ſervit.] Græci clarius dicerent. τὸ fervit ὅμοιόν ἐστι, ſimile eſt τῷ ſervit. CAPPER.

28. *Quam proportionem.*] Id eſt, analogiam; nam paulo ſupra dixerat: *Analogia quam proxime ex Græco transferentes in Latinum, proportionem vocaverunt* CAPPER.

29. *Fervire & ſervire.*] *Ut* legendum eſſe, non *&*, facile eſt videre. REGIUS.

30. *Prima quoque poſitio.*] Servius tamen negat *pago* dici abſque *n*. Priſcianus vero putat *pepigi* deductum eſſe a verbo *pango*; contrarium tamen ſentit Fabius. TURNEB. *Prima poſitio.*] Hoc eſt, thema, ſeu radix verbi. CAPPER.

31. *Ex obliquis.*] Id eſt, ex temporibus & modis aliis a præſenti & indicativo: cæterum proprie dicuntur *obliqui*, caſus alii a nominativo. CAPPER.

32. *Pepigi.*] Vult Fabius, non eſſe a *pango*, *pangis*; ſed a *pago*, *pagis*. Cicero ad Herennium hoc verbo uſus eſt, quod Quinctilianus exoleviſſe dicit: *Rem*, inquit, *ubi pagunt.* Adi ſodes Jac. Spiegelii Interpretat. ad Prudent. pag. 194. Edit. Weitzianæ. Hadrian. Turneb. Adverſar. lib. 29. cap. 15. pag. 1013. PAREUS.

33. *Naturam patiendi.*] Hoc eſt, *paſſivi* verbi; quod tamen de terminatione, ut loquuntur, intelligendum eſt, non de ſignificatione. CAPPER.

34. *Faceret tempore præterito.*] *Faceret præterito perfecto*; MS. Bodl.

35. *Quoque dictum.*] *Hoc quoque dictum*; Ven. Locat. *quoque hoc dictum*; Ald. Par. Gryph. Steph. Colin.

36. *Ni ita pagunt.*] *Pacunt*; MSS. Bodl. Alm. Andr. Voſſ.

37. *Cadunt.*] *Capunt*; Vet. Ter. Scaur. de Orth. 22. Priſc. Ita conſarcinator notarum in editione Leidenſi: ſed apud Scaurum, pag. 2253. legitur: *Item* XII. *Tabulæ, ubi eſt* pagunt, *per hanc formam, quod male quidam per C enuntiant; eſt enim præpoſitum ejus* pepigi *a* pango, *ut* tango tetigi, *non* paxi, *ut a* dico dixi. Quod exemplum aptius mihi videtur, quam *cado*, *cecidi*. Ratio vero, cur *pago*, *pepigi* faciat, peti poteſt ex ſimilibus apud Gellium lib. VII. cap. 8. BURM. Sed in prædicto Scauri loco, pro τῷ *præpoſitum*, legere malim *præteritum*. CAPPER.

38. *Exoleverat.*] *Exoluerat*; MS. Bodl. Andr. Voſſ. ſec.

39. *Pago.*] *Paco*; V. C. Alm. Andr. Voſſ. prim. tert.

40. *Sed meminerimus.*] Nunc Quinctilianus eſt contra *analogiam* diſputaturus, probabitque multis in locis *anomaliam* eſſe ſequendam, ſi conſuetudine nitatur. Eodem quoque modo apud Græcos Crates Grammaticus *anomaliam* defendit, cum diceret Ariſtarchus ſequendam eſſe *analogiam*. Fabius tamen mediocritatem eſſe tenendam putat, ut *analogiam* ſequamur, ſi non repugnet conſuetudo. TURNEB.

41. *Cum ſibi ipſa.*] *Cum & ſibi ipſa*; In MSS. Bodl. Bal. Alm. Obrecht.

eruditi

eruditi defendere, ut cum deprehenſum eſt, *lepus* & *lupus* [42] ſimili *poſitione*, quantum *caſibus* numeriſque diſſentiant; ita reſpondent, non eſſe paria, quia *lepus* [43] *epicœnum* ſit, *lupus* maſculinum: [44] quanquam Varro in eo libro, quo initia [45] urbis Romæ enarrat, *lupum feminam* dicit, Ennium Pictoremque Fabium ſecutus. Illi autem iidem, cum interrogantur, cur [46] *aper apri*, & *pater patris* faciat, illud nomen [47] ſimpliciter [48] poſitum, [49] hoc *ad aliquid* eſſe contendunt. Præterea, [50] quoniam utrumque a [51] Græco ductum ſit, ad eam rationem recurrunt, ut πατρὸς *patris*, [52] κάπρου *capri* faciat. [53] Illa tamen quomodo effugient; [54] ut *nomina*, quamvis feminina, *ſingulari nominativo* *u*, *s*, literis finita, nunquam *genitivo caſu* [55] in *ris* ſyllabam [56] terminentur; faciat tamen *Venus Veneris*? Item cum *e*, *s*, literis finita, per varios exeant *genitivos*, nunquam tamen eadem in *ris* ſyllaba terminatos, *Ceres* [57] cogat dici *Cereris*? [58] Quid vero? quæ tota [59] *poſitionis* ejuſdem, in diverſos flexus [60] exeunt? cum *Alba* faciat *Albanos* & *Albenſes*, *Volo volui* & *volavi*. Nam præterito quidem tempore varie formari *verba* prima perſona, litera *o* terminata, ipſa *analogia* [61] confitetur. Siquidem facit *cado cecidi*, *ſpondeo ſpopondi*, *pingo pinxi*, *lego legi*, *pono poſui*, *frango fregi*, *laudo laudavi*. [62] Non enim, cum primum fingerentur homines, [63] *analogia* demiſſa cœlo formam loquendi dedit; ſed inventa eſt, poſtquam loquebantur, & notatum in ſermone, [64] quid quo modo caderet: itaque non ratione nititur, ſed exemplo; nec lex eſt loquendi, ſed obſervatio; [65] ut ipſam *analogiam* nulla res alia fecerit, quam conſuetudo.

42. *Simili*] *Similia*; MSS. Bodl. Alm. Obrecht. *Simili poſitione.*] Id eſt themate, radice; nominativo ſimili quod ad terminationem. CAPPER.

43. *Epicœnum.*] Hoc eſt, maſculinum ſimul & fœmininum, ὁ καὶ ἡ lepus. CAPPER.

44. *Quanquam Varro*] Hæc animalium nomina olim erant omnia *epicœna*, & ad ſexus diſcretionem addebatur mas aut femina. TURNEB. Serv. ad Virgil. II. Æneid. 355. *ſane apud veteres Lupus promiſcuum erat;* ut Ennius: *lupus femina fœta repente.* Ad quem Ennii locum lege, quæ congeſſit eruditus Merula pag. 193. COLOMESIUS. Ita Juſtinus lib. 1. cap. 4. dixit *canem feminam.* Sic quoque *Leo* de utroque ſexu olim dicebatur, & ignorabant *Leam* aut *Leænam.* Vide Philarg. ad Virgil. Ecl. II. 63. & Serv. ad III. Georg. 245. BURMAN.

45. *Urbis Romæ.*] *Romanæ urbis*; MS. Bodl. Ald. Locat. Gryph. Colin. Sich. Voſſ. ſecund.

46. *Aper apri.*] *Caper capri*; Ven.

47. *Simpliciter.*] Hoc adverbium abeſt ab editione Stephan. CAPPER.

48. *Poſitum.*] *Impoſitum*; MS. Bodl. *Poſitivum* malebat Gallæus. *Simpliciter poſitum.*] Hoc eſt, quod vulgo vocamus *abſolutum.* CAPPER.

49. *Hoc ad aliquid.*] Πρωτότυποι τῶν πρός τι. PITHOEUS. *Relativum* vulgo dicimus. CAPPER.

50. *Quoniam.*] *Quum*; Voſſ. prim.

51. *A Græco dictum.*] *A Græcis ductum eſt*; Ven. Locat. Ald. Vaſc. Steph. Gryph. Sich. *Dictum ſit*; in MSS. Bodl. Bal. & Voſſ. ſecund. *a Græco dictum eſt*; V. C. Alm.

52. Κάπρου.] Varro tamen *aprum* dixit, quod loca aſpera incolat. TURNEB. Κάπρου *Apri*; Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. Sich. Obrecht.

53. *Illa tamen.*] *Illi*; V. C. Alm. & Obrecht.

54. *Ut nomina*] Videtur deſiderari τὸ *cum*, hoc modo; *ut cum nomina quamvis.* GALLAEUS.

55. *In ris ſyllabam.*] *In ris ſyllaba*; MS. Joan. Andr. *caſu ris ſyllaba*; V. C. Alm. *In ris*] Videtur legendum *in eris*; alioqui enim *tellus* quoque facit *telluris*: nullum tamen nomen femin. in *us*, genitivum facit in *eris*, præter *Venus*; TURNEB. *Eadem in ris ſyllaba.*] *Eadem ris ſyllaba*; MSS. Joan. Alm. Locat. Andr. Ald. Steph. Par. Vaſc. Gryph. Colin. Sich.

56. *Terminantur.*] *Terminentur*; MS. Bodl.

57. *Cogat dici.*] *Cogit dicere*; V. C. Alm.

58. *Qui vero.*] *Quid* loco *qui* legendum eſt; de Varrone autem de L. L. hæc ſumpta videntur; inquit enim, *duas eſſe Albas; unam in Latio, unde Albani; alteram ad Fucinum lacum, unde dicantur Albenſes.* REGIUS. *Quid vero qui*; V. C. Almel. *Quid vero quod*; Obrecht. *Quid, non quæ*; Steph. Roign.

59. *Poſitionis ejuſdem.*] Id eſt, ejuſdem thematis, radicis, ejuſdem nominativi. CAPPER.

60. *Exeunt.*] *Eunt*; MSS. Bodl. Joan. Alm. Voſſ. tert.

61. *Confitetur.*] *Confitentur*; V. C. Alm.

62. *Non enim cum.*] Idem teſtari videtur Diomedes. Nam cum Latinitatem diviſiſſet in *naturam*, *analogiam*, *conſuetudinem*, *auctoritatem*; *analogiam* finit, ſermonis a natura proditi ordinationem eſſe quandam & obſervationem, ſecundum *technicos.* TURNEB.

63. *Analogia demiſſa cœlo.*] *Cœlo venire*, & *demitti* dicuntur perfecta quæque, & quorum opus, aut inventio major humana dici vult. Juvenalis.

——— *cœlo deſcendit* γνῶθι σεαυτόν.

Manilius de Cæſare lib. 4.

Ille etiam cœlo genitus, cœloque receptus.

Sidonius Apoll. lib. 6. Epiſt. 10. *Per quem ſi me ſtylo ſolitæ dignationis impartias, mihi fraternitatique iſtic ſitæ pagina tua veluti polo lapſa reputabitur.* Ad quem locum bene multa, eaque venuſtiſſima comportavit Joh. Savaro. pag. 378. Calpurnius Ecloga 4.

Dii precor hunc juvenem, quem vos, niſi fallor, ab ipſo
Æthere miſiſtis, poſt longa reducite ſecla.

Juſtinus libr. 5. de Alcibiade, *In hunc oculos civitas univerſa, in hunc ſuſpenſa ora convertit, hunc quaſi de cœlo miſſum, & ut ipſam victoriam contuentur.* Ammian. Marcellin. lib. 22. init. *Quo apud Conſtantinopolim mox comperto, effundebatur ætas omnis & ſexus, tanquam demiſſum aliquem viſura de cœlo.* Horatius eadem ſententia ad Auguſtum.

Serus in cœlum redeas, diuque
Lætus interſis populo Quirini.

Papinius Statius I. Sylv. 1. de ſtatua: verſ. 2.

——— *cœlone peractum*
Fluxit opus?

Ubi vide Interpretationes & emendationes Morelli, Bernartii, Gaſpar. Barthii Adverſar. libr. 31. cap. 4. pag. 1426. Plautus Perſ. 2. 3. verſ. 5. 6.

Quod ego non magis ſomniabam, neque opinabar, neque cenſebam,
Eam fore mihi occaſionem: ea nunc quaſi decidit de cœlo.

Tibullus lib. 1. El. 3. verſ. 89. 90.

Tunc veniam ſubito, nec quiſquam nuntiet ante:
Sed videar cœlo miſſus adeſſe tibi.

Prioris hujus diſtichi partem, (ait M. Antonius Muretus, Variar. Lect. lib. 13. cap. 7. pag. 1105.) interpretati ſunt alii ex Plutarcho in Rom. Quæſt. Sed ad poſteriorem verſum nemo adhuc, quod ſciam, quidquam notavit, quo is illuſtrior fieret. Sciendum igitur, fuiſſe illud vulgare loquendi genus, ut *cœlo miſſos* dicerent, quos inopinato viderent. Neque mihi hoc credi poſtulo, ſed gravi & erudito ſcriptori Minutio Felici, qui ita ſcribit in Octavio: *In hodiernum, inopinato viſos, cœlo miſſos: ignobiles & ignotos, terræ filios nominavimus.* Tertullian. in Apolog. *Ex conſuetudine humana, qua ignoti vel inopinato apparentes de cœlo ſuperveniſſe dicuntur.* Lactant. lib. 1. cap. 2. Plin. lib. XVI. cap. ult. Caſſiodor. lib. 11. cap. 40. Artemid. lib. 1. cap. 7. in fine. PAREUS. *Dimiſſa*; Obrecht. Voſſ.

64. *Quid quo modo.*] *Quid quoque modo*; MSS. Bodl. Joan. Alm. Ven. Loc. Ald. Sich. Obrecht. Voſſ. ſecund.

65. *Ut ipſam analogiam.*] Præcipit quoque Priſcianus homines *analogiam* tenere debere, ſed potius tamen auctorum uſum æmulari. TURNEB.

Inhærent tamen quidam moleſtiſſima diligentiæ perverſitate, ut [66] *audaciter* potius dicant, quam *audacter*: licet omnes oratores aliud ſequantur; [67] & *emicavit*, non *emicuit*; & *conire*, non *coire*. [68] His permittamus & *audiviſſe*, & *ſciviſſe*, & [69] *tribunale*, & *faciliter*, dicere: [70] *frugalis* quoque ſit apud illos, non *frugi*; nam quo alio modo [71] fiat *frugalitas*? [72] Iidem *centum millia nummûm*, & *fidem Deûm*, oſtendant [73] duplices *ſolœciſmos* eſſe, quando & *caſum* mutant, & numerum. [74] Neſciebamus enim, [75] ac non conſuetudini [76] & decori ſerviebamus; ſicut in plurimis quæ Tullius in Oratore divine, ut omnia, exſequitur. [77] Sed Auguſtus quoque in epiſtolis ad C. Cæſarem ſcriptis [78] emendat, quod is *calidum* dicere, quam [79] *caldum* [80] malit; [81] non quia illud non ſit Latinum; ſed quia ſit [82] odioſum, &, ut ipſe Græco verbo ſignificavit, περίεργον. Atqui [83] hanc quidam ὀρθοέπειαν ſolam putant, quam ego minime excludo. Quid enim tam neceſſarium, quam [84] recta locutio? Imo inhærendum [85] ei judico, quoad licet; diu etiam mutantibus repugnandum: ſed abolita atque [86] abrogata retinere, inſolentiæ cujuſdam eſt, & frivolæ in parvis jactantiæ. [87] Multum enim literatus, qui ſine *aſpiratione* & producta ſecunda ſyllaba [88] ſalutavit, [89] *avete* (eſt enim) & [90] *calefacere* dixerit potius, quam quod dicimus, & *conſervaviſſe*; [91] his adjiciat *face*, & *dice*, & ſimilia. Recta [92] eſt hæc via, quis negat? [93] ſed adjacet & mollior, & [94] magis trita. [95] Ego tamen non alio magis angor, quam quod *obliquis caſibus* ducti etiam. [96] primas ſibi *poſitiones* [97] non invenire, ſed mutare

66. *Audaciter*] Annotat tamen Priſcianus Salluſtium *audaciter* dixiſſe; quin & Cicero quoque in oratione pro Roſcio, *multa ſcelerate, multa audaciter, multa improbe feciſti.* Idem. *Audaciter, potius quam audacter, licet omnes oratores.*] Non omnes, ó Fabi. Apud Livium quidem, Marcumque ac Lucium Senecas, non veritos *audaciter* dicere, teſtes ſunt optimi & antiquiſſimi codices. GRONOVIUS. quem vide ad Liv. XXII. 25. & XL. 55. & Cicero pro Font. 1. *Audaciter hoc dico, judices, non temere confirmo.* Ut ibi MSS. codices habere Faernus & Gruterus teſtantur; & apud Minut. Fel. XIII. *deliberantibus temere & audaciter.* Membranæ MSS. apud Barth. XXXVII Ad. 14. *Audacter* Latinum eſt, ſed *audaciter* melius. Vide Gronov. ad Plin. XXIX. 6. BURM.

67. *Et emicavit.*] *Uit*: Venet.

68 *His permittamus.*] Non damnat Fabius *audiviſſe* & *ſciviſſe*: ſed cum illi analogiæ defenſores, *audiſſe* & *ſciſſe* barbara putarent, putat Fabius & plenum verbum & imminutum eſſe in uſu. TURN.

69. *Tribunale & faciliter.*] pro *Tribunal* & *facile*. CAPP.

70. *Frugalis quoque.*] Hæc vox *frugalis* Fabio diſplicet, ac putat dicendum *frugi* pro abſtinente & modeſto. Quanquam Juvenalis *frugalius* dixit. TURNEB. & Cicero ſæpe *frugaliſſimus*. Terentius, etiam *frugalior*, & *frugalis* Varro & Columella, & alii dixerunt. *Frugalis ſit apud illos.*] Hoc eſt, dicant, per me licet, *homo frugalis* pro *frugi ὁ χρηστός*. CAPPER.

71. *Fiat.*] *Fiet*: V. C. Alm. Voſſ.

72. *Iidem centum.*] Nam aiunt, cum *nummûm* dicitur pro *nummorum*, poſitum eſſe accuſativum ſingularem pro genitivo plurali, cum *nummûm* in genitivo plurali nunquam reperiri dicant. Cicero autem in Orator. ad Brutum cap. 46. ait dicendum eſſe *trium virûm*, & *ſeſtertium nummûm*, non *ſeſtertiorum nummorum*. Ita impetravimus a conſuetudine, ut peccaremus. TURNEB.

73. *Duplices ſolœciſmos.*] *Duplices quoque ſolœciſmos*; MSS. Bodl. Alm. Ald. Locat. Colin. Sich.

74. *Neſciebamus enim.*] Elegans eſt ironia, qua ſignificat ſe hæc optime noſſe. REGIUS.

75. *Ac non conſuetudini.*] τὸ *non* delet Gronov. lib. 1. de pecun. veter. cap. 9. BURMAN.

76. *Et decori ſerviebamus.*] Pro τῷ & Francius volebat τὸ *ſed*. BURMAN.

77. *Sed Auguſtus quoque.*] Cajum & Lucium nepotes ex Julia & Agrippa Auguſtus habuit, quorum Cajus in Lycia, Lucius Maſſiliæ defunctus eſt. Unius Epiſtolæ exemplum ad Cajum extat apud Gell. lib. 15. cap. 7. CAMERAR.

78. *Emendat, quod.*] *Emendatius calidum dicere, quam caldum mavult*: MSS. Bodl. Argent. Alm. Andr. *Emendatur*: Marg. Sich. & Philander; quia non vero ſimile Auguſtum emendaſſe Cæſarem.

79. *Caldum.*] Apparet ſeculo Auguſti *caldum*, potius dictum, quam *calidum*: unde Vitruvius, qui illius tempore ſcripſit, ſemper appellat *vaſa caldaria*. TURNEB. *Caldum* pro *calido* dici ſatis eſt notum. Varr. lib. III. de R. R. cap. 3. *comitiis ædilibus cum ſole caldo ego & Q. Axius ſenator tributis ſuffragium tuliſſemus.* Hinc *caldarium* videas appellari a Vitruvio partem balnei, ubi ſe calda lavabant; ſicuti a frigida *frigidarium*: a tepida *tepidarium*. vid. Robortel. Emend. lib. 11. cap 5. PAREUS.

80. *Malit.*] *Vult*: V. C. Alm.

81. *Non quia illud.*] *Id*: V. C. Alm.

82 *Odioſum.*] Hoc loco (ſic opinatur Scipio Gentilis parerg. lib. 1. cap. 11.) *odioſum* dixit Auguſtus verbum *calidum*, quia proxime accedit ad *callidum*. περίεργον autem, quia *caldum* idem ſignificet & antiquius dicatur; de quo viderint alii. COLOMESIUS. Neſcio an *odioſum* hic recte ſit, & reſpondeat τῷ περιέργῳ: forte, *ſed quia I ſit otioſum*, id eſt, ſupervacuum & περίεργον. BURMAN.

83. *Hanc quidem.*] *Quidam*, ut nomen ſcribendum eſt, non *quidem*. REGIUS. *Atqui hanc ὀρθ.*] Ὀρθοέπειαν antea uſurpavit pro ſuavi verborum explanatione & pronunciatione: nunc pro phraſi & locutione, quæ recta ſit & emendata, quaſi tu dicas *rectiloquium*. TURNEB.

84. *Recta locutio.*] *Certa*: MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. Locat. Venet. Ald. Colon. Gryph. Colin. Sich. Voſſ.

85. *Ei judico.*] *Judicio*: Ven.

86. *Abrogata.*] *Obrogata*: V. C. Alm.

87. *Multum enim literatus.*] *Eſt literatus*: Ald. Gryph. Sich.

88. *Salutavit.*] Apparet ex hoc loco, duabus brevibus ſyllabis Fabii ſeculo dictum fuiſſe *Ave*, ſicut *calfacere* & *conſervaſſe*. CAMERAR. *Salutavit.*] *Salutarit*: Obrecht.

89. *Avete.*] Qui *avete* dicit pro *ſalvete*, antiquitatem eſt ſecutus: alioqui *aveo* a Cicerone frequenter uſurpatur pro *cupio*. TURNEB. *Avere*: MSS. Bodl. Bal. Andr. Ven. Locat. Ald. *ſalutavit* (*avere eſt enim.*) Obrecht.

90. *Calefacere.*] *Calefacere*: V. C. Alm. Venet. Locat. Ald. Col. Gryph. Colin. Sich. Steph. Vaſc. Par.

91. *His adjiciat face.*] Dicebant antiqui, *face*, *dice*, *duce*, ut tradit Priſcian. TURNEB. Ovidio *face* reddidit ſæpe Heinſius. Vide ad Epiſt. 11. 98. *His adjicias.*] *Is adjiciat*: Voſſ. ſecund.

92. *Eſt hæc via.*] *Eſt via*; Obrecht. Voſſ. tert.

93. *Sed adjacet.*] *Sed alia eſt mollior*: Venet. Locatel. Steph. Vaſc. Gryph. Colin. Roign. *ſed alia adjacet*: Par.

94. *Magis trita.*] *Magiſtra*; MS. Joan. Voſſ. Bern. *Magiſtra* probat Gebh. lib. 11. Crep. cap. 1. & multis illuſtrare conatur, idem eſſe, quod via publica. Sed fruſtra; natum hoc vitium ex compendioſa ſcriptione. *Trita* elegans, ut & apud Ovid. 1. Amor. 565. legendum puto;

Trita frequenſque via eſt per amici fallere nomen,
Trita frequenſque licet ſit via, crimen habet.

BURMAN.

95. *Ego tamen.*] Reprehendit eos Grammaticos, qui nomina quædam neutra genitivum facientia per *oris*, terminarent in nominativo per *or*, ac dicerent *robor*. TURNEBUS.

96. *Primas ſibi poſitiones.*] *Primam ſibi poſitionem*: Venet. Locat. Ald. Colon. Par. Colin. Voſſ. ſec. *Primas poſitiones*, id eſt, themata, radices, nominativos. CAPPER.

97. *Non invenire.*] Cum exemplaria conferrem, in quibuſdam, loco *invenire*, ſcriptum *movere*, deprehendi: quod

[98] permittunt ; ut cum *ebur* & *robur*, ita dicta ac [99] ſcripta ſummis auctoribus, in *o* literam ſecundæ ſyllabæ transferunt, quia ſit *roboris* & *eboris* ; *ſulfur* autem & *gut-tur*, *u*, literam [100] in *genitivo* ſervent ; [101] etiam *jecur* & *femur* [102] controverſiam fecerunt : quod non minùs eſt licentioſum, quam ſi *ſulfuri* & *gutturi* ſubjicerent in *genitivo* literam *o* mediam, quia eſſet *eboris*, & *roboris* ; ſicut [103] Antonius Gnipho qui *robur* quidem & *ebur*, atque etiam *marmur* fatetur eſſe ; verum fieri vult ex his *robura*, *ebura*, *marmura*. Quod ſi animadverterent literarum affinitatem, ſcirent ſic ab eo quod eſt *robur*, *roboris* fieri ; quomodo ab eo quod eſt *miles*, *limes* ; *militis*, *limitis* ; *judex*, *vindex* ; *judicis*, *vindicis*, & quæ ſupra jam attigi. [104] Quid ? non ſimiles quoque (ut dicebam) *poſitiones*, [105] in longe diverſas figuras per *obliquos caſus* exeunt ? ut *virgo*, *Juno*, *fuſus*, *luſus*, *cuſpis*, *puppis*, & mille alia ? cum illud etiam accidat, ut quædam pluraliter non dicantur ; quædam contra *ſingulari* numero ; [106] quædam *caſibus* careant ; quædam a primis ſtatim *poſitionibus* tota mutentur, ut *Jupiter*. Quod verbis etiam accidit, [107] ut *fero*, *tuli* ; cujus præteritum perfectum, & ulterius non invenitur. [108] Nec plurimum refert, nulla hæc, an prædura ſint. [109] Nam quid *progenies genitivo ſingulari*, quid *plurali ſpes* faciet ? Quomodo autem [110] *quire* & *ruere*, vel in præterita [111] patiendi *modo*, vel in *participia* tranſibunt ? Quid de aliis dicam, cum [112] *ſenatus ſenatûs ſenatui*, an *ſenatus ſenati ſenato* faciat, incertum ſit ? Quare mihi non invenuſte dici videtur, [113] aliud eſſe Latine, aliud Grammatice loqui. [114] Ac de *analogia* vel nimium. [115] *Etymologia*, quæ verborum originem inquirit, [116] a Cicerone dicta eſt *notatio* ; quia nomen ejus apud [117] Ariſtotelem invenitur σύμβολον, quod eſt *nota* ; nam verbum e verbo ductum, id eſt, [118] *veriloquium*, ipſe Cicero qui finxit, reformidat. Sunt, qui vim potius intuiti, *originationem* vocent. [119] Hæc habet aliquando uſum neceſſarium, quoties interpretatione res de qua quæritur, eget ; [120] ut cum M. Cœlius [121] ſe eſſe hominem frugi vult probare, non quia abſtinens ſit (nam [122] id ne mentiri quidem poterat) ſed quia utilis multis,

ſane ſenſui non congruit. Si namque prima poſitio minuatur, neceſſario quoque mutatur : cum autem eſt inventa, facile mutari poteſt : quare *invenire* incorrupte legi certum eſt. REGIUS. *Minuere* etiam V. C. Alm. & Argent. Obrecht.

98. *Permittunt.*] *Permittant ;* Voſſ. prim.

99. *Scripta ſummis.*] *In ſummis ;* MS. Bodl. Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. Sich. *A ſummis* ; Andr. *Summis in auctoribus ;* Vaſc. *Summis doctoribus ;* V. C. Alm.

100. *In genitivo.*] *Genitivo* ; V. C. Alm. Voſſ. tert.

101. *Etiam jecur.*] *Etiam in jecur ;* Voſſ. prim.

102. *Controverſiam fecerunt.*] *Controverſum & fecerunt ;* Locatel.

103. *Antonius Gnipho.*] Vide Macrob. III. Sat. cap. 12. & Sueton. de Gramm. cap. 7.

104. *Quid ? non ſimiles.*] *Quid vero ſimiles (ut dicebam) poſitiones ;* MSS. Bal. Alm. *Quid vero, ſi ſimiles.* Andr.

105. *In diverſas figuras.*] Id eſt, formas & terminationes nominum, ut nunc loquuntur. CAPPER.

106. *Quædam caſibus careant.*] Intelligit ea, quæ dicuntur a Grammaticis *aptota* & *monoptota*, quæ perpetuam & eandem ubique habent terminationem, ut *quatuor*. TURNEB.

107. *Ut fero, tuli.*] Nam *tuli* ab antiquo eſt præterito verbi *tollo ;* ita *fero* proprium præteritum perfectum & pluſquamperfectum non habet. TURNEB.

108. *Nec plurimum refert nulla hæc, an prædura ſint.*] Sic quidem legitur ; ſed corrupte, ut mihi videtur ; nulla enim diſparitas ſubeſt, aut contrarietas, quam hoc verbum *refert* exigit, ut Juvenal.

Quid refert dictis ignoſcat Mutius, an non?

Inter *nulla* vero ac *prædura*, quænam contrarietas eſſe poteſt, cum ne ſub eodem quidem genere collocentur ? *mollia* igitur, etiamſi nullum adſtipuletur exemplar, hactenuſque ita a Profeſſoribus lectum ſit, legendum eſſe vel grandi pignore contenderim. Nec ignoro in quibuſdam legi exemplaribus, *nulla hæc an plura ſint*, quod mihi ſenſui minime convenire videtur. REGIUS. Idem autem de illis judicium eſt, quæ prorſum fieri nequeunt ; ſicut a *volo*, non queat dici *volis*, neque a *Jupiter Jupiteris*, & de his, quæ ſunt dura dictu. Nam quid prohibeat *progeniei*, ſicut *rei* dicere, & *ſperum*, ut *rerum* : item *quitum* & *rutum*, quorum alterum veteres dixere, alterum adhuc in compoſitis manet, ut Ovid. I. Epiſt.

Diruta ſunt aliis, ſoli mihi Pergama reſtant.

Terent. Hec. IV. I. 57.

Forma in tenebris noſci non quita eſt.

Et ita tamen durum utrumque eſt, ut dici laturus nemo videatur ; hoc poſterius cur mutarint in *ire*, non video. CAMERARIUS. Lege, *nulla*, id eſt, nulli ſint obliqui caſus. TURNEB. *Mollia ;* Venet. Steph. in marg. & pro *prædura*, eſt *plura* in MSS. Bodl. Bal. Andr.

109. *Nam quid progenies.*] Hunc genitivum *progeniei* Fabius damnat, quanquam nonnulli utantur. Damnat quoque *ſperum* in genitivo. TURNEB.

110. *Quire & ruere.*] *Et ire ;* Venet. Par. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Voſſ. ſec.

111. *Patiendi modo.*] *Faciendi ;* Steph. Sich. *Patiendi modo.*] Sive, ut nunc loquimur, *paſſiva voce*. Si legeris *faciendi modo*, activam vocem intelliges. CAPPER.

112. *Senatus.*] Priſcianus annotat hæc nomina, quæ ſunt quartæ declinationis, olim quoque fuiſſe ſecundæ. TURNEB.

113. *Aliud Latine.*] *Loqui Latine*, eſt ſequi doctorum & elegantium conſuetudinem & uſum : *Grammatice* vero, eſt loqui ex præceptionibus artis, & ex artis *analogia*. *Idem.*

114. *Ac de Analogia*] *Hæc de Analogia nimium ;* Locat. Ald. Gryph. Colin. Sich. *Ac de analogia nimium ;* MSS. Bal. Alm. Andr. Venet.

115. *Etymologia, quæ.*] *Etymologia* utitur Grammaticus ; ut vim nominis & originem eliciat : Dialecticus vero & Rhetor, tum ut definiat, tum ut probet. Quanquam alioqui, ut teſtatur Fabius, rarus eſt *etymologiæ* uſus. TURNEB.

116. *A Cicerone.*] In Topicis cap. 8. Iſidor. lib. 1. cap. 28.

117. *Ariſtotelem.*] In libro περὶ ἑρμηνείας. cap. 2. PHILANDER.

118. *Veriloquium.*] Fit enim ἐτυμολογία ex ἔτυμος *verus* ; & λόγος *loquela*. CAPPER.

119. *Hæc habet.*] Duplex eſt uſus *etymologiæ ;* vel ut probemus, ut docet Fabius libro quinto ; vel ut definiamus, ut docet libro ſeptimo : quanquam utrobique eſt quaſi quædam definitio. TURNEB.

120. *Ut cum M. Cælius ſe eſſe hominem frugi vult.*] *Homo frugi* a Latinis dicitur *ſobrius* & temperatus, probus & conſummate officioſus : cui *nequam* opponitur. Cælius autem, cum eſſet ipſe profuſus & parum continens, interpretatus eſt hominem frugi, hominem multis utilem. *Idem*

121. *Se eſſe.*] *Seſe* ; MS. Bal.

122. *Id me mentiri.*] *Ne* ſcribendum eſſe, non *me*, quis non videt ? REGIUS.

id eſt, [123] fructuoſus, unde ſit [124] dicta *frugalitas*. Ideoque in definitionibus aſſignatur *etymologiæ* locus. [125] Nonnunquam etiam [126] barbara ab emendatis conatur diſcernere; ut cum [127] *Triquetram* dici Siciliam, an *Triquedram*; [128] *meridiem*, an *medidiem* oporteat, quæritur; [129] aliaque quæ conſuetudini ſerviunt. Continet autem in ſe multam eruditionem: ſive illa ex Græcis orta tractemus, quæ ſunt plurima, præcipueque [130] Æolica ratione (cui eſt ſermo noſter ſimillimus) declinata: ſive ex hiſtoriarum veterum notitia, * nomina hominum, locorum, gentium, urbium requiramus; unde [131] *Bruti*, *Publicolæ*, [132] *Pici*; cur *Latium*, *Italia*, [133] *Beneventum*; quæ *Capitolium*, [134] collem *Quirinalem*, & *Argiletum* appellandi ratio. [135] Jam illa minora, in quibus maxime ſtudioſi ejus rei fatigantur, [136] qui verba paulum declinata, varie & multipliciter [137] ad veritatem reducunt, aut correptis, aut [138] porrectis, aut adjectis, aut detractis, aut permutatis literis ſyllabiſve. Inde [139] pravis ingeniis ad fœdiſſima uſque ludibria [140] dilabuntur; [141] ſitne *Conſul* a *conſulendo*, [142] an a judicando; [143] nam & hoc *conſulere* veteres [144] appellaverunt; unde adhuc remanet illud; [145] *Rogat*, *boni conſulas*, id eſt bonum judices. *Senatui* nomen dederit ætas; nam iidem *Patres* ſunt; [146] & *Rex*, *rector*; & alia plurima indubitata. Nec abnuerim [147] *regulæ*, *regulæque*, & ſimilium his, [148] rationem. Jam ſit & [149] *claſſis* a *calando*, & [150] *lepus levipes*, & [151] *vulpes volipes*. [152] Etiamne a contrariis aliqua ſinemus trahi? ut

123. *Fructuoſus.*] χρησις a verbo χρῆσθαι, *uti*, *frui*; CAPPER.

124. *Dicta frugalitas.*] *Ducta*; MSS. Bodl. Alm. Andr.

125. *Nonnunquam etiam barbara.*] Senſus eſt, interdum *etymologia* veram nominis originem inveſtigat, & compoſitionem, quæ tempore ipſo ſit immutata. Itaque conatur appellationem illam uſitatam oſtendere barbaram, cum tamen conſuetudo vincat. TURNEB.

126. *Barbara ab.*] Hoc eſt, *etymologia* oſtendere vult, quæ dictionum naturalis facies ſit, ſi quando illam uſus fucavit; docet enim eſſe verum *medidiem*, cum ſit medius dies, etſi *meridiem* omnes dicimus. CAM.

127. *Triquetram dici Siciliam.*] Coſmographi omnes aiunt triangularem eſſe Siciliæ formam, ideoque *Triquetram* appellari a dictione ἕδρα, id eſt, ſede & latere. TURNEB. *Triquetram, an Triquedram.*] Si accuratam etymologiæ rationem habuiſſent, dixiſſent *Trihedram* a τρεῖς, vel τρὶς & ἕδρα, ſedes, baſis trianguli CAPPER.

128. *Meridiem.*] Vide Cicer. Orat. cap. 47. PHILAND.

129. *Aliaque quæ.*] *Aliaque ſunt, quæ conſuetudini ſerviunt*; Andr. *Aliaque quæ conſ. aliquando ſerviunt*; MS. Bal.

130. *Æolica ratione.*] Romani ab Æolibus oriundi ſunt, ideoque lingua Romana in pleriſque Æolicam imitatur; nam ab ea ſumpſit *digamma* Æolicum, quo crebro utitur. TURNEB. Ut mutatio υ in breve *u*, & interpoſitio ϝ, pro conſonante; ut *ovum*, *ovis*, *Davus*. CAMERARIUS. Henr. Steph. præfat. Theſaur. Ling Græcæ, magis Doricæ convenire putat. ALMEL. *Æolica ratione*] ſupple, *loquendi*. Dialectum vulgo dicimus. CAPPER.

131. *Bruti.*] *Brutii*; Gryph. marg. Voſſ. prim.

132. *Pici.*] Aiunt Picum regem Italiæ ita appellatum fuiſſe, quod primus *Pico Martio* nomen impoſuerit, ut a Pico Martio dictus ſit. TURNEBUS. *Pythici*; MS. Bal. Locatel.

133. *Beneventum.*] *Beneventum* oppidum eſt in Samnio, quod, cum antea *Maleventum* appellaretur, Romani, cum illuc coloniam deduxiſſent, per *euphemiſmum* poſtea *Beneventum* appellarunt. TURNEB.

134. *Collem Quirinalem.*] *Collis Quirinalis* appellatur a Sabinis illis, qui *Curetes* dicebantur, vel *Quirites*, Romamque cum Tatio venerant, & in illo colle caſtra poſuerant. Ita *Varro*. Idem. *Et collem*; V. C. Alm. Voſſ. ſec.

135. *Jam illa minora.*] Hic tacito nomine Fabius notat Varronem, qui hac de re libros tres ſcripſit *ad Ciceronem*, totidem ad Septimium Notat quoque alios, qui omnia pene verba ad *etymologiam* revocabant: quod quidem ortum videtur a Platone, qui in Cratylo nullum nomen eſſe impoſitum putavit abſque ratione & cauſa. TURNEB.

136. *Quæ verba.*] *Qui*, non *quæ* legendum eſſe conſtat. REGIUS.

137. *Ad veritatem.*] *Ad Etymum*; Col. Par. Colin. *Etymon*; Gryph. ἔτυμον; Steph. marg.

138. *Porrectis.*] *Productis*; Sichard. marg. *Porrectis.*] Id eſt, brevibus in longas mutatis. CAPPER.

139. *Pravis.*] *Parvis*; MS. Bodl. Colon. Steph. marg. Colin. *ut in parvis. i. a. f. u. l. labantur*; Argent. Obrecht. *Pravis ingenia*; Francius.

140. *Dilabuntur.*] *Labuntur*; MS. Bal. Vaſc. Bern.

141. *Sitne Conſul.*] Aliquando Romæ iidem fuerunt *Prætores*, *Conſules*, *Judices*, ut meminit Cicer. lib. tertio *de legibus*: tamen initio conſulatus (ut meminit Livius lib. tertio ab urbe) *Prætores* duntaxat appellabantur & *Conſules*, ſequentibus deinde annis etiam *Judices*: quod ſatis indicat non appellatos fuiſſe a judicando. TURNEB. *Sit enim Conſul*; V. C. Alm. Voſſ. prim. tert.

142. *An a judicando.*] *Vel a*; V. C. Alm. Locat. Ald. Sich. *An judicando*; Colin.

143. *Nam & hoc conſulere veteres vocaverunt.*] Hinc Conſules aliquando dicti Judices. Cicero 3. de Legibus: *Regio imperio duo ſunto, iique præeundo, judicando, conſulendo, Prætores, Judices, Conſules appellentur.* Livius lib. 3. *Fuere, qui interpretarentur eadem hac Horatia lege, Conſulibus quoque & Prætoribus, quia iiſdem auſpiciis, quibus Conſules, crearentur, cautum eſſe; Judicem enim Conſulem appellari.* COLOM. *Nam & hoc*, id eſt, τὸ judicare. CAPPER.

144. *Appellaverunt.*] *Vocaverunt*; Ald. Steph. Par. Vaſc. Gryph. Colin. Sichardus non habet *veteres*, niſi in margine.

145. *Rogat boni conſulat.*] Varro lib. 6. de L. L. *Igitur de originibus verborum qui multa dixerit commode, potius boni conſulendum, quam, qui aliquid nequiverit, reprehendendum.* COLOMESIUS. Vide. Menag. Amœnit. juris ad vocem *Conſules*. ALMEL.

146. *Et rex, rector.*] *Et rector*; Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. Roign. *ut rex & rector*; Sich.

147. *Tegulæ, Regulæque.*] A verbis *tego* & *rego*.

148. *Rationem.*] Scilicet etymologicam. CAPPER.

149. *Claſſis a calando.*] Videatur Juſtus Zinzerlingus Critic. Juvenil. Promulſ. cap. 29. pag. 93. Joh. Pontanus ad Macrob. Saturnal. lib. 1. cap. 15. pag. 598. Lactant. ad Papin. Stat. Thebaid. lib. 3. pag. 623. Iſidorus lib. 19. cap. 1. & Parei index Lutetian. PAREUS. *Jam ſit ut claſſis*; V. C. Alm.

150. *Lepus levipes.*] M. Varro apud Gell. lib. 1. 18. refutat hanc leporis rationem a præceptore ſuo Ælio traditam; aſſerit enim vocabulum eſſe priſcum Græcum, quod recentiori Græca lingua λαγὼς, id eſt, *lepus*, dicatur. MOSELLANUS. Hanc originationem ante Fabium improbavit Varro lib. xiv. Rer. Hum. referente Gellio 1. 18. verum aſſignat lib. iv. de L. L. *lepus*, inquit, *e Siculis; quidam Græci dicunt λεπόριν.* Et lib. iii. de R. R. cap. 12. *Ælius putabat dictum leporem a celeritate, quod levipes eſſet. Ego arbitror a Græco vocabulo antiquo, quod eum Æoles Bœotii λεπόριν appellabant.* COLOMESIUS.

151. *Vulpes volipes.*] Varro lib. iv. de L. L. *vulpes, ut Ælius dicebat, quod volat pedibus.* Idem tradunt Caper de vocibus dubiis, Iſidorus Orig. lib. xii. cap. 2. & alii, ſed falſo. COLOMES *Et vulpis volipes, & eam interpretationem rectam ſequendam, improbandam contrariam, a contrariis &c.* MS. Bodl. Andr. V. C. Alm. *Et etiam interpretationem rectam ſequendam: improbandam contrariam, ne a contrariis aliqua ſinamus.* Venet. Locat. Aldus, niſi quod *ne* non agnoſcat. *Etiam eam interpretationem, &c.* Obrecht.

152. *Et etiam interpretationem.*] Hic locus ita eſt depra-

[153] *lucus*, quia umbra opacus parum luceat; & [154] *ludus*, quia ſit longiſſime [155] ab luſu; & *dis*, quia minime dives? [156] Etiamne *hominem* appellari, quia ſit *humo* natus; (quaſi vero non omnibus animalibus eadem origo, aut illi primi mortales ante nomen impoſuerint terræ, quam ſibi) & [157] *verba* ab aëre verberato? Pergamus. Sic perveniemus eouſque, ut [158] *ſtella*, luminis *ſtilla* credatur; cujus [159] *etymologiæ* auctorem, clarum ſane in literis, nominari [160] ea parte qua a me [161] reprehenditur, inhumanum eſt. Qui vero talia libris complexi ſunt, nomina ſua ipſi inſcripſerunt, [162] ingenioſeque ſibi viſus eſt [163] Cajus Granius [164] *cœlibes* dicere, veluti *cœlites*, quod onere graviſſimo vacent, idque [165] Græco argumento; ἠϊθέους enim eadem de cauſa dici [166] affirmat. Nec ei cedit Modeſtus [167] inventione; nam quia [168] Cœlo Saturnus genitalia abſciderit, hoc nomine appellatos, [169] qui uxore careant. [170] At L. Ælius *pituitam*, quia *petat vitam*. Sed cui non poſt Varronem ſit venia? qui *agrum*, [171] quod in eo *agatur* aliquid; & [172] *graculos*, quia *gregatim* [173] volent, dictos, [174] Ciceroni perſuadere [175] voluit; cum [176] alterum ex Græco ſit manifeſtum duci, alterum ex vocibus avium. [177] Sed huic tanti fuit [178] vertere, ut [179] *merula*, quia ſola volat, quaſi *mera volans* nominaretur. [180] Quidam non dubitaverunt *etymo-*

vatus, ut, niſi emendetur, verus integerque ſenſus nullo pacto percipi poſſit. Ita vero mihi emendari poſſe videtur, ſi hoc totum ex contextu in marginem tranſcribatur, *interpretationem rectam ſequendam, improbandam contrariam.* Hoc namque puto ab aliquo eruditiorum in margine, ut fieri ſolet, annotatum, ab imperitis contextui ſenſim fuiſſe inſertum; *&* vero copula cum *ne* particula, ut ſenſui contraria, prorſus eſt expungenda. Sic enim ſenſa & apte copulabuntur & facile percipientur; ita namque legetur, *etiam a contrariis aliqua ſinamus trahi?*: REGIUS. *Etiamne a contrariis.*] Fabius etymologiam reprehendit, quæ fit per antiphraſin, quæ ſane reprehendenda eſt, niſi fiat per εὐφημισμὸν, ut cum *Eumenides* dicuntur *Furiæ*. TURNEB.

153. *Lucus quia.*] Sic Servius ad I. Æneid. Caſſiodorus non officio, ſed nomine Senator, ad Pſalm. 118. Chariſius lib. IV. & alii plures: melius tamen ii, quos damnat Servius, qui putarunt ſic dici, *quod ſint ibi lumina cauſa religionis.* Utrumque *etymon* conjungit Iſidorus lib. 14. cap. COLOMES. ridet hanc *etymologiam* Scopa collect. 1. cap. 18. dicens nullum verbum per *antiphraſin* dici. ALMEL.

154. *Ludus.*] *Luſus*; MS. Bal. & ita Paſſerat. ad Propert. lib. II. Eleg. 32. pag. 384.

155. *A luſu.*] *Ab uſu*; Steph.

156. *Anne hominem.*] Quaſi dicas *huminem*. Quam *Etymologiam* Lactantius in libro de opificio comprobat; &, quanquam rideatur a Fabio, habuit tamen fundamentum etiam in Hebræa lingua: ſiquidem Hebræi hominem appellant ADAM; quod, auctore divo Hieronymo, hominem ſonat e terra ſurgentem. MOSELLANUS. Hanc ἐτυμολογίαν ridet Fabius. Quam vere a diligentiſſimo Voſſio diſces, in *Etymolog.* in *Homo*. COLOM.

157. *Verba ab aëre.*] Iſidor. lib. 1. cap. 8. ALMELOV.

158. *Stella, luminis ſtilla.*] Imo potius a *ſtando*. Caſſiodorus Senator in Tractatu de Aſtronomia; *Nam & Varro libro, quem de Aſtrologia conſcripſit, ſtellam commemorat ab ſtando dictam.* Ex Varrone Servius ad I. Georgic. *Stellæ cadere non poſſunt, quarum natura eſt ut ſtent ſemper, unde & ſtellæ vocantur.* Ex quo Iſidorus lib. 3. cap. 70. *Stellæ dictæ a ſtando: quia ſemper fixæ ſtant in cœlo, nec cadunt.* COLOMESIUS.

159. *Etymologiæ auctorem.*] Palæmon fortaſſe ſignificatur, Fabii æqualis. Vide cap. 6. lib. 1.

160. *Ea parte.*] *In ea parte*; MSS. Bodl. Bal. V. C. Alm. Ald. Locatel. Steph. Gryph. Colin. Sich. Voſſ.

161. *Reprehenditur.*] Hinc Voſſius de Joh. Iſac. Pontano (hunc enim eſſe nos docet Freinshemius ad Curt. pag. 30.) in opere de Hiſtor. pag. 148. *Quarta eſt opinio viri præclari nominis, ſed alibi potius, quam hac parte qua ab eo cogimur diſſentire, nominandi nobis.* COLOMESIUS.

162. *Ingenioſeque viſus.*] *Sibi* dativum hic ſenſus exigere mihi videtur, ut legamus; *ingenioſeque ſibi viſus eſt.* Irridet enim hujuſmodi *etymologias* Fabius; quas probare videtur, ſi *ſibi* non adſcribatur. REGIUS. *Sibi* tamen deeſt in MSS. Bodl. Alm. Locat. Ald. Colon. ſed perperam, ut recte Regius. Sic & *ſibi placere* dicuntur. De quo ad Petron. XLIV. & XLVI.

163. *Cajus Granius.*] *Caninius*, legit Valla in dialecticis. *Cajus* deſideratur in MS. Bal. Andr. & pro eo, *Gabinius*. MS. Bal. Colon. Colin. Gryph. & Sich. in marginibus, *Gavinius*. MS. Bodl. Andr. *Gabinius*; MS. Bal. Colon. Steph. in marg. ſed vocabulum *Granius* non agnoſcit Ald. Locat. Gryph. Sich. In margine edit. Roigni aliquis *C. Iginius* legendum putat; ſed cum *Granius* in multis deſit, in aliis *Cajus*, in quibuſdam pro *Cajo* legatur *Gavinius*, reponendum puto *Gavius*, vel *Gabius*, & intelligi Gabium Baſſum, quem de origine verborum libros ſcripſiſſe patet ex Gellio lib. III. 19. V. 7. XI. 17. quo ultimo loco *Gavius* dicitur, & ubi veteres editiones etiam *Cajus* habent. *Gavius* etiam, ut in Macrobii codicibus notant viri docti ad Gell. II. 4. an idem ſit, vel ejus filius, qui a Plinio lib. X. Ep. 18. & 32. memoratur, neſcio. Citatur & Gavius Baſſus in Satyris, a Fulgent. expoſ. Serm. Ant. in *vertina*, ubi vulgo *Galbus*; & eundem facit Munkerus, qui a Gellio citatur lib. III. cap. 9. *Gavium* ſcribendum docet & lapis apud Gruter. CCCCXXXIX. 7. ubi *M. Gavius Baſſus* ædilis memoratur. BURMAN. Cæterum *Gavius* legitur in cod. Bernenſ.

164. *Cœlibes dicere veluti cœlites.*] Jul. Cæſ. Scaliger de cauſſis L. L. cap. 12. *Ad hanc naturam non potuit V. aſpirare: ſed tranſiit in pleniorem, ſcilicet in* B. cœlebs. *Neque enim temere a* cœlo, *&* vita *duxit Cajus, minime meritus hoc, qui a Quinctiliano notetur.* COLOMES.

165. *Græco argumento.*] *Argumento juvit*; Voſſ. prim.

166. *Affirmat.*] *Affirmant*; MSS. Bodl. Bal. Voſſ.

167. *Inventione.*] *In inventione*; MSS. Bodl. Bal. Locat. Ald. Gryph. Colin. Sich.

168. *Cœlo.*] *Cœlio* legendum ex Cicer. II. de Nat. Deor. PHILANDER. Et ita Colon. marg. Steph. marg.

169. *Qui uxore carent.*] *Qui uxore careant*; MSS. Bodl. Bal. Andr. Venet. *Qui uxore careant. Ait*, &c. Ald. Sich. marg. Voſſ.

170. *At L. Ælius.*] *L.* deeſt in MSS. Bal. Alm. Andr. Sich. *Lælius*; MS Bodl. Venet. Colon. Steph marg. Gryph. *Ait L. Ælius*] *At. i* vocali eraſa, mihi legendum videtur; ut ad verbum ſuperius referatur, *ingenioſeque ſibi viſus eſt dicere pituitam.* *Lælius* autem ſcribendum eſt: de hoc & Varro in tertio de origine Ling. Lat. meminit, & Cicero in Bruto, ut de homine literis Latinis in primis exercitato. REGIUS. Sed rectius eſt *L. Ælius*, qui a Gellio ſæpe ad partes vocatus, & Varroni conjungitur lib. II. 21. V. 21. & eſſe L. Ælium Stilonem veroſimile eſt, qui toties a Feſto in explicandis vocibus & earum originibus advocatur. Vid. in *Maniæ Monſtrum.* & paſſim. BURMAN.

171. *Quod in eo.*] *Quia*; V.C. Alm. Voſſ. prim.

172. *Graculos.*] Imo *graculi* dicuntur per *onomatopœiam*, a vocis ſono *gra*. Turneb.

173. *Volent.*] *Volant*; Voſſ. prim.

174. *Ciceroni.*] Lib. IV. de L. L. PHILANDER.

175. *Voluit.*] *Voluit* (*ad eum enim ſcribit*) *cum*; MSS. Bodl. Bal. Alm. Venet. Locat. Ald. Colon. Gryph. Colin. Sich. Obrecht.

176. *Alterum ex Græco fit.*] Fit enim *ager* ab ἀγρός. CAPPER.

177. *Sed huic.*] *Hoc*; MSS. Joan. Bal. Alm. Venet. Locat. Ald. Sich. Obrecht. Gallæus conjiciebat, *huic tanti fuit veritas*, id eſt ἔτυμον, veriloquium

178. *Vertere.*] Id eſt, admittere, ſeu adhibere *tropos* aut mutationes literarum in aſſignanda nominum *etymologia*. CAPPER.

179. *Merula.*] Vide Varr. lib. IV. de L. L. & Menag. Amoen. jur. cap. 38. Iſidor. XII. 7. ALMELOV. Bochart. Hierozoic. part. II. l. 3. cap. XI. diminutivum a *merus* facit. BURMAN.

180. *Quidam.*] Eorum e numero Plato eſſe videtur, qui

logiæ ſubjicere omnem nominis cauſſam; ut ex habitu, quemadmodum dixi, [181] *longos* & *rufos*; ex ſono, [182] *ſtrepere*, *murmurare*; etiam [183] derivata, ut a *velocitate* dicitur *velox*; & compoſita pleraque his ſimilia, quæ ſine dubio aliunde originem ducunt; ſed
XI. arte non egent, cujus in hoc opere non eſt uſus, niſi in dubiis. [184] Verba a vetuſtate repetita, non ſolum magnos [185] aſſertores habent; [186] ſed etiam afferunt orationi majeſtatem aliquam, non ſine delectatione; nam & auctoritatem antiquitatis habent; &, quia intermiſſa ſunt, gratiam novitati ſimilem parant. Sed opus eſt modo, ut neque crebra ſint hæc, neque manifeſta, quia nihil eſt odioſius [187] affectatione; nec utique ab ultimis [188] & jam obliteratis repetita temporibus, qualia ſunt [189] *topper*, & [190] *antigerio*, & [191] *exanclare*, & *proſapia*, & [192] *Saliorum carmina*, vix ſacerdotibus ſuis ſatis intellecta. Sed illa mutari vetat religio, & [193] conſecratis utendum eſt. [194] Oratio vero, cujus ſumma virtus eſt perſpicuitas, [195] quam ſit vitioſa, ſi egeat interprete? [196] Ergo, ut novorum optima erunt maxime vetera, ita veterum maxime nova. Similis circa auctoritatem ratio. Nam etiam ſi poteſt videri nihil peccare, qui utitur iis verbis, [197] quæ ſummi auctores tradiderunt, multum tamen refert non ſolum, quid dixerint, ſed etiam quid perſuaſerint. Neque enim [198] *tuburcinabundum* & *lurcabundum* jam in nobis quiſquam ferat, licet Cato ſit auctor; nec *hos lodices*, quanquam id Pollioni placeat; nec [199] *gladiola*: atqui Meſſala dixit; nec [200] *parricidatum*, quod in Cœlio vix tolerabile videtur; nec [201] *collos* mihi [202] Cal-
XII. vus perſuaſerit: [203] quæ nec ipſi jam dicerent. [204] Supereſt igitur [205] conſuetudo; nam fuerit pene ridiculum malle ſermonem, quo [206] locuti ſunt homines, quam

in Cratylo omnia nomina rebus impoſita ex aliqua ratione probare conatur per *etymologiam*. Adhuc iis, quas enumeravit Fabius, ineptiores *etymologias* invexere quidam, poſt ætatem Quinctiliani, clari & Grammatici & Juriſconſulti; ut *oratio*, quaſi orci ratio; *ſepulchrum* quaſi ſine pulchro; *teſtamentum*, quaſi teſtatio mentis; *poſſeſſio*, quaſi pedum poſitio, &c. REGIUS.

181. *Longos & Rufos.*] *Longus & Rufus*; Obrecht editio. Vid. ſup. cap. IV.

182. *Strepere.*] *Stertere*; MS. Bal. & Obrechti editio.

183. *Derivata.*] *Derivare*; MS. Bal.

184. *Verba a vetuſtate repetita.*] Fabius lib. 8. verbis propriis annumerat vetuſta: his uti poterimus, ſi modice orationi inſpergamus, nec a vetuſtate ultima repetamus, ac præcaſtigationem addamus. TURNEB. Nihil ex veterum ſcriptis habens neque gratiæ, neque dignitatis, inquit, Agellius de Seneca, dum quorumdam de ipſo judicium profert, cap. 2. lib. 11. PITHOEUS. Audi hac de re ſolertiſſimos Philologos, & quidem Fabium ipſum infra lib. 8. cap. 3. Agellium lib. 11. cap. 7. Andream Schottum, in Senecæ lib. 4. Controverſ. 25. pag. 181. Ludovicum Creſollium, Vacat. Autumn. lib. 3. pag. 576. & ſeqq. Joh. Savaronis Commentat. ad Sidon. lib. 1. Epiſt. 1. pagin. 3. & lib. 4. Epiſt. 4. pag. 230. Joh. Ludovici Strebæi Remenſis, de Elect. & Colloc. Orat. verb. lib. 1. cap. 11. pag. 54. & ſeqq. Davidis Parei, avi mei meritiſſimi, Exercitat. Philoſoph. lib. 1. Exercit. 1. pag. 1. & ſeqq. Gerardi Voſſii Orat. Inſtitut. lib. 4. pag. 1. & ſeqq. ubi copioſiſſime de *Elegantia* Latini ſermonis agit; M. Gaſparis Brulovii, Profeſſoris Argentinenſis Præfationem, Theſauro Ciceroniano Antonii Schori præfixam; Friderici Taubmanni Diſſertationem de lingua Latina; Joh. Savaron. ad Sidon. Apollin. lib. 8. Epiſt. 16. pag. 530. Fungus eſſem, ſi tot inter olores equidem heic anſer ſtreperem. PAREUS. Cicer. de Orat. lib. III. cap. 38. ALMELOV. *Verba & a vetuſtate*; Locatel. Ald. Sich. V. C. Alm.

185. *Aſſertores.*] Intelligit *Antiquarios*, qui duplices ſunt. Nam aut exoletas jam & reconditas voces aucupantur, cujuſmodi fuit Tiberius Cæſar, & M. Antonius: aut antiquitatem nondum penitus exoletam in uſum reducunt, cujuſmodi fuit Salluſtius. TURNEB.

186. *Sed etiam.*] *Sed*, non habet, V. C. Alm.

187. *Affectatione.*] Hoc intelligendum eſt de *cacozelia*, quæ vitium eſt elocutionis omne contra virtutem, quando judicium fallitur ſpecie boni. TURNEB. Vide noſtrum lib. VIII. procem. & lib. IX. 4. & X. 1. Demetr. Phal. de elocut. pag. 39. μικτοκρατις τῷ ἡ ἀκαζήλια. ALMELOV.

188. *Et obliteratis.*] *Etiam obliteratis*; Locat. Alm. *Et jam obl.* Gryph. Colin. Sich Obrecht.

189. *Topper.*] *Cito.* CAMERAR. Vid. Feſtum in hac voce. *Toper*; Gryph. Steph. Colon. Colin. Sich.

190. *Antigerio.*] *Valde.* CAMERAR. Vid. Feſtum.

191. *Exanclare.*] Cicero quoque dixit (in Tuſc. 1. 49. Acad. quæſt. II. 34.) Pontanus *exanniculare*: & hujus verbi originem tradit, ludens, opinor; cum ſit manifeſtum veteres dixiſſe & *anculare*, & *anclor*. CAMERAR. Cur verbum hoc inter rancida planeque obſoleta Fabius reponat, non video; uſus eſt enim Cicero non ſemel: loca collegit Voſſius in *Etymologico*. COLOMES. *Examlare*; Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Veteres dixere *anclam*, inſtrumentum quo aqua de puteo hauritur; inde *exanclare* & *exantlare*. Vide Salmaſ. ad Vopiſc. Bonoſ. cap ult. BURMAN.

192. *Saliorum.*] Feſtus Pompejus ait verſus Saliares appellari *axamenta*: decantabantur autem per urbem cum tripudiis a Saliis; ſed vix intelligebantur propter vocabulorum antiquitatem. TURNEB.

193. *Conſecratis.*] Hoc eſt, quia conſecratis uti oportet. REGIUS. Legerem, *& ut conſecratis utendum eſt.* BURMAN.

194. *Orationis ſumma virtus perſpicuitas.*] Eleganter Juſt. Lipſius Epiſtol. Inſtitut. cap. 8. pag. 1067. Et vide Agellium lib. 1. cap. 10. PAREUS.

195. *Quam ſit.*] *Quam ſit*; Francius.

196. *Ergo, ut.*] Videtur hoc poſitum eſſe per *antimetabolen*: eſt autem ſenſus, ex verbis novis ea optima erunt, quæ quandam novitatis gratiam habebunt, non tamen inſolentem auribus noſtri ſeculi. TURNEB.

197. *Quæ ſummi auctores.*] Eraſmus tamen putat nullam eſſe fugiendam dictionem, quæ apud idoneum auctorem reperiatur. IDEM.

198. *Tuburchinabundum.*] *Tuburchinari* ſignificat raptim comedere, *Lurchari* vero, eſt cum magna aviditate cibum ſumere: *lurchabundum* autem puto legendum. Nam & *lurchones* dicuntur nepotes nimiumque guloſi. REGIUS. Scribe *Tuburcinabundum* & *Lurcabundum* ex Nonio Marcello. PHILAND. *Tuburcinari* deſuo, *Lurcinari* helluari. CAMERARIUS. *Tuburchinari* legitur apud Plautum, Perſ. 1. III. 42. *Lurcinari* non invenio; ſed *lurcari* occurrit in Lucilio, & Perſio. ALMELOV. Sich. *Tuburcinabundum*, Steph. deinde; *Lurcabundum*, Andr. Gryph. *Lurcabundum*, Vaſc. Steph. Colin.

199. *Gladiola.*] Varro annotat, veteres dixiſſe *gladius* & *gladium*: inde *gladiola* finxit Meſſala. TURNEB.

200. *Parricidatum.*] *Parricidatim*; MS. Bal. *Paricidatim*; Sich.

201. *Collos.*] Pro *colla*.

202. *Calvus.*] *Calvius*; MS. Bal.

203. *Quæ nec ipſi dicerent.*] *Quod nec ipſe jam diceret*; Francius.

204. *Supereſt igitur.*] Cum oſtenderit Fabius nec ſemper *analogiam* nos ſequi debere, nec vetuſtatem æmulari, nec auctoritatem ſequi; hic docet loquendi formulam pendere a conſuetudine: ne quis tamen hoc nomine falleretur, *aphoriſmo* diſtinxit quid *conſuetudinem* appellet. TURNEB.

205. *Conſuetudo.*] De conſuetudine vide Gellium lib. 1. cap. 10.

206. *Sunt locuti.*] *Sint*; V. C. Alm. Locatel. Ald. Gryph. Sich. Voſſ. ſecund.

[207] quo loquantur. Et ſane quid eſt aliud vetus ſermo, quam vetus loquendi conſuetudo? Sed huic ipſi neceſſarium eſt judicium, conſtituendumque in primis, id ipſum quid ſit, quod conſuetudinem vocemus. Quæ ſi ex eo, quod plures faciunt, nomen accipiat, periculoſiſſimum dabit præceptum, non orationi modo, ſed (quod majus eſt) vitæ. Unde enim tantum boni, ut pluribus quæ recta ſunt placeant? Igitur ut velli, & [208] comam in gradus frangere, & in balneis perpotare, quamlibet [209] hæc invaſerint civitatem, non erit conſuetudo, quia nihil horum caret reprehenſione; at [210] lavamus, & tondemus, & convivimus ex conſuetudine; ſic in loquendo, non ſi quid vitioſe multis inſederit, pro regula ſermonis accipiendum erit. Nam ut tranſeam, quemadmodum vulgo imperiti loquuntur, tota ſæpe theatra, & omnem Circi turbam exclamaſſe barbare ſcimus. [211] Ergo conſuetudinem ſermonis, vocabo conſenſum eruditorum; ſicut vivendi, conſenſum bonorum.

207. *Quo loquantur.*] *Qui*; V. C. Alm. Voſſ. tert.

208. *Et comam in gradus.*] Videtur notare Quinctil. quoddam tonſuræ genus, quod fiebat capillis gradatim ſectis; hæc tonſura videtur appellari a Martiale *epapheresis*. TURNEB. Hoc in Nerone notavit Sueton. cap. LI. tales *deſcendentes capillos* vocat Petron. cap. 12. ubi vide interpretes. *Comam in gradus frangere.*] *Fingere*; Francius.

209. *Hæc invaſerint civitatem.*] *Vitia concipiunt ipſi, & ea infundunt in civitatem*; Cicer. de legib. PITHOEUS. *Invaſerint.*] *Invaſerunt*; Voſſ. prim. tert.

210. *Lavamur.*] In vetuſtis codicibus legitur, *lavamus & tondemus*; quæ loquendi ratio & elegantior eſt, & Fabio aptior. TURNEB. Miror quid offenderit in his duobus verbis iſtos mutatores. Quis enim neſcit illud, *ventulum huic ſic facito, dum lavamus: ubi laverimus, ſi voles, lavato: & tondenti barba cadebat.* CAMERAR. *Lavamur & tondemur*, in MSS. Bodl. Bal. & editi complures. Qui *lavamur* ſuppoſuerunt, auſcultandum Varroni crediderunt; quem vide de L. L. VIII. pag. 123. ſed *lavare* rectius & uſitatius. Ita, præter Plautum & Terentium, Livius XLIV. 6. *Lavanti regi nuntiatur.* Suet. Cal. XXIV. *Juſtitium indixit, in quo riſiſſe, lavaſſe, cœnaſſe capital fuit.* Virgil. 1. Georg. 388.

Et ſtudio incaſſum videas geſtire lavandi.

Petronius quidem cap. LXXIII. *nihil melius eſſe, quam ſine turba lavari*; ſed hunc ſermonem incomptum tribuit Trimalchioni; non ipſe ita locutus fuiſſet. *Tondere* vero & ita occurrit apud Liv. lib. XXVII. 34. ſi vera eſt vulgata; MS. enim *tonderi* habere notat Gronovius. BURMAN.

211. *Ergo.*] Concluſio eſt *epiphonematica*, quæ quid conſuetudinis nomine intelligat, oſtendit. TURNEB.

CAPUT VII.

De [1] Orthographia.

NUNC quoniam diximus, quæ ſit loquendi regula, dicendum, XIII.
[2] quæ ſcribentibus cuſtodienda: quod Græci ὀρθογραφίαν vocant, nos *recte ſcribendi ſcientiam* nominemus. [3] Cujus ars non in hoc poſita eſt, ut noverimus, quibus quæque ſyllaba literis conſtet (nam id quidem infra Grammatici officium eſt) ſed totam, ut mea fert opinio, ſubtilitatem in dubiis habet; [4] ut longis ſyllabis omnibus [5] apponere *apicem* ineptiſſimum eſt, quia plurimæ, natura ipſa verbi quod ſcribitur, patent; [6] ſed interim neceſſarium, cum eadem litera alium atque alium intellectum, prout correpta, vel producta eſt, facit; ut *malus* utrum arborem ſignificet, an hominem non bonum, *apice* diſtinguitur. *Palus* aliud priore ſyllaba longa, aliud ſequenti ſignificat; [7] &, cum eadem litera *nominativo caſu* brevis, *ablativo* longa eſt, utrum ſequamur, plerumque hac nota monendi ſumus. [8] Similiter puta-

Prior Grammaticæ pars quæ appellatur *methodice*, complectitur ὀρθοέπειαν, id eſt, recte loquendi formulam de qua dictum eſt; & *orthographiam*, id eſt, recte ſcribendi ſcientiam de qua nunc agit. TURNEB.

1. *Orthographia.*] Ad verbum transfertur *recta ſcriptura.* Suetonius in Auguſt. 88. interpretatur *formulam rationemque ſcribendi a Grammaticis inſtitutam.* REGIUS.

2. *Quæ ſcribentibus cuſtodienda.*] *Cuſtodia*; MS. Bal.

3. *Cujus ars.*] *Orthographiæ* ars non eſt poſita in literis ſyllabarum, niſi cum docetur a literatore; nam Grammaticus ſubtiliora quædam perſequetur. TURNEB.

4. *Ut longis ſyllabis, &c.*] *Apicem* appellat Fab. *virgulam* extenſam, quam Græci vocant μακράν, qua non ſemper utendum eſt in ſcribendo, niſi differentiæ & diſtinctionis cauſa. IDEM.

5. *Apponere apicem.*] Vide Terentium Scaurum in veterib. Grammaticis pag. 2264. ubi Quinctiliano plane conſentit. Eſt porro *Apex* longæ ſyllabæ nota hæc ¯ de qua pluribus agunt Diomedes, Donatus, Priſcianus, &c. qui *apicem* non nominant, ſed *longam.* Scaurus vero, ut ſupra patuit ad cap. 5. *apicem* expreſſe vocat; quod totum confirmat Iſidorus apud Vincentium Bellovacenſem, lib. 2. Specul. Doctrinal. his verbis: *Inter figuras literarum & apices veteres diſtinxerunt. Apicem dictum aiunt propter ea quod longe ſit a pedibus & in cacumine literæ apponatur; eſt enim linea jacens ſuper literam æqualiter ducta.* Vide & ipſum Iſidorum lib. 1. Etymolog. cap. 4. Cæterum cave *apicem* cum accentu confundas; quod fecerunt Sigiſmundus a ſancto Sylverio in Obſervationibus Orthographicis (Romæ editis ann. 1709.) parte 2. cap. 3. & Gedoynus in Gallica Quinctilianæi operis interpretatione. CAPPER.

6. *Sed interim.*] *Interdum*; in MSS. Bodl. Bal. *Si interim*; Voſſ. ſecund.

7. *Et cum eadem.*] Non ſolum in diverſis dictionibus eſt *apex* notandus, verum etiam in eadem; cum ſub eadem terminatione ſyllabam modo longam, modo brevem habet; ut in nomine *Muſa.* TURNEB. Scribendum eſt itaque *Muſā*: non, ut vulgo, *Muſâ*; ſed de his alias. CAPPER.

8. *Similiter putaverunt, &c.*] Tres hic faciles deprehenſu errores ſunt; quorum primus tollitur, ſi *ſervandi* loco, *ſervanda* legamus; alter, ſi pro *abjecta* ſcribatur, *adjecta*; tertius, ſi huic verbo *expecio* ſ litera adſcribatur. REGIUS,

verunt illa quoque ſervanda diſcrimina, ut ex præpoſitionem, ſi verbum ſequeretur *ſpecto*, adjecta ſecundæ ſyllabæ *ſ* litera, *exſpecto*: ſed ſi *pecto*, remota *ſ* ſcriberemus. Illa quoque ſervata eſt a multis differentia, [9] ut *ad*, cum eſſet *præpoſitio*, *d* literam; cum autem *conjunctio*, *t* acciperet. [10] Item *cum*, ſi [11] tempus ſignificaret, per *q*, [12] ſi comitem, per *c*: [13] ſi vero cauſſam, per *q*, ac duas ſequentes *u u*, ſcriberetur. Frigidiora his alia, ut *quicquid*, *c* quartam haberet, [14] ne interrogare bis videremur. Et [15] *quotidie*, non *cotidie*, ut ſit, quot diebus. [16] Verum hæc jam inter ipſas ineptias evanuerunt. Quæri ſolet in ſcribendo *præpoſitiones* ſonum quem [17] junctæ efficiunt, an quem ſeparatæ, obſervare conveniat; ut cum dico, *obtinuit*; ſecundam enim *b* literam ratio poſcit, aures magis audiunt *p*. Et in [18] *immunis*, illud *n* quod veritas exigit, [19] ſequentis ſyllabæ ſono victum, *m* gemina commutatur. [20] Eſt etiam in dividendis verbis obſervatio, *conſonantem* priori, an ſequenti ſyllabæ adjungas. [21] *Aruſpex* enim, quia pars ejus poſterior a *ſpectando* eſt, *ſ* literam tertiæ [22] dabit; [23] *abſtemius*, quia ex abſtinemtia temeti compoſita vox eſt, primæ [24] relinquet. Nam *K*, quidem in nullis verbis utendum puto, [25] niſi quæ ſignificat, etiam ut ſola ponatur. [26] Hoc eo non

Ex præpoſitio (ut ſcribit Priſcianus) jungitur in compoſitione cum omnibus vocabulis, & quatuor conſonantibus, *c. p. t. s.* Fab. tamen hic innuit nunquam cum *s* jungi, niſi differentiæ cauſa. TURNEB. Hinc colligi videtur apud veteres *expectere* fuiſſe in uſu, quo tamen neminem novi, qui uſus ſit.

9. *Ut* ad, *cum eſſet præpoſitio*, d *literam: cum autem conjunctio*, t *acciperet.*] Nam veteres in pronunciatione vix diſtinguebant τὸ *ad* ab *at*: hinc τὸ *atque*, pro *adque*, ſeu *& ad*: hæc enim loquendi formula *Petrus atque Paulus*, æquivalet illi; *Petrus & ad*, ſeu *præter Petrum Paulus.* Vide ſupra ad cap. 4. ubi de his vocibus *Alexanter*, *Caſſantra*, &c. CAPPER.

10. *Item.*] *Itemque*, V. C. Alm. Ald. Locat. Colin.

11. *Tempus ſignificaret per q.*] *Per quom;* MS. Bal. *per quom: ſi comitem per cum;* Vaſc. Steph. *per quom: ſi comitem per c. ac duas ſequentes ſcriberetur;* Sich. *Cum, ſi tempus ſignificaret.* Vide Marium Victorinum in veterib. Grammat. pag 2459. ubi eadem docet, quæ Fabius. CAPPER.

12. *Si comitem.*] Ut ſi dicas; *Petrus ibat cum Paulo.* CAPPER.

13. *Si vero quum per q. ac duas ſequentes u u. ſcriberetur.*] Hic ſenſus mihi nullus eſſe videtur. Quis enim non videt, ſi *quum* ſcribatur, per *q* ac duas ſequentes *uu* ſcribi. Quare loco hujus particulæ *quam*, *conjunctionem* legendum eſſe arbitror; ſignificationes enim varias hujus dictionis *cum* exponit. Nam *cum* interdum eſt præpoſitio, comitem ſignificans; & tunc per *c* ſcribitur. Interdum adverbium temporis, quod per *q* ſcribitur, & *u* ſimplex, ut quidam volunt, hoc modo *qum.* Interdum conjunctio, tuncque ſcribi per *q* ac duas ſequentes *u u* quidam putant. Rectius autem, ut Fabius quoque ſentire videtur, qui per *c* hanc particulam ſemper ſcribunt; facile eſt enim pro loco diſcernere hujus vocis ſignificationem. Non eſt tamen diſſimulandum, aliter in vetuſto illo codice legi. Sic enim ibi eſt ſcriptum. *Itemque* cum, *ſi tempus ſignificat per q. u. m. ſi comitem per q* ac *duas ſequentes u u ſcriberetur.* REGIUS. Valla tamen non putavit opus eſſe *u u*, geminata, quod apud Latinos non ſoleat ea litera geminari; & quoties alia vocalis ponitur, ideo ponitur, quod aliquid facit, ut in *ſequeris*, *ſequitur*; aut ne differre videatur ab aliis ſui generis perſonis & alio numero, ut *inſequor*, *loquor*, *ſequere*, *ſequitur*, *ſequimur.* PITHOEUS. *Si vero cauſam per q ac duas.*] Deſunt in Andr. MS. Alm. *Si vero quum per q* Venet. Ald. *Si vero cauſam.*] Ut ſi dicas; *quum te virum probum eſſe ſciam, hanc in te culpam non poſſum refundere.* CAPPER.

14. *Ne interrogare bis.*] Ut Terentianum hoc Eun. III. II. 47. *Quid? quid aliud volui dicere?* & v. III. 5. *Quid? quid venire in mentem nunc poſſet mihi?* CAMERAR. Sed ibi eſt deliberantis, vel hæſitantis, cui non ſuccurrebat ad ea quæ volebat dicere, oratio.

15. *Quotidie.*] Vide Vall. lib. VI. Eleg. 60.

16. *Verum hæc.*] Fab. non videtur approbare illas *orthographiæ* ſuperſtitiones, ac ſentire videtur etiam *quotidie* optime ſcribi per *c*, &, *quicquid* per *d*, & *quum* per *c.* TURNEB. Gebhard. lib. I. crepund. cap. 3. legit ex MS. *verum & hæc etiam inter ipſas ineptias evanuerunt. Verum hæc jam etiam;* Locat. Ald. Gryph. Colin. Sich. *Hæc jam etiam;* V. C. Alm. Ego puto illud *etiam* locum ſuum amiſiſſe, & ſequenti periodo inſerendum. *Quæri etiam ſolet ſcribendo.* BURMAN.

17. *Junctæ efficiunt.*] *Ob* in compoſitione, cum habet ſequentes quaſdam conſonantes, ut *t* illic *b* ſonare videtur, ut *p*: itaque quærit Fab. an ſcribere oporteat per *p.* TURNEB.

18. *In immunis.*] Burmannus ediderat *immunis;* Robert. Steph. *immunis;* in cod. Voſſ. prim. legitur *in munus:* ſed legendum eſſe *in immunis* patet ex ipſa ſerie contextus & ex Priſciani loco mox afferendo. CAPPER.

19. *Sequentis ſyllabæ ſono victum.*] De qua mutatione Priſcianus, pag. 556 ſic loquitur: *Hanc autem mutationem literarum ſciendum eſt quadam naturali fieri vocis ratione, propter celeriorem motum linguæ labrorumque ad vicinos facilius tranſeuntium pulſus.* CAPPER. *Sono victum.*] *Junctum;* MS. Bal. edit. Steph.

20. *Eſt etiam in dividendis.*] Suadet Fab. in ſcribendo; ut, cum venerimus ad finem verſus, ſi verbum ſecare oporteat, ſpectemus ejus compoſitionem, & ad quam ſyllabam pertineant conſonantes: quod item intelligendum eſt in dictionibus ſimplicibus hoc modo, ut, ſi conſonantes duas aut plures habeant, quæ aliam dictionem inchoare poſſint, eas ſcribendo complectamur: ſin autem dictionem inchoare non poterunt, dividamus; appellaturque *diaſtaſis* & *ſyllepſis.* TURNEB.

21. *Aruſpex*, *Abſtemius.*] Itaque pronunciandum eſt, *Aruſpex*, *Abſ-temius.* CAPPER.

22. *Dabit.*] *Dabimus;* Venet. Locat. Ald. Gryph. Colin. Baſil. Voſſ. ſecund.

23. *Abſtemius ex abſtinentia temeti compoſita vox.*] *Qui de victu atque veſtitu POP. R. ſcripſerunt, mulieres Romæ atque in Latio ætatem abſtemias egiſſe, hoc eſt, vino ſemper, quod temetum priſca lingua appellatur, abſtinuiſſe dicunt.* Gell. lib. X. 23. male ergo Donatus in Terent. Andr. I. 4. exponit dicens: *Temulenta, hoc eſt, ebrioſa; unde abſtemius ſobrius: dictum autem quo tenet mentem;* aliud namque *abſtemius*, aliud *ſobrius.* Nam *ſobrius* vino non abſtinet; ſed modice bibit, ne fiat ebrius. *Abſtemius* autem prorſus ſe a vino abſtinet, poteſtque fieri ebrius, ut pura cereviſia, aliave re. REGIUS. Videndus Gaſpar Barthius Adverſar. lib. 3. cap. 3. pag. 108. & Lexicon Philologicon Martinii. PAREUS. Fulgentius de priſco ſermone. *Abſtemius obſervans;* Rabirius in Satyra.

Abſtemium merulenta fugit Methomia nomen.

ubi forte *Mecennia* legere eſt: vide & Plin. lib. XIV. 13. & Iſidor. lib. XII. ALMELOV. adde Voſſ. *Etymolog.* ſed non tantum de abſtinentia vini; ſed & aliorum dixiſſe veteres, patet ex Horat. lib. I. Epiſt. XII, 7.

Si forte in medio poſitorum abſtemius herbis
Vivis, & urticis.

24. *Relinquetur.*] *Relinquet* haud dubie legendum: relinquet (nempe verbum *Abſtemius*) *s* literam primæ ſyllabæ, ſi forte fuerit ſcribendo dividendum: peſſime, & nullo ſenſu vulgo ſcribitur *relinquetur.* Boxhornius in Apologia pro D. Heinſio adverſ. J. Croji calumnias pag. 287.

25. *Niſi quæ ſignificant.*] Aut *ſignificat*, *n* litera eliſa, aut *ſignificantur*, paſſiva voce legendum eſt. REGIUS. K litera, ut teſtatur Priſc. eſt ſupervacua: tamen antiqui ſcribendi compendio utebantur, & hac litera ſola *Calendas* ſignificabant, & *caput*, ut ait Probus. TURNEB. Auſon. *Hæc tribus in Latio tantum addita nominibus* K. Karthago, Kalendæ, Kalumnia. PITH. *Significat* hic videtur notare, quæ, tanquam nota & ſignum, ſola poſita integrum verbum ſignificat; ut K, id eſt, *Kalendæ;* K, *Karthago;* & reliqua quæ Probus in hac litera exhibet. Ita mox *Gajus C. litera ſignificatur;* ut MSS. habent. BURMAN. *Significat.*] Sic ſupra cap. 4. *& K quæ & ipſa quorundam nominum nota eſt.* CAPPER.

26. *Hoc eo non omiſi.*] *Hoc & non omiſerim;* marg. Baſil.

omiſi,

omiſi, quod quidam eam, [27] quoties *a* ſequatur, neceſſariam credunt; cum ſit *e* litera, quæ ad omnes *vocales* vim ſuam perferat. Verum *orthographia* quoque conſuetudini ſervit, ideoque ſæpe mutata eſt. [28] Nam illa vetuſtiſſima tranſeo tempora, quibus & pauciores literæ, nec [29] ſimiles his noſtris earum formæ fuerunt, & vis quoque diverſa; [30] ſicut apud Græcos [31] *o* literæ, quæ interim longa ac brevis, ut apud nos; interim [32] pro ſyllaba, quam nomine ſuo exprimit, poſita eſt; ut Latinis veteribus [33] *d* plurimis in verbis [34] ultimam adjectam, quod manifeſtum eſt etiam ex [35] columna roſtrata, quæ eſt [36] C. Duellio in foro poſita. Interim *g* quoque, ut in [37] pulvinari Solis, qui colitur juxta ædem Quirini, [38] *veſperug*; quod *veſperuginem* [39] accipimus. [40] De mutatione etiam literarum, [41] de qua ſupra dixi, nihil repetere [42] hîc neceſſe; fortaſſe enim ſicut ſcribebant, etiam [43] ita loquebantur. [44] *Semivocales* [45] non geminare, diu fuit uſitatiſſimi moris: atque e contrario uſque ad Accium & ultra, [46] porrectas ſyllabas geminis, ut dixi, *vocalibus* ſcripſerunt. [47] Diutius duravit ut, *e*, *i*, jungendis, eadem ratione qua Græci *ει*, uterentur: ea caſibus numeriſque [48] diſcreta ſunt, ut [49] Lucilius præcipit,

27. *Quoties a.*] V. Fabrett. de aquæd. diſſert. I. pag. 20. Urſati monum. Patav. lib. 1. ſect. 1. pag. 13. ALMELOV.

28. *Nam illa vetuſtiſſima.*] Haud dubium eſt, quin hic locus miſeris modis ſit depravatus. Attamen, cum ſenſum Fabii adhuc velut e ruinis colligere liceat, non eſt animus quicquam immutare: porro ſenſus ſic habet, quod apud Græcos priſcis temporibus pauciores literæ fuerint, quando apud nos una & eadem litera *o* jam longa, jam brevis eſt; ita quoque apud veteres Græcos fuerit unum tantum *o*, quod jam extenderetur, & contraheretur; quod in *e* quoque uſu veniſſe apud Græcos teſtatur Theodor. Gaza lib. III. adjectam ſcilicet ſignificans. MOSELLANUS. Antiqui Latini duntaxat habuerunt ſedecim literas, quas a Græcis mutuati ſunt: ac certe Græcis literis figura non abſimiles erant. Depravatiſſimus eſt hic locus. TURNEB.

29. *Similes noſtris.*] Duabus formis literarum uſi Romani. Vid. Allat. animad. in fragm. Antiq. Etruſc. cap. 29. ALMEL.

30. *Sicut apud Græcos.*] Apud Græcos olim vocales omnes erant ancipites; poſtea Simonides adjecit *η* & *ω*. TURNEBUS.

31. *O literæ, quæ interim longa ac brevis . . . . interim pro ſyllaba, quam nomine ſuo exprimit, poſita eſt.*] Idem plane docet Marius Victorinus in veterib. Grammatic. pag. 2458. 2459. *Et O ſimiliter cum eſſet unum, brevem idem faceret & longam ſyllabam; præterea exprimeret vocem quæ apud eos per o & u ſcribitur u: ſic apud nos quoque . . . . O & pro brevi & pro longa, & pro U poſita eſt.* CAPP.

32. *Pro ſyllaba quam nomine ſuo exprimit.*] *Illo ſcilicet tempore litera O, vocabatur *ου*, ſicut *τὸ ε* dicebatur *ει*, ut ex Athenæo & Euſtathio demonſtratur in meo de antiqua Græcæ linguæ pronunciatione commentario. CAPP.

33. *D. plurimis in verbis.*] Sic fortaſſe apud veteres *fortiud.* pro *fortiudo* ſcribebatur, ut *veſperug.* pro *veſperugo*: eſt autem *veſperugo*, quæ, ut inquit Varro, veſperi oritur. REGIUS. C. Duellius primus Carthaginienſes bello navali ſuperavit. Ideo in victoriæ monumentum poſita eſt columna cum roſtris navium, cum hac inſcriptione, *Dicata columna Duellio fortiud. ergo.* Nam antiqui ita verba ſcribendo corripiebant; ac forte in nonnullis, ut ſcribebant, pronunciabant. Inde apud Ennium ſcribitur *volup.* TURNEB. Male puto viros doctos hanc literam *d* in vocabulis per compendium ſcripturæ contractis quærere, ut *fortiud.* cum Fabius *adjectam* dicat. Quæ adjectio ponenda in ſimilibus, ut *ſiciliad*, *artiſſumed*, &c. pro *ſicilia*, *artiſſima*, ut legendum ex Ciacconii ſententia, quem vide. Et fortaſſe olim non dixerunt *veſperugo*; ſed illa vox nata ex antiqua ſcriptione *veſperug*, vel *veſperig*, ut pro *veſperi* forte ſcribebant, (ut i. & u. ſæpe permutabant) unde *veſperuginem* accepiſſe dicit Quinctilianus. Quod verbum *accipere* notat, inde derivatam eſſe vocem. Forte & pro *veſpere* vel *veſpero*, *veſperu* dixerunt veteres; unde adjecta *g.* litera *veſperug.* & inde *veſperugo*; ut dicebant, *noctu*, *interdiu*, unde *interdiu.* BURMAN. *Plurimis in verbis.*] Sic apud Plautum ſæpe legas *med*, *ted*, pro *me*, *te*. CAPP.

34. *Ultimam adjectam.*] *Ultima adjecta*; Francius.

35. *Columna roſtrata.*] C. Duillio, ſeu *Duilio*, ut apud Ciceronem legitur, qui primus navalem triumphum egit de Pœnis, columna poſita eſt. Plin. lib. 34. cap 5. quid autem Fabius indicare voluerit, locus corruptior eſt, quam ut poſſit animadverti CAMERAR. Vide Juſt. Lipſ. Antiq. lect. II. 14. eadem columna paulo correctior conſpicitur in magno inſcriptionum volumine, pag. 404. PAREUS. & celeberrimus Grævius adjecit ſuæ Flori editioni, ſimul cum Ciaconii notis.

36. *C. Duellio in foro*] *Dullio in foro*; MSS. Bodl. Joan. Andr. *Dulio in foro*; MS. Bal. *Duilio in foro*; Vaſc. Steph. *C. Duellio in foro*; Obrecht.

37. *Pulvinari ſolis.*] Hoc fuiſſe, ubi horologium ſolare a L. Papirio Curſore factum, teſte Plinio lib. VII. cap. ult. addito forte ædificio cum pulvinari, id eſt, loco, ubi pulvinum collocatur, aut nomine pulvinaris denotato, conjicit Nardinus de Roma veteri lib. IV. cap. 6. antiquiſſimum etiam templum ſolis in Quirinali colle fuiſſe, colligi videtur ex Dionyſ. Hal. lib. II. cap. 50. ubi, cum dixiſſet Tatium occupaſſe Capitolium & Quirinalem collem, inter templa ab eo excitata etiam Solis & Lunæ refert, quæ excitaſſe in locis ſibi aſſignatis veroſimile eſt. BURMAN.

38. *Veſperug.*] *Veſprug*; MS. Joan. Sich. *Veſperugo*; Ven.

39. *Accipimus.*] *Acepimus*; MS. Bal.

40. *De mutatione.*] Uno exemplo ſatis planum fieri poſſe arbitror, pronunciaſſe veteres compoſitas cum alia dictione præpoſitiones non integre; ſed eo quaſque ſono, quem ſequens litera deſideraret. Sic enim apud Plautum vocanti ſervus reſpondet: *Aſſum.* Tum ille: *At ego elixus ſis, volo.* Has mutationes Grammatici docent. CAMERAR.

41. *De qua ſupra.*] Cap. IV.

42. *Hic neceſſe.*] *Opus eſt*; MS. Bal *neceſſe eſt*; MS. Bodl. Ald. Steph. Gryph. Colin. Sich. Voſſ.

43. *Ita loquebantur.*] *Ita* deeſt in MS. Bal. Andr. Obrecht. *etiam ita*; Ald. Gryph. Colin. Baſil. *ſicut ſcribebant, loquebantur*; Sich.

44. *Semivocales*] *Semivocales geminare diu non fuit uſitatiſſimi moris*; MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. Venet. Locat. Ald. Steph. Sich. Voſſ. prim.

45. *Non geminare.*] Contrarium velle videtur Feſtus, cum ait: *Mutas literas & ſemivocales ſolebant antiqui duplicare ſcribendo aut legendo, & ita Ennium ſcripſiſſe in eo, quem de . . . n quo muta duplicata ſit primum*: cum poſt quædam etiam oſtendat, prout noſter auctor, morem obſoletum fuiſſe: verba ejus ſunt: *Porigam dixiſſe Antiqui videntur, pro porrigam, propter morem non ingeminandarum literarum.* ALMELOV.

46. *Porrectas ſyllabas.*] Id eſt, productas ſeu longas. CAPPER.

47. *Diutius duravit.*] Hoc eſt, *ei* dipthongo uterentur, qua & Græci etiam nunc utuntur, & priſcos uſos ex multis apparet inſcriptionibus: ut *ſibei*, *poſtereiſque ſueis*. REGIUS. In nominibus ſecundæ declinationis antiqui genitivum ſcribebant per *i*, nominativum pluralem per *ei*: in tertia vero declinatione dativum ſingularem per *ei*. Nunc quoque pluralem nominativum & * accuſativum ſcribimus per *ei*. TURNEB. Gallæus hæc ex libro Vallæ ad marginem habet. Legi multis in marmoribus *hic* adverbium ſcribi cum *e* & *i*, ad differentiam pronominis *hic*. Arimini in vetuſtiſſimo quodam arcu ita ſcriptum comperi, CELEBERRIMEIS ITALIAE MEEIS: & in quodam oppido non longe ab urbe, SIBEI. POSTEREISQUE MEEIS.

48. *Diſcreta ſunt.*] *Eſt*; Venet. Locat. Ald. Steph. Vaſc. Gryph. Colin. Sich. Voſſ. ſecund.

49. *Lucilius præcipit.*] Sunt verſus Lucilii, qui carminibus grammaticæ præcepta complexus eſt. REGIUS.

[50] *Jam pueri venere, e poſtremum facito, atque, i,*
[51] *Ut puerei plures fiant;*

ac deinceps idem:

[52] *Mendaci furique addes e,* [53] *cum dare furei*
Juſſeris.

Quod quidem [54] cum ſupervacuum eſt, quia *i*, tam longæ quam brevis naturam habet; tum incommodum aliquando. Nam in iis, quæ proximam ab ultima literam *e* habebunt, [55] & *i* longa terminabuntur, illam rationem ſequentes [56] utemur *e* gemina, qualia ſunt hæc [57] *aureei*, *argenteei*, [58] & ſimilia: [59] idque iis præcipue, qui ad lectionem inſtituentur, etiam impedimento erit; ſicut in Græcis accidit adjectione *ι* literæ, [60] quam non ſolum *dativis caſibus* in parte ultima [61] adſcribunt, ſed quibuſdam etiam interponunt; [62] ut in ληϊϛῆι, quia *etymologia* ex diviſione [63] inter ſyllabas facta [64] deſideret eam literam. [65] Aι ſyllabam, cujus [66] ſecundam nunc *e* literam ponimus, varie per *a* & *i* efferebant; quidam ſemper, ut Græci; quidam ſingulariter tantum, cum in *dativum* vel *genitivum caſum* incidiſſent; unde [67] *pictai veſtis*, & *aulai*, [68] Virgilius amantiſſimus vetuſtatis, carminibus inſeruit. [69] In iiſdem plurali numero *e* utebantur, *hi Syllæ*, *Galbæ*. Eſt in hac quoque parte Lucilii præceptum quod, quia pluribus explicatur verſibus, ſi quis parum credat, apud ipſum in nono requirat. Quid? quod Ciceronis temporibus, paulumque infra, fere quoties *ſ* litera media *vocalium* longarum, vel ſubjecta longis eſſet, geminabatur; *ut* [70] *cauſſæ*, *caſſus*, *diviſſiones*; quo modo & ipſum, & [71] Virgilium quoque ſcripſiſſe, manus eorum docent. Atqui [72] paulum ſuperiores, etiam illud quod nos gemina *ſ* dicimus *juſſi*, una [73] dixerunt *juſi*. [74] Etiam *optimus*, *maximus*, ut mediam *i* literam, quæ veteribus *u* fuerat, acciperent, [75] C. primum Cæſaris inſcriptione traditur factum. *Here*, nunc *e* litera

50. *Jam puerei.*] *Pueri;* MS. Joan. Obrecht.
51. *Ut pueri.*] *Puerei;* Ald. Steph. Sich. Gryph. Colin. Obſecht.
52. *Mendacei fureique.*] *Mendaci furique;* MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. Vaſc. Obrecht.
53. *Cum dare furi.*] *Furei;* Vaſc. De his fragmentis vide Douz. ad Lucil. lib. IX. Sat. pag. 44.
54. *Cum ſupervacuum.*] *Tum;* MS. Alm.
55. *Et i longa.*] *Et in i longa;* MS. Bal.
56. *Utemur e gemina.*] Antiquos omnes vocales geminaſſe, auctor eſt Scaurus. Lipſ. dialog. de pronunt. ut & Angel. Politianus Miſc. cap. 43. *ſic amaabam*, *eſſaari*, *viirtus*. &c. nec modo lectitaſſe, ſed etiam ſeriptitaſſe. Forma duplicis E erat Eꟻ. unde & Græcum H. pro quo tamennonnunquam E uſi ſunt, ut in nummis Athenienſium ubi ΑΘΕ. pro ΑΘΗ. legiſſe ſe miratur Goltzius. ALMELOV.
57. *Aureei, Argenteei.*] *Aurei argentei;* MSS. Bal. Voſſ. tert. Alm. Venet.
58. *Et ſimilia.*] *Et his ſimilia;* MS. Bodl. Andr.
59. *Idque iis præcipue.*] Omnes dativi ſingulares quatuor priorum declinationum apud Græcos habent *ι*, & diphtongus quoque impropria interſeritur interdum dictioni, quæ olim non habebat ſubſcriptum *ι*, ſed adſcriptum; ut ληϊϛῆϛ. TURNEB. *Id quod his;* MS. Bal. Sich.
60. *Quam non ſolum.*] *Quia;* MS. Bal. Andr.
61. *Adſcribunt.*] Hinc *iota* illud ab Euſtathio vocatur προσγεγραμμένον; id eſt, *aſſcriptum*: ſed jam dicitur *ſubſcriptum*, quod Græcis eſſet ὑπογεγραμμένον. CAPPER. *Adſcribunt.*] Henric. Steph. in *paralip.* pag. 9. inquit literam *iota* in vetuſtis exemplaribus nunquam α η ω (illis enim tribus literis ſubſcribi ſolet) ſed lateri adjunctum inveniri. ALM.
62. *Ut in* ληϊϛῆι.] In dativo ληϛῇ: ſed veteres idque ſero adſcripſerunt *ι*, quod ſubſcribimus nunc in diphthongis impropriis: λεία autem prædam ſignificat, unde eſt ληΐζομαι & ληϛὴς: quod ſi triſyllabum fuit, efferenda erit litera *ι* quam ῃ occulit. Iliad. I. 408. ληϊϛοὶ μὲν γάρ τε βόες. CAMERAR. Scribe ληϊϛῆι, ut ſit dativus, ſoluta diphthongo * impropria ῃ, in ηι. PHILAND.
63. *Inter ſyllabas.*] *In triſyllabis;* MSS. Bodl. Joan. Bal. Venet. Locat. Ald. Steph. Colon. Vaſc. Colin. *In triſyllabas;* V. C. Alm. & Arg. Obrecht. *in duas ſyllabas;* Gryph. Quod mihi maxime placet; unica enim ſyllaba in ληϛὴς, fit jam duplex ληϊϛὴς: neque hoc ſolum in triſyllabis, ſed & in diſſyllabis, ut hic ληϛὴς, & polyſyllabis poteſt evenire, ſi talis in voce occurrat ſyllaba, quæ *ι* ſubſcriptum habens in duas dividatur; ut Θρῇσσα, Θρήϊσσα: quanquam & *in triſyllabis* poteſt retineri, ſi ληϛῆι triſyllabum faciamus quadriſyllabum ληϊϛῆι.
64. *Deſideret.*] *Deſideraret;* MS. Bodl.
65. *Aι ſyllabam.*] Antiqui genitivos & dativos primæ declinationis per diphthongum αι efferebant; unde, cum genitivus ſolvitur per *diæreſin*, ſcribitur *aï*: alioqui veteres in nominativo plurali ſcribebant αι. TURNEB. Vide Martian. Capell. lib. III. de junctura ſyllabarum, pag. 60. ALMELOV.
66. *Secundam nunc e literam ponimus.*] Nam Quinctiliani ætate ſcribebant, *muſæ*, *menſæ*, &c.
67. *Pictaï veſtis, & aulaï.*] Pro *aulaï*, legit Edit. Lugd. *aquaï*, cui ſuffragatur editio Stephani, alioſumque. Mitum ſane quo modo in Codices irrepſerit ejuſmodi error. Fabii enim ipſius eſſe noſtram lectionem (quam etiam oſtendunt Editiones Venetica, Aldina, Colonienſis, ac Sichardi) inde apertum eſt, quod nuſquam apud Virgilium vox ea (*aquai*) reperitur; cum tamen in 3. Libro Æneid 354. invenimus,
Aulaï in medio libabant pocula Bacchi. GIBSON.
In antiquis inſcriptionibus ſæpe occurrit, ut IVNONI LVCINAI. Reineſ. Claſ. I. 30. Vide Feſtum in *ai*. ALMEL. *Aquai* tamen olim lectum fuiſſe lib. VII. Æneïd. 464.
——— *furis intus aquai*
Fumidus, atque alte ſpumis exuberat amnis;
apparet ex Servio, ut & hodie editiones pleræque exhibent, quamvis id repoſitum a Tucca & Varo velint; cum poëta ſcripſerit *aquæ vis*. Vide Pierium & Erythr. Ind. in *pictaï*, quod occurrit lib. IX. 26. Vide & Polit. Miſcel. cap. XLII. & Voſſ. II. de Analogia. cap. IV. BURM. *Pictaï veſtis & aulaï.*] *Et aulaï & aquaï;* Cod. Bern.
68. *Virgilius amantiſſimus vetuſtatis.*] Sic Diomedi Gram. lib. I. pag. 341. *antiquitatis amans;* & Macrob. I. 24. & VI. 9. & noſtro VIII. 3. ALMELOV.
69. *In iiſdem.*] *Iidem;* Obrecht.
70. *Cauſſæ.*] Pontanus *cauſſam* a *cavis*, id eſt, antris; in quibus veteres vitarint tempeſtates, & quidquid adverſi timerent, *caveo* factum, & inde *caviſſam* ſcribit; ludens amœniſſimi ingenii fertilitate. CAMER.
71. *Virgilium.*] *Vergilium*, V. C. Alm.
72. *Paulum ſuperiores.*] *Paululum;* Venet. Locat. Colon. Ald. Steph. Gryph. Colin. Sich. Voſſ. ſecund
73. *Dixerunt.*] *Dixerunt juſi;* Codices nonnulli, Colin. Gryph.
74. *Etiam optimus.*] Apud antiquos, ubi ſcribimus in media dictione *i* breve, *u* ſcribebatur: ita tamen ut in pronunciatione medius ſonus inter *i* & *u* audiretur. TURNEB.
75. *C. Cæſaris.*] Intelligendus Caligula, qui hunc titulum *optimi maximi* primus ſumpſit; Sueton. cap. XXII. ſed Trajani tempore iterum *optimus maximus* ſcripſiſſe, docent lapides apud Gruter. CCXLVII. & Reineſ. III. 13. & 15. BURM.

terminamus: at veterum Comicorum adhuc libris [76] invenio, [77] *Heri ad me venit.* Quod idem [78] in epiſtolis Auguſti, quas ſua manu ſcripſit, aut emendavit, deprehenditur. Quid? non [79] Cato Cenſorius, *dicam* & *faciam*, [80] *dicem* & *faciem* ſcripſit? eundemque in cæteris, quæ ſimiliter cadunt, modum tenuit? quod & ex veteribus ejus libris manifeſtum eſt, & a Meſſala [81] in libro de *S* litera poſitum. *Sibe* & *quaſe*, ſcriptum in multorum libris eſt; ſed an hoc voluerint auctores, neſcio. T. Livium ita his uſum, ex Pediano comperi, qui & ipſe eum ſequebatur: hæc nos *i* litera finimus. Quid dicam *vortices* & *vorſus*, cæteraque ad eundem modum, quæ primo Scipio Africanus in *e* [82] literam ſecundam vertiſſe dicitur? [83] Noſtri præceptores [84] *cervom ſervomque u*, & *o* literis ſcripſerunt, quia [85] ſubjecta ſibi vocalis, in unum ſonum coaleſcere, & confundi nequiret: nunc *u* gemina ſcribuntur, ea ratione quam reddidi: neutro ſane modo vox quam ſentimus, efficitur. Nec inutiliter [86] Claudius Æolicam illam [87] ad hos uſus Ⅎ literam adjecerat. [88] Illud nunc melius, quod *cui*, tribus, quas propoſui, literis enotamus; in quo pueris nobis, ad pinguem ſane ſonum [89] *qu* & *oi* utebantur, tantum ut ab illo *qui* diſtingueretur. Quid? quæ ſcribuntur aliter, quam enuntiantur. [90] Nam & *Gajus* C litera [91] notatur, [92] quæ inverſa Ↄ mulierem declarat; quia tam [93] *Cajas* eſſe vocitatas, quam *Cajos*, etiam ex nuptialibus ſacris apparet. Nec [94] *Cneus* eam literam in prænominis nota accipit, [95] qua ſonat; [96] & *columa* exempta *n* litera; & *Conſules*, geminata *s* litera *Coſſ.* legimus; & [97] *Subura*, quum tribus literis notatur, *c* tertiam oſtendit. Multa ſunt generis hujus: ſed hæc quoque vereor ne modum tam parvæ quæſtionis exceſſerint. Judicium autem ſuum Gramma-

76. *Invenio.*] *Invenitur*; Steph. Voſſ. ſecund.

77. *Heri ad me venit.*] Terent. Phorm. 1. 1. 2.

78. *In epiſtolis Auguſti.*] Quæ per ea tempora in eruditorum manibus adhuc verſabantur; Sueton. Auguſt. cap. 87. Jan. Rutgerſius Var. lection. libro 2. pag. 148. PAREUS. Vide Suet. cap. 71. ubi ſcribit Tiberio *inter cœnam luſimus γεροντικῶς & heri, & hodie;* ubi ſi *here* poſuiſſet, ingratus fuiſſet ſonus tot concurrentibus *e.* in Caligulæ quoque vita cap. 8. *heri conſtitui.* BURM.

79. *Cato Cenſorius.*] *Cenſorinus*; MS. Joan. Voſſ. tert.

80. *Dicem & faciem.*] Sex. Pomp. *Recipie* apud Catonem, pro *recipiam*, ut alia ejuſmodi complura. PITHOEUS. *Dice & facie*; MS. Joan. *Dicam & faciam.*] Pro dicam & faciam, dicem & faciem *ſcripſit*; Francius. *Dicem & faciem.*] Hinc forſan in cæteris perſonis dicimus; *dices*, *dicet*; *facies*, *facit*, &c. CAPPER.

81. *In lib. de s litera.*] Meſſala Corvinus eximius orator etiam libros integros de ſingulis elementis ſcripſit. TURNEB.

82. *Literam ſecundam.*] Vocalem E ſecundam e quinque A, E, I, O, V. CAPPER.

83. *Noſtri præceptores.*] Antiqui frequenter *o* pro *u* utebantur; ac Fabii præceptores, cum ſcirent accuſativum terminari in *um*, tamen cum præcedebat *digamma* Æolicum, mutabant alterum *u* in *o*. TURNEB.

84. *Cervom ſervomque.*] *Servom cervumque*; MS. Joan. *Cervum ſervumque*; Voſſ. tert.

85. *Subjecta ſibi vocalis.*] Ratio plane nihil valet, quando prius illud *v* non eſt vocalis, ſed conſonantis loco ponitur, quoties ſe ipſam præcedit; unde conjectura eſt, in *ſervus* & *cervus*, cam vocem a Fabio ſentiri, quam haberent ſcripta per F, quod ad ſonum *v* conſonantis non nihil flatus adjicit. MOSELLANUS.

86. *Claudius.*] Suetonius tradit trium literarum figuras excogitaſſe Claudium; ex quibus Æolici *digamma* una, & ↓ duplicis altera fuit: τὴν τρίτην ζητοῦμεν. CAMERAR. Tertiam illam, quam Camerarius quærebat, literam invenire poterat apud Velium Longum in veteribus Grammaticis pag. 2235. ubi ſic legitur: *De viro vero & virtute ubi I ſcribitur, & pene V enunciatur; unde Tib. Claudius notam quandam literam excogitavit ſimilem ei notæ, quam pro aſpiratione Græci ponunt, per quam ſcriberentur eæ voces, quæ neque ſecundum exilitatem literæ, neque ſecundum pinguetudinem ſonant.* Eandem literam ignorare ſe fatebatur. Lipſius ad Sueton. & Tacit. XI. Annal. 13. Quod autem ait hic idem Camerarius alteram a Claudio Imperatore excogitatam literam fuiſſe ↓ duplicis, id fuſius exponendum eſt, & explicandum ex his Priſciani verbis tom. 1. veter. Grammaticor. pag. 557. 558. *Loco ↓ Græcæ fungitur, pro qua Claudius Cæſar antiſigma Ↄ hac figurâ ſcribi voluit.* CAPPER.

87. *Ad hos uſus F.*] Legendum eſſe Ⅎ inverſa forma; recte Torrentius ad Suet. Claud. XLI. obſervavit. Sed de *digamma* ſatis ſupr. cap. IV. BURMAN. Codex Voſſ. ſecund. habet Ⅎ.

88. *Illud nunc melius.*] Veteres *qui* ſcribebant in nominativo & dativo, ut ſcribit Terentianus: poſtea differentiæ cauſa dativus per *e.* ſcriptus eſt. Nonnulli tamen, cum retinere vellent antiquum dativum, adjiciebant differentiæ cauſa *o*, ac dicebant *quoi.* TURNEB.

89. *Quoi.*] In vetuſto exemplari *qu*, & *oi utebantur*, recte mihi legi videtur. REGIUS. *Quoi*; Venet. Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. Sich. Par. Vaſc. Colon. Vide Polit. Miſcel. CLXXXIX.

90. *Nam & Gajus.*] Pronuntiamus *Caius* per G, quia G ſonat, & per C ſcribitur; cujus rationem reddit Diomed. lib. II. quod apud vetuſtiſſimos Latinos non fuerit uſus literæ G. ſed C. tantum, quæ tertium locum in ſerie literarum ita occupet, quemadmodum apud Græcos quoque Γ. MOSELLANUS. Scribe *Caius*, quanquam Græce Γαιος, & apud Pompejum *Gaja.* PHILANDER. *Gajus.*] *Cajus*; Andr. Ven. Locat. Ald. Gryph. Colin. Baſil.

91. *Notatur.*] *Significatur*; MSS. Bodl. Bal. Obrecht. ſic ſupra hoc capite; *nam K. quidem in nullis verbis utendum puto, niſi quæ ſignificat.* Voſſ. ſecund. *ſignatur.*

92. *Quæ inverſa.*] Alludit Fab. ad conſuetudinem antiquam, cujus meminit in problematibus Plutarchus: *Nova etenim nupta, cum ad ædes mariti venerat, dicebat; ubi tu Cajus?* ac veteres, ut Cic. notat in oratione pro Muræna, appellabant *Cajas mulieres illas, quæ coëmptionem fecerant.* i. e. in mariti manum convenerant: quod ductum eſt a *Caia* Cæcilia uxore Tarquinii Priſci, quæ optima fuit lanifica, & optima materfamilias. TURNEB.

93. *Cujas.*] *Gajas eſſe vocitatas, quam Gajos*; MSS. Bodl. Joan. Bal. V. C. Alm.

94. *Cneus.*] *Gneus*; Sexto Pompejo ſcribitur a generando. PHILAND. Voſſ. & Bern. *Gneus.*

95. *Qua ſonat.*] *Quæ*; Obrecht.

96. *Et columa exempta n.*] Vel antiqui integrum nomen *columnam* abſque *n* ſcribebant, unde dicitur *columella*: vel, cum notis ſcriberent, notabant duntaxat *colum.* affixo puncto. TURNEB. *Et columa.*] *Et columam exempta n. & Coſſules geminata eadem litera ſſ legimus*; Andr. *& columa exempta n, & Coſſules geminata eadem litera ſſ leg.* Ven. Vaſc. atque etiam Ald. Sich. Gryph. Baſil. niſi quod pro *Coſſules*, *Conſules* legant. *Et columa, exempta n. litera, ſimiliter Conſules, ſed geminata ſſ. Coſſ. legimus*; Colin.

97. *Et ſubura.*] *Subura* regio eſt urbis, quæ dicitur a pago *Succuſano*, ut ait Varro: vel (ut alii volunt) a *ſuccurrendo*; quia illic ſemper erat ſtativum præſidium. Itaque antiqui, cum ſcriberent notis Suburram, etymologiam ſpectantes ſcribebant *Suc.* appoſito puncto. Nam cum literarum compendio ſcribebatur, & tanquam notabatur, *Suc.* notatum *Suburam* ſignificabat. TURNEB. Adverſ. lib. 20. cap. 35. *Sucura*; MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. Andr. Locat. Ald. Antiquæ inſcriptiones, ubi Tribus *ſuburana* ſemper fere SUC. notatur, firmant Quinctiliani dicta. Vid. Grut. LXXVII,

ticus interponat his omnibus; nam hoc valere [98] plurimum debet. [99] Ego (niſi quod conſuetudo obtinuerit) ſic ſcribendum [100] quidque [101] judico, quomodo ſonat. Hic enim [102] uſus eſt literarum, ut cuſtodiant voces, & velut [103] depoſitum reddant legentibus: itaque id exprimere debent, quod dicturi ſumus. Hæ fere ſunt emendate loquendi ſcribendique partes; duas reliquas, [104] ſignificanter ornateque dicendi, non equidem Grammaticis aufero; ſed, cum mihi officia Rhetoris ſuperſint, majori operi reſervo. [105] Redit autem illa cogitatio, quoſdam fore, qui hæc, quæ diximus, parva nimium, & impedimenta quoque majus aliquid [106] agendi putent. [107] Nec ipſe ad extremam [108] uſque anxietatem, & ineptas cavillationes deſcendendum, atque his ingenia concidi & [109] comminui credo. Sed nihil ex *Grammatica* nocuerit, niſi quod ſupervacuum eſt. An ideo [110] minor eſt M. Tullius orator, quod idem artis hujus diligentiſſimus fuit, & in filio (ut in epiſtolis apparet) recte loquendi [111] uſquequaque aſper quoque exactor? Aut [112] vim [113] C. Cæſaris fregerunt editi de *analogia* libri? Aut ideo minus Meſſala nitidus, quia quoſdam totos libellos [114] non de verbis modo ſingulis, ſed etiam literis dedit? Non obſtant hæ diſciplinæ per illas euntibus, ſed circa illas hærentibus.

3. CIII. 6. & paſſim: unica etiam litera *r* *Subura* ſcribendum docent eadem pag. DCXXV. 10. & aliæ. Vide plura apud Floravantem Martinellum de Diaconia S. Agathæ in Subura cap. 1. ubi & de *Etymo*. BURMAN.

98. *Plurimum debet.*] *Plurimum dicitur*; MS. Bal.

99. *Ego, niſi quod.*] *Ego vero*; Venet. Locat. Ald. Colon. in marg. Baſil. *Niſi quod conſuetudo.*] *Niſi quid conſuetudo*; Francius.

100. *Quidque.*] *Quicque*; Steph.

101. *Judico.*] *Cenſeo*; MS. Bal.

102. *Eſt uſus literarum.*] Vid. Iſidor. lib. 1. cap. 3. & inventa noſtra *novantiqua*. ALMELOV.

103. *Depoſitum reddant.*] Elegans eſt metaphora, ſumpta a depoſitariis, quorum fidei res noſtras committimus, ut eas poſtea recipiamus; quemadmodum & literis committimus voces & aſſervandas damus. TURNEB.

104. *Significanter.*] Græci Rhetores dicunt ἐμφατικῶς. CAPPER.

105. *Redit.*] *Sedet*; V. C. Alm. & Obrecht. neſcio an non bene ſit: ita Florus lib. II. 18. *noviſſime ſedit conſilium*, & ita alii locuti: ſed nihil muto; non enim nunc primum hæc cogitatio animo Quinctiliani ſedit; ſed jam olim concepta nunc redit, ut apud Minut. Fel. cap. I. *in præterita redire* dicitur.

106. *Agendi.*] *Agentibus*; MSS. Bodl. Alm. Andr. Steph.

107. *Nec ipſe.*] Scilicet *puto*. MOSELL. Gallæo quoque aliquid deeſſe videbatur, & conjiciebat *deſcendendum volo*, ut eſſet pro *deſcendendum eſſe volo*. Ego nihil muto; ſed τὸ *credo* huc quoque referendum puto; neque morari nos debet variatio illa temporum & modorum in una periodo. Sic apud Valer. Maxim. lib. II. cap. VI. ex. II. *Laudanda utrorumque populorum animi præſtantia, quod & patriæ incolumitatem fortiter tueri, & fidem amicitiæ conſtanter præſtandam arbitrabantur.* Ubi & Barthius volebat *tuendam* reſtituere, ſed contra omnes codices: ſic & Terentius variat tempus & modum in Andr. Act. IV. Sc. 1. *Neſcis quantis in malis verſer miſer, Quantaſque hic ſuis conſiliis mihi confecit ſollicitudines*: ubi vide Donatum & Munker. ad Hygin. fab. CXLVIII. Hæc autem variatio, quæ hoc loco & apud Valerium eſt, inde venit, quia illa verba *cenſeo*, *arbitror* & ſimilia, non tantum cum gerundiis, ut *cenſeo faciendum*, ſed & infinitivis, ut *cenſeo facere*, conſtruerent veteres. Juſt. lib. XIII. 2. *Perdicca cenſet Roxanis exſpectari partum*; ubi vide Vorſt. & Gronov. ad Liv. I. 5. Et ita *conſilium capere hominis propinqui fortunas evertere*, pro *evertendi*; Cicer. pro Quinct. XVI. ubi vid. Hottom. neque inſolentior hæc conſtructio videri debet, quam altera, qua verbo duplicem caſum in conſtructione ferenti, uterque in una periodo datur; ut Virg. Ecl. V. v. 5.

Sive ſub incertas Zephyris motantibus umbras,
Sive antro potius ſuccedimus.

ubi vide Servium: item lib. I. Georg. 3.

Quæ cura boum, qui cultus habendo
Sit pecori.

ubi idem Servius videndus: ſed hæc pluribus illuſtrare notarum ratio non patitur: ſed caute in ſimilibus agendum; nec temere loca talia ſolicitanda, quia conſuetudo ſæpe, non ratio, eſt loquendi regula. BURMAN.

108. *Uſque anxietatem.*] *Quoque*; Sich. & Baſil.

109. *Et comminui.*] Ita mox cap. XII. *Nam nec ego comminui ſtudentem in his artibus volo*, ubi alii *conſumi*: ex quo loco etiam lectio MS. Joan. qui *in his concidi & comminui* habet, firmari poſſit. BURMAN.

110. *Minor eſt.*] *Eſt*; deeſt in V. C. Alm. & mox, *ut epiſtolis apparet*, habet.

111. *Uſquequaque.*] Deeſt in Andr. Steph. *exactore*; V. C. Alm. unde Francius, *exactor eſt*.

112. *Vim.*] Supple, dicendi. Rhetores Græci δεινότητα vocant. CAPPER.

113. *C. Cæſaris.*] Hos libros accipio fuiſſe, quorum mentio fit in Bruto a Cicerone, ad ipſum ſcriptorum de lingua Latina. CAMERAR.

114. *Non de verbis.*] *Non verbis modo*; MSS. Bal. Alm. Edit. Andr.

CAPUT VIII.

De lectione pueri.

[1] SUPEREST lectio, in qua puer ut ſciat, ubi ſuſpendere ſpiritum debeat, quo loco verſum diſtinguere, ubi claudatur ſenſus, unde incipiat, [2] quando attollenda vel ſummittenda ſit vox, [3] quid quo flexu, quid lentius, celerius; concitatius, lenius dicendum; demonſtrari, niſi in opere ipſo non poteſt. Unum eſt igitur, quod in hac parte præcipiam, ut omnia iſta facere poſſit, [4] intelligat. [5] Sit autem in primis lectio virilis, & cum ſuavitate quadam gravis; & non quidem proſæ ſimilis, quia carmen eſt, & ſe [6] poëtæ canere teſtantur; non tamen [7] in canticum diſſoluta, [8] nec *plaſmate* (ut nunc a pleriſque fit) effeminata: de quo genere optime C. Cæſarem prætextatum adhuc [9] accepimus dixiſſe: [10] *ſi cantas, male cantas: ſi legis, cantas.* Nec [11] *proſopopœias*, ut quibuſdam placet, [12] ad comicum morem pronuntiari velim; eſſe tamen flexum quemdam, quo diſtinguantur ab iis, in quibus [13] poëta perſona ſua utetur. [14] Cætera admonitione magna egent; in primis, XIV.

Alteram Grammatices partem *Exegeticen* pertractat: ea autem eſt poſita in poëtarum enarratione; ſed tamen enarrationem præcedit emendata lectio: quocirca ab hac incepit. Faciunt huc, quæ tractantur a Quinctil. lib. XI. de *pronuntiatione*. TURNEB.

1. *Supereſt, &c.*] Artes lectionis Victorino & Diomedi. *Accentus*, id eſt, uniuſcujuſque ſyllabæ pronunciandæ in ſono qualitas. *Diſtinctio*, confuſarum ſignificationum perplana ſignificatio. *Pronuntiatio*, ſecundum perſonas accommodata ſimilitudo. *Modulatio*, concinnati ſermonis in jucundiorem dicendi ſermonem artificialis flexus in declinabilem auditus formam converſus, aſperitatis atque imperitiæ vitandæ cauſa. PITH.

2. *Quando attollenda.*] Nihil enim poteſt deterius eſſe in lectione, quam ὁμοτονία, quæ eſt par & æqualis vocis & ſpiritus intentio: itaque vox interdum flectenda eſt, interdum erigenda per ἄρσιν, interdum ſubmittenda per θέσιν. TURNEB.

3. *Quid quoque flexu.*] Sæpius jam hujuſmodi deprehendimus depravationes; non enim *quoque*, ſed *quo*, eraſa *que* copula, eſt legendum; ut, *quid quo flexu*. Nihil enim eſt, quod unoquoque flexu poſſit enuntiari. REGIUS, *quid quo*; Gryph. & Coſinæus.

4. *Intelligat.*] Supple, *quæ legit*. CAPPER.

5. *Sit autem.*] Etſi videbam cuivis facile apparere incuria Librariorum, dictionem hanc, *Poetarum*, omiſſam: tamen nolui locum a nobis correctum, non ſuffragantibus exemplaribus ullis, ſignare. CAMERAR. *lectio Poetarum virilis & cum ſuavitate*; Steph. & alii in margine. Vide Cœl. Rhodig. lib. V. cap. 24.

6. *Poetæ canere.*] Cenſorinus ait *muſicæ* conjunctam eſſe *metricam*: itaque debemus obſcuro quodam cantu carmina pronunciare: non tamen ut cantare videamur; nam & Cic. quoque rhetores Cariæ & Phrygiæ reprehendit, quod in *epilogis* cantare videantur. TURNEB. Divus Sever. Boëthius, lib. VII. de Muſica cap. 12. *Omnis vox aut* συνεχὴς *continua, aut* διαστηματική, *quæ dicitur cum intervallo ſuſpenſa*, &c. His, ut quidam autumant, additur tertia differentia, quæ medias voces poſſet includere; quam Vitruvius *medianam* vocat lib. V. cap. 4. cum ſcilicet Heroum poëmata legimus, atque continuo curſu, ut proſam, neque ſuſpenſam ſegnioriſque modo vocis, ut canticum. MOSELLAN. Hunc Moſellani locum Burmannus exhibuit, pro ut legitur in edit. Vaſcoſan. 1538. ſed viri docti verba fuiſſe interpolata & corrupta exiſtimo. Sic enim, opinor, ſcripſerat Moſellanus: *Cum ſcilicet Heroica Poëmata legimus, neque continuo curſu, ut proſam: neque ſuſpenſæ ſegnioriſque modo vocis, ut canticum.* CAPPER

7. *In canticum.*] Quid proprie ſit canticum patet, ex Diomede in veterib. Grammatic. pag. 489. ubi ſic habet: *Membra Comœdiarum tria ſunt, diverbium, canticum, chorus. Diverbia ſunt partes Comœdiarum, in quibus diverſorum perſonæ verſantur.... in canticis autem una tantum debet eſſe perſona.* CAPPER.

8. *Nec plaſmate.*] Vide Iſaacum Voſſium de *Rhythmo* pag. 85. 122. 123. 125. ubi *plaſmata* vocat, quæ Gallice dicimus, *fredons, roulades*, &c. CAPPER. *Plaſmate.*] *Plaſma* dicitur potio ex dulcioribus quibuſdam rebus compoſita, ad commendandam vocem maxime accommodata; de qua & Perſius I. 17.

——Liquido cum plaſmate guttur
Mobile colluerit.

Nequaquam autem *pſalmate*, hoc eſt cantico, legendum eſt, ut quidam putant; cum præſertim in vetuſto quoque exemplari *plaſmate* legatur. REGIUS. *Plaſma* ſignificat vocis quaſi colliquationem: apud Perſium, ipſum collyrium accipiunt. CAMERAR. *Plaſma* interpretantur potionem quandam, quæ faucium ſcabritiem tollat, & vocem liquidiorem reddat; Perſ. Sat. I. Alii pro vocis mollitudine accipiunt, quæ dedita opera ſic effingatur. TURNEB. Si legis *pſalmate*, ſupervacua eſt repetitio; cum *in canticum diſſolutum*, quod idem eſt, præpoſuerit: quare probatior eſt lectio *plaſmate*, quo nomine utitur Perſius pro potione ad vocem nutriendam. PHILAND. Hanc vocis mollitudinem, ut minime viro convenientem, acri etiam aceto diluit Perſius, in hæc verba: *——Vocem*
Eliquat, & tenero ſupplantat verba palato.

Vide ibi commentatores; ut & Ludovic. Creſollium vacat. Autum. lib. 3. pag. 476. &c. quem conſule, & Cœl. Rhodigin. Lect. Antiq. lib. 9. cap. 4. & 5. pag 386. &c. PAREUS. *Pſalmate*; in margine Stephani, Colon. ſed Sich. & Gryph. in textu; & *plaſmate*, in marg. *pſalmate*; Colin. Vide Caſaub. ad Perſium. *Plaſmate* autem fingebant vocem, ut liquida eſſet; quod ſi natura daret, laudi erat in oratore & Poeta: unde Horat. I. Od. 24.

——cui liquidam pater
Vocem cum cithara dedit.

Ovid. I. Am. XIII. 8.

Et liquidum tenui gutture cantat avis,

Silius lib. XI. 416.

——& carmina rurſus
Pieria liquefacta lyra.

ita *liquidum carmen* pro molli recte explicat Barth. Adv. lib. IX. cap. 9. BURMAN.

9. *Accepimus.*] *Accipimus*; MS. Joan. Voſſ. tert.

10. *Si cantas.*] Id eſt, ſi legis poëma, ita legis, ut videaris magis ſolutam orationem pronuntiare; ſi ſolutam orationem legis, voce magis poëmati apta uteris. PHILAND.

11. *Nec proſopopœias.*] *Proſopopœias* hic appellat Fab. cum poëta perſonis aliis orationem accommodat, nec ex ſua perſona loquitur: hoc autem fieri ſolet in poëtico dramatico & mixto. TURNEB. apud quem pro *poëtico* legendum videtur *poëmate*. CAPPER. *Proſopopœias.*] *Proſopopœiam*; Voſſ. ſecund.

12. *Ad comicum.*] *Ad ſcenicum*; Sich. in marg.

13. *Poeta.*] *Poetæ perſona ſua utentur*; Locatel. Colon. Gryph. *Utetur.*] *Utitur*; Francius.

14 *Cætera admonitione.*] Jam quinam ex poëtis legendi ſint docet, nec ſolum habet eloquentiæ rationem, verum

ut teneræ mentes, tracturæque altius, quidquid rudibus & omnium ignaris inſederit, non modo, quæ diſerta, ſed vel magis [15] quæ honeſta ſunt, diſcant. Ideoque optime inſtitutum eſt, ut [16] ab Homero atque Virgilio lectio inciperet: quanquam ad intelligendas eorum virtutes, firmiore judicio opus [17] eſſet: ſed huic rei ſupereſt tempus; [18] neque enim ſemel legentur. [19] Interim & ſublimitate heroïci carminis animus aſſurgat, & ex magnitudine rerum [20] ſpiritum ducat, & optimis imbuatur. Utiles [21] Tragœdi. Alunt & Lyrici: [22] ſi tamen in his non auctores modo, ſed etiam partes operis elegeris. Nam & Græci [23] licenter multa, & Horatium in quibuſdam nolim interpretari. Elegia vero, utique quæ amat, & [24] *hendecaſyllaba*, quibus ſunt [25] commata Sotadeorum (nam [26] de Sotadeis ne præcipiendum quidem eſt) amoveantur, ſi fieri poteſt: ſi minus, certe ad firmius ætatis robur reſerventur. Comœdiæ, quæ plurimum conferre ad eloquentiam poteſt, cum per omnes & perſonas & affectus eat, quem uſum in pueris putem, paulo poſt [27] ſuo loco dicam. Nam, cum mores in tuto fuerint, inter præcipua legenda erit: de Menandro loquor: nec tamen excluſerim alios. [28] Nam Latini quoque auctores afferent utilitatis aliquid. Sed pueris, quæ maxime ingenium alant, atque animum augeant, prælegenda: cæteris, quæ ad eruditionem modo pertinent, longa ætas ſpatium dabit. Multum autem veteres etiam Latini conferunt, quanquam plerique [29] plus ingenio, quam arte

etiam probitatis morum: qua in re Platonem ſequitur, qui vel poëtas non legendos putat, vel eos duntaxat, qui honeſta ſcribant. TURNEB.

15. *Quæ honeſta.*] Hoc eſt, ut decent homines bene natos, qui non utuntur ſermone plebeio; ne quis *honeſta* hic obſcœnis tantum opponi putet. Ita Petronius quoque inter *diſertum* & *honeſtum* diſtinguit, cap. LV. *ego alterum puto diſertiorem fuiſſe, alterum honeſtiorem;* ubi plura notavimus olim: ſic *honeſtus Orator*, in Epigrammate apud Pithœum in Catalectis pag. 100. Columbanus in avaritiam apud Fabrit. in corpore Poëtar. Chriſt. pag. 779.

Quæ licet ornatu careat ſermonis honeſti.

Ita Nonius, pag. 68. totum caput habet de *honeſtis & nove veterum dictis*, ad quod vide notas Merceri. Et Gell. lib. XVII. cap. 2. quædam verba, quæ a militibus & populo uſurpantur, & quæ non *honeſta* ſunt, habet: inter quæ *copiari* caſtrenſe eſſe dicit, nec facile reperiri apud oratores. Unde apparet apud Nonium in *Copiatur* male legi *honeſte poſitum*, & legendum *inhoneſte:* & ita idem Gellius lib. XII. 2. docet, quoſdam Senecæ tribuere *vernaculam & plebejam eruditionem*, quæ nihil gratiæ aut dignitatis habet. BURMAN.

16. *Ab Homero & Virgilio.*] Vide ad Petron. cap. V.

17. *Eſſet.*] *Eſt:* MSS. Bodl. & Alm. vide ad præfat. hujus libri.

18. *Neque enim.*] *Nec*, editiones pleræque.

19. *Interim & ſublimitate.*] Fabius quoque ait a Poëtis duci in rebus ſpiritum, in verbis ſublimitatem, in affectibus motus omnes, in perſonis decorum; & his de cauſis potiſſimum pueris prælegendos putat. TURNEB.

20. *Spiritum ducat.*] *Spiritus:* Voſſ. ſecund.

21. *Tragœdiæ.*] *Tragœdi:* MSS. Bodl. Bal. Ven. Locat. Ald. Obr.

22. *Si tamen in iis.*] *Lyrici* novem ſunt apud Græcos; ſed cum illi multa laſciva & obſcœna ſcripſerint, totos poëtas non putat Fabius legendos, ſed locos eorum honeſtiores. TURNEB.

23. *Licenter multa.*] Supple, *dixerunt*, *ſcripſerunt*. CAPPER.

24. *Hendecaſyllaba.*] *Hendecaſyllaba* appellantur carmina quæ undecim ſyllabis conſtant; ſed hoc potiſſimum nomine complectimur verſus Phalecios, quales conſcripſit Catullus. TURNEB. *Hendecaſyllaba, & quibus:* Venet. Locat. Ald. Colin. Vidov. *a quibus:* Andr. *quæ:* Obrechr. *Hendecaſyllaba quibus.*] *Hendecaſyllabi, & quibus ſunt:* Voſſ. ſecund.

25. *Commata.*] Sotadeorum cæſuræ vocantur, quibus frequentiſſime utuntur; quale illud Philelphi in Pium Pontificem,

Laus tua, non tua fraus, virtus, non copia rerum,
Scandere te fecit hoc decus eximium, &c. REGIUS.

Verſus *Sotadici* crebras habent cæſuras, & in ſua veſtigia retrorſum recurrunt, efficiuntque vel idem carminis genus vel diverſum: horum exempla ſunt apud Fabium libro nono. Sunt alii quoque verſus. *Sotadici trochaici acatalectici:* hi porro omnes res obſcœnas tractant. TURNEB. Sotades ex eorum numero, qui, quod obſcœna ſcriberent, *κιναιδόλογοι* dicebantur, hoc in genere carminum facile vicit ſuperiores. Hunc, quod obſcœne exprobraſſet ſororis conjugium Ptolemæo Philadelpho, conſecutus juxta Caunum Patroclus, unus ex Ptolemæi ducibus, incluſum arcæ plumbeæ in mare immerſit. Fuit patria Maronita: uſus eſt Ionica dialecto: *commata* autem vocat cæſuras. Sotadeas cæſuras in Trochaicis & Ionicis carminibus annotarunt Grammatici: & Heroicum, quod in Trochaicum trimetrum *acatalecticum* retro verſum legatur, *Sotadicum* dixerunt; retro enim lecta fuiſſe Martialis, VI. 86. ſignificat: *Nec retro lego Sotadem cinædum:* & Auſon. *Σωταδικόν τε κιναιδὸν ἰωνικὸν ἀμφοτέρωθεν*, ut iſte apud Diomedem Ionicus *ἀπὸ μείζονος*, *Pauſa optime divos cole, ſi vis bonus eſſe:* retro lectus verſus Heroicus efficitur: quæ quidem inverſiones carminum uſurpatæ & in Elegiis a Græcis inveniuntur; ut illud (Anth. lib. 1. cap. 29.)

Ἵππος ἐγὼ τὴς φίλος ἦν μερόπων, καὶ οὔτε λαῶν
Ἔθνεα, καὶ νεκύων ἦν ἀπάντων εἰς ἀίδην.

verte & retro leges omnia, manentibus numeris & ſenſu *εἰς ἀίδην ἀπάσης ἦν*, &c. exemplum Heroïci qui retro lectus Sotadeus fit, & Fabius adducit libro nono,

Aſtra tenet cœlum, mare claſſes, area meſſem.

& Sotadeum qui retro trimeter Jambicus,

Caput exeruit nobile pinus repetita.

CAMERAR. de his verſibus Sotadicis, quos & *reciprocos* & *recurrentes* vocant, videantur Columm. ad Enn. pag. 183. edit. noviſſimæ, & Sirmond. ad Sidon. Apol. lib. IX. cap. 11. & IX. 13. Scaliger de Poët. lib. II. cap. 30. Auguſtinus vocat *retrogradum carmen* lib. XVII. de Civit. Dei. ubi vide Vivem. Et in hoc genere nugatum plurimi ſudarunt; ut apparet ex Anthol. lib. VI. cap. 4. qui continet *ἀντιστρέφοντα*; & inter Monachales ineptias immenſa & plena talium carminum horrea. *Scommata* vero eſt in Venet. & Steph. in marg. nondum vero liquet, utrum ſit præferendum; nam in *commatibus* nihil video obſcœni, aut turpis, propter quæ ab Hendecaſyllaborum lectione deterreri debeat tyro; cum & plurima Sotadea ſint, in quibus laudes hominum prædicantur, certe nihil ſit, quod moribus noceat. Sotadica L. Attii citat Gellius, lib. VII. 8. ſed de quibus nullum licet judicium ferre. BURMAN.

26. *De Sotadeis.*] *De Sotadicis:* Voſſ. prim. tert.

27. *Suo loco.*] Infra, cap. XI.

28. *Nam Latini quoque.*] Græcus ſermo præcedit, Latinus ſubſequitur. Primum itaque legendi ſunt pueris Græci, deinde Latini; atque ex his illi, qui amplitudinem habebunt, ut Epici & Tragici. Fabius quoque poëtas in novos & veteres dividit; in novis plauſibiliorem eſſe fatetur eloquentiam; in veteribus caſtiorem, & majorem quoque diſpoſitionem. TURNEB. *Latini.*] *Alii;* Francius

29. *Plus ingenio quam arte valuerunt.*] Sic Ovidius de Ennio lib. II. Triſt.

Ennius ingenio maximus, arte rudis. REGIUS.

Eidem, Amorum 1. Eleg. 15. dicitur *arte carens*, & Horatio in Arte Poëtica *cura carens*. Contra de Callimacho Ovidius Amorum lib. 1. Eleg. 15.

Battiades ſemper toto cantabitur orbe;
Quamvis ingenio non valet, arte valet.

De Lucretio idem Tullius ad Quintum fratrem ſcribens, lib. 2. Epiſt. 10. COLOMESIUS. Horatius quoque in Lati-

[30] valuerunt, in primis copiam verborum, quorum in [31] tragœdiis gravitas, in comœdiis elegantia, & quidam velut *Ἀττικισμὸς* inveniri poteſt. [32] *Oeconomia* quoque in his diligentior, quam in plerisque novorum erit, qui omnium operum ſolam virtutem, *ſententias* putaverunt. [33] Sanctitas certe, &, ut ſic dicam, virilitas ab his [34] petenda, quando nos in omnia [35] deliciarum genera vitiaque, dicendi quoque ratione, [36] defluxerimus. [37] Denique credamus ſummis oratoribus, qui veterum poëmata, vel [38] ad fidem *cauſſarum*, vel ad ornamentum eloquentiæ aſſumunt. Nam præcipue quidem apud [39] Ciceronem, frequenter tamen apud [40] Aſinium etiam, & cæteros, qui ſunt proximi, [41] vidimus Ennii, Accii, Pacuvii, Lucilii, Terentii, Cæcilii, & aliorum inſeri verſus, ſumma non eruditionis modo gratia, ſed etiam jucunditatis; cum poëticis voluptatibus aures [42] a forenſi aſperitate reſpirent; quibus [43] accedit non mediocris utilitas, cum ſententiis eorum, velut quibuſdam teſtimoniis, quæ propoſuere, [44] confirment. Verum priora illa ad pueros magis, hæc ſequentia ad robuſtiores pertinebunt; cum *Grammatices* amor, & uſus lectionis, non ſcholarum temporibus, ſed vitæ ſpatio terminentur. In prælegendo Grammaticus & illa quidem minora præſtare debebit, ut [45] partes orationis reddi ſibi ſoluto verſu deſideret, & [46] pedum proprietates, quæ adeo debent eſſe notæ in carminibus, ut etiam in oratoria compoſitione [47] deſiderentur; [48] deprehendatque quæ barbara, quæ impropria, quæ contra legem loquendi [49] ſunt poſita: non ut ex his utique improbentur poëtæ, [50] (quibus, quia plerumque metro ſervire coguntur, adeo ignoſcitur, ut vitia ipſa aliis in carmine appellationibus nominentur; [51] *metaplaſmos* enim, & *ſchematiſmos*, & *ſchemata*, ut dixi, vocamus, & [52] laudem virtutis neceſſitati damus) ſed ut commoneat [53] artificialium, & memoriam agitet. Id quoque inter prima rudimenta non inutile, [54] demonſtrare quot quæque verba modis intelligenda ſint. [55] Circa *gloſſemata* etiam, id eſt voces minus uſitatas, non ultima ejus profeſſionis diligentia

nis veteribus artem deſiderat & caſtigandi laborem his verſibus:

Aut ignoratæ premit artis crimine turpi,
Et data Romanis venia eſt indigna Poëtis. MOSELLAN.

30. *Valuerunt.*] *Valuerint*; MS. Bodl. Stephan.

31. *Tragœdiis gravitas.*] Lucian. in Lexiphane: *πολλὰ καὶ τῇ καλῇ κωμῳδίᾳ, καὶ τῇ σεμνῇ τραγῳδίᾳ ἐγγυμνασάμενος.* *Multum adeo & in eleganti comœdia, & in gravi tragœdia, ſe exercitando.* ALMELOV.

32. *Oeconomia.*] *Oeconomia* hujuſmodi eſt rerum diſtributio, ut omnia inter ſe quadrent, nec pugnent priora cum poſterioribus: a Sulpitio Victore appellatur *diſpoſitio artificioſa*, quæ a conſilio poëtæ pendet. TURNEB. *Oeconomia*, id eſt, ordo & diſpoſitio quædam argumenti: ita etiam Cicero lib. VI. ad Att. *Nec οἰκονομίαν meam inſtituam; ſed ordinem conſervabo tuum.* CAMERAR.

33. *Sanctitas.*] Non mirum Auctorem ſanctitatem a poëtis deſumendam ſuadere; legerat enim illud Ovidii lib. III. Art. 407.

Sanctaque majeſtas, & erat venerabile nomen
Vatibus.

34. *Petenda.*] *Petenda eſt*; MSS. Bodl. Bal.

35. *Deliciarum genera vitiaque.*] *Deliciarum vitia*; MS. Bodl. Andr. Locat. Par. Ald. Gryph. Colin. Baſil.

36. *Defluximus.*] *Defluxerimus*; MSS. Bodl. Alm. & edit. Obrecht. *deflexerimus*; MS. Bal. *deflectimus*; Ald. Colon. Gryph. Colin. Sich. Steph. in marg. dubia certe Scriptura, & *deflectere* magis in hac re uſitatum non ignoro; ſed ipſa Quinctiliani auctoritas jubet me præferre *defluxerimus*; ita enim noſter lib. X. cap. I. de Seneca: *Amabant eundem eum magis, quam imitabantur; tantumque ab illo defluebant, quantum ille ab antiquis deſcenderat*: & Cicer. I. Tuſc. 25. *A quibus manſuefacti & exculti, a neceſſariis artificiis ad elegantiora defluximus.* BURMAN.

37. *Denique.*] Probat veteres præferendos novis auctoritate oratorum. TURNEB.

38. *Ad fidem.*] *Finem*; Locatel.

39. *Ciceronem.*] Pro Cœlio, pro Cor. Balbo, in Antonium, in Piſonem. PHILAND.

40. *Aſinium etiam.*] *Etiam* deeſt in Stephan.

41. *Vidimus.*] *Videmus*; Voſſ. prim.

42. *A forenſi aſperitate.*] Petronius cap. 118. *Sic forenſibus miniſteriis exercitati frequenter ad carminis tranquillitatem tanquam ad portum refugiunt.* Vet. Comm. in Virgil. Eclog. Alfenus Varus, licet Juriſconſultus & ſucceſſor Servii Sulpitii, etiam carmina aliqua compoſuiſſe dicitur. PITHOEUS. Vide ad Petronii cap. V. Pro *aſperitate* autem quidam *auctoritate* legiſſe, ex Regii commentario apparet; ut etiam pro *Reſpirent*, *reſpirant*; quod & in V. C. Alm. & in Voſſ.

43. *Accidit.*] *Accedit*, (hoc eſt, *adjicitur*) legendum eſt. REGIUS.

44. *Confirment.*] Hac de re libro quinto cap. de exemplis. TURNEB. Voſſ. tert. *confirmant*.

45. *Partes orationis reddi.*] Qua ratione Priſcianus partitiones edidit in ſingulos primos verſus duodecim Æneidis librorum. Vide veteres Grammatic. pag. 1215. huc etiam refer *ἐπιμερισμοὺς* Herodiani MSS. Moſchopuli *σχεδογραφίαν*, &c. de quibus vide Cangii Gloſſar. Latin. tom. 3. in *τῷ partes edere.* CAPPER.

46. *Pedum proprietates.*] Per pedum proprietates vel ſimpliciter intelligit ipſos pedes, vel (quod magis videtur) pedum naturam; nam ex his quidam ſunt graviores, ut *ſpondeus*: quidam celeriores, ut *tribrachus*: quidam humiliores, ut *Iambus*. Hoc autem in poſterum puero conducet, cum pro horum pedum ratione orationem temperare debuerit. TURNEB.

47. *Deſiderentur.*] Quid ſi legas *deſignentur*; non enim capio alias ſenſum explicitum eſſe; vult namque notas diſcipulis eſſe pedum proprietates, ut rogari poſſint eas demonſtrare, quæ demonſtratio etiam in orationibus exigitur. ALMELOV. forte, *non deſiderentur*.

48. *Deprehendatque.*] *Deprehendantque*; Venet. Locat. Ald. Steph. Gryph. Baſil. Roignii. *deprehendat, quæ barbara*; Obrecht.

49. *Sunt poſita.*] *Compoſita*; MS. Joan. Steph. *ſunt compoſita*; Sich.

50. *Quibus quia.*] Non imputatur poëtis *barbariſmus* & *ſolœciſmus*: at in poëmate *barbariſmus* appellatur *metaplaſmus*, id eſt, transformatio: *ſolœciſmus* vero *ſchematiſmus*, id eſt, figuratio. TURNEB.

51. *Metaplaſmos.....ſchematiſmos.*] Quid ſit ὁ μεταπλασμὸς, qui idem eſt ac σχηματισμὸς, fuſe docent Soſipater Chariſius, Valerius Probus, & Donatus in veterib. Grammaticis a Putſchio editis: quatuordecim illius aſſignant ſpecies, ſcilicet *proſtheſim epentheſim; paragogen*, &c. quæ Tryphoni Grammatico dicuntur πάθη λέξεως. CAPPER.

52. *Laudem virtutis.*] Vide ſupr. cap. V.

53. *Artificialium.*] Τῶν τεχνικῶν, id eſt, earum loquendi formularum, quæ ad artem Grammaticam & Poëticam pertinent; cujuſmodi ſunt illi *metaplaſmi* ſeu *ſchematiſmi*, ſi per ſingulas enumerentur ſpecies. CAPPER.

54. *Demonſtrare quod.*] *Demonſtraret quo*; Baſil. marg.

55. *Circa gloſſemata.*] *Gloſſas* & *gloſſemata* appellant Græci voces quaſdam reconditas quæ in communi conſuetudine non ſunt, egentque interpretatione: inde *gloſſematarii* dicuntur, & *gloſſulatii*. TURNEB. *Gloſſematicum* quid ſit, copioſe docet Cœlius Rhodigin. Antiq. lection. lib. 13. cap. 4. pag. 752. PAREUS. *Gloſſemata.*] De gloſſematis lege Ari-

eſt. Enimvero jam majore cura doceat [56] *tropos* omnes, quibus præcipue non poëma modo, ſed etiam [57] oratio ornatur; *ſchemata* utraque, id eſt *figuras*, quæque λέξεως, quæque διανοίας vocantur; quorum ego, ſicut *troporum*, tractatum in eum locum differo, quo [58] mihi de ornatu orationis dicendum erit. Præcipue vero illa inſigat animis; quæ in *œconomia* virtus, quæ [59] in decoro rerum, quid perſonæ cuique convenerit, quid in ſenſibus laudandum, quid in verbis, ubi copia probabilis, ubi [60] modus. His [61] accedat enarratio hiſtoriarum, diligens quidem illa, non tamen uſque ad ſupervacuum laborem occupata. Nam receptas, aut certe claris [62] auctoribus memoratas, expoſuiſſe ſatis eſt. [63] Perſequi quidem [64] quod quiſque unquam vel contemptiſſimorum hominum dixerit, aut nimiæ miſeriæ, aut inanis jactantiæ eſt; & detinet atque obruit ingenia, melius aliis vacatura. Nam qui omnes, etiam indignas lectione, [65] ſchedas excutit, anilibus quoque fabulis accommodare operam poteſt. [66] Atqui pleni ſunt ejuſmodi impedimentis Grammaticorum commentarii, vix ipſis, qui compoſuerunt, ſatis noti. [67] Nam Didymo quoque, quo nemo plura ſcripſit, accidiſſe compertum eſt, ut, cum hiſtoriæ cuidam, tanquam vanæ, repugnaret, ipſius [68] proferretur liber, qui eam continebat. Quod evenit præcipue in fabuloſis uſque [69] ad deridicula, quædam etiam pudenda: unde improbiſſimo cuique pleraque fingendi licentia eſt; adeo ut de libris totis, & auctoribus, ut ſuccurrit, [70] mentiatur tuto, quia inveniri, qui nunquam fuere, non poſſunt; nam in notioribus frequentiſſime deprehenduntur a curioſis. [71] Ex quo mihi inter virtutes Grammatici habebitur, [72] aliqua neſcire.

ſtotel. Dionyſ. Halicarn. & Harpocrationis Lexicon. Gloſſema ſeu γλῶσσαν definit ſupra Fabius cap. 1. *interpretationem ſecretioris linguæ.* CAPPER.

56. *Tropos omnes. . . . . ſchemata.*] Hanc interpretandi methodum optime executus eſt Petrus Chabotius in ſuis ad Horatium Commentariis. Idem antea præſtiterant Donatus in Terent. Servius in Virgil. Acro & Porphyrio in Horat. hos imitari poterant, immo & debebant, tum qui *Variorum* in claſſicos auctores commentaria compilarunt, tum qui ad libros in uſum ſereniſſimi Galliarum Delphini edendos & explicandos aggreſſi ſunt. CAPPER.

57. *Oratio ornatur.*] Supple, proſa vel proſaica. Sic Græci dicunt καταλογάδην proſaice. CAPPER.

58. *Mihi de ornatu.*] *Mihi hoc de ornatu*; Voſſ. prim.

59. *In decore.*] Pro *decore*, legendum eſſe puto *decoro*. REGIUS. *Decorum* eſt apta omnium convenientia cum idonea moderatione: ponitur autem tum in rebus, tum in perſonis. Hujus meminit Fabius lib. XI. cap. de apte dicendo. TURNEB. *decore*; MSS. Bodl. Joan. Bal. Colon. Steph. marg.

60. *Modus.*] Id eſt, mediocritas, moderatio. CAPPER.

61. *Accedat.*] *Accedet*; V. C. Alm. Ald. Locat. Baſil.

62. *Auctoribus.*] *Oratoribus*; Venet. Locat.

63. *Perſequi.*] *Proſequi*; MS. Bodl.

64. *Quæ quiſque unquam.*] *Quiſquis unquam*; MS. Bal. Steph. *quod quiſque nequam*; Gebh. MS. cui conſentit Alm. & placet vehementer. *Quid quiſque*; Voſſ. & Francius.

65. *Schedas.*] Id eſt, chartas; ſed legere malim, *ſcidas* aut *ſchidas*. Vide Ciceron. ad Attic. lib. 1. Feſtum Pompejum & Soſipatrum Chariſium, qui pag. 81. (veterum Grammaticor.) ſic loquitur: *Scida, charta, ſine aſpiratione, a ſcindendo dicta eſt; ſed alii eam cum aſpiratione ſchidam ex Græco* ἀπὸ τοῦ σχίζειν *dictam putant.* CAPPER.

66. *Atqui pleni, &c.*] *Antiqui pleni ſunt ejuſmodi impedimentis. Grammaticorum commentaris vix ipſis, qui compoſuerunt, ſatis noti*; MS. Bodl. *Atque pleni*; Obrecht.

67. *Nam Didymo.*] Didymus illuſtris Grammaticus, Alexandrinus, ſalſamentarii filius, ad Auguſti ætatem pervenit. Scripſiſſe traditur ter mille & quingentos libros. TURNEB. Quia nimirum Didymus ſæpe nec eorum meminiſſet, quæ ipſe ſcripſerat. Ideo narrat Athenæus lib. 4. a Demetrio Troezenio βιβλιολάθαν, fuiſſe vocatum, quaſi dicas oblivionem librorum. COLOMESIUS.

68. *Proferretur.*] *Profitetur* quidem legitur in quibuſdam exemplaribus; ſed quia minus Latina eſt oratio, *proferretur* mihi legendum videtur. REGIUS.

69. *Ad deridicula.*] *Ridicula*; Venet. Locat. Ald. Colin. *deridicula quædam, quædam etiam*; MSS. Joan. Almel. Voſſ.

70. *Mentiatur.*] *Mentiantur*; MS. Bal. Andr. Steph.

71. *Ex quo.*] Paradoxum hoc eſſe videtur; ſed tamen verum, ſi recte intelligatur; nam, quanquam Grammaticus doctiſſimus eſſe debet, tamen inanes hujuſmodi fabulas, & hiſtorias eum ignorare ſatius eſt. TURNEB.

72. *Aliqua neſcire.*] *Quædam*; MSS. Joan. Voſſ.

CAPUT IX.

De officio Grammatici, & quæ primordia ſint dicendi.

XV. ET finitæ quidem ſunt partes duæ, quas hæc profeſſio pollicetur, id eſt ratio loquendi, & enarratio auctorum; quarum illam *methodicen*, hanc *hiſtoricen* vocant. Adjiciamus tamen eorum curæ quædam [1] dicendi primordia, quibus ætates nondum rhetorem capientes inſtituant. [2] Igitur Æſopi fabellas, quæ fabulis nutricularum proxime ſuccedunt, [3] narrare ſermone puro, & nihil ſe ſupra modum extollente, deinde [4] eandem gracilitatem ſtylo exigere condiſcant; verſus primo ſolvere,

Brevis eſt *epilogus* ſuperiorum ad renovandam auditoris memoriam. Addit autem Fabius huic profeſſioni quatuor progymnaſmata, *fabulas, ſententias, chrias* (nam *ethologia chriæ* ſpecies eſt) demum *narratiunculas* poëticas; nam, ut ſcribit Tranquillus, olim Grammatici primas rhetoricæ inſtitutiones pueris tradebant, ne illi ad rhetorem jejuni & aridi venirent. TURNEB.

1. *Dicendi primordia.*] Quæ Græci προγυμνάσματα vocant: de his optime ſcripſerunt e veteribus quidem Hermogenes (cujus opuſculum Græce hactenus ineditum e Reg. MSS. deſcribendum curavi, ut in lucem edatur) Aphthonius & Theon: e recentioribus vero ſatis bene Joachim Camerarius, Petrus Nunneſius, & Voſſius. CAPPER.

2. *Igitur Æſopi.*] Fabulæ quæ *apologi* appellantur, primum ab Heſiodo inventæ ſunt, ut ſcribit Fabius libro quinto. Sed tamen, cum ab Æſopo ſint celebratæ, uſus obtinuit ut *Æſopicæ* appellentur. TURNEB. Vide Scheffer. ad Phædr. prolog. ex cujus ſententia hic *Æſopias fabellas* legendum eſſet.

3. *Narrare.*] Viva ſcilicet voce, ſine ſcripto, ita ut ſcripto non mandentur. CAPPER.

4. *Eandem gracilitatem ſtylo exigere.*] Id eſt, eas fabulas in

mox mutatis verbis interpretari; tum [5] *paraphraſi* audacius vertere, [6] qua & breviare quædam, & exornare, ſalvo modo poëtæ ſenſu, permittitur. Quod opus, etiam conſummatis profeſſoribus difficile, qui commode tractaverit, cuicumque [7] diſcendo ſufficiet. [8] *Sententiæ* quoque, & *Chriæ*, & [9] *Ethologiæ* [10] ſubjectis dictorum rationibus apud Grammaticos ſcribantur, [11] quia initium [12] ex lectione ducunt; quorum omnium [13] ſimilis eſt ratio, forma diverſa; quia *Sententia* [14] univerſalis eſt vox; *Ethologia* perſonis continetur. [15] *Chriarum* plura genera traduntur. Unum ſimile *Sententiæ*, quod eſt poſitum in voce ſimplici; *Dixit ille*, aut *Dicere ſolebat*. Alterum, quod eſt in reſpondendo; *Interrogatus ille*, [16] vel *Cum hoc ei dictum eſſet*, *reſpondit*. Tertium huic non diſſimile; [17] *Cum quis non dixiſſet, ſed aliquid feciſſet*. Etiam [18] in ipſis factis eſſe *Chriam* putant; ut, [19] *Crates, cum indoctum puerum vidiſſet, pædagogum ejus percuſſit*. Et aliud pene par ei, quod tamen eodem nomine appellare non au-

ſcriptum redigere ſtylo ſimplici & tenui ἰσχνῶς, & tamen accurate & exacte; idem eſt enim *exigere*, quod accurate componere, ſcribere. In Burmanniana Quinctiliani editione τὸ *exigere* exponitur per *expellere*, *dediſcere*: ſed hæc interpretatio ferri non poteſt. CAPPER.

5. *Paraphraſi.*] Ridiculos ſe præbent, qui *periphraſi* legunt, & ita legendum eſſe contendunt; cum & priſca conſuetudo, qua ſe exercebant ſtudioſi Poëtarum dicta aliis verbis exprimentes, & ſenſus ipſe exigat, ut *Paraphraſi* legatur: eſt autem *Paraphraſis* non ſimplex inteрretatio, ſed circa eoſdem ſenſus certamen ac æmulatio; ut Fabius ipſe in decimo exponit: *Neque ego*, inquit, *Paraphraſin eſſe interpretationem tantum volo; ſed circa eoſdem ſenſus certamen atque æmulationem*. REGIUS. *Paraphraſis* eſt rei alicujus expoſitio, cum circa eoſdem ſenſus, ut inquit Fabius libro decimo, æmulantur. Græci auctores ajunt eſſe *paraphraſin*, narrationis alicujus expoſitionem neque ſublimiorem neque humiliorem: *metaphraſin* vero expoſitionem uberiorem & copioſiorem, atque adeo ampliorem: *ecphraſin* autem dilucidam & illuſtrem enarrationem. TURNEB. *Periphraſi*: Andr. Venet. Ald.

6. *Qua &c.*] *Quia &c.*: Sich.

7. *Diſcendo.*] *Dicendo*: Ald. Baſil. marg.

8. *Sententiæ.*] E quatuordecim *progymnaſmatis* quatuor duntaxat Grammatico tractanda permittit Fabius; *fabulam*, *ſententiam*, *chriam* (nam *Ethologia* ſpecies eſt *chriæ*) & *narrationem*. Eſt autem *ſententia*, oratio ſumta de vita, quæ, aut quid ſit, aut quid eſſe oporteat in vita, breviter oſtendit; ut *liber is eſt æſtimandus, qui nulli turpitudini ſervit*. *Chria* eſt commemoratio alicujus dicti, vel facti, vel utriuſque ſimul celerem habens demonſtrationem; ut Iſocrates dicebat, *virtutum radices amaras, fructus vero dulces*. *Chria* autem idcirco dicta eſt hæc exercitatio, quod maxime ſit utilis & neceſſaria; χρεία enim & uſum, & neceſſitatem ſignificat; χρειώδης utile dicitur. *Ethologia*, ſi ad verbum transferatur hoc nomen, ſonare videtur morum rationem. Nam ἦθος mos dicitur, λόγος ratio. Sed de *Ethologiis* me apud Græcos quicquam legiſſe non memini; neque enim inter *progymnaſmata* a Græcis collocantur; niſi forte *Ethologiam* pro *Ethopœia* accipiat Quinctilianus; nam ἠθοποιΐα inter *progymnaſmata* nominatur. Sed de ea Fabius mihi loqui hic non videtur; neque enim ἠθοποιΐα quicquam cum ſententia ſimile habet. Quare *Ethologiam* accipimus dictum mores alicujus exprimens; quale eſt Cæſaris illud, *ſi jusjurandum violandum eſt, propter regnum violandum eſt*. Neque ignoro a quibuſdam *Ætiologiam* legi, quibus priſcum exemplar aſtipulatur. *Ætiologiam* vero cauſſam dicti ſermoniſve interpretari potes; ut ſit, quoties dicto ſubjicimus rationem; ut, *Socrates, interrogatus an Perſarum Rex ſibi felix videretur, reſpondit ſe neſcire; neque enim mores ejus ſibi notos eſſe*: verum Aphthonii expoſitor id *chriæ* genus αἰτιῶδες, non *Ætiologiam* vocat. Denique Græcos non memini me legiſſe, qui aut *Ætiologiæ*, aut *Ethologiæ* ullam faciant mentionem. Mimi etiam dicuntur *Ethologi*, morum atque affectuum cujuſque perſonæ effictores. REGIUS. *Sententiam* Latini, γνώμην Græci dixerunt; ut, *obſequium amicos, veritas odium parit*. *Chriam* ſatis explicavit Fabius; qui in ſermonem Latinum verterunt, vocant *uſum*. Ἠθολογία perſonis continetur; ut, cum deplorantem in fabulis calamitatem ſuam Hecubam, aut Andromachen videmus. Apud Græcos etiam ſeorſum exempla invenias; ex fabulis autem eſſe poteſt tale. Cum Admetus uxoris, quæ pro ipſo ſeſe morti obtulerat, funus exequitur, ſic inquit apud Euripidem,

Quod maius queat eſſe malum homini,
Quam fida conjuge privari?

& in Hippolyto totus ille contra muliebre genus locus; & apud Catullum Ariadne,

Tum jam nulla viro juranti fœmina credat.

CAMERAR. Hæc apud Grammaticos aliter tractantur: aliter apud rhetoras; nam apud rhetoras ſua habent capita, ut apud Aphthonium; apud Grammaticos vero tractantur adjuncta ratione, & ſententia ipſa ac ejus ratione per omnes caſus & numeros variata, quemadmodum perſcribit lib. I. Diomedes. *Chria* eſt commemoratio vel dicti, vel facti, vel utriuſque, quæ ad certam perſonam refertur. *Ethologia* autem ſpecies eſt chriæ, quæ mores perſonæ alicujus indicat. TURNEB. Videatur Leopard. Emend. lib. 3. cap. 7. pag. 49. Cataub. lib. I. cap. I. Animadv. in Athenæum; Voſſius Inſtit. Orat. lib. V. pag. 426. Keckerman. Syſtem Rhetor. lib. II. pag. 242. &c. Dreſſerus Rhetor. lib. I. pag. 60. &c. & III. pag. 649. PAREUS. Vide Priſc. de præexerc. Rhet. & Fabium lib. VIII. cap 5.

9. *Ethologia.*] Hermogeni, Aphthonio, & Theoni dicuntur *Ethopœiæ*. Fabius autem noſter videtur ἠθολογίαν appellare quandam *chriæ* ſpeciem unico ſenſu comprehenſam, quæ dicentis mores exprimat; ut, ſi quis vinoſus dicat, οἰνοί-μος ὁ οἶνος; ſi abſtemius, ἄριστον τὸ ὕδωρ: ſed Rutilio Lupo (in Rhetorib. Pithœan. pag. 6.) ἠθολογία eadem eſt ac ἠθοποιΐα. Quin immo Ciceroni 2. de Orat. 68. *Ethologus* eſt ipſe ἠθοποιός. Heſychio & Suidæ ἠθολόγοι ſunt οἱ διασκευασταί, id eſt Mimi theatrales. Plerique etiam *Technici* ἠθολογίαν & ἠθοποιΐαν promiſcue uſurpant. Quam igitur ἠθοποιΐαν vulgo vocant *Progymnaſmatographi*, eam ἠθολογίαν appellare potuit Quinctilianus, qui lib. 9. cap. 3. memoratas a Rutilio Lupo figuras referens, ἠθοποιΐαν nominat; cum tamen in ipſo Rutilio legamus ἠθολογίαν. Vide Salmaſium in Vopiſc. pag. 384. ἠθολογίας, *ethologias & allocutiones* (perperam editum eſt *elocutiones*, ut patet ex Priſciano, qui Hermogenis *progymnaſmata* Latine vertit) memorat Suetonius libro de illuſtrib. Grammatic. pag. 322. CAPPER.

10. *Subjectis doctorum rationibus.*] Loco *doctorum*, legendum eſſe *dictorum*, aperte ei compertum erit, qui ſciet cauſam ac rationem dicti factive propoſiti in hujuſmodi exercitationibus ſolere adferri. REGIUS. *Doctorum*; MSS. Bodl. Alm. Locatel. Voſſ. ſecund.

11. *Quia initium*] *Qui initium*: Voſſ. ſecund.

12. *Ex lectione ducunt.*] *Ex ratione*; Locatel. & Stephan. *Ducunt.*] *Dicunt*; Voſſ. prim. *Ex lectione.*] Supple, Poëtarum; de qua potiſſimum hic agitur. CAPPER.

13. *Similis eſt ratio.*] Hoc eſt, tractandi modus idem eſt, etſi γνώμη, χρεία, & ἠθολογία diverſæ ſint ſpecies. CAPPER.

14. *Univerſalis eſt vox.*] Id eſt, oratio, propoſitio, effatum quoddam. Vide lib. 8. cap. 5. ubi Fabius idem omnino docet. CAPPER.

15. *Chriarum plura genera.*] Aphthonius chrias dividit in *verbales*, *activas*, & *mixtas*: Fabius in *verbales*, (quæ ſunt vel in ſimplici enunciatione, vel in reſponſione) & in *activas*. TURNEB.

16. *Vel, cum hoc ei.*] *Et cum ei dictum eſſet*; MS. Joan. *cum ei dictum eſſet*; Sich.

17. *Cum quis non dixiſſet.*] *Cum quis dixiſſet aliquid, vel feciſſet*; MS. Joan. Ald. Steph. Baſil. *cum quis dixiſſet, aut aliquid feciſſet*; V. C. Alm. *cum q. n. d. ſed aliquid vel feciſſet*; Gryph.

18. *In ipſis factis.*] *Ipſorum*; MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. Andr. Ald. Sich. Gryph. Baſil. Voſſ.

19. *Crates.*] Crates philoſophus fuit Thebanus, diſcipulus Diogenis Cynici. Hoc autem factum Aphthonius attribuit Diogeni, non Crateti. TURNEB.

20. *Sed dicunt.*] *Sed dictum*; Voſſ.

dent, [20] ſed dicunt [21] χρειώδεις; ut, [22] *Milo*, [23] *quem vitulum aſſueverat ferre, taurum ferebat*. In his omnibus & [24] *declinatio* per eoſdem ducitur caſus, & tam factorum, quam [25] dictorum ratio eſt. [26] Narratiunculas a poëtis celebratas, notitiæ cauſſa, non eloquentiæ, tractandas puto. Cætera majoris operis ac ſpiritus, [27] Latini rhetores relinquendo, [28] neceſſaria Grammaticis fecerunt: Græci magis operum ſuorum & onera & modum norunt.

21. *Χρειώδεις.*] *Χρειώδεις* appellant, quod, quanquam *chria* non eſt, tamen ſpeciem *chriæ* præ ſe ferre videtur; ut exemplum, quod ſubjicit Fabius, videtur eſſe *chria activa*. TURNEB.

22. *Milo.*] Taurum hunc mortuum fuiſſe ſcribit Galenus in orat. *ſuaſoria* ad artes cap. 14. ubi & de ejus morte. Lege & de ejus fortitudine Solin. Polyh. cap. 4. Comment. Vet. Horat. ad lib. 1. Epiſt. 1. 30. qui manu occidiſſe & comediſſe ait: & Scholiaſt. Juven. x. Sat. 10. Val. Max. IX. 12. Plin. VII. 20. Gell. XV. 16. Pauſan. VI. 14. effigiem Milonis taurum geſtantis exhibet Gemma apud Beger. in Theſaur. Brandenb. tom. 1. pag. 97. ALMELOV.

23. *Quem vitulum.*] Vide comm. ad Petron. cap. XXV.

24. *Declinatio per eoſdem ducitur caſus.*] Loci hujus explicatio petenda eſt ex Diomede pag. 289. veter. Grammatic. ubi ſic habet: *Chriarum exercitatio in caſus ſic variatur. Nominativo; Cato dixit, &c. Genitivo; Catonis dictum fertur. Dativo; Catoni placuit dicere. Accuſativo; Catonem dixiſſe ferunt &c.* Itemque ex Priſciano ibid. pag. 1331. ubi ſic loquitur: *Narratio profertur per rectum;* ut, Medea Aetæ filia fuit: *& per inclinatum; ut*, Medeam Aetæ filiam dicunt. Vide Aphthonii Scholiaſten in Aldinis Rhetorib. Græc. tom. 2. pag. 7. ubi eadem tradit quæ Diomedes. Legeſis etiam Theonem *Progymnaſmatographum*, ubi de χρείᾳ. Nam & vocem hanc ipſam κλίσις, id eſt, *declinatio*, Fabiano ſenſu adhibet. CAPPER. *Per eoſdem*, *Per omnes* lege; variantur enim & ſententiæ per omnes caſus. PHILAND. & ita margo Gryphii.

25. *Dictorum ratio eſt.*] λόγος, ſeu αἰτία redditur; ſubjicitur: ſic ſupra Quinctilianus, *ſubjectis dictorum rationibus*. CAPPER.

26. *Narratiunculas a poëtis celeb.*] Nam narrationes hiſtoricas relinquit Fabius Rhetori. TURNEB. *Narratiunculas*] Hæ Poëtarum narratiunculæ dicuntur a Græcis διηγήματα; Hiſtoricæ vero & Oratoriæ narrationes διηγήσεις. CAPPER.

27. *Latini Rhetores.*] In vetuſto exemplari *Oratores* quidem legitur in contextu, in margine vero *præceptores*: ſed neutrum mihi placet. *Rhetores* autem legendum mihi videtur; Grammatici enim non minus, quam Rhetores, præceptores ſunt. REGIUS. *præceptores*: MSS. Bodl. Bal. Alm. Andr. Locat. Steph marg. Voſſ.

28. *Neceſſaria Grammaticis.*] Fabius quoque conqueritur initio lib. 2. quod *Rhetores* Latini declamationes duntaxat *judiciales* & *deliberativas* ſibi reſervarint; ideoque Grammatici cætera Rhetorum officia occuparunt. TURNEB.

CAPUT X.

An oratori futuro neceſſaria ſit plurium artium ſcientia.

XVI. HÆC de *Grammatica*, quam breviſſime potui; non ut omnia dicerem, ſectatus (quod infinitum erat;) ſed ut maxime neceſſaria. Nunc de cæteris artibus, quibus inſtituendos prius, quam tradantur rhetori, pueros exiſtimo, ſtrictim ſubjungam; ut efficiatur orbis ille doctrinæ, [1] quam Græci ἐγκυκλοπαιδείαν vocant. Nam iiſdem fere annis aliarum quoque diſciplinarum ſtudia ingredienda ſunt; quæ, quia & ipſæ artes ſunt, [3] & eſſe perfecta ſine his orandi ſcientia non poteſt, nec rurſus ad efficiendum oratorem ſatis valent ſolæ, an ſint huic operi neceſſariæ, quæritur. Nam quid, inquiunt, ad agendam *cauſſam*, dicendamve ſententiam pertinet, ſcire, quemadmodum [4] in data linea conſtitui [5] triangula æquis lateribus poſſint? Aut quo melius vel [6] defendet reum, vel [7] reget conſilia, [8] qui citharæ ſonos

Concluſio eſt ſuperioris tractationis, & tranſitus ad eas artes docendas, quibus puer, antequam Rhetori committatur, inſtitui debet: hic autem ſequitur Platonem Fabius; ille enim ſtatim poſt Grammaticam, ut pueri muſica & geometria inſtituantur, præſcribit. TURNEB.

1. *Quam Græci.*] *Quem*; MSS. Bodl. Joan. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Roignii.

2. *Ἐγκυκλοπαιδεία.*] Quæ etiam dicitur ἐγκύκλιος, id eſt, *diſciplina orbiculata*, quæ oſtendit inter omnes artes eſſe conjunctionem quandam & communionem. TURNEB. Hoc nomine artes liberales comprehenduntur, ſive nexus ille capaciſſimus omnium diſciplinarum. Vide Schotti obſervat. poët. lib. 2. cap. 1. Lipſii manuduct. ad Stoicam Philoſoph. lib. 1. Diſſertat. 1. & 2. pag. 1. &c. & Johan. Wouweren, Tractat. de Polymathia, cap. 3. & 24. pag. 22. 208. &c. PAREUS. ἐγκύκλιον παιδείαν. Steph.

3. *Et perfectæ ſine orandi ſcientia eſſe non poſſunt.*] Hic quidem locus ſine ulla menda eſſe pleriſque videtur: mihi vero non ineptus modo, verum falſus quoque eſſe hic ſenſus, niſi corrigatur. Quid enim Geometræ, Muſicove orandi ſcientia opus eſt? profecto hi ſine arte oratoria poſſunt eſſe perfecti: ſic igitur emendetur, ut *his* adſcribatur, & *perfecta* & *poteſt* ſingulari numero legantur, ut cum *ſcientia* congruant, hoc modo; *& eſſe perfecta ſine his orandi ſcientia non poteſt*. Ars enim oratoria, citra cognitionem aliarum diſciplinarum perfecta eſſe non poteſt. REGIUS. *Et eſſe perfecta ſine orandi ſcientia non poſſunt*; MSS. Bodl. Joan. Alm. Ald. Locat. *& eſſe perfectæ ſine orandi ſcientia poſſunt*; Steph. marg. Voſſ.

4. *In data linea.*] *Data* recte, *ducta* vero corrupte in quibuſdam legitur: hoc autem ex Euclidis elementis videtur eſſe ſumptum, quamvis illic non linea ſolum ſubintelligatur, ſed recta finitaque legatur. Sed Fabius ea nihil curavit adſcribere, quæ facile ab iis, qui Geometriæ principiorum non omnino ignari forent, ſubaudiri poſſent. REGIUS. *Quemadmodum ducta linea*; MSS. Bodl. Alm. Andr. Ald. *quemadmodum data*; Pariſ. Obr. *Inducta*; Baſil marg. & ita Moſellanus, qui interpretatur, *ſcilicet duobus circulis*.

5. *Triangula æquis lateribus.*] Triangula æqui-latera ἰσόπλευρα; quam figuram exhibet quarta Græcorum litera Δ. Hoc non annotaſſem, niſi vidiſſem a Gallico Quinctiliani Interprete Gedoyoo *Iſoſcele* triangula huc fuiſſe perperam inducta. CAPPER.

6. *Defendet.*] *Defendat*; V. C. Alm. *Defendet reum.*] Reſpicitur ad *judiciale* orationis genus. CAPPER.

7. *Reget conſilia.*] Alludit Rhetor noſter ad orationis genus *deliberativum*, ſeu *ſuaſorium*. CAPPER.

8. *Qui citharæ ſonos nominibus & ſpatiis diſtinxerit.*] *Diſtinguere* ſcio hic locum habere poſſe, & aptum eſſe rei, de

nominibus & ſpatiis diſtinxerit? Enumerent etiam fortaſſe multos, quamlibet utiles foro, qui nec [9] geometren [10] audiverint, nec muſicos, niſi hac communi voluptate aurium intelligant. [11] Quibus ego primum hoc reſpondeo, [12] quod & M. Cicero ſcripto ad Brutum libro frequentius teſtatur, non eum a nobis inſtitui oratorem qui ſit, aut fuerit; ſed imaginem quandam concepiſſe nos animo [13] perfecti illius, ex nulla parte [14] ceſſantis. [15] Nam & ſapientem formantes eum, qui ſit futurus conſummatus undique, & (ut dicunt) mortalis quidam deus, non modo cognitione cœleſtium vel mortalium putant [16] inſtituendum; ſed per quædam parva [17] ſane, ſi ipſa [18] demum æſtimes, ducunt; [19] ſicut exquiſitas interim ambiguitates: non quia [20] *Ceratinæ* aut *Crocodilinæ* poſſint facere ſapientem, ſed quia illum ne in minimis quidem [21] oporteat falli. Similiter oratorem (qui debet eſſe ſapiens) non geometres faciet, aut muſicus, quæque his alia ſubjungam; ſed hæ quoque artes, ut ſit conſummatus, juvabunt. Niſi forte antidotum quidem, [22] atque alia, quæ [23] morbis aut vulneribus medentur, ex multis, atque [24] interim contrariis quoque inter ſe [25] effectibus, componi videmus, quorum ex diverſis fit illa mixtura una, quæ nulli earum ſimilis eſt, quibus conſtat, ſed proprias vires ex omnibus ſumit: & muta animalia mellis illum [26] inimitabilem [27] humanæ rationi ſaporem, vario florum ac ſuccorum genere perficiunt: nos mirabimur, ſi oratio, qua nihil præſtantius homini dedit providentia, pluribus artibus eget, quæ etiam, cum ſe non oſtendunt in dicendo, nec proferunt, vim tamen occultam ſuggerunt, & [28] tacite quoque ſentiuntur. Fuit aliquis ſine his [29] diſertus: [30] at ego oratorem volo. Non multum adjiciunt; [31] ſed

qua loquitur: ſed ideo genuinum quoque, dubitare me facit MS. Palat. auctoritas, qui ſignum clariſſimum mittit, ut reponam; *Qui citharæ ſonos nominibus & ſpatiis diſfixerit.* *Diſfigere* autem, vel *Diſfigere*, figendo diſtribuere eſt, & non tam διαιζειν, quam certis quibuſdam ὑπὸ ...λαις & ἀφορισμοῖς, figere Simile loquitur Fabius lib. 5. cap. 10. *Nam ut cantus vocis plurimum juvat ſociata nervorum concordia, ſi tamen tardior manus, niſi inſpectis dimenſiſque ſingulis, quibus quæque vox fidibus jungenda ſit, dubitet; potius fuerit eſſe contentum eo, quod ſimplex canendi natura tulerit.* GEBHARD. lib. II. crep. 3 quem vide.

9. *Geometren.*] Locat. Steph. Gryph. Colin. Roignii: ſed & *Geometer* primo caſu recte dici videri poteſt, ut in MSS. Epitomes Aurelii Victoris, in Hadriano, Schottus inveniſſe ſe teſtatur; & ita etiam apud Juvenalem Sat. III. 76. legendum videri poſſet,

Grammaticus, rhetor, geometer, pictor, aliptes.

Ita certe citat Balbus in *Catholico*, in voce *Aliptes*. Sed an hinc *Geometrum* in *accuſativo caſu* dicendum foret, ut Gudium voluiſſe olim in præfatione ad Phædrum notavi, eodem modo ut *Phædrum*, *Evandrum*, & ſimilia nomina, quæ in recto caſu *er* & *us* habent. (de quibus vide Pier. ad Virg. Æn. III. 108. & VIII. 10.) nondum mihi conſtat; cum neſciam Græcos dixiſſe γεώμετρος, unde *geometer* deduci deberet; & ideo malo *geometrem* hic cum plurimis codicibus, quod a *geometer* tertiæ declinationis, deduci poteſt; ut infra lib. I. cap. 12. *Geometri* in *dativo caſu*, pro *geometræ*, plurimi codices habent; & ita *ſequeſtrem* & *ſequeſtrum* dicebant. BURMAN. Sed parum probabilitatis habet illa Burmanni lectio [*geometrem*] ex *declinatione* τῦ *geometer*, *geometris*, *geometri*; quam nec ipſe in textu poſuit ad cap. 12. pag. 121. ubi legimus *geometræ*; licet in notis moneat quoſdam codices MSS. exhibere *geometri*; neque vero firma ſatis videntur quæ ponit fundamenta illius declinationis; *geometer*, *geometris*, *geometri*, *geometrem*, &c. Et certe paulopoſt dicit Quinctilianus in *dativo* & *ablativo* plurali *geometris*, non *geometribus*; itemque lib. 5. cap. X. *geometras*, in *accuſativo plurali*, non *geometres*, ut Burmannea *declinatio* poſtularet. CAPPER.

10. *Audiverint.*] *Audierunt*; Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. Baſ. *Audierunt*; MS. Alm.

11. *Quibus.*] *Anthypophora* eſt, & ſolutio opinionum, quibus opponit ſententiam Cicer. TURNEB. Apud quem pro τῷ *opinionum*, malim legere *objectionum*. CAPPER.

12. *Quod & M. Cicero.*] *Et* deeſt in MS. Alm.

13 *Perfecti illius.*] *Iſtius*; MS. Almel.

14. *Ceſſantis.*] Id eſt, *deficientis*. CAPPER.

15. *Nam ſapientem.*] Tuetur ſuum dogma Fabius auctoritate Stoicorum, qui ſuum ſapientem omnium rerum cognitione inſtruunt, atque eum verum eſſe Philoſophum volunt, ut habeat cognitionem rerum humanarum & divinarum. TURNEB. *Sapientes*; MS. Joan.

16. *Inſtituendum.*] *Inſtruendum*; MSS. Joan. Bal. Sich. Baſil. marg. ita ſupr. cap. I. *literis inſtruendos.*

17. *Sane, ſi ipſa.*] *Sane ſunt, ſi ipſa*; Obrecht.

18. *Demum.*] Id eſt, ſolummodo. CAPPER.

19. *Sicut exquiſitas.*] *Sicut* non habet Obrecht.

20. *Ceratinæ.*] Qui *ceraſtinæ*, a ceraſte ſerpente, legunt, hi opinionis ſuæ viderint rationem: mihi quidem & *ceratinæ* ſenſui videntur convenire, & ita in antiquo legitur exemplari. REGIUS. *Ceratinas* & *Crocodilinas* captiones dixerunt ab exemplis; ut illud de cornibus apud Gellium, lib. 16. cap. 2. & de Crocodilo, quod meminerit Chryſippus apud Lucianum ἐν βίων πράσει. CAMERAR. Stoici negant ſapientem falli debere; hoc enim eſt ſtulti: itaque eum volunt eſſe peritum ſolvendorum *paralogiſmorum*, quorum ſolutionem quoque Ariſt. in Sophiſticis *Elenchis* docet. *Ceratina*, captio eſt & *ſyllogiſmus* cornutus; nam Stoici ratiocinationes appellabant a materia, quæ tractabatur. *Crocodilina* autem, eſt problema ambiguum, & omnino inexplicabile; ut cum crocodilus pollicitus eſſet mulieri ſe filium redditurum, ſi illa verum dixiſſet; ait, *non reddes filium.* TURNEB. Sic arbitror appellatam a materia ipſa, qua uterentur, verborum; ſicut eſt apud Senecam lib. 5. Epiſtolar. ad Lucilium. *Sederem, inquit, otioſus, & ejuſmodi quæſtiunculas ponens: Quod non perdidiſti, habes: cornua non perdidiſti: cornua ergo habes.* *Cerata* autem Græce dici cornua quis neſcit? *Ang. Politian.* Miſcellaneor. cap. 54. pag. 67. *Crocodilinæ.*] Sophiſmatis parum explicabilis ſpecies eſt, quo Dialectici veteres, potiſſimumque Stoïci uterentur. Quod genus eleganter Quinctilianus *exquiſitas ambiguitates* appellat. Politian. libro Miſcell. cap. 55. pag. 68. Vide Cæl. Rhod. XXX. cap. I. *Ceratinæ aut Crocodilinæ*] De his ambiguitatibus lege etiam Diogenem Laërtium in Chryſippo; Creſollium, Theatr. Sophiſt. pag. 137. Soarium, lib. 2. cap. 24. & Cauſſinum, pag. 343. CAPPER.

21. *Oporteat.*] *Oportet*; Voſſ.

22. *Atque alia.*] *Aut alia*; Voſſ. prim.

23. *Morbis aut vulneribus.*] *Oculis aut*; MSS. Bodl. Joan. Bal. & margines Stephani & Baſil. Voſſ.

24. *Interim.*] *Interdum*; MS. Bodl. Semel autem notandum eſt τὸ *interim* ſæpiſſime apud Quinctilianum pro *aliquando* uſurpari. CAPPER.

25. *Effectibus.*] *Affectibus*; Baſil. marg. Voſſ.

26. *Immutabilem.*] *Inimitabilem*; in quibuſdam emendate legitur exemplaribus. REGIUS.

27. *Humanæ rationi.*] *Humana ratione*; MSS. Bodl. Alm. & Obrecht.

28. *Tacite.*] *Tacitæ*; Ald. ubi *artes* Francius ſubintelligit, ut ſit, *tacitæ artes.*

29. *Diſertus.*] *Orator* plus eſt quam *diſertus*. Sic apud Ciceronem, 1°. de Orat. Antonius ait ſe multos diſertos vidiſſe, neminem eloquentem. CAPPER.

30. *At ego*] *Aſt*; Roignii Obrecht

31. *Sed atque.*] *Sed utique*; MSS. Bodl. Alm. Ven. Loſat. Colon. Colin. Obrecht.

æque non erit totum, cui vel parva deerunt; & optimum quidem [32] hoc eſſe conveniet, cujus etiam ſi in arduo ſpes eſt, nos tamen præcipiamus omnia, ut ſaltem plura fiant. Sed cur deficiat animus? [33] Natura enim perfectum oratorem eſſe non prohibet; [34] turpiterque deſperatur, quidquid fieri poteſt. [35] Atque ego vel judicio veterum poteram eſſe contentus. [36] Nam quis ignorat muſicen (ut de hac primum loquar) tantum jam illis antiquis temporibus non ſtudii modo, verumetiam venerationis habuiſſe, ut [37] iidem muſici, & vates & ſapientes judicarentur? Mittam alios: [38] Orpheus & Linus, quorum utrumque diis genitum, alterum vero, quod rudes quoque atque agreſtes animos admiratione mulceret, non feras modo, ſed ſaxa etiam ſylvaſque duxiſſe, poſteritatis memoriæ traditum eſt. [39] Et Timagenes auctor eſt, omnium in literis ſtudiorum [40] antiquiſſimam muſicen extitiſſe; & teſtimonio ſunt clariſſimi poëtæ, apud quos inter regalia convivia laudes heröum ac deorum ad citharam canebantur. Iöpas vero ille Virgilii nonne [41] canit,

———*errantem Lunam, Soliſque labores?* &c.

Quibus certe palam confirmat auctor eminentiſſimus, muſicen cum [42] divinarum etiam rerum cognitione eſſe conjunctam. Quod ſi datur, [43] erit etiam oratori neceſſaria. Siquidem ([44] ut diximus) [45] hæc quoque pars, quæ ab oratoribus relicta, a philoſophis eſt occupata, [46] noſtri operis fuit; ac ſine omnium talium ſcientia non poteſt eſſe perfecta eloquentia. [47] Atque claros nomine ſapientiæ viros, nemo dubitaverit ſtudioſos muſices fuiſſe; quum [48] Pythagoras, atque eum ſecuti, acceptam ſine dubio antiquitus opinionem, [49] vulgaverint, mundum ipſum [50] ea ratione eſſe compoſitum, [51] quam poſtea ſit lyra imitata. Nec illa modo contenti [52] diſſimilium concordia quam vocant [53] ἁρμονίαν, ſonum quoque [54] his motibus dederunt. [55] Nam Plato, cum in aliis quibuſdam, tum præcipue in Timæo, [56] ne intelligi quidem,

32. *Hoc eſſe convenit.*] *Iter eſſe convenit;* Obrecht.

33. *Natura enim.*] Cicer. III. de Orat.

34. *Turpiterque deſperatur, &c.*] Columell. lib. XII. *Nec Oratoria diſciplina deſeritur, quia perfectus Orator nuſquam repertus eſt.* PITHOEUS.

35. *Atque ego.*] Hoc capite de Muſica tractat Fabius, quam primum generaliter laudat, & utilem probat, a veterum opinione; deinde etiam per relationem oratori neceſſariam oſtendit, qui quidem eſt ordo naturalis. TURNEB.

36. *Nam quis ignorat.*] *Muſices* nomine antiqui omnem diſciplinam complectebantur; & qui Muſici erant, cum ſuavibus illis modis rerum omnium peritiam conjungebant; unde Didymus in Odyſſ. Homeri *cantorem* accipit pro *philoſopho.* TURNEB.

37. *Iidem vates.*] Hoc Strabo in primo de Geogr. libro multis colligit argumentis. REGIUS. Cicero III. de Orat. *Muſici qui erant quondam iidem Poetæ.* PHILAND. Antiquitus, ſi qui fidibus docti, pari cum Philoſophis in honore habebantur. Didymus ad Odyſſ. 3. τὸ ἀρχαῖον οἱ ἀοιδοὶ φιλοσόφων τάξιν ἐπεῖχον. Athenæus Dipnoſoph. lib. 1. Σώφρον δέ τι ἦν τὸ τῶν ἀοιδῶν γένος, καὶ φιλοσόφων διάθεσιν ἐπεῖχον. Et Terentius artem Poëticam *Muſicam* vocat, in Prologo Hecyræ, v. 38. Videatur Joh. Meurſii Commentar. ad Lycophron. pag. 134. 135. PAREUS. Conjungit quoque ſapientes & Poëtas Clemens Alex. lib. 1. Strom. Vide quæ Petrus Nannius Miſcel. lib. 1. cap. 5. adnotavit ad Terentii Hecyræ prolog. Lactant. lib. V. cap. 5. *Poëtæ philoſophis priores multo fuere, & ante natum philoſophiæ nomen pro ſapientibus habebantur.* Hæc eſt ratio, cur regibus fuere acceptiſſimi, ut de variis Poëtis narrat Pauſan. lib. 1. & Columbus, in notis ad Anonymum de erroribus Ulyſſis pag. 61. animadvertit ex Strabonis lib. I. Poëſin philoſophiam quandam primam fuiſſe. ALMEL.

38. *Orpheus & Linus.*] De his Virgil. Eclog IV. & Horat. Art. Poet. 391. REGIUS.

39. *Et Timagenes.*] *Itaque &c.* MSS. Bal Almelov. Magni fecit Timagenem Fabius. Scio. Sic enim lib. 10. cap 1. *Longo poſt intervallo temporis natus Timagenes, vel hoc eſt ipſo probabilis, quod intermiſſam hiſtorias ſcribendi induſtriam nova laude reparavit.* Sed an ante Poëtas illos vetuſtiſſimos poſuerit, dubitarim; præſertim cum hic teſtimonii ἀψύχεις velitetur. MS. Pal. membranaceus, *itaque & imagines auctores ſunt.* JAN. GEBHARDUS, lib. 1. crep. cap. I. *Timagenes.*] Suidas *Timagenem* quemdam ſcribit fuiſſe hiſtoricum & rhetorem Mileſium: ſcribit & alium Alexandrinum fuiſſe, qui Romæ tempore Auguſti docuerit. TURNEB.

40. *Antiquiſſimam Muſicen.*] Idem teſtatur Max. Tyr. diſſert. XXI. pag. 204. Sext. Empir. lib. V. Adv. Math. & Athen. lib. IV. cap. 15. ALMEL.

41. *Canit errantem Lunam.*] Hoc fecit Virgil. ad imitationem Homeri, apud quem in convivio Alcinoi inducitur Phemius muſicus eodem modo cantans. TURNEB. Virgil. 1. Æneid. 742.

42. *Divinarum rerum.*] Id eſt, cœleſtium, Aſtronomicarum; aſtra enim priſca illa gentilitas habebat deos θεοὺς, ἀπὸ τοῦ θέειν, quod eſt currere. CAPPER.

43. *Erit Oratori neceſſaria.*] Vide Ariſtidem Quinctilianum lib. 1. pag. 2. edition. Meibomianæ. CAPPER.

44. *Ut diximus.*] In prooemio. PHILAND.

45. *Hæc quoque pars.*] Nempe philoſophia, quæ eſt cognitio rerum divinarum & humanarum, &c. CAPPER.

46. *Noſtri operis fuit.*] Lib. V. cap. 14. *dialogis enim & dialecticis erit ſimilior, quam noſtri operis actionibus.*

47. *Atque claros.*] *Atqui;* MS. Bal. Sich.

48. *Pythagoras.*] Pythagoras res omnes ad numeros & muſicam retulit, ac orbem quoque harmonia quadam compoſitum dixit: quod idem intelligebat etiam de ſphæris cœleſtibus, quarum ſummam acutiſſimum ſonum efficere ſcripſit, ultimam graviſſimum. TURNEB. Vide Macrob. lib. 2. ſomnii Scipionis. PHILANDER. Vide Sidon. Apollin. car. XV. Cicer. Acad. Quæſt. II. 37. Martian. Capell. lib. IX. pag. 313. Max. Tyr. diſſ. XXI. pag. 203. & Suidam in voce γνώρισμος. ALMEL.

49. *Vulgaverunt.*] Ut conjunctivi modi ſit, *vulgaverint* eſt legendum. REGIUS.

50. *Ea ratione*] Par. Steph. Colin. *Ipſum ratione;* V. C. Alm. Voſſ. ſecund. *Ejus ratione.* BURMAN.

51. *Quam poſtea ſit lyra imitata.*] Circuli ſeptem planetarum ſymphoniam quandam efficiunt, quam poſtea eſt imitatus Mercurius in conſtructione lyræ, cui ſeptem chordas dedit: tametſi poſtea chordarum numerus eſt auctus. TURNEBUS

52. *Diſſimilium.*] Τοῦ ὀξέος videlicet & βαρέος, hoc eſt, acuti & gravis toni. CAPPER.

53. *Ἁρμονίαν.*] in muſica tria hæc obſervantur a Platone; ὁ λόγος, ἡ ἁρμονία (concordia τοῦ ὀξέος καὶ βαρέος, acuti & gravis;) & ὁ ῥυθμὸς, id eſt, numerus, ſeu apta contemperatio τοῦ ταχέος καὶ βραδέος, celeris & lenti motus; itemque brevium ac longarum ſyllabarum. CAPPER.

54. *His motibus.*] *Ætheriis motibus;* margines Steph. & Colon.

55. *Nam Plato.*] Plato Pythagoræ diſciplina imbutus, pleraque retulit ad numeros & muſicam, animamque mundi muſica quadam compoſitam eſſe dixit. TURNEB.

56. *Ne intelligi quidem.*] Hoc idem Hieronymus in Eſaiam teſtatur: *Denique Timæum de mundi harmonia, aſtrorumque cur-*

niſi ab iis qui hanc quoque partem diſciplinæ diligenter perceperint, poteſt. [57] Quid de philoſophis loquor, quorum [58] fons ipſe Socrates [59] jam ſenex inſtitui lyra non erubeſcebat? Duces maximos & fidibus & tibiis ceciniſſe [60] traditum, & exercitus [61] Lacedæmoniorum muſicis accenſos *modis*. Quid autem aliud in noſtris legionibus cornua ac tubæ faciunt? quorum concentus [62] quanto eſt vehementior, tanto Roma in bellis gloria cæteris præſtat. [63] Non igitur fruſtra Plato civili viro, quem πολιτικὸν vocant, neceſſariam muſicen credidit. [64] Et ejus ſectæ, quæ aliis ſeveriſſima, aliis aſperrima videtur, principes in hac fuere ſententia, ut exiſtimarent ſapientum aliquos nonnullam operam his ſtudiis accommodaturos. Et [65] Lycurgus, duriſſimarum Lacedæmoniis legum auctor, [66] muſices diſciplinam probavit. Atque eam natura ipſa videtur ad [67] tolerandos facilius labores velut muneri nobis dediſſe. [68] Siquidem & remiges cantus hortatur; nec ſolum in iis operibus, in quibus plurium conatus, præeunte aliqua jucunda voce, conſpirat; ſed etiam ſingulorum fatigatio [69] quamlibet ſe rudi modulatione [70] ſolatur. Laudem [71] adhuc dicere artis pulcherrimæ videor, nondum tamen eam oratori conjungere. Tranſeamus [72] id quoque, quod *Grammatice* quondam ac muſice junctæ fuerunt. Siquidem Architas atque [73] Ariſtoxenus etiam [74] ſubjectam *Grammaticen* muſicæ putaverunt, & eoſdem utriuſque rei præceptores fuiſſe, cum [75] Sophron oſtendit, mimorum quidem ſcriptor, ſed quem Plato adeo probavit, ut ſuppoſitos capiti libros ejus, cum moreretur, habuiſſe [76] credatur; tum Eupolis apud quem Prodamus & muſicen & literas docet. Et [77] Maricas, qui eſt Hyperbolus, [78] nihil ſe ex muſicis ſcire, niſi literas confitetur.

ſu & numeris diſputantem, ipſe, qui interpretatus eſt, Tullius ſe non intelligere fatetur. REGIUS.

57. *Quid de philoſophis.*] *Quid* non habet Ald. *De philoſophis loquor.*] Hinc Plato ipſe in Academiæ ſuæ veſtibulo præſcripſit, nemo huc introeat μαθημάτων imperitus, ut teſtatur Gellius lib. 1. cap. 9. MOSELLANUS Cic. in Catone. Valer. lib. 8. cap. 7. ex. 8. extern. & Gell. lib. 1. cap. 11.

58. *Fons Socrates.*] Vide ad Petron. cap. v.

59. *Jam ſenex.*] *Socrates ſe jam ſenex inſtitui lyra non erubeſcebat;* MSS. Bodl. Bal Ald. Venet.

60. *Traditum.*] *Traditum eſt;* Ven. Locat. Ald. Sich.

61. *Lacedæmoniorum.*] Plutarchus in libro de muſica, dicit Caſtorium canticum a Lacedæmoniis, cum ad bellica pericula egrederentur, dictum: cum tibiis canebatur. REGIUS. Thucydides libro quinto, ubi deſcribit conflictum Lacedæmoniorum & Argivorum, ait Lacedæmonios tibia uſos eſſe in committendis præliis. Cretenſes etiam tibiis utebantur, ut meminit Athenæus. TURNEB. Hoc Valer. lib. 11. tit. de inſtitutis; & Gell lib. 1. cap. 11. PHILAND. Vide egregie Clem. Alex. lib. 11. Pædag. cap. 4. carmina vero, quæ canebant Lacedæmonii ante pugnæ initium, erant varia; inter quæ vulgare ἐμβατήριον, teſte Maximo Tyrio diſſert. vii. Vid. Meurſ. Miſcel. Lacon ii. Pæana ceciniſſe, & Tragœdias exhibuiſſe videtur Chryſoſtomus indicare, ad Pſalm. 43. Vide & Polyæn. Stratag. lib. 1. cap. 10. ALMEL.

62. *Quantum.*] *Quanto* ut legatur, ratio Grammatica exigit. REGIUS. Sed mox *tantum;* MSS. Bodl. Joan. Alm. Locat. Ald. Par. Colin. Sich. Vide Heinſ. ad Ovid. viii. Met. 749. & alibi.

63. *Non igitur.*] Plato lib. 2. de legibus in primis præſcribit, ut juvenes muſica erudiantur, quæ animorum motus temperet, & ad virtutis ſtudium accendat. TURNEB.

64. *Et ejus ſectæ.*] Stoïcos intelligit. CAPPER.

65. *Lycurgus.*] *Et Lycurgus;* Ald. Locatel. Gryph. Obrecht.

66. *Muſices diſciplinam.*] Non quamlibet muſicam Lacedæmoniis permiſit Lycurgus, ſed duntaxat ſeveram; ut melos Caſtorium, quo Lacedæmonii utebantur in congreſſibus præliorum. TURNEB.

67. *Tolerandos labores.*] Vide quæ Cerda collegit ad Virgil. Æneid. vii. 12.

68. *Siquidem & remiges.*] Nam *celeuſma* (κέλευσμα) canebatur remigibus; vel per aſſam vocem, id eſt, humanam; vel per pueros ſymphoniacos. Hoc etiam quidam referunt ad claſſicum, cujus erat uſus in navibus ad remiges adhortandos in ναυμαχίαις. TURNEBUS. *Celeuſma* intellige, id eſt, carmen nauticum, quod qui canunt, κελεύοντες Longo Sophiſtæ dicuntur lib. iii. Ποιμ. pag. 47. & ſeq. Edit. Flor. ubi & *celeuſma* eleganter deſcribit, & Echo in proxima valle *celeuſmati* reſpondentem. Rutilius Numant. lib. 1. Itiner. ad Rufium Venerium Voluſianum (ſic enim legendum eſſe monuit perſpicaciſſimus Sirmondus ad Sidonium pag. 103.)

His mecum pigri ſolabar tædia venti,
Dum reſonat variis vile celeuſma modis.

COLOMESIUS. Vide Hygin. ad fab. xv. & ad Sil. vi. 361. diligentiſſime Drakenburgium omnia conquirentem. *Remigem;* MSS. Joan. Almel. Andr. Venet. Locat. Ald. Colin. Obrecht.

69. *Quamlibet.*] *Qualibet;* Ven. Locat. Ald.

70. *Solatur.*] Auctor Moreti initio,

Agreſtique ſuum ſolatur voce laborem.

Vide Sitzman. ad Rutil. Itin. v. 370. ALMELOV.

71. *Adhuc.*] Id eſt, *huc uſque, hactenus.* CAPPER.

72. *Id quoque quod.*] *Id quoque* omiſit Obrecht.

73. *Ariſtoxenus.*] Ariſtoxenus optimus fuit muſicus, & omnia ad muſicam reducebat. TURNEB. *Ariſtoxenus.*] Celeberrimus Ariſtotelis diſcipulus & æmulus Theophraſti, plurima de muſicis conſcripſerat, quorum ſuperſunt, *Harmonicorum elementorum libri tres.* Vide antiquæ muſicæ Auctores a Meibomio editos tom. 1. CAPPER.

74. *Subjectam Grammaticen.*] *Subjectam Grammaticæ Muſicen;* MS. Bal. & Campani editio. 1470.

75. *Sophron, Mimorum quidem ſcriptor; ſed quem Plato adeo probavit, ut ſuppoſitos capiti libros ejus, cum moreretur, habuiſſe credatur.*] Idem pæne ſcribit Diogenes Laertius lib. 3. ſect. 18. *Videtur Plato Sophronis quoque mimographi libros, antea neglectos, primus Athenas invexiſſe, geſtumque ex eis duxiſſe; qui & ſub ejus capite fuerint reperti.* Valerius Maximus lib. viii. cap. vii. de eodem Platone: *Altero etiam & octogeſimo anno decedens, ſub capite Sophronis Mimos habuiſſe fertur: ſic ne extrema quidem ejus hora agitatione ſtudii vacua fuit.* Meminit etiam Suidas. PAREUS. Vide Menag. notas ad Laertii d. l. & Caſaub. ad Athen. lib. 1. cap. 1. ubi aperte docet Apollodorum Athenienſem Grammaticum hujus Sophronis Mimos libro commentario illuſtraſſe: ſcripſerat etiam Mimum, inſcriptum *Nuncius*, qui a Veſta incipiebat, ut Aratus a Jove, teſte antiquo interprete Germanici in Arat. & hunc preſſe ſequitur Theocritus, notante Heinſio Lect. Theocr. cap. 3. Vide Athen. lib. xi. cap. 8. & xii. pag. 504. ALMELOV.

76. *Credatur.*] *Tradatur;* Ven. Locat. Ald. Colon. Par. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Voſſ. ſecund.

77. *Maricas, qui eſt Hyperbolus.*] De Hyperbolo Cicero in Bruto cap. 62. meminit; de Glaucia loquens: *Homo ſimillimus*, inquit, *Athenienſi Hyperbolus, cujus improbitatem veteres Atticorum comœdiæ notaverunt.* Eſt ergo nomen proprium a loco derivatum, ut quidam putant. REGIUS. Maricæ nomine exagitavit Hyperbolum Eupolis, ut ex Nebulis Ariſtophanis apparet: ſignificat autem mollem & effeminatum, vel ὑπογάστριον βαρβαρικόν ἐστι, φασί. CAMERARIUS. Hyperbolus peſſimus fuit, & flagitioſiſſimus civis, qui ex infimo loco Athenis tandem eſt ſummos honores adeptus: ab Eupolide appellatur *Maricas*, tanquam mollis & nihili. TURNEB.

78. *Nihil ſe ex muſicis, &c.*] Apud Ariſtoph. in Equitib. οὐ δὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι, πλὴν γραμμάτων. Et in Nubibus, 553.

Ariſtophanes quoque non uno libro ſic inſtitui pueros antiquitus ſolitos eſſe demonſtrat. Et apud Menandrum in [79] *Hypobolimæo*, [80] ſenex repoſcenti filium patri velut rationem impendiorum, quæ in educationem [81] contulerat, [82] opponens, [83] pſaltis ſe & geometris multa dicit dediſſe. [84] Unde etiam ille mos, ut [85] in conviviis poſt cœnam circumferretur lyra; cujus cum ſe imperitum Themiſtocles confeſſus eſſet, ut verbis [86] Ciceronis utar, *habitus eſt indoctior.* Sed veterum quoque [87] Romanorum epulis fides ac tibias adhibere moris fuit. Verſus quoque Saliorum habent carmen. Quæ cum omnia ſint [88] a Numa rege inſtituta, faciunt manifeſtum, ne illis quidem, qui rudes ac bellicoſi videntur, curam muſices, quantam illa recipiebat ætas, defuiſſe. Denique in proverbium uſque Græcorum celebratum eſt, [89] *Indoctos a Muſis atque Gratiis abeſſe.* Verum quid ex ea proprie petat futurus orator, diſſeramus. [90] Numeros muſice duplices habet, in vocibus, [91] & in corpore; utriuſque enim rei aptus quidam *modus* deſideratur. [92] Vocis rationem Ariſtoxenus muſicus dividit [93] in ῥυθμὸν, & μέλος ἔμμετρον, quorum alterum modulatione, alterum canore ac ſonis conſtat. [94] Num igitur non hæc omnia oratori neceſſaria? [95] quorum unum ad geſtum, [96] alterum [97] ad collocationem verborum, [98] tertium ad flexus vocis, qui ſunt [99] in agendo quoque plurimi, pertinet. [100] Niſi forte in carminibus tantum & in

PITHOEUS. Hæc autem verba Ariſtophanes tribuit Agoracrito in Equitibus, verſ. 188. ut Philander notavit. *Ex Muſice;* Stephan. Voſſ. prim.

79. *Hypobolimeo.*] Ita Menandri comœdia inſcribitur ab argumento: nam pater filium, qui alteri ſuppoſitus fuerat, repetit. TURNEB. Vide infra lib. x. cap. 1. Lege Voſſium de Poët. Græcis.

80. *Senex repoſcenti.*] *Qui repoſcenti;* MSS. Bodl. Alm. Vener. Locat. Ald. Gryph. Colin. Baſil.

81. *Contulerat.*] *Contulerit;* V. C. Alm. Voſſ. tert.

82. *Opponens.*] *Exponens;* MSS. Bodl. Alm. Andr. Colon. Steph. Colin Baſil. margo Gryph. Obrecht.

83. *Pſaltis.*] Id eſt, Cantoribus, Muſicæ præceptoribus.

84. *Unde etiam.*] Græci ſummam eruditionem putaverunt ſitam in fidium, & tibiarum cantibus; unde * Cimon Athenienſis, cum apud quendam libenter decantaſſet, prælatus eſt Themiſtocli. TURNEB.

85. *In conviviis.*] Vide Iſidor. lib. III. cap. II. ALMEL.

86. *Ciceronis.*] Tuſcul. lib. 1. cap. 2.

87. *Romanorum.*] Nam veteres Romani, ut ſcribit Cato in Originibus, fortium virorum laudes ad tibiam decantabant. TURNEB.

88. *A Numa.*] Vid. Liv. l. 1. c. 20. Aurel. Vict. de illuſt. vir. cap. 3. Cicer. III. de Orat. 19. 51. ALMEL.

89. *Indoctos a muſis, &c.*] Nomine *muſices* Græci complectuntur omnem doctrinam, diſciplinam, elegantiam; & apud eos dicitur ἄμουσος qui inelegans eſt & indoctus. TURNEB. Ἄμουσοι enim dicebantur, καὶ χαρίτων δίχα, ἢ οὐκ οἶδ᾽ ὅτι. CAMERAR. Vid. Eraſmi adag. in Ἀμούσοι.

90. *Numeros.*] Numerus hic apta quædam eſt convenientia & modulata, quæ ſpectatur in vocis productione & proportione numeroſa, & per participationem in debita corporis conformatione; verbi cauſa, ſi optimo geſtu orator movebitur, in ejus corpore dicetur eſſe numerus. TURNEB.

91. *Et in corpore.*] Ut patet ex ὀρχηστικῇ, arte ſaltatoria, & ex apta geſtuum conformatione, quæ pertinet ad Oratoris actionem ſeu pronunciationem; atque hæc eſt quinta pars Eloquentiæ. CAPPER.

92. *Vocis rationem.*] Ῥυθμὸς *numerus* Latine dicitur, ut illud Horatii IV. Od. 2.

Numeriſque fertur lege ſolutis.

Μέλος dicitur *modulatio.* Μέτρον *menſura* interpretatur: de his A. Gell. lib. XVI. 18. & Boëthius, lib. 1. de muſica; hinc vero colligitur, eos errare, qui μέλος ἔμμετρον legunt; cum & μέτρον legendum ſit. REGIUS. *Rhythmus*, id eſt, numerus, in vocis eſt productione: *Melos*, id eſt, modulus, in altitudine: *Metrum* vero, certa ſyllabarum, longarum & brevium inter ſe connexio: duas vero has partes inter ſe conjunxit Fabius, propterea quod carmina modulis quibuſdam decantantur, & moduli cum carminibus junguntur. TURNEB. Lege, *in* ῥυθμὸν *&* ἐμμελές. PHILAND. Ῥυθμὸν & μέλος & μέτρον. Locat. Colon. Sich. Vaſ. Ῥυθμὸν & μέλος ἔμμετρον; Ven. Gryph. Baſil. Obrecht. Ῥυθμὸν καὶ μέτρον; Steph. in marg. Ῥυθμὸν καὶ μέλος ἔμμετρον. Steph. Colin. ῥυθμὸν & μέλος, omiſſo ἔμμετρον; MSS. Bodl. Alm. Andr. Gallæus volebat ῥυθμὸν & μέτρον & μέλος ἔμμετρον, & illa, *quorum alterum modulatione, &c.* additamentum credebat auctoris menti repugnans; neque extra veri ſpeciem. Præterea his Græcis vocibus ſubjungere mallem illa, *quorum unum ad geſtum, &c. pertinet:* & hinc illa, *Num igitur non hæc omnia oratori neceſſaria? Niſi forte, &c.* ſubjicere: ita ſuus Fabio ſenſus conſtabit planiſſime: de rhythmo autem & metro aget iterum lib. IX. cap. 4. BURMAN.

93. *In* ῥυθμὸν *&* μέλος ἔμμετρον, *quorum alterum modulatione, canore alterum ac ſonis conſtat.*] Itaque Latina vox *modulatio* refertur ad Græcum vocabulum τὸ ῥυθμὸς, *canor* autem & *ſonus* ad τὸ μέλος. Unde ῥυθμὸς Latine dicitur *numerus, modulatio, modus:* (ſic paulo poſt ait Fabius: *Juſſa mutare in ſpondeum modos tibicina;* quod Hermogenis περὶ ἰδεῶν Scholiaſtes ita effert; παρακελευόμενος τῇ αὐλητρίδι μεταβάλλειν τὸν ῥυθμόν·) μέλος vero eſt ἁρμονία *harmonia, canor, ſonus, vocis flexus.* Plato quoque, ut jam notavimus, docet τὸν ῥυθμὸν numerum ſeu modulationem, conſtare ἐκ τοῦ βραδέος καὶ ταχέος, vel μακροῦ καὶ βραχέος, ex lento & celeri motu, vel ex longis & brevibus ſyllabis: τὴν ἁρμονίαν, harmoniam autem ſeu canorem, ſonum, flexumve vocis, ἐκ τοῦ βαρέος καὶ ὀξέος ex gravi & acuto. Hinc optime Aul. Gell. lib. 16. cap. 18. *Longior menſura vocis* ῥυθμὸς *dicitur, altior* μέλος. Conſonat his Dionyſius Halicarnaſſ. in opuſculo de verborum collocatione, pag. 9. 10. edit. Wechel. Nam continua in oratione diſtinguit hæc quatuor, μέλος, ῥυθμὸν, μεταβολήν, πρέπον: deinde τὸ μέλος (harmoniam) exponit per ὀξὺ, βαρὺ καλ. *acutum, grave*, &c. Facile jam erit errores eorum detegere, qui Rhetorica Dionyſii Halicarnaſſ. opuſcula e Græco in Latinum tranſtulerunt. Ubi enim occurrunt hæc verba ῥυθμὸς, μέλος, ἁρμονία καλ. omnia ſiniſtre vertunt, potius dicam, pervertunt; ut palam fiet in noſtra Philologicarum obſervationum *ſylloge.* Neque vero ferendus eſt ipſe Raphael Regius, qui hoc in Fabii loco τὸ μέλος *modulationem* interpretatur; neque audiendi Gallæus & Burmannus, qui noſtri Rhetoris contextum levibus ſane conjecturis ſollicitare & immutare voluerunt. CAPPER.

94. *Num igitur non.*] *Non igitur h. o. o. neceſſaria?* Ven. Ald. Colin Baſil. Regius ita quoque in antiquo exemplari eſſe affirmat. *Num igitur hæc omnia;* Locatel.

95. *Quorum unum ad geſtum.*] Nempe numerus ῥυθμὸς ὁ in corpore apte movendo. CAPPER.

96. *Alterum ad collocationem verborum.*] Ῥυθμὸς, numerus in vocibus apte componendis vel collocandis. Nec mirum cuiquam videatur duas haſce loquendi formulas, *unum ad geſtum, alterum ad collocationem verborum* referri ad unum illum ablativum *modulatione* (ῥυθμῷ.) Nam mox aiebat Fabius: *Numeros* (ῥυθμοὺς) *muſice duplices habet, in vocibus & in corpore.* CAPPER.

97. *Ad collocationem verborum.*] Σύνθεσιν ὀνομάτων vocat Dionyſius Halicarnaſſ. in eximio de hac re opuſculo. CAPPER.

98. *Tertium.*] Μέλος, ἁρμονία harmonia, canor, ſonus. CAPPER.

99. *In agendo.*] Supple, cauſas; in agendis cauſis, in orando, in pronuncianda oratione. CAPPER.

100. *Niſi forte in carminibus.*] In vocum continuatione, inquit Cicero, debet eſſe collatio, quæ efficiat inoffenſum orationis curſum, & aptam vocum juncturam: debet eſſe etiam numerus, id eſt, melodia quædam & ſuavitas orationis, quibuſdam pedibus comprehenſa. TURNEB.

canticis exigitur ſtructura quædam & inoffenſa copulatio vocum; in agendo ſupervacua eſt; aut non compoſitio & ſonus in oratione quoque varie, pro rerum modo, adhibetur, ſicut in muſice. Namque & voce & modulatione grandia elate, jucunda dulciter, moderata leniter canit; totaque arte conſentit cum eorum, quæ dicuntur, [101] affectibus. Atqui in orando quoque intentio vocis, remiſſio, flexus, pertinet ad movendos audientium affectus; [102] aliaque & collocationis & vocis (ut eodem utar verbo) modulatione concitationem judicum, alia miſericordiam petimus; cum etiam organis, quibus ſermo exprimi non poteſt, [103] affici animos [104] in diverſum habitum ſentiamus. [105] Corporis quoque decens & aptus motus, qui dicitur εὐρυθμία, eſt neceſſarius, nec aliunde peti poteſt; in quo pars actionis non minima conſiſtit. Qua de re ſepoſitus nobis eſt [106] locus. [107] Age, ſi habebit in primis [108] curam vocis orator, quid tam muſices proprium? Sed ne hæc quidem [109] præſumenda pars eſt, [110] ut uno interim contenti ſimus exemplo C. Gracchi, præcipui ſuorum temporum oratoris, cui concionanti conſiſtens poſt eum muſicus, fiſtula, quam [111] τονάριον vocant, *modos*, quibus deberet intendi, [112] miniſtrabat. [113] Hæc ei cura inter turbidiſſimas *actiones*, vel terrenti optimates, vel jam timenti [114] fuit. Libet propter quoſdam imperitiores, etiam *craſſiore*, ut vocant, *muſa*, dubitationem hujus utilitatis eximere. Nam poëtas certe legendos oratori futuro conceſſerint; [115] num igitur hi ſine muſice? At ſi quis tam [116] cæcus animi eſt, ut de aliis dubitet: [117] illos certe, [118] qui carmina ad lyram compoſuerunt. Hæc diutius [119] forent dicenda, ſi hoc ſtudium velut novum præciperem. [120] Cum vero antiquitus [121] uſque a Chirone atque Achille ad noſtra tempora apud omnes, qui modo legitimam diſciplinam non ſint peroſi, duraverit; non eſt committendum, ut illa dubia faciam, defenſionis ſolicitudine. [122] Quamvis autem ſatis jam [123] ex ipſis, quibus ſum modo uſus, exemplis, credam eſſe manifeſtum, quæ mihi, & [124] quatenus muſice placeat; apertius tamen [125] profitendum

101. *Affectibus.*] *Effectibus*; Voſſ. ſecund.

102. *Aliaque.*] *Alia quoque &*; Ald. Sich. Colon. Pat. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Roign. Voſſ. ſecund.

103. *Affici animos.*] *Animum*; Voſſ. ſecund.

104. *In diverſum.*] *Adverſum*; MS. Bal.

105. *Corporis quoque.*] Εὐρυθμία dicitur in corpore, quando apto numero, convenienti geſtu & vultu orator decore pronunciat. Fabius tamen in oratione illud, quod eſt ὤρυθμον, quadantenus culpat. TURNEB.

106. *Locus.*] Lib. xi. cap. 3. PHILAND.

107. *Age ſi.*] *Agedum*; Par.

108. *Curam vocis.*] Antiqui magno ſtudio vocem exercuerunt, ac publice quoque magiſtri erant vocis exercendæ, qui appellabantur *phonaſci*: quibus plerumque etiam Nero utebatur. TURNEB.

109. *Præſumenda.*] Id eſt, non hic, ſed poſtea, ſepoſito loco, plenius tractanda. Tractavit autem Fabius lib. xi. cap. 3. quod eſt de pronunciatione. CAPPER.

110. *Ut uno.*] *Ut non*; Voſſ. tert.

111. *Tονάριον.*] A *tono* eſt derivatum; hujus autem rei Valerius lib. viii. cap. 10. ex. 1. & Cicero meminit in tertio de Oratore 61. REGIUS. Τονάριον eſt fiſtula, quæ tonos, quibus uti debemus, incinit. Gellius 1. cap. 11. tamen falſum eſſe putat Gracchum habuiſſe fiſtulatorem, cujus modis intenderetur, cum præſertim ejus ingenium non intentione egeret, ſed remiſſione. TURNEB. Alii *phtongarium* etiam appellant, ut in *pneumaticis* Hero. Vide Turneb. Adverſar. lib. 17. cap. 20. pag. 574. PAREUS. Quare Τονάριον diceretur hæc fiſtula, oſtendit Plutarchus in libello περὶ ἀοργησίας pag. 456. Ed. Wech. quod igitur διὰ τόνων vocem modo remitteret, modo intenderet, Τονάριον eſt appellatum ὀργάνιον: diverſi tamen in ea de Graccho narratione Fabius & Plutarchus: niſi legas in Fabio, *modos quibus deberet retendi, miniſtrabat*: qua voce (inquit Salmaſ. ad Hiſt. Aug. pag. 503.) & alibi idem utitur in ea ſignificatione. COLOMES. vide Barth. de Tibiis veter. cap. xiv. & Creſſolium Theatr. Sophiſt. pag. 264. Τονάριον vero, vel *tonarion*; MSS. Bodl. Bal. Alm. & Obrecht. & major pars editorum; nec non Voſſ ſecund. & Campani editio an. 1470.

112. *Miniſtrabat.*] *Monſtrabat*; MSS. Bodl. Alm. Andr. quæ eadem diverſitas in Gellio lib. 1. cap. 11. eſt: *tibia, quam C. Graccho cum populo agenti præiſſe ac præmonſtraſſe ferunt*, ubi Carrio & Gronovius, ex codicibus MSS. *præminiſtraſſe*.

113. *Hæc ei cura.*] *Hæc etiam cura ei*; MS. Bal. Andr. Obrecht. *Hæc etiam ei cura*; Ald. Baſil. *Hæc ei & cura*; Codex quem Regius vidit.

114. *Fuit.*] *Profuit*; MSS. Bodl. Bal. Alm. Andr.

115. *Num hi ſine muſice?*] Supple ſcripſerunt; vel legi 3 intelligi, poſſunt? CAPPER.

116. *Cæcus animi.*] *Incertus*; MS. Bodl.

117. *Illos certe carmina ad lyram, &c.*] Hic locus ita eſt depravatus, ut oratio non congrua videatur; nec me quidquam in hoc vetus exemplar juvit: non modo autem *qui* relativum eſt adſcribendum, verum alia quoque deeſſe videntur: ſignificat vero Lyricorum opera citra muſicen recte concinneque non poſſe legi, quod quidem ita verum eſt, ut pauci admodum ſint, qui numeros Horatianis Pindaricisque carminibus congruentes accommodare ſciant. REGIUS. Gallæus ſubintelligi vult, *illos certe legendos conceſſerit.* Sed menti Fabii conveniet, ſi ſubintelligamus, illos certe non ſine muſice fuiſſe, aut compoſuiſſe carmina: forte ſcripſit, *illos certe fatebitur, qui*; vel *illos certe credet*; vel ſimile quid. BURMAN.

118. *Qui carmina ad lyram.*] Boët. de Muſica: *Tria genera ſunt, quæ circa muſicam verſantur. Unum eſt, quod inſtrumentis agitur; aliud fingit carmina; tertium, quod inſtrumentorum opus carmenque dijudicat.* Et infra. *Secundum vero muſicam agentium genus poëtarum, quod non potius ſpeculatione ac ratione, quam naturali quodam inſtinctu fertur ad carmen.* PITHOEUS.

119. *Forent dicenda.*] *Fuiſſent*; Baſil. marg.

120. *Cum vero.*] Chiron Centaurus Achillis fuit nutritius, & eum cum cæteras diſciplinas, tum maxime muſicam docuit. Unde apud Homerum Achilles citharam pulſat, & ita animi ægritudinem levat. TURNEB.

121. *Uſque a Chirone.*] Primum *uſque* eradendum videtur; ſenſui enim ſatis eſt ſecundum. REGIUS nec habent Locat. Gryph. Obrecht. ſed reliqui habent: omittunt vero ſecundum *uſque* Steph. Colin. & Vidovæus, qui habent *ad noſtra tempora.*

122. *Quamvis autem.*] Poſt aſſertam muſicam, ne auditoris electio fallatur, amphibologiam diſcutit, & quam potiſſimum muſicam probet, oſtendit: quo quidem loco cum Platone ac Cicerone ſentit, qui antiquam muſicam probant, novam damnant & vituperant. TURNEB. Cæterum in hac Turnebiani Commentatoris nota barbaram hanc vocem *amphibologiam* ferre nequaquam poſſum; vel enim *amphiboliam* vel *amphilogiam* dicere oportebat. CAPPER.

123. *Ex ipſis.*] *Ex his*; MSS. Bodl. Bal. Alm.

124. *Quatenus.*] *Quatinus*; marg. Baſil

125. *Profitendum.*] *Proferendum*; Gryph. margines Sich. & Steph.

puto, non hanc a me præcipi, quæ nunc in ſcenis effeminata, & impudicis *modis* fracta, non ex parte minima, ſi quid in nobis virilis roboris manebat, [126] excidit: [127] ſed qua laudes fortium canebantur, [128] quaque & ipſi fortes canebant; [129] nec *pſalteria* & [130] *ſpadicas*, etiam virginibus probis recuſanda: ſed cognitionem rationis, quæ ad movendos leniendoſque affectus plurimum valet. [131] Nam & Pythagoram [132] accepimus, concitatos ad vim pudicæ domui afferendam juvenes, juſſa mutare in *Spondeum modos* tibicina, compoſuiſſe; & [133] Chryſippus etiam [134] nutricum, quæ adhibentur infantibus, [135] allectationi ſuum quoddam carmen aſſignat. Eſt etiam non inerudite ad declamandum ficta materia, in qua ponitur [136] tibicen, qui

126. *Excidit.*] Eripuit, penultima longa & *apice* notanda: eſt autem tranſlatio ſumpta ab iis qui caſtrantur, qui *excidi* proprie dicuntur. REGIUS. ita utitur Martialis lib. III. 91.

Exciduntque ſenem, ſponde qui parte jacebat.

& noſter lib. V. 12. *Mancipiorum negotiatores, formæ puerorum, virilitate exciſa, lenocinantur.* BURMAN.

127. *Sed qua laudes fortium canebantur, quaque & ipſi fortes canebant, nec pſalteria & ſpadicas, etiam virginibus probis recuſanda.*] MSS. Palatini ita concinnant hunc complexum orationis genuine; (nam hæc vulgata ab officina Correctorum etiamnum calet; & ipſa ſolœca oratio ſtatim ejus rei argumentum, & odorem acutioribus naribus oſtendit:) *Sed qua laudes fortium canebantur, quaſque & ipſi fortes canebant; nec pſalteria ipſa dicat etiam virginibus probis recuſanda:* notiſſimum eſt, fortes invicem fortium laudes in conviviis cæteriſque feſtioribus congreſſibus ceciniſſe; Cicer. IV. Tuſc. II. Ovid. VII. Metam. 451 Achilles apud Statium lib. I. v. 184. & ſeqq. deinde *ſpadicas* neuter Palat. agnoſcit. Jan. GEBHARDUS, lib. II. crep. 3.

128. *Quaque & ipſi.*] *Et* deeſt in MS. Alm.

129. *Nam pſalteria.*] Hic quoque locus ita mendis ſcatet, ut & caſſigatu difficillimus ſit, & quid velit ſibi Fabius, minime percipiatur: in vetuſto quidem exemplari *pſalteria* legitur emendate: cætera vero, ut in aliis, corrupte: fortaſſe autem ſic emendaretur, ſi loco *nam* legatur *hæc*, & *ſambuca*, non *ſpadicas*, & *ſecundum* loco *ſed* particulæ, *quæ* relativo in locum ſuum tranſlato, hoc modo; *Hæc pſalteria & ſambuca etiam virginibus probis recuſanda, quæ ſecundum cognitionem rationis ad movendos leniendoſque affectus plurimum valent.* Hinc quidem aliquis elicitur ſenſus; ſed qui mihi plene non ſatis facit. Nam *ſambuca*, ut *pſalterium*, inſtrumentum eſt muſicum. *Sambuca* enim ſpecies eſt cytharæ triangularis, ad quam priſci iambos canebant. Ejus primus inventor Ibycus memoratur. *Sambyces* vero, ut inquit Polybius, machinæ ſunt obſidionales: *ſpadicas* autem ſenſui prorſus repugnat; nam *ſpadica*, in lib. II. cap. 26. inquit Gellius, Græci vocant *avulſum e palma terminem, cum fructu;* & Phœniceum colorem, ut idem in tertio, cap. 9. REGIUS. *ſpadices* recte legi hoc loco, cum vetuſti codices, tum vero maxime Julius Pollux perſuadet; is enim cap. 9. §. 59. *ſpadicas* inter inſtrumenta κρουόμενα, id eſt, quæ manu pulſantur, connumerat. MOSELLANUS. *nam*; MS. Joan. Ald. (*nam pſalteria & ſpadices etiam virginibus probis recuſanda.*) Steph. Vaſc. Roignii Voſſ. tert. *Pſalteria.*] *Pſalterium* inſtrumentum eſt muſicum decachordum, quod etiam *nablum* appellatur & *nablium.* Paulus juriſconſul. hoc inſtrumentum quoque damnat. TURNEB. Locum hunc ſic corrige: (*nam pſalteria & ſpadices etiam virginibus probis recuſanda*) *ſed cognitionem, quæ ad movendos*, &c. ut principium parentheſis ſit *nam*, finis *recuſanda*, & *quæ* pronomen additum. PHILAND.

130. *Spadicas.*] Julius Pollux *Onomaſtici* lib. 4. *ſpadices* inter inſtrumenta, quæ pulſantur, numerat. Raphael, cum hanc dictionem non intelligeret, ſubſtituit *ſambucam*, quæ eſt ipſa quoque inſtrumentum muſicum. TURNEB. *Spadicæ*; Ald. *ſambucas*; Colon. *ſpadicas*; MS. Alm. Gryph. Colin. Vidov.

131. *Nam & Pythagoram.*] Boëthius ſcribit Tauromenitanum quendam juvenem, concitatum Phrygio cantu, ſpondeo a Pythagora fuiſſe ſedatum. Eſt enim ſpondeus gravis, moderatus, ac modeſtus. TURNEB. Commentatores Græci Hermogenis περὶ ἰδεῶν. Καὶ Πυθαγόρας δὲ, ὥς Ἰάμβλιχός φησι, ἐν τῷ περὶ τῆς Πυθαγορείου αἱρέσεως, μέσου νυκτῶν ἀστρονομούμενος, νεανίαν τινὰ σὺν αὐλητῇ κωμάζοντα μετὰ λαμπάδος καὶ αὐλητρίδος (ſcripti Codices καὶ αὐλ. ſed deeſſe aliquid patet:) τὸν τε οἶκον αὐτῆς ἐμπρῆσαι σπεύδοντα διὰ ζηλοτυπίαν, ἐπίσχε τῆς μανίας παρακελευόμενος τῇ αὐλητρίδι μεταβάλλεσθαι τὸν ῥυθμὸν ἐπί τι κατασταλτικώτερον μέλος, τὸ καλούμενον σπονδεῖον. Hæc non parum illuſtrant Fabii locum. Sed ad pleniorem lucem adi Jamblichum cap. 25. edit. Arcerianæ. COLOMES. Vide quæ nos adduximus ad lib. II. cap. 3. de Timotheo muſico. Baſilius Magnus in Homilia 24. dicit Pythagoram, in ebrios olim incidentem, juſſiſſe tibicinem convivio luxurioſo præſidentem mutare harmoniam, ac Doricum ipſis canere, & ita eos ad ſobrietatem reduxiſſe, qui dejectis de capite coronis omnes erubuere. Vide Caſaub. ad Athen. XV. cap. 5. adde de Alexandro magno, Timotheo canente, apud Chryſoſt. Orat. 1. in initio; & Excerpt. Polyb. pag. 781. Jambl. de Myſter. pag. 61. edit. in 12. Vide & exemplum Saulis, cantu Davidis deliniti. Et Chinenſes habere inſtrumentum *Zunga* vocitatum, quo vehementer animos movent & perturbent, narrat Nieuhovius Legat. Chinenſ. pag. 46. ALMELOV.

132. *Accipimus.*] Scribe *accepimus*; hoc autem Boëthius refert in proœmio primo de muſica, ex libro Ciceronis, quem ſcripſit de conſiliis ſuis. PHILAND. *Accipimus*; MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. eadem varietas ſupra cap. V. & VIII. & alibi.

133. *Chryſippus etiam nutricum, &c.*] De nutricum næniis, quæ ab Athenæo lib. XIV. eleganter nominantur καταβαυκαλήσεις, affatim dixit immortale illud literarum decus. PAREUS. Vide Athen. lib. IV. 1. Qui autem primus nænias eas dixit, fuit Jovianus Pontanus, referente Scaligero Poetic. lib. 1. cap. 50. legi poteſt Porph. & Acr. ad Horat lib. III. Od. 28. ubi dicunt proprie eſſe carmen funebre, confirmante id Nonio Marcello, ut & noſtro Fabio lib. VIII. cap. 2. ALMELOV. Vide Iſ. Caſaub. ad Theophraſt. notationes morum, cap. περὶ λαλιᾶς.

134. *Nutricum, quæ.*] *Nutricum illi, quæ*; V. C. Alm.

135. *Allectationi.*] MS. Pal. *Allactationi*; Alter, *Allectioni*; forte *Ablactationi*, h. e. ἀπογαλακτισμῷ. *Allactatio* eſt γαλουχία. Duplex compeſcendi infantem ratio & ſopiendi; *Mamma*; & *Lallus*, ſive nænia nutricum. Illa ὑπομάζιοι; hoc depulſi oblectantur, ac ſomno Deo obducuntur. Alciphron. Ἄλλος μὲν γάρ ἐστιν ὑπομάζιος, ἄλλος τῆς γαλουχίας ἐπαύσατο· ἕτερος δὲ ἕρπει, μή τις ὀρθῆς βαδίσεως ἀρξάμενος. Quinctilianus lib. 1. cap. 12. *Illa per manus & genua reptatio.* Lactens infans τιτθοῦ κυρίως, τὸ ἐπιτίτθιος βρέφος, παρὰ τὸ τιτθὸν, ὃ σημαίνει τὸν μαζόν. Sic Scholiaſtes Theocriti. Sic Joſephus de muliere, quæ peſſima fame impultrice ad infantem mactandum accingebatur; Καὶ τὸ τέκνον, ἦν δ' αὐτῇ παῖς ὑπομάζιος, ἁρπασαμένη, βρέφος, εἶπεν, ἄθλιον ἐν πολέμῳ καὶ λιμῷ καὶ στάσει τίνι σε τηρῶ. Ruſinus; *Erat ei ſub uberibus parvulus filius.* Latini *Sububeres* appellant. Gloſſæ Iſidori; *ſububeres, infantes qui adhuc ſub ubere.* Statius lib. III. Theb. v. 672.

———*parvumque ſub ubere caro*
Theſſandrum portabat avo.

Parvus ſub ubere eſt ὑπομάζιος. Et ut agni a Varrone *ſubrumi* appellantur, qui adhuc ſub *ruma*, h. e. mamma; ita Callimacho oves dicuntur ὕπαρνοι, Hymno in Apollinem, verſ. 53.

———οὐδ' ἀγάλακτες
Οἶες, οὐδ' ἄκυθοι, πᾶσαι δέ κεν εἶεν ὕπαρνοι.
Agnus quiſque ſua pendebit ab ubere matris.

Euripides Andromacha verſ. 557. ὕπαρνος γάρ τις ὡς ἀπηλάθη. *Ablactare, Depellere*, μητρὸς χωρίζειν. Gloſſ. Delactatus, ἀπογαλακτισμένος. *Depulſus* Virgilio; cui contrarium apud Theocritum, Ἄρς ϑηλαζούσας, h. e. γάλακτος δεόμενος. Vide plura apud Scholiaſtem. Quod ſi vulgata placuerit, *Allectatio* erit ἐπαγωγὴ & cantandi illecebra, qua ſoporem alliciunt odis illis lactentibus pueris, & in cunis vagitantibus. GEBHARD. lib. II. crep. cap. 3. Si auctoritas adeſſet, reciperem lubenter illud *ablactationi*, modo *ablactatione* ſcriberetur, id eſt, tempore ablactationis, quo maxime queruli & flentes ſunt infantes; vel *infantium ablactationi* ſcribendum eſſet.

136. *Tibicen.*] *Tibicinem*; Ald.

ſacrificanti

ſacrificanti [117] Phrygium cecinerat, acto illo in inſaniam & per præcipitia delato, accuſari, quod cauſſa mortis extiterit: quæ ſi dici [118] debet ab oratore, nec dici citra ſcientiam muſices poteſt, quomodo non hanc quoque artem neceſſariam eſſe [139] operi noſtro vel iniqui [140] conſentiant? [141] In Geometria partem fatentur eſſe utilem teneris ætatibus: agitari namque animos, [142] atque acui ingenia, & celeri- XVIII.
tatem percipiendi venire inde, concedunt: ſed prodeſſe eam, non ut cæteras artes, cum perceptæ ſint, ſed cum diſcatur, exiſtimant. [143] Ea vulgaris opinio eſt. Nec ſine cauſſa ſummi viri etiam impenſam huic ſcientiæ operam dederunt. [144] Nam, quum ſit [145] Geometria diviſa in numeros atque formas; numerorum quidem notitia non oratori modo, ſed cuicumque [146] primis ſaltem literis erudito, neceſſaria eſt. [147] In *cauſſis* vero vel frequentiſſime verſari ſolet; in quibus actor, non dico, ſi [148] circa ſummas trepidat, ſed ſi [149] digitorum ſaltem incerto aut indecoro geſtu a computatione [150] diſſentit, judicatur indoctus. [151] Illa vero [152] linearis ratio, [153] & ipſa quidem cadit frequenter in *cauſſas*: nam [154] de terminis menſuriſque [155] ſunt lites: ſed habet majorem quandam aliam cum arte oratoria cognationem. Jam primum ordo eſt Geometriæ neceſſarius; nonne & eloquentiæ? [156] Ex prioribus Geometria probat inſequentia, [157] & certis incerta; nonne id in dicendo facimus? Quid? illa propoſitarum quæſtionum concluſio, non tota fere conſtat *ſyllogiſmis*? propter quod plures invenias, qui *dialecticæ* ſimilem, quam qui *rhetoricæ* fateantur [158] hanc artem. Verum & orator, etiam ſi raro, non tamen nunquam, probabit [159] *dialectice*. [160] Nam & *ſyllogiſmis*, ſi res poſcet, utetur; [161] & certe *enthymemate*, qui rhetoricus eſt *ſyllogiſmus*. [162] Denique probationum quæ ſunt potentiſſimæ, γραμμικαὶ [163] ἀποδείξεις vulgo di-

137. *Phrygium cecinerat.*] Phrygius modus vehemens appellatur & violentus a Luciano, hominemque concitat, & in furorem accendit. Unde petitur hæc materia declamationis. De modis muſices vide Athenæum lib. 14. TURNEB.

138. *Debet.*] *Debent*: Ald. Gryph. Locat. Colin. & mox *poſſint* iidem. *Debeat*: Voſſ. prim. tert.

139. *Operi noſtro.*] *Uſui*; Sich. Gryph.

140. *Conſentiant.*] *Conſentient*; MS. Bodl. Ald. Gryph. Colin. Sich. Obrecht. Voſſ. prim. tert.

141. *In Geometria.*] Hoc capite quorumdam refutat opinionem, qui Geometriam oratori neceſſariam negabant. Porro Fab. Geometriæ nomine tres ſcientias complectitur, Aſtrologiam ſive Sphæricam, Arithmeticam, & proprie dictam Geometriam, quæ verſatur circa formarum delineationes. TURNEB.

142. *Et acui ingenia.*] *Et acui, & ingenia ad celeritatem percipiendi venire*; Sichard. Steph.

143. *Ea vulgari.*] *Id vulgaris*; MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. Andr. Locat. Ald. Gryph. Valc. Sich. Colin. Voſſ. prim. tert. Bernenſ.

144. *Jam cum.*] Loco illius particulæ *jam*, cum exponat Fabius ſummos viros non ſine cauſſa Geometriæ operam dediſſe, *nam* videtur legendum. REGIUS. *Jam*; Locatel.

145. *Geometria diviſa in numeros, &c.*] Videatur *Turnebus* Adverſ. lib. 26. cap. 1. pag. 958. Cicer. in proœm. Tuſcul. PAREUS. Hoc quidem loco Quinctilianus Geometriæ nomine Arithmeticam & Geometriam ſtricte ſumptam, ſeu figurarum Mathematicarum delineationem intelligit: ſed paulo poſt eodem vocabulo Aſtronomiam ipſam complectitur, ubi ait: *Se eadem Geometria tollit ad rationem uſque mundi: in qua cum ſiderum certos conſtitutoſque curſus numeris docet, &c.* eodem fere ſenſu Geometriæ nomen uſurpaſſe videtur Pythagoras, cum ſuis hanc epigraphen ſcholis affixit: μηδεὶς ἀγεωμέτρητος εἰσίτω, id eſt, nemo huc ingrediatur qui Mathematicis non fuerit imbutus. CAPPER.

146. *Primis ſaltem.*] *Inprimis*; MSS. Bodl. Bal. Alm. Andr. τὸ *primis* deeſt in Voſſ. ſecund.

147. *In cauſis vero.*] Alludit ad rationem ſupputandi antiquorum, quæ fiebat per articulos digitorum utriuſque manus: ita ut ſiniſtra manu ſupputarent ad nonaginta: dextra ſupputarent centum & reliquos numeros. TURNEB.

148. *Circa ſummas trepidat.*] *Circa ſumma*; V. C. Alm.

149. *Digitorum.*] Nam digitorum geſtibus numeros repræſentaſſe veteres conſtat, & oſtenditur in XI. Fabii; de qua re ex Beda aliquid vulgavit Eraſmus Roterodamus. Hoc ipſum reprehendit in Ruffino veteratore cauſſidico Apuleius in Apolog. quod fallaci & improbo geſtu digitorum, viginti annos ad ſummam addidiſſet. Sic enim diſputat: *O mendacium viginti annorum exilio puniendum! ſi triginta annos pro decem dixiſſes, poſſes videri pro computationis geſtu erraſſe; quos circulare debueris, digitos aperuiſſe: cum vero quadraginta, quæ facilius cæteris porrecta palma ſignificantur, ea quadraginta in dimidio auges; non potes digitorum geſtu erraſſe.* Pluribus hac de re agit Lud. Creſollius vacat. Autum. lib. 11. pag. 354. PAREUS. Vide Gruter. 1. Suſp 8. & Brod. ad Anth. 1. cap. 84. pag. 168. Wouwer. de Polymat. cap. VII.

150. *Diſſentit.*] *Diſſenſit*; V. C. Alm. Voſſ. prim. tert.

151. *Illa vero linearis.*] Jam de Geometria peculiariter appellata loquitur, quæ circa formarum deſcriptiones verſatur; cujus pars quædam appellatur γεωδαισία, quæ docet terrarum menſurationem. TURNEB.

152. *Linearis ratio.*] Ὁ γραμμικὸς λόγος, γραμμικὴ μέθοδος, ἡ γραμμικὴ ἀπόδειξις, de qua mox. CAPPER.

153. *Et ipſa.*] Τὸ & deeſt in Voſſ. tert.

154. *De terminis menſuriſque.*] Supple *agrorum*.

155. *Sunt lites.*] *Sint*; V. C. Alm.

156. *Ex prioribus.*] Geometræ optimo utuntur ordine; nimirum naturali & *ſyſtematico*. Nam primum axiomata, hypotheſes, & *poſtulata* ponunt; ex quibus ſequentia probant; quæ demum ut confeſſa ad aliorum probationem ſumuntur; atque ita deinceps. TURNEB.

157. *Et certis.*] Malim *ex certis*.

158. *Hanc artem.*] Nempe Geometriam.

159. *Dialectice.*] Τὸ dialectice vel eſt adverbium διαλεκτικῶς, vel ablativus τῇ διαλεκτικῇ, hoc eſt, dialectica; logica; conciſa videlicet argutaque demonſtrandi ratione. CAPPER.

160. *Nam & ſyllogiſmis.*] *Syllogiſmo*; Obrecht.

161. *Et certe.*] Id eſt, *& ſaltem*

162. *Denique probationum.*] *Apodixis* ſyllogiſmus eſt certiſſimus, qui neceſſariis conſtat. Eo plurimum utuntur Geometræ, adhibitis interim deſcriptionibus linearum. Hinc factum eſt, ut probationes omnes certiſſimæ, appellarentur ἀποδείξεις γραμμικαί. TURNEB.

163. *Græce ἀποδείξεις.*] *Demonſtratio* eſt genus argumentationis philoſophorum proprium, ut plane in poſterioribus *Analyticis* probat Ariſtoteles: hic autem ſenſus integer hactenus fuit judicatus; ſed mihi ſine menda minime eſſe videtur. Quid enim ad propoſitum facit, ſi probationum potentiſſimæ vulgo *apodixes* Græce dicuntur? Profecto nihil; cum nos non hortetur hoc loco Fabius, ut Græcis literis incumbamus. Quare non *Græce*, ſed γραμμικαί, hoc eſt *lineares*, legendum eſſe, vel repugnantibus exemplaribus, aſſerere non dubitarim. Atque eo magis, quod Fabius ipſe alibi huic noſtræ correctioni adſtipulatur. Nam in quinto hujus operis volumine cap. 10. ubi de argumentis tractat, ſic *apodixin* definit. *Apodixis eſt evidens probatio, ideoque apud Geometras* γραμμικαὶ ἀποδείξεις, *dicuntur*: ſi ergo potentiſſimæ probationum dicuntur γραμμικαὶ ἀποδείξεις, hoc eſt, *lineares demonſtrationes*, de quibus ſola Geometria tractat, oratori danda eſt opera Geometriæ; cum oratio nihil aliud, quam probationem petat: *Grammicæ* autem ἀπὸ τῆς γραμμῆς, hoc eſt, a *linea* dicuntur: lineæ vero puncta, & ſuperficies, Geometriæ elementa

cuntur. Quid autem magis oratio, quam probationem petit? Falſa quoque [164] veriſimilia, Geometria ratione deprehendit. Fit hoc & in numeris per quaſdam quas [165] ψευδογραφίας vocant, quibus pueri ludere ſolebamus. Sed alia majora ſunt. Nam quis non ita proponenti credat: [166] Quorum locorum extremæ lineæ eandem menſuram colligunt, eorum ſpatium quoque, quod his lineis continetur, par ſit, neceſſe eſt? [167] At id falſum eſt. [168] Nam plurimum refert, [169] cujus ſit formæ ille circuitus; [170] reprehenſique a Geometris ſunt hiſtorici, [171] qui magnitudines inſularum ſatis ſignificari navigationis ambitu crediderunt. Nam, ut quæque forma perfectiſſima, ita capaciſſima eſt. [172] Ideoque illa [173] circumcurrens linea, [174] ſi efficiat orbem, quæ forma eſt in planis maxime perfecta, amplius ſpatium complectetur, [175] quam ſi quadratum [176] paribus oris efficiat. Rurſus quadrata triangulis, triangula ipſa [177] plus æquis lateribus, quam inæqualibus. Sed alia forſitan obſcuriora: nos facillimum etiam imperitis [178] ſequamur experimentum. [179] Jugeri menſuram, ducentos & quadraginta longitudinis pedes eſſe, dimidioque [180] in latitudinem patere, non fere quiſquam eſt, qui ignoret; &, [181] qui ſit circuitus, & [182] quantum campi claudat, colligere expeditum. [183] At centeni & octogeni in quamque partem pedes, [184] idem


eſſe conſtat. REGIUS. *Græce apodixis;* Locat.

164. *Veriſimilia.*] *Veris ſimilia;* V. C. Alm.


165. ψευδογραφίας.] Accipio ψευδογραφίας a Fabio dici fallacias in ſubductionibus rationum. Ex. g. Duodecim diebus debentur ſingulis vini amphoræ quatuor: quot amphoræ debentur tribus? colliges de regula, unam deberi. At ſi ita propones, diebus quatuor conficient meſſem duodecim meſſores, quot conficiunt diebus ſex? cum ſit veritas, deberi ſex dimidium temporis amplius, quam duodecim, regula calculationis uſitata dimidio minus dabit. CAMERAR. ψευδογραφίαι, deſcriptiones ſunt quædam tum in Geometria, tum in Arithmetica, quæ, quanquam in ſpeciem veræ videntur, falſæ tamen ſunt: hinc videtur Ariſtoteles in *Elench.* ſophiſticis lib. 1. cap XI. hauſiſſe ſyllogiſmum *pſeudographum*, qui ſit ex principiis male intellectis. TURNEB. In cujus verbis pro τῷ *pſeudographum*, lubens legerem *pſeudographumenum*, vel *pſeudographumenon;* Ariſtoteles enim in 1. *Topic.* dixit ψευδογραφεῖν. CAPPER. ψευδογραφίας.] De his lege Ariſtotel. 1. Topic. cap. 1. 8. Topic. cap. 1. & 10. de Sophiſtic. *Elench.* Lib. cap. XI. Græcum Ariſtotelicæ Rhetorices Interpretem a Neobario editum fol. 4. w. (ubi τὰ ψευδογραφήματα memorat tanquam Geometriæ propria) Origenem contra Celſum initio lib. 1. pag 4. edit. Anglic. & Græcum Franciſci Porti Theſaurum in τῷ ψευδογράφημα. CAPPER.

166. *Quorum locorum.*] In planis Geometriæ figuris circulus eſt perfectiſſimus & capaciſſimus, in ſolidis globus & ſphæra: itaque reliquæ figuræ, prout magis, aut minus ad has formas accedunt, magis aut minus ſunt capaces. Non igitur ſolum ad ambitum reſpicere oportet; ſed etiam ad figuræ rationem. TURNEB.

167. *At id falſum eſt.*] Ut patet vel hoc exemplo,



ubi τὸ quadrangulum ambientes lineæ continent 50. cum τῷ quadrati lineæ nonniſi 20. contineant. Et tamen ſpatium quadrati τῷ τῷ quadranguli oblongi ſpatio æquale eſt, unoque amplius. Item ſi conſtruas quadrangulum oblongum, cujus longitudo ſit pedum 19. & latitudo unius, ejus area 19. ſolummodo pedes continebit. Atqui tamen linea quadrangulum illud oblongum ambiens æqualis eſt lineæ ambienti quadratum, quod 100. pedes contineat. Nam linea quadratum hujuſmodi ambiens continet 40. totidem porro habet linea quadrangulum illud oblongum ambiens. Nam bis 19. & bis unum, tot conficiunt quot quater decem: oculis ipſis rem ſubjiciet præſens diagramma.



Hoc exemplum mox afferet Fabius. CAPPER.

168. *Nam plurimum.*] *Primum;* MSS. Bodl. Bal. Alm. Locat. Colon. Sich. Baſil. marg. Voſſ. Bern.

169. *Cujus ſit formæ.*] Seu figuræ; an oblongæ, an quadratæ, an trapezicæ, an triangularis, &c. CAPPER.

170. *Reprehenſique.*] In hoc quoque vitium pluribus locis incidit Plinius; ut lib IV. cum ſcribit *Ithacam patere circuitu viginti quinque millia paſſuum; Cephaleniam vero quadraginta quatuor millia:* nam magnitudinem ex ambitu colligere non poſſis, niſi figuram teneas. TURNEB. Ex Polyb. lib. 9. Thucyd. lib. VI. Proclus comment. in 1. Euclid. Element. lib. 3. comment. 8. & lib. 4. comment. 11. PITHOEUS.

171. *Qui magnitudines.*] *Quia;* MSS. Bal. Alm. Andr. *Magnitudines.*] *Magnitudinem;* MSS. Bal. Alm. Andr. Ven. Locat. Ald. Sich. Gryph. Colin. Voſſ. ſecund.

172. *Ideoque illa.*] *Ideoque circumcurrens linea, ſi efficiet orbem;* MSS. Bodl. Bal. Ald. Vaſc. Sich.

173. *Circumcurrens linea.*] Περιφερής. Vulgo circumferentia.

174. *Si efficiet.*] *Efficiat;* V. C. Alm. Obrecht.

175. *Quam ſi quadratum.*] Si enim quatuor τῷ quadrati latera in unam circularem lineam redegeris, comprehenſus ea linea circulus majorem aream continebit, quam illud quadratum. CAPPER.

176. *Paribus oris.*] Id eſt, æquali ambitu, circuitu. CAPPER.

177. *Plus æquis lateribus.*] Hoc eſt, triangula ſpatium amplius complectentur, ſi fuerint æquilatera, quam ſi ſcalena, aut iſoſcele. CAPPER.

178. *Sequamur.*] *Sequimur;* Voſſ. prim.

179. *Jugeri menſuram.*] Jugerum complectitur duos actus quadratos, qui efficiunt ducentos quadraginta pedes longitudinis, centum viginti latitudinis. TURNEB. Vide Car. Steph. Prædium ruſticum pag. 416. ALMELOV.

180. *In latitudinem.*] *In latitudine;* Ald. Baſil.

181. *Qui ſit circuitus.*] Eſt pedum 720. Nam duæ longitudines faciunt 480. & duæ latitudines 240. ſumma igitur erit 720. CAPPER.

182. *Quantum campi.*] Id eſt, areæ, ſuperficiei, τοῦ ἐπιπέδου; habet enim pedes 28800. quæ ſumma exurgit ex multiplicatione τῷ 240 per τὸ 120 CAPPER.

183. *At centeni.*] *Ac;* V. C. Alm.

184. *Idem ſpatium extremitatis.*] Nam quater 180. con-

ſpatium extremitatis, ſed [185] multo amplius clauſæ quatuor lineis areæ faciunt. Id ſi computare quem piget, [186] brevioribus numeris idem diſcat : nam deni [187] in quadrum pedes, quadraginta [188] per oram, [189] intra centum erunt. [190] At ſi quinideni per latera, quini in fronte ſint; ex illo, quod amplectuntur, [191] quartam partem deducent eodem circumductu. [192] Si vero porrecti utrinque undeviceni [193] ſingulis diſtent, [194] non plures intus [195] quadratos habebunt, quam per quot longitudo ducetur: quæ circumibit autem linea, ejuſdem ſpatii erit, cujus ea [196] quæ centum continet. Ita quidquid formæ quadrati detraxeris, [197] amplitudini quoque peribit. Ergo etiam id fieri poteſt, ut majore circuitu minor loci amplitudo claudatur. [198] Hoc in planis. [199] Nam in collibus vallibuſque etiam imperito patet, [200] plus ſoli eſſe, quam [201] cœli. [202] Quid? quod ſe eadem Geometria tollit ad rationem uſque mundi, in qua, cum ſiderum certos conſtitutoſque curſus [203] numeris docet, diſcimus nihil eſſe inordinatum atque fortuitum: quod ipſum nonnunquam pertinere ad oratorem poteſt. [204] An vero, cum Pericles Athenienſes Solis obſcuratione territos, redditis ejus rei cauſſis, metu liberavit; aut cum [205] Sulpitius ille Gallus in exercitu L. Paulli de Lunæ defectione diſſeruit, ne velut prodigio divinitus facto militum animi terrerentur, [206] non videtur eſſe uſus oratoris officio? Quod ſi Nicias in Sicilia ſciſſet, non eodem confuſus metu pulcherrimum Athenienſium exercitum [207] perdidiſſet; ſicut [208] Dion, cum ad deſtruendam Dionyſii tyrannidem venit, non eſt tali caſu deterritus. Sint [209] exempla licet uſus bellici, tranſeamuſque, quod [210] Archi-

ficiunt etiam 720. CAPPER. *Spatium extremitatis.*] In quibuſdam exemplaribus *exterminant* recte legitur, hoc eſt, determinant ac deſignant. REGIUS. *Exterminant*; MSS. Bodl. Bal. Andr. *Extra terminant*; Obrechti codex.

185. *Multo amplius clauſæ quatuor lineis areæ faciunt.*] Nam quadratus numerus τοῦ 180. conficit 32400. quæ ſumma longe ſuperat τὴν τοῦ 28800. Hæc porro vocabula *clauſæ .... areæ* ſunt in genitivo caſu, ita ut ſenſus hujuſmodi ſit. *Faciunt multo amplius ſpatium illius areæ, quæ intra quatuor lineas continetur, clauditur &c.* CAPPER. *Magis diviſæ.*] Pro illo *magis*, fortaſſe *majus* legendum eſt; ut ad *ſpatium* referri poſſit. REGIUS. *Amplius.* Ald. Steph. Gryph. Colin. Oxon. Obr. *clauſæ* quoque MS. Bal. Andr. Venet. Ald. Sich. Vaſc. marg. Gryph. & Steph. *cluſa*; MS. Joan. Voſſ. Obrecht.

186. *Brevioribus numeris.*] *Numeris* non habet Argent. Obrechti codex.

187. *In quadram*] *In quadrum*; Steph. Voſſ. ſecund. quæ lectio altera præſtare nobis viſa eſt; quod ἡ *quadra* non fere dicatur, niſi de menſario inſtrumento & pane. CAPPER.

188. *Per Oram.*] Id eſt, per circuitum, ambitum. Et ſane quater deni faciunt 40. CAPPER.

189. *Intra centum erunt.*] Nam quadratus τοῦ 10. numerus eſt 100 CAPPER.

190. *At ſi quinideni.*] Si enim duo latera parallela pedes 15. habuerint, & duo reliqua pedes 5. eumdem ſemper efficient circuitum, videlicet pedum 40. nam bis 15. ſeu 30. & bis 5. ſeu 10, faciunt 40. CAPPER.

191. *Quartam partem deducent.*] Nam τὸ 15. multiplicatum per τὸ 5. producit 75. quæ ſumma æquivalet τοῦ 100. dempta parte quarta, ſeu 25. CAPPER.

192. *Si vero porrecti utrimque undeviceni.*] Supple *pedes*; & vide ſecundam figuram in ſupra notatis, ubi Mathematicam hanc hypotheſim expoſuimus. CAPPER.

193. *Singulis diſtent.*] Supple *pedibus*, id eſt, unicum in latitudine pedem habeant. CAPPER.

194. *Non plures .... quam per quot longitudo ducetur.*] Id eſt, hæc area, hoc ſpatium erit omnino pedum quadratorum 19. CAPPER.

195. *Quadratos.*] Supple *pedes.* CAPPER.

196 *Quæ centum continet.*] Supple *pedes quadratos.* CAPPER.

197. *Amplitudini.*] Id eſt, ut nunc loquimur, capacitati τῆς areæ. Cæterum Joannes Buteo (de Borcon) inſignis Mathematicus, ex religioſo ſancti Antonii Ordine, inter plura opuſcula unum compoſuit, cui titulus erat: *Explanatio ad Quinctiliani locum Geometricum.* Sed an editum fuerit hoc opuſculum, neſcio Thuanus enim ad an. 1564. ſcribit Buteonis opera partim in lucem emiſſa fuiſſe, partim a plagiariis ſuppreſſa. CAPPER.

198. *Hoc in planis.*] *Hæc*; MSS. Bodl. Joan. Bal. Andr.

199. *Nam in collibus.*] Collis, cum ſit conglobatus, tantum duntaxat cœli occupat, quantum complectitur diameter: ſi autem illa collis ſuperficies globoſa, & illa rotundatio extenderetur, longe plus occuparet. TURNEB.

200. *Plus ſoli eſſe quam cœli.*] Quoniam videtur duntaxat occupare quod eſt in dimetiente & latitudine rotunda. TURNEB.

201. *Cœli.*] Offuſum aërem video quoſdam hoc loco cœlum accepiſſe: ſed ut mihi hoc non arridet, ita quod melius afferam, non habeo. CAMERAR.

202. *Quid? quod ſe.*] Aſtrologia eſt duplex; nam altera verſatur circa aſtrorum curſus, de qua loquitur Fabius; altera circa judicia, quæ ab aſtris petuntur: quæ quidem legibus eſt interdicta. TURNEB.

203. *Numeris docet.*] *Numerus*; Voſſ. prim.

204. *An vero.*] Cum Pericles bello Peloponneſiaco ſolvere e portu Athenienſi pararet, facta eſt ſolis eclipſis: ſed reddita cauſa, Athenienſes, qui hoc in prodigium vertebant, metu liberavit. TURN. De Pericle Galloque Sulpitio exempla ſunt apud Valerium lib. 8. cap. 11. De Nicia, Thucydides lib. 7. CAMERAR. Plutarch. in vita Periclis. REGIUS.

205. *Sulpitius.*] De hoc Cicer. in Brut. cap. 20 C. Sulpicius Gallus, qui maxime omnium nobilium Græcis literis ſtuduit, iſque & oratorum in numero eſt habitus, & fuit in reliquis rebus ornatus & elegans. Vid. Plin. 11. 12. IDEM. Pridie quam P. Æmilius cum Perſe rege Macedoniæ confligeret, facta eſt lunæ eclipſis. Productus in concionem ab imperatore Sulpitius Gallus, defectus cauſas aperuit, & milites metu liberavit, poſtridieque ſuperatus fuit Perſes. TURNEB. In aſtrologia multum operæ & curæ poſuiſſe C. Sulpicium Cicer. 1. de Offic. 6. ſcribit.

206. *Non videtur eſſe uſus.*] *Non videntur eſſe uſi*; MSS. Bal. Alm. Andr.

207. *Perduxiſſet.*] *Perdidiſſet*, ut legatur, verus ſenſus exigit: hoc vero narrat Thucydid. lib. VII. & Plinius lib. II. REGIUS. *prodidiſſet*; MS. Bodl. Andr. ita ſæpe has voces confuſas patet ex notis Heinſ. ad Ovid. IV. Faſt. 715. & *prodere* idem ſæpe ſignificare quod perdere, docuerunt Matthias Berneg. & Vorſt. ad Juſt. XIX. 3. & Gronov. III. Obſ. 20. BURMAN.

208. *Dion.*] Vide Plutarch. in vita Dionis. pag. 538.

209. *Extra licet.*] Quid ſibi velit hoc loco Fabius mihi parum liquet, ſi *extra* legatur; neque enim aut ſenſui, aut orationi congruit. Quod quidem a quoquam Profeſſorum hactenus non eſſe animadverſum, ſane quam miror; cum & flagitium grande ſit librariorum imperitia admiſſum; qui illud *extra* tribus literis ſcriptum, ita ut *a.* vocalis *x.* literæ ſuperponeretur, experientes, putaverunt *extra* ſignificare; cum τὸ *exempla* etiamnum a notariis ita ſcribatur: quare non *extra*, ſed *exempla* integritas ſenſus expoſcit: itaque, etiam refragantibus omnibus, quæ ego viderim, exemplaribus, legendum eſt. REGIUS. *Extra*; V. C. Almel. Locatel. Ald. & margo Gryphii. Voſſ. tert.

210. *Archimedes unus*] Archimedes Syracuſanus, optimus mathematicus, atque idem mechanicus: hic ſuis

medes unus obſidionem Syracuſarum in longius traxit: illud utique jam [211] proprium eſt ad efficiendum quod intendimus, plurimas quæſtiones, [212] quarum difficilior alia ratione explicatio eſt, ut de ratione [213] dividendi, [214] de ſectione in infinitum, [215] de celeritate augendi, linearibus illis probationibus ſolvi ſolere; ut, ſi eſt oratori (quod [216] proximus demonſtrabit liber) de omnibus rebus dicendum, nullo modo ſine Geometria eſſe poſſit orator.

machinis ſolus exercitui Marcelli reſtitit, ut ſcribit Plutarchus & Livius. TURNEB.

211. *Proprium eſt.*] *Eſt* non habet V. C. Alm. & mox idem *plurimas quæſtiones.*

212. *Quibus difficilior.*] Pro *quibus*, niſi *quarum* legatur, & pro *explicatione*, *explicatio eſt*, ſenſus minus percipietur. Hujuſmodi autem quæſtiones ab iis potiſſimum tractantur, qui nunc calculatores vocantur. REGIUS. *Quibus;* V. C. Alm. Locat. Ald. marg. Baſil.

213. *Dividendi.*] Ita legendum, non *videndi*, ut quidam ad *opticen*, quæ *perſpectiva* dicitur, referentes. Lineares autem probationes Fabius vocat, quas paulo ante *grammicas apodixes* [γραμμικὰς ἀποδείξεις] appellavit. REGIUS. *Videndi;* Ald. margo Baſil.

214. *De ſectione in infinitum.*] Numerus amplificatione eſt infinitus, continuum vero diviſione; nam quod continuum eſt, in aliud rurſus continuum dividitur, atque ita deinceps in infinitum. TURNEB.

215. *De celeritate augendi.*] *Augenda;* Voſſ. prim. ſecund. Bern.

216. *Proximus liber.*] Capite de materia Rhetorices; quod eſt ultimum lib. 2. PHILAND.

CAPUT XI.

De prima pronuntiationis & geſtus inſtitutione.

XIX. [1] DANDUM aliquid Comœdo quoque, dum eatenus, qua pronuntiandi ſcientiam futurus orator deſiderat. Non enim puerum quem [2] in hoc inſtituimus, femineæ vocis exilitate frangi volo, aut [3] ſeniliter tremere. Nec vitia ebrietatis effingat, [4] nec ſervili vernilitate imbuatur; nec amoris, avaritiæ, metus diſcat affectum: quæ neque oratori ſunt neceſſaria, & mentem, præcipue in ætate prima teneram adhuc & rudem, inficiunt. Nam frequens imitatio tranſit in mores. Ne geſtus quidem omnis ac motus a Comœdis petendus eſt. Quanquam enim utrumque eorum ad quemdam modum præſtare debet orator; plurimum tamen aberit a ſcenico, nec [5] vultu, nec manu, [6] nec excurſionibus [7] nimius. Nam, ſi qua in his ars eſt dicentium, ea prima eſt, [8] ne ars eſſe videatur. [9] Quod eſt igitur in his doctoris officium? In primis [10] vitia, ſi qua ſunt, oris emendet; ut expreſſa ſint verba, ut ſuis quæque literæ ſonis enuntientur. Quarumdam enim vel [11] exilitate vel pinguetudine nimia laboramus, quaſdam [12] velut acriores [13] parum efficimus, & aliis [14] non diſſimilibus, ſed quaſi hebetioribus per-

1. *Dandum aliquid Comœdo.*] Comœdus actorem Comœdiæ ſignificat. Comœdi porro peritiſſimi erant * pronunciationis & * geſtus: itaque, ut oratoris geſtus & vox ab illis formetur, perſcribit: ita tamen ut mediocritatem orator ſervet, nec, more Comœdi, perſonarum mores & geſtus undique effingat. TURNEB.

2. *In hoc inſtituimus.*] *In hoc loco;* MS. Joan. Voſſ.

3. *Seniliter tremere.*] Hoc dicit propter *mimos ethologos*, qui perſonæ, quam ſuſtinent, mores, verba, geſtum imitantur: quod in oratore vitioſum eſt. TURNEB. Idem lib. XI. 3. hoc culpat in comœdis. Vide quæ de tremula voce collegit accuratiſſimus Tibulli interpres, lib. 1. eleg. v. 49.

4. *Nec ſervili vernilitate imbuatur.*] Senec. lib. 2. de Benefic. cap. 11. *Et hæc ipſa non verniliter; nec ea figura &c.* Lipſius *verniliter* exponit, blande & cum adulatione. Quem vide & Obſopæum. PAREUS.

5. *Nec vultu nimius,*] Id eſt, ne ſit orator nimis vultuoſus, ne affectet certas quaſdam vultus, vel faciei conformationes. De τῶ *vultuoſus* & *vultuoſe* vide Theſaur. Ling. Latin. CAPPER.

6. *Excurſionibus.*] Per *excurſiones* intelligit quaſdam procurſiones, quas breves & raras debet efficere orator, ut diſcurrere non videatur: permittit quoque Fab. oratori, ut aliquando ambulet. TURNEB.

7. *Nimius.*] *Nimiis;* Locat. Steph.

8. *Ne ars eſſe.*] *Ne ars eſſe videatur quod eſt. Igitur hujus doctoris officium eſt;* MS. Bodl. Vide lib. IV. cap. 2.

9. *Quod eſt igitur in his.*] *Quod eſt igitur hujus doctoris officium;* MSS. Joan. Bal. Alm. Andr. Locat. Gryph. Colin. marg. Baſil. Voſſ. prim. tert.

10. *Vitia, ſi qua ſunt oris, emendet.*] Duo ſunt in primis oris vitia; quorum altero peccantes *iſchnotetas* vocat alibi Fabius, quum gracilis eſt nimium, & tenuis literæ enuntiatio; alterum vitium *plateaſmum* appellavit idem, a vocis pinguedine. Quomodo qui loquitur, & curioſius gutture utitur, λαρυγγίζειν Græce dicitur. Qua de re ſcitu digniſſima profert Cælius Rhodiginus, Antiquar. Lect. lib. 13. cap. 1. pag. 567. 568. Ciceron. lib. 1. de Orat. Dionyſ. Halicarnaſſ. in arte. PAREUS.

11. *Exilitate.*] Significat ἰσχνότητα, quæ vocem exiliter pronuntiat; πλατειασμὸν, cum diducto rictu pinguius & vaſtius enuntiamus. TURNEB. *Exilitate, vel pinguetudine.*] Lege Velium Longum in veterib. Grammat. Putſch. pag. 2235. ubi de exilitate τῦ vocalis I. & pinguetudine τῦ V. CAPPER.

12. *Velut acriores.*] Hoc vitium eſt τραυλότης, id eſt, *blæſitas*, cum literam aliquam pronuntiare non poſſumus: huc referri debet Alcibiadis *lambdaciſmus*. TURNEB.

13. *Parum efficimus.*] MS. Palat. membranaceus; *Quaſdam velut acriores parum efflamus.* Probo: niſi quis malit, *efflamur. Efficere* hic ſtare non poteſt: ſi tamen exponas *abſolvere*, vel abſolure pro *proferre atque pronunciare*, utcunque tolerabile erit. Sic *verba exigere* lib. XI. cap. 3. *Dilucida vero erit pronunciatio, primum ſi verba tota exegerit, quorum pars devorari, pars deſtitui ſolet, pleriſque extremas ſyllabas non proferentibus, dum priorum ſono indulgent.* Hinc *præpinguis vox* lib. XI. cap. 1. Sic *exprobrans* ibidem: *Nam opus eſt omnibus, ſicut non oris modo ſuavitate, ſed narium quoque, per quas, quod ſupereſt, vocis egeritur* (MS. *egreditur*) *dulcis tamen eſſe debet, non exprobrans.* GEBHARD. lib. 11. crep. 3. *Efferimus;* marg. Steph. & Gryph. ſed Baſil. in textu. Nihil vero mutandum docet Gronov. ad Senec. de ira 1. 3. *Acriores* autem eleganter dicuntur; *R* enim canina litera, & canes proprie *acres* dicuntur, cum irritati latrant. Vide ad Phædr. III. 7.

14. *Non diſſimilibus.*] Nam cognatæ literæ facile invi-

mutamus. Quippe [15] P. litera, qua Demoſthenes quoque laboravit, Λ ſuccedit; [16] quarum vis eſt [17] apud nos quoque. [18] Et, cum *C* ac ſimiliter *T* non valuerunt, [19] in *G* ac *D* molliuntur. Ne illas quidem circa *S* literam [20] delicias hic magiſter feret, [21] nec verba [22] in faucibus patietur audiri, [23] nec oris inanitate reſonare; nec, quod minime ſermoni puro conveniat, ſimplicem vocis naturam pleniore quodam ſono [24] circumlinire, quod Græci [25] *κατάπεπλασμένον* dicunt: ſic appellatur cantus tibiarum, quæ præcluſis, quibus clareſcunt, foraminibus, recto modo exitu graviorem ſpiritum reddunt. [26] Curabit etiam, ne extremæ ſyllabæ intercidant, ut par ſibi ſermo ſit; [27] ut quoties exclamandum erit, [28] lateris conatus ſit ille, non capitis; ut geſtus ad vocem, vultus ad geſtum accommodetur. Obſervandum erit etiam, [29] ut recta ſit facies dicentis, ne labra [30] diſtorqueantur, ne immodicus hiatus [31] rictum diſtendat, ne ſupinus vultus, ne dejecti in terram oculi, ne [32] inclinata utrolibet cervix. Nam frons pluribus generibus peccat. [33] Vidi multos, quorum ſupercilia ad ſingulos vocis conatus allevarentur, aliorum conſtricta, aliorum etiam diſſidentia, cum altero in verticem tenderent, altero pene oculus ipſe premeretur. Infinitum autem, [34] ut mox dicemus, in his quoque rebus momentum eſt. Et nihil poteſt placere, quod non decet. [35] Debet etiam docere comœdus, quomodo narrandum, qua ſit auctoritate ſuadendum, qua concitatione [36] conſurgat ira, [37] qui flexus deceat miſerationem. Quod ita optime faciet, ſi certos ex comœdiis elegerit locos, & ad hoc maxime idoneos, id eſt, [38] *actionibus* ſimiles. Iidem autem non ad pronuntiandum modo utiliſſimi, verum ad augendam quoque eloquentiam maxime accommodati

cem permutantur; cujuſmodi ſunt *liquidæ* L, R;
mutæ β, π,
γ, κ,
δ, τ,
ut mox exponet Fabius. CAPPER.

*15. *P litera.*] *Et rho*: V. C. Alm. Voſſ. tert. & mox *Lambda.*

16. *Quarum vis.*] Id dicit propterea, quod Latini in quibuſdam verbis, *r* mutabant in *l*, unde *Pellucidus* dicitur pro *Perlucidus*; vel quod etiam nonnulli qui blæſi erant, *r* mutabant in *l*. TURNEB.

17. *Apud nos quoque.*] Sic *nigellus* ex τοῦ *niger*: *umbella* ex *umbra*. Vide Voſſii Etymologicum. CAPPER.

18. *Et cum C ac ſimiliter T.*] Vel ſignificat quoſdam vitioſe pronunciare, ut antea quoque; vel etiam innuit literas quaſdam nonnunquam emolliri; ut, cum dicimus *Cneus*, vel cum Græci *τ* pronunciant poſt *ν*, ut *δ*. TURNEB. ſcribe *& cum C ac ſimiliter T non valuerunt, in G & D molliuntur*: ut ſit mutatio tenuium in * medias, quæ ſpiritus participes ſunt, tametſi obſcurioris: litera autem, quo plus habet ſpiritus, eo eſt auditu pulchrior, ut dicit capite de ornatu. Vide Halicarn. in art. PHILANDER. Vide Auſ. Popm. de uſu Antiq. locut. lib. I. cap. III. ALMELOV.

19. *In G ac D molliuntur.*] *Demolliuntur*: V. C. Alm. & Voſſ. ſec. forte *emolliuntur*. *In G ac D molliuntur.*] Hinc *quingenti*, pro *quincenti*; hinc *quadrum* ἀπὸ τοῦ *quatuor*; & Græcis *δέγμα* a *δεικέω*; *ἴνδημος* ab *ἰκνῶ*. CAPPER.

20 *Delicias.*] Innuit vitium, quod appellatur *Polyſigma*, cum *s* productiore ſibilo enunciatur. TURNEB. Alludit ad metrum hoc Euripidis in Medea Act. 3.

Ἔσωσά σ᾽ ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι,

ubi Σ litera crebrius geminatur: quod a Platone & Eubulo Poëtis Comicis irriſum tradunt veteres. Plura doctiſſime, ut ſolet, Joannes Brodæus, Miſc. lib. III. cap. 14. Porro non minus ridendi veteres illi Spartiatæ, qui omnes orationis delicias averſati, caninam literam Ρ, literæ Σ anteponebant; ut arguit vetus ψήφισμα, quo urbe pulſus Timotheus. Adfert id Boëthius lib. I. de Muſica, ſed inquinatiſſimum: certatim emendarunt viri magni, Paulus Leopardus, Emend. lib. VIII. cap. 14. Iſaac. Caſaubonus ad Athen. lib. VIII. cap. 11. Joſeph. Scaliger ad Manil. pag. 426. edit. 2. Salmaſius de Ling. Hellen. pag. 81. & in Epiſtolis; Iſmael Bullialdus ad Theonem Smyrnæum. Quibus adcedens Joh. Seldenus, qui lib. II. de Synedriis Hebræorum teſtatur, ſe diſſertationem ſingularem ſcripſiſſe de hoc Laconum decreto: ſed hæc, opinor, nunquam vulgata eſt. COLOMESIUS. Hæc fere Voſſio ſublegit Colomeſius ex Inſtit. Orat. lib. IV. cap. 11. § 3. cæterum *ne puero illas quidem*; Locatel. Ald. Gryph. Coln. & Baſil.

21. *Nec verba.*] *Ne*; Ald.

22. *In faucibus.*] Appellatur hoc vitium *gargariſmus* & *laryngiſmus*, cum vox in ipſo gurgulione & gula auditur: *κοιλοστομία* a Fabio dicitur, cum verba ex oris concavitate audiuntur. TURNEB.

23. *Nec oris inanitatem ſonare.*] *M* litera expuncta, *inanitate* videtur legendum. REGIUS. *inanitatem*: Ven. Locat. Ald. *inconcinnitate*: MS. Bodl. Legerem *oris incavitate* ſi vox ea auctoritatem haberet.

24. *Circumlinire.*] *Circumvenire*: Voſſ. ſecund.

25. *Καταπεπλασμένον.*] Hujuſcemodi vox efficitur, quando ore pene præcluſo gravis & fuſca vox erumpit, ut fieri ſolet in tibiis, præcluſis foraminibus. TURNEB. *καταπλασμὸν vocant*. Voſſ. *Καταπεπλασμένον.*] Vide Petitum in Miſcellaneis; itemque Voſſium, Inſtitut. Orator. tom. 2. pag. 516. CAPPER.

26. *Curabit etiam.*] Reprehendit eos, qui appellantur *colobotæ*, id eſt, decurtatores, qui extremas dictionum ſyllabas non patiuntur audiri; ſed eas devorant & deglutiunt. TURNEB. *curabunt*: MSS. Bodl. Bal. Ven. Ald. marg Baſil. Voſſ. tert. Bern.

27. *Ut quoties &c.*] Poſtea quam de voce tractavit, alteram pronunciationis partem, quæ poſita eſt in geſtu & motu, perſequitur ſingillatim per omnes corporis partes: qua de re plura ſcripta ſunt lib. XI. cap. 3. TURNEB.

28. *Laterum.*] *Lateris*: MSS. Joan. Bal. Andr. Ald. Obrecht. Voſſ. prim. ſecund. *Laterum.*] Id eſt, *pectoris, pulmonum*: quo ſenſu requiruntur in oratore firma latera. CAPPER.

29. *Ut recta ſit facies dicentis &c.*] Vide Lud. Creſollii Vacat. Autumn. lib. 2. ſect. 3. pag. 3. & ſeqq.

30 *Diſtorqueantur.*] *Detorqueantur*: MS. Joan. Ven. Locat. Gryph. Coln. Baſil. Voſſ. Bern. *torqueantur*: Andr. Male omnes. Terent. Eun. IV. 4.

Illud vide, os ut ſibi diſtorſit carnifex.

& *diſtortus vultus*, lib. VI. cap. 3. ſic *torquere faciem* ex Caſſio citat infra Fabius lib. V. cap. 11. BURMAN.

31. *Rictum diſtendat.*] *Rictus*: Voſſ. tert.

32. *Inclinata.*] *Declinata*: Voſſ. prim.

33. *Vidi multos, quorum ſupercilia.*] Vide Lud. Creſollii Vacat. Autumn. lib. 2. ſect. 3. & 4. pag. 191. &c. & Joh. Savaronis Comment. ad Sidon. Apoll. lib. 9. Epiſt. 9 pag. 558. Salmaſii in Tertull. lib. de Pallio, pag. 305. & 335. PAREUS.

34. *Ut mox dicemus.*] Lib. XI. cap. 3. de pronuntiatione. PHILAND.

35. *Debet etiam.*] Nunc quoque docet Fabius, quomodo pronunciatio debeat aptari ſingulis orationis partibus, & qua vocis inclinatione ſit concitandus affectus, aut ſedandus. TURNEB. Apud veteres nobilium pueri ſtatim ad Comœdum accedebant, maturi conſilii virum, & in agendo exercitatum; a quo infantiæ primis annis pronunciandi rationem capiebant. Creſollius, Vacat. Autumn. Præluſ. PAREUS.

36. *Conſurgat.*] Vide Cicer. III. de Orat. 58. ALMEL.

37. *Qui flexus.*] *Quis*: MSS. Bal. Almel. Andr. Ven. Locat. Ald. Gryph. Coln. Sich. Baſil. Voſſ. ſecund.

38. *Actionibus.*] Supple, *forenſibus*. CAPPER.

erunt. Et hæc, dum infirma ætas majora non capiet. Cæterum, cum legere orationes oportebit, cum virtutes earum jam ſentiet, tum mihi diligens aliquis ac peritus aſſiſtat; neque ſolum lectione formet, verum etiam [39] ediſcere electa ex his cogat, & ea dicere ſtantem clare, & quemadmodum agere oportebit; ut protinus [40] *pronuntiatione* vocem & memoriam exerceat. Ne illos quidem reprehendendos [41] putem, qui paulum etiam [42] palæſtricis [43] vacaverint. Non de his loquor, quibus pars vitæ [44] in oleo, pars [45] in vino conſumitur, qui [46] corporis cura mentem obruerunt (hos enim abeſſe ab eo quem inſtituimus, quam longiſſime velim) ſed nomen eſt idem iis, a quibus geſtus motuſque formantur; [47] ut recta ſint brachia, [48] ne indoctæ ruſticæve manus, ne ſtatus indecorus, [49] ne qua in proferendis pedibus inſcitia, ne caput oculique ab alia corporis inclinatione diſſideant. Nam nec hoc eſſe in parte *pronuntiationis* negaverit quiſquam, nec ipſam *pronuntiationem* ab oratore ſecernet. Et certe quod facere oporteat, [50] non indignandum eſt diſcere; cum præſertim hæc [51] *chironomia*, quæ eſt ([52] ut nomine ipſo declaratur) lex geſtus, & ab illis temporibus heroïcis orta ſit, & [53] a ſummis Græciæ [54] viris, & ab ipſo etiam [55] Socrate probata, [56] a Platone quoque in parte civilium poſita virtutum, & a Chryſippo in præceptis de liberorum educatione compoſitis non omiſſa. Nam Lacedæmonios quidem etiam [57] ſaltationem quamdam, tanquam ad bella quoque utilem, habuiſſe inter exercitationes accepimus. Neque id [58] veteribus Romanis dedecori fuit: argumentum eſt, [59] ſacerdotum [60] nomine ac religione durans ad hoc tempus ſaltatio: & illa in tertio Ciceronis de Oratore libro verba Craſſi, quibus [61] præcepit, ut orator utatur laterum [62] inclinatione forti ac virili, non a ſcena & hiſtrionibus, ſed ab armis, aut etiam a palæſtra; [63] cujus etiam diſciplinæ uſus in noſtram uſque ætatem ſine reprehenſione deſcendit. A me tamen nec ultra

39. *Ediſcere electa.*] Fabius quoque lib. 2. cap. 7. de ediſcendo, præcipit, ut pueri electos ex oratoribus & hiſtoricis locos ediſcant, tum ad vocis formationem, tum ad memoriæ confirmationem. TURNEB.

40. *Pronunciatione.*] *Pronunciationem, vocem, memoriam exerceat;* MSS. Bodl. Joan. Alm. *pronuntiationem, vocem & memoriam;* Ald. Voſſ. Bern.

41. *Putem.*] *Puto;* MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. Andr. Ald. Gryph. Baſil. Voſſ.

42. *Palæſtricis.*] *Palæſtra* nonnunquam Latinis ſignificat artem corpus exercendi, & luctandi: nonnunquam etiam ſignificat eam artem, quæ corporis geſtum conformat, quam qui docent, appellantur *palæſtrici*: hujus artis imperiti appellantur *apalæſtri*. TURNEBUS. Vide Fabium lib. 9. cap. 4. *Quos palæſtritas eſſe nolumus, peritos tamen palæſtræ eſſe volumus, non ἀπαλαίστρους.* Vide Lud. Creſollium, Præluſ. Vacat. Autumn. PAREUS.

43. *Vacaverint.*] *Vacaverunt;* Voſſ. ſecund. tert. Bern.

44. *In oleo.*] Alludit ad athletas, qui, antequam luctarentur, *ceromate*, id eſt, oleo ungebantur, ac mox pulvere conſpergebantur. TURNEB.

45. *Vino.*] Significat victum athleticum; nam athletæ cogebantur ſe ſaginare, ut major eſſet corporis moles: utebantur coliphio. TURNEB.

46. *Corporis.*] *Corporum;* MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. And. Ven. Locat. Ald. Voſſ. tert.

47. *Ut recta ſint brachia &c.*] Vide Lud. Creſollium, Vacat. Autumn. lib. 2. cap. 1. pag. 365. & ſeqq.

48. *Ne indoctæ, ruſticæve manus &c.*] Gebhardus Crepund. lib. 2. cap. 3. Fallit hæc lectio ſanitatis ſpecie. Alter MS. *Ut recta ſint brachia, ne inductæ ruſtice manus.* Alter membranaceus & vetuſtiſſimus: *Ut recta ſint brachia, ne inductæ ruſtice manus. Inducere* eſt Rhetorum, qui inter orandum manus inſerunt, & cum adverſario rixantes intendere incipiunt. Græci ἀνάγειν ſive ἀνατείνειν χεῖρας dicunt. Ovid 6. Metam.

Nec flecti cervix, nec brachia reddere geſtus;
Nec pes ire poteſt.

Fabius lib. 4. cap. 2. *At nunc velut campum nacti expoſitionis, hic potiſſimum & vocem flectunt, & cervicem reponunt, & brachium in latus reponunt, totoque & rerum, & verborum, & compoſitionis genere laſciviunt.* PAREUS. Andreæ editio etiam *ne inducta ruſtice manus*: quod nimis calide arripuit Gebhardus, vixque Latinum puto; cum *indoctæ manus* ſint, quæ nihil ex arte habent; ſed ſtatim ruditatem & ruſticitatem ejus, qui orationem habet, oſtendunt, nec unquam eum in his exercitationibus operam poſuiſſe: ſic in unaquaque arte exercitatæ manus, *doctæ* dicuntur; ut de tonſore Ovid. 1. Art. Am. 518.

Sit coma, ſit docta barba reſecta manu.

& 11. Amor. iv. de puella lyram pulſante;

Tam doctas quis non poſſit amare manus?

ſic *pollicem doctum* Claud. Conſ. Prob. 177. lanificæ peritiſſimæ tribuit: & Ovidius Citharœdo Apollini xi. Met. 169. & mille talia paſſim obvia, de quibus ad Val. Flacc. latius agemus. BURMAN.

49. *Ne qua in proferendis pedibus.*] Vide infra lib 2. cap. 3. Ludovic. Creſoll. Vacat. Autumn. lib. 2. cap. 12. ſect. 6. p. 391. PAREUS.

50. *Non indignandum.*] *Non indignum;* Vallæ liber; (quod probat Aſcenſius) Voſſ. ſecund.

51. *Chironomia.*] *Chironomia*, geſtus eſt ſaltationis geſticulatricis; eſt etiam lex geſtus & motus, quæ nomen ſortitur *a manuum lege* (χειρῶν νόμῳ) propterea quod illic maxima pars geſtus eſt poſita. TURNEB.

52. *Ut nomine ipſo.*] *Quæ eſt, in nomine ipſo declarata;* Gronov. ad Senec. 1. de Ira 3. *ita nomine ipſo declarata;* Codex Voſſii.

53. *A ſummis.*] Nam Epaminondas optime ſaltavit, ut refert Æmilius Probus. TURNEB.

54. *Viris.*] Odyſſ. 3. & 8. Iliad. 17.

55. *Socrate.*] Socrates in Sympoſio Xenophontis etiam fatetur, ſe domi ſaltaſſe. TURNEB. Socratem enim ſtudioſe συμμασκήσαι traditur. Xenoph. Ἀπομνημ. 1. τοῦ τε σώματος αὐτὸς οὐκ ἠμέλει, τούς τε ἀμελοῦντας οὐκ ἐπῄνει. De Gymnaſtica Plato lib. III. de legib. pag. 3. Lacedæmoniorum ſaltationem Πυῤῥίχην accipio. CAMERAR.

56. *A Platone.*] Plato in lib. de Rep. & de Legibus, multa de exercitatione corporis & ſaltatione ſcribit, & hac ut pueri inſtituantur, præſcribit. TURNEB.

57. *Saltationem quamdam.*] Vel intelligit *Pyrrhichen*, quæ ſaltatio erat armata & bellica: vel *dipodiam*, quæ (ut ſcribit Pollux) erat ſaltatio Laconica, fiebatque apto pedum motu & geſtu. TURNEB. Vide Cæl. Rhodigin. lib. 5. cap. 4. pag. 201. & ſeqq. Joh. Meurſ. Comment. in Lycophron. 159. PAREUS. Videatur & Meurſ. Lacon. lib. 11. cap. 12. ALMELOV.

58. *Veteribus Romanis.*] Nam tempore Ciceronis & Fabii probroſum erat ſaltare. TURNEB.

59. *Sacerdotum.*] Salios intelligit Sacerdotes, quos Numa Pompilius inſtituit, & Marti conſecravit. CAPPER.

60. *Nomine.*] *Nomen;* Ald.

61. *Præcepit.*] *Præcipit;* Voſſ. ſecund.

62. *Inclinatione.*] *Inflexione* in Cicerone ſcriptum eſt. PHILANDER.

63. *Cujus etiam.*] *Etiam* deeſt in V. C. Alm.

pueriles annos retinebitur, nec in his ipſis diu. Neque enim geſtum oratoris componi [64] ad ſimilitudinem ſaltationis volo, ſed ſubeſſe aliquid ex hac exercitatione puerili, [65] unde nos non id agentes furtim decor ille diſcentibus traditus [66] proſequatur.

64. *Ad ſimilitudinem ſaltationis.*] Noſter lib. 1. cap. 12. *Non comœdum in pronuntiando, nec ſaltatorem in geſtu facio* : & lib. XI. 3. *abeſſe enim plurimum a ſaltatore debet orator, ut ſit geſtus ad ſenſus magis, quam ad verba accommodatus.* Exemplum ſaltationis adducit Cicero in Bruto, cap. 62. de Sexto Titio, a quo ſaltatio quædam naſcebatur, cui *Titius* nomen eſſet. Idem lib. 1. de Orat. 59. *Tamen nemo ſuaſerit ſtudioſis dicendi adoleſcentibus in geſtu diſcendo hiſtrionum more laborare.* Vide multa elegantia apud Athen. lib. 1. cap. 19. ALMELOV.

65. *Unde nos non id agentes.*] Locus ex illo Tibulliano planiſſime adumbratus lib. 4. Carm. 2. verſ. 8.

Illam, quicquid agit, quoquo veſtigia flectit,
Componit furtim ſubſequiturque decor.

PAREUS.

66. *Proſequatur.*] *Perſequatur* ; MSS. Bal. Alm. Andr. Ven. Locat. Ald. Steph. *perſequitur* ; MS. Bodl.

CAPUT XII.

An plura eodem tempore doceri prima ætas poſſit.

QUÆRI ſolet an, etiam [1] ſi diſcenda ſint hæc, eodem [2] tempore XX.
tamen tradi omnia & percipi [3] poſſint. Negant enim quidam, quia [4] confundatur animus, ac fatigetur tot diſciplinis in diverſum tendentibus, ad quas nec mens, nec corpus, [5] nec dies ipſe ſufficiat; &, ſi maxime patiatur [6] hæc ætas robuſtior, [7] tamen pueriles annos onerari non oporteat. [8] Sed non ſatis perſpiciunt quantum natura humani ingenii valeat, [9] quæ ita eſt agilis & velox, ſic in omnem partem (ut ita dixerim) ſpectat, ut ne poſſit quidem aliquid agere tantum unum; in plura vero, non eodem die modo, ſed eodem temporis momento vim ſuam [10] impendat. [11] An vero citharœdi non ſimul & memoriæ, & ſono vocis & pluribus flexibus ſerviunt, cum interim alios nervos dextra [12] percutiunt, alios læva trahunt, continent, [13] probant; [14] ne pes quidem otioſus, certam legem temporum ſervat, [15] & hæc pariter omnia? Quid? nos [16] agendi ſubita neceſſitate deprehenſi, nonne alia [17] dicimus, alia providemus, cum pariter inventio rerum, electio verborum, compoſitio, geſtus, pronuntiatio, vultus, motuſque [18] deſiderentur? Quæ ſi velut [19] ſub uno conatu tam diverſa [20] parent ſimul, cur non [21] pluribus curis horas partiamur, cum præ-

Fabius optimo ordine & naturali, poſtea quam quæſtionem, an ſit, ſimpliciter tractavit, tractat nunc eam ex relatione. Ac primum more ſuo aliorum contradictiones ponit, quas deinde multis rationibus, ſimilitudinibus, exemplis confutat; ac demum colligit, etiam uno tempore multa eſſe diſcenda. TURNEB.

1. *Si diſcenda.*] *Diſcenda ſint hæc, non eodem* ; Vallæ liber. *Diſcenda ſunt* ; Voſſ. tert.

2. *Tempore tamen.*] *Tamen* non agnoſcunt MS. Bal. Andr. *non* ; MS. Joan. Voſſ. prim. tert.

3. *Poſſint.*] *Poſſunt* ; Voſſ. tert.

4. *Confundatur.*] Quia *pluribus intentus, minor eſt ad ſingula ſenſus*, ut vulgare proverbium inquit. Hoc idem animadvertiſſe Cyrus videbatur, *ſibi ſingulis illos effici praſtantiſſimos, qui animum a ſtudio rerum plurium revocantes, uni ſe totos darent.* Xenoph. lib. II. Cyrop. pag. 42. ALMEL.

5. *Nec dies ipſe ſufficiat.*] *Ipſe tempore ſufficiat* ; Locat. Ald. *ipſo tempore* ; marg. Baſil. *dies ſufficiat* ; Colin.

6. *Hæc ætas.*] *Hoc patiatur ætas* ; MS. Joan. Ald. Voſſ. Baſil. *hoc ætas patiatur* ; MS. Bodl. *patiatur hoc ætas* ; V. C. Alm. Obrecht.

7. *Tamen pueriles.*] *Tamen* deeſt in V. C. Alm.

8. *Sed non ſatis.*] Ἀντιπαράστασις eſt, id eſt, contraria propoſitio; ac primum illam partem ſolvit, quæ objiciebat mentem humanam non ſufficere tot diſciplinis diſcendis. TURNEBUS.

9. *Quæ ita eſt agilis.*] *Epicherema* ab adjunctis. TURNEB.

10. *Impendat.*] Alii *incendat*.

11. *An vero.*] *Citharœdi* ſunt, qui & citharam pulſant & accinunt: *citheriſtæ* autem, qui duntaxat pulſant, non etiam accinunt: ſolent autem dextra plectrum tenere, & eo nervos percutere, quod appellant *foris canere*: ſiniſtra autem chordas carpere, quod vocant *intus canere*. TURNEB. Hæc ex Aſcon. ad Cicer. 1. Verr. 20. ſed illud *intus canere* nondum ſatis planum eſſe puto, etiam poſt illa, quæ Ferratius lib. 1. Elect. 24. & Voſſius ad Catull. pag. 144. protulerunt.

12. *Percutiunt.*] *Percurrunt* ; MSS. Joan. Alm. Ald. Voſſ. prim. Baſil. quæ lectio ex ſimili locutione in textrina poſſet firmari. Virgil. 1. Geor. 254.

Arguto conjux percurrit pectine telas.

quod Homer. Iliad. α. 31. ἱςὸν ἐποιχομένην dixit. Ovid. IV. Metam. 275.

Quæ radio ſtantis percurrens ſtamina telæ.

BURMAN.

13. *Probant.*] *Præbent* ; MSS. Bodl. Bal. Alm. Andr. Ven. Ald. Voſſ. prim.

14. *Ne pes quidem otioſus.*] De pedum ictu & percuſſione apud veteres in pronuntiandis verſibus (quod & locum in citharœdis habuiſſe) fuſe & erudite, ut ſolet, Lud. Creſollius, Vacat. Autumn. lib. 2. cap. 12. ſect. 5. pag. 388. PAREUS. *Ne pes quidem.*] Id eſt, ne pes quidem citharœdorum otiatur; ſed temporum muſicorum legem ſervat. Jam vero pedum, manuumque percuſſione uſos fuiſſe veteres Muſicos in moderando cantu, patebit ad cap. 4. lib. 9. CAPPER.

15. *Hæc pariter omnia.*] Uno eodemque momento hæc omnia faciunt citharœdi. CAPPER.

16. *Agendi.*] Supple, cauſas in foro. CAPPER.

17. *Dicimus.*] *Diſcimus* ; Voſſ. prim. tert.

18. *Deſiderentur.*] *Deſideretur* ; Locat. Ald. Voſſ.

19. *Sub conatu.*] Lib. VI. cap. 4. *ſub conatu adverſarii.*

20. *Parent.*] Memorabile eſt in Quinctiliano verbum *parere*, quod eleganter uſurpat, cum actionem nulla difficultate molitam, ſed ſponte, & haud refractarie ſequacem ad effectum intelligi vult. Videtur mihi tranſlatio ſumpta a promtis militibus, qui ad nutum imperantis intenti mandata capeſſunt, antequam ultimam ſyllabam audierint pronuntiatam: ſimiliter Salluſtius *ſequi* verbum uſurpat: *res cunctæ ſtudiaque omnia noſtra, corporis alia, alia animi naturam ſequuntur* ; Gebh. II. crep. 4 Plura vide apud Broukh. ad Tibul. 1. eleg. x. v. 9. *patent* ; marg. Gryph & Baſil. Voſſ. prim.

21. *Plurimis curis.*] Editio Lugd. *pluribus horis diverſa patiamur*. Lectio putida & inanis, ſi vim alterius perpendas, &

ſertim reficiat animos ac reparet varietas ipſa, contraque ſit aliquanto difficilius in labore uno perſeverare? ideoque & [22] ſtylus lectione requieſcit, & ipſius lectionis tædium vicibus levatur. Quamlibet multa egerimus, quodam tamen modo recentes ſumus ad id quod incipimus. Quis non obtundi poſſit, ſi per totum diem cujuſcumque artis unum magiſtrum ferat? Mutatione recreabitur, [23] ſicut in cibis, quorum diverſitate [24] reficitur ſtomachus, & pluribus minore faſtidio alitur. Aut dicant iſti mihi, quæ ſit alia ratio diſcendi. [25] Si Grammatico ſoli deſerviamus, deinde [26] Geometræ tantum; omittamus interim quod didicimus, mox tranſeamus ad Muſicum, [27] excidant priora; &, quum Latinis ſtudebimus literis, non reſpiciamus ad Græcas; &, ut ſemel finiam, nihil faciamus, niſi noviſſimum; [28] cur non idem ſuademus agricolis, ne arva ſimul & vineta, & oleas, & arbuſtum colant? [29] ne pratis & pecoribus, & hortis, & [30] alvearibus accommodent curam? Cur ipſi aliquid forenſibus negotiis, aliquid deſideriis amicorum, aliquid [31] rationibus domeſticis, aliquid curæ corporis, [32] nonnihil voluptatibus quotidie damus? quarum nos una res quælibet nihil intermittentes [33] fatigaret. Adeo facilius eſt multa facere, quam diu. [34] Illud quidem minime verendum eſt, ne laborem ſtudiorum pueri difficilius tolerent; neque enim ulla ætas minus fatigatur. [35] Mirum ſit forſitan, ſed experimentis deprehendas. Nam & [36] dociliora ſunt ingenia, priuſquam obduruerunt. Id vel hoc argumento patet, quod [37] intra biennium, quam verba [38] recte formare potuerunt, quamvis nullo inſtante, omnia fere loquuntur: [39] at novitiis noſtris, per quot annos ſermo Latinus repugnat? Magis ſcias, ſi quem jam robuſtum inſtituere literis [40] cœperis, non ſine cauſſa dici [41] παιδομαθεῖς eos, qui in ſua quidque arte optime faciant. Et patientior eſt laboris natura pueris, quam juvenibus. Videlicet ut corpora infantium nec caſus, quo in terram toties deferuntur, tam [42] graviter affligit; nec [43] illa per ma-

cum contextu utramque conferas. Quod ſi admittatur, *patiamur* illud mendoſe ſcribi pro *partiamur*, nondum ſatis apte exprimitur Quinctiliani ſententia. Neque quidem verba reperiri facile poſſunt, quæ apertius mentem Quinctiliani repræſentent, quam ea, quæ repoſuimus. GIBSON. *Pluribus curis horas partiamur*; MS. Alm. Andr. Ven. Ald. & ita Gebh. lib. 1. crep. 19. ex MS. Palatino: ſic & MS. Bodl. niſi quod *patiamur* habeat. *Plurimis curis horas patiamur*: Colon. Sich. Colin. *pluribus horis diverſa patiamur*: MS. Palat. alter & alii.

22. *Stylus lectione requieſcit.*] Id eſt, ſcribendi, ſeu componendi laborem levamus lectione; & viciſſim legendi ſtudium, ſcriptione levamus. CAPPER.

23. *Sicut in cibis.*] *Parabolam* addit ad comprobationem loci. TURNEB.

24. *Reficitur.*] *Et reficitur*, malebat Francius.

25. *Si Grammatico.*] Argumentatur per hypotheſin, & colligit incommodum. TURNEB. *Si*, ignorat V. C. Alm. & Voſſ. omn. itemque Bern. *Si Grammatico .... Geometræ*] Supple, *audiendo*. CAPPER.

26. *Geometræ*] *Geometri*; MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. Andr. Ald. & Baſil. Vide ſupra ad cap. 111.

27. *Excidant priora.*] Id eſt, omittantur, a nobis relinquantur, oblivioni tradantur. CAPPER.

28. *Cur non.*] Tres agriculturæ partes ſimul eſt complexus eam, quæ circa terram verſatur, pecuariam, & paſtiones villaticas. TURNEB.

29. *Ne pratis.*] *Aut ne pratis*; Ald.

30. *Alvearibus.*] *Alvearibus, avibuſque*; MSS. Bodl. Alm. Sich. Gryph. *avibuſque* addita videtur a quodam; nuſquam enim in veris codicibus reperitur, licet vox ipſa a ſenſu minime abhorreat. SICHARD.

31. *Rationibus domeſticis.*] Id eſt, noſtræ domus adminiſtrationi, privatis commodis noſtris, negotiis quæ ad rem noſtram familiarem pertinent. CAPPER.

32. *Nonnihil voluptatibus.*] *Nonnihil & voluptatibus*; FRANCIUS.

33. *Fatigaret.*] *Fatiget*, Editio Lugd. error, ſive librarii, ſive Typographi: quod ex conſenſu codicum (Bodleianus enim, & Balliolenus, cum editorum parte maxima legunt *fatigaret*) atque etiam ipſo orationis colore conſtat. GIBSON.

34. *Illud quidem minime verendum eſt.*] Aliam refutationis partem aggreditur, quæ dixerat, corpus puerorum & mentem, laborem pati non poſſe. TURNEB.

35 *Mirum ſit.*] *Mirum fit*; Gryph. 1585.

36 *Dociliora ſunt ingenia, priuſquam obduruerunt.*] Gebhardus Crepund. lib. 2. cap. 4 pag. 66. mavult, *induruerunt*. *Indurare* enim, ſive *indureſcere* elegantiſſime uſurpatur de ætate provectiore, & ad adoleſcentiæ robur provergente. Sic ſupra cap. 1. *Ut corpora ad quoſdam membrorum flexus formari niſi tenera non poſſunt; ſic animos quoque ad pleraque duriores robur ipſum facit.* Sic Claudiano *nova membra*, tenera, quæ nondum induruerunt.

Et nova per duros inſtruxit membra labores.

Fabius lib. 1. cap. 3. *Frangas enim citius, quam corrigas; quæ in pravum induruerunt.* Ibidem; *ad plagas durabitur.* PAREUS.

37. *Intra biennium, quam verba recte formare potuerunt.*] Id eſt, poſtquam verba recte formare potuerunt, biennium ipſis ad hoc ſufficit, ut omnia fere loquantur, de re qualibet ſermonem faciant. CAPPER.

38. *Recta.*] Codices haud pauci *verba recta formare*; ſed quid *verba recta* ſignificent, mihi non ſatis conſtat. Proprie quidem dicimur *verba recte formare*, vel exprimere, non autem (quod ſcio) *recta*. Alteram tamen lectionem, quam certe multi codices ſequuntur, non meo ingenio immutaſſem, niſi hanc, quam repoſui, editiones Aldina, Pariſienſis & Vaſcoſani mihi ſuggeſſiſſent. GIBSON. *recte* etiam Locat. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Roign. Obrecht.

39. *At novitiis.*] Novitii, ſervi ſunt recenter empti, qui veteratoribus opponuntur; hi enim diutius ſerviebant, & ſæpius divenditi ſunt. TURNEB. Novitius quid ſit vid. lib. ult. §. 2. ff. de Ædilit. Edict. PHILAND.

40. *Cœperis.*] *Cœperimus*; & mox, *in ſua quiſque*; V. C. Alm.

41. Παιδομαθεῖς.] Proverbio Græco probat, facilius artes diſcere pueros; qui enim in arte aliqua ſunt conſummati, παιδομαθεῖς appellantur, quaſi artem a pueritia didicerint: e diverſo Græci appellant ὀψιμαθεῖς, eos qui ſero didicerunt, qui plerumque ſunt imperiti & rudes, nec temere ad artis perfectionem perveniunt. TURNEB. Contra Horatio lib. 1. Sat. 10. verſ. 21. *Seri ſtudiorum* dicuntur indocti, qui ſero diſcunt, aut didicerunt; ſcilicet, neque ſunt παιδομαθεῖς, ſed ὀψιμαθεῖς. Adrian. Turneb. Adverſar. lib. 14. cap. 19. pag. 510. Lambinus; Agellius libr. 11. cap. 8. Doctiſſimus Lævinus Torrentius, *ſeros ſtudiorum*, vocari malit, qui tardi in ſtudiis ſunt, qui nullos adhuc progreſſus fecerunt; nulla enim ætas ſera ad diſcendum: qui ſero didicit, didicit tamen. Atque ita Iſocrat. Helenæ encomio: Νῦν ἤ τις οὕτως ὀψιμαθής ἐστιν, ὅστις οὐκ οἶδε; pro *ignarus* & *imperitus*. PAREUS.

42. *Graviter affligit.*] *Afflixit*; Obrecht.

43 *Illa per manus & genua reptatio.*] Romani hac in reptatione & ſublatione in genua natorum ſingulare gaudium poſuerunt. Vide Gaſpar. Barthii Adverſar. lib. 19. cap. 7. pag. 767. Papinius Statius, Sylv. lib. 5. Epicedio in Filium, verſ. 81. & ſeqq.

——— *cui verba, ſonoſque*

Monſtravi, (queſtuſque, & vulnera cæca reſolvam)

nus

nus & genua reptatio, nec poſt breve tempus continui luſus, & totius diei diſcurſus, quia pondus illis abeſt, nec ſe ipſi gravant; ſic animi quoque (credo) quia minore conatu moventur, nec ſuo [44] niſu ſtudiis inſiſtunt, ſed [45] formandos ſe tantummodo præſtant, non ſimiliter fatigantur. Præterea ſecundum aliam ætatis illius [46] facilitatem, velut ſimplicius [47] docentes ſequuntur, nec quæ jam egerint, metiuntur. Abeſt illis etiam adhuc laboris judicium. Porro, ut frequenter experti ſumus, minus afficit [48] ſenſus fatigatio, [49] quam cogitatio. [50] Sed ne temporis quidem unquam plus erit; quia his ætatibus omnis in audiendo profectus eſt. Cum [51] ad ſtylum ſecedet, cum generabit ipſe aliquid atque componet, tum inchoare hæc ſtudia vel non vacabit, vel non [52] libebit. Ergo cum Grammaticus totum diem occupare non poſſit, nec debeat, ne diſcentis animum tædio avertat; quibus potius ſtudiis hæc temporum [53] velut ſubſidia donabimus? [54] Nam nec ego [55] conſumi ſtudentem [56] in his artibus volo; [57] nec moduletur, aut [58] muſicis *modis* cantica [59] excipiat, nec utique [60] ad minutiſſima Geometriæ opera deſcendat. Non comœdum in pronuntiando, nec [61] ſaltatorem in geſtu facio: quæ ſi omnia exigerem, [62] ſuppeditabat tamen tempus. Longa eſt enim, quæ diſcit, ætas; & ego non de tardis ingeniis loquor. Denique cur in his omnibus, quæ diſcenda oratori futuro puto, eminuit [63] Plato? qui non contentus diſciplinis, quas præſtare poterant Athenæ, non [64] Py-

Reptantemque ſolo demiſſus ad oſcula dextra
Erexi, blandoque ſinu, jam jamque natantes
Exercere genas, dulceſque arceſſere ſomnos.
Cui nomen vox prima meum, ludiſque tenello
Riſus, & e noſtro veniebant gaudia vultu.

PAREUS. Vide eumdem Barth. ad Stat. IX. Theb. 427. & X. 620. & ad alia Papinii loca paſſim. Supra cap. II. *in purpuris repere* dixit noſter. BURMAN.

44. *Niſu.*] *Nixu;* Locat. Stephan. Colin. Roign. Vidov. Voſſ. ſecund.

45. *Formando ſe.*] *Formandos* legendum eſſe nemo non videt. REGIUS. *formando;* Ald.

46. *Facilitatem.*] *Facultatem;* Voſſ. tert.

47. *Docentes*] *Dicentes;* MS. Bodl. Voſſ. prim. tert.

48. *Senſus afficit.*] *Senſum;* V. C. Alm.

49. *Quam cogitatio.*] Supple, ipſius fatigationis, ἢ τῆς ἐπιτεταμένης διάνοια. CAPPER.

50. *Sed ne temporis.*] Ex abundanti præter diſſolutas objectiones, etiam hoc tempus eſſe idoneum diſciplinis diſcendis oſtendit. TURNEB.

51. *Ad ſtylum ſecedet.*] Hoc eſt, animum ad ſcribendum appellet; nam ſtylo literas efformabant. CAPPER.

52. *Libebit.*] *Licebit;* Voſſ. tert.

53. *Velut ſubſidia.*] *Subſidia* qui putarunt adſcribendum eſſe, atque *ſucciſiva* eradendum, ignoraſſe videntur, *ſucciſiva tempora* ea dici ab elegantiſſimis Latinæ linguæ auctoribus, quæ a peragendis neceſſariis nobis ſuperſunt. Gellius libr. ult. *Omnia ſucciſiva, ac ſecundaria ad colligendas hujuſmodi memoriarum oblectatiunculas conferam.* Mihi vero *ſucciſiva* legendum eſſe affirmanti etiam vetuſtum exemplar accedit REGIUS. Regii opinionem firmat, quod ſcribit Cicero I. de Legib. *Succiſiva quædam tempora incurrunt, quæ ego perire non patior.* CAPPER. Illud *ſubſidia* MS. Palat. melior non agnoſcit; ſed aliud quid ſubobſcure occultat, quod vel *ſuffi*[illegible]*ina*, vel alio modo legeris. Puto ſcriptum fuiſſe *ſubcidia;* quo uſitatius eſt *ſuccidia.* Vocat ita eleganter ſucciſivum illud tempus, quod a melioribus occupationibus ſupereſt, & vice lucri quaſi ſucciſum. Iſidorus libr. 15. cap 13. *Succiſiva ſunt proprie, quæ de materia præcidens ſutor quaſi ſupervacua abjicit.* Ipſe Fabius lib. I. cap. I. *lucrum* vocat: *Aut cur hoc, quantulumcunque eſt, uſque ad ſeptem annos lucrum faſtidiamus?* Ibid. *Quantum in infantia præſumtum eſt temporis, adoleſcentiæ acquiritur.* Idem cum Cicerone eleganter *lucrativam operam* vocat lib. X. cap. 6. Nonius *ſuccidium* ſucceſſionem vocat. Iſidor. lib. XX. & Varro IV. *Carnes ſuillas* interpretatur *ſucciduas*, ut & Onomaſticon *ſuccidia* περχεία; ſed *ſuccidia temporum* ſunt ſucciſiva. Nonius *ſubeiſivum, ſecundum; ſequens* Lucilius lib. XXVIII. &c. Apulej. lib. III. Met. *una tantum ſubciſiva ſollicitudo nobis relicta eſt.* *Jam donare* Quinctiliano noſtro ſignificat ἐπιμετρήσασθαι, ſive ἐξ ἐπιμέτρου προσθεῖναι προσδόματα, & cumuli loco inſuper dare. Claudianus;

Hoc alterna fides, hoc ſimplex gratia donat.

GEBHARDUS. lib. II. Crep. cap 4. Apage *ſuccidias* Gebhardi. Si quid corrigendum, *ſubſeciva* ſcribendum foret, non *ſucciſiva, ſubciſiva, ſucceſſiva.* Sed ſi ſcripti firmant, quod editum video, nihil mutari velim. Videtur enim petiſſe ſermonem ab exercitu prœliante, quem ſolebant antiqui dividere in *aciem*, vel *frontem*, vel *prima ſigna* & *ſubſidia*, quæ etiam *principia* & *poſt principia* dicebantur. Vide Obſervat. XV. 10. Ex quibus priores ſtatim miſcebant manus, poſteriores quieti reſervabantur ad alterum caſum, ſi illi pellere hoſtem non potuiſſent. Horum memor auctor conſiderat ordinaria ſtudiorum tempora, & juſtas præſentibus horas, quaſi quædam *principia* hujus militiæ puerorum; quæ ſuperſunt, (totum enim diem occupare, ſub quo nunc exercitus, Grammaticum non vult) quaſi *ſubſidia.* Quod quam ſuave, atque elegans mihi ad aures accidat, ſentire magis, quam explicare poſſum. GRONOVIUS. *ſubciſiva;* MSS. Bal. Alm. Andr. *ſucciſiva;* Ald. Col. Voſſ. Bern. Gryph. Baſil. Colin. marg. Steph. & Sich. & Obrecht. de *ſubſecivis* late agit Nicol. Loenſis, Miſcel. lib. III. cap. 2. *ſubſidia* tamen tuetur Aſcenſius; tum quia, ſi *ſubceſiva* dixiſſet, etiam *tempora*, non *temporum* debuiſſet dicere; tum quia notam improprietatis *velut* addit: *ſubſeciva* autem tempora proprie dici contendit, ſed *ſubſidia* improprie.

54. *Nam ne ego.*] Aut *nec* legendum, aut adſcribenda particula *quidem*, ut ſit; *nam ne ego quidem.* REGIUS. *nam non;* MS. Alm. reliqui omnes fere, *nam nec;* ſed *ne* etiam pro *ne quidem* tolerari poſſe videbimus ad lib. VI. I. & tunc ex auctoritate MSS. BURMAN.

55. *Conſumi.*] *Communis;* MSS. Bodl. Bal. Alm. Obr. & ita ex MSS. Palat. Gebhard. lib. II. Crep. cap. 3. Vide ſupr. cap. VII.

56. *In his artibus.*] *Partibus;* MSS. Bodl. Alm.

57. *Ut moduletur.*] *Ut*, deeſt in MSS. Bodl. Joan. Alm. Andr. Locat. Ald. Steph. Ven. Colin. Sich. Baſil. *nec moduletur ut muſicis;* Roignii.

58. *Muſicis modis.*] *Notis;* MSS. Bodl. Bal. Almel. Obrecht. Andr. Sich. Ald. Gryph Colin. Baſil. Voſſ.

59. *Excipiat.*] *Expedias;* Gebhardus ex MS. Palat. quod nec mihi diſplicet; ut agatur de puero, non qui diſcat notis muſicis excipere, id eſt, celeriter ſcribere cantica, quæ alius cantat; ſed, qui ipſe expedite, & ut artifex cantet; quæ vis vocis *expedire* eſt, qua de omnibus utuntur, quæ quis facile, & peritiſſime efficit. Ita Horat. I. Od. 8.

—— *ſæpe diſco,*
Sæpe trans finem jaculo nobilis expedito.

& ita paſſim milites arma & tela *expedire* dicuntur. Vel, *expendas modis muſicis*, legi poſſet, id eſt, exigat ad modos muſicos, ut artifices ſummi facere ſolent; eſt enim *expendere* exiſtimare, judicare ad modos muſicos, ut peritiſſimus muſices. BURMAN.

60. *Ad minutiſſima Geometriæ.*] *Ad minutiſſima uſque;* MSS. Bodl. Alm. Andr. Locat. Ald. Vaſc. Steph. Colin. *ad usque minutiſſima;* Baſil. *nec uti ad minutiſſima uſque;* Gryph.

61. *Saltatorem.*] Qua de re vide Gell. lib. I. cap. 5. MOSELL.

62. *Suppeditabat.*] *Suppeditabit;* Andr. Voſſ. ſecund.

63. *Plato.*] Plato. Cic. 4. Tuſc. cap. 19. PHILANDER.

64. *Pythagoreorum.*] Plato, cum audiſſet Socratem, poſt ejus mortem ſe contulit in Italiam ad Architam, & cæteros Pythagoreos, mox in Ægyptum navigavit, & ab Ægyptiorum prophetis aſtrologiam, & artem numerandi, & ſententiam theologicam didicit. TURNEB. Vide & Hieron. Epiſt.

thagoreorum, ad quos in Italiam navigaverat, Ægypti quoque ſacerdotes adiit, atque eorum arcana perdidicit. Difficultatis patrocinia prætex imus ſegnitiæ. Neque enim nobis operis amor eſt; nec, quia ſit honeſta, atque pulcherrima rerum eloquentia, petitur ipſa; [65] ſed ad vilem uſum & ſordidum lucrum accingimur. Dicant ſine his in foro multi, [66] & acquirant, [67] dum ſit locupletior aliquis ſordidæ mercis negotiator, & plus voci ſuæ debeat præco: ne velim quidem lectorem dari mihi, quid ſtudia referant, computaturum. [68] Qui vero imaginem ipſam eloquentiæ divina quadam mente conceperit, quique illam (ut [69] ait non ignobilis tragicus) [70] reginam rerum orationem ponet ante oculos, fructumque non ex [71] ſtipe *advocationum*, ſed ex animo ſuo, [72] & contemplatione ac ſcientia petet, perpetuum illum, nec fortunæ ſubjectum, facile perſuadebit ſibi, ut [73] tempora, quæ ſpectaculis, [74] campo, teſſeris, otioſis denique ſermonibus, ne dicam ſomno, & conviviorum mora conterunt, [75] Geometræ potius ac Muſico impendat. Quanto plus delectationis habiturus, quam ex illis ineruditis voluptatibus? Dedit enim hoc providentia hominibus munus, ut honeſta magis juvarent. Sed nos hæc ipſa dulcedo [76] longius duxit. Hactenus ergo de ſtudiis, quibus, antequam majora capiat, puer inſtituendus eſt: proximus liber velut novum ſumet exordium, & ad rhetoris officia tranſibit.

ſelect. lib. II. cap. I. & Apulej. de dogm. Platonis. Binas etiam ob cauſſas, peregrinationem ſubiiſſe Philoſophos ad Maxim. Tyrium præfatione docet Daniel Heinſius, vel ut alios docerent virtutem, vel *ἱϛορίας ἕνεκα*. Ad Ægyptios ſacerdotes Pythagoram & Platonem, & alios adiiſſe docet Jamblichus de Myſteriis. Vide & Theodoret. ſerm. I. de fide, pag. 5. & 6. Edit. Sylb. ubi & Pythagoram habuiſſe circumciſionem dicitur. Videatur & ſerm. II. pag. 24. Auguſtin. lib. II. de doctrin. Chriſt. cap. 28. Steph. Schediaſm. lib. III. cap. 6. 7. Betulej. ad Lactant. lib. IV. cap. 2. Borremanſ. Var. lect. pag. 129. Menag. ad Diog. Laërt. pag. 84. ALMELOV. *Non Pythagoreorum.*] Supple, *contentus diſciplinis;* idque per Grammaticam figuram, cui nomen *ἀπὸ τοῦ κοινοῦ*. CAPPER.

65. *Sed ad vilem uſum.*] Invehitur in quoſdam, qui eloquentiam venalem faciebant, & quæſtus amore abſolutam illam eloquentiam contemnebant. TURNEB.

66. *Et acquirant.*] *Et rem acquirant;* FRANCIUS. Sed ita abſolute *quærere* etiam Horat. I. Epiſt. VII. 57.

Et properare loco, & ceſſare, & quærere, & uti.

Ovid. I. Faſt. 213.

Quærere ut abſumant, abſumta requirere certant.

67 *Dum ſit locupletior aliquis &c.*] Id eſt, dummodo fatearis quoſdam alios fieri adhuc locupletiores, qui tamen ſordidam aliquam mercem negotiantur. CAPPER.

68. *Qui imaginem ipſam.*] Græci dicerent *αὐτὸ τὸ τῆς Πειθοῦς εἶδος*, hoc eſt, formam, *eſſentiam*, ideam ipſam & quaſi *formalem* rationem Suadelæ (Eloquentiæ.) Hoc enim loco *τὸ imago*, non ſignificat ſpeciem ex aliquo *prototypo* expreſſam, adumbratam, vulgo *copie*. CAPPER.

69. *Ait Sophocles non ignobilis Tragicus.*] Forte legendum *Euripides;* nam eſt in ejus Hecuba. verſ 816.

Πειθὼ δὲ τὴν τύραννον ἀνθρώποις μόνην.

eum verſum transfert apud Nonium Pacuvius. Meminit & Cicero de Orat. lib. II. PHILANDER. *Sophocles;* Venet. Ald. Colon. Gryph. Colin. Sich. Baſil. ſed, *ut ait non ignobilis Tragicus;* Steph. Roign. Obrecht.

70. *Reginam.*] Ita auctor Dialog. de cauſ. corr. El. *Detrudant eloquentiam, velut expulſam regno ſuo, ut quæ olim omnium artium domina &c.* Petron. cap. IV. *qua nihil eſſe majus confitentur.* ALMELOV.

71. *Stipe advocationum.*] Id eſt, ex actarum *cauſſarum* mercede, quam a clientibus recipiebant Advocati. ROLLIN.

72. *Et contemplatione.*] *Ex contemplatione.* FRANCIUS.

73. *Tempora, quæ ſpectaculis, campo, teſſeris, otioſis denique ſermonis, ne dicam, ſomno & conviviorum mora conterunt.*] Sic infra libr. 6. cap. 4. *Nec cauſſæ debita tempora conviciando conteremus.* Hinc dictum temporis *detrimentum.* Fabius lib. 10. cap. 1. *Qui ſi quis eſt, intra primos ſtatim verſus deprehendetur, & citius nos dimittet, quam ut ejus nobis magno temporis detrimento conſtet experimentum.* Idem dixit *trahere horas*, pro, inutiliter detinere. lib. 12. cap. 11. *Alias horas vanus ſalutandi labor, alias datum fabulis otium, alias ſpectacula, alias convivia trahunt, &c.* Sic idem Fabius noſter lib. 2. cap. 12. *Inquirendo, ſcribendoque talia, conſolemur otium noſtrum.* Heliodorus lib. 9. eleganter *χρονοτριβεῖν* dixit. Sed de his pluribus brevi, ſi vivo, ad Criſpi Salluſtii Catilin. cap. 4. Vide tu mihi, ſodes, interim doctiſſimi Jani Gebhardi Crepund. libr. I. cap. 9. pag. 26. Fr. Jureti Notas ad Symmach. lib. 2. Epiſt. 32. pag. 71. Jan. Gaſp. Gevartii, ad Papin. Stat. lib. 3. Sylv. 5. v. 60. pag, 388. PAREUS.

74. *Campo.*] Martio; nam illic exercebantur juvenes Romani. TURNEB.

75. *Geometriæ.*] Legendum *Geometræ.* REGIUS. *Geometriæ potius ac muſicæ;* Andr. & Campani editio. an. 1470. *Geometriæ;* V. C. Alm.

76. *Longius duxit.*] *Vexit;* MS. Bal. forte *provexit*, ut Plinius lib. I. Ep. 5. quem locum adſcripſerat Cl. Alm. *longius me provexit dulcedo quædam tecum loquendo.*

M. FAB. QUINCTILIANI
DE
INSTITUTIONE ORATORIA
LIBER SECUNDUS.

CAPUT PRIMUM.

Quando ſit Rhetori tradendus puer.

TENUIT conſuetudo, quæ quotidie magis invaleſcit, ut præceptoribus eloquentiæ, Latinis quidem ſemper, ſed etiam Græcis, interim diſcipuli ſerius, quam ratio poſtulat, traderentur. Ejus rei duplex eſt cauſſa; quod & Rhetores utique noſtri ſuas partes omiſerunt, & [2] Grammatici [3] alienas occupaverunt. [4] Nam & illi [5] declamare modo, & ſcientiam declamandi ac facultatem tradere, officii ſui [6] ducunt, idque [7] intra *deliberativas judicialeſque* materias; nam cætera, ut profeſſione ſua minora, deſpiciunt: & hi non ſatis credunt excepiſſe, quæ [8] relicta erant (quo nomine gratia quoque his eſt habenda) ſed ad [9] *proſopopœias* uſque, & ad [10] *ſuaſorias*, in quibus onus dicendi vel maximum eſt, [11] irrumpunt. Hinc ergo accidit, ut quæ [12] alterius artis prima erant opera, facta ſint [13] alterius noviſſima; & ætas, altioribus jam diſciplinis debita, in ſchola minore [14] ſub- I.

Secundus liber complectitur prima apud rhetorem elementa, & ea, quæ de ſubſtantia rhetorices quæruntur. TURNEB.

1. *Tenuit.*] Hac præfatione quærit, quo tempore ſit rhetori tradendus puer, quod dici non poteſt, niſi diſtinctis grammatices ac rhetorices finibus. Nam grammatici partes quaſdam rhetorum occupaverunt: eſt itaque principium ἐξεταστικὸς, quod ad eam conjectutam pertinet, quæ exquirit rerum cauſſas. TURNEB. *Tenuit* vero eleganter ita poni docuit Scioppius ad Petron. cap. 11. ubi vide. ſic & *fama tenet*, Livius 1. cap. 4. BURMAN.

2. *Grammatici alienas.*] Quinctiliano refragatur Suetonius in opuſculo de illuſtribus Grammaticis num. 4. CAPPER.

3. *Alienas occupaverunt.*] Nam grammatici occuparunt *progymnaſmata*, id eſt, prima rhetorices elementa, & materias *demonſtrativas*. TURNEB.

4. *Nam illi.*] *Et illi*; Cod. Almel. & pleræque editiones præter Steph.

5. *Declamare.*] μελετᾶν, id eſt, fictas cauſſas exercitii cauſſa agere, orationes, quarum fictum ſit argumentum, conſcribere & habere. CAPPER.

6. *Ducunt.*] *Dicunt*; Voſſ.

7 *Intra deliberativas, judicialeſque materias; nam cætera.... deſpiciunt.*] Et certe *narrationes*, & laudandi, vituperandique opuſcula Fabius vellet eſſe prima rhetorices exercitamenta, ut mox patebit. CAPPER.

8. *Relicta.*] *Derelicta*; Ald. Colon. Voſſ. ſecund.

9. *Proſopopœias.*] *Proſopopœia* proprie fictio perſonæ dicitur. Hic autem accipimus orationes, alicui pro dignitate perſonæ accommodatas, de quibus ipſe in tertio, cap. 8. ſic inquit: *Ideoque longe mihi videntur difficillimæ* proſopopœiæ, *in quibus ad reliquum* ſuaſoriæ *laborem accedis etiam perſonæ difficultas; nam illud idem aliter Cæſar, aliter Cicero, aliter Cato ſuadere debebit: utiliſſima vero hæc exercitatio, vel quod duplicis eſt operis, vel quod Poëtis quoque, ac hiſtoriarum quoque futuris ſcriptoribus plurimum confert: verum & oratoribus neceſſaria.* REGIUS. Hujuſmodi ſunt ſuaſiones apud Livium & cæteros hiſtoricos. TURNEB.

10. *Suaſorias.*] Id eſt, orationes, quæ ſint in genere, ut aiunt, *deliberativo*; & ſic opponuntur ταῖς *controverſiis*, quæ proprie loquendo ad *judiciale* genus, vel forenſes *cauſſas* pertinent. Vid. libr. 3. cap. 12. CAPPER.

11. *Irrumpunt.*] Proprie, quo non licebat illis olim penetrare, ut profanis interdictum erat in adyta & penetralia irrumpere. Ovid. VI. Faſt. 453. de Metello, Veſtæ templum intrante,

Dixit & irrupit.

II. Triſt. 305.

Quæcumque irrumpit, quo non ſinit ire ſacerdos.

Stat. III. Theb. 624. & IX. 342. quæ loca non adſcribo; quia jam adduxit doctiſſimus Drakenburgius ad Sil. II, 378. BURMAN.

12. *Alterius artis.*] Nempe, τῆς Rhetoricæ.

13. *Alterius noviſſima.*] τῆς Grammaticæ videlicet.

14. *Subſideat.*] *Subſidat*; MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. & Andr. Venet. Locat. Ald. Colon. Gryph. Colin. Sich. Obrecht. difficilem vero eſſe horum verborum, a *ſedeo* & *ſido* deductorum, diſtinctionem, & a librariis fere ſemper commutata, docui jam ad Petron. cap. XCVI. hic tamen *ſubſideat* mallem, quod eſt, maneat, ſubſiſtat; cum *ſubſidat* magis rei, quæ ad fundum, vel locum humilem tendat, conveniat. Sic apud Ovid. lib. 1. Metam. 344.

Flumina ſubſidunt;

& II. Met. 277.

——— *paulum ſubſedit, & infra,*
Quam ſolet eſſe, fuit. ———

ubi admodum dubium eſt a *ſubſido*, an a *ſubſideo* derives; nam & *ſubſideo* etiam dictum, quia inclinato corpore ſedemus; ut apud Cicer. 1. Catil. cap. 7. ex MS. *ſimulatque ſubſediſti*; unde & ſimiliter *ſubſidire* dicuntur, qui in locis humi-

ſideat, ac [15] *Rhetoricen* apud Grammaticos exerceat. [16] Ita, quod eſt maxime ridiculum, non ante ad declamandi magiſtrum [17] mittendus videtur puer, quam declamare [18] jam ſciat. [19] Nos ſuum cuique [20] profeſſioni modum demus. Et Grammatice (quam in Latinum transferentes, [21] *Literaturam* vocaverunt) fines ſuos norit, præſertim tantum ab hac appellationis ſuæ paupertate, intra quam primi illi [22] conſtitêre, provecta. Nam tenuis [23] a fonte, aſſumptis [24] poëtarum hiſtoricorumque viribus, [25] pleno jam ſatis alveo fluit; cum, præter rationem recte loquendi, non parum alioqui copioſam, prope omnium [26] maximarum artium ſcientiam amplexa ſit; & *Rhetorice*, [27] cui nomen vis eloquendi dedit, officia ſua non detrectet, nec [28] occupari gaudeat pertinentem ad ſe laborem; quæ, dum [29] opere cedit, jam pene poſſeſſione depulſa eſt. [30] Nec inficiabor [31] ex iis aliquem, qui *Grammaticen* [32] profitentur, eouſque ſcientiæ progredi poſſe, ut ad hæc quoque tradenda ſufficiat: ſed, cum id aget, Rhetoris officio fungetur, non ſuo. [33] Nos porro quærimus, quando iis, quæ *Rhetorice* [34] præcipit, percipiendis puer maturus eſſe videatur. In quo quidem non id eſt æſtimandum, cujus quiſque ſit ætatis; ſed quantum in ſtudiis jam [35] effecerit. Et, ne diutius diſſeram, quando ſit Rhetori tradendus, ſic optime [36] finiri credo, [37] cum poterit. Sed hoc ipſum ex ſuperiore pendet quæſtione. Nam, ſi *Grammatices* munus [38] uſque ad *ſuaſorias* (quæ [39] ſunt apud Rhetorem materiæ inter rudimenta dicendi) prorogatur, tardius Rhetore opus eſt. [40] Si Rhetor prima operis ſui officia non [41] recuſat, [42] a *narrationibus* ſtatim, & laudandi vituperandique opuſculis cura ejus deſideratur. An ignoramus antiquis hoc fuiſſe ad augen-

libus & ad inſidias natis ſe occultant; de quibus Scalig. ad Manil. v. 298. & Valeſ. ad Amm. Marc. XIV. 3. & iidem *ſubſidere*, a *ſubſido*, dicti, ut Paſſer. ad Prop. I. 8. p. 180. probat. Hic vero, ſi *ſubſidat* legatur, poſſet videri Fabius indicare, juvenes deprimi quaſi in ſcholis minoribus, & ne ad altiora adſcendant, impediri; ſed ipſe, cum gratiam habeat etiam eo nomine Grammaticis, ideo præfero, *ſubſideat*, id eſt, maneat diutius & moretur. Sic Suet. Vitel. I. *Quoſdam ex Vitelliis ſubſediſſe Nuceriæ*, id eſt, manſiſſe, certas poſuiſſe ſedes, dicit. BURMAN.

15. *Rhetoricen .... exerceat.*] Quantum attinet ad prima hujus artis exercitamenta. CAPPER.

16. *Ita quod eſt.*] *Itaque*; MSS. Bodl. Bal. Ven. Locat. Ald. Gryph. Colin. Baſil. Obrecht.

17. *Mittendus videtur.*] *Videatur*; V. C. Almel.

18. *Jam ſciat.*] *Jam*, non agnoſcunt MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. Andr. Gryph. Sich.

19. *Nos ſuum cuique.*] Subjicit diſtributionem & diſtinctionem finium utriuſque artis; ut inde colligat, ecquando rhetori ſit puer tradendus. TURNEBUS.

20. *Profeſſioni.*] *Profeſſionis*: MSS. Bal. & ex Palatinis Gebhardus; ſed de hoc quædam ad Ovid. Epiſt. VII. verſ. 160. notabimus.

21. *Literaturam.*] Unde & Grammatici *literatores* dicuntur, ut ſcribit Suetonius de Ill. Gram. cap. IV. REGIUS. Grammatici initio duntaxat primas literas docuerunt, mox aſſumpſerunt bene loquendi & ſcribendi ſcientiam, denium poëtarum & hiſtoricorum enarrationem occuparunt. TURNEB. Vide Aſperi Junioris Artem, pag. 1724. Edit. Putſ. Senec. Ep. LXXXVIII. Cicer. I. de Orat. 3. ALMELOV.

22. *Conſtitere.*] Moſellanus per primos illos intelligit Craten Malloten &c.

23. *A fonte.*] *Fronte*: marg. Baſil.

24. *Poëtarum.*] *Criticorum*: V. C. Alm. *Poëtarum, hiſtoricorumque viribus.*] Quos enarrandos, explicandoſque ſuſcipit. CAPPER.

25. *Pleno jam ſatis alveo.*] Videtur Ovidium imitatus lib. I. Metam. 343.

——— plenus capit alveus amnes.

26. *Maximarum artium.*] Politianus quoque *in Lamia* annotat, grammaticum eſſe debere omnium artium peritum, ut ſit in eo *encyclopædia*. TURNEB.

27. *Cui nomen vis eloquentiæ.*] *Rhethorice* ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, quod fluere, atque eloqui ſignificat, derivatur. Idem ait Cicer. in Oratore, cap. XIX. REGIUS. Obrechtus ex Argentoratenſi legit, *cui nomen virtus eloquendi dedit*; ſed *virtus* gloſſatoris videtur eſſe expoſitio; *vis* enim *eloquendi maxima* Ciceroni eo ipſo loco, quem Regius laudat, dicitur; & ita millies alibi Cicero, & ipſe Fabius; & tales Gloſſas fuiſſe frequentes apparet ex Servio, qui apud Virgil. I. Æneid. 169. *magna vi*, explicat *virtute*: & Schol. Horat. III. Od. 4. *vim temperatam*, id eſt, *virtutem moderatam*. Ita forte huic loco adſcripſerat quidam, interpretationis cauſſa, *virtu.*: ſed etiam *vis* ſæpe pro virtute ſumitur, præſertim ubi de viris fortibus & militaribus eſt ſermo. Auctor Octaviæ, 676.

Ubi Romani vis eſt populi.

Propert. III. XVI. 27.

Nirea non facies, non vis exemit Achillem.

Livius utramque vocem conjungit lib. XXV. 38. *Cujus populi (Romani) vis atque virtus non obruta ſit Cannenſi clade*; & Terent. Eun. IV. 7.

Imperatoris virtutem noveram, & vim militum.

BURMAN.

28. *Occupari.*] Ab aliis, nempe a Grammaticis. CAPPER.

29. *Opere cedit.*] Ita omnes codices, & pleriquе editi, præter Colinæi & Baſil. & Obrecht. qui ex Argentor. *operæ* edidit, ſed male. *Opere cedere*, ut Gebh. I. crep. 3. recte legit, eſt laborem alteri tradere, ut *regno cedere*, & ſimilia apud Juſtinum lib. I. 10. ubi vide interpretes. & XXIX. 2. apud noſtrum lib. V. 13. *cauſſa cedere*; & paſſim apud alios. Vide Gronov. ad Liv. XXIV. 6. BURMAN.

30. *Nec inficiabor.*] *Neque*: V. C. Alm.

31. *Ex iis.*] *Ex his*; V. C. Alm.

32. *Profitentur.*] *Profiteatur*; Aldus. *profiteantur*; Locatel. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Voſſ. ſecund.

33. *Nos porro quærimus.*] Hoc caput eſt totius hujus quæſtionis. Quando autem puer tradendus ſit rhetori, non ætate, ſed profectu metitur. TURNEB. *quæremus*: V. C. Alm.

34. *Præcepit.*] *Præcipit*: MSS. Bodl. Alm. & Locat. Ald. Par. Steph. Vaſc. Gryph. Colin. Baſil. & Obr. & Regius jam ita legendum cenſuit.

35. *Effecerit.*] Francius malebat *profecerit*.

36. *Finiri.*] Pro *definiri* hic ponitur. Ita Livius lib. XXXI. 48. *potuiſſe ita finire ſenatuſconſultum, ne per prætorem, ſed per conſulem gereretur*; & ita *finire locum* idem dixit lib. XLII. 47. Vide Heinſ. ad Ovid. VII. Metam. 695. in codice vero Alm. erat *finire*; ut ſæpe apud Columel. lib. I. cap. 3. *Porcius talem peſtem vitare cenſuit*; II. 2. *cenſet terram ſubigere*; & paſſim: quare nollem aliquid mutari apud Silium lib. VI. 613. BURMAN.

37. *Cum poterit.*] More ſuo Fabius arguto *noëmate* ſententiam ſuam perſtringit. TURNEB.

38. *Uſque ad perſuaſorias.*] Legendum *ſuaſorias*, quæ ſunt *declamationes* in *deliberativo* genere, cujus partes ſunt ſuaſio ac diſſuaſio: quod autem priſci Grammatici etiam Rhetoricam docerent, Suetonius quoque teſtis eſt de Ill. Gram. cap. IV. REGIUS.

39. *Sunt, &c.*] Hæc *parentheſis* non eſt in vetuſtis codicibus ſcriptis; nec habent MSS. Bodl. Joan. Bal.

40. *Si rhetor.*] *At ſi rhetor*: Ald. Gryph. Colin. Sich. Baſil.

41. *Recuſat.*] *Recuſet*: Obrecht.

42. *A narrationibus.*] Narrationes fabuloſas Quinctilianus grammaticis reliquit libro primo: hiſtoricas autem & civiles hic rhetori reſervat. TURNEB.

dam eloquentiam genus exercitationis, ut [43] *theſes* [44] dicerent, [45] & *communes locos*, & cætera [46] citra complexum rerum perſonarumque, quibus veræ fictæque controverſiæ continentur? Ex quo palam eſt, quam turpiter deſerat eam partem *Rhetorices* inſtitutio, [47] quam & primam habuit, & [48] diu ſolam. Quid autem eſt ex iis, de quibus ſupra dixi, quod non [49] tum in alia, quæ ſunt Rhetorum propria, tum certe in illud *judiciale cauſſæ* genus incidat? An non in foro narrandum eſt? qua in parte [50] neſcio an ſit [51] vel plurimum. Non laus ac vituperatio [52] certaminibus illis frequenter inſeritur? Non [53] *communes loci*, ſive qui ſunt in vitia directi, quales legimus a Cicerone compoſitos, ſeu quibus quæſtiones generaliter tractantur, quales ſunt editi a Quinto quoque Hortenſio; ut, *ſitne parvis argumentis credendum*, & *pro teſtibus*, & *in teſtes* in mediis litium medullis verſantur? Arma ſunt hæc quodammodo præparanda ſemper, [54] ut his, cum res poſcet, utaris. Quæ qui pertinere [55] ad oratorem non putabit, is ne ſtatuam quidem [56] inchoari credet, cum ejus membra [57] fundentur. Neque hanc (ut aliqui putabunt) feſtinationem meam ſic quiſquam calumnietur, tanquam eum qui ſit Rhetori [58] tradendus, abducendum protinus a Grammaticis putem. Dabuntur illis tum quoque tempora ſua; neque erit verendum, ne [59] binis præceptoribus oneretur puer. [60] Non enim creſcet, ſed dividetur, qui ſub uno miſcebatur, labor; & erit ſui quiſque operis magiſter utilior. Quod adhuc [61] obtinent Græci, [62] a Latinis omiſſum eſt, & fieri videtur excuſate; quia ſunt qui [63] labori iſti [64] ſucceſſerunt.

43. *Theſes*] *Theſes* Fabius appellat quæſtiones infinitas, quæ in utramque partem probabiliter tractantur: hoc genere exercitationis utebantur Ciceronis ætate; ac tum appellabant *theſes*, ut inquit Seneca, quas nunc appellamus *declamationes*. TURNEB. *Ut theſes dicerent.*] Id eſt, quæſtiones tractarent nullis perſonarum, locorum, temporumve circumſtantiis alligatas: qua ratione *theſes* ab *hypotheſibus* diſtingui ſolent. CAPPER.

44. *Dicerent.*] Alii *diſcerent*; alii *docerent*.

45. *Et communes locos.*] *Loci communes* dicuntur trifariam. 1°. Vulgari ſenſu, cujuſmodi ſunt ſexdecim *intrinſeci*, & ſex *extrinſeci loci communes* argumentorum; ut *locus a definitione*, *ab etymologia*, *ab enumeratione partium*, &c. 2°. *Loci communes* in vitia, vel in virtutes directi generatim citra perſonarum complexum; de quibus mox in hoc ipſo cap. & paulo-poſt cap. 4. 3°. *Loci communes*, quibus quæſtiones quædam generaliter tractantur; ut, *ſitne teſtibus credendum, an tabulis habenda fides*; ubi probabiliter in utramque partem diſputari ſolet. Hic porro Fabius *communes locos* ſecundo & tertio ſenſu accepit, ut patet ex ſequentibus. Sed quartam quoque *communis loci* ſignificationem ex Fabio poſtea exhibebimus. CAPPER.

46. *Citra complexum rerum.*] Supple, ſingularium & definitarum; neque enim *theſes*, aut *loci communes* tractari poſſunt citra complexum omnium omnino rerum. CAPPER.

47. *Quam & primam habuit, &c.*] Suetonius enim tradit, antiquos rhetores duntaxat circa *progymnaſmata* eſſe verſatos. TURNEB. *Quam & prima habuit & diu ſola.* FRANCIUS.

48. *Diu ſolam.*] *Sola*; Ald.

49. *Tum in alia.*] *Cum*; Ald. Colin.

50. *Neſcio an.*] Hoc eſt, *fortaſſe*; nam *neſcio an* formula eſt τοῦ aliquid modeſte affirmandi. CAPPER.

51. *Vel plurimum.*] *Hoc plurimum*; MS. Joan. Voſſ. prim. *hoc vel plurimum*; Steph.

52. *Certaminibus illis.*] Supple, *forenſibus*; eodem plane ſenſu Græci rhetores dicunt εἰς ἀγῶνας. CAPPER.

53. *Communes loci, ſive qui ſunt in vitia.... ſeu quibus quæſtiones.*] Nam alio etiam ſenſu vocamus *communes locos* argumentorum; ut, a *definitione*, a *genere*, a *ſpecie* &c. CAPPER.

54. *Ut his.*] *Ut iis, cum res poſcat*; Ald. Locatel. Colin. *ut his, cum res poſcat*; Gryph. Baſil.

55. *Ad Oratorem.*] *Orationem*; MSS. Joan. Bal. Alm. Ven. Locat. Colon. Sich. Baſil. marg. Voſſ. ſecund.

56. *Inchoari credet.*] *Credas*; Steph. *credis*; Baſil. quod probat Francius.

57. *Fundentur.*] Malebat Franc. *fingentur*; male. Lib. VIII. præf. *neque enim, quanquam fuſis omnibus membris, fit ſtatua, niſi collocetur.*

58. *Tradendus.*] *Traditus*; MS. Joan. Ald. Steph. Colin. Baſil. marg. Voſſ. omn.

59. *Binis.*] *Binis* ita dictum eſt, ut dicimus binos conſules olim Romæ creatos, id eſt, ſingulis annis duos. REGIUS.

60. *Non creſcet, ſed dividetur.*] *Non creſcit, ſed dividitur*; Voſſ.

61. *Obtinent Græci.*] Id eſt, *conſervant*; qui ſenſus eſt τοῦ *obtinere* in optimis Latinitatis auctoribus, Cicerone, Tit. Livio, Floro, &c. CAPPER.

62. *A Latinis.*] *Et a Latinis*; Steph. Gryph. Colin. Voſſ. ſecund. *& Latinis*; Locatel.

63. *Labori iſti.*] *Huic labori*; Voſſ. ſecund.

64. *Succeſſerunt.*] *Succenſuerint*; MS. Bal. *Succeſſerint*; Voſſ. tert.

CAPUT II.

De moribus & officiis præceptoris.

II. ERGO cum ad eas in ſtudiis vires pervenerit puer, ut quæ prima eſſe præcepta Rhetorum diximus, mente conſequi poſſit, tradendus ejus artis magiſtris erit. Quorum in primis [1] inſpici mores oportebit. Quod ego non idcirco potiſſimum in hac parte tractare ſum aggreſſus, quia non in cæteris quoque doctoribus idem hoc examinandum quam diligentiſſime putem, ſicut teſtatus ſum [2] libro priore; ſed quod [3] magis neceſſariam ejus rei mentionem facit ætas ipſa diſcentium. Nam & adulti fere pueri ad hos præceptores transferuntur, & apud eos juvenes etiam facti perſeverant; ideoque [4] major adhibenda tum cura eſt, ut & teneriores [5] annos [6] ab injuria ſanctitas docentis cuſtodiat, & ferociores a licentia gravitas [7] deterreat. Neque vero ſatis eſt ſummam præſtare [8] abſtinentiam, niſi [9] diſciplinæ ſeveritate convenientium quoque ad ſe mores adſtrinxerit. [10] Sumat igitur ante omnia parentis erga diſcipulos ſuos animum, ac ſuccedere ſe in eorum locum, a quibus ſibi liberi [11] traduntur, exiſtimet. Ipſe nec habeat vitia, nec ferat. [12] Non auſteritas ejus triſtis, non diſſoluta ſit comitas; ne inde odium, hinc contemptus oriatur. Plurimus ei de honeſto ac bono ſit ſermo. Nam quo ſæpius monuerit, hoc rarius caſtigabit. Minime iracundus; nec tamen eorum, quæ emendanda erunt, diſſimulator; ſimplex in docendo, patiens laboris, aſſiduus potius, quam immodicus. Interrogantibus libenter reſpondeat, non interrogantes percontetur ultro. In laudandis diſcipulorum dictionibus [13] nec malignus, nec effuſus; quia res altera tædium laboris, altera ſecuritatem parit. [14] In emendando quæ corrigenda erunt, non acerbus, minimeque contumelioſus; nam id quidem multos a propoſito ſtudendi fugat, quod [15] quidam ſic objurgant, quaſi oderint. Ipſe aliquid, imo multa quotidie dicat, quæ ſecum [16] audita referant. Licet enim ſatis exemplorum ad imitandum ex lectione [17] ſuppeditet, [18] tamen *viva illa*, ut dicitur, *vox* alit plenius,

Quemadmodum libro primo grammatici mores & officium eſt executus, ita nunc quoque qualem eſſe oporteat rhetorem, docet; a quo primum morum probitatem exigit, docetque quo ſeſe pacto erga diſcipulos gerere debeat: eſt itaque hoc caput totum *parænetícum*. TURNEB.

1. *Inſpici mores.*] Juſtinianus L. VII. Cod. de Profeſſor. & Medic. *Magiſtros*, inquit, *ſtudiorum doctoreſque excellere oportet, moribus primum, deinde facundia.* REGIUS. Hoc nomine Socratis ſchola fuit infamata, quod obeſſe bonis moribus videretur. TURNEB. Quam neceſſe in moribus æque, atque eruditione inſtitui diſcipulos, docet Nazianzenus in Tetraſtichis.

Ἢ μὴ διδάσκειν, ἢ διδάσκειν τῷ τρόπῳ

Vel ne doceto, vel doceto moribus. ALMELOV.

Verbum ipſum *inſpici* docet ſummam patris curam & ſolicitudinem, quam adhibere debet in examinandis & excutiendis moribus magiſtrorum; eam enim vim hujus verbi eſſe vidimus ad Petron. cap XV. & LXXXIV. Unde & *diligentius inſpicere* idem cap. XIV. & CXXXV. ubi & vide interpretes. BURMAN.

2. *Libro priore.*] Cap. I. & 2. in illo de pædagogo, in hoc de præceptore. PHILAND. *ſuperiore* Ald. Colin Sich. Baſil.

3. *Magis neceſſariam ejus rei.*] Nam jam grandiores committuntur rhetori, cum ætas eſt maxime in lubrico; & (ut ait Xenophon) eo tempore, vel vitii, vel virtutis iter capeſſere ſolent. TURNEB.

4. *Major adhibenda tamen.*] Loco *tamen*, ſenſus exigit *tum*; ſicque emendate in quibuſdam legitur exemplaribus. REGIUS.

5. *Annos.*] *Animos*: Ald. Gryph. Colin. Sich. Baſil. Vide ſupr. lib. I. in proœmio.

6. *Ab injuria.*] Et hæc vox proprie de ſtupro intelligenda, ut apparet ex iis, quæ ad Petron. cap. XXV. ſunt notata. BURMAN.

7. *Deterreat.*] *Detineat*: Voſſ. tert.

8. *Abſtinentiam.*] Id eſt, temperantiam, ſeu continentiam. Vide tamen ad lib. 5. cap. 5. ubi abſtinentia diſtinguitur a continentia. CAPPER.

9. *Diſciplinæ ſeveritate.*] Plin. III. Ep. 3. *Jam ſtudia ejus extra limen proferenda ſunt, jam circumſpiciendus Rhetor Latinus, cujus ſcholæ ſeveritas, pudor in primis, caſtitas conſtet.* Petron. cap. IV. *qui nolunt liberos ſuos ſevera lege proficere*: & mox, *ut ſtudioſi juvenes ſevera lectione mitigarentur.* BURMAN.

10. *Sumat igitur.*] *Parænefes* ſunt, id eſt, admonitiones, quibus inſtructus eſſe debet præceptor, ut recte doceat; eo autem animo fuit Ariſtoteles in diſcipulum Alexandrum; & Alexander quoque non minus debere ſe Ariſtoteli fatebatur, quam patri; cum ab hoc vitam, ab altero rectam vitam accepiſſet. TURNEB.

11. *Traduntur.*] *Tradantur*: V. C. Almel. Ald. Locatel. Gryph. Baſil.

12. *Non auſteritas.*] *Enthymema* eſt ſecundo modo, id eſt, ſententia cum ratione: ſignificat autem præceptorem debere ſeveritatem quadam comitate temperare. TURNEB.

13 *Nec malignus.*] Hoc eſt, *non nimis parcus*: τὸ *malignus* opponitur τῷ benigno, ſeu liberali, ex ROLLINO.

14. *In emendando.*] Hujuſmodi fuit Orbilius Horatii præceptor, non ſolum acerbus in antiſophiſtas, verum in diſcipulos omnes: adeo ut vix eſſet tolerabilis. TURN.

15. *Quidem ſic objurgant.*] *Quidam* legendum, non *quidem*. REGIUS.

16. *Audita referant.*] *Auditores*: MSS. Bodl. Alm. Andr. Obrecht.

17. *Suppeditet.*] Sicut illud Terent. Eunuch. verſ. 9.

Ut amori tuo ſuppeditare poſſis:

& Cicer. III. de Orat. 31. *facile ſuppeditat omnis apparatus ornatuſque dicendi.* CAMERAR. Vide notas Cl. Grævii ad Cicer. Vid. Verr. 38.

18. *Tamen viva illa.*] *Viva vox*, dicitur vivida & efficax, & ab ore pronunciantis percepta, ad differentiam ſcripturæ & librorum, qui appellantur *magiſtri muti*. Unde Gellius: *Quoniam*, inquit, *vivæ* (ut dicitur) *vocis penuria erat, ex mutis* (quod aiunt) *magiſtris cognoſcerem.* TURNEB. *Ζώσης φωνῆς μείζων ἐνέργεια*, aiunt Græci; eſtque apud Cic. 2.

[19] præcipueque ejus præceptoris, quem diſcipuli, [20] ſi modo recte ſunt inſtituti, & amant [21] & verentur. Vix autem dici poteſt, quanto libentius imitemur eos quibus favemus. Minime vero permittenda pueris, ut fit apud pleroſque, [22] aſſurgendi exultandique in laudando licentia: quinetiam juvenum modicum eſſe, cum audient, teſtimonium debet. Ita fiet, ut ex judicio præceptoris diſcipulus pendeat, atque id ſe dixiſſe recte, quod ab eo probabitur, credat. Illa vero [23] vitioſiſſima, quæ jam [24] humanitas vocatur, invicem qualiacumque laudandi; cum eſt indecora & theatralis, & ſevere [25] inſtitutis ſcholis aliena, tum ſtudiorum pernicioſiſſima hoſtis. Supervacua enim [26] videntur cura [27] ac labor, [28] paratâ, quidquid effuderint, laude. Vultum igitur præceptoris intueri, tam qui audiunt, debent, quam ipſe qui dicit. Ita enim probanda atque improbanda [29] diſcernent: [30] ſic ſtylo facultas continget, [31] auditioni judicium. At nunc proni atque ſuccincti [32] ad omnem clauſulam non exſurgunt modo, verum etiam excurrunt, & cum indecora exultatione conclamant. [33] Id mutuum eſt, & ibi *declamationis* fortuna. Hinc tumor & vana de ſe perſuaſio, uſque adeo, ut [34] illo condiſcipulorum tumultu inflati, ſi parum a præceptore laudentur, ipſi de illo male ſentiant. Sed ſe quoque præceptores intente ac modeſte audiri velint. Non enim judicio diſcipulorum dicere debet magiſter; ſed diſcipuli, magiſtri. Quin, ſi fieri poteſt, intendendus animus in hoc quoque, ut perſpiciat quæ quiſque, & quomodo laudet; & placere, quæ bene dicet, non ſuo magis, quam eorum nomine delectetur, qui recte judicabunt. Pueros adoleſcentibus ſedere permixtos, non placet mihi. Nam etiamſi vir talis, qualem eſſe oportet ſtudiis moribuſque præpoſitum, modeſtam habere [35] poteſt etiam juventutem, tamen vel infirmitas a robuſtioribus ſeparanda eſt; [36] & carendum non ſolum crimine turpitudinis, verum etiam ſuſpicione. Hæc notanda breviter exiſtimavi. Nam ut abſit ab ultimis vitiis ipſe præceptor, ac ſchola, ne præcipiendum quidem credo. Ac, ſi quis eſt qui flagitia manifeſta in [37] deligendo filii præceptore non [38] vitet, jam hinc ſciat cætera quoque, quæ ad utilitatem juventutis componere conamur, eſſe ſibi, hac parte omiſſa, [39] ſupervacua.

Ep. ad Attic. CAMERAR. Sic Plin. libr. 2. Epiſt. 3. Serio hortatur Nepotem ſuum, ut Iſæum ſumma facultate, copia & ingenii ubertate prædicum, auditum veniat, quum viva vox magis afficiat. D. Hieronym in Epiſt. ad Paulinum: *Habet*, inquit, *neſcio quid latentis energiæ* VIVA VOX. MOSELL. Plutarchus libello περὶ ἀκροάσεως. Keckerman. Præcognit. Philoſoph. pag 57. Seneca Epiſt. 6. ſimile quid habet Rufinus, libr. XI. cap. 3. & XI. cap. 7. PAREUS. Senec. Ep. 33. hanc *magiſtram vocem* vocat Juſtinianus præfat. II. Digeſt. § 1. 3. ALMELOV.

19. *Præcipueque præceptoris.*] *Præcipueque ejus præceptoris*; MS Bal. Andr. Gryph. Sich. Baſil. & Obrecht. rectius; ne ſonus duarum vocum ab iiſdem ſyllabis incipientium offendat aures: & ita Gebh. ex. MSS. Palat. lib. 11. Crep. 9.

20. *Si modo recte ſunt.*] *Si recte modo ſint*; Voſſ. prim.

21. *Et verentur.*] *Et venerantur*; Voſſ. ſecund.

22. *Aſſurgendi.*] *Exſurgendi*; Voſſ. ſecund. *Aſſurgendi exultandique.*] Quo de more vide Ludovicum Creſollium Theat. Sophiſt. pag. 276. 404. *Exultandique lætitia.*] Emendate in quibuſdam codicibus legitur *licentia*, quæ in malam partem fere accipitur. Terent. Heaut. III. 1.

Deteriores omnes ſumus licentia. REGIUS.

23. *Vitioſiſſima.*] *Otioſiſſima*; MS. Bodl. deinde *quæ etiam*; MS. Bodl. Alm. Andr. *quæ etiam jam*; Gryph. Sich. Baſil.

24. *Humanitas.*] *Humanitas* ſignificat dexteritatem quandam, qua erga homines afficimur: tempore etiam Fabii in malam accipiebatur partem, ſignificabatque propenſiorem in laudando & approbando facilitatem, quæ pene adulatoria erat. TURNEB.

25. *Inſtitutis ſcholis.*] *Inſtitutis in ſcholis*; MSS. Bal. Alm. Andr. Gryph. Sich. Baſil.

26. *Videtur cura.*] *Videntur*; MSS. Bodl. Bal. Alm. Locat. Ald. Col. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Obrecht.

27. *Ac labore parata.*] *Labor*, e vocali eraſa, ut nominativi ſit caſus, legendum. REGIUS.

28. *Parata laude.*] Id eſt facili, ut *parata victoria*, apud Petron. cap. XVI. ubi vide adnotata. BURMAN.

29. *Diſcernent.*] MSS. Bal. Alm. Andr. Locat. Ald. Steph. Gryph. Colon. Colin. Baſil. Obrecht. Al. *diſcernet*.

30. *Sic ſtylo facultas continget.*] Hinc fiet, ut & qui declamat, ſtylum ſuum formare poſſit, & facultatem dicendi adipiſci; & qui audiunt, non temere judicent & approbent. TURNEB.

31. *Auditioni.*] *Auditione*; MS. Bodl. Joan. Alm. Steph.

32. *Ad omnem clauſulam.*] Vel *clauſulam* accipere debemus pro ſententia arguta, quæ in fine ſermonis adjicitur; vel etiam pro concluſione. TURNEB. Talis fuit illa *clauſula*, quam Auguſtus, morti proximus adjecit dicto ſuo. Sueton. Aug. 100. ubi vide Caſaubonum.

33. *Id mutuum eſt &c.*] Hoc eſt, has laudes ſibi invicem ac mutuo dant redduntque; & in his laudibus tota conſiſtit declamatorum fortuna. ROLLIN.

34. *Illos diſcipulorum.*] *Illo*, litera *s* eraſa, & *con* ſyllaba adſcripta, *condiſcipulorum* legendum. REGIUS. *illo diſcipulorum*; Locat. Ald.

35. *Poteſt etiam juventutem.*] *Etiam*, non habet Stephanus.

36. *Et carendum non ſolum, &c.*] Alludit ad Cæſaris apophthegma, qui, cum uxorem Pompeiam repudiaret, quod ea a Clodio adulterata fuiſſet, neque rem certo ſciret, dixit *Cæſaris domum non ſolum crimine, ſed etiam criminis ſuſpicione carere debere.* TURNEB. *Carendum.*] *Cavendum*; Baſil.

37. *Diligendo.*] *Eligendo*; MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. Andr. Ven. Ald.

38. *Vitet.*] *Evitet*; Steph. Sich. Par. Vaſc.

39. *Supervacua.*] Francius melius & rotundius putabat, *ſupervacanea*.

CAPUT III.

An protinus præceptore optimo ſit utendum.

III. NE [1] illorum quidem perſuaſio ſilentio tranſeunda eſt, qui, etiam cum [2] idoneos rhetori pueros putaverunt, non tamen continuo tradendos eminentiſſimo credunt, ſed apud minores aliquandiu detinent; tanquam inſtituendis artibus magis ſit apta mediocritas præceptoris, [3] cum ad intellectum atque imitationem facilior, tum ad ſuſcipiendas elementorum moleſtias minus ſuperba. Qua in re mihi non arbitror diu laborandum, ut oſtendam, quanto ſit melius optimis imbui, [4] quantaque in eluendis, quæ ſemel [5] inſederint, vitiis, difficultas conſequatur; cum geminatum [6] onus ſuccedentes premat, & quidem dedocendi gravius, ac prius, quam docendi. [7] Propter quod Timotheum clarum in arte tibiarum, ferunt [8] duplices ab iis, quos alius inſtituiſſet, ſolitum exigere mercedes, quam ſi rudes traderentur. Error tamen eſt in re duplex. Unus, quod interim [9] ſufficere illos minores exiſtimant; &, [10] bono ſane ſtomacho, contenti ſunt. Quæ quanquam & ipſa reprehenſione digna ſecuritas, tamen eſſet utcumque tolerabilis, ſi ejuſmodi præceptores minus docerent, non pejus. [11] Alter, ille etiam frequentior, quod eos, qui ampliorem dicendi facultatem [12] ſunt ſecuti, non putant ad minora deſcendere; idque interim fieri, quia faſtidiant præſtare hanc inferioribus curam; interim, quia omnino non poſſint. Ego porro eum, qui

Poſtquam de moribus egit, nune de eruditione diſputat, ac *theſin* qualitatis ex comparatione tractat; &, refutatis aliorum opinionibus, colligit optimo rhetori ſtatim eſſe committendos pueros TURNEB.

1. *Illorum.*] *Aliorum;* Voſſ. ſecund.

2. *Idoneos rhetori.*] *Idoneos ad diſcendum putaverunt;* MSS. Bodl. Alm. Andr.

3. *Cum ad intellectum.*] Intellectus præſtat cognitionem faciliorem *theorematum* artis: imitatio vero, quæ habet adjunctam exercitationem, ſuppeditat *praxin.*] TURNEB.

4. *Quantaque.*] *Quanta;* Ald. Steph. Locat. Baſil.

5. *Inſederint.*] *Inſederunt;* Voſſ. tert.

6. *Onus ſuccedentes premat, & quidem dedocendi gravius, ac prius, quam docendi.*] *Succedere* vel eſt hic ἀναδέχεσθαι. Sic Agellius libr. 7. cap. 8. *Delphin* προσνηχόμενος ἀνεδέχετο τὸν παῖδα ἐπὶ τῶν νώτων. Sic Latini *ſuccedere & ſubire onus.* Ariſtophanes, Ranis.

Μὴ δ' ὅτι βαστάζων ἄχθος ἐπ' ἐμαυτῷ φέρων,
Εἰ μή τις ἀνθαιρήσει τις, ἀποπαρδήσομαι.

Fabius lib. 6. cap. 1. *Quare metiatur ac diligenter æſtimet vires ſuas actor, &, quantum onus ſubiturus ſit, intelligat.* Sed *ſuccedere* hic eſt διαδέχεσθαι. Hinc *ſucceſſor*, διάδοχος Ovidius:

Succeſſore novo tollitur omnis amor.

Gloſſ. ſive Onomaſt. *ſuccidaus* διάδοχος. GEBHARD. Crepund. lib. 11. cap. 9. pag. 82. *ac plus;* Obrecht.

7. *Propter quod Timotheum.*] Timotheus Mileſius, tempore Philippi & Alexandri, optimus fuit muſicus. Hic addidit lyræ decimam & undecimam chordam. TURNEB. Stephanus in Theſaur. L. Græcæ (in voce κιθάρα) ſeptem chordas a Terpandro, octavam a Simonide, nonam a Timotheo additam dicit: ita vero verſatus erat in arte muſica, ut, ſi auſteram, acrioremque harmoniam emiſiſſet, animum ad iracundiam excitaret, rurſus ſi dulciorem ac mitiorem, emolliret ac manſuefaceret, teſte Baſilio M. Homil. XXIV. Vide Steph. de Urbib. in Μίλητος, & Pinedo in commentario. ALMEL.

8. *Duplices ab iis, &c.*] Sic Liv. lib. VII. 8. *Quidquid hinc aut illinc communis Mars bello aufert, multiplex quam pro numero damnum eſt.* PITHOEUS. *Majores;* Ald. Baſil.

9. *Sufficere illos.*] *Illis;* MSS. Bodl. Andr. Ven. Locat. Colon. Gryph. Colin. & Steph. marg. Voſſ. ſecund.

10. *Bono ſane ſtomacho.*] Metaphora eſt a cibis ducta; nam quemadmodum qui optimo ſunt ſtomacho, delectum ciborum non habent; contra qui malum, *euſtomacha* quærunt & concoctu facilia; ita quoque parentes, filiorum ingenio freti delectum præceptorum non habent. TURNEB. alias *bono ſatis:* intelligi autem puto, quos nec faſtidiat labor, nec elementorum moleſtia. PHILAND. *bono & ſani ſtomacho;* Gryph. Colin. Sich. qui in marg. *bono ſatis ſtomacho.* Baſil. in marg. *bono ſatis alibi ſani ſtomacho.* In menda cubare hunc locum mihi certum eſt; nullum enim ſenſum video: nec quem Turnebus elicuit, ego in verbis, ut ſe habent, reperire queo. Conſtat comparationem inſtituiſſe inter eos, qui bono ſtomacho ſunt, & ideo non faſtidiunt cibos mediocres & vulgares; ſed iis contenti ſunt, quia facile concoquunt, neque delicatas dapes quærunt, ut renovent per damna famem; & inter parentes, qui vulgares, neque doctiſſimos præceptores ſine delectu arripiunt: quæ ut ſit manifeſta, legendum foret ex veſtigiis marginis Baſileenſis editionis: *Unus, quod interim ſufficere illos minores exiſtimant, ut bono ſtomacho ſatiabili cibo contenti ſunt*, id eſt, vulgari cibo, ſi modo ſatiet, & famem ſedet: vel, quia vox illa *ſatiabilis* vix auctoritate defendi poſſet, *ut bono ſtomacho ſatis arido cibo contenti ſunt*: *aridus cibus* autem eſt vulgaris. Lucretius lib. 1.809.

Et niſi nos cibus aridus, & tener humor
Adjuvet.

Cicer. pro Roſc. Amer. 27. *in ruſticis moribus, in victu arido, in hac horrida incultaque vita;* & ita Donatus dicit, *victum in parvis & aridis alimoniis eſſe conſtitutum*, ad Ter. Andr. I. 1. 48. & ſic alii paſſim: poſſit & *ſatis parabili*, vel *ſatis facili cibo contenti*, de quo egi ad Petron. cap. XCIII. vel *vili cibo;* quæ eodem redeunt. Certe tale aliquid hic latere contenderim: ſed exſpectanda medicina certior a codice emendatiore, quam adhuc ſunt reperti. Eſt vero idem quod Horatius dicit II. Sat. II.

Jejunus raro ſtomachus vulgaria ſpernit, &c.

bono autem *ſtomacho* (ſcilicet homines) dicitur elegantes de iis qui omnes cibos jucundos & ſuaves habent: ſic lib. VI. 3. *Jucundiſſima ſunt autem ex his omnibus lenia, &, ut ſic dixerim, boni ſtomachi.* ut contra Cælius Ciceroni lib. VIII. ad famil. Epiſt. XIII. ſcribit: *Stomacho eſt Magnus nunc ita languenti, ut vix, quod ſibi placeat, reperiat.* & Eumolpus ille apud Petronium cap. CXVII. fingere ſe jubebatur, *ſolutioris ſtomachi, ciboſque omnes palam damnare.* BURMAN. *Et, bono ſane ſtomacho, contenti ſunt.*] Hoc eſt, quia bonum habent ſtomachum, cum bono ſint ſtomacho, cum bonus ſit eorum ſtomachus: adeo ut τὸ *bono ſane ſtomacho* ſit *ablativus abſolutus*, nec regatur a *participio* ſeu adjectivo *contenti.* Præterea τὸ *ſtomachus* aliquando ſignificat *animum*, ſeu *quandam animi* διάθεσιν. Illi igitur contenti ſunt, quia bonum habent animum, vel eam animi διάθεσιν diſpoſitionem, qua facile ipſis fiat ſatis. CAPPER.

11. *Alter, ille.*] *Alter error;* MS. Bodl. Andr. Locat. Ald. Colon. Gryph. Colin. Baſil. mallem *alter, & ille etiam frequentior.*

12. *Sunt conſecuti.*] *Sint;* Ald. Locatel. Gryph. Colin. Baſil. Obrecht.

nolit,

nolit, in numero præcipientium non habeo: poſſe autem maxime, ſi velit, optimum quemque contendo. Primum, quod [13] eum, qui eloquentia cæteris præſtet, illa quoque, per quæ ad eloquentiam pervenitur, diligentiſſime [14] percepiſſe credibile eſt: deinde, quia plurimum in præcipiendo [15] valet ratio, quæ doctiſſimo cuique [16] planiſſima eſt: poſtremo, quia nemo ſic in majoribus eminet, ut eum minora deficiant. [17] Niſi forte Jovem quidem [18] Phidias optime fecit, illa autem, quæ in ornamentum operis ejus accedunt, alius melius [19] elaboraſſet: [20] aut orator loqui neſciet: aut leviores morbos curare non poterit medicus præſtantiſſimus. [21] Quid ergo? non eſt quædam eloquentia major, quam ut eam intellectu conſequi puerilis infirmitas poſſit? Ego vero confiteor: ſed hunc diſertum præceptorem, prudentem quoque, & non ignarum docendi, eſſe oportebit, ſummittentem ſe ad menſuram diſcentis: ut [22] velociſſimus quiſque, ſi forte iter cum parvulo faciat, det manum, & [23] gradum ſuum minuat, nec procedat ultra quam comes poſſit. [24] Quid? ſi plerumque accidit, ut faciliora ſint ad intelligendum, & lucidiora multo, quæ a doctiſſimo quoque dicuntur. Nam & prima eſt eloquentiæ virtus, [25] perſpicuitas; & [26] quo quis ingenio minus valet, hoc ſe magis attollere & dilatare conatur; ut ſtatura breves, [27] in digitos eriguntur, & plura infirmi minantur. Nam [28] tumidos, & corruptos, & [29] tinnulos, & quocunque alio [30] cacozeliæ genere peccantes, certum habeo, non virium, ſed infirmitatis vitio laborare; ut corpora non robore, ſed [31] valetudine inflantur; & [32] recto itinere [33] lapſi, plerumque devertunt. Erit ergo obſcurior etiam, quo quiſque deterior. Non excidit mihi, ſcripſiſſe me in [34] libro priore, cum potiorem in ſcholis eruditionem eſſe, quam domi, dicerem; libentius ſe prima ſtudia tene-

13. *Eum qui eloquentia.*] *Cum eloquentia;* Obrecht.

14. *Percepiſſe.*] *Præcepiſſe;* ex MSS. Palat. legit Gebh. lib. 1. Crep. cap. 1.

15. *Valet ratio.*] Videtur Fabius nomine *rationis* intelligere methodum, quam Latini modo *rationem*, modo *viam artis* vertunt. Significat igitur doctum præceptorem magis eſſe μεθοδικὸν, indoctum contra magis ἀμέθοδον. TURNEB.

16. *Planiſſima.*] *Pleniſſima;* V. C. Alm. Locatel. marg. Steph.

17. *Niſi forte.*] Phidias Athenienſis fuit, ſtatuarius excellentiſſimus: is Jovem Olympium ex ebore & auro fecit; quæ ſtatua primatum tenet. Per ea autem, quæ ad ornamentum adduntur, intelligit πάρεργα, quæ adjiciuntur præter opus; cujuſmodi ſunt flores, opus topiarium, animalcula, & cætera hujuſmodi. TURNEB.

18. *Phidias.*] Magna fuit in admiratione hoc Phidiæ opus, quod & ipſi auctori valde placuiſſe apparet. Interrogatus enim, quo fuiſſet exemplo uſus in exprimenda divina illa majeſtate, pronuntiaſſe Homericos verſus dicitur, ex Iliados. A. 528. quos ita vertimus.

Sic ait, atque ſuperciliis pater adnuit atris,
Ambroſiæque alte divino a vertice regi
Defluxere comæ, magnuſque tremiſcit Olympus.

Sed quod ad hunc Fabii locum attinet, videndus Pauſanias Eliacis libr. v. cap. 10. ubi verboſe ſimulachrum Jovis Olympii deſcribitur. CAMERAR. Vide Valer. Max. libr. III. cap. 7. ex. 4. & Plin. XXXIV. 8.

19. *Elaboraſſet.*] *Laboraſſet;* MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. Voſſ. tert.

20. *Aut orator loqui neſciet.*] Hoc eſt, quaſi vero qui eloquentiſſimus eſt orator, is maxime nativo, ſimplici ac familiari ſermone uti non poſſit. CAPPER.

21. *Quid ergo.*] Ita ſæpe noſter, ut lib. II. 10. *Quid ergo? nunquam hæc ſupra fidem:* & alibi Seneca, ut Ep. XIV. *Quid ergo? ubique erit tutus.* Epiſt. XV. *Quid ergo? a clamore protinus incipit.* Vide ad Petron. cap. IV. & ita Græci τί οὖν ἐστι. Vide Pricæ. ad Actor. XXI. 22. aliquando addunt *eſt.* *Quid ergo eſt?* ut infra V. C. Alm. lib. IV. 1. *Quid ergo eſt? imminuendi quædam.* BURM.

22. *Velociſſimus quiſque.*] *Quoque;* Voſſ.

23. *Gradum ſuum.*] *Gradum ſummum ſuum;* Voſſ. prim.

24 *Quid ſi plerumque.*] *Quid? quod plerumque;* Obrecht.

25. *Perſpicuitas.*] Vide Iſidor. Peluſ. lib. III. Epiſt. 42. ALMEL.

26. *Quo quiſque.*] *Quo quis;* MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. Andr. Ald. Obrecht.

27. *In digitos.*] Supple *pedum.*

28. *Tumidos, & corruptos, & tinnulos, & quocunque alio cacozeliæ genere, &c.*] Eos carpit, qui dum virtutem aliquam nimis affectant, in vicinum ei vitium incidunt. Hæc dicitur κακοζηλία, id eſt, vitioſa affectatio. *Tumidos* dicunt, qui ſublimitatem; *corruptos*, qui ſententiarum acumen & elegantiam; *tinnulos*, qui compoſitionis numerum & concinnitatem nimis ambitioſe conſectantur. ROLLIN.

29. *Tinnulos.*] *Tinnuli* ſunt, qui exiliter & deducte ſonantes dictiones venantur. Sic Tacitus, (dial. de Orat. 26.) appellat *Gallionis tinnitus*, quanquam hoc etiam ad pronuntiationem referri poteſt. TURNEB. *Tremulos;* Baſil. margo.

30. *Cacozeliæ.*] Pravæ imitationis; ut ſi quis in oratione horrorem vetuſtatis Salluſtianæ, in carmine ſimiliter aſperitatem Catullianam, aut Propertii incompoſitos verſus dicat ſe imitari; hoc enim ex virium exilitate imbecillitate ſolet, ſicut contraria huic facilitas quoque, ut quibus nova illa orationis levitas placet; qualis eorum eſt, qui in Latinæ ſermonis compoſitione Græcorum quorumdam, maxime recentium, ſunt ſimillimi. Quod in verſuum etiam mollitudine reprehendi poſſit, & datum vitio Ovidio fuit. CAMERARIUS.

31. *Valetudine.*] Supple, *mala;* nam τὸ valetudo per ſe quandoque ſignificat ægrotationem, maxime apud Suetonium. CAPPER.

32. *Recto itinere lapſi, plerumque divertunt.*] *Rectum iter;* eſt via illa tendens recta linea, ac ducens ad propoſitum terminum ſine ambiguitate, atque errore; ſic infra eod. libr. cap. 17. *Nec enim qui recta via depulſus eſt, reduci ad eam, niſi alio flexu poteſt.* Sophocles, Antigona:

Τί γάρ σε μαλθάσσοιμ' ἂν, ὧν ἐς ὕστερον
Ψεῦσται φανούμεθ', ὀρθὸν ἡ ἀλήθει' ἀεί.

Quia non flexibus, non diverticulis ſe decipit; ſed recto itinere, recto limite procedit. Hinc illuſtratur Fabius lib. VIII. Procem. *Sunt optima minime arceſſita, & ſimplicibus, atque ab ipſa veritate profectis ſimilia.* De recta via porro Fabius libr. 2. cap. 13. *Adjuvatur his quoque, ſi tamen rectam viam, non unam orbitam monſtrent; a qua declinare, qui crediderit nefas, patiatur neceſſe eſt illam per funes ingredientium tarditatem.* Id. lib. 3. cap. 6. *Sed inſtituentibus rudes non erit inutilis latius primo fuſa ratio, & ſi non ſtatim rectiſſima linea tenſa, facilior tamen & apertior via.* Lib. 4 cap. 2. *Ut vi quadam videamur affectus velut recto itinere depulſi.* Ibid. cap. 3 *Si aliquid in digreſſu ſit exponendum, cum tot modis a recto itinere declinet oratio.* Lib. 6. cap. 1. *Nihil eſt odioſius recta illa repetitione.* Lib. 7. Procem. *Quod recte dici poteſt, circumimus amore verborum;* Gebhard. Crepund. lib 2 cap. 1 pag. 58 Vide ſupra, lib. 1. cap. 6. & infra eod. libr. 2 cap. 13. libr. 9. cap. 2. PAREUS. ita Petron. cap LXXXIV. *Sed qui vitiorum omnium inimicus rectum iter vitæ cœpit inſpicere.* *Devertunt* vero ſcribendum eſſe, non *divertunt*, ad Petronii cap. IX. jam oſtendimus; & ſic habent Voſſiani.

33. *Lapſi.*] *Laſſi;* V. C. Almel. & Argent. & margo Steph. itemque Voſſ. tert.

34. *Libro priore.*] Cap. 2. PHILAND.

roſque profectus ad imitationem condiſcipulorum, quæ facilior eſſet, erigere: quod a quibuſdam ſic [35] accipi poteſt, tanquam hæc, quam nunc tueor, ſententia priori diverſa ſit. Id a me procul aberit: namque ea cauſſa vel maxima eſt, cur optimo cuique præceptori ſit tradendus puer, quod apud eum diſcipuli quoque melius inſtituti, [36] aut dicent quod inutile non ſit imitari; aut, ſi quid erraverint, ſtatim corrigentur: at indoctus ille etiam probabit fortaſſe vitioſa, & [37] placere audientibus judicio ſuo coget. [38] Sit ergo tam eloquentia, quam moribus præſtantiſſimus, qui ad [39] Phœnicis Homerici exemplum dicere ac facere doceat.

35. *Accipi poteſt.*] *Poſſet*, malebat Francius.
36. *Aut dicent.*] *Diſcent*: MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. Andr. Voſſ. tert.
37. *Placere judicio ſuo coget.*] Hoc eſt, coget ut *τὰ* vitioſa placeant audientibus, idque judicio ſuo quod pravum eſt; Gallice, *par ſon mauvais goût.* CAPPER.
38. *Sit ergo.*] Generalis eſt concluſio utriuſque capitis. TURNEB.
39. *Phœnicis Homerici.*] Libro nono Iliados, in legatione ad Achillem Phœnix, Achillis pædagogus, ait ſe illi datum eſſe a Peleo, ut eum efficeret, & verborum oratorem, & rerum actorem. *Idem. Phœnicis Homerici.*] Hoc Cic. de Oratore 3. cap. 15. *Ut ille apud Homerum Phœnix, qui ſe a Peleo patre Achilli juveni comitem eſſe datum dicit ad bellum, ut illum efficeret oratorem verborum, actoremque rerum.* CAMERAR. Homeri verba ſunt hæc Iliad. ι. verſ 443.

Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων. CAPPER.

CAPUT IV.

[1] *De primis apud rhetorem exercitationibus.*

HINC jam, quas primas in docendo partes rhetorum putem, tradere incipiam; dilata parumper illa, [2] quæ ſola vulgo vocatur, arte *Rhetorica.* [3] Ac mihi opportunus maxime videtur ingreſſus ab eo, cujus aliquid ſimile apud Grammaticos puer didicerit. [4] Et, quia [5] *narrationum*, excepta qua in *cauſſis* utimur, tres [6] accipimus ſpecies; [7] fabulam, quæ verſatur in tragœdiis atque [8] carminibus, non a veritate modo, [9] ſed etiam a forma veritatis [10] remotam; argumentum, quod falſum, ſed vero ſimile comœdiæ fingunt; hiſtoriam, in qua eſt geſtæ rei expoſitio; grammaticis autem [11] poëticas dedimus; [12] apud rhetorem initium ſit hiſtoria, tanto robuſtior, quanto verior. Sed narrandi quidem quæ nobis optima ratio videatur, [13] tum demonſtrabimus, cum de *judiciali* parte dicemus. [14] Interim admonere illud ſatis eſt, ut ſit ea neque arida prorſus atque jejuna; (nam [15] quid opus erat [16] tantum ſtudiis laboris impendere, ſi res

De *progymnaſmatis*, quæ ſunt prima apud rhetorem elementa, ante juſtum declamationis opus agit; primumque de narratione, non illa quidem civili, quæ pars eſt inventionis, ſed hiſtorica; nam fabuloſas narrationes grammaticis libro primo dedit; atque ita rhetorum officia cum officiis grammatici conjungit. TURNEB.
1. *De primis .... exercitationibus.*] Περὶ τῶν προγυμνασμάτων. De quibus legeſis Hermogenem, Aphthonium, Theonem. Hujuſmodi præexercitamenta hic exponit Fabius omnia, exceptis *Chria* & *Ethopœia*, de quibus lib. 1. cap. 15. mentionem fecerat; nam deſcriptionem quod attinet, eam ut *narrationis* partem conſideravit, neque ſpeciatim tractavit. CAPPER.
2. *Quæ ſola.*] Accipio de præceptionibus rhetoricis. Nam illas *artem* vocare ſolemus. CAMERAR.
3. *Ac mihi*] *Ac* legendum eſſe, ex eo perſpici poteſt, quod *ac* ſenſuum principiis eleganter apponitur. *At* vero non ita, niſi cum ſuperioribus adverſetur. REGIUS. *At*; Aldus, Baſil. Voſſ. tert.
4. *Et quia narrationum.*] Fabius hoc loco ſequi videtur eum, qui ſcripſit *Rhetoricam ad Herennium* lib. 1°. Nam cum ille diviſerit narrationem in civilem, digreſſoriam, & illam, quæ remota eſt a *cauſſis* civilibus, hanc poſtremam in tres has partes diduxit. TURNEB.
5. *Narrationum.*] Quæ hic tradit Fabius, continent duas priores Aphthonianorum *Progymnaſmatum* ſpecies; fabulam, videlicet τὸν μῦθον; & *narrationem*, τὸ διήγημα. Cæteras in hujus capitis decurſu exhibebit. CAPPER.
6. *Accipimus.*] *Accepimus*: Andr. Ald. Sich. Gryph. & ita alibi ſæpe.
7. *Fabulam.*] Macrobius lib. 1. de Somn. Scip cap. 2. diſtinguit fabulam a fabuloſa narratione. Fabulam eſſe dicit, quæ nihil veri aut profert, aut continet; fabuloſam autem narrationem, quæ externa ſolummodo ſpecie falſa eſt, veritatem tamen in receſſu habet. ALMELOV. *Fabulam, quæ verſatur in tragœdiis atque carminibus.*] Fabulam nunc ſtrictiori ſenſu Fabius uſurpat; alias enim ipſa comœdia fabulæ nomen obtinet. Sic Terentius in prologo Andriæ.

Populo ut placerent, quas feciſſet fabulas. CAPPER.

8. *Carminibus.*] Hoc eſt, *poëmatibus Epicis*, in quibus occurrunt multa non veritati ſolum, ſed & veriſimilitudini repugnantia. Ea Philoſophus in Poëtica vocat ἄλογα, ἀδύνατα. CAPPER.
9. *Sed etiam a forma.*] Ut fabula Atrei & Thyeſtis, Medeæ, Iphigeniæ, & totæ narrationes μεταμορφώσεων. Cicer. Rhetor. 1. cap. 19. CAMERAR. *A forma veritatis.*] ἀπὸ τοῦ εἴδους, a ſpecie, & ſimilitudine; citra veriſimilitudinem. CAPPER.
10. *Remotam.*] *Remota*; V. C. Alm. Voſſ. tert. Bern.
11. *Poëticas dedimus.*] Supple, *narrationes*. Vide lib. 1. cap. 4.
12. *Apud Rhetorem initium ſit hiſtoria.*] Vide Caſauboni Comment. ad Perſii Sat. 1. pag. 113. PAREUS.
13. *Tum demonſtrabimus.*] Lib. IV. cap. 2. *tum* vero non eſt in editione Stephani, neque in Voſſ. tert.
14. *Interim admonere illud.*] Aphthonius narrationem habere debere ait, *claritatem*, *brevitatem*, *perſuaſionem*, & *verborum electionem.* Fabius paulo locupletiorem eſſe vult, quoniam (ut ſcribit libro quarto) ſatius eſt narrationi aliquid ſupereſſe, quam deeſſe, præſertim in pueris, quos minime aridos eſſe convenit. TURNEB. Pſeudo-Turnebus ille, quiſquis tandem ſit, perperam poſuit *perſuaſionem*, cum ſcribere debuiſſet *probabilitatem*; hoc enim ſignificat Græca vox Aphthonii, πιθανότης. CAPPER.
15. *Quod opus.*] *Quid* legendum eſſe nemo non videt. REGIUS.
16. *Tantum ſtudiis laboris.*] Editio Lugdunenſis, & Stephan. *tantum ſtudiis laborem*: ſed Gebhard. 11. Crepund. 8. & omnes fere editi exhibent *τὸ laboris.*

nudas atque inornatas indicare ſatis videretur?) neque rurſus [17] ſinuoſa & [18] arceſſitis deſcriptionibus, in quas plerique imitatione poëticæ licentiæ ducuntur, [19] laſciva. [20] Vitium utrumque: pejus tamen illud, quod ex inopia, quam quod ex copia venit. Nam in pueris oratio perfecta nec exigi, nec ſperari poteſt: melior autem eſt indoles læta, generoſique conatus, & vel [21] plura juſto concipiens interim ſpiritus. [22] Nec unquam me in his [23] diſcentis annis offendat, ſi quid ſuperfuerit. Quin ipſis doctoribus hoc eſſe curæ velim, ut teneras adhuc mentes more nutricum mollius alant, & ſatiari velut quodam jucundioris [24] diſciplinæ lacte patiantur. Erit illud plenius interim corpus, quod mox adulta ætas adſtringat. Hinc ſpes roboris. [25] Maciem namque & infirmitatem in poſterum minari ſolet protinus omnibus membris expreſſus infans. Audeat hæc ætas plura, & inveniat, & inventis gaudeat, ſint licet illa non ſatis interim ſicca & ſevera. [26] *Facile remedium eſt ubertatis, ſterilia nullo labore vincuntur.* Illa mihi in pueris natura minimum ſpei [27] dederit, in qua ingenium [28] judicio præſumitur. [29] Materiam eſſe primum volo vel abundantiorem, atque ultra quam oporteat, fuſam. [30] Multum inde decoquent anni, multum ratio limabit, aliquid velut uſu ipſo deteretur; ſit modo unde excîdi poſſit, & quod [31] exſculpi: erit autem, ſi non ab initio tenuem nimium laminam duxerimus, & quam [32] cælatura altior rumpat. Quod me de his ætatibus ſentire [33] minus mirabitur, qui apud [34] Ciceronem [35] legerit: *Volo enim ſe efferat* [36] *in adoleſcente fœcunditas.* Quapropter in primis evitandus, & in pueris præcipue, magiſter aridus, non minus, quam teneris adhuc plantis ſiccum & ſine humore ullo ſolum. Inde fiunt humiles ſtatim, & velut terram ſpectantes, qui nihil ſupra quotidianum ſermonem attollere audeant. [37] Macies illis pro ſanitate, & judicii loco infirmitas eſt; &, dum ſatis putant vitio carere, in id ipſum incidunt vitium, quod virtutibus carent. Quare mihi ne maturitas quidem ipſa feſtinet, nec muſta [38] in lacu ſtatim auſtera ſint: ſic & [39] annos ferent, & vetuſtate proficient. [40] Ne illud quidem, quod admoneamus, indignum eſt; ingenia puerorum [41] nimia interim emendationis ſeveritate deficere. Nam & deſperant, & dolent, & noviſſime oderunt; &, quod maxime nocet, dum omnia timent, nihil

17. *Sinuoſa.*] Sinuum ac diverticulorum plena; *ſinuoſa* enim illa dicitur oratio, quæ multas digreſſiones habet, quales fere ſunt Ovidii fabularum narrationes. REGIUS. Vide Lib. VIII. principio; & ita *ſinuoſam quæſtionem* Gell. XIV. 2. dixit; & in præfatione, *ſinum obſcurum & altum quæſtionis.* BURMAN.

18. *Accerſitis.*] *Arceſſitis;* MSS. Bodl. Bal. Almel. Palatini, & Voſſ. ſecund.

19. *Laſciva.*] *Laſciviat;* MSS. Bodl. Bal. Almel. Voſſ. prim. Andr. Locat. Ald. Colon. Sich. Gryph. Colin. Baſil. *Laſciviam* ante Regium quidem legerunt.

20. *Vitium utrumque.*] Utitur egreſſione Fabius, ac vitium jejunitatis & copiæ inter ſe comparat, atque in puero potiorem eſſe copiam, quam ariditatem. TURNEB.

21. *Plura juſto.*] Scribe *plus juſto;* ut ſit plus ſpiritus, referaturque ad illud *generoſique conatus.* PHILAND.

22. *Nec unquam.*] Stylus hic eſt, quem Cicero Sophiſtis tribuit, qui acutis ſententiis & *metaphoris* floridis abundat: in quo eminet Iſocrates. TURNEBUS. *Nec unquam me diſcentis in his annis offendat;* MS. Bodl. *nec unquam me in his diſcentis annis offendas, ſi quid ſuperfuerit, qui in ipſis doctoribus hoc eſſe curæ velim;* MSS. Bal. & Alm. *in his diſcentis animus;* Stephani & Gryphii marg. Gallæus conjiciebat, *nec unquam me in his animus diſcentis annis offendat, ſi quid ſuperfuerit;* id eſt, ſi quid in ſtylo ſuperfluum erit.

23. *Diſcentis.*] *Dicentis;* Voſſ. tert.

24. *Diſciplinæ lacte.*] *Diſciplinæ cibo lacteque;* Venet. Locat. Ald. Colon. Gryph. Colin. Sich. Baſil.

25. *Maciem namque.*] Infantes eſſe ſolent vulgo humidiores & corpulentiores, ideoque membris minus expreſſis & formatis; ſed paulatim, ætate adoleſcente, incipiunt membra figurari: quod ſi initio bene figurata fuerint, cum creſcent, exilia reddentur & imbecilla. TURNEB. forte hic deeſt *non: non omnibus membris expreſſus.* ALMELOV.

26. *Facile remedium ubertatis.*] Sic Seneca lib. 4. Controverſ. 25. quem vide. PAREUS.

27. *Dabit.*] *Dederit;* MSS Bodl. Bal. Andr. Ald. Colon. Gryph. Colin. Sich. Baſil. Obrecht.

28. *Judicio præſumitur.*] Quemadmodum Fabius libro primo præcox ingenium damnabat, ita nunc quoque præcox judicium, quod de ingenii fertilitate aliquid reſecet. Intelligi etiam hoc modo locus poterit, cum aliquis non ingenii dexteritate, ſed judicii præſumptione & conceptione nititur. TURNEB. *Judicio præſumitur*, hoc eſt, ubi ingenium judicio conſtat, ſeu concipitur. Ingenii enim naturalis eſt vis, judicium ſtudio paratur. CAMERAR. Poſſumus capere eo ſenſu, ut minimum ſpei det puer, in quo ingenii ſigna ſumuntur ex judicio; cum debeant ea capi ex memoria, ut dixit lib. 1. 3. Vide de voce *præſumere*, ad lib. 1. cap 10. ſed forte hic legi rectius poſſet, *præconſumitur;* ut ingenium, quod poſtea vires debet exercere, conſumatur ante tempus judicio nimis præcoci, cum in pueris primum memoria ſit exercenda; & ita poſtea vidi etiam Francium conjeciſſe. BURMAN.

29. *Materiam, &c. fuſam.*] *Metaphora* ducta eſt a fuſoribus & excuſoribus, qui per conflationem opera ex metallis conficiunt. TURNEB.

30. *Multum inde decoquent anni, &c.*] *Decoquere*, eſt minuere, detrahere. Ita & docti ſcripta ſua, ubi ſemel illa effuderunt, diligenter caſtigant, plurima detrahendo. Vide Caſaub. ad Perſ. pag. 159. &c. PAREUS.

31. *Exſculpi.*] *Exſcripi;* Ald. Gryph. Baſil. *ſculpi;* Voſſ. ſecund.

32. *Cælatura altior.*] Id eſt, *profundior.*

33. *Minus mirabitur.*] *Nemo;* MS. Joan. Steph. Roignii; qui in margine *minus.*

34. *Ciceronem.*] Lib. II. de Orator. cap. 21. CAMERARIUS.

35. *Legerit.*] *Leget;* Voſſ. ſecund.

36. *In adoleſcente.*] *Adoleſcente;* V. C. Alm.

37. *Macies illis.*] Quia graciliter dicunt & humiliter; neque ſermonem attollere audent, hujuſmodi infirmitatem dicendi eſſe optimam putant, optimumque judicant vitio copiæ carere. TURNEB.

38. *In lacu.*] Id eſt, *in torculari.*

39. *Annos ferent.* Vinum dicitur *annos ferre*, quod inveteratum, & diutius aſſervatum non degenerat: contrario modo dicitur *vinum fugere*, quod ætati cedit, & ſenſim vapeſcit. TURNEBUS. Vide de hac locutione ad Petron. cap. XLIII. & Heinſ. ad Ovid. Medic. faciei. verſ. 50.

40. *Ne illud.*] Hoc *pareneticum* eſt, admonetque ne præceptor in emendando ſit ſeverior. TURNEB. *Nec illud;* Voſſ. prim.

41. *Nimia interim.*] *Nimiæ interim emendationis ſeveritate;* MS. Bal.

conantur. [42] Quod etiam ruſticis notum eſt, qui frondibus teneris non putant adhibendam eſſe falcem, quia reformidare ferrum videntur, & cicatricem nondum [43] pati poſſe. [44] Jucundus ergo tum maxime debet eſſe præceptor, [45] ut remedia, quæ alioqui natura ſunt aſpera, [46] molli manu leniantur; laudare aliqua, ferre quædam, mutare etiam, reddita cur id fiat ratione; illuminare, interponendo aliquid ſui. Nonnunquam hoc quoque erit utile, [47] totas ipſum dictare materias, quas & imitetur puer, & interim tanquam ſuas amet. At [48] ſi tam negligens ei ſtylus fuerit, ut emendationem non recipiat; expertus ſum prodeſſe, quoties [49] eamdem materiam rurſus a me tractatam ſcribere de integro juberem; [50] poſſe enim eum adhuc melius, quatenus [51] nullo magis ſtudia, quam ſpe gaudent. Aliter autem alia ætas emendanda eſt, & pro modo virium [52] exigendum, & corrigendum opus. Solebam ego dicere pueris, aliquid auſis licentius aut lætius, [53] *laudare illud me adhuc, venturum tempus, quo idem non permitterem:* ita & ingenio gaudebant, & judicio non fallebantur. [54] Sed ut eo revertar, unde ſum [55] egreſſus; *Narrationes* ſtylo componi, quanta maxima poſſit adhibita diligentia, volo. Nam ut primo, [56] cum ſermo inſtituitur, dicere quæ audierint, utile eſt pueris ad loquendi facultatem, [57] ideoque & [58] retro agere [59] *expoſitionem*, & [60] a media in utramque partem diſcurrere ſane merito cogantur; ſed [61] ad præceptoris gremium, & [62] dum aliud non poſſunt, & dum res ac verba connectere incipiunt, ut protinus memoriam firment; [63] ita, cum jam formam rectæ atque emendatæ orationis [64] accipient, [65] extemporalis garrulitas, nec exſpectata cogitatio & vix ſurgendi mora, [66] circulatoriæ vere jactationis eſt. [67] Hinc parentum im-

42. *Quod etiam ruſticis.*] Columella quoque præcipit, cum erunt teneræ plantæ, vel teneri etiam tutiones vitium, ſi quid auferendum ſit, *pampinetur manu, non etiam ferro.* TURNEB. ex Virgil. II. Georg. 365. Hoc etiam docet Plinius lib. XVII. falcis autem vinitoriæ figuram habes apud Columellam lib. IV. cap. 25. PHILAND.

43. *Pati poſſe.*] *Poſſunt*, Francius legebat.

44. *Jucundus ergo tamen.*] *Tum*, legendum eſt. REGIUS.

45. *Ut remedia.*] *Ut qui natura ſunt aſperi, molli manu leniantur:* MS. Bodl. Alm. Andr.

46. *Molli manu.*] *Molli & leni manu:* Ven. *molli manu & levi:* Ald. Gryph. Baſil. *molli & levi manu;* Colon. *molli manu & levi;* Colin. *levi & molli manu;* Voſſ. ſecund. Poteſt vero hoc duplex *epitheton* eſſe ortum ex gloſſatore, qui unum per alterum explicuit; & dubium eſt, utrum ejiciendum; nam notat *levis manus* eleganter agilem, artificem manum, & ad quodcumque adhibetur, dextre id peragentem, ut Ovid. in Nuce 85.

Vas quoque ſæpe cavum, ſpatio diſtante, locatur;
In quod miſſa levi nux cadat una manu.

levi vero *brachio* pro, negligenter aliquid facere, dixit Cicero IV. ad Att. 16. *Conſules, qui illud levi brachio egiſſent, rem ad ſenatum detulerunt:* & ita *molli brachio objurgare* dixerat lib. II. Epiſt. ad Att. 1. BURMAN.

47. *Totas ipſum dictare materias.*] *Materias* appellat Fabius, quæ Græci appellant *themata*, nos etiam *argumenta* & *propoſita* dicimus: totas præceptor materias dictat, cum argumentum ita fuſe explicat, ut nihil relinquat, quod ad rei tractationem pertineat. TURNEB.

48. *Si tam negligens ei ſtylus.*] Hoc eſt, tam male facta ſcriptio.

49. *Eandem materiam rurſus a me tractatam.*] Vide Gebhard. Crepund. libro 2. cap. 9. qui ex MS. Palat. legit *retractatam.* PAREUS. & ita V. C. Alm. Ald. Locatel. Gryph. Colin. Baſil. & Obrecht. nec dubito, quin recte; cum hic pleonaſmus ſit frequentiſſimus auctoribus. Vide Caſaub. ad Sueton. Cæſ. II. Erh. ad Petron. XXIII. & Boſii indicem Nepotis. in *rurſus*, & ita Græci Act. X. 16.

Καὶ πάλιν ἀνελήφθη τὸ σκεῦος. BURM.

50. *Poſſe eum adhuc melius.*] Id eſt, dicebam, oſtendebam ipſum poſſe melius adhuc ſcribere. CAPPER.

51. *Nullo magis ſtudia*] Illud *nullo* eleganter poſitum, pro *nulla re.* Inſ. II. 16. *Deus nullo magis hominem ſeparavit a ceteris, quam dicendi facultate.* Lib. III. 8. *Quia nullo alio ab his, quam perſona diſtant.* & lib. IV. 14. *Epichirema nullo differt a Syllogiſmo.* Juſtin. IV. 1. *Myſteria Cereris, nullo magis, quam ſilentio ſolemnia.* Flor. III. 10. *Qui calor in prœliando militum fuerit, nullo magis exprimi poteſt, quam quod, &c.* Sic & *nullo*, pro nullo loco dixit Livius lib. XXII. 51. ut ejecta gloſſa recte reſtituit Gronovius, & ita *alio* dixit Plinius lib. VI. Ep. 27. *a quibus hic optimus ſeparari non alio magis poterat, quam diverſitate cenſendi.* Ita vetus codex Mediceus, quem contulit Heinſius: vulgo *non alio modo* circumfertur. Sic & noſter lib. 1. cap. 5. *Scala & ſcopa, &c. non alio vitioſa ſunt, quam quod pluralia ſingulariter efferantur.* & cap. 6. *Ego tamen non alio angor, quam quod obliquis caſibus ducti, etiam primas poſitiones non invenire, ſed mutare permittunt.* BURMAN.

52. *Exigendum & corrigendum.*] *Et exigendum & corrigendum;* MSS. Bodl. Bal. Alm. Andr. Locat. Ald. & *corrigendum* omiſit Obrechtus.

53. *Laudare illud me adhuc.*] Hoc eſt, laudare hactenus quidem: ſed poſtea, &c.

54. *Sed ut eo revertar.*] *Epanodos*, eſt ad rem propoſitam. Porro diligentiam ſtyli in narrationibus exigit, quod, cum hoc *progymnaſma* nos præparet ad narrationes civiles, eas oporteat eſſe diligenter compoſitas, ut nihil judicem lateat; alioqui enim, ut ait Fabius, confirmationi hoc oberit. TURNEB.

55. *Egreſſus.*] *Digreſſus:* MS. Bodl. Alm. Andr. *Unde ingreſſus ſum:* Ald.

56. *Quum ſermo inſtituitur.*] Cum primum loqui diſcunt.

57. *Ideoque & retro agere.*] Gallæus conjiciebat *indeque & retroagere.*

58. *Retroagere.*] Id eſt, retrocedere a fine *narrationis*; ad ipſius initium.

59. *Expoſitionem.*] *Diſpoſitionem:* Voſſ. ſecund. *Expoſitionem.*] Hoc eſt, *narrationem*, quam *expoſitionis* nomine ſolet Fabius exprimere. Vide lib. 4. cap. 2. CAPPER.

60. *A media in utramque partem diſcurrere.*] Id eſt, a media *narratione* diſcurrere, modo ad ipſius initium, modo ad finem. CAPPER.

61. *Ad gremium.*] Gallæus poſitum pro *in gremio* notabat, id eſt, privatim, non publice: ita mox capite ſeq. ad *gremium* revocati. *Ad præceptoris gremium.*] Dum adhuc pueri ſunt. ROLL. Coram præceptore, dependenter ab illo, ad ejus nutum, ad ipſius auxilium ſæpe recurrendo. CAPP.

62. *Dum aliud non poſſunt.*] *Aliud* non eſt in V. C. Alm. nec in Ald. aut Colinæi editionibus; neque in Voſſ. prim. tert. aut Bern. *aliter* volebat Francius.

63. *Ita cum jam.*] Fabius ita præcipit, ut pueri primum loqui diſcant, & verba connectere; deinde recte & emendate loqui; poſtremo ex tempore dicere. TURNEB. *Cum jam formam recte loquendi, atque emendatæ orationis accipient:* Venet. Locat. Par. Gryph. Colin. Voſſ. ſecund.

64. *Accipient.*] *Ceperint*, conjiciebat Francius.

65. *Extemporalis garrulitas.*] Si nempe ex tempore quicquid in buccam venerit, effutiant; ſi cogitationes ſuas, neque expectatas proferant; ſi vix moram e ſede ſua ſurgendi capiant ad loquendum; hæc ſi faciant, circulatorios jactatores agent. CAPPER.

66. *Circumlatoriæ.*] *m* litera expuncta, *circulatoriæ* legendum; *circulatores* enim dicuntur, qui in corona multitudinis aliquam artem jactant; ut herbarii, atque hoc genus hominum ſolet. REGIUS. Vide ad Petron. XLVII. & LXVIII.

67. *Hinc parentum imperitorum inane gaudium.*] Sic *vana*

peritorum inane gaudium, [68] ipſis vero contemptus operis, & inverecunda frons, & conſuetudo peſſime dicendi, [69] & malorum exercitatio, &, quæ magnos quoque profectus frequenter perdidit, arrogans de ſe perſuaſio innaſcitur. Erit ſuum [70] parandæ facultati tempus, [71] nec a nobis negligenter locus iſte tranſibitur. Interim ſatis eſt, ſi puer omni cura, & ſummo, quantum ætas illa capit, labore aliquid probabile ſcripſerit; in hoc aſſueſcat, [72] hujus rei naturam ſibi faciat. Ille demum in id quod quærimus, aut ei proximum poterit evadere, qui ante diſcet recte dicere, quam cito. [73] *Narrationibus* non inutiliter ſubjungitur [74] opus deſtruendi confirmandique eas, [75] quod ἀνασκευὴ & κατασκευὴ vocatur. Id porro non tantum in fabuloſis & carmine traditis fieri poteſt, verum etiam in ipſis annalium monumentis; ut, ſi quæratur, an ſit credibile ſuper caput Valerii pugnantis ſediſſe corvum, qui os oculoſque [76] hoſtis Galli roſtro atque alis everberaret, ſit in utramque partem ingens ad dicendum materia; ut de ſerpente, [77] quo Scipio traditur genitus; & lupa Romuli; & Ægeria Numæ. [78] Nam Græcis hiſtoriis plerumque poëticæ ſimilis eſt licentia. Sæpe etiam quæri ſolet de tempore, de loco quo geſta res dicitur. [79] Nonnunquam de perſona quoque, ſicut Livius frequentiſſime dubitat, & alii ab aliis hiſtorici diſſentiunt. [80] Inde paulatim ad majora tendere incipiet, [81] laudare claros viros, & vituperare improbos: quod non ſimplicis utilitatis opus eſt. Namque & ingenium exercetur multiplici variaque materia, & animus contemplatione recti pravique formatur, & multa inde cognitio rerum venit; exempliſque, quæ ſunt in omni genere *cauſſarum* potentiſſima, [82] jam tum inſtruitur, cum res poſcet, uſurus. [83] Hinc illa quoque [84] exercitatio ſubit *comparationis*, uter melior, uterve deterior; quæ quanquam verſatur in ratione ſimili, tamen & duplicat materiam, & virtutum vitiorumque non tantum naturam, ſed etiam modum tractat. Verum de ordine laudis, [85] contraque, quoniam [86] tertia hæc *rhetorices* pars eſt, præcipiemus [87] ſuo tempore. [88] *Communes loci*

gaudia legimus apud Horatium, lib. 2. Epiſt. 1. & apud Stat. Papin. lib. 3. Sylv. *ſordida gaudia*. Sed ut *inania* quædam gaudia; ſic etiam ſunt *vera & ſolida*, quemadmodum docet Seneca Epiſt. 59. lib. 8. Fr. Juretus, ad Symmachi lib. 1. Epiſt. 25. pag. 24. PAREUS. Albinovan. in mortem Druſi. 37.

Gaudia vana foves, ſpem pone, miſerrima, falſam.

68. *Ipſis vero contemptus.*] Ipſis videlicet pueris.

69. *Et malorum exercitatio.*] Quæ malorum poteſt eſſe exercitatio in illis umbris, illa garrulitate? Lectio MS. aliud ſuadet, præ ſe ferens, *malorum exhortatio*. Quid velit Auctor, cuivis lucet. Gebhard. lib. 11. Crep. 9. Gallæus *malorum exhortatio* etiam probabat, & exponebat *indoctorum*, qui, ut capite ſuperiori dixit, *proni & ſuccincti ad omnem clauſulam exurgunt*. Præterea conjiciebat legendum eſſe, *mala exhortatio*. BURMAN. *Malorum exercitatio.*] Id eſt, opinor, exercitatio in rebus malis. CAPPER.

70. *Parandæ facultati.*] *Facultatem* appellat Fabius, extemporalem dicendi facultatem, de qua aget libri decimi capite ſeptimo. TURNEB. *Facilitati;* Voſſ. prim. MSS. Joan. Argent. Obrecht. Colon. Sich. *Parandæ facilitatis;* MS. Bodl. Ven. Locat. Par. Steph. marg. Gryph. Colin. Baſil. & Voſſ. ſecund. *Parandæ facultatis;* Andr. Vide lib. x. cap. 7.

71. *Neque a nobis.*] In decimo, cap. 7. copioſe docet, qua ratione copia orationis facilitaſque ſit paranda. REGIUS.

72. *Hujus rei naturam ſibi faciat.*] Id eſt, cum ſibi comparet ex conſuetudine habitum, qui velut in naturam tranſeat; nam conſuetudo, ut aiunt, eſt altera natura. CAPPER.

73. *Narrationibus non inutiliter.*] De confirmatione & refutatione loquitur, ut ſunt *progymnaſmata*, non inventionis partes: locum habent, inquit Aphthonius, non in rebus, vel manifeſtiſſimis, vel falſiſſimis; ſed in ambiguis & dubiis. TURNEB.

74. *Opus deſtruendi.*] Satis ipſe explicat Fabius cujuſmodi ſit opus & ἀνασκευῆς, quæ eſt refutatio. & κατασκευῆς, quæ eſt aſſertio. Cæterum de Corvino Livius libro VII. apud Gellium quoque copioſe recitatur hiſtoria libro IX. cap. 11. TURNEB. Et de Scipionis angue memorat lib. VII. cap. 1. De lupa Romuli Livius lib. 1. itemque de Ægeria. CAMERAR. Vide Iſidor. Orig. lib. 11. cap. 12. ALMELOV.

75. *Quod ἀνασκευὴ & κατασκευὴ vocatur.*] En tibi altera duo Aphthoniana *progymnaſmata*: nam duo priora, *fabulam* ſcilicet μῦθον, & *narrationem* διήγημα huc uſque tradiderat. CAPPER.

76. *Hoſtis Galli.*] Valerius tribunus in exercitu Camilli, perſequentis Gallos Senones, provocatorem Gallum ſingulari certamine ſuperavit, adjutus a corvo: unde *Corvinus* eſt appellatus. TURNEB.

77. *Quo Scipio traditur genitus.*] Aiunt matrem Africani diu ſterilem fuiſſe, & cum ea aliquando viſum ſerpentem, ex quo genitum Scipionem fama diſtulit. Idem ſcribitur de Olympiade matre Alexandri: idem de Accia matre Auguſti Cæſaris. TURNEB.

78. *Nam Græcis hiſt.*] De Latinis non diſſimiles quæſtiones; ut de Romuli aſcenſione in cœlum, apud Cic. lib. 1. de Legibus. Fl. Vopiſcus in Aureliano: *Neminem ſcriptorum, quod ad hiſtoriam attinet, non eſſe mentitum.* PITHOEUS.

79. *Nonnunquam de perſona.*] Sic ſtatim libro primo ab urb. dubitat Livius an *Aſcanius* ſit filius Æneæ ex Creuſa, an ex Lavinia; & an *Lucius Tarquinius* ſit Tarquinii Priſci filius, an nepos, dubitatur; quia diverſa ſcribunt Livius, & Dionyſius. TURNEB.

80. *Inde paulatim.*] Aliud eſt *progymnaſma*, laus & vituperatio; quod non ſolum in perſonis, ſed in aliis quoque rebus exerceri ſolet; in perſonis tamen frequentiſſime, idque bifariam; vel ſimpliciter, vel ex comparatione. TURNEB.

81. *Laudare claros viros, & vituperare improbos.*] Altera item duo Aphthoniana *progymnaſmata* Fabius exhibet, quæ dicuntur *laudatio* ἐγκώμιον, & *vituperatio* ψόγος. CAPPER.

82. *Jam tum inſtruitur.*] *Jam tum inſtruit, cum res poſcet, uſurum;* MS. Joan. & Voſſ. prim. *inſtruitur;* margo Vidovæi.

83. *Hinc illa quoque.*] *Comparationem* Aphthonius ſejungit a laudatione & vituperatione; ſub his tamen eam complectitur Fabius; ac nihil eſt omnino aliud, quam laus, aut vituperatio duplicata. TURNEB.

84. *Exercitatio ſubit comparationis.*] Aliud hoc eſt Aphthonii *progymnaſma*, quod vocatur ab ipſo σύγκρισις. Gallice, *un parallele*. CAPPER.

85. *Contraque.*] Id eſt, de ordine vituperationis, quæ laudi contraria eſt. CAPPER.

86. *Tertia hæc rhetorices pars eſt.*] Rhetorices, inquam, quatenus triplicem habet materiam. 1°. Genus orationis *deliberativum*, ſeu *ſuaſorium*. 2°. *Judiciale*. 3°. *Demonſtrativum*, quod laudationem continet & vituperationem; nam alia eſt (ex ipſo Fabio) rhetorices diviſio in quinque partes, quæ ſunt, *inventio*, *diſpoſitio*, *elocutio*, *memoria*, & *pronunciatio*. CAPPER.

87. *Suo tempore.*] Lib. III. cap. 7.

88. *Communes loci.*] *Et communes loci;* Ald. Steph. Par. Vaſc. Gryph. Colin. Sich. Baſil. *Communes loci.* Communes formulæ, quæ dicuntur per amplificationem in virtutes aut vitia; aut ſeorſum tractantur, ut *progymnaſmata;* aut in

([89] de iis loquor, [90] quibus citra perſonas in ipſa vitia moris eſt perorare, ut in adulterum, aleatorem, [91] petulantem) [92] ex mediis ſunt judiciis, &, ſi reum adjicias, [93] accuſationes: quanquam hi quoque ab illo generali tractatu ad quaſdam deduci ſpecies ſolent, ut, ſi ponatur adulter cæcus, aleator pauper, petulans ſenex. Habent autem nonnunquam etiam defenſionem. [94] Nam & pro luxuria, & pro amore dicimus, & leno interim paraſituſque defenditur: ſic ut [95] non homini patrocinemur, ſed crimini. [96] *Theſes* autem, quæ ſumuntur ex rerum comparatione, ut [97] *ruſtica-ne vita, an urbana potior?* [98] *juriſperiti, an militaris viri laus major?* mire ſunt ad exercitationem dicendi [99] ſpecioſæ atque uberes; quæ vel [100] ad ſuadendi officium, vel etiam [101] ad judiciorum diſceptationem juvant plurimum. Nam poſterior ex prædictis locus, in *cauſſa* Murænæ copioſiſſime a Cicerone tractatur. [102] Sunt & illæ pene totæ [103] ad *deliberativum* pertinentes genus, *ducenda-ne uxor, petendi-ne ſint magiſtratus?* [104] Namque hæ, perſonis modo adjectis, *ſuaſoriæ* erunt. [105] Solebant præceptores mei, neque inutili, & nobis etiam jucundo genere exercitationis, præparare nos [106] *conjecturalibus cauſſis*, cum [107] quærere atque exſequi juberent, *cur* [108] *armata apud Lacedæmonios Ve-*

orationum *epilogis* ponuntur; idque dupliciter, vel illo generali ambitu, vel addita circumſcriptione. TURNEB. *Communes loci.*] De quibus lege Ciceron. 3. de Orat. num. 107. Priſcianum in veterib. Grammat. pag. 1342. Antiquos Rhetoras Pithœanos, pag. 326. 330. CAPPER.

89. *De iis loquor quibus citra perſonat.*] Nam alio ſenſu vocamus *communes locos* argumentorum; & alio etiam dicimus *communes locos*, pro teſtibus, & contra teſtes; pro tormentis, & contra tormenta, &c. CAPPER.

90. *Quibus moris eſt perorare.*] Hinc Aphthonius ait, τὸν κοινὸν τόπον, *communem* hunc *locum* aliquid affinitatis habere cum *epilogo*, ſeu *peroratione*. Hic itaque aliud adhuc innuitur Aphthonii *progymnaſma*. Hermogenes ἐν τῷ διαιρετικῷ, in opuſculo *de ſtatibus* quæſtionum Oratoriarum, *communem locum*, hoc ſenſu intellectum vocat κοινὴν ποιότητα, quam Fortunatianus Rhetor vertit, *communem qualitatem* & *epilogicam* quæſtionem; Sulpitius Victor, *concluſivam qualitatem*. Vide Hermogen. edit. Gaſpar. Laurent. pag. 30. & Rhetoras a Pithœo editos pag. 57. 261. 271. CAPPER.

91. *Petulantem.*] *Peculatorem;* margo Baſileenſis Edit.

92. *Ex mediis ſunt judiciis.*] Id eſt, ex mediis illis orationibus, quæ fiunt in genere *judiciali* CAPPER.

93. *Accuſationes.*] Supple, *ſiunt*, vel *fient* κατηγορίαι, quæ ad genus orationis *judiciale* pertinent. CAPPER.

94. *Nam & pro luxuria.*] Sunt hæ materiæ, quas appellat Gellius *infames & inopinabiles;* quibus libenter ſe exercebat Phavorinus, quod crederet hujuſmodi materias ingenium expergefacere. TURNEB.

95. *Non homini patrocinemur, ſed crimini.*] Quod nempe crimen minuamus, excuſemus, coloremus, alio minus odioſo nomine appellandum eſſe contendamus. CAPPER.

96. *Theſes autem.*] *Theſes*, aut ſimplices ſunt, aut comparatæ: comparatæ majorem quærunt laborem, cum illic omnia duplicentur. TURNEB. *Theſes autem.*] θέσις etiam unum eſt ex Aphthonii, Theonis, &c. *progymnaſmatibus*. CAPPER.

97. *Ruſticane vita.*] Hanc *theſin* tractat Varro libro ſecundo *de re ruſtica*, ac potiorem oſtendit ruſticam. TURNEBUS.

98. *Juriſperiti, an militaris.*] Hæc *theſis* tractatur a Cicerone in oratione pro Muræna adverſus Servium Sulpitium juriſconſultum. TURNEB.

99. *Specioſæ.*] *Spatioſæ;* Locatel. Colin. Gryph. marg. Steph. & Baſil. *ad exercitatione,* quoque V. C. Alm. Apud Ovidium etiam *ſpecioſus* & *ſpatioſus* ſæpe a librariis commutantur. Vid. ad III. Met. 20. XIV. 661. hic vero *ſpecioſæ* retineo; quia *uberes* idem exprimit, quod *ſpatioſæ* facerent. infr. cap. 20. *hæc* (Rhetorice) *quæ ſpecioſior, atque apertior eſt;* ubi tamen etiam *ſpatioſior* commode poſſet legi. Lib. V. cap. 14. *Locuples & ſpecioſa vult eſſe eloquentia:* ubi *locuples*, quod hic *uber*. BURMAN.

100. *Ad ſuadendi officium.*] Ad genus orationis *deliberativum*, ſive *ſuaſorium*. CAPPER.

101. *Ad judiciorum diſceptationumque.*] Niſi loco *diſceptationum*, *diſceptationem* legamus, ac *que* copulam expungamus, ſenſus confunditur. REGIUS. *Ad judiciorum diſceptationem;* Ald. Colin. Baſil. Obrecht. & Voſſ. ſecund. *Judicium diſceptationemque;* Gryph. Roigni & margo Baſil. Nos Aldum & Regium ſecuti; ita enim Cicero I. de Off. 37. *contentio diſceptationibus tribuatur judiciorum, concionum, ſenatus.* & I. de Orat. 6. *eam partem, quæ in forenſibus diſceptationibus judiciorum, aut deliberationum verſaretur, reliquiſſe.* BURMAN. *Ad judiciorum diſceptationem.*] Ad genus orationis *judiciale*. CAPPER.

102. *Sunt & illæ.*] Quanquam plerumque in deliberatione tota *theſis* tractatur, tamen deliberandi principium non ſolet dare *theſis*, ſed *hypotheſis*, quæ poſtea revocatur ad theſin. TURNEB. *Et illæ.*] Supple, *theſes*.

103. *Ad deliberativum pertinentes genus.*] MS. elegantius, *pertingentes*. Sic quoque loquitur Plautus. Nam vulgata lectio gloſſa eſt. GEBHARD. Crepund. lib. 2. cap. 9. pag 82. Præterquam quod hæc correctio ſit contra morem loquendi Quinctiliano uſitatum (ut qui alibi paſſim ita loquitur, & mox etiam ad forenſes actiones *pertinere* dicit,) etiam *pertingere* Latinos non dicere hoc ſenſu, docuit melior elegantiæ Romanæ arbiter Gronovius, ad Plaut. Mil. II. v. 58. & ad Liv. XXV. 24 ubi ſimilem in Salluſtio horum verborum permutationem notat: & ita Curtius, Pomponius Mela & alii paſſim loquuntur de regionibus, quæ vicinas tangunt. Citant ex Plinii lib. XI. 37. Lexicographi, *venæ ab iis pertingere ad cerebrum;* ſed & ibi *pertinere* eſt in emendatis codicibus; & ita Plinius ſæpe alibi, ut eodem capite, *arteria ad pulmonem & cor pertinens;* & Lib. IX. 7. *fiſtulæ, quæ ad pulmonem pertinent;* & Cicer. II. de Nat. 54. *aſpera arteria ad pulmones uſque pertinet.* BURMAN.

104. *Namque hæ.*] *Namque & hæ.*] V. C. Alm. *Namque hæ.*] Supple, *theſes*.

105. *Solebant præceptores mei.*] Hoc *progymnaſma* videtur omiſſum eſſe & ab Hermogene, & ab Aphthonio; niſi forte ſub *chria* complecti velis, ubi quæratur; *quare apud Lacedæmonios ſtatua Veneris erat armata*. TURNEB.

106. *Conjecturalibus cauſſis.*] Id eſt, *cauſſis*, quæ verſantur in *ſtatu conjecturali:* ubi ſcilicet agitur de quopiam facto, facti quæſtio inſtituitur; an res quæpiam ſit, exiſtat, &c. cur ita ſe res habeat, quid hoc ſibi velit; qua mente, quo conſilio res facta ſit: jam vero hujuſmodi quæſtiones pertinent ad *ſtatum conjecturalem*, ut patet ex lib. 7. cap. 3. ſed de *ſtatibus* infra pleniſſime Fabius. CAPPER.

107. *Quærere atque exſequi.*] Eleganter hæc duo conjungit verba, quæ ſummam curam in inveſtiganda re denotant: unde ſæpe, *quærendo exſequi*, & ſimilia occurrunt; de quibus egregie Gronovius ad Livii lib. IX. cap. 3. BURMAN.

108. *Armata Venus.*] Cur armata apud Lacedæmonios Venus, Lactantius lib. I. Inſtit. cap. 20. copioſiſſime narrat. REGIUS. Extat Auſonii carmen de Venere armata ex Græco Epigr. XLIII. Cupidinis autem picturæ cauſas Propertius lib. II. 9. reddit. CAMERAR. In hanc Venerem Aug. Politianus epigramma reliquit longe venuſtiſſimum, quod extat lib. 5. Epiſt. pag. 185. MOSELLANUS. Epigramma Græcum, quod Auſonius vertit, eſt Leonidæ, & legitur in Anthologia lib. I. cap. 38. num. 7. hanc Venerem armatam ſub habitu militaris viri in nummo Cypriorum, & nomine Eprii Marcelli inſigni, credebat exhiberi Seguinus in numiſmat. p. 91. quod an verum ſit, ut neſcio; ita ſaltem non majori ſpecie, quam armatam aut galeatam Venerem in Amiſeno nummo, quem Goltzius in tab. II. Aſiæ edidit, Begerus ſe inveniſſe jactat, Obſervat. ad Numiſm. pag. II. cum nulla mihi galea ibi appareat, ſed ornamentum capillare, quale in aliis Auguſtarum nummis videre licet. Saltem forma illa galeæ ab illa, qua Minervæ caput fere ſemper, & in ipſis Amiſenorum nummis munitur, plane eſt diverſa. Neque, ſi jam demus galeam in muliebri illo capite conſpici, ullum indicium eſt ad Venerem nummum pertinere; & ipſe Begerus diverſam Veneris *armatæ*, ſive *victricis* (hanc enim

nus? [109] & ita, *quid crederetur* [110] *Cupido puer*, *ac* [111] *volucer*, *&* *ſagittis ac face armatus*? & ſimilia, in quibus [112] ſcrutabamur voluntatem, cujus [113] in controverſiis frequens quæſtio eſt: [114] quod genus *Chriæ* videri poteſt. [115] Nam [116] *locos* quidem, quales ſunt de teſtibus, *ſemperne his credendum*? & de argumentis, *an habenda etiam parvis fides*? adeo manifeſtum eſt ad forenſes *actiones* pertinere, ut [117] quidam, nec ignobiles in officiis civilibus, [118] ſcriptos eos, memoriæque diligentiſſime mandatos in promptu habuerint; ut, quoties eſſet occaſio, extemporales eorum [119] dictiones his velut [120] *emblematis* exornarentur. Quo quidem (nec enim ejus rei [121] judicium [122] differe ſuſtineo) ſummam videbantur mihi infirmitatem de ſe confiteri. Nam quid hi poſſint in *cauſſis*, quarum varia ac nova ſemper eſt facies, proprium invenire, quomodo propoſitis [123] ex parte diverſa reſpondere, [124] *altercationibus* velociter occurrere, [125] teſtem rogare; qui etiam in iis, quæ ſunt communia, & in plurimis *cauſſis* tractantur, vulgatiſſimos ſenſus verbis niſi tanto ante præparatis proſequi nequeant? Neceſſe eſt his, cum eadem judiciis pluribus dicunt, aut faſtidium moveant, velut frigidi & repoſiti cibi; [126] aut pudorem [127] deprehenſa toties audientium memoria infelix ſupellex; quæ, ſicut apud pauperes ambitioſos, [128] pluribus & diverſis officiis conteratur; [129] cum eo quidem, quod [130] vix ullus eſt [131] tam *communis locus*, qui poſſit cohærere

eamdem facit) effigiem exhibet nobis in Theſauro Brandenb. tom. I. pag. 41. ubi ea tantum in verboſis, & tædii pleniſſimis dialogis, ad illuſtrationem gemmæ adfert, quæ hic apud interpretes, & apud Meurſium in Miſc. Lacon. lib. II. cap. 15. leguntur. Quæ ſpecies Veneris, an ad Lacedæmoniorum Venerem recte referatur, etiam vehementer dubito. Sed vulgarem fuiſſe & obviam, hinc apparet, quod ſimilis fere apud omnes, qui gemmis impreſſas imagines ediderunt, conſpiciatur. Vid. Leonard. Auguſt. Part. I. num. 117. Gorlæ. tom. II. 73. & 219. & Wild. Gemmas 54. paulum diverſa vero figura, & haſtam ſolam tenens, videtur apud Gorlæ. tom. I. num. 112. Quid vero velit ſibi VENUS VICTOR, quam in numiſmate Juliæ Domnæ olim nobis oſtentare ſolebat, vir Ampliſſimus, & candore morum & eruditione non vulgari commendabilis Theod. Modeus, qui nuper nobis ingenti rei antiquariæ damno ereptus eſt, non exputo; non enim, ut quidam voluit, VENUS VICTORIA in illis literis latere ſuſpicor, qui Venerem *Deum* fuiſſe, & a Cypriis etiam, ut marem olim cultam, didicerim ex Macrobio lib. III. cap. 8. & Servio ad Virgil. II. Æneid. 632. BURMAN.

109. *Et ita quid.*] *Quid ita?* Gryph.

110. *Cupido puer.*] Vide Iſidor. VIII. cap. II. & Euſtath. lib. II. de amor. Iſmen. & lib. III. Joan. Bened. Sinibaldum Geanthrop. lib. I. tract. II. cap. 2. ALMELOV.

111. *Volucer.*] Eleganter, ad hunc locum de Amore, agit Socrates apud Xenoph. memor. pag. 724. Vide & Antholog. lib. I. cap. XXVII. num. 9. IDEM.

112. *Scrutabamur voluntatem.*] Veterum his in rebus mentem, conſilia, voluntatem expiſcabamur: quod efficiebat *ſtatum conjecturalem de animo*, ut loquitur Fabius lib. 7. cap. 3. CAPPER.

113. *In controverſiis.*] Controverſia ἀγὼν, eſt *hypotheſis*, vel *cauſſa* finita, & omnibus perſonarum, temporum, locorumque circumſtantiis veſtita; unde diſtinguitur a *theſi*: immo controverſia proprie dicitur de genere *judiciali*, & opponitur *τοῖς ſuaſoriis*, ut mox patebit hoc ipſo in capite. CAPPER.

114. *Quod genus Chriæ videri poteſt.*] Ejus ſaltem *Chriæ*, quæ in ipſis factis conſiſtat. Quo de *Chriarum* genere, vide ſupra lib. I. cap. 9. CAPPER.

115. *Nam.*] *Jam* mihi legendum videtur loco illius *nam*, cum nulla cauſſa aſſignetur; ſed ſenſus duntaxat connectantur. REGIUS. Sed ſæpiſſime *nam* in initiis periodorum poni, etſi nulla cauſſa aſſignatur; ſed ut inſerviat, vel continuationi, vel affirmationi, docuit ſæpe ad Ciceronem Manutius. Vide ad III. ad fam. II. & I. Verr. 51. & II. 29. & alibi: quare contra codices nihil mutamus. BURMAN.

116. *Locos quidem*] *Communes locos*, tertio ſenſu intellige, de quibus ſupra cap. 1°. hujus libri. Legeſis Ciceron. 3. de Orat. num. 107. 108. CAPPER.

117. *Quidam nec ignobiles.*] Ut Hortenſius, de quo ſupra, cap. 1°. paulo ante finem. CAPPER.

118. *Scriptos eos.*] *Scriptos* Steph. & Voſſ. ſecund. quod non diſplicet: ita *ſcriptis actiones mandare* Cicer. I. de Offic. I. BURMAN.

119. *Dictiones.*] Οἱ λόγοι, id eſt, orationes. CAPPER.

120. *Emblematis.*] Immiſſuras dicamus. Lucilii verſus apud Ciceronem Orat. 44. leguntur.

Quam lepide lexeis compoſtæ, teſſerulæ omnes
Arte pavimento, ac emblemate vermiculato.

CAMERARIUS. *Emblematis.*] *Emblema*, inſertum quid & applicitum alteri ſignificat. Sic apud Ciceronem, *emblemata* dicuntur ornamenta quædam vaſis aureis & argenteis inſerta, quæ, cum libitum erat, eximi poterant. ROLLIN.

121. *Judicium differre.*] Supple, *meum*.

122. *Differre ſuſtineo.*] Id eſt, οὐκ ἔχω, οὐ δύναμαι, non poſſum, ut lib. III. cap. 8. PHILAND.

123. *Ex parte diverſa.*] *Adverſa*; MSS. Bodl. Almel. Andr. eadem varietas in fine capitis V. *Alterum quod huic diverſum*; & ſæpe alibi.

124. *Altercationibus.*] *Altercationes* appellat Fabius, cum non habetur oratio continua & perpetua; ſed utrinque interrogationibus, & reſponſionibus interrupta. TURNEB. Vide lib. VI. cap. 4. *de Altercatione*

125. *Teſtem rogare.*] Id eſt, *interrogare*.

126. *Aut pudorem.*] Supple, *moveant ipſis oratoribus*; idque ex præcedenti verbo *moveant*, quam figuram grammatici vocant ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, vel ζεῦγμα *zeugma*: non erat itaque, cur Burmannus putaret hic aliquod verbum deeſſe, puta *afferat*. CAPPER.

127. *Deprehenſa.*] *Reprehenſa*; Locatel. cæterum deeſſe verbum aliquod, ad quod τὸ *pudorem* referas, mihi videtur: forte *aut pudorem afferat deprehenſa toties audientium memoria infelix ſuppellex*. BURMAN.

128. *Pluribus & diverſis officiis conteratur.*] Membranæ Palat. *Pluribus & diviſis officiis*. Ipſe Fabius lib. I. Proœm. *Quando diviſa profeſſionum vices ſunt*. Hoc ipſum ex MS. exulat ab Ovidio, lib. III. Metam. 379.

Forte puer comitum diviſus ab agmine fido.

Vulg. *ſeductus*. Propertius lib. I. 12.

Tam multa illa meo diviſa eſt millia lecto,
Quantum Hypanis Veneto diſſidet Eridano.

Valerius Maximus, lib. 3. cap. 7. *Magno ſpatio diviſus eſt a ſenatu ad Portam Accium tranſitus*. Ovid. Metam. lib. IV. 241.

Dividit hunc radiis Hyperione natus.

Ita MS. vulg. *Diſſipat*. GEBHARD. Crepund. lib. 2. cap. 9.

129. *Cum eo quidem.*] *Cum* particula, etſi in omnibus ſcripta ſit exemplaribus; tamen ut nihil ſenſui conferens, videtur expungenda; ac *magis* adverbium adſcribendum, hoc modo; *eo quidem magis*. REGIUS. Etſi capite ſeq. etiam *eo quidem validius* occurrat; violentior tamen hæc medicina videtur: forte *cum eo* jungi debet præcedenti, *conteratur cum eo*; vel aliquis gloſſator hæc *cum eo*, adſcripſit verbo *conteratur*, credens ſimul cum ſupellectile ſua infelici conteri oratorem, quod neque abſurdum plane videri poteſt. Sed elegans & integer ſenſus, his voculis abjectis, erit, ſi legamus; *pluribus & diverſis officiis conteratur. Quid? quod vix ullus, &c.* ut millies noſter illis verbis argumentari ſolet. *Quid? quod*. Ovid. XIII. Metam. 223.

Quid? quod & ipſe fugis, &c

poſſet & videri ultima particula vocis *quidem* abſciſſa ab *eo*; & tunc legi *conteratur cum eodem. Quid? quod vix, &c.* BURMAN. *Cum eo quidem quod.*] Id eſt, *præterquam quod*. ROLLIN.

130. *Vix ullus eſt.*] *Locus communis*, cum aſſumitur, cum proprio *themate* apte debet conjungi, ut videatur illuc immigraſſe ſponte, non accerſitus fuiſſe. Hi autem nihil habent penſi, quomodo inſeratur, dum aliquo modo applicetur. TURNEB.

131. *Tam communis.*] *Continens*; Stephani & Baſil. marg.

cum *cauſſa*, niſi aliquo propriæ quæſtionis vinculo [132] copulatus; [133] appareatque eum non tam inſertum, quam applicitum; vel quod diſſimilis eſt cæteris, vel quod plerumque aſſumi etiam parum apte ſolet, non quia deſideratur, ſed quia paratus eſt: [134] ut quidam *ſententiarum* gratia verboſiſſimos *locos* arceſſunt, [135] cum ex *locis* debeat naſci *ſententia.* Ita ſunt autem ſpecioſa hæc & utilia, ſi oriuntur ex *cauſſa.* Cæterum quamlibet [136] pulchra locutio, niſi ad victoriam tendit, utique ſupervacua: ſed interim etiam contraria eſt. Verum hactenus evagari [137] ſatis fuerit. [138] *Legum laus* & *vituperatio* jam majores, ac prope ſummis operibus ſuffecturas vires deſiderant: [139] quæ quidem *ſuaſoriis* magis, [140] an *controverſiis* accommodata ſit exercitatio, conſuetudine & jure [141] civitatium differt. [142] Apud Græcos enim lator earum ad judicem vocabatur: Romanis pro concione ſuadere ac diſſuadere moris fuit. Utroque autem modo pauca de his, & fere certa dicuntur. [143] Nam & genera ſunt tria [144] ſacri, publici, privati juris. Quæ diviſio ad laudem magis ſpectat, ſi quis eam per gradus augeat, quod lex, quod publica, quod ad religionem deûm comparata ſit. Ea quidem, de quibus quæri ſolet, communia omnibus. Aut enim de jure dubitari poteſt ejus [145] qui rogat, ut de [146] P. Clodii, qui [147] non rite creatus tribunus arguebatur: [148] aut de ipſius rogationis, quod eſt varium, [149] ſive non trino forte nundino promulgata, ſive [150] non idoneo die, [151] ſive contra interceſſiones, vel [152] auſpicia, [153] aliudve quid, quod legitimis obſtet, dicitur lata eſſe, vel ferri, ſive alicui [154] manentium legum repugnare. Sed hæc ad illas primas exercitationes non pertinent. [155] Nam ſunt hæ citra complexum perſonarum, temporum, cauſſarum. Reliqua eadem fere [156] vero fictoque certamine hujuſmodi tractantur. [157] Nam vitium aut in verbis eſt, aut in re-

132. *Copulatus.*] *Colligatus:* Andr.

133. *Apparcat.*] Sic corrige, *niſi aliquo propriæ quæſtionis vinculo copulatus* (ſubaudi *ſit*) *appareatque eum non tam inſertum, &c.* PHILAND.

134. *Ut quidam.*] Quoſdam reprehendit, qui allecti ſententiis quibuſdam plauſibilibus excurrunt in *locos communes* ſpatioſos, idque præpoſtere; nam ex *locis* debeat oriri ſententiæ, non ex ſententiis *loci.* TURNEB.

135. *Cum ex locis debeat naſci ſententia.*] Duo MSS. Palat. *Innaſci: συνεμφυέσθαι.* Nam antea dixerat paulo; *appareatque, eum non tam inſertum, quam applicitum.* Sic paulo ſuperius; *arrogans de ſe opinio innaſcitur.* GEBHARD. Crepund. lib. 2. cap. 9. ita quoque MS. Bal. & Andr. ſed, *cum in locis debeat innaſci:* MS. Bodl. *Enaſci:* Obrecht. edit.

136. *Pulchra locutio*] *Pulchræ locutioni:* MSS. Bodl. Bern. Joan. Bal. & Almel. codex, qui etiam pro *niſi*, *ſi:* forte *niſi ſi;* ut millies alibi. *Pulchra locutio*] Καλὴ ῥῆσις. Gallice, *un bel endroit, beau trait dans un diſcours.* CAPPER.

137. *Satis fuerit*] *Satis fuit:* Voſſ. prim.

138. *Legum laus & vituperatio.*] Progreſſus eſt Fabius a facilioribus ſenſim ad difficiliora, ac ultimo loco *progymnaſma* maximum poſuit, quod appellatur *nomothesia νομοθεσία.* Efficit autem apud Romanos *genus deliberativum*, quia lex ſuadetur, vel diſſuadetur; ut in oratione contra Rullum. Apud Græcos vero *genus judiciale*, quia legiſlator accuſatur *παρανόμων*, id eſt, quod ſciverit aliquid contra leges; ut in oratione Æſchinis contra Cteſiphontem. TURNEB. *Legum laus & vituperatio.*] Aliud eſt & quidem ultimum *progymnaſma.* Vide Hermogenianorum *progymnaſmatum* Latinam verſionem a Priſciano adornatam, Aphthonium & Theonem, ubi de *νομοθεσίᾳ legiſlatione.* CAPPER.

139. *Quæ quidem ſuaſoriis.*] Id eſt orationibus, quæ verſantur in genere *deliberativo*, *συμβουλευτικῷ.* CAPPER.

140. *An controverſiis.*] Id eſt, orationibus, quæ verſantur in genere *judiciali*, *δικανικῷ.* Vide Fabium noſtrum, lib. 3. cap. 12. CAPPER.

141. *Civitatum.*] *Civitatium:* V. C. Almel. & recte. Vide ſupr. lib. 1. cap. 2. initio.

142. *Apud Græcos.*] Exempla poſſunt eſſe Demoſthenis orationes πρὸς Λεπτίνην, καὶ κατὰ Τιμοκράτους. CAMERAR.

143. *Nam & genera.*] Hæc exercitatio tractatur in univerſum, citra perſonæ complexum; alioqui enim jam eſſet *cauſſa*, & non *progymnaſma.* Loci petuntur a jure, quod (ut ait Ulpianus) privatum eſt, aut publicum. Publicum aut in ſacris & cærimoniis, quod pontificium appellatur; aut in cætero reipubl. ſtatu, quod appellatur civile. TURNEB.

144. *Sacri, publici, privati juris.*] Jus ſacrum pertinet ad perſonas, reſve ſacras, & loca religioſa. Jus publicum ſpectat ad ipſum reipublicæ ſtatum. Privatum refertur ad privatorum inter ſe controverſias, ac lites. Vide Juſtinianæas juris Inſtitutiones. Lib. 1. paulo poſt initium. CAPPER.

145. *Qui rogat.*] Id eſt, qui rogat populum Romanum ſolemnibus his verbis; *velitis, jubeatis, Quirites, talem legem ferri;* quam qui probaret, dabat tabulam, in qua ſcriptum erat *uti rogas:* qui autem reſpueret, alteram dabat tabulam, in qua legebatur, *antiquo.* CAPPER.

146. *P. Clodii.*] Sueton. in Cæſar. cap. 20 ſcribit traduxiſſe Cæſarem ad populum Clodium, cum Ciceronis in Senatu querela fuiſſet offenſus. Hic autem locus explicatur Ciceronis invectione in Clodium pro domo ſua. CAMERAR.

147. *Non rite creatus Tribunus.*] Tribunus eſſe nullus poteſt, niſi plebeius; cum autem tranſiret a Patriciis ad plebem Clodius, ſervatum eſt de cœlo a Bibulo conſule, quæ res legem irritam faciebat. TURNEB.

148. *Aut de ipſius rogationis.*] Supple, *jure;* de jure videlicet ipſius legis, quæ *rogatio* dici ſolet, eo quod, rogatis, dictiſque omnium ſententiis, ferretur. CAPPER.

149. *Sive non trino.*] Nundinis ait Macrobius 1. 19. ſolitas ruſticas tribus in urbem venire, mercium cauſſa. Itaque leges & conſulta tertiis nundinis promulgabantur, quas dixere *trinundinum*, & *trium nundinum.* Video accepiſſe quoſdam pro loco; quod tribus in locis promulgationes fieri ſolerent, pro quibus Fabius facere videri poſſit. CAMERAR. *Nundinæ inſtitutæ* fuerant, ut nono quoque die ruſtici in urbem ad mercatum, & leges accipiendas venirent; quæ idcirco trinis nundinis promulgabantur, ac deinde in ærario aſſervabantur, ac ratæ habebantur. TURNEB. *Trino nundino promulgata.*] Id eſt, per tres nundinas propoſita omnium judicio & examini, antequam perferretur; ut nempe qui legem ferri nollent, contradicendi tempus & locum haberent: hodie autem τὸ *promulgari* legem, eſt eam publicari, & jam perlatam emitti in vulgus. CAPPER.

150. *Non idoneo die.*] Puta ſi die nefaſto, ſi die atro, ſi die minime comitiali. CAPPER.

151. *Sive contra interceſſiones.*] Maxime Tribunorum plebis, qui leges ferri ſæpe prohibebant. CAPPER.

152. *Auſpicia.*] Jove tonante aut fulgente, omnia dirimebantur, ac obnunciatio auguris, vel magiſtratus omnia tollebat. TURNEB.

153. *Aliudve quid, quod legitimis.*] *Legitime*, eſt legendum. REGIUS. Atque ita edidit Robertus Stephan. (1542.) qui τὸ *legitimis* margini appoſuit. CAPPER. *Aliudve quicquid legitimis obſtet:* MS Voſſ. tert. Bodl. Andr. *Aliudve quid, quod legibus obſtet:* MSS. Bal. Sich. in margine: ego *legitimis* prætuli; ita enim ſolennia dici, recte poſt Gebhardum docuit Boſius in indice Corn. Nepotis. BURMAN.

154. *Manentium legum.*] Id eſt, etiam num vigentium; quæ vim ſuam obtinent, &c. CAPPER.

155. *Nam ſunt hæ.*] *Hæc:* MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. Andr.

156. *Vero fictoque certamine.*] Id eſt, ſeu in meris *declamationibus μελέταις*, & fictis exercitii gratia *cauſſis;* ſeu in veris ac *realibus* controverſiis. CAPPER.

157. *Nam vitium.*] Hoc caput naſcitur ex *ſtatibus legitimis*

bus.

bus. In verbis quæritur, *an ſatis ſignificent, an ſit in his aliquid ambiguum?* In rebus, *an lex ſibi ipſa conſentiat, an* [158] *in populum ferri debeat, an in ſingulos homines?* Maxime vero commune eſt quærere, *an ſit honeſta,* [159] *an utilis?* [160] Nec ignoro, plures fieri a pleriſque partes: ſed nos juſtum, pium, religioſum, cæteraque his ſimilia, *honeſto* complectimur. [161] Juſti tamen ſpecies non ſimpliciter [162] excuti ſolet. Aut enim de re ipſa quæritur, ut, *dignane pœna, vel præmio ſit?* Aut [163] de modo præmii, pœnæve, [164] qui tam major, quam minor culpari poteſt. [165] Utilitas quoque interim natura diſcernitur, interim tempore. [166] Quædam an obtineri poſſint, ambigi ſolet. Ne illud quidem ignorare oportet, leges aliquando totas, aliquando ex parte reprehendi ſolere, cum exemplum rei utriuſque nobis [167] claris orationibus præbeatur. Nec me fallit eas quoque leges eſſe, quæ non in perpetuum rogentur; [168] ſed de honoribus aut imperiis; qualis Manilia fuit, de qua Ciceronis oratio eſt. Sed de his nihil hoc loco præcipi poteſt. [169] Conſtant enim propria rerum, de quibus agitur, non communi qualitate. His fere veteres facultatem dicendi exercuerunt, [170] aſſumpta tamen a dialecticis argumentandi ratione. Nam [171] fictas ad imitationem fori [172] conſiliorumque materias apud Græcos dicere, [173] circa Demetrium Phalerea inſtitutum fere conſtat. An ab ipſo id genus exercitationis ſit inventum (ut [174] alio quoque libro ſum confeſſus) parum comperi: ſed ne ii quidem, qui hoc fortiſſime affirmant, ullo ſatis idoneo auctore nituntur. Latinos vero dicendi præceptores extremis [175] L. Craſſi temporibus cœpiſſe, [176] Cicero auctor eſt; quorum inſignis [177] maxime Plotius fuit.

mis, qui ſcripto continentur. TURNEB. Quos Turnebianus Commentator *ſtatus legitimos* vocat, eos Fabius ſæpiſſime *legales* appellat, ut poſtea patebit lib. 3. & 7. Et ſane *τὸ legales* melius exprimit *τὸ νομικὰς στάσεις*, quod legitur in Græcis Rhetoribus. CAPPER.

158. *In populum.*] Cum ſcriptum animadvertiſſemus *in præteritum*, repoſuimus *in populum*: erratum enim ita in illa abbreviatione putabamus. CAMERAR. *In præteritum ferri*; MSS. Bodl. Joan. Alm. Andr. Voſſ. prim. Ven. Obrecht. *In præteritum referri*; Locat. Ald. Sich. Gryph. Colin. Baſil. Pariſ. *In populum referri*; Vaſc. Steph. Roignii. Vidov.

159. *An inutilis.*] *Utilis* legendum, *in* præpoſitione eraſa. REGIUS. *Inutilis*; MSS. Bodl. Joan. Alm. Vaſc. Steph. marg. & Voſſ.

160. *Nec ignoro.*] Quatuor efficit partes Aphthonius; *legitimum, juſtum, utile, poſſibile*: Fabius *honeſtum* & *utile*: quanquam poſtea etiam aget *de poſſibili*; quem eſſe locum putat generis *deliberativi*, libro tertio. TURNEB.

161. *Juſti tamen.*] Legis eſt virtus imperare, permittere, vetare, punire, adjectis interim pœnis, vel præmiis, quæ ex juſtitia expenduntur. Ita Favorinus apud Gellium libro vigeſimo, quaſdam leges duodecim tabularum culpat, quod interim graviores, interim leviores inferant pœnas. TURNEBUS.

162. *Excuti ſolet.*] *Solent*; V. C. Almel. Voſſ. ſecund. Obrecht.

163. *De modo præmii pœnave.*] Hoc eſt, de quantitate; unde *ſtatus* ille quæſtionis emergit, quem vocant *quantitatis*. Vide infra lib. 3. cap. 6. CAPPER.

164. *Qui tam major.*] *Quis tam*; MS. Bodl. Obrecht. *Qui tam major quam minor.*] Id eſt, qui modus præmii pœnæve, ſi major æquo minorve ſit, &c. CAPPER.

165. *Utilitas quoque.*] Cicero oratione *de lege agraria*.

166. *Quædam an obtineri.*] *Quædam obtinere*; V. C. Alm. *Quædam an obtineri* (al. *obtinere*) *poſſint.*] Quod caput eſt, *περὶ τοῦ δυνατοῦ* de *poſſibili*; an lex acceptari poſſit, aut obſervari. CAPPER.

167. *Claris orationibus.*] Demoſthenis, atque Æſchinis orationibus id probatur, qui modo totam, modo partem legis reprehendunt. REGIUS. *Oratoribus*, Almelovenius in margine notaverat.

168. *Sed de honoribus.*] Ut lex fuit, qua Scipio Africanus ante ætatem adeptus eſt conſulatum, legibus ſolutus; & Manilia, quæ lata eſt a Manilio trib. pleb. de imperio Cn. Pompejo adverſus Mithridatem demandando. TURNEB.

169. *Conſtant enim.*] *Conſtat*; Locat. Ald. Steph. Colin. Baſil.

170. *Aſſumpta tamen a dialecticis argumentandi ratione.*] Itaque Dialecticam, ſeu Logicam olim docebantur, priuſquam vel ipſa Rhetorices præexercitamenta diſcerent: quod contra fit hodie. Recte, an ſecus; judicent æqui rerum æſtimatores. CAPPER.

171. *Fictas ad imitationem fori materias, &c.*] Videndus hac de re nobiliſſimus & eruditiſſimus Joh. a Wouweren, Animadverſ. in Petronium, cap. 1. PAREUS. *Ad imitationem fori.*] Orationes intelligit *τὰς* in genere *judiciali*. CAPPER.

172. *Conſiliorumque.*] Orationes innuit *τὰς* in genere *deliberativo*, ſeu *ſuaſorio*. CAPPER.

173. *Circa Demetrium.*] Hoc eſt, tempore Demetrii: quamvis Græci tale genus locutionis aliter exponant. Nam *οἱ περὶ Πλάτωνα* dicunt ipſum Platonem, non tempus ſignificari. Sed Fabius manifeſte ad tempus refert. REGIUS. Ita apud Vellej. 1. 17. legebatur, *in Accio, circaque eum, Romana tragœdia eſt*; ſed nobil. Heinſius, *in Accio, circaque, Romana tragœdia eſt*, reſcribi voluit: infra noſter lib. 12. cap. 17. *doctores artis, ſero & circa Tiſiam & Coraca primum repertos.* BURMAN. *Demetrium Phalerea.*] Græca *declinatione* dixit in accuſativo *Phalerea*, quem Latini vulgo *Phalereum* dicunt. CAPPER.

174. *Alio quoque libro.*] Quinctiliani liber, qui de cauſſis corruptæ eloquentiæ inſcribitur, non exſtat. REGIUS. Scripſit librum de cauſſis corruptæ eloquentiæ, cujus meminit in prooemio ſexti libri. PHILAND. Credo de cauſſis corruptæ eloquentiæ. PITHOEUS.

175. *L. Craſſi.*] Ciceronem hoc ſcribere ait Suetonius, in Epiſtola ad Titinium. Senec. declam. 2. *primus omnium Latinus Romæ fuit Plotius, puero Cicerone.* CAMERAR.

176. *Cicero auctor eſt.*] Lib. 3. de Oratore. cap. 24.

177. *Maxime Plotius.*] De Plotio rhetore Hieronymus de viris illuſtribus ſic ſcribit. *Plotius Gallus primus Romæ Latinam grammaticam docuit: de quo Cicero ſic refert: memoria teneo, primum Latine docere cœpiſſe Plotium quendam, &c.* eadem & Tranquillus refert de Claris Rhetor. cap. 2. REGIUS. Varro *Mœnio*, apud Nonium in *Bubulcitare*; *Vinicius meus, quod apud Plotium rhetorem bubulcitaret, alteri in dolore non defuit.* COLOMESIUS.

CAPUT V.

De lectione oratorum & hiſtoricorum apud rhetorem.

V. SED de ratione declamandi poſt [1] paulo : interim, quia prima *rhetorices* rudimenta tractamus, non omittendum videtur id quoque, ut moneam quantum ſit collaturus ad profectum diſcentium rhetor, ſi, quemadmodum [2] a grammaticis exigitur poëtarum enarratio, ita ipſe quoque [3] hiſtoriæ, atque etiam magis orationum lectione ſuſceptos a ſe diſcipulos inſtruxerit: quod nos in paucis, quorum id ætas exigebat, & parentes utile eſſe crediderant, ſervavimus. Cæterum ſentientibus [4] jam tum optima, duæ res impedimento fuerunt; quod & longa conſuetudo aliter docendi fecerat legem; & robuſti fere juvenes, nec hunc laborem deſiderantes, [5] exemplum noſtrum ſequebantur. Nec tamen, [6] ſi quid novi vel ſero inveniſſem, præcipere in poſterum puderet. Nunc vero ſcio id fieri apud Græcos, ſed magis per [7] adjutores; quia non videntur tempora ſuffectura, ſi legentibus ſingulis præïre ſemper ipſi velint. [8] Et hercle *prælectio*, quæ in hoc adhibetur, ut facile atque diſtincte pueri ſcripta oculis ſequantur, etiam illa quæ vim cujuſque verbi, [9] ſi quod minus uſitatum incidat, docet, multum infra rhetoris officium exiſtimanda eſt. At demonſtrare virtutes, vel, ſiquando ita incidat, vitia; id profeſſionis ejus atque [10] promiſſi, qui ſe magiſtrum eloquentiæ pollicetur, maxime [11] proprium eſt; eo quidem validius, quod non utique hunc laborem docentium poſtulo, [12] ut ad gremium [13] revocatis, [14] cujus quiſque eorum velit, libri lectione deſerviant. Nam mihi [15] cum facilius, tum etiam multo magis videtur utile, facto ſilentio unum aliquem (quod ipſum imperari per vices optimum eſt) conſtituere lectorem, ut protinus pro-

Prælegendos eſſe pueris hiſtoricos & oratores docet, obſervatis eorum virtutibus ac vitiis: has enim res magis conducere ad eloquentiam, quam ullam *technologiam*, aut artis præceptionem ſcribit. TURNEB.

1. *Paulo*] Cap. 11. infra. PHILAND. *Poſt paulum*; V. C. Alm. Ald. Locatel. Gryph. Voſſ. ſecund. *poſt paululum*; Colin. Eadem varietas occurrit in MSS. apud Horat. l. III. od. 20. & lib. I. Sat. II. 120. teſte Lambino: ſed *poſt paulo* elegantius ad aures accidere docuit egregie Gronov. ad Liv. XXII. 60. Ubi hunc Quinctiliani quoque locum adducit. Vide & Rivium ad Salluſt. Jug. cap. 56. infra tamen cap. 17. *ut poſt paulum clarius oſtendemus*: nihil fere variantibus MSS. BURMAN.

2. *A Grammaticis.*] *A* deeſt in V. C. Alm.

3. *Hiſtoriæ.*] Quanquam hiſtoriam occupaverunt grammatici; tamen, cum ſit hoc totum opus oratorium maxime, ejus lectionem ſuſcipere debet rhetor obſervatione virtutum, non annotatione verborum. TURNEB.

4. *Jam tum.*] *Tamen*; marg. Baſil.

5. *Exemplum noſtrum ſequebantur.*] Non legebant in ſchola hiſtoricos & Oratores, unde ſcribendi exempla peterent; ſed propoſita a nobis exempla ſequebantur: ſic paulo infra in hoc ipſo cap. *an vero declamabit quidem præceptor, ut ſit exemplo ſuis auditoribus: non plus contulerint lecti Cicero & Demoſthenes?* ROLLIN. *Noſtrum ſequebantur.*] Si ſequebantur, quomodo tunc impedimento fuiſſe dicat, non video: quare corruptum locum puto, & vel *exemplum notum ſequebantur*, id eſt, conſuetudinem jam receptam, vel *exemplum noſtrum* (quod in paucis ſervabamus:) *non ſequebantur*, legendum: ſuſpecta etiam Gallæo tota hæc periodus fuit a *Cæterum ſentientibus*, uſque ad *in poſterum puderet*: ſed tamen adſcripſit, [illegible]. BURMAN.

6. *Si quid.*] *Etiamſi*; Obrecht.

7. *Adjutores.*] *Adjutores* vocat, quos Græci ὑποδιδασκάλους, quaſi ſubpræceptores dicas, qui labores *didaſcali*, id eſt, præceptoris adjuvant. TURNEB. deſumpta vox a ſcena, in qua adjutores, qui mimos adjuvabant. Phædr. lib. V. Fab. 5.

In ſcena vero poſtquam ſolus conſtitit,
Sine apparatu, nullis adjutoribus.

ubi vide quæ Faber, & præcipue Gudius adnotarunt. BURMAN.

8. *Et hercle prælectio.*] Triplex eſt *prælectio*; quædam, qua prælegimus verba, ut eadem apte pronuncient pueri; quædam eſt in *gloſſematum* explicatione; quædam in virtutum obſervatione: duæ priores ſunt grammatici, poſterior rhetoris. TURNEB.

9. *Si quod minus.*] *Si quid*; Andr. Ald. Sich. Gryph. Baſil.

10. *Promiſſi, qui ſe.*] *Quo ſe*; V.C. Almel. Locatel. & Baſil. Voſſ. prim. ſecund. Bern.

11. *Proprium eſt.*] *Eſt*: deeſt in V. C. Alm.

12. *Ut ad gremium.*] Metaphora eſt ducta a matribus, & nutriculis indulgentioribus, quæ infantes in gremio molliter educant: hac autem ratione Fabius *prælectionis* moleſtiam detrahit, & expeditam rationem docet; quoque pacto expendendæ ſint virtutes, tanquam exemplo ſubjicit. TURNEB. *Ut ad gremium revocatis.*] Non id exigo a docentibus ut, tanquam ſi pueros inſtituant, qui adhuc velut in gremio præceptoris verſentur, quem quiſque eorum velit, librum explicent: quod fortaſſe tunc in uſu erat privatim pueros docentibus. ROLLIN.

13. *Revocatis.*] Id eſt, non jubeo ut magiſter prælegat ſingulis eos libros, quos attulerint: ut aſtruas *revocatis* ad *deſerviant*. CAMERAR.

14. *Cujuſque eorum velit libri lectioni.*] Sic quidem in omnibus, quæ vidi exemplaribus; ſed, niſi corrigatur hic locus, nequaquam intelligi poteſt; ita vero emendari poſſe videtur, ſi loco *cujuſque*, *quibuſque* legatur, & *i* vocali in *u* converſa, *velut* pro illo verbo *velit*, & *liberis* pro *libris* ſcribatur hoc modo; *ut ad gremium revocatis quibuſque eorum, velut liberis, lectione deſerviant*: eſt autem a matribus ſumta ſimilitudo, quæ liberos, dum minores ſunt, ad gremium ſolent revocare, illiſque inſervire. REGIUS. *Cujuſque eorum liberis lectione deſerviant*; MS. Bodl. Andr. *Cujus quiſque eorum liberis lectione deſerviant*; V. C. Alm. *Cujuſque eorum velut liberis lectione*; Locat. Ego puto legendum; *cujus quiſque velit libri lectione deſerviant*, hoc ſenſu; ut non cogatur rhetor robuſtioribus, iterum ad gremium revocatis, quaſi pueri minores eſſent, quibus hoc grammaticus præſtare debet, deſervire lectione libri, cujus quiſque velit. Quod ſi non placet, Regii emendatio & explicatio mihi ſatis commoda videtur. BURMAN. Edit. Stephan. 1542. habet *lectioni*. Voſſ. prim. & Bern. *lectione*.

15. *Cum facilius.*] *Tum facilius*; V. C. Almel.

nunciationi quoque aſſueſcant; tum expoſita *cauſſa*, [16] in quam ſcripta legetur oratio, (nam ſic clarius, quæ dicentur, intelligi poterunt) nihil otioſum pati, [17] quodque in *inventione*, quodque in *elocutione* adnotandum erit; quæ in *proœmio* conciliandi judicis ratio; quæ narrandi [18] lux, brevitas, fides; [19] quod aliquando conſilium, & quam occulta calliditas. [20] Namque ea ſola in hoc ars eſt, quæ intelligi niſi ab artifice non poſſit. Quanta deinceps in dividendo prudentia, quam ſubtilis & crebra argumentatio; quibus viribus inſpiret, [21] qua jucunditate permulceat; quanta in maledictis aſperitas, in jocis urbanitas; ut denique dominetur in affectibus, atque in pectora irrumpat, animumque judicum ſimilem iis quæ dicit, efficiat. Tum in ratione eloquendi, quod verbum proprium, [22] ornatum, ſublime; ubi amplificatio laudanda, [23] quæ virtus ei contraria; [24] quid ſpecioſe *tranſlatum*, quæ figura verborum, quæ [25] lenis & quadrata, [26] ſed virilis tamen [27] compoſitio. Ne id quidem inutile, etiam corruptas aliquando & vitioſas orationes, quas tamen plerique judiciorum pravitate [28] mirantur, legi palam pueris, oſtendique in his, quam multa impropria, obſcura, tumida, humilia, ſordida, laſciva, effeminata ſint: quæ non laudantur modo a pleriſque, ſed (quod pejus eſt) propter hoc ipſum, quod ſunt prava, laudantur. Nam ſermo rectus, & ſecundum naturam enunciatus, nihil habere ex ingenio videtur: illa vero, quæ utcumque deflexa ſunt, tanquam exquiſitiora miramur; [29] non aliter quam diſtortis, & quocumque modo prodigioſis corporibus apud quoſdam majus eſt precium, quam iis, quæ nihil ex communis habitus bonis perdiderunt; atque etiam [30] qui ſpecie capiuntur, vulſis, [31] levatiſque, & [32] inuſtas comas acu comentibus, & [33] non ſuo colore nitidis, plus eſſe formæ putant, quam poſſit tribuere [34] incorrupta natura: ut pulchritudo corporis venire videatur

16. *In quam ſcripta.*] *In qua ſcripta*; Voſſ. prim.

17. *Quodque in inventione.*] Quanquam quinque ſunt rhetorices partes, tamen in orationum explicatione *memoria & pronunciatio* excuti non poſſunt; utpote quæ in ſola ſint actione dicentis; *inventio* autem & *diſpoſitio* & *elocutio* veniunt in diſquiſitionem. TURNEB.

18. *Lux, brevitas, fides.*] Hoc latius explicat lib. IV. cap. 2. *per totam actionem vitanda eſt obſcuritas, & modus utique cuſtodiendus, & credibilia eſſe oportet omnia quæ dicuntur.* ALMELOV. *Narrandi lux, brevitas, fides.*] Πίστις vel πιθανότης, probabilitas, veriſimilitudo. *Narratio* enim debet eſſe clara, brevis, & veriſimilis. CAPPER.

19. *Quod aliquando conſilium.*] Τὸ *aliquando* ſuſpectum Gallæo, qui conjiciebat, *quod obliquum conſilium.*

20. *In eo ſola ars.*] *Quæ latere plerumque debet*, ut noſter dicit lib. II. cap. 10. & Cicero II. Acad. Quæſt. 7. *Quam multa vident pictores in umbris & in eminentia, quæ nos non videmus; quam multa, quæ nos fugiunt, in cantu exaudiunt in eo genere exercitati.* ALMEL.

21. *Qua jucunditate permulceat.*] Hæc de affectibus ſunt intelligenda, qui duplices ſunt, minores, & majores: quo ex genere eſt etiam δείνωσις, id eſt, oratio, quæ gravitatem & dignitatem addit rebus amplificatione maxima. TURNEB.

22. *Ornatum.*] *Quod ornatum*; Voſſ. prim. tert. *Ornatum.*] Ornatur elocutio cum aliis rebus, tum maxime *Troporum* & figurarum ope, ut patet ex libr. VIII. & IX. CAPP.

23. *Quæ virtus ei contraria.*] *Amplificatio*, quæ αὔξησις dicitur, rem efficit majorem: *extenuatio*, quæ μείωσις, efficit minorem. TURNEB.

24. *Quid ſpecioſe.*] *Quod*; margo Baſil. *Specioſe tranſlatum*; id eſt, quænam ſit ſpecioſa & præclara *metaphora*. CAPPER.

25. *Lenis & quadrata.*] *Lævis*; V. C. Almel. & Voſſ. ſecund. *Quadratam* appellat *compoſitionem*, lenem & æquabiliter profluentem. Solent etiam Latini *quadratum* uſurpare pro perfecto, abſoluto, & bene compoſito; atque inde dicitur *ſtatura quadrata*, corporis habitudo. TURNEB.

26. *Sed virilis.*] *Sed*, non habet V. C. Alm. nec Steph. nec Roign.

27. *Compoſitio.*] De compoſitione vide lib. IX. cap. 4. & Dionyſii Halicarnaſſ. opuſculum περὶ τῆς τῶν ὀνομάτων συνθέσεως, id eſt, de verborum compoſitione ſeu collocatione. CAPPER.

28. *Mirantur.*] *Mirentur*; Voſſ. prim. tert. Bern.

29. *Non aliter quam diſtortis.*] Heliogabalus diſtortis corporibus gaudebat: unde gibboſis & cæcis ſæpe ſolebat cœnam apponere. Vide Lampridium. BURMAN. Sic Quinctilianus, Declamat. CCXCVIII. *Habent hoc quoque deliciæ divitum, malunt quærere omnia contra naturam. Gratus eſt ille debilitate; ille ipſa infelicitate diſtorti corporis placet; alter emitur, quia alieni coloris eſt. Hæc (ut res eſt) acceſſit nova elegantia, inter perverſas delicias habere ruſticum. Ridiculum hoc, quod durus, quod inhabilis.* Talis fuit ille puerulus, portentoſo parvoque capite, quem Domitianus coccinatum ſolitus ſecum circumducere, ut refert Tranquillus. Sed Auguſtum *diſtortos itiuſmodi, & omnes generis ejuſdem, ut ludibria naturæ, malique ominis, abhorruiſſe*, teſtis eſt idem Suetonius, cap. 83. Adi Iſ. Caſauboni Animadverſ. in Sueton. pag. 166. PAREUS. Plutarch. περὶ πολυπραγμοσύνης, pag. 520. multos Romæ, picturis, ſtatuis, pulchritudine puerorum venalium & mulierum ſpreta, in furo monſtrorum obverſari, & quærere, ſi qui ſunt vitioſis tibiis, aut cruribus, tribus oculis, aut ſtruthionis capite præditi, narrat. ALMELOV.

30. *Qui ſpe capiuntur.*] Legendum eſſe *ſpecie*, hoc eſt, pulchritudine, facile eſt, ex iis quæ ſequuntur, videre. REGIUS.

31. *Levatiſque.*] Id eſt, levigatis; nam *leve*, producta prima ſyllaba, molle ac ſine pilis ſignificat. REGIUS. *Levare*, prima producta, pro *levigare* dicitur Stat. I. Theb. 519.

Pars teretes levare manu, & diſponere menſas.

PHILAND.

32. *Inuſtas comas acu comentibus.*] Ejuſmodi cultum jure improbat Auctor venuſtiſſimi hujus Epigrammatis,

Semper munditias, ſemper, Baſilliſſa, decores,
Semper compoſitas arte recente comas,
Et comptos ſemper cultus unguentaque ſemper,
Omnia ſollicita compta videre manu,
Non amo. Neglectim mihi ſe quæ comit, amica
Se det; & ornatus ſimplicitate valet.
Vincula ne curet capitis diſcuſſa ſoluti;
Nec ceram in faciem; mel habet illa ſuam.
Fingere ſe ſemper non eſt confidere amori.
Quid quod ſæpe decor, cum prohibetur, adeſt?

Hi verſus ſic legendi ſunt, licet alio abeat ingenioſiſſimus Nicol. Heinſius ad Ovidii III. Art. am. 216. COLOMES.

33. *Non ſuo colore nitidi.*] Id eſt, non naturali colore; ut ſani & bene habiti, ſed fucato ſplendentes. Petron. cap. LXIII. *Baro ille longus, poſt hoc factum nunquam ſui coloris fuit*; ubi vide notas: ſic vir *ſui nominis*, de quo Caſaub. & Salmaſ. ad Lamprid. Commod. cap. 17. *nitidi* autem & *nitere* de pinguibus & ſanis dici notum eſt. Vide ad Phædr. lib. III. fab. 7. & ita huc egregie quadrant illa Petronii cap. I. *ne carmen quidem ſani coloris enituit*; ubi & vide notas virorum doctorum. BURMAN.

34. *Incorrupta natura.*] Naturalis pulchritudo. Propert. lib. I. Eleg. 2. verſ. 5. vocat *Naturæ decus*, ad Cinthiam: & Ariſtænet. lib. I. Ep. XI. κάλλος ἀπηκριβωμένον τῇ φύσει. PAREUS. Terent. Eun. II. 3. *bonam naturam*; & Curtius, licet de animo, lib. III. 2. *Niſi bonam naturam plerumque fortuna corrumperet*: & ita Phædrus lib. III. 8. *formam corrumpere nequitiæ malis*, dixit. BURMAN.

[35] ex malis moribus. Nec ſolum hæc ipſe debebit docere præceptor, ſed frequenter interrogare & judicium diſcipulorum experiri. Sic audientibus ſecuritas aberit, nec quæ dicentur, [36] perfluent aures; ſimulque ad id perducentur, quod ex hoc quæritur, ut [37] inveniant ipſi, & intelligant. Nam quid aliud agimus docendo eos, quam ne ſemper docendi ſint? Hoc diligentiæ genus auſim dicere plus collaturum diſcentibus, quam omnes omnium artes, quæ juvant ſine dubio multum, [38] ſed latiore quadam comprehenſione. Per omnes quidem ſpecies rerum quotidie pene naſcentium ire quî poſſunt? Sicut de re militari quanquam ſunt tradita quædam præcepta communia; magis tamen proderit ſcire, qua ducum quiſque ratione, [39] in quali loco, tempore, ſit uſus ſapienter, aut contra. Nam in omnibus fere minus valent præcepta, quam [40] experimenta. [41] An vero declamabit quidem præceptor, ut ſit exemplo ſuis auditoribus: non plus contulerint lecti Cicero [42] ac Demoſthenes? [43] Corrigetur palam, ſi quid in [44] declamando diſcipulus erraverit: non potentius erit [45] emendare [46] orationem? quinimo etiam jucundius. Aliena enim vitia quiſque reprehendi mavult, quam ſua. Nec deerant plura, quæ dicerem; ſed neminem hæc utilitas fugit;
VI. atque utinam tam non pigeat facere iſtud, quam non diſplicebit. Quod ſi potuerit obtineri, non ita difficilis ſupererit quæſtio, qui legendi ſint incipientibus. Nam quidam illos minores, quia facilior eorum intellectus videbatur, probaverunt; alii [47] floridius genus, ut ad alenda primarum ætatum ingenia magis accommodatum. Ego optimos quidem, & ſtatim, & ſemper, ſed tamen eorum candidiſſimum quemque, & maxime [48] expoſitum velim; ut [49] Livium a pueris magis quam [50] Salluſtium; [51] & hic hiſtoriæ majoris eſt auctor: ad quem tamen intelligendum jam pro-

35. *Ex malis moribus.*] *Ex malis morum*; MS. Joan.

36. *Perfluent.*] *Superfluunt*; MS. Bodl. *Superfluent*; MSS. Joan. Bal. Almel. Voſſ. Andr. & Obrecht. & ita Gebhard. ex MSS. Palat. I. Crep. II. *præterfluent*; Gryph. & margines Steph. & Baſil. & hoc probabat Francius. Ego vero legendum puto *præfluent*; ita enim veteres pro *præterfluent* dicebant; ut apud Horat. IV. Od. 3.

Sed quæ Tibur aquæ fertile præfluunt.

ubi etiam *perfluunt* quidam codices; & ita in aliis verbis, *prævehi*, *prælabi* eſt. Vide Munker. ad Hygin. Fab. CXCIX. & Gron. ad Liv. XXIX. 33. in *ſuperfluent*: metaphora illa eſſet deſumpta a *vaſis oris anguſti*, qua alibi utitur; ſed cui hic locum eſſe non puto. BURMAN.

37. *Inveniant ipſi & intelligant.*] *Ut inveniant, & ipſi intelligant*; Steph.

38. *Sed latiore.*] Conſtat artes omnes acquiri ratione & experientia; rationem ſuppeditat ars, experientiam exercitatio; altera generalia præcepta complectitur, nec ad ſingularia deſcendit; altera in ſingularibus occupatur, & veram *praxin* ſuppeditat. TURNEB.

39. *In quali loco, tempore.*] *Loco ac tempore.* FRANCIUS.

40. *Experimenta.*] Hoc maxime confirmat lib. III. cap. 8. ALMELOV.

41. *An vero.*] Loco illius particulæ *an*, conjunctio *at* reponenda videtur. REGIUS. Regio adſtipulantur Philander & Burmannus: ſed viros doctos fefellit, quod his verbis *objectionem* ſeu *contradictionem* contineri putaverint, quod contra eſt; hic enim argumentatio proponitur & quidem *a fortiori* per interrogandi formulam. Editio Stephan. 1542. habet etiam, *an vero.* CAPPER.

42. *Ac Demoſthenes.*] *Aut*; MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. Sich. Gryph. Baſil. Obrecht. & Voſſ. prim.

43. *Corrigetur palam.*] *Corrigitur*; V. C. Alm. *Corrigetur.*] Sic intellige, quaſi ſcripſiſſet Fabius: *An vero corrigetur quidem*, &c. hæc enim altera eſt argumentatio *a fortiori.* CAPPER.

44. *Declamando.*] Id eſt, oratiunculas ficti argumenti pronunciando. CAPPER.

45. *Emendare.*] Paulo ante præcipit, ut corruptæ & vitioſæ orationes in ſcholis aliquando legerentur; eas nunc emendari præcipit. ROLLIN.

46. *Orationem.*] Intellige orationem veri argumenti ſcriptam, & habitam ab aliquo rhetore vel etiam oratore. CAPPER.

47. *Floridius genus.*] *Floridum* appellat *genus*, ſententiis argutum, verbis elegans, & *metaphoris* crebrum: in hac autem videtur eſſe ſententia Cicero, qui quidem *Epidicticum* genus, quod floridum eſt & ſophiſticum, eloquentiam nutrire ſcribit. TURNEB.

48. *Expoſitum.*] *Expolitum*; Venet. Ald. Colin. *compoſitum*; Locatel. Sich. & marg. Baſil. nos *expoſitum* credimus rectius legi, id eſt, non obſcurum, ſed facilem, ut Livius eſt præ Salluſtio. Vide de hac voce Barth. ad Stat. II. Theb. 188. Lucan. V. 102.

Hoc tamen expoſitum cunctis, nullique negatum
Numen.

ſi quis *compoſitum* mallet, interpretetur ornatum, cum cura & elegantia ſcriptum; ut Ciceroni ſæpe *compoſita* oratio; & noſtro lib. VII. 10. & *compoſite* ſcriptum Gel. XI. 8. BURMAN.

49. *Livium a pueris.*] *A* præpoſitio, ut ſupervacua, videtur expungenda. REGIUS.

50. *Salluſtium.*] Nam Salluſtius brevis eſt & antiquarius, ac verba priſca ex Originibus Catonis eſt ſuffuratus. TURNEB.

51. *Et hic hiſtoriæ majoris eſt auctor.*] Ut hiſtoriæ majoris auctor ſit Salluſtius, quam Livius? quo nemo unquam locupletius res Romanas ab Urbe condita commentatus eſt; cum Salluſtii integra hiſtoria, ut docti exputant, non ſit annorum 25. Parva emendatione & diſtinctione opus erit, ut ſanæ mentis ratio Quinctiliano reddatur; quanquam alioqui ejus de auctoribus judicia magni apud nos momenti non ſint. Nam ut e vulgo ſeorſim ſentiat, parum ſane Quinctilianus attente habet pondus judicii, quod, niſi ubique ſuſtinet auctoritatem ſuam, ſemper peccat. Lege: *Sit hic hiſtoriæ. Major is eſt auctor.* Major auctor Livius, magis æſtimandus ad omnem eloquentiam Salluſtio: etſi Salluſtius hiſtoricas leges quodammodo potius impleverit. Salluſtio palmam Hiſtoriæ Latinæ dabat Antiquitas. Martialis lib. XIV. Epigram. 191.

Hic erit, ut perhibent doctorum corda virorum,
CRISPUS, Romana primus in hiſtoria.

De Quinctiliano etiam illud hic adjungam, non audere me de univerſo illius opere pronunciare: hac tamen parte qua de Poëtis loquitur, omnino mihi neſcio quomodo ſacris eorum minus initiatum videri, quam pro Cenſore, &c. BARTHIUS, Adverſ. XLVIII. cap. 19. Sed, ut mihi quidem videtur, Barthio non melius cedit ſua illa emendatio, quam reprehenſio Quinctilianæi de poëtis judicii. CAPPER. *Hic Hiſtoriæ major eſt auctor*; MSS. Bodl. Joan. Alm. Andr. Venet. Voſſ. tert. Ald. *Hic hiſtoriæ magis eſt auctor*; Locat. Voſſ. prim. Gallæus conjiciebat *hiſtoriæ gravioris*, πολιτικώτερος; & deinde *tamen* additamentum putat, & legendum, *ad quem intelligendum.* Sed nihil opus; *hic* enim ad Livium referendum, ut ſæpe ſolent veteres, non modo ubi *hic* & *ille*, præcedentibus duobus, ſubſequitur inverſo ordine; ſed ubi ſolum *hic* ſequitur: qui dubitat, videat loca Salluſtii & Cæſaris a celeberrimo Perizonio ad Sanctii Minerv. lib. II. cap. 9. laudata, quibus hunc Fabii locum adſcribat. BURMAN. Videat etiam Budæi Commentar. CAPPER.

fectu opus ſit. [52] Cicero, ut mihi quidem videtur, & jucundus incipientibus quoque, & apertus eſt ſatis; nec prodeſſe tantum, ſed etiam amari poteſt, tum (quemadmodum [53] Livius præcipit) ut quiſque erit Ciceroni ſimillimus. [54] Duo autem genera maxime cavenda pueris puto. Unum, [55] ne quis eos, antiquitatis nimius admirator, in Gracchorum, Catoniſque, & aliorum ſimilium lectione dureſcere velit. Fient enim horridi atque jejuni. Nam neque vim eorum adhuc intellectu conſequentur; & *elocutione*, quæ tum ſine dubio erat optima, ſed noſtris temporibus [56] aliena, contenti, quod eſt peſſimum, [57] ſimiles ſibi magnis viris videbuntur. Alterum, quod [58] huic diverſum eſt, ne recentis hujus laſciviæ floſculis capti, voluptate quadam prava delenjantur, [59] ut prædulce illud genus, & puerilibus ingeniis hoc gratius, quo propius eſt, [60] adament. Firmis autem judiciis, jamque extra periculum poſitis, ſuaſerim & antiquos legere, ex quibus ſi aſſumatur ſolida ac virilis ingenii vis, [61] deterſo rudis ſeculi ſqualore, [62] tum noſter hic cultus clarius eniteſcet; & novos, quibus & ipſis multa virtus adeſt. Nec enim nos [63] tarditatis natura damnavit; ſed dicendi mutavimus genus, & ultra nobis, quam oportebat, indulſimus: [64] ita non tam ingenio illi nos ſuperarunt, quam propoſito. Multa ergo [65] licebit eligere: ſed curandum erit, ne iis, quibus permixta ſunt, inquinentur. [66] Quoſdam vero etiam, quos totos imitari oporteat, [67] & fuiſſe nuper, [68] & nunc eſſe, [69] quidni libenter non conceſſerim modo, verum etiam contenderim? Sed hi qui ſint, non cujuſque eſt pronuntiare. [70] Tutius circa priores vel erratur; ideoque hanc novorum diſtuli lectionem, ne imitatio judicium antecederet.

52. *Cicero.*] Livius hiſtoricus, in epiſtola quadam ad filium ait, primos eſſe legendos Ciceronem & Demoſthenem; tum demum, ut quiſque vel Ciceroni, vel Demoſtheni eſſet ſimillimus: cujus judicium Fabius ſequitur. Qui ſint autem ſimillimi Ciceroni, docebit lib. XI. TURNEB. De illa Titi Livii epiſtola mentio ſit etiam in libr. X. cap. I. CAPPER.

53. *Livius præcipit.*] *Plinius*; Venet. Ald. marg. Sich. & Baſil.

54. *Duo autem genera.*] Ne labamur in *cacozeliam*, veretur: quocirca nec antiquos eſſe pueris legendos putat, nec recentiores: ſed eos, qui circa Ciceronis ætatem vixerunt. TURNEB.

55. *Ne qui eos.*] *Ne quis eorum antiquitatis*; MSS. Bodl. Bal. Andr. Sich. Baſil.

56. *Aliena.*] *Aliena eſt*; MSS. Bodl. Joan. Almel. Andr. Voſſ. prim. tert. *Erat optima: ſed noſtris temporibus aliena.*] Vide ut tempori ſerviat etiam *elocutionis* elegantia. CAPPER.

57. *Similes ſibi magnis.*] Hac de re Fabius loquitur lib. X. ſcribitque antiquos juvare poſſe ſententiarum pondere & argumentorum; non tamen perinde *phraſi*. TURNEB.

58. *Huic diverſum.*] *Adverſum*; Andr. ſic & capite IV. ex parte *adverſa* quidam pro *diverſa*: ſed perperam.

59. *Ut prædulce illud genus.*] *Et* copula, loco illius *ut*, loco vero *a* præpoſitionis, *ac* copula eſt adſcribenda, hoc modo; *& prædulce illud genus, ac puerilibus ingeniis*; laſcivum enim dicendi genus maxime pueris gratum. REGIUS. Fabius taxat ſui temporis eloquentiam, ut lib. quoque X. quæ delicias quaſdam ad oblectationem conſectabatur, & orationis quandam luxuriam. TURNEB.

60. *Adament.*] Meo judicio inſigne verbi margaritum excidit. Reponam ergo; *ut prædulce illud genus, & puerilibus ingeniis hoc gratius, quo propius eſt, adhament.* Onomaſticum; *adhamo*, ἀγκιστρεύω. Sic olim vindex Nonio Joſephus Scaliger venit, qui illud verbi ex Cicerone recte producit: quanquam in illo falſus, quod *adhamare* explicat *obligare*; cum ſit θηρᾶν, *captare*, *venari*. Cicero Academ. lib. 2. *Qui enim ſerius honores adhamaverunt, vix admittuntur ad eos, nec ſatis commendati multitudini poſſunt eſſe.* Sic eleganter ſanarunt Petronium. cap. V.

Artis ſeveræ ſi quis hamat effectus.

Eſt vero tale verbum, quale *adamas*, ἐξαρπάζεται, ἀπαγκαλίζει. Et *adhamat*, πειράζει. Gloſſarium; Ἀγκιστρεύω, *uncino*, h. e. hamo, induo. *Uncus* enim, Onomaſtico teſte, ἄγκιστρον. Hinc *uncinatum*, more hamorum in ſe connexum invicem. Cicero Academ. lib. 4. ut etiam citat Nonius: *Nec, ut ille, qui aſperis & levibus, & hamatis uncinatiſque corpuſculis concreta hæc eſſe dicat.* Videatur etiam Cl. Jan. Rutgerſius, Var. Lect. lib. 3. cap. 3. GEBHARD. lib. II. Crep. 13.

61. *Deterſo ſqualore.*] Hic eſt, opinor, ille πίνος, de quo Dionyſius Halicarnaſſ. in opuſculo περὶ τῆς τῶν ὀνομάτων συνθέσεως, de verborum collocatione; & Cicero in Epiſt. ad Attic. CAPPER.

62. *Tum noſter.*] Miſcet Fabius genus antiquum dicendi, cum novo; nam illud ſententiis valebat, hoc dictionis elegantia: eſt autem optimus character, qui ſententiarum habet pondera & verborum ornamenta. TURNEB.

63. *Tarditatis.*] Supple, *ingenii*. CAPPER.

64. *Ita non tam.*] *Item*; marg. Baſil. Argent. Obrecht.

65. *Oportebit.*] *Licebit eligere*; MSS. Bodl. Bal. Alm. Venet. Locat. Ald. Gryph. Colin. Baſil.

66. *Quoſdam vero.*] Hoc intelligere videtur de Plinio majore, & Cornelio Tacito, qui tempore Fabii vixerunt; illorum enim permultæ ſunt virtutes. TURNEB.

67. *Et fuiſſe nuper.*] Levibus voculis animam huic periodo reddideris ex duobus MSS. & Aldina editione reſcribendo: *Quoſdam vero etiam, quos totos imitari oporteat, & fuiſſe nuper, & nunc eſſe, quidni libenter conceſſerim modo, verum etiam contenderim?* Sic cap. XIII. *Quid enim, ſi præcipias Imperatori, quoties aciem inſtruet, dirigat cornua?* fortius ex MSS. fiet, *quid? ſi enim præcipias.* GEBHARD. II. Crepund. 13. *& fuiſſe ſemper*, Steph. Roignii. Voſſ. prim.

68. *Et nunc eſſe.*] Forte Plinium juniorem intelligit. ALMELOV.

69. *Quidem libenter.*] *Quidni libenter non*; MSS. Bal. Argent. Andr. Ald. Locat. (qui *quid* in vitio typographi) Colin. & marg. Baſil. Francius volebat, *libenter quid non conceſſerim.* Steph. *quidem libenter.*

70 *Tutius circa.*] *Tutius circa priores imitatio eſt, vel erratur*; MSS. Bodl. Bal. Andr. Ven. Ald. Sich. Baſil. Stephani marg. & Voſſ. ſecund.

CAPUT VI.

[1] *De diviſione & parenchireſi* [παρεγχειρήσει]

VII. FUIT etiam in hoc diverſum præcipientium propoſitum, quod eorum [2] quidam materias, quas diſcipulis ad dicendum dabant, non contenti diviſione [3] dirigere, latius dicendo proſequebantur; [4] nec ſolum probationibus implebant, ſed etiam affectibus. [5] Alii, cum primas modo lineas duxiſſent, poſt *declamationes*, [6] quod omiſiſſet quiſque, tractabant; quoſdam vero locos, non minore cura, quam cum ad dicendum ipſi ſurgerent, excolebant. Utile utrumque; & ideo neutrum ab altero ſeparo: ſed, ſi facere tantum alterum neceſſe ſit, plus proderit demonſtraſſe rectam protinus viam, quam [7] revocare ab errore jam lapſos. Primum, quia emendationem auribus modo accipiunt, [8] diviſionem vero ad cogitationem etiam & ſtylum perferunt; deinde, quod libentius præcipientem audiunt, quam reprehendentem. Si qui vero paulo ſunt [9] vivaciores, [10] in his præſertim moribus, etiam [11] iraſcuntur admonitioni, & taciti repugnant. Nec ideo tamen minus vitia aperte coarguenda

1. *De diviſione.*] *Diviſio*, de qua hoc loco Fabius verba facit, παρεγχείρησις vocatur a Græcis, non ſolum διαίρεσις Quod nomen, quid ſignificaret, imperiti quidam ignorantes, de indice huic capiti adſcripto deleverunt; ſic enim in vetuſtioribus legitur exemplaribus, *de diviſione, ſive parenchireſi.* Diviſione vero priſci rhetores diſcipulis propoſita, materiam dirigentes, ac velut manibus tractandam explicantes, tanquam primas lineas ducebant. Eſt autem *diviſio*, minor declamatio, utpote, quæ capita rerum ſolum, ſine probationibus, affectibus, figuris continet; nam *declamatio*, perfecta eſt oratio: unde Seneca præfat. lib III. Declamat. de Albutio loquens ſcribit: *Raro totam controverſiam implebat, non poſſes dicere diviſionem eſſe, non poſſes declamationem.* De hac autem diviſione & Seneca diligenter præcipit in libris, quos *diviſionum* inſcripſit; & Quinctilianus in ſeptimo, cap. 1. REGIUS. *Diviſionem* appellat, *partitionem thematis*, & materiæ in ſua capita, quæ eadem dicitur παρεγχείρησις, quod *thema* ſuis locis & partibus partiamur, & tanquam in articulos manus mittamus: hujuſmodi ſunt diviſiones Senecæ, & partitiones quæſtionum Sopatri. TURNEB. In Edit. Steph. 1542. legitur: *De diviſione*, & παρεγχειρήσει; cujus etiam lectionis veſtigia occurrunt in cod. Bern. ubi habetur, *de diviſione & parenhireſi*; quæ dictio ex *parenchireſi* corrupta eſt. Cæterum hoc in loco Raphaël Regius & Pſeudo-Turnebus *diviſionem* διαίρεσιν cum *parenchireſi* παρεγχειρήσει confuderunt; quod quam male factum ab illis fuerit, patet; tum ex hoc capite, ubi diviſionem & *parenchireſin* propriis notis diſtinguemus; tum ex veri Turnebi Adverſar. lib. 12. cap XI. ubi ſic habet: *Arbitror eſſe* parenchireſin, *cum vel præter orationem, vel declamationem, hujus tamen, vel illius cauſſa, vel orator, vel rhetor de ordine capitum, diviſione* cauſſæ, *collocatione & diſpoſitione apud ſe exigit & perveſtigat, aut diſcipulos inſtituendo quæſtiones & capita docet, & ultra eos, qui idem argumentum tractarunt, excogitare aliquid conatur: quod enim aliquid præter alios excogitandi labor ſuſcipiatur*, parenchireſis *vocatur* .... *Eſt &* parenchireſis, *cum argumentum & negotium ab alio tractatum alius ſibi ſcribendum ſumit; ut apud Ciceronem, lib. 15. ad Atticum, epiſt. 4. de Oratione Bruti.* Prorſus contendis committere, tam multis verbis agis. Egone ut eam cauſſam, quam is ſcripſit, ego ſcribam non rogatus ab eo? nulla παρεγχείρησις fieri poteſt contumelioſior. *Hic* parenchireſin *vocat, ſcriptam a Bruto cauſſam ſcribere. Eodem modo Themiſtius præfat. ad poſterior. Analytic. Ariſtot.* parenchireſes *appellat, cum quid, ſecus quam alii, dicimus, aut prætermiſſum ſcribimus.* τὸ, τι σμικρῶν ἕνεκα παρεγχειρήσεων ὁλοκλήρους ἐκβάλλεσθαι πραγματείας, ὅμοιον τῷ τὴν Ἀθηνᾶν βουλομένῳ μετακινεῖν τοῦ Φειδίου, ὅτι τὰ δεσμὰ τῆς κρηπῖδος εὖ τε ἀμείνω ποιήσειν; id eſt, *& propter exiguas* parenchireſes *integros tractatus edere, perinde eſt, ac ſi quis Phidiæ Minervam loco movere vellet, eo quod crepidinis vincula meliora facturum eſſe ſe arbitraretur* (Latinam verſionem Turnebus non appoſuerat.) *Denique* ἀπαρεγχείρητον, *Timæo eſt* τὸ *perfectum.* His doctiſſimi Philologi verbis, adde quod Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus, ἀπαρεγχείρητα τῆς Ἐκκλησίας ἔθιμα, vocat *Eccleſiaſticos mores & ritus nulli mutationi obnoxios.* Ejus verba refert Cotelerius monument. Eccleſ. Græc. tom. 2. pag. 468. ubi ſic habet. ἔθιμα τῆς Ἐκκλησίας φυλάττειν ἀπαρεγχείρητα. Vide quæ ſupra notavimus ad lib. 1. cap. 2. ubi Fabius; *taceo de partitionibus.* CAPPER.

2. *Quidam materias .... non contenti diviſione dirigere, &c.*] His verbis diviſionem, ſeu partitionem διαίρεσιν, Quinctilianus graphice deſignat. CAPPER.

3. *Dirigere.*] Francius conjiciebat *digerere*: ſed *dirigere* hic dictum eſt, ut fines *diriguntur*, intra quos agri terminantur: ita Liv. XXXIX. 27. *direxiſſe finem Philippo veterem viam regiam.* Vide Goëſ. Indic. in rei agrariæ ſcriptores: niſi quis capiat antiqua ſignificatione, *dirigere* pro *diſcindere* διχοτομεῖν, de quo Scaliger. ad Catalecta. pag. 270. & Salmaſi Exercit. Plin. pag. 838. BURMAN.

4. *Nec ſolum probationibus.*] Sequentibus his capitibus quædam Fabius complectitur, quæ ante declamationem fieri debent, aut fiebant: hic porro duas inventionis eſt perſecutus partes, fidem & motum, ut nihil diſcipulorum inventioni relinqueretur. TURNEB.

5. *Primas modo lineas.*] *Metaphora* eſt ducta a pictura, quæ μονόγραμμος dicitur, quæ primum lineis ducitur, deinde poſtea coloribus corporatur. IDEM. Turnebus exponit hoc in loco primas lineas μονόγραμμος, non ſatis apte. Nam *monogrammon* de perfecta ſui generis uſurpari ſolet pictura, qualem edebant primi pictores, & Latini alii vocabant *linearem.* Scheffer. de arte pingendi. §. 2. ALMELOV. *Alii cum primas modo lineas duxiſſent, quod omiſiſſet quiſque, tractabant, &c.*] En tibi pura puta παρεγχείρησις *parenchireſis*, quæ ſic fere definiri poteſt: *operatio, qua quis alterius molimini aliquid adjicit, admoliturque.* CAPPER.

6. *Quod omiſiſſet.*] Niſi *quid* loco illius *quod* legatur, ſenſus difficilius percipietur. REGIUS. *Quid*; V. C. Alm. Ald. Gryphius. Edit. Steph. 1542. habet *quod*, & hæc lectio melior videtur. CAPPER.

7. *Revocare ab errore.*] Vide ſupr. cap. III. de Timotheo. ALMEL.

8. *Diviſionem vero ad ſtylum perferunt.*] Has enim diviſiones, ſeu partitiones, dictante præceptore, ſcriptis excipiebant eloquentiæ candidati. CAPPER.

9. *Vivaciores.*] Id eſt, majores natu, ætate provectiores. Vide quæ notavit eruditus Burmannus ad præfation. lib. 6. ubi Quinctilianus dixit *impiam vivacitatem.* CAPPER.

10. *In his præſertim moribus.*] Id eſt, huic ætati noſtræ, huic ſeculo propriis. Pronomen demonſtrativum *hic, hæc, hoc*, eumdem hunc ſenſum habet apud Salluſtium, in Jugurtha; & Titum Livium, lib. 1. num. 56. En tibi eorum verba. Salluſtii quidem: *Quis eſt omnium his moribus, quin divitiis & ſumptibus, non probitate, neque induſtria cum majoribus ſuis contendat?* Livii vero: *Quibus duobus operibus, vix nova hæc magnificentia quicquam adæquare potuit.* CAPPER.

11. *Iraſcuntur admonitioni.*] *Admoniti*: Andr. Colin.

ſunt. Habenda [12] enim ratio cæterorum, qui recta eſſe, quæ præceptor non emendaverit, credent. [13] Utraque autem ratio miſcenda eſt, & ita tractanda, ut ipſæ res poſtulabunt. Namque incipientibus danda erit velut [14] præformata materia ſecundum cujuſque vires. At, cum ſatis compoſuiſſe ſe ad exemplum videbuntur, brevia quædam demonſtranda veſtigia; quæ perſecuti, jam ſuis viribus ſine adminiculo progredi poſſint. Nonnunquam [15] credi ſibi ipſos oportebit; ne mala conſuetudine ſemper alienum laborem ſequendi, nihil per ſe conari & quærere [16] ſciant. Quod ſi ſatis prudenter dicenda viderint, jam prope conſummata fuerit præcipientis opera. [17] Si quid erraverint adhuc, erunt ad ducem reducendi. Cui rei ſimile quiddam facientes aves cernimus, quæ teneris infirmiſque fœtibus cibos ore ſuo collatos partiuntur: at, cum viſi ſunt adulti, [18] paulum egredi nidis, & circumvolare ſedem illam præcedentes [19] ipſæ docent; tum expertas vires libero cœlo, ſuæque ipſorum fiduciæ permittunt.

12. *Etiam ratio cæterorum.*] *Ratio & cæterorum*: MSS. Bodl. Bal. Andr.

13. *Utraque autem ratio.*] Putat Fabius hac in re profectus eſſe rationem habendam; ut, ſi diſcipuli ſint rudiores, fuſius *thema* explicemus & diligentius dividamus; ſin literatiores, leviter tantum exponamus, & in quoſdam ſuos *locos* dividamus, interdum vero ſimpliciter exponamus ſine *locis*. TURNEB.

14. *Præformata materia.*] *Metaphora* eſt ducta ab architectis, qui vel *ſcographia*, vel *ichnographia*, vel *orthographia* opus præformant. TURNEB.

15. *Credi ſibi.*] Id eſt, ſuis ipſorum viribus permitti diſcentes oportebit, ut ſine doctore aliquid conari & cudere audeant. REGIUS. *Sibi eos.*] *Ipſos*: V. C. Alm. Obrecht.

16. *Sciant.*] Forte *diſcant*: FRANCIUS.

17. *Si quid erraverint.*] *Si qui erraverint*; Voſſ. prim. tert.

18. *Paulum egredi.*] *Paululum*; Voſſ. ſecund.

19. *Ipſæ docent*] Matres ac dominæ nidi. Idem Fab. lib. 2. cap 2. Adi Jan. Gebhard. Crepund. lib. 1. cap. 9 pag 28. PAREUS. in hanc rem elegantes ſunt verſus Valer. Flacc. VII. 375.

Qualis adhuc teneros ſupremum pallida fœtus
Mater ab excelſo produxit in aera nido;
Hortaturque ſequi, brevibuſque inſurgere pennis.

de Aquilarum hoc more plura habet Barthius ad Claudiani III. Conſ. Honor. præfat.

CAPUT VII.

De ediſcendo.

ILLUD ex conſuetudine mutandum prorſus exiſtimo in his, de quibus nunc [1] diſſerimus, ætatibus; ne omnia [2] quæ ſcripſerint, ediſcant, & certa, ut moris eſt, die dicant: quod quidem maxime VIII.
[3] patres exigunt, atque ita demum ſtudere liberos ſuos, ſi quam frequentiſſime [4] declamaverint, credunt; cum profectus præcipue [5] diligentia conſtet. [6] Nam, ut ſcribere pueros, plurimumque eſſe in hoc opere plane velim; ſic ediſcere electos ex orationibus vel hiſtoriis, [7] aliove quo genere dignorum ea cura voluminum, locos, multo magis ſuadeam. [8] Nam & exercebitur acrius memoria, aliena complectendo, quam ſua; & qui erunt [9] in difficiliore hujus generis labore verſati, ſine moleſtia, quæ ipſi [10] compoſuerint, [11] jam familiarius animo ſuo affigent, & aſſueſcent optimis, ſemperque habebunt intra ſe, quod imitentur; [12] etiam non ſentientes, formam orationis illam, quam mente penitus acceperint, expriment. [13] Abundabunt autem copia verborum optimorum, [14] & compoſitione, ac figuris jam non quæſitis, ſed ſponte, & ex repoſito

Eraſmus ſtudium ad verbum ediſcendi non probat, ut nimii laboris & nullius prope fructus. Fabius ediſcendos putat illuſtres locos ex orationibus vel hiſtoriis; ea res enim & memoriam firmabit, & elocutionem augebit. TURNEB.

1. *Diſſerimus.*] *Diſſeruimus*; MS. Joan. *diſſeremus*: Andr.

2. *Quæ ſcripſerint.*] *Scripſerunt*; Voſſ. prim.

3. *Patres exigunt.*] Vide Juvenal. Sat. VII. 166. ALMELOV.

4. *Declamaverint.*] *Declamaverunt.*] Voſſ. tert.

5. *Diligentia conſtet.*] Immo omnia, ut hoc ex Antiphonte;

Τῆς ἐπιμελείας δοῦλα πάντα γίγνεται.
Parere cuncta diligentiæ ſolent.

ex Alexide

Ἅπαντα τὰ ζητούμενα ἐξευρίσκεται,
Ἂν μὴ προαποστῇς, μηδὲ τὸν πόνον φύγῃς.
Nihil eſt quod invenire tandem non queas,
Dummodo laboris non prius te tædeat.

ex Menandro

Ἁλωτὰ γίγνετ᾽ ἐπιμελείᾳ καὶ πόνῳ ἅπαντα,
Labore quodvis ſedulo expugnabile.

Vide Cicer. II. de Orat. 35. ALMEL.

6. *Nam ut ſcribere.*] *Jam*, volebat Francius.

7. *Aliove quo genere*] *Alioque genere*: V C. Alm.

8. *Nam & exercebitur.*] *Nam etiam* I Locat. Ald. Gryph. Colin.

9. *In difficiliore hujus generis.*] *Hujus laboris genere*: MSS. Bodl. Voſſ Bern. Joan. Bal. Alm. *in difficiliore laboris genere*: Obrecht.

10. *Compoſuerint.*] Edit. Stephan. 1542. Obrecht. ſed Burmannus ediderat, *compoſuerunt.* CAPPER.

11. *Jam familiarius.*] *Familiari animo ſuo*: MSS. Voſſ. prim. Bodl. Joan. Bal. Alm. *familiaria*: Argent. Obrecht. Francius malebat, *animo ſuo infigent.*

12. *Etiam non ſentientes.*] *Et jam non*: MS. Bodl. & Obrecht.

13. *Abundabunt autem.*] Elocutio aut in ſimplicibus eſt verbis, aut in compoſitis: ſimplicia, aut propria ſunt, aut *tropo* mutata, aut figura exornata: compoſita, collocata & numeroſa. His omnibus generibus abundabit ediſcendo locos electos TURNEB.

14. *Et compoſitione.*] Συνθέσει, hoc eſt, apta vocabulo-

velut theſauro ſe offerentibus. [15] Accedit his & jucunda [16] in ſermone bene a quoque dictorum relatio, & [17] in *cauſſis* utilis. Nam & [18] plus auctoritatis afferunt ea, quæ non præſentis gratia litis ſunt comparata, & laudem ſæpe majorem, quam ſi noſtra ſint, conciliant. Aliquando tamen permittendum, quæ ipſi [19] ſcripſerint, dicere; ut laboris ſui fructum etiam ex illa, quæ maxime petitur, laude plurimum capiant. Verum id quoque tum fieri oportebit, cum aliquid commodius [20] elimaverint; ut eo velut præmio ſtudii ſui donentur, ac ſe meruiſſe ut dicerent, gaudeant.

rum collocatione; de qua Dionyſ. Halicarnaſſ. in opuſculo περὶ τῆς τῶν ὀνομάτων συνθέσεως. CAPPER.

15. *Accedit his.*] Fab. lib. 5. aliorum dicta auctoritatem exempli & teſtimonii habere dixit: huc etiam pertinent *Chriæ*. TURNEB.

16. *In ſermone bene a quoque.*] *In ſermone, idoneaque dictorum relatio;* MS. Bodl. Obrecht. *idonea quoque;* V. C. Alm. Ald.

17. *In cauſſis utilis*] *In ipſis cauſſis;* Andr.

18. *Plus auctoritatis.*] *Utilitatis;* Sich. & marg. Baſil.

19. *Scripſerint, dicere.*] *Edidiſſent;* margo Steph.

20. *Elimaverint.*] *Limaverint;* Voſſ. prim.

CAPUT VIII.

An ſecundum ſui quiſque ingenii docendus ſit naturam.

IX. VIRTUS præceptoris haberi ſolet, nec immerito, diligenter in iis, quos erudiendos ſuſceperit, notare diſcrimina ingeniorum, & quo quemque natura [1] maxime ferat, ſcire. Nam eſt in hoc incredibilis quædam varietas; [2] nec pauciores animorum pene, [3] quam corporum formæ. Quod intelligi etiam ex ipſis [4] oratoribus poteſt, qui tantum [5] inter ſe diſtant genere dicendi, ut nemo ſit alteri ſimilis: quamvis plurimi ſe ad eorum, [6] quos probabant, imitationem compoſuerint. [7] Utile deinde pleriſque viſum eſt, ita quemque inſtituere, ut propria naturæ bona doctrina foverent, & in id potiſſimum ingenia, quo tenderent, adjuvarentur; ut, ſi quis palæſtræ peritus, cum in aliquod plenum pueris gymnaſium venerit, expertus eorum omnimodo corpus animumque, diſcernat, cui quiſque certamini ſit præparandus; ita præceptorem eloquentiæ, cum ſagaciter [8] fuerit intuitus, cujus ingenium preſſo limatoque genere dicendi, cujus acri, gravi, dulci, aſpero, nitido, urbano maxime gaudeat; ita ſe commodaturum ſingulis, ut in eo, quo quiſque eminet, provehatur; quod & [9] adjuta cura natura magis evaleſcat; & [10] qui in diverſa ducatur, nec in iis, quibus minus aptus eſt, ſatis poſſit efficere, & ea, in quæ natus videtur, deſerendo faciat infirmiora. [11] Quod mihi (libera enim, vel [12] contra receptas perſuaſiones rationem ſequenti, ſententia eſt) in parte verum videtur. Nam proprietates ingeniorum [13] diſpicere prorſus neceſſarium eſt. In his quoque certum ſtudiorum [14] facere delectum nemo diſſuaſerit. [15] Namque erit alius hiſtoriæ magis

Hoc caput de natura eſt, in qua tanquam fundamento ars nititur: itaque Fab. docet optimam cujuſque naturam eſſe præceptis & exercitatione augendam: ſi quid deſit naturæ, ſtudio diligenti eſſe ſupplendum: ſi quid refragetur, eſſe emendandum. TURNEB.

1. *Maxime ferat, ſcire.*] *Scire*, non habent Locat. Steph. Colin. Roignii. Vidov.

2. *Nec potiores.*] *Pauciores*, proculdubio legendum eſt. REGIUS. *Potiores;* Locatel.

3. *Quam corporum formæ.*] Plinius lib. 7. cap. 1. ait, in tanta hominum multitudine vix duo reperiri corpora indiſcretæ figuræ: quanquam idem ſimilitudines corporum indiſcretas perſequitur, lib. VII. cap. 12. TURNEB.

4. *Oratoribus.*] Cicer. de opt. dicendi genere, & de clar. oratoribus: & Fabius in ultimo capite deſcribit. Alii namque expreſſi & limati, alii copioſi & graves, alii aliud genus amant. REGIUS.

5. *Inter ſe diſtant genere dicendi.*] Omittit vocabulum *dicendi*, editio Lugdunenſis. Et fateor quidem ſine illo erui poſſe aliquatenus oratoris ſententiam. Sed nihil eſt, cur verbi defectu obſcuretur Fabius, cum illud αὐτόγραφον ſuum agnoviſſe indubium facit conſenſus codicum MS. Bodl Joan. Bal. omniumque pene editorum. GIBSON. & V. C. Alm habet & Obrecht.

6. *Quos probabant.*] *Probant;* Locat Ald. Colin. *plurimi ſe ad eorum imitationem compoſuerint;* Baſil.

7. *Utile.*] Cicero in Bruto & 1. de Offic. 31. REGIUS.

8. *Fuerit intuitus.*] *Fuit intuitus;* Voſſ tert.

9. *Adjuta cura.*] *Adjuncta cura;* Voſſ. ſecund.

10. *Qui in diverſa.*] *Si in diverſa;* MSS Bodl. Bal. Alm. Venet. Locatel. Colon. Gryph. Baſil. Obrecht. Voſſ. ſecund. *In diverſa.*] Græci dicerent, εἰς τὰ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἀλλότρια καὶ ἀπηλλαγμένα, hoc eſt, in ea quæ ſunt ab ipſius indole aliena. CAPPER.

11. *Quod mihi.*] Sententiam ſuam Fabius, ut inuſitatam, præmunitione tegit; ac ſuperiorum opinionem partim probat, partim improbat. TURNEB.

12. *Contra receptas.*] *Contra perceptas;* Voſſ. tert. *præceptas;* Voſſ. prim.

13. *Deſpicere.*] *Diſpicere* legendum eſt, ut ſit diligenter inſpicere atque intueri. *Deſpicere* namque eſt, deorſum aſpicere atque contemnere. REGIUS.

14. *Facere delectum.*] *Agere delectum;* Voſſ ſecund. Quæ ſi vera eſt lectio, Vallæ ſatis fiet, qui lib. 5. Elegant. 60. *facere delectum* non probat, ſed *agere* vel *habere*, ut infra lib. x. cap. 3. & alibi. BURMAN.

15. *Namque erit alius.*] Putat Fabius ex naturali ingenii propenſione ſtudia eſſe deligenda: ſic Iſocrates Ephoro & Theopompo ſuaſit, ut ſe ad hiſtoriam ſcribendam conferrent, quod a forenſibus *cauſſis* abhorrentes illuc vergerent. TURNEB.

idoneus;

idoneus, alius [16] compoſitus ad carmen, alius utilis ſtudio juris, [17] ut nonnulli rus fortaſſe mittendi. [18] Sic diſcernet hæc dicendi magiſter, quo modo [19] palæſtricus [20] ille curſorem faciet, aut [21] pugilem, aut luctatorem, aliudve quid ex iis, quæ ſunt [22] ſacrorum certaminum. Verum ei, qui foro deſtinabitur, non in unam partem aliquam, ſed in omnia, quæ ſunt ejus operis, etiam ſi qua difficiliora [23] diſcenti videbuntur, elaborandum eſt. Nam & omnino ſupervacua erat doctrina, ſi natura ſufficeret. [24] An ſi quis ingenio corruptus ac [25] tumidus, ut plerique ſunt, inciderit, [26] in hoc eum ire patiemur? aridum atque jejunum non alemus, & quaſi veſtiemus? Nam, ſi quædam detrahere neceſſarium eſt, cur non ſit adjicere conceſſum? [27] Neque ego contra naturam pugno. Non enim [28] deterendum id bonum, ſi quod [29] ingenitum eſt, exiſtimo: ſed augendum, addendumque [30] quod ceſſat. [31] An non clariſſimus ille [32] præceptor Iſocrates, quem non magis libri bene dixiſſe, quam diſcipuli bene docuiſſe teſtantur, cum de Ephoro atque Theopompo ſic judicaret, [33] ut alteri frenis, alteri calcaribus opus eſſe diceret; aut in illo lentiore tarditatem, aut [34] in illo pene præcipiti concitationem adjuvandam docendo exiſtimavit, cum alterum alterius natura miſcendum arbitraretur? [35] Imbecillis tamen ingeniis ſane ſic obſequendum ſit, ut tantum in id, quo vocat natura, ducantur. Ita enim, quod ſolum poſſunt, melius efficient. Si vero [36] liberalior natura contigerit, [37] & in qua merito ad ſpem oratoris ſimus aggreſſi, [38] nulla dicendi virtus omittenda eſt. Nam, licet ſit aliquam in partem [39] pronior, ut neceſſe eſt, cæteris tamen non repugnabit, atque ea cura paria faciet iis, in quibus [40] eminebat; ſicut ille (ne ab eodem exemplo recedamus)

16. *Compoſitus ad carmen.*] Ut Ovidius, qui ſemper a *cauſſis* agendis abhorruit; nam *quicquid tentabat dicere, verſus erat.* Idem. Ita Cicero 1. act. in Ver. 11. *perfeciam, ut nemo unquam poſt hominum memoriam paratior, vigilantior, compoſitior ad judicium veniſſe videatur*: ubi vide clariſſ. Grævii notas. BURMAN.

17. *Ut nonnulli.*] *At*: Andr. & Steph. Roignii. *Et nonnulli*; Voſſ. prim.

18. *Sic.*] De his Ariſtotel. lib. 1. Rhet. & Cælius lib. 7. cap. 51. Lect. Antiquar.

19. *Paleſtricus.*] Id, eſt gymnaſtes; nam *paleſtram* gymnaſium dixere. Sunt autem gymnica agoniſmata; ſtadium, πένταθλον, ῥί[...], δόλιχος, ὁπλίτης. CAMERAR.

20. *Ille curſorem faciet, aut pugilem, aut luctatorem, aliudve quid.*] De quibus notus eſt ille Græcorum verſus.
Ἅλμα, ποδώκειαν, δίσκον, ἄκοντα, πάλην
ſaltum, curſum, diſcum, jaculum, luctam. CAPPER.

21. *Pugilem.*] *Pugil* appellatur, qui cæſtibus, aut pugnis decertat. TURNEB.

22. *Sacrorum certaminum.*] Quatuor ſunt certamina ſacra Græciæ, *Nemea, Olympia, Iſthmia, Pythia*: in quibus omne genus exercitationis fiebat. TURNEB.

23. *Diſcenti.*] Non agnoſcunt hanc vocem Sich. Vaſcoſ. Steph. Gryph. Roignii.

24. *An ſi quis.*] Ante artis cognitionem ſubeſſe oportet naturæ felicitatem, & ſtudii aſſiduitatem; in quibus ſi quid peccabitur, arte erit emendandum. TURNEB. *An ſi.*] *Aut ſi*; Voſſ. prim. tert.

25. *Tumidus.*] *Timidus*: marg. Baſil.

26. *In hoc ire.*] Francius ita diſtinguebat & legebat; *incideris in hoc, ire cum patiemur? nudum atque jejunum non alemus & quaſi veſtiemus? In hoc.*] Subintelligo ex præcedentibus, *dicendi genus corruptum & tumidum.* CAPPER.

27. *Neque ego.*] Hac *occupatione* reſpondet ultimæ rationi eorum, qui forendum duntaxat unumquemque putabant in eo ſtudio, cui aptus eſſet. TURNEB.

28. *Deferendum id bonum.*] *Deterendum*; V. C. Alm. Argent. Obrecht. quod placet; quia optime reſpondet ſequenti *augendum, & addendum.* De quo verbo vide Lipſ. ad Tacit. 1. An. 1. ſupr. cap. IV. *aliquid velut uſu ipſo detererent.* BURMAN.

29. *Ingenitum.*] *Ingenium*; V. C. Alm.

30. *Quod ceſſat.*] *Forte reſtat.* FRANCIUS. Sed nihil mutandum; hoc enim in loco τὸ *ceſſat*, poſitum eſſe videtur pro τῷ *deficit, deeſt, &c.* Cujus quidem ſignificationis exempla quædam ſuppetunt. Papinian. Leg. 97. ⁊. *de ſolut. quum ex pluribus cauſſis debitor pecuniam ſolvit, utriuſque demonſtratione ceſſante*; id eſt, ſine ulla demonſtratione. Plin. lib. 2 Epiſt. 4. *ſed quod ceſſat ex reditu, frugalitate ſuppletur.* CAPPER.

31. *An non.*] Steph. Colon. Vaſc. Sich. Gryph. marg. Baſil. Alm. *an vero.*

32. *Præceptor.*] *Præceptorum*; V. C. Alm. & Obrecht. *Præceptor Iſocrates.*] Cicer. 3. de Orator. 19. PHILAND.

33. *Ut alteri frenis.*] Exemplo ab Iſocratis dogmate ſumpto, dogma ſuum Fabius tuetur, quo ſignificavit Ephorum eſſe incitandum, Theopompum vero reprimendum. Quod idem judicium fuit Platonis de Ariſtotele & Xenocrate. TURNEB. Hoc apud Ciceronem de claris Oratoribus copioſius. Apud Suidam quoque ſic legitur, Ἔφορος Κυμαῖος καὶ Θεόπομπος Δαμασιστράτου Χῖος ἄμφω Ἰσοκράτους μαθηταί, ἐξ ἐναντίου, τό, τε ἦθος καὶ τοὺς λόγους ὡρμώμενοι· ὁ μὲν γὰρ Ἔφορος ἦν τὸ ἦθος ἁπλοῦς· τὴν δὲ ἑρμηνείαν τῆς ἱστορίας ὕπτιος καὶ νωθρὸς, καὶ μηδεμίαν ἔχων ἐπίτασιν· ὁ δὲ Θεόπομπος τὸ ἦθος πικρὸς καὶ κακοήθης, τῇ δὲ φράσει πολὺς καὶ συνεχὴς, καὶ φορᾶς μεστὸς, φιλαλήθης ἐν οἷς ἔγραφεν· ὁ γοῦν Ἰσοκράτης τὸν μὲν ἔφη χαλινοῦ δεῖσθαι, τὸν δὲ Ἔφορον κέντρου. SICHARD. Cicer. III. de Orat. 9.

34. *In hoc pene.*] *In hoc plane*: Andr. *in illo pene*; MSS. Joan. Alm. Ald. Locatel. nec male; bis enim ſæpe illud pronomen recte poni, ad Ovidium Epiſt. 11. verſ. ult. latius docebimus. BURMAN.

35. *Imbecillis tamen.*] *Imbecillibus*: MSS. Bodl. Bal. Alm. Andr. Obrecht. Voſſ. prim.

36. *Liberalior materia.*] *Natura* mihi legendum videtur: *natura* enim frequenter pro ingenio ponitur: de copioſo autem & fœcundo ingenio Fabius verba facit. REGIUS. *Materia*: MSS. Bodl. Bal. Alm. Argent. Obrecht. Andr. Ven. & margines Sichard. Baſil. & Sich. itemque Voſſ.

37. *Et in qua merito ad ſpem.*] Hoc plane non intelligo, neque ſatis Latina eſſe credo: quis enim dixit *in qua aggreſſi ſumus ad ſpem*: quæ hæc ſtribligo? Gallæo etiam ſuſpecta hæc periodus fuit: ſed ille ad ſolitam ſibi ſuſpicionem recurrit, additamentum eſſe adnotans in margine libri ſui. Francius *ad ſpem accenſi*, vel *ingreſſi* conjecerat. Sed forte præſtaret, *ſi liberalior materia contigerit, & in quam merito ſpe oratoris ſimus ingreſſi. Ingredi in rem* enim Cicero & alii dixerunt, & *in ſpem ingredi* Cicer. XII. ad fam. 25. *In qua* autem ſcripſerunt librarii, quia ultima litera cum proximæ vocis *merito* prima coaluerat. Sed quia *materia*, hic minus placet, quam *natura*, propter rationes a Regio adductas, & quia elegantius dici puto *naturam liberalem* (ut Terentio Adelph. IV. 5. *ingenium liberale*) quam *materiam*: mallem, *ſi liberalior natura contigerit, & in qua merito ad ſpem oratoris ſimus arrecti. Arrectus ad ſpem*, ut *ſpe tollere.* Virgil. VI. Æneid. 877. ſi quis melius conjecerit, facile cedam; ſed ſanum eſſe locum nunquam credam: in ſcriptis nulla variatio, niſi quod V. C. Alm. *oratori*, & mox *diſcenti virtus*, in quibus nullum præſidium. BURMAN.

38. *Nulla dicendi.*] *Nulla diſcendi*; Voſſ. ſecund. tert. Bern.

39. *Pronior.*] *Pravior*; Voſſ. ſecund.

40. *Eminebat.*] *Eminebit*; MSS. Bodl. Alm. Andr. Ald. Locat. Gryph. Colin. Baſil.

Q

exercendi corpora peritus, non, [41] ſi docendum panctatiaſten ſuſceperit, [42] pugno ferire vel calce tantum, [43] aut nexus modo, [44] atque in his certos aliquos docebit, ſed omnia, quæ ſunt ejus certaminis. Erit qui ex his aliqua non poſſit? In id maxime quod poterit, incumbet. Nam ſunt hæc duo vitanda prorſus; unum, ne tentes quod effici non poſſit; alterum, ne ab eo quod quis optime facit, in aliud, cui minus eſt idoneus, transferas. At ſi fuerit, qui docebitur, ille quem adoleſcentes ſenem vidimus, [45] Nicoſtratus; omnibus in eo [46] docendi partibus ſimiliter utetur; efficietque illum, qualis hic fuit, luctando pugnandoque (quorum utroque certamine iiſdem diebus [47] coronabatur) invictum. Et quanto id magis oratoris futuri magiſtro providendum erit? Non enim ſatis eſt dicere preſſe tantum, aut ſubtiliter, aut aſpere; non magis, quam [48] *phonaſco* acutis tantum, aut mediis, aut gravibus ſonis, aut horum etiam particulis excellere. Nam, ſicut cithara, ita oratio perfecta non eſt, niſi ab imo ad ſummum omnibus intenta nervis consentiat.

41. *Si docendum Pancratiaſten.*] Eodem exemplo ſæpius utitur, ut facili & imperitis etiam cognito: appellatur porro *Pancratiaſtes*, qui omni nixu corporis & contentione adverſarium calce, pugnoque ferit, & nexibus illigat; quod genus exercitationis appellatur *Pancratium*. Hermolaus tamen in Plinium *Pancratiaſten* putat eſſe *Pentathlum*. TURNEBUS. Athletam, luctatorem. Vide Gell. XVII. 26. ALMEL. *Pancratiaſten.*] *Pancratium* conſtabat ex πάλῃ lucta, & πυγμῇ pugilatu: ita docet Plutarchus 2. ſympoſ. cap. 4. ὅτι γὰρ μέμικται τὸ παγκράτιον ἔκ τε πυγμῆς καὶ πάλης, δῆλον; id eſt, *Pancratium* ex pugilatu, & lucta mixtum fuiſſe patet. Jam vero *Pancratiaſtes* alius erat a πεντάθλῳ, qui Latine *Quinquertio* dicitur. Vide Aul. Gell. l. 17. cap. 26. CAPPER.

42. *Pugno ferire.*] Ariſtoteles 1. Rhetoric. cap. 5. πυκτικὸν eum vocat, qui poſſit alterum ὦσαι τῇ πληγῇ ictu propellere. CAPPER.

43. *Aut nexus modo.*] Ariſtoteles loco mox citato παλαιστικὸν appellat, qui poſſit alterum θλίβειν καὶ κατέχειν, id eſt, premere, collidere, & fortiter tenere. CAPPER.

44. *Atque in his certos.*] *Atque in his ictus aliquos docebit*: Andr. *atque in his cæteros*: marg. Baſil. *Certos aliquos.*] Supple, *nexus*, quibus adverſarium ſuum illiget. CAPPER.

45. *Nicoſtratus.*] *Nicoſtratus*, ut meminit Pauſanias, (lib. V. cap. 20.) *Pancratiaſtes fuit fortiſſimus*, qui eodem ſacro certamine victoriam & luctæ, & pugilatus eſt adeptus. TURNEB. Nicoſtratus ἐκ Πρυμνησσοῦ τῆς Φρυγίας, Iſodoti filius, quem ſeptimum ponit Pauſanias in eorum numero, qui iiſdem diebus vicerint παγκράτιον καὶ πάλην, Eliacon primo. Hoc loco obſervabis interpretatum eſſe Fabium παγκράτιον *pugnam*. Quod certamen quale fuerit, paulo ante deſcripſit; omnibus enim viribus in eo utebantur, & quomodocumque poterant, adverſarium impetebant. Ne igitur dixeris pugiles τοὺς παγκρατιαστάς, qui ſunt πύκται. CAMERAR. Hunc Nicoſtratum redditum videbis catalogo Olympionicarum editionis Scaliger. pag. 44. a doctiſſimo Schurzfleiſchio, cujus adnotationes edidit frater Henricus Leonardus, in notitia bibliothecæ Vinarienſis, pag. 67. BURM.

46. *Docendi.*] *Dicendi*; Voſſ. prim.

47. *Coronabatur.*] *Conabatur* 1 Voſſ. tert.

48 *Phonaſco*] *Phonaſcum* autem vocat magiſtrum vocalitatis, in qua mirum in modum elaboraſſe Græcos, intelligi etiam poteſt ex Ciceronis l. de Oratore primo. CAMERAR.

49. *Ab imo ad ſummum.*] Sidon. Apoll. lib. IX. Epiſt. 13.

Quæſo polliceitam ſervet ad extimum
Oratoris opus cura modeſtiam:
Quo nil deterius, ſi fuerit ſimul
In primis rigidus, mollis in ultimis.

ALMELOV. *Ab imo ad ſummum.*] Græci dicerent, ἀπὸ τῆς νεάτης ἕως τῆς ὑπάτης; ſupple, χορδῆς: hoc eſt, a chorda ſumme gravi, uſque ad τὴν ſumme acuiam. CAPPER.

CAPUT IX.

De officio diſcipulorum.

X. [1] PLURA de officiis docentium locutus, diſcipulos id unum interim moneo; ut præceptores ſuos non minus quam ipſa [2] ſtudia ament; & parentes eſſe [3] non quidem corporum, ſed mentium credant. Multum hæc [4] pietas confert ſtudio; nam ita & libenter audient, & [5] dictis credent, & eſſe ſimiles concupiſcent; [6] in ipſos denique cœtus [7] ſcholarum læti & alacres convenient, emendati non iraſcentur, laudati gaudebunt. Ut ſint chariſſimi, ſtudio merebuntur.

1. *Plura.*] *Didaſcalicum* opus docente conſtat & diſcente: cum igitur antea de officio præceptoris ſit locutus, merito quod ſit etiam diſcipulorum officium, ſubdit. Eſtque totum hoc caput *paræneticum*. TURNEB. Vide Rittersh. Sacrar. lect. lib VI. cap. 14. ALMELOV.

2. *Studia amet.*] Inſcriptio apud Grut. DCLXIX. 4. STVDIA AMAVI OBSEQVENS MAGISTRIS FVI, &c. ALMELOV.

3. *Non quidem corporum.*] Huc pertinet *apophthegma* Alexandri, qui Ariſtotelem, ut parentem ſuſpiciebat, a quo accepiſſet bene vivere, cum a patre tantum vivere. TURNEB. Unde eleganter diſcipulus apud Hebræos *filius* ſæpe dicitur. Druſius Animadv. l. II. c. 25. Vide eruditiſſimi Pocockii notas ad carmen Arab. Tograi verſ. 1. p. 3. quo loco ex Maimonide docet, diſcipulos non minorem reverentiam debere præceptoribus, immo majorem, quam parentibus. De officio quoque diſcipulorum videndus eſt Johan. Sarisber. lib. VII. cap. 14. voluit etiam Pythagoras, ut diſcipuli ad præceptoris opinionem attenderent Jamblich. de vit. Pyth. lib. 1. cap. 31. & notandum quod affert Druſius in *apophthegm.* Hebr. lib. III. num. 170. *quatuor ſunt, cum quibus nunquam eſt litigandum; Deus, Rex, parentes, & præceptores*: cui adde quod ex Rabbinis adducit Alex. Morus ad Matth. cap. XI. verſ. 30. *qui contendit contra magiſtrum, eſt quaſi contendens contra ſpiritum ſanctum*: & imitandum exemplum Antiſthenis, Diogenis diſcipuli. De quo vid. Johan. Sarisb. l. V. 17. Juvenal. Sat. VII. 207. *Dii majorum umbris tenuem & ſine pondere terram,*

Spirantesque crocos & in urna perpetuum ver,
Qui præceptorem ſancti voluere parentis
Eſſe loco.

Vide ſis Juſtum Lipſium Catholicum ab Arnoldo a Boecop conſcriptum pag 140. addatur egregia, licet brevior, Iſidori Peluſiotæ lib. II. epiſtola 27. & Petrarch. de remed. utr. fort. libr. II. dial. 41. & Philelph. de liber. Educat. lib. II. ALMEL.

4. *Confert ſtudio.*] Francius malebat *conferet*.

5. *Dictis credet.*] Rationem reddit Theodoretus ſerm. 1. de fide, circa finem pag. 16. *Nunquam enim prima elementa perdiſcet, qui literatori fidem non habeat, ita eſſe primam, ita ſecundam literam eſſe appellandam, parique ratione de cæteris intelligendum.* Vide & Euſeb. Præp. Evang. lib. I. cap. 5 ALMELOV.

6. *In ipſos denique cœtus.*] *In ipſo denique cœtu*: MS. Joan. Voſſ. prim. tert.

7. *Scholarium.*] *Scholarum* legatur, ne turbæ barbara lo-

[8] Nam ut illorum officium eſt docere, ſic horum præbere ſe dociles: alioqui neutrum ſine altero [9] ſufficiet. Et ſicut hominis ortus ex utroque gignentium confertur, & fruſtra ſparſeris ſemina, niſi illa præmollitus foverit ſulcus; ita eloquentia coaleſcere [10] nequit, [11] niſi ſociata tradentis accipientiſque concordia.

quentium adſtipulari videatur Quinctilianus; neque enim *ſcholaris* invenitur apud quemquam Latine loquentem: quamvis imperite nunc omnes, qui ſtudiis vacant, vulgo *ſcholares* appellentur. Sed Latine elegantesque loquentes eos *ſcholaſticos* juvenes adoleſcenteſve appellant: frequentiam ergo ſcholarum accipiamus, eam adoleſcentium multitudinem, qui in ſcholas convenire ſolent. REGIUS. *ſcholarium*: MS. Bal. *ſodalium*: MS. Bodl. Illud *ſodalium* non diſplicet, quia, licet ſciam *ſcholarum* pro *ſcholaſticorum* poſſe ſumi; tamen rectius *cœtus ſodalium*, quam *ſcholarum*, dici videtur: ita Livius lib. I. cap. 18. de Pythagora: *juvenum æmulantium ſtudia cœtus habuiſſe conſtat.* Ita Valer. Flac. I. 121.

Fervere cuncta virûm cœtu.

& *cœtus commilitonum* Cicero in Catilinaria dixit.

8. *Nam ut illorum officium.*] *Nam ut in illorum officio eſt:* MS. Bodl.

9. *Sufficiet.*] *Sufficit*: V. C. Alm. Obrecht.

10 *Nequit.*] *Neſcit*: Voſſ. ſecund.

11. *Niſi ſociata.*] Duo tantum a diſcipulis officia exigit Fabius, pietatem & obſervantiam erga præceptorem, & docilitatem. Ex his enim duobus cætera pendent. TURNEB.

CAPUT X.

De utilitate & ratione declamandi.

IN his primis operibus, quæ non ipſa parva ſunt, ſed majorum quaſi XI.
membra atque partes, bene inſtituto, ac ſatis exercitato, jam fere [1] tempus appetet aggrediendi [2] *ſuaſorias* [3] *judiciales*que materias, quarum antequam viam [4] ingrediar, pauca mihi de ipſa declamandi ratione dicenda ſunt; quæ quidem, ut ex omnibus [5] noviſſime inventa, ita multo eſt utiliſſima. Nam & cuncta [6] illa, de quibus diximus, in ſe fere continet, & [7] veritati proximam imaginem reddit; ideoque ita eſt celebrata, ut pleriſque videretur ad formandam eloquentiam vel ſola ſufficere. Neque enim virtus ulla [8] perpetuæ duntaxat orationis reperiri poteſt, quæ non ſit cum hac [9] dicendi meditatione communis. [10] Eo quidem [11] res iſta culpa docentium recidit, ut inter præcipuas, quæ corrumperent eloquentiam, cauſſas, licentia atque inſcitia declamantium fuerit. Sed eo, quod natura bonum eſt, bene uti licet. Sint ergo & ipſæ materiæ, quæ [12] fingentur, quam ſimillimæ veritati; & *declamatio*, [13] in quantum maxime poteſt, imitetur [14] eas *actiones*, in quarum exercitationem

Methodus eſt compoſitionis, ab elementis ad ea, quæ ex his conficiuntur: hic autem utilitatem *declamationis* docet, ſi modo ſimilis erit *cauſſis* forenſibus & *deliberativis*; & quoſdam rhetoras reprehendit, qui monſtroſa quædam *themata*, a conſuetudine *cauſſarum* abhorrentia, proponebant. TURNEB.

1. *Tempus appetit.*] *Apparet*, non *appetet*, legendum eſſe, facile ex ipſo ſenſu percipi poteſt. REGIUS. *apparet* margo Baſil. etiam; ſed perperam; ita enim Livium & alios locutos eſſe conſtat.

2. *Suaſorias.*] Id eſt, *hypotheſes* oratorias, vel orationes in genere *deliberativo*, quod & *ſuaſorium* appellatur. CAPPER.

3. *Judiciales.*] Hoc eſt, orationes in genere *judiciali*, quod accuſationem defenſionemque complectitur. CAPPER. *Suaſorias judicialeſque.*] Omiſit Fabius materias *demonſtrativas*, quæ in laude & vituperatione verſantur: ſed hic agit de *declamatione*, *quæ*, ut ait in fine hujus capitis, *eſt judiciorum, conſiliorumque imago.* CAPPER.

4. *Ingrediar.*] *Ingredior*: V. C. Alm. Obrecht.

5. *Noviſſime inventa.*] *Declamatio* inventa Cicerone puero. Nam Seneca lib. primo *declamationum*, ait ante Ciceronem exercitationes rhetorum fuiſſe *theſes*, non *declamationes*. Cicer. quoque in Bruto cap. 9. rem novam eſſe ita teſtatur: *Commentabar declamitans, ſic enim nunc loquuntur, ſæpe cum Marco Piſone & Q. Pompeio, vel cum alio quotidie.* TURNEB.

6. *Illa de quibus.*] *Illa quæ ſupra diximus*: MS. Joan. Voſſ. prim. tert.

7. *Veritati proximam imaginem reddit.*] Hoc eſt, illa rhetorum *declamatio* exhibet orationes, quæ, licet fictum habeant argumentum, veris tamen *cauſſis* & *hypotheſibus* oratoriis ſunt perſimiles. CAPPER.

8. *Perpetuæ duntaxat orationis.*] *Perpetuam orationem* appellat continentem, neque ullo modo interruptam; ad differentiam *altercationis*, in qua vices ſunt interrogandi & reſpondendi. TURNEB. Livius lib. IV. 6. *res a perpetuis orationibus in altercationem veniſſet*: & lib. VIII. 33. *ibi non tam perpetuæ orationes, quam altercatio audiebatur*: ſic *perpetuæ hiſtoria*: Cicer. V. ad fam 12. *perpetuum carmen*; Ovid. I. Metam. princ. BURMAN. *Perpetuæ orationis.*] Quæ ſit oratio perpetua, exponit ipſe Fabius cap. 21. *Cum duo ſint*, inquit, *genera orationis, altera perpetua, quæ rhetorice dicitur; altera conciſa, quæ dialectice: quas quidem Zenon adeo conjunxit, ut hanc compreſſæ in pugnum manus, illam explicitæ diceret ſimilem.* CAPPER.

9. *Dicendi meditatione.*] Μελέτῃ, hoc eſt, *exercitatione*. Ita ſæpe contingit, ut Latinorum verborum vis ex Græcis planius intelligatur; neque vero erat cur Francio *velitatione*, pro *meditatione* legendum videretur. CAPPER.

10. *Eo quidem.*] Niſi *adeo* legatur, ſenſus integritas non ſervabitur. REGIUS. Hic enim Philologus totam periodum ſic legebat: *Adeo quidem res iſta in culpam docentium recidit, ut,* &c. quomodo legitur etiam in editionib. Ald. & Locatel. CAPPER.

11. *Res iſta culpa docentium.*] Juven. Sat. VII. 159.

——— *culpa docentis*

Scilicet arguitur,

&c. ALMEL. *In culpam docentium*: Ald. Locatel. Voſſ. Bern. *res iſtam in culpam*: Baſil.

12. *Fingentur.*] *Finguntur*: Voſſ. prim. tert.

13. *In quantum.*] Hanc locutionem illuſtrat. Vorſt. ad Juſtin. XLI. 1. & Barth. XXIV. Adv. 3. male unam vocem, *intantum*, vel *inquantum*, ſtatuentibus aliis, & ita hoc loco etiam edentibus.

14. *Eas actiones.*] Supple, *forenſes.*

reperta eſt. [15] Nam magos, & [16] peſtilentiam, & reſponſa, & ſæviores tragicis [17] novercas, aliaque magis adhuc fabuloſa fruſtra inter [18] *ſponſiones* & *interdicta* quæremus. Quid ergo? Nunquam hæc ſupra fidem, & poëtica (ut vere dixerim) *themata* juvenibus pertractare [19] permittemus, ut exſpatientur, & gaudeant materia, & quaſi [20] in corpus eant? [21] Erat optimum: ſed certe [22] ſint grandia & tumida, non ſtulta etiam, & acrioribus oculis intuenti ridicula; [23] ut, ſi jam cedendum eſt, impleat ſe declamator aliquando, dum ſciat, ut [24] quadrupedes, cum viridi pabulo diſtentæ ſunt, [25] ſanguinis detractione curantur, & ſic ad cibos viribus conſervandis idoneos redeunt, ita ſibi quoque [26] tenuandas adipes, & quidquid humoris corrupti contraxerit, [27] emittendum, ſi eſſe ſanus ac robuſtus volet. Alioqui tumor ille inanis [28] primo cujuſque veri operis conatu [29] deprehendetur. [30] Totum autem declamandi opus qui diverſum [31] omnino a forenſibus *cauſſis* exiſtimant, ii profecto ne rationem quidem, qua iſta exercitatio inventa ſit, [32] pervident. Nam, ſi foro non præparat, aut ſcenicæ oſtentationi, aut furioſæ vociferationi ſimillimum eſt. [33] Quid enim attinet [34] judicem præparare, qui nullus eſt? narrare quod omnes ſciant falſum? probationes adhibere *cauſſæ*, de qua nemo ſit pronuntiaturus? Et hæc quidem otioſa tantum: affici vero, & [35] ira vel luctu permovere, cujus eſt ludibrii, [36] niſi quibuſdam pugnæ ſimulacris [37] ad verum diſcrimen aciemque juſtam conſueſcimus? Nihil ergo inter forenſe genus dicendi, [38] atque hoc *declamatorium* intererit? Si pro-

15. *Nam magos.*] Tranſlatitia ſunt hæc & vulgaria rhetorum *themata*, quæ a conſuetudine communi *cauſſarum* abhorrent, ideoque Fabio non probantur. TURNEB. Exemplum Magi *declamatio* X. earum, quæ Quinctiliano adſcribuntur. Novercæ, prima. Reſponſi, quarta. Peſtilentiæ videtur poſſe tale dari. Peſtilentia graſſante, miſſi ſunt, qui oraculum conſulerent. Reſpondit Deus, ſi immolata fuiſſet, quæ nondum eſſet mater, ceſſaturum malum. Prius quam vates de reſponſo cognoviſſet, privatus filiam ſuam mactavit. Vates ſtatuêre juvencam, id eſt, *βοῦν ἀδμῆτιν*, immolandam. Ceſſavit peſtilentia: qui filiam occiderat, poſtulatur homicidii CAMERAR. Mihi magis placet, *nam magos, & in peſtilentiam reſponſa, &c.* Ita enim loqui amat Petron. cap. 1. *Ideo ego adoleſcentulos exiſtimo in ſcholis ſtultiſſimos fieri, quia nihil ex iis, quæ in uſu habemus, aut audiunt, aut vident: ſed piratas cum catenis in litore ſtantes, & tyrannos edicta ſcribentes, quibus imperent filiis, ut patrum ſuorum capita præcidant; ſed reſponſa in peſtilentiam data, &c.* Ubi Scaliger male repoſuit *peſtilentia*, uti recte monuit Cl. Gaſpar. Barthius, Racemat. in Petron. qui & meliorem lectionem hanc ex jure petitis exemplis corroborat, leg. 2. ſect. 31. de O. Jur. L. 9. de acquir. poſſeſſ. leg. 14. de Probat. leg. 35. de O. & A. L. XI. de Adopt leg. 3. de Suis & leg. Videantur etiam nobiliſſ. Johan. a Wouweren Animadverſ. in Petron. & Melchioris Goldaſti, Mecænatis mei indulgentiſſimi, ſymbola ad Petron. Curt Pichen. Not. ad Tacit. de Orat. num. 44. PAREUS. Ego ad Petronii locum prætuli *in peſtilentia*, quod & hic mallem, ut inter *declamationes*. Calpur. Flacci XIX. una inſcribitur *in peſtilentia reſponſum eſt, &c.* hic tamen contra codices nihil auſus fui mutare. BURMAN.

16. *Peſtilentiam.*] Ut conſultum oraculum eſt, ut ſedaretur peſtis; reſpondit *cædendam eſſe virginem*; & privatus quidam pater filiam interficit, ac in jus vocatur. TURNEB.

17. *Novercas.*] Ut apud Fabium in *pariete palmato*, & in *cæco in limine*. TURNEBUS.

18. *Sponſiones & interdicta.*] *Sponſio* actio quædam eſt, quæ fit interpoſita ſtipulatione certæ pecuniæ, quam is perdat, qui judicio ſuperatus fuerit. *Interdictum* vero formula eſt & conceptio, qua prætor aliquid fieri, vel jubet, vel vetat; eſtque plerumque de poſſeſſione. TURNEB. *Sponſiones.*] Supple, *litigantium*: horum enim uterque ſpondebat ſe talem mulctam eſſe paſſurum, ni rem ita ſe habere probaſſet; atque hoc erat agere ex *ſponſu*, vel ex *ſponſione*. Uterque etiam deponebat certam pecuniæ ſummam ea lege, ut victor quidem ſuam reciperet, victi vero pecunia ſacros in uſus cederet: unde & *ſacramentum* dicebatur. Hinc *ſacramento contendere*, pro *litigare*. Plura vide apud juriſperitos. CAPPER.

19. *Permittemus.*] *Permittimus.* FRANCIUS. *Permittamus*; Voſſ.

20. *In corpus eant.*] Id eſt, quaſi pingueſcant; nam in corpus ire dicuntur illi, quorum corpus efficitur pingue: eſt autem ſumpta ſimilitudo, a pecudibus, quæ latiori pabulo paſtæ in corpus ire ac pingueſcere ſolent. REGIUS. Græci dicunt *σωματοῦσθαι*, id eſt, corpulentum fieri. PHILANDER. Locutio ſimilis eſt illi Flori lib. II. cap. 4. *in ſudorem ire. Ire in lacrymas*; Virgil. IV. Æneid. 413. Ovid. V. Metam. 668. *ire in famem & peſtilentiam*; de qua elegantia videndus Barthius ad Nemeſ. Cyneg. v. 29. & ad Stat. VI. Theb. 234. de *corporis* autem ſignificatione hac, videndi ad Phædr. lib. III. 7. interpretes. BURMAN.

21. *Erat optimum.*] *Erit*; MSS. Bodl. Alm. Andr. Locat. Ald. Par. Vaſc. Colin. Baſil. Obrecht. Voſſ. ſecund. Sed Gryph. *in corpus eant? optimum. Sed.* Verum ego *erat* retineo; quo ſæpe utuntur veteres pro *eſſet*, & frequenter a librariis, cum *erit* commutatum: de quo nos ad Petron. cap. XXVII. & Ovid. I. Epiſt. 108. BURMAN.

22. *Sint grandia & tumida.*] *Non tumida.* FRANCIUS.

23. *Ac ſi jam.*] *Ut ſi jam*; MSS. Joan. Bal. Alm. And. Ald. Locat. marg. Baſil. Obrecht. Voſſ. ſecund.

24. *Quadrupedes.*] Equi videlicet.

25. *Sanguinis detractatione.*] *Detractione* legatur. REGIUS.

26. *Tenuandas adipes.*] *Tenuandos*; edit. Steph. 1542. Voſſ. ſecund.

27. *Emittendum.*] *Metaphoram* duxit a veterinariis, qui equorum *plethoram*, nimio pabulo contractam, *phlebotomia* curant. TURNEB.

28. *Primo cujuſque.*] *Primo cujuſcunque veri opus conatus deprimit*; MSS. Bodl. Alm. *primo cujuſque veri operis conatus deprimit*; Andr. *primos cujuſcumque veri operis conatus deprimit*; Argent. Obrecht.

29. *Deprehenderetur.*] Voſſ. prim. *conatus deprehendetur*; Bern.

30. *Totum autem.*] Quoſdam rhetores carpit, qui *declamationem* eſſe *cauſſis* forenſibus diſſimilem putabant; ideoque abſurda & diverſa a conſuetudine proponebant *themata*, & quaſi voluptatem ſolam auditorum ſequebantur: quod taxat Fab. lib. 5. TURNEB.

31. *Omnino.*] *Omni modo*; MSS. Bodl. Bal. Obrecht. Voſſ. prim. & Palatini, quos vidit Gebhard. vid. ad lib. 1. cap. 2.

32. *Pervident.*] *Perviderint*; Voſſ. prim. teſt.

33. *Quid enim.*] Abſurdum colligit ex horum opinione, qui *declamationem* diverſam a cauſſis forenſibus putant. TURNEB.

34. *Judicem præparare.*] In *exordio* illius *declamationis*. CAPPER.

35. *Ira vel luctu permovere.*] Malim *permoveri*, ut magis congruat præcedenti *τῷ affici*: ſi ſervare lubeat *τὸ permovere*; ſupple, *alios*, nempe auditores. CAPPER.

36. *Niſi quibuſdam.*] *Metaphora* ducta eſt a *decurſionibus*, & *Troja*, quam vulgo ſolent ludere, ad ſimilitudinem & meditationem præliorum. TURNEB. *pugnæ cujuſdam*; Sich. & marg. Baſil.

37. *Ad verum diſcrimen aciemque.*] Significantius dicerent Græci. *πρὸς ἀληθινὸν ἀγῶνα καὶ κίνδυνον. ἀγὼν* & *κίνδυνος*, certamen & certandi periculum dicitur *metaphorice* de litibus & forenſibus controverſiis. CAPPER.

38 *Atque hoc declamatorum.*] *Declamatorium* legendum. Eſt autem altera objectio, quæ fieri poſſet; quam ita Fabius ſolvit, ut aſſerat nihil intereſſe, ſi profectus gratia declama-

fectus gratia dicimus, nihil. Utinamque adjici ad conſuetudinem [39] poſſet, ut [40] nominibus uteremur, & perplexæ magis, & longioris aliquando actus controverſiæ fingerentur, & verba in uſu quotidiano poſita minus timeremus, [41] & jocos inſerere moris eſſet: [42] quæ nos, quamlibet per alia in ſcholis exercitati ſumus, tirones in foro inveniunt. [43] Si vero in oſtentationem comparetur *declamatio*, ſane paululum aliquid [44] inclamare ad voluptatem audientium [45] debemus. [46] Nam & iis actionibus, quæ [47] in aliqua ſine dubio veritate verſantur, ſed ſunt ad popularem [48] aptatæ delectationem, quales legimus [49] *panegyricos*, totumque hoc [50] *demonſtrativum* genus, permittitur adhibere plus cultus, omnemque artem (quæ latere plerumque in judiciis debet) non confiteri modo, ſed oſtentare etiam, [51] hominibus in hoc advocatis. Quare *declamatio*, [52] quoniam eſt [53] *judiciorum conſiliorum*que imago, ſimilis eſſe debet veritati: [54] quoniam autem aliquid in ſe habet [55] ἐπιδεικτικὸν, nonnihil ſibi nitoris aſſumere. Quod faciunt [56] actores comici, qui nec ita prorſus, ut nos vulgo loquimur, pronuntiant; quod eſſet ſine arte: nec procul tamen a natura recedunt; quo vitio periret imitatio: ſed [57] morem communis hujus ſermonis decore quodam ſcenico exornant. [58] Sic quoque aliqua nos incommoda ex his, [59] quas finxerimus, materiis [60] conſequentur, in eo præcipue, quod multa in his [61] relinquuntur incerta, [62] quæ ſumimus, ut videtur; ætates, facultates, [63] liberi, parentes, urbium ipſarum vires, jura, mores, [64] aliaque his ſimilia. Quin aliquando etiam argumenta ex ipſis [65] *poſitionum* vitiis [66] ducimus. Sed hæc [67] ſuo quæque loco. Quamvis enim omne propoſitum operis a nobis deſtinati [68] eo ſpectet, ut orator inſtituatur; tamen, ne quid ſtudioſi requirant, etiam [69] ſi quid erit quod ad ſcholas pertineat proprie, [70] in tranſitu non omittemus.

tur: ſin ad oſtentationem, non nihil differre concedit. REGIUS.

39. *Poſſet, ut.*] *Poſſit, ut*; Voſſ. prim.

40. *Nominibus uteremur.*] Poſſet alicui videri Fabius id optare, ſine quo ne declamare quidem aliquis poteſt. Quo namque modo *declamatio* ſine nominibus fiat? an propriis quidem nominibus, quæ apud priſcos ſola *nomina* dicebantur, *declamatores* non utuntur; ſed duntaxat *appellativis*. qualia ſunt, *Ruſticus*, *Orator*, *Poeta*, *Medicus*, *Pater*, *Filius*, *Noverca*, & ſimilia? REGIUS. Valla annotat olim cautum fuiſſe, ne quis in poëmate, aut ullo ſcripto nominatim infamaretur: quocirca *declamatores* propriis nominibus deſtituti, ad generalia recurrebant; ut *magos*, *adulteros*, *medicos*. TURNEB.

41. *Et jocos.*] *Ut jocos*; Voſſ. ſecund.

42. *Quæ nos.*] *Ob quæ nos, qualibet propter alia*; Ald. *ob quæ nos quamlibet propter alia*; marg. Baſil. *quæ nos q. per alia in ſcholis exercitati ſumus t. i. f. invenimur*; V. C. Alm. non quidem male, ſi *ob quæ* legeretur cum Argentor. Obrechti; ſed & vulgata recta & elegans. Ita Lucan. IV. 349.

——— nos denique bellum
Invenit civile duces.

& lib III. 125.

——— certe violata poteſtas
Invenit iſta Deos.

BURMAN.

43. *Si vero.*] Duplici ratione declamamus; vel ut omnino *cauſſas* forenſes imitemur, quod genus eſt ſeverius; vel ad oſtentationem & delectationem, ubi major eſt libertas. TURNEB.

44. *Inclamare.*] *Inclinare*, quidam legendum putant: ſed *inclamare* ſenſui magis mihique inclinare videtur. Is enim ad voluptatem auditorum inclamare dicitur, qui & poëtica *themata* eligit, & in eloquendo maxime laſcivit, & in pronuntiando ita vocem tollit, ut vere *inclamare* videatur. REGIUS. *Inclinare*; Andr. Ald. Vaſc. Steph. Colin. Roignii, Obrecht. *ad voluntatem*; MSS. Bodl. Joan. Bal. And. Ald. marg. Baſil. Voſſ. prim. ſecund. Bern. *Inclamare*; Alm. *inclinare.*] Vide Creſollium in Theatr. ſophiſt. pag, 356. CAPPER.

45. *Debemus.*] *Demus*; Voſſ. prim. tert.

46 *Nam & iis.*] *Nam & in iis actionibus*; V. C. Alm. Ald. Locatel. Gryph. Colin. Baſil. Voſſ. ſecund.

47. *In aliqua veritate.*] *Neceſſitate*; Locatel. & ita quoſdam legere notat Regius, qui recte *veritate* repoſuit.

48. *Aptatæ.*] Francius malebat *aptæ*.

49. *Panegyricos.*] *Panegyrici* orationes ſunt laudatoriæ, aut etiam *ſuaſoriæ*, quæ olim in Græciæ conventibus ad ingenii oſtentationem habebantur. TURNEB.

50. *Demonſtrativum*] *Demonſtrantium*; MS. Bodl. *demonſtrationum*; Locatel. Colon. Par. Gryph. Sich. Baſil.

51. *Hominibus in hoc advocatis.*] Vide Creſollium in Theatr. ſophiſt. pag 231.

52. *Quoniam eſt.*] *Quomodo eſt*; MS. Bodl. *quo*; V. C. Alm. *quum*; Voſſ tert.

53. *Judiciorum conſiliorumque.*] Id eſt, orationum, quæ verſantur in genere *judiciali* & *deliberativo*, ſeu *ſuaſorio*. CAPPER.

54. *Quoniam autem.*] *Quo autem*; V. C. Alm. *quum*; Voſſ. tert.

55. Ἐπιδεικτικόν.] Ἐπιδεικτικὸν appellatur genus, quod comparatum eſt ad oſtentationem ingenii, verſaturque potiſſimum in *cauſſis demonſtrativis*; interdum etiam *deliberativis*: hoc genere ſunt uſi ſophiſtæ. TURNEB. an *ἐπιδεικτικῶς*? FRANCIUS.

56. *Actores comici.*] *Auctores*; MS. Bodl.

57. *Morem communis hujus ſermonis.*] *Communem*; Voſſ. prim. tert.

58. *Si quoque in aliqua.*] *Sic* legendum, & propoſitio *in* eradenda, ut ſuperflua, videtur. REGIUS.

59. *Quas finxerimus.*] *Finximus*; Voſſ. prim. ſupple, in rhetoricis *declamationibus*.

60. *Conſequentur.*] *Conſequemur*; Voſſ. prim. tert.

61. *Relinquuntur incerta.*] In veris *cauſſis* certæ ſunt circumſtantiæ, quas pro voluntate non poſſit orator immutare; in *declamationibus* vero incertæ: his itaque *declamator* ad utilitatem abutitur. TURNEB.

62. *Quæ ſumimus.*] Id eſt, quæ pro noſtro arbitrio ponimus. CAMERAR.

63. *Liberi.*] *Liberos*; V. C. Alm. Voſſ. omn. Bern.

64. *Aliaque his.*] *Alia his*; V. C. Alm.

65. *Poſitionum.*] Ὑποθέσεων, id eſt, quæſtionum, quæ pluribus ſunt circumſtantiis alligatæ. CAPPER.

66. *Ducimus.*] *Ducemus*; Voſſ. prim. tert.

67. *Suo quæque loco.*] *Suo quoque loco*; Voſſ. prim. ſecund.

68. *Eo ſpectet.*] *Eo ſpectat*; Voſſ. prim.

69. *Si quid erit.*] *Etiam ſi quid erit*; V. C. Alm. Locatel. Ald Gryph. Colin. Baſil Voſſ. ſecund. *etiamſi quid*; Obrecht. *Etſi quid*; Voſſ. tert.

70. *In tranſitu.*] In tranſcurſu, id quod alii *obiter* dicunt. Nam Fabius, quod meminerim, nunquam *obiter* utitur. REGIUS.

CAPUT XI.

An artis hujus neceſſaria cognitio ſit.

XII. [1] JAM hinc ergo nobis inchoanda eſt ea pars artis, ex qua capere initium ſolent qui priora omiſerunt: quanquam video quoſdam in ipſo ſtatim limine [2] obſtaturos mihi, qui nihil egere hujuſmodi præceptis eloquentiam [3] putent: [4] ſed natura ſua [5] & vulgari modo, & ſcholarum exercitatione contenti, rideant etiam diligentiam noſtram, exemplo magni quoque nominis profeſſorum, quorum aliquis, ut opinor, interrogatus quid eſſet σχῆμα & [6] νόημα, neſcire ſe quidem; ſed, ſi ad rem [7] pertineret, eſſe in ſua *declamatione* reſpondit. Alius percontanti, [8] Theodoreus, an Apollodoreus eſſet: Ego, inquit, [9] *parmularius ſum.* Nec ſane potuit urbanius ex confeſſione inſcitiæ ſuæ elabi. [10] Porro hi, quia & [11] beneficio ingenii præſtantes ſunt habiti, & multa etiam memoria digna [12] exclamaverunt; plurimos habent ſimiles negligentiæ ſuæ, pauciſſimos naturæ. [13] Igitur impetu dicere ſe, & viribus uti gloriantur. Nec enim opus eſſe probatione aut diſpoſitione in rebus fictis; ſed (cujus rei gratia plenum ſit auditorium) [14] ſententiis grandibus, quarum optima quæque [15] a periculo petatur. Quin

Elementis traditis artem aggreditur, priuſque quæſtionem tractat *conjecturalem*, an neceſſaria ſit *rhetorice*: nonnulli enim naturam ſolam & exercitationem, citra artis præceptiones, oratorem efficere putabant. TURNEB. Sed pſeudo-Turnebus ille, cujus nomine commentarius exſtat in Quinctilianum, graviter lapſus eſt in aſſignanda quæſtione, quæ hic tractatur; vocavit enim *conjecturalem*, *an neceſſaria ſit rhetorice.* Dicere debuerat, *quæſtionem qualitatis*; nam *conjecturalis* eſt de facto, de ipſa rei exiſtentia, an res exiſtat necne: jam vero aliud eſt rem exiſtere, aliud eſſe neceſſariam. Multa exiſtunt non neceſſaria: multa quoque neceſſaria non exiſtunt. Verbo dicam: neceſſitas ad rei qualitatem & modum pertinet. CAPPER.

1. *Jam hinc.*] *Jam hic*; Voſſ. prim. Bern.

2. *Obſtaturos.*] Ita veteres amaſſe loqui, non *obſtituros*, ut & *præſtaturus*, *conſtaturus*, &c. obſervat Voſſius, lib. III. de Analog. cap. 20. & Vavaſſ. de vi & uſu verbor. pag. 59. Statius lib. VII. 241.

——— *ſpes ne obſtatura Pelaſgis*
Hæc vexilla, pater?

Ita *exſtaturus.* lib. 2. ff. de feriis. BURMAN.

3. *Putent.*] *Putant*; Voſſ. prim. tert.

4. *Sed natura ſua, &c.*] In hac fere videtur eſſe opinione Antonius apud Ciceronem, qui *rhetoricam* eſſe putat *quandam exercitationem.* TURNEBUS.

5. *Et vulgari modo.*] Hæc omiſit Obrechtus.

6. *Νόημα.*] *Schema*, figura: *noema* omnis dici poteſt ſententia. *Norma* vero quatenus accipiatur, ipſe Fabius aperte, lib. VIII. 5. exponit. REGIUS. *Νόημα* generaliter *intellectum* ſignificat; ſed tamen potiſſimum ea intelligitur ſententia, quæ hujuſmodi eſt, ut aliud intelligatur, quam verba præ ſe ferant. Significavit autem hic rhetor ignarum ſe eſſe præceptorum; illis tamen ſe bene uti. TURNEB.

7. *Pertineret.*] *Pertinent*; Voſſ. prim.

8. *Theodoreus an Apollodoreus.*] Theodorus Gadareus, qui Rhodius maluit appellari; & Apollodorus Byzantius, clariſſimi rhetores fuere; quorum ſectatores ad morem ſectæ philoſophorum, Theodorei, & Apollodorei ſunt vocati. REGIUS. Theodorus inſignis eloquentiæ doctor fuit, quemadmodum indicat Fabius, lib. III. cap. 1. ubi & de Apollodoro. MOSELLAN. de Theodoro hoc, Tiberii magiſtro, vide Suidam in voce *Theodorus*, & Sueton. Tiber. 57. & ibi Comm. & Grangæum. ad Juven. VII. 177. ſed male dubitat Raderus, an eum reſpiciat epigramma Martialis 94 lib. XI. qui alius certe fuit, tempore Martialis; neque ullum indicium eſt, eum fuiſſe rhetorem, vel grammaticum. Apollodorus vero non Byzantius, ut Regius, & Moſellanus, ſed Pergamenus dicitur a Fabio lib. III. cap. 1. qui & ab Auctore dialogi de Orat. XIX. memoratur; & a Suida & Strabone, lib. XIII. pag. 625. ubi & harum ſectarum mentionem facit. Vide & Sueton. Aug. cap. LXXXIX. BURMAN.

9. *Parmularius ſum.*] *Theodorus & Apollodorus* eximii fuerunt rhetorices profeſſores, ab hiſque emanarunt ſectatores *Theodorei & Apollodorei.* Jocatus eſt autem rhetor, deflexo alorſum reſponſo ad eludendum, ac ſe *parmularium* dixit; ita enim appellatur gladiator, qui parmula pugnat; quem etiam appellant *Thracem.* Vide Feſtum. TURNEB. Gladiatorem Turnebus explicat; parmarum confectorem Regius, Moſellanus & Aſcenſius: forte nemo illorum recte: ſed videtur eodem ſenſu capiendum, quo apud Sueton. Domit. X. *inique locutus parmularius*; ubi recte viri docti explicant fautorem Thracum; neque tamen capio hujus dicti urbanitatem, quo indicare certe voluit, ſe nulli ſectæ eorum rhetorum, qui artis præcepta tradiderant, addictum; ſed naturam & exercitationem ſequi. Aſcenſius explicat, ſe, licet nec Theodoreus nec Apollodoreus eſſet, habere tamen, quo ſe defenderet, quia parmulario non poterat ſcutum deeſſe. Forte Thraces, ut erant inconditis moribus, magis viribus, quam diſciplina inſtructi in arenam deſcendebant, & impetu potius, quam arte pugnabant; cum adverſarii eorum ex artis gladiatoriæ præceptis & dictatis laniſtarum concurrerent. Ita de Thracibus (unde gladiatores primi illi originem habent) Florus lib. II. cap. XII. *induſtriam Macedonum viribus Thracum, ferociam Thracum diſciplina Macedonum temperaverunt*; & ita capite ſequenti eos, qui naturam & ingenium ſine arte laudant, gladiatoribus & luctatoribus inter ſe componit: ſed hæc nondum ſatis liquent: cæterum in margine Stephani & Baſil. erat *parvularius.* BURMAN.

10. *Porro hi.*] Accingit ſe ad hujus opinionis ἀνασκευήν, quæ nititur quorumdam exemplo, qui diſerti quadantenus evaſerunt naturæ beneficio, idcircoque plurimos habent imitatores. TURNEB.

11. *Beneficio ingenii.*] Id eſt, propter ingenium, ingenii cauſſa. Sic lib. 3. cap. 1. *is* (Gorgias) *beneficio longiſſimæ ætatis cum multis ſimul fuit.* CAPPER.

12 *Exclamaverunt.*] Gallæus conjiciebat *declamaverunt*; & ita Francius in margine notaverat.

13. *Igitur impetu.*] *Igitur & impetu*; Locatel. Ald. Gryph. Colin. Baſil.

14. *Sententiis grandibus.*] *Sententias* hoc loco Fabius vocat lumina quædam orationis, præcipue, quæ in clauſulis poſita; ut, *nihil eſt tam populare, quam bonitas.* REGIUS.

15. *A periculo petatur.*] Norat genus dicendi ſui temporis, (ut aliis in locis) quod effuſum erat in ſententias: dixit autem *a periculo petitas*, quæ ex tempore dicuntur; cum ſcilicet periclitatur dicentis ingenium. TURNEB. Sed τὸ *quæ a periculo petatur*, malim exponere τὴν κινδυνώδη periculoſam, falſitatis periculo proximam, audaciorem, paululum temerariam, &c. eodem fere ſenſu Gallice dicimus; *une penſée hazardée.* CAPPER. *A periculo.*] *A populo*; margo Colin.

etiam in cogitando nulla ratione adhibita, aut [16] tectum intuentes, magnum aliquid, quod ultro ſe offerat, [17] pluribus ſæpe diebus [18] exſpectantes; aut murmure incerto, velut [19] claſſico, inſtincti; concitatiſſimum corporis motum non enuntiandis, ſed quærendis verbis accommodant. [20] Nonnulli certa ſibi initia, priuſquam ſenſum invenerint, deſtinant, quibus aliquid diſerti ſubjungendum ſit; eaque diu ſecum ipſi clareque meditati, deſperata connectendi facultate, deſerunt, & ad alia deinceps, atque inde alia, non minus communia atque nota, [21] divertunt. Qui plurimum videntur habere rationis, non [22] in *cauſſas* tantum laborem ſuum, ſed in *locos* intendunt; atque in his [23] non corpori proſpiciunt, ſed abrupta quædam, ut forte ad manum venêre, [24] jaculantur. Unde fit, ut diſſoluta & ex diverſis congeſta oratio cohærere non poſſit, ſimiliſque [25] commentariis puerorum ſit, in quos [26] ea, quæ aliis declamantibus laudata ſunt, [27] regerunt: magnas tamen ſententias, & res bonas (ita enim gloriari ſolent) [28] elidunt; [29] nam & barbari & ſervi; [30] &, ſi hoc ſat eſt, nulla eſt ratio dicendi.

16. *Tectum intuentes.*] Hæc vix intelligo Aſcenſius interpretatur, frontem velut cœlo obvertentes; an *non rectum intuentes*, id eſt, negligentes rectam rationem dicendi? BURMAN. *rectum*; Voſſ. ſecund.

17. *Pluribus diebus.*] Hæc ut ὑπερβολικὸ, & intoleranda, reſecanda judicabat Gallæus.

18. *Exſpectantes.*] *Expetant*; MS. Bodl. Sich. *exſpectant*; MS. Alm. Andr. Locat. Ven. Ald. Gryph. Baſil, Obrecht. Voſſ. ſecund.

19. *Claſſico inſtinctu.*] *Inſtincti*, hoc eſt, concitati, legendum eſſe patet. REGIUS. Graphice depingit Fabius illorum rhetorum in rerum & verborum inventione ineptam rationem, quia arte deſtituuntur; ut inde colligat artem eſſe neceſſariam. TURNEB. *inſtinctu*; Voſſ. prim.

20. *Nonnulli certa, &c.*] Fab. lib. 3. ait non eſſe eamdem rationem cogitandi, & dicendi; nam in cogitando primum intueri oportet quæſtionem; deinde quid confirmandum, quid refutandum; poſtea quomodo narrandum; demum quomodo exordiendum: hi contra præpoſtere exordia prius excogitant, quam ſententiam invenerint. TURNEB. Talem nos putamus a Petronio, cap. CXV. Eumolpum depingi, inſolito murmure (ut hic *clare medisantem*) verſus membranæ ingerentem; ſed cujus carmen laborabat in fine. Vide quæ ibi notavimus. BURMAN.

21. *Divertunt.*] *Devertunt*; Voſſ. tert.

22. *In cauſſas tantum.*] *In cauſſis tām*; V. C. Alm. quod *eſt tamen*; ut Aldus & Colin. *cauſſas tamen*; Bern. *Non in cauſſas.*] Non in *cauſſas* oratorias, aut *hypotheſes* integras; ſed in quoſdam ſpeciales *cauſſarum* locos. CAPPER.

23. *Non corpori.*] Non toti corpori ipſius *cauſſæ*, vel *loci* proſpiciunt; ſed abrupta quædam jaculantur ejus fragmenta. Gallice; *des morceaux detachés*. CAPPER.

24. *Jaculantur.*] Vide ad Petron. cap. CIX.

25. *Commentariis puerorum.*] Solebant pueri, ut ſcribit Tacitus, cum ad ſcholas *declamatorias* venerant, ſententias venuſtiores & locos illuſtriores *declamationis* per colonias, & provincias quaſdam in libellis ſuis ſcribere, & domum referre. TURNEB.

26. *Ea quæ aliis.*] *Ea quæ aliis laudantibus declamata ſunt*; Andr.

27. *Regerunt.*] *Congerunt*; Ald. *redigunt*; marg. Steph. & Baſil. ego mallem *digerunt*; quod huic rei proprium, & *regerere*, unde *regeſta*, & *regiſtrum* poſteriori demum ſeculo cœpit invaleſcere, & huc a librario, vel gloſſatore intruſum videtur. Vid. Cang. Gloſſ. in *regeſtum*; Jan. a Coſta in præfatione ad decretales Gregorii IX. & Jac. Goth. ad lib. XIV. Cod. Theod. de indulg. Debitor. ubi Quinctiliani loca laudat; & Menag. Origin. Ling. Franc. in *regiſtre*: quanquam Voſſ. lib. I. de Vit. ſerm. cap. 18. pugnet pro hac voce ex loco ſimili infr. II. 6. *ſunt enim velut regeſtæ in hos commentarios*: ſed de illo loco ibi videbimus: *regerere* vero proprie, eſt in locum alterius quid gerere, ut Juriſconſultus utitur lib. 24. §. I. ff. Uſufr. quem. am. *ſi ſumma terra ex fundo meo ſublata, & alia regeſta eſſet*, ut & Ovid. lib. XI. Metam. 188.

Indiciumque ſuæ vocis tellure regeſta
Obruit.

quam nempe antea hauſerat, & mox regerit; ut apud Plinium quoque lib. XVII. cap. 4. eo ſenſu ponitur: de alia ſignificatione, qua *contrarium reſpondere* notat, omnia obvia. BURMAN.

28. *Elidunt.*] Id eſt, extricant, exerunt, expromunt; ut *ſonum elidere* apud Plinium, & *ſibilum & ignem*. Suſpicor tamen a Fabio ſcriptum fuiſſe, *illi edunt*. CAPPER.

29. *Nam eſt barbari.*] Legendum *&* *barbari* REGIUS. *& barbari idem faciunt & ſervi*; Steph. margo. *ut barbari & ſervi*; Locatel. *nam & barbari etſi hoc ſat eſt*; Baſil. Francius conjecerat *jam & barbari & ſervi. Quod ſi hoc ſat eſt.* Locus hic corruptiſſimus, neque ſatis intellectus, & de quo timide conjecturam meam proferam; forte enim legendum, *magnas tamen ſententias, & res bonas (ita enim gloriari ſolent) eligunt, non ut barbari & ſervi: ſed, ſi hoc ſat, eſt nulla eſt ratio dicendi.* Quid enim ſit *elidere res bonas*, nemo facile dixerit; &, ſi ſit, ut *ſonum elidere*, apud Plinium, & *ſibilum, & ignem*, ut Gallæus volebat, non video, in quo gloriandi ſit materia: ſed ex oratoribus & *declamatoribus*, & *ſententias* & *res bonas eligere* ſe jactant, idque ſe non facere, ut barbari & ſervi ſolent, qui rudes & novitii ſine ullo delectu eligere ſolebant etiam res contemtiſſimas & communes, cum linguam Romanam addiſcere vellent; ſed ut exercitati jam & judicio acri utentes. Sed hoc ſi ſufficiat, addit Fabius, jam nulla erit certa ratio & methodus docendi; ſed omnia vaga, diſſoluta & non inter ſe cohærentia erunt. *Eligere* vero dictum, ut de cibo, Petron. cap. XXXVI. *res electiſſimas* dixit; nec dubito hic *metaphoram* a cibis delicatioribus eſſe ductam, quæ proprie *res bonæ* dictæ, *& quas res exquiſitiſſimas ad epulandum* dixit Cicero II. de finib. 28. & de quibus vide ad Petron. XXXIV. & ita in Ageſilao, ex ſevero Lacedæmoniorum inſtituto, vivente, arbitrabantur eum *ignorantia bonarum rerum* ſumpſiſſe vulgares cibos. Nepos Ageſ. cap. ult. ut autem barbaros & ſervos res bonas non eligere hic Fabius ſignificat; ita infr. cap. XVII. etiam *indoctos, barbaros & ſervos* conjungit, qui cum pro ſe loquuntur, ex ſententia Lyſiæ tamen aliquid ſimile artis habent rhetoricæ. BURM. *Nam & barbari & ſervi.*] Supple ex præcedentibus; *magnas ſententias & res bonas* aliquando *elidunt*, vel potius *edunt*. Nam, ut ex Lyſiæ ſententia, refert Fabius noſter hujus lib. cap. 17. *Indocti, & barbari, & ſervi, pro ſe quum loquuntur, aliquid dicunt ſimile principio, narrant, probant, refutant, &* (quod vim habeat Epilogi) *deprecantur*. CAPPER.

30. *Et ſi hoc ſat eſt.*] Hoc dictum eſt *enthymematice*; & ex contrario colligit ſatis non eſſe; ideoque eſſe opus arte. TURNEB.

CAPUT XII.

Quare inerudit ingenioſiores vulgo habeantur.

XIII. [1] NE hoc quidem negaverim, [2] ſequi plerumque hanc opinionem; ut, fortius dicere videantur indocti. Primum vitio male judicantium, qui majorem habere vim credunt ea, quæ non habent artem; ut effringere, quam aperire; rumpere, quam ſolvere; trahere, quam ducere, putant robuſtius. Nam & gladiator, [4] qui armorum inſcius in pugnam ruit; & luctator, qui totius corporis [5] niſu in id, quod ſemel invaſit, [6] incumbit, fortior ab his vocatur; cum interim & [7] hic frequenter ſuis viribus ipſe proſternitur; [8] & illum vehementis impetus [9] excipit adverſarii [10] mollis articulus: ſed ſunt in hac parte, quæ imperitos etiam naturaliter fallant. Nam & diviſio, cum plurimum valeat in *cauſſis*, ſpeciem virium minuit; & rudia politis majora, & ſparſa compoſitis numeroſiora creduntur. Eſt præterea quædam virtutum vitiorumque vicinia, qua maledicus pro libero, temerarius pro forti, effuſus pro copioſo accipitur. [11] Maledicit autem ineruditus apertius, & ſæpius vel cum periculo [12] ſuſcepti litigatoris, frequenter etiam ſuo. Affert & iſta res opinionem, quia libentiſſime homines audiunt ea, quæ dicere ipſi [13] noluiſſent. Illud quoque alterum, [14] quod eſt in *elocutione* ipſa periculum, minus vitat, [15] conaturque perdite: unde evenit [16] nonnunquam, ut aliud grande inveniat, qui ſemper quærit [17] quod nimium eſt: verum [18] & raro evenit, [19] & cætera vitia non penſat. [20] Propter hoc quoque interdum videntur indocti copiam habere majorem, quod di-

Quadam conſecutione alteram tractat quæſtionem; quare ingenioſior & virilior eſſe populo videatur imperiti oratio. Cujus rei varias affert Fabius rationes: hoc porro ſi verum eſſet, non ſolum ſupervacuus eſſet artis tractatus, verum etiam obeſſet. TURNEB.

1. *Ne hoc quidem.*] *Hoc*, non habet Ald.

2. *Sequi plerumque.*] *Pleroſque & indoctos*, Francius conjiciebat.

3. *Fortius dicere.*] Id eſt, vehementius, acrius: ita Cicer. II. de Orat. 43. *fortem orationem* opponit ſummiſſæ & leni. Alio paulum ſenſu Socrates Lyſiæ orationem ſibi non *fortem & virilem* videri ajebat apud eumdem lib. I. de Orat. 54. neque idem eſt apud Juſt. XXVIII. de Ætolis; *ne fortius locuti quam feciſſe viderentur, fines Epiri depopulantur*: pollet & pro *confidentius* ſumi. Vide ad lib. V. cap. 10. ubi *fortiter dicere*, illuſtramus. BURMAN.

4. *Qui armorum inſcius in pugnam ruit.*] Duo MSS. Palat. *in rixam*; membran. etiam, *inruit*. Sic Cicer. Act. I. in Verrem, cap. 12. *Qui quaſi de induſtria in odium offenſionemque P. R. irruere videantur*. GEBHARD. Crepund. lib. I. cap. 16. qui *in noxam irruit*, videtur maluiſſe. *In rixam* quoque MSS. Bodl. Alm. Ald. Locat. Colon. Sich. Par. Gryph. Colin. Baſil. ſed mihi languidius videtur, neque *rixam* apte vocari, ubi ſanguinolentiſſimæ cædes edebantur inter perditos & deſperatos gladiatores. Scio *ſanguineas* quoque *rixas* Horatio dici; ſed hic vehementer dubito, an non librarius indoctior, pro in *ſicam ruit*, ſuppoſuerit *rixam*; ſica enim armatos gladiatores, Thracas præcipue, docet Lipſ. II. Saturn. 9. & ita *in ferrum ruere* ad Virgilii exemplum dixit Juſtin. XI. 14. & in *tela*, *arma ruere*, paſſim alii. BURMAN.

5. *Niſu.*] *Nixu*; Stephan. Gryph. Colin. Baſil. Roign. *niſu*, *an nixu* legatur, parum refert, judice Heinſio, ad Ovid. IV. Epiſt. 126. dubito tamen an non hic *totius corporis nexu* præſtaret, quia agitur de luctatore: ſic apud Ovidium lib. IX. Metam 5. Achelous, qui toto Herculis corpore, ut monte, preſſus erat, dicit:

Vix ſolvi duros a corpore nexus.

Noſter ipſe ſupr. cap. 6. *ſicut ille exercendi corpora peritus, non ſi docendum pancratiaſten ſuſceperit, pugno ferire, vel calce tantum, aut nexus modo docebit*; & ita alii paſſim in hac re: confundi vero has voces *nexus* & *nixus* apparet ex Lucan. III. 612.

Ille tamen nixu, quo prenderat, hæſit;

ubi codex Thuaneus habebat *nexu*; alii *niſu*. BURMAN.

6. *Incumbit.*] *Incubuit*; MSS. Joan. Bal. Voſſ. prim. tert. Bern.

7. *Hic frequenter.*] *Sic*; margo Baſil.

8. *Et illum vehementis impetus.*] Alm. *& illius vehementis impetus*; ut ſit τὸ *impetus* in accuſativo plurali. CAPPER.

9. *Excipit.*] Id eſt, ſuſtinet, reſiſtit, ſe tuetur adverſus, &c. CAPPER.

10. *Mollis articulus.*] Eleganter *mollem articulum* appellavit lenem corporis inflexionem, qua armorum periti adverſariorum eludunt petitionem; nam articulis membra flectuntur. TURNEB. Neſcio an ita *articulum mollem* dicere liceat. Gallæus explicabat manum lentam, flexilem, gladio armatam; & certe vox *excipit* etiam convenire gladiatori videtur, ut *excipere pilo*; Flor. II. 17. unde & in venatu frequens ejus uſus, & venabula *excipiabula* dicta, teſte Servio ad Virgil. IV. 131. vide Lamb. ad Horat. Od. I2. Paſſer. ad Propert. II. 19. & Vlit. ad Grat. Cyn. 109. *mollis* ergo articulus hic eſt debilis manus, ſed docta, & arte tamen ad inferendos ictus formata: alio ſenſu *mollem manum* vidimus hoc libro, cap. IV. BURMAN.

11. *Maledicit autem.*] Quæ longe lateque diſtant, nemini poſſunt imponere: at quæ vicina ſunt, a prudentibus duntaxat & artificibus diſcerni poſſunt: quo fit, ut populus vicina vitia plerumque pro virtutibus accipiat. TURNEB. *maledicus*; marg. Baſil.

12. *Suſcepti litigatoris.*] Id eſt, illius, cujus *cauſſam* agendam, defendendamve ſuſcepit. CAPPER.

13. *Noluiſſent.*] *Voluiſſent*; Andr. Ald. Colin. Stephani & Baſil. in marg. *valuiſſent*; Locat. hoc probat Regius. *Voluiſſent*; Voſſ. ſecund.

14. *Quod eſt in elocutione.*] Non agnoſcit *eſt* editio Lugdunenſis contra fidem Codicum trium MSS. quibus uſi ſumus, & majoris partis editorum. Voculæ autem iſtæ conciſe plerumque ſcriptæ, librariorum diligentiam facile fugiunt; præſertim cum ſine illis ſenſus integer videtur. GIBSON. habet & V. C. Alm. Ald. Steph. Gryph. Colin. & alii.

15. *Conaturque perdite.*] τὸ *perdite* non eſt in cod. Voſſ. prim.

16. *Nonnunquam.*] *Plerumque*; MS. Joan. Voſſ.

17. *Quod nimium eſt.*] *Quod minimum eſt*; Voſſ. tert.

18. *Et raro evenit.*] Forte *id raro*. FRANCIUS.

19. *Et cætera vitia.*] *Certa ea vitia*; MS. Bodl. *certa vitia*; Ald. marg Baſil. ſed *cætera* præfert Regius; quia qui quærit quod nimium eſt, nihil alia vitia curat.

20. *Propter hoc quoque.*] Indocti nihil ſupprimunt; docti vero habent verborum & rerum delectum, & in his quoque mediocritatem ſervant; quorum alterum eſt qualitatis, alterum quantitatis. TURNEBUS.

cunt

ſunt omnia : doctis eſt & electio, & [21] modus. His accedit, quod [22] a cura docendi [23] quod intenderint, recedunt. [24] Itaque illud quæſtionum & [25] argumentorum apud corrupta judicia [26] frigus evitant; nihilque aliud, quam quo vel pravis voluptatibus aures aſſiſtentium permulceant, quærunt. Sententiæ quoque ipſæ, quas ſolas petunt, magis eminent; cum [27] omnia circa illas ſordida & abjecta ſunt, ut *lumina non inter umbras* (quemadmodum [28] Cicero dicit) *ſed plane* [29] *in tenebris clariora ſunt*. Itaque [30] ingenioſi vocentur, ut libet, dum tamen conſtet, contumelioſe [31] ſic laudari diſertum. Nihilominus confitendum eſt etiam [32] detrahere doctrinam aliquid, ut limam rudibus, & cotes hebetibus, & vino vetuſtatem : ſed vitia detrahit : [33] atque eo ſolo minus eſt quod literæ [34] perpolierunt, quo melius. [35] Verum hi *pronuntiatione* quoque famam dicendi fortius quærunt. Nam & clamant ubique, [36] & omnia *levata* (ut ipſi vocant) *manu*, emugiunt, multo diſcurſu, anhelitu, [37] jactatione, geſtu, motu capitis furentes. [38] Jam collidere manus, terræ pedem incutere, femur, pectus, frontem cædere, mire ad [39] pullatum circulum facit; cum ille eruditus, ut in oratione [40] multa ſummittere, variare, diſponere, ita etiam in pronuntiando ſuum cuique eorum, quæ dicet, [41] colori [42] accommodare actum ſciat; &, [43] ſi quid ſit perpetua obſervatione dignum, modeſtus & eſſe, & videri malit. At illi hanc *vim* appellant, quæ eſt potius violentia; cum interim non [44] actores modo aliquos invenias, ſed, (quod eſt turpius) præceptores etiam, qui brevem dicendi exercitationem conſecuti, omiſſa ratione, ut tulit impetus, paſſim tumultuentur, eoſque, qui plus honoris literis tribuerunt, [45] & ineptos, & jejunos, & trepidos, & infirmos, ut quodque verbum contumelioſiſſimum occurrit, appellent. Verum illis quidem gratulemur, ſine labore, [46] ſine ratione, ſine diſciplina diſertis : [47] nos quando & præcipiendi munus etiam pridem deprecati ſumus, [48] & in foro quoque dicendi, quia honeſtiſſimum finem putabamus, [49] deſinere dum deſideraremur;

21. *Modus.*] Hoc eſt, certa mediocritas & moderatio.

22. *A cura docendi.*] *Dicendi*; MS. Joan. Par. Steph. Vaſc. Sich. in marg. & Baſil. Voſſ. prim.

23. *Quod intenderint.*] *Intendunt*, malebat Francius. *Quid*; Voſſ. ſecund.

24. *Itaque illud*, &c.] A docendo, quod maxime proprium eſt oratoris, ad delectationem tranſeunt, egreſſioneſque faciunt in *locos* amœnos, ut populo placeant; nam quæſtionum & argumentorum tractatio, ut difficilior & aſperior eſt, ita populo moleſtior. TURNEB.

25. *Argumentorum frigus.*] Id eſt, evitant quæſtiones & argumenta, quæ apud corruptos judices frigida exiſtimantur. CAPPER.

26.] *Frigus.*] Budæus in commentariis linguæ Græcæ, pag. 12. hunc locum citat, ac *frigus* interpretatur, quod ingratum eſt, & abſurdum videtur, minimeque plauſibile. TURNEB.

27. *Omnia circa illas.*] Græce diceretur, πάντα τὰ περὶ αὐτὰς γνώμας; id eſt, omnia quæ collocata ſunt circa, juxta, prope ſententias. CAPPER.

28. *Cicero dicit.*] Lib. III. de Orat. 26. exſtat ſimilis locus : verum ubi hæc ipſa verba leguntur, nondum occurrit. ALMEL.

29. *In tenebris.*] *Inter tenebras*; MS. Joan. Ald. Voſſ. ſecund. Bern. ſic *inter diem* Gell. IX. 4. quod non mutarim.

30. *Ingenioſi vocentur.*] Huc ſpectat ille jocus Martialis, lib. VII. 8.

Cum ſexaginta numeret Caſſelius annos,
Ingenioſus homo eſt : quando diſertus erit?

ubi recte hunc Quinctiliani locum laudat Raderus. BURM. *vocantur*; Voſſ. prim. tert.

31. *Sic laudari diſertum.*] Si nempe vocetur ingenioſus. CAPPER.

32. *Detrahere.*] Ovidius II. ex Pont. 9.

——— *didiciſſe fideliter artes*
Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.

COLOMES.

33. *Atque eo ſolo.*] Doctrina nimiam orationis copiam coërcet : quanquam tamen detrahit, illa diminutio eſt optima; atque oratio eo eſt melior, quam prius, quo minor eſt, quam antea fuerat. TURNEB.

34. *Perpolierunt.*] *Præpolierunt*; Ald. quod mire placet; antequam enim ad laudem diſerti & eloquentis oratoris, quis aſpirare poteſt, præpoliendus eſt literis; &, ut ſub onere labitur poeta, niſi plenus varia eruditione, & ingenii literarum flumine inundatus acceſſerit ad carmen, idem eveniet oratori. BURMAN.

35. *Verum hi.*] Alia etiam cauſſa eſt, ſed multo potentiſſima, ab eorum actione tumultuoſa petita, quæ populo placet : Fabio tamen libro undecimo diſplicet. TURNEB.

36. *Et omnia levata, ut ipſi vocant, manu, emugiunt.*] Membranæ Palat. particulam addunt, quæ elegantiorem reddit ſenſum; *ad omnia levata* (*ut ipſi vocant*) *manu emugiunt*. Vide Jan. Gebh. Crep. lib. 1. cap. 13. pag. 42. Joh. Livinej. Not. in Propert. pag. 77. &, qui hanc periodum incredibile quantum illuſtrat, Ludovic. Creſoll. Vacat. Autumn. lib. 2. cap. 1. ſect. 4. pag. 117. cap. 3. ſect. 2. pag. 153. & ſeqq. cap. 9. ſect. 9. pag. 316. cap. 12. ſect. 2. pag. 378. cap. 13. ſect. 1. pag. 396. 397. lib. 3. cap. 8. ſect. 1. pag. 494. PAREUS. *Ad omnia* etiam V. C. Alm. ſed rectius *omnia emugiunt*; id eſt, ſono maximo & bovino pronuntiant : ita *mugientem literam* M vocat lib. XII. 10. de manibus vero levatis, cum admirarentur aliquid, vide ad Petron. cap. XL. BURMAN.

37. *Jactatione, geſtu*] *Jactatione geſtu*; MSS. Bodl. Joan. Alm. Voſſ. prim. ſecund.

38. *Jam collidere manus.*] Hoc geſtu utendum putat Fabius duntaxat in contentionibus. TURNEB.

39. *Pullatum circulum.*] *Circulus pullatus* appellatur turba populi & corona, veſtibus pullis utentis; nam his veſtibus plebs Romana utebatur, ut apparet ex Tranquillo in Auguſto, cap. XL. & XLIV. TURNEB. Id eſt, ad imperitiores & rudiores; qua ſignificatione dicitur a Suetonio in Aug. & a Plinio in Epiſt. VII. 17. PHILANDER. Vide Ferrarium de Re veſt. lib. 1. cap. 35.

40. *Multa ſummittere.*] *Nonnulla*; Voſſ. prim. tert.

41. *Colori.*] *Colorem*; V. C. Alm.

42. *Accommodare actum.*] Id eſt, actionem, geſtum, &c.

43. *Si quid perpetua obſervatione dignum.*] Si quid ſit, quod perpetuo obſervari ab oratore, & cuſtodiri debeat, hoc eſſe modeſtiam malit. ROLLIN.

44. *Actores.*] Supple, *cauſſarum*; id eſt, oratores, aut etiam *declamatores*.

45. *Et ineptos.*] *Et* deeſt in V. C. Alm. Ald. Locatel. Gryph. & Baſil.

46. *Sine ratione.*] Hoc eſt, ſine certa methodo.

47. *Nos quando.*] *Nos quando & præcipiendi manus, & jam pridem*; Ald. Sich. Baſil. *jam pridem deprecati ſumus*; MS. Bal. Colon. Colin. *& præcipiendi munus etiam pridem*; Steph. Roign. Obrecht. Gibſon.

48. *Et in foro quoque.*] Fabius libro duodecimo, ait oratorem quoque debere finem *cauſſarum* agendarum mature facere, & ad otium ſe conferre. TURNEB.

49. *Deſinere dum deſideraremur.*] De Trachallo, qui ob pro-

P.

[50] inquirendo ſcribendoque talia conſolemur otium noſtrum, quæ futura uſui [51] bonæ mentis juvenibus arbitramur, nobis certe ſunt voluptati.

ductam longius, uſque ad extremum ſenectutis tempus, forenſem operam, riſui erat, aiebant malle eum deficere, quam deſinere. ROLLIN. de Trachallo, vide Fabium, lib. x. cap. 1. & lib. XII. capp. 5. 10.

50. *Inquirendo ſcribendoque, &c.*] Fabius quoque lib. 12. ſuadet, ut orator, cum finem agendi fecerit, cum alia ſtudia tractet, tum etiam aliquid componat. TURNEB. Voſſ. ſecund. habet, *conſcribendo*.

51. *Bonæ mentis.*] *Bene meritis*; MS. Bodl.

CAPUT XIII.

Quis modus ſit in arte.

XIV. NEMO autem a me exigat id præceptorum genus, quod eſt a pleriſque [1] ſcriptoribus artium traditum, ut quaſi quaſdam leges immutabili neceſſitate [2] conſtrictas ſtudioſis dicendi feram; [3] utique *proœmium*, & id quale; proxima huic *narratio*; quæ lex deinde narrandi; *propoſitio* poſt hanc, vel, ut quibuſdam placuit, [4] *excurſio*; tum certus ordo quæſtionum, cæteraque, quæ, velut ſi aliter facere fas non ſit, quidam [5] tanquam juſſi ſequuntur. [6] Erat enim *rhetorice* res proſus facilis ac parva, ſi uno & brevi præſcripto contineretur; ſed mutantur pleraque *cauſſis*, temporibus, occaſione, neceſſitate. [7] Atque ideo res in oratore præcipua conſilium eſt, [8] quia varie, & ad rerum momenta convertitur. [9] Quid enim, ſi præcipias imperatori, quoties aciem inſtruet, ut [10] dirigat frontem, cornua utrinque promoveat, equites [11] pro cornibus locet? Erit hæc quidem [12] rectiſſima fortaſſe ratio, quoties licebit: ſed mutabitur natura loci, ſi mons occurret, ſi flumen obſtabit, [13] ſi collibus, ſylvis, [14] aſperitate alia prohibebitur. [15] Mutabit hoſtium genus, mutabit præſentis conditio diſcriminis; nunc acie directa, nunc [16] cuneis, nunc auxiliis; nunc legione pugnabitur; nonnunquam terga etiam dediſſe, [17] ſimulata fuga, proderit. [18] Ita *proœmium* neceſſarium, an [19] ſupervacuum; [20] breve, an longius; ad judicem omni ſermone directo, [21] an aliquando averſo [22] per aliquam figuram, dicendum ſit; [23] conſtricta, an latius [24] fuſa *narratio*; [25] continua, an diviſa; [26] recta, an ordine permutato, *cauſſæ* doce-

Generale caput ante artis ingreſſum tractat, docetque rhetorices præcepta non eſſe ſemper neceſſaria; ſed plerumque rei utilitate & oratoris conſilio immutari: reprehendit autem *technicos* quoſdam, qui præcepta conſcripſerant, ut leges quaſdam immutabiles. TURNEB.

1. *Scriptoribus artium.*] Supple, oratoriarum vel rhetoricarum, ut patet ex lib. 3. cap. 1. circa finem, ubi ſic habet: *Unicum apud nos ſpecimen orandi docendique oratorias artes M. Tullius.* CAPPER.

2. *Conſtrictas.*] *Conſcriptas*; Par. Steph. Locat. Colin. Baſil. Voſſ. ſecund. Gryph. & Sich. marg. *conſtructas*; V. C. Alm.

3. *Utique proœmium.*] *Technici* certum partium numerum præſcribunt, & certum ordinem: Fabius non ſemper totidem partibus eſſe opus putat, & artificioſam diſpoſitionem plerumque mutari exiſtimat. TURNEB.

4. *Excurſio.*] Notat ſui temporis oratores, qui (ut ſcribit libro quarto) poſt narrationem egredi ſolebant in *locum* amœnum. TURNEB. *Excurſio.*] Digreſſionis genus eſt, quo poſt narrationem orator in præclaro quodam ac ſelecto loco liberius exſpatiatur. Quamvis autem poſt narrationem vulgo artexatur illa digreſſio, cenſet tamen Quinctilianus eam poſſe omnibus quæſtionibus vel ſingulis apte ſubjungi. Vide lib. 4. cap. 3. ubi vocatur *egreſſio*, *excurſus*, *procurſio*, *egreſſus*; Græce *παρέκβασις*. CAPPER.

5. *Tanquam juſſi.*] *Quidam tantum quantum juſſi ſic ſequuntur*; MSS. Bodl. Alm. niſi quod habeat *ſubſequuntur*. *Quidam tantum, quantum juſſi ſequuntur*; Obrecht.

6. *Erat enim.*] Pro *vel eſſet*. Vide ſupra cap. x. ad illa verba. *Erat optimum.* CAPPER.

7. *Atque ideo.*] Fabius libro ſexto c. 6. de judicio & conſilio verba facit, quibus orator utitur ad diſpoſitionem & inventionem rerum verborumque: ex horum præſcripto immutari poſſe præcepta ſcribit. TURNEB.

8. *Quia varie.*] Francius malebat *quo*, vel *qua*.

9. *Quid enim, &c.*] Vegetius ſcribit, plerumque ita aciem inſtrui, ut frons directa ſit, quam utrinque cornua muniant: hæc tamen ratio non eſt perpetua. TURNEB. *Si præcipies*; Voſſ. ſec.

10. *Dirigat frontem.*] *Ut dirigat*; Ald. Steph. Colin. Baſil.

11. *Pro cornibus.*] Id eſt, ante cornua, ſeu alas exercitus. CAPPER.

12. *Rectiſſima fortaſſe ratio.*] Inſtruendæ aciei methodus; CAPPER.

13. *Si collibus.*] *Si* deeſt in V. C. Alm. Voſſ.

14. *Aſperitate alia.*] *Aliave aſperitate aliqua*; Ald. Par. Colin. Baſil. *Alia aſperitate aliqua*; Locat. *Aliave aſperitate prohibebitur*; Gryph. *Aſperitateve aliqua*; Steph. Roigny.

15. *Mutabit.*] Supple, militaris diſciplinæ regulas, quas quiſque ſibi præſcripſerit. CAPPER.

16. *Cuneis.*] *Cuneus* eſt multitudo militum ita digeſta, ut initio ſit anguſta, & paulatim dilatetur. *Cuneo* utuntur, cum perrumpere volunt hoſtium aciem. TURNEB.

17. *Simulata fuga.*] Significat *ſtrategemata*, quæ fiunt aſtuto & vafro ducis conſilio. TURNEB.

18. *Ita proœmium.*] Fabius libro quarto cap. 1. docet *proœmio* non eſſe utendum, ſi judex ſatis præparatus eſt, aut *cauſſa* præparatione non eget. TURNEB.

19. *Supervacuum.*] *Supervacaneum*; Par. Colin.

20. *Breve, an longius.*] Si *cauſſa* ſimplex eſt, breviori eſt opus *proœmio*; ſin perplexa aut multiplex, productiore. TURNEB.

21. *An aliquando averſo.*] Nonnulli præcipiunt, in exordio dirigendum ſemper eſſe ſermonem ad judicem: Fabius tamen libro quarto cap. 1. docet, illic optime fieri interdum *apoſtrophen*. TURNEB.

22. *Per aliquam figuram.*] Quæ vulgo vocatur *apoſtrophe* *ἀποστροφή*. CAPPER.

23. *Conſtricta, an.*] Plin. lib. 1. ep. 20. *Sed non minus non ſervat modum, qui infra rem, quam qui ſupra; qui adſtrictius, quam qui effuſius dicit.* ALMELOV.

24. *Fuſa oratio.*] *Diffuſa*; MS. Joan. Colon. Locat. Voſſ. omnes.

25. *Continua, an diviſa.*] Fabius libro quarto cap. 2. docet, interdum narrationem interrumpi poſſe: quod fecit Cicero in narratione pro Cluentio. TURNEB.

26. *Recta, an ordine permutato.*] Si nempe res eo ipſo, quo

bunt. Itemque de quæſtionum ordine, [27] cum in eadem controverſia [28] aliud alii parti prius quæri frequenter expediat. Neque enim [29] rogationibus [30] plebiſve ſcitis ſancta ſunt iſta præcepta: ſed hoc quidquid eſt, [31] utilitas excogitavit. [32] Non negabo autem ſic utile eſſe plerumque: alioqui nec ſcriberem: verum ſi eadem illa nobis aliud ſuadebit utilitas, hanc, relictis magiſtrorum auctoritatibus, ſequemur. Equidem id maxime præcipiam, ac repetens [33] iterumque iterumque monebo. [34] Res duas in omni actu ſpectet orator; quid deceat, [35] quid expediat. Expedit autem ſæpe mutare ex illo conſtituto traditoque ordine aliqua, [36] & interim decet; ut in ſtatuis atque picturis videmus [37] variari habitus, vultus, ſtatus. Nam recti quidem corporis vel minima [38] gratia eſt. [39] Neque enim [40] adverſa ſit facies, & [41] demiſſa brachia, & juncti pedes, & a ſummis ad ima rigens opus: flexus ille, &, ut ſic dixerim, motus, dat [42] actum quemdam effictis. Ideo nec [43] ad unum modum formatæ manus, & [44] in vultu mille ſpecies. [45] Curſum habent quædam & impetum; ſedent alia, vel incumbunt; nuda hæc, illa velata ſunt; quædam mixta ex utroque. Quid tam diſtortum & elaboratum, quam eſt ille *Diſcobolos* [46] Myronis? Si quis tamen, ut parum rectum, improbet opus; nonne ab intellectu artis abfuerit, in qua vel præcipue laudabilis eſt illa ipſa novitas, ac difficultas? Quam quidem gratiam & delectationem afferunt figuræ, [47] quæque in ſenſibus, [48] quæque in verbis ſunt. [49] Mutant enim aliquid a recto, atque hanc præ ſe virtutem ferunt, quod a conſuetudine vulgari [50] receſſerunt. [51] Habet in pictura ſpeciem tota facies: Apelles tamen [52] imaginem [53] Antigoni latere tantum altero oſtendit, ut [54] amiſſi oculi deformitas lateret. Quid? non in oratione operienda ſunt quædam; [55] ſive oſtendi non debent, ſive ex-

geſtæ ſunt, ordine narrentur; aut contra, ſi a mediis Homerico more, vel ab ultimis initium narrandi ducatur. CAPPER.

27. *Cum in eadem controv.*] Hac de re Fabius tractabit copioſe lib. ſeptimo, cap. 2. TURNEB.

28. *Aliud alii parti prius quæri.*] Uni litigantium parti expedit aliquid prius quæri; alteri vero parti prius expedit quæri & perpendi aliud e propoſitis quæſtionibus caput. Alteri videlicet expedit ut agatur de facto, alteri de jure. CAPPER.

29. *Rogationibus.*] Senatus conſultis, quæ proprie lex & rogatio dicebantur, quia ferebatur lex rogatis dictiſque omnium ſententiis, & præſidente Magiſtratu Senatorio, verbi gratia, Conſule. CAPPER.

30. *Plebiſve ſcitis.*] Id eſt, legibus a plebe Romana latis præſidente plebeio Magiſtratu, verbi gratia, Tribuno plebis. CAPPER.

31. *Utilitas excogitavit.*] Probat a fine, perpetua non eſſe præcepta; nam, cum inventa ſint cauſſa utilitatis, illi debent cedere. TURNEB.

32. *Non negabo autem.*] Præcepta ſcribuntur aut de his, quæ ſemper ita ſiunt; aut de his, quæ plurimum ſiunt; ut in artibus opinabilibus & conjecturalibus, cujuſmodi eſt rhetorica. TURNEB.

33. *Iterum iterumque.*] *Iterumque iterumque*: Locat. Ald. Sich. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. eſt vero ex Virgil. III. Æneïd. 456. qui habet

Prædicam, repetenſque iterumque iterumque monebo.

geminat etiam has particulas lib. II. 770.

——— *ingeminans iterumque iterumque vocavi.*

BURMAN.

34. *Res duas in omni actu, &c.*] Ut pluribus in locis Cicero, ita quoque Fabius præcipit, ut videamus quid deceat & quid expediat; alterum ad decorum pertinet, ut omnia rebus & perſonis debite aptentur; alterum ad *cauſſæ* utilitatem: hos itaque duos ſcopos ſibi proponat orator in *cauſſa* ſua diſponenda & agenda. TURNEB. Vide noſtri auctoris lib. XI. cap. I. princip. Cicer. III. de Orat. 36. & Orat. 21. Nazianzenus in Tetraſtichis duo etiam præſcribit, modum & tempus, quæ his duobus adjungi ſemper & poſſunt, & debent. ALMELOV. *In omni actu.*] Supple, *cauſſæ* forenſis; id eſt, in agenda *cauſſa*. CAPPER.

35. *Quid expediat.*] *Et quid*: MSS. Bal. Alm. Andr.

36. *Et interim decet.*] Forte *interim & decet*. FRANCIUS.

37. *Variari habitus.*] Non quidem veſtes, ſed τὰ σχήματα; id eſt, certam quamdam geſtus conformationem; Gallice *la mine, l'air, la contenance, le maintien*. CAPPER.

38. *Gratia.*] De hac vide Junium. de pict. l. III. cap. 6.

39. *Nempe enim.*] Hic ſenſus difficulter percipitur; quia mendis carere non videtur, quæ facile tollerentur, ſi quod integrum exemplar inveniretur: ſed loco illius *neque* forſitan legendum eſt *æque*; videtur enim exponere Fabius, quo modo recti corporis vel minima gratia ſit; ſi enim æque adverſa ſit facies, & æque dimiſſa brachia ſtatuæ alicujus, omni gratia carebit. REGIUS. *Neque enim*, V. C. Alm. Locatel. Steph. Par. Vaſc. Colin. Baſil marg. & videtur præferendum τῷ *nempe*; adverſa enim facies, & quæ ſequuntur, carent gratia; ſed in varios ſitus formata venuſtatem addunt: ita paulum inclinatam faciem in dextram vel ſiniſtram, vel leviter in humum ſpectantem fere ſemper pictores effingunt; *adverſa* vero facies eſt oppoſita videnti; ut *adverſa frons*, de qua vide Heinſ. ad Claud. III. rapt. Proſ. 393. BURMAN.

40. *Adverſa ſit facies.*] Appellat *faciem adverſam*, e directo oppoſitam, & in neutram partem inclinatam. TURNEB.

41. *Demiſſa brachia.*] Quæ ruſticitatis ſignum dabant. Vide Caſaub. ad Theoph. περὶ ἀγροικίας, pag. 132. Turneb. Adv. XLI. 2. Victor. XXII. Var. lect. 2. BURMAN.

42. *Actum quemdam effictis.*] *Actum quemdam & factum*: MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. Andr. Locatel. Ald. Steph. *& factis*; Colon. *& fictis*; Baſil. marg. *Actum quemdam.*] Græce ἐνέργειαν actionem quamdam & operationem; quia flexus ille dat velut animam rebus arte factis. CAPPER.

43. *Ad unum modum.*] Lege *motum*; & vide clariſſ. Græv. ad Cicer. I. de off. 36. ALMELOV.

44. *In vultu.*] *Vultus*: V. C. Alm. unde Francius, *in vultu ſunt*.

45. *Curſum habent quædam.*] *Quendam*; Locat.

46. *Myronis.*] De hoc Myronis *Diſcobolo* meminit Plinius lib. XXXIV. cap. 8 REGIUS. Myro optimus ſtatuarius *Diſcobolon* fecit, id eſt, diſcum jacientem; qua in ſtatua mire expreſſit nixum & conatum hominis, diſcum jacere molientis. TURNEB. *Diſcobolus*: V. C. Alm & Obrecht.

47. *Quæque in ſenſibus.*] Σχήματα διανοίας, *figuras ſententiarum* vocant Latini rhetores. CAPPER.

48. *Quæque in verbis ſunt.*] Σχήματα λέξεως *figuras dictionis*, vel *verborum* vocare ſolent. CAPPER.

49. *Mutant enim.*] *Etiam*: MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. Locat. Sich. Gryph. Baſil. Obrechtus edidit & diſtinxit, hoc modo; *quæque in verbis ſunt mutant etiam aliquid, &c. Mutant aliquid a recto.*] A recto ſermonis uſu, a ſimplici & obvio loquendi modo. CAPPER.

50. *Receſſerunt.*] Malebat Francius *receſſerint*.

51. *Habet ſpeciem.*] Hoc eſt, quamdam pulchritudinem. CAPPER.

52. *Imaginem latere tantum altero.*] Gallice dicimus *en profil, de profil*. CAPPER.

53. *Antigoni.*] Plin. lib. 35. cap. 10. PHILAND.

54. *Amiſſi oculi deformitas.*] Antigonus, Philippo Perinthum obſidente, catapultæ ſagitta oculum amiſit: hoc exemplum ſignificat artis præcepta immutari ex ratione decori. TURNEB. *omiſſi*: marg. Baſil.

55. *Sive oſtendi.*] *Quæ ſive*: Voſſ. ſecund.

primi pro dignitate non poſſunt? [56] ut fecit Timanthes, [57] ut opinor, [58] Cythnius, in tabula, qua [59] Colotem Tejum vicit. Nam, cum [60] in Iphigeniæ immolatione pinxiſſet triſtem Calchantem, triſtiorem Ulyſſem, addidiſſet Menelao, quem ſummum poterat ars efficere, mœrorem; conſumptis affectibus, non reperiens, quo digne modo [61] patris vultum poſſet exprimere, velavit ejus caput, & ſuo cuique animo dedit æſtimandum. Nonne huic ſimile eſt illud [62] Salluſtianum, *Nam de Carthagine tacere ſatius puto, quam parum dicere*? [63] Propter quæ mihi ſemper [64] moris fuit, [65] quam minime alligare me ad præcepta, quæ [66] καθολικὰ vocant, id eſt (ut dicamus quomodo poſſumus) *univerſalia*, vel *perpetualia*. Raro enim reperitur [67] hoc genus, ut non labefactari parte aliqua, [68] aut ſubrui poſſit. Sed de his plenius ſuo quidque loco tractabimus.* [69] Interim nolo ſe juvenes ſatis inſtructos, ſi quem ex his, qui breves plerumque circumferuntur, artis libellum edidicerint, & velut decretis [70] *Technicorum* tutos putent. [71] Multo labore, aſſiduo ſtudio, varia exercitatione, [72] pluribus experimentis, [73] altiſſima prudentia, [74] præſentiſſimo conſilio conſtat ars dicendi. Sed adjuvatur his quoque, ſi tamen rectam viam, non unam orbitam monſtrent; [75] a qua declinare qui crediderit nefas, patiatur neceſſe eſt illam [76] per funes ingredientium tarditatem. [77] Itaque & ſtratum militari labore iter ſæpe deſerimus compendio ducti; &, ſi rectum limitem rupti torrentibus pontes inciderint, circumire cogemur; &, ſi janua tenebitur incendio, per parietem exibimus. Late fuſum opus eſt, & multiplex, & prope quotidie novum, & de quo nunquam dicta erunt omnia. [78] Quæ ſunt

56. *Ut fecit Timanthes.*] Scribit Plinius in Timanthis operibus non ſolum ſpectandam fuiſſe artem, verumetiam ingenium. Porro quemadmodum olim in certaminibus publicis committebantur poëtæ; ita quoque pictores, ut colligere licet ex multis locis Plinii. TURNEB. *Timanthes*: Cicer. in Brut. 18. & Orat. 22. Plin. lib. 35. cap. 10. & Valerius lib. 8. cap. 11. PHILAND.

57. *Ut opinor.*] *Ut* deeſt in V. C. Alm.

58. *Cythnius.*] Euſtathius Sicyonium facit. Vide Junii Catalog. Pictorum in *Timanthe*. Steph. in *Cythno* mentionem facit Pictoris Cythnii; ſed ejus nomen non exprimit, eum vero Cudiam fuiſſe Berkelius ex Euſtath. ad Dionyſ. Perierg. 526. docet: ſed Junius in *Cythnius Pictor*, Timanthem intelligi vult; dubitaſſe videtur Fabius. Neſcio autem, unde didicerit Moſellanus Cythnon eſſe urbem Arcadiæ; idque ex Plinio & Stephano, apud quos ego hoc invenire nullo modo potui. BURMAN.

59. *Colotem Tejum.*] *Coloten Tejum*; Gryph. Colin. Obrecht. Bern.

60. *In Iphigeniæ.*] *In* deeſt in Ald.

61. *Patris.*] Agamemnonis.

62. *Salluſtianum.*] In Jugurtha, cap. 19. PHILAND. Cæterum in Salluſtio legitur hodie *ſilere melius puto*: unde apparet ſæpe veteres memoriæ fiducia citaſſe ſcriptorum loca diverſis verbis; ut aliis exemplis viri docti ſæpe oſtenderunt. Vide Grot. ad Lucæ Evang. 11. 12. & ex noſtro plurimis exemplis paſſim conſtat. BURMAN.

63. *Propter quæ.*] Ex ſuperioribus demum colligit, univerſalia artis præcepta non eſſe ſemper obſervanda; ſed omnia referenda eſſe ad decorum & utilitatem. TURNEB.

64. *Moris fuit.*] *Fuerit*; V. C. Alm Voſſ. prim. ſec.

65. *Quam minime.*] *Minime*, cum ſit negandi adverbium, minus recte cum illa particula *quam* videtur copulari; fere enim cum ſuperlativo connecti eleganter ſolet. *Quam minimum* igitur mihi legendum videtur; eoque magis, quod, etſi raro, nonnunquam tamen Fabius ſe præceptis adſtringit. REGIUS. *Minimum*; Colin. & margo Stephani Baſil. & probat Aſcenſius.

66. *Καθολικά.*] *Catholicis* præceptis non ſemper inſiſtendum, & quibus præter illa conſtet ars dicendi.

67. *Hoc genus.*] Supple, *præceptorum univerſalium τῶν καθολικῶν*. CAPPER.

68. *Aut ſubrui.*] *Et*; MSS. Bodl. Alm. Andr. Locat. Ald. Sich. Gryph. Colin. Baſil. *Ut ſubrui*; Voſſ. tert.

69. *Interim nolo.*] Ad extremum utitur commonitione; ne quis ex præceptis *technicorum* ſe ſatis putet inſtructum ad eloquentiam. *Technicos* autem appellat illos, qui præcepta artis ſcripſerunt, & univerſales præceptiones tradiderunt. TURNEB.

70. *Technicorum.*] *Technicos* hoc loco Fabius intelligit artis oratoriæ Magiſtros: ita etiam *Antonomaſtice* vocabantur olim Grammatici, ut patet ex veterum Grammaticorum ſylloge Putſchiana. Vide & Creſollii Theatr. Sophiſt. pag. 153. CAPPER.

71. *Multo labore, aſſiduo ſtudio.*] Vide Plin. III. Epiſt. 8. & Cornif. ad Herenn. lib. 1. cap. 1. & Cicer. II. de Orat. 3. ALMELOV.

72. *Pluribus.*] *Plurimis*; MSS. Bodl. Joan. Alm. Sich. Voſſ. tert.

73. *Altiſſima prudentia.*] Hoc docet & Cicer. in Bruto, cap. 16. & deinde exemplo Themiſtoclis probat cap. 7. ALMELOV.

74. *Præſentiſſimo.*] *Præſtantiſſimo*; MS. Bodl. Ald. Locatel. & margo. Baſil. rectius Vallæ liber *præſentiſſimo*: quod quidem ex illo Ciceronis pro Sext. XLI. *Qui virtute & conſilio præſtanti extiterunt*, poſſet defendi: ſed malo hic *præſentiſſimo*: ita & lib. XII. cap. 1. legendum *morte quam præſentiſſimo ſuſcepit animo*; ubi male *præſtantiſſimo*, ut ibi docebimus; nam ſæpe hæ voces fuerunt confuſæ. Valer. Max. III. 2. 9. *Obſtinata animi præſentia extortam manibus hoſtium victoriam patriæ reſtituit*; ubi alii codices *præſtantia*; & ita apud Virgilium, Ovidium & alios paſſim. BURMAN.

75. *A qua declinare.*] *Quæ declinare*; V. C. Alm. *qua declinare*; Ald. Locat. Voſſ. omn.

76. *Per funes ingredientium.*] Funambulos intelligere videtur, τοὺς σχοινοβάτας, qui videlicet per extentum funem cauti ac timidi incedunt. CAPPER.

77. *Itaque.*] Docet Fabius artis præcepta ampla eſſe debere, & quaſi libera; non (ut *technici* volunt) ſtricta & immutabilia: alioqui enim obeſſent eloquentiæ, non prodeſſent. TURNEB. *Compendium*, ſive *compendiaria*, eſt via contractior, quam quis, ambagibus relictis, ſectans, lucrum quaſi laſſitudinis, facit. Varro ὀνοματομαχία, *Hoc dico, compendiaria ſine ulla ſollicitudine ac moleſtia dimundi, ad eandem voluptatem poſſe perveniri*. Citat Nonius in voce *Compendium*. Gloſſar. *Compendium*, *Compendiaria*, συντομία. MS. tamen hic pro *ſtratum* legit *extractum*. *Extracta* autem via contraria eſt compendiariæ. Ovid. lib. 3. Metam.

Tardius exieram, ſed per compendia montis
Præcipitata via eſt.

Plutarchus Erotico: Σύνδρομοι ὁμοῦ καὶ σύνδρομοι ἐγένοντο πορείαν ἐπ' ἀρετήν. Ergo extrahere iter, eſt μακρύνειν; ſicut συντέμνειν compendio duci. Sophocles Antigona.

——— Συντέμνουσι γὰρ
Θεῶν ποδώκεις τοὺς κακόφρονας βλάβαι.

Fabius lib. 3. cap. 2. *Hæc autem brevior, & vel ideo dilucidior multo via, neque diſcentem per ambages fatigabit*. Papin. Stat. lib. 2. Theb. v. 496.

Fert via per dumos propior, qua calle latenti
Præcelerant, denſæque legunt compendia ſylvæ.

Quinctilianus infra lib. 4. cap. 2. *Nam & fallit voluptas, & minus longa, quæ delectant, videntur; ut amœnum ac molle iter, etiamſi eſt ſpatii amplioris, minus fatigat, quam durum arduumque compendium*. GEBHARD. Crepund. lib. 2 cap. 1. pag. 59. Vide ad Petron. cap. 11.

78. *Quæ ſunt tamen.*] *Quæ ſint*; Voſſ. ſecund.

tamen tradita, quid ex his optimum; &, [79] ſi quid mutari, adjici, detrahi melius videbitur, dicere experiar.

79. *Si quid mutari.*] *Si qua*; MS. Bal. Locat. Ald. Colon. Sich. Par. Gryph. Colin. Baſil. Obrecht.

CAPUT XIV.

Rhetorices etymon, & totius operis diviſio.

RHETORICEN in Latinum transferentes, tum *oratoriam*, tum *oratricem* nominaverunt. Quos equidem non fraudaverim debita laude, quod copiam Romani ſermonis augere tentaverint. Sed non omnia nos ducentes ex Græco [1] ſequuntur; [2] ſicut ne illos quidem, quoties ſuis utique verbis ſignare noſtra voluerunt. Et hæc interpretatio non minus dura eſt, quam illa [3] Flavii [4] *eſſentia* atque *entia*: ſed ne propria quidem. Nam *oratoria* [5] ſic effe273retur, ut *elocutoria*; *oratrix* ut *elocutrix*. Illa autem, de qua loquimur, *rhetorice*, talis eſt, qualis *eloquentia*; nec dubie apud Græcos quoque duplicem intellectum habet. Namque uno modo [6] fit appoſitum, *ars rhetorica*, ut *navis piratica*; [7] altero nomen rei, qualis eſt *philoſophia*, *amicitia*. Nos [8] ipſam nunc volumus ſignificare ſubſtantiam; ut grammatice *literatura* eſt, non *literatrix*, quemadmodum *oratrix*; nec *literatoria*, quemadmodum *oratoria*. [9] Verum in *rhetorice* [10] non ſic. [11] Ne pugnemus igitur, cum præſertim plurimis alioqui Græcis ſit utendum. Nam [12] certe & *phyſicos*, & *muſicos*, & *geometras* dicam; nec vim afferam his nominibus indecora in Latinum ſermonem mutatione. Denique cum [13] M. Tul- XV.

Quoſdam reprehendit, qui *rhetorices* appellationem in Latinum male verterunt, atque nomine Græco eſſe utendum, ut Latino; deinde *rhetoricen* partitur in præcepta, oratorem, & orationem. TURNEB. Litem hanc, an recte vertatur *oratoria* ex Græco *ῥητορικὴ*, quod a *ῥέω*, ita dirimere Feſtus velle videtur in *Oratores*: *Oratores dictos exiſtimant, quod ad reges & gentes, qui miſſi erant pro republ. noſtra a Populo Romano, ii conceptis verbis ſolerent deos ἐπιθειάζειν*, id eſt, *teſtari*. ALMELOV.

1. *Sequuntur.*] Id eſt, facilia ſunt formatu; *metaphora* a cera & mollibus materiis ducta, quæ ſequuntur manum artificis, quæ fingit eam & ducit in varias formas. Vide Barth. ad Stat. I. Achil. 333. Gronov. Diatr. Stat. c. XLV. & eadem proprietas in verbo *ducere*, quod de artificibus, qui ducunt ceram, lanam, æs, ferrum, &c. dici docuit jam Pantbaſ. ad Claud. I. de Rapt. 52. & III. 396. & ita *ducere formam*, Ovid. I. Metam. 402. & IV. Pont. 10. & noſter lib. II. cap. 17. *ducere ex luto vaſa*; & alibi. BURMAN.

2. *Sicut ne illos quidem.*] Nam quædam propria ſunt linguæ Romanæ, quæ quidem Græcis inaudita fuerant: idcirco apud illos carent appellatione, ut *dictator*, *emancipatio*. TURNEB.

3. *Plauti.*] Scribe *Flavii*, & hic & lib. III. cap. 6. Flavii enim artis Rhetoricæ meminit lib. VII. cap. 4. & lib. VIII. 3. dicit *ens & eſſentia formata a Sergio Flavio*: ſic enim legendum, non, ut ſcriptum eſt a *Servio Flavioque*. PHILAND. *Flavii*; Steph. Par. Gryph. margines Baſil. & Colin. In Theſauro vero Fabri *eſſentiam* a Papirio Fabiano uſurpatam Quinctilianum docere traditur; quod unde ſit hauſtum, ignoro. Fuit quidem Papirius Fabianus nobilis rhetor, & Senecæ memoratur: ſed hunc *eſſentiam* atque *entiam* dixiſſe neſcio. BURMAN.

4. *Eſſentia atque entia.*] Duo hæc nomina *eſſentia* & *entia* ſignificant *ſubſtantiam*, quæ dicitur Græcis *οὐσία*. TURNEB. Sed lib. 8. c. 3. ait a Flavio inventa fuiſſe *eſſentiam* & *ens*. Cæterum τὸ *eſſentiam* dixiſſe Ciceronem ipſum probat Muretus l. 15. variar. Lection. c. 20. ex Seneca epiſt. 59. & ex Sidonio Apollinari, præfation. ad epithalamium Polemio dictum, ubi vide Sirmundi notas. CAPPER.

5. *Sic efferetur.*] *Effertur*; Voſſ. prim. tert.

6. *Fit appoſitum.*] Id eſt, ut vulgo aiunt, nomen *adjectivum*. CAPPER.

7. *Altero nomen rei.*] Nomina *ſubſtantiva* rem ſimpliciter ſignificant: *adjectiva* vero adjunctionem quamdam & appoſitionem, & quaſi adhæſionem. TURNEB. *Altero* (modo rhetorice ſit) *nomen rei.*] Hoc eſt, nomen ſubſtantivum. Sic paulo ſupra dixerat: *Illa de qua loquimur*, rhetorice *talis eſt, qualis* eloquentia; ubi tamen Quinctilianus errare quodammodo videtur. Nam ἡ ῥητορικὴ *rhetorice* vel *rhetorica*, quoquo modo ſumatur, nomen eſt *adjectivum*, in quo ſubauditur ἡ τέχνη, *ars*. Mirum porro non eſt quod in explicandis rebus grammaticis cæſpitarit Fabius hic & alibi: (vide ad lib. 9. cap. 3.) cum id quoque ipſi Tullio acciderit, ut oſtendit Scioppius in *parad. x. literar.* CAPPER.

8. *Ipſam nunc volumus ſignificare ſubſtantiam; ut* grammatice, literatura *eſt*, *non* literatrix, *quemadmodum* oratrix; *nec* literatoria, *quemadmodum* oratoria.] Hic etiam ignoraſſe vel non attendiſſe videtur Fabius, quam late pateat *Ellipſis*. Nam *rhetorice* & *grammatice*, ſeu rhetorica & grammatica ἡ ῥητορικὴ, ἡ γραμματικὴ nomina ſunt adjectiva, in quibus per conſuetam *Ellipſin*, ſubauditur ἡ τέχνη, *ars*. CAPPER.

9. *Verum in rhetorice non ſic.*] Hoc eſt, ex Græco quidem γραμματικὴ, fecimus nomen ſubſtantivum τὸ *literatura*: ſed ex τῇ ῥητορικῇ, necdum potuimus efformare Latinum nomen ſubſtantivum. Satius eſt igitur conſervare vocem Græcam Latinæ conſuetudini accommodatam, ut fit in pluribus aliis. CAPPER.

10. *Non ſic.*] *Non ſit*; V. C. Alm. Andr. Ven. Locat. Ald. Colon. Sich. Gryph. Baſil. *non ſit*: Bern.

11. *Ne pugnemus.*] *Nec*; V. C. Alm. *non*; Steph. Gryph. Baſil. Obrecht.

12. *Certe ſi phyſicos.*] Hic ſenſus confuſus mihi videtur; nec quid ſibi velit, percipitur: quamvis incorruptus pleriſque videatur, qui hunc contextum mendis carere putantes, nunquam corrigere aggreſſi ſunt. Sed niſi ea particula *ſi* expungatur, ac loco illius & copula reponatur, nunquam integer ſenſus elicietur. Ut omittam quod & *muſicos* in vetuſto exemplari legimus hoc modo: *Nam certe & phyſicos, & muſicos & geometras dicam*: hoc autem dictum Fabii diligenter notent, qui nominibus Græcis uti reformidant, ac *naturales*, quam *phyſicos* dicere malunt. REGIUS. *Si philoſophos*; MSS. Joan. Almel. Andr. Obrecht. *ſicut philoſophos*; Ald. *nam certe & phyſicos, muſicos*; Sich. Par. Gryph. Baſil.

13. *M. Tullius.*] Duo ſolum exſtant Ciceronis libri de arte rhetorica inſcripti, in quibus diffuſe de inventione tractat: de his hoc loco Quinctilianus intelligit. Nam Rhetoricam ad Herennium falſo adſcribi conſtat, cum aliis argumentis, quæ ſuperius in tranſcurſu attigimus, tum quod Fabius nunquam de illa mentionem facit; minime taciturus, ſi Ciceronis id opus fuiſſe exiſtimaſſet. REGIUS. Pluribus hic

lius etiam [14] ipſis librorum, quos hac de re primum ſcripſerat, titulis Græco nomine utatur, profecto non eſt verendum, ne temere videamur oratori maximo de nomine artis ſuæ credidiſſe. [15] Igitur *rhetorice* (jam enim ſine metu [16] cavillationis utemur hac appellatione) ſic, ut opinor, optime [17] dividetur, ut de arte, de artifice, de opere dicamus. Ars erit, quæ [18] diſciplina percipi debet: ea eſt bene dicendi ſcientia. Artifex eſt, qui [19] percipit hanc artem, id eſt, orator, cujus eſt ſumma bene dicere. [20] Opus, quod efficitur ab artifice, id eſt, bona oratio. Hæc omnia rurſus diducuntur in ſpecies. Sed illa ſequentia ſuo loco: nunc quæ de prima parte tractanda ſunt, [21] ordiar.

quoque Aſcenſius probare conatur, libros ad Herennium non eſſe Ciceronis. ſed Cornificii, ad quem Ciceronis Epiſtolæ quædam extant, & paulo poſt Ciceronis mortem editos.

14. *Ipſis librorum ...... titulis.*] Suſpicor deeſſe præpoſitionem τὴν *in*. CAPPER.

15. *Igitur rhetorice.*] Hæc Fabii diviſio conſentit cum Ciceronis partitione, qua diſtribuit doctrinam dicendi in *vim oratoris*, *orationem*, & *quæſtionem*; nam vis oratoris complectitur artem & artificem, oratio opus: operi porro & arti admixta eſt materia, quæ appellatur quæſtio. TURNEB.

16. *Cavillationis.*] Hoc ipſum eſt quod Gallice vocamus, *mauvaiſe chicane*, *vetillerie*, &c. CAPPER.

17. *Dividetur: ut de arte, de artifice, de opere dicamus.*] Cicero in *partitionib. oratoriis*, rhetoricam dividit in *vim oratoris*, *orationem*, & *quæſtionem*; quam quidem diviſionem ita intelligit Voſſius *de natura rhetorices*, pag. 14 ut ars rhetorica, partim tractet de materia [hæc eſt *quæſtio*] partim de opere, quod eſt *oratio*, partim de oratoris officio. Philo de ſomniis, rhetoricam dividit in τὸ εὑρεῖν *inventionem*, φράζειν *elocutionem*, τάξιν *ordinem*, οἰκονομίαν *diſpoſitionem*, μνήμην *memoriam*, & ὑπόκρισιν *actionem*, ſeu *pronunciationem*; ubi Voſſius notat τὴν μνήμην *memoriam*, non eſſe propriam rhetoricæ partem; τάξιν *ordinem* vero idem eſſe, quod οἰκονομίαν *diſpoſitionem*. Voſſius ibidem, improbata Quinctiliani diviſione, (quanquam cur improbet, non exponit) hanc ipſe adducit. Rhetoricæ, inquit, partes ſunt quatuor; *inventio*, *elocutio*, *diſpoſitio*, & *pronunciatio*. Cæterum Fabius noſter hoc loco tradit potius operis ſui. quam rhetorices ipſius diviſionem; nam præclaram hancce artem alii alia ratione docuerunt & explicarunt: ſed lib. 3. cap 3. rhetoricen ipſam, ſeu, ut ipſe loquitur, orandi artem dividit, ſecundum plurimos & maximos auctores, in *inventionem*, *diſpoſitionem*, *elocutionem*, *memoriam* & *pronunciationem*, ſeu *actionem*; atque hanc diviſionem nonnullis rationibus adſtruit. Unde non video, quam hic litem Fabio movere poſſit Voſſius CAPPER.

18. *Diſciplina præcipi.*] *Percipi* ſcribendum eſt; nam artes diſcendo percipimus atque conſequimur. REGIUS. *præcipi*: Ald. margo Baſil.

19. *Percipit hanc artem.*] *Præcipit*; Gryph. marg. Baſil. *percepit*; Bern.

20. *Opus quod efficitur.*] *Eſt* verbum videtur adſcribendum, ut legatur; *opus eſt*, *quod efficitur*. REGIUS. ita poſſumus illud, *artis ſeveræ effectum*, capere apud Petron cap. v.

21. *Ordiar.*] *Exequar*; MS. Joan. Voſſ. prim. tert.

CAPUT XV.

Quid ſit rhetorice, & [1] *quis ejus finis.*

XVI. ANTE omnia, quid ſit *rhetorice*; quæ [2] finitur quidem varie, ſed quæſtionem habet duplicem. [3] Aut enim de qualitate ipſius rei, aut [4] de comprehenſione verborum diſſenſio eſt. Prima ac præcipua opinionum circa hoc differentia, [5] quod alii malos quoque viros poſſe oratores [6] dici putant: alii (quorum nos ſententiæ accedimus) nomen hoc, artemque, de qua loquimur, [7] bonis demum tribui volunt. Eorum autem, qui dicendi facultatem a majore ac magis expetenda [8] vitæ laude ſecernunt; quidam *rhetoricen* vim tantum; quidam ſcientiam, ſed non virtutem; [9] quidam uſum; quidam artem quidem, ſed a ſcientia &

Varias ponit *rhetorices* definitiones, varios quoque fines; quibus improbatis, demum colligit *rhetorices* eſſe finitionem, *ſcientiam bene dicendi*; finem vero, *bene dicere*. TURNEB.

1. *Quis ejus finis.*] Τὸ *finis*, hoc in capite, ſæpius definitionem, rariſſime finem proprie dictum τέλος, τὸ δ᾽ ὅρον significat, ut attentius legenti patebit. Hæc *homonymia*, ſive, ut barbare loquuntur, *æquivocatio*, fluxit ex Græca voce ὅρος, id eſt, *finis*, itemque *definitio*. Sic etiam lib. 3. cap. 8. & lib. 7. cap. 4 τὸ *finis*, *finitio*, *finire*, ſæpe uſurpat Fabius, pro eo, quod vulgo dicitur *definitio*, *definire*. Hinc, opinor, lucem accipiet ille Juvenalis Satir. 6. verſus 443. de philoſophante femina.

Imponit finem ſapiens & rebus honeſtis,

id eſt, docta & philoſopha illa mulier tradit accuratas definitiones de eo quod honeſtum eſt CAPPER.

2. *Finitur.*] *Finire* ac *definire* idem interdum ſignificat, ut *finis* & *definitio*: quum *finis* ſummum & ultimum etiam ſignificat, Græce τέλος dicitur: quando vero pro definitione ponitur, ὅρος vocatur. REGIUS.

3. *Aut enim de qualitate.*] In definitionibus interdum quæritur, verumne hoc an falſum, quod ad qualitatem eſt referendum; ut, an *rhetorice* bona eſt, an mala: interdum vero pluſne complectatur an minus, quod ad comprehenſionem verborum referri debet. TURNEB.

4. *De comprehenſione verborum.*] Id eſt, de complexione verborum, quibus conſtare debeat definitio; de definitione, quæ omnia verba rei explicandæ neceſſaria comprehendat. Vide paulo infra, ubi de minus accurata definitione ſic habet: *Sed ne hic quidem ſatis eſt comprehenſum.* CAPPER.

5. *Quod alii malos*] Hunc locum Fabius exequitur fuſius cap. 1. lib. 12. TURNEB.

6. *Dici putant.*] Ut Gorgias apud Platonem. MOSELLANUS.

7. *Bonis demum tribui volunt.*] Ut Cicero, & Socrates apud Platonem. IDEM. Nota vero Fabium *demum* pro *tantum* ponere. ut mox hoc capite, *circa civiles demum quæſtiones verſari*, & lib. VII. præfat & alibi.

8. *Vitæ laude.*] Hoc eſt, virtute, ſeu morum probitate, quæ viros bonos efficiat. CAPPER

9. *Quidam uſum.*] Græce τριβήν. Sic paulo infra: *Sed Critolaus uſum dicendi*, (*rhetoricen eſſe dixit*) *nam hoc* τριβὴν *ſignificat.* CAPPER.

virtute [10] dijunctam; quidam etiam pravitatem quamdam artis, id eſt, [11] κακοτεχνίαν nominaverunt. [12] Hi fere, aut in perſuadendo, aut in dicendo [13] appoſite ad perſuadendum, poſitum orandi munus ſunt arbitrati. Id enim fieri poteſt ab eo quoque, qui vir bonus non ſit. Eſt igitur frequentiſſimus *finis* [14] *rhetorices*, [15] *vis perſuadendi.* Quod ego *vim* appello, plerique *poteſtatem*, nonnulli *facultatem* vocant; quæ res ne quid afferat ambiguitatis, *vim* dico τὴν δύναμιν. Hæc opinio [16] originem ab Iſocrate (ſi tamen re vera Ars, quæ circumfertur, ejus eſt) duxit; qui, cum longe ſit a voluntate infamantium oratoris officia, finem artis temere comprehendit, dicens eſſe *rhetoricen perſuadendi opificem*, id eſt, πειθοῦς δημιουργόν. Neque enim mihi permiſerim eadem uti [17] *declinatione*, qua Ennius M. Cethegum [18] *Suadæ medullam* [19] vocat. [20] Apud Platonem quoque Gorgias in libro, qui nomine ejus inſcriptus eſt, idem fere dicit: ſed hanc Plato illius opinionem vult accipi, non ſuam. [21] Cicero [22] pluribus locis ſcripſit, oratoris officium eſſe, *dicere appoſite ad perſuadendum.* [23] In rhetoricis etiam, quos ſine dubio ipſe [24] non probat, [25] finem facit *perſuadere.* [26] Verum & pecunia perſuadet, & gratia, & auctoritas dicentis, & dignitas, & poſtremo aſpectus etiam ipſe ſine voce, quo vel recordatio meritorum cujuſque, [27] vel facies aliqua miſerabilis, vel [28] formæ pulchritudo ſententiam dictat. Nam & [29] M. Aquilium defendens Antonius, quum ſciſſa veſte cicatrices, quas is pro patria pectore adverſo ſuſcepiſſet, oſtendit; non orationis habuit fiduciam, ſed oculis populi Romani vim attulit, quem illo ipſo aſpectu maxime motum in hoc, ut abſolveret reum, creditum eſt. [30] Servium quidem Galbam miſeratione ſola, qua non ſuos modo liberos parvulos

10. *Sejunctam.*] *Disjunctam*; Andr. Locat. Ald. Par. Colin. Baſil. *dijunctam*; MSS. Bal. Alm. & Obrecht. & ita apud Cicer. 1. ad Fam 9. *Nam ab orationibus disjungo me fere, referoque ad manſuetiores muſas*; & ita *dijunctionem* Gellio lib. 11. 7. aſſeruit ὁ πάνυ Gronovius. BURM.

11. *Κακοτεχνίαν.*] *Κακοτεχνίαν* appellamus eam artem, quæ non ad bonum, ſed ad malum eſt comparata; cujuſmodi ars magica. Porro nonnulli *rhetorica* ad hominum perniciem abutuntur. TURNEB.

12. *Hi fere.*] *Hi autem fere in perſuadendo*; Sich.

13. *Appoſite.*] *Aperte*; MS. Joan. *apte*; MSS Bodl. Bal. Andr. Obrecht.

14. *Rhetorices, vis.*] *Rhetoricen eſſe vim perſuadendi*; MSS. Bodl. Bal. Alm. Andr. Ald. Par. Locat. Baſil. Voſſ. ſecund. Bern.

15. *Vis perſuadendi.*] Vide Ariſtid. Orat. penult. pag. 702. tom. III. Edit. Steph. ALMELOV.

16. *Originem ab Iſocrate duxit.*] Cicero negat ſe quicquam vidiſſe ſcriptum de rhetorica ab Iſocrate; cujus opinionem ſequi videtur Fabius; negat enim eum libellum, qui ejus nomine ferebatur, ab eo ſcriptum. TURNEB. *ab ipſo Socrate*; MS. Bodl.

17. *Declinatione.*] *Declaratione*; Ald. Baſil. Gryph. Vidov. alii *declinationem* defendunt, quaſi Ennius dixiſſet *ſuadai* pro *ſuadæ*: ſed de hac hic non agitur, verum de tota dictione, quæ duriorem *metaphoram* habet, & ita declinat a vulgari nimium ſermone: ſic capit. 13. ab *orbita declinare* dixit, & ita paſſim alii *declinare de via.* BURMAN. *Eadem uti declinatione.*] Declinationem hic vocat formationem nominis derivati a quopiam primitivo: ſic lib. 8. cap 3. *In tractu & declinatione, talia ſunt, qualia apud Ciceronem,* beatitas & beatitudo, (*a verbo* beare;) *nec a verbis modo, ſed a nominibus quoque derivata ſunt quædam, ut* ſullaturit, (*a ſulla, vel ſylla.*) Item Varro lib. 1. de Lingua Lat. *primigenia dicuntur verba, ut* lego, *& cetera, quæ non ſunt ab aliquo verbo: contra verba declinata ſunt, quæ ab alio oriuntur.* CAPPER.

18. *Suadæ medullam*] Ennii Annal. lib. IX. verſus eſt de Cethego.

Flos delibatus populi, Suadæque medulla.

Nomen hoc autem, ut durum, reformidat Fabius: itaque non vertit, *opificem Suadæ*, ſed *perſuadendi.* TURNEB. *Suadæ.*] Et ſane τὸ πειθοῦς δημιουργὸν ad verbum ſonat, *Suadæ opificem.* CAPPER.

19. *Vocat.*] Hos verſus Ennianos de Cethego citat Cicero in Bruto, cap. 15. & Gellius, lib. XII. cap. 2. MOSELLANUS. Vide & Cicer. libro de ſenectute, cap. 14. PHILAND.

20. *Apud Platonem quoque.*] Apud Platonem Gorgias ait *rhetorices* eſſe finem, in quocumque cœtu perſuadere auditori. TURNEB.

21. *Cicero.*] Vide Angel. Politian. Obſerv. & Emendat. cap. 91. MOSELLANUS.

22. *Pluribus locis.* De Orat. 1. cap. 31. Academ. Quæſt. lib. 1. cap. 8. de Invent. 1. 5. & Cornif. ad Herenn. 1. 2. ALMELOV.

23. *In rhetoricis, quos ipſe non probat.*] Eos enim libros Cicero junior ſcripſerat. Fabius lib 3. cap. 1. *niſi & rhetoricos ſuos ipſe adoleſcenti ſibi elapſos diceret*; lib. 3. cap. 5. ipſe (Cicero) *hos libros improbat.* lib. 3. cap. 8. *ſunt enim velut res regeſtæ in hos commentarios, quos adoleſcens deduxerat ſcholæ; &, ſi qua eſt in his culpa, tradentis eſt.* CAPPER.

24. *Non probat.*] Nam in præfatione voluminum de Oratore, libros illos ſibi rudes & impolitos excidiſſe ingenue fatetur. MOSELLANUS.

25. *Finem facit perſuadere.*] Clemens Alex. Stromat. lib 1. pag. 11. dicit, *principium eſſe probabile, officium vero argumentum, & finem perſuaſionem.* ALMELOV.

26. *Verum & pecunia.*] Superiores finitiones rhetoricæ improbat, cum ſint in communitate, non in proprietate. TURNEBUS.

27. *Vel facies.*] Tum etiam lachrymæ, ut Ovidius de Pont. lib. III. Eleg. 1.

Nec, tua ſi fletu ſcindantur verba, nocebit:
Interdum lachrymæ pondera vocis habent.

ALMELOV.

28. *Formæ pulchritudo ſententiam dictat.*] Non abſurde igitur hanc non minus, quam eloquentiam cum Iſocrate πειθοῦς δημιουργὸν appellaveris. Cujus rei documentum habemus in Hyperide, ſummo & omni elegantia inſtructo oratore; qui, cum pulcher & inſigni ſpecie ad formoſæ mulieris defenſionem acceſſiſſet, quo plus momenti habitura eſſet ejus oratio, ipſam Phrynen omnium ſui temporis facie eximia, & ſingulari venuſtate pulcherrimam, in oculos judicum, ut naturæ divinum opus induxit: itaque ii motus in omnium animis conſecuti ſunt, ut rea unis omnium ſuffragiis abſolveretur. Adeundus Ludovicus Creſollius, Vacat. Autumn. lib. 3. cap. 29. ſect. 3. pag. 647. PAREUS. notum illud dictum Publii Syri,

Formoſa facies muta commendatio eſt.

& Lucan. X. 105.

Vultus adeſt precibus, facieſque inceſta perorat.

profuit certe Cleopatræ apud Julium Cæſarem *forma*, quæ *aderat*, (id eſt, loco patroni cujuſdam facundiſſimi, *cauſam* ejus agebat) *puellæ, & quæ duplicaretur ex illo, quod talis paſſa videbatur injuriam*; Florus IV. 2. ſed eadem fruſtra *tentavit oculos* Auguſti; nam *pulchritudo intra pudicitiam Principis fuit*, ut idem ait, lib. IV. 11. BURMAN.

29. *M. Aquilium.*] M. Aquilius in Sicilia bellum ſervile confecit: is tamen poſtea repetundarum eſt accuſatus, quod ſocios expilaſſet; quem cum defenderet Antonius, nudavit *diloricata veſte.* TURNEB. de *M. Aquilio* Cicero II. de Orat. cap. 47. & lib. V. in Verr. cap. 1. *Manium Aquilium*; V. C. Almel.

30. *Sergium quidem Galbam.*] Sergius Galba prætor in Hiſpania, Luſitanorum manum, fide publica interpoſita, inte-

[31] in concionem produxerat, ſed Galli etiam Sulpitii filium ſuis ipſe manibus circumtulerat, elapſum eſſe, cum aliorum monumentis, tum Catonis oratione teſtatum eſt. Et [32] Phrynen, non Hyperidis [33] actione, quanquam admirabili, [34] ſed conſpectu corporis, quod illa, ſpecioſiſſimum alioqui, diducta nudaverat tunica, putant periculo liberatam. Quæ ſi omnia perſuadent, non eſt hic, de quo locuti ſumus, idoneus finis. Ideoque diligentiores viſi ſunt ſibi, qui, cum de *rhetorice* idem ſentirent, exiſtimaverunt eam, [35] *vim dicendo perſuadendi.* Quem finem Gorgias in eodem, de quo ſupra diximus, libro, velut coactus a Socrate facit; a quo non diſſentit [36] Theodectes; ſive ipſius id opus eſt, quod de *rhetorice* nomine ejus inſcribitur; [37] ſive, ut creditum eſt, Ariſtotelis; in quo eſt, finem eſſe *rhetorices*, *ducere homines dicendo in id quod* [38] *actor velit.* Sed [39] ne hic quidem ſatis eſt comprehenſum; perſuadent enim [40] dicendo, vel ducunt in id quod volunt, alii quoque; ut meretrices, adulatores, [41] corruptores. At contra non perſuadet ſemper orator; ut interim non ſit proprius hic finis ejus; interim ſit communis cum iis, qui ab oratore procul abſunt. Atqui non multum ab hoc fine abeſt [42] Apollodorus, dicens *judicialis* orationis primum & ſuper omnia eſſe, *perſuadere judici, &* [43] *ſententiam ejus ducere in id quod velit.* [44] Nam & ipſe oratorem fortunæ ſubjicit; ut, ſi non perſuaſerit, nomen ſuum retinere non poſſit. [45] Quidam receſſerunt ab eventu, ſicut [46] Ariſtoteles, [47] qui dicit: *Rhetorice eſt* [48] *vis inveniendi omnia in oratione* [49] *perſuaſibilia.* Qui *finis* & illud vitium, de quo ſupra diximus, habet; & inſuper, quod nihil niſi *inventionem* complectitur, quæ ſine *elocutione* non eſt oratio. [50] Hermagoræ, qui finem ejus eſſe ait, *perſuaſibiliter dicere*; & aliis, qui eamdem ſententiam non eiſdem tantum verbis explicant, ac finem eſſe demonſtrant, *dicere, quæ oportcat, omnia ad perſuadendum*, ſatis reſponſum eſt, cum perſuadere non tantum oratoris eſſe convicimus. Addita ſunt his alia varie. [52] Quidam enim circa res omnes, quidam circa civiles modo verſari [53] *rhetoricen* putaverunt: quorum verius utrum ſit, in eo loco, qui hujus quæſtionis proprius eſt, dicam. Omnia ſubjeciſſe oratori videtur Ariſtoteles, cum dixit, [54] *vim eſſe dicendi*, [55] *quid in quaque re poſſit eſſe perſuaſibile.* Et Patrocles, qui non quidem adjicit, *in quaque re*; ſed nihil excipiendo,

remit: ideo accuſatus eſt a Libone trib. pleb. ſubſcriptore etiam Catone. TURNEB. *Servium*; MSS. Bodl. Joan. Alm. Andr. Locat. Ald. Voſſ. omn. Bern. Colon. Sich. Vaſc. Steph. Colin. Baſil. & recte; *Sergius* enim alterius gentis nomen, ſed *Servius* Sulpitiorum prænomen. Vide Glarean. ad Sueton. Galb. 1. & Urſinum in gente Sulpicia; & Val. Max. lib. VIII. cap. 1. §. 2. BURMAN.

31. *In concionem.*] *In concione*; MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. Ald. Voſſ. tert. Bern.

32. *Phrynen.*] Phrynen meretricem Theſpienſem, capitis reum factam ab Euthina, defendit Hyperides. Qui, cum ſenſiſſet oratione ſua non permoveri judices, productæ in medium veſtem diſcidit, & pectus nudavit; tum omni oratione ad miſerationem converſa, extorſit judicibus abſolutionem: unde lege cautum poſtea fuit, ne quis, pro reo dicens, miſerationibus uteretur, neve reus in judicio adſpiceretur. Athenæus lib. XIII. cap. 6. CAMERARIUS.

33. *Actione.*] Id eſt, oratione defenſoria. CAPPER.

34. *Sed aſpectu.*] *Conſpectu*; MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. Ald. Locatel. Par. Colon. Sich. Vaſc. Gryph. Colin. Baſil. Voſſ. prim.

35. *Vim dicendo perſuadendi.*] *Vim in dicendo*; V. C. Almel.

36. *Theodectes.*] Diſcipulus Iſocratis, rhetor nobilis, de quo plura Gellius x. 18. & qui quoque certavit ad Mauſoleum. MOSELL. Vide Valer. lib. 8. cap. 14. Exter. §. 3.

37. *Sive Ariſtotelis.*] Librum de rhetorice donavit diſcipulo Theodecti Ariſtoteles, qui ſub Theodectis etiam nomine eſt emiſſus: cum tamen, ut ſuum, Ariſtoteles poſtea aſſeruit. TURNEB. Vide ſupr. lib. 1. cap. 4. quæ hac de re notavimus. CAPPER.

38. *Actor velit.*] *Auctor*; V. C. Alm. Voſſ. Bern.

39. *Ne hic quidem.*] *Ne hoc quidem*; MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. Sich. Gryph. Colin. *Ne hic quidem ſatis eſt comprehenſum.*] Non eſt ſufficiens verborum comprehenſio ad accuratam perfectamque definitionem. Vide ſupra ad initium hujus capitis, ubi *de verborum comprehenſione*. CAPPER.

40. *Ducendo.*] *Dicendo*, non *ducendo* eſt legendum: eadem autem ratione hæc definitio confutatur, qua & ſuperior; quod videlicet aliis etiam, quam rhetoricæ, conveniat. REGIUS.

41. *Corruptores.*] Perductores. PITHOEUS. Cicer. III. Verr. 2 *corruptorem*, *adulterum*. Vide Paſſerat. ad Propert. 1. 8. pag. 181.

42. *Apollodorus.*] Auguſtiorem præſcripſit finem Apollodorus, *judicialibus* dumtaxat *cauſis* comprehenſum; nam eas ſolas in arte tractavit, ut docet Fab. lib. 3. TURNEB.

43. *Sententiam ſuam retinere in id.*] Emendate in aliis exemplaribus legitur; *& ſententiam ejus ducere in id quod velit*; illud enim eſt perſuadere. REGIUS.

44. *Nam & ipſe.*] *Ipſum oratorem*; MSS. Bodl. Alm. Andr. Venet. Locat.

45. *Quidam receſſerunt ab eventu.*] Id eſt, rhetoricam definire voluerunt independenter ab orationis eventu, ſive ſucceſſu oratoris. CAPPER.

46. *Ariſtoteles.*] Lib. 1. ad rhetoric. 7. PHILAND.

47. *Qui dicit.*] *Qui*, non habet. V. C. Alm.

48. *Vis inveniendi.*] Ex Ariſtotele legendum eſſe, *vis videndi*, volebat Francius; ut etiam mox, *vim eſſe videndi quid in quaque re poſſit eſſe perſuaſibile*. Ariſtotelis enim verba ſunt, ἔστω δὴ ῥητορικὴ, δύναμις, περὶ ἕκαστον, τοῦ θεωρῆσαι τὸ ἐνδεχόμενον πιθανόν: ad quæ jam Victorius, pag. 33. edit. Baſil. obſervavit *videndi* legendum, in ſecundo loco; & pluribus agit de hac Ariſtotelis definitione, & Quinctiliani criminatione. BURMAN.

49. *Perſuaſibilia.*] *Perſuadibilia*; Ald. & ita mox *perſuadibiliter*; & porro ſemper, itemque in Voſſ.

50. *Hermagoræ.*] Scribit Fortunatianus Hermagoram non ſimpliciter pronunciaſſe finem rhetorices eſſe, *perſuaſibiliter dicere*; ſed, ut vitaret cavillationes, addidiſſe, *quoad pateretur rei natura & perſonæ conditio*. TURNEB.

51. *Non iiſdem tamen verbis.*] Quibuſdam quidem *tamen* particula ſenſui convenire videtur. Sed mihi certum eſt *tantum* eſſe legendum. REGIUS. *tantum*; V. C. Alm. & Locat. Baſil. & Obrecht. & Gibſ. *tamen*; Voſſ. ſecund.

52. *Quidam enim circa.*] Hac de re Fabius tractabit in fine lib. 2. nam hoc non ad finem pertinet, ſed ad materiam. TURNEB.

53. *Rhetoricen putaverunt.*] Cap. 21. hujus lib. 2. de materia rhet.

54. *Vim eſſe dicendi.*] Apparet hic pro *dicendi*, legendum eſſe *inveniendi*, ut antea; & alioqui poſtea hunc finem dixit ſolam complecti inventionem; forte tamen *videndi* legi poſſit; legitur enim apud Ariſtotelem, τοῦ θεωρῆσαι. TURNEB.

55. *Quid in quaque re.*] *Quidquid in quaque re*; Obrecht.

idem

idem oſtendit. *Vim* enim [56] vocat *inveniendi*, *quod ſit in oratione perſuaſibile*: qui *fines* & ipſi ſolam [57] complectuntur *inventionem*. Quod vitium fugiens [58] Theodorus, *vim putat inveniendi & eloquendi cum ornatu credibilia*, *in omni oratione*. Sed cum eodem modo credibilia, quo perſuaſibilia, [59] etiam non orator inveniat; adjiciendo, *in omni oratione*, magis quam ſuperiores, concedit ſcelera quoque [60] perſuadentibus pulcherrimæ rei nomen. [61] Gorgias apud Platonem [62] perſuadendi ſe artificem in judiciis, & aliis cœtibus eſſe ait, de juſtis quoque & injuſtis tractare; cui [63] Socrates perſuadendi, non docendi concedit facultatem. Qui vero non omnia ſubjiciebant oratori, ſollicitius ac verboſius, ut neceſſe erat, adhibuerunt diſcrimina; quorum fuit Ariſton, Critolai Peripatetici diſcipulus, cujus hic *finis* eſt, *ſcientia videndi & agendi in* [64] *quæſtionibus civilibus* [65] *per orationem popularis perſuaſionis*. Hic *ſcientiam*, quia Peripateticus eſt, [66] non ut Stoïci, virtutis loco ponit: [67] *popularem* autem comprehendendo *perſuaſionem*, etiam contumelioſus eſt adverſus artem orandi, quam nihil putat doctis perſuaſuram. Illud de omnibus, qui circa civiles demum quæſtiones oratorem judicant verſari, dictum ſit; excludi ab his plurima oratoris officia; [68] illam certe *laudativam* totam, quæ eſt *rhetorices* pars tertia. [69] Cautius Theodorus Gadareus, ut jam ad eos veniamus, qui artem quidem eſſe eam, ſed [70] non virtutem, putaverunt. Ita enim [71] dicit (ut ipſis eorum verbis utar, [72] qui hoc ex Græco tranſtulerunt:) [73] *Ars inventrix, & judicatrix, & enuntiatrix* [74] *decente ornatu*, *ſecundum* [75] *menſionem ejus* [76] *quod* [77] *in quoque poteſt ſumi perſuaſibile*, *in materia civili*. [78] Itemque Cornelius Celſus, qui finem *rhetorices* ait, *dicere perſuaſibiliter in* [79] *dubia*, *& civili materia*. [80] Quibus ſunt non diſſimiles, qui ab aliis traduntur; [81] qualis eſt ille: [82] *Vis dicendi & eloquendi de rebus civilibus ſubjectis ſibi*, *cum quadam perſuaſione*, *& quodam corporis habitu*, *& eorum*, [83] *quæ dicet*, *pronuntiatione*. Mille alia, ſed aut eadem, aut ex eiſdem compoſita; [84] quibus item, cum de materia *rhetorices* dicendum erit, reſpondebimus. Quidam eam neque vim, [85] neque ſcientiam, neque artem putaverunt: ſed Critolaus *uſum dicendi*; nam hoc [86] τριβὴ ſignificat. [87] Athenæus fallendi artem. [88] Plerique autem,

56. *Vocat inveniendi quod ſit.*] *Quid ſit.* FRANCIUS.

57. *Complectuntur.*] *Amplectuntur*; marg. Baſil.

58. *Theodorus.*] *Eudorus*; MS. Joan. Vidov. Steph. marg. *Eudoxus*; Andr. *Eudorus*; Voſſ. Bern.

59. *Cum etiam non orator inveniat*] Græce diceretur, Καὶ ὁ μὴ ῥήτωρ; id eſt, ille etiam qui non eſt orator. CAPPER.

60. *Perſuadentibus.*] *Suadentibus*; Locat. Ald. Gryph. Baſil. Vidov. Voſſ. ſecund.

61. *Gorgias apud Platonem.*] Gorgias dicit oratorem perſuadere in foro judicibus, in ſenatu ſenatoribus, in concione auditoribus, & in cæteris quoque cœtibus, quod illi concedit Socrates. TURNEB.

62 *Perſuadendi ſe artificem.*] *Suadendi*; V. C. Alm.

63. *Socrates.*] Ex Platone adducit verba Camerarius, quæ, quia longiora, ibi poſſunt legi.

64. *Quæſtionibus civilibus.*] Hermogenes *quæſtionem civilem* finit, controverſiam, quæ vel a legibus, vel a conſuetudinibus oriatur, in qua tractetur *de opinato vel juſto, vel honeſto, vel utili.* TURNEB.

65. *Per orationem.*] *Operationem*; marg. Baſil.

66. *Non ut Stoici.*] Peripateticis ſcientia tam bona eſt, quam mala: Stoicis vero duntaxat bona, qui alioqui (ut ſcribit Cicero 2. de Orat.) rhetoricam virtutem ponunt ſapientiæ partem. TURNEB.

67. *Popularem autem comprehendendo.*] *Tantum*, quod ſenſui deeſſe videtur, adſcribendum eſt; ut legatur, *popularem autem tantum.* REGIUS. *Comprehendendo tantum*; Ald. Baſil.

68. *Illam laudativam.*] Hoc eſt, genus orationis *demonſtrativum*, ſeu *epidicticum*, quod laudationem continet & vituperationem. Hæc autem tertia pars eſt *rhetorices*; prima enim eſt *deliberativa*, ſive *ſuaſoria*; ſecunda, *judicialis*; idque ex veterum ſententia. CAPPER.

69. *Cautius Theodorus.*] Theodorus Gadareus a Gadaris urbe Judaææ eſt appellatus, qui tamen ſe Rhodium dici maluit, quia diu Rhodi erat profeſſus. TURNEB. Vide ſupr. cap. XI. & infr. III. I.

70. *Virtutem putaverunt.*] *Eſſe credunt vel putaverunt*; MS. Joan.

71. *Dicit.*] *Dicunt*; MSS. Bodl. Bal.

72. *Qui hoc.*] *Qui hæc*; V. C. Alm. Voſſ. prim.

73. *Ars inventrix & judicatrix & enuntiatrix*, *&c.* Erat, opinor, in Græco Theodori Gadarei textu. Τέχνη εὑρετικὴ καὶ κριτικὴ καὶ ἀπαγγελτικὴ εὐπρεπεῖ κόσμῳ, τοῦ μέτρου τοῦ ἐν ἑκάστῳ ἐνδεχομένου πιθανοῦ, ἐν ὕλῃ πολιτικῇ. CAPPER.

74. *Decente.*] *Decenti*; Voſſ. prim. tert.

75. *Mentionem.*] *Menſionem*; MSS. Bodl. Almel. Voſſ. prim. Steph. Gryph. Roignii, Obrecht. *inventionem*; Ald. Baſil.

76. *Quod in.*] *Quid in*; Voſſ. ſecund.

77. *In quoque.*] *In quocumque*; V. C. Alm.

78. *Itemque Cornelius.*] Celſum reprehendit Fabius, libro tertio, cap. 5. quod ſcripſerit, oratorem duntaxat dicere de re dubia: orator quoque non ſolum in negotiis civilibus, ſed extra negotia verſatur. TURNEB.

79. *Dubia & civili.*] *Dubia civili*; V. C. Alm. *vel civili*; Voſſ. ſecund.

80. *Quibus ſunt non diſſimiles.*] Id eſt, quibus ὅροις definitionibus non diſſimiles ſunt οἱ τῆς *rhetoricæ* ὅροι *fines*, ſeu definitiones. CAPPER.

81. *Qualis eſt ille.*] *Eſt & ille*; V. C. Almel. Ald. Gryph. Colin. Baſil. *Qualis eſt ille.*] Ὅρος *finis* τῆς *rhetoricæ*, ſeu definitio. CAPPER.

82. *Vis dicendi & eloquendi.*] Forte melius loco *dicendi*, legitur *videndi*, quod refertur ad inventionem. TURNEB. *Videndi*; MSS. Bodl. Joan. Alm. Voſſ. tert. Sich. Ald. Colin. Obrecht. margines Steph. Gryph. & Baſil. *dicendi*, ex illis, quæ ſupra de Socrate dixit, malebat Gallæus.

83. *Quæ dicet.*] *Quæ decet*, alios legere notaverat Almelovenius. *dicit*; Obrecht.

84. *Quibus item.*] *Item* non habet Obrecht.

85. *Neque ſcientiam neque artem.*] Scientia certiſſima eſt; & acquiritur per ἀπόδειξιν, id eſt, demonſtrationem: ars vero conſtat* perceptionum comprehenſione tendentium ad unum ſcopum. TURNEB.

86. *Τριβή.*] Ἄτεχνος τριβή, in Phædro & Gorgia τριβὴν & ἐμπειρίαν vocat locorum artificium, οὐ τέχνην, & facit particulam τῆς κολακείας, ut rhetoricam quoque. CAMERAR.

87.] *Athenæus.*] Athenæus, ut inquit Strabo, Philoſophus fuit Peripateticus, qui tempore Auguſti Cæſaris Romæ aliquandiu vixit. TURNEB. Athenæus nobilis ſcriptor Græcus, cujus opera adhuc exſtant, ad cujus imitationem Gellius & Macrobius ſcripſerunt; ſed is longe felicius: non multum ab hoc fine * Athenæi abeſt T. Caſtritii ſententia apud Gell. I. 6 ſed hunc una cum aliis ſatis refutat Fabius noſter. MOSELLAN. Confundit Moſellanus Athenæum Naucratitam, cum Athenæo rhetore, qui jam ante Varronem vixit, & cujus nihil exſtat; licet recte diſtinguat hos duos ipſe Moſellanus ad lib. III. cap. I. Vide Fabric. Biblioth. Græc. lib. IV. cap. 20. §. 5. in notis, & infra lib. III. cap. I. BURMAN.

88. *Plerique autem.*] Auctoritatem Platonis, quæ obji-

dum pauca ex Gorgia Platonis, a prioribus imperite excerpta, legere contenti, [89] neque hoc totum, neque alia ejus volumina evolvunt, in maximum errorem incidetunt, creduntque, eum in hac eſſe opinione, [90] ut *rhetoricen non artem*, [91] *ſed peritiam quamdam gratiæ ac voluptatis* exiſtimet; & alio loco, [92] *civilitatis particulæ ſimulacrum*, & [93] *quartam partem adulationis*; quod [94] duas partes civilitatis corpori aſſignet, *medicinam*, & quam interpretantur [95] *exercitatricem*; duas animo, [96] *legalem*, atque *juſtitiam*; [97] *adulationem* autem *medicinæ* vocet, coquorum artificium; [98] & *exercitatricis*, [99] mangonum, qui colorem fuco, & verum robur [100] inani ſagina mentiantur; [101] *legalis*, [102] cavillatricem; [103] *juſtitiæ*, rhetoricen. Quæ omnia ſunt quidem ſcripta [104] in hoc libro, dictaque a Socrate, [105] cujus perſona videtur Plato ſignificare quid ſentiat: [106] ſed alii ſunt ejus ſermones ad coarguendos, qui contra diſputant, compoſiti, quos ἐλεγκτικοὺς vocant: alii ad præcipiendum, qui δογματικοὶ appellantur. [107] Socrates autem, ſeu Plato, eam quidem, quæ tum exercebatur, *rhetoricen*, talem putavit: nam & dicit his verbis; [108] τοῦτον τὸν τρόπον, ὃν ὑμεῖς πολιτεύεσθε. [109] Non veram autem & honeſtam intelligit. Itaque diſputatio illa contra Gorgiam ita [110] clauditur; [111] οὐκοῦν ἀνάγκη τὸν ῥητορικὸν δίκαιον εἶναι, τὸν δὲ δίκαιον βούλεσθαι δίκαια [112] καὶ πράττειν. Ad quod ille quidem conticeſcit: ſed ſermonem ſuſcipit [113] Polus, juvenili calore inconſideratior, contra quem illa de ſimulacro & adulatione dicuntur. Tum Callicles adhuc concitatior, qui tamen ad hanc [114] perducitur clauſulam, [115] τὸν μέλλοντα ὀρθῶς ῥητορικὸν ἔσεσθαι, δίκαιον ἄρα δεῖ εἶναι, καὶ ἐπιστήμονα τῶν δικαίων; ut appareat Platoni [116] non *rhetoricen* videri malum; ſed eam veram, niſi juſto ac bono, non contingere. [117] Ad-

ciebatur, ac majoris erat momenti, diligentius Fabius excutit, & adhibita diſtinctione oſtendit Platonem voluiſſe, ut rhetor bene diceret, & juſtus eſſet. TURNEB.

89. *Neque hoc totum.*] *Neque hunc totum;* ſcil. Gorgiam. FRANCIUS.

90. *Ut rhetoricen.*] Sunt hæc verba Socratis apud Platonem, quibus reſpondet Polo. TURNEB.

91. *Sed peritiam quamdam gratiæ ac voluptatis.*] Ἐμπειρίαν τινὰ vel τριβήν, quæ Platoni eſt πραγματεία ἄλογός τι καὶ ἄτεχνος στοχαζομένη τι ἡδὺ ἄνευ τοῦ βελτίστου, μνήμη σωζομένη τοῦ εἰωθότος γίγνεσθαι; id eſt, agendi modus quidam nulla ratione, nec arte inſtructus, collineans ad voluptatem, non propoſito ſibi ejus, quod optimum ſit, fine; ſed tantum memoriam eorum, quæ fieri ſolent, ſervans. CAPPER.

92. *Civilitatis particulæ.*] *Civilitatem* appellat *politicen*, quæ quidem eſt ars bene conſtituendæ & gerendæ Reip. partes ejus ſunt *legalis*, & *iuſtitia*: *juſtitiam* porro in ſpeciem æmulatur rhetorica. TURNEB. *Civilitatis particulæ ſimulacrum.*] Τῆς πολιτικῆς εἴδωλον; hoc eſt, ſimulacrum artis politicæ, ſeu qua αἱ πόλεις civitates reguntur. CAPPER.

93. *Et quartam partem adulationis.*] Appellat Plato *adulationem*, ſimulachrum quoddam fucatum rei veræ & genuinæ; quemadmodum ſophiſtica ars imitatur *legalem*, ars mangonum *gymnaſticam*. TURNEB. Vide Amm. Marcel. lib. XXX. cap. 4.

94. *Duas partes.*] Paulo diverſius Plato; ait enim nos corpore animoque conſtare, ac utrique parti ſuam præeſſe artem; animo civilem; corpori quamdam, quæ nomine careat, duas tamen habeat ſpecies, *medicinam* & *gymnaſticen*; civilem autem dividit in *nomotheticam* & *juſtitiam*. IDEM.

95. *Exercitatricem.*] *Gymnaſtice* ars eſt, quæ bonam habitudinem, quam appellat εὐεξίαν, corpori humano præſtat idoneis cibis & exercitationibus. TURNEB.

96. *Legalem, atque juſtitiam.*] Τὴν νομοθετικήν, καὶ δικαστικήν. CAPPER.

97. *Adulationem medicinæ vocet coquorum artificium.*] Κολακείαν τῆς ἰατρικῆς καλῇ τὴν τῶν ὀψοποιῶν τέχνην, vel ὀψοποιητικήν. CAPPER.

98. *Et exercitatricis*, mangonum, *qui.*] Hoc eſt, & adulationem *exercitatricis* τῆς Γυμναστικῆς, vocet τὸ τῶν mangonum artificium, ſeu τὴν κομμωτικήν, quæ corpus fucare & ita componere docet, ut quis ſanus, cum non ſit, eſſe videatur. CAPPER.

99. *Mangonum.*] *Mangones*, qui & *venalitiarii* appellantur, ſunt, qui mancipia vendunt, quorum corpora fucant, ut ſpecioſiora videantur. TURNEB.

100. *Inani ſagina.*] Id eſt corporis mole atque craſſitie: ita leginus apud Tacit. II. Annal. 88. de *ſagina gladiatoria*. Quem locum exponit Andr. Schottus, lib. V. obſerv. cap. 9. ALMELOV.

101. *Legalis*, cavillatricem.] Id eſt, & adulationem legalis ſcientiæ τῆς νομοθετικῆς vocet τὴν σοφιστικὴν cavillatricem. CAPPER.

102. *Cavillatricem.*] Nam, quemadmodum partim ex Gellio, lib. V. 3. partim ex Baſilii Magni epiſtolis ad Libanium rhetorem conſtat, plerique erant eo ſæculo rhetores, ut Protagoras, nominatim a Gellio citatus, qui profitebantur ejuſmodi artem, qua cauſſam inferiorem re ipſa, verborum lenociniis redderent ſuperiorem, & viceſſim ſuperiorem verbis adeo deprimerent, ut inferiorem facerent. MOSELLANUS. *Cavillatricem ſophiſticen*, legit. Dan. Heinſ. ad Max. Tyr. pag. 27. ALMEL.

103. *Juſtitia*, rhetoricen.] Hoc eſt, & adulationem juſtitiæ τῆς δικαστικῆς vocet τὴν *rhetoricen*. CAPPER.

104. *In hoc libro.*] Cujuſmodi eſt liber, de quo Fabius hic agit, quanquam hodie juxta Thraſylli Platonici ordinationem inſcriptionis verbum aliud eſt, etiam a Fabiano titulo non admodum diverſum; nam ἀνατρεπτικὸς præſcribitur, id eſt, *everſivus*; nimirum quod in eo libro falſa rhetorum ſententia inevitabilibus argumentis evertatur, rejiciatur, refutetur. MOSELL.

105. *Cujus perſona.*] *In cujus per;* Par.

106 *Sed alii ſunt, &c.*] Reſpondet objectioni per *diaſtolen*, ſeu diſtinctionem: appellat autem dialogos quoſdam *confutatorios*, quibus ſententiam eorum, quibuſcum Socrates diſputat, refutat; ex quibus vera Platonis ſententia erui non poteſt; hujuſcemodi eſt Gorgias: quoſdam rurſus *præceptorios*, in quibus ſua dogmata & placita conſtituit Plato. TURNEB.

107. *Socrates autem.*] Veram rhetoricam non exagitat in *Gorgia* Plato; ſed fucatam & pravam, qualem exercebant ſophiſtæ tempore Platonis. Polus ſophiſta fuit Agrigentinus, Gorgiæ diſcipulus. IDEM.

108. Τοῦτον τὸν τρόπον κλ.] *Secundum eum, quo nunc in republica vivitis, modum.* CAPPER.

109. *Non veram.*] *Non* deeſt in MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. Locatel. Obrecht. & Voſſ. prim.

110. *Clauditur.*] *Cluditur;* MS. Bodl. *concluditur;* Voſſ. ſecund.

111. Οὐκοῦν ἀνάγκη τὸν ῥητορικὸν κλ.] *Itaque neceſſe eſt, ut orator ſit vir juſtus; vir autem juſtus, juſta velit & faciat.* CAPPER.

112. Καὶ πράττειν.] Καὶ deeſt in V. C. Alm. Ald.

113. *Polus.*] Deſcribit hujus vitam Philoſtratus, lib. I. Vit. Soph. cap. 13. ALMELOV. *Populus;* V. C. Alm.

114. *Perducitur.*] *Producitur;* MS. Bodl. Ald. Locat. ante Regium lectum fuiſſe *producit* videtur, pro quo ille *perducitur* legebat.

115. Τὸν μέλλοντα ὀρθῶς ῥητορικὸν ἔσεσθαι κλ.] *Igitur eum, qui jure merito ſit orator futurus, oportet juſtum eſſe, & juſtarum rerum ſcientem.* CAPPER.

116. *Non rhetoricen.*] *Non* particula in ſuum locum transferenda videtur, ut ſit; *rhetoricen non videri malum.* REGIUS. *Malum* etiam, non *malam;* MS. Alm. Ald. Locat. Gryph. Colin. Baſil. *malam;* Edit. Steph. 1542. Voſſ. tert.

117. *Adhuc autem in Phædro.*] Opponit aliam Platonis auctoritatem, quæ ſumpta eſt a dialogo dogmatico: illic au-

huc autem in Phædro manifeſtius facit *hanc artem conſummari citra juſtitiæ quoque ſcientiam non poſſe*; cui opinioni nos quoque accedimus. An aliter defenſionem Socratis, & [118] eorum, qui pro patria ceciderant, laudem ſcripſiſſet? quæ certe ſunt oratoris opera. Sed in illud hominum genus, quod [119] facultate dicendi male utebatur, invectus eſt. Nam & Socrates [120] inhoneſtam ſibi credidit orationem, [121] quam ei Lyſias reo compoſuerat; & tum maxime [122] ſcribere litigatoribus, quæ illi pro ſe ipſi dicerent, erat moris; atque ita juri, quo non licebat [123] pro altero agere, [124] fraus adhibebatur. [125] Doctores quoque ejus artis parum idonei Platoni videbantur, qui *rhetoricen* a juſtitia ſepararent, & veris [126] credibilia præferrent; nam id quoque dicit in Phædro. Conſenſiſſe autem illis ſuperioribus videri poteſt etiam Cornelius Celſus, cujus hæc verba ſunt: *Orator* [127] *ſimile tantum veri petit.* Deinde paulo poſt: *Non enim bona conſcientia, ſed victoria, litigantis eſt præmium.* Quæ ſi vera eſſent, peſſimorum hominum foret, hæc tam pernicioſa nocentiſſimis moribus dare inſtrumenta, & nequitiam præceptis adjuvare. Sed illi rationem opinionis ſuæ viderint. Nos autem ingreſſi formare [128] perfectum oratorem, quem in primis eſſe virum bonum volumus, ad eos, qui de hoc opere melius ſentiunt, revertamur. *Rhetoricen* autem quidam [129] eamdem [130] *civilitatem* eſſe judicaverunt; [131] Cicero *ſcientiæ civilis partem* vocat. Civilis autem ſcientia [132] idem quod ſapientia eſt. [133] Quidam etiam philoſophiæ, [134] quorum eſt [135] Iſocrates. [136] Huic ejus ſubſtantiæ maxime [137] convenit *finitio*, *Rhetoricen* eſſe *bene dicendi ſcientiam.* Nam & orationis omnes virtutes [138] ſemel complectitur, & protinus mores etiam oratoris, [139] cum bene dicere non poſſit, [140] niſi vir bonus. Idem valet Chryſippi *finis* [141] ille ductus a Cleanthe, *ſcientia recte dicendi.* [142] Sunt plures ejuſdem, ſed ad alias quæſtiones magis pertinent. Idem ſentiret *finis* hoc modo comprehenſus, *Perſuadere quod oporteat*: niſi quod [143] artem ad exitum alligat. [144] Bene Areus, *Dicere ſecundum virtutem orationis.* Excludunt a *rhetorice* malos & illi, qui ſcientiam civilium officiorum [145] eam putaverunt, ſi ſcientiam virtutem judicant: ſed anguſte, intraque

tem Socrates inſectans ſophiſtas, eloquentem ſcribit eſſe debere juſtum, & rerum cognitione inſtructum. TURNEB.

118. *Eorum, qui pro patria ceciderant.*] Scripſit epitaphium Plato Athenienſium quorumdam, qui in bello perierant; quæ oratio ita placuit (inquit Cicero) ut quotannis in concione certo die recitaretur. IDEM.

119. *Facultate dicendi. Facilitate*; MSS. Bodl. Joan. Voſſ. prim. ſecund. Bern. Almel. Andr. Locatel. & ante Regium quidam.

120. *Inhoneſtam ſibi.*] Lege Cicer. de Orat. 1. 54. Valer. Maxim. VI. cap. 4 & Laërtium. PHILAND. τὸ *ſibi* deeſt in Ald.

121. *Quam ei Lyſias reo compoſuerat.*] Id eſt, ei Socrati, cum accuſaretur, in judicium vocaretur, & cauſſam diceret impietatis: non quod revera nocens eſſet; nam τὸ *reus*, Latine non ſignificat nocentem, aut culpæ affinem; ſed accuſatum τὸν φεύγοντα, Gallice *le defendeur.* CAPP.

122. *Scribere litigatoribus.*] Lex erat Athenis, ne quis ſuæ *cauſſæ* ergo patronum adhiberet; oratores tamen ſolebant litigatoribus orationes ſcribere, quas ediſcebant, & coram judice pronunciabant. TURNEB. Hi λογογράφοι dicti, & maxima infamia flagrarunt, quia ſtudio lucri omnibus orationes ſuppeditabant, quæ deinde in ipſam artem redundavit. Vid. Creſſoll. Theatr. rhet. lib. III. cap. 2. BURMAN.

123. *Pro altero agere.*] Supple, *cauſſam* in foro. CAPP.

124. *Fraus adhibebatur.*] Nam ſalvis legis verbis, legis ſententia circumveniebatur, & fiebat contra legis voluntatem. TURNEB.

125. *Doctores quoque ejus artis parum idonei, &c.*] Excutit & inveſtigat Platonis voluntatem Fabius, ut ſuperiorum objectionem ſolvat; nam taxavit ſophiſtas, qui dicendi peritiam a bene faciendo ſejunxiſſent, ut docuit in præfatione libri primi. IDEM. *Doctoreſque ejus artis*; Ald. Locatel.

126. *Credibilia.*] Τὰ πιθανὰ, id eſt, perſuaſibila, probabilia, veriſimilia. CAPP.

127. *Simile tantum veri.*] pro *veriſimile*: idque per τμῆσιν *tmeſin*, & *anaſtrophen.* CAPP.

128. *Perfectum.*] *Optimum*: Ald.

129. *Eamdem civilitatem.*] Forte, *eamdem, quam civilitatem*; ut mox *idem quod ſapientia.* BURMAN.

130 *Civilitatem.*] Τὴν πολιτικὴν, id eſt, adminiſtrandæ, ſeu regendæ reipublicæ ſcientiam, artem, facultatem &c. *ſcientiam civilem* vocat Cicero. CAPP.

131. *Scientiæ civilis partem.*] Cicero in rhetoricis, lib. I. cap. 5. eos reprehendit, qui *facultatem civilem* aiunt eſſe poſſe citra *rhetoricen*: rurſus illos arguit, qui credunt in *rhetorices* artificio totam *civilitatem* eſſe poſitam. *Civilis facultas* interdum pro morali ſcientia uſurpatur, quæ per excellentiam appellatur *ſapientia*: aliquando vero ars eſt conſtituendarum rerum publicarum, quæ pars eſt ſcientiæ moralis; quo etiam modo *ſapientia* dicetur. TURNEB.

132. *Idem quod ſapientia eſt.*] Hic τὸ *ſapientia* civilem tantum prudentiam ſignificat; nam ſi ſapientia latiori ſenſu accipiatur, non idem erit, quod *civilis ſcientia.* CAPP.

133. *Quidam etiam philoſophiæ.*] Hoc eſt, quidam philoſophiæ partem vocant τὴν *rhetoricam.* CAPP.

134. *Quorum eſt Iſocrates.*] Et ſane Iſocrates *rhetoricam* alicubi appellat, τὴν περὶ τοὺς λόγους φιλοσοφίαν; id eſt, *eam, quæ circa orationes verſatur, philoſophiam.* CAPP.

135. *Iſocrates.*] Quamvis *Socrates* fere legatur; tamen, cum Socrates nihil reliquerit ſcripti, *Iſocrates* procul dubio, & refragantibus exemplaribus, eſt legendum. REGIUS. In vetuſtis codicibus *Socrates* legitur; nam & Socrates in Phædro Platonis, ab oratore rerum cognitionem flagitat, quod eſt philoſophiæ; & hoc alioqui repugnat cum ſuperiori Iſocratis opinione. TURNEB. *Philoſophiæ; ſed Iſocratis huic e. ſ. m. c. finitio*; Obrecht. *quorum eſt & Socrates*, volebat Francius.

136. *Huic ejus ſubſtantiæ.*] Ταύτῃ αὐτῆς τῆς ῥητορικῆς οὐσίᾳ, φύσει, id eſt, huic *eſſentiæ*, naturæ huic τῆς *rhetorices*; ſi nimirum hanc eſſe *rhetorices eſſentiam*, naturam, ſubſtantiam ſtatuerimus. CAPP.

137. *Convenit.*] *Conveniet*; Ald. Bern.

138. *Semel.*] *Simul*; Ald. Gryph. Colin. Baſil. marg. & ita ſæpe hæ voces confuſæ.

139. *Cum bene dicere.*] Εὖ καὶ καλῶς, hoc eſt, bene & honeſte. CAPP.

140. *Niſi vir bonus.*] Hac de re plura diſſerentem lege Fabium, lib XII. cap. 1°. CAPP.

141 *Ille ductus.*] Francius malebat, *dictus.*

142. *Sunt plures ejuſdem, ſed, &c.*] Nam interdum ducuntur finitiones a materiali cauſſa; vel ab accidentium & proprietatum enumeratione; ſed non pertinent ad hunc locum. TURNEB. *Sunt plures ejuſdem.*] Supple, *fines* ὅροι, ſeu definitiones τῆς *rhetoricæ.* CAPPER.

143 *Artem ad exitum alligat.*] Id eſt, artem facit pendere ab operis eventu. CAPPER.

144. *Bene Areus.*] Areus rhetor fuit, cujus meminit Fabius initio, lib 3. TURNEB. *At bene Areus*; MSS. Bodl. Alm. Locatel. Colon. Par. Vaſcoſ. Gryph. Colin.

145. *Eam putaverunt, ſi ſcientiam virtutem judicant.*] Hæc non ſunt in V. C. Alm.

civiles quæſtiones, coërcent. Albutius, non obſcurus profeſſor atque auctor, *Scientiam bene dicendi* eſſe [146] conſentit; ſed exceptionibus peccat, adjiciendo, *circa civiles quæſtiones*, & [147] *credibiliter*; [148] quarum jam utrique reſponſum eſt. Probabilis & illi voluntatis, qui *recte ſentire & dicere*, [149] *rhetorices finem* putaverunt. Hi ſunt fere *fines* maxime illuſtres, & de quibus præcipue diſputatur. Nam omnes quidem perſequi, nec attinet, nec poſſum; cum pravum quoddam (ut arbitror) ſtudium circa [150] ſcriptores artium extiterit, nihil eiſdem verbis, quæ prior aliquis occupaſſet, [151] finiendi: quæ [152] ambitio procul aberit a me. Dicam enim non utique quæ invenero, ſed quæ placebunt; ſicut hoc, *Rhetoricen* eſſe *bene dicendi ſcientiam*; cum, reperto quod eſt optimum, qui quærit aliud, pejus velit. His approbatis, ſimul manifeſtum eſt illud quoque, [153] quem finem, [154] vel quid ſummum & ultimum habeat *rhetorice*, quod τέλος dicitur, ad quod omnis ars tendit. Nam, ſi eſt ipſa *bene dicendi ſcientia*, [155] finis ejus [156] & ſummum eſt, bene dicere.

146. *Conſentit.*] *Conſenſit*; V. C. Alm. Voſſ. prim. tert.

147. *Credibiliter.*] Πιθανῶς, hoc eſt, ita ut perſuaderi poſſit. CAPPER.

148. *Quarum jam utrique.*] Francius conjiciebat, *quorum*; ſed legendum *quarum*, ſcilicet exceptionum. CAPPER.

149. *Rhetorices finem.*] *Finem* non agnoſcunt MSS. Bodl. Joan. Alm. Andr. Locatel. Ald. Sich. Gryph. Baſil. Obrecht.

150. *Scriptores artium.*] Supple, oratoriarum, vel rhetoricarum. CAPPER.

151. *Finiendi.*] *Finiendo*; MSS. Joan. Bal. Ald. Sich. Baſil. Voſſ. prim Bern.

152. *Ambitio procul.*] *Ambitio quoque procul*; Alm. Cod.

153. *Quem finem, vel quid .... ultimum habeat.*] Id eſt, ad quid *rhetorica* referatur, tanquam ad ſuum finem ultimum: ubi vides, ut Fabius τὸ τέλος finem, τὸ δ' ἔσχατον; diſtinguat ab ὅρῳ *fine*, ſeu definitione, quæ eſt λόγος τῆς οὐσίας, oratio explicans rei naturam, τὸ τί ἐστι, vel, ut Ariſtotelico more loquar, τὸ τί ἦν εἶναι. CAPPER.

154. *Vel quid ſummum & ultimum.*] Hoc adjecit, ut diſtingueret ambiguitatem; nam *finis* ſignificat finitionem, & *cauſſam* finalem, de qua nunc agit. TURNEB.

155 *Finis ejus & ſummum eſt, bene dicere.*] Vide lib. xi. cap. 1°. ubi docet rhetorices finem eſſe non τὸ perſuadere; ſed τὸ bene dicere: & lib. xii. cap. 1°. ubi pluribus contendit, & ex Catone probat oratorem eſſe virum bonum dicendi peritum. CAPPER.

156. *Et ſummum.*] *Summa*; Gebh. lib. 1. Crep. cap. 3. & ita volebat Francius. Fabius cap. ſequenti; *qui ſummum rhetorices ad perſuadendi vim retulerunt*. CAPPER.

CAPUT XVI.

An utilis ſit rhetorice.

XVII. SEQUITUR quæſtio, an utilis *rhetorice*. Nam quidam vehementer in eam invehi ſolent; &, quod ſit indigniſſimum, [1] in accuſationem orationis utuntur orandi viribus: *Eloquentiam eſſe, quæ pœnis eripiat ſceleſtos, cujus fraude damnentur interim boni; conſilia ducantur in pejus; nec ſeditiones modo turbæque populares, ſed bella etiam* [2] *inexpiabilia excitentur; cujus denique tum* [3] *maxime ſit uſus, cum pro falſis contra veritatem valet.* [4] Nam & Socrati objiciunt comici, *docere eum, quomodo pejorem cauſſam meliorem faciat*; & [5] contra Tiſiam & Gorgiam ſimilia dicit polliceri Plato. Et his adjiciunt exempla Græcorum Romanorumque, [6] & enumerant, qui pernicioſa, non ſingulis tantum, ſed rebus etiam publicis, uſi eloquentia, [7] turbaverint civitatium ſtatus, vel everterint; eoque & [8] Lacedæmoniorum civitate ex-

Quæ *rhetoricæ* inſunt tractat, quæſtionemque qualitatis proponit; ac improbatis quorumdam ſententiis, ſtatuit nihil eſſe ſermone homini utilius a deo datum. TURNEB. An utilis ſit *rhetorice*, diſputat Joh. Sariſb. lib. 1. cap. 7. ALMELOV.

1. *In accuſationem orationis utuntur orandi viribus.*] Sic Cicero libro primo de Oratore ait, Platonem in Gorgia in oratoribus irridendis ſeſe maximum oratorem præſtitiſſe: hæc quæſtio tractatur a Cicerone libro primo *de Oratore*, & libro primo *de Inventione*. TURNEB. Sic exercendi gratia Picus Mirandulanus juſto pene volumine barbarum defendens eloquentiam inſectatur, idque potiſſimum efficit eloquentiæ viribus: unde huic potiſſimum ab Hermolao barbaro, & abunde reſponſum eſt apologia. MOSELLANUS. *Accuſationes*; Voſſ ſecund.

2. *Inexpiabilia.*] *Inexpugnabilia*; MSS. Bodl. Joan. Bal. Voſſ. prim. tert. Alm. Argent. Obrecht. Andr. Locat. Sich. in marg. ut & Baſil *inextinguibilia*; Ald. Vaſcoſ. ego *inexpiabilia* retinui, qua voce Cicero, Livius & alii utuntur; & ita *inexpiabilem invidiam* quoque Sueton. Cæſ. LXXVIII. dicit Horat. II. Od. 1.

——— *arma*
Nondum expiatis uncta cruoribus. BURMAN.

3. *Maxime ſit uſus.*] *Maximus*; MSS. Joan. Bal. Alm. Ald. Locat. Baſil. Voſſ. ſecund.

4. *Nam & Socrati.*] Ariſtophanes in *Nebulis* objicit Socrati, quod inferiorem *cauſſam* polliceretur ſe facere ſuperiorem; quæ fuit arrogans etiam profeſſio ſophiſtarum, ut docet Cicero *in Bruto*. TURNEB.

5. *Contra Tiſiam.*] Locus ſupra poſitus ex Phædro. De Socrate notum eſt ex *Nubibus* Ariſtophanis. Græci autem hoc ita dicunt, τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν. CAMERAR. *Lyſiam*; Ald. Gryph. Sich. & Baſil. marg.

6. *Et enumerant, qui perniciosa, &c.*] Sic apud Ciceronem libro primo de *Oratore*, Scævola malos oratores permultos enumerat, ut perniciosam doceat eloquentiam. TURNEBUS.

7. *Turbaverint.*] *Turbaverunt & everterunt*; Locatel. Ald. Baſil. Voſſ. prim. ſecund.

8. *Lacedæmoniorum civitate expulſam.*] Præſcripſit tamen Lycurgus, ut Spartani pueri honeſtam orationem docerentur, ſed tamen brevem. TURNEB.

pulſam, [9] & Athenis quoque, [10] ubi actor movere affectus vetabatur, velut reciſam orandi poteſtatem. Quo quidem modo nec duces erunt utiles, nec magiſtratus, nec medicina, nec ipſa denique ſapientia. Nam & dux [11] Flaminius, & Gracchi, Saturnini, [12] Glauciæ magiſtratus, & [13] in medicis venena, & in iis, qui philoſophorum nomine male utuntur, graviſſima nonnunquam flagitia deprehenſa ſunt. Cibos aſpernemur, attulerunt ſæpe [14] valetudinis cauſſas. Nunquam tecta ſubeamus, ſuper habitantes aliquando procumbunt. Non fabricetur militi gladius, poteſt uti eodem ferro latro. Quis neſcit ignes, aquas, ſine quibus nulla ſit vita, & (ne terrenis immorer) [15] Solem Lunamque præcipua ſiderum, aliquando [16] etiam nocere? Num igitur negabitur deformem Pyrrhi pacem [17] cæcus ille Appius dicendi viribus diremiſſe? Aut non divina M. Tullii eloquentia [18] & contra [19] leges Agrarias [20] popularis fuit? & Catilinæ fregit audaciam? & [21] ſupplicationes, qui maximus honor victoribus bello ducibus datur, in toga meruit? [22] Nonne perterritos militum animos frequenter a metu revocat [23] oratio? & tot pugnandi pericula ineuntibus, laudem vita potiorem eſſe perſuadet? Neque vero me Lacedæmonii [24] atque Athenienſes magis moverint, quam pop. Romanus, apud quem ſumma ſemper [25] oratoribus dignitas fuit. [26] Equidem nec urbium conditores reor aliter [27] effecturos fuiſſe, ut vaga illa multitudo coiret in populos, niſi docta voce commota; nec legum repertores ſine ſumma vi orandi conſecutos, ut ſe ipſi homines [28] ad ſervitutem juris adſtringerent. Quin ipſa vitæ præcepta, etiam ſi natura ſunt honeſta, plus tamen ad formandas mentes valent, quoties [29] pulchritudinem rerum claritas orationis illuminat. Quare, etiam ſi in utramque partem valent arma facundiæ, non tamen eſt æquum id haberi malum, quo bene uti licet. [30] Verum hæc [31] apud eos fortaſſe quærantur,

9. *Et Athenis quoque.*] Hoc fiebat potiſſimum in Areopago, quod inſtitutum eſt ob judicium Phrynes meretricis, quæ miſeratione judicium evaſit. IDEM. Confirmat hoc Philoſtratus, lib. 1. de vitis ſophiſtar. in procemio: cum Athenienſes magnam ſophiſtis dicendi calliditatem & argutiam ineſſe viderent, eos judiciis continuo prohibuerunt, quod jus iniqua oratione vindicarint, & juſtitiam ſæpe violarint. Confer lib. VI. cap. 1. noſtri auctoris. ALMEL.

10 *Ubi actor movere.*] Athenæus 13. cap. 6. Abſoluta Phryne ſcitum factum eſt, ne cui dicenti pro altero, miſeratione uti liceret, neve reum aut ream in judicio aſpici fas eſſet. CAMERAR. *Ubi actor.*] Supple, *cauſſarum* forenſium. Advocatos vulgo appellamus. CAPPER.

11. *Flaminius.*] Flaminius conſul ad Thraſimenum lacum victus ab Hannibale, inſignes pop. Roman. copias perdidit. TURNEB. De Flaminio Livius, lib. XXII. & de Gracchorum fratrum ſeditionibus, itemque Saturnini & Glauciæ notum ex Ciceronis Bruto. CAMERAR.

12. *Glauciæ.*] Glaucia, ut inquit Cicero in Bruto, homo pernicioſus, ex infimis ſordibus ad Præturam pervenit, conſulque factus eſſet, niſi cum Saturnino interſectus fuiſſet. TURNEB. *Glauciæ gere magiſtratus;* V. C. Alm. forte *geſſere.*

13. *In medicis.*] *In medicinis;* Locatel. Sich. Gryph. Colin Baſil.

14. *Valetudinis.*] Supple; malæ, adverſæ; hoc eſt, ægrotationis; nam τὸ *valetudo*, morbum ſæpe ſignificat. CAPPER.

15. *Solem Lunamque.*] Subindicat hoc loco Fabius noſter quorumdam Platonicorum ſententiam, qui etiam animalia quædam ſtatuebant immortalia; ut ſolem, & lunam, & reliquas ſtellas. Verum hanc ſententiam, quanquam forſan parum intellectam, Ariſtoteles pariter & Theologi refutant, decernentes omnia animalia eſſe * mortalia, nec ſtellis aut mundo etiam ipſi aliquid animæ ineſſe; ſed hæc altioris ſunt diſputationis. MOSELL.

16. *Etiam nocere.*] *Et nocere;* V. C. Alm.

17. *Cæcus ille Appius.*] Pyrrhus rex Epirotarum, militaris diſciplinæ peritiſſimus, in Italiam trajecit cum exercitu, multiſque detrimentis pop. Roman. affecit, conditioneſque pacis demum iniquas obtulit, quibus Patres aſſentiebantur; Appius tamen Claudius oratione ſua Patribus diſſuaſit. TURNEB. Hiſtoriam annotavit Florus, lib. 1. cap. 18. ex. 13. lib. LIVII. CAMERAR. Et Sil. Ital. XIII. v. 725. Ovid. VI. Faſt. v. 203. Cicer. in Brut. cap. 14. ALMELOV.

18. *Et contra leges Agrarias.*] Hæc particula *ET* valde videtur emphatica hoc in loco, ubi hunc innuit ſenſum. Tullius, etiam dum contra leges Agrarias, quibus populus, vel potius plebs Romana impenſe ſuffragabatur, peroraret; tunc tamen maxime popularis fuit; id eſt, populi, ſeu plebis fautor, populo, ſeu plebi gratus. CAPPER.

19. *Leges Agrarias.*] Servilius Rullus tribunus plebis legem tulit de agris populo dividundis, coloniiſque deducendis: eam legem Cicero conſul diſſuaſit. TURNEB.

20. *Popularis fuit.*] Id eſt populo grata: quod ſane mirandum eſt, cum in privatam cujuſque utilitatem diceret: de quo & Plinius libro VII. cap. 30. *Te dicente, legem Agrariam, hoc eſt, alimenta ſua, abdicarunt Tribus.* REGIUS.

21 *Supplicationes ... in toga meruit.*] Id eſt, etiamſi pax ab exteris hoſtibus Romæ eſſet, etiamſi togarum & urbanum magiſtratum gereret Tullius (tum enim erat conſul) meruit tamen, ut ipſius gratia ſupplicationes ad Deos certis diebus fierent. De hujuſmodi ſupplicationibus lege finem ſingulorum fere Caii Cæſaris de bello Gallico librorum. CAPPER.

22. *Nonne perterritos.*] *Num;* Ald. *non;* Steph. Roignii, Voſſ. omn.

23. *Orator.*] *Oratio;* MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. Andr. Locatel. Ald. Sich. Gryph. Baſil. Obrecht. marg. Steph. Voſſ. prim.

24. *Atque Athenienſes.*] *Aut;* Locat. Gryph. Colin. Baſil. Steph.

25. *Oratoribus dignitas fuit.*] Cicero teſtatur, poſt imperatores maximam obtinuiſſe dignitatem oratores Romæ, eorumque majorem fuiſſe gloriam, quam juriſconſultorum. TURNEB. L. tamen Craſſus cenſor magiſtros dicendi ſuſtulit. Cicero 3. de Orat. & Sueton. de claris Rhetoribus. PHILAND.

26. *Equidem nec urbium conditores.*] Hoc ſumptum eſt ex libro primo de Inventione, cap. 1. & 2. ubi Cicero eloquentiæ principium urbium conditoribus tribuit. TURNEB.

27. *Affecturos.*] *Effecturos* legendum eſt: hoc autem idem & Cicero, tum in prologo Rhetoricorum, tum in libro 1°. de Orat. cap. 9. ſcribit. REGIUS.

28. *Ad ſervitutem.*] *Severitatem;* MS. Bal. Andr.

29. *Pulchritudinem rerum.*] τὸ καλὸν, quod eſt in rebus ipſis honeſtum. CAPPER.

30. *Verum hæc.*] ex conſtitutione ſuperioris dogmatis exceptionem ducit, quæ ſummovet objectionem adverſariorum, & eloquentiæ præſtantiam laudat. TURNEB.

31. *Apud eos quærantur.*] Gallæus & Francius *querantur*, a *queror* volebant; ut intelligat eos, quos in initio capitis dixit vehementer invehi in *rhetoricen*: & recte, mea ſententia; quid enim *quærantur* hic faciat, non video. Ita *queri apud populum*, Aurel. Victorem de Viris Ill. 15. dixiſſe notant viri docti: & *ad aliquem queri*, quod idem eſt atque *apud.* Virgil. Eclog. VIII. 19.

Dum queror ad Divos,

ita enim in codice optimo invenit Heinſius; neque quem offendat, quod *querantur* abſolute ſit poſitum; ſic enim & apud Ovid. 1. Metam. v. 132.

qui ſummam *rhetorices* ad perſuadendi vim retulerunt. Si vero eſt *bene dicendi ſcientia*; [32] quem nos *finem* ſequimur, ut ſit orator in primis vir bonus; utilem certe eam eſſe confitendum eſt. [33] Et hercle [34] deus ille princeps, parens rerum, fabricatorque mundi, [35] nullo magis hominem ſeparavit a cæteris, quæ quidem mortalia eſſent, animalibus, quam [36] dicendi facultate. [37] Nam corpora quidem magnitudine, viribus, firmitate, patientia, velocitate præſtantiora in illis mutis videmus; [38] eadem minus [39] egere acquiſitæ extrinſecus opis. Nam & [40] ingredi citius, & paſci, & tranare aquas, citra docentem, natura ipſa ſciunt. Et pleraque contra frigus [41] ex ſuo corpore veſtiuntur, [42] & arma his ingenita quædam, & ex obvio fere victus: circa quæ omnia [43] multus hominibus labor eſt. [44] Rationem igitur nobis præcipuam dedit, [45] ejuſque nos ſocios eſſe cum diis immortalibus voluit. [46] Sed ipſa ratio neque tam nos juvaret, neque tam eſſet in nobis manifeſta, niſi, quæ concepiſſemus mente, [47] promere etiam loquendo poſſemus: quod magis deeſſe cæteris animalibus, quam intellectum & [48] cogitationem quamdam videmus. Nam & [49] moliri cubilia, & nidos texere, & educare fœtus, & excludere, quinetiam reponere in hyemem alimenta, opera quædam nobis [50] inimitabilia, qualia ſunt cerarum & mellis, efficere, [51] nonnullius fortaſſe rationis eſt: ſed, quia carent ſermone, quæ id faciunt, [52] muta atque irrationabilia vocantur. Denique homines, quibus negata vox eſt, [53] quantulum adjuvat animus ille cœleſtis? [54] Quare, ſi nihil a diis oratione melius accepimus, quid [55] tam dignum cultu ac labore ducamus, aut [56] in quo malimus præſtare hominibus, quam quo ipſi homines cæteris animalibus præſtant? Eo quidem magis, quod [57] nulla in parte plenius labor

Vela dabant ventis,

ſcil. homines; ubi plura notabimus. BURMAN.

32. *Quem finem.*] ὅρον, id eſt, definitionem. CAPPER.

33. *Et hercle.*] Galenus quoque in *protreptico* ad bonas artes, ſcribit hominem ſermone magis a brutis differre, quam ratione; cum rationis quadantenus exſortia non ſint, quod dicere videtur Fabius: eſtque hic locus ex Cicerone ſumptus. TURNEB.

34. *Deus ille princeps parens.*] Id eſt, ſummus, quem non nominat; quia certum erat Gentibus, nullum illum ex ſuis diis, quos colebant, fuiſſe; non ipſum etiam Jovem, ſed aliquem, quem multo antiquiorem, & ipſo mundo priorem ſentiebant; nam & ita Ovidius I. Metam. v. 32.

Sic ubi diſpoſitam, quiſquis fuit ille deorum,
Congeriem ſecuit.

ubi vide Interpretes. BURMAN.

35. *Nullo magis.* Vide ſupr. ad cap. IV.

36. *Dicendi facultate.*] Vid. Apulej. Florid. III. circa finem, & de dogmat. Platon. Arnob. adv. Gent. lib. II. Minut. Felix. pag. 16. Lactant. lib. II. cap. I. Cicer. de Invent. I. 4. & de Orat. I. 8. Auguſt. de Doctr. Chriſt. lib. I. cap. 22. Hieronym. Epiſt. XVI. & lib. I. ſelect. Galen. de uſu part. lib. I. cap. 2. & 4. ALMELOV.

37. *Nam corpora quidem, &c.* Ideo] Epicurus dicebat, *omnia fortuna facta eſſe, hominique naturam fuiſſe novercam, belluis benignam parentem*: quod refutat Lactantius in libello de opificio Dei. TURNEB.

38. *Eadem.*] Gallæus *eademque*, quia in codice Vallæ *videmuſque*, particula illa *que* trajecta.

39. *Egere acquiſita.*] *Acquiſitæ*; V. C. Alm. Locatel. Ald. Steph. Gryph. Colin. Voſſ. Baſil. Roignii, Obrecht. & credo in Lugdunenſi eſſe vitium operarum: elegans vero hujus verbi *acquirere* uſus, pro arceſſere, aſſumere. Juſtin. IV. 4. *Legatos mittunt, qui, ſordida veſte, capillo barbaque promiſſis, & omni ſqualoris habitu ad miſericordiam movendam acquiſito, concionem deformes adeunt*: quod minime ſuſpectum eſſe Scheffero debebat, qui *adſcito*, vel *accito* malebat. Sic Ovid. VII. Metam. 459.

Ante tamen bellum vires acquirit amicas.

Lucan. II. 646.

——— *Inde per arva*
Grajorum, Macetumque novas acquirite vires.

ſic *acquirere hoſtes* Juſt. III. 6. & *acquirere alicui periculum*; in quibus omnibus idem notat, quod ſimplex *quærere*, *parare*; *ut* enim *hic acquiſitæ opis egere*, ita Juſtin. II. I. *locorum vitia quæſitis arte remediis mollita*, dixit. Et Virgil. III. Georg. 549.

Quæſitæque nocent artes.

Et noſter ſupra cap. 6. figuras *quæſitas* opponit ſponte ſe offerentibus. Vide ad Petron. cap. CIX. BURMAN.

40. *Ingredi.*] Βαδίζειν, Hoc eſt, pedibus incedere. CAPPER.

41. *Ex ſuo corpore.*] *Et ſuo*; V. C. Alm.

42. *Et arma his ingenita.*] *Et armis ingenita quædam*; MSS. Joan. Bal. Voſſ. *& arma vi*; Ald. Locat. Bal. Colin. ſic Ovid. X. Metam. 3. 46.

Neve feras, quibus arma dedit natura, laceſſe.

ſed de his plenius ad Valer. Flac. agemus. BURMAN.

43. *Multis hominibus.*] *Multus*; MSS. Bodl. Alm. Andr. Locat. Ald. Sich. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Obrecht. Voſſ. omn.

44. *Rationem nobis dedit.*] Supple, Deus ille princeps; de quo ſupra. CAPPER.

45. *Ejuſque.*] *Ejuſdem*; V. C. Alm.

46. *Sed ipſa ratio.*] Donavit nos Deus ratione, ideoque etiam ſermone, ne ratio noſtra incluſa torpeſceret. TURNEB. λόγος, eſt ratio & oratio. CAPPER.

47. *Promere loquendo.*] *Interprete lingua*; Horat. Art. Poet. v. III. ALMELOV.

48. *Cogitationem.*] *Cognitionem*; margo Stephani. *Cogitationem*, (ſeu cognitionem) *quamdam .... nonnullius fortaſſe rationis eſt.*] Hæ loquendi formulæ id, quod a Fabio durius dictum videtur, emolliunt. CAPPER.

49. *Moliri cubilia.*] *Mollire*; MSS. Bodl. Joan. Bal. Voſſ. Bern. Alm.

50. *Immutabilia.*] *Inimitabilia* legendum eſt, quamvis exemplaria refragentur; hoc eſt, quæ nos imitari non poſſemus. REGIUS.

51. *Nonnullius.*] *Non nullius*; V. C. Alm.

52. *Muta atque irrationabilia.*] Videtur alluſiſſe ad etymologiam verbi Græci; nam ἄλογον, non ſolum ſignificat *irrationale*, verum etiam *mutum*; aut ſenſus eſt, animalia non prorſus eſſe irrationabilia; ſed, quia ſermone carent, idcirco & muta & irrationabilia vocari. TURNEB.

53. *Quantulum.*] *Quantum*; Ald.

54. *Quare ſi nihil, &c.*] Hanc ſententiam eſt mutuatus a Cicerone Fabius; ſic enim ille loquitur libro primo de *Orat.* cap. 8. & *de Inventione*, lib. I. cap. 4. TURNEB.

55. *Dignum cultu.*] *Dignum eſſe cultu*; Sich. Par. Gryph. Colin.

56. *In quo malimus præſtare hominibus, quam quo ipſi homines cæteris animalibus præſtant.*] Cicer. lib. I. Offic. *Cum multis rebus humiliores & inferiores ſint, videntur hac re maxime beſtiis præſtare, quod loqui poſſunt. Quare præclarum mihi videtur adeptus is, qui, qua re homines beſtiis præſtent, ea in re hominibus ipſis antecellat.* Tertullian. de Reſurrect. carnis: *Sed accepiſti homo os ad vorandum, atque potandum: cur non potius ad eloquendum, ut à cæteris animalibus diſtes? cur non potius ad prædicandum DEUM, ut etiam hominibus antiſtes?* Sidonius lib. 4. Epiſtol. 17. *Quapropter alternum ſalve rependens, granditer lætor, ſaltem in illuſtri pectore tuo vaneſcentium literarum remanſiſſe veſtigia: quæ ſi frequenti lectione continuas, experiere per dies, quanto antecellunt belluis homines, tanto anteferri ruſticis inſtitutos.* PAREUS.

57. *Nulla in parte.*] *In arte*; MSS. Bodl. Bal. Alm. Andr. *nulla parte*; Colin.

gratiam refert. Id adeo manifeſtum erit, ſi cogitaverimus, [58] unde, & quouſque jam [59] provecta ſit orandi facultas, & adhuc augeri poteſt. Nam, ut omittam, defendere amicos, regere conſiliis ſenatum, populum, exercitum in quæ velit ducere, quam ſit utile, conveniatque bono viro; nonne pulchrum vel hoc ipſum eſt, ex communi intellectu, verbiſque, quibus utuntur omnes, tantum aſſequi laudis & gloriæ, ut non loqui & orare; ſed, quod [60] Pericli contigit, [61] fulgurare ac tonare videaris?

58. *Unde & quouſque.*] *Et unde;* Locat. Steph. Gryph. Voſſ. ſecund. Colin *cogitaverimus & quouſque;* Ald.

59. *Provecta.*] *Profecta;* V. C. Alm.

60. *Pericli contigit.*] Ariſtophanes, Ἀχαρνεῦσι· ἐντεῦθεν ὀργῇ Περικλέης Οὐλύμπιος ἤστραπτεν, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα. Id eſt, *ibi tum furens Pericles ille Olympius, fulmine, tonitruque conturbabat Græciam* CAMERAR. Vide Cicer. Orat. cap. 9. ſic de Callidio *furere & bacchari* dixit in Brut. cap. 80. Columel. lib. 1. de R. R. præf. *Ciceronis fulmina* dixit. Plin. lib. 1. Epiſt. 20. & de Pomp. Saturnino. Cicer. ad Att. xv. 1. *Sed ſi recordabere* Δημοσθένους *fulmina.* Vide Plin. 1. Epiſt. 20. & Sidon. Apoll. xi. 8. Philoſtratus lib. de vitis ſophiſt. dicit Periclem γλῶτταν fuiſſe vocatum. Hieronym. præfat. in Geneſ. vocat *pertonare.* ALMELOV. Vide infra lib. xii. 10.

61. *Fulgurare.*] *Fulgere;* MS. Bodl. Joan. Voſſ. Bal. Alm. Andr. forte ſcripſerat *fulgerare*, ut in antiquis lapidibus, JOVI FVLGERATORI; Gruter. xxi. 3. & alibi; licet & *fulgere* pro fulgurare dictum eſſe non ignorem; ita enim Pomp Mel. 1. 19. de Lampſaco: *reſponſum erat, ubi primum fulſiſſet, ibi ſedem capeſſerent;* & ita Cicero dixit Orat. cap. 9. Periclem *fulgere*: de fulmine autem & tonitru, quæ eloquentia præſtantibus viris tribuuntur, vide ad Petron. cap. 11. BURMAN.

CAPUT XVII.

[1] *An rhetorice ſit ars.*

FINIS non erit, ſi exſpatiari parte in hac, & indulgere voluptati vellim. Tranſeamus igitur ad eam quæſtionem, quæ ſequitur, [1] *an rhetorice ars ſit.* Quod quidem adeo ex iis, qui præcepta dicendi tradiderunt, [2] nemo dubitavit, ut etiam ipſis librorum titulis teſtatum ſit, ſcriptos eos *de arte rhetorica*; [3] Cicero vero etiam, quæ *rhetorice* vocetur, eſſe *artificioſam eloquentiam* dicat. Quod non oratores tantum [4] vindicarunt, ut ſtudiis aliquid ſuis præſtitiſſe videantur: ſed cum his Philoſophi, & [5] Stoici, & Peripatetici plerique, conſentiunt. [6] Ac me dubitaſſe confiteor, an hanc partem quæſtionis tractandam putarem; nam quis eſt adeo, non ab eruditione modo, ſed a ſenſu remotus hominis, ut fabricandi quidem, & texendi, & e luto vaſa ducendi artem putet; *rhetoricen* autem, maximum, ac pulcherrimum (ut ſupra diximus) opus, in tam ſublime faſtigium exiſtimet ſine arte veniſſe? Equidem illos, qui contra diſputarunt, non tam ſenſiſſe quod dicerent, quam exercere ingenia [7] materiæ difficultate credo voluiſſe; [8] ſicut Polycratem, cum [9] Buſirim laudaret, & Clytæmneſtram: quanquam is, quod his [10] diſſimile non eſſet, compoſuiſſe [11] orationem, quæ eſt habita contra Socratem, dicitur. Quidam naturalem eſſe *rhetoricen* volunt, & tamen adjuvari exercitatione non diffitentur; [12] ut in libris Ciceronis [13] de Oratore dicit Antonius *obſervationem* quamdam eſſe, *non artem.* Quod non ideo, XVIII.

Hanc quæſtionem appellant dialectici, *qualis ſit*, quæ tractanda eſt poſt quæſtionem, *an ſit*, & *quid ſit*; ac, ſi naturam eſſet ſecutus Fabius, non connectendi commoditatem, hoc caput ſuperiori præpoſuiſſet: quanquam hoc caput a ſuperiori imperite eſt divulſum. TURNEB.

1. *An rhetorice ars ſit.*] Hac de re diſputatur apud Ciceronem ab Antonio & Craſſo libro primo *de Oratore*, cap. 20. IDEM. Itemque lib. 2. num. 30. 31. 32.

2. *Nemo dubitavit.*] Cicero ipſe tamen dubitare videtur in Bruto, cap. 6. *Hoc vero ſine ulla dubitatione confirmaverim, ſive illa arte paratur aliqua, ſive exercitatione quadam, ſive natura, rem unam eſſe omnium difficillimam* ALMEL.

3. *Cicero vero.*] Cicero libro primo *de Inventione*, cap. 5. ait civilis rationis partem eſſe *artificioſam eloquentiam*, *quam rhetoricen* vocant. TURNEB.

4. *Vindicarunt.*] *Indicaverunt;* Colon. *judicaverunt;* Par. *judicarunt;* MS. Bodl. *indicaverunt*, vel *judicaverunt;* marg. Vaſc. & Steph. Voſſ. ſecund.

5. *Stoici.*] *Et Stoici* legendum. REGIUS. & ita MSS. & editiones pleræque. *Stoici & Peripatetici.* Principes Stoicorum de *rhetorica* ſcripſerunt, ut Zeno, Chryſippus, Cleanthes, Diogenes: principes item Peripateticorum, ut Ariſtoteles, Theophraſtus, Critolaus, qui teſtantur *rhetoricam eſſe artem.* TURNEB.

6. *At me dubitaſſe.*] *Ac* ſcribendum eſt; qua particula quidem frequenter in ſenſuum copulationibus utimur, non modo dictionum. REGIUS. *At;* Ald. Voſſ. ſecund.

7. *Materiæ difficultate.*] Solent docti ſibi proponere materias infames & inopinabiles, ut amplius exerceant ingenium illic, quam in re probabili. TURNEB.

8. *Sicut Polycratem.*] Polycrates Athenienſis fuit, qui inopia coactus eſt in Cypro ſophiſtam agere: laudavit *Buſirim;* quam orationem Iſocrates in Buſiride damnat, ac Polycrati exemplum præſcribit, quod in laudando Buſiride ſequi debeat. IDEM.

9. *Buſirim.*] Fuit Buſiris Ægypti tyrannus, qui homines ad aram immolare conſueverat. CAPPER.

10. *Diſſimile non eſſet.*] *Non eſt*, conjiciebat Francius.

11. *Orationem.*] Infra lib. 3. cap. 1. *Etiam Polycrates, a quo ſcriptam in Socratem diximus orationem.* Ælianus Var. Hiſtor. lib. 11. cap 10. ὅτι δὲ ὁ Πολυκράτης καὶ τὴν κατηγορίαν ἔγραψε τὴν κατὰ Σωκράτους. Hinc Gyraldum corrige, qui Dialogo 2. Poëtarum hanc orationem Zoilo tribuit. COLOMESIUS.

12. *Ut in libris.*] Niſi *ut* particula eradatur, ac ejus loco *&* copula ponatur, ſenſus integritas violatur. REGIUS.

13. *De Oratore.*] Lib. 1. cap. 20. & 11. 8.

ut pro vero accipiamus, eſt poſitum; ſed ut Antonii perſona ſervetur, qui diſſimulator artis fuit. Hanc autem opinionem habuiſſe Lyſias videtur; cujus ſententiæ talis defenſio eſt, quod indocti, & barbari, & ſervi, pro ſe cum loquuntur, aliquid dicant [14] ſimile *principio*, narrent, probent, refutent, & (quod vim habeat *epilogi*) deprecentur. Deinde adjiciunt [15] illas verborum cavillationes, *Nihil quod ex arte fiat, ante artem fuiſſe*: atqui dixiſſe homines pro ſe, & in alios ſemper: doctores artis, [16] ſero & circa [17] Tiſiam & Coraca primum repertos: orationem igitur ante artem fuiſſe, eoque artem non eſſe. Nos porro, quando cœperit hujus rei doctrina, non [18] laboramus exquirere: quanquam apud Homerum, & præceptorem [19] Phœnicem [20] tum agendi, tum etiam loquendi, & oratores plures, & [21] omne [22] in tribus ducibus orationis genus, & certamina quoque propoſita eloquentiæ inter juvenes, invenimus: [23] quin in cælatura [24] clypei Achillis & lites ſunt, & [25] actores. [26] Illud admonere ſatis eſt, omnia, quæ ars conſummaverit, [27] a natura initia duxiſſe: aut tollatur medicina, quæ ex obſervatione ſalubrium, atque his contrariorum, [28] reperta eſt; &, ut quibuſdam placet, [29] tota conſtat experimentis. Nam & vulnus deligavit aliquis, antequam hæc ars eſſet; & febrem quiete & abſtinentia, non quia rationem videbat, ſed quia id [30] valetudo ipſa coëgerat, mitigavit. Nec [31] fabrica ſit ars; caſas enim primi illi ſine arte fecerunt. Nec muſica; cantatur ac ſaltatur per omnes gentes aliquo modo. Ita, ſi *rhetorice* vocari debet ſermo quicumque, fuiſſe eam, antequam eſſet ars, confitebor. Si vero non, quiſquis loquitur, orator eſt, & tum non tanquam oratores loquebantur; neceſſe eſt oratorem factum arte, nec ante artem fuiſſe fateantur. Quo [32] illud quoque excluditur, quod dicunt; non eſſe artis [33] id quod faciat, qui non didicerit: [34] dicere autem homines & qui non didicerunt. Ad cujus rei confirmationem afferunt [35] Demadem remigem & [36] Æſchinem [37] hypocriten oratores fuiſſe: falſo. Nam neque orator eſſe, qui non didicit, poteſt; & hos ſero potius, quam nunquam didiciſſe quis dixerit: quanquam Æſchines ab initio ſit verſatus in literis, quas [38] pater ejus etiam docebat; Demadem neque non

14. *Simile principio.*] Id eſt, orationis exordio; neque enim ſemper *technicis* verbis Fabius utitur, neque Tullius. CAPPER.

15. *Illas verborum cavillationes.*] *Cavillationes* appellat argumenta ſophiſtica, quæ fallunt & imponunt, cujuſcemodi eſt hoc; nam in oratione eſt *homonymia*, ſitne ſcilicet ea pro quacunque locutione accipienda, an vero pro artificioſa: quocirca diſtinguet Fabius. TURNEB.

16. *Sero jam.*] *Jam* non habent Ald. Steph. Roignii, Voſſ. ſecund. tert.

17. *Tiſiam.*] *De Tiſia & Corace* vide infra lib. III. cap. I. & Cicer. I. de Orat. 20. ALMEL. *Circa Tiſiam & Coraca.*] Id eſt, circa tempora, quibus vixere Tiſias & Corax, ut ſupra, cap. 4. *circa Demetrium*, pro *circa Demetrii ætatem.* Igitur fruſtra eſt auctor Theſauri Græci a Porto recogniti, dum vult hic eſſe Græciſmum, τὸν αὐτὸν Τισίαν καὶ Κόρακα, pro *Tiſiam ipſum & Coraca.* Hanc porro interpretationem ille auctor ex Philandro videtur hauſiſſe. CAPPER.

18. *Laboramus exquirere.*] *Exquirere* non agnoſcunt MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. Ald. Sich. Obrecht.

19. *Phœnicem.*] Lib. 9. Iliados in trium ducum legatione ad Achillem, Phœnix ſe fatetur eſſe Achillis præceptorem & eloquendi, & agendi. TURNEB. Oratores præcipuos Neſtorem, Menelaum, & Ulyſſem invenimus, quorum orationis tribus generibus Fabius abſolvit eloquentiam, in lib. XII. cap. 10. Sed & Trojanos oratores fecit idem Poeta, Iliad. γ. verſ. 146. & inter juvenes certantes de eloquentia Thoantem facit excellere. Iliad. ο. verſ. 281. CAMERARIUS.

20. *Tum agendi, tum etiam loquendi.*] Quanto elegantius Homerus, Iliad. ι. 443?

Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι πρηκτῆρά τε ἔργων.

CAPPER.

21. *Omne ... orationis genus.*] Id eſt, *demonſtrativum, deliberativum & judiciale*; vel potius omnem dicendi ἰδέας formam, figuram, characterem; ſtylum vulgo vocant. Vide Phœnicis, Ulyſſis, & Ajacis orationes in Homer. Iliad. lib. 9. CAPPER.

22. *In tribus ducibus.*] Phœnice videlicet, Ulyſſe, & Ajace. CAPPER.

23. *Quin cælatura.*] Sic quidem recte legitur; ſed cum in clypeo Achillis non ſolum lites actoreſque fuiſſe ab Homero in lib XVIII. Iliados ſcribantur, ſed cœlum quoque & mare, multaque alia; fortaſſe loco illius particulæ *quin*, & copula, atque *in* præpoſitio recte adſcriberetur, hoc modo; *& in cælatura clypei.* REGIUS. *In* deeſt in V. C. Alm.

24. *Clypei Achillis.*] Homerus lib. 18. Iliados Clypeum Achillis deſcribit, quem Vulcanus fecit; in cujus cælatura, cum alia pleraque ſculpta fuiſſe dicit, tum actores de pecunia pro cæde pendenda litigantes. TURNEB.

25. *Actores.*] Supple, *cauſſarum* forenſium. CAPPER.

26. *Illud admonere.*] *Illud enim;* MSS. Bodl. Joan. Alm. Ald. Gryph. Colin. Baſil.

27. *A natura initia duxiſſe.*] Hæc res tractatur a Platone in Menone, & a Rodolpho Agr. cap. 5. lib. 2. TURNEB. Quid mirum? cum doceat ſæpe auctor artem & doctrinam ſine natura nihil valere, a qua parte ſtat Hippocrates de decenti ornatu, text. III. ALMEL.

28. *Reperta eſt.*] De inventione medicinæ fuſius Hippocrates de veteri medicina, text. VI. & VII. ALMEL.

29. *Tota conſtat experimentis.*] Serapion ſola putavit experientia medicinam conſtare citra rationem; quem multi ſecuti ſunt, qui vocati ſunt *Empirici.* TURNEB. Corn. Celſus, in præfat. lib. de med. REGIUS. Vide Galen. in Introduct. ALMEL.

30. *Valetudo ipſa.*] Supple, mala vel adverſa; ipſa ægrotatio, ipſe morbus. CAPPER.

31. *Fabrica.*] Supple, domorum; vulgo Architectura. CAPPER.

32. *Illud quoque excluditur.*] Id eſt, refellitur, ſolvitur propoſita contradictio, ſive, (ut vulgo aiunt) *objectio.* CAPPER.

33. *Id quod faciat.*] *Id quod faciant, qui non didicerint;* MSS. Bal. Alm. Locat. Ald. Sich. Gryph. Colin Baſil. Voſſ. ſecund.

34. *Dicere autem homines, & qui non didicerunt.*] Hæc deſunt in V. C. Alm.

35. *Demadem remigem.*] Demades orator Athenienſis, nautæ filius fuit, nec a patre ad rhetores eſt miſſus, ſed remex factus. TURNEB. Vid. Suidas in *Demades.* Sext. Emp. lib. 1. adv. mathem. cap. 13. pag. 59. & lib. 11. pag. 67. Athen. lib. 11. cap. 6. ALMEL.

36. *Et Æſchinem hypocriten.*] Æſchines filius Atrometi literatoris, primum *hypocrita* fuit, poſtea ſcriba, poſtremo rhetor. TURNEB. Fuit hic Tympaniſtriæ filius, ſi fidem mereatur Lucianus in ſomnio. ALMEL.

37. *Hypocriten.*] V. C. Alm. Ald. Steph. Gryph. & alii. *Hypocritam:* Locatel.

38. *Pater ejus.*] Hoc exprobrat Æſchini Demoſthenes,

didiciſſe

didiciſſe certum ſit, & continua dicendi exercitatio potuerit tantum, quantuſcumque poſtea fuit, feciſſe. Nam id [39] potentiſſimum diſcendi genus eſt. [40] Sed & præſtantiorem, ſi didiciſſet, futurum fuiſſe, dicere licet. [41] Neque enim orationes ſcribere eſt auſus, [42] ut eum multum valuiſſe in dicendo ſciamus. [43] Ariſtoteles, ut ſolet, quærendi gratia, quædam ſubtilitatis ſuæ argumenta excogitavit [44] in Gryllo: ſed idem & de arte *rhetorica* tres libros ſcripſit, & in eorum primo non artem ſolum eam fatetur; [45] ſed ei particulam [46] civilitatis, [47] ſicut dialectices, aſſignat. Multa [48] Critolaus contra, multa Rhodius [49] Athenodorus. [50] Agnon quidem detraxit ſibi inſcriptione [51] ipſa fidem, qua *rhetorices* accuſationem profeſſus eſt. Nam [52] de Epicuro, qui diſciplinas omnes fugit, [53] nihil miror. Hi complura dicunt, ſed ex paucis locis ducta. Itaque [54] potentiſſimis eorum breviter occurram, ne in infinitum quæſtio evadat. Prima his argumentatio ex materia eſt. Omnes enim artes aiunt habere materiam, quod eſt verum; *rhetorices* nullam eſſe propriam: quod eſſe falſum, in ſequentibus probabo. [55] Altera eſt calumnia; [56] nullam artem falſis aſſentiri opinionibus, quia conſtitui [57] ſine perceptione non poſſit, quæ ſemper vera ſit; [58] *rhetoricen* aſſen-

τοῦ εἰφάνη. Ἅμα τῷ πατρὶ πρὸς τῷ διδασκαλείῳ προσεδρεύων, τὸ μέλαν τρίβων, καὶ τὰ βάθρα σπογγίζων, καὶ τὸ παιδαγωγεῖον κορῶν, οἰκέτου τάξιν οὐκ ἐλευθέρου παιδὸς ἔχων. Demades autem nautæ filius fuit, & ipſe nauta primum, mox rhetor, quem negant orationem ullam ſcriptam emittere voluiſſe. CAMERAR.

39. *Potentiſſimum.*] *Potiſſimum*; margo Steph. Voſſ.

40. *Sed præſtantiorem.*] *Sed & præſtantiorem*; Ald. Steph. Obrecht. & alii.

41. *Neque enim orationes.*] Demades extemporali facultate multum valuit, cum Demoſthenes nihil unquam diceret, niſi præmeditatus. Demadem tamen nihil ſcripſiſſe teſtatur Cicero. TURNEB.

42 *Ut eum multum invaluiſſe dicendo.*] *In* præpoſitio ad ſuum locum reducenda videtur; ut *valuiſſe in dicendo* legatur. REGIUS. Ego mallem, *ut eum multum inde valuiſſe dicendo ſciamus. Inde*, eſt ex orationibus ſcriptis: ſic *valere dicendo*; Nepos Alcib. I. Ovid. XIII. Metam. 12.

Quantum acie valeo, tantum valet ille loquendo.

neque tamen damno alterum; nam & ita Cicer. in Brut. 36. *Sp. Thorius ſatis valuit in populari genere dicendi*: ſic *valere in cauſſa* reſtituit Ovidio Heinſius, lib. VIII. Metam. 59. BURMAN.

43. *Ariſtoteles.*] Ariſtoteles ſingularem librum de rhetorica, nomine *Gryllum*, ſcripſit; a Gryllo filio Xenophontis: illic conatur probare, *rhetoricam* non eſſe artem. TURNEB. Vide Laërt. lib. II. Sect. 54. & ſeq. & ibi Menagium.

44. *In Gryllo.*] Qui liber jam non exſtat inter Ariſtotelis opera: ſed a Diogene Laërtio memoratur in illius vita. Sic forte opus illud adverſus rhetoricam conſcriptum inſcripſerat Philoſophus, quia Gryllus eſt animal magnitudine cicadæ, corpore longiore, pernicies agrorum (Plin. lib. 26. cap. 6.) & huic animalculo rhetores comparabat Ariſtoteles. Aliam tamen tituli rationem lege apud Turnebianum Commentatorem. CAPPER.

45. *Sed ei particulam civilitatis.*] MS. Pal. *particulam* voculam *ὑποβολιμαῖον* dictat, ac ſpuriam; agnoſcit enim *portiunculam*. Apulejus: *Qui cum a me portiunculam poſceret*. Seneca de Beneſic. lib. 4. cap. 39. *Et appellare debitorem ad diem poſſum, & ſi foro ceſſerit, portionem feram*. Fabius infra lib 6. cap. I. *Tanto ſunt quadam ſua portione ad efficiendum potentiora, cum veluti ipſorum ore dicuntur*; MS. Palat. *ducuntur*. Idem lib. 10. cap. 7. *Nec idem quidem dicendum eſt, quod eidem Ciceroni placet; nullum noſtrum uſquam negligentem eſſe ſermonem; quicquid loquimur, ubicunque ſit, pro ſua ſcilicet portione perfectum*. Sic Tertullianus Domitianum *portionem Neronis* appellat. GEBHARD. lib. II. Crepund. cap. 13. *portiunculam*; MS. Bal. Locatel. nihil tamen hic eſſe mutandum videtur; nam & paulo ſupra cap. 15. ſcripſit Fabius. *Civilitatis particulæ ſimulacrum*. CAPPER.

46. *Civilitatis.*] *Τῆς πολιτικῆς*; id eſt, illius artis, vel ſcientiæ, quæ ad gerendam rempublicam pertinet. CAPPER.

47. *Sicut dialecticis.*] Legendum eſt, *ſicut dialectices*; nam Ariſtoteles, cum ſcribat artificiales probationes, aut morales eſſe, aut *patheticas*, aut rationales; illas rhetoricam ait a civilitate mutuari, has vero a dialectica, atque ita rhetoricam eſſe particulam *civilitatis* & dialectices. TURNEB. Veram eſſe Turnebiani Commentatoris lectionem, & ipſo in textu ponendam fuiſſe, patet ex ipſius Ariſtotelis verbis, qui ſic habet lib. I. Rhetoric. cap. 2. *ὥστε συμβαίνει τὴν ῥητορικὴν εἶναι παραφυές τι τῆς διαλεκτικῆς καὶ τῆς περὶ τὰ ἤθη πραγματείας, ἣν δίκαιόν ἐστι προσαγορεύειν πολιτικήν.... ἔστι γὰρ μόριόν τι τῆς διαλεκτικῆς καὶ ὁμοίωμα.* Id eſt, quo fit, ut rhetorica ſit agnatum quodpiam, ſeu appendix dialectices, & illius, quæ circa mores verſatur, facultatis ſeu diſciplinæ, quam æquum eſt appellare politicam.... eſt enim [rhetorica] particula quædam dialectices, & ſpecies, aut effigies. CAPPER.

48. *Critolaus.*] Vide Sext. Empir. lib. II. adverſ. Mathemat. pag. 67. meminit & ejus Cicer. lib. I. de Orat. II. ALMELOV.

49. *Athenodorus.*] Suſpicor Athenodorum hunc philoſophum fuiſſe Stoicum, qui tempore Auguſti Cæſaris floruit, & Romæ aliquandiu vixit, ut ſcribit Suidas. TURNEB. Hujus Cicero meminit in lib. XVI. ad Att. II. & 14. & *Athenodorum calvum* vocat, & lib. III. ad Fam. 7. Sandonis filium dicit: ubi vide Victor. & Manut. qui duos Athenodoros Stoicos, & æquales ex Strabone diſtinguunt: vide Voſſ. de Hiſt. Græc. II. 5. & Menag. ad Laërt. III. 3. & Aldobr. ad verſ. 36. ſed hic Rhodius dicitur: quare forte hic alter fuerit, vel in nomine ſit vitium. BURMAN.

50. *Agnon.*] Scriptor, cujus Suidas meminit. MOSELL. Suidæ *Ἁγνώνειος* & *Ἁγνωνίδης* eſt Agnonis filius. Forte intelligit Theramenen, Agnonis filium, virum non infacundum, qui memoratur a Thucydide lib. VIII. cap. 68. celebratur & *Agnon* Tejus inter Alexandri amicos & corruptores, Ælian. IX. 3. ubi vide clariſſ. Periz. *Agnonis* Academici meminit Athenæus lib XIII. cap. 8. quem enumerat inter ſcriptores Meurſius in Biblioth. Græca; ſed an hic rhetor fuerit, non auſim decernere. BURMAN.

51. *Ipſa fidem.*] *Iſta*; MS. Bodl. Almel.

52. *De Epicuro.*] Inf. lib. XII. & Lactant. III. 25. ALMEL.

53. *Nihil miror.*] *Moror*; MS. Bal. & Aſcenſius quoſdam ita legere notavit: non male, ſi *Epicurum* legeretur; ſolemnis enim illa formula, ut notum. Liv. VIII. 35. *ſe nihil morari magiſtrum equitum*. Ter. Eun. I. II. 104.

——— *aut nihil moror.*

& ita forte infra lib. VI. cap. I. *Philoſophos minus moror, apud quos vitii loco eſt, affici*; & ita paſſim alii. BURMAN.

54. *Potentiſſimis eorum occurram.*] Potentiſſimis & validiſſimis eorum argumentis, vel objectionibus reſpondebo; quas ii maximas proponunt, difficultates conabor diſſolvere. CAPPER.

55. *Altera eſt calumnia.*] Id eſt, cavillatio, ſeu ſophiſticum argumentum; Gallice *chicanne*. Fit enim *τὸ* calumnia a *τῷ calvere*, vel *calvi*, antiquo verbo, quod ſignificat *decipere*. CAPPER.

56. *Nullam artem falſis aſſentiri, &c.*] Artes comparatæ ſunt ad verum inveniendum, ut item *rhetorice*, quæ, quanquam interdum fallit, nunquam tamen fallitur; ſed veritatem tenet. TURNEB. *Aſſentire*, omnes codices habere teſtatur Aſcenſius.

57. *Sine perceptione.*] Legebatur in Stephanæa & Burmann. edit. *præceptione*; ſed legendum eſſe *perceptione*, patet ex artis definitione, ad quam Fabius alludit; definitur enim *σύστημα ἐκ καταλήψεων, κτλ*; hoc eſt, interprete Mario Victorino, pag. 2450. *Ars eſt ſumma rerum dictio* [legerem, *collectio*] *comprehenſarum*, &c. Plura vide paulo ante finem hujus capitis. CAPPER.

58. *Rhetoricen aſſentiri falſis.*] *Rhetorice aſſentiri falſis ſcit*; MS. Joan. Voſſ. prim. tert.

tiri falſis; non eſſe igitur artem. Ego *rhetoricen* nonnunquam dicere falſa pro veris confitebor; ſed non ideo in falſa quoque eſſe opinione concedam; quia longe diverſum eſt, [59] ſibi ipſi quid videri; &, ut alii videatur, efficere. Nam & imperator falſis utitur ſæpe; [60] ut Hannibal, cum incluſus a Fabio, ſarmentis [61] circa cornua boum deligatis, incenſiſque, per noctem in adverſos montes agens armenta, ſpeciem hoſti abeuntis exercitus dedit: ſed illum fefellit: ipſe, quid verum eſſet, non ignoravit. Nec vero [62] Theopompus Lacedæmonius, cum, permutato cum uxore habitu, e cuſtodia, ut mulier, evaſit, falſam de ſe opinionem habuit, ſed cuſtodibus præbuit. [63] Item orator, cum falſo [64] utitur pro vero, ſcit eſſe falſum, eoque ſe pro vero uti: non ergo falſam habet ipſe opinionem, ſed fallit alium. [65] Nec Cicero, cum ſe tenebras offudiſſe judicibus in *cauſſa* Cluentii gloriatus eſt, nihil ipſe vidit. Et pictor, cum vi artis ſuæ [66] effecit, ut [67] quædam [68] eminere in opere, [69] quædam receſſiſſe credamus, ipſe ea plana eſſe non neſcit. [70] Aiunt etiam; *omnes artes habere finem aliquem propoſitum, ad quem tendant; hunc modo nullum eſſe in* rhetorice; *modo non præſtari eum, qui promittatur.* Mentiuntur; [71] nos enim eſſe finem jam oſtendimus, & quis eſſet, diximus. Præſtabit hunc ſemper orator; ſemper enim bene dicet. Firmum autem hoc, quod opponitur, adverſus eos fortaſſe ſit, [72] qui perſuadere finem putaverunt. Noſter orator, arſque a nobis finita, non ſunt poſita in eventu. Tendit quidem ad victoriam, qui dicit: ſed, cum bene dixit, etiam ſi non vincat, id, quod arte continetur, effecit. Nam & [73] gubernator vult ſalva nave in portum pervenire: ſi tamen tempeſtate fuerit abreptus, non ideo minus erit gubernator, dicetque notum illud: [74] *Dum clavum rectum teneam.* Et medicus ſanitatem ægri petit: ſi tamen aut [75] valetudinis vi, aut intemperantia ægri, aliove quo caſu [76] ſumma non contingit, dum ipſe omnia ſecundum rationem fecerit, medicinæ fine non [77] excidit. Ita oratori bene dixiſſe, finis eſt. Nam eſt ars ea, ut [78] poſt paulum clarius oſtendemus, [79] in actu poſita, non in effectu. Ita falſum erit illud quoque, quod dicitur; *Artes ſcire, quando ſint finem conſecutæ; rhetoricen neſcire.* Nam ſe quiſque bene dicere [80] intelligit. Uti etiam vitiis *rhetoricen*, quod ars nulla faciat, criminantur; quia & falſum dicat, & affectus moveat. Quorum neutrum eſt turpe, cum ex bona ratione proficiſcitur; ideoque nec vitium. [81] Nam & mendacium dicere, etiam ſapienti aliquan-

59. *Sibi ipſi quid videri.*] Locat. Ald. Par. Steph. Gryph. Colin. Baſil. *ipſi quid*: Burman.

60. *Ut Hannibal.*] Hannibal inter oppidum Caſilinum, & Calliculam montem a Fabio Maximo incluſus, hoc *ſtratagemate* evaſit, & præſidium Fabii fugavit. TURNEB. Liv. lib. XXII. 17. & Frontin. lib. 1. cap. V. §. 38.

61. *Circa cornua.*] *Circum*: Ald. Locat. Colin. Baſil. Obrecht. Voſſ. ſecund.

62. *Theopompus.*] De Minyis hoc ſcribit Herodot. in Melpomene. Et eſt exemplum apud Valer. lib. 4. cap. 6. CAMERAR.

63. *Item orator.*] *Itidem*; Par.

64. *Uteretur.*] *Utetur* legendum. REGIUS. *Utitur*: Ald. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Obrecht.

65. *Nec Cicero.*] Hoc fit per ἀποπλάνησιν, id eſt, *aberrationem*, quæ eſt hujuſmodi dicendi ratio, qua differendo, obſcurando, tergiverſando, judicem in errorem trahimus: quod Cicer. facit in *cauſſa* Cluentii, qui reus erat veneficii. TURNEB.

66. *Efficit.*] *Effecit*: Stephan. Voſſ. prim. Bern.

67. *Quadam eminere.*] Gallice dicimus; *avoir du relief, être relevé en boſſe*, &c. CAPPER.

68. *Eminere in opere.*] Hoc Horatius indicat Art. Poët. 362.

——— erit, quæ, ſi propius ſtet,
Te capiet magis: & quædam, ſi longius abſtes.
Hæc amet obſcurum: volet hæc ſub luce videri.

ALMEL.

69. *Quadam receſſiſſe.*] Gallice; *être ou paroître dans l'enfoncement.* CAPPER.

70. *Aiunt etiam, &c.*] Hoc argumentum diſſolutu eſt facile, præſertim ſtatuenti finem eſſe *rhetorices*, bene dicere; nam orator ſemper bene dicit. TURNEB. Hoc Simplicius in Epicteti Enchiridion, cap. 1. pag. 16. & Sext. Empir. adverſus Mathem lib. 11. pag. 67. ALMEL.

71. *Nos enim eſſe.*] *Nos eſſe*: Obrecht.

72. *Qui perſuadere finem putaverunt.*] Id eſt, hunc eſſe *rhetorices* finem, ut actu & de facto perſuadeat. CAPPER.

73. *Gubernator.*] Ita cum medico quoque conjungitur a Sidonio Apoll. VIII. Epiſt. 10. *Medicus in deſperatione, Gubernator in tempeſtate cognoſcitur.* Vide Platon. lib. 1. de Republ. tom. II. pag 332. & 341. Edit. Serrani, &, quæ collegit Scheffer. de milit. Naval. lib. 1. cap. 5. ALMEL.

74. *Dum clavum rectum teneam.*] Ajunt eſſe *hemiſtichium* verſus Enniani; *dum clavum rectum teneam, navimque gubernem.* Significat autem parœmia, *neminem eſſe culpandum, modo officio ſuo fungatur*, & qui præſtet quod ars promittit. TURNEB. Eleganter hic locus exponitur a Gulielmo Cantero lib. VII. nov. lect. cap. 26. ALMEL. *Ut clavum rectum teneam, navimque gubernem*, citatur ab Iſidoro. Vide Hier. Columm. pag. 102. editionis novilimæ.

75. *Valetudinis.*] Id eſt, morbi, vel ægrotationis.

76. *Summa non.*] *Summam*, ex MS. ſuo Gebhardus lib. 1. Crepund. 3. Vide ad lib. 1. cap. 1. *Summa*, alias *ſummam.*] Τὸ ἄκρον, id ad quod ultimo tendebat Medici opera. Vide ſupra in fine cap. 15. & in cap. 16. ubi ſic legitur; Qui ſummam *rhetorices* ad perſuadendi vim retulerunt. CAPPER.

77. *Excidit.*] *Excidet*: MSS. Joan. Ald. Locatel. Voſſ. tert. Bern. *excedit*: MSS. Bodl.

78. *Poſt paulum.*] Capite ſequenti. MSS. Joan. *paulo poſt.* Vide ad cap. V. initio.

79. *In actu poſita.*] Ars eſt poſita in actu, quæ in actione conſiſtit, & poſt actionem opus non relinquit: in effectu vero, quæ poſt actionem relinquit opus conſummatum. TURNEB. *In actu poſita, non in effectu.*] Hoc eſt, in actu τοῦ bene dicendi, non in effectu perſuadendæ rei, de qua bene dixerit. CAPPER.

80. *Intelligit.*] *Intelliget*; V. C. Alm. Voſſ. prim. tert.

81. *Nam & mendacium.*] Plato in Hippia, ſive de mendacio, licere ait aliquando mentiri, dum res contra virtutem & honeſtatem non ſit: a qua opinione non abhorret Origenes, & Hieronymus, dum mendacium ſit officiolum, & a pietate proficiſcatur. TURNEB. Vide Quinctilian. lib. XII. cap. 1. & Serv. ad Virgil. IX. Æneid 136. ſed prorſus negat, ne maximo quidem propoſito lucro, Ælian. de animal. lib. III. cap. 23. ALMEL. *Mendacium dicere, etiam ſapienti aliquando conceſſum eſt.*] Pudendus eſt hic in Quinctiliano nævus, qui aliquando mentiri fas eſſe putaverit, ut patet cum ex hoc loco, tum ex lib. XII. cap. 1. ubi ſic

do conceſſum eſt; & affectus, ſi aliter ad æquitatem perduci judex non poterit, neceſſario movebit orator. [82] Imperiti enim judicant, & qui frequenter in hoc ipſum [83] fallendi ſunt, ne errent. [84] Nam, ſi mihi ſapientes judices dentur, [85] ſapientum conciones, atque omne [86] concilium, nihil invidia valeat, nihil gratia, nihil opinio præſumpta, falſique teſtes; perquam ſit exiguus eloquentiæ locus, [87] & prope in ſola delectatione ponatur. Sin & audientium mobiles animi, & tot malis obnoxia veritas; arte pugnandum eſt; & adhibenda, quæ proſunt. Nec enim, qui recta via depulſus eſt, reduci ad eam, niſi alio flexu poteſt. [88] Plurima vero [89] ex eo contra *rhetoricen* [90] cavillatio eſt, quod ex utraque *cauſſæ* parte dicatur. [91] Inde hæc: *Nullam eſſe* [92] *artem ſibi contrariam; rhetoricen eſſe contrariam ſibi: Nullam* [93] *artem deſtruere quod effecerit; accidere hoc rhetorices operi.* Item: *Aut dicenda eam docere, aut non dicenda: itaque vel per hoc non eſſe artem, quod non dicenda præcipiat: vel per hoc, quod, cum dicenda præceperit, etiam contraria his doceat.* [94] Quæ omnia [95] apparet de ea *rhetorice* dici, quæ ſit a bono viro atque ab ipſa virtute ſejuncta: alioqui, ubi injuſta *cauſſa* eſt, ibi *rhetorice* non eſt: [96] adeo ut vix [97] ex admirabili quodam caſu poſſit accidere, ut [98] ex utraque parte orator, id eſt, vir bonus dicat. Tamen, quoniam hoc quoque in rerum naturam cadit, ut [99] duos ſapientes aliquando juſtæ *cauſſæ* in diverſum trahant, [100] quando etiam pugnaturos eos inter ſe, ſi ratio ita duxerit, credunt; [101] reſpondebo propoſitis, [102] atque ita quidem, ut appareat, hæc adverſus eos quoque fruſtra excogitata, qui malis moribus nomen oratoris indulgent. Nam *rhetorice* non eſt contraria ſibi. *Cauſſa* enim cum *cauſſa*, [103] non illa ſecum ipſa componitur. Nec, ſi pugnent inter ſe, qui idem [104] didicerunt; idcirco ars, quæ utrique tradita eſt, non erit. Alioqui [105] nec armorum, quia ſæpe gladiatores, ſub eodem magiſtro eruditi, inter ſe componuntur. Nec gubernandi, quia navalibus præliis gubernator eſt gubernatori adverſus. Nec imperatoria, quia imperator cum imperatore contendit. Item non evertit opus *rhetorice*, quod efficit; neque enim poſitum a ſe argumentum ſolvit orator,

habet: *Concedant mihi omnes oportet, quod Stoïcorum quoque aſperrimi confitentur; facturum aliquando bonum virum, ut mendacium dicat .... ut hoc quod alias in ſervis quoque reprehendendum eſt, ſit alias in ipſo ſapiente laudandum.* Sed hanc opinionem pluribus refellere, non eſt præſentis inſtituti. Hoc unum dicam. Orator, ex Fabii noſtri ſententia, eſt *vir probus dicendi peritus.* Eſtne viri probi alios mendacio fallere? nec reſpondeat quis in Quinctiliani gratiam, virum bonum mentiri poſſe propter bonum quemdam finem. Nam ex divo Paulo (in Epiſtol. ad Roman.) non ſunt facienda mala, ut veniant bona. Lege acerrimum veritatis & veracitatis vindicem beatum Auguſtinum in libr. *de mendacio, & contra mendacium.* CAPPER.

82. *Imperiti.*] Docet Fab. *plerumque rura judices mittere in decurias.* TURNEB. Vide lib. XII. cap. 10. ubi ſic habet. *Cum vero judex detur, aut populus, aut ex populo, laturique ſententiam indocti ſæpius, atque interim ruſtici.* CAPPER.

83. *Fallendi ſunt.*] *Sint*; V. C. Almel.

84. *Nam ſi mihi, &c.*] Tacitus quoque in dialogo ait; ſi bene forent inſtitutæ reſpubl. tum eloquentiæ locum in illis non futurum, ut apud Lacedæmonios & Cretenſes. TURNEB.

85. *Sapientum.*] *Sapientium*; V. C. Alm.

86. *Concilium.*] *Conſilium*; V. C. Alm.

87. *Quia prope.*] *Qui*, litera *a* expuncta, mihi legendum videtur, quamvis exemplaria refragentur. REGIUS. *Et prope*; MSS. Joan. Alm. Andr. Voſſ. ſecund. Sich. Steph. Gryph. Baſil. Obrecht. *quia prope*; Locatel. Ald.

88. *Plurima vero.*] Plures ſimul contradictiones congerit Fabius, quod ab eodem principio manant; ita enim ars præſcribit: porro, quod *rhetoricam* aiunt eſſe ſibi contrariam, falſum eſt; nam quanquam contrariorum eſt eadem diſciplina & ars, non tamen ſequitur artem eſſe contrariam. Hæc eadem argumenta valent adverſus dialecticam, ſi probare velis eam non eſſe artem, cum in ea ex utraque parte dicatur. TURNEB.

89. *Ex eo contra.*] *Ex eo hoc contra*; V. C. Alm. unde Francius *hæc* faciebat.

90. *Cavillatio.*] Argumentatio ſophiſtica. Gallice *chicanne.* CAPPER.

91. *Inde hæc.*] *Inde hoc*; Locat. Ald. Steph. Gryph. & omnes fere editi & ſcripti codices.

92. *Artem contrariam.*] *Sibi* dativus adſcribendus eſt, ut legatur; *nullam artem contrariam ſibi.* REGIUS. Ita Aldus & alii fere omnes

93. *Artem deſtituere.*] *Deſtruere* legendum eſſe apparet; quæ enim ab accuſatore efficiuntur, ea a patronis deſtrui ſolent. REGIUS. *Deſtituere*; MS. Joan. male; ita enim ſæpe utitur noſter hoc verbo, ut lib. V. 7. & *ſingulos, ut exornare, ita deſtruere contigit*; & lib. X. cap. 2. *deſtructio & confirmatio ſententiarum*: ſed apud Ciceronem vix hoc ſenſu occurrit. Ovidius tamen ſimiliter fere II. de Art. Amand. 312. uſus eſt.

——— *nec vultu deſtrue dicta tuo.*

BURMAN.

94. *Quæ omnia, &c.*] Ante juſtam argumentorum ſolutionem, utitur remotione, atque hæc argumenta ad ſuum dogma nihil pertinere docet; nam, ut malus orator utramque *cauſſam*, tum juſtam, tum injuſtam ſuſcepturus ſit; non tamen bonum oratorem eſſe ſuſcepturum, niſi juſtam *cauſſam* TURNEB.

95. *Apparet.*] *Apparent*; Locatel. Ald. Stephan. Baſil. Voſſ. ſecund.

96. *Adeo ut vix ex.*] *Vix* deeſt in V. C. Alm. *ex* vero non eſt in Locat. Ald & Obrecht.

97. *Ex admirabili quodam caſu.*] Hoc duntaxat accidere poteſt in *cauſſis* ambigui utrinque juris, & controverſi ex æquo: alioqui ab altera tantum parte dicet orator, id eſt, vir bonus. TURNEB.

98. *Ex utraque parte.*] *Ut* particula adſcribenda videtur; ut legamus, *ut ex utraque.* REGIUS *Parte* non habet Ald.

99. *Duo ſapientes, &c. trahant.*] Scribendum *duos ſapientes trahant.* REGIUS. Niſi antiquo more *duo* pro *duos* ſcripſit. Vide Scaliger. ad Manil. II. 661. Serv. & Cerdam ad Virgil. XI. Æneid. 285. & ſæpe ita apud Ciceronem, vide ad IV. famil. 6. VII. 25. IX. ad Att. II. BURMAN.

100. *Quando etiam.*] *Quandoque*; Ald. Gryph. Baſil.

101. *Reſpondebo propoſitis.*] Supple, argumentis, contradictionibus, &, ut vulgo aiunt, *objectionibus.* CAPP.

102. *Atque ita quidem.*] Superiores objectiones Stoicorum fere erant, quorum eſt etiam hoc dogma; ſapientes opinionibus inter ſe diſſidere, &, ſi juſta utrinque cauſſa fuerit, poſſe pugnare: quod multo magis eſt oratori concedendum. TURNEB.

103. *Non illa ſecum ipſa componitur.*] *Metaphora* eſt ducta a compoſitionibus gladiatorum, quando gladiatorum paria inter ſe committuntur & comparantur, ut in arena decertent. IDEM.

104. *Didicerunt.*] *Didicerint*; Locatel. Steph. Gryph. Baſil. Voſſ prim. tert.

105. *Nec armorum.*] Ut noſter artem armorum, ita Hygin. fab. 194. *artem citharæ*, & fab. 101. *artem medicam* dixit. Al-

ſed ne *rhetorice* quidem, [106] præter quam apud eos, qui in perſuadendo finem putant; aut, ſi quis (ut dixi) caſus duos inter ſe bonos viros [107] compoſuerit, veriſimilia [108] quærentur. [109] Non autem ſiquid eſt altero credibilius, id ei contrarium eſt, quod fuit credibile. Nam, ut candido candidius, & dulci dulcius non eſt adverſum, ita nec probabili probabilius. Nec præcipit unquam non dicenda, nec dicendis contraria, ſed quæ in quaque *cauſſa* dicenda ſunt. [110] Non ſemper autem, etiamſi frequentiſſime, tuenda veritas erit: ſed aliquando [111] exigit communis utilitas, ut etiam falſa [112] defendantur. Ponuntur hæc quoque in [113] ſecundo Ciceronis *de Oratore* libro [114] *contradictiones*: *Artem earum rerum eſſe, quæ ſciantur: oratoris omnem actionem* [115] *opinione, non ſcientia contineri; quia & apud eos dicat, qui neſciant, & ipſe dicat aliquando,* [116] *quod neſciat.* Ex his alterum, id eſt, an ſciat judex, de quo dicatur, [117] nihil ad oratoris artem: alteri reſpondendum. [118] Ars earum rerum eſt, quæ ſciuntur. *Rhetorice* ars eſt bene dicendi, bene autem dicere ſcit orator. Sed neſcit [119] an verum ſit, quod dicit. [120] Ne hi quidem, qui ignem aut aquam, aut quatuor elementa, aut [121] corpora inſecabilia eſſe, ex quibus res omnes initium [122] duxerunt, tradunt; nec, qui intervalla ſiderum, & [123] menſuras ſolis ac terræ colligunt: diſciplinam tamen ſuam, *artem* vocant. Quod ſi ratio efficit, ut hæc non opinari, ſed, propter vim probationum, ſcire videantur; eadem ratio idem præſtare oratori poteſt. Sed an *cauſſa* vera ſit, neſcit. Ne medicus quidem, an dolorem capitis habeat, [124] qui hoc ſe pati dicet: curabit tamen tanquam id verum ſit, & erit ars medicina. [125] Quid? quod *rhetorice* non utique propoſitum habet ſemper vera dicendi, ſed ſemper veriſimilia? ſcit autem eſſe veriſimilia, quæ dicit. Adjiciunt his, qui contra ſentiunt, quod ſæpe quæ in aliis litibus impugnarunt actores *cauſſarum*, eadem in aliis defendant. Quod non artis, ſed hominis eſt vitium. Hæc ſunt præcipua, quæ contra *rhetoricen* dicantur: alia & minora, & tamen ex his fontibus derivata. Confirmatur autem eam eſſe artem, breviter. Nam ſive (ut Cleanthes voluit) [126] *ars eſt poteſtas viâ*, id eſt, *ordine efficiens*; [127] eſſe certe [128] viam atque ordinem in bene dicendo nemo dubitaverit: ſive ille ab omnibus fere [129] probatus *finis*

MELOV. *Nec armorum.*] Supple, *ars erit;* quod item ſubaudiendum eſt in illis quæ ſequuntur; *nec gubernandi.... nec imperatoria.* CAPP.

106. *Quia apud*] Non vacat flagitiis hic locus, ut mihi quidem videtur; ſenſus enim integritas, non *quia*, ſed *præterquam* expoſcit; nam qui finem in perſuadendo ponunt, ii, quod in una *cauſſa* probarunt argumentum, illud in alia, ſi e re ſua fuerit, improbabunt: quod ſane a bono viro eſt perquam alienum. REGIUS. *Præterquam apud;* Locat. Steph. & Baſil. marg. Gallæus conjiciebat legendum *quam:* ut apud Livium *homo, non quam iſti, glorioſus*, ubi *tam* deſideratur; & Plinius, *triduo proximo quam ſit genitus*, id eſt, poſtquam. Aſcenſius *præterquam*, vel *niſi* probat.

107. *Compoſuerit*] Id eſt, ad forenſe certamen inter ſe commiſerit, confligere, decertare fecerit. CAPP.

108. *Quærentur.*] *Quæruntur*; Ald. *quærantur*; Voſſ. prim.

109. *Non autem ſiquid, &c.*] Contraria non ſunt in *intentione*, aut in eo, quod eſt magis aut minus; ſed in tota naturæ diverſitate: itaque ſi actor veriſimiliter dixerit, defenſor veriſimilius, hæc non ſunt contraria, nec ſe deſtruunt. TURNEBUS.

110. *Non ſemper autem, &c.*] Quoniam dicenda dupliciter accipi poſſunt, ut ad utilitatem *cauſſæ* referantur, aut ad honeſtatem, ſubjunxit etiam licere interdum falſa defendi. TURNEB.

111. *Exigit communis utilitas.*] Lib. XII. I. *Aſperiora quædam adhuc dictu, ſi communis utilitas exegerit, facere conceditur* ALMEL.

112. *Defendantur.*] *Defendat*; V. C. Alm. Ald. Voſſ. tert. Bern. *defendatur*; Voſſ. prim.

113. *Secundo de Oratore libro.*] Cap. VII.

114. *Contradictiones.*] 'Αντιλογίαι, *objectiones & inſtantiæ*, ut vulgo loquuntur in ſcholis; argumenta ἐλεγκτικά, ἀνασκευαστικά, quaſi dicas refutatoria. Vide lib. 5. cap. 13. quod eſt de refutatione CAPP.

115. *Opinione, non ſcientia.*] Opinio, eſt aſſenſus formidoloſus & dubius: ſcientia vero certa & indubitabilis, qualis eſſe debet in arte. TURNEB.

116. *Quod neſciat.*] *Quæ neſciat*; Locat. Ald. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Obrecht. Voſſ. ſecund.

117. *Nihil ad oratoris artem.*] Supple, pertinet. CAPP.

118. *Ars earum rerum.*] Quod idem affirmat Harpocrates in libro de arte, text. 2. ALMEL.

119. *An verum ſit.*] *An vere ſit*; Voſſ. prim.

120. *Ne hi quidem qui ignem.*] Heraclitus ignem rerum omnium eſſe principium poſuit, & aliquando mundum in ἐκπύρωσιν, id eſt, *conflagrationem* deſiturum. TURNEB. *Ne ii quidem.*] Hoc eſt, ne ii quidem ſciunt, an verum ſit, quod dicunt. Reſpondet Fabius præcedenti argumento. CAPP.

121. *Corpora inſecabilia.*] Hæc opinio fuit Leucippi & Democriti, quam poſtea arripuit Epicurus. TURNEB. *Inſecabilia.*] Τὰς ἀτόμους atomos, de quibus lege Lucretium Epicurei ſyſtematis interpretem. CAPP.

122. *Duxerunt.*] *Duxerint*; cod. Bern.

123. *Menſuras ſolis.*] *Rerum;* margines Gryph. & Baſil. forte *cæli & terræ*; in Horat. lib. I. Od. 28.

Te maris & terræ, numeroque carentis arenæ,
Menſorem, &c.

124. *Qui ſe pati.*] *Qui hoc ſe pati*; MSS. Bodl. Alm. Locatel. Ald. Sich. Par. Vaſcoſ. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Obrecht. Voſſ. ſecund.

125. *Quid? quod rhetorice, &c.*] Videtur hoc pugnare cum ſuperioribus; nam Celſum reprehendebat Fabius, quod dicebat *oratorem ſimile tantum veri quærere*; ſed ſolutu hoc eſt facile; nam vera pleraque ſunt etiam veriſimilia. TURNEB.

126. *Ars eſt poteſtas.*] Δύναμις, id eſt, *facultas*, ut jam loqui amant. CAPP.

127. *Eſſe certe.*] *Certam*; Locatel. Ald. Vaſcoſ. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Voſſ. ſecund.

128. *Viam ad ordinem.*] *Ac ordinem* legendum eſſe nemo non videt. REGIUS. Ita Steph. *via, id eſt, ordine*; MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. Sich. Gryph. Baſil. Obrecht. *viam ad ordinem*; Venet. *viam, id eſt, ordinem*; Andr. *viam atque ordinem*; Ald. Colin.

129. *Probatus finis.*] Quod Græce ita dicitur, τέχνη ἐστὶ σύστημα ἐκ καταλήψεων ἐγγεγυμνασμένων πρός τι τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ. CAMERAR. Hæc autem artis definitio Ariſtoteli tribuitur a Mario Victorino, & exſtat Græce apud Sextum Empiricum hypotypoſ. Pyrrhonic. cap. 24. Lucianum, Artemidorum, Scholiaſten Hermogenis, pag. 2. tom. 2. Rhetor. Aldin. & Marium Victorinum, pag. 2450. veter. Grammatic. Putſch. cæterum in hac ipſa definitione diligenter animadvertenda ſunt hæc duo vocabula ἐκ καταλήψεων, id eſt, *ex comprehenſionibus*, ſeu *perceptionibus*. Hinc enim liquido conſtat mox in Quinctiliano legendum eſſe *ex perceptionibus*: non autem *præceptionibus*, quomodo perperam editum hactenus fuerat: nec doctiſſimum

[130] obſervatur, [131] *artem conſtare ex perceptionibus conſentientibus & coëxercitatis ad finem vitæ utilem*; jam oſtendimus nihil non horum in [132] *rhetorice* ineſſe. Quid? quod & [133] inſpectione & exercitatione, ut artes cæteræ, conſtat? Nec poteſt ars non eſſe, ſi ars eſt *dialectice*, quod fere conſtat; [134] cum ab ea ſpecie magis quam genere differat. [135] Sed nec illa omittenda ſunt; qua in re alius ſe inartificialiter, alius artificialiter gerat, in ea eſſe artem; & in eo, quod qui didicerit, melius faciat, quam qui non didicerit, eſſe artem. Atqui non ſolum doctus indoctum, ſed etiam doctior doctum in *rhetorices* opere ſuperabit; neque eſſent ejus [136] aliter tam multa præcepta, tamque magni, qui docerent. [137] Id quod cum omnibus confitendum eſt, tum nobis præcipue, qui rationem dicendi a bono viro non ſeparamus.

Burmannum probare queo, qui pravam lectionem in textu poſuerit, bonam in notis tantummodo indicarit. CAPP.

130. *Obſervatur.*] *Habentur*; MS. Bodl. *Finit.*] Ὅρος, vel ὁρισμὸς definitio. CAPP.

131. *Artem conſtare ex perceptionibus, &c.*] Hæc definitio ex Græco eſt tranſlata, ideoque durioribus verbis enunciata; quanquam non *præceptionibus*, ſed *perceptionibus* legendum videtur, ut antea quoque. TURNEB. Editio Stephaniana, quæ revera omnium emendatiſſima eſt, in margine habet *perceptionibus*; & ita legendum eſſe Henricus Stephanus in præfatione ad Orationes Gr. Lat. an. 1575. in folio excuſas docet; idque quia *præceptionibus* non reſpondeat vox καταλήψεις, ubi dicitur ars eſſe σύστημα ἐκ καταλήψεων συγγεγυμνασμένων; probatque hanc lectionem Cicero II. Acad. Quæſt. 7. *Ars vero, quæ poſſit eſſe, niſi, quæ non ex una, aut ex duabus, ſed ex multis animi perceptionibus conſtat.* Vide eumdem de Fato: & ita legendum eſſe docet Voſſius de natura Logices, cap. 2. ALMEL. His adde Ciceronis loca quædam, ut 1°. de Oratore num. 92. *Artem vero negabat* [Menedemus] *eſſe ullam, niſi, quæ cognitis, penitusque perſpectis, & in unum exitum ſpectantibus & nunquam fallentibus rebus contineretur.* Ibid. 108. *ars definitur ex rebus penitus perſpectis planeque cognitis, atque ab opinionis arbitrio ſejunctis, ſcientiaque comprehenſis.* Præterea Marius Victorinus pag. 2450. veter. Grammatic. Putſch. has affert artis definitiones. *Ars*, inquit, *ut placet Ariſtoni, collectio eſt ex perceptionibus & exercitationibus ad aliquem finem vitæ pertinens.... nos qualiter? ars eſt ſumma rerum dictio* (an collectio?) *comprehenſarum atque exercitatarum ad aliquem vitæ finem tendentium.* Diomedes autem ibid. pag. 414. ſic habet: *Ars eſt rei cujus* (lego, *alicujus*) *ſcientia, uſu vel traditione percepta, tendens ad uſum aliquem vitæ neceſſarium.* Apud eumdem quidem Grammaticum ibid. legimus. *Ars eſt præceptionum exercitatarum conſtructio*; ſed ex ſupra dictis abunde patet legendum eſſe *perceptionum*. Denique in cod. Bern. diſerte legitur: *artem conſtare ex perceptionibus.* CAPP.

132. *In rhetorice ineſſe.*] *Eſſe* Locatel. Ald. male; amant enim elegantiæ ſtudioſi ſcriptores geminare hanc præpoſitionem, quam expulerunt ſæpe imperiti librarii. Noſter lib. VI. 3. *ſed ineſt proprius quibuſdam decor in habitu*, & lib. VII. 4. *in facto tamen plurimum ineſt*, & alibi ſæpe. Sic apud Nepot. Alcib. 1. ut *omnes admirarentur in uno homine tantam ineſſe diſſimilitudinem*, ubi male *eſſe* alii. Terent. Eun. I. 1. *In amore hæc inſunt.* Adelph. V. 3. *Multa in homine ſigna inſunt.* Minut. Fel. cap. XV. *neſcientes ineſſe & in credibili verum, & in veriſimili mendacium*: & hoc obſervaſſe Auguſtum dicit Sueton. cap. 86. BURMAN.

133. *Inſpectione & exercitatione.*] Duæ ſunt partes omnium artium; inſpectio, quæ eſt rerum perpenſio & contemplatio; & exercitatio, quæ eſt ipſa actio. TURNEB. *Inſpectione & exercitatione.*] Τῇ θεωρίᾳ, καὶ πράξει, ſeu μελέτῃ. CAPPER.

134. *Cum ab ea.*] Nam ſpecies ſunt rhetorica & dialectica *logices*, id eſt, artis *ſermocinalis*: quocirca genere ſunt eadem: & alioqui, ut docet Ariſtoteles, utriuſque eadem eſt materia, ut duntaxat peculiari quadam re differant. TURNEB.

135. *Sed nec illa.*] Hoc argumentum ſumptum eſt ex initio *Rhetorices* Ariſtot. TURNEB.

136. *Aliter*] Alioqui, ſi res non ita ſe haberet. CAPPER.

137. *Id quod.*] *Idque cum*; MSS. Bodl. Joan. Alm. Andr. Locatel. Ald. Colin. Voſſ. omn.

CAPUT XVIII.

Generalis artium diviſio, & ex quibus ſit rhetorica.

CUM ſint autem [1] artium aliæ poſitæ in [2] inſpectione, id eſt, cognitione XIX.
& æſtimatione rerum, [3] qualis eſt Aſtrologia, nullum exigens actum, ſed ipſo rei, cujus ſtudium habet, [4] intellectu contenta, quæ [5] θεωρητικὴ vocatur: [6] aliæ in agendo, quarum [7] in hoc finis eſt, & ipſo actu [8] perficiuntur, nihilque poſt actum operis relinquunt, quæ πρακτικὴ dicitur, qualis eſt ſaltatio: aliæ in effectu, quæ operis, quod oculis ſubjicitur, [9] conſummatione finem accipiunt, quam ποιητικὴν appellamus, qualis eſt pictura; fere

Conſtituto genere, ex arte eſt genus in differentias partiri; ut ſcias ſub qua ſpecie ſit collocandum id, de quo quæras. Itaque colligit *rhetoricam* artem eſſe *activam*, nonnihil tamen ex reliquis artibus aſſumere. TURNEB.

1. *Artium aliæ.*] Vide Caſſiodorum in Rhetorib. Latin. a Pithœo editis pag 332. ubi eadem traduntur. CAPPER.

2. *Inſpectione.*] Τῇ θεωρίᾳ. Scientiæ, artesve ſpeculativæ ſunt, quæ ad nullum opus tranſeunt, ut in ſcholis loquuntur; ſed notandum ex Fabio artes quaſdam eſſe ſpeculativas; nam vulgo putant omnem artem eſſe *practicam*. CAPPER.

3. *Qualis eſt Aſtrologia.*] Ita denominantur artes a majori parte: alioqui ſi propius inſpicias, in omnibus intelliges eſſe ſpeculationem, & actionem. TURNEB. *Aſtronomia* mallet Francius.

4. *Intellectu contenta.*] Sic & Priſcianus, pag. 1342. de poſitionibus, ſeu theſibus rhetoricis & philoſophicis: *Nominaverunt quidam has activas; illas autem inſpectivas, ſive intellectivas. Hæ enim poſſunt agi; illarum autem finis eſt inſpectio, ſive intellectus.* CAPPER.

5. *Θεωρητική.*] In Stephanæa quidem editione legitur θεωρικὴ, ſed θεωρητικὴ legendum eſſe, conſtat ex Caſſiodoro in Rhetoribus Pithœanis. pag. 332. CAPPER.

6. *Aliæ in agendo.*] Rodolphus Agr. dividit artes in *theoreticas*, *practicas*, & *logicas*; ac ſub *practica* complectitur & ποιητικήν. Galenus vero quartam etiam efficit artem, quam appellat κτητικὴν, quæ non eſt in opere, ſed in rei alicujus adeptione; cujuſmodi eſt *venatoria*. TURNEB. Hanc Fabii diviſionem ſequitur & comprobat Baſilius M. Homil. 1. Cicero vero in duas dividit, *quæ rem animo cernit, & quæ aliquid molitur*, lib. II. Acad. Quæſt. 8. ALMEL. Cæterum ex his Fabii verbis: *Artium aliæ poſitæ in inſpectione ... aliæ in agendo .... aliæ in effectu*, colligi poteſt ſtudium ab ipſo fuiſſe triplex artis genus; 1°. Artem θεωρητικὴν mere ſpeculativam, ut Aſtrologiam; 2°. πρακτικὴν mere *practicam*, ut ſaltationem; 3°. ποιητικὴν *effectricem*, ſive, ut mox dicet, *effectivam*; cujuſmodi eſt pictura. CAPPER.

7. *In hoc.*] In τῷ agere, ἐν τῷ πράττειν, in hoc ipſo quod eſt agere. CAPPER.

8. *Perficiuntur, & relinquunt.*] Ald. Baſil. *perficitur & relinquit*; Steph. Burm. & cæt.

9. *Conſummatione.*] *Conſummationem non finem*: MSS. Bodl.

judicandum eſt *rhetoricen* in actu conſiſtere. Hoc enim, quod eſt officii ſui, perficit; atque ita ab omnibus dictum eſt. Mihi autem videtur etiam [10] ex illis cæteris artibus multum aſſumere. Nam & poteſt aliquando [11] ipſa res per ſe inſpectione eſſe contenta. Erit enim *rhetorice* [12] in oratore etiam tacente; &, ſi deſierit agere, vel propoſito, vel aliquo caſu impeditus, non magis deſinet eſſe orator, quam medicus, qui curandi fecerit finem. Nam eſt aliquis, ac neſcio an maximus etiam, ex ſecretis ſtudiis fructus, ac tum pura voluptas literarum, cum ab actu, id eſt, [13] opere, receſſerunt, [14] & contemplatione ſui fruuntur. Sed [15] *effective* quoque aliquid ſimile ſcriptis orationibus, vel hiſtoriis ([16] quod ipſum opus in parte oratoria merito ponimus) conſequetur. Si tamen una ex tribus artibus habenda ſit, quia maximus ejus uſus [17] actu continetur, atque eſt in eo frequentiſſima; dicatur [18] *activa*, vel *adminiſtrativa*. Nam & hoc ejuſdem rei nomen eſt.

Joan. Bal. Andr. Ald. marg. Steph. ſed ipſa Stephani editio an. 1542. habet *conſummationem, finem*, idque per Grammaticam figuram, cui nomen *appoſitio*. CAPPER.

10. *Ex illis cæteris.*] Videlicet ex arte θεωρητικῇ ſpeculativa, & ex πρακτικῇ effectiva. CAPPER.

11. *Ipſa res inſpectione.*] *Ipſa res per ſe inſpectione*; MSS. Bodl. Alm. Andr. Locatel. Ald. Sich. Par. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Voſſ. ſecund. Obrecht. *per ſe in conſpectione*; marg. Baſil.

12. *In oratore etiam tacente.*] Nulla eſt ars, quantumvis in actu poſita, quæ non aliquid habeat ſpeculationis. Et certe, cum artes ſint poſitæ in habitu, potius quam actu; orator etiam tacens *rhetoricen* habebit. TURNEB.

13. *Opere.*] Locatel Ald. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Obrecht. *opera*; Gryph.

14. *Et contemplatione ſui fruuntur.*] Nam ipſe actus potius ad corpus refertur; contemplatio vero & commentatio ad animum: inde porro opus manat: quare maxima artis portio in contemplatione eſt. TURNEB. Ita Pomponius Mela de Geographia in præfatione. *Aſpici cognoſcique digniſſimum*, & *quod, ſine ope ingenii ornantis, ipſa ſui contemplatione pretium operæ attendentium abſolvat.* BURMAN.

15. *Effective.*] *Effectivæ*; Locat. Steph. Colin. qua quidem ſemel admiſſa lectione, hæc quæ ſequuntur, *ſcriptis orationibus vel hiſtoriis*, in *ablativo* caſu eſſe intelligentur, quaſi ſcripſiſſet Fabius: *Rhetorica conſequetur aliquid ſimile τῇ effectivæ ποιητικῇ arti, idque per, ob*, ſeu *propter ſcriptas orationes vel hiſtorias.* Qui ſane ſenſus verbis antecedentibus non male congrueret. CAPPER.

16. *Quod ipſum opus*, &c.] Cicer. lib. 2. de Orat. imprimis oratorium eſſe cenſet, eleganter hiſtoriam ſcribere: quod etiam tradit lib. primo de Legibus. TURNEB.

17. *Actu continetur.*] Τῇ πράξει, ipſa dicendi, ſeu habendæ orationis actione. CAPPER.

18. *Activa vel adminiſtrativa.*] Πρακτική. Sic Fabius lib. 5. cap. 10. *adminiſtrationem* uſurpavit pro *actione, operatione*, &c. ait enim: *Celſus autem judicat non noſtram adminiſtrationem; ſed ipſam rem quam aggredimur, id eſt, argumentum, epichirema dici.* CAPPER.

CAPUT XIX.

[1] *Utra plus conferat eloquentiæ, ars, an natura.*

XX. SCIO quæri etiam, naturane plus ad eloquentiam conferat, an doctrina. Quod ad propoſitum quidem noſtri operis nihil pertinet; nec enim conſummatus orator, niſi [2] ex utroque fieri poteſt: plurimum tamen referre arbitror, quam eſſe in hoc loco quæſtionem velimus. [3] Nam, ſi parti utrilibet omnino alteram detrahas, natura etiam ſine doctrina multum valebit, doctrina [4] nulla eſſe ſine natura poterit. Sin ex pari coëant, in mediocribus [5] quidem utriſque majus adhuc naturæ credam eſſe momentum; conſummatos autem plus doctrinæ debere, quam naturæ, putabo; ſicut terræ, nullam fertilitatem habenti, nihil optimus agricola profuerit; e terra uberi utile aliquid, etiam nullo colente, naſcetur. At in ſolo fœcundo plus cultor, quam ipſa per ſe bonitas ſoli, efficiet. Et ſi Praxiteles ſignum aliquod [6] ex molari lapide conatus eſſet [7] exſculpere, Parium marmor mallem [8] [9] rude: [10] at ſi illud idem artifex expoliſſet, [11] plus in manibus fuiſſet, quam in marmore.

Quæſtio hæc ex ſuperioribus pendet; nam cum refutarit eos, qui in natura ponebant, probaritque neceſſariam eſſe artis cognitionem, poſtquam rhetoricam eſſe artem probavit, merito hac de re quærit; de qua ita ſtatuit, ut mediocres oratores plus naturæ debeant; conſummati plus doctrinæ TURNEB.

1. *Utra plus conferat, ars an natura.*] Qua de re lege Ciceronem lib. 1. de Oratore num. 113- 116. CAPPER.

2. *Ex utraque.*] *Utroque*; V. C. Alm. Locat. Ald. Gryph. Colin. Baſil. Voſſ. ſecund. Bern. & recte; nam ſolere ita veteres loqui pluribus ad Ovid. 1. Metam. 50. docebimus. BURMAN.

3. *Nam ſi parti.*] Hæc quæſtio tractatur a Cicer. lib. primo de Orat. & a Platone in Phædro: hanc porro ſententiam Fab. duxit ex oratione Cic pro Archia TURNEB.

4. *Nulla eſſe poterit.*] Id eſt, nihil prodeſſe, proficere, nullum fructum afferre. CAPPER.

5. *Quidem utriuſque.*] *Utriuſque* hic mihi otioſum eſſe videtur & ſuperfluum, atque idcirco tollendum. REGIUS. *Utriſque*; MSS. & editi.

6. *Ex molari lapide.*] Molari lapide nihil aſperius, & ad ſculpendas imagines minus aptum. ROLLIN.

7. *Exſculpere.*] *Excalpere*; Ald.

8. *Parium marmor.*] Paros inſula eſt in Ægæo mari, quæ candidiſſimum habet marmor, quod *lychnium* appellant, quia ad lucernam effoditur. TURNEB.

9. *Rude.*] Informe, in quo nihil eſſet exſculptum.

10. *At ſi illud.*] Forte, *at ei, ſi illud idem*, &c. GALLÆUS.

11. *Plus in manibus fuiſſet, quam in marmore.*] Id eſt, majus pretium duceret ab artificis labore & peritia, quam a materia. ROLLIN.

[12] Denique natura materiæ, ars doctrinæ eſt : hæc fingit : [13] illa fingitur. Nihil ars ſine materia : materiæ etiam ſine arte pretium eſt. Ars ſumma, materia optima [14] melior.

12. *Denique natura.*] Naturam cum materia comparamus, doctrinam cum forma, quæ materiæ addit expolitionem & materia eſt nobilior. TURNEB. *Natura materiæ, ars doctrinæ eſt.*] In Voſſiano cod. prim. legitur. *Natura materia, ars doctrina* ; ſed utrobique idem ſenſus. Natura ſe habet inſtar materiæ, quæ fingitur & formatur : ars autem eſt quædam doctrina, quæ fingit & efformat. CAPPER.

13. *Illa fingitur.*] *Illa vero fingitur* ; Venet.

14. *Melior.*] *Melior eſt* ; Ald. cæterum hæ dictiones *materia optima* ſunt in ablativo. CAPPER.

CAPUT XX.

An [1] virtus ſit rhetorice.

ILLA quæſtio eſt major, [2] an ex mediis artibus, quæ neque laudari per ſe, neque vituperari poſſunt, ſed utiles, [3] aut ſecus ſecundum mores utentium fiunt, habenda ſit *rhetorice* ; an ſit, ut compluribus etiam philoſophorum placet, virtus. [4] Equidem illud, quod in ſtudiis dicendi plerique exercuerunt & exercent, aut nullam artem, quæ [5] ἀτεχνία nominatur, puto ; (multos enim video, ſine ratione, ſine literis, [6] qua vel impudentia vel fames duxit, ruentes) aut [7] malam quaſi artem, [8] quam κακοτεχνίαν dicimus. Nam & fuiſſe multos, & eſſe nonnullos exiſtimo, qui facultatem dicendi ad hominum perniciem [9] converterunt. [10] Ματαιοτεχνία quoque eſt quædam, id eſt, ſupervacua artis imitatio, quæ nihil ſane nec boni nec mali habeat, ſed vanum laborem ; qualis illius fuit, qui grana ciceris, ex [11] ſpatio diſtante miſſa, in acum [12] continuo & ſine fruſtratione inſerebat ; [13] quem cum ſpectaſſet Alexander, [14] donaſſe dicitur ejuſdem leguminis modio. Quod quidem præmium fuit illo opere digniſſimum. [15] His ego comparandos exiſtimo, qui in [16] *declamationibus*, quas eſſe veritati diſſimillimas volunt, ætatem multo ſtudio ac labore conſumunt. [17] Verum hæc, ad quam inſtituere conamur, & cujus imaginem animo concepimus, quæ bono viro convenit, quæque eſt vera *rhetorice*, virtus erit. Quod philoſophi quidem [18] multis & acutis concluſionibus XXI.

Hæc etiam quæſtio ex cap. decimo ſeptimo & decimo octavo pendet ; nam plerique malam eſſe rhetoricam putarunt : colligit tamen Fabius ex Stoïcorum opinione rhetoricam eſſe virtutem. TURNEB.

1. *Virtus.*] Duplices ſunt Ariſtoteli virtutes ; *intellectivæ*, quæ in veri cognitione rerumque effectione verſantur, quo modo rhetorica virtus eſt, cum ſit ars ; aliæ vero *morales*, quæ ſunt in voluntare & appetitu probiſque actionibus, quo modo virtutem eſſe rhetoricam probat Fabius. TURNEB. Vide Cicer. III. de Orat. cap. 18. ALMELOV.

2. *An ex.*] *An* non habent Ald. Locatel. nec V. C. Alm. nec Voſſ. ſecund. tert. *Ex mediis artibus.*] Græci μέσα *media* vocant ea, quæ ſunt ad bonum & malum per ſe indifferentia. CAPPER.

3. *Aut ſecus.*] Id eſt, inutiles, aut etiam noxiæ.

4. *Equidem.*] *Et quidem* ; V. C. Alm.

5. Ἀτεχνία.] Ariſt. lib. 6. eth. ἀτεχνίαν arti contrariam eſſe ait, eſſeque habitum, qui falſa ratione aliquid hoc modo agendum ſuadeat ; qualis fuit in quibuſdam rhetoribus, quorum Fab. meminit cap. 12. lib. 2. TURNEB.

6. *Qua vel impudentia.*] *Quo.* Mihi ſenſus magis convenire videtur. REGIUS. *Quo* ; marg. Steph. & Baſil. eadem varietas eſt apud Virgil. 1. Æneid. 401.

Perge modo, & qua te ducit via, dirige greſſum.

ubi *quo* alii codices : ſed Pierius caſtiorem lectionem *qua* cenſet : in Ecloga vero IX. 1. ſine ulla varietate,

Quo te Mœri pedes ? an quo via ducit, in urbem ?

quanquam Emmeneſſius etiam alios *qua* legere adfirmet. Cæterum hic Græculos intelligere Fabium mihi certum eſt ; quo & ſpectant illa Juvenalis Sat. III. 76.

Grammaticus, Rhetor, Geometres, pictor, aliptes,
Augur, ſchœnobates, medicus, magus, omnia novit.
Græculus eſuriens in cœlum, juſſeris, ibit. BURMAN.

7. *Malam quaſi artem.*] *Malam quamdam artem* ; Voſſ. ſec.

8. *Quam κακοτεχνίαν dicimus.*] Sunt hæc tria vitia veris artibus oppoſita : quocirca ea Fabius removet a rhetorica : κακοτεχνία fuit, ſi Platoni credimus, in Sophiſtis. Eadem eſt in calumniatoribus, prævaricatoribus, quadruplatoribus, rabulis. TURNEB. κακοτεχνίαν vocabat Epicurus Rhetoricen. Amm. Marcel. XXX. 4.

9. *Converterunt.*] *Converterint* ; edit. Stephan. cod. Bern. *Convertunt* ; Voſſ. tert.

10. Ματαιοτεχνία.] Cum prudentia ſit (ut inquit Cicero) in veri cognitione, eadem præſcribit, ne in rebus obſcuris, nimium difficilibus, non neceſſariis, nos occupemus, quod eſt ματαιοτεχνίας : hoc vitio laborant, qui ſe in nugis ſophiſticis hodie exercent. TURNEB. Similes ματαιοτεχνίας commemorat damnatque ſimul divinus Galenus, Hortatorii ad artes cap. 6. ὧν τὸ τέλος οὐ βιωφελές, ut Iſidorus Peluſiota lib. 3. Epiſt. 185. ſed quæ (uti ſapienter Ælianus Var. Hiſt. lib. 1. cap. 17.) nihil aliud ſunt, quam χρόνου παρανάλωμα. COLOMES.

11. *Spatio diſtante.*] *Diſtanti* Colinæus ; ſed alii rectius *diſtante* ; imitari enim videtur Ovidium, qui ſic in ſimili luſu de Nuce, verſ. 85.

Vas quoque ſæpe cavum, ſpatio diſtante, locatur,
In quod miſſa levi nux cadat una manu. BURMAN.

12. *Continuo.*] *Continue* ; Ald. Steph. Voſſ. ſecund.

13. *Quem cum ſpectaſſet Alexander.*] Hæc *chria* eſt (activa) qua Alexander ſignificavit vanam eſſe artem ex præmii vanitate. TURNEB.

14. *Donaſſe dicitur.*] *Donaſſe eum dicitur* ; MS. Bodl. Locatel. Par. Steph. Colin.

15. *His ego.*] Fabius hos declamatores reprehendit cap. undecimo, ubi ſtatuit *declamationes* veris *cauſſis* debere eſſe quam ſimillimas : id ipſum etiam reprehenditur a Dionyſio Halicarnaſſeo in cap. de vitiis *declamationis.* TURNEB. vide l. X. c. 5. & paſſim hoc inculcat Fabius. *His ergo.*] *Ego* ; MSS. Bodl. Bal. Alm. Andr. Locat. Ald. Sich. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Obrecht.

16. *Declamationibus.*] In agendis illis, quas ad arbitrium fingunt, *cauſſis* ; Μελέτας Græci vocant CAPPER.

17 *Verum hæc quam.*] Henr. Stephanus Epiſtol. ad Dalecham. p 143. putat ſcribendum ; *verum ad quam*, &c. ALMEL.

18. *Multis & acutis concluſionibus.*] Appellat Fabius *concluſiones*, argumentationes *ſyllogiſticas*, quæ propoſitis dua-

[19] colligunt : mihi vero etiam [20] planiore hac, [21] proprieque noſtra probatione videtur eſſe perſpicuum. [22] Ab illis hæc dicuntur: Si conſonare ſibi in faciendis ac non faciendis, virtutis eſt, quæ pars ejus [23] *prudentia* vocatur; [24] eadem in dicendis ac non dicendis erit: [25] Et, ſi virtutes ſunt, ad quas nobis etiam, ante quam doceremur, initia quædam ac ſemina ſunt conceſſa natura, ut ad juſtitiam, cujus ruſticis quoque ac barbaris apparet aliqua imago; nos certe ſic eſſe ab initio formatos, ut poſſemus orare pro bonis, etiam ſi non perfecte, tamen ut ineſſent quædam (ut dixi) ſemina ejus facultatis, manifeſtum eſt. Non eadem autem his natura artibus eſt, quæ a virtute ſunt remotæ. [26] Itaque cum duo ſint genera orationis; altera [27] *perpetua*, quæ *rhetorice* dicitur; altera [28] *conciſa*, quæ *dialectice*: quas quidem [29] Zeno [30] adeo conjunxit, ut hanc compreſſæ in pugnum manus, illam explicitæ diceret ſimilem, etiam [31] diſputatrix virtus erit: adeo [32] de hac, quæ [33] ſpecioſior atque [34] apertior tanto eſt, [35] nihil dubitabitur. Sed plenius hoc idem atque apertius intueri ex ipſis operibus volo. [36] Nam quid orator [37] in laudando faciet, niſi honeſtorum ac turpium peritus? aut in ſuadendo, [38] niſi utilitate perſpecta? aut in judiciis, ſi juſtitiæ ſit ignarus? Quid? non fortitudinem [39] poſtulat res eadem, cum ſæpe contra turbulentas populi minas, ſæpe cum periculoſa potentium offenſa, nonnunquam, [40] ut in judicio Miloniano, [41] inter circumfuſa militum arma dicendum ſit? ut, ſi virtus non eſt, ne perfecta quidem eſſe poſſit oratio. [42] Quod ſi ea in quoque animalium eſt virtus, qua præſtat cætera vel pleraque, ut in leone impetus, in equo velocitas; hominem porro ratione atque oratione [43] excellere cæteris certum eſt; cur non tam in eloquentia, quam in ratione virtutem ejus eſſe credamus? Recteque hoc apud Ciceronem [44] diſſerit [45] Craſſus. Eſt enim *eloquentia una quædam de ſummis virtutibus*. Et ipſe [46] Cicero [47] in ſua perſona, cum ad Brutum in epiſtolis, [48] tum aliis etiam locis, virtutem eam appellat. [49] At *proœmium* aliquando & *narrationem* dicit malus homo, & *argu-*

bus propoſitionibus inferunt *complexionem*: talia erant conſectaria Stoicorum, ut vocat Cicer. lib. 4. *de finibus*. TURNEB.

19. *Colligunt.*] Συλλογίζοντες *ſyllogiſmorum* ope inferunt, &, ut vulgo loquuntur, *concludunt*. CAPPER.

20. *Planiore ac proprie.*] *Planiore hac proprieque noſtra*; MSS. Bodl. Bal. Locat. Ald. Gryph. Colin. Baſil. Obrecht. *Planiore proprieque noſtra*; Andr.

21. *Proprie noſtra.*] Quæ rhetorum & oratorum propria eſt. CAPPER.

22. *Ab illis hæc.*] *Ab his*; Locat. Ald. Gryph. Colin. Baſil.

23. *Prudentia.*] Eſt enim in delectu agendorum, & non agendorum. Porro virtus omnis conſtantia quædam eſt, ut probat Cicer. Tuſcul. TURNEB. *Quæ pars ejus prudentia.*] To *pars ejus* ejiciendum cenſet Gallæus.

24. *Eadem in.*] *Ejuſdem* mallet idem Gallæus.

25. *Et ſi virtutes ſunt.*] Stoici & Academici dicebant nobis ſemina virtutum a natura innata eſſe; quæ ſi pateremur adoleſcere, ipſa natura ad beatam vitam nos perduceret. TURNEB.

26. *Itaque cum duo ſint, &c.*] Rodolphus Agricola aſſerit & perpetuam orationem & conciſam eſſe dialectici & rhetoris, cum etiam rhetores utantur *altercationibus*: differre tamen putat probabilitate & ornatu, dialectici orationem ab oratione rhetoris. TURNEB.

27. *Perpetua.*] Id eſt, ſine interpoſitionibus, reſponſionibus; ut in dialecticis, ubi ſingulis argumentis ſua interponuntur reſponſa; unde conciſa & contracta videtur: utitur & Cicero lib. II. de finib. cap. 4. hac phraſi *perpetua oratione*. ALMELOV. optime hæc illuſtrant illa Nepotis in Epamin. cap. V. *Fuit & diſertus, ut nemo Thebanus ei par eſſet eloquentia, neque minus concinnus in brevitate reſpondendi, quam in perpetua oratione ornatus.* BURMAN.

28. *Conciſa.*] *Adſtricta* & *contracta* dicitur etiam Ciceroni in Bruto cap. 90. reſpici poteſt idem in Academ. Quæſt. II. 47. ALMELOV.

29. *Zeno.*] *Zenon*; MSS. Bodl. Bal. Alm. Andr. Vaſc. Steph. Sich. Baſil. vide ſupr. lib. I. cap. 5.

30. *Adeo conjunxit.*] Hoc refert Cicero lib. II. *de finib.* cap. 6. Orator. cap. 32. & *Partition.* PHILAND. nec male Zenon; nam hanc unam eamdemque vim eſſe veteres putarunt, teſte Cicerone lib. I. Academ. Quæſt. 2. ALMELOV.

31. *Diſputatrix virtus.*] Fabius cap. 15. eos reprehendebat, qui *rhetoricam* verterent *oratricem*; in quod tamen vitium videtur incidiſſe, cum dialecticam vertat *diſputatricem*; ſed hoc obiter factum eſt, ut potius res exprimeretur Latine, quam vera vis nominis redderetur. TURNEB. *Diſputatrix.*] Ἡ ἐρωτικὴ διαλεκτική. Id eſt, etiam τῇ logicæ, & diſputatrici dialecticæ tribuetur virtutis nomen. CAPPER.

32. *De hac.*] Hoc eſt, de rhetorica. CAPPER.

33. *Specioſior.*] Quia comparatur rhetorice explicitæ manui, neſcio an non rectius *ſpatioſior* legatur. Vide ſupr. ad cap. IV. BURMAN.

34. *Apertior eſt.*] *Apertior tanto eſt*; MSS. Joan. Bal. Alm. Locatel. Andr. Ald. Sich. Gryph. Colin. Baſil. Voſſ. tert. *Aptior*; Voſſ. ſecund.

35. *Nihil dubitabitur.*] *Dubitatur*; Voſſ. tert.

36. *Nam quid orator.*] A locis *finalibus* trium cauſarum, virtutem probat rhetoricam: nam generis *demonſtrativi* finis eſt honeſtas, *ſuaſorii* utilitas, *judicialis* æquitas. TURNEB.

37. *In laudando .... in ſuadendo ..... in judiciis.*] Id eſt, in variis orationum generibus; in *demonſtrativo*, *deliberativo*, ſeu *ſuaſorio*, & *judiciali*. CAPPER.

38. *Niſi utilitate propoſita & perſpecta.*] *Niſi utilitate perſpecta*; MSS. Bodl. Alm. Andr. Locat. Venet. Par. Ald. Gryph. Colin. Baſil. Obrecht. Voſſ. ſecund.

39. *Poſtulat res eadem.*] Hoc eſt, rhetorica.

40. *Ut in judicio Miloniano.*] Judicio Miloniano Pompeius templa omnia præſidiis munivit, & omnes fori aditus; atque inter arma Ciceroni dicendum fuit. TURNEB. *Ut judicio Miloniano*; V. C. Alm. Voſſ. *In judicio Miloniano.*] In Milonis *cauſa*, quam defendendam ſuſcepit Tullius, poſtquam ille Clodium interfecit. CAPPER.

41. *Inter circumfuſa.*] *Inter confuſa*; MS. Bodl. Andr. *inter circumcoruſca*; marg. Baſil.

42. *Quod ſi.*] *Quod*, non *quid*, ſenſus expoſcit. REGIUS. *Si ea.*] Hoc argumentum non eſt ſatis efficax; conflat enim *homonymia*: nam virtus naturalis eſt potentia in animalibus; in homine vero habitus. TURNEB.

43. *Excellere cæteris.*] Ariſtotel. Politic. lib. I. cap. 2. *Sermonem homo habet ſolus animalium.* PHILAND. Vide eamdem ſimilitudinem lib. I. cap. I. ALMELOV.

44. *Diſſerit.*] *Dixerit*; V. C. Alm. Ald. Voſſ. tert.

45. *Craſſus.*] Lib. III. de Orat. 14.

46. *Cicero.*] Lib. I. de Orat. 18.

47. *In ſua perſona.*] *Sua perſona*; Ald. Gryph. Baſil. Voſſ. *cum ſua perſona, tum ad Brutum*; Locatel.

48. *Tum aliis etiam locis.*] Ut in *Partitionibus*, ubi dicit comitem eſſe ſapientiæ & miniſtram rhetoricam, neque eam haberi poſſe ſine ſcientia morali. TURNEB. Item Academ. Quæſt. I. cap. 2. ALMELOV.

49. *At primum aliquando.*] *Proœmium* ſine dubio eſt legen-

menta,

menta, ſic, ut nihil ſit in his requirendum. [50] Nam & latro pugnabit acriter, virtus tamen erit fortitudo: & [51] tormenta ſine gemitu feret malus ſervus, tolerantia tamen doloris laude ſua non carebit. Multa fiunt eadem, ſed aliter. [52] Sufficiant igitur hæc, quia de utilitate ſupra tractavimus.

dum: eſt autem objectio, quæ ab iis, qui diſſentiunt, fieri poſſet. Regius.

50. *Nam & latro.*] Gallæus legebat & diſtinguebat hoc modo; *Non & latro pugnabit acriter? virtus, &c.* & mox *non* ſubaudiri vult; *& tormenta*, pro *non & tormenta*, cap.

51. *Tormenta feret malus.... multa fiunt eadem, ſed aliter.*] Bene divus Cyprianus: *Martyrem facit non pœna, ſed cauſſa.* Capper.

52. *Sufficiant.*] *Sufficiens*; Voſſ. ſecund.

CAPUT XXI.

Quæ ſit materia rhetorices.

MATERIAM *rhetorices* quidam dixerunt eſſe orationem: [1] quam XXII.
ſententiam ponit apud Platonem Gorgias. Quæ ſi ita accipitur, ut ſermo quacumque de re compoſitus, dicatur oratio; non materia, ſed opus eſt; ut ſtatuarii, ſtatua: nam & oratio efficitur arte, ſicut ſtatua. [2] Sin hac appellatione verba ipſa ſignificari putamus, nihil hæc ſine rerum ſubſtantia faciunt. Quidam argumenta perſuaſibilia; quæ & ipſa in parte ſunt operis, & arte fiunt, & materia egent. Quidam [3] civiles quæſtiones; quorum opinio [4] non qualitate, [5] ſed modo erravit. Eſt enim hæc materia *rhetorices*, ſed non ſola. Quidam, quia virtus ſit *rhetorice*, materiam ejus totam [6] vitam [7] vocant. [8] Alii, quia non omnium virtutum materia ſit tota vita, ſed pleræque earum verſentur [9] in partibus, ſicut juſtitia, fortitudo, [10] continentia, propriis officiis & ſuo fine intelliguntur; *rhetoricen* quoque dicunt [11] in una aliqua parte ponendam, eique locum in [12] *ethice* [13] *negotialem* aſſignant, id eſt, πραγματικόν. Ego (neque id ſine auctoribus) materiam eſſe *rhetorices* judico, omnes res, quæcumque ei ad dicendum ſubjectæ erunt. Nam Socrates apud Platonem dicere Gorgiæ videtur, *non in verbis eſſe materiam, ſed in rebus.* Et in Phædro palam, non [14] in judiciis modo & concionibus, ſed in rebus etiam privatis ac domeſticis *rhetoricen* eſſe demonſtrat. Quo manifeſtum eſt hanc opinionem ipſius Platonis fuiſſe. Et [15] Cicero quodam loco materiam *rhetorices* vocat, *res, quæ* [16] *ſubjectæ ſunt ei*: ſed certas demum putat eſſe ſubjectas. [17] Alio vero, de omnibus rebus oratori dicendum arbitratur, his quidem verbis: *Quanquam vis oratoris, profeſ-*

Materia dupliciter dicitur; aut enim eſt id, circa quod cura eſt & conſideratio artium, ut ſi diceres orationem *rhetorices* eſſe materiam; eſt etiam id, in quod ars opus ſuum explicat. Quo ſignificatu hic accipi debet; ac certe Fab. colligit materiam *rhetorices* eſſe, res omnes ei ad dicendum ſubjectas. Turneb.

1. *Quam ſententiam ponit.*] MS. Pal. *qua in ſententia ponitur apud Platonem Gorgias.* Plautus aliter Epid. III. 4.

Quid nunc? qui in tantis poſitus ſum ſententiis,
Eumne ego ſinam impune?

Quem locum interpretatur. Jan. Gebhard. lib. II. crep. 13. Editio Lugdunenſis; *quam ſententiam ponis apud Platonem Gorgias.* Lectio, fateor, non multum improbanda, neque codicum auctoritate prorſus deſtituta: ſed ea, quam ad fidem MSS. Bodl. & Joan. editorum etiam Andreæ & Sichardi repoſuimus, elegantior videtur, & ad hoc propoſitum accommodatior. In dialogis enim & ejuſmodi ſcriptis, interlocutores non tam ſua ſponte loquuntur, adeoque *ſuam ſententiam ponunt*, quam ab aliis, qua etiam ire nollent, quaſi trahuntur, & præcipitantur. Gibson. Cum Gibſone faciunt etiam codex Alm. Voſſ. prim. ſecund. & Obrecht. Plautina illa vero rectius explicantem videbis Gronovium ad Plautum ipſum; & mihi quoque hæc lectio arridet; quia *ponitur*, hic pro *fingitur*, *inducitur*, a Fabio ſumitur; pro quo nunc *ſupponitur* vulgo dicunt. Vide ad Petron. cap. II. & ita non eſſet phraſis hæc *ponitur in ſententia*; ſed *ponitur eſſe in hac ſententia*, ut infra hoc capite; *ſolet a quibuſdam & illud poni*, & ſæpe alibi. Vulgatum Gallæus retinebat, ex ſimili loco infra: *Non tamen poſt tot ac tantos auctores pigebit meam quibuſdam locis poſuiſſe ſententiam.* Burman.

2. *Sin hac appellatione.*] Diſtinguit *Fabius* vocem Græcam ambiguam; nam λόγος *orationem* ſignificat & *verbum*: utroque tamen modo falſa eſt opinio Gorgiæ. Turneb. *Si vero hac*; Ald. Par. Baſil. Voſſ. ſecund.

3. *Civiles quæſtiones.*] Τὰ πολιτικὰ ζητήματα, quæ ad omnem Reipublicæ adminiſtrationem pertinent, ſive in publicis negotiis, ſive in iis quæ ſpectant privatos. Capper.

4. *Non qualitate.*] Supple, materiæ, ſeu *objecti*, ut loquuntur in ſcholis. Capper.

5. *Sed modo.*] Id eſt, *quantitate*; quia *rhetorices* materiam ſeu objectum nimis in anguſtum contrahunt. Capper.

6. *Vitam.*] Moralem videlicet ac civilem. Capper.

7. *Vocant.*] *Vocaverunt*; Voſſ. prim. tert.

8. *Alii, quia non, &c.*] Variæ ſunt vitæ rationes, quæ proprias quaſdam habent virtutes & peculiares; ut alia virtus eſt religioſi, alia ſecularis: dividamus igitur vitam in *monaſticam*, *œconomicam*, & *politicam*; in parte *politices negotiali* rhetoricam, cum virtus ſit, collocabimus. Turneb.

9. *In partibus.*] In quibuſdam vitæ civilis partibus. Capp.

10. *Continentia.*] Quæ vulgo temperantia vocatur ἐγκράτεια. Capper.

11. *In aliqua parte.*] Supple, vitæ civilis. Capper.

12. *Ethice.*] Ἠθικῇ, hoc eſt, Morali. Capper.

13. *Negotialem.*] Partem *negotialem* vocat, quæ circa lites, *cauſſas* forenſes & civiles verſatur. Turneb. vel quæ ad ipſas vitæ civilis actiones, ad res gerendas pertinet: ſed de multiplici τοῦ πραγματικοῦ, *negotialis* ſignificatu, vide ad lib. 3. cap. 6. Capper.

14. *In judiciis & concionibus.*] Quæ pertinent ad orationes in genere *judiciali* & *deliberativo* de rebus ad Rempublicam ſpectantibus. Capper.

15. *Cicero.*] De Orat. cap. 16. & de Invent. I. cap. 5.

16. *Subjectæ ſunt.*] *Sint*; V. C. Almel. Ald.

17. *Alio vero.*] Lib. I. de Orat. 6. & II. & lib. II. cap. 27. Almelov.

ſioque ipſa bene dicendi, hoc ſuſcipere ac polliceri videatur, ut omni de re, [18] *quæcumque ſit propoſita, ornate ab eo copioſeque dicatur.* Atque adhuc [19] alibi: [20] *Verum enim oratori, quæ ſunt in hominum vita (quandoquidem in ea verſatur orator, atque ea eſt ei ſubjecta* [21] *materia) omnia quæſita, audita, lecta, diſputata, tractata, agitata eſſe debent.* [22] Hanc autem, quam nos *materiam* vocamus, id eſt, res ſubjectas, quidam modo [23] infinitam, modo non propriam *rhetorices* eſſe dixerunt; eamque artem *circumcurrentem* vocaverunt, quod in omni materia diceret. Cum quibus mihi minima pugna eſt. Nam de omni materia dicere eam fatentur; propriam habere materiam, quia multiplicem habeat, negant. Sed neque infinita eſt, etiam ſi eſt multiplex; & aliæ quoque [24] artes minores habent multiplicem materiam, velut *architectonice.* Namque ea in omnibus, quæ ſunt ædificio utilia, verſatur. [25] Et cælatura, quæ auro, argento, ære, ferro opera efficit. Nam [26] ſculptura etiam lignum, ebur, marmor, vitrum, gemmas, præter ea quæ ſupra dixi, complectitur. Neque protinus non eſt materia *rhetorices*, ſi in eadem verſatur & alius. Nam ſi quæram, quæ ſit materia ſtatuarii; dicetur æs: ſi quæram, quæ ſit [27] excuſoris, id eſt, ejus fabricæ, quam Græci [28] χαλκευτικην vocant; ſimiliter æs eſſe [29] reſpondeant. Atqui plurimum a ſtatuis [30] differunt vaſa. Nec medicina ideo non erit ars, quia unctio & exercitatio cum palæſtrica, ciborum vero qualitas etiam cum coquorum ei ſit arte communis. Quod vero de bono, utili, juſto differere, philoſophiæ officium eſſe dicunt; non obſtat. Nam cum philoſophum dicunt, hoc accipi volunt, virum bonum. [31] Cur igitur oratorem, quem a bono viro non ſeparo, in eadem materia verſari mirer? cum præſertim [32] primo libro jam oſtenderim, philoſophos omiſſam hanc ab oratoribus partem occupaſſe, quæ *rhetorices* propria ſemper fuiſſet; ut illi potius in noſtra materia verſentur. Denique cum ſit [33] *dialectices* materia de rebus ſubjectis diſputare, ſit autem [34] *dialectices* oratio *conciſa*; cur non eadem [35] *perpetuæ* [36] quoque materia videatur? Solet a quibuſdam & illud poni: *Omnium igitur artium peritus erit orator, ſi de omnibus ei dicendum eſt.* [37] Poſſem hic Ciceronis reſpondere verbis, apud quem hoc invenio: *Mea quidem ſententia nemo eſſe poterit omni laude cumulatus orator, niſi erit omnium rerum magnarum, atque artium ſcientiam conſecutus*: ſed mihi ſatis eſt ejus eſſe oratorem rei, de qua dicet, non inſcium. Neque enim omnes *cauſſas* novit, & debet poſſe de omnibus dicere. De quibus ergo dicet? de quibus didicit. Similiter de artibus quoque, de quibus dicendum erit, interim diſcet; & de quibus didicerit, dicet. Quid ergo? [38] non aut faber de fabrica melius, aut de muſice muſicus? Si neſciat orator, quid ſit, de quo [39] quæritur; plane melius. Nam & litigator ruſticus illiteratuſque de *cauſſa* ſua melius, quam orator, qui neſcit quid in lite ſit, dicet: ſed [40] accepta a muſico, a fabro, ſicut a litigatore, melius orator, quam ipſe qui docuerit. Verum & faber, cum de fabrica, & muſicus, cum de muſica, ſi quid confirmationem deſideraverit, dicet; non erit quidem orator, [41] ſed faciet illud

18. *Quæcumque propoſita.*] *Sit propoſita*, legendum. REGIUS.

19. *Alibi.*] Lib III. de Orat. 14.

20. *Verum enim oratori.*] *Vero enim oratori;* MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. Voſſ Bern. *Enim vero oratori;* Locat. Colon. Par. Gryph. & marg. Baſil. Voſſ. ſecund.

21. *Materia.*] *Materies;* V. C. Alm. & ita apud Ciceronem editur.

22. *Hanc autem.*] Quoſdam obiter refutat, qui materiam hujuſmodi propriam eſſe *rhetorices* negabant: appellat autem *rhetoricam circumcurrentem*, quia ambitu illius materiæ *Encyclopædiam* complecti videtur, per quam omnes artes irent. TURNEB.

23. *Infinitam.*] Indefinitam, indeterminatam; quia Rhetorica nulli videtur addicta ſpeciali materiæ, ſed omnem omnino rem, de qua ſermo fieri poſſit, complecti. CAPPER.

24. *Artes minores.*] *Majores;* marg Steph.

25. *Et cælatura.*] *Cælatura* ars, quæ vaſa aut ſuppellectilem ex metallis conflatam per cælum inſculpit. TURNEB. De hac nominum differentia videndus Joh. Brodæus Miſcell. lib. 6. c. 30. p 568. Lamp. Critic. part. 2. PAREUS. Vide Salmaſ. Exercit. Plin p. 774. & Frigel. de Statuis, cap. 1.

26. *Sculptura.*] *Scalptura;* V. C. Almel. Ald. marg. Baſil. Voſſ. & ita Frigelius.

27. *Excuſoris.*] Quis ſit *excuſor*, vide apud Pompon. Gauricum lib. de Statuaria. PHILAND.

28. *Χαλκευτικην vocant.*] *Χαλκευτικη* Græcis plerumque ſignificat *artem ferrariam;* nam æris nomine ferrum quoque appellant. Eſt etiam *excuſoria*, quæ ex ære, vel per conflationem, vel per fabricam vaſa conficit. TURNEB.

29. *Reſpondeant.*] *Reſpondendum;* Voſſ. tert.

30. *Differunt vaſa.*] *Differant;* V. C. Alm. & Voſſ. tert.

31. *Cur igitur.*] *Quare igitur;* V. C. Alm.

32. *Primo libro.*] In procemio.

33. *Dialectices materia.*] Videtur melius *officium* poſſe reponi; nam *dialecticam inventam eſſe* dicunt, *veri & falſi quaſi diſceptatricem & judicem;* Cicer. II. Academ. Quæſt. 28. ALMELOV.

34. *Dialectices oratio.*] *Dialectice;* MSS. Bodl. Joan. Bal. Andr.

35. *Perpetuæ.*] Supple, orationis: quid ſit autem *oratio perpetua*, vide ſupra ad cap. 20. CAPPER.

36. *Quoque materiæ.*] Legatur *materia*, ita ſenſu exigente; perpetuæ enim orationis eadem materia, quæ conciſæ, eſſe probatur. REGIUS.

37. *Poſſem hic Ciceronis, &c.*] Nonnihil ex ſuperioris materiæ ambitu conſtringit: quod Ciceronis imitatione facit, qui, cum res omnes oratori ſubjeciſſet, permiſit ut, ſiquis vellet, aliquid circumcideret & amputaret ex infinita materia. TURNEB. De Orat. I. cap. 16.

38. *Non aut faber.*] *Non faber;* Locat. Ald. Steph. Baſil. Voſſ. ſecund.

39. *Quæritur.*] *Queratur;* Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Voſſ. prim. ſecund.

40. *Accepta a muſico.*] Plato de Republ. lib. x. pag. 598. & 601. Edit. Steph. tom. II. ALMELOV. *Accepta . . . melius orator.*] Id eſt, ea quæ acceperit orator, melius eloquetur, quam is ipſe qui oratorem edocuerit id quod in lite ſit. CAPPER.

41. *Sed faciet illud quaſi orator.*] Hanc clauſulam non eſſe in veteri exemplari, notatur in margin. Baſil.

quaſi orator; ſicut cum vulnus imperitus deligabit, non erit medicus, ſed faciet ut medicus. An hujuſmodi res nec [42] in laudem, nec in deliberationem, nec in judicium veniunt? Ergo cum de faciendo [43] portu Oſtienſi deliberatum eſt, non debuit dicere ſententiam orator? [44] Atqui opus erat ratione architectorum. Livores & tumores in corpore, [45] cruditatis, an veneni ſigna ſint, non tractat orator? At eſt id ex ratione medicinæ. [46] Circa menſuras & numeros non verſabitur? Dicamus has Geometriæ eſſe partes. Equidem omnia fere poſſe credo caſu aliquo venire in officium oratoris: quod ſi non accidet, non erunt ei ſubjecta. Ita ſic quoque recte diximus, materiam *rhetorices* eſſe omnes res ad dicendum ei ſubjectas: quod quidem probat etiam ſermo communis. Nam cum aliquid, de quo dicamus, [47] accepimus, poſitam nobis eſſe materiam frequenter etiam præfatione teſtamur. [48] Gorgias quidem adeo rhetori de omnibus putavit eſſe dicendum, ut ſe in auditoriis interrogari pateretur, [49] qua quiſque de re vellet. [50] Hermagoras quoque, dicendo materiam eſſe [51] in *cauſſa* & in quæſtionibus, omnes res ſubjectas erat complexus. Sed [52] quæſtiones ſi negat ad *rhetoricen* pertinere, diſſentit a nobis: ſi autem ad *rhetoricen* pertinent, ab hoc quoque adjuvamur. Nihil eſt enim, quod non in *cauſſam* [53] aut in quæſtionem cadat. [54] Ariſtoteles tres faciendo partes orationis, *judicialem*, *deliberativam*, *demonſtrativam*, pene & ipſe oratori ſubjecit omnia; nihil enim non in hæc cadit. Quæſitum a pauciſſimis [55] etiam de inſtrumento eſt. Inſtrumentum voco, ſine quo formari materia, [56] & in id, quod velimus, effici opus non poſſit. Verum hoc ego non artem [57] credo egere, ſed artificem. Neque enim ſcientia deſiderat inſtrumentum, quæ poteſt eſſe conſummata, etiam ſi nihil faciat; ſed [58] ille opifex, ut cælator cælum, & pictor [59] penicilla. [60] Itaque hæc in eum locum, quo de oratore dicturi ſumus, differamus.

42. *In laudem .... in deliberationem .... in judicium.*] Alludit Fabius ad triplex orationis genus; ſcilicet *demonſtrativum* (quod laudem & vituperationem continet) *deliberativum & judiciale:* quæ quidem diviſio ex ipſa ipſius Ariſtotelis rhetorica deſumitur. CAPPER.

43. *Portu Oſtienſi.*] Julius Cæſar de conſtruendo Oſtiæ portu ſæpe deliberavit; ſed magnitudine operis eſt deterritus. Claudius demum Cæſar, jactis magnis molibus, & ſubmerſa maxima navi ad fundamenta jacienda, illic pulcherrimum portum extruxit. TURNEB. *Oſtienſi*; V. C. Alm. Vide Sueton. Claud. cap. 20. male vero Horatium de hoc portu agere in Art. Poët. 63. veteres commentatores adnotant, cum ibi de Julio portu ab Auguſto conſtructo agatur; de quo Dion. lib. XLVIII. & Virgil. II. Georg. 165.

44. *Atqui opus.*] Forte *at ibi opus.* GALLÆUS.

45. *Cruditatis, an veneni ſigna.*] Cicer. in oratione pro Cluentio hunc locum tractavit; eſt autem *cruditas* concoquendi debilitas. TURNEB.

46. *Circa menſuras.*] Socrates in Gorgia ſe irriſum fuiſſe dicit, quod ſuffragiorum calculos numerare non potuerit: hac de re egit Fab. in cap. de geometria. TURNEB.

47. *Accepimus.*] *Accipimus*; Voſſ. ſecund. tert.

48. *Gorgias.*] Cicer. I. 22. & I. 11. de Orator. 32. item de finibus, lib. II. cap. I. PHILAND. & de Invent. I. cap. 5. ALMELOV.

49. *Quas quiſque.*] *Quas*; V. C. Alm. *qua quiſque audire de re vellet*; Ald. Colin. *qua quis*; Voſſ.

50. *Hermagoras.*] Cujus ſententiam citat lib. primo de Invent. cap. 5. Cicer. & tamen arguit. TURNEB.

51. *In cauſſa & in quæſtionibus .... in cauſſam aut in quæſtionem*] *Cauſſa* eſt *hypotheſis* ὑπόθεσις, id eſt, quæſtio finita & omnibus perſonæ temporis ac loci circumſtantiis veſtita; & proprie ac ſtrictius dicitur in genere *judiciali*: quæſtio autem eſt θέσις, id eſt, quæſtio infinita nullis alligata circumſtantiis; & proprie dicitur de re ſpeculativa nec ad praxim pertinente. Hoc quod aſſignamus inter *cauſſam* & quæſtionem diſcrimen, exhibebit ipſe Fabius lib. 3. cap. 5. ubi pro *in cauſſam & in quæſtionem*, legimus *in* θέσεις *& in cauſſas*; idque ex Cicer. lib. I. de Invent. num. 8. *Hermagoras*, inquit Tullius, *qui oratoris materiam in cauſſam & in quæſtionem dividat. Cauſſam eſſe dicit rem, quæ habet in ſe controverſiam in dicendo poſitam cum perſonarum certarum interpoſitione .... Quæſtionem autem eam appellat, quæ habeat in ſe controverſiam in dicendo poſitam ſine certarum perſonarum interpoſitione.* CAPPER.

52. *Quæſtiones ſi neget ad rhetoricen pertinere.*] Quidam negabant τὰς *theſes* ad rhetoricam pertinere, quia ſunt generaliores, neque ad praxim ſpectant. Hermagoræ ipſi tribuebatur hæc opinio, quam aliquandiu tenuit Cicero. Eam ventilabit & expendet Quinctilianus lib. 3. cap. 5. CAPPER.

53. *Aut quæſtionem.*] *Aut in quæſtionem*; Ald. Gryph. Baſil. Steph. *In quæſtiones*; Locatel. Colin. certe geminare & repetere præpoſitiones noſter ſolet lib. I. cap. 10. *in carminibus & in cantibus exigitur.* Vide quæ infra notamus ad lib. VI. cap. 3.

54. *Ariſtoteles.*] In Rhetoricis; adeoque ferunt eum hujus diviſionis eſſe inventorem. TURNEB.

55. *Etiam de inſtrumento.*] *Et de inſtrumento & inſtr. voco*; V. C. Alm.

56. *Et in id.*] *Et id*; Ald. marg. Steph. & Voſſ. ſecund. *Materia in id quod*; Locat. Gryph. Colin. *Materia, & in quod velimus*; Baſil.

57. *Credo egere.*] *Agere*; edit. Gibſ. Stephan.

58. *Ille opifex.*] *Artifex*; MS. Bodl. Andr. Obrecht. *Ille opifex.*] Ὁ δημιουργός. Supple, *deſiderat*, id que ex præcedenti, per figuram, quam Græci grammatici vocant ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, & Latini plerique *Zeugma.* CAPPER.

59. *Penicilla.*] *Penicillum* mallet Francius.

60. *Itaque hæc.*] Inſtrumenta ſunt oratoris, lingua expedita, apta pronunciatio, optima latera; de quibus aget Fab. libro undecimo & duodecimo. TURNEB.

M. FAB. QUINCTILIANI
DE
INSTITUTIONE
ORATORIA
LIBER TERTIUS.

CAPUT PRIMUM.

De ſcriptoribus artis rhetoricæ.

I. [1] QUONIAM in libro ſecundo quæſitum eſt, quid eſſet *rhetorice*, & quis *finis* ejus; artem quoque eam eſſe, & utilem, & virtutem, ut vires noſtræ tulerunt, oſtendimus; materiamque ei res omnes, de quibus dicere [2] oporteret, ſubjecimus; [3] jam hinc, [4] unde cœperit, [5] quibus conſtet, quo quæque in ea modo invenienda atque tractanda ſint, exſequar: [6] intra quem modum plerique [7] ſcriptores artium conſtiterunt, adeo ut Apollodorus contentus [8] ſolis *judicialibus* fuerit. [9] Nec ſum ignarus, hoc a me præcipue, quod hic liber inchoat, opus ſtudioſos ejus deſideraſſe, ut inquiſitione opinionum, quæ diverſiſſimæ fuerunt, longe difficillimum, ita neſcio an [10] minime legentibus futurum voluptati; quippe quod prope nudam præceptorum traditionem [11] deſideret. In cæteris enim admiſcere tentavimus aliquid nitoris, non jactandi ingenii gratia; (namque in id eligi materia [12] poterat uberior) ſed ut hoc ipſo alliceremus magis juventutem ad cognitionem eorum, quæ neceſſaria ſtudiis [13] arbitramur, ſi ducti jucunditate aliqua lectionis, libentius diſcerent ea, quorum ne jejuna atque arida traditio averteret animos, [14] & aures præſertim tam delicatas raderet, verebamur:

Deinceps veram artem aggreditur; &, quemadmodum præcipiunt, primum de origine agit, & poſt notionem finis (quem poſuit lib. 2.) artem in partes tribuit; deinde materiam, quam delinearat verius, quam expreſſerat lib. 2. hic fuſius explicat; mox a generali tractatu ad ſpecialem deſcendit, ac *genus demonſtrativum* deſcribit, *deliberativum*, & *judiciale*, cui ſequentes quatuor libri ſubſerviunt. TURNEBUS.

1. *Quoniam in libro ſecundo.*] Huc pertinet hæc *anacephalæoſis*, ut auditorum & lectorum memoria renovetur, & ſequentia prioribus adnectantur, more tranſitionis. TURNEB.

2. *Oporteret.*] *Oportet;* Ald. *oportebat;* Voſſ.

3. *Jam hinc, unde cœperit, &c.*] Reſpexit ad generalem præfationis primi libri diviſionem; ſe enim quinque his libris pollicitus eſt dicturum de *inventione*, in cujus partes veniret *diſpoſitio;* quatuor ſequentibus *de elocutione*, cui ſubjicitur *memoria* & *pronunciatio*. TURNEB.

4. *Unde cœperit.*] A quibus auctoribus & ſcriptoribus inventa & tradita ſit rhetorica; item, quænam ſit ipſius origo; ars, an natura. CAPPER.

5. *Quibus conſtet*] Quot partes habeat rhetorica: alludit autem ad quinque partes rhetoricæ, videlicet *inventionem*, *diſpoſitionem*, *elocutionem*, *memoriam*, *pronunciationem*. CAPPER.

6. *Intra quem modum.*] Commendat inſtitutum ſuum, quod uberius de *rhetorica* tractarit, quam cæteri; qui, cum artem ſcriberent, *inventionis*, *diſpoſitionis*, atque *elocutionis*, partibus contenti fuerunt. Anguſtius vero etiam tractavit Apollodorus, quam cæteri, qui partes eas in *judicialibus* duntaxat *cauſſis* ſit executus, omiſſo *demonſtrativo* genere & *deliberativo*. TURNEB. Gallæo tota hæc periodus, uſque ad *nec ſum*, addititia videbatur, ut quæ cum præcedentibus nullo modo cohæreat; ſed violentum hoc, & ſatis cohæret; dicit enim pleroſque intra hunc modum conſtitiſſe; ſed & Apollodorum arctiori adhuc circulo incluſiſſe *rhetoricen*, utpote, qui contentus fuerit ſolis *judicialibus*: poſſet tamen & legi, *adeo ut & Apollodorus*. BURMAN.

7. *Scriptores artium.*] Supple, *oratoriarum;* ut patet ex eo, quod hoc ipſo in capite ſubjungit: *Unicum apud nos ſpecimen orandi docendique oratorias artes Marcus Tullius*. CAPPER.

8. *Solis judicialibus.*] Id eſt, ſolis iis, quæ ad *judiciale* orationis genus pertinent. CAPPER.

9. *Nec ſum ignarus.*] *Procataſceve* eſt ad ſequentium præmunitionem; quæ, quanquam utilitatem ſunt habitura, tamen voluptati non ſunt futura: nos autem plerumque ſtudiorum voluptatem ſequimur. TURNEB.

10. *Minimæ.*] *Minime*, ſine diphthongo, non ſuperlativum, ſed negandi eſt adverbium. REGIUS. *Minimæ;* Locatel.

11. *Deſideret.*] *Subſideret;* Voſſ. ſecund.

12. *Poterat uberior.*] *Poterit;* V. C. Alm.

13. *Arbitramur.*] *Arbitrabamur;* Ven. Locat. Colon. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Baſil.

14. *Et aures præſertim tam delicatas raderet.*] Imitatus videtur illud ex Satyr. 1. Perſii;

—— *teneras mordaci radere vero*
Auriculas. PITHOEUS.

[15] qua ratione ſe Lucretius dicit præcepta philoſophiæ carmine eſſe complexum; namque hac, ut eſt notum, ſimilitudine utitur:

> [16] *Ac veluti pueris* [17] *abſinthia tetra medentes*
> *Cum dare conantur, prius oras pocula circum*
> [18] *Aſpirant mellis dulci flavoque liquore;*

[19] & quæ ſequuntur. [20] Sed nos veremur, ne parum hic liber mellis, & abſinthii multum habere videatur, ſitque [21] ſalubrior ſtudiis, quam dulcior. Quin etiam hoc timeo, ne ex eo minorem gratiam [22] ineat, quod pleraque non inventa per me, ſed ab aliis tradita, continebit; habeat etiam quoſdam, qui contra ſentiant & adverſentur, propterea quod plurimi auctores, quamvis eodem tenderent, [23] diverſas tamen vias munierunt, atque in ſuam quiſque induxit ſequentes. Illi autem probant qualecumque ingreſſi ſunt iter, nec facile inculcatas pueris perſuaſiones mutaveris; quia nemo non didiciſſe mavult, quam diſcere. Eſt autem, ut procedente libro patebit, infinita diſſenſio auctorum; primo ad ea, quæ rudia atque imperfecta adhuc erant, adjicientibus quod inveniſſent ſcriptoribus; mox, [24] ut aliquid ſui viderentur afferre, etiam recta mutantibus. [25] Nam primus poſt eos, [26] quos poëtæ tradiderunt, [27] moviſſe aliqua circa *rhetoricen* [28] Empedocles dicitur. Artium autem ſcriptores antiquiſſimi, [29] Corax & Tiſias Siculi, quos inſecutus eſt vir ejuſdem inſulæ [30] Gorgias Leontinus, Empedoclis (ut traditur) diſcipulus. Is beneficio longiſſimæ ætatis (nam centum & novem vixit annos) [31] cum multis ſimul floruit; ideoque & illorum, de

15. *Qua ſe ratione Lucretius.*] Auctoritas Lucretii non tam ad confirmationem, quam ad exornationem additur. Scribit porro Lucretius ſe philoſophiæ præcepta, Romanis incognita & ſubamara, ſuavitate carminis condire. *Abſinthium* herba eſt inſigni amaritie prædita; ſed eadem tamen eſt ſalubris. Foliis eſt incanis, multipliciter fiſſis: vulgo *aluinum* dicimus ejus ſpeciem, quam appellant, *abſinthium ponticum.* TURNEB.

16. *Ac veluti.*] Pro *ac*, in Lucretio eſt *ſed*; pro verbo *aſpirant*, *contingunt*: quæ ideo non muto, quia ſæpe fit ut, in citandis alienis ſcriptis vacillante memoria, unum loco alterius verbum irrepat. PINUS. Verſus hi Lucretiani exſtant libr. I. verſ. 934. & ſeqq. & lib. 4. verſ. 11. & ſeqq. & eſt admodum nobile doli boni exemplum. Qua de re conſulendus ἐσθλῆς ὄλβ@ ὄρμ@, nobiliſſimus Melchior Goldaſtus, in notis ſuis ad Columbanum, pag. 155. & clar. Conradus Rittershuſius, comment. ad LXXIII de Reg. Jur. pag. 18. 19. & index noſter Lucretianus, ſi prodierit, uti confido. PAREUS. *Nam veluti*; Steph. & Roignii. & ita apud Lucret. lib. IV. 11.

17. *Abſinthia*] *Apſinthia*; Vallæ liber.

18. *Aſpirant.*] *Contingunt*; Vaſc. marg. Steph. ſed Roign. in textu.

19. *Et quæ ſequuntur.*] Ita ego, inquit Lucretius, philoſophiæ auſteritatem volui carminis lepore condire, ne tu, o Memmi, ab ea abhorreres. TURNEB.

20. *Sed nos veremur, &c.*] Opportune capta occaſione ex verſibus Lucretianis, verborum intellectum in *allegoriam* detorſit: per *abſinthium* autem ſignificavit *moleſtiam*, ſed tamen ſalubrem; nam hæc herba ſaluberrima eſt, ejuſque ſuccum victor Latinis feriis bibebat ſanitatis argumento. TURNEB. *Sed nos nunc*; Locatel. Ald. *ſed nunc veremur*; Steph. Roignii.

21. *Salubrior, quam dulcior.*] Hoc ornatum dicendi genus eſſe, recte notat Aſcenſius; de quo plura vide apud Lambin. ad Horat. I. Sat. X. 65.

22. *Ineat.*] *Ineam*; Voſſ. prim. tert.

23. *Diverſas tamen vias munierunt.*] Non aliter quam in philoſophia diverſæ ſunt ſectæ, ita quoque diverſæ fuerunt in rhetorica: hinc nonnulli *Apollodorei* appellati ſunt, nonnulli *Theodorei*. TURNEB. *Vias invenerunt*; Ven. Ald. & margines Sich. Steph. Vaſc. Gryph. Baſil. & Voſſ. ſecund. licet vero *munire viam* recte & eleganter dici, ut & *invenire*, ſciam; hic tamen malim cum Francio, quod propius ad *munierunt* accedit, *inierunt*, id eſt, inſtituerunt: ita Ovid. Remed. 578.

> ——— *Ignotas cogor inire vias.*

& ita mox *ingreſſi ſunt iter*, & ſic alii paſſim. Vide ad Cicer. pro Muræn. cap. 12. BURMAN.

24. *Ut aliquid ſui viderentur afferre.*] Eraſmus lib. 2. Eccleſiaſtæ, maximam ait doctrinarum eſſe labem, cum pleraque ſcribuntur ad ingenii magis oſtentationem, quam ad uſum accommoda, potiſſimum hac in parte, & *rhetorices* traditione. TURNEB.

25. *Nam primus poſt.*] Auctorum tum Græcorum, tum Latinorum *elenchus* docet, quo pacto ſenſim rhetorica in artem ſit redacta: hic quoque oſtendit Fabius mirum ingenii ſui candorem, qui eos nominet, per quos profecerit; ac indicat quoque, ſe poſt eos de rhetorica ſcribere poſſe. TURNEB.

26. *Quos poëtæ tradiderunt.*] Mercurium ſcribunt poëtæ orationis fuiſſe auctorem. REGIUS. Ut erant Neſtor, Ulyſſes, Phœnix, qui Achillis præceptor erat, & agendi & loquendi optimus; & quos facit in cælatura clypei Achillis de eloquentia certantes Homerus. TURNEB.

27. *Moviſſe aliqua.*] Hoc in loco τὸ *movere*, eſt *moliri*, *tractare*, *exequi*. Sic Plutarchus in Numa dixit, κινεῖν μακρότερον *movere longius*, hoc eſt, pluribus verbis exequi, tractare. CAPPER.

28. *Empedocles.*] Hunc primum de rhetorica diſſeruiſſe, Ariſtoteles in fine *elenchorum* ſcribit. REGIUS. Agrigentinus, Parmenidis auditor; & qui (ut ait Ariſtotel.) πρῶτ@ εὗρε τὴν ῥητορικήν. [TURNEB.] Id eſt, rhetoricam primus invenit. CAPPER.

29. *Corax & Tiſias.*] Primus *Corax*, & ejus diſcipulus *Tiſias*, præcepta ſcripſerunt de exordio, narratione, cæteriſque partibus; quæ tamen erant aliquanto impolitiora. Vide Cicer. in lib. de clar. Orat. TURNEB. Hac occaſione, quod dejectis Tyrannis propter licentiam populorum variæ lites exiſterent: callide ergo excogitatum eſt artificium, quo, ſecundum illos quibus adeſſent, pronuntiaretur. Inſtitutus deinde ludus, in quem multi ex nobilibus ventitabant. Martian. Capella de Corace intellexit, cum dicit fuiſſe corvum roſtro aureo, cujus diſcipulus Tiſias viſus eſt, quaſi cornici oculos configere: unde abierit in proverbium, κακȣ̃ κόρακ@ κακὸν ᾠόν PINUS. Vide Menag. ad Laërt. IX. 5. 6.

30. *Gorgias Leontinus.*] Hic, teſte Suida, primus præceptis *rhetorices* adjuvit *tranſlationes*, *allegorias*, *apoſtrophas*, & id genus alia: de ætate ejus in idem conſentiunt M. Tullius in Catone Majore, & D. Hieronymus in Epiſtola ad Nepotianum. MOSELL. A *Leontio* Siciliæ oppido. Hunc Philoſtratus de vit. Sophiſt. lib. I. cap. 9. ait veteris ſophiſticæ inventorem fuiſſe, primumque extemporali facultate eſſe uſum, cum fama Prodici moveretur: de hoc fuſius vide apud Cicer. in Brut. cap. 12. TURNEB. Fuit & alter Gorgias, qui de figuris ſcripſit, quem eſt ſecutus Rutilius. Hujus frequens eſt in dialogis Platonis mentio, præcipue in Gorgia: fuit vero diſcipulus Empedoclis, ut ſignificat Laërtius, lib. VIII. ſect. 58. tradi vero ait, quod non deſint, qui Tiſiæ auditorem faciant Gorgiam: quia vero diutius vixit, cum multis vixit, quos in Bruto enumerat Cicero. PINUS. De Gorgia vide Cicer. de Orat. I. 22. III. 16. & in Brut. 8. & 12. & de Invent. I. 5. & de Gorgia, & Protagora Ælian. lib. I. cap. 23. ALMELOV.

31. *Cum multis.*] Quos Plato in Gorgia enumerat. TURNEB

quibus ſupra dixi, fuit æmulus, & ultra Socratem uſque duravit. [32] Thraſymachus Chalcedonius cum hoc, & [33] Prodicus Cejus, & Abderites [34] Protagoras, a quo [35] decem millibus denariorum didiciſſe artem, quam edidit, [36] Evathlus dicitur; & [37] Hippias Eleus, &, quem Palamedem Plato appellat, [38] Alcidamus Eleates. [39] Antiphon quoque & orationem [40] primus omnium ſcripſit, & nihilominus artem, ipſe compoſuit, & pro ſe dixiſſe optime eſt creditus; etiam [41] Polycrates, a quo ſcriptam in Socratem diximus orationem; & [42] Theodorus Byzantius, ex iis & ipſe, quos [43] Plato appellat [44] λογοδαιδάλους. Horum primi [45] *communes locos* tractaſſe dicuntur, Protagoras, Gorgias, Prodicus, & Thraſymachus. [46] Cicero in Bruto negat ante [47] Periclem ſcriptum quidquam, quod ornatum oratorium habeat: ejus aliqua ferri. Equidem non reperio quidquam [48] tanta eloquentiæ fama dignum; ideoque

32. *Thraſymachus.*] Philoſtratus (lib. 1. de vit. Soph. cap. 14) Thraſymachum negat annumerandum eſſe ſophiſtis; quod ex Platone probat: fuit autem ex Chalcedone Aſiæ urbe, oppoſita Conſtantinopoli: hujus fuſiſſime meminit Plato in Phædro, Gorgia, & alibi. TURNEB. Hunc & alios etiam Laërtius memorat lib. III. ſect. 52. male autem & vitio librariorum Καρχηδόνιος *Carthaginienſis* pro Χαλκηδόνιος a Philoſtrato & aliis dicitur, ut notavit Jonſius de ſcript. Hiſt. Phil. 1. cap. 10. & Creſollius, ut docuit doctiſſimus Olearius, qui nuper Philoſtratorum opera edidit. BURMAN.

33. *Prodicus Cejus.*] Hujus meminerunt Plato, Cicero, Philoſtratus, Suidas; ab inſula Jovis, quæ Κέως, a qua gentile Κεῖος. Diſcipulus hic fuit Protagoræ, & ob corruptam inſtitutionem Athenis cicutam bibere coactus eſt. TURNEB. *Chius;* MSS. Bodl. Joan. Bal. & editorum pars maxima. *Cius;* Ald. vide Menag. ad Laërt. IX. ſect. 50. qui *Cius* legit: a Philoſtrato lib. 1. cap. 12. Κεῖος dicitur, quod probat Olearius.

34. *Protagoras Abderites.*] Ab Abdera Thraciæ urbe, cujus copioſe meminit Plato, & Cicer. de Orat. TURNEB. De hoc Protagora & Evathlo copioſe agit Agellius lib. 5. cap. 3. & 10. Cui loco magna ex Fabio lux inferri poteſt. Contenditur enim iſthic ſuper mercede pacta: verum, quæ fuerit, non exprimitur. Sed & Apuleius Florid. lib. 2. floruIentius idem tradit, & Petr. Moſellan. ad h. l. Videndus etiam Johan. Baptiſta Pius, Annotat. cap. 83. pag. 482. Lamp. Crit. part. 1. PAREUS. Vide Suidam, & Cicer. in Brut. cap. 8. & 12. de Orat. lib. III. cap. 32. & Apulei. Florid. initio. ALMEL. Vide Laert. lib. IX. ſect. 50 & ibi Menagium, & Philoſtr. lib. 1. de vitis Sophiſt. cap. 10. & ibi Olearium.

35. *Decem millibus denariorum.*] Philoſtratus refert Protagoram primum mercede artem docere cœpiſſe. Porro denarius valet quaternos *carolicos* & binos *turonicos:* hæc igitur ſumma efficit mille aureos coronatos. Vide Gellium lib. 2. cap. 17. & Apuleium Floridorum 2. TURNEB. Vide Creſollium in Theatr. ſophiſt. pag. 387.

36. *Evathlus.*] *Evathius;* MSS. Bodl. Joan. Bal. Almel. Venet. Ald. Sich. marg. Voſſ. vide Johan. Bapt. Pium. Annot. poſter. cap. 73.

37. *Hippias Eleus.*] Ab Elide; primum enim, auctore Stephano, ab Elis gentile nomen *Elidius,* poſtea eliſo d, *Elios,* & per contractionem Ἠλεῖος; ſed nos Latini frequenter *ει* diphthongum in *e* longum vertimus. MOSELLAN. Ab Elide Peloponneſi urbe, cujus gentile Eleus. Hic, ut ait Philoſtratus (lib. 1. cap. 11) rhetor fuit & philoſophus, ſermonibuſque ſuis admiſcuit geometriam, muſicam, aſtrologiam, cæteraſque artes: hujus meminit Plato in Phædro & Protagora. TURNEB. Vide Cicer. de Orat. lib. III. 32. & Brut. 8. & Hieron. lib. II. Epiſt. 22. ALMELOV. *Elaus;* Steph. Gryph. Colin. Baſil. *Elius;* Bern.

38. *Alcidamas Eleates.*] Ab Elea urbe Aſiæ; quem Plato vocat Palamedem in Phædro. TURNEB. Dioclis filius, diſcipulus Gorgiæ, ut habet Suidas: hunc Plato vocat Palameda: de quo loco eſt, quod addubites, an dicat hunc Alcidamantem Palamedem eſſe dictum. Certe Suidas Palamedis etiam meminit Elei, qui Poëta fuerit Tragicus & Pindari enarrator: adde, quod malim legi, *quem Παλαμήδη vocat Plato.* PINUS. *Palameda;* Venet. Ald. Colon. Sich. Steph. Vaſc. Gryph. Colin. Baſil. vide Voſſ. de Hiſtor. Græcis libr. III. in *Palamedes. Eleates.*] *Eleites;* MSS. Bodl. Bal. Alm. Andr.

39. *Antiphon.*] Rhamnuſius nobilis & doctus, Periclis & Socratis Thucydidiſque præceptor, ut ait Plato in Menexeno. Meminit hujus & Cicero in Bruto. 12. hunc primum ſcribit orationem ſcripſiſſe; vel, quod ſuperiores ſophiſtæ, locos duntaxat illuſtres de virtutibus & vitiis erant complexi; vel, quod hic primus orationem *judicialem* ſcripſit, cum Gorgias verſatus eſſet in *demonſtrativo* duntaxat genere. TURNEB. Suidas patria Rhamnuſium, Sophili filium ait: primus *judicialis* generis præcepta attigit poſt Gorgiam. Quod autem primus dicitur orationem compoſuiſſe, an accipiendum eſt, quod priores partes tractarint, hic primus ad integræ orationis aſſurrexit ſtructuram? an, quod primus conſcripſerit, & pro ſe dixerit? Artem compoſuit, qua forenſe genus illuſtravit: pro ſe oravit *cauſſam* capitis. Collapſo ſtatu quadringentorum, cum populus eorum acta reſcinderet, vocatus eſt in jus, quaſi Tyrannis ſtuduiſſet, alioqui propter dicendi facultatem jamdudum ſuſpectus. Eſt autem creditus, Thucydide id affirmante lib. VIII. cap. 68. dixiſſe optime. PINUS. Quod Fabius hic ipſum artem inveniſſe ſcribat, confirmat Philoſtratus in ejus vita, cujus compendium eſt apud Photium, biblioth. * cod. 259. Vide & Clement. Alex. Strom. lib. 1. pag. 22. ALMEL. *Antipho* vero legendum putat Stephan. de abuſu Ling. Græcæ; ſed, quia exemplarium fides eſt dubia, retinet *Antiphon;* ſed, quid Ciceroni faciet, qui *Antiphontem* dixit in Brut. cap. 12?

40. *Primus omnium orationem.*] Forenſem ſcilicet; de quo videndus Plutarchus in Antiphonte. COLOMESIUS. Plutarchi verba ſunt hæc; τῶν γὰρ πρὸ αὐτοῦ γεγονότων, οὐδενὸς φέρεται δικανικὸς λόγος; id eſt, *eorum, qui ante illum extitere, nullius extat oratio in genere judiciali.* Rem confirmat Ammianus Marcellinus lib. 30. his verbis: *Antiphon ille Rhamnuſius, quem, ob defenſum negotium, omnium primum Antiquitas prodidit accepiſſe mercedem.* Alio etiam ſenſu dici poteſt Antiphon *primus orationem ſcripſiſſe,* quam videlicet alius data mercede ab ipſo emeret, ac deinde pronuntiaret. Vide Creſoll. Theatr. ſophiſt. pag. 156. CAPPER.

41. *Polycrates.*] Polycrates Athenienſis ob paupertatem coactus eſt ſophiſticam exercere in Cypro. Scripſit, ut lib. 2. cap. 17. ait Fab. laudem Buſiridis, Clytæmneſtræ, & in Socratem delatoriam orationem. Quem in laude Buſiridis reprehendit Iſocrates. TURNEB.

42. *Theodorus Byzantius*] Hic artem ſcripſit, quam, ut jejunam & aridam, exagitat Plato in Phædro. TURNEB. Vide Cicer. Orat. 12. & ſupr. ad 11. cap. 11.

43. *Plato.*] In Phædro, & Cicero Orat. cap. 12. PHILANDER.

44. *Λογοδαιδάλους.*] Plato in Phædro ita ſophiſtas appellat, quod orationem nimis picturarent & expolirent, & quædam verſiculis ſimilia ſcriberent: ductum eſt a Dædalo, a quo, quicquid eſt elaboratum & affabre factum, Dædalæum appellatur. TURNEB.

45. *Communes locos.*] Id eſt, illuſtres de vitiis & virtutibus diſputationes, ut teſtatur Cicero in Bruto cap. 12. & Ariſt. in fine *elenchorum:* quod eis vitio dat. IDEM. *Locos* frequenter hujuſmodi communes diſputationes vocari, habetur apud Fabium lib. IV. dicuntur *communes,* quod velut in propoſitum rem evocent, & in toto genere tractent: aliter vocantur *loci communes* apud rhetores, quibus & accuſator uti poteſt & defenſor; ſed de his nihil ad hunc ſenſum. PINUS.

46. *Cicero in Bruto.*] Cap. 11. Item & ad Q. fratrem ait antiquiſſimos eſſe, quorum extent opera, Periclem & Alcibiadem. Quanquam Fabius a Cicerone diſſentiat, hac potiſſimum ratione, quod non habeant ea fulmina, quæ illi, etiam cum reprehendunt, tribuunt priſcæ Comœdiæ auctores Eupolis & Ariſtophanes, quorum ille impreſſos aculeos reliquiſſe dicit, hic totam Græciam miſcuiſſe fulminando. TURNEB.

47. *Periclem.*] *Periclea;* MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. Andr. Voſſ. prim. tert. Bern.

48. *Tanta eloquentiæ.*] *Tantæ;* MS. Bodl. Venet. Locat. Ald. Colon. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Voſſ. ſecund. tert.

minus miror eſſe, qui nihil ab eo ſcriptum putent: hæc autem, quæ feruntur, ab aliis eſſe compoſita. His ſucceſſere multi: ſed clariſſimus [49] Gorgiæ auditor [50] Iſocrates, quanquam [51] de præceptore ejus inter auctores non convenit: nos autem Ariſtoteli credimus. [52] Hinc velut diverſæ [53] ſecari cœperunt viæ. Nam Iſocratis præſtantiſſimi diſcipuli fuerunt in omni ſtudiorum genere; eoque jam ſeniore (octavum enim & nonageſimum implevit annum) [54] pomeridianis ſcholis Ariſtoteles præcipere artem oratoriam cœpit, noto quidem illo (ut traditur) verſu ex [55] Philoctеta frequenter uſus,

> Αἰσχρὸν σιωπᾶν μὲν, καὶ Ἰσοκράτην ἐᾶν λέγειν.
> *Turpe eſſe tacere, & Iſocratem pati dicere.*

Ars eſt utriuſque; ſed pluribus eam libris [56] Ariſtoteles complexus eſt. Eodem tempore [57] Theodectes fuit, de cujus opere [58] ſupra dictum eſt. [59] Theophraſtus quoque Ariſtotelis diſcipulus de rhetorice diligenter ſcripſit; atque hinc vel ſtudioſius [60] philoſophi, quam rhetores, præcipueque [61] Stoïcorum ac [62] Peripateticorum principes. Fecit deinde velut propriam [63] Hermagoras viam, quam plurimi ſunt ſecuti; cui maxi-

49. *Gorgiæ auditorum.*] *Gorgiæ auditor*: Andr. Locat. Venet. Ald. Colon. Steph. Vaſc. Sich. Gryph. Colin. Baſil. Voſſ. ſecund.

50. *Iſocrates.*] De quo ſic Dionyſius: ἐγένετο δ' ἀκουστὴς Προδίκου τοῦ Κείου καὶ Γοργίου τοῦ Λεοντίνου, καὶ Τισίου Συρακουσίου, ὡς δέ τινες ἱστοροῦσι, καὶ Θηραμένους τοῦ ῥήτορος. Unde colligas non omnes de præceptore ejus conſentire, eademque tradere. Ariſtoteles, qui cum hoc vixit, Gorgiæ diſcipulum facit, ideoque tutius in ejus ire ſententiam: annos vixit 98. ſecundum Dionyſium, & Philoſtratum. Cicer. in dubium relinquit, prope centum vixiſſe ſcribens in Bruto. TURNEB.

51. *De præceptore.*] Suidas in Protagora eum Iſocratis magiſtrum fuiſſe dicit. Pater Iſocratis autem fuit Theodorus, tibiarum Athenis artifex, teſte Philoſtrato: tam anguſta vero res fuit ei, & Theodecti, ut pretio orationes ſcripſerint. Phot. Biblioth. pag. 203. ALMELOV.

52. *Hinc velut diverſæ, &c.*] Nam alii ſecuti ſunt hæreſin Iſocratis, alii hæreſin Ariſtotelis, qui de Rhetorica etiam ſcripſit. Id quod elegantiſſime Cicero 3. de Orat. enarrat. TURNEB.

53. *Secari.*] An hinc explicanda illa Virgilii VI. 900.

Ille viam ſecat ad naves.

ubi Servius notat inde *ſectas* eſſe dictas; & ad III. Georg. 278.

Arboribus poſitis ſecto via limite quadret. BURMAN.

54. *Pomeridianis ſcholis.*] Ariſtotel. ἀκροαματικὰ, id eſt, *auſcultatoria* mane docebat; ἐξωτερικὰ, id eſt, *externa*, pomeridiano tempore: hoc eleganter Cicero tertio de Oratore fuſius enarrat. *Scholas* autem dicit diſſertationes, diſputationes, & præceptiones; *ſcholas* enim Græci proprie dicunt, non tam ludum literarium, quam diſputationes, prælectioneſque, & id genus alia, ut ex I. Tuſcul. Cicer. cap. 4. manifeſtum eſt. TURNEB. *Poſtmeridianis*: MS. Bodl. Andr. Venet. Ald. Obrecht. Voſſ. prim. *Scholis.*] *Scholas* σχολὰς vocat diſſertationes, vel diſputationes, quæ σχολῇ *per otium* haberentur. CAPPER.

55. *Ex Philoctеta.*] Annotant hunc verſum *in Philocteta* eſſe Sophoclis; cum illic nuſquam reperiatur. Porro in illa tragœdia ait Philoctetes *ſibi turpe eſſe tacere, cum barbari loquantur.* Qui verſus παρῳδικῶς, & ex alio ſenſu in hunc deflexus eſt, paucis immutatis: αἰσχρὸν σιωπᾶν μὲν, καὶ Ἰσοκράτην ἐᾶν λέγειν; quem vertiſſe Fabium non putarim. TURNEB. Varie legitur: ego ſic recte puto legi, ut

Αἰσχρὸν σιωπᾶν μὲν, καὶ Ἰσοκράτην ἐᾶν λέγειν.

ut non auſim tamen affirmare interpretationem a Fabio adſcriptam: quia res tamen levior eſt, non magnopere, utrumvis ſentias, refert. PINUS. Reſpexit Ariſtoteles verſum illum Euripidis in Philoctete.

Αἰσχρὸν σιωπᾶν, βαρβάρους δ' ἐᾶν λέγειν.

Cicer. III. de Orat. 35. *Itaque ipſe Ariſtoteles, cum florere Iſocratem nobilitate diſcipulorum videret, quod ipſe ſuas diſputationes a cauſſis forenſibus & civilibus ad inanem ſermonis elegantiam tranſtuliſſet, mutavit repente totam formam prope diſciplinæ ſuæ, verſumque quemdam de Philoctete paulo ſecus dixit; ille enim tacere ſibi ait eſſe turpe cum barbaris; hic autem, cum Iſocratem pateretur dicere.* Alluſit etiam Plutarchus adverſus * Coloten Epicureum, cum dixit οὐ μόνον αἰσχρὸν σιωπᾶν, ἀλλ' οὐδὲ * ὅσιον. Cicero ad Att. VI. Epiſt. 8. verbis illis: *Ego, niſi Bibulus, qui, dum unus hoſtis in Syria fuit, pedem porta non plus extulit, quam domo ſua, adniteretur de triumpho, æquo animo eſſem: nunc vero αἰσχρὸν σιωπᾶν.* Amat enim Cicero, in Epiſtolis ad Atticum præſertim, prima duntaxat dicti alicujus, e Græcis maxime, verba delibare. Paulo aliter hunc verſum effert Ariſtoteles apud Laërtium lib. 5. hoc nempe modo,

Αἰσχρὸν σιωπᾶν, Ξενοκράτη δ' ἐᾶν λέγειν.

COLOMESIUS.

Menagius ad Laërt. lib. V. ſect. 3. legendum cenſet hoc modo.

Αἰσχρὸν σιωπᾶν, Ἰσοκράτην δ' ἐᾶν λέγειν.

non ut vulgo, καὶ Ἰσοκράτην: ſequitur *turpe eſſe tacere, & Iſocratem pati dicere*: quod eſſe additamentum quis non videt? ALMEL. Ἰσοκράτη; Ald.

56. *Ariſtoteles.*] Tres libros ſcripſit *de Rhetorica*, item ad Alexandrum, & Gryllum. TURNEB. Errat hic Turnebianus Commentator, ubi Rhetoricam τὴν ad Alexandrum tribuit Ariſtoteli; eſt enim opus Anaximenis Lampſaceni, ut infra patebit ad cap. 4. CAPPER.

57. *Theodectes.*] Fuit hic Tragœdiarum ſcriptor, & nonnulla e ſacris voluminibus ad fabulam tranſtulit, & in ſcena vulgavit; unde oculis captus eſt. Brodæus ad Anthol. pag. 207. ALMEL. Vide ſupr. ad lib. I. cap. 4.

58. *Supra dictum.*] Lib. II. cap. 15.

59. *Theophraſtus.*] Qui, auctore Laërt. περὶ τῆς ῥητορικῆς α, καὶ περὶ τῶν τεχνῶν ῥητορικῶν εἴδη ια ſcripſit: hunc nonnunquam etiam in rhetoricis præceptis citat Dionyſius Halicarnaſſeus. TURNEB. Cicero de divinatione libro ſecundo: *Ariſtoteles, itemque Theophraſtus, cum philoſophia dicendi etiam præcepta conjunxerunt.* Et in Oratore: *Unum aderit, quod quartum numerat Theophraſtus in orationis laudibus.* Scholiaſtes Hermogenis in Prolegom. Θεοφράστῳ δὲ γέγραπται τέχνη ῥητορική. Nec aliunde petita ſunt (ut recte conjicit Meurſius in Theophraſto pag. 66.) quæ tradit auctor de elocutione (ſive is Dionyſius Halicarnaſſenſis, ut ex Ariſtophanis ſcholiis a Marco Muſuro compilatis adſtruit eruditiſſimus Henricus Valeſius, ad Polybii & aliorum excerpta pag. 65. ſive Demetrius quidam, non Phalereus, ut ex Ammonii loco probat Voſſius Inſtit. Orat. lib. VI. cap. 2.) Διόπερ Θεόφραστος παράδειγμα μεγαλοπρεπείας τὸ ἑξῆς κῶλον. COLOMESIUS.

60. *Philoſophi.... Principes.*] Supple ex præced. *de rhetorica ſcripſerunt.* CAPPER.

61. *Stoïcorum.*] Ut Chryſippus, Cleanthes, Zeno, Diogenes. TURNEB.

62. *Peripateticorum.*] Ariſtoteles, Theophraſtus, Demetrius Phalereus, cujus nomine circumfertur hodie libellus *de Interpretatione oratoria*: ſed neſcio an tanto viro dignus. TURNEB. Qui loco τοῦ *de interpretatione*, ſcribere debuiſſet *de elocutione*: hic enim ſenſus eſt Græcorum verborum περὶ ἑρμηνείας. CAPPER.

63. *Hermagoras.*] Fuiſſe duos Hermagoras ex Suida & Fabio conjicio; ſeniorem hunc, & alterum juniorem, qui ſcriptos libros reliquerit, περὶ ἐξεργασίας, περὶ σχημάτων, περὶ φράσεως καὶ πρέποντος, quique ſub Auguſto docuerit, & multum ætate proceſſerit, quem ſuæ memoriæ quoſdam vidiſſe teſtatur paulo infra Fabius. Ille vero ſenior mihi videtur, quem & mirabiliter compoſuiſſe multa ait poſtea, & in Rhetoricis ſubinde imitatur Cicero. PINUS. Hic Hermagoras eſt ſenior, cujus præcepta imitatus eſt Cicero in libro *de Inventione.* TURNEB. Ejus *diſciplinam inopem ad ornandum, ſed ad inveniendum expeditam, quæ dat rerum ratione*

me par atque [64] æmulus videtur [65] Athenæus fuiſſe. [66] Multa poſt [67] Apollonius Molon, multa [68] Areus, multa [69] Cæcilius, & [70] Halicarnaſſeus Dionyſius. Præcipue tamen in ſe converterunt ſtudia [71] Apollodorus Pergamenus, qui præceptor Apolloniæ Cæſaris Auguſti fuit; & [72] Theodorus Gadareus, qui ſe dici maluit Rhodium; quem ſtudioſe audiſſe, cum in eam inſulam ſeceſſiſſet, dicitur [73] Tiberius Cæſar. [74] Hi diverſas opiniones tradiderunt, appellatique inde Apollodorei & Theodorei, ad morem certas in philoſophia ſectas ſequendi. Sed Apollodori præcepta magis ex diſcipulis cognoſcas; quorum diligentiſſimus in tradendo Latine fuit [75] C. Valgius, Græce [76] Atticus. Nam ipſius ſola videtur ars edita [77] ad Matium, quia cæteras miſſa ad Domitium epiſtola non agnoſcit. Plura ſcripſit [78] Theodorus, cujus auditorem [79] Hermagoram ſunt qui viderint. Romanorum primus (quantum ego quidem ſciam)

& præcepta dicendi, vocat Cicero in Brut. cap. 76. & 78. ALMEL. Et Auctor Dialogi de Oratoribus *aridiſſimos* Hermagoræ & Apollodori libros vocat cap. XIX. Cæterum ſere ſemper Hermagoreus eſt Quinctilianus, quo longe recentior eſt Hermogenes ille Tarſenſis: igitur explicandus eſt Fabius noſter, non tam ex Hermogeniana, quam ex Hermagorea methodo, cujus exſtant veſtigia, tum in multis hujus *Inſtitutionis oratoriæ* locis, tum maxime in Tullii libris de *Inventione*; atque in Fortunatiani, & Sulpitii Victoris operibus, quæ Latini Rhetores e Pithœana Bibliotheca editi exhibent. CAPPER.

64. *Æmulus videtur.*] *Videretur* V. C. Alm.

65. *Athenæus.*] Hic Athenæus Peripateticus fuit philoſophus, qui Romæ tempore Auguſti vixit, & cum Muræna in Auguſtum conjuravit; poſtea collapſu ædium interfectus eſt. Vide Strabonem libro 14. TURNEB.

66. *Multa.*] Subaudi, ſcripſere, vel præcepere de arte rhetorica. CAPPER.

67. *Apollonius Molon.*] Cui ſe Cicero recoquendum dedit (infr. lib. XII. 6.) meminit hujus Cicero multis in locis. TURNEB. Sueton. in Cæſarib. lib. XII. cap. 6. At Strabo lib. XIV. pag. 655. duos Apollonios facere videtur, Mollem & Molonem. Et Mollem quidem, ſive μαλακὸν Alabandenſem, unde Cicero ipſe doctorem ſuum oriundum fuiſſe teſtatur, non Molonem. PITHOEUS. Fuſe Cicero in Bruto. cap. 91. & de Orat. 1. 27. ALMELOV. Vide de hoc Apollonio viros doctos ad Sueton. Cæſ. cap. IV. ubi de duobus Apolloniis Caſaubonus. Salmaſ. ad Inſcript. Herodis pag. 90. Val. Max. II. II. 3.

68. *Areus.*] Cujus diligentiam laudat libro II. cap. 15. PINUS. Areus, Attici libertus, ut viri docti notant, memoratur a Cicerone v. ad Att. 9. ſed ille nihil huc facit, ut puto: quanquam tempora non abhorrent; ſed forte rectius crederem fuiſſe Areum, vel Arium Alexandrinum Philoſophum, amiciſſimum Auguſti, de quo vide ex Plutarcho & Suetonio agentem Schottum, lib. V. obſerv. cap. 14. & Mæcenati fuiſſe familiarem, ex Æliano lib. XII. cap. 25. oſtendit Meibom. in vita Mæcen. cap. 18. ubi plura de Areo; & de variis Areis Jonſ. de ſcriptor. Hiſtor. Philoſoph. lib. III. cap. 1. BURMAN. *Atreus* Voſſ. prim. tert.

69. *Cæcilius.*] Cæcilius ex Calantide fuit urbe, vixit tempore Auguſti Cæſaris, Romæque rhetoricam profeſſus eſt: cum citat aliquoties Dionyſius Halicarnaſſeus; prius Ἀρχάγαθος dictus; ſed nomen Romanum aſſumpſit. TURNEB. Hic eſt Cæcilius Rhetor Siculus, qui Romæ floruit æqualis & amicus Dionyſio Halicarnaſſeo. Meminere hujus Cæcilii, præter Fabium noſtrum, etiam Longinus, aliique veteres; Iſaacus Caſaubonus Animadverſion. in Athenæum, lib. 6. cap. 21. pag. 294. PAREUS. Multa de hoc Cæcilio eruditiſſimus Jonſius de ſcript. Hiſt. Phil. lib. III. cap. 1.

70. *Halicarnaſſeus Dionyſius.*] Cujus hodie nonnulla, quæ Rhetoricam ad artem pertinent, ſcripta extant, pauca illa quidem, ſed egregia. CAPPER.

71. *Apollodorus Pergamenus.*] A Pergamis Phrygiæ. TURNEB. Vide Strabonem, lib. 17. PHILAND.

72. *Theodorus Gadareus.*] A Gadara Syriæ urbe. TURNEB. Docuit hic Theodorus præcepta *rhetorices* Rhodi per id tempus, quo Tiberius in eam inſulam ſeceſſit, ubi circa ſcholas & auditoria profeſſorum aſſiduus fuit, & inprimis audivit Theodorum, manſitque illic annos octo; de quo Tiberii ſeceſſu multa ſcribit luculenter Tranquillus. Dictus eſt autem Gadareus Theodorus, a Gadaribus, civitate Syriæ, quam Judæi ſibi vendicarunt. Unde ait Strabo libr. 17. cum de Gadaribus loqueretur: *Hinc fuit Theodorus orator, qui ætate noſtra viguit.* Strabonem autem ætate Tiberii ſcripſiſſe, clarum eſt ipſius teſtimonio, qui in ſexto memorat, ſe Tiberii tempore floruiſſe. Qui ergo apud Fabium legit, *Titus Cæſar*, is prorſus & hiſtoriæ, & temporum ignarus eſt. De hoc Theodoro Gadareo intellexit Juvenalis illo verſu;

Artem ſcindens Theodori.

Philipp. Beroald. Annotat. pag. 240. Lamp. Crit. part. 1. Sed Petrus Moſellanus, & Stephanus, *Gadarenus* legendum cenſent, a Gadara, civitate Palæſtinæ. PAREUS. Vide ſupr. lib. II. cap. II. Vide & Sueton. in Tiberio.

73. *Tiberius Cæſar.*] *Tit.* V. C. Alm. ita & confuderant hos librarii apud Plinium in Indice lib. II. & cap. 22. ubi vid. Harduin.

74. *Hi diverſas.*] Apollodorus pauca ſcripſit de *rhetorica*: quanquam ſub ejus nomine nonnulli ferebantur libri: ejus igitur placita diſcipuli literis mandarunt.

75. *C. Valgius.*] Seu *Evalgius*; utrumque apud Auctores; alterum tamen frequentius invenitur, *Valgius* ſcilicet apud Macrobium. MOSELL. Sabellicus *Evalgium* legit, falſo. PINUS. Hujus vitam ſe ſcripſiſſe ait Crinitus (in T. Valgio Poeta) in libris de Oratoribus, quod opus hodie non extat: forte eſt inter inedita, quæ Ferrariæ apud Ellenſes Principes aſſervari ſcribit Geſnerus. COLOMESIUS. Dubito an non ſit ille, cujus liber citatur a Chariſio Gramm. Inſt. lib. 1. pag. 109. de *quæſitis per Epiſtolam*, & de *Tralation.* Diomed. Gram. pag. 382. ſcripſit volumen de herbis, quod Auguſto dicavit; verum imperfectum remanſit. Plinius lib. XXV. 2. ALMEL. Dictus fuit C. Valgius Saturninus Rufus, quem cum Poeta Valgio confuſum ſæpe docet Bronkhuſius ad Tibul. IV. 1. 180. C. Valgium etiam reſtituit Plinio in indice lib. XX. & XXI. Harduin. *Evalgius* etiam MS. Bal. Voſſ. tert. Ald. & marg. Colin. & Baſil. *Valgius* ſine prænomine *C.* Locatel. vide Fab. lib. 3. cap. 5.

76. *Atticus.*] Attici meminit Suidas, cum rhetorem eum dicit. MOSELLANUS. Neſcio ubi hoc apud Suidam legerit Moſellanus. Ipſe certe nuſquam reperi, cum ſtudioſe inquirerem. In quem locum quia incidi, mirum eſt, quam ſæpe negligentibus imponat, qui ſæpe citet eos, quos an viderit, dubito; cum eorum nequicquam toties imploret fidem. PINUS. An fuerit hic Atticus pater Herodis Attici celeberrimi oratoris, diſpiciendum; qui ita non multum a Quinctiliani ætate abfuiſſet, cum Herodes vixerit ſub Trajano & ſequentibus Imperatoribus: & ita mox Virginium, qui ſub Trajano adhuc vixit, memorat: celebrat quemdam Atticum ab eloquentia & Græcis ſtudiis Martial lib. VII. 31. & lib. IX. 101. ſed quem Quinctium Atticum virum conſularem credit vir cl. Ryckius ad Tacit. III. Hiſt. cap. 73. ſed verius puto intelligi M. Vipſanium Atticum Agrippam, filium Pomponii Attici. Vide Schot. Catal. Rhetorum apud Senecam in Vipſanio Attico; qui tamen deinde pro Attico, *Attejum* legit, & intelligit Dionyſium Attejum, Apollodori diſcipulum. BURMAN.

77. *Ad Matium.*] Eam Artem ad Matium Latine interpretatus eſt Valgius. TURNEB. Eſſe hunc C. Matium, Auguſti amicum, qui a Plinio lib. XII. 2. laudatur, puto; quem diverſum a C. Matio, Julii Cæſaris amico, & forte ejus filium credo. Vid. Torrent. ad Suet. Cæſ. 52. hunc Scaliger eumdem cenſet, qui Poëta, & Iliada vertit, & mimiambos ſcripſit. Vide Conjectan. ad Varron. pag. 149. BURMAN.

78. *Theodorus.*] Gadareus ille Tiberii Cæſaris in arte rhetorica præceptor. CAPPER.

79. *Hermagoram.*] Hic alter eſt Hermagoras junior, qui ſub Auguſto floruit, cum Cæcilio rhetore, diuque poſtea (ut dixit Suidas) vixit: quocirca nonnulli ſenes tempore Fabii ſuperſtites eum videre potuerant. TURNEB. Aper, in *Dialogo de Oratoribus*, Hermagoræ & Apollodori libros aridiſſimos vocat. Videtur Fabius hoc loco duos Hermagoras facere; priorem, qui velut propriam ſibi viam in arte fecit, cui poſtponit Apollonium (Molonem, Ciceronis magiſtrum, qui Dictatore Sylla Romam venerat;) & alterum Theodori Gadaræi diſcipulum, de quo Suidæ locus

condidit

condidit aliqua [80] in hac materia [81] M. Cato ille Cenſorius, poſt [82] M. Antonius inchoavit. Nam hoc ſolum opus ejus, atque id ipſum imperfectum, manet. Secuti minus celebres, quorum memoriam, ſi quo loco res poſcet, non omittam. Præcipuum vero lumen, ſicut eloquentiæ, ita præceptis quoque ejus dedit, unicum apud nos ſpecimen orandi, docendique oratorias artes, M. Tullius; poſt quem tacere modeſtiſſimum foret, niſi & [83] *rhetoricos* ſuos ipſe adoleſcenti [84] ſibi elapſos diceret, & in oratoriis [85] hæc minora, quæ [86] plerique deſiderant, ſciens omiſiſſet. Scripſit de eadem materia non pauca [87] Cornificius, aliqua [88] Stertinius, nonnihil [89] Pater Gallio: [90] accuratius vero priores Gallione Celſus & [91] Lenas, & ætatis noſtræ [92] Virginius, [93] Plinius, [94] Rutilius. Sunt & hodie [95] clari ejuſdem operis auctores, qui,

accipiendus; qui eum ſub Auguſto vixiſſe ſcribit. Sane eum, cujus in Oratore Cicer. meminit, antiquiorem fuiſſe veroſimilius eſt. Vide infra lib. 7. cap. 5. Strabon. lib. XIII. PITHOEUS.

80. *In hac materia.*] *In hanc materiam* MSS. Joan. Alm. Locatel. Ald. Steph. Baſil. Voſſ. Bern. Obrechtus vero edidit *tradidit aliqua in hac materia.* Neſcio an ex MSS. ſed videtur ex conjectura nimis temeraria; eleganter enim *condidit*: quia primus fuit, ut paſſim hac voce utuntur de iis etiam, qui ſcripto aliquid produnt: de quo nos pluribus ad Albinovani elegiam in Druſum verſ. 343. videtur vero Obrechtus hoc feciſſe, quia mox Antonius *inchoaſſe* dicitur; ſed hoc non debet capi, ac ſi primus hoc incepiſſet; ſed de ejus opere, quod inchoavit, non perfecit. BURMAN. *Tradidit* Bern.

81. *M. Cato.*] Quia temere facit, qui rem tam veterem pro certa affirmet, *quantum*, inquit, *ego ſciam.* Iſtuc confirmat Capella in Rhetorica ſua. Teſtimonium inde aliquando petit Fabius lib. ult. cap. 1. cum in mores artificis inquireret. PINUS. Seneca Rhetor. Contr. 2. Melæ filio ſcribens primum Romæ Rhetorem Plotium facit. ALMELOV. *M. Cato, poſt M. Antonius ille Cenſorius.*] Perverſe legitur: eſt autem hoc ordine legendum: *M. Cato ille Cenſorius, poſt M. Antonius inchoavit.* REGIUS. *Cato ille Cenſorius, M. Antonius*; V. C. Alm.

82. *M. Antonius.*] Antonius orator exilem, ut Cicero (lib. 1. de Orat. 21. & 47.) inquit, libellum de Arte dicendi ſcripſit; quem librum Antonius ſibi excidiſſe dicit. TURNEB. Cæterum memoratur hic Antonius non ὁ Triumvir; ſed celeberrimus ille Orator, quem Cicero in libris de Oratore inducit loquentem. CAPPER.

83. *Rhetoricos ſuos.*] Supple, libros duos de *Inventione*, qui ſuperſunt ex quatuor, quos conſcripſerat, vel ſaltem conſcribere decreverat. CAPPER.

84. *Sibi elapſos diceret.*] Cicero libro primo *de Oratore*, cap. 2. ſuos rhetoricos appellat rudes & impolitos commentarios: venuſte autem dicit, *eos ſibi elapſos*, ducta metaphora ab his, quæ nobis imprudentibus excidunt, & ad manus hominum veniunt. TURNEB.

85. *Hæc minora.*] Cicero in Epiſtola ad Lentulum lib. 1. 9. ait, in libro de *Oratore* ſe abhorruiſſe a communi præceptorum ratione, & Ariſtotelica ac Iſocratica ſe complexum eſſe. IDEM.

86. *Plerique deſiderant.*] *Plerumque deſiderantur*; MSS. Bodl. Alm. Andr.

87. *Cornificius.*] Cui multi tribuunt libros ad Herennium ſcriptos: qua de re nolim in utramvis partem controverſiam ſuſcipere. PINUS. Cornificii oratoris meminit *Cicero lib.* 12. *Epiſt. famil.* 17. Hic eſt, qui ſcripſit *Rhetoricam ad Herennium*, ut apparet ex Fabio, ubi agit *de traductione, gradatione, & hermia*, & aliis quoque locis. TURNEB. Hanc controverſiam diligenter excuſſerunt Nicolaus Angelius Bucinenſis, & Marinus Becichemius Scodrenſis, quorum diſſertationes leguntur in Oratoriorum Ciceronis editione Baſileenſi an. 1541.

88. *Stertinius.*] Dubito an ſit ille, de quo Horatius lib. 1. Epiſt. 12. an vero ille Medicus, cujus meminit Plin. lib. XXIX. cap. 1. ALMELOV. Quis hic ſit ignoro, neque interpretes, præter cl. Almelovenium, aliquid de hoc adnotant: poſſet videri Stoicus ille Philoſophus, de quo Horatius lib. III. Sat. III. & lib. 1. Epiſt. 12. & cujus mentionem fieri in fragmento Cælii apud Feſt. in *Orea* ſuſpicatur Lambinus; ubi L. *Stertinius*, quanquam ibi melius miles intelligatur, quam Philoſophus. L. Stertinium ſub Germanico militantem memorat Tacit. 1. Annal. 60. ſed Stertinium Maximum fuiſſe a Seneca Rhetore lib. II. controv. 9. memoratum, cenſent Schottus & Faber. BURMAN.

89. *Pater Gallio.*] Cornelius Tacitus (dial. de Orat. 26.) Gallionem Oratorem numerat, cujus tinnitum taxat: idem *de Rhetorica* ſcripſit: fuit & ejus filius orator. TURNEB. Hunc Gallionem, fratrem Senecæ dicunt; qui ante adoptionem Annæus Novatus dictus fuit, ad quem Seneca libros ſuos *de Ira* ſcripſit. Junium ipſum Gallionem intelligit Lipſius in vita Senecæ cap. 2. Vide Ryck. ad Tacit. XV ann. 73. & Schottum in catalogo Rhetorum apud Senecam; qui mire fluctuat. Nec video qua ratione Deltio ibi duos diſtinguat, & utrumque tamen Senecæ Rhetoris filios, & Philoſophi fratres faciat. Sed ſi Junius Gallio, qui adoptavit Novatum, ſit intelligendus; non video, quomodo poſſit Celſus prior Gallione dici, cum ille ſub Tiberio vixerit, & Ovidius jam extremis Auguſti temporibus ad Gallionem hunc ſcripſerit Eleg. XI. lib. IV. ex Ponto; in qua nihil occurrit, unde Rhetorem eum Gallionem fuiſſe colligamus, cum minime ſoleat Naſo, ſi ea parte commendandi ſunt, amicorum ſtudia & eloquentiam tacitus præterire: quare forte Novatus intelligendus, qui per adoptionem Gallio dictus, etiam filium habuit ejuſdem ſtudii heredem; ſed nihil affirmo BURMAN.

90. *Accuratius vero priores Gallione Celſus & Lenas.*] Ita editio noſtra, ſecundum fidem Codicum MSS. Bodleiani, Baliolenſis, editorumque pene omnium. *Accurate*, editio Lugdunenſ. & Cod. Bern. mendoſe omnino, ſi quidem Fabius Celſum, alioſque nuperos cum ſuperioris ſeculi oratoribus comparat. GIBSON. Celſus, qui de Medicina eleganter ſcripſit, & Lenas docuerunt artem; quorum uterque anteceſſit ætatem Gallionis; floruerunt enim ambo ſub finem Auguſti. PINUS. Celſi ſæpe auctoritate utitur Fabius. Vide lib. X. cap. 1. & XII. 11. vitam ejus conſcripſit Rhodius, & diſſertationi de Acia ſubjunxit: de agricultura etiam ſcripſit unde fragmentum laudat Philarg. ad Virgil. IV. Georg. 1. & Nonius in *raſtros*; qui ejus auctoritatem non magni facit in voce *Cyma*; ſed vindicat ejus famam Barth. ad Stat. 11. Theb. 677. BURMAN.

91. *Lenas*] Hic quis fuerit, plane ignoro. Vipſanium Lenatem memorat Tacit. lib. XIII. Annal. 30. ſed de ejus ſtudiis nihil mihi conſtat Hunc eſſe Popilium Lenatem, patet ex lib. XI. cap. 3. BURMAN.

92. *Virginius.*] Hic ſub Trajano eſt vita functus, quo adhuc tempore vivebat Fabius: ex hoc loco infert Cataneus, hoc opus Inſtitutionum fuiſſe inchoatum ſub Domitiano, ſed ſub Trajano vulgatum; nam hic memoriam facit Virginii, ut mortui; obiiſſe autem Trajano imperante locupletiſſimus teſtis eſt Plinius lib. II. Epiſtol. 1. Exſtat tamen libro quarto præfatio ad Domitianum, quaſi adhuc in vita agentem. PINUS. Almelovenius etiam Virginium illum intelligit; ſed hunc Virginium diverſum ab illo ter conſule, recte mihi cenſere videtur Lipſius ad Tacit. XV. Annal. 71. *Verginium* vero, ut apud Tacitum legitur, hic quoque habebat V. C. Alm. meminit & hujus inſt. cap. 6. *Verginius*; Voſſ. tert. Bern.

93. *Plinius.*] Qui reliquit 36. libros, in ſex libros diviſos & contractos propter amplitudinem; in quibus oratorem ab incunabulis inſtituit & perfecit. TURNEB.

94. *Rutilius.*] Hunc ſæpe in figuris citat Fabius, ejuſque ad nos *de ſchematibus* libellus pervenit. IDEM. Fuit is Rutilius Lupus, cujus extant fragmenta inter Rhetores antiquos ex Bibliotheca Franciſci Pithœi. COLOMES. *Tutilius*; V. C. Alm. Andr. Ven. Locatel. Ald. Cod. Bern. marg. Sich. & Baſil. quæ lectio non eſt extra veri ſpeciem; ſiquidem Tutilius fuit ſocer Quinctiliani, teſte Plinio lib. VI. cap. 32. ubi Cataneus illum eſſe, quem Fabius libro tertio memorat, notavit: quem refutat Dodwel. Annal. Quinctil. §. 29. qui mallet apud Plinium *Rutilii neptem* legere. An ſit vero idem Rutilius Lupus, ſive ejus filius, ad quem Divi fratres reſcripſerunt in lib. 6. ff. de muner. & honor. non diſquiro: alius etiam in lapide apud Gruter. DCCCCXCIII. 11. occurrit. Vide infra ad lib. VI. præfat. BURMAN.

95. *Clari auctores.*] Ut Suetonius, Tacitus, junior Pli-

ſi omnia complexi forent, conſuluiſſent labori meo : ſed parco nominibus viventium; [96] veniet eorum laudi ſuum tempus; ad poſteros enim virtus durabit, non perveniet invidia. Non tamen poſt tot ac [97] tantos ſcriptores pigebit meam quibuſdam locis poſuiſſe ſententiam. Neque enim me [98] cujuſquam [99] ſectæ, velut quadam ſuperſtitione imbutus, addixi; & electuris quæ volent facienda copia fuit, ſicut ipſe plurium in unum confero inventa, ubicumque ingenio non erit locus, curæ teſtimonium [100] meruiſſe contentus.

nius, & alii, quos enumerat Tacitus in dialogo Oratorum. PINUS. Valla hoc de Aquila Romano intelligendum eſſe putat. Alii de Plinio juniore hæc intelligunt, aut de Tacito, qui dialogum de Oratore compoſuit. TURNEB. *Actores*; Voſſ.

96. *Veniet eorum laudi ſuum tempus.*] *Poſt cineres enim*, ait Poëta, *gloria certa venit*; &, *Majus ab extincto nomen in ora venit.* IDEM.

97. *Tantos auctores.*] *Scriptores*; Ven. Locat. Ald. Colon. Gryph. Colin. Baſil. marg. Stephani, & recte; præceſſerat enim paulo ante *auctores*. *Actores*; Voſſ.

98. *Cujuſquam.*] *Cuidam*, ut legatur, verbum illud *addixi* expoſcit. REGIUS. *Cuiquam*; Ald. Voſſ. ſecund.

99. *Sectæ addixi.*] Cicero docet nihil tam contrarium eſſe & adverſum veritati inveniendæ, quam certam opinionem & ſectam ſectari : quocirca commendat Academicos, qui hac ſuperſtitione liberati, de rebus libere judicabant & diſceptabant. TURNEB.

100 *Meruiſſe.*] *Promeruiſſe*; MS. Joan. Ven. Locat. Ald. Colon. Par. Vaſc. Steph. Colin Voſſ. tert.

CAPUT II.

Quod initium rhetorices.

II. NEC diu nos moretur quæſtio, quæ *rhetorices* origo ſit. Nam cui dubium eſt, quin ſermonem ab ipſa rerum natura geniti protinus homines [1] acceperint, (quod certe principium eſt [2] ejus rei) huic ſtudium & [3] incrementum dederit utilitas, [4] ſummam ratio & exercitatio? [5] Nec video quare curam dicendi putent quidam inde cœpiſſe; quod ii, qui in diſcrimen aliquod vocabantur, accuratius loqui defendendi ſui gratia [6] inſtituerint. Hæc enim, ut honeſtior cauſſa, ita non utique prior eſt; cum præſertim accuſatio præcedat defenſionem: [7] niſi quis dicit, etiam gladium fabricatum ab eo prius, qui ferrum in tutelam ſui, quam qui in perniciem alterius [8] compararit. Initium ergo dicendi dedit natura: [9] initium artis, obſervatio. Homines enim, ſicut in medicina, cum viderent [10] alia ſalubria, alia inſalubria, ex obſervatione eorum effecerunt artem; ita, cum in dicendo alia utilia, alia inutilia deprehenderent, notarunt ea ad imitandum vitandumque; & quædam [11] ſecundum rationem eorum [12] adjecerunt ipſi quoque, hæc [13] confirmata ſunt uſu, tum quæ ſciebat quiſque, docuit. [14] Cicero quidem initium orandi con-

Ea, quæ ſolet ars conſummare, initium ducunt a natura, ut *rhetorice* a ſermone naturali, cujus facultas a ſermone fluxit; deinde cura & ſtudio amplificata eſt : ars vero ex obſervatione (quam *rationem* Fabius vocat) & experientia; demum exercitatione eſt amplificata & conſummata. Aliam affert originem Ariſtides in defenſione eloquentiæ contra Platonem, ſed noſtro propoſito non convenientem; a Jove per Mercurium rhetoricam hominibus eſſe datam. TURNEB.

1. *Acceperint.*] *Acceperunt*; V. C. Almel.

2. *Ejus rei.*] Nempe *rhetorices*.

3. *Incrementum dederit utilitas.*] Utilitas, quæ comparatur ex *cauſſarum* actione, fecit ut homines ſtudioſius loquerentur. Jam ſtudium peperit rationem & obſervationem, a qua manat ars; cui addita exercitatio omnia conſummavit, quæ ab aliis uſus dicitur, optimus loquendi artifex, dicendique magiſter. TURNEB.

4. *Summa ratio.*] *Summam* legendum, ut ſit accuſativi caſus; hoc eſt, finem & cumulum. REGIUS.

5. *Nec video.*] Confutat eorum opinionem, qui exiſtimarunt dicendi curam & eloquentiam ab iis prius ſumpſiſſe initium, qui accuſati, ſui tutandi gratia, accuratius loquerentur : quod ſimilitudine ſubjecta probat. TURNEB. Suppreſſo, ut ferme ſolet, cum Ciceronem arguit, nomine; negat veram eſſe opinionem Ciceronis, qui aſſerit, vocatis in periculum hominibus, reos contendiſſe, ut faces verborum admoverent animis judicum, & luculenta dictione evaderent ex periculo; & hinc natam eſſe ſcribendi eloquenterque dicendi curam. PINUS. qui deinde multis verbis a Fabio diſſentit, & Ciceronis ſententiam defendit.

6. *Inſtituerint.*] *Inſtiterint*; Gebh. lib. 11. Crep. 1. Vide ad lib. 1. cap. 5.

7. *Niſi quis dicit.*] *Dicet*; Obrecht.

8. *Comparavit.*] *Compararit*; V. C. Alm. Locatel. Ald. Gryph. Baſil. Obrecht.

9. *Initium artis obſervatio.*] Hoc eſt, diligens & accurata eorum, quæ fierent, animadverſio, quæ ſine admiratione eſſe non potuit; ut optime docuit Ariſtoteles primæ philoſophiæ initio. PINUS. Galenus in libr. Hippocr. de vict. rat. *nempe artis omnis conſtitutio ex propriorum a communibus diſtinctione oritur.* ALMELOV.

10. *Alia ſalubria.*] Quod optime indicat Galenus in libro de ſectis in arte medicinali : *medicina ſalubrium inſalubriumque ſcientia ab antiquis dicta eſt.* Vide & Hippocr. περὶ Εὐχημοσύνης. Text. VIII. 6. 7. & ſeq. ubi noſcere medicamentorum vires, medicinæ principium, medium, & finem conſtituit; nec abs re eſt, quod Celſus in præfat. dicit : *ſiquidem etiam imperitiſſimæ gentes herbas aliaque prompta in auxilium vulnerum morborumque noverunt.* ALMEL.

11. *Secundum rationem.*] Κατὰ τὴν ἀναλογίαν, id eſt, proportionem.

12. *Adjecerunt ipſi quoque.*] Cicero quoque teſtatur, non eloquentiam ex artificio, ſed artificium ex eloquentia ortum eſſe; cum ea quidam obſervarent, quæ diſerti homines in *cauſſis* facerent. TURNEB.

13. *Confirmata ſunt uſu.*] *Confirmata ſunt cura, uſu*; MS. Joan. & Voſſ. *cura & uſu*; margines Steph. Sich. & Baſil.

14. *Cicero quidem.*] Hic Cicero non tam anxie tribuit legum & urbium conditoribus eloquentiæ originem, quam per eam leges urbeſque conditas eſſe vult : quod ad elo-

ditoribus urbium ac legum latoribus dedit, in quibus fuiſſe vim dicendi neceſſe eſt: cur tamen hanc primam originem [15] putet, non video; cum ſint adhuc quædam vagæ & ſine urbibus ac ſine legibus gentes, & tamen qui ſunt [16] in his nati, & legationibus fungantur, & accuſent aliqua ac defendant, & denique alium alio melius loqui credant.

quentiæ laudem non parum videbat pertinere. TURNEB. Id habes in primo libro ad Q. Fratr. de Orator. cap. 8. quo loco non id agit Cicero, ut tam ſubtiliter artis hujus principium rimetur. Inter cæteras duntaxat eloquentiæ laudes infert : *Quæ vis*, inquit, *alia homines congregavit & mœnibus ſepſit, quæ vis alia leges dedit?* Unde collegit Fabius Ciceronem principium eloquentiæ tribuiſſe conditoribus urbium ac legumlatoribus. Quod cum Fabius negare non poſſit; carpit tamen, nec intelligit quomodo hanc Cicero originem primam voluerit; & certe non id agit Cicero. Argumentum, quo utitur, eſt; multas adhuc eſſe gentes, nec mœnibus cinctas, nec obſtrictas legibus, apud quas tamen eloquentiæ ſint quædam veſtigia; unde elicit potuiſſe fieri, ut, etiam ante urbium conditores, legumque auctores, eloquentes fuerint... Neque negat Cicero naturalem quamdam eloquentiam in aliis fuiſſe; ſed primam dicendi curam illis conditoribus neceſſariam fuiſſe. PINUS. Vide etiam Ciceron. lib. 1. de Inventione.

15. *Putent.*] *Putet* : Locatel. Ald. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Voſſ. *putem* : V. C. Alm. & Obrecht.

16. *In his nati.*] *In iis* : Ald. Locatel.

CAPUT III.

Quinque eſſe partes rhetoricæ.

OMNIS autem [1] orandi ratio, ut plurimi maximique auctores tradiderunt, [2] quinque partibus conſtat, *inventione*, *diſpoſitione*, *elocutione*, *memoria*, *pronuntiatione* ſive *actione*; [3] utroque enim modo dicitur. [4] Omnis vero ſermo, quo quidem [5] voluntas aliqua enuntiatur, habeat neceſſe eſt [6] & rem, & verba. [7] Ac [8] ſi eſt brevis, & [9] una concluſione finitus, nihil fortaſſe ultra deſideret: at oratio longior plura exigit. Non enim tantum refert, quid, & quomodo dicamus; ſed etiam quo loco: [10] opus ergo eſt & *diſpoſitione*. Sed neque omnia, quæ res poſtulat, dicere; neque ſuo quæque loco poterimus, niſi adjuvante *memoria*: [11] quapropter ea quoque pars quarta erit. Verum hæc cuncta corrumpit ac propemodum perdit indecora, vel voce, vel geſtu, *pronuntiatio*. Huic quoque igitur tribuendus eſt neceſſario quintus locus. Nec audiendi quidam, quorum eſt [12] Albutius, qui tres modo primas eſſe partes volunt, quia [13] *memoria* atque *actio* natura, non III.

Hoc capite ſecundam propoſitionis partem exequitur, ac numerum partium aſſerit, quibus conſtet omnis ratio dicendi: eos, qui plures aut pauciores, quam quinque ponunt, reprehendit: eos item arguit, qui *rhetorices* opera, & opera oratorum, elementaque eloquentiæ eſſe dicebant. Vide Eraſmi lib. 2. Eccleſiaſtæ. TURNEB.

1. *Orandi ratio.*] Ἡ τοῦ λέγειν vel ῥητορικὴ μέθοδος : id eſt, rhetorica tota quanta eſt: hic enim de rhetoricæ, non de orationis ipſius partibus agitur. CAPPER.

2. *Quinque partibus.*] In Ciceronem digitum veluti intendit, qui mille locis in hæc quinque partitus eſt rhetoricam: licet in nomine quorumdam tenuis ſit diverſitas. Cicero enim *collocationem* appellat, quam vocamus *diſpoſitionem*; eſt ubi *elocutionem* vocet *dictionem*. Sed unum hic notabo, ut nomen *rhetorices*, & doctrinam ſignificat præceptorum, & dicendi facultatem præceptis collectam, quam in uſum exerat; ita has quinque partes, & artis dici poſſe, ut præcepta ſignificent; & facultatis, ut facultatem excogitandi, collocandi, &c. jam partam & ad uſum promptam indicent. PINUS.

3. *Utroque enim modo.*] *Actio*, a motu corporis: *pronunciatio*, a voce. TURNEB.

4. *Omnis vero ſermo.*] Confirmatio eſt partium per methodum *compoſitivam*, quæ ab elementis proficiſcitur, & tandem omnes componit partes. TURNEB.

5. *Voluntas aliqua enunciatur.*] Hoc dicit propter orationes imperfectas, quæ voluntatem & ſenſum non aperiunt; ut, *Socrates cum Platone*. Perfectæ vero voluntatem enunciant; ut, *Socrates ambulat*. TURNEB.

6. *Et rem & verba.*] *Rem & verba* : V. C. Alm. Obrecht. *verbum* : Locat. Ald. Baſil.

7. *At ſi.*] *Ac* : ſcribendum videtur. REGIUS. *At* : Ald.

8. *Si eſt brevis.*] Quemadmodum apud dialecticos eſt enunciatio, quæ nomine & verbo conſtat; ut, *Socrates currit*, *Voluptas non eſt ſummum bonum*. TURNEB.

9. *Una concluſione finitus.*] Id eſt, unica verborum comprehenſione, unica propoſitione, ſeu enunciatione, unica periodo. CAPPER.

10. *Opus ergo eſt & diſpoſitione.*] Particulam *&* ejecit Editio Lugdunenſis, nec ſine conſenſu quorumdam Codicum. Mihi autem videtur ſenſum hoc in loco non mediocrem habere. Cum enim Fabius ea enumerat, quæ ſunt orationi neceſſaria; dicitque non ſolum referre *quid* dictum ſit, & *quo loco*; ſed etiam *quomodo*; addit, *opus ergo eſt & diſpoſitione*; ubi vocula iſta hoc exprimit, *præter ea quæ ſupra poſita ſunt*, & quaſi firmat conjungitque orationem. Ut autem non eſt temere omittenda, ita nec tanti eſt momenti, ut eam meo ingenio inſeruiſſem: ſed hoc a me poſtularunt Codices MSS. Bodleianus ac Balioleniſis; editiones item Venetica, Aldina, & Colonienſis. GIBSON. *&* etiam eſt in Locatel. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. & Obrecht.

11. *Quapropter ea quoque pars.*] *Quæ propterea pars quarta* ; Voſſ. prim. tert.

12. *Albutius.*] Albutius Novarienſis, imperante Auguſto, Romam venit, ac in contubernium Planci eſt receptus, ſcholamque Romæ aperuit, & *rhetoricam* illic eſt profeſſus: meminit hujus Seneca in declamationibus & controverſiis. TURNEB.

13. *Memoria atque actio natura.*] Cicero de Orat. *memoriam* & *actionem* maxime naturales eſſe putat, artem tamen adhiberi. Itaque duplex eſt *memoria*; naturalis & artificialis, quam Simonides reperit, conſtatque locis & imaginibus. Itidem duplex eſt *pronunciatio*; naturalis, & ea quæ artificio comœdi, palæſtrici, *phonaſci* nobis accedit. TURNEB. *Actio.*] Seu *pronunciatio*: nam a geſtu appellatur *actio*, & a voce *pronunciatio*. Græci dicunt ὑπόκρισιν, ut patet ex auctore opuſculi de *elocutione* (quod Demetrio Phalereo tribui ſolet) num 185. 197. 198. 199. CAPPER.

arte, [14] contingant; quarum nos præcepta [15] ſuo loco dabimus: licet Thraſymachus quoque idem de *actione* [16] crediderit. His adjecerunt quidam ſextam partem, ita ut *inventioni* [17] *judicium* ſubnecterent, [18] quia primum eſſet invenire, deinde judicare. Ego porro ne inveniſſe quidem credo eum, [19] qui non judicavit; nec enim contraria, communia, ſtulta, inveniſſe dicitur quiſquam, ſed [20] non vitaſſe. Et [21] Cicero quidem in Rhetoricis *judicium* ſubjecit *inventioni*: mihi autem adeo [22] tribus primis partibus videtur eſſe permixtum, ([23] nam neque *diſpoſitio* ſine eo, neque *elocutio* fuerit) ut *pronuntiationem* quoque vel plurimum [24] ex eo mutuari putem. Quod hoc audacius dixerim, quod in *partitionibus oratoriis* ad eaſdem, de quibus ſupra dictum eſt, quinque pervenit partes. Nam, cum dupliciter primum diviſiſſet, in *inventionem* atque *elocutionem*; res ac *diſpoſitionem inventioni*, verba & *pronuntiationem elocutioni* dedit; [25] quintamque conſtituit communem, ac velut cuſtodem omnium, *memoriam.* Idem in *Oratore*, quinque rebus conſtare eloquentiam dicit; in quibus poſtea ſcriptis certior ejus ſententia eſt. Non minus mihi cupidi novitatis alicujus videntur fuiſſe, qui adjecerunt *ordinem*, cum *diſpoſitionem* dixiſſent; quaſi aliud ſit *diſpoſitio*, quam rerum [26] ordine [27] quam optimo [28] collocatio. [29] Dion *inventionem* modo & *diſpoſitionem* tradidit, ſed utramque duplicem; *rerum*, ac *verborum*; ut ſit *elocutio inventionis*, *pronuntiatio diſpoſitionis*, his quinta pars *memoria* accedat. [30] Theodorei fere *inventionem* duplicem *rerum*, atque *elocutionis*; deinde tres cæteras partes. Hermagoras, *judicium*, *partitionem*, *ordinem*, [31] quæque *elocutionis* ſunt, [32] ſubjecit *œconomiæ*, quæ Græce

14. *Contingat.*] *Contingant*; V. C. Alm. Venet. Locat. Ald. Colon. Steph. Gryph. Colin. Sich. Baſil. Obrecht. Voſſ. ſecund.

15. *Suo loco.*] Libro XI. cap. 3.

16. *Crediderit.*] *Tradiderit*; Marg. Baſil. & editio Colin.

17. *Judicium.*] De hujuſmodi judicio Fabius aget lib. VI. cap. 6. CAPPER.

18. *Quia primum.*] *Ut primum*; Aldus.

19. *Qui non judicavit.*] Fabius nomine judicii non tam ſubtiliter utitur, ut dialectici: ſed judicium intelligit æſtimationem quamdam eruditam naturæ artique admixtam; ut ſub judicio conſilium quoque complectatur, etſi utrumque paulo aliter diſtinguit lib. VI. cap. ult. eſt ergo ſumma hujus loci, judicium hoc loco nomine inventionis præcipue intelligi. PINUS.

20. *Non vitaſſe.*] *Judicaſſe*; Ald. margines Vaſc. Steph. Gryph. & Baſil.

21. *Cicero in Rhetoricis.*] Cum hoc in duobus *rhetorices* libris Ciceronis de *Inventione* non legatur, non poſſunt non adduci, ut exiſtimem libros de *Diſpoſitione* & reliquis partibus orationis fuiſſe amiſſos, cum non exſtent. Neque enim credendum eſt illud opus a Cicerone imperfectum fuiſſe relictum. REGIUS. Recte Aldus pro Rhetoricis *Topicis* legit. Nam in Ciceronis Rhetoricis ne verbum quidem ſit ullum. Quod autem Fabius hic citat, legitur in *Topicis* fere in principio, his verbis: *Omnis ratio diligens diſſerendi duas habet partes, unam inveniendi, alteram judicandi: inveniendi ratio prior.* MOSELLANUS. Hic locus vulgo difficultatis habet plurimum. Ubi non auſim aſſerere acutius me ſentire cæteris: tota loci enodatio eſt in verbo *ſubjicere*, quod Raphaël, cum non intelligeret (id quod in eo non eſt novum) fecit ambiguam lectionem, quæ prius erat conſtans. Ea in tantam venit auctoritatem, ut adnotetur ad marginem: aut illam immeritam poſſeſſione exturbaverit, quam tum diuturnitate, tum omnium voluntate obtinuerat. Et, ne multis agam, *ſubjicere alicui*, eſt ſub illo complecti, non illi poſtponere, etſi ſæpe legi utroque ſignificatu uſurpari: hic ſine dubio ſic accipitur, ut hoc intelligi velit; Ciceronem, cum nullam in Rhetoricis mentionem fecerit judicii, videri ex communi uſu loquendi judicium ſubjeciſſe inventioni; hoc eſt, ſub illa comprehendiſſe: quo ſenſu quid aut ſimplicius dictu, aut intellectu facilius? aut quid attinet inanes ſuſpiciones ſpargere, quaſi perierint Rhetoricorum libri aliquot? aut lectionem depravare, cum in *Topicis* de numero partium non diſputet. PINUS. *Subjecit*, eſt, ſub illo complectitur, ut in lib. I. de *Oratore*: *Nam & invenire & judicare quid dicas, magna illa quidem ſunt, tanquam animi inſtar de corpore; ſed propria magis* prudentiæ, *quam* eloquentiæ. Et paulo poſt: Judicium *ergo adhibebit: nec inveniet ſolum quid dicat, ſed etiam expendet.* Ex quibus apparet inventionem & judicium tanquam ſibi invicem eſſe ſubjecta, aut potius in unum corpus coaluiſſe; ut male ſentiant qui hic *Topicis*, reponant, quod ibi dicat Cicero: *Omnis ratio diligens diſſerendi duas habet partes, unam* inveniendi, *alteram* judicandi, *&c.* cum hic non de numero partium diſputet, ſed longe aliud agat. Nomine autem *judicii* quid intelligamus, fuſe Rodolphus Agricola exponit. TURNEB. Recte, ut puto, Pinus: ita Cicero lib. I. de Offic. 27. *Generale quoddam decorum intelligimus, quod in omni honeſtate verſatur, & aliud huic ſubjectum, quod pertinet ad ſingulas partes honeſtatis.* Mox, *ſubjecit œconomiæ*; &, *quæ autem pars ſubjecta generi eſt*: & ita ſæpius: noſter mox cap. V. *Imitatio, quam nos arti ſubjicimus*: & cap. VI. *huic ſubjicitur ille in peſtilentia comiſſator*: & ibidem: *nam ſubjiciunt eam juridiciali*; & millies alibi; præcipue lib. I. cap. 3. BURMAN.

22. *Tribus primis partibus.*] Quæ ſunt, *inventio*, *diſpoſitio*, *elocutio.* CAPPER.

23. *Nam nec diſpoſitio ſine eo.*] Quod & Cicero teſtatur libro primo de *Orat.* de his quinque partibus loquens; ut deberet reperire primum quid diceret; deinde inventa non ſolum ordine, ſed etiam momento quodam, atque judicio diſpenſare, atque diſponere. TURNEB.

24. *Ex eo.*] *Ab eo*; Ven. Locat. Ald. Colon. Vaſc. Steph. Par. Sich. Gryph. Colin. Baſil. Voſſ. ſecund.

25. *Quintamque conſtituit.*] *Quintam quoque conſtituit*; MSS. Bodl. Alm. Ven. Locatel. Ald. Colon. Steph. Sich. Gryph. Colin. Baſil. Voſſ. omn.

26. *Ordine.*] *In ordinem*; MS. Bodl. Gryph. Baſil.

27. *Quam optimo.*] *Quam optima*; MS Bodl. Andr. Voſſ ſecund. Ven. Locat. Ald. Colin. *optima*; Sich. Par. Gryph. Baſil.

28. *Collocatio.*] *Collatio*; Vaſc. in marg.

29. *Dion.*] Dion hic eſt Pruſæus, qui a divina eloquentia *Chryſoſtomus* eſt appellatus, idem philoſophus & rhetor inſignis: vixit fere ætate Fabii, & jam ſenior a Trajano honoratus eſt, ut videatur hoc opus editum eſſe Trajano imperante, non Domitiano. TURNEB.

30. *Theodorei.*] Subaudi, *tradiderunt rhetores* dicti *Theodorei* a clariſſimo *rhetorices* præceptore Theodoro Gadareo, ſeu Rhodio, de quo vide ad cap. I. hujus libri CAPPER.

31. *Quæ elocutionis ſunt.*] Τὰ τῆς ἑρμηνείας; id eſt, ea quæ pertinent ad *elocutionem*, ſeu *elocutionem* ipſam. CAPPER.

32. *Subjecit.*] *Subicit*; V. C. Alm. *ſubjicit œconomiæ*: videtur Hermagoras hunc diſtribuendi ordinem ſecutus. Fundamentum bene inveniendi eſt, de rebus bene judicare, & ſenſu communi valere: unde prima pars ejus *judicium*, totum ſitum in artificis prudentia, qua inſtructus ſententias ex ſuis locis depromit, & ad partes ſingulas apta inquiret. Hæc eſt partitio & deductio totius rei; (Græci παρεγχείρησιν vocant) hæc ita confuſa, dividenda ſunt ordine, & ſuo quæque loco ponenda: hic eſt ordo. Poſtea verborum amictu veſtienda & ita conſtituenda omnia, ut cum ſumma conveniant: hæc eſt *œconomia*; quod nomen prudentem rei familiaris diſpenſationem ſignificat, & per *abuſionem*, quæ nomen ex vicino mutuatur, conſultum operis progreſſum, quo & media imis, & ſumma mediis conſentiunt; quo nomine & enarratores utuntur omnes.

appellata [33] ex cura rerum domeſticarum, & hîc per [34] *abuſionem* poſita, nomine [35] Latino caret. [36] Eſt & circa hoc quæſtio; quod *memoriam* in ordine partium quidam *inventioni*, quidam *diſpoſitioni* ſubjunxerunt: [37] nobis quartus ejus locus maxime placet. Non enim inventa tantum tenere, ut diſponamus; nec diſpoſita, ut eloquamur; ſed etiam verbis formata memoriæ mandare debemus. Hac enim omnia, quæcumque in orationem collata ſunt, continentur. [38] Fuerunt etiam in hac opinione non pauci; ut has non *rhetorices* partes eſſe exiſtimarent, ſed opera oratoris; ejus enim eſſe invenire, diſponere, eloqui, & cætera. Quod ſi [39] accipimus, nihil arti [40] relinquemus. Nam bene dicere eſt oratoris: [41] *rhetorice* tamen eſt bene dicendi ſcientia: vel, ut alii putant, [42] artificis eſt perſuadere: vis autem perſuadendi, [43] artis. Ita invenire quidem & diſponere, oratoris: *inventio* autem & *diſpoſitio*, [44] *rhetorices* propria videri poteſt. In eo [45] plures diſſenſerunt, utrumne hæ partes eſſent *rhetorices*, an ejuſdem opera, an (ut Athenæus credit) [46] elementa, quæ vocant ϛοιχεῖα. Sed neque elementa recte quis dixerit: alioqui tantum initia erunt, ut mundi vel [47] humor, vel ignis, vel materia, vel [48] corpora inſecabilia; nec operum recte nomen [49] accipient, quæ [50] non ab aliis perficiuntur, ſed aliud ipſa perficiunt. [51] Partes igitur. Nam cum ſit ex his *rhetorice*, fieri non poteſt, [52] ut, cum totum ex partibus conſtet, non ſint partes totius, [53] ex quibus conſtat. Videntur autem mihi [54] qui hæc *opera* dixerunt, [55] eo quoque moti, quod [56] in alia rurſus diviſione nollent in idem nomen incidere. Partes enim *rhetorices* eſſe dicebant [57] *laudativam, deliberativam, judicialem*. [58] Quæ ſi partes ſunt, materiæ ſunt potius, quam artis. Namque in

& Donatus creberrime, cum Terentii *œconomiam* indicat. PINUS. *Oeconomia* domûs ſignificat diſpenſationem: ſed per *catachreſin* in oratione & poemate ſignificat aptam quamdam diſpoſitionem & conſonam, quæ efficit, ut priora cum poſterioribus quadrent. Sulpitius tamen Victor *œconomiam* appellat, diſpoſitionem artificialem; *ordinem* vero diſpoſitionem naturalem. TURNEB. Verum in ſuperiore Pini nota hoc reprehendendum venit, quod τὴν κατάχρησιν cum partitione confuderit. Utriuſque diſcrimen pluribus expoſui ad caput 6. lib. 2. ubi hunc eumdem Raphaelis Regii & pſeudo-Turnebi errorem refutavi. *Subjecit.*] Id eſt, quatuor prædicta, quaſi totidem ſpecies, ſive partes fecit τῆς *œconomiæ*. CAPPER.

33. *Ex cura rerum domeſticarum.*] Nam οἶκος eſt *domus*, & νέμω *diſpenſo, rego, curam gero*. CAPPER.

34. *Per abuſionem.*] Κατὰ τὴν κατάχρησιν, vel καταχρηστικῶς: eſt autem κατάχρησις *abuſio, tropus*, per quem improprio vocabulo utimur, cum proprium deeſt; ut ſi parricidium vocemus τὴν ſororis cædem: quomodo *catachreſis* diſtinguatur a *metaphora*, declarabit ipſe Fabius cap. 6. libr. 8. CAPPER.

35. *Latino caret*] Martianus vocat *diſpenſationem*: ſed vide Sulpitium Victorem *Rhetoric. Inſtitut.* ad M. Silonem; qui *œconomiam* artificialem dicit, *diſpoſitionem* autem naturalem. REGIUS.

36. *Eſt etiam circa*] Pars eſt altera totius capitis, qua breviter monet, quo ordine partes hæ ſibi ſuccedant. Cicero *in Part.* quintam facit *memoriam*; atque hanc videtur ſecutus rationem, quod etiam meditemur, quomodo decora *pronunciatione* utamur: ſin autem ultimum oratoris officium reſpiciamus, poſtrema actio erit *pronunciatio*; atque hanc ſequitur rationem Fabius, quæ naturalis eſt. Cicero in aliis libris variat; in *primo de Oratore* nunc quartam, nunc ultimam conſtituit. Et certe, ſi *pronunciatio* eſt ultima actio, jure poſtrema erit. Si vero eſt id quod ad actionem decoram excogitaveris & memoriæ mandaveris, merito præcedet. Itaque mihi videtur aliquid habere, quod memoriæ committas; & rurſus aliquid in ore & membris, quod ſit memoria poſterius. Sic Jacobus Lodoicus hunc locum, ut nos, diſcuſſit. TURNEB. Hæc fere ad verbum ex Pino deſcripta ſunt, ut plura alia.

37. *Nobis quartus.*] *Nobis ut quartus ſit ei locus*; Steph. Colin. Roignii. *nobis quartus ejus locus placet*; Gryph. Vidov.

38. *Fuerit etiam.*] Accedit ad partem tertiam, quæ erat de nomine partium *rhetorices*; opera artis, an officia, an elementa recte vocentur. Hic occurrit Fabius prius illato incommodo; deinde ambiguum diſtinguit, colligit alio & alio intellectu partes & officia dici poſſe. In hac etiam ſententia eſt Fortunatianus, qui partes appellat officii oratoris: poſſunt autem dupliciter accipi; vel ut rationes ſunt, quæ inveniendi & diſponendi, &c. præceptiones docent, ac tum artis partes ſunt; vel ut in quodam ſunt actu, ac tum ſunt officia oratoris. TURNEBUS.

39. *Accipimus.*] *Accipiamus*; Locatel. Ald. Voſſ. ſecund. Obrecht.

40. *Relinquimus.*] Futuri temporis ut ſit, *relinquemus* mihi legendum videtur. REGIUS. *relinquimus*; Locat. *relinquemus*; Bern.

41. *Rhetorice tamen eſt.*] *Rhetorice tamen erit?* Voſſ. prim. & Bern.

42. *Artificis eſt.*] Τοῦ δημιουργοῦ opificis, ejus videlicet qui *rhetorices* opus conficit, exequitur, id eſt, ipſius oratoris. CAPPER.

43. *Artis.*] Supple, *rhetoricæ* vel *oratoriæ*. CAPPER.

44. *Rhetorices prima.*] *Propria*, legendum eſſe, cuique patet. REGIUS. *Prima*; Locatel. *propriæ*; Ald. Vidov. forte ſcripſit *priva*, pro qua voce ſæpe *prima* & *propria*, fuiſſe a librariis ſuppoſita, latius ad Ovidii lib. IX. 20. docebimus. Ita & lib. III. cap. 9. *quod eſt primum partitionis* in codice Almel. legitur; vulgo *proprium*. BURMAN.

45. *Plures diſceſſerunt.*] *Diſſenſerunt*, hoc eſt, diſcordes fuerunt, legendum eſſe conſtat. REGIUS.

46. *Elementa.*] Elementum rem tantum inchoat, non etiam abſolvit & conſummat, cum præſertim ſit tanquam quædam materia: at *inventio* & *diſpoſitio* totam conficiunt artem & abſolvunt. TURNEB.

47. *Humor.*] Id eſt, *aqua*. CAPPER.

48. *Corpora inſecabilia.*] Id eſt, *atomi* ἢ ἄτομοι, ſecundum Democriti Epicurique ſyſtema. CAPPER.

49. *Accipient.*] *Accipiunt*; Voſſ. ſecund. & tert.

50. *Non ab aliis perficiuntur, ſed aliud.*] *Nec ab aliis perficiuntur, & aliud*; Voſſ. ſecund.

51. *Partes igitur.*] Hoc eſt, igitur *inventio, diſpoſitio, elocutio, memoria, & pronunciatio* ſunt partes ipſius rhetoricæ, non autem opera. CAPPER.

52. *Ut totum ex partibus.*] *Ut, cum totum ex partibus conſtet, non ſint partes totius*; MSS. Bodl. Alm. Venet. Locatel. Ald. Gryph. Vidov. Obrecht.

53. *Ex quibus conſtat.*] Sic legitur in editione Stephan. 1542. & in cod. Bern. aliunde vero induci non poſſum, ut τὸ *conſtet* in eadem linea bis a Fabio ſcriptum fuiſſe credam: in aliis pleriſque & in Burmann. legimus *conſtet*. CAPPER.

54. *Qui hæc.*] Id eſt, quinque decantatas *rhetoricæ* partes. CAPPER.

55. *Eo quoque moti.*] *Eo quidem*; Ald.

56. *In alia diviſione.*] Supple, Artis rhetoricæ. CAPPER.

57. *Laudativam, deliberativam, judicialem.*] Supple, materiam, vel *cauſam*, vel ſpeciem. CAPPER.

58. *Quæ ſi partes ſunt.*] Cum ſit *rhetoricæ* materia, res de qua dicere poteſt, quæ continetur laudationibus, deliberationibus, judiciis, merito ſunt hæ partes materiæ, non artis, & circa ſingulas artem explicat orator, quemadmodum circa materiam ſtatuarius. Nam tota rhetorica

his ſingulis *rhetorice* [59] tota eſt; quia & *inventionem*, & *diſpoſitionem*, & *elocutionem*, & *memoriam*, & *pronuntiationem* quæcumque earum deſiderat. Itaque quidam [60] genera ea tria *rhetorices* dicere maluerunt: [61] optime autem ii, quos [62] ſecutus eſt Cicero, [63] qui genera *cauſſarum*.

& ejus quinque partes ſunt in quaque earum, nec ulla ſine his tractari poteſt. TURNEB.

59. *Nota eſt.*] *Tota* legatur, ac *nota* eradatur. REGIUS. *Nota eſt;* Voſſ. tert.

60. *Genera tria rhetorices.*] Hæc eſt opinio Ariſt. in Rhetoric. libro primo, ubi ait, tria eſſe *τῆς ῥητορικῆς εἴδη*, hoc eſt, *ſpecies*, ſeu *formas*, ut vulgo dicimus abſinthii tria eſſe genera. Ibidem & alibi *γένη* quoque dicit: quanquam in rhetorica ad Alexandrum *tria genera orationum* appellat, non ut Philelphus tranſtulit, tria genera civilium *cauſſarum*. TURNEB. Ponit hic Turnebianus Ariſtotelem Rhetoricæ *τῆς* ad Alexandrum eſſe auctorem: eſt autem opus Anaximenis Lampſaceni, ut capite ſequenti patebit. CAPPER.

61. *Optime ii . . . qui genera cauſſarum.*] Hoc eſt, omnium optime dixerunt ii, qui tres eas partes, *cauſſarum genera* vocaverunt: ſed lib. 4. cap. 1. alio plane ſenſu dixit Fabius *genera cauſſarum* eſſe quinque, honeſtum, humile, dubium, admirabile, obſcurum; illic enim ad ſubdiviſionem *generis judicialis* reſpicit. Vide quæ paulo plura ibi notavimus. Cæterum *cauſſarum genera*, *ſtatus*, *&c.* indicat etiam Juvenalis Satir. 7. ubi habet.

> *Quis color, & quod ſit cauſſa genus, atque ubi ſumma*
> *Quæſtio, &c.* CAPPER.

62. *Secutus eſt Cicero.*] In *Top.* cap. 24 *Partit.* & lib. 1. de Orator. cujus tandem auctoritate hanc comprobatam inſcriptionem relinquit. TURNEB.

63. *Qui genera.*] *τὸ qui* deeſt in Voſſ. & in Bern.

CAPUT IV.

[1] Tria eſſe genera cauſſarum.

IV. SED tria, an plura ſint, ambigitur. Nec dubie prope omnes, utique ſummæ apud antiquos auctoritatis, ſcriptores [2] Ariſtotelem ſecuti, qui [3] nomine [4] tantum alio [5] *concionalem* pro *deliberativa* appellat, hac partitione contenti fuerunt. Verum & tum leviter eſt tentatum, cum apud Græcos quoſdam, tum [6] apud Ciceronem in libris de Oratore; & nunc [7] maximo temporum noſtrorum auctore prope [8] impulſum, ut non modo plura hæc genera, ſed etiam pene innumerabilia videantur. [9] Nam ſi laudandi ac vituperandi officium [10] in parte tertia ponimus; in quo genere verſari videbimur, [11] cum querimur, conſolamur, mitigamus, concitamus, terremus, confirmamus, præcipimus, obſcure dicta interpretamur, narramus, deprecamur, gratias agimus, gratulamur, objurgamus, maledicimus, [12] deſcribimus, mandamus, renuntiamus, optamus, opinamur, [13] & plurima alia? ut mihi in illa vetere perſuaſione permanenti, velut petenda ſit venia; quærendumque, quo moti priores, rem tam late fuſam, tam breviter adſtrinxerint. Quos qui erraſſe pu-

Materiam definit lib. 2. quam nunc partitur; poſitiſque variis opinionibus, demum concludit tria eſſe *cauſſarum* genera Itaque initium ſumit ab explicatione quæſtionis, quaſi poſt nominis diſſectionem ſola numeri reſtaret contentio. TURNEB.

1. *Tria eſſe genera.*] *Quæ genera cauſſarum;* Ald. Bern. *Quot genera;* Locat.

2. *Ariſtotelem ſecuti.*] Ariſtoteles hujus diviſionis primus fuit auctor in Rhet. ad Alexandrum; *τρία*, inquit, *ἐστὶ γένη τῶν πολιτικῶν λόγων, τὸ μὲν δημηγορητικὸν, τὸ δ' ἐπιδεικτικὸν, τὸ δὲ δικανικόν*; quæ eadem eſt diviſio in primo Rhet. niſi quod pro *δημηγορητικῷ συμβουλευτικὸν* ponit. Appellat porro genus concionale, *deliberativum*; quia, cum eſſet apud Athenienſes *democratia*, id eſt, populi poteſtas & dominatio, deliberationes fiebant in concionibus populi: quanquam interim in ſenatu quoque, ac tum appellatur *συμβουλευτικὸν*, id eſt, *conſultatorium*. TURNEB. qui falſo putat Rhetoricam ad Alexandrum opus eſſe Ariſtotelis. CAPPER.

3. *Nomine alio.*] Dixit enim *δημηγορικὸν*, vel *δημηγορητικὸν*, *concionale* pro eo quod cæteri dixere *συμβουλευτικὸν* *deliberativum*, aut *ſuaſorium*. CAPPER.

4. *Tantum.*] *Tamen;* Voſſ. ſecund.

5. *Concionalem.*] *Δημηγορητικὸν*, hoc eſt, genus *cauſſarum*, quod in concionibus deliberantium verſatur. Quanquam idem Ariſtoteles lib. 1. ad Theodect. cap. 3. ex trium * auditorum generibus; *ἐκκλησιαστοῦ*, hoc eſt, *concionalis*; *δικαστοῦ*, id eſt, *judicis*; & *θεατοῦ*, id eſt, *ſpectatoris*, tria genera rhetorices quoque ſtatuit; *deliberativum*, *demonſtrativum*, & *judiciale*, nihil plane in verbis diſſidens. Quam diviſionem ex Platonis Gorgia ingratus diſcipulus imitatus eſt, ubi Gorgias ſic ad Socratem: *Officium rhetoris eſt poſſe perſuadere, & in judicio judices, & in conſilio conſultores, & in concione concionales auditores.* MOSEL. qui Rhetoricam *τὴν* ad Alexandrum Ariſtoteli perperam adſcribit, & *θεατοῦ* ſcripſit pro *θεωροῦ*. CAPPER.

6. *Apud Ciceronem.*] Cicero libro ſecundo *de Orat.* Antonium inducit contendentem, duo eſſe debere ſolum genera *cauſſarum*, *deliberativum* & *judiciale*: genus *demonſtrativum* tollit, propterea quod raro per ſe tractatur in *cauſſis* civilibus. TURNEB.

7. *Maximo temporum noſtrorum auctore.*] Plinium opinor intelligit, qui, ut ait Plinius junior epiſtola quadam, ſex libros ſtudioſorum ſcripſit, in quibus oratorem informabat. TURNEB.

8. *Impulſum.*] *Perſuaſum;* Ald. marg. Baſil.

9. *Nam ſi laudandi.*] Eraſmus, in lib. de componendis epiſtolis, apte has ſpecies in tria *cauſſarum* genera reducit; & alioqui, cum non ſint in tota oratione, ſed in parte duntaxat; ad genus orationis, in qua erunt, reducentur. TURNEB.

10. *In parte tertia.*] Quæ vulgo vocatur *demonſtrativa*. CAPPER.

11. *Cum querimur, conſol.*] Hæc omnia ideo *cauſſarum* genera non ſunt, quod ſuos fines intra fines *cauſſarum* incluſos habeant, neque ſtent per ſe, ſed cum aliis immiſceantur. TURNEB.

12. *Deſcribimus.*] Capiendum, ut illud Horat. II. Ep. 1. 152.

> ——— *quin etiam lex,*
> *Pœnaque lata, malo quæ nollet carmine quemquam*
> *Deſcribi.* ALMELOV.

13. *Et plurima alia.*] *Et* non habet V. C. Alm. Ald. *& plura;* Locatel. Colin. *alia plura;* Voſſ. ſecund.

tant, hoc ſecutos arbitrantur, quod in his fere [14] verſari tum oratores [15] videbant. [16] Nam & laudes ac vituperationes ſcribebantur, & [17] ἐπιταφίους dicere erat moris, & plurimum [18] in conſiliis ac [19] judiciis inſumebatur operæ; ut [20] ſcriptores artium [21] pro ſolis comprehenderint frequentiſſima. [22] Qui vero defendunt, [23] tria faciunt genera auditorum; unum, [24] quod ad delectationem conveniat; alterum, [25] quod conſilium accipiat; tertium, [26] quod de *cauſſis* judicet. [27] Mihi cuncta rimanti, [28] talis quædam ratio ſuccurrit, quod omne [29] oratoris officium, aut in judiciis eſt, aut extra judicia. Eorum, [30] de quibus judicio quæritur, [31] manifeſtum genus eſt: ea, quæ ad judicem non veniunt, [32] aut præteritum habent tempus, [33] aut futurum. [34] Præterita laudamus, aut vituperamus; de futuris deliberamus. Item, omnia de quibus dicendum eſt, aut [35] certa ſint, neceſſe eſt, aut dubia. Certa, ut cuique eſt animus, laudat aut culpat: ex dubiis, partim nobis ipſis [36] ad electionem ſunt libera; de his deliberatur: partim aliorum ſententiæ commiſſa; de his lite contenditur. [37] Anaximenes *concionalem*, *demonſtrativam*, & *judicialem* generales partes eſſe voluit; ſeptem autem ſpecies; *hortandi*, *dehortandi*; *laudandi*, *vituperandi*; *accuſandi*, *defendendi*, *exqui-*

14. *Verſari tum oratores.*] Antiquo illo tempore quo prima *rhetorices* elementa prodiderunt. CAPPER.

15. *Videbant.*] *Videbantur*; MS. Joan. Voſſ. prim. tert.

16. *Nam & laudes & vituperationes ſcribebantur.*] Quod genus orationis dicitur *demonſtrativum* ἐπιδεικτικός. CAPPER.

17. Ἐπιταφίους.] Sic appellantur orationes funebres, quod ad ſepulcra & monumenta dicantur. Harum præcepta tradit Halicarnaſſæus in Arte. Menander rhetor porro ſcribit conſuetudinem fuiſſe Athenis, ut quotannis oratio funebris in laudem mortuorum diceretur: quod abunde teſtatur Menexenus Platonis ſive ἐπιτάφιος, in quo Periclem excelluiſſe ait, & Aſpaſiam *rhetorice* magiſtram. Et Ariſtotel. 1. *Rhetor.* Periclem ſummum Græcorum principem inducit ἐπιτάφιον dicentem; & apud Mauſoleum Cariæ regis Mauſoli ſepulcrum, epitaphiis dicendis certarunt nobiliſſimi rhetores, Theodectes, Theopompus, ac junior Iſocrates, auctore Gellio libro decimo cap. 18. quanquam Gellius quod dicat majorem Iſocratem in hoc certamen deſcendiſſe, error eſt ex amphibolia nominis, ut conſtat Suidam legenti. TURNEB. Hæc fere ex Moſellano deſcripta ſunt, cujus notam, ne bis eadem legantur, omiſimus. Vide Thucydidem lib. II. cap. 34. ſeq. & ibi Periclis orationem funebrem, qua laudavit in bello Peloponneſio occiſos; & Suidam in Lyſia: ἔγραψεν ἐγκώμια καὶ ἐπιταφίους. Encomia vero primus Iſocrates dicitur compoſuiſſe, teſte Scholiaſte Hermogenis pag. 413. quod & ipſe in procemio encomii Evagoræ, quem mortuum laudat, oſtendit, difficultatem rei nobis exaggerans; & ante ſe neminem id ſcribendi genus ſuſcepiſſe ait. Vide Cicer. II. de Orat. 84. ubi oſtendit differentiam inter Græcorum & Romanorum laudationes; de encomiis vero, quæ tam ſoluta, quam ligata oratione peragebantur, quædam etiam annotavit vir illuſtris Spanhemius ad Juliani oration. I. pag. 5. BURMAN.

18. *In conſiliis.*] Quæ ad genus orationis *deliberativum*, ſive *ſuaſorium* pertinent. CAPPER.

19. *Judiciis.*] Quæ ſpectant genus orationis *judiciale*. CAPPER.

20. *Scriptores artium.*] Supple, rhetoricarum, vel oratoriarum. Vide ad caput primum hujus libri. CAPPER.

21. *Ut pro ſolis comprehenderint frequentiſſima.*] Τὰ θαμινὰ, καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον γιγνόμενα, id eſt, ut quæ omnium frequentiſſime contingerent, ea pro ſolis rhetoricæ *objectis* aſſumpſerint. CAPPER.

22. *Qui vero defendunt.*] Hactenus oppugnavit eam opinionem, quæ tribus *cauſſarum* generibus univerſam materiam concluſit: nunc quibus ea confirmari poſſit argumentis docet; quæ valentiora ſunt, & partim ſua, partim aliena. TURNEB.

23. *Tria genera auditorum.*] Hæc diviſio prima ex Ariſtotele eſt 1. *Rhetor.* Ἔστι δὲ τῆς ῥητορικῆς εἴδη τρία τὸν ἀριθμόν· τοσοῦτοι γὰρ οἱ ἀκροαταὶ τῶν λόγων ὑπάρχοντες ὄντες, &c. Quam Cicero in *Part.* cap. 3. ſequitur, *Auditorum*, inquit, *eam* [cauſſam] *genere diſtingui: nam aut auſcultator eſt modo qui audit; aut diſceptator, id eſt, rei ſententiæque moderator, ut aut delectetur, aut ſtatuat aliquid: ſtatuit autem aut de præteritis, ut judex: aut de futuris, ut ſenatus. Sic tria genera ſunt*, judicii, deliberationis, exornationis. *Quæ quia in laudationes maxime confertur, proprium habet jam ex eo nomen*, &c. Totidem itaque erunt *cauſſarum* genera, quot auditorum: at tria ſunt auditorum, ut ex Cicerone manifeſtum eſt & Ariſtotele. TURNEB.

24. *Quod ad delectationem conveniat.*] Τὸν θεωρόν. Hinc genus orationis ἐπιδεικτικὸν *demonſtrativum* quod ad pompam pertinet. CAPPER.

25. *Quod conſilium accipiat.*] Τὸν Ἐκκλησιαστήν. Hoc autem ad genus orationis *deliberativum* ſive *ſuaſorium* συμβουλευτικὸν ſpectat. CAPPER.

26. *Quod de cauſſis judicet.*] Τὸν δικαστὴν, vel κριτήν. Atque hoc ad genus orationis *judiciale* δικανικὸν refertur. CAPPER.

27. *Mihi cuncta rimanti.*] Fabius ſuam ſententiam nunc proponit, quam a diligentia commendat, quaque Ciceronem in *Partit.* imitatus eſt: Sed uterque alio modo, &, primo intuitu, contrario. Cicero enim *cauſſarum* controverſarum formam duplicem facit; quarum altera delectationem ſectatur aurium, quam *exornationem* vocat; alterius, ut obtineat, probet, efficiat quod agit, omnis eſt ſuſcepta contentio: quod in proviſione poſteri temporis, aut in præteriti diſceptatione verſatur: quorum alterum deliberationis eſt, alterum judicii, &c. Itaque hæc Fabii ratio, etſi aſſumat recte, & *judiciale genus* ſatis probet, tamen ad cætera eſſe infirmior videri poſſit. Neque enim ſolum præteritum aut futurum tempus habent, quæ extra judicia ſunt, ſed præſens etiam; ſiquidem laudamus nonnunquam præſentia, & de præteritis frequentior eſt judicatio, ut ex Cicerone patuit, & ex ipſo poſt manifeſtum erit. Item Ariſtoteles *demonſtrativi* generis κυριώτατον τὸ παρὸν, & maxime præſentium laudationem putat adhiberi: tamen ſæpe tetur præterita, ut ad præſens tamen referantur, nonnunquam & futura ex his conjici. Sed præſentes exiſtimavit laudari Ariſtoteles perſonas a præſentibus bonis aut aliis ad præſentia relatis; ideoque præſens tempus huic generi dedit: Fabius vero ex factis, & ex laude factorum; quæ ſi laudata fuerint, laudis faciunt præſenti perſonæ acceſſionem. Ita alter ea quæ colligimus, alter ea per quæ colligimus, videtur reſpexiſſe. TURNEB. Cuncta *timenti* Regium habere notat Aſcenſius.

28. *Talis quædam.*] *Et talis*; Locat. Ald. Vidov. *talis quidem*; marg. Baſil.

29. *Oratoris officium.*] *Orationis*; V. C. Alm. Bern.

30. *De quibus judicio quæritur.*] *In judicio*; Voſſ. tert.

31. *Manifeſtum genus eſt.*] Nam genus eſt orationis *judiciale*.

32. *Aut præteritum habent tempus.*] Unde fit genus orationis *demonſtrativum*. CAPPER.

33. *Aut futurum.*] Hinc oritur genus orationis *deliberativum* ſive *ſuaſorium*. CAPPER.

34. *Præterita.*] *Præteritum*; Voſſ. ſecund.

35. *Certa.*] De quibus nemo dubitare poſſit, & nulla controverſia eſt, & nemo negat: ſed audire paratus diſcere vult, & dicentem cum voluptate ſequitur prona fide, extraque omne negotium ſunt. TURNEB.

36. *Ad electionem.*] Vallæ librum a prima manu habere *ad delectionem*; a ſecunda *ad deliberationem*, notat Gallæus.

37. *Anaximenes.*] Anaximenes *rhetor* fuit Lampſacenus, diſcipulus Diogenis Cynici & Zoili grammatici, idem Alexandri magni præceptor in rhetoricis: hic in duas partes ſecuit oratoris officium, *judicialem*, & *concionalem*: ſed ſub concionali parte complectitur *genus deliberativum*, & *demonſtrativum*. De hoc plura Suidas in collectaneis. TURNEB. Et hæc fere Moſellano debentur. Vide Strabon. XIII. pag.

rendi ([38] quod ἐξεταστικὸν [39] dicunt;) [40] quarum [41] duæ primæ *deliberativi*, [42] duæ ſequentes *demonſtrativi*, [43] tres ultimæ *judicialis* generis ſunt partes. [44] Protagoram tranſeo, qui *interrogandi*, *reſpondendi*, *mandandi*, *precandi* (quod εὐχωλὴν dixit) partes ſolas putat. [45] Plato in Sophiſta, *judiciali* & *concionali* tertiam adjecit προσομιλητικὴν, quam ſane permittamus nobis dicere *ſermocinatricem*, quæ [46] a forenſi ratione disjungitur, & eſt accommodata privatis diſputationibus; cujus [47] vis eadem profecto eſt, quæ dialecticæ. [48] Iſocrates in omni genere [49] ineſſe laudem ac vituperationem exiſtimavit. [50] Nobis & tutiſſimum eſt auctores [51] plures ſequi, & ita videtur ratio dictare. Eſt igitur, ut dixi, unum genus, quo laus ac vituperatio continetur; ſed eſt appellatum a parte meliore *laudativum*: idem alii *demonſtrativum* vocant: utrumque nomen ex Græco creditur fluxiſſe. Nam & [52] ἐγκωμιαστικὸν & [53] ἐπιδεικτικὸν dicunt. Sed mihi ἐπιδεικτικὸν non tam *demonſtrationis* vim habere, [54] quam oſtentationis videtur, [55] & multum ab illo ἐγκωμιαστικῷ differe; nam, ut continet *laudativum* in ſe genus, ita non intra hoc ſolum conſiſtit. An quiſquam negaverit Panegyricos [56] ἐπιδεικτικοὺς eſſe? Atqui [57] formam ſuadendi habent, & plerumque de utilitatibus Græciæ loquuntur: [58] ut *cauſſarum* quidem genera tria ſint, ſed ea [59] tum in negotiis, [60] tum in oſtentatione po-

37. Extat hodieque Anaximenis Lampſaceni Rhetorica ad Alexandrum, inter Ariſtotelis opera. Sed rhetor ille non in duas tantum partes oratoris officium ſecuit; neque ſub *concionali* parte complectitur *deliberativum* genus & *demonſtrativum*, ut exponunt Moſellanus & pſeudo-Turnebius, falſa, quæ hactenus obtinuit, lectione decepti. Veram eruimus ex ipſo ipſius Anaximenis libro cap. 2. & 6. ubi ſic habet: τρία γένη τῶν πολιτικῶν ἐστι λόγων, τὸ μὲν δημηγορικόν, τὸ δὲ ἐπιδεικτικόν, τὸ δὲ δικανικόν· εἴδη δὲ τούτων ἑπτά· προτρεπτικόν, ἀποτρεπτικόν, ἐγκωμιαστικόν, ψεκτικόν, κατηγορικόν, ἀπολογητικὸν καὶ ἐξεταστικόν; id eſt, tria ſunt orationum civilium genera, *concionale*, *demonſtrativum*, & *judiciale*. Horum autem ſeptem ſpecies; *hortatoria*, *dehortatoria*; *laudatoria*, *vituperatoria*; *accuſatoria*, *defenſoria* & *exquiſitoria*. Unde patet quam merito jure Petrus Victorius, Schottus & alii Rhetoricam τὴν ad Alexandrum Anaximeni Lampſaceno attribuerint. *Anaximenes concionalem, demonſtrativam & judicialem.*] Perperam legebatur antea in omnibus editionibus: *Anaximenes judicialem & concionalem.* Cujus lectionis falſitas parere poterat vel ex ſequentibus; addit enim Fabius: *Septem autem ſpecies; hortandi, dehortandi; laudandi, vituperandi; accuſandi, defendendi, exquirendi; quarum duæ primæ*, deliberativi; *duæ ſequentes*, demonſtrativi; *tres ultimæ* judicialis *generis ſunt*. Igitur ſeptem hæ ſpecies vel partes ad tria genera referuntur, ſive, ut loquitur Fabius, ad tres generales partes quæ ſunt *concionalis*, *demonſtrativa* & *judicialis*. Mirum eſt quod, poſt octoginta tres minimum Quinctilianæi operis editiones, erroneam lectionem nemo hactenus deprehenderit, aut emendarit. Noſtram emendationem, quæ Anaximenis ipſius Græco textu innititur, ratam gratamque habebunt æqui rerum philologicarum æſtimatores. CAPPER.

38. *Quod* ἐξεταστικόν.] *Quod &* ἐξ; V. C. Alm. Gryph. Vidov. *quod etiam;* Ald. Baſil. Ἐξεταστικὸν *dicunt*.] Ἐξέτασιν finit Ariſtoteles ad Alexandrum, eſſe voluntatum, actionum, orationum inter ſe, aut cum reliqua vita diſſidentium demonſtrationem. Genus hoc Athenis exercebatur, cum ratio magiſtratus geſti repoſcebatur; quod fiebat plerumque apud *nomophylacas* aut *theſmothetas*; vel cum in Areopagum judicium ſanctiſſimum aſcribi contenderent. TURNEB. Sed fallitur & fallit commentator ille Turnebianus qui Rhetoricam ad Alexandrum opus Ariſtotelis eſſe putet; eſt enim Anaximenis Lampſaceni, ut patet vel ex hoc Fabii loco. CAPPER.

39. *Dicunt.*] *Dicit;* MS. Bal. Ald. Vidov. *dicitur;* Sich. Baſil.

40. *Quarum duæ primæ deliberativi, duæ ſequentes demonſtrativi.*] Omittit *primæ* editio Lugdunenſis; cujus tamen vocabuli neceſſitatem oſtendit illud *ſequentes*, cui reſpondet. Eſſe etiam genuinum, ſummus Codicum tum MSS. tum editorum conſenſus teſtatur. GIBSON.

41. *Duæ primæ.*] Partes videlicet hortandi & dehortandi pertinent ad genus orationis *deliberativum* ſive *ſuaſorium*. CAPPER.

42. *Duæ ſequentes.*] Id eſt, partes laudandi & vituperandi ad genus orationis *demonſtrativum* ſpectant. CAPPER.

43. *Tres ultimæ judicialis.*] Hoc eſt, partes accuſandi, defendendi & exquirendi ad genus orationis *judiciale* referuntur. CAPPER.

44. *Protagoram tranſeo.*] Qui, ut aiunt Laërtius & Suidas, διεῖλε τὸν λόγον πρῶτος εἰς τέσσαρα, εὐχωλήν, ἐρώτησιν, ἀπόκρισιν, ἐντολήν. (Volaterranus hic ἐκβολὴν legit, vertitque *ejectionem*, neſcio quid ſequutus.) Hujus opinionem velut ineptam præterit, quod eas generum partes ſolas putet, quæ intra aliarum partium fines includuntur; *interrogare* enim & *reſpondere*, & *mandare*, & *precari*, in laude ſunt aut vituperio, ſuaſione aut diſſuaſione, accuſatione, defenſione, aut inquiſitione. TURNEB. *Protagoram.*] In dialogo de ente. Laërtium conſule in Protagoræ vita, lib. 9. COLOMES.

45. *Plato in Sophiſt.*] Τὸ μὲν, inquit, προσομιλοῦν διὰ χαρίτων καὶ παντάπασι δι' ἡδονῆς τὸ λέγεσθαι, καὶ τὸν μισθὸν ποριζόμενον τροφὴν ἑαυτῷ μόνον. TURNEB.

46. *A forenſi ratione.*] A dicendi methodo, quæ forenſibus in *cauſſis* & negotiis adhiberi ſolet. CAPPER.

47. *Vis eadem, quæ dialecticæ.*] Dialecticen lib. primo *Topicorum* Ariſtot. ait prodeſſe ad exercitationes, ad colloquia, ad diſciplinas, quæ ſecundum philoſophiam fiunt; quo ſignificat utilem eſſe privatis diſputationibus. Differt a *ſermocinatrice*, quod argumentoſior eſt & contentioſior; *ſermocinatrix* vero ſophiſtica magis & oratoria. TURNEB.

48. *Iſocrates.*] In ea arte, cujus ſupra meminit. Hic eam ob rem *demonſtrativum* genus ab aliis non diſtinxit, quod exiſtimaret in omni genere eſſe laudem, aut vituperationem: qua in re ideo decipitur, quod & hoc *demonſtrativum* genus frequenter per ſe tractatur, & cætera non raro ſint ſine illo. TURNEB.

49. *Ineſſe laudem.*] *Ineſſe* non habet Ald.

50. *Nobis autem.*] Concluſio, qua ſuam demum opinionem & argumento & auctoritate confirmat. TURNEB. *Nobis & tutiſſimum.*] *Nobis autem &;* Locatel. Ald. Steph. & omnes fere alii, ut Voſſ. &c.

51. *Plures ſequi.*] *Plurimos;* MSS. Bodl. Joan. & Alm. Voſſ.

52. Ἐγκωμιαστικόν.] *Laudativum.*

53. Ἐπιδεικτικόν.] Ἐπιδεικτικὸν genus illud eſt, quo ſophiſtæ utebantur ad facultatis ſuæ oſtentationem: complectitur autem ſub ſe genus *demonſtrativum*, & aliquid quoque generis *deliberativi;* ideoque generalius eſt. TURNEB. Ἐπιδεικτικόν.] *Demonſtrativum*, & *oſtentativum*.

54. *Quam oſtentationis videtur.*] Vide Voſſium Inſtit. orat. lib. 1. cap. 5. pag. 43.

55. *Et nihil ab illo.*] Ne contraria dicere Fabius videatur, *non* adſcribendum videtur, ut legatur *nonnihil*. REGIUS. *Multum ab illo* omnes ediri, præter Locatel. qui *nihil* habet.

56. Ἐπιδεικτικούς.] Oſtentativos.

57. *Formam ſuadendi habent.*] Quo nomine pertinent ad genus orationis *deliberativum*, ſive *ſuaſorium*. CAPPER.

58. *Ut cauſſarum quidem genera tria ſint.*] Editio Lugdunenſis non agnoſcit *tria;* ſed nos illud ſuo loco reſtituimus, auctoritate codicum MSS. & editorum omnium. GIBSON.

59. *Tum in negotiis.*] Quaſi dividat Fabius *cauſſas* in *pragmaticas* & *epidicticas*, ut ſint *epidicticæ* remotæ a rebus civilibus, & ad ingenii oſtentationem comparatæ. TURNEB. *Sed ea tum in negotiis.*] Quæ ſi confecta jam ſint, pertinent ad genus orationis *judiciale:* ſi conficienda, ad *ſuaſorium*, ſeu *deliberativum*. CAPPER.

60. *Tum in oſtentatione poſita.*] Quæ ad genus orationis *demonſtrativum* referuntur. CAPPER.

ſita;

ſita. Niſi forte [61] non ex Græco [62] mutuantes *demonſtrativum* vocant: verum id ſequuntur, quod laus ac vituperatio, [63] quale ſit quidque, demonſtrat. Alterum eſt *deliberativum*; tertium *judiciale*. Cæteræ ſpecies in hæc tria [64] incidunt genera. [65] Nec invenietur ex his ulla, in qua non laudare aut vituperare; aut ſuadere, aut diſſuadere; [66] intendere quid, vel depellere debeamus. Illa quoque [67] ſunt communia; [68] conciliare, narrare, [69] docere, augere, [70] minuere, [71] concitandis [72] componendiſve affectibus animos fingere. [73] Ne his quidem acceſſerim, qui laudativam materiam honeſtorum, *deliberativam* utilium, *judicialem* juſtorum quæſtione contineri putant; celeri magis ac rotunda uſi diſtributione, quam vera. Stant enim quodammodo mutuis auxiliis omnia. Nam & in laude juſtitia [74] utilitaſque tractantur; & [75] in conſiliis [76] honeſtas; & raro *judicialem* inveneris *cauſſam*, in cujus non [77] parte aliquid [78] eorum, quæ ſupra diximus, reperiatur.

61. *Non ex Græco.*] Non ex vocabulo ἐπιδεικτικὸν, quod *demonſtrativum* & *oſtentativum* Latine redditur; ſed ex ipſo verbo *demonſtrare* τὸ *demonſtrativum* illud deduxerunt. CAPPER.

62. *Mutuantes.*] *Mutantes*; Ald. Colon. Vaſc. Steph. Par. Sich. Gryph. Colin. Baſil. Vidov.

63. *Quale ſit quidque, demonſtrat.*] Malebat Francius *demonſtrant.*

64. *Incidunt.*] *Incident*; Locatel. Ald. Voſſ. Bern.

65. *Nec invenitur.*]. *Invenietur*; MS. Bal. Andr. Ven. Locatel. Ald. Colon. Gryph. Baſil. Vidov. Obrecht. Voſſ. ſecund.

66. *Intendere quid, vel depellere.*] Hoc eſt, accuſare, vel defendere (quo genus orationis *judiciale* continetur:) ſic in ſequentibus *intentio* accuſationem: *depulſio* defenſionem ſignificat. Vide hujus libri cap ſextum. CAPPER.

67. *Sunt communia.*] Tribus videlicet orationis generibus. CAPPER.

68. *Conciliare.*] Supple, auditorem in prima orationis parte, quæ vocatur *exordium.* CAPPER.

69. *Docere, augere, minuere.*] In *tertia*, vel *quarta* orationis parte, quæ *confirmationem* & *refutationem* continet. Dixi, in *tertia*, vel *quarta*; quia rhetores alii *propoſitionem* tanquam orationis partem inferunt; alii minime. CAPPER.

70. *Minuere.*] *Diminuere*; Ven. Locat. Ald. Colon. Par Colin. Baſil. Voſſ. ſecund.

71. *Concitandis componendiſve affectibus animos fingere.*] In ultima orationis parte, quæ continet *epilogum*, ubi affectus concitare potiſſimum vel ſedare ſolet orator. CAPPER.

72. *Componendiſve.*] *Componendiſque*; Locatel. Steph. Colin. Voſſ. prim.

73. *Ne his quidem.*] Hæc opinio eſt Ariſt. 1. *Rhetoric.* quem ſequitur Cicer. 1. *Rhet.* in *Partit.* & *Topicis*: quanquam Ariſt. quoque in laudatione utilia tractari poſſe putat, ut tamen referantur ad honeſtatem, ac in cæteris generibus eodem modo. TURNEB. *Ne his.*] *Ne iis*; Locatel. Ald. Gryph.

74. *Utilitaſque tractantur.*] *Tractatur*; V. C. Alm.

75. *In conſiliis.*] In genere orationis *deliberativo*, ſive *ſuaſorio.* CAPPER.

76. *Honeſtas.*] *Honeſta*; V. C. Alm. Voſſ. prim. tert. *Honeſtas.*] Τὸ καλὸν, quod ad *demonſtrativum* genus præſertim pertinere videtur. CAPPER.

77. *Parte aliqua.*] *Parte aliquid eorum, quæ ſupra*; MSS. Bal. Alm. Ven. Locatel. Ald. Colon. Gryph. Colin. Sich. Baſil. Vidov. Obrecht. Voſſ. *Parte aliqua, eorum quid, quæ ſupra*; Steph. in edit. an. 1542.

78. *Eorum quæ ſupra diximus.*] Id eſt, honeſtorum τῶν καλῶν, quæ ad *demonſtrativum* orationis genus maxime ſpectant; & utilium τῶν συμφερόντων, quæ ad *ſuaſorium*, ſeu *deliberativum.* CAPPER.

CAPUT V.

Quibus contineatur omnis ratio dicendi.

V. [1] OMNIS autem oratio conſtat, aut ex his quæ ſignificantur, aut ex his quæ ſignificant; id eſt, rebus, & verbis. [2] Facultas orandi conſummatur natura, arte, exercitatione, [3] cui quartam partem adjiciunt quidam imitationis, quam nos arti ſubjicimus. [4] Tria ſunt item, [5] quæ præſtare debet orator; [6] ut doceat, [7] moveat, [8] delectet. Hæc enim clarior diviſio, quam eorum, qui totum opus [9] in res & in affectus partiuntur. Non ſemper autem omnia in eam, quæ tractabitur, materiam cadent. Erunt enim quædam [10] remotæ ab affectibus, qui, ut non ubique habent locum, ita quocumque [11] irruperint, plurimum valent. [12] Præſtantiſſimis auctoribus placet, alia in *rhetorica* eſſe, quæ probationem deſiderent; alia, quæ non deſiderent: cum quibus ipſe conſentio. Quidam vero, ut Celſus, de nulla re dicturum oratorem, niſi [13] de qua quæratur, exiſtimant: cui cum maxima pars ſcriptorum [14] repugnat, tum etiam ipſa partitio: niſi forte laudare, quæ conſtet eſſe honeſta; & vituperare, quæ ex confeſſo ſint turpia, non eſt oratoris officium. [15] Illud jam omnes fatentur, eſſe quæſtiones aut in ſcripto,

Iterum ab elementis incipt: ſed quia tractaturus eſt *inventionem*; verba, quæ ſunt *elocutionis*, omittit: res, quæ ſunt *inventionis*, tractat: a rebus autem oriuntur quæſtiones, a quæſtionibus *ſtatus*; quem ſequitur ordinem Fabius: admiſcet tamen quædam officia, & ea quibus *rhetoricen* adipiſcimur. TURNEB.

1. *Omnis autem.*] Cicero in *Oratore* cap. 24. dicit oratoris ſuppellectilem eſſe, aliam rerum, verborum aliam: plura diximus cap. 3. hujus libri, ubi eadem docuiſſe videri poſſit: ſed ibi explicabat quomodo innata fuiſſet prima orandi ratio, & aucta & perfecta: nunc autem quibus ex cauſſis eloquentiam aſſequi licebit: quæ etſi non magnopere diſtant, rationis vi ſejungi poſſunt. TURNEB.

2. *Facultas orandi.*] Hæc verba an ex Cicerone non deſumpta, vel ſaltem plane convenientia ſint, unicuique judicandum relinquo: exſtant in Bruto cap. 6. *Hoc vero ſine ulla dubitatione confirmaverim, ſive illa arte paratur aliqua, ſive exercitatione quadam, ſive natura, rem eſſe omnium difficillimam.* ALMELOV.

3. *Cui quartam partem.*] Hoc quidem in rhetoricis ad Herennium (lib. 1. cap. 2.) legitur: ſed quia illius opuſculi Cicero non eſt auctor, ſcriptoris nomen ſupprimitur: de imitatione vero, utpote quæ ſubjicitur arti, præcepta tradit Fabius. REGIUS. Cornificius naturam non addit: ſed imitationem numerat, quam Fabius arti hac de cauſſa ſubjicit, quia, cum ars certa methodo & certis præceptionibus conſtet, rationem bene imitandi dictabit. Neque enim poteſt ſimilis alterius eſſe, qui vim non intelligit, artem illius non ſentit, conſilia non aſſequitur; & potius ſub exercitatione comprehendi poſſit. TURNEB.

4. *Tria ſunt item.*] *Tria ſunt autem*; Andr. Ven. Locat. Ald. Steph. Colin. Baſil. Vidov. Voſſ. ſecund.

5. *Quæ præſtare debet orator.*] Hoc Cicero in Bruto: ſed in oratore *probare* dicitur *neceſſitatis eſſe*, *delectare ſuavitatis*, *flectere victoriæ*: & in libro de optimo genere Orat. cap. 1. *docere debitum eſſe*, *delectare honorarium*, *permovere neceſſarium.* PHILAND. Quanquam noſter & Cicero pluribus locis hæc tria tanquam Artis oratoriæ ſumma capita enumerat; tamen in hæc verba in Bruto cap. 23. erumpit: *Ex hac Rutiliana narratione ſuſpicari licet, cum duæ ſummæ ſint in oratore laudes; una ſubtiliter diſputandi, ad docendum; altera graviter agendi, ad animos audientium permovendos; multoque plus proficiat is, qui inflammet judicem, quam ille, qui doceat.* ALMELOV. Ut ſciamus, ſimusne perfectam adepti eloquentiam, ſubjungit officia oratoris. Idem Cicero 2. *de Orat.* in *orat. de opt. genere oratorum*, & fere omnibus in libr. rhetor. tradidit. Rodolphus Agricola unum vult eſſe oratoris officium, nempe *docere*: alia duo, acceſſiones eſſe vult, lib. 2. contra quem Antonius Pinus multis diſputat. TURNEB. Tria hæc; 1°. λόγους *locos communes & ſpeciales argumentorum*; 2°. ἤθη *mores*, quibus fide dignus orator videatur; 3°. πάθη *affectus commovendos*: tria hæc, inquam, quibus prima pars *rhetorices*, *inventio* continetur, ex Ariſtotele bene Nunneſius explicat, pag. 247. ubi & Ariſtotelis artem cum Tulliana & Hermogeniana confert. CAPPER.

6. *Ut doceat.*] Argumentis, ſive rationum momentis, τοῖς λόγοις. CAPPER.

7. *Moveat.*] Affectus excitando, τοῖς πάθεσι. CAPPER.

8. *Delectet.*] Mores exprimendo, mores bonos oſtendendo, τοῖς ἤθεσι. CAPPER.

9. *In res & affectus.*] Hanc diviſionem non improbat Fabius, ſed obſcuram eſſe dicit; cum ſuperiore tamen conſentit; nam *res* ea complectuntur, quæ ad docendum faciunt; *affectus*, quæ ad motum & delectationem. TURNEBUS. Atque hinc, opinor, aliquid lucis accipiet τὸ πραγματικὸν Longini (*de Sublim.* cap. 15.) quod ſignificat probationem ex ipſis rei τοῦ πράγματος viſceribus deſumptam, & opponitur τῷ παθητικῷ *ei quod affectus movere poſſit.* Græci rhetoris verba ſunt. Καὶ ἐγκαταπλεκομένη ταῖς πραγματικαῖς ἐπιχειρήσεσιν, κλ..... ἅμα τῷ πραγματικῷ ἐπιχειρεῖν ὁ ῥήτωρ πεφάντασται ..... ἀπὸ τοῦ ἀποδεικτικοῦ περιλαμβανόμεθα εἰς τὸ κατὰ φαντασίαν ἐκπληκτικόν, ᾧ τὸ πραγματικὸν ἐγκρύπτεται περιλαμπόμενον. CAPPER.

10. *Remotæ ab affectibus.*] Cauſſæ exiles potiſſimum docent, graves movent, mediocres delectant, ut Cicero ſcribit: non igitur ſemper affectus in *cauſſam* cadunt; ſemper tamen fides. Unde, cum Demetrius Phalereus diceret eloquentiam tantum valere in civitate, quam gladius in bello, intelligebat de ea, quæ affectus non moveret. TURNEB.

11. *Irruperint.*] *Irrumpunt*; Locat. Ald. Voſſ. ſecund. *irruperunt*; V.C. Alm. Voſſ. tert.

12. *Præſtantiſſ. auctoribus.*] Altera pars hujus capitis, qua diverſitatem quæſtionum explicat, (antequam de *ſtatus* ratione loquatur) ut alia ſint certa, alia dubia. Porro quæ certa ſunt, ſimplicem deſiderant probationem, ſeu expoſitionem, aut etiam amplificationem; quæ incerta, probationem & fidem. Ciceronis diviſioni Fabius aſſentitur: repugnat Cornelius Celſus, qui dicebat oratoris eſſe dicere perſuaſibiliter in materia dubia & civili; quem hoc loco Fab. tum cap de *demonſtrativo genere* reprehendit, idque bifariam, ab auctorum conſenſu, & ipſa in tria *cauſſarum* genera facta diviſione. Nam, ut lib. 2. dixit, illud de omnibus, qui circa civiles quæſtiones oratorem verſari judicant, dictum ſit; excludi ab iis plurima oratoris officia; illam certe laudativam totam, quæ eſt *rhetorices* pars tertia, &c. TURNEB.

13. *De qua quæratur.*] *Quæritur*; Locatel. Ald. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Voſſ. ſecund.

14. *Repugnat.*] *Repugnet*; Locat. Ald. Gryph. Baſil. Vidov.

15. *Illud jam omnes.*] Quæſtionum diviſio huc pertinet, ut ab his gradum faciat Fabius ad *ſtatum*; nam in quæſtionibus *conjectura*, *qualitas*, *finitio* continetur. TURNEB.

aut in non ſcripto. [16] In ſcripto ſunt [17] de jure; in non ſcripto de re. Illud [18] *legale*, hoc [19] *rationale* genus: Hermagoras atque eum ſecuti vocant νομικὸν & λογικόν. [20] Idem ſentiunt, qui omnem quæſtionem ponunt [21] in rebus, & in verbis. [22] Item convenit, quæſtiones eſſe aut [23] *infinitas*, aut *finitas*. *Infinitæ* ſunt, quæ, remotis perſonis & temporibus & locis cæteriſque ſimilibus, in utramque partem tractantur: quod Græci θέσιν dicunt, Cicero *propoſitum*, alii *quæſtiones univerſales civiles*, alii *quæſtiones philoſopho convenientes*, [24] Athenæus *partem cauſſæ* appellat. [25] Hoc genus Cicero ſcientia & actione diſtinguit; ut ſit ſcientiæ, *an providentia mundus regatur*; actionis, [26] *an accedendum ad remp. adminiſtrandam.* [27] Prius, trium generum; [28] *an ſit*, *quid ſit*, *quale ſit*; omnia enim hæc ignorari poſſunt. Sequens, duorum; *quomodo adipiſcamur*, *quomodo utamur.* [29] *Finitæ* autem ſunt ex complexu [30] rerum, perſo-

16. *In ſcripto .... illud legale .... νομικόν.*] Græci rhetores vocant etiam ῥητὸν *dictum*; quæ vox longe latius patet, quam τὸ νομικόν. Nam Hermogenis ſcholiaſtæ Syrianus & Sopater τὰ ῥητὰ *dicta* dividunt in ἔγγραφα *ſcripta*: ut, νόμους, διαθήκας, ψηφίσματα, στήλας *leges, teſtamenta, decreta, columnarum inſcriptiones*: & ἄγραφα *non ſcripta*: ut κηρύγματα, χρησμοὺς, ἔθη *præconia, oracula, mores, ſeu conſuetudines*: & Marcellinus, Hermogenis etiam Scholiaſtes, ait eſſe quædam ῥητὰ ἄγραφα *dicta non ſcripta*; ut μαντεῖας & κηρύγματα *vaticinia & præconia*, quæ vocat τὰ ἐν λόγοις ἄγραφα, *ſermones non ſcriptos*. Unde apud Hermogenem hoc vocabulo, ῥητὰ *dicta*, intelligit quamcumque vocem ὅλως φωνήν τινα. Vide Græcos rhetores Edition. Aldin. 1508. 1509. tom. 2. pag. 101. ibidem pag. 102. ſic habet, οὐ γὰρ μόνον τὰ ἔγγραφα ῥητά· ἀλλὰ καθόλου καὶ λόγος, καὶ φωνὴ, καὶ μαντεύματα, καὶ χρησμοί; hoc eſt, dictorum nomine intelliguntur, non ſolum ſcripta, ſed in univerſum ſermo, vox, vaticinia, oracula. CAPPER.

17. *De jure.*] Supple, interpretando, explicando; unde emergunt quatuor *ſtatus*, quæſtioneſve *legales*, de quibus fuſe agetur capite ſequenti, & l. 7 c. 7. 8. 9. 10. CAPPER.

18. *Legale.*] Quoniam in legum contrarietate, & ſcripti & voluntatis dubitatione verſatur. TURNEB. Adde ἀμφιβολίαν ambiguitatem verborum, quibus lex, aliudve ſcriptum concipitur; & συλλογισμὸν *ratiocinativum ſtatum*, quo ex conceptis legum verbis aliud non ſcriptum ratiocinando infertur. Turnebianus Commentator duos tantummodo *ſtatus legales* expreſſerat, ἀντινομίαν *legum contrarietatem*, & τὸ περὶ τὸ ῥητὸν καὶ τῆς διανοίας *ſcriptum & voluntatem* [legiſlatoris.] CAPPER.

19. *Rationale.*] Quia in re poſitum eſt, ac rationibus eſt probandum, non etiam ſcriptis. Hermogenes tamen *legale & rationale* genus ſub *qualitate* ponit. TURNEB.

20. *Idem ſentiunt.*] Quæſtio ſive controverſia conſtat aut ex verbis, quod ſummum jus appellatur; aut ex rebus, id eſt, æquitate & ratione legiſlatoris, ac legum; cui negotio diſcutiendo Cicero juriſconſultos præeſſe dicit *Rhet.* 1°. aut ex rebus ratione colligendis; aut ex verbis ſcripto examinandis. TURNEB.

21. *In rebus & in verbis.*] Id eſt, in rebus ipſis, & in verbis ſcriptis, in legibus, pactis, teſtamentis. Vide Ciceronis *Oratorem*: ſic Poſidonius infra cap. 6. *in duo dividit* [ſtatus quæſtionum oratoriarum] *in voces, & in res.* CAPP.

22. *Item convenit.*] Ut ſuperiores duæ diviſiones civili quæſtioni conveniunt; ita quæ ſequuntur, vim quæſtionis in univerſum diſpertiunt. De quo latius Cicer. in *Top.* TURNEB. Vide Cicer. 2. de Orat.

23. *Infinitas*] *Quæſtio infinita* appellatur, quia, cum de re tota quærat, habet quamdam infinitionem, quæ in quæſtione finita circumſtantiis circumſcribitur & definitur: θέσεις Græci vocant, quod in utramque partem a philoſophis tractentur, & credibiliter poſitæ utrinque agitentur. Cujus exercitationis meminerunt Græci, Ariſtoteles, Philoponus, & alii ex Ariſt. familia: Latini, Cicero, Seneca, & Gellius. Cicero *propoſita* vocat, in *Top.* eadem ratione, quod in diſputatione proponi ſoleant. Alii *quæſtiones univerſales civiles*; quo modo *hypotheſin*, quæſtionem finitam civilem ad finem capitis appellat Fabius. Itaque non expungenda eſt dictio *civilis*, (ut Pitho videtur) ſed citra ſubdiſtinctionem ita legere debemus. Ita autem appellantur, quia a ſcientia morali, quæ *civilis facultas* appellatur, ducuntur; atque adeo *facultas* ipſa *civilis*, ut docuit Fab. lib. 2. eſt *ſapientia & philoſophia*, ideoque *philoſopho quæſtiones convenientes* vocant, quod hæc diſputandi his de rebus conſuetudo apud philoſophos valeret, præſertim Ariſtotelem & Platonem. Alii *partem cauſſæ*. Nam, ut *theſis* conſtituat *hypotheſin*, in *hypotheſi* continebitur tanquam pars quædam. Ita Cicero in *Top.* cap. 21. dixit in *cauſſa* eſſe *propoſitum*, & contineri ſub controverſia *conſultationem*; &, ut inquit Fortunatianus, ſignificatio declaratur ex ipſo compoſito nomine, eſſe aliquid, quod eſt ὑπὸ τὴν θέσιν, ſub illo genere quaſi ſpecies: quod manifeſte deprehendes remotis circumſtantiis, *an Clodius inſidiator jure occiſus ſit a Milone.* Cicero item *conſultationem* vocavit; quod ita quiſque de re propoſita dicat, ut ſenatores de relata re a conſule dicunt ſententiam. TURNEB. Quod ex Fortunatiano Turnebianus Commentator affert, id non reperitur in Fortunatiani Rhetorica, prout exſtat in Latinis Rhetoribus Pithœanis a pag. 38 ad 78. ſed in principiis *Rhetorices* divo Auguſtino attributis, ibid. pag. 292. lin. 4. qui nodus ut ſolvatur, notandum eſt illa principia *Rhetorices* in Aldina Editione Georgii Trapezuntini & quorumdam veterum rhetorum, Curio Fortunatiano adſcribi, & continenter iis annecti, quæ leguntur in Pithœan. Rhetorib. pag. 78. CAPPER.

24. *Athenæus partem cauſſæ.*] Cum enim *cauſſa* ſit ὑπόθεσις, id eſt, ipſa quæſtio, ſeu θέσις quatenus circumſtantiis veſtita, ſequitur θέσιν eſſe veluti genus & partem *cauſſæ* vel ὑποθέσεως. Sic, verbi gratia, hæc θέσις *theſis*; *an ſit uxor ducenda*, pars eſt hujus *cauſſæ*, vel ὑποθέσεως; *an huic homini* [*Petro*] *hæc uxor Magdalena hoc tempore ducenda ſit.* CAPPER.

25. *Hoc genus Cicer.*] In *Topicis. Quæſtionum*, inquit, *quæcumque de re ſint, duo ſunt genera; unum* cognitionis, *alterum* actionis. *Cognitionis ſunt hæ, quarum finis eſt* ſcientia, *ut ſi quæratur, a naturane jus profectum ſit, an ab aliqua quaſi conditione hominum & pactione.* Actionis *autem hujuſmodi exempla ſunt; ſitne ſapientis ad rempubl. accedere.* Idem refert in *Partit.* TURNEB.

26. *An accedendum.*] *An accedendum ſit*; Stephan.

27. *Prius trium generum.*] Hæc diviſio ab Ariſt. eſt ducta; is enim 2. lib. *Analyticorum* ait totidem eſſe quæſtiones, quot ſunt res quas ſcire poſſumus: quatuor autem ponit; *an ſit, quid ſit, an hoc illi inſit, quamobrem inſit.* Idem Cicer. Cognitionis quæſtiones tripertitæ ſunt; cum *an ſit*, aut *quid ſit*, aut *quale ſit* quæritur: horum primum *conjectura*, ſecundum *definitione*, tertium *juris & injuriæ diſtinctione* explicatur. TURNEB.

28. *An ſit, quid ſit, quale ſit.*] Quæ tria viam ſternunt ad tres decantatos quæſtionum oratoriarum *ſtatus rationales*: horum primus eſt ὁ στοχασμὸς, ἡ οὐσία, ἡ γένεσις; *conjectura, ſtatus conjecturalis, de ſubſtantia*, vulgo quæſtio facti ſeu de facto, quia quæritur an res quæpiam exſtitit, vel facta ſit: ſecundus eſt, ὁ ὅρος, ὁρισμὸς, ὁριστικὴ στάσις, ἰδιότης, περὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑτέρου; *finis, finitio, cauſſa finalis, ſtatus definitivus, proprietas, de eodem & altero.* Eo quæritur quid res ſit, quomodo definienda, quo nomine appellanda. Tertius ἡ ποιότης *qualitas, ſtatus qualitatis*, quo quæritur qualis res ſit, juſta an injuſta, bona an mala: quæſtionem juris, vel de jure nunc appellare ſolent. CAPPER.

29. *Finitæ autem ſunt.*] Quæ circumſtantiis, velut quibuſdam rerum finibus, adſtringuntur in anguſtam diſputationem, naſcunturque ex complexu perſonarum, temporum, locorum, & reliquarum circumſtantiarum. *Cauſſa* in *Top.* a Cicer. dicitur, quæ aut omnibus ſit, aut maximis circumſtantiis incluſa. *Controverſia* in *Partit.* Definitas ſeu certas (2. *de Orat.*) quæſtiones ſpeciales alii; Iſocrates *quæſtionem civilem finitam* vocat; Græci *hypotheſin*; Rodolph. *conditionalem quæſtionem*, quod in his quæſtionibus tacita ſit conditio, etſi nomen *hypotheſeos* non conditionem modo ſignificat, ſed & fictionem, ut interpretatur Fab. lib. 5. Sunt autem qui *finitas* vocari velint, quod cautum apud veteres eſſet, ne quis *actionem* intenderet, niſi certis perſonis & rebus; neque enim quemquam accuſare licebat, niſi oppoſito crimine; neque de crimine dicere, niſi indicato reo. TURNEB.

30. *Rerum, perſonarum.*] Malebat Francius *locorum, perſ*

narum, temporum, cæterorumque: hæ ὑποθέσεις a Græcis dicuntur, *cauſſæ* a noſtris. [31] In his omnis quæſtio videtur circa res perſonaſque conſiſtere. [32] Amplior eſt ſemper *infinita*; inde enim *finita* deſcendit. Quod ut exemplo pateat; *infinita* eſt, *An uxor ducenda*; *finita*, *An Catoni ducenda*, [33] ideoque eſſe *ſuaſoria* poteſt. [34] Sed etiam remotæ [35] a perſonis propriis, ad aliquid referri ſolent. Eſt enim ſimplex, *an reſpublica adminiſtranda*: refertur ad aliquid, *an in tyrannide adminiſtranda.* Sed hîc quoque [36] ſubeſt velut latens perſona; tyrannus enim geminat quæſtionem, ſubeſtque & temporis, [37] & qualitatis tacita vis: nondum [38] tamen hoc proprie dixeris *cauſſam.* Hæ autem, quas *infinitas* voco, & generales appellantur: quod ſi eſt verum, *finitæ* ſpeciales erunt. In omni autem ſpeciali utique [39] ineſt generalis, [40] ut quæ ſit prior. [41] Ac neſcio, an in *cauſſis* quoque, quidquid in quæſtionem venit *qualitatis*, generale ſit. [42] *Milo Clodium occidit*: [43] *jure occidit inſidiatorem.* Nonne hoc [44] quæritur, [45] *an ſit jus inſidiatorem occidendi*? Quid [46] in *conjecturis*? [47] non illa generalia, *an cauſſa ſceleris* [48] *odium*? *an cupiditas*? *an tormentis credendum*? *teſtibus*, *an argumentis major fides habenda*? [49] Nam *finitione* quidem comprehendi [50] nihil non in univerſum, certum erit. [51] Quidam putant etiam eas poſſe *theſes* aliquando nominari, quæ perſonis cauſſiſque contineantur, aliter tantummodo poſitas; ut *Cauſſa* ſit, *cum Oreſtes accuſatur*:

ſonarum: nam præceſſerat, *infinitæ*, *quæ remotis perſonis & temporibus*, *& locis.*

31. *In his omnis.*] *In his omnibus*: Stephan. Voſſ. tert.

32. *Amplior eſt ſemper infinita.*] Quia hæc univerſalis; & ex univerſalibus, circumſtantiarum appoſitione ſpeciales, id eſt, *finitæ* fiunt. TURNEB.

33. *Ideoque eſſe ſuaſoria.*] *Theſes*, ut docuit Fabius, pleræque ad *deliberativum* pertinent genus, & adjectis modo perſonis, *ſuaſoriæ* fiunt; nam deliberationis initium ducitur ab *hypotheſi*; ſed poſtea revocatur ad *theſin*; atque ita interdum de toto genere diſceptamus, cum tamen *cauſſa* pendeat ab *hypotheſi.* TURNEB.

34. *Sed etiam remota.*] Medium quoddam genus inter *theſin* & *hypotheſin* ponere videtur, nulla ſingulari definitaque perſona concluſum, ad aliquid tamen referri ſolitum, id eſt, latentis temporis, vel perſonæ anguſtiis contineri; ut, *an reſp. adminiſtranda in tyrannide*: quæ particula quæſtionem alioqui ſimplicem geminat, an *ſub tyranno*, an *in tyrannide.* Sed quia circumſtantiæ latent verius, quam ſunt, nec ſeſe exerunt & explicant; ideo, ut plane *theſin* dixeris, ita prorſum *hypotheſin* minime vocaveris. TURNEB.

35. *A perſonis propriis.*] Perſona propria quæſtioni eſt ſingularis & definita, in cujus gratiam quæſtio inſtituitur; ut, *an Tullio ſit adminiſtranda Reſpublica?* CAPPER.

36. *Subeſt velut latens perſona.*] Sed perſona hæc generalis eſt, indefinita, & extranea. Si enim quæſtio ita inſtituatur; *an Tullio adminiſtranda ſit Reſpublica*, *eam occupante Tyranno*; tunc perſona ſingularis & propria Tullius eſt; generalis autem & extranea, Tyrannus. CAPPER.

37. *Et qualitatis tacita vis.*] Quia non agitur de adminiſtratione Reipubl. generatim ſumpta, ſed de adminiſtratione ποιᾷ τινι *aliquali*, ſeu cujuſdam qualitatis participe, de illa videlicet, quæ ſit ſub Tyranno. CAPPER.

38. *Tamen hoc proprie.*] *Tamen proprie*; Locat. Ald. *hic proprie*; Voſſ. prim.

39. *Ineſt generalis.*] Species enim ſecundum Logicos eſt tota *eſſentia*, & continet genus, hoc eſt, communiorem *eſſentiæ* partem. CAPPER.

40. *Ut quæ ſit prior.*] *Prioritate* Logica ſeu univerſalitatis. Quo ſenſu prius eſt eſſe animal, quam eſſe hominem, ut aiunt οἱ τῶν διαλεκτικῶν παῖδες, Dialectici. CAPPER.

41. *Ac neſcio.*] In *hypotheſi* continetur *theſis*, ac fere *cauſſarum* deciſio & tractatio a generali capite pendet; ut *in qualitate*: quanquam origo controverſiæ a re ſingulari proficiſcitur, tamen qualitate communi tractatur: itidem in reliquis quoque *ſtatibus.* Itaque contendit hic Fab. nullam eſſe quæſtionem in *cauſſis*, hoc eſt, particularibus, cujuſcumque ea *ſtatus* ſit, in qua non quæratur univerſale. Eſt autem id adnotandum, in his non univerſale per ſe; ſed quatenus conducit ad cognitionem particularis, ab oratoribus tractari. TURNEB.

42. *Milo Clodium occidit.*] Hic perſona Clodii Miloniſque facit, ut quatenus liceat hominem occidere diſputetur, & auget quæſtionem; præterquam enim quod quæſitur, *an hominem liceat interficere*; quia Clodius inſidiator fuiſſe dicitur, quæritur, *an omnis inſidiator interfici poſſit.* Ita ex perſonis *cauſſa* quæſtioque oritur; ex *theſi* emanat univerſa diſputatio. TURNEB.

43. *Jure occidit.*] Hæc propoſitio pertinet ad *ſtatum qualitatis*; affirmatur enim juſtam fuiſſe Clodii cædem. CAPPER.

44. *Quæritur an ſit jus.*] Ecce tibi quæſtio generalis in *ſtatu qualitatis*, ubi quæritur quale ſit factum, juſtum necne. CAPPER.

45. *An hoc ſit jus inſidiatorem occidendi.*] *Hoc*, ut redundans, videtur expungendum, ut legatur *an ſit jus.* REGIUS. *An hoc ſit jus*, *inſidiatorem occidendi*; Locat. Voſſ. ſecund. *an hoc ſit jus in. occidi*; Ald. *an ſit jus i. occidi*; Gryph. Colin. Vidov.

46. *In conjecturis.*] Hoc eſt, in *ſtatu conjecturali*, ubi quæritur an aliquid exiſtat, an quidpiam factum ſit, necne; vulgo dicimus *quæſtionem de facto.* CAPPER.

47. *Non illa generalia.*] Id eſt, nonne generales ſunt, quæ ſequuntur, quæſtiones? etſi *ad conjecturalem ſtatum* pertineant. Igitur ex Quinctiliano in omni ſpeciali *ſtatu* [quæſtionis oratoriæ.] occurrit θέσις, ſeu quæſtio generalis. CAPPER.

48. *Odium? cupiditas?*] Præcipuum caput & præcipuus *ſtatus* in *conjectura* vix quicquam habere generale poſſit: capita vero, quæ ad ejus probationem afferuntur, plerumque θετικῶς (ad inſtar theſeos) tractantur; ut *impulſio*, & *loci communes.* TURNEB. Adde particulam *an*, ut ſit *an cupiditas?* PHILAND.

49. *Nam finitione.*] Quoniam, cum de nomine alicujus rei quærimus, nullas apponimus perſonas aut circumſtantias, quibus finita fiat quæſtio: imo ipſa ſtatim definitio *cauſſam* ponit. Cum enim de facto conveniat, uterque ut nomen, quod facto tribuit, confirmet, ſuam definitionem adducit, in qua conſtituenda opus eſt univerſum, & unus utriuſque partis labor. TURNEB. *Finitione.*] Seu definitione τῷ ὅρῳ vel ὁρισμῷ; atque hic eſt *ſtatus definitivus*, quo quæritur quid ſit res, quove nomine appellanda. CAPPER.

50. *Nihil in univerſum.*] Niſi corrigatur hic locus, verus ſenſus elici nullo modo poteſt. Definitio enim ſemper in univerſum comprehendit id quod definit: ſic igitur breviſſime emendari poteſt, ut particula *non* adſcribatur, hoc modo; *nihil non in univerſum*, hoc eſt, omne, quod definitur, in univerſum ad omnia, quæ ſub eo continentur, extenditur. REGIUS. *nihil in univerſum*; Locatel. *nihil non univerſum*; Steph.

51. *Quidam putant.*] Quæ hactenus ſcripſit, ex Ciceronis fere ſententia dicta ſunt: nunc quoſdam ait alio intellectu his nominibus uti, qui non diſtare hæc complexu circumſtantiarum volunt, ſed fine diſputationis, ſeu penes cognitionem & actionem. Eamdem ſiquidem quæſtionem, & *theſin* fatentur eſſe, dum excutienda philoſophorum more ponitur; & *hypotheſin*, dum propter negotium aliquod tractatur, ut ea de re judicio agatur. Neque omnino male, ſi nomen æſtimes, rem ad inquiſitionem poſitam vocamus *theſin*, cui non videntur obeſſe circumſtantiæ. Proinde *cognitiva* eſt apud illos; ut *hypotheſis*, *activa.* Hæc opinio eſt Fortunatiani & Sulpitii Victoris, quæ videtur originem duxiſſe a Zenone; illis enim *theſis* eſt, res rationalem diſceptationem admittens, cujus ſit finis inſpectio; *hypotheſis* vero, res rationalem diſceptationem accipiens, cujus ſit finis judicatio atque actio; ſive erit, ſive minus definita perſonis. Iidem ſuperiores definitiones calumniantur. TURNEB. Sed, quæ Fortunatiano Tur-

Theſis, an Oreſtes rectè ſit abſolutus: cujus generis eſt, [52] *an Cato rectè Martiam Hortenſio tradiderit.* [53] Hi *theſin* a *cauſſa* ſic diſtinguunt, ut illa ſit [54] *ſpectativæ* partis; hæc [55] *activæ.* Illic enim veritatis tantum gratia diſputari; hic negotium agi. [56] Quanquam inutiles quidam [57] oratori putant univerſales quæſtiones; quia nihil proſit, quod conſtet *ducendam eſſe uxorem, vel adminiſtrandam rempublicam*, ſi quis vel ætate, vel valetudine impediatur. [58] Sed non omnibus ejuſmodi quæſtionibus ſic occurri poteſt; ut illis, [59] *Sitne virtus finis? Regaturne providentia mundus?* Quinetiam in iis, quæ ad perſonam referuntur, ut non eſt ſatis generalem tractaſſe quæſtionem; ita [60] perveniri ad ſpeciem, niſi illa prius excuſſa, non poteſt. Nam quo modo, *an ſibi uxor ducenda ſit*, deliberabit Cato, niſi conſtiterit *uxores eſſe ducendas*? Et quo modo, *an ducere Martiam debeat* quæretur, niſi *Catoni ducenda uxor eſt*? Sunt tamen inſcripti nomine Hermagoræ libri, qui confirment [61] illam opinionem, ſive falſus eſt titulus, [62] ſive alius hic [63] Hermagoras fuit. Nam ejuſdem eſſe quomodo poſſunt, qui de hac arte mirabiliter multa compoſuit; cum, ſicut ex Ciceronis quoque [64] *Rhetorico* primo manifeſtum eſt, materiam *rhetorices* [65] in *theſes* & *cauſſas* diviſerit? Quod reprehendit [66] Cicero, ac *theſin* nihil ad oratorem pertinere contendit, totumque hoc genus quæſtionis ad philoſophos refert. Sed me liberavit [67] reprehendendi verecundia, & quod ipſe hos libros improbat, & quod in *Oratore*, atque iis, quos [68] *de Oratore* ſcripſit, libris, [69] & *Topicis*, præcipit, ut a propriis perſonis atque temporibus avocemus controverſiam; quia latius dicere liceat de genere, quam de ſpecie; [70] &, quod in univerſo [71] probatum ſit, in parte probatum eſſe, neceſſe ſit. [72] *Status* autem in hoc omne genus materiæ, iidem qui in *cauſſas* cadunt. [73] Ad hoc adjicitur; alias eſſe

nebianus ille tribuit, ea reperiuntur in principiis *Rhetorices* beato Auguſtino adſcriptis, pag. 292. Rhetorum Pithœan. Cujus quidem rei rationem ſupra reddidimus ad hæc verba; *quæſtiones eſſe aut infinitas, &c.* Sulpitii Victoris opinio extat in *Rhetorib.* Pithœan. pag. 241. CAPPER.

52. *An Cato rectè.*] Nota eſt hiſtoria ex Plutarcho in Cicerone. TURNEB.

53. *Hi theſin.*] *Hic*; Steph.

54. *Speculativæ partis.*] Τῆς θεωρητικῆς. *Inſpectionem* dixit Sulpitius Victor; *perſpectionem* Auctor principiorum *Rhetorices*, quæ beato Auguſtino attribui ſolent. CAPPER.

55. *Activæ.*] Τῆς πρακτικῆς. *Actionem & indicationem* vocavit Sulpitius Victor; *Rhetorices* Auguſtinianæ ſcriptor *contentionem*: qua voce alludit ad τοὺς ἀγῶνας, quorumdam Græcorum rhetorum, qui forenſes *actiones* & controverſias hoc nomine appellabant. CAPPER.

56. *Quanquam inutiles.*] Commode explicata quæſtionum varietate, de illarum uſu agit: refellit igitur falſam quorumdam opinionem, qui univerſales quæſtiones ab oratore removerunt. In qua eſt opinione Cicero libro primo de *Inventione*, ubi Hermagoram carpit, qui *quæſtionem* & *cauſſam* oratori tribuit. TURNEB.

57. *Orationi.*] *Oratori* potius, quam *orationi* mihi legendum videtur. REGIUS. *Orationi*; MSS. Joan. Bal. Alm. Andr. Ven. Locatel. Voſſ. Bern.

58. *Sed non in omnibus.*] Ut clarius hanc opinionem refutet Fab. univerſales quæſtiones duplices eſſe dicit; quaſdam, quæ ex perſona non pendeant; & illæ tractatæ ſufficiunt: in illis igitur non ſic poteſt occurri, id eſt, nullum ex perſona poteſt impedimentum afferri, ut non ſufficere videantur, *an virtus ſit bonorum finis, &c.* quaſdam vero, quæ ex perſona ſunt æſtimandæ, ad quam referuntur. In illis non ſatis fuerit in genere rem docuiſſe; neceſſe eſt tamen hanc præceſſiſſe diſputationem; nam niſi excuſſo genere, cui ſimilis eſt *theſis*, ad ſpeciem quæſtionemque ſpecialem non poteſt perveniri. Erit itaque duplex quæſtio univerſalis; quædam, quæ ſimpliciter in ſua conſideratur natura, citra ullum reſpectum; quædam, quæ, etſi in ſua conſideratur natura, tamen quadamtenus ad res ſingulares & perſonas refertur, cui exceptione poteſt occurri. Erit autem in ea duplex tractatio; res enim petetur a *theſi*; perſonarum circumſtantiæ ab *hypotheſi*. TURNEB. *Sed non in omnibus*; Venet. Locat. Sich. Par. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. *ſed non in omnibus eiſdem*; Ald. Voſſ. ſecund. tert.

59. *Sitne virtus finis.*] Hoc eſt, an virtus propter ſe ipſa expetatur & cætera propter ipſam; an ſit bonorum omnium finis; an ad virtutem tanquam ad finem ultimum cætera bona referantur. CAPPER.

60. *Perveniri ad ſpeciem.*] *Ad ſpecialem* volebat Francius.

61. *Illam opinionem.*] Eorum, qui putant quæſtiones univerſales, ſeu θέσεις proprie dictas, ad rhetoricam non pertinere. Quam opinionem Cicero tenuit in libris de *Inventione*, quos junior ſcripſit, & poſtea improbavit. CAPPER.

62. *Sive alius.*] *Sive hic Hermagoras alius fuit*; Locat. Ald. Colin. τὸ *hic* abeſt a Voſſ. tert.

63. *Hermagoras.*] Ex collectaneis Suidæ colligitur quidem duos Hermagoras fuiſſe; priorem Philoſophum, qui nihilominus περὶ σοφιστῶν adverſus Academicos ſcripſerit. Hic titulus an ad rhetorem referri queat, nondum apud me ſtatui; cum σοφιστῶν vocabulum, ut plurimum, in malam partem apud Græcos accipiatur, pro falſa ſpecie ſapientiæ. Horum autem quemdam nominat celebriorem, cujus ſex libros *rhetorices* citat. MOSELL. Vide ad cap. 1. hujus libri, de duobus Hermagoris.

64. *Rhetorico primum.*] *Primo*, Locatel. Ald. Andr. Ven. Col. Par. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Voſſ. Obrecht. Ita cap. VI. *in primo Ciceronis Rhetorico*; ſupple libro, qui inſcribitur *de Inventione Rhetorica.* CAPPER.

65. *In theſes & cauſſas*] In *theſes* & *hypotheſes*, id eſt, in quæſtiones infinitas & finitas, ſeu variis circumſtantiis determinatas. CAPPER.

66. *Cicero.*] *De Inventione* lib. I.

67. *Reprehendendi.*] *Reſpondendi*; MSS Bodl. Joan. Bal. Alm. Venet. Locat. Ald. Colin. Obrecht.

68. *De Oratore.*] Lib. III.

69. *Et Topicis.*] Qui liber oratorios *locos* explicat. Hujus titulus eſt *Topica*, Τοπικά. Τόπος *locum* ſignificat. CAPP.

70. *Et quod in univerſo probatum ſit.*] Hoc intelligendum eſt de rei & negotii tractatione; id enim ſi probatum ſit in genere, probatum quoque erit in parte: *hypotheſis* tamen præter *theſin*, perſonarum habet circumſtantias, quæ proprium deſiderant tractatum. TURNEB.

71. *Probatum ſit.*] *Eſt*; Steph. Locat. Colin. Gryph. Vidov. Voſſ. ſecund.

72. *Status autem.*] Breviter indicato uſu, *ſtatuum* deſcribit rationes, quos vult eoſdem eſſe, qui & in *hypotheſi.* Eſt autem *ſtatus*, forma illa vel *conjecturæ*, vel *finitionis*, vel *qualitatis*, quæ in quæſtionibus apparet. Eſt vero *ſtatus* in *theſi* generalior; in *hypotheſi* magis particularis. TURNEB. *Status in hoc omne genus materiæ .... cadunt.*] Id eſt, qui *ſtatus* in *cauſſas*, ſeu *hypotheſes* cadunt, nempe *conjecturalis*, *definitivus*, *qualitatis*, *&c.* iidem cadunt etiam in hoc omne genus materiæ, hoc eſt, in *theſes*, ſeu quæſtiones univerſales, quæ ſunt etiam materia *rhetorices.* Et ſane, an exiſtat philoſophia, *theſis* eſt in *ſtatu conjecturali*; an ea ſit ſcientia, *theſis* eſt in *ſtatu definitivo*; an ſit expetenda; an utilis, *theſis* eſt in *ſtatu qualitatis*: igitur omnis *theſis*, ut & *hypotheſis*, ſeu *cauſſa*, *ſtatu* aliquo continetur. CAPPER.

73. *Ad hoc.*] *Adhuc*; V. C. Alm. Locat. Ald. Gryph. Voſſ. Bern. Vidov. Baſil. *ad hæc*; Colin. parum refert. Vide quæ notamus ad Ovid. VI. Metam. 458.

[74] quæſtiones in rebus ipſis; alias, quæ [75] ad aliud referantur. Illud, *an uxor ducenda*; hoc, *an ſeni ducenda.* [76] Illud, *an fortis*; hoc, *an fortior*; & ſimilia. [77] *Cauſſam* [78] finit Apollodorus, ut interpretatione Valgii diſcipuli ejus utar, ita: *Cauſſa* [79] *eſt negotium omnibus ſuis partibus ſpectans ad quæſtionem*: aut, *cauſſa eſt negotium, cujus finis eſt controverſia.* Ipſum deinde *negotium* ſic finit: *Negotium eſt congregatio perſonarum, locorum, temporum,* [80] *cauſſarum, modorum, caſuum, factorum,* [81] *inſtrumentorum, ſermonum, ſcriptorum, & non ſcriptorum. Cauſſam* nunc [82] intelligimus ὑπόθεσιν, [83] *negotium* περίστασιν. Sed [84] ipſam *cauſſam* quidam ſimiliter finierunt, ut Apollodorus *negotium.* Iſocrates *cauſſam* eſſe ait *quæſtionem finitam civilem*, aut [85] *rem controverſam in perſonarum finitarum complexu.* [86] Cicero his verbis: *Cauſſa certis perſonis, locis, temporibus, actionibus, negotiis cernitur; aut in omnibus, aut in pleriſque eorum.*

74. *Quæſtiones in rebus ipſis.*] Has quæſtiones antea tractaſſe videtur: eadem porro diviſio in *cauſſas* cadere poteſt, ut ſimplex eſt; *an accuſare Cicero Verrem debeat*, quæ ſtatui decidique debet, nulla ratione circumſtantiarum habita, ſed ſola rei propoſitæ contemplatione: ad aliud refertur; *uter potius accuſare debeat, Cicero an Cæcilius*; & hujus veritas circumſtantiis æſtimatur: qua de re Fab. aget in fine tertii. TURNEB.

75. *Ad aliud referantur.*] *Ad aliquid*; MS. Joan Andr. Ven. Locat. Ald. Colon. Baſil. Voſſ. Bern.

76. *Illud, an fortis; hoc, an fortior.*] Hoc eſt, quæſtio *abſoluta* eſt, an fortis ſit ὁ δεῖνα; *relativa* vero, an fortior ſit τῷ δεῖνι. CAPPER.

77. *Cauſſam.*] Poſt *cauſſæ* diviſionem, ejus definitiones multas colligit; partim, ut propoſito ſatisfaciat; partim, ut ex collatione multarum, ejus vim melius intelligamus. TURNEB.

78. *Finit.*] Ὁρίζει, definit. CAPPER.

79. *Eſt negotium omnibus, &c.*] Hæc, *omnibus ſuis partibus ſpectans ad quæſtionem, aut cauſſa eſt negotium*, non haberi in veteri exemplari, notatur in marg. Baſil.

80. *Cauſſarum.*] Cauſſa nunc ſumitur ſenſu non rhetorico pro *hypotheſi*; ſed philoſophico, qui quatuor potiſſimum agnoſcit cauſſas, *finalem, efficientem, materialem, formalem*, quibus addunt quidam & *exemplarem.* CAPPER.

81. *Inſtrumentorum.*] Quæ vox hoc loco non τὰ *ſcripta* ſignificat; ſed τὰ ὄργανα, ea ſcilicet, quibus tanquam cauſſis *inſtrumentalibus* ad aliquid peragendum utimur. CAPPER.

82. *Intelligimus.*] *Intelligamus*; V. C. Alm. Locatel. Andr. Ven. Ald Voſſ. prim. tert. Bern.

83. *Negotium περίστασιν.*] Lib. v. cap. 10. περίστασιν Fabius vertit circumſtantiam. CAPPER.

84. *Ipſam cauſſam quidam ſimiliter definierunt, ut Apollodorus negotium.*] Sic Ammianus Marcellinus lib. III. *negotii* nomine *cauſſam* forenſem, litem, δίκην, γραφὴν intelligit, ut patet ex his verbis: *Antiphon ille Rhamnuſius, quem ob defenſum negotium, omnium primum antiquitas prodidit accepiſſe mercedem.* CAPPER.

85. *Rem controverſam.*] *Rerum controverſiam.*] Ven. Locat. Ald. Colon. Vaſc. Gryph. Colin Baſil. Vidov. Bern.

86. *Cicero.*] In *Topicis*, cap. 21. PHILAND.

CAPUT VI.

Quid ſit ſtatus : unde ducatur : reus , an actor eum faciat : quot , & qui ſint.

VI.

ERGO cum omnis *cauſſa* contineatur [1] aliquo *ſtatu*, prius quam dicere [2] aggredior, quo modo [3] genus quodque *cauſſæ* ſit tractandum, id quod commune eſt omnibus, quid ſit *ſtatus*, & [4] unde ducatur, & quot , & qui ſint , intuendum puto : [5] quanquam id nonnulli ad *judiciales* tantum pertinere materias putaverunt : quorum inſcitiam , cum omnia tria genera fuero executus , res ipſa deprehendet. [6] Quod nos *ſtatum*, id quidam *conſtitutionem* vocant ; alii *quæſtionem* ; [7] alii , *quod ex quæſtione appareat* ; [8] Theodorus *generale caput* , id eſt , κεφάλαιον γενικώτατον , ad quod referantur omnia. [9] Quorum diverſa appellatio , vis eadem eſt ; nec intereſt diſcentium , quibus quidque nominibus appelletur , dum res ipſa manifeſta ſit. [10] *Statum* Græci στάσιν vocant : quod nomen non primum ab Hermagora traditum [11] putant , ſed alii ab [12] Naucrate Iſocratis diſcipulo , alii a

Proponit ea, quæ de *ſtatu* eſt tractaturus : ejus diverſas appellationes tradit , definitionem conſtituit , duas definitiones malas reprehendit TURNEB.

1. *Aliquo ſtatu.*] De *ſtatibus* quæſtionum oratoriarum, qui ſcripſerint , vide apud Voſſium *Inſtit. orator.* pag. 177. 178. Hujuſmodi *ſtatus* Ariſtoteles, lib. 3. *Rhetoric.* cap. 15. 16. 17. ſi non conceptis verbis edocet , at certe innuit. Eoſdem indicat Juvenalis Satir. 7. ubi *ſtatum* vocat *ſummam quæſtionem.*

Quis color , & quod ſit cauſſæ genus , atque ubi ſumma
Quæſtio , &c. CAPPER.

2. *Aggredior.*] *Aggrediar ;* Ald. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Vidov.

3. *Genus quodque cauſſæ.*] Triplex eſt genus *cauſſæ ; demonſtrativum , deliberativum , & judiciale* : ſed , an tria hæc genera *ſtatum* recipiant, vide ad finem cap. 7. & ipſum caput 8. CAPPER.

4. *Unde ducatur.*] Non etymologiam hujus vocabuli (*ſtatus*) inquirit nunc Fabius ; ſed expendere vult ab utra litigantium parte *ſtatus* naſcatur ; ab actore, an ab reo : id patet ex ſequentibus, ubi ait : *Alia quæſtio , an eum* [ſtatum] *ſemper is faciat , qui reſpondet* .... repugnat Celſus dicens, *non a depulſione ſumi , ſed ab eo qui propoſitionem confirmet , ut* .... ſtatus *ab accuſatore naſcatur* .... *idem a reo fiat* .... *fieri* ſtatum *a reſpondente.* CAPPER.

5. *Quanquam id nonnulli ad judiciales.*] Cornificius , Celſus , & Cicero in libro de *Inventione* , *ſtatum* duntaxat tractant in *judiciali* materia ; propterea quod illic major eſt controverſia & dubitatio , ideoque magis *ſtatus* apparet ; docebit tamen Fabius in cap. *generis demonſtrativi & deliberativi* , in alia genera cadere *ſtatum* : quod fatetur etiam Cicero in *Topicis.* TURNEB. *Id nonnulli ad judiciales tantum pertinere materias putaverunt , quorum inſcitiam , &c.*] Vulgaris hæc eſt omnium fere Neotericorum , qui de *rhetorica* ſcripſerunt, opinio ; *ſtatus* enim ad ſolum *judiciale* genus contrahunt ; quidam etiam altum de *ſtatibus* hujuſmodi ſilentium tenent. Palam tamen profiteor nolle me in his λογομαχεῖν [verborum pugnam pugnare] an *ſtatus* in *deliberativo* & *demonſtrativo* æque atque in *judiciali* locum habeat. Et certe ſi *ſtatus* nomen ſtrictiori ſenſu accipiatur , quatenus etiam τὸν ἀντίδικον [adverſarium] τὸ συνέχον , τὸ αἴτιον , & τὸ κρινόμενον (de quibus infra ad cap. XI. agemus) complectitur ; ad ſolum *judiciale* genus reduci poterit. Cicero etiam lib. 1. de *Invent.* num. 12. 13. τὴν στάσιν *ſtatum* a *deliberativo* & *demonſtrativo* videtur excludere : immo & Hermagoram refellere, qui aliud ſtatuerit : hoc autem ſolutu facile eſt ex Marii Victorini commentariis , qui leguntur in Rhetorib. Pithœan. pag. 109. & ſequent. nam Tullius agit ibi adverſus Hermagoram , qui *deliberativum* & *demonſtrativum* genus τῇ *qualitati* , ut totidem ſpecies generi , vel partes toti ſubjecerat. Contra probat Cicero ; 1°. τὸ *demonſtrativum*, & τὸ *deliberativum* eſſe per ſe propriarum *cauſſarum* genera ; 2°. hæc eadem non eſſe proprie *ſtatus* , *conſtitutiones* στάσεις , neque *conſtitutionis* partes ; quia utrumque hoc genus omnes *conſtitutiones* στάσεις ; nempe *conjecturam* , *qualitatem* , & *definitionem* continet. Tullius itaque , ſi bene intelligatur , *ſtatum* τὴν στάσιν in *deliberativo* & *demonſtrativo* genere locum habere ponit. Georgius Trapezuntinus , lib. 4. poſt initium pag. 50. probare tentat genus *demonſtrativum* per ſe & , ut aiunt , *formaliter* ſumptum non habere *ſtatum* ſaltem principalem : licet *incidentem* habere poſſit. Huic præluſerat Marcellinus Hermogenis Scholiaſtes in Aldin. Rhetorib. tom. 2. pag. 23. ubi ſic habet : τὸ γὰρ πανηγυρικὸν ἀστασίαστόν ἐστιν , id eſt , panegyricum , ſeu *demonſtrativum* genus nullum *ſtatum* recipit. Denique Petrus Nunneſius, pag. 90. & 349. a *demonſtrativo ſtatus* excludit , quos tamen in *deliberativo* , ut & in *judiciali* conſervat. CAPPER.

6. *Quod nos ſtatum.*] Priuſquam definit, nominis diverſitatem attingit, quæ interdum obeſt, quo minus res bene percipiatur. *Conſtitutionem* vocavit Cornificius & Cicero de *Invent.* Fabius vero *ſtatum* , in quo ſtet nitaturque *cauſſa* , quaſi cardine aliquo ; *quæſtionem* Cicero in *Partit.* & *Top.* alii non quæſtionem ipſam , ſed , quod ex illa appareat. Secundum hos eſt *ſtatus* , quærendi quædam forma , quæ in quæſtione conſpicitur ; ut ſit quæſtio , *an feceris ;* in qua continetur *conjectura* , quæ *ſtatus* erit. Theodorus κεφάλαιον γενικώτατον , id eſt , *generale caput.* Is enim duo genera capitum ponit ; *generale* , in quo vertitur tota *cauſſa* , eſtque ſumma quæſtio , & *ſtatus cauſſæ ;* & caput *ſpeciale* , id eſt , minor quæſtio , quæ judicium non conſtituit , ſed ad ſummam confert. TURNEB.

7. *Alii , quod ex quæſtione appareat.*] In Editione Stephani legitur : *Alii , quod ex quæſtione appareat , caput ; Theodorus generale caput* : ſed in priori membro τὸ *caput* abundare videtur , & perperam huc ex poſteriori tractum ; nam paulopoſt Fabius eumdem ſenſum ita expreſſit : *Effugerunt has quæſtiones , qui dixerunt ſtatum eſſe id , quod appareat ex intentione & depulſione.* CAPPER.

8. *Theodorus caput*] *Generale* hoc loco mihi deeſſe videtur : id quod duæ dictiones Græcæ , quæ inſeruntur , aperte oſtendunt ; & Fabius ipſe paulopoſt ſic ſcribens : *Theodorus , ut dixi , capita generalia* , id eſt , κεφάλαιον γενικώτατον , hoc eſt , *caput generaliſſimum.* REGIUS. *Theodorus caput ;* Locat. Ald. Voſſ. *Theodorus generale caput.*] Hermogenes libro de *partitionibus* κεφάλαια *capita* vocat , quoſdam quaſi *ſtatus* particulares , quibus tractatur *ſtatus* principalis : ſed varias τοῦ *caput* acceptiones vide infra ad finem cap. XI. CAPPER.

9. *Quorum diverſa appellatio.*] Voce quidem diſcrepans ; re tamen conſentiens. Sed cum intelligitur quid ſignificetur , minus laborandum eſt de verbis , quorum diverſitas plerumque & memoriam confundit , & fructum nullum affert. TURNEB.

10. *Statum Græci* στάσιν.] Sic Cicero in *Top. Refutatio* autem accuſationis , in qua eſt depulſio criminis , Græce στάσις dicitur , Latine appelletur *ſtatus.* Eadem prorſus verbi deflexione : quanquam apud Græcos latius pateat ; pro *ſeditione , ſtatione* , & *chori parte.* TURNEB.

11. *Putant.*] *Putatur ;* Locatel. Steph. & Roignii ; Voſſ. ſecund.

12. *Eucrate Socratis.*] Scribe *Naucrate* ex 2. & 3. *de*

[13] Zopyro Clazomenio : [14] quanquam videtur Æſchines quoque in oratione contra Cteſiphontem uti hoc verbo ; cum a judicibus petit, ne [15] Demoſtheni permittant evagari ; ſed eum dicere de ipſo *cauſſæ ſtatu* cogant. [16] Quæ appellatio dicitur ducta, vel ex eo quod ibi ſit primus *cauſſæ* congreſſus, vel quod in hoc *cauſſa* conſiſtat. Et nominis quidem hæc origo. Nunc, quid ſit. *Statum* quidam dixerunt [17] *primam cauſſarum conflictionem* : quos recte ſenſiſſe, [18] parum elocutos puto. Non eſt enim *ſtatus*, prima conflictio. [19] *Feciſti*, [20] *non feci* : ſed quod ex prima conflictione naſcitur, id eſt, genus quæſtionis. *Feciſti*, *non feci*, [21] *an fecerit*. *Hoc feciſti*, *non hoc feci*, [22] *quid fecerit* ; quia ex his apparet illud [23] *conjectura*, hoc [24] *finitione* quærendum ; [25] atque in quo pars utraque inſiſtit, erit quæſtio [26] *conjecturalis*, vel *finitivi ſtatus*. [27] Quid ſi enim dicat quis : *Sonus eſt duorum inter ſe corporum conflictio* ? Erret, ut opinor ; non enim ſonus eſt conflictio, ſed [28] ex conflictione, [29] Et hoc levius ; intelligitur enim

Orat. meminit etiam Dionyſ. Halicarn. in arte PHILAND. Plerique hic legunt, *a Naucrate Iſocratis diſcipulo*. Nam lib. 3. *de Orat.* 44. & in *Oratore* 51. Naucrates Iſocratis auditor citatur a Cicerone. Cum tamen in vetuſtis codicibus legatur, *ab Eucrate Socratis diſcipulo*, nihil fortaſſe ſit immutandum : de hoc tamen Eucrate nihil alibi ſcribitur : quanquam Suidas Ἐυκράτην ponat philoſophum & rhetorem clariſſimum inter Iſocratis diſcipulos ; fortaſſe mendoſe. TURNEB. *Eucrate* ; MSS. Joan. Bal. Alm. Ven. Locat. Sich. Par. Steph. Voſſ. Bern. Colin. Moſellanus a Gellio etiam *Naucratem* memorari adnotavit ; reſpiciens, credo, ad lib. x. cap. 18 ubi inter viros ingenio nobiles & lingua præſtabili, qui venerant ad laudes Mauſoli decantandas, *Naucrites* (ita enim editur) recenſetur : ſed ibi Valeſius *Naucrates* corrigendum eſſe, docuiſſe legitur. Apud Dionyſ. Halicarn. in Arte rhetor. cap. vi. etiam corrupte ſcribebatur Ναυκράτης ὁ Σωκράτους ἑταῖρος : ſed emendavit jam Meurſ. lib. iv. Attic. Lect. 1. Ἰσοκράτους ; qui & lib. v. cap. 14. ſimilem in his nominibus errorem in Ariſtotelis *Rhetorice* ſuſtulit. Idem tamen Meurſius male Iſocratis collegam vocat, cum ἑταῖρος diſcipulus ſit, ut ad Æliani lib. iii. cap. 2. & xiii. 31. notarunt viri docti. Ejuſdem Naucratis cum aliis, qui Iſocratis tempore vixerunt, meminit & Dionyſ. in *judicio de Iſæo* cap. xix. ſed eum minime ad Iſocratis eloquentiam acceſſiſſe dicit. BURMAN.

13. *Zopyro Clazomenio.*] A Clazomenis Aſiæ oppido : hic ſophiſta fuit excellentiſſimus, temporeque Demoſthenis floruit. TURNEB. Menag. ad Diog. Laert. lib. ix. 114. illum, qui ibi a Diogene citatur, eumdem eſſe credit ; quia ῥήτωρ dicitur. Alius Colophonius a Diogene lib vi. 101. laudatur : alios producit Voſſius de Hiſtor. Græcis lib. iii. in fine : in Zopyrum medicum eſt Nicarchi Epigramma in Anth. Græca, lib. ii cap. 22. BURMAN.

14. *Quanquam videtur Æſchines.*] Videtur Fabius apud Æſchinem hoc loco, quem citat, περὶ στάσεως legiſſe, cum nunc ibi περὶ τάξεως legatur : niſi forte corruptus eſt codex Græcus : quamvis paulo ante ea voce utatur, ſed pro loco & ſtatione pugilum. Verba Græca ſic habent (pag. 461. Edit. 1604. ὥσπερ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν ὁρᾶτε τοὺς πύκτας περὶ τῆς στάσεως διαγωνιζομένους, οὕτω καὶ ὑμεῖς ὅλην τὴν ἡμέραν ὑπὲρ τῆς πόλεως καὶ περὶ τῆς τάξεως * αὐτοῦ τοῦ λόγου μάχεσθε, καὶ μὴ ἐᾶτε αὐτὸν ἔξω τοῦ παρανόμου λόγου * περιΐστασθαι. Niſi hoc velit Æſchines, ad ſimilitudinem pugilum, de *ſtatu*, id eſt, de loco accuſationis potiſſimo dicere Demoſthenem. Et Hermogenes στάσιν, ἀπὸ τοῦ στασιάζειν τοὺς ἀγωνιζομένους, ab eo, quod contendant actor & reus, & diſſideant, deducit. TURNEB. In oratione Æſchinis eſt ſcriptum, περὶ τῆς τάξεως τοῦ λόγου, id eſt, *de ordine* : quanquam paulo ante dicit pugiles περὶ τῆς στάσεως, id eſt, *de ſtatu & loco inter ſe certare* ; ut Quinctil. videatur contra legiſſe, quam nunc ſcriptum habemus, permutato dictionum τάξεως & στάσεως ordine. PHILAND.

15. *Demoſthenem.*] *Demoſtheni* ; MSS. Bodl. Bal. Voſſ. ſecund. Andr. Sich. Roign. Obrecht. & ita Cicer. v. in Ver. 9. *Ut jam ipſis judicibus ſine mea argumentatione conjecturam facere permittam.* Sueton. Cæſ. 75. *Cunctis in Italiam redire permiſit* : alia tamen conſtructione Virgilius Eclog. 1. 9.

Ille meas errare boves, ut cernis, & ipſum
Ludere, quæ vellem, calamo permiſit agreſti.

BURMAN.

16. *Quæ appellatio dicitur ducta, vel ex eo quod, &c.*] Sic etiam Hermogenes in *ſtatuum partitionibus*, pag. 10. Edit. Gaſpar. Laurent. Ὠνομάσθη μὲν οὖν πρώτη στάσις, εἴτε ἀπὸ τοῦ στασιάζειν τοὺς ἀγωνιζομένους, εἴτε ὅθεν, κλ. Id eſt, unde vero *ſtatus* dictus fuerit, ſive a litigantium diſſidio, ſive aliundecumque, &c. CAPPER.

17. *Primam cauſſarum conflictionem.*] In hac videtur eſſe ſententia Cicero, libro primo *de Invent.* cap. 13. hic autem *cauſſas* intelligere, par eſt *intentiones & depulſiones* primarias, quæ *cauſſam* & judicium conſtituunt ; nam hic de *ſtatu cauſſæ* loquimur, non de *ſtatu* quæſtionum Accuſator enim litem intendit, defenſor depellit : unde naſcitur utriuſque litis conflictio. *Conflictionem* autem dicit per *metaphoram* a primo congreſſu militum. TURNEB. Ciceronis partes tuetur J. Jov. Pontanus in Antonio, pag 136. Edit. Baſ. *Cauſſarum conflictionem.*] *Cauſſarum* dixit, non *quæſtionum*. Nam *quæſtio* vox eſt generalior, quæ complectitur etiam quæſtiones *extrinſecus adductas & ſubjacentes*, ut cum Fabio loquar, id eſt, ſecundarias & incidentes : ſed *cauſſa* eſt in lite primarium quid, & principale. Hanc notam firmabit ipſe Quinctilianus in ſequentib. CAPPER.

18. *Parum elocutos.*] *Sed parum* ; Ald. Gryph. Colin. Vidov.

19. *Feciſti.*] Supple, inquit ὁ διώκων actor, accuſator. CAPPER.

20. *Non feci.*] Supple, reſpondet ὁ φεύγων reus, defenſor. CAPPER.

21. *An fecerit .... quid fecerit.*] Supple, quæritur, quæſtio principalis eſt, & ad hunc *ſtatum* reducitur : quod etiam in ſimilibus loquendi formulis erit ſupplendum. *An fecerit.*] Atque hic *ſtatus* erit *conjecturalis*, hoc eſt, quæſtio de facto. CAPPER.

22. *Quid fecerit.*] Atque hic erit *ſtatus definitivus*, ubi quæritur, quid res vel actio ſit, & quo nomine appellanda. CAPPER.

23. *Conjectura.*] Id eſt, per *ſtatum conjecturalem*, ſeu quæſtionem de facto. CAPPER.

24. *Finitione.*] Id eſt, per *ſtatum definitivum*, quem mox explicabamus. CAPPER.

25. *Atque in eo pars.*] *Atque in quo* : Ven. Locat. Ald. Colon. Steph. Sich. Gryph. Baſil. *atque in eo pars utraque inſiſterit* ; V. C. Alm.

26. *Conjecturalis.*] Hoc eſt, τοῦ *ſtatus conjecturalis* in genitivo ; nam τὸ *conjecturalis* conſtruitur cum τῷ *ſtatus*, non cum τῷ *quæſtio*. CAPPER.

27. *Quid enim ſi quis.*] Probat a ſimili, non eſſe veram *ſtatus* definitionem, primam *cauſſarum* conflictionem, ex non ſatis accurata ſoni definitione, qua materiam ſoni potius, quam ipſam qualitatem, explicat. De qua fuſe Laur. Valla, lib. 1. *Dialect.* cap. 14. hunc locum exponens. Sed etiam hæc *ſtatus* definitio & ſoni, ſi utraque recte intelligatur, nihil peccabit ; ſolent enim plerumque etiam philoſophi definire a cauſſa : utraque igitur definitio αἰτιολογικῶς eſt intelligenda, id eſt, *cauſſaliter*. TURNEB. *Quid enim ? ſi quis dicat* ; Colon. Voſſ. *quid enim ? ſi dicat quis* ; Locat. Gryph. Colin. Baſil. : ita Regius. *Quid enim ſi dicat quis* ; Ald. Vidov. Steph. Obrecht.

28. *Ex conflictione.*] *Ex conflictu* ; MS. Joan. Voſſ. tert.

29. *Et hoc levius.*] Excuſat quodammodo ſuperioris definitionis auctores, ut eos acerbius reprehendat, qui exiſtimarunt ex prima quæſtione ducendum ſemper eſſe *ſtatum*, & non potius ex præcipua *cauſſarum*, ſeu quæſtionum conflictione. Itaque *ſtatus* dupliciter intelligitur ; aut propria *cauſſæ* conſtitutio, ut hic accipimus ; aut caput, quod ex minoribus quæſtionibus apparet, diciturque *quæſtionum ſtatus* : hi igitur peccaverunt, quod in *ſtatu* quæſtionum minorum putarint eſſe ſitum *cauſſæ ſtatum*. TURNEB. *ſed hoc levius* ; V. C. Alm. Obrecht. *at hoc* volebat Francius.

utcumque dictum. Inde vero ingens male interpretantibus innatus eſt [30] error; qui, quia primam conflictionem legerant, credidere *ſtatum* ſemper [31] ex prima quæſtione [32] ducendum: quod eſt vitioſiſſimum. [33] Nam quæſtio nulla non habet utique *ſtatum*; [34] conſtat enim ex *intentione*, & *depulſione*: ſed aliæ ſunt propriæ *cauſſarum*, de quibus ferenda ſententia eſt: aliæ adductæ extrinſecus, aliquid tamen ad ſummam *cauſſæ* conferentes, velut auxilia quædam: quo fit, ut [35] in controverſia una plures quæſtiones eſſe dicantur. [36] Harum porro plerumque leviſſima quæque primo loco [37] fungitur. [38] Namque & illud frequens eſt, ut ea, quibus minus confidimus, cum [39] tractata ſint, omittamus; interim ſponte noſtra velut donantes; interim ad ea, quæ ſunt potentiora, gradum ex his feciſſe contenti. [40] Simplex autem *cauſſa* etiamſi varie defenditur, non poteſt habere plus uno, de quo pronuntietur; atque inde erit *ſtatus cauſſæ*, [41] quod & orator præcipue ſibi [42] obtinendum, & judex ſpectandum maxime intelligit; in hoc enim *cauſſa* conſiſtet. Cæterum quæſtionum poſſunt eſſe [43] diverſi. Quod ut breviſſimo pateat exemplo: cum dicit reus, [44] *Etiamſi feci*, *recte feci*, *qualitatis* utitur *ſtatu*: [45] cum dicit, *Non feci*, [46] *conjecturam* movet. Semper autem firmius eſt *non feciſſe*; ideoque in eo *ſtatum* eſſe judicabo; quod dicerem, ſi mihi plus quam unum dicere non liceret. Recte igitur eſt appellata *cauſſarum prima conflictio*, non *quæſtionum*. Nam & pro Rabirio Poſtumo Cicero [47] prima parte orationis in hoc intendit, ut *actionem* competere [48] in equitem Romanum neget; ſecunda, nullam ad eum pecuniam perveniſſe confirmat: *ſtatum* tamen in eo dicam fuiſſe, quod eſt potentius. Nec in *cauſſa* Milonis [49] circa primas quæſtiones, quæ ſunt [50] poſt *procemium* poſitæ, judicabo [51] conflixiſſe *cauſſam*; [52] ſed ubi totis viribus [53] inſidiator

30. *Error, qui quia.*] *Error, quia primam conflictionem legerant, crediderunt ſtatum ſemper ex prima quæſtione deducendum*: Argent. Obrecht. Alm. Voſſ. ſecund.

31. *Ex prima quæſtione.*] *Conflictione*: MS. Joan. Vaſc. Steph. *quæſtione*: Voſſ. ſecund.

32. *Dicendum.*] *Ducendum*: Andr. Locat. Ald. Col. Voſſ. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Baſil. *deducendum*: MSS. Bodl. Bal. Obrecht.

33. *Nam quæſtio.*] Omnis quæſtio *ſtatum* habet; ſed, cum ſit duplex quæſtio, erit quoque duplex *ſtatus* ratio. Quædam enim quæſtio *cauſſarum* propria eſt, *ſummaque* appellatur: ea eſt (inquit Budæus) principale controverſiæ punctum, de qua ferenda judicatio eſt: illic *ſtatus* eſt *cauſſæ*. Quædam vero quæſtio eſt minor, id eſt, acceſſorium punctum vel incidens, & extrinſecus adducta, & veluti " propriæ auxiliaria & ſubſidiaria quæſtio: illic *ſtatus* eſt minorum quæſtionum, non *cauſſæ*. TURNEB.

34. *Conſtat enim ex intentione & depulſione.*] *Intentio* eſt ejus facti objectio, quod in judicium venit. *Depulſio* eſt *intentioni* reſiſtens oratio. Ex his duabus inter ſe concurrentibus vocibus *ſtatus* naſcitur, qui ex *depulſionis* ad *intentionem* repugnantia illico emergit. TURNEB.

35. *In controverſia una.*] Controverſia proprie eſt ὑπόθεσις *cauſſa* in genere *judiciali*, ſeu forenſi: Græce dicitur ἀγών. Vide cap. x. hujus libri: opponitur autem *ſuaſoriis*, id eſt, *cauſſis*, quæ verſantur in genere *deliberativo*. CAPPER.

36. *Harum porro.*] *Porro harum*: Locat. Ald. Colin.

37. *Fungitur.*] Non placebat hæc vox Gallæo, qui conjiciebat, *funditur*: Voſſ. tert. habet, *fugitur*.

38. *Namque & illud.*] *Namque illud*: V. C. Alm.

39. *Tractata ſunt.*] *Sint*: Ald. Locat. Steph. & omnes fere alii, ut Voſſ. tert. &c.

40. *Simplex autem.*] *Simplex* eſt *cauſſa* illa, quæ unius duntaxat rei habet controverſiam: conjuncta, quæ plurium. In illa *ſtatus* duntaxat eſt unus, in hac plures: quanquam in illa quoque *ſtatus* eſſe plures poſſunt minorum quæſtionum, ut pro Cluentio & in Verrem tot *ſtatus* quidem minus principales, quot crimina. TURNEB.

41. *Quod & orator præcipue.*] *Status* enim cognitio ad hoc valet, ut, circumſpecto argumento, de quo dicturus eſt, ad caput velut ad ſcopum omnia conferat, nec ſupervacaneis ambagibus a re digrediatur, aut deliranti ſimilis oratione vagetur, vel aliena, vel etiam pugnantia dicens. Hujus enim ſola conſideratio præſtabit, ut oratio noſtra ſibi conſtet, & ne quid extra rem dicamus, & (quod nonnunquam incogitantibus uſuvenit) nobis ipſis contradicamus: ut cordatus auditor illud Flacci merito ſecum commurmuret: ——————*Amphora cœpit*

Inſtitui, currente rota cur urceus exit?

Alioqui puerile eſt abſque ſcopo jaculari, & (ut ait Perſius. Sat. 3. *Paſſim corvos ſequi teſtaque lutoque.* TURNEB.

42. *Obtinendum.*] *Opponendum*: MS. Joan. Ald. Vaſc. Voſſ. prim. tert. & Steph. in marg. *proponendum*: Vallæ liber & Voſſ. ſecund.

43. *Diverſi.*] Supple, *Status*. CAPPER.

44. *Etiamſi feci.*] Hæc defenſio laudatur a Fabio, cap. *de Partitione*: fit autem *per antiparaſtaſin*, cum ex conditione aliquid tuemur: & *per enſtaſin*, cum ſimpliciter inficiamur; ut, *non feci*. TURNEB.

45. *Cum dicit, non feci.*] *Cum adjicit*: Andr. Sich. *cum adjicit, ſed non feci*: Gryph. Colin Bern. Obrecht. *ſed cum dicit*: Vidov.

46. *Conjecturam movet.*] Utitur *ſtatu conjecturali*: quæſtionem ad *ſtatum conjecturalem* redigit, hoc eſt, ad quæſtionem de facto. CAPPER.

47. *Prima parte.*] *Primam partem o. in hoc intendit*; MS. Bal. Ven. Locat. Voſſ. Bern. *primam partem o. in hoc tendit*; V. C. Alm. Obrecht. *prima parte o. hoc intendit*: Ald.

48. *In equitem Romanum.*] In *cauſſa* enim Rabirii Poſtumi, prima eſt *tranſlationis* quæſtio; repellit enim *actionem* a ſua perſona, & in equitem Roman. ex lege competere negat, ſi quidem ea lege non teneantur omnes. Ac tum fit *ſtatus tranſlationis*, quem Fabius appellat *actionis ſtatum*, cum aliquo juris adjumento rectum judicium declinamus. TURNEB. Vocamus vulgo *exceptionem declinatoriam*, & aliquando *præſcriptionem*. CAPPER.

49. *Circa primas quæſtiones.*] Circa præjudicia, quod ſenatus ſtatuerit, *cædem in via Appia factam, eſſe contra rempublicam*: quod Pompeius, lata nova quæſtione, contra Milonem judicarit: de quibus Quinctil. lib. 4. fuſius. In quibus nulla *cauſſæ* conflictio, neque *cauſſa ſtatus* collocandus; ſed ubi jure cæſum Clodium, ut qui inſidas fecerit, oſtenditur. TURNEB. Primis illis quæſtionibus annumerandum etiam mihi videtur illud, quod jactitabant Clodiani, *Nefas eſſe eum vivere, qui occiſum a ſe hominem fuiſſe fateatur.* CAPPER.

50. *Ante procemium.*] Cur *ante procemium* quæſtiones eas Fabius poſitas eſſe dicat, non video: ſunt quidem ante narrationem, ſed certe poſt procemium. Atque ita etiam refragantibus exemplaribus mihi videtur eſſe legendum, aut *juxta procemium*, aut certe *poſt procemium*: eas autem quæſtiones ante narrationem fuiſſe tractatas Fabius ipſe in ſequenti volumine, ubi de narratione præcipit, cap. 11. aperte reſpondit, his verbis: *Niſi forte M. Tullius in oratione pulcherrima, quam pro Milone ſcriptam reliquit, male diſtuliſſe narrationem videtur, tribus præpoſitis quæſtionibus.* REGIUS. *Poſt procemium*: Ald. Colon. Sich. Vaſc. Steph. Gryph. Roignii; Baſil. *ante in procemium*: Colin. marg. Steph.

51. *Conflixiſſe cauſſam.*] Forte *conſtitiſſe*. FRANCIUS. *Confluxiſſe*: Voſſ. prim. *Conflixiſſe cauſſam.*] In eo poſitum eſſe *cauſſæ ſtatum*, τὴν στάσιν. CAPPER.

52. *Sed ubi totis viribus.*] Non diſtinguit Fabius *ſtatum* a *judicatione*, quod nonnulli tamen faciunt, qui artem obſcu-

[53] inſidiator Clodius, ideoque jure interfectus, oſtenditur. Et hoc eſt, quod ante omnia conſtituere in animo ſuo debeat orator, (etiam ſi pro *cauſſa* plura dicturus eſt) [54] quid maxime liquere judici velit. Quod tamen ut primum cogitandum, ita non

VII. utique primum dicendum erit. [55] Alii *ſtatum* crediderunt primam [56] ejus, cum quo ageretur, [57] *deprecationem*. Quam ſententiam his verbis [58] Cicero complectitur, *In quo primum* [59] *inſiſtit quaſi ad repugnandum congreſſa defenſio.* [60] Unde rurſus alia quæſtio, an eum ſemper is faciat, qui reſpondet. Cui rei [61] præcipue repugnat Cornelius Celſus, dicens *non a* [62] *depulſione ſumi*; *ſed ab eo*, [63] *qui propoſitionem ſuam confirmet*; ut, ſi [64] hominem occiſum reus negat, *ſtatus* ab accuſatore naſcatur, quia is velit probare; ſi jure occiſum reus dicit, tranſlata probationis neceſſitate, [65] idem [66] a reo fiat, [67] & ſit ejus *intentio*. Cui non accedo equidem; nam eſt vero propius quod contra dicitur; nullam eſſe litem, ſi is, [68] cum quo *agitur*, nihil reſpondeat; ideoque [69] fieri *ſtatum* a reſpondente. Mea tamen ſententia varium id eſt, & accidit pro conditione *cauſſarum*; [70] quia & videri poteſt propoſitio aliquando *ſtatum* facere, ut [71] in *conjecturalibus cauſſis*; [72] utitur enim *conjectura* magis [73] qui *agit*. Quo moti quidam, eumdem [74] a reo *inficialem* eſſe dixerunt; & in [75] *ſyllogiſmo* tota ratiocinatio ab eo eſt,

rant; ideoque cap. 13. dicet, idem eſſe *ſtatum*, *continens*, *&* *judicationem*. TURNEB.

53. *Inſidiator Clodius, ideoque jure interfectus.*] Igitur *cauſſa* Miloniana eſt in *ſtatu qualitatis*; feci, ſed jure feci: præcipua vero defenſoris probatio pertinet ad *ſtatum conjecturalem*; inſidiator erat Clodius. En tibi τοῦ rei αἴτιον, de quo infra cap. XI. CAPPER.

54. *Quid maxime.*] *Quod*: Ald. Vaſc. Gryph. Colin. Steph. Roignii.

55. *Alii ſtatum.*] Hoc capite docet *ſtatum* ex *depulſione* & *intentione* naſci, non (ut quidam voluerunt) ex *intentione*; nam probabilius eſt a reſpondente oriri: quod tamen non eſt uſquequaque verum: adjicit ea, circa quæ omnis quæſtio & omnis *ſtatus* verſatur. TURNEB.

56. *Ejus cum quo ageretur.*] Id eſt, τοῦ rei, ſeu defenſoris. CAPPER.

57. *Deprecationem.*] Ut Cornificius, primam *deprecationem* defenſoris cum accuſatoris inſimulatione conjunctam: quam definitionem in *Topica* ſua retulit Cicero: ex qua & alia ſuborta quæſtio, unde *ſtatus* orirетur. TURNEB. In recentioribus codicibus additur, vel *depulſionem*, quod tamen non puto in antiquis reperiri. SICHARD. *Depulſionem*; MSS. Bodl. Bal. Argent. Obrecht. & margines Vaſc. Steph. Gryph. Baſil. ego *deprecationem* veram lectionem puto, & ab inſcito librario alteram vocem, ut notiorem, ſuppoſitam; *deprecari* enim pro *depellere* veteres dixiſſe conſtat: ita Cicero pro C. Rabirio. 9. *Huic quidem adferet aliquam deprecationem periculi ætas illa, quæ tum fuit*: ubi per *depulſionem* Turnebus interpretatur 1. Catil. 11. *Nunc, ut a me, P. C. quamdam prope juſtam patriæ querimoniam deteſter, ac deprecer.* pro Balbo. 7. *Quiddam de communi conditione omnium noſtrorum deprecandæ malevolentiæ cauſſa breviter commemorandum videtur.* Vide Gell. VI. 16. hæc, etſi eruditis jam notiora, adnotare placuit, quia celeberrimum Grævium olim narrare memini, ſe ab imperito quodam cenſore, qui tamen ſibi admodum placebat, reprehenſum; quod in oratione publica dixiſſet *magnum Reipubl. imminere periculum, niſi Deus deprecaretur & averteret.* Ita tamen Cicero, Livius, Nepos & optimi quique locuti fuerunt. BURMAN.

58. *Cicero.*] In *Topicis* cap. 25.

59. *Inſiſtit.*] *Conſiſtit*: MS. Joan. Ven. Locat. Ald. Colon. Vaſc. Steph Gryph. Colin. Baſil. ſed apud Ciceronem *inſiſtit*, legitur; abſque quo eſſet, probarem illud *conſiſtit*, quod proprie exprimit *ſtatum*, quem ad repugnandum componit defenſor: de quo nos plura ad Petron. cap. XIV. BURMAN. *Conſiſtit*: Voſſ. prim. tert.

60. *Unde rurſus alia quæſtio.*] Hic vero initium alterius foret capitis, ubi de origine *ſtatus* diſputatur; nec ambigo, quin Fabius continenter ſcripſerit: ſuperiori memoria factum eſt, ut notarentur ſpatia, & Auctorum perpetuus alioqui ſermo diſtraheretur intervallis, & inepta diſtinctione conturbetur. Porro ſi quid imperite ſectum eſt, certe hæc de *ſtatu* diſputatio uſque adeo luxata & loco mota, ut utroſne magis mirer, Profeſſores an Chalcographos, ſæpe dubitem. PINUS.

61. *Præcipue repugnat.*] *Maxime*: Steph. Voſſ. ſecund.

62. *Depulſione.*] Id eſt, defenſione, ſeu refutatione accuſationis; vel ſupple, τὸ *litis*, ut ſit, *litis depulſione*. CAPPER.

63. *Qui propoſitionem ſuam confirmet.*] Secundum Celſum, ille qui *intendit*, *ſtatum* facit, cum ſit illius probare: *intendit* autem actor in *ſtatu conjecturali*: *intendit* reus in *ſtatu judiciali*. Ut ſi accuſator dicat, *Occidiſti*, reus neget; accuſatoris erit probare, ab eoque *ſtatus* orietur: ſi reus dicat, *Occidi, ſed jure*; ejus erit probare, viciſſimque ab eo *ſtatus* naſcetur. TURNEB. Sed hæc pſeudo-Turnebi verba [*intendit reus in ſtatu judiciali*] inſignem continent errorem & verborum *Technicorum* ignorantiam. Nam 1°. apud Rhetoras τὸ *judiciale* dicitur de orationis genere, (cujus ἀντίστροφα ſunt *deliberativum* & *demonſtrativum*) non autem de *ſtatibus*. 2°. quando *intendit* reus & hominem jure occiſum a ſe dicit, facit *ſtatum qualitatis*, ut ſupra patuit, & infra etiam patebit. Scripſerat forte Turnebianus ille Commentator [*intendit reus in ſtatu juridiciali*:] quæ certe locutio ferri poſſet; nam τὸ *juridiciale* pertinet ad *ſtatum qualitatis*, & in quorumdam veterum ſententia opponitur τῷ *conjecturali*, ut paulopoſt patebit. CAPPER.

64. *Hominem occiſum.*] *Occidiſſe*: MS. Joan. Vaſc. Steph. Roignii, Voſſ. tert.

65. *Idem .... fiat.*] Quod eſt propoſitam rem probare. CAPPER.

66. *A reo fiat.*] *Fiet*: Ald. Locat. Voſſ.

67. *Et ſit ejus* (τοῦ rei) *intentio.*] Tanquam ipſe reus viciſſim fiat actor, ſeu litem intendat. CAPPER.

68. *Cum quo agitur.*] *Agatur*: Locat. Ald. V. C. Alm. *Is cum quo agitur.*] Id eſt, ὁ reus, defenſor, &c. CAPPER.

69. *Fieri ſtatum a reſpondente.*] Hæc non eſt Fabii ſententia; nam dicet ex *intentione* & *depulſione* naſci *ſtatum*: ſed ut veriſimilior, præfertur opinioni Celſi. Per *reſpondentem* autem hic actorem & reum intelligit; ſed diverſis rationibus. TURNEB.

70. *Quia & videri.*] *Et quia*; Locat. Ald. *quia videri*: Gryph. Colin. Baſil. & ita legendum Regius eſſe cenſet.

71. *In conjecturalibus cauſſis.*] Id eſt, in quæſtionibus facti vel de facto, ut vulgo loquimur. CAPPER.

72. *Utitur conjectura.*] Hoc eſt, *ſtatum* quæſtionis *conjecturalem* adhibet, quæſtionem facti vel de facto inſtituit, controverſam rem redigit ad facti diſceptationem. CAPPER.

73. *Qui agit.*] Actor ὁ διώκων, qui litem intendit, petitor, vel accuſator. CAPPER.

74. *A reo* Denominatione ſumpta ex parte τοῦ rei, ſeu defenſoris & accuſati, qui objectum ſibi crimen inficiatur. CAPPER.

75. *Syllogiſmo.*] *Syllogiſmus ſtatus* eſt *legalis*, quo rem non ſcriptam legi & ſcripto quadam ſimilitudine accommodamus. Ita appellatur, quia argumentatio fit, & in *majore* propoſitione lex ponitur; in *minore*, facti accommodatio ad legem: v. g. ſi is, quem adulterium commiſiſſe accuſamus, dicat actorem legem non habere, coget actorem ejuſmodi uti *ſyllogiſmo*: *Jus eſt, in adulterio necare deprehenſum*: *Tu es in adulterio deprehenſus*: *Ergo jure necandus es*, & ex conſequenti, tecum jure agere licet. Vel *ſyllogiſmo*, *ſtatu* ratiocinativo. TURNEB. Quid ſit hoc in loco *ſyllogiſmus*, bene definiit Turnebianus interpres; ſed, quod attulit, exemplum non eſt ad rem. Nam, ut norunt, qui antiquis Græcorum Romanorumque legibus operam dedere, licebat quidem in adulterio deprehenſos occidere, & qui tum

[76] qui *intendit*. Sed [77] quia videtur illic quoque neceſſitatem hos *ſtatus* exſequendi facere, qui negat; (is enim ſi dicat, *Non feci*, coget adverſarium [78] *conjectura* uti; & ſi dicat, [79] *Non habet legem*, *ſyllogiſmo*) concedamus ex *depulſione* naſci *ſtatum*. [80] Nihilo minus enim res eo revertetur, ut modo is qui *agit*, modo is cum quo *agitur*, *ſtatum* faciat. Sit enim accuſatoris [81] *intentio*, *Hominem occidiſti*: ſi neget reus, faciet *ſtatum*, qui negat. [82] Quod ſi confitetur, ſed jure a ſe adulterum dicit occiſum (nempe legem eſſe certum eſt, quæ permittat) niſi aliquid accuſator reſpondeat, nulla lis eſt. *Non fuit* ([83] inquit) *adulter*. Ergo [84] *depulſio* incipit eſſe *actoris*: [85] ille *ſtatum* faciet. Ita erit quidem *ſtatus* ex prima *depulſione*: ſed [86] ea fiet ab accuſatore, non a reo. Quid? quod eadem quæſtio poteſt eumdem vel accuſatorem facere, vel reum: [87] *Qui artem ludicram exercuerit*, [88] *in quatuordecim primis ordinibus ne ſedeat*: qui ſe prætori [89] in hortis oſtenderat, [90] neque erat productus, ſedit in quatuordecim ordinibus. Nempe *intentio* eſt, *Artem ludicram exercuiſti*; [91] *depulſio*, *Non exercui artem ludicram*; [92] quæſtio, *Quid ſit artem ludicram exercere*. Si accuſabitur theatrali lege, [93] *depulſio* erit Rei; [94] ſi excitatus fuerit de ſpectaculis, & [95] aget injuriarum, *depulſio* erit Accuſatoris. Frequentius tamen illud [96] accidet, quod eſt [97] a pluribus traditum. Effugerunt has quæſtiones qui dixerunt *ſtatum* eſſe id, quod appareat ex *intentione* & *depulſione*; ut [98] *feciſti*, [99] *non feci*, aut *recte feci*. [100] Viderimus tamen utrum id ſit *ſtatus*, an in eo *ſtatus*. Hermagoras *ſtatum* vocat, per quem [101] ſubjecta res intelligatur, & ad quem

homicidii reus factus eſſet, ad ſui defenſionem utebatur eo *qualitatis aſſumptivæ ſtatu*, quem Græci rhetores ἀντέγκλημα, Latini *relationem* vocant. Dicebat enim, *Occidi, ſed jure occidi in adulterio deprehenſum*. Verum, ſi quis adulterum elabi ſiviſſet, non poterat ei litem capitis intendere; aliunde vero, ut fatetur ipſe Turnebianus, in *ſyllogiſmo* rem non ſcriptam legi accommodamus. Atqui conceptis verbis lex adulterorum deprehenſorum cædem permittebat. Aptiora deinceps ipſe Fabius exempla ſuggeret, lib. 7. cap. 9. atque hoc in anteceſſum afferre nunc poſſumus: ſi quis matrem ſuam occidiſſet, poſſet in eum actor uti eo *legali ſtatu*, cui nomen *ſyllogiſmus*, hoc modo: *jus eſt, ut qui patrem ſuum occiderit, culeo inſuatur. &c. ergo a pari tu matricida culeo inſuendus es. &c.* CAPPER.

76. *Qui intendit.*] Supple, litem. CAPPER.

77. *Quia videtur illis.*] Pro *illis* mihi *illic* legendum eſſe videtur, hoc eſt, * in *conjectura* & *ſyllogiſmo*. REGIUS.

78. *Conjectura uti .... is qui agit .... is cum quo agitur.*] Has loquendi formulas mox explicabamus. Vide notas paulo ſuperiores. CAPPER.

79. *Non habet legem.*] Supple, *adverſarius*; idque ex præcedenti accuſativo τῷ *adverſarium*. CAPPER.

80. *Nihilo minus enim.*] Si dicamus ſtatum a *depulſione* fieri, cum *depulſio* in *ſtatu conjecturali* fiat a reo, reus illic *ſtatum* faciet: at in *ſtatu judiciali*, cum *depulſio* fiat ab actore, actor *ſtatum* illic conſtituet. TURNEB. Qui quam male nunc utatur hac locutione (*in ſtatu judiciali*), paulo ſupra demonſtravimus ad illa Quinctiliani verba, *qui propoſitionem ſuam confirmet*. CAPPER.

81. *Intentio.*] Supple, litis, objectio criminis, &c. CAPPER.

82. *Quod ſi confitetur.*] *Confitetur*; MS. Joan. Andr. Voſſ. prim. Baſil. *quid ſi confitetur*; V. C. Alm. Ven. Locat. Ald. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Vidov. *quod ſi confitetur*; Obrecht.

83. *Inquit.*] Supple, ὁ διώκων actor, accuſator. CAPPER.

84. *Depulſio .... ex prima depulſione .... depulſio.*] Hujus nominis vim paulo ſupra explicuimus. CAPPER.

85. *Ille ſtatum faciet.*] Et quidem *conjecturalem*, hoc eſt, quæſtionem de facto. CAPPER.

86. *Ea (depulſio) fiet ab accuſatore.*] Hoc in caſu *depulſio* ex parte actoris oritur: tunc igitur qui actor erat, fit quodammodo reus. Sic apud nos quoque in Λιτιγιεύσις *litigioſis* inſtrumentis, idem homo actoris & rei perſonam ſæpe ſuſtinet; vulgo *demandeur & deffendeur*. CAPPER.

87. *Qui artem ludicram.*] Otho Roſcius legem tulit, *ne quis in quatuordecim primis ordinibus ſederet, niſi qui cenſum equeſtrem haberet*: exceperat etiam eos, qui infames ſunt: porro qui artem ludicram exercent, ex Prætoris edicto *de his qui notantur infamia*, infames habentur. TURNEB.

88. *In quatuordecim primis ordinibus.*] Vide Petr. Pithœum Adverſ. lib. 2. cap. 17. pag. 799. Lamp. Critic. Part. 11. *In quatuordecim ordinibus.*] Ubi equites, & qui equeſtrem cenſum habebant, ſedebant ſpectaturi ludos. Vide Suetonium. CAPPER.

89. *In hortis.*] Pithœus, *populo Romano in orcheſtra oſtenderat*: ſed huic repugnare puto verbum *productus*, quod de eo, qui in orcheſtra artem ludicram exercuit, recte dicitur; non qui in hortis egit hiſtrionem, ut recte Petrus Faber, lib. 1. ſemeſtr. cap. 20. ubi Pithœum, quocum inter ſermones familiares de hoc loco egerat, refutat; & egregie docet privatos ludos in hortis editos; & hinc domeſticos habebant hiſtriones luxurioſi, de quibus Fornet. rer. quotid. v. 29. & Domitianus, cum interdixiſſet ſcenam hiſtrionibus, conceſſit intra domum jus exercendi. Sueton. Domit. VII. honeſtius tamen fuiſſe ſcenæ operam locare, quam gladiatoris ſpectaculis, colligi poteſt ex leg. 1. §. 6. ff. de poſtul. & leg. 3. ff. de his qui not. infam. quia, qui modo locavit operam, ut cum beſtiis depugnaret, infamia notatur; non vero, qui ſcenæ locavit; ſi modo non *prodierit*, ſive, ut hic dicitur, *productus* fuerit: in hoc conſilium non punitur: in illo vero infamiæ pœna eſt, ſive depugnaverit, ſive non. BURMAN. *In hortis oſtenderat.*] Ut artis gladiatoriæ, vel ſcenicæ ſpecimen ederet. CAPPER.

90. *Neque erat productus.*] Non prodierat in arenam gladiatoriam, vel in amphitheatrum, aut in proſcenium. CAPPER.

91. *Depulſio; non exercui.*] *Depulſio erit rei*; MS. Bodl. Andr. *Depulſio.*] Cujus explicationi ſupra datæ hæc addes. Hæc eſt, quam poſt Ariſtotelem Hermogenes in *Partitionib.* ſect. 7. & lib. 2. *de Inventione* cap. 5. ἔνστασιν appellat, & Juſtinianus Imperator *inſtantiam*, lib. 4. Inſtitut. tit 16. *Reus*, inquit, *non aliter ſuis allegationibus utitur, niſi prius juraverit, quod putans ſe bona* inſtantia *uti, ad contradicendum pervenit*. CAPPER.

92. *Quæſtio, quid ſit artem ludicram exercere.*] Quæ quidem quæſtio eſt in *ſtatu definitivo*. CAPPER.

93. *Depulſio erit rei.*] Τῷ φεύγοντι ejus qui reus eſt, *cauſſam* dicit, accuſatur. CAPPER.

94. *Si excitatus fuerit de ſpectaculis.*] Id eſt, ſi expulſus, e loco ſurgere juſſus, extruſus, deturbatus. Ita lib. 5. cap. 7. *teſtem ſubornatum in ſubſellia adverſarii mittere, ut inde excitatus plus noceat*. CAPPER.

95. *Aget injuriarum.*] Supple, *actione*, *judicio*: quæ ellipſis eſt apud Juriſconſultos uſitatiſſima. CAPPER.

96. *Accidet.*] *Accidit*; Steph. Voſſ. prim.

97. *A pluribus.*] *A plurimis*; V. C. Alm. Bern.

98. *Feciſti.*] Inquit actor, accuſator, &c. CAPPER.

99. *Non feci, aut recte feci.*] Reſpondet ὁ reus. CAPPER.

100. *Viderimus tamen.*] Hanc opinionem Fabius non improbat; ſed exactius expendit, quaſi non ſit *ſtatus*, quæſtio, quæ apparet ex *intentione* & *depulſione*; ſed in illa quæſtione ſit *ſtatus*, ut in hac quæſtione, *an fecerit*, eſt *conjectura*; *an recte fecerit*, additis firmamentis & rationibus, *ſtatus* apparet. TURNEB. In cujus poſtremis verbis deeſſe videtur τὸ *qualitatis*; hæc enim quæſtio *an recte fecerit*, ipſummet *qualitatis ſtatum* efficit. CAPPER.

101. *Subjecta res.*] Τὸ ὑποκείμενον; vulgo, litis materia. CAPP.

[102] probationes etiam partium referantur. Noſtra opinio ſemper hæc fuit; ut, [103] quum eſſent frequenter in *cauſſa* diverſi quæſtionum *ſtatus*, in eo crederem *ſtatum cauſſæ*, [104] quod eſſet in ea potentiſſimum, & [105] in quo maxime res verteretur. Id ſi quis *generalem quæſtionem*, vel *caput generale* [106] dicere malit, cum hoc mihi non erit pugna; non magis, quam ſi aliud adhuc, quo idem intelligatur, ejus rei nomen invenerit: quanquam tota volumina in hanc diſputationem impendiſſe multos ſciam, nobis *ſtatum* dici placet. [107] Sed cum in aliis omnibus inter ſcriptores ſumma diſſenſio eſt, tum in hoc [108] præcipuum videtur mihi ſtudium quoque diverſa tradendi fuiſſe: adeo [109] nec qui ſit numerus, nec quæ nomina, [110] nec qui generales, quive ſpeciales ſint *ſtatus*, convenit. [111] Ac primum Ariſtoteles elementa decem [112] conſtituit, circa quæ verſari videatur omnis quæſtio. [113] Οὐσίαν, quam [114] Flavius *eſſentiam* vocat; [115] neque ſane aliud eſt ejus nomen Latinum; [116] ſed ea quæritur *an ſit*. [117] *Qualitatem*, cujus apertus [118] intellectus eſt. *Quantitatem*, quæ dupliciter a poſterioribus diviſa eſt; [119] quam

102. *Probationes partium.*] Partium diverſatum, quibus tota lis conſtat. CAPP.

103. *Quum eſſent.*] *Ut cum eſſent, &c. in eo crederem;* Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Voſſ. ſecund. in aliis quibuſdam legitur, *quum eſſent .... in eo credere;* atque ita edidit. Burmannus. CAPPER.

104. *Quod eſſet in ea potentiſſimum, & in quo maxime res verteretur.*] Eadem eſt fere Sulpicii Victoris opinio, pag. 250. Rhetorum Pithœan. ubi ſic habet. *Status eſt ſumma queſtio, ad quam referenda eſt omnis oratio.* CAPP.

105. *In quo maxime res verteretur.*] Hoc intelligendum eſt de *cauſſa* ſimplici; nam alioqui *cauſſa* conjuncta plures habere *cauſſæ ſtatus* poteſt æque principales, ut *repetundarum cauſſa*. TURNEB. *Verſaretur;* Andr.

106. *Dicere malit.*] *Mallet;* V. C. Alm. Voſſ. ſecund.

107. *Sed cum.*] Hinc novum caput orditur Pinus. *Sed cum in aliis.*] Nunc ad poſtremum membrum accedit, *quot ſint ſtatus;* in quo minor, quam in duobus prioribus, eſt auctorum diverſitas. TURNEB. Qui certe non *minor*, ſed *major* ſcribere debebat, ut patet ex his Fabii verbis: *cum in aliis omnibus inter ſcriptores ſumma diſſenſio eſt, tum in hoc præcipuum*, &c. fuerit forſan error typographicus; ita enim legitur in Turnebiani Commentarii editione facta Pariſiis an. 1556. CAPPER.

108. *Præcipue.*] *Videtur mihi præcipuum;* Venet. Locat. Col. Par. Vaſc. Gryph. Colin. Baſil. Steph.

109. *Nec qui ſit numerus, nec quæ nomina.*] Supple, *ſtatuum*. CAPPER.

110. *Nec qui generales.*] Generales ſunt *ſtatus*, *ſtatus rationales*, *an ſit*, *quid ſit*, *quale ſit*; ſpeciales vero *legales*, quia ſunt tanquam *rationalium* quædam ſpecies. TURNEB. Sic etiam e *ſtatu qualitatis* oriuntur *ſtatus* quidam ſpeciales; nam *ſtatus qualitatis* dividitur in *abſolutum* ἀντίληψιν, & in *aſſumptivum* ἀντίθεσιν. Hic ſubdividitur in *relationem* ἀντέγκλημα, *remotionem* μετάστασιν, *comparationem* ἀντίστασιν & *deprecationem*, ſeu *veniam* συγγνώμην: *ſtatus* porro *legales* οἱ νομικοὶ quatuor ſunt; *de ſcripto & voluntate* περὶ τοῦ ῥητοῦ καὶ τῆς διανοίας, *ambiguitas* ἀμφιβολία, *leges contrariæ* ἀντινομία, *ſyllogiſmus* συλλογισμός. Adde Hermagoræ & Hermogenis τὴν πραγματικὴν στάσιν *ſtatum negotialem*, τὴν δικαιολογικὴν *juridicialem*, & τὴν μετάληψιν *tranſlationem*, ſeu *tranſlativam cauſſæ* conſtitutionem; atque hi fere ſunt omnes quæſtionum oratoriarum *ſtatus*, de quibus tam fuſe Quinctilianus hoc capite. CAPPER.

111. *Ac primum Ariſt.*] Uſum prædicamentorum, quæ κατηγορίας vocat Ariſtoteles, poſitum aiunt dialectici in vocum certis ordinibus, ex quibus propoſitiones demum fiant, & quo pacto ſimplices res, rationeſque ad ſua genera poſſint perduci, & immenſa vocum rerumque turba in illos ordines deſcripta non amplius tumultuaretur. Fabius vero altius cernens retulit ad quatuor quæſtiones, quas tractat Ariſt. primo capite lib. 2. poſt. & libr. primo *Top*. Hæc autem *elementa*, inquit Valla lib. 1. cap. 1. Dial. Quinctilianus vocat, quod ſenſus cæterorum vocabulorum ad iſta, tanquam ad elementa & principia referantur; ob eamque rem dicuntur *genera*, quod ex his cætera ſignificata gignantur, &c. quæ ſequuntur; Fortunatianus lib 3. ἀδιαιρέτους partes, ſine quibus nulla controverſia fieri poſſit; ſimiliter & Hermagoras μόρια περιστάσεως; Theodorus στοιχεῖα, id eſt, *elementa*, quod ex eorum conjunctione quæſtiones fiant, perinde atque ex literis ſyllabæ & verba connectuntur. Eſſe autem ſeptem ait. quas Græci ἀφορμὰς vocant. Hæc ille. TURNEB. Στοιχεῖα *initia*, ut mundi, vel humor, vel ignis, vel materia, vel corpora inſecabilia. Vide Boëth. lib. 2. Arithm. Porphyrii fragment. de x. prædic. PITHOEUS.

112. *Conſtituit.*] *Inſtituit;* V. C. Alm.

113. *Οὐσίαν, quam Flavius eſſentiam.*] Videndus M. Ant. Muretus Var. lect. libr. 15. cap. 20. pag. 1153. Lamp. Crit. Part. 2. Seneca Epiſt. 59. Sidon. Apollin. Epiſtola ad Polemium. PAREUS. *Οὐσίαν, quam Flavius eſſentiam vocat.... ea quæritur an ſit.*] Igitur hoc in loco οὐσία *eſſentia*, ſive, ut mox dicet, *ſubſtantia*, eſt ipſamet rei exiſtentia τὸ ὅτι ἐστὶ, non autem natura τὸ τί ἐστι. Hinc apud Rhetoras στάσις οὐσίας, eſt ipſe *ſtatus conjecturalis*, vel quæſtio de rei exiſtentia; Hermogeni de *partitionib.* pag. xi. οὐσιώδης ἔλεγχος *exiſtentiæ probatio;* ubi Gaſpar Laurentius perperam vertit, *probationem ab ipſa re deſumptam*. Vide argumentum in Æſchinis orationem contra Cteſiphontem. Lege & Fortunatianum pag. 45. Rhetor. Pithœan. ubi τὸ περὶ οὐσίας optime explicatur, & a quæſtione τοῦ facti, ſeu actionis perpetratæ quadamtenus diſtinguitur. CAPPER.

114. *Flavius.*] *Plautus;* MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. Andr. Ald. Colon. Sich. Colin. Baſil. marg. Vaſcoſ. Vide lib. 11. cap. 14. *Plancus;* Voſſ. ſecund.

115. *Nec ſane eſt aliud ejus nomen Latinum.*] De hoc vide lib. 2. cap. 14. & lib. 8. cap. 3. Seneca item Epiſtola quadam τὸ ὂν καὶ τὴν οὐσίαν Latine exprimi poſſe negat. Flavius *eſſentiam*, ſeu *entiam*, dura quidem, ſed pene ſola appellatione uſus eſt. Namque ſubſtantia οὐσίαν non exprimit; cum aliud *eſſe* intelligamus εἶναι, aliud *ſubſtare* & *ſubſiſtere*, quod Græcis ὑπάρχειν. Certe neque *eſſentia*, neque *ſubſtantia* Cicero unquam eſt uſus; ſed antiquo verbo *natura* locis pene infinitis, ut lib. *Tuſc. quæſt.* 1. Quod enim omnes dicunt, Ariſtotelem inveniſſe *quintam eſſentiam*, ille *naturam* appellat his verbis: *Ariſtoteles his omnibus (Platonem ſemper excipio) præſtans & ingenio & diligentia, cum quatuor nota illa genera principiorum eſſet complexus, e quibus omnia orirentur, quintam quamdam naturam cenſet eſſe, e qua ſit mens.* Ubi vocabulum hoc uſurpat pro οὐσία, non pro φύσει. Quod & divus Auguſtinus non ignoravit, qui principio 2. libri de moribus Manichæorum ait: *Nam & ipſa natura nihil aliud eſt, quam id quod intelligitur in ſuo genere aliquid eſſe.* Itaque, ut nos jam novo nomine ab eo, quod eſt *eſſe*, vocamus *eſſentiam*, quam plerumque *ſubſtantiam* etiam nominamus; ita veteres, qui hæc nomina non habebant, pro *eſſentia* & *ſubſtantia*, *naturam* vocabant. TURNEB. Muretus tamen variar. lection. lib. 15. cap. 20. ab ipſo Cicerone uſurpatum fuiſſe τὸ *eſſentiæ* nomen contendit, & probat ex Epiſtola 59. Senecæ, & ex præfatione Sidonii Apollinaris ad Epithalamium Polemio dictum. Vide quæ ſupra notata ſunt ad cap. 14. lib. 2. CAPPER.

116. *Sed ea quæritur an ſit.*] *Subſtantiam* latius accipit Fab. quam Ariſtoteles; ut ad ea omnia pertineat, in quibus quæritur de rei (ut ita dicam) exiſtentia; ac ſecutus eſt *etymologiam* nominis, & quæſtionis rationem TURNEB.

117. *Qualitatem.*] *Qualitatem*, & *qualia* Cicero etiam vocat, 1. quæſt. Acad. quas Græci ποιότητας, quod ipſum non eſt apud Græcos vulgi verbum, ſed philoſophorum. Ea eſt autem, per quam dicimus *quales*, id eſt, certa quadam affectione præditi. TURNEB.

118. *Intellectus.*] Hoc eſt, ſignificatus vel ſignificatio. CAPPER.

119. *Quam magnum, & quam multum.*] *Magnitudo* quantitas eſt continua, quæ copulatas aliquo vinculo habet partes: *multitudo* vero quantitas eſt diſcreta, cujus partes non aliquo vinculo copulantur. TURNEB.

magnum, & quam multum ſit. [120] *Ad aliquid*, unde ductæ [121] *tranſlatio*, [122] *& comparatio*. Poſt hæc *ubi*, & *quando*; deinde [123] *facere*, *pati*, *habere*, quod eſt quaſi [124] armatum eſſe, & veſtitum eſſe. Noviſſime, [125] κεῖσθαι, quod eſt [126] compoſitum eſſe quodammodo; [127] ut *ſedere*, *ſtare*, *jacere*. Sed ex his omnibus [128] prima quatuor ad *ſtatus* pertinere, cætera [129] ad quoſdam *locos* argumentorum videntur. [130] Alii novem elementa poſuerunt. [131] *Perſonam*, [132] qua de animo, corpore, [133] extra poſitis, quæratur: quod pertinere [134] *ad conjecturæ* & *qualitatis* inſtrumenta video. [135] *Tempus*, quod χρόνον vocant, ex quo quæſtio, *An is quem*, [136] *dum addicta eſt*, *mater peperit*, *ſervus ſit natus*. [137] *Locum*, unde controverſia videtur, *An fas fuerit Tyrannum in templo occidere*: *an exulaverit*, *qui domi latuit*. [138] *Tempus* iterum, quod καιρὸν appel-

120. *Ad aliquid.*] Πρός τι, quod Cicero in *Top.* vertit, id quod cum aliquo confertur, ut *duplum ſimplum*, *multa pauca*, *longum breve*, *majus minus*. Ex quo duplex emanat quæſtio; *comparativa*, *uter dux melior*, *Scipio an Annibal*; *tranſlativa*, an huic in hunc ſit agendi jus. TURNEB. *Ad aliquid.*] Τὸ πρός τι, quod vulgo *relationis* nomine appellant. CAPPER.

121. *Tranſlatio.*] Quæ vox explicatur in hiſce ſequentibus: *Sed in illas quoque tranſlativas, ut ſupra ſignificavi, quæſtiones incidunt* [malim, *incidit*: nempe hoc ultimum τὸ πρός τι] *an huic jus agendi ſit*, *vel facere aliquid conveniat*, *an contra hunc*, *an hoc tempore*, *an ſic*. CAPP.

122. *Et comparatio.*] Cui vocabulo lucem afferunt quæ ſequuntur in hoc eodem capite: *Ad aliquid*; *hoc ultimum maxime in comparativo genere verſari putat* [Theodorus], *quoniam* melius ac pejus, majus ac minus, *niſi alio relata non intelliguntur*. CAPP.

123. *Facere*, *pati*, *habere.*] Logicis noſtris, *actio*, *paſſio*, *habitus*. CAPP.

124. *Armatum eſſe & veſtitum.*] *Armatum eſſe*, *veſtitum eſſe*; V. C. Alm.

125. Κεῖσθαι.] Συγκεῖσθαι; Andr. Ven. Colon. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Voſſ. ſecund.

126. *Compoſitum eſſe.*] Hoc prædicamentum ſignificat quamdam corporis poſitionem, & quemdam ſitum; ut *rectum eſſe*. TURNEB.

127. *Calefacere*, *ſtare*, *jacere.*] Conjecturis aliquot in ſuſpicionem venio, locum hunc ab oſcitante aliquo ſcriptore confuſum, quod exempla adducta in *elemento* ipſius *ſitûs*, parum cum Ariſtotelis mente cohæreant; qui certe *calefacere* exemplum ponit *elementi facere*, & *iraſci* quoque, cum nulla ratione ad ſententiam quadret, commodius referatur ad *paſſionis* genus. Eſt autem, auctoribus philoſophis, *ira* paſſio; neque dubito, quin docti, qui vel per tranſennam Ariſtotelem inſpexerint, nobis ſint ſuffragaturi. MOSELLANUS. Duo *calefacere* & *iraſci*, *ſitum* non videntur ullum habere, ut *ſtare*, *ſedere*: proinde expungunt eruditi & alia ſubſtituunt. Moveor exemplarium conſenſu. Quid ergo? ſi qua excuſandi ratio fuerit, nimirum iſta, *calefacere* accipi poſſe calefaciendi *ſitum*, aut certe conjiciemus eſſe mixta exempla *actionis* & *ſitus*. Quæ ita diſputo, ut non omnino diſpliceant, qui eo loco movent hæc velut ſpuria & adulterina. PINUS. *Calere*, *facere*, *ſtare*, *iraſci*: MSS. Joan. Bal. Alm. Andr. *calefacere*, *ſtare*, *iraſci*: Ven. Locat. Ald. Sich. Gryph. Colin. Vidov. marg. Steph. *calere*, *ſtare*, *iraſci*: MS. Bodl.

128. *Prima quatuor ad ſtatus pertinere . . . . videntur.*] Nam 1°. οὐσία facit *ſtatum conjecturalem*, ſeu quæſtionem de facto. 2°. qualitas parit *ſtatum qualitatis*, ubi quæritur an res bona, malave ſit; actio juſta necne. 3°. quantitas efficit *ſtatum quantitatis*, de quo infra. 4°. τὸ *ad aliquid*, ſecundum nonnullos Rhetoras eſt etiam quoddam *ſtatûs* genus, quod duas continet ſpecies; nempe *tranſlationem*, ſeu *tranſlativam cauſæ* conſtitutionem [vulgo *exceptionem declinatoriam*] & *comparationem*, ſeu *ſtatum comparativum*: de quibus paulopoſt, ut & lib. 7. cap. 5. CAPPER.

129. *Ad quoſdam locos argumentorum.*] Alludit ad *locos communes* oratorios *intrinſecos*: atqui τὸ *ubi*, *quando*, *ſitus*, & *habitus*, ſunt *loci* a circumſtantiis, ſeu *adjunctis*: *actio* autem & *paſſio* pertinent ad *locum a cauſis* & *ab effectibus*. CAPPER.

130. *Alii novem elementa.*] Videtur hæc opinio eſſe Theodori; ille enim *circumſtantias* appellat elementa: auctor Fortunatianus. TURNEB.

131. *Perſonam.*] Cujus tripartitam eſſe volunt controverſiam ex triplici bonorum genere; corporis, animi, & extra poſitorum, ſive fortuitorum: quæ ad *conjecturæ* probationes pertinent, quod rei factæ aut fidem adferant aut detrahant: *ad qualitatem* vero, quod animus ſæpe excuſat injuriam, & tam corporis, quam fortunæ præſidia & adjumenta in utramque partem *qualitatis* valent plurimum: ſed de hoc fuſe lib. 5. TURNEB.

132. *Qua de animo.*] *In qua*; MSS Bodl. Joan. Bal. Voſſ. Alm. Andr. Venet. Locat. Ald. Steph. Baſil. Obrecht.

133. *Extra poſitis.*] *Et extra poſitis*; MSS. Bodl. Alm. Andr. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Vidov. Ita mox cap. ſeq. *quæſtionem aut in rebus extra poſitas*, *aut in noſtris opinionibus exiſtimat poſitam.*

134. *Ad conjecturæ & qualitatis inſtrumenta.*] Πρὸς τὰ σκεύη ad apparatum & quaſi ſupellectilem *ſtatuum conjecturalis*, & *qualitatis*. Sic lib. 7. cap. 2. *ſed ea pertinet ad qualitatem*, *quæ alterius ſtatus inſtrumentum eſt.* CAPPER.

135. *Tempus.*] Intelligitur autem tempus generale, quod nullam habet circumfinitionem; dividiturque in præteritum, præſens, & futurum. Vide hac de re Fabium libr. 5. TURNEB.

136. *Nondum addicta eſt mater.*] *Non* particula, ne ſenſum confundat, videtur eradenda; ut legatur, *an is*, *quem*, *dum addicta eſt*, *mater*: addicti autem dicuntur, qui ad tempus ſe creditoribus vendunt: unde eſt titulus apud JCtos *de in diem addictione*, quem, utpleraque alia, vulgus leguleiorum corrupte legunt, *de in diem adjectione*: quod quidem grande flagitium eſt. REGIUS. *Addicti* vocantur, qui obſtricti ære alieno, cum ſolvendo non ſint, addicuntur a Prætore ad corporis ſervitutem, donec opera pária faciat cum accepta pecunia. TURNEB. Hæc controverſia diſtinctione dirimitur, cum addicti proprie non ſint *ſervi*; ſed *eſſe in ſervitute*, vel *pro ſervis*, * nec *ſervire ſervitutem* dicebantur. Sic noſter lib. VII. 3. cum quæritur, *an addictus*, *quem lex ſervire*, *donec ſolveretur*, *jubet*, *ſervus ſit*; *altera pars finit ita*: *Servus eſt*, *qui eſt jure in ſervitute*; *altera*, *qui in ſervitute eſt eo jure*, *quo ſervus*, *aut*, *ut antiqui dixerunt*, *qui ſervitutem ſervit*, &c. lib. V. cap. 10. *aliud eſt ſervum eſſe*, *aliud ſervire*: *qualis eſſe in addictis quæſtio ſolet.* Talem *addictum* pro libero fuiſſe permiſit Auguſtus apud Sueton. 24. *Equitem Romanum liberto ſuo addixit*, *ut relegatum in agros pro libero eſſe ſineret*; ubi intelligere debemus equitem illum opera facere ſervilia coactum fuiſſe in agro, ſed *caput* & ſtatum non mutaſſe, & libertatem & civitatem retinuiſſe: quo alludit Senec. de vita beata XVI. *Hic*, *qui ad ſuperiora progreſſus eſt*, *& ſe altius extulit*, *laxam catenam trahit*, *nondum liber*, *jam tamen pro libero*; & eodem modo capiendum eſt in lib. 2. ff. de off. Prætor. Barbarium Philippum non fuiſſe Prætorem, ſed prætura tantum functum, vel fuiſſe pro Prætore, ut egregie explicat J. a Coſta ad Decretales, pag. 54. BURMAN. In ſuperiore nota Raphaelis Regii eſt aliquid reprehenſione dignum, quod neſcio cur impune abire ſiverit eruditus Burmannus; nam ἡ *in diem addictio* apud Juriſconſultos nullam habet affinitatem cum illis *addictis* a Fabio memoratis. Et certe lex ipſa venditionis *in diem addictio* vocatur, toto titulo *de in diem addict.* quam ita concipi ſolitam conſtat: *Ille fundus centum eſto tibi emptus*, *niſi ſi quis intra Kalend. Jul. proximas meliorem conditionem fecerit*, *quo res a domino abeat.* Leg. 1. π. *de in diem addict.* Leg. 3. π. *quibus modis pign.* Vide Briſſonium de formulis. CAPP.

137. *Locum.*] Locus ut in *conjectura*, probationum; ſic in *qualitate*, materiam præbet quæſtionum, auctore Fab. lib. 5. TURNEB.

138. *Tempus iterum*, *quod καιρόν.*] Speciale quoddam tempus, id eſt, occaſionem opportune, an ſecus agendi; quædam enim alio alioque tempore melius geruntur. TURNEB. Recte autem diſtinguit χρόνον & καιρόν. Ita Actor. 1. 7.

οὐχ ὑμῶν ἐστὶ γνῶναι χρόνους, ἢ καιρούς.

& Sophocl. Electra verſ. 1293. dixit καιρὸν χρόνου; & ita ἐν καιρῷ Lucas XII. 42. & XX. 10. & Æſchyl. Prometh. verſ. 380;

lant. Hanc autem videri volunt ſpeciem illius temporis; ut æſtatem, vel hyemem. [139] Huic ſubjicitur ille in peſtilentia comeſſator. *Actum*, id eſt πρᾶξιν, quod eo referunt; *ſciens commiſerit*, *an inſciens*; *neceſſitate*, *an caſu*, & talia. *Numerum*, qui cadit in ſpeciem quantitatis, [140] *An Thraſybulo triginta* [141] *præmia debeantur*, [142] *qui tot tyrannos ſuſtulerit.* [143] *Cauſſam*, cui plurimæ ſubjacent lites, quoties factum non negatur; ſed [144] quia juſta ratione ſit factum, defenditur. [145] Τρόπον, cum id, quod alio modo fieri licet, alio dicitur factum: hinc eſt, *adulter loris cæſus*, vel *fame necatus*. *Occaſionem factorum*, quod eſt apertius, quam ut vel interpretandum, vel exemplo ſit demonſtrandum: tamen ἀφορμὰς ἔργων vocant. Hi quoque nullam quæſtionem extra hæc putant. Quidam detrahunt duas partes, *numerum* & *occaſionem*; & pro illo, quem [146] dixi, actu ſubjiciunt res, id eſt, πράγματα. Quæ ne præteriiſſe viderer, ſatis habui attingere. [147] Cæterum his nec *ſtatus* ſatis oſtendi, nec omnes contineri [148] *locos* credo: quod apparebit diligentius legentibus, quæ de utraque re dicam. Erunt enim plura multo, quam quæ his [149] elementis comprehenduntur. [150] Apud plures auctores legi placuiſſe quibuſdam, unum omnino *ſtatum* eſſe *conjecturalem*. Sed quibus placuerit, neque illi tradiderunt, neque ego uſquam reperire potui. [151] Rationem tamen hanc ſecuti dicuntur, quod res omnis [152] *ſignis* colligeretur: [153] quo modo licet [154] *qualitatis* quoque ſolum *ſtatum* faciant; quia ubique, qualis ſit cujuſque rei natura, quæri poteſt. Sed [155] utrocumque modo [156] ſequetur ſumma [157] confuſio. [158] Neque intereſt, [159] unum quis *ſtatum* faciat, an nullum, ſi omnes *cauſſæ* ſint conditionis ejuſdem.

& εἰς καιρὸν, Eurip. Hipp. verſ. 899. pro *tempore, opportune*; & καιρὸν ſimpliciter, Ajac. verſ. 34. & 1325. Hoc Latini, qui utramque ſignificationem voci *temporis* tribuunt, cum volunt diſtinguere, dicunt *tempus & diem*; ut Nepos in Pelop. 2. ubi Lambinus male æſtuat: vel dicunt *hora & tempus*, ut Sil. XI. verſ. 194.

——— *Nunc hora, viri, nunc tempus, adeſte.*

quare nihil temere mutarem apud eumdem lib. V. verſ. 85.

——— *dabunt idem tempuſque diemque*
Pugnandi.

ubi vide quæ adduxit egregius Drakenburgius. Sic & *tempus & hora.* Ovid. in Ibin, verſ. 138.

Leniat aut odium tempus & hora meum.

& ita Matthæus Evang. XXIV. 36. περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν: & ita ἐν ὥρᾳ ἐλθεῖν dixit Pindarus VI. Olymp. 47. quod Terentius dixit *in tempore venire*, & quod noſter dicit καιρὸν ſpeciem temporis, ut æſtatem vel hyemem, notare; ita in illo Lucæ loco XX. 10. ἐν καιρῷ vindemia notatur; & ita forte apud Euripid. Hecub. verſ. 592.

——— οὐκ οὖν δεινὸν, εἰ γῆ μὲν κακὴ
Τυχοῦσα καιροῦ θεόθεν, εὖ ϛάχυν φέρει.

non igitur mirum ſi terra quidem mala nacta bonum tempus divinitus, bonam ſegetem ferat; ubi vertunt *bonum cœlum*, & Scholiaſtes τυχοῦσα * εὐκαιρίας: ſed bonum tempus ibi notat anni tempus, ut æſtatem, vel autumnum fertilem, & aptum frugibus producendis; & ita ὥρα etiam præcipue de æſtate, unde ὡραῖοι fructus, de quibus egregie ſummus Grævius, Lect. Heſiod. cap. 11. & de verno tempore ſumi docuit vir illuſtris Spanhem. ad Callim. Hym. in Apoll. 81. & de trimeſtri ſpatio, quo quatuor anni tempeſtates definiuntur, ſumi Anthol. lib. III. cap. 5. pag. 301. adnotavit Obſopæus. BURMAN.

139. *Huic ſubjicitur.*] Id eſt, huic generi ſubjicitur, ad hoc quæſtionis oratoriæ genus revocatur illa *cauſſæ* litiſve ſpecies, quam ſuppeditat ille comeſſator, &c. CAPPER. *Huic ſubjicitur.*] Fortuita eſt hæc occaſio; unde trahitur illud *declamationis* argumentum, de eo qui, invaleſcente peſte, epulas celebrabat, & paſſim ſe vino ciboque explebat, ut crimen totum illi ex eo confletur, quod per occaſionem alienæ calamitatis ipſe luxu diffluerct, itaque peſtem invexiſſe & auxiſſe crederetur. Vide lib. 5. de *locis* argumentorum. TURNEB.

140. *An Thraſybulo.*] Lacedæmonii, Athenienſibus ſuperatis, triginta prætores impoſuerunt, qui tyrannidem occuparunt, & a Thraſybulo ſublati ſunt: is tamen duntaxat corona oleagina donatus eſt. Vide Juſtinum. TURNEB.

141. *Præmia debeantur.*] *Præmio*; MS. Bal.

142. *Qui tot Tyrannos.*] *Quia*; V. C. Alm. & Obrechtus.

143. *Cauſſam.*] Huc pertinent omnes quæſtiones *cauſſarum*, in quibus jure factum defendimus: ſed de his omnibus fuſius Fabius lib. 5. de *locis* argumentorum. TURNEB.

144. *Quia juſta ratione factum ſit, defenditur.*] Qui *ſtatus* eſt *qualitatis*. CAPPER.

145. Τρόπον.] Id eſt, modum. CAPPER.

146. *Dixi actu.*] *Actum*; V. C. Alm.

147. *Cæterum his.*] Communi utitur reprehenſione, eamque breviter concludit. TURNEB.

148. *Locos.*] Hoc eſt, *locos communes* oratorios, unde argumenta ſolent erui. CAPPER.

149. *Elementis.*] Στοιχείοις, id eſt, primis principiis & generaliſſimis quæſtionum oratoriarum. CAPPER.

150. *Apud plures.*] Nunc enumerat varias opiniones de *ſtatuum* numero; quibus expoſitis, quid ipſe ſentiat, explicabit. TURNEB.

151. *Rationem hanc ſecuti, quod.*] Aliam fortaſſe rationem ſuppeditare poſſet Hermogenes in *Partitionib.* pag. 19. ubi ſic habet, τὰ περὶ ϛοχασμοῦ..... σχεδὸν εἰς ἅπαντα συντελεῖ τὰ μετ' αὐτά; id eſt, quæ ad *conjecturalem ſtatum* attinent, ea ad ſequentes quoque *ſtatus* fere omnes conferunt. CAPPER.

152. *Signis colligeretur.*] *Signum locus* eſt *conjecturalis*; eſt enim nota quædam, quæ ſub ſenſum cadit, & ex ſe aliquid indicat: hi autem *ſigna* accipiunt pro quacumque veriſimili probatione, aut etiam neceſſaria, quæ in omnibus *ſtatibus* reperitur. TURNEB. De *ſignis* vide Cornific. ad Herenn. lib. II. cap. 4. & noſtrum lib. V. cap. 9. ALMEL. *Signis.*] Σημείοις. Sunt autem *ſigna* σημεῖα ſpecies argumentorum veriſimilium, cujuſmodi Rhetorica ſolet adhibere: quomodo differant a τεκμηρίοις, quæ aliter ſe habere non poſſunt, & rem certiſſime probant, vide ad lib. 5. cap. 9. CAPPER.

153. *Quo modo libet.*] L. Vallæ codex habet, *quo modo licet qualitatis*, &c. quæ lectio communior eſt. Reprehendit autem opinionem ſuperiorem ab abſurdo. TURNEB. *quo modo libet*; Ven. Locat. Ald. Colon Sich. Gryph. Colin. Baſil.

154. *Qualitatis quoque.*] Locus hic integer non eſt: eum ſic emendabis: *Sunt qui qualitatis quoque ſolum* ſtatum *facerent.* PHILAND. Sed quam Philander emendationem proponit, ea neceſſaria non eſt. Verborum Fabii ſenſus facile conſtabit, ſi modo, quod ſæpe fit, particula *ut* poſt τὸ *licet* ſubintelligatur. CAPPER.

155. *Utrocumque.*] *Utroque*; Steph. Voſſ. prim.

156. *Sequetur.*] *Sequeretur*; V. C. Alm.

157. *Confuſio.*] Sive enim *conjecturam*, ſive *qualitatem* ſolam, magna quædam orietur obſcuritas; quia diſtingui in tot ſpecies quæſtionum non poſſunt. TURNEB.

158. *Neque intereſt.*] Quemadmodum, ſi nullus eſſet *ſtatus* definitus, labi nemo poſſet eo eligendo, cum fortuito obtigiſſet; ita, ſi unum eſſe dicis, omnes ſimiles facis *cauſſas*; neque proinde errare poteris; naturam enim ducem ſequeris. TURNEB.

159. *Unum quis.*] *Utrum quiſque*; MSS. Bodl. Alm. *Utrum quiſque ſtatum unum faciat*; Andr.

[160] *Conjectura* dicta eſt a *conjectu*, id eſt, directione quadam rationis ad veritatem: unde
etiam [161] ſomniorum atque ominum interpretes *conjectores* [162] vocantur. [163] Appella-
tum tamen eſt hoc genus varie, ſicut in ſequentibus apparebit. [164] Fuerunt qui duos VIII.
ſtatus facerent: [165] Archidemus *conjecturalem*, & *finitivum*, excluſa *qualitate*; quia ſic
de ea quæri exiſtimabat, [166] quid eſſet iniquum, quid injuſtum, quid dicto audien-
tem non eſſe: [167] quod vocat, [168] *de eodem & alio.* [169] Huic diverſa ſententia eorum
fuit, qui duos quidem *ſtatus* eſſe [170] voluerunt, ſed [171] unum *inficialem*, [172] alterum
juridicialem. [173] *Inficialis* eſt, quem nos dicimus [174] *conjecturalem*, cui ab inficiando
nomen alii in totum dederunt, alii in partem, quia accuſatorem *conjecturâ*, reum in-
ficiatione uti putaverunt. *Juridicialis* eſt qui [175] δικαιολογικὸς Græce dicitur. Sed quem-
admodum ab Archidemo *qualitas* excluſa eſt, ſic ab his repudiata [176] *finitio*; [177] nam
ſubjiciunt eam *juridiciali*; quærendumque arbitrantur, *juſtumne ſit*, [178] *ſacrilegium*

160. *Conjectura.*] Quia *ſtatus* princeps eſt *conjectura*, unde ejus nomen trahatur, exponit; nempe a *conjectu*, qui eſt agitatio mentis ſolers ad veritatem *ſignis* eliciendam. De hoc vero fuſe paulo poſt. TURNEB. *Conjectura a conjectu, &c.*] Itaque *ſtatus conjecturalis* ideo dicitur, quia id intendit, ut mens auditoris vel judicis ad veritatem alicujus facti detegendam *conjiciatur*, ſeu dirigatur; ſed non vocatur *conjecturalis* eo præciſe, quod *conjecturis*, id eſt, levioribus argumentis & rationum momentis utatur; hic enim *ſtatus* certiſſimas & demonſtrativas probationes aliquando adhibet, ut patet ex his Fabii verbis lib. 5. cap. x. *Ad* conjecturam *plurimum confert* [tempus], *ut cum interim probationes inexpugnabiles afferat; quales ſunt, ſi dicatur ſignator, qui ante diem tabularum deceſſit; aut commiſiſſe aliquid, vel cum infans eſſet, vel cum omnino natus non eſſet*: igitur Quinctiliani *etymologia* probabilior eſt, quam quod hac de re ſcripſerunt Cicero 1. *de Invent.* num. x. *Cum facti controverſia eſt, quoniam conjecturis cauſa firmatur, conſtitutio* conjecturalis *appellatur.* Herennianus Rhetor lib. 1. num. 18. *Hic, quoniam conjectura verum quæritur, de facto erit controverſia, & ex eo conſtitutio cauſſa* conjecturalis *nominatur.* Marius Victorinus in 1. Ciceronis *de Invent.* pag. 106. Rhetor. Pithœan. *Huic conſtitutioni quoniam incerta & non apparentia conjecturis vel ſuſpicionibus indagantur, recte conjecturæ nomen impoſuit.* Sulpitius Victor. Inſtit. Orator. ad Silonem ibid. pag. 259. *Conjectura appellata, quia conjiciendo & argumentando neceſſe eſt ad veritatem pervenire*; & Græcus Hermogenis interpres in Aldin. Rhetorib. pag. 120. in fine. CAPPER.

161. *Somniorum.*] Eos Græci ὀνειροκρίτας & ὀνειροπόλους vocant; unde & Artemidori libri quinque de interpretatione ſomniorum ὀνειροκριτικοὶ inſcribuntur. PHILANDER.

162. *Vocantur.*] *Vocamus*; Stephan. Gryph. Colin. Baſil. Vidov.

163. *Appellatum eſt hoc genus varie.*] Hoc τοῦ ſtatus genus, nempe τοῦ *conjecturalis*, varia ſortitum eſt nomina; nam paulo ſupra dicitur οὐσία *eſſentia*; paulo infra, *inficialis*; πραγματικὸν, id eſt, *reale*; τὸ κατ' αἴσθησιν, *quod ſub ſenſum cadit*; συντελικὴ στάσις, id eſt, *ſtatus rei præteritæ, vel actionis perpetratæ*; γένεσις *res facta*, lib. 9. cap. 1. *ſtatus facti, ſubſtantia, & de ſubſtantia.* CAPPER.

164. *Fuerunt qui, &c.*] Pergit enumerare varias de numero *ſtatuum* ſententias. TURNEB.

165. *Archidemus.*] Scriptor Græcus, cujus tamen Suidas non meminit. MOSELLAN. Meminit ejus Demetrius Phalereus de *Elocutione*, ſect. 34. BURMAN.

166. *Quid eſſet iniquum, quid injuſtum.*] Quod quidem recidit in ipſummet *ſtatum finitivum*, ſive *definitivum.* CAPPER.

167. *Quod vocat de eodem atque alio.*] Sic Ariſtoteles *in Topic.* lib. 1. cap. 5. de definitione agens, ſermonem facit περὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ τοῦ ἑτέρου *de eodem & de altero*, ubi quæſtio eſt de firmanda vel refellenda definitione. Cicero, inquit Fabius lib. 7. cap. 3. permultos ſecutus auctores, dicit, *finitionem eſſe de eodem & de altero; ſemper enim neganti aliquod eſſe nomen, dicendum quid ſit potius.* Ciceronis locus eſt in *Topicis* circa finem; ubi tamen hanc loquendi formulam, *de eodem & alio* vel *altero*, nunc ad *qualitatem*, nunc ad definitionem refert. Ipſius verba ſunt hæc: *Cum quæritur quale quid ſit, aut ſimpliciter quæritur, aut comparate. Comparationum duo* [genera ſunt] *unum de eodem & alio; alterum de majore & minore ..... Ex altero genere, quod erat bipartitum, unum eſt de eodem & alio; ut ſi quæratur quid interſit inter amicum & aſſentatorem, regem & tyrannum.... ad definitionem autem pertinet ratio & ſcientia definiendi; atque huic generi finitimum eſt illud, quod appellari de eodem & de altero diximus: quod genus forma quædam definitionis eſt: ſi enim quæratur, idemne ſit pertinacia & perſeverantia, definitionibus judicandum eſt*: neque Cicero ſolus ita ſenſit aut locutus eſt; nam, ut mox dicet Quinctilianus, *ſunt qui* de eodem & de alio, *modo* qualitatem *eſſe*, *modo* finitionem *velint.* Sed auctor principiorum *Rhetorices*, quæ Aurelio Auguſtino tribuuntur, pag. 294. Rhetor. Pithœan. definitionem vocat quæſtionem *de eodem & altero. Altera*, inquit, *rationalis eſt quæſtio, quam Hermagoras finem* (ὅρον;) *Theodorus* περὶ τῆς ἰδιότητος, *id eſt, de proprietate; quidam, quid ſit; nonnulli* περὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ τοῦ ἑτέρου, *id eſt*, de eodem & altero. Legeſis etiam Iſidorum lib. 2. *Origin.* cap. 29. fol. 16. W. ubi de ſexta ſpecie definitionis, quam vocat κατὰ διαφορὰν *ſecundum differentiam.* Nec quemquam turbet, quod eamdem quæſtionem, modo ad *qualitatem*, modo ad *ſtatum definitivum* pertinere nonnulli Rhetores dixerint; ipſe enim Fabius lib. 7. cap. 10. aliquam eſſe inter quoſdam *ſtatus* cognationem obſervavit. CAPPER.

168. *De eodem & alio.*] *De eodem & alio* appellamus, quando quid differentiæ ſit inter res aliquas, aut ſimilitudinis, adjectis proprietatibus explicamus. TURNEB.

169. *Hinc diverſa.*] *Huic diverſa*; MSS. Joan. Alm. Ven. Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. & cod. Bernenſ.

170. *Voluerunt ſed unum.*] *Sed* non habet Stephanus.

171. *Unum inficialem.*] Vulgo dicimus quæſtionem facti vel de facto. Vide Quinctilianum lib 9. cap. 1. de varia *ſtatus conjecturalis* appellatione. CAPPER.

172. *Alterum juridicialem.*] Pertinet hic *ſtatus* ad *qualitatem*; nam de Hermagora Fabius paulo infra. *Hanc* [*qualitatem*] *ita dividit*; 1°. *de appetendis & fugiendis*; 2°. *de perſona*; 3°. *negotialem*; 4°. *juridicialem.* Cicero 1°. *de Invent.* num. 10. 14. *Cum vero, qualis ſit res, quæritur; quia & de vi & de genere negotii controverſia eſt, conſtitutio generalis vocatur.... Hæc conſtitutio, quam generalem nominamus, partes nobis videtur duas habere, juridicialem* & *negotialem.* Rhetor Herennianus lib. 1. num. 18. 24. *Conſtitutiones tres ſunt; conjecturalis, legitima, juridicialis. ... juridicialis conſtitutio eſt, cum factum convenit, ſed jure an injuria factum ſit, quæritur*], *&c.* Hermogeni denique in *partitionib.* pag. 12. & ſeq. edit. Gaſpard. Laurent. *ſtatus qualitatis*, vel eſt περὶ ῥητοῦ *legitimus* ὁ νομικὸς, vel περὶ πράγματος *rationalis* ὁ λογικός. Hic duplex eſt; verſatur enim vel circa rem futuram, & dicitur πραγματικὴ στάσις *ſtatus negotialis*; vel circa rem factam, & vocatur δικαιολογικὴ *juridicialis.* CAPPER.

173. *Inficialis quem nos.*] *Inficialis eſt, quem dicimus*; V. C. Alm.

174. *Conjecturalem, cui ab inficiando nomen alii in totum dederunt.*] His annumerandus eſt antiquus Rhetor Minutianus, cui hanc *ſtatus conjecturalis* definitionem adſcribunt Hermogenis interpretes Græci in Aldin. Rhetorib. pag. 120. circa fin. στοχασμός ἐστιν ἄρνησις παντελὴς τοῦ ἐπιφερομένου ἐγκλήματος, id eſt, *conjectura eſt integra & abſoluta inficiatio ejus, quod infertur, criminis.* CAPPER.

175. Δικαιολογικός.] Quia, qui illo *ſtatu* contendit, jura ſua allegat; ita enim appellatur δικαιολογία. TURNEBUS.

176. *Finitio.*] Sive definitio, id eſt, *ſtatus definitivus.* CAPPER.

177. *Nam ſubjiciunt eam juridiciali.*] Hoc eſt, *ſtatum definitivum* conſiderant quaſi quamdam ſpeciem τοῦ *juridicialis*, qui, ut ſupra notavimus, ad *ſtatum qualitatis* pertinere dignoſcitur. CAPPER.

178. *Sacrilegium appellari vel furtum.*] Alludit ad illam *hypotheſim* a pleriſque Græcis Latiniſque Rhetoribus tracta-

appellari quod objiciatur, vel furtum, vel amentiam. Qua in opinione [179] Pamphilus fuit: ſed *qualitatem* in plura partitus [180] eſt. Plurimi deinceps, mutatis tantum nominibus, in rem de qua non conſtet, & in rem de qua conſtet. Nam eſt verum, nec aliter fieri poteſt, quam ut aut certum ſit factum eſſe quid, aut non ſit. Si non eſt certum, [181] *conjectura* ſit: ſi certum eſt, reliqui *ſtatus.* Nam [182] idem dicit Apollodorus, quum quæſtionem aut [183] in rebus extra poſitis, quibus *conjectura* explicatur; aut in noſtris opinionibus exiſtimat poſitam: quorum illud [184] πραγματικὸν, hoc [185] περὶ ἐννοίας vocat. [186] Idem, qui ἄπορον & [187] προληπτὸν dicunt, [188] quo *dubium* & *præſumptum* ſignificatur (de quo liquet.) [189] Idem Theodorus, qui de eo *an ſit*, & de *accidentibus* ei, quod eſſe conſtat, id eſt, [190] περὶ οὐσίας καὶ συμβεβηκότων, exiſtimat quæri. Nam in his omnibus prius genus *conjecturam* habet, [191] ſequens reliqua. Sed hæc reliqua Apollodorus duo vult eſſe, *qualitatem*, & *de nomine*, id eſt, [192] *finitivam*: Theodorus, *quid*, *quale*, *quantum*, *ad aliquid.* [193] Sunt & qui *de eodem*, *& de alio*, [194] modo *qualitatem* eſſe, modo *finitionem* velint. In duo & Poſidonius dividit,

tam, qua fingitur quis privatam pecuniam in templo ſurripuiſſe. Et quidem Divi Severus & Antoninus Caſſio Feſto reſcripſerunt, res privatorum, ſi in ædem ſacram repoſitæ, ſurreptæ fuerint, furti actionem non ſacrilegii eſſe, ut eſt Leg. 5. π. ad Legem Jul. pecul. ſed aliud apud nos obtinuit ex jure canonico 17. quæſtion. 4. capite *Quiſquis.* CAPPER.

179. *Pamphilus.*] *Pamphilos*, Πάμφιλος Ἀπολλωνιάτης, ῥήτωρ ὁ ἄσημος, ut in fragmento Herodiani de nominibus propriis. SICHARD. Aut hic pictor fuit, ſed idem (ut docet Plinius) doctiſſimus; aut pictoris Pamphili gentilis: unde a Cicerone *de Oratore* irridetur, quod in infulis artem Rhetoricam ſcripſerit. TURNEB. Quem & vide ad Ciceronem 1. Agrar. cap. 2. ſed an hic pictor Pamphilus Apellis præceptor Plin. XXXV. 10. & Praxitelis diſcipulus eidem lib. XXXVI. 5. ſit ille, qui de Rhetorica ſcripſerit, admodum incertum puto. Fuit & Pamphilus Auditor Platonis, quem Epicurus Sami audivit, Cicero 1. de Nat. Deor. 26. quem obſcurum hominem fuiſſe indicat Cicero, *Pamphilum quemdam* vocando, ut & alterum illum lib. III. de Orat. 21. appellaverat *Pamphilum neſcio quem.* Ab his diverſus Pamphilus videtur grammaticus, qui ſcripſit hiſtoriam herbarum, in qua multas aniles & poëticas fabulas & ſuperſtitioſas præſtigias addidit, teſte Galeno; de quo Lambecius in Biblioth. Cæſar. lib. II. cap. 7. operoſe agit, & cujus imago conſpicitur in codice illo celeberrimo Dioſcoridis, de quo & vide eruditiſſimum Montfaucon. Palæogr. Græc. lib. III. cap. 2. Lambecius vero Suidam ex duobus Pamphilis tres feciſſe cenſet, quem refutat Kuſterus ad Suidam; quem tamen male credo hunc herbarum ſcriptorem eumdem ſtatuere, qui Epicuri præceptor fuit, & præterea εἰκόνας *imagines*, quas Pamphilus primus ſcripſiſſe dicitur, ſimilis fuiſſe argumenti, ac Philoſtrati; cum herbarum figuras, ordine alphabetico diſpoſitarum, intelligere, omnis ratio ſuadeat. Quiſnam vero Pamphilus hic Rhetor ſit, non definire audeo, nec an idem ſit Quinctiliano & Ciceroni memoratus: ſuſpicio tamen mihi eſt, Ciceronem in dicto loco forte alludere ad pictorem Pamphilum, qui cum ſupplices Heraclidas Athenienſibus in porticu pinxiſſet (de quo vide Ariſtoph. Plut. Act. II. ſcen. 3. & quæ ibi Scholiaſtes & alii adnotant) recte in *infulis pinxiſſe artem Rhetoricam* (male *inſulis* videtur legiſſe Pinus ad hunc locum) dici poſſet; quia forte tanta arte ſupplicantium figuras expreſſerat, ut quaſi artis Rhetoricæ præcepta ex pictura & eorum vultibus & infulis poſſint deprehendi. Noſter & Pamphili meminit pictoris lib. XII. 10. ubi dicit eum *ratione* fuiſſe judicatum, *præſtitiſſe cæteris.* Præterea Obrechtus & Gibſon hic *Pamphilius* ediderunt, nec monuerunt, an auctoribus MSS. certe ego in nulla editione illud deprehendi; neque Pamphilium aliquem novi. Pamphilum quoque Juriſconſultum video ab Africano laudari in leg. 5. ff. de aur. & arg. ſed quem etiam ignoro, neque a vitarum JCtorum ſcriptoribus memorari novi. BURMAN.

180. *Plurimi deinceps .... in rem de qua*,] Supple, ex præcedenti, *ſtatus* quæſtionum oratoriarum partiti ſunt. CAPPER.

181. *Conjectura ſit.*] Id eſt, *ſtatus conjecturalis*, ſeu quæſtio de facto. CAPPER.

182. *Idem dicit Apollodorus, &c.*] Rem ita ſimpliciter tractabat Apollodorus ille, qui, ut cap. 1. dictum eſt, contentus fuit ſolis *judicialibus*, nec egit de *ſuaſoriis*, neque de *demonſtrativis.* CAPPER.

183. *In rebus extra poſitis.*] Res extra poſitas vocat, circumſtantias, ſigna, tabulas, teſtimonia, quæ primas habent in omni *conjectura*, quæque extrinſecus aſſumuntur ad *conjectura* probationem. Res poſitas in noſtris opinionibus dicit, quia in opinione judicum eſt poſitum, debeatne hoc ſic appellari, aut juſtum exiſtimari. TURNEB.

184. Πραγματικόν.] Hoc eſt, *negotiale*, vel *reale.* CAPPER.

185. Περὶ ἐννοίας.] Id eſt, de opinione, idea, vel notione. CAPPER.

186. *Idem, qui.*] *Idemque* ἄπορον *;* Venet. Locat. Ald. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Baſil. *idem* ἄπορον *;* Colon.

187. Προληπτόν.] Legebatur antea προληπτικόν. Sed quoniam *paſſivum* ſenſum Græca vox exhibere debet, ut patet ex Fabii verſione, qui vertit *præſumptum*; facile mihi perſuadeo legendum eſſe προληπτόν. CAPPER.

188. *Quo dubium & præſumptum.*] *Id eſt, dubium & præſumptum, quo ſignificatur de quo liquet;* Argent. Obrecht. Voſſ. tert. *Quo dubium.*] Litera hujus loci varia eſt, & uno aut altero verbo defraudata videri poteſt. Illud enim, *dicunt*, facit ut alios eſſe intelligamus, qui in hæc duo capita omnem deſcripſerunt quæſtionem, ut plena dictio in hunc modum videatur fuiſſe: *Qui dubium & præſumtum*, id eſt, *de quo conſtat, Græce* ἄπορον *&* προληπτικὸν, *faciunt quæſtionum capita, quibus dubium præſumptumque ſignificatur.* Mihi ſenſum aperire ſatis eſt viſum. Reſtituere germanæ lectioni fortunæ erit magis, ſi quis in vetuſtum codicem inciderit, quam conjecturæ, qua uti poſſum, ſi repetas ordinem inde. *Plurimi deinceps, mutatis tantum nominibus, in rem dubiam, & de qua conſtat. Idem Apollodorus* (*dicit* ſubaudis.) Sic, *Idem* (accipe extrinſecus) *ſentiunt qui*, &c. PINUS. Scribe *quibus dubium.* PHILAND. In Antonii Pini Annotatione pro τὸ προληπτικὸν, legendum aut emendandum eſt προληπτόν. Vide notam proxime ſuperiorem. CAPPER.

189. *Idem Theodorus.*] *Item Theo;* MSS. Bal. Alm. Venet. Locat. Ald. Colon. Par. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Vidov.

190. Περὶ οὐσίας] Hoc eſt, de ipſa rei controverſæ exiſtentia. Vide quæ de hoc vocabulo ſupra notavimus ad illa Fabii verba: οὐσίαν, *quam Flavius eſſentiam vocat.* CAPPER.

191. *Sequens reliqua.*] Id eſt, ſequens genus, nempe τὸ περὶ τῶν συμβεβηκότων *de accidentibus*, continet *ſtatus* reliquos; cujuſmodi ſunt, *quid*, *quantum*, *quale*, *ad aliquid;* hoc eſt, *ſtatus definitivus*, quantitas, *qualitas*, *relatio*, qua *comparatio & tranſlatio* comprehenduntur. CAPPER.

192. *Finitivam.*] Supple, quæſtionem; hoc eſt, *ſtatum definitivum.* CAPP.

193. *Sunt qui de eodem.*] Cicero quoque hac in re eſt varius; nam *in Part. idem & aliud* ſubjicit *finitioni*; *in Topicis* vero, *qualitati*: ac ſi propriis notis & tanquam definitione differentiam aut ſimilitudinem colligas, merito ad definitionem redigetur: ſin autem *accidentibus*, ad *qualitatem*: de hoc autem fuſius lib. 7. Fab. TURNEB. In quo duo ſunt, quæ reprehendas; primo enim Tullius in *Partition. orator.* haſce voces *de eodem & de alio* nuſpiam uſurpat; ſecundo in *Topicis* hanc loquendi formulam *de eodem & de alio*, nunc ad *qualitatem*, nunc ad *definitionem* refert, ut paulo ſupra notavimus. *Sunt qui de eodem*] Sic intellige, quaſi ſcripſiſſet Fabius; τὸν ςάσιν illum quæſtionis oratoriæ *ſtatum*, quem vocant *de eodem & de alio.* CAPP.

194. *Modo qualitatem eſſe, modo finitionem.*] Et certe τὸ

vocem,

[195] vocem, & res. In voce quæri putat, *an ſignificet* [196] *quid, quam multa, quomodo*; in rebus *conjecturam*, quod [197] κατ' αἴσθησιν vocat; & *qualitatem*, & *finitionem*, cui nomen dat [198] κατ' ἔννοιαν; & *ad aliquid.* [199] Unde & illa diviſio eſt, [200] alia eſſe ſcripta, [201] alia inſcripta. Celſus Cornelius duos & ipſe fecit *ſtatus* generales, *an ſit, quale ſit.* [202] Priori ſubjecit *finitionem*, [203] quia æque quæratur, *an ſit ſacrilegus, qui nihil ſe ſuſtuliſſe de templo dicit, & qui privatam pecuniam* [204] *confitetur ſuſtuliſſe. Qualitatem*, in rem & ſcriptum dividit. Scripto, [205] quatuor partes *legales*, excluſa [206] *tranſlatione*; *quantitatem* [207] & *mentis* quæſtionem [208] *conjecturæ* ſubjecit. Eſt etiam alia in duos dividendi *ſtatus* ratio, quæ docet aut [209] de *ſubſtantia* controverſiam eſſe, aut de *qualitate*: ipſam porro [210] *qualitatem* aut in ſummo genere conſiſtere, aut [211] in ſuccedentibus. De *ſubſtantia* eſt *conjectura*; (quæſtio enim tractatur rei; *an facta ſit, an fiat, an futura ſit*; [212] interdum etiam *mentis:*) [213] idque melius, quam quod iis placuit, [214] qui *ſtatum* eumdem facti nominaverunt, tanquam de præterito tantum, & tantum de facto quæreretur. Pars *qualitatis*, quæ eſt de ſummo genere, raro in judicium venit; quale eſt, [215] *id ne ſit honeſtum, quod vulgo laudatur.* Succedentium autem aliæ de communi appellatione; ut, *ſit ne ſacrilegus, qui pecuniam privatam ex templo furatus eſt*: aut de re denominata, ubi & factum eſſe certum eſt, * nec dubitatur [216] quid ſit quod factum eſt; cui ſubjacent omnes de honeſtis, juſtis, utilibus, quæſtiones. His etiam cæteri *ſtatus* contineri dicuntur: [217] quia & *quantitas* modo ad *conjecturam* referatur; ut, [218] *majorne Sol, quam terra*: modo ad *qualitatem*; *quanta pœna quempiam*,

de eodem & de alio, *ſtatus* unus eſt, una quæſtio, qua quæritur an certa quædam res aut actio ſit quid unum, atque idem, quod τὸ juſtum & æquum: an contra ſit quid aliud ab æquo & juſto; id eſt, an ſit juſta vel injuſta; an congruat τῷ juſto, an ab eo diſcrepet, an hujus rei, vel actionis idea ſit una & eadem cum idea τοῦ juſti, necne. Igitur hic *ſtatus* dici poteſt *qualitatis* vel *definitionis*; melius tamen *definitionis*, ex Archidemi ſententia, quam Fabius mox referebat: quod autem de juſto diximus, hoc de honeſto quoque, de poſſibili, jucundo, pio & contra, dici poterit. Vide Quinctilianum lib. 7. cap. 3. CAPP.

195. *In vocem & res.*] Sic ſupra cap. 5. *Idem ſentiunt, qui omnem quæſtionem ponunt in rebus & in verbis..* CAPPER.

196. *Quid, quam multa, quomodo.*] Sub voce quærendi, *formam*, quæ ab Ariſtotele in *Poſterioribus*, *quid eſt*, vocatur, comprehendit. Primum autem efficit *ſcriptum & voluntatem*; nam quæ voluntas ſit legis & ſignificatio, quæritur. Secundum efficit *ambiguitatem*, quando verba in plures intellectus poſſunt trahi. Tertium *ratiocinationem*; nam illic quæritur, quomodo quod ſcripto comprehenſum non videtur, a ſcripto ſignificetur. TURNEB. Ante Regium legebatur, *qui, quia multum*; ſed ille correxit jam, *quid? quam multa?*

197. Κατ' αἴσθησιν.] Forte, quod facti probatio ſignis in ſenſum venientibus peragatur: unde *ſecundum, ſenſum, ſtatus* dicetur *conjecturalis*. TURNEB.

198. Κατ' ἔννοιαν.] Quod rationis vi & cogitationis probetur. TURNEB.

199. *Unde & illa diviſio.*] Scripti, *legales* dicuntur: non ſcripti, *conjectura, qualitate* & *finitione* terminantur. TURNEB.

200. *Alia eſſe ſcripta, alia inſcripta.*] Vide *Rhetoras* Aldinos tom. 2. pag. 101. ubi Scholiaſtes Græcus Hermogenis dividit ipſa τὰ ῥητὰ, ſeu *ſtatus legales* in ἔγγραφα, *quæ ſcripto continentur*; & ἄγραφα, *quæ non ſunt in ſcripturam redacta.* Lege & quæ ſupra notavimus cap. 5. ad hæc Fabii verba: *eſſe quæſtiones aut in ſcripto, aut in non ſcripto.* CAPPER.

201. *Alia inſcripta.*] *Non ſcripta* malebat Francius: male; nam & ita *inſcriptas pecudes* a Varrone dici, quæ non in tabulas publicanorum erant relatæ, docui cap. IV. de Vectigal. populi Rom.

202. *Priori ſubjecit finitionem.*] Hoc eſt, *definitivum ſtatum* reducit ad *conjecturalem*, ſeu quæſtionem facti. CAPPER.

203. *Quia æque.*] Quia utrobique negatio; perfecta quidem in *conjectura*, in *definitione* quadamtenus; nempe quoad facti illud nomen eſſe inficiamur. Celſus item *finitionem conjecturæ* ſubjecit, quod videret nonnullas *finitiones* ad *conjecturam* accedere, eamdemque in omnibus rationem eſſe exiſtimaret. Eſt autem duplex quærendi per *finitionem* forma, ſeu ratio; una cum, quid ſit res, quæritur; ut, *quid eſt homo?* altera, cum finitionem ipſam quærimus; ut, *an homo ſit animal rationale, mortale:* & hoc *conjectura* tractatur: prius vero nunquam ad eam accedit. TURNEB.

204. *Confitetur ſuſtuliſſe.*] *Confitetur ſe ſuſtuliſſe*: Ven. Locat. Ald. Colon. Sich. Gryph. Colin. Baſil. Vidov.

205. *Quatuor partes legales.*] *Status* vel quæſtiones *legales*, quatuor ſunt; 1. *de ſcripto & voluntate* περὶ τοῦ ῥητοῦ καὶ τῆς διανοίας; 2. *ambiguitas* ἀμφιβολία; 3. *leges contrariæ* ἀντινομία; 4. *ſyllogiſmus* συλλογισμός. CAPPER.

206. *Tranſlatione.*] Τῇ Μεταλήψει, vel παραγραφῇ, quam vulgo *exceptionem* judicii *declinatoriam* appellamus. CAPPER.

207. *Et mentis quæſtionem.*] Fabius quoque libro ſeptimo duplicem facit *conjecturam*: alteram rei, alteram mentis, cum quæritur quo animo fecerit. TURNEB. Vide libr. 7. cap. 2.

208. *Conjecturæ ſubjecit.*] Hoc eſt, ad *ſtatum conjecturalem*, ſeu quæſtionem de facto reduxit, tanquam totidem ſpecies ad ſuum genus. CAPPER.

209. *De ſubſtantia controverſiam eſſe .... de ſubſtantia eſt conjectura.*] Sic paulo ſupra τὴν οὐσίαν Quinctilianus explicuit per τὸ *an ſit*; qui *ſtatus* eſt *conjecturalis*, ſeu facti quæſtio. Hic autem, ut & in aliis quibuſdam locis nomen ſubſtantiæ τῆς οὐσίας ipſam rei *exiſtentiam* ſignificat. CAPPER.

210. *Qualitatem aut in ſummo genere, &c.*] *Qualitas de ſummo genere*, ſive infinita, eſt quando in univerſum qualis ſit cujuſque rei natura & forma, quæritur: quæſtiones autem hæ vix in judicium veniunt, interdum tamen in deliberationem: certe a philoſophis fere ſolis tractantur. *Qualitas* autem *de ſuccedente genere*, ſeu finita eſt, cum de rebus ſuperiori ſubjectis particularius quæritur, ut de utili, juſto, honeſto: hæ quæſtiones cadunt in deliberationem & judicia frequenter. De hac autem diviſione Fabius lib. 7. cap. 4. TURNEB.

211. *In ſuccedentibus.*] Id eſt, in ſubſequentibus inferioribuſque generibus, vel in *ſubalternis*, ut aiunt, ſpeciebus, generi ſummo ſubjectis. CAPPER.

212. *Interdum etiam mentis.*] *Etiam intentionis & voluntatis*: Ald. & Baſil. marg. *intentionis. Etiam mentis.*] ſubaudiendum eſt ex præcedenti, *quæſtio tractatur.* CAPPER.

213. *Idque melius.*] Hoc eſt, *conjectura, ſtatus conjecturalis*, vel facti quæſtio melius appellatur *de ſubſtantia.* CAPPER.

214. *Qui ſtatum eumdem facti nominaverunt.*] Atque hæc eſt hodie maxime vulgaris locutio; quam tamen Fabius improbat. CAPPER.

215. *Id ne ſit honeſtum.*] Qua in re Stoïci diligenter diſſerunt contra Cyrenaicos. TURNEB.

216. *Quid ſit quod factum eſt.*] *Quid ſit quod factum eſſe certum eſt*: Voſſ. prim.

217. *Quia & quantitas modo, &c.*] De his vide fuſius apud Fab. lib. 7. capp. 2. & 4. TURNEB.

218. *Majorne ſol, &c.*] Nam mathematici aiunt undeviginti partibus majorem eſſe terra ſolem: Epicurus vero tantum eſſe, quantum nobis videretur. Anaximander apud Plutarchum, ſolem æqualem facit terræ; circuitum vero ejus, quo vehitur, ſepties & vicies eſſe majorem: *conjecturalis* itaque erit quæſtio. TURNEB.

quantove præmio ſit aſſici juſtum: & [219] *tranſlatio* verſetur circa *qualitatem*, & [220] *definitio* pars ſit *tranſlationis :* [221] quin & *contrariæ leges*, [222] & *ratiocinativus ſtatus*, id eſt, *ſyllogiſmus*, [223] & plerumque *ſcripti & voluntatis*, [224] æquo nitantur : niſi quod [225] hic tertius aliquando *conjecturam* accipit, *quid ſenſerit legis conſtitutor :* [226] *ambiguitatem* vero ſemper *conjecturâ* explicari neceſſe ſit; quia, cum ſit manifeſtum verborum intellectum eſſe duplicem, [227] de ſola quæritur voluntate. A plurimis tres ſunt facti generales *ſtatus*, quibus & [228] Cicero in *Oratore* utitur, & [229] omnia, quæ aut in controverſiam, [230] aut in contentionem veniant, [231] contineri putat; *Sitne, quid ſit, quale ſit :* [232] quorum nomina apertiora ſunt, quam [233] ut dicenda ſint. Idem Patrocles ſentit. Tres fecit & [234] M. Antonius, his quidem verbis : *Paucæ res ſunt, quibus ex rebus omnes orationes naſcuntur;* [235] *factum, non factum;* [236] *jus, injuria;* [237] *bonum, malum.* [238] Sed quoniam, quod jure dicimur feciſſe, non hunc ſolum intellectum habet, ut lege, [239] ſed illum quoque, ut juſte feciſſe videamur; ſecuti Antonium apertius voluerunt eoſdem *ſtatus* diſtinguere. Itaque dixerunt *conjecturalem, legalem,* [240] *juridicialem*; [241] qui & Virginio placent. Horum deinde fecerunt ſpecies, ita ut

219. *Tranſlatio verſetur, &c.*] Quia quæritur juſtumne ſit hac de cauſſa rectam litis intentionem eludi. TURNEB.

220. *Et definitio pars ſit tranſlationis.*] Quod patet 1°. ex ſequentibus, ubi ſic legitur : *ſimiliter in tranſlatione*; non habes jus abdicandi, quia ignominioſo non eſt actio; habeo jus, quia abdicatio actio non eſt: *Quæritur quid ſit actio, finiemus;* 2°. ex eo, quod, ſi quis reum ſacrilegii faciat eum, qui privatam pecuniam in templo ſurripuit, reſpondebit reus *tranſlatione* utens; *non potes mecum agere ſacrilegii, ſed tantum furti;* & tunc emerget quæſtio de ſacrilegii definitione. CAPPER.

221. *Quin & contrariæ.*] *Quin etiam*; Ald. Locat. *Contrariæ leges.*] Hoc eſt, legalis ille *ſtatus*, cui nomen ἀντινομία *legum contrarietas.* Vide lib. 7. cap. 7. CAPPER.

222. *Et ratiocinativus ſtatus, id eſt, ſyllogiſmus.*] Ille nimirum *ſtatus legalis*, in quo legem applicare tentamus ad hypotheſim, quam illa conceptis verbis non continet. Vide lib. 7. cap. 8. CAPPER.

223. *Et ſcripti & voluntatis.*] Περὶ ῥητοῦ καὶ διανοίας, id eſt, *legalis* ille *ſtatus*, in quo magis ad legiſlatoris mentem & voluntatem attendimus, quam ad ipſa legis verba. Vide lib. 7. cap. 6. CAPPER.

224. *Æquo nitantur.*] Hoc eſt, τῷ juſto; nam ea, de quibus hic agitur, quatuor nempe *ſtatus legales*, pertinent, ſecundum quorumdam ſententiam, ad *ſtatum qualitatis*, quo quæritur an quid juſtum ſit, necne. CAPPER.

225. *Hic tertius conjecturam accipit.*] Id eſt, ille *ſtatus*, qui vocatur *ſcripti & voluntatis*, tractari poteſt per *ſtatum conjecturalem*, ſeu quæſtionem de facto. CAPPER.

226. *Ambiguitatem ſemper conjectura explicari neceſſe ſit.*] Hoc eſt, *legalem* illum *ſtatum*, cui nomen ambiguitas ἀμφιβολία, tractari oporteat per *ſtatum conjecturalem*, ſeu quæſtionem de facto. Lege lib. 7. cap. 9. CAPPER.

227. *De ſola voluntate.*] Supple, ſcriptoris, vel legiſlatoris, teſtatoris. CAPP.

228. *Cicero in Oratore.*] Num. 45. etiam in lib. 2. *de Oratore ad Q. fratrem*, num. 104. 113.

229. *Omnia quæ in controverſiam, &c.*] Controverſia proprie dicitur de genere orationis *judiciali*, & opponitur τοῖς *ſuaſoriis*, ut patet ex lib. 7. cap. 2. ubi ſic habet Fabius : *Etiam in* ſuaſoriis; *ut, deliberat Numa an .... ſimiliter & in controverſiis, &c.* & ex Cicerone 2. *de Orat.* num. 104. *Nihil eſt*, inquit, *quod ambigatur; ſive ex crimine cauſſa conſtet, ut facinoris; ſive ex controverſia, ut hæreditatis; ſive ex deliberatione, ut belli; ſive ex diſputatione, ut de ratione vivendi.* Quo etiam ex loco palam eſt controverſiæ nomine apud Ciceronem magis proprie judicium illud intelligi, quod verſatur circa materiam, ut aiunt, *civilem*, quatenus τῷ *criminali* opponitur; qua de re ſi quis dubitet, legat Orationem pro Cæcina, ubi ſic loquitur: *Omnia judicia aut diſtrahendarum controverſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſſa reperta ſunt.* CAPP.

230. *Aut in contentionem veniant.*] Quid hîc Tullius contentionis nomine, prout τῇ controverſiæ opponitur, intelligat, non ita in promptu eſt explicare. Significat forte philoſophicas contentiones, quas idem 2. *de Orat.* num. 104. 113. modo diſputationes, modo diſceptationes appellat, & τῇ controverſiæ opponit : *Sive*, inquit, *ex controverſia, ut hæreditatis ...... ſive ex diſputatione, ut de ratione vivendi ..... tria ſunt, quæ in diſceptationem & controverſiam cadere poſſunt*, &c. CAPP.

231. *Contineri putat.*] *Putant*; Voſſ. prim.

232. *Quorum nomina apertiora ſunt.*] Nam τοῦ *ſitne*, nomen eſt *conjectura*, vel *ſtatus conjecturalis*, vulgo quæſtio facti; τοῦ *quid ſit*, finitio, vel *ſtatus definitivus;* τοῦ *quale* ſit, *qualitas.* CAPP.

233. *Ut dicenda ſint.*] *Docenda;* Colon. Sich. Gryph. Vidov. Baſil. marg. Steph. Voſſ. ſecund.

234. *M. Antonius.*] Eo, opinor, libro, quem imperfectum inchoatumque reliquit. TURNEB.

235. *Factum, non factum.*] Quod pertinet ad *ſtatum conjecturalem*, ſeu quæſtionem de facto. CAPP.

236. *Jus, injuria.*] Quod ſpectat ad *ſtatum legalem*, ſeu de ſcripto, τὸ νομικὸν, vel περὶ τοῦ ῥητοῦ. CAPP.

237. *Bonum, malum.*] Quod refertur ad *ſtatum qualitatis.* CAPPER.

238. *Sed quoniam.*] Quia enim cum dico, *jure feci*, non tamen lege licere dico; ideo Antonium ſecuti, inter jus & injuriam, bonum & malum, ut diſcrimen ſtatuerent; primum *ſtatum*, *conjecturalem;* alterum, quo lege nitimur, *legalem;* tertium, quo rationis vi bonum eſſe contendimus, *juridicialem* nominarunt. TURNEB.

239. *Non ſolum .... lege, ſed juſte quoque.*] Hoc eſt, non ſolum ſecundum legem latam, ſecundum ſtrictos juris apices; verum etiam ex æquo & bono, ſecundum juris naturalis, ipſiuſque juſtitiæ rationem; hæc enim duo longe diverſa ſunt; nam qui poſſidet per uſucapionem & temporis præſcriptionem, aliquando poſſidet non juſte, licet ſemper poſſideat lege. Hinc illud, *ſummum jus, ſumma injuria.* CAPP.

240. *Juridicialem.*] Δικαιολογικὸν pendentem ex ipſo naturæ jure, ex ipſa ipſius juſtitiæ ratione, ex æquo & bono; nam opponitur hic τῷ νομίμῳ, vel νομικῷ *legali*, qui pendet ex legibus poſitivis & mere civilibus. Vide notam ſuperiorem. CAPP.

241. *Virginio.*] Virginius hic auctor fuiſſe putatur Rhetoricorum ad Herennium, qui falſo Ciceroni adſcribuntur; ibi enim hæc eadem eſt *ſtatuum* diviſio, quæ ſi Ciceronis eſſet, ei certe a Fabio adſcriberetur : mihi autem ne Virginii quidem illud opus eſſe videtur; tametſi his Fabii verbis motus id olim aſſeruerim. Quæ enim Virginii ſententia alibi a Fabio allegatur, in Rhetoricis ad Herennium non invenitur κατὰ ῥητόν. REGIUS. Ego amplio judicium; nec enim ſtatim, ſi hoc ibi reperitur, illi tribuendum illud opus conſtat : duas præſertim in partes diſcerpſerunt, *legalem* & *juridicialem. Legali* ſubjiciunt *definitionem*, quod verba in lege poſita definiamus. In illo errore eſt is, qui ſcripſit ad Herennium Senecionem, non autem, ut interpretes ejus libri comminiſcuntur, Ciceronis neceſſarium. Unde vero fit propius, a Virginio ſcriptum opus, qui Herennium Senecionem uſque adeo coluerit. Vide Plinium. PINUS. Item Cornificio in Rhetor. ad Herennium. Virginii autem crebra eſt mentio apud Quinctilianum & Plinium juniorem. TURNEB. Herennii meminit Plinius lib. I. Ep. 5. & IV. 11. & VII. 19. de Virginio vide ſupra ad cap. I. hujus libri. *Qui & Virginio placent.*] Hæc Antonianorum & Virginii ſententia de *ſtatuum* diviſione videtur eadem, atque illa ſcriptoris ad Herennium; nam τὸ

factum ſit, nec ne } eſt { *ſtatus conjecturalis*
jus, injuria } eſt { *legalis*
bonum, malum } eſt { *juridicialis*, vel ὁ *qualitatis*

pariter *ſtatui legali* ſubjecerunt illi definitionem, quia verba in lege poſita definimus : igitur una fere ſententia eſt Antonianorum, Virginii, & Herenniani Rhetoris, quem Raphaël Regius his Fabii verbis motus eumdem eſſe ac Vir-

[242] *legali* ſubjicerent *finitionem*, [243] & alios, qui *ex ſcripto* [244] dicuntur; [245] *legum contrariarum*, quæ ἀντινομία dicitur; & *ſcripti*, *&* *ſententiæ* vel *voluntatis*, id eſt, κατὰ ῥητὸν, καὶ διάνοιαν; & μετάληψιν, quam nos varie [246] *tranſlativam*, *tranſſumptivam*, *tranſpoſitivam* vocamus; συλλογισμὸν, quem accipimus *ratiocinativum*, vel *collectivum*; *ambiguitatis*, quæ ἀμφιβολία nominatur: quos poſui, quia & [247] ipſi a pleriſque *ſtatus* appellantur: [248] quibuſdam *legales* potius quæſtiones eas dici placuit. Quatuor fecit Athenæus; προτρεπτικὴν ςάσιν, vel παραινετικὴν, id eſt, *exhortativum*, qui [249] *ſuaſoriæ* eſt proprius; [250] συντελικὴν, qua *conjecturam* ſignificari, magis ex his [251] quæ ſequuntur, quam ex ipſo nomine [252] apparet; ὑπαλλακτικὴν: ea *finitio* eſt, [253] mutatione enim nominis conſtat; [254] *juridicialem*, eadem appellatione Græca, [255] qua cæteri, uſus. Nam eſt (ut dixi) multa in nominibus differentia. Sunt qui ὑπαλλακτικὴν *tranſlationem* eſſe exiſtiment, ſecuti hanc [256] mutationis ſignificationem. Fecerunt alii totidem *ſtatus*, ſed alios; *an ſit*, *quid ſit*, *quale ſit*, *quantum ſit*; ut [257] Cæcilius & Theon. [258] Ariſtoteles in Rhetoricis

ginium exiſtimarat; ſed poſtea ſententiam mutavit. CAPPER.

242. *Legali ſubjicerent fin.*] Quia in definitione vocabula ſcripti ſunt explicanda. TURNEB.

243. *Et alios qui ex ſcripto dicuntur.*] Nempe *ſtatus* illos, qui communiori locutione *legales* appellantur; quia lex inter τὰ ἔγγραφα ſcripta primum locum obtinet. His annumerabant etiam τὴν Μετάληψιν *tranſlationem*, ſeu *tranſlativam* cauſſæ conſtitutionem (vulgo *exceptionem* judicii *declinatoriam*) quam inter *legales*, ſive *legitimas* quæſtiones Herennianus Rhetor & alii quidam recenſuerunt. CAPP.

244. *Dicuntur.*] *Ducuntur*; MS. Joan. Andr.

245. *Legum contrariarum .... & ſcripti & ſententiæ .... ambiguitatis.*] Supple, *ſtatum* qui vulgo dicitur. CAPPER.

246. *Tranſlativam, tranſſumptivam, tranſpoſitivam.*] Supple, cauſſæ conſtitutionem τὴν ςάσιν. CAPP.

247. *Ipſi a pleriſque ſtatus appellantur.*] Nam *ſtatus* ſcripti a *rationalibus* oriuntur, & ad *rationales* reducuntur: peculiarem tamen habent tractatum, ut videantur potius eſſe quæſtiones ſpeciales a *ſtatibus* ortæ, quam *ſtatus*: quo nomine Fortunatianus libro tertio eas appellat, ab inventore νομικὰς, a nobis *legales* dici aſſerens. TURNEB. Quod hic Fortunatiano adſcribit Turnebianus commentator, hoc reperies in principiis *Rhetorices* Aurelio Auguſtino attributis. Lege Rhetoras Pithœanos pag. 294. poſt med. *A pleriſque ſtatus appellantur, &c.*] Nam, ut ait paulo infra: *A quibuſdam deinde diviſa ratio eſt, ut* ſtatus, rationales *appellarentur; quæſtiones, quemadmodum ſupra dixi,* legales; *quidam in diverſum hos* ſtatus *eſſe, illas quæſtiones maluerunt.* CAPP.

248. *Quibuſdam legales.*] *Cum quibuſdam l. p. q. e. d. placuerit*; V. C. Alm. Obrecht.

249. *Suaſoriæ.*] Quemadmodum ex Hermogene colligit Trapezuntius, *ſtatum negotialem* proprium fecit *ſuaſoriæ cauſſæ*. TURNEB. *Qui ſuaſoriæ.*] Supple, parti, vel *hypotheſi*, vel orationi, vel *cauſſæ*; alludit enim ad tria orationis genera, quæ ſunt *demonſtrativum*, *deliberativum*, ſive *ſuaſorium*, & *judiciale*. CAPP.

250. Συντελικὴν.] Sic fortaſſe, quia contracta & coëuntia argumenta, ſive ſigna, ex quibus conjectura petitur, proſunt, ut docebit lib. 5. cap. 9. & quod per ſe non ſufficit, cæteris adjunctum teſtimonii loco dicetur; συντελεῖν enim *proficere*, & *ad ſummam conferre* ſignificat. TURNEB. ςάσιν alteram vocabat συντελικὴν, quaſi *perfectivum ſtatum* dicas; fortaſſe quod in eo, quis rem perfecerit, quæratur; illa enim appellatione *conjecturam* viſus eſt intellexiſſe: nomen certe iſtud præ ſe non fert. PINUS. Moſellanus autem fol. 18. W. Edition. Vaſcoſ. συντελικὴν vertit *expletivum ſtatum* & *perfectivum*; ſed ut interpretationes hujuſmodi dubiæ & erroneæ paucis refellantur, ſatis erit annotare his vocabulis συντελικὸν, συντελὲς, συντέλεια apud Græcos philologos rem factam, aut actionem præteritam deſignari. Sic Græcus Apollonii Rhodii Scholiaſtes pag. 45. & 104. Edit. in 8°. ῥῆμα συντελικὸν vocat verbum, quod rem tranſactam & præteritam ſignificat: in exemplum affert hujuſmodi aoriſta ἔρξεν, δύψαντες pag. 114. ad verbum ἤρεσαν, hæc annotat: τῷ συντελικῷ ἐχρήσατο ἀντὶ τοῦ παρατατικοῦ τοῦ ἤρεσκον; id eſt, *uſus eſt poëta eo tempore, quod rem factam, ſeu actionem præteritam deſignat, pro imperfecto* ἤρεσκον. Sic Apollonius Dyſcolus pag. 250. συντελὲς τοῦ χρόνου dicit; & pag. 270. συντέλειαν, ut rem factam tranſactamque indicet. Sic Etymologici magni auctor pag. 472. lin. 24. ad verbum ἴξον, contendit eo non imperfectum, ſed præteritum tempus declarari: οὐ γὰρ παρατατικὸν σημαίνει, ἀλλὰ συντέλειαν. Sic Diogenes Laërtius in vita Chryſippi tom. 1. pag. 482. Edition. Amſtel. memorat librum περὶ συντελικῶν ἀξιωμάτων; id eſt, *de propoſitionibus præteriti temporis*, vel, *quæ rem geſtam actionemve præteritam enunciant*; ſed perperam ibi Latinus interpres, *de perfectis proloquiis*: ita etiam Phrynichus in Atticarum dictionum ſylloge hanc loquendi formulam ἔμελλον ποιῆσαι vitioſam eſſe aſſerit: τετήρηται γὰρ ἢ τῷ ἐνεστῶτι συντασσόμενον, ἢ τῷ μέλλοντι· τὰ δὲ συντελικὰ οὐδένα τρόπον ἁρμόσει τῷ ἔμελλον; id eſt, *nam obſervatum fuit verbum* μέλλειν *conſtrui cum præſenti vel futuro tempore; ſed tempora præterita, ſeu quæ rem jam tranſactam deſignant, nequaquam congruent cum imperfecto illo* ἔμελλον. Hinc apud omnes Grammaticos ὑπερσυντελικὸς χρόνος eſt tempus plus quam perfectum. Hinc Demetrius Phalereus, vel alius auctor opuſculi de *Elocutione* §. 220. ait verbum ἀπωλόμην *perii* magis *emphaticum* eſſe illo præſenti ἀπόλλυμαι, eo ipſo, quod rem confectam ſignificet: τὸ ἐπιφερόμενον ἀπωλόμην ἀντὶ τοῦ ἀπόλλυμαι, ἐναργέστερον αὐτῇ τῇ συντελείᾳ ἐστί. CAPP.

251. *Quæ ſequuntur.*] *Quæ ſignificantur vel ſequuntur*; Voſſ. prim. tert.

252. *Apparet.*] *Appareat*; Locat. Ald.

253. *Mutatione enim nominis conſtat.*] Quia nomen, quod intenditur ab actore, a reo mutatur, & ejus loco aliud ſubſtituitur; ut, *concedo furtum eſſe, ſacrilegium nego*. TURNEB.

254. *Juridicialem .... appellatione Græca.*] Δικαιολογικήν. CAPP.

255. *Qua cæteri, uſus.*] *Cæteri uſi*; MS. Bodl. Andr. Ald. Colon.

256. *Mutationis ſignificationem.*] Quia in *tranſlatione* aut judicem, aut actorem, aut tempus, aut actionem mutamus: ὑπαλλάττειν autem *mutare* eſt. TURNEB.

257. *Cæcilius & Theon.*] De Cæcilio dictum eſt ante: Theon vero hic eſt, cujus adhuc circumferuntur progymnaſmata Rhetorica. TURNEB. Theonis non ita frequens apud Fabium eſt mentio: hujus nominis plures facit Suidas. Ego Alexandrinum exiſtimo, qui & de *progymnaſmatis* ſcripſit, & Rhetorica tractavit argumenta. PINUS.

258. *Ariſtotel. in Rhet.*] Lib. 1. cap. 3. ſub oratoris materia *ſtatus* intelligens, tria ſubdit omnibus *cauſſarum* generibus; veritatem, quam exiſtimat eſſe in propoſitionibus de poſſibili, contingenti & neceſſario, in quibus per *conjecturam* quærimus, ſitne res vera, quæ facta dicitur; deinde juſta & injuſta, quæ ille *petenda* & *fugienda* vocat pro facti conditione, in quibus *qualitas* eſt; quæſtiones deinde *de eodem & alio* (περὶ ταὐτοῦ καὶ ἑτέρου) in quibus, quam multum & quam magnum quæritur, quæ quantitatis ſunt ſpecies. Alio deinde loco *definitionem* enumerat; ita ut cum Cæcilio & Theone conſentire videatur. TURNEB. Sed in hac Turnebiani commentatoris nota duo ſunt, quæ reprehendam; 1°. enim quæſtionem *de eodem & de alio* revocat ad τὸ *quam multum & quam magnum*, quæ totidem ſunt ſpecies quantitatis: atqui, ut ſupra notavimus, quæſtio *de eodem & alio* refertur ſolummodo ad *ſtatum definitivum*, vel ad *ſtatum qualitatis*; 2°. ponit Ariſtotelem in lib. 1. Rhetoric. cap. 3. uti hac locutione *de eodem & alio*: verum neque ibi, neque in tota hujus philoſophi Rhetorica occurrit: in *Topicis* quidem lib. 1. cap. 5. ubi de definitione agit, hoc loquendi genus (*de eodem & alio*) uſurpat; ſed in Rhetoricis, quæ habemus hodie, nuſpiam illud adhibuit. Et ſane, ut dicam quod ſentio, difficultate non caret hic locus; nec video qua ratione Fabius Ariſtotelem ſcripſerit hæc verba (*de eodem & alio*) in Rhetoricis protuliſſe; nam ſi hac loquendi formula *ſtatum qualitatis* intelligit, ut Cicero in *Topicis*, eumdem *ſtatum* bis poſuerit, neceſſe eſt; ait enim mox de illo Fabius: *Ad hoc*

[219] etiam ſic omne opus dividit; in veritatem, & petenda ac fugienda, quod eſt *ſuaſoriæ*; & *de eodem atque* * *alio.* [260] Partiendo tamen ad hoc pervenit, ut, [261] *an ſit quid*, *quale*, [262] *quantum*, *&* [263] *quam multum ſit*, quærendum [264] putet. Quodam tamen loco, *finitionis* quoque vim intelligit, [265] quo dicit quædam ſic defendi: [266] *Suſtuli*, *ſed non furtum feci: Percuſſi*, *ſed non injuriam feci.* [267] Poſuerat & Cicero in libris Rhetoricis, *facti*, *nominis*, *generis*, *actionis*; ut in facto *conjectura*, in nomine *finitio*, [268] in genere *qualitas*, [269] in actione *jus* [270] intelligeretur. *Juri* ſubjecerat *tranſlationem.* Verum hîc [271] *legales* quoque quæſtiones [272] alio loco tractat, ut [273] ſpecies *actionis.* [274] Fuerunt qui facerent quinque; *conjecturam*, *finitionem*, *qualitatem*, *quantitatem*, [275] *ad aliquid.* [276] Theodorus quoque (ut dixi) iiſdem [277] generalibus capitibus utitur; *an ſit*, *quid ſit*, *quale ſit*, *quantum ſit*, *ad aliquid.* Hoc ultimum maxime in *comparativo* genere [278] verſari putat; quoniam melius ac pejus, majus & minus, niſi alio relata, non intelliguntur. [279] Sed in illas quoque *tranſlativas*, ut [280] ſupra ſignificavi, quæſtiones in-

pervenit, *ut an ſit quid*, *quale*, *&c.* ſi *ſtatum definitivum*, ut idem Tullius ibid. quomodo ſtabit quod ſubjungit: *quodam tamen loco finitionis quoque vim intelligit*, *quo dicit quædam ſic defendi: Suſtuli*, *ſed non furtum feci.* Hæc enim verba innuunt Ariſtotelem in præcedentibus, necdum *ſtatus definitivi* mentionem feciſſe: hanc porro difficultatem aliter ſolvere non poſſe me fateor, quam ſi dixero ſtandum eſſe lectione, quam exhibent codices Voſſiani primus & tertius, itemque Bernenſis, in quibus ita ſcriptum eſt: *Ariſtoteles in Rhetoricis etiam ſic; an ſit quid*, *quale*, *quantum*, *&c.* atque hæc quidem lectio eo etiam præſtantior videtur, quod non contineat duo illa *tamen*, quæ fere continenter poſita ſunt in vulgatis editionibus: ſed contra librorum editorum & manuſcriptorum fidem mutare nihil auſus ſum. CAPP.

259. *Etiam ſic* ....] Quæ ſequuntur uſque ad τοῦ *an ſit*, deſunt in Voſſ. prim. tert. & Bern.

260. *Partienda tamen ad hoc.*] Baſil. *Tandem ad hoc pervenit;* Burman. ſic habet: *eodem atque alio partiendo*; in Bodl. Andr. Venet. Locat. Ald. Colon. Gryph. ita legitur: *& de eodem atque alio partiendo*; in Steph. *& de eodem atque alio partiendo tamen ad hæc pervenit;* ſed bonam lectionem exhibebant Edition. Colin. Argentorat. & Obrecht. qui enim Fabianæ locutioni aſſueverint, facile perſpicient; 1°. legendum eſſe, *de eodem atque alio;* 2°. ſejungendum illud τὸ *partiendo* ab illis ablativis *de eodem atque alio.* CAPP.

261. *An ſit*, *quid ſit.*] *Quid ſit* non eſt in V. C. Alm. *An ſit*, *quid*, *quale;* Ald. Locatel. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Obrecht. *an ſit*, *quale;* Voſſ. ſecund. tert. *An ſit quid.*] Pro τοῦ *aliquid*, hoc eſt, an aliqua res exiſtat, factave ſit. Similis occurrit locutio lib. 7. cap. 2. *Ultra oceanum nec quid ſit*, *nec quale ſit*, *ſed an ſit quid;* ſupple, quæritur. Sic paulo ſupra: *in voce quæri putat*, *an ſignificet quid;* in vulgatis, fateor, editionibus legitur cum hypodiaſtole: *an ſit*, *quid*, *quale*, *&c.* quæ lectio ad Fabii mentem minus videtur accommodata; nam ex Fabio Ariſtoteles hactenus *definitivum ſtatum* ſilentio prætermiſerat, ut patet ex ſequent. *quodam tamen* (inquit) *loco*, *finitionis quoque vim intelligit*, *quo dicit quædam ſic defendi: Suſtuli*, *ſed non furtum feci:* atqui ſi legas; *an ſit*, *quid*, *quale*, *&c.* fatendum erit hoc ipſo in loco de *definitivo ſtatu* fieri mentionem; hic enim *ſtatus* τοῦ *quid ſit* deſignatur. Adde, quod lectioni noſtræ faveant codices Voſſiani ſecundus & tertius, in quibus, omiſſo τοῦ *quid*, legitur continenter: *an ſit*, *quale.* CAPP.

262. *Quantum.*] Quæ quantitas eſt continua. CAPP.

263. *Quam multum.*] Quæ quantitas eſt diſcreta. CAPP.

264. *Putet.*] *Putat;* V. C. Alm. Ald. *putant;* Voſſ.

265. *Quo dicit.*] *Quando;* Voſſ.

266. *Suſtuli*, *ſed non.*] Οἷον λαβεῖν μὲν, ἀλλ' οὐ κλέψαι· καὶ πατάξαι πρότερον, ἀλλ' οὐχ ὑβρίσαι, & quæ ſequuntur. [TURNEB.] ex libro 1. Rhetor. cap. 13. CAPPER.

267. *Poſuerat & Cicero.*] Cicero lib. *de Inventione* quatuor videtur *ſtatus* poſuiſſe, ob idque hic inter eos a Fabio numerari, qui quatuor fecere: differt tamen a ſuperioribus, quod *quantitatis* aut *exhortativi* loco, nunc *tranſlationem*, nunc *actionem* ponit, & ſub ea quæſtiones omnes *legales*, ut *in Partitionib.* TURNEB. Vide Pinum, qui, cum nullo loco plus moleſtiæ habuerit, hic ſibi minus placere ſe adfirmat.] *Poſuerat*, ſupple, τοὺς *ſtatus.* CAPPER.

268. *In genere qualitas.*] Hinc Cicero in libris oratoriis paſſim *ſtatum qualitatis* vocat *ſtatum* generis, & *ſtatum* generalem. Sic lib. 1. *de Invent* num. 10. *Cum vero qualis ſit res*, *quæritur; quia de vi & de genere negotii controverſia eſt*, *conſtitutio generalis vocatur.* Eumdem *ſtatum qualitatis* idem Orator vocat *conſecutionem* lib. 3. de Orat. num. 111. ubi ſic loquitur: *Cognitionis tres modi; conjectura*, *definitio*, *&* (*ut ita dicam*) *conſecutio* .... *conſecutio tractatur*, *cum quid quamque rem ſequatur*, *inquiritur; ut illud*, *ſitne aliquando mentiri viri boni:* operæ autem pretium eſt varia ejuſdem rei nomina obſervare, maxime apud eos qui de arte Rhetorica ſcripſerunt. CAPPER.

269. *Ut in actione jus intelligeretur. Juri ſubjecerat tranſlationem.*] Id eſt, in hoc nomine, quod eſt *Actio*, apud Ciceronem illo in loco intelligitur *jus agendi* & litigandi (nam ſecundum Juriſconſultos *Actio* eſt jus perſequendi in judicio, quod nobis debetur;) ideoque ad *tranſlationem*, ſeu *ſtatum tranſlativum* pertinet: unde Quinctilianus lib. 7. cap. 5. *Statum tranſlativum* vocat *jus* & *actionis quæſtionem;* ſic enim habet: *Qui neque feciſſe ſe negabit*, *neque aliud eſſe*, *quod fecerit*, *dicet*, *neque factum defendet; neceſſe eſt in ſuo jure conſiſtat: in quo plerumque* Actionis *eſt quæſtio* .... *eſt enim duplex ejus diſceptationis conditio; quod aut intentio*, *aut præſcriptio habet controverſiam.* CAPPER.

270. *Intelligeretur.*] *Intelligatur;* Ald.

271. *Legales quæſtiones.*] Quatuor ſunt. 1. κατὰ ῥητὸν καὶ διάνοιαν *ſcripti & ſententiæ*, ſeu *voluntatis.* 2. ἀμφιβολία *ambiguitas.* 3. ἀντινομία *leges contrariæ.* 4. συλλογισμὸς *ſtatus ratiocinativus:* Fabius autem quæſtiones potius quam *ſtatus* vocat ea, quæ pertinent ad legum ſcriptorumve interpretationem, & *tranſlativam* cauſſæ conſtitutionem, ſeu *exceptionem* judicii *declinatoriam*, ut jam ſupra innuit, & poſtea pluribus declarabit. CAPPER.

272. *Alio loco tractat*, *at ſpecies.*] *Ut*, loco *at* legendum eſſe conſtat; hoc autem in *Partitionibus* oratoriis legitur. REGIUS.

273. *Species actionis.*] *Actionem* paulo latius accipimus, ut jus agendi ſignificet, & legis *actionem:* ac cum legis & juris adjumento petitionem ſummovebimus, *tranſlatio* erit: cum vero ex præſcripto legum & juris actionem intendemus, & apud judicem rem petemus, *ſtatus legales* orientur. TURNEB.

274. *Fuerunt qui facerent quinque.*] Hi tribus illis vulgaribus, *an ſit*, *quid ſit*, *quale ſit*, adjungunt *quantitatem*, & *ad aliquid;* ignorantes hæc poſſe ad *qualitatem* referri. TURNEB.

275. *Ad aliquid.*] Τὸ πρός τι: recentiores Latini *relationem* appellare ſolent. CAPPER.

276. *Theodorus.*] Theodorum ante inter eos recenſuit, qui duos *ſtatus* facerent, qui quæſtiones omnes in his verſari ait, *an ſit*, & *accidentibus ejus;* nunc inter eos, qui quinque ponunt *ſtatus*, quoniam *accidentia* in quatuor generales quæſtiones dividebat, *quid ſit*, *quale*, *quantum*, *ad aliquid.* TURNEB.

277. *Generalibus capitibus.*] Supple, *ſtatuum*, vel quæſtionum oratoriarum. CAPPER.

278. *Verſari putat.*] *Putant;* V. C. Alm.

279. *Sed in illas quoque tranſlativas* .... *quæſtiones incidit.*] Videlicet hoc ultimum, quod eſt τὸ *ad aliquid:* nam ſupra dixerat Quinctilianus: *ad aliquid; unde ducta tranſlatio*, *& comparatio:* præterea mox dicebat idem Rhetor, *hoc ultimum maxime in comparativo genere verſari:* igitur apte ſubjunget: *ſed in illas quoque tranſlativas quæſtiones incidit*, nempe τὸ ultimum illud quod eſt *ad aliquid;* ſiquidem hæ particulæ *ſed* .... *quoque* referuntur ad adverbium τὸ *maxime:* in editis vulgo legitur: *ſed in illas quoque tranſlativas* .... *quæſtiones incidunt;* unde cum ſenſum commodum elicere non poſſet Antonius Pinus, legi volebat: *ſed in illa quoque* (quæ ad aliquid ſunt) *incidunt tranſlativæ quæſtiones:* verum æquo liberior & paulo audacior mihi viſa eſt illa emendatio. CAPPER.

280. *Supra ſignificavi.*] *Signavi;* Locat. Steph. Gryph.

cidit; *an huic* [281] *jus agendi ſit*, vel *facere aliquid conveniat*, *an contra hunc*, *an hoc tempore*, *an ſic.* Omnia enim iſta referri ad aliquid neceſſe eſt. [282] Alii ſex *ſtatus* putant; *conjecturam*, quam [283] γένεσιν vocant; & *qualitatem*; & *proprietatem*, id eſt, [284] ἰδιότητα, quo verbo *finitio* oſtenditur; & *quantitatem*, quam [285] ἀξίαν dicunt; & *comparationem*; & *tranſlationem*, [286] cujus adhuc * novum nomen inventum eſt, μετάστασις: novum, inquam, in hoc *ſtatu*, [287] alioqui ab Hermagora inter ſpecies *juridiciales* uſitatum. [288] Aliis ſeptem eſſe placuit; a quibus nec *tranſlatio*, nec *quantitas*, nec *comparatio* recepta eſt; ſed in horum trium locum [289] ſubditæ quatuor *legales*, adjectæque [290] tribus illis *rationalibus.* Alii pervenerunt uſque ad octo, *tranſlatione* ad ſeptem ſuperiores adjecta. A quibuſdam deinde diviſa ratio eſt, [291] ut *ſtatus*, *rationales* appellarentur; quæſtiones, (quemadmodum ſupra dixi) *legales*; in illis de re, in his de ſcripto quæreretur. Quidam in diverſum [292] has, *ſtatus* eſſe; illos, quæſtiones maluerunt. [293] Sed alii *rationales* tres putaverunt; *an ſit*, *quid ſit*, *quale ſit*: Hermagoras [294] ſolus quatuor; *conjecturam*, [295] *proprietatem*, [296] *tranſlationem*, *qualitatem*, [297] quam per *accidentia*; id eſt,

Colin. Voſſ. ſecund.

281. *Jus agendi.*] *Vis agendi*; Locatel. Ald. marg. Baſil. *Jus agendi.*] *Actione* ſcilicet forenſi, litigatoria, &c. CAPPER.

282. *Alii ſex.*] Hi ad quinque ſuperiores *tranſlationem* conſtituunt generale caput, quam Theodorus partem fecit quæſtionum *ad aliquid.* TURNEB.

283. Γένεσιν.] Qua quæritur de origine ſeu effectu, *factum ne ſit*, & *a quo.* TURNEB.

284. Ἰδιότητα.] Fortunatianus: *Altera rationalis eſt quæſtio, quam Hermagoras finem vocat; Theodorus* * περὶ τῆς ἰδιότητος, id eſt, *de proprietate; quidam quid ſit; nonnulli de eodem & altero* περὶ ταὐτοῦ καὶ ἑτέρου. Hæc enim definitioni attribuitur, quod nimirum definitio ita rem exæquare debet, ut nec ſe latius effundat, nec anguſtius contrahatur. TURNEB. Sed quod Fortunatiano tribuit hic Turnebianus commentator, id reperitur in principiis *Rhetorices* Aurelio Auguſtino attributis apud Rhetoras Pithœanos pag. 294. CAPPER.

285. Ἀξίαν.] Quia cum *quantitate* eſt, ut oſtendatur *rei dignitas*, vel *indignitas*, & ſimilia; quo fere omnes *quantitatis* quæſtiones in civili diſputatione ſuſceptæ referuntur. TURNEB.

286. *Cujus ab hoc novum nomen.*] Hic locus ita ſcatet erroribus; ut, niſi emendetur, intelligi non ſit: hoc autem modo videtur poſſe emendari; ſi non *ab hoc*; ſed *adhuc*, & loco *tanquam*, legatur *inquam*, & ſi *hoc* & *in* adſcribatur hoc modo: *Cujus adhuc nomen novum inventum eſt* μετάστασις: *novum, inquam, in hoc ſtatu. In alio, qui ab Hermagora inter ſpecies juridiciales ponitur, uſitatum. Metaſtaſis* namque, ſi ponatur pro *tranſlatione*, novum eſt nomen, ut Fabius ſentit; nam *tranſlatio* a Græcis fere dicitur μετάληψις; hic pro *remotione criminis*, quæ eſt ſpecies *juridicialis aſſumptionis*, nomen eſt uſitatum REGIUS. *Ab hoc*; MS. Bal. Locat. Ald. Colon. Gryph. *ob hoc*; Vaſc. Steph. & ita volebat Aſcenſius, *ab hoc*; V. C. Alm. *cujus novum nomen ad hoc*; Colin. *cujus adhuc*; Baſil. *cujus ad hoc*; Vidov. Obrecht. deinde *novum tanquam*; MSS Joan. Bal. Alm. Ald. Gryph. Colin. Baſil. in marg. *inquam alioqui*; etiam omnes editi & ſcripti, *inter s. jur. ponitur*; Locat. Ald. Antonii Pini & Turnebiani commentatoris Annotationes hoc loco appoſuerat Burmannus: verum quoniam & οὐδὲν ὑγιὲς [nihil ſani] continebant, & plurimis ſcatebant erroribus, eas omnino reſecui; Pinus enim annotaverat *tranſlationem* ab Hermagora vocari μετάστασιν, & μεταλήψεως nomine appellari ſpeciem unam *qualitatis aſſumptivæ*, quæ *relatio criminis* ab Hermogene vocetur: atqui, 1°. Hermagoras *tranſlationem* Græce nominavit Μετάληψιν, ut patet ex Hermogene & ex auctore *Rhetorices* Aurelio Auguſtino attributæ pag. 294. Rhetor. Pithœan. ubi ſic legitur: *Illa contentio, qua alter in judicium vocat, alter recuſat judicium, facit quæſtionem: quod controverſiæ genus Hermagoras* μετάληψιν *appellat; noſtrorum plerique tranſlationem vocavere.* 2°. confundit Pinus μετάληψιν *tranſlationem* cum *relatione criminis* τῷ ἀντεγκλήματι: harum vero diſcrimen exhibent Tullius, Hermogenes, Fabius, Fortunatianus & cæteri Rhetores. 3°. ponit ab Hermogene dictam eſſe *relationem criminis*, quaſi Latine ſcripſiſſet hic Rhetor, qui Græce tantum ἀντέγκλημα dixit, quod *relationem criminis*, vel *relationem* ſimpliciter Latini verterunt. Pini errores exſcripſerat pſeudo-Turnebus, & ſuis adauxerat. CAPPER.

287. *Alioqui ab Hermagora inter ſpecies juridiciales uſitatum.*] Et certe τὸ *juridiciale* pertinet ad *ſtatum qualitatis*, qui duplex eſt, *abſolutus* & *aſſumptivus*. Hic dividitur in ἀντέγκλημα *relationem*, μετάστασιν *remotionem*, ἀντίλησιν *compenſationem* & συγγνώμην *veniam*, pro ut cæteri vulgo Rhetores explicarunt. CAPP.

288. *Aliis ſeptem eſſe placuit.*] Tres conſuetos, qui *rationales* appellantur; quod eorum quæſtiones, extra ſcriptionem poſitæ, in rationis uſum veniunt, & quatuor *legales*. Qui octo faciunt, his ſeptem *tranſlationem* addunt. TURNEB.

289. *Subditæ quatuor legales.*] Legales illæ quatuor quæſtiones paulo ſupra recenſitæ ſunt, & quadamtenus explicatæ. CAPP.

290. *Tribus illis rationalibus.*] Quæ ſunt 1°. *conjectura*, ſeu *ſtatus conjecturalis* (vulgo facti quæſtio.) 2°. *proprietas*, hoc eſt, *finitio*, ſeu *ſtatus definitivus*. 3°. *qualitas*, vel *ſtatus qualitatis* (vulgo quæſtio de jure.) CAPP.

291. *Ut ſtatus rationales appellarentur.*] Sic in edition. Stephan. Colin. & in cod. Voſſ. ſecund. in aliis; *appellarent*; Obrecht. *& ſtatus rationales appellarunt*; ſed noſtram lectionem firmat etiam ſequens locutio: *in illis de re, in his de ſcripto quæreretur. Ut ſtatus, rationales appellarentur; quæſtiones, legales.*] Id eſt, ut *ſtatus* nomen proprie diceretur de *rationalibus* ταῖς λογικαῖς hypotheſibus oratoriis; quæſtionis autem vocabulum proprie attribueretur ταῖς νομικαῖς *legalibus*. Vide cap. 5. ubi mentio fit τοῦ λογικοῦ & τοῦ νομικοῦ. CAPP.

292. *Has, ſtatus eſſe; illos, quæſtiones.*] In aliis ita legitur: *hos ſtatus eſſe; illas quæſtiones*; ſed olim annotarat Aſcenſius legendum eſſe quomodo edendum curavimus; & certe Aſcenſiana lectio ſeu emendatio antecedentibus & conſequentibus optime congruit. CAPP.

293. *Sed alii rationales.*] *Rationales ſtatus* nonnulli faciunt duos, *an ſit*, & *quale*; alii tres, *quid ſit* addentes. Hermagoras quatuor, tribus his *qualitatem* ſubjungens; quam dividit in *rem* & *perſonam*; in *negotialem* & *judicialem*. Has quatuor ſpeciales facit, & quatuor primis generalibus ſubjectas. In eadem eſt opinione Fortunatianus, ac quatuor *rationales* facit, ut libenter ſolet imitari Hermagoram. TURNEB. Sed in hac Turnebiana nota, ut ſenſus conſtet, legendum eſt: *Hermagoras quatuor, tribus his tranſlationem ſubjungens. Qualitatem dividit in* .... *& juridicialem*; nam tribus his *an ſit*, *quale*, & *quid ſit*, non potuit Hermagoras addere *qualitatem*; cum ipſa jam deſignata fuerit his vocabulis, & *quale*: aliunde vero, ut mox Fabius dicet, *tranſlationem* Hermagoras primus omnium tradidit. Præterea noſtra hæc Turnebiani commentarii emendatio probari poteſt ex Fortunatiano Rhetore pag. 45. Rhetor. Pithœan. ubi ſic habet: *Rationales ſtatus quot ſunt? ſecundum Hermagoram quatuor; conjectura, finis, qualitas, & tranſlatio*: & ex principiis *Rhetorices* Aurelio Auguſtino attributis ibid. pag. 293. & 294. ubi ſic legitur. *Rationales quæſtiones ſunt, quas Hermagoras* λογικὰς *vocat* .... *ſunt modis quatuor; hæc enim in illis quæruntur; an ſit, quid ſit, quale ſit, an induci in judicium debeat [quæ tranſlatio dicitur:]* cæterum parvi refert, utrum ipſe Turnebianus commentator hoc in loco erraverit, an ipſius exſcriptores. CAPP.

294. *Solus quatuor.*] *Solum*; Ven. Locat. Ald. *ſolus Hermagoras*; Obrecht.

295. *Proprietatem.*] Ἰδιότητα. Hæc autem dictio, deſignat hic *ſtatum definitivum*; quia, quid proprie ſit res, exponit definitio. CAPP.

296. *Tranſlationem.*] Vide ut Hermagoras *tranſlationem* μετάληψιν *ſtatibus rationalibus* τοῖς λογικοῖς annumeret; alii enim eam ſubjiciunt *legalibus* τοῖς νομικοῖς: quod ipſe Quinctilianus in antiquo ſuo ſyſtemate de *ſtatibus* fecerat. Alii *ſpecialem ſtatum* faciunt. Alii *ſtatum* eſſe negant & quæſtionem ſimpliciter appellari volunt. CAPP.

297. *Quam per accidentia.*] Sic etiam Aquila Romanus

[298] κατὰ συμβεβηκότα vocat, hac interpretatione; *An illi accidat viro bono eſſe, vel malo.* [299] Hanc ita dividit; 1°. de [300] appetendis & fugiendis, quæ eſt pars *deliberativa*; 2°. de perſona, ea oſtenditur [301] *laudativa*; 3°. [302] *negotialem*, quam πραγματικὴν vocat, in qua de rebus ipſis quæritur, remoto perſonarum complexu; ut, *Sitne liber*, [303] *qui eſt in aſſertione*; [304] *An divitiæ ſuperbiam pariant*; [305] *An juſtum quid, an bonum ſit?* 4°. [306] *juridicialem*, in qua fere eadem, [307] ſed certis deſtinatiſque perſonis quærantur; *An ille juſte hoc fecerit, vel bene?* Nec me fallit, in primo Ciceronis Rhetorico aliam eſſe [308] loci *negotialis* [309] interpretationem, cum ita [310] ſcriptum ſit: [311] *Negotialis eſt, in qua quid juris ex civili more & æquitate ſit, conſideratur; cui diligentiæ* [312] *præeſſe apud nos juriſconſulti exiſtimantur.* Sed, quod ipſius de his libris judicium fuerit, [313] ſupra dixi. Sunt enim velut [314] res regeſtæ in hos commentarios, quas adoleſcens deduxerat [315] ſchola; &, ſi qua eſt in his culpa, tradentis eſt: ſive eum movit, quod Hermagoras prima in hoc loco poſuit exempla ex quæſtionibus juris: ſive, quod

pag. 16. Rhetorum Pithœan. *Metaſtaſin*, inquit, *quidam inter figuras nominant, cum rem a nobis aliò transmovemus, non ut ibi cauſſam conſtituamus: alioqui jam non figura erit; ſed ſpecies quædam ejus* ſtatus, *quem*, qualitatis, *aut* ex accidenti *appellant ſecundum Hermagoram.* CAPP.

298. *Κατὰ συμβεβηκότα.*] *Κατὰ συμβεβηκός*; Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. Vidov. Baſil. Colon. Par.

299. *Hanc ita dividit, &c.*] Clarius & preſſius Cicero 1°. de *Invent.* num. 12. rem ſic exponit: *Huic generi Hermagoras partes quatuor ſuppoſuit: deliberativam, demonſtrativam, juridicialem, negotialem.* CAPP.

300. *De appetendis.*] Aptius dici *expetendis* ex Vall. lib. v. de Eleg. cap. 7. docet Aſcenſius.

301. *Laudativa.*] Cicero *demonſtrativam* partem magis proprie dixit; hæc enim pars vituperationem non minus, quam laudationem continet: ubi etiam vides quamdam inter oratoriarum quæſtionum *ſtatus*, & tria illa orationis genera cognationem affinitatemve reperiri. Vide ſupra cap. 4. CAPPER.

302. *Negotialem.*] *Negotialis ſtatus* ſecundum Hermagoram eſt, cum de negotio quæritur, quale tandem ſit, remotis perſonarum circumſtantiis: ſecundum Hermogenem, *ſtatus* eſt *qualitatis* de futuro; ut, *agendumne aliquid, an non?* TURNEB.

303. *Qui eſt in aſſertione.*] De qua eſt lex Marci Philoſophi, ut Lampridius cap. 9. eſt auctor. PINUS. *Aſſertio* eſt judicium de alicujus libertate conſtitutum, ut ſi quis ſtatu liber in jus vocaretur, ut in ſervitutem aſſereretur; *cauſſa* vero *liberalis* vocatur. TURNEB.

304. *An divitiæ ſuperbiam pariant.*] Solet enim opulentiæ comes eſſe inſolentia & faſtus: quod & Philoſophi tradiderunt. TURNEB.

305. *An juſtum ſit quid.*] *An juſtum quid, an*; Andr. Locat. Ven. Ald. Par. Gryph. Baſil. Vidov. Voſſ. ſecund. Obrecht.

306. *Juridicialem, in qua, &c.*] Addendum eſt ex Cicerone, 1°. de *Invent.* num. 15. & ex Fortunatiano pag. 46. 47. Rhetor. Pithœan. quod ἡ δικαιολογικὴ *juridicialis qualitas* dividatur in ἀντίληψιν *abſolutam*, & ἀντίθεσιν, vel ἀντιθετικὴν *aſſumptivam*; *Aſſumptiva* vero in ἀντέγκλημα *relationem*, μετάστασιν *remotionem*, ἀντίστασιν *compenſationem*, & συγγνώμην *veniam*, ſeu *deprecationem*: de quibus alibi fuſius. CAPP.

307. *Sed certis.*] *De certis*; Andr.

308. *Loci negotialis.*] Ubi genitivus *loci*, quem habet in contextu, expungendus videtur, & pro eo *cauſſæ*, aut ſimile quid reponendum; aut certe, nullo præfixo, *negotialis* legendum: locus autem Ciceronis eſt in 1. de *Invent.* cap. 11. PINUS.

309. *Interpretationem.*] *Explicationem*; marg. Baſil.

310. *Scriptum ſit.*] *Eſt*; V. C. Alm.

311. *Negotialis eſt, in qua quid juris, &c.*] Huic fere ſimilis eſt Ciceroniana τῆς *juridicialis* interpretatio: *Juridicialis eſt*, inquit, *in qua æqui & recti natura, aut præmii aut pœnæ ratio quæritur*: itaque τοῦ *negotialis* πραγματικοῦ & τοῦ *juridicialis* δικαιολογικοῦ apud Rhetoras mutiplex eſt ſignificatio. Et *negotiale* πραγματικὸν quidem ſex minimum ſignificatus habet; 1°. Hermagoreum, Fabio interprete, quatenus eſt quæſtio, *in qua de rebus ipſis quæritur, remoto perſonarum complexu*; 2°. Ciceronianum, qui hoc ipſo in loco exhibetur; 3°. Hermogenianum, quatenus eſt quæſtio in *ſtatu qualitatis* de re futura vel agenda; 4°. Apollodoreum, quem Fabius paulo ſupra retulit his verbis: *Idem dicit Apollodorus, quum quæſtionem aut in rebus extra poſitis, quibus* conjectura *explicatur, aut in noſtris opinionibus exiſtimat poſitam; quorum illud* πραγματικὸν, *hoc* περὶ ἐννοίας *vocat*; 5°. Ulpianeum; Ulpianus enim initio commentarii ad primam Demoſthenis Olynthiacam, προοίμιον πραγματικὸν vocat, quod ad rem ipſam faciat, nec in rebus a præſenti negotio alienis occupetur, ſed cum ipſo negotio πράγματι arcte conjunctum ſit, & ad *cauſſam* probandam, aut certe declarandam nonnihil conferat. Hoc igitur ſenſu primæ orationis Olynthiacæ procœmium πραγματικὸν appellat hic Rhetor; quia ſcilicet ſolvit τὰ ἀντιπίπτοντα, *quæ ſtatim poſſent opponi*; & ἐπαγωγὴν ποιεῖ τῶν κεφαλαίων, *probationum capita inducit.* Ad Ulpianī ſenſum proxime accedit Minucianus in Aldinis Rhetoribus pag. 731. ubi τὰς πίστεις (*quæ rem credibilem faciunt*) dividit in πραγματικὰς, ſeu λογικὰς, *quæ ex ipſis rei controverſæ viſceribus depromuntur*; in ἠθικὰς, *quæ petuntur ex moribus oratoris, vel eorum quorum cauſſam agit*; & in παθητικὰς, *quæ pendent ex animi affectibus, quibus Orator & ipſe afficitur & auditores afficit.* Nec multum abludit Longinus in opuſculo de *Sublimitate* cap. 15. ubi τὸ πραγματικὸν opponit τῷ παθητικῷ; 6°. Ariſtoteleum, de quo infra cap. 7. Hæc de *negotiali* πραγματικῷ dicta ſint: *Juridiciale* autem δικαιολογικὸν eſt pariter πολύσημον (vox multa ſignificans) etſi ſemper ad *ſtatum qualitatis* pertineat. Vel enim opponitur 1°. *negotiali* πραγματικῷ Hermagoreo, & tunc ſignificat quæſtionem de rei actioniſve qualitate cum certis deſtinatiſque perſonis; vel 2°. Hermogeniano, & deſignat quæſtionem de rei factæ, actioniſve perpetratæ qualitate; vel 3°. Ciceroniano, & tunc eſt quæſtio, in qua *æqui & recti natura, aut præmii aut pœnæ ratio quæritur*; vel 4°. opponitur τῷ *infitiali*, ſeu *conjecturali ſtatui*, quem vulgo dicimus *quæſtionem de facto*, & tunc τὸ *juridiciale* ſignificat quæſtionem juris vel de jure ſecundum quorumdam ſententiam, quam ſupra ſic retulit Fabius: *Huic diverſa ſententia eorum fuit, qui duos quidem* ſtatus *eſſe voluerunt, ſed unum* inficialem, *alterum* juridicialem. Inficialis *eſt, quem nos dicimus* conjecturalem, *cui ab inficiando nomen alii in totum dederunt; alii in partem, quia accuſatorem* conjectura, *reum inficiatione uti putaverunt.* Juridicialis *eſt, qui Græce dicitur* δικαιολογικός; vel 5°. opponitur τοῖς *conjecturali* & *legali* ſecundum Antonianorum & Virginianorum opinionem, quam Quinctilianus memorat his verbis: *Quoniam, quod jure dicimur feciſſe, non hunc ſolum intellectum habet, ut* lege, *ſed illum quoque, ut* juſte *feciſſe videamur; ſecuti Antonium apertius voluerunt eoſdem* ſtatus *diſtinguere: itaque dixerunt* conjecturalem, legalem, juridicialem, *qui & Virginio placent*; vel 6°. opponitur τοῖς *conjecturali* & *definitivo*, ſecundum Ciceronem in *Topicis* num 92. ubi ſic habet: *Itaque* conjecturalis *prima appelletur;* diffinitiva *altera; tertia, quamvis moleſtum nomen hoc ſit,* juridicialis *vocetur.* CAPPER.

312. *Præeſſe apud nos, &c.*] Nam Romæ juriſconſulti de jure reſponſa dabant; ac ſi aliquis civis quidpiam eſſet acturus, illos conſulebat, an fieri poſſet ex more civili & æquitate. TURNEB.

313. *Supra dixi.*] Cap. v.

314. *Res regeſtæ.*] Steph. Baſil. Vidov. Roignii. *Res geſtæ*; Voſſ. prim. tert.

315. *Scholæ.*] Video quidem hunc locum eſſe corruptum; ſed quonam pacto emendari poſſit, mihi non liquet, niſi forte *regeſtæ* & *ſcholæ*, ut eſt in vetuſto, legatur a *regerendo*; hoc eſt, a reponendo: quomodo, ut legamus, adducor ipſius Fabii auctoritate, qui in lib. 11. cap. 11. ſic ait: *Unde fit, ut diſſoluta & ex diverſis congeſta oratio cohærere non poſſit, ſimiliſque ſit commentariis puerorum, in quos ea, quæ aliis declamantibus laudata ſunt, regerunt. Regeſtæ* igitur res ſunt, quas vel legendo, vel audiendo colligimus, atque in commentarios digerimus, quos quidem non multum habere auctoritatis, ſatis conſtat: talia ſunt, quæ

Græci [316] πραγματικοὺς vocant juris interpretes. Sed Cicero quidem his pulcherrimos illos *de Oratore* ſubſtituit; ideoque culpari, tanquam falſa præcipiat, non poteſt. Nos ad Hermagoram. [317] *Tranſlationem* hic primus omnium tradidit: quanquam ſemina ejus quædam citra nomen ipſum [318] apud Ariſtotelem reperiuntur. [319] *Legales* autem quæſtiones has fecit; *ſcripti* & *voluntatis* (quam ipſe vocat κατὰ ῥητὸν, ἢ ὑπεξαίρεσιν, [320] id eſt, ſecundum *dictum*, & [321] *exceptionem*: [322] quorum prius ei cum omnibus commune eſt, *exceptionis* nomen minus uſitatum) [323] *ratiocinativum*, *ambiguitatis*, *legum contrariarum*. [324] Albutius eadem *diviſione* uſus, detrahit *tranſlationem*, ſubjiciens eam *juridiciali*. In *legalibus* quoque quæſtionibus [325] nullum putat eſſe, qui dicatur *ratiocinativus*. [326] Scio plura inventuros adhuc, qui legere antiquos ſtudioſius volent: ſed ne hæc quoque exceſſerint modum, vereor. Ipſe me paulum [327] in alia, quam prius habuerim, opinione nunc eſſe confiteor. Et fortaſſe tutiſſimum erat famæ modo [328] ſtudenti, nihil ex eo mutare, quod multis annis non ſenſiſſem modo, verumetiam [329] approbaſſem. [330] Sed non ſuſtineo eſſe conſcius mihi [331] diſſimulanti, in eo præſertim opere, quod ad bonorum juvenum aliquam utilitatem componimus, in ulla parte judicii mei. Nam & [332] Hippocrates clarus arte medicinæ, videtur [333] honeſtiſſime feciſſe, [334] qui quoſdam errores ſuos, ne poſteri errarent, confeſ-

nunc vulgus barbare *regiſtras* appellat. REGIUS. Scholæ hic; ut Cicer. Tuſc. Quæſt. lib. 1. 14. *pro diſputationibus* accipe: itaque digere, *ſunt e. v. ſcholæ regeſtæ in h. com. quas ſc. ſcholas, adoleſc. deduxerat*: ita editor Leidenſis: *quos adoleſcens deduxerat ſchola*; MSS. Joan. Bal. Locat. Baſil. Voſſ. Bern. *quos ad d. ſcholæ*; V. C. Alm. Ald. Colon. Gryph. Vidov. locum hunc corruptum eſſe certum eſt; neque enim *ſcholæ regeſtæ in commentarios hos* de *Inventione* dici recte videntur eodem ſenſu, ut Lib. 1. Tuſcul. 4. dicit ſe dierum quinque ſcholas in totidem libros contuliſſe; ibi enim in dialogi modum Græcorum more diſputat; at in libris de *Inventione* perpetua oratione utitur. Quod ſi ſit verum, non video, quo vox *regeſtæ* referri poſſit; nam mihi certum eſt legendum eſſe, *quas adoleſcens deduxerat ſchola*, id eſt, ex ſchola: quare etſi nondum plane mihi ſatisfacio, puto tamen vocem *res*, quæ in veteribus codicibus ante Regii emendationem legebatur, recte ſe habere. Ut enim in commentarios ſolebant veteres referre res, quæ quotidie gerebantur, ut ex Cæſaris commentariis & aliorum conſtat; ita Cicero puer, quæ quotidie in ſchola audierat, in libros illos de *Inventione* contulerat: quare ſi liceret, mallem: *Sunt enim velut res digeſtæ in hos commentarios, quas adoleſcens deduxerat ſchola*: ut non ſint tam præcepta, quæ ipſe Cicero tradidit; ſed quæ accepit a magiſtris, & ut res actas ſe puero in ſchola, unde deduxerat, deſcripſerat in commentarios diurnos: de voce *regerere* egimus ſupr. ad lib. 11. cap. 11. BURMAN. Stephan. edition. ſecutus ſum. CAPPER.

316. Πραγματικοὺς vocant.] *Pragmatici* ſunt apud Græcos, ut *juriſconſulti* apud Latinos, qui advocatis rationem olim ſuppeditabant, formulas & actiones illis explicabant. De his vide lib. 12. Fab. & Budæum *in poſt. annotationibus in Pandectas*. TURNEB. Quid ſint πραγματικοὶ, & quotuplicem habeat id verbum ſignificationem, vide prolixe apud Iſaac. Caſaubon. in comment. ad Polybii librum tertium. ALMELOV.

317. *Tranſlationem hic primus.*] Cicero idem lib. 1. de *Invent.* cap. 11. teſtatur: *Hujus*, inquit, *conſtitutionis Hermagoras inventor exiſtimatur eſſe, non quia non ſint uſi ea veteres oratores ſæpe multi: ſed quia non animadverterint artis ſcriptores ſuperiores, neque retulerint in numerum conſtitutionum*, &c. TURNEB. Confer Cornificium ad Herenn. lib. 11. cap. 15. ALMELOV. *Tranſlationem.*] Græci Μετάληψιν vocant, & aliquando παραγραφὴν *præſcriptionem*. Vide Hermogenis *partitiones*. CAPPER.

318. *Apud Ariſtotelem.*] *In Rhetoricis ad Theodecten*. TURNEB. Sed unde id habuit ille pſeudo-Turnebus? nam τὰ Θεοδέκτεια memorat quidem Ariſtoteles 3. Rhetoric. cap. 9. verum ea jam diu periere. Vide Petrum Victorium in Ariſtotelis Rhetoricam pag. 737. edition. Baſil. cæterum *tranſlationis* ſemina etiamnum reperies apud Ariſtotel. lib. 3. Rhetoric. cap. 15. ubi ſic habet: ἄλλος, εἰ γέγονε κρίσις, &c. *aliis, ſi judicium intervenit*, quæ ipſa eſt *exceptio rei judicatæ*; item judicii recuſatio. Ibidem extarent adhuc ſemina tranſlationis initio ejuſdem capitis, ſi modo vera eſſet Petri Victorii lectio: ἢ ὡς οὐκ ἔστιν, ἢ ὡς οὐ βλαβερὸν, ἢ οὐ τούτῳ: vel, *quod non ſit*, vel, *quod non damnoſum*, vel, *quod non huic*; eſſet enim recuſatio perſonæ accuſantis: verum in antiquioribus Victoriana editionibus legitur ἢ οὐ τοσοῦτο, vel *quod non hoc*: quæ verba *ſtatum definitivum* innuunt; de quo Ariſtoteles eodem in opere lib. 1. cap. 13 circa med. CAPPER.

319 *Legales.*] Item Fortunatianus lib. 1. *ex Hermagora* tradit quatuor *legales ſtatus*. TURNEB. Vide Rhetoras Latinos e Pithœana bibliotheca editos pag. 51. *Legales quæſtiones.*] Quæſtiones dixit, non *ſtatus*: quia Rhetores quidam ſolis *rationalibus* τοῖς λογικοῖς nomen *ſtatus* tribuebant: *legalibus* autem τοῖς νομικοῖς nomen quæſtionum ſolebant indere; ut ſupra notavit ipſe Fabius. CAPPER.

320. *Id eſt, ſecundum dictum.*] Par. Steph. Vaſc. Colin. in aliis; *id eſt, dictum*.

321. *Exceptionem.*] *Exceptionem* poſuit pro *voluntate*; quia, quando contra ſcriptum dicimus, ex factis pleriſque & exemplis colligimus *exceptiones* adverſus ſcriptum. TURNEB.

322. *Quorum prius.*] Ῥητὸν pro *ſcripto* dicere, commune eſt omnibus: pro *voluntate*; quæ aliis διάνοια dicitur, ὑπεξαίρεσις vox eſt Hermagoræ peculiaris. TURNEB.

323. *Ratiocinativum, ambiguitatis, legum contrariarum.*] Supple, *ſtatum*: Græce συλλογισμὸν, ἀμφιβολίαν, ἀντινομίαν. CAPPER.

324. *Albutius.*] Hic diſtat ab Hermagora; quod *tranſlationem* ex *rationalibus* quæſtionibus ſemovet, & ſubjungit *legalibus*, ſub *qualitate* complexus: a *legalibus* vero *ratiocinationem* tanquam ſupervacuam removet. Quod & Cicero 2. *de Orat.* & in *Partitionibus* quoque facere videtur. TURNEB.

325. *Nullum putat eſſe.*] Subauditur τὸ *ſtatum*. CAPPER.

326. *Scio plura inventuros.*] Poſt longam enumerationem opinionum, quid ipſe ſentiat, exponit; ſed cum ab ea opinione; quam per viginti annos defenderat, nunc deſciſcat, utitur *prooataſceve*, & merito ſe palinodiam canere poſſe indicat. TURNEB.

327. *In alia, quam.*] Gebhard. 1. Crepund. 5. ex MSS. *in aliam, quam prius habuerim, opinionem nunc eſſe confiteor*: forte *in aliam q. p. h. o. n. iſſe confiteor*.

328. *Studenti.*] *Studentem*: Voſſ. ſecund.

329. *Approbaſſem.*] *Probaſſem*: Vallæ liber; & Voſſ. ſecund.

330. *Sed non ſuſtineo, &c.*] *Helleniſmus* eſt, cujus meminit Budæus duobus locis commentariorum Græcorum. TURNEB.

331. *Diſſimulanti.*] *Diſſimulati*: MS. Bal. & Alm. Argent. Obrecht. Vide Budæum pag. 21. edit. Steph.

332. *Hippocrates.*] *Hippocrates*, ut eſt lib. ἐπιδημιῶν 5 text. 24. in cujuſdam curatione, qui lapide percuſſus fuerat in ſyncipite, ſe deceptum fuiſſe ſcribit ex ratione ſuturarum capitis. Quod etiam meminit Celſus lib. 8. cap. 4. *A ſuturis ſe deceptum eſſe, Hippocrates memoriæ prodidit, more magnorum virorum, & fiduciam magnarum rerum habentium; nam levia ingenia, quia nihil habent, nihil ſibi detrahunt. Magno ingenio, multaque nihilominus habituro convenit etiam veri erroris ſimplex confeſſio, præcipue in eo miniſterio, quod utilitatis cauſa poſteris traditur, ne qui decipiantur eadem ratione, qua quis deceptus eſt.* TURNEB.

333. *Honeſtiſſime.*] *Optime*: Voſſ. prim. tert.

334. *Quod quoſdam errores ſuos, ne poſteri errarent confeſſus eſt.*] *Qui quoſdam*, &c. habet editio Lugdunenſis, aliæque

ſus eſt. Et [335] M. Tullius non dubitavit [336] aliquos jam editos libros aliis poſtea ſcriptis ipſe damnare; ſicut Catulum atque Lucullum, & [337] hos ipſos, de quibus modo ſum locutus, [338] artis Rhetoricæ. Etenim [339] ſupervacuus foret in ſtudiis longior labor, ſi nihil liceret melius invenire præteritis. Neque tamen quidquam ex his, quæ tum præcepi, ſupervacuum fuit; ad eaſdem enim particulas hæc quoque, quæ nunc præcipiam, revertentur. Ita neminem didiciſſe pœniteat. [340] Colligere tantum eadem, ac diſponere paulo ſignificantius conor. Omnibus autem [341] patefactum volo, non me [342] hæc ſerius demonſtrare aliis, quam [343] mihi ipſe perſuaſerim. [344] Secundum plurimos auctores [345] ſervabam tres *rationales ſtatus*; *conjecturam*, *qualitatem*, *finitionem*, unum *legalem*. Hi mihi *ſtatus* generales erant. *Legalem* [346] in quinque ſpecies partiebar, [347] *ſcripti* & *voluntatis*, [348] *legum contrariarum*, [349] *collectivum*, [350] *ambiguitatis*, [351] *tranſlationis*: [352] nunc quartum ex generalibus intelligo poſſe removeri. [353] Sufficit enim prima diviſio, qua diximus [354] alios *rationales*, alios *legales* eſſe: [355] ita non erit *ſtatus*, ſed quæſtionum genus: alioqui & *rationalis ſtatus* eſſet. Ex his etiam, quos ſpeciales vocabam, [356] removi *tranſlationem*; frequenter quidem (ſicut omnes, qui me ſecuti ſunt, meminiſſe poſſunt) teſtatus; & in ipſis etiam [357] illis ſermonibus me nolente vulgatis, hoc tamen complexus, vix in ulla controverſia *tranſlationis ſtatum* poſſe reperiri, ut non & alius in eadem recte dici videretur; ideoque a quibuſdam eum excluſum. Neque ignoro [358] multa *transferri*; cum in omnibus fere *cauſſis*, in quibus [359] *cecidiſſe* quis *formula* dicitur, [360] hæ ſint quæſtiones, [361] *an huic*, *an cum hoc*, *an hac lege*, *an apud hunc*, *an hoc tempore* [362] *liceat agere*, & ſi qua ſunt

nonnullæ. Quæ quidem lectio ſedem ſuam poterat retinere, niſi eam MS. Baliolenſis, majorque pars editorum ejeciſſet. Quid? quod noſtra lectio accuratius etiam exprimit Rhetoris ſententiam; nec enim tantum laudatur is, *qui errores ſuos confeſſus eſt*; ſed ideo dicit eum Fabius laudari, *quod confeſſus eſt*. GIBSON. Quod idem Auguſtinus, qui retractationum libros ſcripſit. Vide plura exempla a nobis collecta paragrapho x. pag. 97. 78. Inventorum Novantiquorum. ALMELOV.

335. *M. Tullius.*] Duos libros Academicarum quæſtionum, in quibus partes erant Luculli & Catulli, nobilium civium, quos in quatuor auctos deduxit, & Varroni, Attico, ſibique nomen fecit, de quibus vide lib. XIII. ad Att. Epiſt. 12. 13. 16. & 19. PINUS. Ex quo ſua Turnebus deſcripſit.

336. *Aliquos jam editos.*] *Aliquos ſuos jam editos*: Ven. Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin.

337 *Hos ipſos .... artis Rhetoricæ.*] Intelligit libros de *Inventione* Rhetorica. Vide ſupra cap. 1. circa finem, & librum primum *de Oratore* num 5. CAPPER.

338. *Artis Rhetoricæ.*] *Artis Rhetorices*: Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Vidov.

339. *Supervacuus foret.*] *Fuerit*: margo Baſil. *eſſet* Voſſ. ſec.

340. *Colligere tantum eadem.*] Τὸ *eadem* deeſt in Voſſ. tert.

341. *Satisfactum volo.*] *Patefactum*; Pariſ. Vaſc. Steph. Colin. & margo Gryphii.

342. *Hac ſerius.*] *Hoc*: V. C. Alm.

343. *Mihi ipſe.*] *Mihi ipſe demonſtraverim ac perſuaſerim*: Sich. Baſil. Gryph. *mihi ipſi perſuaſerim*: Locat. Ald. Colin. Vidov. *Mihi ipſe perſuaſerim.*] *Mihi perſuaſerim*: Voſſ. ſecund.

344. *Secundum plurimos.*] Hæc eſt antiqua Fabii ſententia. TURNEB.

345. *Servabam tres rationales ſtatus*; *conjecturam*, *qualitatem*, *finitionem*, *unum legalem.*] Suam illam diviſionem Quinctilianus merito improbat; in tres enim fit ſpecies, & in unum genus: igitur illius diviſionis membra non erant ejuſdem ordinis. CAPPER.

346. *In quinque ſpecies.*] *In has ſpecies*: V. C. Alm.

347. *Scripti & voluntatis.*] Περὶ ῥητοῦ καὶ διανοίας. CAPP.

348. *Legum contrariarum.*] Τῆς Ἀντινομίας. CAPPER.

349. *Collectivum.*] Συλλογισμός. CAPPER.

350. *Ambiguitatis.*] Τῆς Ἀμφιβολίας. CAPPER.

351. *Translationis.*] Τῆς μεταλήψεως vel παραγραφῆς. CAPPER.

352. *Nunc quartum ex, &c.*] Cum Fabius *conjecturam*, *finitionem*, & *qualitatem* dixiſſet, non debuit addere *ſtatum legalem*, ut generalem, quia *ſtatus legales* ad *conjecturam*, *finitionem*, & *qualitatem* reducuntur: quia tamen ſpecialem quemdam habent tractatum & proprium, idcirco *ſtatus* ſpeciales ſunt & quæſtiones. TURNEB. *Nunc quartum.*] Nempe *ſtatum legalem*, quem *ſtatibus* generalibus, tanquam generalem quemdam *ſtatum* annumeraverat. CAPPER.

353. *Sufficit enim prima diviſio.*] Ita dividere oportet, ut dicamus *ſtatum* omnem eſſe in ſcripto, aut in re; quæ tamen referantur *ad conjecturam*, *finitionem* & *qualitatem*: ita cum *conjecturam*, *finitionem* & *qualitatem* dixeris, ſi *legalem ſtatum* addas, peccaveris; quia *conjectura* modo *ſtatus* eſt *rationalis*, modo *legalis*. TURNEB.

354. *Alios * rationales.*] *Alios legales*, *alios rationales eſſe*; Ald. Locat. Gryph. Colin. Baſil. Steph. Roignii, Vidov. Vide ſupra cap. 5.

355. *Ita non erit ſtatus.*] Ne in hoc loco hæreas, lege *ita non ſtatus hoc nomen*; id eſt, *legale* non ſignificabat unum certum *ſtatum*: alioqui & *rationalis*, hæc, inquam, dictio, *ſtatus* eſſet, hoc eſt, unum quemdam *ſtatum* auribus daret. PINUS. Itaque, cum quæſtiones omnes recte diviſæ ſint in *rationales*, *rationale* quæſtionis genus non facimus *ſtatum*: ergo *legale* etiam potius quæſtionis genus, quam *ſtatus* debet exiſtimari. TURNEB.

356. *Removi tranſlationem.*] *Tranſlationis ſtatum* eſſe ſupervacaneum Fabius docet; nam *ſtatum* appellat, quod totam controverſiam explicat: itaque non eſt in prima quæſtione conſiſtendum, ſi rem totam ſatis non explicat ſine rationibus; illic enim *ſtatus* eſt in *judicatione*. Contra ſentit Hermagoras referente Fortunatiano lib. 3. item Trapezuntius lib. 1. & 2. Cicero certe inter præcurſorias quæſtiones numerat; nec tamen diſſimulat in tractatu præcipue *qualitatis* includi, quia jus agendi etiam ſit *qualitas*. At Cicero primam reſpiciebat quæſtionem: Fabius, quod ante dixi, ulterius pergendum putat, nec in illa prima & lata quæſtione pedem eſſe figendum. TURNEB. Quod hic Turnebianus commentator Fortunatiano adſcribit, id reperies in principiis *Rhetorices* Aurelio Auguſtino attributis pag. 294. Rhetorum Pithœan. CAPPER.

357. *Sermonibus illis.*] Duobus Rhetoricæ libris, de quibus in præfatione totius operis meminit. TURNEB.

358. *Multa transferri.*] Hoc eſt, tractari & diſceptari per *ſtatum tranſlativum*, huic *ſtatui* ſubjici, & per eum quandoque impediri, ne lites moveantur. CAPPER.

359. *Cecidiſſe formula.*] Hujuſmodi erat ratio juris apud Romanos, ut ſi quis male *actionem* intenderet, aut plus peteret, quam deceret, *cauſſam* perderet: quod Latine dicitur *formula cadere*, & *cauſſa cadere*; ideoque in his ad *tranſlationem* confugere cogebantur. TURNEB. Vide Torrent. ad Sueton. Claud. 24.

360. *Hæ ſint quæſtiones.*] Cicero 1. *de Inventione*: *At cum cauſa ex eo pendet, quod non aut is agere videtur quem oportet, aut non cum eo quicum oportet, aut non apud quos, quo tempore, qua lege, quo crimine, qua pœna oportet*: tranſlativa *dicitur* conſtitutio; *quia actio tranſlationis & commutationis indigere videtur*. TURNEB.

361. *An huic, an cum hoc, an apud hunc.*] Id eſt, an huic tanquam actori, cum hoc tanquam reo, apud hunc judicem. CAPPER.

362. *Liceat agere.*] *Actione* videlicet forenſi & litigato-

talia;

talia: [363] ſed perſonæ, tempora, [364] *actiones*, cæteraque propter aliquam cauſſam [365] *transferuntur*. Ita [366] non eſt in *tranſlatione* quæſtio, ſed in eo propter quod *transferuntur*. [367] *Non debes apud Prætorem petere* [368] *fideicommiſſum, ſed apud conſules*; [369] *major enim prætoria cognitione ſumma eſt*. Quæritur *an major ſumma ſit*: facti controverſia eſt. *Non licet tibi agere mecum*; [370] *cognitor enim fieri non potuiſti*: [371] *judicatio* eſt, [372] *an potuerit*. *Non debuiſti* [373] *interdicere, ſed petere*: [374] an recte *interdictum* ſit, ambigitur. Quæ omnia [375] ſuccedunt *legitimis* quæſtionibus. [376] An non *præſcriptiones*, etiam in quibus maxime videtur manifeſta *tranſlatio*, eaſdem omnes ſpecies habent, quas eæ leges, quibus agitur, [377] ut aut de nomine, aut [378] *ſcripto & ſententia*, vel [379] *ratiocinatione* quæratur, [380] deinde *ſtatus* [381] ex quæſtione oriatur; [382] *tranſlatio* non habeat quæſtionem, de qua contendit orator, [383] ſed propter quam contendit? Hoc aper-

ria; vulgo litem intendere. CAPPER.

363. *Sed perſonæ.*] Nam *actionem* in perſonam aliam transferimus, aut in tempus aliud dilationem petimus, aut alia formula judicium a Prætore dictari volumus; non id temere poſtulantes; ſed ob certam aliquam interpoſitam cauſſam, ad quam niſi petitor aliquid opponit, litem non habet. Quamobrem non erit diſceptandum *de tranſlatione*; id eſt, de mutanda *actione* (quod initio tantum ponitur) ſed de ea quæſtione, quæ cauſſam continet, propter quam mutari genus *actionis* poſtulamus. TURNEB. Francius legebat, *ſed ut perſonæ*.

364. *Actiones.*] Forenſes nimirum & litigatoriæ; litium intentiones. CAPPER

365. *Transferuntur.*] Hoc eſt, ſubjiciuntur *ſtatui tranſlativo*, cujus ope multæ lites impediuntur, removentur, &c. CAPPER.

366. *Non eſt in tranſlatione.*] *In tranſlatio*; V. C. Alm. unde Francius conjiciebat, *in tranſlato*.

367. *Non debes apud Prætorem.*] Tranſlatio. *Major enim prætoria, &c.* ratio propter quam transfertur; facti controverſia eſt, id eſt, *ſtatus, conjectura*: cum, ſi in *tranſlatione* quæſtio eſſet, juris fuerit controverſia futura. *Non licet*, tranſlatio; *cognitor enim &c.* rogatio, *an potuerit*; ſtatus, finitio. *Non debuiſti interd.* tranſlatio. *An recte interdictum*, ambigitur; *ſtatus, qualitas*. PITHOEUS. Vide Ulpian. Fragm. tit. 25. §. 12. ALMELOV.

368. *Fidei commiſſum.*] Exemplum ponit. *Fidei* autem *commiſſum* hereditas eſt & pecunia, quæ, cum non poſſit ex jure civili alicui relinqui, fidei * heredis committitur, ut cum hereditatem adierit, eam rem illi reſtituat, cui dari voluit teſtator. TURNEB.

369. *Major enim prætoria, &c.*] Valla hunc locum ita interpretatur, ut exiſtimet Prætorem de *cauſſis* cognoviſſe ad certam uſque ſummam, ultra quam adeundus erat Conſul. Budæus tamen ſummam non ad pecuniam & magnitudinem *cauſſæ* refert, ſed ad conſulatem cognitionem quæ ſumma erat; nam olim Conſules de *fideicommiſſis* judicabant, ut apparet ex *Inſtitutionibus*. Poſtea tamen creatus eſt Prætor *fideicommiſſarius*. TURNEB. Sed Budæi ſententiam facile eſt refellere; ſubjungit enim Fabius, *facti controverſia eſt*, quod ad majorem pecuniæ ſummam maxime congruit: contra ſi ageretur de ſumma conſulatûs dignitate, an τῇ Prætoria major foret, quæſtio tunc eſſet in *ſtatu qualitatis*. CAPPER.

370. *Cognitor enim fieri.*] *Nemo*, ut Cicero ait, *alterius nomine agere poteſt, niſi ſit factus cognitor*. Eſt autem *cognitor*, qui *cauſſam* abſentis ita tuetur, ut ſuam (inquit Aſconius) quem vulgo *procuratorem* & *ſolicitatorem* appellamus. TURNEB. Ex ipſomet Aſconio aliquid erat olim diſcriminis inter procuratorem & cognitorem; nam, ut ait vetus ille Tullianarum orationum commentator in *Divinat.* contra Verrem: *Qui defendit alterum in judicio; aut* patronus *dicitur, ſi orator eſt; aut* advocatus, *ſi aut jus ſuggerit, aut præſentiam ſuam commodat amico; aut* procurator, *ſi negotium ſuſcipit* [Hotoman. addit, *abſentis*;] *aut* cognitor, *ſi præſentis cauſſam novit, & tuetur ut ſuam*. Igitur cognitor eſt quaſi ſocius in lite: hinc Cicero pro Roſc. Comœdo. num. 18. *Qui per ſe litem conteſtatur, ſibi ſoli petit: alteri nemo poteſt, niſi qui cognitor eſt factus*. Præterea τὸ *cognitor* ſignificat 1°. judicem in *cauſſa capitali*; 2°. eos quos vocat Seneca *notores* γραφέας, de quibus lege Ciceron. in Verr. lib. 1. CAPPER.

371. *Judicatio eſt.*] *Eſt* deeſt in V. C. Alm. *Judicatio.*] Τὸ κρινόμενον, id eſt, *ſtatus* proprius hujus *cauſſæ* eſt, an potuerit fieri cognitor. Vide cap. XI. Quinctilianus *ſtatum, continens* τὸ συνέχον; & *judicationem* τὸ κρινόμενον, unum idemque eſſe docet. CAPPER.

372. *An potuerit.*] *Fieri an potuerit*; MS. Bal.

373. *Interdicere.*] *Interdictum* jus eſt Prætoris ad recuperandum aut locum aut rem aliquam, unde per vim ejectus fueris: inde *interdicere* pro *interdictum* ferre. Et quia eſt rei communis proprie, & cujus uſus omnibus debeat competere, non debet tali re *interdicere*, niſi qui ſumma fungatur poteſtate; & ideo minor magiſtratus non debet *interdicere*, ſed petere a majore, ut *interdicat*. TURNEB. Ineptiſſima eſt hæc nota & Turnebo indigna; nam hoc in loco τὸ *interdicere*, ut & τὸ *petere*, de litigatore ipſo dicuntur, non autem de Prætore; neque enim Prætori litem intendit litigator, ſed adverſario ſuo, contra quem ſic excipit: *Non debuiſti* interdicere, *hoc eſt*, interdicto *uti*, *agere ex* interdicto, *ſeu decreto* proviſorio (*quod a Prætore de poſſeſſione impetranda vel recuperanda obtineres*;) *non debuiſti litem movere de* poſſeſſorio; *ſed* petere, *id eſt, agere, actione uti, intendere actionem de* petitorio, *de ipſo cauſſæ quaſi fundo litem movere*. Jam vero τὸ *interdicere* hoc ſenſu apud ipſos juriſconſultos aliquando uſurpari, patet ex multis Pandectarum locis: hunc unum Ulpiani referam ex lib. 3. §. 5. π. *uti poſſidetis*: *Ex ædibus meis in ædes tuas projectum habeo, interdicis mecum*; ſi eum locum poſſideamus, qui projecto tegetur: *an quo facilius poſſim retinere poſſeſſionem, ejus poſſeſſionis interdico tecum*; ſicut nunc poſſidetis ædes eas, &c. Igitur τὸ interdicere *homonymum* [æquivocum] eſt juriſconſultis; & modo de Prætore dicitur, qui interdictum, ſeu decretum de poſſeſſione *proviſorium* ferat; modo de ipſo litigatore, qui hujuſmodi interdictum, ſeu decretum impetrare velit: hæc autem *homonymia* [æquivocatio] Turnebianum commentarorem, & Gallicum interpretem [D. Gedoyn] decepit. CAPPER.

374. *An recte interdictum ſit.*] Id eſt, an recte actum ſit interdicto, ſeu ea litis intendendæ formula, quam vocant de *poſſeſſorio*, & opponunt τῷ de *petitorio*. CAPPER.

375. *Succedunt legitimis quæſtionibus.*] Hoc eſt, pertinent, ſeu referuntur ad *ſtatus*, vel potius *quæſtiones legales*. CAPPER.

376. *An non præſcriptiones.*] Duplex eſt *translatio* Fabio; altera, quæ *intentioni* e diverſo repugnat, quæ aliquanto eſt obſcurior; altera, quæ totam *intentionem* non oppugnat, ſed eam reſtringit & limitat aliquo caſu & aliquo ſcripto: quæ *præſcriptio* vocatur, a præſcribendo dicta, quod eleganter *transferre* ſignificat: quæ etiam *exceptio* dicitur, a Græcis παραγραφή, quaſi actionem ſummovens, & quædam excluſio, quæ interponi cuique rei ſolet, ad excludendum id quod in *intentionem* condemnationemve deductum eſt. De his autem ſuſiſſ. Bud. in Pand. & comment. Græcanicis, & Fab. lib. 7. cap. 6. TURNEB.

377. *Ut aut de nomine.*] Περὶ τῆς ἀμφιβολίας, quæ *conjectura* continetur. PITHOEUS.

378. *Scripto & ſententia.*] Περὶ ῥητοῦ καὶ διανοίας. CAPPER.

379. *Ratiocinatione.*] Συλλογισμοῦ, qui unus eſt e quatuor *ſtatibus legalibus*. CAPPER.

380. *Deinde ſtatus.*] Supple, aliquis *legalis* CAPPER.

381. *Ex quæſtione oriatur.*] *Oritur*; V. C. Alm. Voſſ. Bern.

382. *Tranſlatio non habeat, &c.*] *In tranſlatione* non ſubſiſtendum eſt in ea quæſtione, de qua contendimus; ſed ad eam veniendum, propter quam judicium transferimus. Alii hoc modo explicant, ut quæſtionem, de qua contendamus, exiſtiment ipſam *judicationem*, quæ propter judicii *translationem* tractetur. TURNEB. *Non habet*; MSS Bodl. Joan. Bal. Alm. Andr. Locat. Ald. Colon. Baſil. Obrecht. Voſſ. ſecund. tert.

383. *Sed propter quam contendit.*] Etſi ab omnibus *propter* legitur, mihi tamen minus ſenſui convenire videtur. Si enim *translatio* haberet quæſtionem, propter quam contendit orator, nimirum ipſa per ſe eſſet *ſtatus*, quod qui-

tius: *Occidiſti hominem, non occidi*: quæſtio, *an occiderit*: *ſtatus*, [384] *conjectura.* [385] Non eſt tale: *Habeo* [386] *jus actionis, non habes*: ut ſit quæſtio, *an habeat*, & inde *ſtatus.* Accipiat enim [387] *actionem*, necne; ad eventum pertinet, non ad *cauſſam*; & ad id, quod pronuntiat judex, [388] non ad id propter quod pronuntiat. Hoc illi ſimile eſt: *Puniendus es, non ſum*: videbit judex *an puniendus ſit.* Sed non hîc erit quæſtio, nec hîc *ſtatus.* Ubi ergo? *Puniendus es, hominem occidiſti: non occidi*; [389] an occiderit. *Honorandus ſum, non es*: num *ſtatum* habet? non, ut puto. *Honorandus ſum, quia tyrannum* [390] *occidi: non occidiſti*: quæſtio, & *ſtatus.* [391] Similiter, [392] *Non recte agis, recte ago*, non habet *ſtatum.* Ubi eſt ergo? [393] *non recte agis, ignominioſus*: quæritur *an ignominioſus ſit*, aut *an agere ignominioſo liceat*; [394] & quæſtio eſt, & *ſtatus.* [395] Ergo *tranſlativum* genus *cauſſæ* * non eſt [396] ut *comparativum*, & mutuæ accuſationis. [397] At enim ſimile eſt illi: *Habeo jus, non habes: Occidiſti, recte occidi.* [398] Non nego: ſed nec res hæc *ſtatum* facit; non enim ſunt hæ [399] propoſitiones, alioqui *cauſſa* non explicabitur; ſed cum ſuis rationibus: [400] *Scelus commiſit Horatius*; *ſororem enim occidit: non commiſit*; *debuit enim occidere eam quæ hoſtis* [401] *morte mœrebat*: quæſtio an hæc juſta cauſſa:

dem aperte negat Quinctilianus. Quare *per*, loco *propter*, vel omnibus, quæ quidem ego viderim, refragantibus exemplaribus, mihi legendum videtur; habet enim quæſtionem *tranſlatio*, per quam contendit orator de principali quæſtione: quod quidem aperte, quæ ſequuntur, exempla indicant. REGIUS. Loco *propter*, *per* legit Raphaël, quia ſenſum non aſſecutus, corruptum eſſe ſuſpicatus eſt: in aliis geminatur negatio, hoc modo, *tranſlatio non habeat quæſtionem, non de qua contendit orator.* Ego illam lectionem ſecutus ſum, quam putavi antiquiſſimam; utraque enim vitiata eſt ab his, qui, quod non intelligunt, mutant. PINUS. Quem vide uberius de hoc loco agentem. *Per quam*; Baſil. quod & Aſcenſius probat.

384. *Conjectura.*] Seu *ſtatus conjecturalis*, vulgo quæſtio de facto. CAPPER.

385. *Non eſt tale, habeo jus.*] Si qua eruenda eſſet quæſtio, ea eſſet hujuſmodi; *an habeat actionem*; quæ cum *ſtatus* non poſſit dici, nullus utique fuerit *tranſlativus ſtatus.* Id enim, quod *cauſſam* non aperit, ſed ab exitu *cauſſa* pendet, *ſtatus cauſſæ* eſſe non poteſt. TURNEB. *Habeo jus actionis: recte ago*, ut infra dicetur. Et eſt *præſcriptionis* exemplum. PITHOEUS.

386. *Jus actionis.*] Ut tecum experiar in judicio, ut tibi litem intendam. CAPPER.

387. *Actionem.*] *Actio* eſt jus perſequendi in judicio, quod nobis debetur. CAPPER.

388. *Non id, propter quod.*] Si enim pronunciat non habere illum *actionem*, non ob hoc ipſum pronunciat; ſed propter eam rationem, quæ ſubjecta erat *præſcriptioni.* TURNEB. *Non ad id propter quod.*] Sic legitur in cod. Voſſ. ſecund. cum in vulgatis editionib. legatur, *non id propter quod*: ſed præpoſitionis *ad* repetitio ſenſui neceſſaria videtur. CAPPER.

389. *An occiderit.*] Supple, ibi erit *ſtatus conjecturalis*, ſive quæſtio de facto. CAPPER.

390. *Occidi, non occidiſti: quæſtio & ſtatus.*] Qui *conjecturalis* erit; vulgo, facti quæſtio. CAPPER.

391. *Similiter non recte ago.*] *Intentio* accuſatoris prætermiſſa mihi videtur adſcribenda, hoc modo, *non recte agis*; quam excipit *depulſio*, *recte ago.* REGIUS. *Non recte agis, recte ago, non habet ſtatum. Ubi eſt ergo? non recte agis, ignominioſus*; MSS. Bodl. Joan. Bal. Andr. Ald. Sich. Par. Steph. Vaſc. Gryph. Colin. Baſil. Obrecht. ita & V. C. Alm. niſi quod, *ubi ergo?*

392. *Non recte agis, recte ago .... an agere liceat.*] Hic τὸ *agere* forenſem habet ſignificationem & ſumitur pro τῷ litigare, judicio experiri, litem movere, intendere, &c. CAPPER.

393. *Non recte agis, ignominioſus.*] Supple, ὢν, utpote qui ſis ignominioſus, id eſt, ignominia notatus a cenſoribus, infamis, non integræ famæ, &c. CAPPER.

394. *Et quæſtio eſt.*] *Et quæſtiones, &c.* MSS. Joan. Bal. Alm. Ald. Locat. Obrecht. *Et quæſtio eſt, & ſtatus.*] Et quidem duplex; prior enim *ſtatus* eſt *conjecturalis*, aut etiam *definitivus*, an is revera ſit ignominioſus; poſterior qualitatis, an ignominioſo fas ſit litigare, an actionis intendendæ jus habeat ignominioſus. CAPPER.

395. *Ergo tranſlativum genus cauſſæ eſt.*] Hic ſenſus, ut mihi quidem videtur, eſt corruptus, atque iis, quæ colliguntur a Fabio, contrarius; ſi enim *tranſlativum cauſſæ* genus eſt, ut *comparativum* & *mutuæ accuſationis*, quæ *relatio* criminis dicitur; nonne, ut illa, per ſe *ſtatus* erit? quare ſic emendandum puto, ut *non* particula negativa adſcribatur; ac *eſt* loco & copulæ legatur, hoc modo, *ergo tranſlativum cauſſæ genus non eſt, ut comparativum, &c.* REGIUS. Hæc Raphaëlis Regii emendatio, quam Antonius Pinus & pſeudo-Turnebus immerito improbarunt, firmari poteſt ex ſequentibus, ubi ſic habet Fabius. *At quantum & quam multum & ad aliquid, &...* comparativus *non eandem* [*quam* ſtatus legales] *rationem habent*; *ſunt enim hæc non ad varietatem juris, ſed ad ſolam rationem referenda: ideoque ſemper in parte, aut* conjecturæ *aut* qualitatis *ponenda ſunt, &c.* Unum tamen eſt, quod in Regii annotatione reprehendendum videatur. Confundit ille Philologus *mutuam accuſationem* τὴν ἀντικατηγορίαν cum *relatione criminis* τῷ ἀντεγκλήματι. Quæ duo quantum inter ſe differant, patet ex iis quæ diſſerit Fabius cap. x. *Adjecerunt quidam mutuam accuſationem, quæ ἀντικατηγορία vocatur .... duo erunt genera ejus; alterum, quo litigatores idem crimen invicem intentant: alterum, quo aliud atque aliud.* Et lib. 7. cap. 4. *Is quo genere fortiſſimum eſt, ſi crimen cauſſa facti tuemur .... ἀντέγκλημα dicitur, quia omnis noſtra defenſio conſtat ejus accuſatione, qui vindicatur* [id eſt, pro quo ultionem & pœnas a reo exigit, repetit accuſator:] *occiſus eſt, ſed latro: excæcatus eſt; ſed raptor.* CAPPER. *Genus cauſſæ eſſe*; & in margine *non* & *:* Baſil. *genus cauſſæ, ut*; Gryph. *non eſt*; Vidov. *cauſſæ & comparat.* Voſſ. ſecund.

396. *Ut comparativum & mutuæ accuſationis.*] Τὸ *comparativum*, [*cauſſæ* genus] & τὸ mutuæ accuſationis τῆς ἀντικατηγορίας, ſunt veluti ſpecies & appendices τοῦ *ſtatus conjecturalis*, ut fuſe declarat Fabius lib. VII. cap. 2. CAPPER.

397. *At enim ſimile eſt illi*, Habeo jus, non habes: occidiſti, recte occidi.] Hæc verba fingamus a Fabii adverſario eſſe prolata hunc in ſenſum. *At enim dicet quiſpiam, ſimile eſt illi* τῷ habeo jus, non habes: τὸ occidiſti, recte occidi. *Igitur idem de utraque hypotheſi judicium ferendum eſt: atqui ſecunda in hypotheſi* ſtatus *verus eſt, nempe* qualitatis abſolutæ: *ergo & in prima.* CAPPER.

398. *Non nego.*] Reſpondet hic Fabius & allatam ſimilitudinem admittit, e qua tamen ſequi negat, quod contendit adverſarius. CAPPER.

399. *Propoſitiones.*] *Propoſitiones* appellat, quibus tota *cauſſa* volvitur. Earum autem duplex eſt ratio; aliæ enim *intentione* & *depulſione* ſine rationibus ſatis explicant *cauſſam*, ut *conjecturales, occidi, non occidi*: aliæ autem, niſi rationes habeant adjunctas, non ſatis rem explicant, ut *occidi jure, injuria occidiſti*: niſi rationes adjungas, *cauſſa* non ſatis explicabitur. Igitur *ſtatus* in prioribus erit ſtatim ex *intentione* & *depulſione*: in his vero non antea erit *intentio* aut *depulſio* integra, quam adjunctæ ſint rationes. *Jure interfeci Clodium, quoniam inſidiator erat: injuria tu interfeciſti, quoniam non licuit indemnatum interficere.* TURNEB.

400. *Scelus commiſit Horatius.*] Horatius, interfectis tribus Curiatiis, cum eorum paludamentis victor in urbem revertens, ſororem obviam, quæ agnito ſponſi Curiatii paludamento lugebat, gladio transfixit. Hiſtoria nota eſt ex primo libro Livii ab urbe condita. Vide Dionyſium lib. 3. & Auguſtinum lib. 3. cap. 14. de Civitate Dei. TURNEBUS.

401. *Morte mœrebat.*] *Mortem*; V. C. Alm. recte, ut puto: abſorpta fuit ultima litera a prima vocis ſequentis. Ita Cicero pro Sextio XVII. *domeſticorum hoſtium mortem mœreret.* Ovid. v. Met. 425.

At Cyane raptamque deam, contemptaque fontis

[402] ita *qualitas.* Ac ſimiliter in *tranſlatione : Non habes* [403] *jus abdicandi , quia ignominioſo non eſt actio : habeo jus , quia abdicatio actio non eſt :* [404] quæritur *quid ſit actio : finiemus ,* [405] *non licet abdicare : ſyllogiſmus.* Item cætera per omnes & *rationales* , & *legales ſtatus.* [406] Nec ignoro fuiſſe quoſdam , [407] qui *tranſlationem* [408] in *rationali* quoque genere ponerent hoc modo : *Hominem occidi juſſus ab imperatore : dona templi cogenti tyranno dedi :* [409] *deſerui , tempeſtatibus , fluminibus , valetudine impeditus* , id eſt , *non per me ſtetit , ſed* [410] *per illa.* A quibus etiam [411] liberius diſſentio. Non enim [412] *actio* transfertur , ſed cauſſa facti : quod accidit pene in omni defenſione. Deinde is , qui tali utitur [413] parrocinio , [414] non recedit a forma *qualitatis* ; dicit enim ſe culpa vacare , [415] ut magis [416] *qualitatis* duplex ratio facienda ſit ; altera , qua & factum defenditur ; [417] altera , qua tantum reus. Credendum eſt igitur iis , quorum auctoritatem ſecutus eſt [418] Cicero ; [419] tria eſſe , quæ in omni diſputatione quærantur , [420] *an ſit* , [421] *quid ſit* , [422] *quale ſit :* quod ipſa nobis etiam natura præſcribit. Nam primum oportet [423] ſubeſſe aliquid , de quo [424] ambigitur : quod , *quid ſit* , [425] & *quale ſit* , certe non poteſt [426] æſtimari , niſi prius eſſe conſtiterit : ideoque ea prima quæſtio : [427] ſed

Jura ſui mærens.

& 1. Metam. 664.

Talia mærenti.

Dubia lectio eſt apud Cicer. Philip. IX. 5. *Ut nemo unquam unici filii mortem magis doluerit , quam ille mæret patris.* Ubi Fulv. Urſinus ex Vaticano *morte* præfert ; ſed & lib. 1. Tuſc. 48. dixit , *cum graviter filii mortem mæreret.* Silius IX. verſ. 512.

Ignavam mortem compreſſo mæret hiatu.

ubi male *mæret* Barthius ; & ita paſſim Cicero & alii verba illa *mærere & dolere* ponunt cum accuſativo. Virg. tamen III. Georg. verſ. 518. dixit ,

Mærentem abjungens fraterna morte juvencum.

& Ovid. 1. Triſt.

Femina virque meo , pueri quoque , funere mærent.

BURMAN.

402. *Ita qualitas.*] Id eſt , ille quæſtionis oratoriæ *ſtatus* , quem Rhetores *qualitatis* nomine appellant ; vulgo quæſtionem juris , vel de jure. CAPPER.

403. *Jus abdicandi.*] Supple , filium : abdicat autem ἀπεκήρυξε , vel ἀποκηρύττει filium pater , cum eum omni filii jure privat , quod olim ſic fiebat. Cum filius patrem affeciſſet injuriâ , vel minus obediens ei fuiſſet , ipſum pater ad judices vocabat , & , probata cauſſa , abdicabat : ſic abdicatum alere non tenebatur , egenum veſtibuſque ſpoliatum dimittebat : abdicatus patri non ſuccedebat in hæreditatem. Unde Græcorum abdicatio quadamtenus differt ab exhæredatione & emancipatione , quæ interdum apud Romanos locum tenebat abdicationis , ut patet ex Suetonio in Auguſti vita & ex Plinio lib. VII. cap. 45. CAPPER.

404. *Quæritur , quid ſit actio.*] *Actionem* appellarunt veteres Prætores libellum , per quem liceret jus ſuum perſequi : unde eſt illud apud Ciceronem , *Dare actionem* , quod agendi poteſtatem facere ſignificat. Eſt autem in hujuſmodi controverſiis reo atque accuſatori *finitione* & *ſyllogiſmo* utendum ; at accuſatori *finitione* ; reo vero *ſyllogiſmo.* TURNEB. *Quæritur , quid ſit actio , finiemus.*] Hoc eſt , erit *ſtatus definitivus* , quo , quid ſit res , quæritur. CAPPER.

405. *Non licet abdicare.*] *Abdicare filium ;* MSS. Bodl. Almel. Andr. Obrecht. *filios* ; Ald. Sich. Gryph. Baſil. Vidov. *Non licet abdicare , ſyllogiſmus.*] Id eſt , tunc eum *ſtatum* conſtituemus , qui *ſyllogiſmus* vocatur ; nam cum non ſit *formalis* & expreſſa lex , qua caveatur ne ignominioſus abdicet ; id tamen colligemus ex ea generali lege , qua ignominioſo quælibet *actio* vetita eſt : porro ex actionis definitione patere poteſt abdicationem eſſe *actionis* juridicæ ſpeciem : proinde ignominioſo fas non erit abdicare. CAPPER.

406. *Nec ignoro fuiſſe , &c.*] Quidam *tranſlationem* ſpeciem faciunt *qualitatis aſſumptivæ* , quæ *remotio* criminis appellatur & *metaſtaſis* , cum a nobis culpam removemus , & in hominem , aut rem transferimus. TURNEB. *Nec ignoro fuiſſe quoſdam , qui tranſlationem , &c.* Hic quoſdam *tranſlationem* non *actionis* ſolum intellexiſſe ait , ſed cum facti cauſſa in alium transfertur , ita *tranſlationi* locum fuiſſe etiam in *ſtatibus rationalibus ;* quorum opinionem improbat , *tranſlationis* appellationem ad *actiones* , quæ transferuntur , ſolum pertinere ſcribens ; cum cauſſa facti transfertur , non *tranſlationem* , ſed *qualitatis ſtatum* eſſe. PITHOEUS.

407. *Qui tranſlationem.*] Τὴν Μετάληψιν , vulgo *exceptionem* judicii declinatoriam. CAPPER.

408. *In rationali genere.*] Hoc eſt , in genere *ſtatus rationalis* τοῦ λογικοῦ ; alludit enim ad primariam *ſtatuum* diviſionem in τὸν λογικὸν *rationalem* , & τὸν νομικὸν *legalem.* CAPPER.

409. *Deſerui.*] *Deſerere* dicitur (ut ait Modeſtinus) miles , qui diu vagatus ad caſtra revertitur ; *emanere* vero , qui diu vagatus ad caſtra reducitur. TURNEBUS. *Deſerui.*] Supple , ſtationem meam militarem ; ἐλειποτάκτησα , fui λειποτάκτης ; vulgo , *deſerteur.* CAPPER.

410. *Per illa.*] *Illud ;* V. C. Alm. Voſſ. prim. tert.

411. *Liberius diſſentio.*] *Libens ;* margines Stephani & Vaſcoſani , Voſſ. prim. tert.

412. *Actio transfertur.*] Id eſt , ſubjicitur τῇ Μεταλήψει *tranſlationi ;* ſive , ut Rhetorum vulgus loquitur , *ſtatui tranſlativo.* CAPPER.

413. *Patrocinio.*] Defenſione ; defendendi ſui modo ; ratione propoſita in allatis exemplis. CAPPER.

414. *Non recedit a forma qualitatis.*] Hoc eſt , ab eo *ſtatu qualitatis aſſumptivo* ; qui Græce μετάστασις , Latine *remotio* , & quandoque *purgatio* ſolet appellari. CAPPER.

415. *Ut magis.*] Adeo ut potius , &c.

416. *Qualitatis duplex ratio.*] Duplex eſt *qualitas ; abſoluta* ; qua factum eſſe juſtum & rectum contendimus ; *aſſumptiva* , qua , quod per ſe rectum probare non poſſumus , aſſumptis adjumentis ita defendimus , ut reum non eſſe culpandum oſtendamus. TURNEB.

417. *Altera , qua tantum reus.*] Cum non factum defendit , ſed cauſſam facti transfert in majorem vim , juſſum Imperatoris , metum , flumen , valetudinem. PITHOEUS.

418. *Cicero.*] In Oratore. PHILANDER.

419. *Tria eſſe , quæ , &c.*] Ciceronem ſequutus Fabius fuſius ſententiam ſuam explicat de numero *ſtatuum* , omnemque ait pendere quæſtionem a *conjectura* , *finitione* & *qualitate ;* ita tamen , ut quædam inde veluti ſimulacra naſcantur , quæ propriam tamen faciem oſtendant : igitur *ſpeciales ſtatus* appellabuntur , ut *ſcriptum & voluntas* , *contrariæ leges* , &c. Tria hæc quæſtionum , ſeu *ſtatuum* genera Cicero poſuit multis in locis , & qui poſt eum de Rhetoricis ſcripſerunt. Ariſtoteles autem tribus his quartum addidit genus lib. 2. *Analyticon* , quod vocavit *propter quid* , ſeu *rectene ſit factum* , ut Cicero ait : quam quæſtionem , ſi Ciceronem auctorem lib. 2. *de Oratore* ſequimur , ad *qualitatem* , non ad *finitionem* referemus. Idem Cicero & alii eum ſequuti , tria hæc quæſtionum genera rebus civilibus ſubjecerunt : quod Rodolphus Agricola non æque probat , aſſerens , quicquid orator quærit , ad *qualitatem* pertinere ; nec enim *an ſit* & *quid ſit* , in forum venire poſſe ; verbis certe magis , quam re ab iis diſſidens. Cujus rei ampliorem ſententiam ſi quis requirat , ipſum legat lib. 2. cap. 6. & 7. TURNEB.

420. *An ſit.*] Qui *ſtatus* eſt *conjecturalis* στοχαστικός , vulgo facti quæſtio. CAPPER.

421. *Quid ſit.*] Qui *ſtatus* eſt *definitivus* ὁρικός. CAPPER.

422. *Quale ſit.*] Qui *ſtatus* eſt *qualitatis* τῆς ποιότητος , vulgo quæſtio juris , vel de jure. CAPPER.

423. *Subeſſe.*] Pro quo mox dicet *eſſe* ; εἶναι , ὑπάρχειν ; id eſt , *exiſtere* , quod *ſtatum* facit *conjecturalem.* CAPPER.

424. *Ambigitur.*] *Ambigatur ;* Steph. Voſſ. ſecund.

425. *Et quale ſit.*] *Aut quale ;* V. C. Alm.

426. *Exiſtimari.*] *Æſtimari* ; V. C. Alm. Locatel. Ald. Baſil.

427. *Sed non ſtatim.*] Ut privatam pecuniam in templo

non ſtatim, quod eſſe manifeſtum eſt, etiam, quid ſit, apparet. Hoc quoque conſtituto, noviſſima *qualitas* ſupereſt; nec his exploratis aliud eſt ultra. His [428] *infinitæ* quæſtiones, his [429] *finitæ* continentur. Horum aliqua [430] in *demonſtrativa*, *deliberativa*, *judiciali* [431] materia utique [432] tractantur. [433] Hæc * rurſus [434] *judiciales cauſſas* [435] & *rationali* parte & *legali* [436] * continent. Nec enim ulla juris diſceptatio, niſi [437] *finitione*, [438] *qualitate*, [439] *conjecturâ* poteſt explicari. Sed inſtituentibus rudes non erit inutilis latius primo fuſa ratio; [440] &, ſi non ſtatim [441] rectiſſima linea tenſa, facilior tamen & apertior via. Diſcant igitur ante omnia quadripartitam in omnibus *cauſſis* eſſe rationem, quam primam intueri debeat, qui acturus eſt. [442] Nam, ut a defenſore potiſſimum incipiam, longe fortiſſima tuendi ſe ratio eſt, ſi, quod objicitur, [443] negari poteſt. [444] Proxima, [445] ſi non id quod objicitur, factum [446] eſſe dicitur. [447] Tertia honeſtiſſima, qua recte factum defenditur. Quibus ſi deficiamur, ultima quidem, ſed jam ſola ſupereſt ſalus, aliquo [448] juris adjutorio elabendi ex crimine, quod neque negari, neque defendi poteſt, ut non videatur jure *actio* intendi. [449] Hinc illæ quæſtiones, [450] ſive *actionis*, ſive *tranſlationis*. Sunt enim quædam non laudabilia [451] natura, ſed jure conceſſa; ut in XII. tabulis, [452] debitoris corpus inter creditores dividi licuit: quam legem mos publicus repudiavit. [453] Et aliquid æquum, ſed prohibitum jure; ut [454] libertas teſtamentorum. Accuſatori nihilo plura

eſſe captam manifeſtum eſt; nondum tamen apparet, furtumne, an ſacrilegium ſit. TURNEB.

428. *Infinitæ quæſtiones.*] Θέσεις *theſes*, quæ nullis circumſtantiis alligantur, veſtiuntur, &c. CAPPER.

429. *Finitæ.*] Ὑποθέσεις *hypotheſes* variis perſonarum, locorum, temporum, &c. circumſtantiis alligatæ, veſtitæ, &c. CAPPER.

430. *In demonſtrativa.*] Quidam in *demonſtrativo* genere *ſtatibus* locum eſſe negant, & horum ſententiæ adſtipulari videtur Hermogenes. CAPPER.

431. *Materia.*] Seu genere orationis, ut Rhetorum vulgus loqui amat. CAPPER.

432. *Tractantur.*] *Tractatur;* V. C. Alm.

433. *Hæc rurſus.*] *Judiciale cauſſarum* genus, quod præcipue multiplex eſt, bifariam partitur. Aliæ enim *rationales*, aliæ *legales* ſunt; quæ quoquo modo ſint, illis tamen tribus, *an ſit*, *quid ſit*, & *quale ſit*, continentur. Itaque diſtat hæc opinio Fabii a ſuperiori, quod illic *ſtatus* dividerentur in *rationales* & *legales*: hic vero cum *ſtatus* iidem ſint, *cauſſæ* tamen *judiciales* dividuntur. TURNEB.

434. *Juridiciales.*] *Judiciales* legendum eſſe, facile patet. REGIUS. *Juridiciales;* Locat. Et hæc mihi lectio melior videbatur. 1°. quia τὸ *judiciales* jam expreſſum fuerat in præcedenti locutione, quæ ſic habet: *Horum aliqua in* ... *judiciali materia utique tractantur.* 2°. quia mox addit Fabius: *nec enim ulla juris diſceptatio niſi* finitione, qualitate, conjectura *poteſt explicari;* nam juris diſceptatio æquivalere videtur τῇ *juridiciali cauſſæ.* Sed, re ad Technicarum locutionum normam accurate perpenſa, in Raphaëlis Regii lectione acquievi. CAPPER.

435. *Et rationali.*] *Ex rationali;* Obrecht. *Rationali parte & legali.*] Hoc eſt, quatenus ad *ſtatus* vel *rationales* vel *legales* pertinent. CAPPER.

436. *Continent.*] In vulgatis quidem editionibus legitur *continet:* ſed *continent* legendum eſſe conſtat, quia Fabius loqui pergit de tribus præcipuis oratoriarum quæſtionum *ſtatibus; an ſit*, *quid ſit*, *quale ſit:* adde, quod lectionem noſtram exhibeat cod. Voſſ. prim. CAPPER.

437. *Finitione.*] Seu *ſtatu definitivo.* CAPPER.

438. *Qualitate.*] Seu *ſtatu* qualitatis; vulgo, quæſtione juris. CAPPER.

439. *Conjecturâ.*] Seu *ſtatu conjecturali;* vulgo, quæſtione facti. CAPPER.

440. *Et, ſi non ſtatim.*] Hactenus lectum erat per ὑφ' ἓν *etſi:* ſed longe clarior & commodior ſenſus exhibetur, ſi legas per διαστολὴν *&*, *ſi non ſtatim*, *&c.* CAPPER.

441. *Rectiſſima linea.*] Tranſlatio ducta a fabris, qui linea minio tincta rectitudinem explorant, & longitudinem materiæ. PINUS. Ducta eſt *metaphora* a viis; nam rectæ breviores ſunt, anfractuoſæ prolixiores; & alioqui mathematicis recta linea eſt omnium breviſſima. Breviſſimam hanc viarum rationem, quantum licet, ſectamur; ſed ſi montes interponantur, paludes, aut flumen, aliquoties, compendio neglecto, commoditatem inſpicimus. Ad hunc modum Fabius, tametſi breviſſimo præcepto *ſtatuum* doctrinam abſolvere queat, mavult tamen commodiorem rationem, & rudiorem viam ſequi. TURNEBUS.

442. *Nam ut a defenſore potiſſimum.*] Quia is inſignius *ſtatum* facit, & periculo propior prius eſt inſtruendus; poſtremo in hac ratione *ſtatuum*, priores ipſe quodammodo in repugnando agit partes. TURNEB.

443. *Negari poteſt.*] Quia ſic effugit omne judicium, & ſecundum illud, ſupplicium. TURNEB. *Si negari poteſt.*] Qui *ſtatus* eſt *inficialis*, ſeu *conjecturalis;* vulgo, facti quæſtionem vocant. CAPPER.

444. *Proxima, ſi non.*] Si totum crimen inficiari non licet, admittamus: *factum eſt quidem aliquid, non tamen id quod adverſarius objicit.* TURNEB.

445. *Si non id, quod objicitur.*] Qui *ſtatus* eſt *definitivus.* CAPPER.

446. *Eſſe dicitur.*] *Docetur;* margo Stephani, *dicatur;* Obrecht.

447. *Tertia honeſtiſſ.*] Ut, *furatus es Damonis caprum: non; meus ille fuit. Homicidii reus es: non ſum, quia is tyrannus fuit, aut in adulterio deprehenſus, aut vim prior intulerat.* Et hæc tertia, *qualitas* eſt. TURNEB. Ultima Turnebiani commentatoris verba ſic intellige ex præcedentibus Fabii verbis; *& hæc tertia ſe tuendi ratio*, ſtatus *eſt* qualitatis; *vulgo*, *juris quæſtio.* CAPPER.

448. *Juris adjutorio.*] Qualia habet *Julian. ad leg. Aquil. l. 9. Multa*, inquit, *in jure civili contra rationem diſputandi pro utilitate communi recepta eſſe, innumerabilibus rebus probari poteſt.* TURNEB.

449. *Hinc illæ quæſt.*] Non hoc ait Fabius, quod in *tranſlatione ſtatum* eſſe putet; ſed quod eam quæſtionem *tranſlationis* movemus, quæ poſtea *ſtatum* excitat additis firmamentis: quod idem fecit *lib. 7.* Hoc etiam egit, ut facilius rudes inſtitueret. TURNEB. cod. Bern. habet; *hic illæ.*

450. *Sive Actionis, ſive Tranſlationis.*] Μεταλήψεως, vel παραγραφῆς, *exceptionem* fori, vel judicii *declinatoriam*, & aliquando *præſcriptionem* vocamus. CAPPER. *Actionis, ſive tranſlationis.*] *Actiones ſive tranſlationes;* MSS. Bodl. Alm.

451. *Natura.*] *Non natura;* V. C. Alm. ante Regium legebatur *quædam laudabilia;* Voſſ. tert. *laudanda.*

452. *Debitoris corpus.*] Qui æris confeſſi erant, & judicati a Prætore, creditoribus addicebantur *in nexum:* ac ſi plures eſſent creditores, permittebatur, ut inter ſe corpus debitoris dividerent. De qua re vide *Gell. lib.* 20. *cap.* 1. TURNEB. Sævitiam hanc a Romanorum legibus removere, & verba legum XII. Tab. de ſectione debitoris, de venditione debitoris, & dividendo pretio inter creditores, explicare egregie conatus eſt vir Ampliſſimus Corn. Bynkershoekius, in Obſervationum Juris Romani lib. 1. cap. 1. Sed Bynkershoekio præter Fabium manifeſte adverſantur Aul. Gellius lib. 20. cap. 1. & Tertullianus in Apologetico, ubi ſic habet: *Sed & judicatos in partes ſecari a creditoribus leges erant: conſenſu tamen publico crudelitas poſtea eraſa eſt, & in pudoris notam, capitis pœna converſa eſt, bonorum adhibita proſcriptione; ſuffundere enim maluit hominis ſanguinem, quam effundere.* CAPPER.

453. *Et aliquid æquum.*] *Etiam aliquid;* Ald. *eſt aliquid;* Gryph. Colin. Steph. Vidov. *Et etiam aliquid;* Baſil. Franciu volebat *& eſt aliquid.*

454. *Libertas teſtamentorum.*] Lege duodecim tabularum libertas erat maxima teſtamentorum; nam quantum & quibus quiſque legare voluiſſet, licebat: quod emendatum eſt

intuenda ſunt, [455] quam ut probet [456] factum eſſe, [457] hoc eſſe factum, [458] non recte factum, [459] jure ſe *intendere.* [460] Ita circa ſpecies eaſdem lis omnis verſabitur, [461] translatis tantum aliquando partibus; ut in *cauſſis*, [462] in quibus de præmio agitur, [463] recte factum petitor probat. Hæc quatuor velut [464] propoſita formæque *actionis*, quæ tum generales *ſtatus* vocabam, in duo (ut oſtendi) genera [465] diſcedunt, [466] *rationale*, & *legale.* [467] *Rationale* ſimplicius eſt, quia ipſius tantum naturæ contemplatione conſtat. Itaque in eo [468] ſatis eſt oſtendiſſe *conjecturam*, *finitionem*, *qualitatem. Legalium* plures ſint ſpecies neceſſe eſt, propterea quod multæ ſunt leges, & varias ha-

lege Falcidia, quæ vetat, ne ultra dodrantem quis legare poſſit. TURNEB.

455. *Quam ut probes.*] *Quam* non habet V. C. Alm. nec Voſſ. ſecund. nec Bern.

456. *Factum eſſe.*] Qui *ſtatus conjecturalis* στοχασμὸς appellatur. CAPPER.

457. *Hoc eſſe factum.*] Qui *ſtatus* eſt *definitivus* ὅρος, ὁρισμὸς, ὁρικὴ ςάσις κλ. CAPPER.

458. *Non recte factum.*] Qui *ſtatus* vocatur *qualitas*, aut etiam *qualitatis*, ποιότης, vel ποιότητος. CAPPER.

459. *Jure ſe intendere.*] Quod refertur ad *ſtatum tranſlativum* τὴν Μετάληψιν, vel παραγραφὴν, quatenus actor probare conatur τὸν reum immerito uti *tranſlativi ſtatûs* adjutorio. CAPPER.

460. *Ita circa eaſdem ſpecies.*] Semper erit hæc quadruplex ratio *intendendi & depellendi*, circaque eaſdem quæſtiones ſeu *ſtatus*, *facti*, *nominis*, & *qualitatis*; ſed mutatis interdum accuſatoris defenſoriſque officiis; ut in accuſationibus, ſi *qualitas* eſt, non recte factum probat actor; in petitionibus vero præmiorum, petitor qui cum actore ſimilitudinem habet, contra recte factum probat, & ita *ſtatus* in petitorem transfertur. TURNEB. τὸ *ita* deeſt in Voſſ. ſecund. tert.

461. *Tranſlatis tantum.*] *Tamen*; MSS. Joan. Alm. Vaſc. Steph. in margine.

462. *In quibus de præmio.*] *Quibus de præmio*; V. C. Alm. Locat. Steph. Gryph. Baſil. Voſſ. tert.

463. *Recte factum petitor probat.*] Qui præmium petit, ut Demoſthenes orat. pro Corona, is actoris perſonam ſuſtinet, & recte factum a ſe, vel ab alio fuiſſe probat. CAPPER.

464. *Propoſita formæque.*] Capita quæſtionum & *cauſſarum*. TURNEB.

465. *Diſcedunt.*] *Deſcendunt*; Vallæ liber. Locat. Ald. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. margo Steph. Voſſ. ſecund. *diſcedunt* præfert Regius etiam, id eſt, *dividuntur*.

466. *Rationale & legale.*] Λογικὸν καὶ νομικὸν, de quibus vide quæ ſupra Quinctilianus cap. 5. ſcripſerit ex Hermagoræ aliorumque ſententia. CAPPER.

467. *Rationale.*] Quod extra ſcriptum poſitum; *legale*, cum in ſcripto inhæret controverſia, & ex eo tota orta eſt. *Rationale* ſimplicius eſt, ideoque tractatu facilius, quod in eo ipſius rei natura conditioque, non legis cautio inſpicienda venit. *Legale* genus magis eſt varium, quam *rationale*, propterea quod non ſolum ſcriptum, ſed etiam rem tractamus; & leges quoque variæ ſunt, a quibus oriuntur. Nam quædam tribuit, quædam adimit; alia punit, alia jubet; alia vetat, alia quoque permittit. TURNEB. Vid. lib. 7. cap. 5.

468. *Satis eſt oſtendiſſe* conjecturam, finitionem, qualitatem. Legalium *plures ſint ſpecies neceſſe eſt .... ſic naſcuntur hæc velut ſimulacra ex illis tribus ... hæc omnia etiamſi in illos tres* ſtatus *veniunt ... tamen permittendum ea dicere vel* ſtatus legales *vel quæſtiones ... dum ſciant nihil ne in his quidem præter tria quæ prædiximus, quæri.*] His verbis exprimitur novum Quinctiliani ſyſtema de *ſtatibus* oratoriis: quod ut melius percipiatur, operæ pretium duxi non tantum cum veteri, ſed etiam cum Ciceroniano, Herenniano, Hermogeniano, & aliis illud conferre.

Antiquum Fabii ſyſtema de ſtatibus.

Admittebat quatuor *ſtatus* generales;

1 *Conjecturalem* Στοχασμὸν, στοχαστικὴν ςάσιν,
2 *Definitivum* Ὅρον, ὁρισμὸν, ὁρικὴν, ὁριστικὴν ςάσιν,
3 Τὸν *qualitatis* Ποιότητος,
4 *Legalem* Νομικόν.

Deinde τὸν *legalem* dividebat in quinque ſpecies;

1 Τὴν *ſcripti & voluntatis* περὶ ῥητοῦ καὶ διανοίας,
2 *Leges contrarias* Ἀντινομίαν,
3 *Syllogiſmum*, vel *ratiocinationem* Συλλογισμὸν,
4 *Ambiguitatem* Ἀμφιβολίαν,
5 *Tranſlationem* Μετάληψιν, vel παραγραφήν.

Novum Fabii ſyſtema de ſtatibus.

Admittit tres tantum *ſtatus* generales;

1 *Conjecturalem*,
2 *Definitivum*,
3 Τὸν *qualitatis*, quem lib. VII. cap. 4. dividit ut cæteri Rhetores.

Nam ſua in retractatione probare conatus eſt, 1°. *tranſlationem* non eſſe proprie *ſtatum*, 2°. quatuor illos *legales* ad unum aliquem ex tribus generalibus poſſe revocari.

Ciceronianum ſyſtema de ſtatibus *e lib.* 1. *de Invent. num.* 10-17.

Agnoſcit quatuor *ſtatus Rationales*;

1 *Conjecturalem*, ſeu facti,
2 *Definitivum*, ſeu nominis,
3 Τὸν *qualitatis*, quem vocat *de genere*, & *generalem* conſtitutionem: hanc dividit in

(a) *Juridicialem* δικαιολογικὴν, & (b) *Negotialem* πραγματικήν. Illam dividit in

(a) *Abſolutam* & (b) *Aſſumptivam*: hanc autem in

(a) *Conceſſionem*,
(b) *Remotionem criminis*,
(c) *Relationem criminis*,
(d) *Comparationem*.

4 *Tranſlativum*, ſeu *Actionis*.

Et quinque *legales*;

1 *De ſcripto & ſententia*;
2 *Ex contrariis legibus*,
3 *Ambiguum*,
4 *Ratiocinativum* [aliis eſt *ſyllogiſmus*,]
5 *Definitivum*.

Sed in 2. de *Orat.* num. 104. 113. in *Topicis* num. 82. 92. & in *Partitionib. Orator* num. 101. 102. decantatos illos tres tantummodo memorat;

1 *Conjecturalem*,
2 *Definitivum*,
3 τὸν *qualitatis*.

Rhetoris Herenniani ſyſtema de ſtatibus *ex lib.* 1. *num.* 18. 19. 24.

Tres ponit generales *cauſſarum* conſtitutiones;

1 *Conjecturalem*,
2 *Legitimam*,
3 *Juridicialem* [τὴν *qualitatis*] τὴν δικαιολογικήν.

Legitimam dividit in ſex ſpecies;

1 *Scriptum & ſententiam*;
2 *Contrarias leges*,
3 *Ambiguum*,
4 *Definitionem*,
5 *Tranſlationem*,
6 *Ratiocinationem*, ſive *cauſſam rationalem*, alias *ſyllogiſmum*.

Juridicialem dividit duas in ſpecies,

1 *Abſolutam*, Ἀντίληψιν, vel ἀντιληπτικὴν ςάσιν,
2 *Aſſumptivam*, Ἀντίθεσιν, vel, ἀντιθετικὴν ςάσιν.

Aſſumptivam ſubdividit in quatuor, quæ ſunt;

1 *Conceſſio*, συγγνώμη,
2 *Remotio criminis*, Μετάστασις,
3 *Tranſlatio criminis*, [Ciceroni & aliis *Relatio*,] ἀντέγκλημα,
4 *Comparatio*, Ἀντίστασις.

bent formas. Alia eſt cujus [469] verbis nitimur, alia cujus voluntate: [470] alias nobis, cum ipſi nullam habemus, adjungimus: [471] alias inter ſe comparamus: [472] alias in diverſum interpretamur. Sic naſcuntur [473] hæc velut ſimulacra [474] ex illis tribus, [475] interim ſimplicia, interim & mixta, propriam tamen faciem oſtendentia; [476] ut, *ſcripti & voluntatis*, quæ ſine dubio aut *qualitate* [477] aut *conjectura* [478] continentur; [479] & *ſyllogiſmus*, qui eſt maxime *qualitatis*; & [480] *leges contrariæ*, quæ [481] iiſdem, quibus *ſcriptum* & [482] *voluntas*, conſtant; & [483] ἀμφιϐολία, quæ ſemper *conjectura* explicatur. [484] *Finitio* quoque [485] utrique generi, quodque rerum, quodque ſcripti con-

Hermogenianum ſyſtema de ſtatibus
ex libr. de Partition.

Omnis quæſtionis Oratoriæ *ſtatus* ϛάσις eſt;

vel, 1°. Στοχασμός, *Conjectura*,
vel, 2°. Ὅρος, *Definitio*,
vel, 3°. Ποιότης, *Qualitas*.

Qualitas eſt,
vel, 1°. Λογική, *Rationalis*, περὶ πράγματος, *de Re*,
vel, 2°. Νομική, *Legalis*, περὶ ῥητοῦ, *de ſcripto*.

Qualitas *rationalis* eſt,
vel, 1°. Πραγματική, *Negotialis*, de re facienda,
vel, 2°. Δικαιολογική, *Juridicialis*, de re facta.

Juridicialis eſt,
vel, 1°. Ἀντιληπτική, *Abſoluta*,
vel, 2°. Ἀντιθετική, *Aſſumptiva*.

Aſſumptiva dividitur in

1 Ἀντέγκλημα, *Relationem*,
2 Ἀντίϛασιν, *Comparationem*,
3 Μετάϛασιν, *Remotionem*,
4 Συγγνώμην, *Veniam*, ſeu *conceſſionem*.

Qualitas autem legalis Νομική, dividitur in

1 Ῥητὸν καὶ διάνοιαν, *Scriptum & ſententiam*,
2 Ἀντινομίαν, *Contrarias leges*,
3 Συλλογισμὸν, *Ratiocinationem*, ſeu *ſyllogiſmum*,
4 Ἀμφιϐολίαν, *Ambiguitatem*.

His omnibus denique ſubjungit

Μετάληψιν, *Tranſlationem*,

Quam aliquando vocat παραγραφὴν, *præſcriptionem*.

Fortunatiani ſyſtema de ſtatibus *ex Rhetorib.*
Pithœan. pag. 44. *& ſeq.*

Genera *ſtatuum* duo ſunt; *Rationale*, & *legale*.

Secundum Hermagotam quatuor ſunt *ſtatus rationales*;

1 *Conjectura*,
2 *Finis* [alias *finitio*, *definitio*, *ſtatus definitivus*,]
3 *Qualitas*,
4 *Tranſlatio*.

Qualitas dividitur in *juridicialem*, & *legalem*: *juridicialis* eſt,

vel, *Abſoluta*,
vel, *Aſſumptiva*.

Aſſumptiva dividitur in

1 *Relationem*,
2 *Remotionem*,
3 *Compenſationem*,
4 *Veniam*.

Status legales quatuor ſunt ſecundum Hermagoram;

1 *Scriptum & voluntas*,
2 *Leges contrariæ*,
3 *Ambiguitas*,
4 *Collectio*, [alias *ratiocinatio*, *ſyllogiſmus*.]

Accedit ad hos & *tranſlatio*, quæ tantum *legalis* eſt; & *definitio*, quam etiam *legalem* accipimus, ſecundum M. Tullium, [& Herennianum Rhetorem.]

SULPITIUS VICTOR de *ſtatibus* ita ſcribit in Rhetorib. Pithœan. pag. 250. *Status* ſunt partim *rationales*, partim *legales*. *Rationales* quatuor; *conjectura*, *finis*, *qualitas tranſlatio*.

Ex his *qualitas* mutatur in alios *ſtatus*; *negotialem*, *abſolutam qualitatem*, & *aſſumptivam qualitatem*.

Aſſumptiva quoque *qualitas* vertitur in *ſtatus* quatuor; *compenſationem*, *relationem*, *remotionem*, *deprecationem*.

Legales autem *ſtatus* ſunt quatuor; *ſcriptum & voluntas*, *leges contraria*, *collectio*, *ambiguitas*.

AURELIUS AUGUSTINUS in principiis Rhetorices ibid pag. 294. Caſſiodorus in Rhetoricæ compendio ibid pag. 337. & Alcuinus in dialogo de arte Rhetorica ibid. pag. 361. 362. Hermagoteorum quatuor *ſtatus rationales* & quatuor *legales* iiſdem fere verbis admittunt.

ISIDORUS in libro de arte Rhetorica ibid. pag. 357. ſequitur κατὰ πόδα Ciceronianum ſyſtema, quod ſupra retulimus ex libro 1°. de *Invent.* num. 10.-17.

JULIUS SEVERIANUS ibid. pag. 307. rem ſic breviter expedit: *Status*, inquit, *tres ſunt. Ubi, quod a te factum objicitur, negas*; Conjectura *eſt: ubi quid a te factum fateris, & negas eam vim nominis habere, quam adverſarius criminatur*; Finis *eſt: ſi neque de facto, neque de nomine ambigitur, ſed jure factum contendis*; Qualitas *nominatur*. Hujus autem Rhetoris doctrinam de *ſtatibus oratoriis* ultimo loco retuli, quia prorſus congruit cum novo & probatiſſimo Quinctiliani ſyſtemate. CAPPER.

469. *Verbis nitimur.*] *Utimur*; Locat. Andr. Colon. marg. Steph. Voſſ. ſecund. *Alia eſt, cujus verbis nitimur; alia, cujus voluntate.*] Qui *ſtatus* eſt περὶ τοῦ ῥητοῦ καὶ διανοίας *de ſcripto & ſententia* ſeu *voluntate*. CAPPER.

470. *Alias nobis, cum ipſi nullam habemus, adjungimus.*] Hoc eſt, cum ipſi nullam habemus legem *formalem*, ut aiunt, & expreſſam; tunc, facta ratiocinatione, leges quaſdam præſenti negotio accommodamus: qui *ſtatus* dicitur συλλογισμός, & Latine *ratiocinatio*, *collectio*, *ſyllogiſmus*. CAPPER.

471. *Alias inter ſe comparamus.*] Qui *ſtatus* eſt ἀντινομίας, id eſt, legum contrariarum. CAPPER.

472. *Alias in diverſum interpretamur.*] Qui *ſtatus* ἀμφιϐολίας, hoc eſt, *ambiguitatis* appellatur. CAPPER.

473. *Hæc veluti ſimulacra.*] Supple, *ſtatuum*. *Legales enim* quæſtiones ex Fabii ſententia non ſunt *ſtatus* proprie dicti. CAPPER.

474. *Ex illis tribus.*] Significat Fabius tres illos ſolemnes præcipuoſque *ſtatus*; *conjecturalem*, *definitivum*, & τὸν *qualitatis*: qui ſane cæteros omnes τῇ δυνάμει *implicite* continent. Nam nullus omnino *ſtatus* eſt, nulla quæſtio, quæ ad hos tres non poſſit aliqua demum ratione revocari, ut jam ſupra demonſtravit. CAPPER.

475. *Interim ſimplicia, &c.*] Quia in una aliquando controverſia unus eſt aliquando *ſtatus ſcripti & voluntatis*; aliquando plura *ſcripta*, & plures *voluntates*; aut *ſcriptum* & *voluntas* cum *legibus contrariis*, & *ambiguitate*, atque ita in cæteris, commiſcentur. TURNEB.

476. *Ut ſcripti & voluntatis.*] *Status* eſt *legalis* περὶ ῥητοῦ καὶ διανοίας. CAPPER.

477. *Aut conjectura.*] Cum inveſtigamus, quæ fuerit legiſlatoris voluntas, *conjectura* eſt de animo: cum autem interpretationem legis aſſerimus, & eam eſſe æquam oſtendimus, *qualitas* eſt. TURNEB.

478. *Continentur.*] *Continetur*; Bern.

479. *Et ſyllogiſmus, qui eſt maxime, &c.*] Quia, cum rem *inſcriptam* ad *ſcriptum* applicamus, contendimus juſtum eſſe, ut de ea ſtatuatur, quemadmodum eſt in *ſcripto*. TURNEB.

480. *Leges contrariæ.*] *Status* eſt *legalis*, cui Græcum nomen ἀντινομία. CAPPER.

481. *Iiſdem.*] Supple, *ſtatibus*; *conjecturali* videlicet, aut τῷ *qualitatis*. CAPPER.

482. *Voluntas, conſtant.*] *Conſtat*; V. C. Alm. Locat. Ald. Steph. Baſil. Vidov. Obrecht. Gibſon. quia ſcilicet in præcedentibus pro τῷ *leges contrariæ*, legebant *legis contrariæ*, in ſingulari numero. CAPPER.

483. Ἀμφιϐολία.] *Status* eſt *legalis*, quem Latini vocant *ambiguum*, vel *ambiguitatem*. CAPPER.

484. *Finitio quoque.*] Probavit *conjecturam* & *qualitatem rationalem* eſſe & *legalem*: quod idem in *finitione* oſtendit; nam aut factum defenditur, aut verba ſcripti *definitione* illuſtrantur; ſed de his omnibus fuſius Fab. lib. 7 TURNEB.

485. *Utrique generi quodque rerum, quodque ſcripti contem-*

templatione conſtat, communis eſt. Hæc omnia, etiam ſi in illos tres *ſtatus* veniunt; tamen, quia (ut dixi) habent aliquid velut proprium, videntur demonſtranda diſcentibus; & permittendum ea dicere vel *ſtatus legales*, vel *quæſtiones*, vel *capita* quædam *minora*; dum ſciant, nihil ne in his quidem præter tria, quæ prædiximus, quæri. [486] At *quantum*, & [487] *quam multum*, & [488] *ad aliquid*, & (ut nonnulli putaverunt) [489] *comparativus*, [490] non eamdem rationem habent. Sunt enim hæc [491] non ad varietatem juris, ſed ad ſolam rationem referenda; ideoque ſemper in parte aut *conjecturæ*, aut *qualitatis* ponenda ſunt; ut, [492] *qua mente*, & *quo tempore*, & *quo loco*. Sed de ſingulis [493] dicemus quæſtionibus, cum tractare præcepta Diviſionis cœperimus. Hoc inter omnes convenit, [494] in *cauſſis* ſimplicibus ſingulos *ſtatus* eſſe *cauſſarum*: quæſtionum autem, quæ velut ſubjacentes, [495] ad illud, quo judicium continetur, referuntur, ſæpe [496] in unam cadere plures poſſe. Etiam credo aliquando dubitari, quo *ſtatu* ſit utendum, cum [497] adverſus unam *intentionem* plura opponuntur; &, ſicut [498] in *colore* dicitur *narrationis*, eum eſſe optimum, quem *actor* optime tueatur; ita hic quoque poſſe dici, cum *ſtatum* eſſe faciendum, in quo tuendo plurimum adhibere virium poſſit orator. Ideoque pro Milone, aliud [499] Ciceroni agenti placuit: aliud Bruto, cum exercitationis gratia componeret orationem; cum ille jure tanquam inſidiatorem occiſum, & tamen [500] non Milonis conſilio, dixerit; [501] hic etiam gloriatus ſit occiſo malo cive. [502] In conjunctis vero poſſe [503] duos, vel tres inveniri, vel diverſos; ut [504] ſi quis aliud ſe non feciſſe, [505] aliud recte feciſſe defendat: vel generis ejuſdem; ut ſi quis duo crimina, vel omnia neget. Quod accidit, etiamſi de una re quæratur aliqua, ſed eam plures petant; vel eodem jure, [506] ut proximitatis; vel diverſo, ut cum hic teſtamento, ille proximitate [507] nitatur. Quoties autem aliud alii petitori opponitur, diſſimiles eſſe *ſtatus* neceſſe eſt; ut in illa controverſia. *Teſtamenta legibus facta rata ſint.* [508] *Inteſtatorum parentum liberi heredes ſint. Abdicatus ne quid de bonis patris capiat. Nothus, ante legitimum natus, legi-*

platione conſtat.] Alludit ad duplex quæſtionis oratoriæ genus; unum eſt *de re*, alterum de *ſcripto*. Vide ſupra cap. 5. CAPPER.

486. *At quantum.*] Refutat eos, qui *quantitatem*, *ad aliquid*, & *comparationem*, inter *ſtatus* numerarunt, & *rationalium* ſpecies dici poſſe putaverunt, ideoque ſeparatim tractari, ut *legales*. TURNEB. *Quantum.*] Qui *ſtatus* eſt quantitatis *continuæ*, ut aiunt vulgo Mathematici. CAPPER.

487. *Quam multum.*] Qui *ſtatus* eſt quantitatis *diſcreta*. CAPPER.

488. *Ad aliquid.*] Τὸ πρός τι, *relationem categoricam* dialectici vulgo vocant. CAPPER.

489. *Et comparativus.*] Supple, *cauſſæ ſtatus*. Igitur τὸ πρός τι *relatio* aliquatenus differre videtur a *ſtatu comparativo*, de quo jam ſupra hoc ipſo in capite mentionem fecit Fabius. Illic porro τὸ *comparativum* eo ſenſu intelligebat, quo res quæpiam alia major minorve, melior pejorve dicitur; ſed infra cap. 10. & lib. VII. cap. 2. *comparativum cauſſæ* genus vocat, quando vel totam unius litigatoris *cauſſam* cum alterius *cauſſa*, vel partem cum parte conferimus. Præterea lib. VII. cap 4. *comparativum* etiam appellat eum *qualitatis aſſumptivæ ſtatum*, cui nomen apud Græcos ἀντίστασις, hoc eſt, *compenſatio*; quando ſcilicet ita ſe reus defendit, ut e duobus malis minus electum a ſe fuiſſe dicat: *Quoniam*, ait ibi Quinctilianus, *in comparatione malorum, boni locum obtinet levius.* Igitur triplici ſaltem ſenſu τὸ *comparativum* in Fabio uſurpatur. CAPPER.

490. *Non eamdem rationem habent.*] Id eſt, non eodem modo ſe habent, quo prædicti *ſtatus legales*; hæc enim quatuor, τὸ *quantum*, τὸ *quam multum*, τὸ *ad aliquid*, & *comparativus* non ſecum invicem conferuntur, ſed cum quatuor *ſtatibus legalibus*, de queis Rhetor noſter mox loquebatur. CAPPER.

491. *Non ad varietatem juris.*] *Proprietatem*; margines Colon. Urſ. & Steph. Baſil & Vidov. *Sunt hæc non ad varietatem juris, ſed ad ſolam rationem referenda.*] Hoc eſt, non pertinent ad τὸ νομικὸν *legale*, ſeu ad *legalium ſtatuum* genus, de quibus paulo ſupra dicebat: Legalium *plures ſint ſpecies neceſſe eſt, propter ea quod multæ ſunt leges & varias habent formas*: ſed pertinent ad τὸ λογικὸν *rationale*, ad *rationalium ſtatuum* genus, & ad duas ejus ſpecies; nempe *conjecturam*, & *qualitatem*. CAPPER.

492. *Qua mente, quo tempore, & quo loco.*] Supplendum eſt, quis quid fecerit, &c. CAPPER.

493. *Dicemus.*] Libro VII. cap. 2. & ſequent. CAPPER.

494. *In cauſſis ſimplicibus ſingulos eſſe* ſtatus.] Si proprie loqui velis, unicus eſt in unaquaque ſimplici *cauſſa ſtatus* principalis, etſi multi velut *incidentes* occurrant, qui ad ipſum referuntur. CAPPER.

495. *Ad illud, quo judicium continetur.*] Πρὸς τὸ κρινόμενον ad *judicationem*, πρὸς τὸ συνέχον ad *continens*, & τὴν στάσιν *ſtatum*; hæc enim tria vix ac ne vix quidem inter ſe diſtinguet infra Fabius cap. XI. CAPPER.

496. *In unam cadere.*] Supple, *cauſſam*, ſive *hypotheſim* oratoriam. CAPPER.

497. *Adverſus unam intentionem.*] Id eſt, accuſationem, quam reo actor intendit. CAPPER.

498. *In colore.*] *Color* a rhetoribus appellatur probabilis alicujus rei cauſſa, qua, quod falſum aut turpe eſt, velamus. Vide Fabium lib. 4. cap. 2. *de Narratione*. TURNEB. Huic tamen vocabulo, quod eſt *color*, varias attribuunt ſignificationes, quas in notis ibi proponemus. CAPPER.

499. *Agenti Ciceroni.*] Supple, *cauſſam* Milonianam, ſive defendenti Milonem. Ubi vides τὸ *agere* dici etiam de reo, ſed qui eo *qualitatis aſſumptivæ ſtatu*, cui nomen *relatio* ἀντέγκλημα utatur, ſicque quodammodo fiat viciſſim actor. CAPPER.

500. *Non Milonis conſilio.*] Sed propria ſervorum Milonianorum voluntate. *Fecerunt*, ait Cicero, *ſervi Milonis, quod tals in occaſione ſuos quiſque feciſſe vellet*, &c. CAPPER.

501. *Hic etiam gloriatus.*] *Ille etiam*; V. C. Alm.

502. *In conjunctis*] Supple, *cauſſis*; refertur enim ad τὸ *in cauſſis ſimplicibus*, quod paulo ſupra ſcriptum eſt. CAPPER.

503. *Duos vel tres.*] *Duos & tres*; Ald. Steph. *duo*; Voſſ. *Duos vel tres.*] Supple, *ſtatus* quæſtionum oratoriarum. CAPPER.

504. *Si quis ſe non feciſſe ... defendat.*] Qui *ſtatus conjecturalis* erit, ſeu facti quæſtio. CAPPER.

505. *Aliud recte feciſſe defendat.*] Qui *ſtatus* erit *qualitatis abſolutæ* vel *abſolutus*; nam utraque loquendi formula Rhetores utuntur. CAPPER.

506. *Ut proximitatis.*] Nam bona inteſtatorum ab agnatis & illis, qui in poteſtate mortui erant, uſurpantur. TURNEB.

507. *Nitatur.*] *Nitetur*; V. C. Alm.

508. *Inteſtatorum parentum.*] *Inteſtati* ſunt, aut qui teſtamentum non fecerunt, aut quorum teſtamentum irritum factum eſt, aut ex quorum teſtamento nullus fuit heres: tum autem hereditas defertur liberis. TURNEB.

timus filius ſit : poſt legitimum natus, [509] *tantum civis. In adoptionem dare liceat. In adoptionem dato redire in familiam liceat, ſi pater naturalis* [510] *ſine liberis deceſſerit.* Qui ex duobus legitimis alterum in adoptionem dederat, alterum abdicaverat, [511] ſuſtulit nothum : inſtituto herede abdicato, deceſſit. [512] Omnes tres de bonis contendunt. [513] Νόθον, qui non ſit legitimus, Græci vocant : Latinum rei nomen, ut Cato quoque in [514] oratione quadam teſtatus eſt, non habemus ; ideoque utimur peregrino. Sed ad propoſitum. Heredi ſcripto opponitur lex : *Abdicatus ne quid* [515] *de bonis patris capiat :* [516] fit *ſtatus ſcripti* & *voluntatis, an ullo modo capere poſſit, an ex voluntate patris,* [517] *an heres ſcriptus.* Notho duplex fit quæſtio, quod poſt legitimos natus ſit, & quod non ſit [518] ante legitimum natus. [519] Prior *ſyllogiſmum* habet, *an pro non natis ſint habendi, qui a familia ſunt alienati* ; altera *ſcripti* & *voluntatis.* Non enim eſſe hunc natum ante legitimum convenit : ſed *voluntate* legis ſe tuebitur, quam dicet talem fuiſſe, ut legitimus eſſet nothus tum natus, cum alius legitimus in domo non eſſet. [520] *Scriptum* quoque *legis* excludet, dicens, *non utique, ſi poſtea legitimus natus non ſit, notho nocere* ; [521] uteturque hoc argumento. *Finge ſolum natum nothum : cujus conditionis erit ? Tantum civis ? atqui non erit poſt legitimum natus. Filius ? atqui non erit ante legitimos natus. Quare ſi verbis legis ſtari non poteſt,* [522] *voluntate ſtandum eſt.* Nec quemquam turbet, quod [523] ex una lege [524] duo *ſtatus* fiant : duplex eſt : [525] ita vim duarum habet. [526] Redire in familiam volenti, [527] dicitur ab altero : *Primum,* [528] *ut tibi redire liceat, heres ſum :* [529] idem *ſtatus*, qui in petitione abdicati ; quæritur enim, an poſſit eſſe hæres abdicatus. Adjicitur communiter [530] a duobus : *Redire tibi in familiam*

509. *Tantum civis.*] Id eſt, gaudeat tantum jure civitatis, non autem hereditatis. CAPPER.

510. *Sine liberis deceſſerit.*] *Deceſſit ;* Locat. Ald.

511. *Suſtulit.*] Genuit, ſuſcepit, agnovit ut ſuum. CAPPER.

512. *Omnes tres.*] Aut *tres*, aut *omnes* otioſi videntur, eoque alteri expungendi. REGIUS.

513. *Νόθον, qui non ſit legitimus, Græci vocant : Latinum rei nomen, ut Cato quoque in Oratione quadam teſtatus eſt, non habemus.*] De hoc vocabulo ſic Feſtus : *Nothum Græci natum ex uxore non legitima vocant, qui apud nos ſpurio patre natus dicitur, quod Servius Tullus ex concubina natus ſpurius Tulli tributus dicitur :* ex quibus verbis poſtremis nil ſenſus boni elicitur. PINUS. Iſidorus Orig. libr. 9. cap. 5. pag. 1055. *NOTHUS dicitur, qui de patre nobili, & matre ignobili gignitur, ſicut ex concubina. Eſt autem hoc nomen Græcum, & in Latinitate deficit. Huic contrarius eſt SPURIUS, qui de matre nobili, & patre ignobili naſcitur. Item SPURIUS patre incerto, matre vidua genitus, velut tantum ſpurii filius ; quia muliebrem naturam veteres SPURIUM vocabant, velut ἀπὸ τοῦ σπόρου, h. e. ſeminis, non patris nomine. Eoſdem & FAVONIOS appellabant, quia quædam animalia Favonio ſpiritu hauſto concipere exiſtimantur. Unde & ii, qui non ſunt de legitimo matrimonio, matrem potius, quam patrem ſequuntur. Latine autem SPURII, quaſi extra puritatem, id eſt, quaſi immundi.* Hæc Iſidorus. Adi etiam, ſi operæ, cl. Joh. Meurſii Commentar. ad Lycophron. pag. 206. 207. Poſtrema quoque ætas ſpurios & inhoneſte prognatos CANIS nomine proſcidit ; uti notat ingenioſiſſimus Gaſp. Barthius, in incomparabili ſuo Adverſariorum opere, lib. VIII. cap. 14. pag. 293. Jacobus de Vitriaco, Hiſtoriæ Orientalis lib. 1. cap. 71. *Diffluentes autem luxu multiplici, & otio turpi marcentes, non ſolum de micis, quæ cadebant de menſa Domini, ſed de panibus integris, & de cibis delicatis paſcebant catellos ſuos, quos de turpibus concubinis ipſi turpiores procrearant.* Scitu quoque digniſſima de ſpuriis, ſive filiis naturalibus, tradit doctiſſimus Gulielmus Budæus, Annotat. prior. in Pandectas, ex leg. *vulgo concepti. De ſtatu hominum.* pagin. 134. 135. Et Plutarchus in Problem. Jacobus Cujacius, Obſervat. lib. 5. cap. 6. pag. 191. PAREUS. Recte notarat Pinus in allatis Feſti Pompeii verbis nihil boni ſenſus ineſſe. Hic itaque deſideratur etiam Burmanni diligentia, qui Dacerianam emendationem corrupto loco non appoſuerit. Extat ea in Feſto Pompeio, quem ad uſum Sereniſſimi Galliarum Delphini edendum vir doctiſſimus curavit ; nam pro τοῖς *ex concubina Spurius Tulli tributis*, ibi legitur optimo ſenſu : *ex concubina Spurii Tulli Tiburtis* ; & in ſequentibus pro τοῖς *cum ſuſceptum mare ſerviente*, idem Dacerius merito repoſuit : *eum ſuſceptum matre*, &c. CAPPER.

514. *Oratione teſtatus.*] *Teſtatur*, potius mihi legendum eſſe videtur. REGIUS.

515. *De bonis patris.*] *Patriis ;* Steph.

516. *Fit ſtatus ſcripti & voluntatis.*] Status legalis περὶ ῥητοῦ καὶ διανοίας ; cum non ſtamus in ipſis legum verbis, ſed ad legiſlatorum ſententiam attendimus, & voluntatem. CAPPER.

517. *An heres ſcriptus.*] Hoc eſt, an tum demum capere poſſit, ſi fuerit ipſe ſcriptus heres. CAPPER.

518. *Ante legitimum.*] *Legitimos ;* V. C. Alm. Ald. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Voſſ. ſecund.

519. *Prior ſyllogiſmum habet.*] Id eſt, prior quæſtio tractabitur in gratiam nothi per eum *ſtatum legalem*, qui *ſyllogiſmus* vocatur ; quoniam non nititur conceptis expreſſiſque legum verbis ; ſed ex aliquo legis capite infert, quod ſuæ cauſſæ faveat. Ita hoc loco nothus contendet eos, qui a familia fuerint alienati, ſive per adoptionem, ſive per abdicationem, non eſſe pro natis habendos ; proinde ſe, ſi non *formaliter*, ut aiunt, & directe ; æquivalenter ſaltem τῇ δυνάμει, & indirecte natum eſſe ante legitimos liberos. CAPPER.

520. *Scriptum legis excludet.*] Τὸ ῥητὸν, id eſt, expreſſa legis verba, literalem & obvium ſenſum legis excludet, ſeu eludet hac ſubtili ratione. CAPPER.

521. *Uterque hoc argumento.*] Colligit hoc argumento ; nihil notho nocere, ſi, poſteaquam ipſe natus eſt, legitimus quis natus non ſit ; nam per legem, ſi ſolus natus eſſet, neque civis eſſet natus, neque filius poſſet haberi ; quia ante legitimum natus non eſſet. Itaque verbis legis ſtari non poſſet : videntur autem obſcuriores hujus argumentationis ſenſus, propter male appoſitas incuria librariorum diſtinctiones. Sic igitur diſtinguantur, ut hi duo cum interrogatione legantur : *Cujus conditionis erit? Tantum civis ? atqui non erit poſt legitimum natus :* hic eſt diſtinguendum. *Filius ?* hic quoque diſtinguendum, & cum interrogatione legendum. REGIUS.

522. *Voluntate ſtandum eſt.*] Seu ſententia legis, vel potius legiſlatoris. CAPPER.

523. *Ex una lege.*] Quæ ſic habet : *Nothus ante legitimum natus, legitimus filius ſit : poſt legitimum natus, tantum civis.* CAPPER.

524. *Duo ſtatus.*] *Legales* ; alter, cui nomen *ſyllogiſmus ;* alter, qui vocatur περὶ ῥητοῦ καὶ διανοίας, *de ſcripto & voluntate*, ut ſupra patuit. CAPPER.

525. *Ita vim duarum.*] *Itaque ;* Obrecht.

526 *Redire in familiam volenti.*] Filio ſcilicet in adoptionem dato. CAPPER.

527. *Dicitur ab altero.*] Filio abdicato quidem, ſed poſtea ſcripto herede. CAPPER.

528. *Ut tibi liceat.*] Hic τὸ *ut* ſumitur pro τῷ *quamvis, etſi.* CAPPER.

529. *Idem ſtatus.*] Nempe *ſtatus legalis* περὶ ῥητοῦ καὶ διανοίας, *de ſcripto & ſententia*, vel *voluntate.* CAPPER.

530. *A duobus.*] A notho & ab abdicato, qui ſcriptus fuit heres. CAPPER.

non

non licet, non enim pater ſine liberis deceſſit. Sed in hoc propria [531] quiſque eorum quæſtione nitetur. [532] Alter enim dicet abdicatum quoque inter liberos eſſe, & [533] argumentum ducet ex ipſa, qua repellitur, lege. Supervacuum enim fuiſſe [534] prohiberi patris bonis abdicatum, ſi eſſet numero alienorum: nunc quia filii jure futurus fuerit inteſtati heres, oppoſitam eſſe legem, quæ tamen non id efficiat, ne filius ſit, ſed ne heres ſit. [535] *Status finitivus, quid ſit filius.* Rurſus nothus eiſdem colligit argumentis, non ſine liberis patrem deceſſiſſe, quibus [536] in petitione uſus eſt, ut probaret eſſe ſe filium: niſi forte & hic [537] *finitionem* movet, an liberi ſint etiam non legitimi. [538] Cadent igitur in unam controverſiam, vel ſpecialiter duo [539] *legitimi ſtatus*, [540] *ſcripti* & *voluntatis*, & *ſyllogiſmus*, & præterea *finitio*: vel tres illi [541] qui natura ſoli ſunt; [542] *conjectura*, in *ſcripto & voluntate*; [543] *qualitas*, in *ſyllogiſmo*; &, quæ per ſe eſt aperta, *finitio*. [544] *Cauſſa* quoque, & [545] *judicatio*, & [546] *continens* eſt [547] in omni genere *cauſſarum*. [548] Nihil enim dicitur, cui non inſit [549] *ratio*, & [550] quo judicium referatur, & [551] quod rem maxime contineat. Sed quia magis hæc variantur [552] in litibus, & fere tradita ſunt ab iis, qui de *judicialibus cauſſis* aliqua compoſuerunt, [553] in illam partem differantur. Nunc, quia in [554] tria genera *cauſſas* diviſi, [555] ordinem ſequar.

531. *Quiſque eorum.*] *Quiſque* pro *uterque* ponitur. Ovidius Epiſt. xix. verſ. 169.

Atque ita quiſque ſuas iterum redeamus ad urbes.

Sueton. Auguſt. 26. *Ut Caium & Lucium filios, ſuo quemque tyrocinio deduceret in forum.* BURMAN.

532. *Alter enim dicet.*] Ὁ abdicatus, & poſtea ſcriptus heres. CAPPER.

533. *Argumentum ducet ex ipſa lege.*] Hoc argumenti genus ab Hermogene lib. 3. de *Inventione* cap. 6. vocatur *βίαιον* & *τὸ βίαιον violentum*; vulgo, ut opinor, *argumentum ad hominem.* CAPPER.

534. *Prohiberi patris bonis.*] *Patriis*: Steph.

535. *Status finitivus.*] Seu *definitivus* inde fiet, movebitur, conſtituetur. CAPPER.

536. *In petitione uſus eſt.*] *In petitionem*: Steph.

537. *Finitionem movet.*] *Finitione*: Stephan. *Finitionem ... finitio.*] His vocibus deſignatur quæſtionis oratoriæ *ſtatus definitivus*, ubi tractatur quid ſit res: eſt autem unus e tribus *rationalibus λογικοῖς*: cæteri duo ſunt *ὁ conjecturalis* (facti quæſtio) & *qualitas* (juris quæſtio.) CAPPER.

538. *Cadent igitur.*] *Ergo*: V. C. Alm. Ald. Gryph. Baſil. Vidov. Voſſ. ſecund. *cadunt*: Voſſ. prim.

539. *Legitimi ſtatus.*] Seu *legales οἱ νομικοί*, qui *τοῖς λογικοῖς rationalibus* opponuntur. CAPPER.

540. *Scripti & voluntatis .... in ſcripto & voluntate: ſyllogiſmus .... in ſyllogiſmo.*] Duos hoſce *ſtatus legales* mox explicabamus, nec ſemel antea explicuimus. CAPPER.

541. *Qui natura ſoli ſunt.*] *Status*, qui *rationales* dicuntur, ad quos cæteri poſſunt facile revocari, ut antea probavit Fabius; qui in re ipſa controverſa inſunt, e rebus ipſis repetuntur; non e ſcriptis, ut *legales*. Vide ſupra cap. 5. CAPPER.

542. *Conjectura, in ſcripto & voluntate; qualitas, in ſyllogiſmo.*] Vide, ut quidam *ſtatus* alii in aliis inſint, & quamdam veluti *συμπεπλεγμένην* habeant. Lege lib. VII. cap. 10. ubi, quæ ſit inter *ſtatus* cognatio, Quinctilianus oſtendit. CAPPER.

543. *Qualitas in ſyllogiſmo.*] Hinc paulo ſupra dicebat Fabius: *Et ſyllogiſmus, qui eſt maxime qualitatis.* Ubi vide Turnebiani notam. CAPPER.

544. *Cauſſa quoque.*] Qui *ſtatum* ponunt in prima conflictione, *ſtatibus* omnibus pene (præter *conjecturam*) addunt *judicationem*: Fabius tamen *judicationem* & *ſtatum* facit eadem, ut docebit in *cauſſis judicialibus.* TURNEB. *Cauſſa.*] Hoc eſt, ut mox dicet, *ratio*, ſeu argumenta, &, ut vulgo aiunt, *motiva*, *media*, fundamenta litis; *αἴτια*, *αἴτιον.* CAPPER.

545. *Judicatio.*] Τὸ *κρινόμενον*, hoc ipſum, quod venit in controverſiam, & judex lata ſententia definire debet. CAPPER.

546. *Continens.*] Τὸ *συνέχον*, quod ipſam *cauſſæ* ſubſtantiam continet; quod eſt in agenda *cauſſa*, & ad eam obtinendam præcipuum ſaltem ex parte actoris. Cæterum quatuor hæc *τὸ συνέχον*, *τὸ κρινόμενον*, *ἡ στάσις* [*ſtatus*] *τὸ αἴτιον* vel *ἡ αἰτία*, an & quomodo differant, vide in cap. XI. CAPPER.

547. *In omni genere.*] *Demonſtrativo ſcilicet, deliberativo, & judiciali.* CAPPER.

548. *Nihil enim dicitur.*] *Dicetur*: Ald.

549. *Ratio.*] Et hoc eſt, quod mox vocabat *cauſſam.* CAPPER.

550. *Quo judicium referatur.*] Hoc eſt, quod mox appellabat *judicationem*, *τὸ κρινόμενον.* CAPPER.

551. *Quod rem maxime contineat.*] Hoc eſt, quod paulo ſupra nominabat, *continens τὸ συνέχον*: hoc porro ſe tenet ex parte *actoris*, ut *αἰτία* vel *αἴτιον* ex parte *τοῦ rei.* CAPPER.

552. *In litibus.*] In ipſo genere *judiciali.* CAPPER.

553. *In illam partem.*] Quæ pertinet ad genus *judiciale*: hoc autem Fabius exequitur ipſo capite. XI. CAPPER.

554. *Tria genera.*] Quæ ſunt *demonſtrativum*, *deliberativum*, & *judiciale.* CAPPER.

555. *Ordinem ſequatur.*] Qui non videat *ſequar* eſſe legendum, ne ſtudeat Quinctiliano. REGIUS. *Sequatur*: Locat.

CAPUT VII.

De demonſtrativo, quod conſtat laude & vituperatione.

IX. AC potiſſimum incipiam [1] ab ea, quæ conſtat laude ac vituperatione. Quod genus videtur Ariſtoteles, atque eum ſecutus Theophraſtus, a [2] parte *negotiali*, hoc eſt, πραγματικῇ, removiſſe, totamque ad ſolos auditores relegaſſe; & id ejus nominis, quod [3] ab *oſtentatione* ducitur, proprium eſt. Sed mos Romanus etiam [4] negotiis hoc munus inſeruit. Nam & [5] funebres laudationes pendent frequenter ex publico aliquo officio, atque ex ſenatuſconſulto magiſtratibus ſæpe mandantur; & [6] laudare teſtem, vel contra, [7] pertinet ad momentum judiciorum; [8] & ipſis etiam reis [9] dare laudatores licet; & editi [10] in competitores, [11] in L. Piſonem, in Clodium & Curionem libri, [12] vituperationem continent, [13] & tamen in Senatu loco ſunt habiti *ſententiæ*. Neque inficias eo, quaſdam eſſe ex [14] hoc genere materias, ad ſolam compoſitas oſtentationem, [15] ut laudes deorum, virorumque, quos [16] priora tempora tulerunt. Quo ſolvitur [17] quæſtio ſupra tractata; manifeſtumque eſt [18] errare eos, qui nunquam oratorem dicturum, niſi de re dubia, putaverunt. [19] An laudes Capitolini Jovis, perpetua ſacri certaminis materia, vel dubiæ ſunt, vel non oratorio genere tractantur? Ut deſiderat autem laus, quæ negotiis adhibetur, probationem; ſic etiam illa, quæ [20] oſtentationi componitur, habet interim aliquam [21] ſpeciem probationis: ut qui Romulum Martis filium, educatumque a lupa dicat, in argumentum cœleſtis ortus utatur his; quod [22] abjectus in profluentem, non potuerit extingui; quod omnia ſic egerit, ut geni-

Genus demonſtrativum in negotia civilia per ſe non cadit, ut putat Ariſt. lib. 1. *Rhet.* Eſt autem ſecutus id quod fieri videbat; nam illius ætate ſophiſtæ *genus demonſtrativum* occuparant, quo utebantur duntaxat ad auditorum oblectationem, & proprium quæſtum. TURNEB. In Aldina editione titulus erat *de laude & vituperatione*, ut exſtat etiam in cod. Bern.

1. *Ab ea.*] *Cauſſa*, vel parte *cauſſarum*. CAPPER.

2. *Parte negotiali πραγματικῇ.*] Quæ videlicet civilibus negotiis inſerta eſt, in civilia negotia cadit, ad Reipublicæ officia pertinet: quo ſenſu τὸ πραγματικὸν *negotiale*, opponitur τῷ ἐπιδεικτικῷ, *ei quod ad ſolam pompam, oſtentationem, & auditorum delectationem comparatum eſt.* Vide ſupra ad cap. 6. varios τοῦ πραγματικοῦ *negotialis* ſignificatus. CAPPER.

3. *Ab oſtentatione.*] Vocatur enim ἐπιδεικτικὸν *oſtentativum*, quod ad pompam & apparatum ſpectat. CAPPER.

4. *Negotiis.*] Ideoque parti negotiali τῇ πραγματικῇ, quæ ad *deliberativum cauſſæ* genus refertur. CAPPER.

5. *Funebres laudationes.*] Præclari viri Romæ poſt mortem laudabantur fere a propinquis, interdum etiam a magiſtratibus, ut a Publicola Brutus: quod ad negotia pertinet. TURNEB. Dionyſ. Halicar. lib. IX. cap. 54. dicit filium Appii Tribunos & Conſules adiiſſe, atque petiiſſe, ut ſibi ad populum liceret concionem habere; ubi ratio apparet, quare Senatuſconſulto opus erat, quia non licebat unicuique cum populo agere. Et Dion. lib. XLVI. pag. 324. dicit, M. Juventio a Senatu decretam laudationem, ſtatuam, & funus publicum. BURMAN.

6. *Laudare teſtem vel contra.*] Quod eſt generis *demonſtrativi.* CAPPER.

7. *Pertinet ad momentum judiciorum.*] Ad *cauſſas judiciales*, vel generis *judicialis.* CAPPER.

8. *Et ipſis etiam reis, &c.*] Qui in publica *cauſſa* reus erat, ſi aliquam provinciam recte adminiſtraſſet, ex ea decem legati mittebantur ad reum laudandum; ut a Maſſilienſibus & Narbonenſibus ad laudandum Fonteium. TURNEB. De his laudationibus ſæpe Cicero. Vide Manut. ad lib. 1. famil. Epiſt. 9. & Græv. ad v. Verrin. 22. & Sylvium pro Cluent. 20. & 40. *Ipſis reis.*] Quorum agitur *cauſſa* in genere *judiciali.* CAPPER.

9. *Dare laudatores.*] Qui certe pertinent ad genus *demonſtrativum.* CAPPER.

10. *In competitores.*] Hoc loco alludit Fabius ad orationem, quam Tullius habuit adverſus Catilinam, & Antonium, ſuos in conſulatu competitores. Aliter vocatur *Oratio in toga candida*, cujus nonnulla fragmenta ad calcem Ciceronianarum orationum ſuperſunt. CAPPER.

11. *Editi in Piſonem, in Clodium & Curionem libri.*] Lege fragmenta Ciceroniana. CAPPER.

12. *Vituperationem continent.*] Quo ſenſu referuntur ad genus *demonſtrativum.* CAPPER.

13. *Et tamen loco ſunt habiti* ſententiæ.] Quo ſenſu pertinent ad genus orationis *deliberativum* ſive *ſuaſorium*: hinc ſequitur tria illa tantopere decantata orationis genera quamdam veluti συμπεριχώρησιν habere, alia in aliis quadamtenus includi; ut etiam de quæſtionum oratoriarum *ſtatibus* mox annotabam. CAPPER.

14. *Hoc genere maſculinas.*] *Materias*, non *maſculinas*, legendum eſſe, nemo non videt. REGIUS.

15. *Ut laudes deorum.*] Laudes deorum, *hymni* dicuntur: virorum vero, *encomia.* TURNEB.

16. *Priora tempora*] *Priorum*: V. C. Alm.

17. *Quæſtio ſupra tractata.*] Cap. 5. paulo poſt initium, ubi ſic habet: *Quidam de nulla re dicturum oratorem, niſi de qua quæritur, exiſtimant.* CAPPER.

18. *Errare eos, qui, &c.*] Ex his erat Celſus ille Rhetor, quem ſupra cap. 5. refellit. CAPPER.

19. *An laudes Capitolini Jovis.*] Forte legendum *Olympii*, propter Olympia, quæ quinto quoque anno celebrabantur, in honorem Jovis Olympii: nam nuſquam legi hujuſmodi ludos fieri in honorem Jovis Capitolini. PHILANDER. Certamen quoddam ſacrum in honorem Jovis Capitolini fiebat, ut meminit Tranquillus (in Domit. cap. 13.) illic orationes de Jovis laudibus recitabantur. TURNEB. De Capitolino agone vide Scalig. 1. Auſon. lect. cap. 10. & Falcon. ad Inſcr. Athlet. pag. 64. BURMAN.

20. *Oſtentationi.*] Τῇ ἐπιδείξει ad pompam & apparatum: id autem proprium eſt generis *demonſtrativi.* CAPP.

21. *Speciem probationis.*] Pro *apparentia*, ut vulgus loquitur, Tacitus ſæpe uſurpat. lib. 1. 3. *Specie recuſantis flagrantiſſime cupiebat:* idem pro ſpecie *imaginem* dixit lib. 1. 81. *Quanto majoris libertatis imagine tegebantur.* Livius lib. IX. cap. 4. *Nihil in ſpeciem fallacius eſt, quam prava religio.* Ex quibus videas, non eſſe intelligendum vulgi more, ut *ſpeciem habeat probationis*, id eſt, *formam pariemque.* PINUS.

22. *Abiectus in profluentem non potuerit exſtingui.*] Iiſdem in hac hiſtoria verbis utitur Florus lib. 1. cap. 1. an ex

tum præſide bellorum deo, [23] incredibile non eſſet; quod [24] ipſum quoque cœlo receptum temporis ejus homines non dubitaverint. Quædam vero etiam in defenſionis ſpeciem [25] cadent; ut ſi in laude Herculis, [26] permutatum cum regina Lydiæ habitum, & imperata (ut traditur) penſa orator excuſet. [27] Sed proprium laudis eſt, res amplificare, & ornare. [28] Quæ materia præcipue quidem in deos & homines cadit: eſt tamen & aliorum animalium, [29] & carentium anima. [30] Verum in deis generaliter primum majeſtatem ipſius eorum naturæ [31] venerabimur; deinde propriam vim cujuſque, & inventa, quæ utile aliquid hominibus attulerint. Vis oſtenditur; ut in Jove, [32] regendorum omnium; in Marte, belli; in Neptuno, maris. Inventa; ut artium, in Minerva; [33] Mercurio, literarum; [34] medicinæ, Apolline; Cerere, frugum; Libero, vini. [35] Tum ſi qua ab his acta vetuſtas tradidit, commemoranda. Addunt etiam diis honorem parentes, ut ſi quis ſit filius Jovis. Addit antiquitas, [36] ut iis, qui ſunt ex Chao; progenies quoque, ut [37] Apollo ac Diana, Latonæ. Laudandum in quibuſdam, quod geniti immortales; in quibuſdam, quod [38] immortalitatem virtute ſunt conſecuti: quod pietas [39] principis noſtri, præſentium quoque temporum decus fecit. Magis eſt varia laus hominum. Nam primum [40] dividitur in tempora, quodque ante eos fuit, quoque ipſi vixerunt. In iis autem, qui fato ſunt functi, etiam quod eſt inſecutum. [41] Ante hominem, patria ac parentes, majoreſque erunt, quorum duplex tractatus eſt: aut enim reſpondiſſe nobilitati, pulchrum erit: aut humilius genus illuſtraſſe factis. Illa quoque interim ex eo, quod ante ipſum fuit, tempore trahentur, quæ reſponſis, vel auguriis futuram [42] claritatem promiſerint; [43] ut eum, qui ex Thetide natus eſſet, majorem patre ſuo futurum ceciniſſe dicuntur oracula. Ipſius vero laus hominis, ex animo, & corpore, [44] & extra poſitis peti debet. Et corporis quidem fortuitorumque cum levior, tum non uno modo tractanda eſt. Nam & pulchritudinem interim roburque proſequimur honore verborum, ut Homerus in [45] Agamemnone atque [46] Achille. Interim confert admirationi multum etiam infirmitas, ut cum idem [47] Tydea parvum, ſed bellatorem dicit fuiſſe. Fortuna vero, cum dignitatem affert, ut in regibus principibuſ-

Fabio, an vero uterque ex vetuſtiore quodam ſumpſerit, ambigo. BURMAN.

23. *Incredibile non eſſet.*] *Sit*, ut legatur loco *eſſet*, ſenſus expoſcit. REGIUS.

24. *Ipſum quoque cœlo receptum.*] Hæc perſuaſio ortum habuit a Proculo, qui, ut plebis animos leniret, ſancte juravit ſe vidiſſe Romulum in cœlum aſcendentem: quanquam revera a patribus diſcerptus fuit, dum concionaretur apud Capreas paludes. TURNEB.

25. *Cadant.*] *Cadent*; MSS. Bodl. Alm. Ald. Locat. Steph. Colon. Vaſc. Gryph. Colin. Sich. Baſil. Vidov. Obrecht. *cadunt* Francius corrigebat, & ſic Voſſ. prim.

26. *Permutatum cum Regina Lydiæ habitum.*] Nam Hercules exuvium leonis cum Omphales monilibus muliebrique cultu permutavit: quod fecit, ut alii dicunt, quia ſervus erat ejus: ut alii, quia nimio amore vincebatur. TURNEB. Vide Epiſtolam Dejaniræ ad Herculem apud Ovidium. PHILAND.

27. *Sed proprium laudis.*] Laudationis, quæ præcipua pars eſt generis *demonſtrativi*. CAPPER.

28. *Quæ materia.*] Partitur *materiam demonſtrativam* in ea, in quæ cadit; deinde *locos* ſubjicit, quibus utendum in rei cujuſque laudatione, aut vituperatione. Porro ſi quis fuſiorem harum rerum tractatum deſiderat, legat Menandrum rhetorem. TURNEB.

29. *Et carentium.*] *Etiam*; V. C. Alm. Locat. Ald. Baſil. Obrecht.

30. *Verum in deis.*] Laudes deorum qui videre cupit, legat Homeri hymnos & Callimachi. TURNEB.

31. *Venerabimur.*] *Venerabitur*; *deinde propriæ*; V. C. Alm. & cod. Bern.

32. *Regendorum omnium.*] *Hominum*; MS. Joan. Sich. & Voſſ. prim. ſecund. *regundorum hominum*; Locat. Steph. Baſil. Vidov. *rege omnium deorum*; marg. Gryph. Sich. & Baſil. forte ſcripſit, *regendorum hominum, ac deorum*.

33. *Mercurio .... Apolline*; *Cerere ... Libero.*] Ubique ſupplenda eſt ex præcedentibus præpoſitio *in*. CAPPER.

34. *Medicinæ Apolline.*] Sequi videtur noſter communem ſententiam, quæ ſtatuit Apollinem: quamvis ſint, qui tribuant Æſculapio, ut Martian. Capel. lib. 11. quidam aliis; ut in noſtris inventis novantiquis latius deduximus, quæ videnda ſunt. ALMELOV. *Literarum*, *medicinæ... frugum... vini.*] Ubique ſupplendum eſt ex præcedentibus, *inventa oſtenduntur*, commemorantur, celebrantur, &c. CAPPER.

35. *Tum ſi qua ab his acta.*] Ut ſcribunt Bacchum totum pene orbem domuiſſe, Jovem autem Titanas & Gigantes interfeciſſe. TURNEB. *Item ſi qua ab iis*; V. C. Alm. *tum ſi qua ab iis*; Obrecht.

36. *Ut iis qui ſunt ex Chao.*] Heſiodus in *Theogonia*, rerum omnium atque adeo deorum originem a Chao repetit: ita autem appellatur immenſus hiatus, omnium rerum in ſe complectens ſemina. TURNEB. *Ut iis qui ex Chao*; V. C. Alm.

37. *Apollo ac Diana, Latonæ.*] Supple, honorem addunt Latonæ, cujus ipſi ſunt progenies. CAPPER.

38. *Immortalitatem virtute ſunt conſecuti.*] Atque hi ſunt, qui proprie dicuntur *Heroes*. CAPPER.

39. *Principis noſtri.*] Adulatur Domitiano Fabius, qui ſe *deum & dominum* dici voluit, ut patet ex Suetonio cap. 13. REGIUS. Vide Plin. 2. hiſt. natur. de Veſpaſian. PITHOEUS. Neſcio an non vox *pietas* magis ſuadeat, reſpicere Fabium ad templum Flaviæ gentis, quod patri Veſpaſiano, & Tito fratri, ut novis diis conſecravit Domitianus: de quo Sueton. Domitian. cap. 1. XV. & XVII. & Statius lib V. ſilv. 1. verſ. 240. & ita hoc *decus fecit præſentium temporum*. BURMAN.

40. *Dividitur in tempora.*] Laus hominum in tria tempora dividitur; in præteritum, ubi patria, parentes, prodigia, cæteraque; præſens, ubi animi bona & corporis, graduſque ætatis; conſequens, ubi quæ poſt mortem, ut ſtatuæ, funera. TURNEB.

41. *Aliquando hominem.*] *Ante hominem*, citra omnem dubitationem legendum eſt. REGIUS.

42. *Claritatem.*] Achillem intelligit ex Ovidii Metamorphoſ.

43. *Ut eum qui ex Thetide, &c.*] Quocirca Prometheus Jovem monuit, ut Thetidis congreſſum vitaret; alioqui fore, ut a filio regno expelleretur. TURNEB.

44. *Et extra poſitis.*] Ex bonis, quæ ſunt extra ipſos homines: cujus modi ſunt divitiæ, potentia, gratia apud principes, &c. CAPPER.

45. *Agamemnone.*] Iliad 2. verſ. 477.

46. *Achille.*] Iliad. 2. verſ. 180.

47. *Tydea.*] Iliad. 5. verſ. 801. *Tydea parvum.*] Græca declinatione Τυδέα *Tydea* dixit, pro τῷ *Tydeum*. CAPPER.

que (namque eſt hæc materia oſtendendæ virtutis uberior;) tum quo minores opes fuerunt, [48] eo majorem [49] benefactis gloriam parit. Sed omnia, quæ extra nos [50] bona ſunt, quæque hominibus forte obtigerunt, non ideo laudantur, quod habuerit quis ea, ſed quod his honeſte ſit uſus. Nam divitiæ, & potentia, & gratia, cum plurimum virium dent, [51] in utramque partem certiſſimum faciunt morum experimentum: aut enim meliores propter hæc, aut pejores ſumus. Animi ſemper vera laus: ſed non una per hoc opus [52] via ducitur. Namque aliàs ætatis gradus, geſtarumque rerum ordinem ſequi [53] ſpecioſius fuit; ut in primis annis laudaretur indoles, tum diſciplinæ, poſt hoc operum, id eſt, factorum dictorumque contextus: aliàs in ſpecies virtutum dividere laudem; fortitudinis, juſtitiæ, [54] continentiæ, cæterarumque, [55] ac ſingulis aſſignare, quæ ſecundum quamque earum geſta erunt. Utra ſit autem harum via utilior, [56] cum materia deliberabimus: dum ſciamus gratiora eſſe audientibus, [57] quæ ſolus quis, aut primus, aut certe cum paucis feciſſe dicetur: ſi quid præterea ſupra ſpem aut exſpectationem, præcipue quod aliena potius cauſſa, quam ſua. Tempus, quod finem hominis inſequitur, non ſemper tractare contingit; non ſolum, quod viventes aliquando laudamus; ſed quod rara hæc occaſio eſt, ut referri poſſint [58] divini honores, & decreta; ut [59] publice ſtatuæ conſtitutæ. Inter quæ numeraverim ingeniorum monumenta, quæ ſeculis probarentur. Nam quidam, [60] ſicut Menander, juſtiora poſterorum, quam ſuæ ætatis, judicia ſunt conſecuti. Afferunt laudem liberi parentibus, urbes conditoribus, leges latoribus, artes inventoribus, necnon inſtituta quoque auctoribus; ut [61] a Numa traditum deos colere, [62] & a Publicola [63] faſces populo ſubmittere. Qui omnis etiam [64] in vituperatione [65] ordo conſtabit tantum in diverſum. Nam & turpitudo generis [66] opprobrio multis fuit; & quoſdam claritas ipſa notiores circa vitia, & inviſos magis fecit; & in quibuſdam, [67] ut in Paride traditum eſt, prædicta pernicies; & [68] corporis ac fortunæ quibuſdam mala contemptum, [69] ut Therſitæ atque Iro; quibuſdam bona vitiis corrupta odium attulerunt, ut [70] Nirea imbellem, [71] Pliſtenem impudi-

48. *Eo majorem.*] *Eo*, non habet V. C. Alm.

49. *Benefactis gloriam.*] *Beneficiis*; Ald. Locat.

50. *Bona ſunt.*] *Dona*; MS. Joan. Voſſ. & Bern. Vaſc. in margine.

51. *In utramque partem.*] Dubia eſt diſtinctio editionum; cum alii *plurimum virium dent in utramque partem*; alii, *in utramque partem certiſſimum faciant morum experimentum*: quam ultimam nos recepimus cum Aldo; quia melius ſequentibus convenire videtur. *In utramque partem.*] Id eſt, ad virtutes, vel ad vitia. CAPPER.

52. *Via ducitur.*] Francius malebat *ducimur*.

53. *Specioſius fuit.*] *Fuerit* Francius; & mox *laudetur indoles*.

54. *Continentiæ.*] Quæ vulgo temperantia vocitatur; ἐγκράτεια, σωφροσύνη. CAPPER.

55. *Ac ſingulis aſſignare.*] Omiſit tertium ordinem, cujus meminit Cicer. *in Partit.* Nam aliquando ſolemus a majoribus ad minora deſcendere, aliquando a minoribus ad majora aſcendere, & hæc inter ſe variare: ſed hic ordo confuſior eſt, & idcirco omiſſus a Fabio. TURNEB. Vide latius de his diſſerentem Pinum.

56. *Cum materia deliberabimus.*] Id eſt, habito reſpectu ad ſubjectam materiam, habita ratione ſubjectæ materiæ; vel materiam ipſam in conſilio habebimus: quo ſenſu dixit Quintus Curtius: *Fortunam meam in conſilio habuit.* CAPPER.

57. *Quæ ſolus quis, aut primus, aut certe cum paucis.*] Hæc deſumpſit Fabius ex Ariſtotelis libro primo artis Rhetoricæ. CAPPER.

58. *Divini honores.*] Horatius Auguſto, II. Epiſt. I. verſ. 15.

Præſenti tibi maturos largimur honores,
Jurandaſque tuum per nomen ponimus aras.

PITHOEUS.

Id fiebat more Romano: nam imperatores plerumque in numerum deorum referebantur, ut docet Herodianus in *apotheoſi* Severi imperatoris. TURNEB.

59. *Publice ſtatuæ conſtitutæ.*] Nam viris de rep. bene meritis plerumque ſenatuſconſulto ſtatuæ decernebantur in celeberrimis urbis locis, ut in foro, & Capitolio. TURNEB. *Et publice*; Voſſ. ſecund.

60. *Sicut Menander.*] Nam Menander, tametſi omnium Comicorum eſſet doctiſſimus, in certaminibus Comicis a Philemone longe ſe inferiore, qui gratia & factione valebat, ſæpenumero eſt victus, præpoſtero judicio. TURNEB. Vide lib. x. cap. I. ubi Fabius ita loquitur: *Philemon pravis ſui temporis judiciis Menandro ſæpe prælatus eſt.* CAPPER.

61. *A Numa.*] Hic auctor fuit religionis, & juris pontificii apud Romanos. Auctor Dionyſius Halicarn. Plutarch. & Livius. TURNEB. Vide ſupr. lib. I. cap. 10. & Lactant. lib. I. cap. 22. ALMEL.

62. *Et a Publicola.*] Francius, *ut a*.

63. *Faſces populo ſubmittere.*] *Faſces ſubmittere*, eſt vim & inſignia imperii alicujus reverentiæ & majeſtati ſummittere: quod fiebat a conſulibus, cum in concionem prodibant, ut ſignificarent penes populum auctoritatem eſſe concionis. TURNEB. Livius I. & 2.

64. *In vituperatione.*] Quæ pars eſt altera generis *demonſtrativi*. CAPPER.

65 *Ordo conſtabit.*] *Ordo conſtabit, tamen in diverſum*; Ald. Sich. Steph. Vaſc. Gryph. Colin. Baſil. Vidov.

66. *Opprobrio multis fuit.*] Ita Ovidius II. Triſt. 445.

Nec fuit opprobrio, celebraſſe Lycorida, Gallo.

67. *Ut in Paride traditum eſt.*] Nam Hecuba, cum eſſet gravida, ſomniavit ſe parituram facem, qua conflagraret Ilium: conſulti conjectores, Paridem dixerunt pernicioſum fore urbi. TURNEB. *Traditur*; V. C. Alm.

68. *Corporis ac fortunæ.*] *Corporis atque & formæ*; V. C. Alm. unde Francius *atque & formæ. Ac fortunæ.*] *Ac formæ*; Pariſ. Vaſc. Steph. Colin. margo Gryph. *& fortunæ*; Ald. Gryph. Baſil. & alii; itemque Stephan. in margine.

69. *Ut Therſitæ.*] *Ut Therſita, atque Iro*; Argent. Obrecht. *ſicut Therſita atqui fiere*: V. C. Alm. unde Francius *atqui fere*: ſed latent ibi veſtigia veræ lectionis, quam Obrechti codex exhibuit. BURMAN. In Stephanea editione legebatur, *ut Therſitæ: at vero quibuſdam.* Cæterum de Therſite vide Iliad. β. verſ. 212. CAPPER.

70. *Nirea.*] Græca declinatione Νιρέα *Nirea* dixit, loco τ *Nireum.* De hoc lege Iliad. β. verſ. 671. 675. CAPPER.

71. *Pliſtenem impudicum.*] *Pliſtenem* hunc aiunt patrem fuiſſe Agamemnonis & Menelai; cumque impudicum ait, quod tamen Dictys Cretenſis, qui hanc rem ſcribit, non commemorat. Alii *Cliſthenem* legunt, qui notatur a Comicis ut impudicus. TURNEB. Lege *Cliſthenem*; fuit enim cinædus, cujus meminerunt Syneſius & Suidas ex Sophocle. PHILAND. Sunt qui *Cliſthenem* reponant, qui, ut Suidæ verbis dicam, ἐπὶ κιναιδίᾳ διεβέβλητο, καὶ ἐγυναικίζετο; &, ut junior videretur, pſilotro ſibi vellebat pilos, aut abradebat. Sophocles, καὶ πῶς ἂν γένοιτ᾽ εὐτακτὸς πόλις, ὅπου

cum, a poëtis accepimus. Et animi totidem vitia, quot virtutes ſunt, nec minus quam in laudibus, duplici ratione tractantur. Et poſt mortem adjecta quibuſdam ignominia eſt; [72] ut Melio, cujus domus ſolo æquata; [73] Marcoque Manlio, [74] cujus prænomen e familia in poſterum exemptum eſt. Et parentes malorum odimus. Et eſt conditoribus urbium [75] infame, contraxiſſe aliquam pernicioſam cæteris gentem; qualis eſt primus [76] Judaicæ ſuperſtitionis auctor; & Gracchorum leges inviſæ; & ſi quod eſt exemplum deforme poſteris traditum, quale [77] libidinis vir Perſes [78] in muliere Samia inſtituere auſus dicitur primus. Sed in viventibus quoque judicia hominum, velut argumenta ſunt morum; & honos aut ignominia veram eſſe laudem, vel vituperationem probat. Intereſſe tamen [79] Ariſtoteles putat, ubi [80] quidque laudetur, aut vituperetur. Nam plurimum refert, qui ſint audientium mores, quæ publice recepta perſuaſio: ut illa maxime, quæ probant, eſſe in eo, qui laudabitur, credant: aut in eo, contra quem dicemus, ea, quæ oderint. Ita non dubium erit judicium, quod orationem præceſſerit. Ipſorum [81] etiam judicum permiſcenda laus ſemper; nam id benevolos facit: quoties autem fieri poterit, cum materiæ utilitate jungenda. [82] Minus Lacedæmone ſtudia literarum, quam Athenis, honoris merebuntur: plus patientia, fortitudo. [83] Rapto vivere quibuſdam honeſtum: aliis cura legum. Frugalitas [84] apud Sybaritas forſitan odio foret: veteribus Romanis ſummum [85] luxuria crimen. [86] Eadem in ſingulis differentia. Maxime favet judex, qui ſibi dicentem [87] aſſentiri putat. [88] Idem [89] præcipit illud quoque, (quod mox Cornelius Celſus prope ſupra modum invaſit) quia ſit quædam virtutibus ac vitiis vicinitas, utendum proxima [90] *derivatione* verborum; ut pro *temerario fortem*,

θεὸς γυνὴ γεγονυῖα πιτυοπλίου ἔσχατον ἔχειν, Κλεισθένης ὁ *κέρκιδα*. Ariſtophanes bis, quod ſciam, meminit in Ranis. 425. Κλεισθένην δ' ὁρῶ & verſ. 57. *ξυνεγένου τῷ Κλεισθένει*. Interpres eadem, quæ Suidas, citat ex Cratini comœdia: *γέλοιος ἐν Κλεισθένης*: ergo ut impudicum a poëtis accepimus. PINUS. Sæpius Ariſtophanes traducit, in Nubib. verſ. 354. ubi vide Schol. in Ranis, verſ. 48. ubi Scholiaſtes; & Suidas in ἐπεβάτευον: ſed verſ. 425. legitur τὸν Κλεισθένους δ' ἀκούω, non ὁρῶ, ut Pinus. Vide Acharn. 118. & alibi ſæpe: fuit autem ille Sicyonius Tyrannus, avus alterius Cliſthenis Athenienſis, qui *oſtraciſmum* inſtituit. Vide clar. Periz. ad Ælian. XII. 24. *Cliſthenem* hic habent quoque margines Gryphii & Baſil. & ita legere Brodæum ad lib. II. Anth. cap. 5. notaverat Almelovenius: & certe de Pliſthenis impudicitia nihil mihi lectum. BURMAN.

72. *Ut Melio.*] Spurius Melius, cum frumenti largitionibus in ſuſpicionem regni affectati veniſſet, a Servilio Ahala interfectus eſt. TURNEB. Vide Titum Livium lib. 4. num. 6. CAPPER.

73. *Marcoque Manlio.*] Livius decad. 1. lib. 4. & lib. 6. num. 20.

74. *Cujus prænomen.*] Plinius Secundus libr. de viris Illuſtribus, dicit cognomen exemptum, ne quis poſtea Capitolinus vocaretur. PHILANDER. Sed refutavit Schottus ad Aurel. Victor. de Vir. Illuſt. cap. 24. & hoc docet ſimile exemplum in gente Claudia, quæ *Lucii* prænomen repudiavit, teſte Suetonio, Tiber. 1. Vide illuſtr. Spanh. diſſert. ſextam de præſtant. & uſu Numiſm. pag. 513. prioris editionis. BURMAN.

75. *Infame.*] *Infamiæ*: Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Colon. Vaſc. margo: eodem modo, ut paulo ante dixit *opprobrio multis fuit*.

76. *Judaicæ ſuperſtitionis auctor.*] Hunc locum nonnulli de Judæis intelligunt, quorum ſuperſtitionem Romani oderant. Alciatus tamen de Chriſtianis intelligit, quorum religionem Judaïcam ſuperſtitionem appellabant Romani; quia a Judæis manavit Chriſtianiſmus. Sic etiam appellare ſolent Juriſconſulti. Porro Fabii tempore perſecutio in Chriſtianos a Domitiano eſt edita. TURNEB.

77. *Libidinis vir.*] *Libidinoſus vir*; MSS. Bodl. Alm. Andr. Ald. *libidinis ut Perſes*; Locat.

78. *In muliere Samia.*] Quodnam genus flagitii hoc fuerit, nondum memini me legiſſe. REGIUS. Perſen hunc, vel regem Perſarum, a quo Perſæ nominati ſunt, intelligo; vel aliquem nomine Perſen, qui auctor fuerit Perſis ejus legis, qua ſciebant matres & ſorores in connubium adducere: id quod Catullus Epigrammate 89. inſectatur. Porro, quod Ludovicus Cælius hunc locum correctiorem fere in totum mutare conatur, non placet; etiamſi ſint doctiſſima, quæ ad hunc locum congerit. MOSELLANUS. Cælius Rhodiginus lib. XVIII. cap. 18. legit *in matre ſua*, vel *in matre & filia*, vel *in matre Samia*, ut *Samia* ſit nomen proprium. Obſcurum vero hoc libidinis genus, nec de inceſtu Perſarum capiendum puto; quod toti genti, non uni viro adſcribendum eſſet. Eleganter autem *vir Perſes*, dicitur pro Perſa: ita Flor. II. 18. *Unus enim vir Numantinus non fuit, qui in catenis duceretur*; & ita Actor. XVI. *ἀνήρ τις ἦν Μακεδὼν ἑστώς*. BURMAN.

79. *Ariſtoteles.*] Lib. 1. Rhet.

80. *Quidque laudetur.*] *Quiſque*; Pariſ. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Vidov.

81. *Etiam judicum.*] *Ipſorum etiam permiſcenda laus*; Ald. Locat. Obrecht. *Judicum permiſcenda laus.*] Ut dicam quod ſentio, ego totum hunc locum adſcriptum aliunde puto, & hic aut parum quadrare, aut nihil: etenim quæ ſequuntur, cum ſuperioribus cohærent ab Ariſtotele citatis. PINUS. Recte puto Pinum cenſere; nam quis hic locus judicibus in genere *demonſtrativo*, ubi nulli, niſi ipſi auditores, judices? ejicere tamen totam periodum non auſim; ſed vitium in voce *judicum* latere exiſtimo. Forte: *ipſorum* (ſcilicet *audientium*) *autem judicio permiſcenda laus ſemper*. Nimirum laudare debet orator, quæ publice ſunt recepta, &, quæ populus probat, probare, & ampliſſima oratione aſſentiri, recte & ordine talia inſtituta eſſe & ſervari. Niſi hic voce *judicum* ipſos audientes velit quis accipere. BURMAN. Sed valde dubito, an hujuſmodi emendationes, quarum unam eruditus Rollinus probavit, ſint admittendæ; nam 1°. τὸ *judex* de omni auditorum genere poteſt uſurpari; 2°. vulgatam lectionem firmat, quod paulo poſt ſequitur: *Maxime favet judex, qui ſibi dicentem aſſentiri putat.* CAPPER.

82. *Minus Lacedæmone, &c.*] Bellicoſi enim erant Lacedæmonii: Athenienſes vero ſtudio literarum dediti, apud quos artes inventæ ſunt, auctore Cicer. ibique conſummatæ. TURNEB.

83. *Rapto vivere.*] Lege Gell. lib. IX. cap. 18. & Xenoph. de republ. & legibus Laced. & lib. IV. de expeditione Cyri minoris. PHILAND.

84. *Apud Sybaritas.*] Sybaritæ populi fuerunt Italiæ, victu & cultu luxurioſi: hinc abierunt in proverbium *menſæ Sybariticæ*. TURNEB. Vide Politian. cap. 15. Obſervat. & Eraſm. in prov. *Sybaritica menſa*.

85. *Luxuria.*] *Luxuriæ*; Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. *crimen luxuria*; Obrecht.

86. *Eadem.*] *Eademque ſingulis*; V. C. Alm. *In ſingulis.*] Auditoribus ſigillatim conſideratis. CAPPER.

87. *Aſſentiri.*] *Aſſentari*; MSS. Joan. Alm. Locat. Ald. Vaſc. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Voſſ.

88. *Idem.*] Ariſtot. 1. Rhetor.

89. *Præcipit.*] Ald.

90. *Derivatione verborum.*] Id eſt, deflexione, inflexione, inverſione, commutatione in eam virtutem, quæ ſit vitio proxima: eodem ſenſu dicit infra cap. 8. τὸ *utile* & τὸ *honeſtum*, quæ tantum inter ſe pugnant, plerumque

pro *prodigo liberalem*, pro *avaro parcum* vocemus: quæ eadem etiam [91] contra valent. Quod quidem orator, id eſt, vir bonus, nunquam faciet, niſi forte communi utilitate ducatur. Laudantur autem urbes ſimiliter atque homines. Nam pro parente eſt conditor; & multum auctoritatis affert vetuſtas, [92] ut iis, qui terra dicuntur orti; & virtutes ac vitia circa res geſtas; [93] eademque in ſingulis. Illa propria, quæ ex loci [94] poſitione, ac munitione ſunt. Cives illis, ut [95] hominibus liberi, decori. [96] Eſt laus & operum, in quibus honor, utilitas, pulchritudo, auctor ſpectari ſolet; honor, ut ín templis; utilitas, ut in muris; pulchritudo, vel auctor, utrobique. Eſt & locorum, qualis Siciliæ apud [97] Ciceronem; in quibus ſimiliter ſpeciem, & utilitatem intuemur; ſpeciem, maritimis, planis, amœnis; utilitatem, ſalubribus, fertilibus. Erit etiam [98] dictorum factorumque laus generalis. Erit & rerum omnis modi. Nam & ſomni, [99] & mortis ſcriptæ laudes, [100] & quorumdam a medicis ciborum. Itaque, ut non conſenſi hoc *laudativum* genus circa ſolam verſari honeſti quæſtionem, ſic [101] *qualitate* maxime contineri puto: quanquam omnes [102] tres *ſtatus* cadere [103] in hoc opus poſſint, [104] hiſque uſum [105] C. Cæſarem in vituperando Catone, notaverit Cicero. [106] Totum autem habet aliquid ſimile [107] *ſuaſoriis*; quia plerumque eadem [108] illic ſuaderi, [109] hîc laudari ſolent.

nominibus deflecti ſolere: *Nam*, inquit, *alii ne utilia quidem vocare volunt, quæ non ſunt honeſta. Alii contra, quod nos honeſtum dicimus, id vanum, ambitioſum, ſtolidum appellant.* CAPPER.

91. *Contra valent.*] Hoc eſt, in altera parte generis *demonſtrativi*, nempe in *vituperatoria*; ut ſi pro *forti temerarium* voces, pro *liberali prodigum*. CAPPER.

92. *Ut iis qui terra, &c.*] Videtur hoc propter Athenienſes dixiſſe, qui ſe indigenas dicebant, & in eodem loco natos. Poteſt etiam referri ad id, quod aiunt, homines primum natos in Ægypto ex Nili limo. TURNEB. Hi *novi homines*, *fraterculi Gigantum*, &, ut Cicero in Epiſt. *Terræ filii*, & multis aliis notabantur proverbiis; uti apud Eraſm. Chiliad. I. Cent. VIII. 86. videre eſt. Vide & Tertull. Apolog. cap. 10. & Minut. Felic. cap. 22. & Suidam in voce γηγενεῖς: & Neptuni filii dicebantur: de quo vide Brodæum ad Authol. lib. I. cap. I. epigram. 2. ALMELOV.

93. *Eademque in ſingulis.*] Supple, *urbibus laudandis.* CAPPER.

94. *Poſitione ac munitione.*] *Aut munitione;* Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. Baſil. *aut mutatione;* Vidov.

95. *Hominibus liberis.*] Legendum eſt *liberi.* REGIUS. *Cives illis, ut hominibus liberi. Decori eſt laus, & magnitudo operum;* Ald. *magnitudo etiam;* Locat.

96. *Et magnitudo.*] Quidam non percipientes quæ dicerentur a Fabio, hunc ſenſum depravarunt. Putabant enim Fabium hoc dicere; magnitudinem operum urbibus laudi eſſe, quæ ei ſunt quidem; ſed hoc, ut notum, præterit Fabius, præcipitque quo modo opera ſoleant laudari: quod aperte ſequentia indicant. Quare *magnitudo* mihi eradenda videtur, ut legamus: *Eſt laus & operum*, hoc eſt, publicorum ædificiorum. REGIUS.

97. *Ciceronem.*] In IV. Verr. 48. Vide & Orat. 62.

98. *Dictorum factorumque.*] *Dictorum honeſtorum factorumque;* MSS. Bodl. Alm. Ven. Locat. Ald. Sich. Colon. Par. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. *erit & dictorum;* V. C. Alm. Voſſ. ſecund.

99. *Et mortis ſcriptæ laudes.*] Mortem laudavit Hegeſias (auctore Val. Maximo) cujus perlecta oratione multi mortem ſibi conſciverunt, perſuaſi videlicet mortem omnium rerum optimam eſſe: lege tamen poſtea cautum, ne quis hanc orationem legeret. TURNEB.

100. *Et quorumdam a medicis ciborum.*] Scribit Plinius lib. XX. cap. 9. Catonem & Chryſippum integros dicaſſe libros laudibus braſſicæ. TURNEB.

101. *Qualitate.... contineri.*] *Statu qualitatis*, qui ad τὸ honeſtum non minus, quam ad τὸ juſtum ſpectat. CAPPER.

102. *Tres ſtatus.*] *Rationales*, videlicet *conjecturalem*, τὸν *qualitatis*, & *definitivum*, de quibus ſupra cap. 6. CAPPER.

103. *In hoc opus.*] Hoc eſt, in orationem generis *demonſtrativi.* CAPPER.

104. *Hiſque.*] *His quoque;* Locat. Ald.

105. *C. Cæſarem.*] Hoc in *Topicis* Cicero notavit. REGIUS. Suetonius auctor eſt Julium Cæſarem adverſus Catonem Uticenſem libros duos ſcripſiſſe *Anticatones* inſcriptos, quos in antiqua Leodienſi Bibliotheca eſſe teſtatur Ludovicus Vives ad calcem Annotat. in cap. 23. lib. I. Auguſtini de Civit. Dei. Verba hic apponemus: *Cæſaris Anticatones duos vir clariſſimus Cardinalis Leodienſis confirmavit ſe in antiqua quadam Bibliotheca Leodii vidiſſe, & curaturum, ut ad me mitterentur. Quod ſi fecerit, non invidebo ſtudioſis hominibus lectionem eorum.* Cæſaris Anticatonis fragmentum adfert Gellius lib. IV. cap. 16. COLOMES.

106. *Totum.*] Id eſt, oratio generis *demonſtrativi*, ſi ſecundum ſe totam ipſa ſpectetur; ſi ſecundum ſuas omnes partes expendatur. CAPPER.

107. *Suaſoriis.*] Orationibus, quæ ſunt in genere *ſuaſorio*, ſive *deliberativo.* CAPPER.

108. *Illic.*] In genere *ſuaſorio*, ſeu *deliberativo.* CAPPER.

109. *Hic.*] In genere *demonſtrativo*, in orationibus generis *demonſtrativi.* CAPPER.

CAPUT VIII.*

De ſuaſoria ſeu deliberativa, & proſopopœia.

[1] DELIBERATIVAS quoque miror [2] a quibuſdam ſola utilitate [3] finitas. [4] Ac, ſi quid in his unum ſequi oporteret, potior fuiſſet apud me [5] Ciceronis ſententia, qui hoc materiæ genus [6] dignitate maxime contineri putat. [7] Nec dubito, [8] quin hi, qui ſunt in illa priore ſententia, ſecundum opinionem pulcherrimam, ne utile quidem, niſi quod honeſtum eſſet, exiſtimarint. Et eſt hæc ratio veriſſima, ſi conſilium contingat ſemper bonorum atque ſapientum. Verum apud imperitos, apud quos frequenter dicenda ſententia eſt, populumque præcipue, qui ex pluribus conſtat indoctis, diſcernenda ſunt hæc, & [9] ſecundum communes magis [10] intellectus loquendum. Sunt enim multi, qui etiam, quæ credunt honeſta, non tamen [11] ſatis eadem utilia quoque exiſtiment: [12] quæ turpia eſſe dubitare non poſſunt, utilitatis ſpecie ducti probent; ut [13] fœdus Numantinum, jugumque Caudinum. [14] Ne *qualitatis* quidem *ſtatu*, in quo & honeſtorum & utilium quæſtio eſt, [15] complecti eas ſatis eſt. Nam frequenter in his etiam [16] *conjecturæ* locus eſt: [17] nonnunquam tractatur aliqua [18] *finitio*: aliquando etiam [19] *legales* poſſunt incidere tractatus, in privata maxime conſilia; ſiquando ambigitur, [20] *an liceat.* De *conjectura* paulo poſt pluribus. Interim [21] eſt *finitio*: apud Demoſthenem, [22] *Det* [23] *Ha-* X.

1. *Deliberativas.*] Supple, orationes, *cauſſas*, *hypotheſes*, dicendi materias. CAPPER.

2. *A quibuſdam ſola utilitate finitas.*] Ut ab Ariſtotele 1. Rhetoric. cap. 3. ubi ait: τῷ μὲν συμβουλεύοντι τὸ συμφέρον καὶ βλαβερὸν, *ei quidem, qui orationem habet in genere deliberativo, utile & damnoſum*, &c. CAPPER.

3. *Finitas.*] *Definitas*; Locat. Ald. Baſil.

4. *Ac ſi quid.*] *At ſi quid*; Ald. Colin.

5. *Ciceronis.*] Lib. II. *de Orator.* num. 333. 334.

6. *Dignitate.*] Hoc eſt, *honeſtate*; τῷ καλῷ, eo, quod honeſtum & præclarum eſt. CAPPER.

7. *Nec dubito.*] Alludit ad paradoxum Stoïcorum; ſtatuerunt enim illi, nihil eſſe utile, quod non ſit honeſtum: quod a Socrate manaſſe videtur, qui eum peſſime feciſſe dixit, qui primus utilitatem ab honeſtate ſejunxerit, cum hæc eſſent conjuncta natura. De quo fuſe Cicer. *in Offic.* & *Paradoxis*; quodque Auſonius hoc *phalecio* eſt complexus;

Nunquam diſcrepat utile a decoro.

TURNEB.

8. *Quin hi qui ſunt.*] *Quin uſi qui ſunt*; V. C. Alm. forte; *hi qui uſi ſunt illa priore ſententia.*

9. *Secundum communes magis, &c.*] Cicer. quoque ait, hominum quoddam genus eſſe agreſte & imperitum, quod ſola utilitate ducatur; quoddam peritum & eruditum, quod honeſtate trahatur: cujus rei habendam rationem putat, ut hic quoque Fabius. TURNEB.

10. *Intellectus.*] Διανοίας ideas, notiones, &c. CAPPER.

11. *Satis eadem utilia.*] *Satis utilia*; Stephanus, Roignii, Voſſ. prim.

12. *Quæ turpia.*] *Et quæ turpia*; V. C. Alm.

13. *Fœdus Numantinum, jugumque Caudinum.*] Hoſtilius Mancinus, a Numantinis ſuperatus, turpem cum illis pacem fecit; ut, relictis armis & impedimentis omnibus, exercitum reduceret. Veturius autem & Poſthumius, ad furcas Caudinas ab Herennio Samnitum duce clauſi, pacem fecerunt his conditionibus; ut, relictis armis & impedimentis, militibuſque ſub jugum miſſis, diſcederent. Utrumque fœdus, quod ſine auctoritate ſenatus factum eſſet, irritum fuit & improbatum, ejuſque auctores hoſtibus dediti ad ſupplicium. TURNEB. De fœdere Numantino Cicero lib. 3. *Offic.* cap. 30. & Plutarch. in vita Tiberii & C. Gracch. De jugo Caudino Livius lib. IX. cap. 1.

14. *Ne qualitatis quidem.*] Trapezuntius ex Hermogenis ſententia, *cauſſas deliberativas ſtatu negotiali* complectitur, qui *qualitas* eſt de futuro. TURNEB. Cujus hæc ultima verba (*qui qualitas eſt de futuro*) ut intelligas, in memoriam revocabis Hermogenianum de *ſtatibus* ſyſtema, quod ita ſe habet.

Status, triplex eſt.
Conjecturalis,
Definitivus,
ὁ *Qualitatis*.

Hic, ὁ *qualitatis*, dividitur in
Τὸν περὶ τοῦ ῥητοῦ, *de ſcripto*, qui *legalis* dicitur;
&
Τὸν περὶ πράγματος, *de re*, qui *rationalis* vocatur.

ὁ *Rationalis*, dividitur in
Τὸν de re futura, & eſt ἡ στάσις πραγματικὴ *ſtatus negotialis*;
&
Τὸν de re facta, & eſt ἡ στάσις δικαιολογικὴ *ſtatus juridicialis*.

ὁ *Juridicialis*, ſubdividitur in
Abſolutum,
&
Aſſumptivum.

Cætera vide in Hermogeniano ſyſtemate, quod ſupra integrum exhibuimus ad cap. 6. CAPPER.

15. *Complecti eas.*] Τὸ *eas* refertur ad τὸ *deliberativas*: quæ vox extat in hujus capitis initio. CAPPER.

16. *Conjecturæ.*] *Statui conjecturali*, ſeu quæſtioni de facto. CAPPER.

17. *Nonnunquam tractatur.*] *Nonnunquam etiam tractatur*; Locat. Ald. Sich. Par. Gryph. Baſil.

18. *Finitio.*] Seu *ſtatus definitivus*, ubi quæritur, quid ſit res, & quo nomine appellanda. CAPPER.

19. *Legales .... tractatus.*] Id eſt, *legales* quæſtiones, vel *ſtatus* numero quatuor, de quibus ſupra egit fuſe Fabius cap. 6. CAPPER.

20. *An liceat.*] *An aliquid liceat*; Steph.

21. *Eſtne finitio.*] *Eſt definitio*; V. C. Alm. Locat. *eſt finitio*; Ald. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Voſſ. ſecund.

22. *Ut det.*] *Ut* non habent V. C. Alm. Locat. Ald. & alii.

23. *Halonneſum.*] Halonneſus inſula Athenienſium erat, quæ occupata a prædonibus, recepta eſt a Philippo: eam repetentibus Athenienſibus beneficii titulo dare volebat Philippus. Athenienſibus Demoſthenes ſuadet, ut eam a Philippo repetant, non ut munus, ſed ut propriam hæreditatem. TURNEB. ὁ δὲ λόγος, inquit Libanius, οὐ δοκεῖ μοι Δημοσθένους εἶναι, καὶ ἡ τῆς συνθέσεως ἁρμονία. PINUS. Vide Photii Biblioth. cod. CCLXV. initio: eſt vero octava Philippica. Vide Schotti vitam Demoſthenis Olymp. CIX. 2. & Forner. ſelect. III. 15.

lonneſum Philippus, *an reddat*: apud [24] Ciceronem in Philippicis, *Quid ſit tumultus*? Quid? non illa ſimilis [25] *judicialium* quæſtio, [26] *de ſtatua Servii Sulpitii*, an iis demum ponenda ſit, qui in legatione ferro ſunt interempti? Ergo pars *deliberativa* (quæ eadem *ſuaſoria* dicitur) de tempore [27] futuro conſultans, quærit etiam de præterito. Officiis conſtat duobus, ſuadendi, ac diſſuadendi. [28] *Proœmio*, quale eſt [29] in *judicialibus*, [30] non utique eget; quia conciliatus eſt ei quiſque, quem conſulit. Initium tamen quodcumque debet habere aliquam *proœmii* ſpeciem; nec enim abrupte, nec unde libuit, incipiendum; quia eſt aliquid in omni materia naturaliter primum. In ſenatu, [31] & utique in concionibus, eadem ratio, quæ apud judices, acquirendæ ſibi plerumque eorum, apud quos dicendum ſit, benevolentiæ. Nec mirum, cum etiam in *Panegyricis* petatur audientium favor, ubi emolumentum [32] non in utilitate aliqua, ſed in ſola laude conſiſtit. [33] Ariſtoteles quidem, nec ſine cauſſa, putat & a noſtra, & ab ejus, qui diſſentiet, perſona, duci frequenter [34] in *conſiliis exordium*, quaſi mutuantibus hoc nobis a *judiciali* genere: nonnunquam etiam, ut minor res majorve videatur. [35] In *demonſtrativis* vero *proœmia* eſſe maxime libera exiſtimat. Nam & longe [36] a materia duci, [37] ut in Helenes laude Iſocrates fecerit; & ex aliqua rei vicinia, ut idem in *Panegyrico* [38] conqueritur, plus honoris corporum, quam animorum virtutibus dari; & Gorgias in *Olympico* laudans eos, qui primi tales inſtituerunt conventus. [39] Quos ſecutus videlicet Criſpus Salluſtius, in bello Jugurthino [40] & Catilinario, [41] nihil ad hiſtoriam pertinentibus principiis orſus eſt. Sed nunc ad *ſuaſoriam*, in qua etiam, quum [42] *proœmio* utemur, breviore tamen, & velut quodam capite tantum & initio, debebimus eſſe contenti. [43] *Narrationem* [44] vero nunquam exiget privata deliberatio, ejus duntaxat rei, de qua dicenda ſententia eſt; quia nemo ignorat id, de quo conſulit. Extrinſecus poſſunt pertinentia ad deliberationem multa narrari. In concionibus ſæpe eſt etiam [45] illa, quæ ordinem rei docet, neceſſaria. [46] Affectus, [47] ut quæ maxime, [48] poſtulat. Nam & concitanda, & lenienda frequenter eſt ira; & ad metum cupiditatem, odium, conciliationem, impellendi animi. Nonnunquam etiam movenda [49] miſeratio eſt; ſive, ut auxilium obſeſſis feratur, ſuadere oportebit; ſive ſociæ civitatis everſionem [50] deflebimus. [51] Valet autem in [52] *conſiliis* auctoritas plurimum. Nam & prudentiſſimus eſſe haberique, & [53] optimus is debet, qui ſententiæ ſuæ de utilibus atque honeſtis credere omnes velit. [54] In

24. *Ciceronem.*] Philipp. VIII. cap. I.

25. *Judicialium.*] *Cauſſarum*, quæ verſantur in genere orationis *judicialis*: ubi vide, ut tria genera orationis alia in aliis quodammodo includantur. CAPPER.

26. *De ſtatua Servii.*] Philipp. IX. cap. I.

27. *Futuro conſultans.*] *Conſultat*; V. C. Alm.

28. *Proœmio, quale eſt.*] Si deliberatio eſt privata, breviſſimo utendum eſt *proœmio*: ſiu publica, prolixiori, & *judicialibus cauſſis* ſimili. TURNEB.

29. *In judicialibus.*] Supple, *cauſſis*, vel orationibus. CAPPER.

30. *Non utique eget.*] *Non ubique*; V. C. Alm. Locat. Ald. Gryph. Colin. Baſil. Obrecht.

31. *Et utique in concionibus.*] *Utique & in concionibus*; Locatel. & Obrecht. *In concionibus.*] Ad populum habendis. CAPPER.

32. *Non in utilitate.*] *Non utilitate*; V. C. Alm. Locat. Ald. Gryph. Colin. Ald. Vidov.

33. *Ariſtoteles.*] Rhetoric. 3. cap. 14.

34. *In conſiliis.*] In dandis conſiliis, in dicenda ſententia: quæ duo pertinent ad *ſuaſorium*, ſeu *deliberativum* genus orationis. CAPPER.

35. *In demonſtrativis.*] Supple, *cauſſis*, *hypotheſibus*, orationibus. CAPPER.

36. *A materia duci.*] *Duci hoc*; Locat. Ald. Gryph. Vidov. *duci hæc*; Steph. Colin.

37. *Ut in Helenes laude.*] Nam exorditur Iſocrates a rhetorum & ſophiſtarum inſectatione, qui abſurdas materias nulliuſque momenti orationibus ſuis tractare ſolent. TURNEB.

38. *Conqueritur.*] *Cum queritur*; Ald. Gryph. Baſil. Vidov. Voſſ. ſecund.

39. *Quos ſecutus ſcil. Criſpus Salluſtius, &c.*] Vide Voſſium lib. III. Inſtit. Orator. cap. XI. PITHOEUS. *Caius Salluſtius*; Ald.

40. *Et Catilinario.*] *Et Catilinæ*; V. C. Alm. Locatel.

41. *Nihil ad hiſtoriam pertinentibus principiis.*] Nam in bello Jugurthino exorditur a falſa conqueſtione fragilitatis humanæ; in bello Catilinario a comparatione animi, & corporis. TURNEB.

42. *Proœmio utemur.*] *Utimur*; V. C. Almel.

43. *Narrationem vero.*] Duplex ſuaſio; publica & privata. Duplex *narratio* quoque; altera rei, de qua dicenda ſententia eſt; altera rerum ad deliberationem pertinentium: igitur publica deliberatio utramque *narrationem* habere poteſt, privata duntaxat poſteriorem. TURNEB.

44. *Vero nunquam.*] *Vero nunquid*; V. C. Alm.

45. *Illa, quæ ordinem rei docet.*] Supple, ſpecies *narrationis*. CAPPER.

46. *Affectus, ut quæ.*] *Et affectus, ut quæque maxime poſtulabit*; Ald. Colon. Vaſc. Gryph. Voſſ. ſecund. *affectus, ut quæque m. p.* Par. Steph. *neceſſaria. Affectus, ut quæ maxime, poſtulat*; V. C. Alm. Argent. Obrecht. quod verum puto; elegans enim illa & Tacito & Plinio familiaris formula. Cicero *quam qui* dixit lib. V. ad fam. 2. *Tam enim ſum amicus reipubl. quam qui maxime*; infra lib. IV. cap. 2. *ut ſi: Narrationem, ut ſi ullam orationis partem, exornandam.* BURMAN.

47. *Ut quæ maxime.*] Oratoria ſcilicet *hypotheſis*, materia, *cauſſa*: quo ſenſu dixit etiam *demonſtrativam*, *ſuaſoriam*, *ſuaſorias*, &c. CAPPER.

48. *Poſtulabit.*] *ἡ ſuaſoria*, vel deliberatio: quæ dictiones ex præcedentibus facile ſubaudiri poſſunt. CAPPER.

49. *Miſeratio eſt.*] *Eſt* non habent V. C. Alm. Locat. Ald. Gryph. Colin. Baſil. Vidov.

50. *Deflebimus.*] Proprio uſus maxime verbo. Juſtin. V. 8. *Sic deflectæ, ac prope perditæ urbi hoſtes ſuperveniunt.* Ubi vide Bernec. BURMAN.

51. *Valet autem.*] *Locos* ad confirmationem aptos nunc exequitur, primumque incipit a probatione morali, quæ a moribus dicentis ſumitur. TURNEB.

52. *In conſiliis.*] In *cauſſis deliberativis*, ſeu *ſuaſoriis*, in orationibus generis *deliberativi*. CAPPER.

53. *Optimus is.*] *Is* non habent V. C. Alm. Locat. Voſſ. ſecund. Ald. Gryph. Baſil. Obrecht. *& is optimus*; Colin.

54. *In judiciis.*] In *cauſſis judicialibus*, in actione forenſi, in orationibus generis *judicialis*. CAPPER.

judiciis

judiciis enim vulgo fas habetur indulgere aliquid ſtudio ſuo: *conſilia*, nemo eſt, qui neget [55] ſecundum mores dari. [56] Græcorum quidem plurimi omne hoc officium *concionale* eſſe judicaverunt, & in ſola reipublicæ adminiſtratione poſuerunt. Quin & [57] Cicero in hac maxime parte verſatur. Ideoque ſuaſuris de pace, bello, copiis, [58] operibus, vectigalibus, hæc duo præcipue nota eſſe voluit, vires civitatis, & mores; ut ex natura cum ipſarum rerum, tum audientium, ratio ſuadendi duceretur. Nobis [59] major in re videtur varietas: nam & conſultantium, & conſiliorum plurima ſunt genera. Quare in ſuadendo & diſſuadendo [60] tria primum ſpectanda erunt; quid ſit, de quo deliberetur; qui ſint, qui deliberent; qui ſit, qui ſuadeat. Rem, de qua deliberatur, aut certum eſt poſſe fieri; aut incertum. [61] Si incertum, hæc erit quæſtio ſola, aut potentiſſima. Sæpe enim accidet, ut prius dicamus, ne ſi poſſit quidem fieri, eſſe faciendum; deinde, fieri non poſſe. Cum autem [62] de hoc quæritur, [63] *conjectura* eſt; *an* [64] *Iſthmos intercidi, an ſiccari palus* [65] *Pomptina, an* [66] *portus fieri Oſtiæ poſſit, an Alexander terras* [67] *ultra Oceanum ſit inventurus.* Sed in iis quoque, quæ conſtabit poſſe fieri, [68] *conjectura* aliquando erit: ut ſi quæratur; *an utique futurum ſit, ut Carthaginem ſuperent Romani*; [69] *ut redeat Annibal*, [70] *ſi Scipio exercitum in Africam tranſtulerit*; *ut ſervent fidem Samnites, ſi Romani arma depoſuerint.* Quædam & fieri poſſe, & futura eſſe, credibile eſt; [71] ſed aut alio tempore, aut alio loco, aut alio modo. Ubi *conjecturæ* non erit locus, alia ſunt intuenda. Et primum, aut propter ipſam rem, de qua ſententiæ rogantur, conſultabitur: [72] aut propter alias intervenientes extrinſecus cauſſas. Propter ipſam deliberant Patres conſcripti, [73] *an ſtipendium militi conſtituant.* Hæc materia ſimplex erit. [74] Accedunt cauſſæ aut faciendi; ut deliberant P. C. *an Fabios dedant Gallis bellum minitantibus*: aut non faciendi; [75] ut *deliberat C. Cæſar, an perſeveret in Germaniam ire, cum milites paſſim* [76] *teſtamenta facerent.* [77] Hæ *ſuaſoriæ* duplices ſunt. [78] Nam & illic cauſſa deliberandi eſt, quod bellum Galli minitentur: eſſe tamen quæſtio poteſt, dedendíne fuerint, etiam citra hanc [79] denuntiationem, [80] qui contra fas, cum legati miſſi eſſent, prælium inierint, [81] regemque, ad quem mandata acceperant, trucidarint. [82] Et hîc nihil Cæſar ſine dubio [83] deliberet, niſi

55. *Secundum mores dari.*] Id eſt, *ſecundum proprios* ipſius τȣ͂ συμβȣλεύοντος *ſuadentis Oratoris* mores, qui optimi & eſſe & videri debent, ut ejus in dando conſilio valeat auctoritas CAPPER.

56. *Græcorum quidem plurimi.*] Ariſtoteles. lib. I. cap. 4. *Rhet.* conſtanter *concionale* pro *deliberativo* vocat. Nunc porro de probationibus *logicis* agit: ante tamen Græcos reprehendit, qui deliberationem duntaxat publicam poſuerunt: excuſari tamen poſſunt, quod privatæ deliberationes non tam oratorem poſtularent, quam prudentem, nec tantum eloquentiæ admitterent. TURNEB.

57. *Cicero.*] II. de Orat. cap. 16.

58. *Operibus.*] *Opibus;* Ven. Locat. Colon. Steph. Sich. Baſil. Voſſ. ſecund.

59. *Major in re.*] *Rerum*, & ſubducta linea emendatum *jure;* V. C. Alm. ut in Voſſ. prim.

60. *Tria primum.*] *Primo;* V. C. Alm. Voſſ. tert.

61. *Si incertum.*] Si res eſt incerta, *conjectura* eſt: itidem quoque *conjectura* eſt interdum, cum quæritur, an res ſit futura, tametſi fieri poſſe conſtet: interdum tamen, etſi conſtat, ex circumſtantia oritur *conjectura*. TURNEB.

62. *De hoc quæritur.*] Hoc eſt, de eo, quod incertum eſt an fieri poſſit. CAPPER.

63. *Conjectura eſt.*] Seu *ſtatus conjecturalis;* vulgo, facti quæſtio. CAPPER.

64. *Iſthmos.*] Sueton. Cæſ. 44. ubi & de Pomptinis paludibus.

65. *Pontina.*] *Pomtina;* V. C. Alm.

66. *Portus Oſtiæ.*] Suet. Claud. 20.

67. *Ultra Oceanum.*] Nam Alexander, cum audiſſet Democritum dicere, plures eſſe mundos, parum fidei habuit magiſtro Ariſtoteli, unicum eſſe ſtatuenti: itaque navigare Oceanum voluit, ut alios orbes inveſtigaret. TURNEB.

68. *Conjectura aliquando erit: ut ſi quæratur an futurum ſit, ut.*] Nam, ut docebit Fabius lib. VII. cap. 2. *ſtatus conjecturalis* verſatur circa tria tempora; præſens, præteritum & futurum. CAPPER.

69. *Ut redeat.*] Livius lib. XXVIII. cap. 40.

70. *Si Scipio exercitum, &c.*] Cum Annibal Italia non poſſet expelli, Scipio ſuaſit, uti trajiceret copias in Africam; ita enim futurum, ut Carthaginienſes, auxilio deſtituti, Annibalem revocarent in Africam: quod & accidit. TURNEB.

71. *Sed aut alio tempore, &c.*] *Tempus* enim, *locus* & *modus* res mutant. TURNEB.

72. *Aut propter.*] *Aut* non habet V. C. Alm.

73. *An ſtipendium militi conſtituant.*] Livius lib. V. cap. 59. ſcribit, ſenatores de publico militibus ſtipendium conſtituiſſe, cum antea de ſuo militaſſent: quæ res gratiſſima fuit populo. TURNEB.

74. *Accedunt cauſſæ, &c.*] Cum Cluſium a Gallis obſideretur, legati a Romanis miſſi ſunt tres Fabii, qui jurgio orto cum Cluſinis in Gallos manum conſeruerunt, & Gallorum regem obtruncarunt. TURNEB. Vide Livium lib. V. 36.

75. *Ut deliberat C. Cæſar, &c.*] Cum Cæſar eſſet in Arioviſtum Germanorum regem iturus, ejus milites, Germanorum immanitate deterriti, animum deſpondebant, & teſtamenta faciebant, tanquam morituri. TURNEB. *Ut*, non habent V. C. Alm. Locat. Ald.

76. *Teſtamenta facerent.*] Vide Cæſar. lib. I. Bell. Gall. 39.

77. *Hæ ſuaſoriæ.*] Supple, *hypotheſes*, *cauſſæ*, &c. CAPPER.

78. *Nam & illic.*] *Illi cauſſa deliberandi eſt;* MSS. Bodl. Joan. Vaſc. *illi* etiam V. C. Alm. Steph. Legitur quidem & *illi cauſſa* in quibuſdam libris, cum manuſcriptis, tum editis: verum hic error contigit ex incuria librariorum, vel Operarum typographic. a quibus τὸ c τȣ͂ *illic* omiſſum eſt ob ſequens vocabulum *cauſſæ*, quod ab eadem litera c incipit. Cæterum vera & genuina lectio firmari poteſt ex ſequentibus, ubi poſt aliquot lineas addit Fabius: *Et hic nihil Cæſar … deliberet, &c.* nam τὸ *hic* manifeſte reſpondet τῷ *illic*. CAPPER.

79. *Denuntiationem.*] Scilicet belli, quod minitabantur Galli. Petron. 94. *Confuſus hac denuntiatione Eumolpus;* & ita Cicero, Livius, Juſtinus & alii.

80. *Qui contra.*] *Quia;* Ald. Par. Locat. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. *Contra fas.*] Ex jure gentium, neque legati violari debent, nec ipſi quoque vim facere, aut prœlium inire, nec quicquam præter mandata exponere. TURNEB.

81. *Regemque … trucidarint.*] Ducem vocat Titus Livius lib. V. num. 36. CAPPER.

82. *Et hic nihil Cæſar.*] Gallæus conjiciebat, *& hic etſi nihil Cæſar*, &c.

83. *Deliberet.*] *Deliberaret;* V. C. Alm. Bodl. Andr.

propter hanc militum perturbationem : eſt tamen locus quærendi, *an citra hunc quoque caſum penetrandum in Germaniam fuerit.* [84] Semper autem de eo prius loquemur, de quo deliberari, etiam detractis ſequentibus, poſſet. [85] Partes ſuadendi quidam putaverunt, [86] honeſtum, utile, neceſſarium. [87] Ego non invenio huic tertiæ locum. Quantalibet enim vis ingruat, aliquid fortaſſe pati neceſſe ſit, [88] nihil facere: de faciendo autem deliberatur. Quod ſi hanc vocant *neceſſitatem*, in quam [89] homines graviorum metu coguntur, utilitatis erit quæſtio: [90] ut ſi obſeſſi, & impares, & aqua ciboque defecti, de facienda ad hoſtem deditione deliberent, & dicatur, *neceſſe eſt:* nempe ſequitur, ut hoc ſubjiciatur, *alioqui pereundum eſt:* ita propter id ipſum non eſt neceſſe, quia perire potius licet. Denique [91] non fecerunt Saguntini, nec in rate [92] Opitergina circumventi. Igitur in his quoque *cauſſis* aut de ſola utilitate ambigetur, aut quæſtio inter utile atque honeſtum conſiſtet. At enim, *ſi quis liberos procreare volet*, [93] *neceſſe habeat uxorem ducere:* quis dubitat? ſed [94] ei, qui pater vult fieri, liqueat neceſſe eſt, uxorem eſſe ducendam. Itaque mihi ne conſilium quidem videtur, ubi neceſſitas eſt: non magis quam ubi conſtat, quid [95] fieri omnino non poſſe. Omnis enim deliberatio de dubiis eſt. [96] Melius igitur, qui tertiam partem dixerunt δυνατὸν, quod noſtri [97] *poſſibile* nominant: quæ ut dura videatur appellatio, tamen ſola eſt. Quas partes non omnes in omnem cadere [98] *ſuaſoriam* manifeſtius eſt, quam ut docendum ſit. [99] Tamen apud pleroſque earum [100] numerus augetur, a quibus ponuntur [101] ut partes, quæ ſpecies ſunt partium. Nam fas, juſtum, pium, æquum, manſuetum quoque (ſic enim ſunt interpretati τὸ ἥμερον) & ſi qua adhuc adjicere quis ejuſdem generis velit, [102] ſubjici poſſunt [103] honeſtati. An ſit autem facile, magnum, jucundum, ſine periculo; ad quæſtionem pertinet utilitatis: [104] qui *loci* oriuntur ex contradictione. *Eſt quidem utile, ſed difficile, parvum, injucundum, periculoſum.* Tamen quibuſdam videtur eſſe nonnunquam de jucunditate ſola conſultatio; [105] ut ſi de ædi-

84. *Semper autem de eo.*] In duplicibus his deliberationibus quæſtio ſimplex priore loco tractanda; deinde ea, quæ adjunctas habet cauſſas faciendi, aut non faciendi. TURNEB.

85. *Partes ſuadendi.*] Hermogenes & alii appellant κεφάλαια, hoc eſt, capita & quaſi argumentorum fontes. Fabius paulo poſt vocat *locos*, qui nempe ſint ὑποθέσει *ſuaſoriæ* ſpeciales ac proprii. CAPPER.

86. *Honeſtum, utile, neceſſarium.*] Τὸ καλὸν, τὸ συμφέρον, τὸ ἀναγκαῖον. Legeſis Hermogenem, cæteroſque Rhetoras Græcos, & Thucydidis, Demoſthenis, &c. Scholiaſtas, qui fere addunt τὸ δίκαιον, τὸ δυνατὸν, *juſtum*, & *poſſibile*. Hæc porro ſunt, quæ ſuis in *Partitionib.* Hermogenes nominat κεφάλαια τελικὰ, id eſt, ut interpretatur Priſcianus in Latina Hermogenenianorum Progymnaſmatum verſione, *capita finalia*. Gaſpar Laurentius perperam vertit *capita perficientia*, nec melius alii *capita extrema*. CAPPER.

87. *Ego non invenio huic tertiæ locum.*] Duplex eſt neceſſarium; alterum ſimplex; quod aliter fieri nunquam poteſt, tollitque omnem deliberationis cauſſam, quo modo fere a philoſophis accipi ſolet; alterum, ex conditione, quod graviorum metu faciendum dicimus: hoc autem etſi cadit in deliberationem, refertur tamen ad utilitatem. Quo modo vulgo accipitur, atque etiam a Cicerone, qui *in Partit. locum* a neceſſario non rejicit, ſed *loco* ab utili comprehendit: Fabius autem Ariſtotelem ſequitur, qui de contingentibus tantum, & de his, quæ ad nos referri nata ſunt, quorumque origo & cauſſa in nobis ſita eſt, conſultationem eſſe dicit. TURNEB.

88. *Nihil facere.*] Procul dubio hic aliquid deeſt, citra quod integer ſenſus eſſe non poteſt. Ad quod enim referatur ille infinitus *facere?* quare mihi tres hæ dictiones forſitan ſunt adſcribendæ, ut legamus, *nihil facere non ſit neceſſe:* hoc namque modo & clarus & integer erit ſenſus. Semper enim aliquid facere poſſumus; ac, ſi nihil aliud, ſaltem noſmet ipſos vita privare. REGIUS. *Nihil facere non ſit neceſſe;* Colon. & margo Baſil. Non dubito quin ex Regii emendatione provenerit, quod legitur in Edit. Colon. & in marg. Baſil. ſed nodum in ſcirpo quæſiiſſe mihi videtur doctus ille Philologus; quid enim facilius, quid ſimplicius hac Fabiana locutione? *Aliquid fortaſſe pati neceſſe ſit*, *nihil facere*, ſupple, *neceſſe ſit:* quaſi diceret, *nos aliqua forte neceſſitas ad patiendum adiget; ſed ad faciendum nulla nos coget:* qui ſenſus firmatur ex ſequentibus: *de faciendo autem deliberatur.* CAPPER.

89. *Homines.*] Ut Caſilinenſes Livius XXIII. 19.

90. *Ut ſi obſeſſi.*] *Ut enim ſi;* Stephan. Gryph. Colin. Vidov. Roignii.

91. *Non fecerunt Saguntini.*] Annibal contra fœdus trajecto Ibero, Saguntum oppidum populi Romani ſocium obſedit, & octavo demum menſe expugnavit. TURNEB. Livius lib. XXI. 11.

92. *Opitergina.*] Florus lib. IV. 2. *Opitergini;* Obrecht. *In rate Opitergina circumventi.*] Opitergium erat oppidum Italiæ, non procul a Venetiis. Opitergini bello Cæſarem inter & Pompeium exorto, navali pugna ſuis ab hoſtibus Pompeianis circumventi (erant enim Cæſaris auxiliares) potius quam ſe hoſti trucidandos relinquerent, mutuis cædibus ſe ſe confecerunt. Vide Florum Epitom. lib. CX. ROLLIN.

93. *Neceſſe habeat.*] *Neceſſe habet;* Voſſ. prim. tert.

94. *Ei qui pater vult fieri, liqueat neceſſe eſt, uxorem eſſe ducendam.*] Poſſet enim alioqui pater fieri per adoptionem, ut erat in more poſitum apud Romanos. CAPPER.

95. *Fieri non poſſe.*] *Fieri omnino non poſſe;* Sichard. Par. Steph. Vaſc. Gryph. Colin. Baſil. Obrecht. Voſſ. ſecund.

96. *Melius igitur, qui, &c.*] Tres ſunt *loci* ſuaſionis; duo *finales*, utile & honeſtum; tertius tanquam quoddam medium ad finem, ut proclivius rem adipiſcamur. TURNEB.

97. *Poſſibile.*] Cicero mavult ἀδύνατον, quam *impoſſibile*, dicere. Ad Attic. lib. I. Epiſt. I. *Ut non videatur ἀδύνατον Curium obducere.* Fabius neutrum docendi cauſſa reſpuit; nec *impoſſibile*, quo ſæpe utitur; nec *poſſibile*, quod hic habet. PINUS. Uſus & Juſtinus lib. II. 4. *impoſſibile.*

98. *Suaſoriam.*] Supple, *hypotheſin*, *cauſſam*, ſpeciem orationis in genere *ſuaſorio*, ſive *deliberativo*. CAPPER.

99. *Tamen apud pleroſque.*] Sic quidem legitur; ſed *a pleriſque* fortaſſis rectius legeretur. REGIUS.

100. *Numerus augetur.*] I. Rhet. ad Alexand.

101. *Ut partes.*] *Ut hæ partes;* V. C. Alm. *in partes;* Voſſ.

102. *Subjici poſſunt.*] Tanquam ſpecies generi ſuo, ad ſenſum τῶν Διαλεκτικῶν, *Logicorum*. CAPPER.

103. *Honeſtati.*] Τῷ honeſto, τῷ καλῷ. CAPPER.

104. *Qui loci oriuntur ex contradictione.*] Species hæ, quæ partibus ſubjiciuntur, ex adverſariorum contradictione naſcuntur: quanquam contradictio maxime apparet in utilitate. Nam etſi utile dixeris, facilitati tamen opponetur difficultas: non item in honeſtate. TURNEB *Qui loci.*] Hoc eſt, *loci* ſpeciales & proprii *ſuaſoriæ hypotheſi*: paulo ſupra eodem ſenſu dixit, *ſuadendi partes;* ubi vide, ſi lubet, quæ annotavimus. CAPPER.

105. *Ut ſi de ædificando theatro.*] Species hæ utilitatis ſunt tanquam *ſecundarii loci*: nonnulli tamen exiſtimant, de ſola jucunditate interdum conſtitui deliberationem: quod ſenſiſſe videtur Ariſtotel. qui [τὸ] jucundum putavit eſſe *locum* præ-

ficando theatro, [106] inſtituendis ludis, deliberetur. Sed neminem adeo ſolutum luxu puto, [107] ut nihil in cauſſa ſuadendi ſequatur præter voluptatem. Præcedat enim ſemper aliquid neceſſe eſt; ut in ludis honor Deorum, in theatro non inutilis laborum remiſſio, deformis & incommoda [108] turbæ, ſi id non ſit, conflictatio; & nihilominus eadem illa religio, cum theatrum veluti quoddam illius ſacri templum vocabimus. [109] Sæpe vero & utilitatem deſpiciendam eſſe dicimus, ut honeſta faciamus; ut cum illis Opiterginis damus conſilium, ne ſe hoſtibus dedant, quanquam perituri ſint, niſi fecerint. Et utilia honeſtis præferimus; ut [110] cum ſuademus, ut bello Punico [111] ſervi armentur. Sed tamen [112] neque hic plane concedendum eſt, eſſe id inhoneſtum; liberos enim natura omnes, & eiſdem conſtare elementis, [113] & fortaſſe antiquis etiam nobilibus ortos, dici poteſt; [114] & illic, ubi manifeſtum periculum eſt, [115] opponenda alia: ut crudelius etiam perituros affirmemus, [116] ſi ſe dediderint, [117] ſive hoſtis non ſervaverit fidem, [118] ſive Cæſar vicerit, [119] quod eſt vero ſimilius. [120] Hæc autem, quæ tantum inter ſe pugnant, plerumque nominibus deflecti ſolent. Nam & [121] utilitas ipſa expugnatur [122] ab iis, qui dicunt, non ſolum potiora eſſe honeſta, quam utilia; ſed ne utilia quidem eſſe, quæ [123] non ſint honeſta; & contra quod nos honeſtum, [124] illi vanum, ambitioſum, ſtolidum, verbis, quam re, probabilius vocant. [125] Nec tantum inutilibus comparantur utilia, ſed inter ſe quoque ipſa; [126] ut ſi ex duobus eligamus, in altero, quid ſit magis; in altero, quid ſit minus. Creſcit hoc adhuc. Nam interim triplices etiam [127] *ſuaſoriæ* incidunt; [128] ut cum Pompeius deliberavit, Parthos, an Africam, an Ægyptum peteret. Ita non tantum [129] utrum ſit melius, ſed quid ſit optimum, quæritur. [130] Itemque contra. Nec unquam incidet in hoc genere materiæ dubitatio rei, [131] quæ undique ſecundum nos ſit. Nam ubi contradictioni locus non eſt, quæ poteſt eſſe cauſſa dubitandi? [132] Ita fere omnis [133] *ſuaſoria* [134] nihil eſt aliud, quam comparatio. [135] Videndumque, quid con-

cipuum & generalem ſuaſionis: quod tamen falſum eſſe Fabius demonſtrat. TURNEB.

106. *Inſtruendis ludis.*] Legendum *inſtituendis.* REGIUS.

107. *Ut nihil cauſſa.*] *Nihil in cauſſis;* MS. Bodl. Locat. Ald. Colon. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Obrecht. Voſſ. ſecund.

108. *Turbæ conflictatio.*] Ludi in theatro exhibebantur ſæpenumero; cumque illic *fori & cunei* diſtincti eſſent, unde populus, equites, ſenatores ſpectarent, nulla exoriebatur turba, quæ alioqui in ludis eſſet futura. TURNEB. *Si id non ſit.*] *Si ibi non ſit;* Voſſ. ſecund.

109. *Sæpe vero & utilitatem.*] Deliberationes duæ ſunt ſimplices, de utili & inutili, de honeſto & turpi: tres duplices, de duobus utilibus, de duobus honeſtis, de honeſto & utili; idque vel in duorum comparatione, vel in plurium ſuperlatione. TURNEB.

110. *Cum ſuademus, ut bello Punico.*] Florus lib. II. 6. Livius lib. XXII. 57.

111. *Servi armentur.*] Ex lege ſervi militare non poterant, ut docent juriſconſulti: tamen ſecundo Punico bello, poſt cladem Cannenſem, ſervi armati ſunt, appellatique ſunt *volones.* TURNEB.

112. *Neque hic.*] Id eſt, in hac ipſa *cauſſa*, vel *hypotheſi* oratoria, ubi ſuademus, ut ſervi armentur. CAPPER.

113. *Et fortaſſe antiquis.*] *Et fortaſſe aliquis etiam nobilibus ortus dici poteſt;* Argent. Obrecht. *& fortaſſe an q's.* V. C. Alm. placet Argentoratenſis codicis lectio, ſi legatur, *& fortaſſe aliquos etiam nobilibus ortos dici poteſt;* nam ex vulgata lectione ſequeretur, omnes eſſe ex nobilibus ortos, quod incredibile; ſed inter ſervos & ancillas Romanorum ſæpe nobiliſſimo genere ortos fuiſſe, docet mater Servii Regis. Et ita ſæpe jactaſſe hoc in ſervitutem redactos, ex Acte illa, Neroni ad inſaniam amata, conſtat, quam, ut juſto matrimonio ſibi conjungeret, ſubmiſit conſulares, qui eam regio genere ortam pejerarent. Sueton. Neron. 28. Vide quæ ad Petron. LVII. Heinſius & ego olim adnotavimus. BURMAN.

114. *Et illic.*] Hoc eſt, in illa Opiterginorum *cauſſa*, vel *hypotheſi ſuaſoria*, qua damus ipſis conſilium, ne ſe hoſtibus dedant, &c. CAPPER.

115. *Opponenda alia.*] *Opponenda alia ſunt pericula;* Venet. Locat. Par.

116. *Si ſe dederint.*] *Dediderint* ſcribendum. REGIUS.

117. *Sive hoſtis.*] Pompeianos nunc intelligit; Opitergini enim erant tum Cæſaris auxiliares. CAPPER.

118. *Sive Cæſar.*] Hoc ad Opiterginos refert Pinus ex Epitome Livii lib. CX. *Sive Cæſar vicerit.*] Cum enim Cæſaris auxiliares hactenus fuiſſent Opitergini, ſi ſe Pompeianis dediſſent, tum Cæſar victor ipſos male afficere potuiſſet. CAPPER.

119. *Quod eſt vero ſimilius.*] *Quod eſſe,* &c. Voſſ. prim.

120. *Hæc autem . . . nominibus deflecti ſolent.*] Id eſt, τὸ *utile* & τὸ *honeſtum*, quamvis re ipſa inter ſe tantum pugnent, ſic tamen nominum deflexione, inverſione, immutatione permiſceri ſolent, ut alii (Stoïci) *utilia* eſſe negent, quæ non ſunt *honeſta*: alii (Epicurei) quod nos *honeſtum* dicimus, id vanum, ambitioſum, & ſtolidum dicant. Sic ſupra cap. 7. ait Cornelius Celſus, *interdum utendum eſſe proxima derivatione verborum, & fortem pro temerario, liberalem pro prodigo eſſe appellandum.* CAPPER.

121. *Utilitas ipſa expugnatur,*] *Oppugnatur;* Bern. Obrecht.

122. *Ab iis.*] Stoicis ſcilicet. GALLÆUS.

123. *Non ſint honeſta.*] *Non ſunt;* Locat. Ald. Steph. & reliqui.

124. *Illi vanum.*] Epicurei. GALLÆUS.

125. *Nec tantum inutilibus.*] Interdum quæſtio eſt de duobus aut pluribus utilibus: quod item valet in contrario: cæterum Fabius quintam deliberationem omiſit, quæ eſt de duobus aut pluribus honeſtis; vel quod intelligeretur ex ſimilitudine plurium utilium, vel adeo ex ſimplici honeſto. TURNEB.

126. *Ut ex duobus.*] *Ut ſi ex*, vel *e duobus*, omnes ſcripti fere & editi.

127. *Suaſoriæ.*] *Cauſſæ*, quæſtiones, *hypotheſes* in genere orationis *deliberativo.* CAPPER.

128. *Ut cum Pompeius deliberavit, &c.*] Pompeius acie Pharſalica profligatus, Mitylenam venit, illicque deliberavit, deberetne proficiſci in Parthos, an in Africam ad Jubam regem, an in Ægyptum ad Ptolemæum, ut exercitum inſtauraret adverſus Cæſarem: ſed Theophanis ſuaſione Ægyptum petivit. TURNEB. Plutarch. in Pompeio.

129. *Utrum ſit melius.*] *Utrum melius;* V. C. Alm. Gryph. Baſil. Obrecht.

130. *Item contra.*] In deliberando etiam quæritur utrum ſit pejus, & quid ſit peſſimum, ut nempe illud evitemus. CAPPER.

131. *Quæ undique ſecundum nos ſit.*] Id eſt, quæ ex utraque, vel etiam ex omni parte ſtet a nobis, utilis ſit, &, ut Liviano vocabulo utar, *nobis favorabilis.* CAPPER.

132. *Ita fere omnis, &c.*] Comparatio autem inter duos aut plures ſit: ergo non a nobis tantum pendet. TURNEB.

133. *Suaſoria.*] *Cauſſa*, quæſtio, ὑπόθεσις in genere orationis *deliberativo*, ſive *ſuaſorio.* CAPPER.

134. *Nihil aliud quam comparatio.*] Inter duo plurave acquirenda bona, vel inter duo plurave mala evitanda. CAPP.

135. *Videndumque.*] In deliberatione habenda eſt ratio

ſecuturi ſimus, [136] & per quid; ut æſtimari poſſit, [137] plus in eo, quod petimus, ſit commodi; an vero in eo, [138] per quod petimus, incommodi. [139] Eſt utilitatis & in tempore quæſtio, *Expedit, ſed non nunc.* Et in loco, *Non hic.* Et in perſona, *Non nobis,* [140] *non contra hos.* [141] Et in genere agendi, *Non ſic.* Et [142] in modo, *Non in tantum.* [143] Sed perſonam ſæpius [144] decoris gratia intuemur, quæ & in nobis, & in iis, qui deliberant, ſpectanda eſt. [145] Itaque quamvis exempla [146] plurimum in conſiliis poſſint, quia facillime ad conſentiendum homines ducuntur experimentis; refert tamen, quorum auctoritas, & [147] quibus adhibeatur. Diverſi ſunt enim deliberantium animi, duplex conditio. Nam conſultant aut plures, aut ſinguli: [148] ſed in utriſque differentia; quia & in pluribus multum intereſt, Senatus ſit, an populus; Romani, an Fidenates; Græci, an Barbari; & in ſingulis, Catoni petendos honores [149] ſuadeamus, an C. Mario; [150] de ratione belli [151] Scipio prior, an [152] Fabius deliberet. Proinde intuenda, ſexus, dignitas, ætas. [153] Sed mores præcipue diſcrimen dabunt. Et honeſta quidem honeſtis ſuadere facillimum eſt: ſi vero apud turpes recta obtinere conabimur; ne videamur exprobrare diverſam [154] vitæ ſectam, cavendum eſt. [155] Et animus deliberantis, [156] non ipſa honeſti natura, quam ille non reſpicit, permovendus: [157] ſed laude, vulgi opinione, &, ſi parum proficiet hæc [158] vanitas, [159] ſecutura ex his utilitate: aliquanto vero magis objiciendo aliquos, ſi [160] diverſa fecerit, metus. [161] Nam præter id, quod his leviſſimi cujuſque animus facillime terretur; [162] neſcio an etiam naturaliter apud plurimos plus valeat malorum timor, quam ſpes bonorum: [163] ſicut facilior eiſdem turpium, quam honeſtorum, intellectus eſt. [164] Aliquando bonis quoque ſuadentur parum decora, dantur [165] parum bonis conſilia, in quibus ipſorum, qui conſulunt, [166] ſpectatur utilitas. Nec me fallit,

finis & *medii*; &, pro utriuſque commodo vel incommodo, rem ſuadere aut diſſuadere debemus. TURNEB.

136. *Et per quid.*] Legitur quidem *propter quid*, ſed corrupte, ut mihi videtur; non enim, *propter quid* conſecuturi ſimus aliquid, videndum eſt in deliberando; ſed *per quid*, ut ſi per bellum, per multos labores, per magnam pecuniarum effuſionem, per cædes denique noſtrorum civium aliqua urbe ſimus potituri. Quare *per quid*, id quod ſequentia quoque indicant, legendum videtur. REGIUS. *Propter*; Locat. Ald. Baſil. Sich.

137. *Plus in eo.*] Forte *pluſne.* GALLÆUS. Sed hæc particula *ne* ſubaudiri facile poteſt; cum præſertim ſequatur τὸ *an vero.* CAPPER.

138. *Per quod petimus.*] *Propter quod*; Sich. Gryph.

139. *Eſt utilitatis.*] Quemadmodum honeſtas ex natura rei demonſtratur, & illa eruitur ex honeſti fontibus; ita utilitas ſpargenda eſt in omnes circumſtantias, quoniam hæ demonſtrant rem eſſe utilem, aut contra. TURNEB.

140. *Non contra hos.*] *Et in adverſariis non contra hos*; V. C. Alm.

141. *Et in genere agendi.*] In agendi ratione vel methodo. CAPPER.

142. *In modo.*] Id eſt, in quantitate, ut nempe modum quemdam ſervemus, & auream illam mediocritatem diligamus. Sic bellare quidem aliquando expedit; ſed non eo uſque belli furorem perducere. CAPPER.

143. *Sed perſonam.*] Secundum eſt membrum diviſionis ſuperioris. Etenim in deliberatione dixerat, rem eſſe inſpiciendam (de qua egit,) & perſonam, tum illorum, quibus ſuademus, tum noſtram. TURNEB.

144. *Decoris.*] *Decorum* intelligendum eſt illud, quod poſitum eſt in moderatione quadam & temperantia. Eſt & *decorum poëticum*, quo accommodant ſcriptores perſonis & rebus orationem. TURNEB. Hinc fortaſſe pro τῷ *decoris* legendum eſt τὸ *decori.* CAPPER. *Decoris gratia.*] *Cauſſa*; Locatel. Sichard. Par. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Voſſ. ſecund.

145. *Itaque quamvis exempla, &c.*] Exemplorum uſus, cum ubique, tum in genere *deliberativo* plurimum valet: modo delectus adhibeatur, ut non quæcumque, ſed graviſſimorum hominum tantummodo, & aptiſſima quæque adducamus. TURNEB.

146. *Plurimum poſſint.*] *Poſſunt*; V. C. Alm. Locat. Ald. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Voſſ. prim.

147. *Quibus.*] Hominibus deliberantibus, conſultantibus τοῖς συμβουλευομένοις. CAPPER.

148. *Sed in utriſque differentia.*] *Sed non ſine utriuſque*; margo Baſil.

149. *Suadeamus.*] Omnes fere editi & ſcripti. *ſuademus*; Gryph.

150. *De ratione belli.*] Apud Livium lib. XXVIII. 40. de ratione belli Carthaginienſis deliberatur a Scipione & Fabio: ſuadet Scipio, ut bellum transferatur in Africam: ſuadet Fabius, ut in Italia geratur. TURNEB.

151. *Scipio prior.*] Id eſt, *major*, ut *Dionyſius prior.* Nepos Dion. cap. 1. & Plin. X. I. 1. & ita *prior amor.* Ter. Hecyr. III. 3.

152. *Fabius deliberet.*] *Deliberem*; V. C. Alm. Voſſ.

153. *Sed mores.*] *Sed & mores*; Obrecht.

154. *Vitæ ſectam, cavendum eſt.*] *Vita ſectam, cavendus eſt animus deliberantis*; MSS. Bodl. Bal. *cavendum. Et animus*; V. C. Alm.

155. *Et animus deliberantis.*] Hæc ex *Partitionib.* Cicero, cum ait: *Homines multo magis mala fugiunt, quam ſequuntur bona; nec honeſta tam expetunt, quam devitant turpia.... Eſt enim genus hominum ad honeſtatem natum, malo cultu, praviſque opinionibus omne corruptum... nemo tamen eſt tam agreſtis, quem non, ſi ipſa honeſtas minus, contumelia tamen & dedecus magnopere moveat.* TURNEB.

156. *Non ipſa honeſta natura.*] *Honeſti*, ut natura *honeſtatis* intelligatur, legendum. REGIUS. *Non ipſa honeſti natura.*] Τοῦ καλοῦ τοῦ καθ' αὑτό, ejus quod *eſſentialiter*, & per ſe honeſtum eſt, Platonica intelligendi & loquendi ratione. CAPP.

157. *Sed laude, vulgi opinione.*] *Sed laude vulgi, opinione*; Obrecht.

158. *Vanitas.*] Vana laudis ſpecies. ROLLIN.

159. *Secutura ex his utilitatem.*] *Utilitate* legendum. REGIUS.

160. *Diverſa fecerint.*] *Fecerit*; V. C. Alm. Ald. Colon. Sich. Steph. Gryph. Colin. Baſil. quæ quidem lectio eo melior videtur, quod hoc verbum *fecerit* referatur ad præcedens τὸ *animus deliberantis* CAPPER.

161. *Nam præter id.*] Animi improborum perturbationibus facile agitantur & impelluntur: non item proborum, ut docet Cicero *in Tuſcul.* Itaque improbis ſpem utilitatis & metum incommodi proponere oportet. TURNEB.

162. *Neſcio an.*] Id eſt, *fortaſſe*: nam τὸ *neſcio an*, eſt modeſtus affirmandi modus. CAPPER.

163. *Sicut facilior.*] Unde Seneca: *Vitia ſine doctore diſcuntur: qui vero virtutes per ſe hauſerit, nemo inventus eſt.* TURNEB.

164. *Aliquando bonis quoque.*] Interdum parum honeſta ſuademus honeſtis, ubi utilitatem ſectamur: ſed videtur Fabius ab inſtituto ſuo recedere; nam, cum inſtituat oratorem virum bonum, non videtur eſſe probitatis, inhoneſta & indecora honeſtis ſuadere: quanquam hoc defendere nititur. TURNEB.

165. *Parum bonis.*] *Parum quoque bonis*: ſed linea ſub *quoque* ducta. V. C. Alm.

166. *Spectatur utilitas.*] Spreta honeſtate. ROLLIN.

quæ ſtatim cogitatio ſubire poſſit legentem. Hoc ergo præcipis? & hoc fas putas? Poterat me liberare M. Cicero, qui [167] ita ſcribit ad Brutum, propoſitis plurimis, quæ honeſte ſuaderi [168] Cæſari poſſent, *Simne bonus vir, ſi hæc ſuadeam? Minime.* Suaſoris enim finis eſt utilitas ejus, cui quiſque ſuadet. *At recta ſunt.* Quis negat? ſed non eſt ſemper rectis in ſuadendo locus. Sed quia eſt altior quæſtio, nec tantum ad [169] *ſuaſorias* pertinet; deſtinatus eſt mihi hic locus [170] duodecimo (qui [171] ſummus futurus eſt) libro. [172] Nec ego quidquam fieri turpiter velim: verum interim hæc vel ad ſcholarum exercitationes pertinere credantur; nam & iniquorum ratio noſcenda eſt, ut melius æqua tueamur. Interim ſi quis bono inhoneſta ſuadebit, meminerit non ſuadere tanquam inhoneſta, ut quidam declamatores [173] Sextum Pompeium ad piraticam, propter hoc ipſum, quod turpis & crudelis ſit, impellunt: ſed dandus illis deformibus [174] color, idque etiam apud malos. *Nec enim eſt quiſquam tam malus,* [175] *ut malus videri velit.* Sic Catilina [176] apud Salluſtium loquitur, ut rem ſceleratiſſimam non malitia, [177] ſed indignatione videatur audere. [178] Sic Atreus apud Varium:

Jam fero (inquit) *infandiſſima, jam facere cogor.*

Quanto magis eis, [179] quibus cura famæ fuit, conſervandus eſt [180] hic vel [181] ambitus? Quare & cum Ciceroni dabimus conſilium, ut Antonium roget, vel etiam [182] ut Philippicas (ita vitam pollicente eo) exurat, non cupiditatem lucis allegabimus, (hæc enim ſi valet in animo ejus, tacentibus quoque nobis valet) ſed, ut [183] ſe reipublicæ ſervet, hortabimur. [184] Hac illi opus eſt occaſione, ne eum talium precum pudeat. Et Caio Cæſari ſuadentes regnum affirmabimus, [185] ſtare jam rempublicam, niſi uno regente, non poſſe. Nam qui de re nefaria deliberat, id ſolum quærit, quomodo quam minimum peccare videatur. [186] Multum refert etiam, quæ ſit [187] perſona ſuadentis. Quia anteacta vita, ſi illuſtris fuit, aut clarius genus, aut ætas, aut fortuna, [188] affert exſpectationem; providendum eſt, ne, quæ dicuntur, ab eo, qui dicit, diſſentiant. [189] At his contraria ſummiſſiorem quemdam modum poſtulant; nam quæ [190] in aliis libertas eſt, in aliis licentia vocatur. Et quibuſdam ſufficit auctoritas, quoſdam ratio ipſa ægre tuetur. [191] Ideoque longe mihi difficillimæ

167. *Ita ſcribit ad Brutum.*] Sed epiſtola nunc non exſtat. CAPPER.

168. *Cæſari poſſent.*] *Poſſint;* V. C. Alm. Voſſ. tert.

169. *Suaſoris enim.*] *Suaſoriæ enim;* Par. Steph. Colin. *Suaſorias.*] Quæſtiones, *hypotheſes*, *cauſſas*, orationes, &c. CAPPER.

170. *Duodecimo libro.*] Cap. 1.

171. *Summus.*] Id eſt, ultimus. CAPPER.

172. *Nec ego quicquam fieri turpiter velim.*] Etiamſi turpia ſuadeantur, id fieri turpiter non vult Fabius; ſed cauſſam aliquam honeſtiorem prætexi. ROLLIN.

173. *Sextum Pompeium, &c.*] Sextus Pompeius, Pompeii Magni filius, ex ſervitiis undique contraxit copias, & mare Siculum pirata infeſtavit, victuſque eſt ab Agrippa. TURNEB.

174. *Color.*] Aliqua ſpecies honeſtatis. ROLLIN. De Rhetorico autem colore lege Dionyſ. Halicarnaſ. tom. 2. pag. 43. Edit. Wechel. CAPPER.

175. *Ut malus videri.*] *Ut videri velit.*] V. C. Alm. Voſſ. Locat. Ald. Gryph. Baſil. Tertul. Apolog. cap. 1. *Mentis malæ impetus vel fato, vel aſtris imputant; nolunt enim ſuum eſſe, quia malum agnoſcunt:* ubi Heraldus hæc Quinctiliani verba adducit.

176. *Apud Salluſtium loquitur.*] *Loquitur* non habet. V. C. Alm.

177. *Sed indignatione, &c.*] Nam Catilina illic indignatur, quod videat rempublic. & urbis magiſtratus in paucorum eſſe poteſtate, cum reliqui ſint illis obnoxii. TURNEB. v. Salluſt. cap. 20.

178. *Sic Atreus apud Varum.*] *Varium* eſt legendum, cujus Thyeſtem Fabius lib. 10. commendat, aitque poſſe cum Græcis quibuſlibet comparari. TURNEB. *Varum;* Colon. Sich. Steph. Colin. Baſil. & ita ſæpius *Varum*, pro *Vario*, fuiſſe lectum docet J. Rutgerſ. Venuſ. lect. cap. 111. ubi fragmenta ejus quædam colligit: hæc vero in verſum ita ordinanda docet:

——— *jam fero infandiſſima,*
Jam facere cogor.

179. *Quibus cura famæ.*] Recte in quibuſdam exemplaribus legitur hoc modo: *quibus fuit aliqua cura famæ.* Qui enim aliquam famæ curam habent, hoc ambitu laborant, ut boni ſaltem videantur, quamvis non ſint: *vel* autem pro *ſaltem* eleganter ponitur. REGIUS. *Quibus fuit aliqua cura famæ;* Ald. Sich. Gryph. Baſil. Vidov. *curæ fama;* Obrecht.

180. *Hic vel ambitus.*] *Velut* Francius reſcribebat.

181. *Ambitus.*] Ambitioſa boni hominis captatio. ROLLIN.

182. *Ut Philippicas exurat.*] Thema eſt hoc *declamatorium*, habeturque apud Senecam in *declamationibus*. TURNEB.

183. *Se reipubl.*] *Se Ro. populo;* marg. Gryph. & Baſil.

184. *Hac illi opus eſt occaſione.*] Ἀφορμή, quæ vox apud Græcos Rhetoras etiam *locum* argumenti, cauſſam, & (ut vulgo aiunt) *motivum* ſignificat. CAPPER.

185. *Stare jam rempublicam.*] *Stare etiam rempublicam;* V. C. Alm.

186. *Multum refert etiam.*] Vita magis, quam oratio perſuadet, inquit Gregorius. TURNEB.

187. *Perſona ſuadentis. Quia anteacta vita ... affert exſpectationem; providendum eſt ne .... diſſentiant. At his contraria ...., poſtulant; nam, &c.*] Perverſa quæ hactenus obtinuerat, loci hujus interpunctio difficiliorem paulo ſenſum exhibebat, ut fatebuntur quicumque hanc editionem cum cæteris ipſaque adeo Burmanniana conferre voluerint. CAPPER.

188. *Affert exſpectationem.*] *Exiſtimationem;* marg. Baſil.

189. *At his contraria.*] *At iis;* Baſil. *His contraria.*] Ut juventus, tenuis fortuna, obſcurum genus, vita non inculpata. PINUS.

190. *In aliis libertas eſt, in aliis licentia.*] Hinc aperte colligitur, *libertatem* in bonam, *licentiam* vero in malam accipi partem. Unde etiam Terentius Heaut. III. 1.

Deteriores omnes ſumus licentia;

aliquando tamen etiam in bonam accipi videmus, ut apud Salluſt. Jugurth. *Romam legatos ire jubet, agendarum rerum & quocumque modo componendi licentiam illis permittit.* Apud Juriſconſultos quoque hujuſmodi inveniuntur locutiones: *Data eſt mihi licentia eundi, ac redeundi.* REGIUS. *Namque in aliis libertas;* V. C. Alm.

191. *Ideoque longe mihi, &c.*] Hic appellat *proſopopœiam* Fabius orationem *ſuaſoriam*, aut etiam quamlibet; nam, ut poſtea oſtendet, etiam fiunt *proſopopœiæ* in *controverſiis*, quæ non ſub noſtra, ſed alterius perſona dicuntur: ſolent alii appellare *ethopœiam*. Hæc duplicis certe eſt operis: nam & laborandum eſt, ut perſonæ decorum ſervemus, & ut

videntur [192] *proſopopœiæ*, in quibus ad reliquum [193] *ſuaſoriæ* laborem [194] accedit etiam perſonæ difficultas. [195] Namque idem illud aliter Cæſar, aliter Cicero, aliter Cato ſuadere debebit. Utiliſſima vero hæc exercitatio, vel quod [196] duplicis eſt operæ, vel [197] quod poëtis quoque aut hiſtoriarum futuris ſcriptoribus plurimum confert: verum & [198] oratoribus neceſſaria. Nam ſunt multæ a Græcis Latiniſque compoſitæ orationes, quibus alii uterentur; ad quorum conditionem vitamque aptanda, quæ dicebantur, fuerunt. [199] An eodem modo cogitavit, aut eamdem perſonam [200] induit Cicero, cum ſcriberet Cn. Pompeio, & cum [201] C. Appio, cæteriſve; ac non uniuſcujuſque eorum fortunam, dignitatem, res geſtas intuitus, [202] omnium, quibus vocem dabat, etiam imaginem expreſſit? [203] ut melius quidem, ſed tamen ipſi dicere viderentur. Neque enim minus vitioſa eſt oratio, ſi ab homine, quam ſi a re, cui accommodari debuit, diſſidet: [204] ideoque Lyſias optime videtur in iis, quæ ſcribebat indoctis, ſervaſſe veritatis fidem. [205] Enimvero præcipue declamatoribus conſiderandum eſt, quid cuique perſonæ conveniat: qui pauciſſimas [206] *controverſias* ita dicunt, ut advocati: plerumque filii, patres, divites, ſenes, aſperi, lenes, avari, denique ſuperſtitioſi, [207] timidi, deriſores ſiunt: ut vix [208] comœdiarum actoribus plures habitus in pronuntiando concipiendi ſint, quam his in dicendo. Quæ omnia videri poſſunt *proſopopœiæ*, quas ego [209] *ſuaſoriis* ſubjeci, quia [210] nullo alio ab his, quam perſona, diſtant. [211] Quanquam hoc aliquando etiam in *controverſias* ducitur, quæ ex hiſtoriis compoſitæ, [212] certis [213] agentium nominibus continentur. [214] Neque enim ignoro, plerumque exercitationis gratia [215] poni & [216] poëticas & hiſtoricas; ut

ſuadendi *locos* tractemus. Nam omnis *proſopopœia* cadit fere in *ſuaſoriam*. Plura vide apud Fabium lib. 11. cap. 4. TURNEB.

192. *Proſopopœiæ.*] Hic per *proſopopœias* intelligit declamationes, in quibus aliquem deliberantem inducimus & alienam perſonam gerimus. ROLLIN.

193. *Suaſoriæ.*] Orationis, *cauſſæ*, ὑποθέσεως, &c. CAPPER.

194. *Accedit.*] *Accidit*: Baſil.

195. *Namque idem illud.*] *Unum quidem aliter illud*; MS. Bal. *namque unum & idem aliter Cæſar*; Par. Colin.

196. *Duplicis eſt operis.*] *Operæ*, mihi legendum videtur, hoc eſt, *laboris*: non ſolum enim dicenda excogitare oratorem oportet; ſed inventa quoque fictæ perſonæ accommodare. REGIUS. *Operæ*; Stephan.

197. *Quod poëtis plurimum confert.*] Hinc Homericarum perſonarum orationes intelligere poteris, & ab inconſultis quorumdam ſemidoctorum vitilitigationibus vindicare. Quas enim perſonas Homerus loquentes inducit, omnes moribus ſuis, rebus geſtis, & præſenti fortunæ congruenter loquuntur. CAPPER.

198. *Oratoribus neceſſaria.*] *Oratoribus imprimis neceſſaria*: Baſil.

199 *An eodem modo.*] Cicero aliquando nobilibus Romanis orationes ſcribebat, quas illi ediſcebant, & in ſenatu, aut apud populum pronunciabant. TURNEB.

200. *Induxit.*] *Induit* mihi legendum videtur. REGIUS. *Induxit*: V. C. Alm. & Voſſ. omnes: quod ex Cicerone pro Cœlio cap. 15. poſſet forte probari: *Sed quid ego, judices, ita gravem perſonam induxi*: ſed ibi alia res eſt: quare *induit* retinui. BURMAN.

201. *C. Appio ceteriſque.*] *Domitio, Cæſarive*; MS. Bodl. Andr. Venet. *C. Domitio cæteriſve*; Ald. Colon. Steph. marg. *C. Domitio & Appio cæteriſve*; Sich. Baſil. *& cum Domitio Cæſarive*; Argent. Obrecht. *Domitio* hic non eſſe ejiciendum puto; cum ipſi Cicero laudationem Porciæ ſcripſerit, & illi miſerit, ut tanquam ſuam recitaret. Vide ad Attic. XIII. 37. & 48. ſic & Serrano ſcripſiſſe laudationem funebrem filii ſui, ſcribit Quinto fratri lib. III. Epiſt. 8. Cæſari vero aliquid ſcripſiſſe Ciceronem non puto; utpote qui ipſe omni ſcientiarum & eruditionis genere egregie inſtructus dubiam potuiſſet Ciceroni eloquentiæ palmam reddere; & Cæſar ipſe Metello ſcripſerit orationem. Sueton. Cæſar. cap. LV. & hoc ſolitum & frequens erat Romæ. Sic P. Tuberoni Africanum avunculum laudanti ſcripſit C. Lælius, teſte Cicerone II. de Orat. 84. quod Romæ honeſtius fuiſſe, quam apud Græcos, videtur, ubi ſophiſtæ mercenariam hanc operam præſtabant ſæpe divitibus & indoctis, ut illis orationes conſcriberent; unde λογογράφοι contemtim vocabantur. Vide Creſoll. Theatr. Rhetor. lib. III. cap. 2. BURMAN.

202. *Omnium quibus.*] *Omnium etiam, quibus vocem dabat, imaginem expreſſit*: Locat. Ald. Colin.

203. *Ut melius quidem, ſed tamen ipſi dicere viderentur.*] *Melius quidem*, quia dictio Ciceroniana erat: *ipſi tamen*; quia perſonæ cujuſque decorum Cicero ſervabat. CAPPER.

204. *Ideoque Lyſias.*] Lex erat Athenis, ne quis patronum ſuæ *cauſſæ* adhiberet; ſed unuſquiſque ſuam *cauſſam* ageret. At legi fraus fiebat, & oratores aliis orationes componebant, quas illi ediſcebant, & apud judicem pronunciabant. TURNEB.

205. *Enimvero præcipue declamatoribus.*] Aliter orator controverſiam dicit: aliter *declamator*: nam *declamator* ſibi induit perſonam illius quem defendit; orator non item. TURNEB. *Declamatoribus, qui pauciſſimas controverſias ita dicunt, ut advocati.*] In ſcholaſticis *declamationibus* agebant, non ut advocati, ut patroni; ſed, ut rei ipſi, filii, patres, &c. itaque *proſopopœiæ* nullo alio a *ſuaſoriis*, quam perſona diſtant; quia in *ſuaſoriis* ſub perſona noſtra ſuademus; in *proſopopœia* idem facimus ſub aliena. ROLLIN.

206. *Controverſias.*] *Controverſia* eſt proprie *cauſſa* ὑπόθεσις in genere *judiciali*, & opponitur *ταῖς ſuaſoriis*, quæ ſunt generis *deliberativi*. CAPPER.

207. *Timidi.*] *Tumidi*; MS. Joan. Voſſ. prim. tert.

208. *Comœdiarum actoribus.*] Τοῖς ὑποκριταῖς hiſtrionibus. CAPPER.

209. *Suaſoriis ſubjeci.*] Revocavi ad *ſuaſorias* orationes, ſive *cauſſas* (ὑποθέσεις) tanquam ſpecies ad genus. CAPPER.

210 *Nullo alio.*] Vide ſupr. ad lib. II. cap. 4.

211. *Quanquam hæc aliquando.*] *Proſopopœia* non ſolum continetur *ſuaſoriis cauſſis*, verum etiam in *judicialibus* aliquando apparet; nam *themata* ab hiſtoriis plerumque ducimus, & *judiciales cauſſas* illis aptamus. TURNEB. *Quanquam hoc.*] Id quod attinet ad *proſopopœias*, de quibus hic agit. In cod. Almelov. & in editionib. Gibſon. Obrecht. Lugdun-Batav. legitur, *quanquam hæc*: ut pronomen demonſtrativum referatur ad τὸ *perſona*: quæ certe lectio ſua probabilitate non caret. CAPPER.

212. *Certis.*] Ita legendum eſſe nemo non videt. REGIUS. *Ceteris*: Gryph. Colin. Baſil. ita in alia re *certis nominibus* erat locutio ſollemnis, quam illuſtravit eruditiſſimus Bentleius ad Horat. lib. II. Epiſt. 1. 105. in Stephan. & aliis; *certius*.

213. *Agentium nominibus.*] Hoc eſt, litigantium, judicio experientium apud judices in foro. CAPPER.

214. *Neque ignoro.*] *Enim* particula mihi huic ſenſui deeſſe videtur; ſuperioris namque dicti rationem reddit Fabius, & ſimiliter copula eſt adſcribenda, ac *hiſtoricas*, e litera adſcripta, legendum hoc modo: *Neque enim ignoro, plerumque exercitationis gratia poni & poëticas & hiſtoricas*: ſic autem legendum eſſe facile, quæ ſequuntur, exempla declarant. REGIUS. *Neque enim*; Stephan.

215. *Poni.*] Fingi, &, ut nunc barbare loquuntur, *ſupponi* ὑποτίθεσθαι. CAPP.

216. *Poëticas & hiſtoricas.*] *Proſopopœias*, vel perſonas. CAPP.

[217] Priami verba apud Achillem; aut [218] Syllæ dictaturam deponentis in concione. Sed hæc [219] in partes cedunt trium generum, in quæ [220] *cauſſas* diviſimus. Nam & rogare, [221] indicare, rationem reddere, & alia, de quibus ſupra dictum eſt, varie, atque, ut res vult, in materia *judiciali*, *deliberativa*, *demonſtrativa*, [222] ſubjicere ſolemus. [223] Frequentiſſime vero in his utimur [224] ficta perſonarum, quas ipſi ſubſtituimus, oratione; [225] ut apud Ciceronem pro Cœlio, Clodiam & cæcus Appius, & Clodius frater, ille in caſtigationem, [226] hic in rationem amorum compoſitus alloquitur. Solent in ſcholis fingi materiæ ad deliberandum ſimiliores [227] *controverſiis*, [228] & ex utroque genere commixtæ; ut, cum [229] apud C. Cæſarem conſultatio de pœna Theodoti ponitur. Conſtat enim accuſatione & defenſione *cauſſæ*, quod eſt [230] *judicialium* proprium. Permixta autem eſt & utilitatis ratio: [231] *an pro Cæſare fuerit occidi Pompeium: an timendum a rege bellum, ſi Theodotus ſit occiſus: an id minime opportunum hoc tempore, &* [232] *periculoſum, & certe longum ſit futurum.* Quæritur & de honeſto: *deceatne Cæſarem ultio Pompeii: an ſit verendum, ne pejorem faciat ſuarum partium cauſſam, ſi Pompeium indignum morte fateatur.* Quod genus accidere etiam [233] veritati poteſt. [234] Non ſimplex autem circa *ſuaſorias* error in pleriſque declamatoribus fuit, qui dicendi genus in his diverſum, atque in totum illi *judiciali* contrarium eſſe exiſtimarunt. Nam & principia abrupta, & concitatam ſemper orationem, & in verbis effuſiorem (ut ipſi vocant) cultum affectaverunt, & [235] earum breviores utique commentarios, quam [236] *judicialis* materiæ, facere elaborarunt. Ego porro, ut [237] *prooemio*, video non utique opus eſſe *ſuaſoriis*, propter quas dixi ſupra cauſſas; ita cur [238] initio furioſo ſit exclamandum, non intelligo; cum propoſita conſultatione rogatus ſententiam, ſi modo eſt ſanus, non [239] quiritet; ſed quam maxime poteſt civili & humano ingreſſu mereri aſſenſum [240] deliberantis velit. Cur autem torrens, [241] & ubi-

217. *Priami verba.*] Homer. Iliad. 24. REGIUS.

218. *Syllæ.*] Vide Plutarch. in Sylla. REGIUS.

219. *In partes cedunt.*] *In partem;* MS. Bal. Andr. Locat. Ald. Sich. Par. Gryph. Baſil. Vidov. Obrecht. Voſſ. ſecund. *In partes cedunt trium generum.*] Reducuntur ad tria orationis genera (*demonſtrativum, deliberativum, & judiciale*) ut partes ad totum. CAPP.

220. *Cauſſas.*] Ὑποθέσεις, quæſtiones circumſtantiis finitas, quæ proprie materia eſt *rhetorices*. CAPP.

221. *Indicare.*] *Judicare;* MSS. Joan. Alm. *vindicare;* Voſſ. ſecund. *Rogare, indicare, &c.*] Forte alludit ad cap. 4. paulo poſt initium, ubi ſic loquitur: *In quo genere verſari videbimur, ſi .... deprecamur ... mandamus, renuntiamus, &c.* CAPP.

222. *Subjicere ſolemus.*] *Subjicere* non habet V. C. Alm. nec Voſſ. prim. tert. *Subjicere.*] Tanquam totidem ſpecies horum trium orationis rhetoricæ generum. CAPP.

223. *Frequentiſſime vero.*] *Tamen;* Locatel. Gryph. Colin. Baſil. margo Steph. Voſſ. ſecund. *frequentiſſime in his;* Vidov.

224. *Ficta perſonarum .... oratione.*] Quod eſt *proſopopœiæ* genus. Cæterum, ſi perſonam mortuam inducamus, & quaſi ab inferis revocemus, *idolopœia* dicetur: ſi tanquam viventem ſubſtituamus, erit *ethopœia*, ut docent Hermogenes in *progymnaſmatibus* (quæ e Græcis Regiæ Bibliothecæ Manu-ſcriptis tranſcribenda curavi), & Priſcianus in Latina eorumdem *progymnaſmatum* verſione, quæ extat in veteribus Grammaticis a Putſchio editis, pag. 1340. CAPPER.

225. *Ut apud Ciceronem.*] Hoc vocatur *idolopœia*, cum perſona quaſi ab inferis excitatur, & illi oratio accommodatur. TURNEB. Vide oration. pro Cœlio cap. XIV. & XV.

226. *Hic in rationem morum.*] Qui orationem Ciceronis pro Cœlio legerit dijudicabit, & *rationem* & *amorum* eſſe legendum. REGIUS. Antea Fabius locutus eſt de *proſopopœia*, quæ tota eſt in oratione: hoc loco de ea agit, quæ ut figura eſt in orationis parte. TURNEB. *In orationem amorum;* MS. Joan. *in orationem morum;* MSS. Bal. Almel. Voſſ. prim. Andr. Ald. *in rationem morum;* Locat. Sich. Steph. margo, Gryph. Vidov. Baſil. Voſſ. tert. *in hortationem amorum;* Steph. Colin. *in hortationem morum;* Voſſ. ſecund.

227. *Controverſiis.*] Quid proprie ſit *controverſia*, ſupra explicuimus. CAPPER.

228. *Ex utroque.*] *Et ex utroque;* Locat. Ald. Gryph. Vidov. Obrecht. *Ex utroque genere.*] *Deliberativo* ſcilicet & *judiciali.* CAPPER.

229. *Apud Cæſarem conſultatio.*] Theodotus pædagogus erat Ptolemæi pupilli Alexandrinorum regis. Is ſuaſit Ptolemæo, ut Pompeium interficeret, & illius caput ad Cæſarem ferret. TURNEB. Theodotus ille Chius origine & Ptolemæi regis oratoria in arte præceptor, oſtentandæ facundiæ *cauſſa*, de Pompeio conſervando, vel occidendo multa in utramque partem diſſeruit, & demum adjecit: *Mortuos non mordere:* ſicque ad inferendam Pompeio necem non parum contulit teſte Plutarcho, quem lege. CAPPER.

230. *Judicialium.*] *Cauſſarum*, quæſtionum ὑποθέσεων. CAPPER.

231. *An pro Cæſare fuerit.*] *An Cæſari profuerit;* Voſſ. ſecund. ſed hæc lectio gloſſema ſapit. CAPPER.

232. *Periculoſum.*] *Perniciosum;* marg. Steph. Voſſ. prim. *perniciosiſſimum.*

233. *Veritati.*] Hoc eſt, veris *cauſſis*, & non tantum fictis, cujuſmodi ſunt rhetoricæ *declamationes* de ficto argumento. CAPPER.

234. *Non ſimplex autem.*] Quædam Fabius ſcribit hoc loco de *elocutione* generis *ſuaſorii*, nonnulloſque declamatores arguit, qui prava hoc in genere utebantur *elocutione.* TURNEBUS.

235. *Earum breviores commentarios.*] Breviores orationes faciendas curaverunt in genere *deliberativo*, quam in *judiciali.* ROLLIN.

236. *Judicialis materiæ.*] *Legalis* quidem legitur: ſed, cum de toto *judiciali* genere verba faciat, forſitan *judicialis* rectius legitur: huic autem correctioni Fabius ipſe paulo poſt accedere videtur; ſic enim ſcribit: *Inveniet enim, nec in conſiliis abrupta judicia, & concitatius ſæpe in judiciis dictum, &c.* REGIUS. *Legalis;* MSS. Bodl. Joan. Alm. Andr. Venet. Locat. Ald. & margines Steph. Sich. Gryph. Colin. Baſil. Voſſ. omnes.

237. *Prooemio video non utique opus eſſe ſuaſoriis.*] Propoſitionis hujuſce ſenſus pendet ex iis, quæ Fabius paulo poſt initium hujus capitis diſſeruit hunc in modum: *Prooemio, quale eſt in* judicialibus, *non utique eget* [ἡ ſuaſoria ὑπόθεσις] *quia conciliatus eſt ei quiſque, quem conſulit: initium tamen quodcumque debet habere aliquam prooemii ſpeciem.* CAPPER.

238. *Initio furioſo.*] Ne hic quidem locus errore caret, quamvis ſic fere legatur: mihi vero pro *furioſo* legendum videtur *furioſe.* REGIUS. *Furioſe;* Gryph. Colin. Vidov. & marg. Baſil.

239. *Quiritet.*] *Quiritare*, eſt querula voce populi Rom. atque Quiritum opem implorare: hinc tractum eſt, quod, qui lædebantur injuria, opem populi petebant. TURNEB.

240. *Deliberantis.*] Conſultantis, petentis conſilium, τοῦ συμβουλευομένου. Sic apud Cornelium Nepotem in Miltiade: *Deliberantibus illis Pythia reſpondit*, &c. CAPPER.

241. *Et utique æqualiter.*] Mallem *ubique æqualiter;* nam hoc declamatores vitio laboraſſe paulo ante dixit, qui *concitatam ſemper orationem* affectabant; & hoc docet vox *tor-*

que æqualiter concitata ſit [242] in ea [243] dicentis oratio, cum vel præcipue moderationem rationemque [244] conſilia deſiderent? Neque ego negaverim, ſæpius [245] ſubſidere [246] in *controverſiis* [247] impetum dicendi *procemio*, *narratione*, *argumentis*: [248] quæ ſi detrahas, id fere ſupererit, quo *ſuaſoriæ* conſtant: verum id quoque [249] æqualius erit non tumultuoſius atque turbidius. [250] Verborum autem magnificentia non validius eſt affectanda *ſuaſorias* declamantibus, ſed [251] contingit magis. Nam & perſonæ fere magnæ fingentibus placent, regum, principum, populi, ſenatus, & res ampliores: [252] ita, cum verba rebus aptentur, ipſo materiæ nitore clareſcunt. Alia [253] veris conſiliis ratio eſt: ideoque Theophraſtus quam maxime [254] remotum ab omni affectatione in *deliberativo* genere voluit eſſe ſermonem, ſecutus in hoc auctoritatem præceptoris ſui: quanquam diſſentire ab eo non timide ſolet. Namque Ariſtoteles idoneam maxime ad ſcribendum [255] *demonſtrativam*, proximamque [256] ab ea *judicialem* putavit: videlicet quoniam prior illa tota eſſet oſtentationis, hæc ſecunda egeret artis, [257] vel ad fallendum, [258] ſi ita popoſciſſet utilitas: conſilia fide prudentiaque conſtarent. Quibus in *demonſtrativa* conſentio. Nam & omnes alii ſcriptores idem tradiderunt. [259] In judiciis autem conſiliiſque ſecundum conditionem ipſius, quæ tractabitur, rei accommodandam dicendi credo rationem. Nam & Philippicas Demoſthenis eiſdem, quibus habitas in judiciis orationes, video eminere virtutibus. Et [260] Ciceronis ſententiæ, & conciones non minus clarum, quam eſt [261] in accuſatio-

rent, quæ perpetuum impetum notat. Juvenal. Sat. III. verſ. 73.

——— *ſermo*
Promtus, & Iſæo torrentior.

BURMAN.

Vide Walker. ad Ciceronem 3. *de Natur. Deor.* nam hic *ubique* legendum eſſe contendit.

242. *In ea.*] Conſultatione, vel ſententia dicenda, quam rogatus quis fuerit. CAPPER.

243. *Dicentis ratio.*] *Oratio*: MS. Joan. Alm. Locat. Voſſ. omn. Ald. Par. Steph. Gryph. Colin. Baſil Vidov. Obrecht. quod prætuli, quia *rationem* ſequitur.

244. *Conſilia.*] Quæ ſane pertinent ad genus orationis *deliberativum*, ſive *ſuaſorium*. CAPPER.

245. *Subſidere.*] *Metaphora* ab inſidiatoribus, id eſt, *latere.* TURNEB. Male; manet enim in *metaphora* a fluminibus & torrentibus deſumpta, quæ *ſubſidere* dicuntur, cum decreſcunt, & impetum minuunt. Ovid. I. Metam. 344.

Flumina ſubſidunt.

I. Triſt. II. 73.

Ut mare conſidat, ventiſque ferentibus utar.

ubi alii codices *ſubſidat*, ut & Virgil v. verſ. 820.

Subſidunt undæ, tumidumque ſub axe tonanti
Sternitur æquor aquis.

BURMAN.

246. *In controverſiis.*] Jam notavi *controverſias* proprie dici de genere *judiciali*, & opponi τοῖς *ſuaſoriis*, quæ ſunt in genere *deliberativo*. CAPPER.

247. *Impetum ſubſidere procemio, narratione, argumentis.*] Etenim *procemium* lene, *narratio* perſpicua, brevis, ac fluens; argumentatio ſubtilis eſſe debet in illo *judiciali* genere. Hinc decreſcat ille orationis impetus ac minuatur, neceſſe eſt. CAPPER

248. *Quem ſi detrahas.*] *Quæ ſi*; MSS. Joan. Bal. Alm. Andr. Locat. Ald. Obrecht. marg. Baſil. Voſſ.tert. Hanc autem lectionem alteri præſtare patet; 1°. quia, ut ſupra vidimus, *procemium*, & *narratio* proprie dicta locum in *ſuaſoria* materia non habent; 2°. quia, ſi legas *quem*, hoc *relativum pronomen* ad τὸ *impetum* refertur: atqui ſi detrahas impetum, conſtare non poterit ἡ *ſuaſoria*; in ea enim præcipue dominatur orationis impetus, ut ſupra docuit Fabius his verbis: *Affectus, ut quæ maxime, poſtulat; nam & concitanda .... frequenter eſt ira; & ad metum, cupiditatem, odium .... impellendi animi; nonnunquam etiam movenda miſeratio eſt*; 3°. ſi Fabius detrahendum eſſe cenſuiſſet impetum, quem *procemio*, *narratione*, & argumentis jam ſubſidere ſive ſedari dixerat; quid ſibi vellet quod ſequitur: *Verum id quoque* [quod ſupererit] *æqualius erit, non tumultuoſius atque turbidius*? nam poſt ſedatum & detractum impetum, nullus eſt vetandi locus, ne quid ſit tumultuoſius, &c. Pinus cum alteram lectionem tueretur, multa incaſſum profudit, quæ ab erudito Rollino improbata non fuiſſe miror. CAPPER.

249. *Æqualius erit.*] *Æqualitatis*; marg. Gryph. & Baſil. τὸ *erit* deeſt in Voſſ. prim.

250. *Verborum autem magnificentia.*] Hactenus de ſtylo, nunc de verbis agit. *Magnificentiam* autem appellat, illuſtrem compoſitionem, quæ rem extollit & dictione & ſententia: hujus meminit lib. 4. cap. de narratione. Demetrius quoque Phalereus *magnificentiæ* præcepta præſcribit in lib. de *Interpretatione* TURNEB. Qui tamen pro τῷ *de interpretatione*, ſcribere debebat *de elocutione*: qui ſenſus eſt τοῦ περὶ ἑρμηνείας. CAPPER.

251. *Contingit magis.*] *Magnis*; margo Steph.

252. *Ita cum verba rebus aptentur.*] Præceptum hoc eſt de genere characteris in *ſuaſoria* materia, cujus ratio (ut ſervetur decorum) petitur & a rebus & a perſonis, ut in aliis quoque generibus. TURNEB.

253. *Veris conſiliis.*] Alia eſt ratio de *ſuaſoriis* orationibus, quæ non fictum, ut ſophiſtarum *declamationes*; ſed verum & *reale* argumentum habent, atque in ſenatu, vel coram populo pronunciantur. CAPPER.

254. *Remotum ab omni affectatione.*] Theophraſtus in *deliberativo*, orationis ſimplicitatem ab affectatione remotam probat: qua de re præcepta ſunt apud Ariſtidem rhetorem, & apud Demetrium Phalereum in lib. *de Interpretatione.* TURNEB. Sed in hoc Turnebiani Commentatoris loco probare non poſſum eam verſionem *de interpretatione.* Eſt enim in Græco textu περὶ ἑρμηνείας, id eſt, *de elocutione*, ut patet, vel ex eo, quod in quibuſdam Regiis codicib. MSS. legatur, ἢ περὶ φράσεως; vel *de dictione.* Eumdem in errorem paulo ſupra impegerat falſo creditus Turnebus. CAPPER. *Affectione.*] Pro *affectione* mihi legendum videtur *affectatione*; aperte enim ſignificat Fabius, ex ſententia Theophraſti atque Ariſtotelis, verborum effuſiorem cultum in conſultationibus atque deliberationibus non eſſe affectandum. REGIUS. *Affectione*; MSS. Joan. Ald. margo Steph. Voſſ.

255. *Demonſtrativam .... judicialem.*] Supple, materiam, partem, ὑπόθεσιν *hypotheſim.* CAPPER.

256. *Ab ea.*] Id eſt, poſt eam, ſcilicet *demonſtrativam.* Hinc ſequitur τὸ *deliberativum* genus eſſe tractatu difficilius, quam τὸ *judiciale*: quod ipſum tribus argumentis firmat Ariſtoteles 3. Rhetoric. cap. 17. ſed aliud Ciceroni ac Fabio viſum eſt. Vide Voſſium Inſtit. Orator. pag. 138. CAPPER.

257. *Vel ad fallendum.*] *Vel quod ad fallendum*; Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Steph. *vel* hic autem eſt *etiam.* BURMAN.

258. *Si ita popoſciſſet utilitas.*] Hoc addit, quod id non eſſe faciendum alio loco aſſerit. TURNEB.

259. *In judiciis conſiliiſque.*] Hoc eſt, in generibus *judiciali* & *deliberativo*, ad quæ judicia & conſilia referuntur: præterea hæc loquendi formula opponitur τῇ præcedenti, *in demonſtrativa.* CAPPER.

260. *Ciceronis ſententiæ & conciones.*] Id eſt, ſcriptæ orationes in genere *deliberativo*, ſive *ſuaſorio*, ubi ſuam de re propoſita ſententiam dicebat: & *ſententiæ* quidem in ſenatu dictæ ſunt, ut *Philippicæ* in Antonium, prima & quarta Catilinariæ: conciones autem ad populum, ſeu ad *Quirites* habitæ ſunt, ut ἡ *pro lege Manilia*, ἡ *contra Rullum*, ſecunda & tertia *Catilinariæ.* CAPPER.

261. *In accuſationibus & defenſionibus.*] Quæ referuntur ad genus *judiciale.* CAPPER.

nibus

nibus ac defenſionibus, eloquentiæ lumen oſtendunt. Dicit tamen idem de *ſuaſoria*, hoc modo: [262] *Tota autem oratio, ſimplex & gravis, & ſententiis debet ornatior eſſe, quam verbis.* Uſum exemplorum [263] nulli materiæ magis convenire merito fere omnes conſentiunt; cum plerumque videantur reſpondere futura præteritis, [264] habeaturque experimentum velut quoddam rationis teſtimonium. Brevitas quoque aut copia [265] non genere materiæ, [266] ſed modo [267] conſtat. Nam, [268] ut in conſiliis plerumque ſimplicior quæſtio eſt, [269] ita ſæpe in *cauſſis* minor. [270] Quæ omnia vera eſſe ſciet, ſi quis non orationes modo, ſed hiſtorias etiam (namque in his [271] conciones [272] atque ſententiæ plerumque ſuadendi ac diſſuadendi funguntur officio) legere maluerit, quam in commentariis rhetorum conſeneſcere. Inveniet enim, nec in conſiliis abrupta initia, & concitatius ſæpe in judiciis dictum, & verba aptata rebus [273] in utroque genere, & breviores [274] aliquando *cauſſarum* orationes, [275] quam ſententiarum. Ne illa quidem in his vitia deprehendet, quibus quidam declamatores laborant: quod & contra ſentientibus inhumane convitiantur, & ita plerumque dicunt, tanquam ab iis, qui deliberant, utique diſſentiant: [276] ideoque objurgantibus ſimiliores ſunt, quam ſuadentibus. [277] Hæc adoleſcentes ſibi ſcripta ſciant; ne aliter quam [278] dicturi ſint, exerceri velint, [279] & in deſueſcendis morentur. Cæterum cum [280] advocari cœperint in conſilia amicorum, dicere ſententiam in ſenatu, ſuadere, [281] ſi quid conſulet princeps, quod præceptis fortaſſe non [282] credunt, uſu docebuntur.

262. *Tota autem oratio.*] Hoc præceptum Cicero mutuatus eſt ex Ariſtotele & Theophraſto, ut pleraque etiam alia in *Partitionib.* ſi tamen recte intelligatur, nihil peccat; ſignificat enim ornatum orationis ſequi potius debere ſententiam, quam præire; ut potior habeatur delectus ſententiarum, quam verborum; cum tamen verba ſententiis ſint aptanda. TURNEB. Vide de *Partitionib.* num. 97.

263. *Nonnulli materiæ.*] Aut *non* particula eſt expungenda, aut *ulli* legendum, ut ſit, *nulli materiæ*, aut *non ulli*: quod in idem recidit. REGIUS.

264. *Habeatur experimentum.*] In exemplo conjungitur ſimilitudo conſilii, & ſimilitudo eventus: videre tamen oportet, ut antea monuit, quorum exemplorum auctoritatem afferamus, & quibus proponamus. TURNEB.

265. *Non genere materiæ.*] Sive genus ſit *demonſtrativum*, ſive *ſuaſorium*, ſive *judiciale*, ex hoc pendere non debet orationis copia, vel brevitas. CAPPER.

266. *Sed modo.*] Id eſt, certa quadam mediocritate, certa tractandi ratione, quæ ſit rebus ipſis accommodata. CAPPER.

267. *Conſtat.*] Steph. & Voſſ. omn. in aliis legitur, *conſtant.*

268. *Ut in conſiliis plerumque.... ita ſæpe in cauſſis..... breviores aliquando cauſſarum orationes, quam ſententiarum.*] Ex his patet tam *conſiliorum*, quam *ſententiarum* nomine *ſuaſorias* vel *deliberativas* hypotheſes, materias, orationes deſignari; *cauſſarum* autem vocabulo, *judiciales*, quas etiam non ſemel *controverſias* Fabius appellavit. CAPPER.

269. *Ita ſæpe in cauſſis minor.*] Quoſdam reprehendit, qui præcipiebant ut orationes *judiciales* eſſent prolixiores; *deliberativæ* breviores, cum id non ex *cauſſis*, ſed ex argumento ſit metiendum: itaque nonnunquam prolixiores ſunt *deliberativæ*, quam *judiciales*. TURNEB.

270. *Quæ omnia.*] Perfunctorie monet Fabius, ſatius eſſe evolvere orationes, aut etiam conciones hiſtoricorum, atque ex illis artificium eruere, quam ex rhetorum præceptionibus ſemper pendere: uſus ſiquidem, auctore Cicerone, omnium magiſtrorum præcepta exuperat. TURNEB.

271. *Conciones.*] Δημηγορίαι orationes in comitiis ad populum habitæ, vel ad milites in acie. CAPPER.

272. *Atque ſententiæ.*] Ἀποφάνσεις, vel συμβουλαί, id eſt, orationes in ſenatu habitæ, vel in militari conſilio. CAPPER.

273. *In utroque genere.*] Tum *ſuaſorio*, tum *judiciali.* CAPPER.

274. *Aliquando cauſſarum.*] *Aliquando tam cauſſarum*: margo Baſil. *aliquanto*: Obrecht. ſed ſecundis curis *aliquando.*

275. *Quam ſententiarum.*] *Quam ſuaſoriarum* Francius conjiciebat; ſed eodem ſenſus recidit, neque ulla mutatione opus eſt; nam genitivus ille *ſententiarum* ſignificat orationes in ſenatu, vel in militari conſilio habitas, quæ ſane ad *ſuaſorium* genus pertinent: eodem ſenſu dixerat ſupra Fabius: *Namque in his* [hiſtoriis] *conciones atque ſententiæ plerumque ſuadendi ac diſſuadendi funguntur officio.* CAPPER.

276. *Ideoque objurgantibus.*] *Itaque*; Locatel. Stephan. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Voſſ. ſecund.

277. *Hæc adoleſcentes.*] Hoc pertinet ad præceptum *declamationis*, quod & lib 2. monuit, ut *declamationes*, quam proxime veras *cauſſas* imitarentur; alioqui pravam fore exercitationem. TURNEB.

278. *Dicturi ſint.*] *Sunt*; V. C. Alm.

279. *Et in diſſuadendis.*] Pro *diſſuadendis* mihi *deſueſcendis* legendum videtur; proinde ac ſi diceret *dediſcendis.* REGIUS. In Voſſ. ſecund. *diſſuadendis.*

280. *Advocari in conſilia amicorum, dicere ſententiam in ſenatu, ſuadere, ſi quid conſulet princeps.*] Quæ tria maxime pertinent ad genus orationis *deliberativum*, ſive *ſuaſorium*, de quo actum eſt hoc toto capite. CAPPER.

281. *Si quid conſulet princeps.*] *Si quid conſultet*, quoſdam legere Almelov. notaverat. *Si quid conſulas*: Francius.

282. *Credunt.*] *Credant*; Voſſ. prim. tert.

CAPUT IX.

De partibus cauſſarum judicialium.

XI. NUNC de *judiciali* genere, quod eſt præcipue multiplex, ſed officiis conſtat duobus, [1] *intentionis* ac *depulſionis*: [2] cujus partes, ut plurimis auctoribus placuit, quinque ſunt, *proœmium*, *narratio*, *probatio*, *refutatio*, *peroratio*. His adjecerunt quidam *partitionem*, *propoſitionem*, [3] *exceſſum*; quarum priores duæ [4] probationi ſuccedunt. Nam proponere quidem, quæ ſis probaturus, neceſſe eſt; ſed & concludere. Cur igitur, [5] ſi illa pars *cauſſæ* eſt, [6] non & hæc ſit? [7] *Partitio* vero diſpoſitionis eſt ſpecies, ipſa diſpoſitio pars rhetorices, & per omnes materias totumque earum corpus æqualiter fuſa, ſicut *inventio* & *elocutio*. Ideoque eam [8] non orationis totius partem unam eſſe credendum eſt, ſed quæſtionum etiam ſingularum. [9] Quæ namque eſt quæſtio, in qua non promittere poſſit orator, quid primo, quid ſecundo, quid tertio ſit loco dicturus? quod eſt proprium *partitionis*. Quam ergo ridiculum eſt, [10] quæſtionem quidem ſpeciem eſſe probationis; *partitionem* autem, quæ ſit ſpecies quæſtionis, partem totius orationis vocari? [11] *Egreſſio* vero, vel (quod uſitatius eſſe cœpit) *exceſſus*, ſive eſt extra *cauſſam*, non poteſt eſſe pars *cauſſæ*; ſive eſt in *cauſſa*, adjutorium, vel ornamentum partium eſt earum, ex quibus egreditur. Nam ſi quidquid in *cauſſa* eſt, pars *cauſſæ* vocabitur; cur non argumentum, ſimilitudo, *locus communis*, affectus, exempla, [12] partes vocentur? Tamen [13] nec iis aſſentior, qui detrahunt *refutationem*, [14] tanquam probationi ſubjectam, [15] ut Ariſto-

Genus judiciale, quia eſt omnium difficillimum, majorem quoque poſtulat præceptorum rationem: itaque huic generi quatuor ſequentes libros deputat, ſequiturque harum partium rationem in librorum ordine; nam libro quarto de *exordio* & *narratione* agit; quinto de *confirmatione* & *confutatione*; ſexto de *concluſione*; ſeptimo materiam hujus generis explicat, quæ in *ſtatibus* eſt poſita. TURNEB.

1. *Intentionis ac depulſionis.*] Καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως. PITHOEUS. *Accuſationis* & *inficiationis*. Vide Curium Fortunatianum pag. 39. in Rhetorib. Pithœan. CAPPER.

2. *Cujus* (judicialis generis) *partes, ut plurimis auctoribus placuit, quinque ſunt.*] Ariſtot. 3. Rhetoric. cap. 13. διήγησις γὰρ τοῦ δικανικοῦ λόγου μόνου ἐστί; id eſt, Narratio enim ad *judicialem* ſolam orationem pertinet. Hinc ibid. duas tantum vult eſſe orationis genericc ſumptæ partes, propoſitionem, & probationem. Dionyſ. Halicarn. tom 2. pag. 63. Edit. Wechel. ὅλη μὲν ἰδέα συμβουλευτικὴ διηγήσεως οὐ δεῖται· ἴσασι γὰρ οἱ βουλευόμενοι [perperam editum eſt, βουλόμενοι] περὶ ὧν σκοποῦνται, καὶ δέονται μαθεῖν ὃ πρακτέον ἐστί, οὐχ ὅπερ βουλευτέον; hoc eſt, *tota quidem ſuaſoria ſpecies* narratione *opus non habet: qui enim deliberant, ſciunt quæ conſiderant, & diſcere opus habent, quidnam faciendum ſit, non de quo conſultandum.* Anonymus de Rhetorica, ad calcem Demetrii Phalerei edition. Anglic. pag. 198. Μέρη τοῦ Δικανικοῦ τέσσαρα. προοίμιον, διήγησις, ἀπόδειξις, ἐπίλογος. *Judicialis* quatuor ſunt partes; *exordium, narratio, demonſtratio, epilogus.* Cicero in *Partitionib. Orat.* num 13. 14. *exordium* & *narrationem* in genere *deliberativo* ſæpe deeſſe teſtatur: 1°. de *Invent.* num. 19. 20. vulgatam diviſionem ad ſolum *judiciale* genus accommodat: itemque 1°. *de Orat.* num. 143. & 2°. *de Orat.* num. 318. 319. *Exordium* & *narrationem* ſolius eſſe generis *judicialis* tradunt antiqui Rhetores Latini e Bibliotheca Pithœana editi; Curius Fortunatianus pag. 59. Sulpicius Victor pag 247. Julius Severianus pag. 303. 304. Caſſiodorus pag. 333. 334 Alcuinus in dialogo cum Carolo Magno pag. 367. Tullius quidem initio *Partition. Orator.* quatuor ponit orationis partes, *narrationem*, *confirmationem*, *principium*, & *perorationem*: ſed ibi de oratione *collective* ſumpta loquitur, quatenus *judiciale* genus comprehendit. Huic veterum doctrinæ de numero partium orationis, quæ *judiciali* generi propriæ ſint, ſoli refragantur Anaximenes Lampſacenus (*Rhetorices* ad Alexandrum ſcriptor) cap. 29. 30. 36. ubi *exordium* & *narrationem* tribus orationis generibus convenire docet, & Herennianus Rhetor. lib. IV. num. 4. igitur prævalere debet eorum ſententia, qui allatam a Fabio diviſionem ad ſolum *judiciale* genus pertinere cenſuerunt: quod contra novitii Rhetores vulgo ſtatuunt. CAPPER.

3. *Exceſſum.*] Egreſſionem, egreſſum, excurſum, παρέκβασιν, vulgo digreſſionem, de qua vide Fabium lib. IV. cap. 3. CAPPER.

4. *Probationi ſuccedunt.*] Gallæus *præcedunt* volebat, ut apud Plaut. Aſin. 3. III. 39.

Ut veſtræ fortunæ meis præcedunt.

Probationi ſuccedunt.] Id eſt, ſubjectæ ſunt, & quaſi ſubordinatæ, inſtar appendicis & cujuſdam acceſſorii: nam per ſe non ſunt orationis partes. Hinc Fabius lib. IV. cap. 4. *Mihi propoſitio videtur omnis, confirmationis initium;* ubi *propoſitionis* vocabulo aliud innuit, quam quod vulgo Rhetores intelligunt. Legeſis totum caput. CAPP.

5. *Si illa*] Videlicet *propoſitio* rei probandæ. CAPP.

6. *Non & hæc.*] Nempe *concluſio* rei probatæ. CAPP.

7. *Partitio vero diſpoſitionis eſt ſpecies.*] *Diſpoſitio* eſt optima collocatio rerum inventarum; cujus cum aliæ pleræque ſunt ſpecies, tum ipſa quoque *partitio* eſt; nam, cum in certa membra rem totam partiatur, indicat, quæ futura ſit collocatio capitum in tota oratione. TURNEB.

8. *Non orationis totius.*] *Non orationis tantum partem;* Par. Vaſc. & Stephan. in margine. Gryphius, Baſil. Vidov.

9. *Quæ eſt quæſtio.*] Cum dicti ſuperioris aſſignet rationem, *namque* particula mihi adſcribenda videtur; ut legatur, *quæ namque eſt quæſtio.* REGIUS. *Quæ enim eſt*; Ald. Vidov. *quæ eſt quæſtio;* V. C. Alm. Voſſ. prim. tert.

10. *Quæſtionem quidem.*] *Quæſtionem quaſi*; Voſſ. ſecund.

11. *Egreſſio vero.*] *Egreſſio* eſt duplex; altera, quæ fit amœnitatis cauſſa, & in plauſibilem *locum* extra *cauſſam* egreditur, quo genere frequenter Fabii tempore utebantur poſt *narrationem;* alia eſt, quæ fit commendationis, commiſerationis, invidiæ cauſſa, eaque pertinet ad *cauſſam;* ut Cicero ſæpenumero narratis Verris criminibus, egreditur ad amplificandum. Neutram autem orationis partem propriam eſſe, *a remotione* oſtendit. Nam ſi ad *cauſſam* pertinet, ornamentum ejus eſt: ſi extra, jam non eſt pars. TURNEB.

12. *Partes vocentur.*] *Partes cauſſæ vocentur;* Ald.

13. *Nec iis aſſentior.*] *Neque his*; V. C. Almel. Gryph. Vidov.

14. *Tanquam probationi ſubjectam.*] Ut quamdam ſpeciem ſuo generi. CAPP.

15. *Ut Ariſtoteles.*] Ariſtotelis *confirmationem* & *confutationem* uno probationis nomine eſt complexus, quoniam *probatio* ſuos numeros non habet, niſi ſuorum *aſtructione* & diverſorum *ſolutione*. Fabius, cum diverſa ſint *aſtruere* & *ſol-*

teles ; hæc enim eſt, [16] quæ conſtituat ; illa, [17] quæ deſtruat. Hoc quoque idem aliquatenus novat, quod *proœmio* non *narrationem* ſubjungit, [18] ſed *propoſitionem.* Verum id facit, quia [19] *propoſitio* genus, *narratio* ſpecies videtur ; & hac non ſemper, [20] illa vero ſemper & ubique credit opus eſſe. [21] Verum ex his, quas conſtitui, partibus, [22] non ut quidque primum dicendum, ita primum cogitandum eſt : ſed ante omnia intueri oportet, [23] quod ſit genus *cauſſæ*, [24] quid in ea quæratur, [25] quæ proſint, quæ noceant : deinde quid confirmandum ſit, ac refellendum : tum quomodo narrandum. [26] *Expoſitio* enim [27] probationum eſt præparatio ; nec eſſe utilis poteſt, niſi prius [28] conſtiterit, quid debeat de probatione promittere. Poſtremo intuendum, quemadmodum judex ſit conciliandus. Neque enim, niſi totis *cauſſæ* partibus diligenter inſpectis, ſcire poſſumus, [29] qualem nobis facere animum cognoſcentis expediat ; ſeverum, an mitem ; concitatum, an remiſſum ; adverſum gratiæ, an obnoxium. Neque ideo tamen eos probaverim, qui ſcribendum quoque *proœmium* [30] noviſſime putant. [31] Nam, [32] ut conferri materiam omnem oportet, &, [33] quid quoque loco ſit opus, conſtare debet, antequam dicere aut ſcribere ordiamur ; ita incipiendum ab iis, quæ prima ſunt. Nam [34] nec pingere quiſquam aut fingere cœpit a pedibus ; nec denique [35] ars ulla conſummatur ibi, unde ordiendum eſt. Quid fiet alioqui, [36] ſi ſpatium componendi orationem ſtylo non fuerit ? [37] nonne nos hæc inverſa conſuetudo deceperit ? Inſpicienda igitur materia eſt, quo præcipimus ordine ; ſcribenda, [38] quo dicimus.

vere, diverſis quoque appellationibus donanda putat, non uno nomine confundenda. TURNEB.

16. *Quæ conſtituat.*] Græcis rhetoribus κατασκευάζῃ adſtruat, confirmet, probet. CAPP.

17. *Quæ deſtruat.*] Græcis ἀνασκευάζῃ evertat, refellat, refutet. CAPP.

18. *Sed propoſitionem.*] *Propoſitionem* Ariſtotel. appellat ejus rei comprehenſionem, de qua dicendum eſt : eam in omni genere putat neceſſariam, *narrationem* non item : ſed eam duntaxat ait uſitatam in *cauſſis judicialibus.* Porro *narratio propoſitionis* eſt ſpecies ; quia, quod breviter comprehendit *propoſitio*, idem fuſius proponit *narratio*, adjectis omnibus circumſtantiis, quæ ſunt in rei geſtione. TURNEB.

19. *Propoſitio genus.*] *Propoſitio eſt genus* ; Ald.

20. *Illa vero ſemper.*] *Illa ſemper & ubique* ; V. C. Almel. Locatel. Ald. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Obrecht.

21. *Verum ex his.*] Ut in artibus & rebus inveniendis, *reſolutorius ordo* nominatur ; ita quoque in cogitando : fit autem a fine per *reſolutionem* ad principium uſque. At *ordo compoſitorius* artibus docendis & tradendis eſt aptior ; ita quoque orationibus condendis. TURNEB.

22. *Non ut quidque primum, &c.*] Idem fere docet Cicero 2. *de Orat.* num. 315.

23. *Quid ſit genus cauſſæ.*] *Quod*, non *quid*, legendum eſſe, facile eſt videre ; non enim quid ſit *cauſſæ* genus conſiderat orator, cum ſibi agenda *cauſſa* proponitur ; ſed quod ſit *cauſſæ* ipſius propoſitæ genus ; hoc eſt, *demonſtrativum*, an *deliberativum*, an *judiciale*. REGIUS. *Quid ſit* ; Ald. Voſſ. ſecund.

24. *Quid in ea quæratur.*] Id eſt, quiſnam ſit *ſtatus* quæſtionis ; an *conjecturalis*, ſive de facto ; an *definitivus*, ſive de nomine rei, vel actioni dando ; an ὁ *qualitatis*, ſeu de jure. CAPP.

25. *Quid proſint.*] *Quid proſint, quid noceant* ; V. C. Almel. *quæ proſint, quæ noceant* ; Locatel. Ald. Gryph. Baſil. Vidov. Obrecht. Gibſon. *quid proſit, quid noceat* ; Voſſ. ſecund. Steph.

26. *Expoſitio.*] Id eſt, *narratio*, quam Fabius *expoſitionis* vocabulo ſæpe ſignificat. Vide lib. IV. cap. 2. CAPPER.

27. *Probationum*] Hic genitivus refertur ad τὸ *præparatio* ; non ad τὸ *expoſitio*. CAPPER.

28. *Conſtiterit.*] *Conſtituerit* ; MSS. Bodl. Bal. Andr. Ald. Baſil.

29. *Qualem nobis cognoſcentis animum facere expediat.*] *Cognoſcentis*, id eſt, judicis ; nam τὸ *cognoſcere*, eſt *judicare*, & *cognitoris* nomine aliquando judex intelligitur. CAPPER.

30. *Noviſſime.*] Ultimo loco. CAPPER.

31. *Nam ut conferri, &c.*] Hoc autem idem & Cicero in primo Rhetoricorum præcipit : in Rhetoricis autem ad Herennium perverſe de exordio, priuſquam de *ſtatibus*, præcepta traduntur : quo vel ſolo facile intelligitur, opuſculum illud non eſſe Ciceronis. REGIUS. Per ſimilitudinem probat ab exordio incipiendum. TURNEB.

32. *Ut conferri.*] *Ut quo ferri* ; Ald. *Nam ut conferri materiam omnem oportet.*] *Conferri*, hoc eſt, *congregari*, *accumulari*, *congeri* ; ſed in oratoris mente, idque antequam ſcribendo manum admoveat. CAPP.

33. *Quid quoque loco.*] *Loco* deeſt in V. C. Alm. Ald. Locat. Voſſ. tert. Bern.

34. *Nec quiſquam .... fingere cœpit.*] Supple, ſculptor aut ſtatuarius. CAPP.

35. *Ars illa.*] *Conſummatur ulla*, legendum eſſe nemo dubitat. REGIUS.

36. *Si ſpatium componendi orationem ſtylo.*] *Componere ſtylo*, eſt *ſcribere* ; idque ad differentiam τοῦ ex tempore loqui, ſeu extemporalem orationem habere. Vulgo vocamus *un impromptu*. CAPPER.

37. *Nonne nos. Nonne & nos* ; Ald.

38. *Quo dicimus.*] Quo videlicet ordine ſumus orationem pronunciaturi, ſeu pronunciare ſolemus. CAPPER.

CAPUT X.

[1] *De generibus judicialium controverſiarum.*

XII. [2] CÆTERUM *cauſſa* omnis, in qua [3] pars altera agentis eſt, [4] altera recuſantis, aut unius rei [5] controverſia conſtat, aut plurium. [6] Illa ſimplex dicitur, hæc conjuncta. [7] Una controverſia eſt per ſe furti, per ſe adulterii. [8] Plures, aut ejuſdem generis, ut in pecuniis repetundis; aut diverſi, ut ſi quis ſacrilegii ſimul & homicidii accuſetur. Quod nunc [9] in publicis judiciis non accidit, quoniam [10] prætor certa lege ſortitur: [11] principum autem & ſenatus cognitionibus frequens eſt, [12] & populi fuit. [13] Privata quoque judicia ſæpe unum judicem habere multis & [14] diverſis formulis ſolent: nec aliæ ſpecies erunt, etiam ſi unus a duobus duntaxat eamdem rem, atque ex eadem cauſſa petet, aut duo ab uno, aut plures a pluribus, quod accidere [15] in hereditariis litibus interim ſcimus; quia, quamvis in multis perſonis, *cauſſa* tamen una eſt; [16] niſi ſi conditio perſonarum quæſtiones variaverit. Diverſum his tertium genus, quod dicitur *comparativum*, [17] cujus rei tractatus in parte *cauſſæ* frequens eſt; ut cum [18] apud Centumviros poſt alia quæ-

1. *De generibus judicialium.*] *De generibus* tantum habent Locat. Ald. Bern.

2. *Cæterum cauſſa omnis in qua.*] Q. d. non ſimpliciter omnis *cauſſa*, ſed in qua, &c. PITHOEUS.

3. *Pars agentis.*] Actoris, τοῦ διώκοντος, ejus qui alium in judicio perſequitur, ſive tanquam accuſator agat, ſive tanquam petitor. CAPP.

4. *Altera recuſantis.*] Id eſt, τοῦ rei, τοῦ φεύγοντος, ejus qui *cauſſam* dicit & ſe defendit in judicio *civili*, aut etiam *criminali*. CAPPER.

5. *Controverſia.*] Controverſia proprie dicitur de *judiciali* materia, ſeu genere orationis, & opponitur τοῖς *ſuaſoriis*, quæ ſunt in genere *deliberativo*. Vide quæ ſupra notavimus cap. 6. ad illa verba: *Omnia quæ in controverſiam veniant*, *&c.* ubi patuit apud Ciceronem τῆς *controverſiæ* vocabulo materiam, ut vocant, *civilem* magis adhuc proprie ſignificari; cum eodem nomine Fabius *criminalem* quoque materiam deſignet, ut vel ex hoc loco manifeſte conſtat. CAPPER.

6. *Illa ſimplex dicitur.*] *Cauſſa ſimplex* non poteſt plus habere uno *ſtatu* principali, quanquam quæſtionum plures habere *ſtatus* poteſt: *cauſſa conjuncta* plures habet *ſtatus cauſſæ*, qui ſeorſum judicium ſubire poſſunt, & litem conſtituere. TURNEB. *Hæc ſimplex dicitur, illa conjuncta;* MSS. Bodl. Joan. Alm. Andr. Locat. Ald. Ven. Sich. Gryph. Baſil. Vidov. Voſſ. prim.

7. *Una controverſia eſt per ſe furti, &c.*] Recte dicit Fabius *per ſe*; nam *per accidens*, & habita circumſtantiarum ratione controverſia furti, vel adulterii poteſt fieri multiplex. CAPPER.

8. *Plures aut ejuſdem.*] *Plures autem;* Ald. Baſil.

9. *In publicis judiciis.*] Publica judicia dicebantur, quæ ad ipſum ipſius reipublicæ *ſtatum* ſpectabant, & in quibus unicuique civi actio competebat in reum. CAPP.

10. *Quoniam prætor certa lege, &c.*] Judiciis publicis præſidebat prætor, qui & *quæſitor* dicebatur: ſolebat autem, ductis ex urna ſortibus, ordine *cauſſas* cognoſcere. Judicia porro publica ſecundum leges inſtituuntur, ac de maleficiis certa lege cognoſcit prætor; ut lege Cornelia de ſicariis, lege Julia de repetundis: cum igitur maleficia una lege non continebuntur, in cognitionem prætoris ſimul non venient. TURNEB. *Maleficia* dicuntur crimina adverſus ipſam rempublicam, aut adverſus privatos admiſſa, quæ judicio legibus conſtituto vindicanda eſſe exiſtimabantur. *Prætor certa lege.*] Hic non agitur de illis prætoribus, qui privatis judiciis in re *civili* præerant; ſed de iis, qui publica judicia de maleficiis exercebant. De prætorum creatione, numero, jure, & muneribus vide Carolum Sigonium lib. 11. de jure civium Romanorum cap. 18. & Paulum Manutium Commentar. in Epiſtol. Ciceronis ad Quinct. fratrem. CAPPER.

11. *Principum & ſenatus cognitionibus.*] Id eſt, judiciis præſertim *criminalibus*, itemque capitalibus, quæ vocabantur *extraordinaria*, eo quod non eſſent ſolemnibus edicti prætorii formulis adſtricta. CAPPER.

12. *Et populi fuit.*] Nam olim populus Romanus de criminibus cognoſcebat judicio publico in *comitiis curiatis*, *centuriatis*, *& tributis*: immo judicium tulit etiam in *controverſia*, hoc eſt, *cauſſa* mere *civili*, quando Aricini & Ardeates de agro quodam contenderunt, judice populo Romano. Lege Titum Livium lib. 3. in fine. CAPP.

13. *Privata quoque judicia.*] Judicia publica legibus inſtituebantur; privata, actionibus, quarum certa erat formula, a qua, qui aberraret, *cauſſa* cadebat: hinc *formularii* dicuntur a Cicer. *pragmatici* & *leguleii*. TURNEB. Vide Cicer. 1. *de Orat.* 55. ALMELOV. *Privata judicia.*] Sic vocabantur, eo quod privatum quempiam, non totum populum, ſive rempublicam attingebant; aut quod privato tantum illi, cujus res ageretur, *actio* conveniret, non unicuique e populo CAPP.

14. *Diverſis formulis.*] Judex enim pecuniariæ *cauſſæ*, de actoris calumnia pronunciare poteſt. PITHOEUS. *Diverſis formulis.*] Id eſt, formulis *actionum forenſium*, quæ ex edicto prætorio ſolemnibus verbis concipiebantur. CAPP.

15. *In hereditariis.*] Ubi eſt quæſtio de hereditate; quamvis ſint plures perſonæ, tamen una *cauſſa*, niſi perſonæ *cauſſam* variaverint, ut in *themate* de duobus legitimis & notho uno; & tunc non quæſtio erit conjuncta, ſed *comparatio*. TURNEB.

16. *Niſi ſi conditio.*] *Niſi conditio;* Locat. Ald. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. ſed perperam, eleganter enim hæ particulæ junguntur. Vide Heinſ. ad Ovid. IV. Heroid. 111.

17. *Cujus rei tractatus.*] Quemadmodum enim nunquam ſolemus reum defendere per ſolam *deprecationem*, ſed poſt defenſionem veram tanquam ex abundanti utimur *deprecatione*, ut Cicero *pro Milone;* ſic nunquam contingit, ut *cauſſa judicialis* ſeu privata tota ſit poſita in *comparatione*: tractamus tamen hanc in aliqua parte poſt alia multa. Jam in *divinationibus* nihil aliud eſſe videtur, quam *comparatio:* eſt enim ea, Aſconio auctore, in qua quæritur, non de facto per *conjecturam*, ſed de futuro: ſic dicta *divinatio*, quia judices injurati ſine tabulis aut teſtibus, ſed ſolis argumentis decernunt, uter accuſare debeat; ideoque oporteat illos *divinare*. TURNEB.

18. *Apud Centumviros.*] *Centumviri* apud Romanos de *cauſſis* minoribus judiciiſque privatis cognoſcebant, erantque diviſi in quatuor *baſilicas*. TURNEB. *Centumviros.*] Centumviri non erant magiſtratus, ſed judices, de quibus ita Feſtus Pompeius: *Cum eſſent Romæ triginta quinque* Tribus, *quæ & Curiæ dictæ ſunt, terni e ſingulis* Tribubus *electi ſunt ad judicandum, qui* Centumviri *appellati ſunt; &, licet quinque amplius quam centum fuerint; tamen, quo facilius nominarentur*, Centumviri *ſunt dicti.* His præerat Prætor urbanus, ſive per ſe ipſe, ſive per *Decemviros τοῖς ſtlitibus judicandis:* quibus autem de controverſiis *Centumviri* judicarent, docet Cicero 1°. *de Orat.* his verbis: *Jactare ſe in cauſſis* Centumvira-

ritur & hoc, *uter dignior hereditate ſit.* [19] Rarum eſt autem, ut in foro judicia propter id ſolum conſtituantur; ſicut [20] *divinationes*, quæ fiunt de accuſatore conſtituendo; [21] & nonnunquam inter delatores, *uter præmium meruerit.* [22] Adjecerunt quidam [23] numero [24] mutuam accuſationem, quæ ἀντικατηγορία vocatur; aliis videlicet [25] ſuccedere [26] hanc quoque *comparativo* generi exiſtimantibus, [27] cui ſimilis erit [28] petitionum invicem diverſarum: quod accidit, vel frequentiſſime. [29] Id ſi & ipſum vocari debet ἀντικατηγορία (nam proprio caret nomine) [30] duo erunt genera ejus; alterum, quo litigatores idem crimen invicem intentant; alterum, quo aliud atque aliud: cui & petitionum [31] conditio par eſt. Cum apparuerit [32] genus *cauſſæ*, tum intuebimur, [33] negeturne factum, [34] quod intenditur, [35] an defendatur, [36] an alio nomine appelletur, [37] an a genere actionis repellatur: [38] unde ſunt *ſtatus*.

libus, *in quibus uſucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluvionum, nexorum, mancipiorum, luminum, ſtillicidiorum, teſtamentorum, cæterarumque rerum innumerabilium jura verſantur.* Videntur tamen de *criminalibus* etiam *cauſſis* judicaſſe, ut innuit Plinius lib. I. Epiſt. 5. ubi ſic loquitur: *Reminiſcebatur quam capitaliter ipſum me apud* Centumviros *laceſſiſſet.* Cæterum judicabant *Centumviri* haſta poſita, non in foro (ut vel ex hoc capite ſatis patet) ſed in *baſilicis* hujus officii cauſſa conſtitutis, quarum illuſtres memorantur *Porcia* & *Julia.* Poſterioribus temporibus crevit *Centumvirorum* numerus ita, ut eſſent 180. (manente *Centumvirorum* nomine) & quatuor in conſilia fuerint diſtributi. De his lege inter cæteros Plin. lib. I. Epiſt. 5. & lib. VI. Epiſt. 33. Quinctil. lib. XII. cap. 5. Valer. Maxim. lib. VII. cap. 7. CAPP.

19. *Rarum eſt autem ut in foro.*] Hinc patet *Centumviros* non in foro judicaſſe. CAPP.

20. *Divinationes.*] Ut illa Ciceronis contra Cæcilium de conſtituendo adverſus Verrem accuſatore. CAPP.

21. *Et nonnunquam inter delatores.*] In quibuſdam criminibus publicis, ut in crimine *majeſtatis* & *perduellionis*, delatoribus & judicibus conſtituuntur præmia. TURNEB.

22. *Adjecerunt quidam.*] Præcepta ἀντικατηγορίας ſunt apud Fab. lib. VII. cap. *de conjectura*, ubi docet *anticategoriam* in forum cadere non poſſe, ſed tantum in cognitionem principis. TURNEB.

23. *Numero.*] Supple, controverſiarum, quæ ſunt in una *cauſſa* plures & diverſi generis. CAPP.

24. *Mutuam accuſationem, quæ ἀντικατηγορία vocatur.*] Intellige ἀντικατηγορίαν ſecundi generis, qua litigantium alter alteri, aliud & aliud crimen intendit. *Recriminationem* vulgo dicunt. CAPP.

25. *Succedere . . . comparativo generi.*] Id eſt, ſubjici, ut ſpeciem ſuo generi. CAPP.

26. *Hanc quoque.*] Hi enim nonniſi unam ἀντικατηγορίαν primi generis admittebant, qua duo idem ſibi crimen intentarent. De hac autem ἀντικατηγορία ſtricte ſumpta, pluribus, ex horum ſententia, differet Fabius lib. VII. cap. 2. CAPP.

27. *Cui ſimilis erit.*] Supple, *cauſſa* vel ratio (ut lib. VII. cap. 2. *Quæ autem accuſantium, atque defendentium, eadem petentium & inficiantium ratio eſt*) vel conditio, ut mox ait: *Cui & petentium conditio par eſt.* CAPP.

28. *Petitionum invicem diverſarum.*] Cum actor & reus aliud & aliud, alter ab altero petit in judicio & materia *civili.* Gallice dicimus, *reconvention.* CAPP.

29. *Id ſi ipſum.*] Noſtri *reconventionem* appellant. PITHOEUS. *Id ipſum . . . nam proprio caret nomine.*] Hæc ἀντικατηγορία ſecundi generis. CAPP.

30. *Duo ergo erunt genera.*] *Ergo* particula, ut redundans, mihi videtur expungenda. REGIUS. Nec habent Stephan. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Gibſon. Obrecht.

31. *Conditio pars eſt.*] *Par* legendum eſſe manifeſtius eſt, quam ut admoneatur. REGIUS.

32. *Genus cauſſæ.*] Ad quodnam *judicialis* materiæ genus *cauſſa* pertineat. Nam τὸ *genus cauſſæ* hoc in loco non pertinet ad triplex illud vulgare genus *cauſæ*; *demonſtrativum, deliberativum, & judiciale.* CAPP.

33. *Negeturne factum.*] Qui *ſtatus* eſſet *inficialis*, ſive *conjecturalis*; vulgo *facti quæſtio.* CAPP.

34. *Quod intenditur.*] Ab actore, ſeu accuſatore objicitur τῷ reo. CAPP.

35. *An defendatur.*] Tanquam recte aut jure factum, qui *ſtatus* eſſet *qualitatis.* CAPP.

36. *An alio nomine appelletur.*] Qui *ſtatus* eſſet *definitivus.* CAPP.

37. *A genere actionis, unde.*] *Repellatur* adſcribendum, ut ſit, *a genere actionis repellatur.* REGIUS. *An a genere actionis repellatur.*] Qui *ſtatus* eſſet *tranſlativus*, & ipſius actionis intentæ *excluſivus*; quatenus non hujus generis *actione* oppugnandum ſe eſſe reus diceret. CAPP.

38. *Unde ſunt ſtatus.*] *Unde ſit*; Voſſ. tert.

CAPUT XI.

[1] *Quid ſit quæſtio, ratio, judicatio, continens, & quatenus neceſſaria.*

XIII. HIS inventis, intuendum deinceps Hermagoræ videtur, [2] quid ſit *quæſtio*, [3] *ratio*, [4] *judicatio*, [5] *continens*, (id eſt, *συνέχον*) vel, ut alii vocant, *firmamentum*. [6] *Quæſtio* latius intelligitur omnis, de qua in utramque partem, vel in plures dici [7] credibiliter poteſt. In *judiciali* autem materia dupliciter accipienda eſt. Altero modo, quo dicimus multas *quæſtiones* habere controverſiam, quo etiam [8] minores omnes complectimur; altero, [9] quo ſignificamus ſummam illam, in qua *cauſſa* vertitur. De hac nunc loquor, ex qua naſcitur *ſtatus*; [10] *an factum ſit*, [11] *quid factum ſit*, [12] *an recte factum ſit*. Has Hermagoras, & Apollodorus, & alii plurimi ſcriptores proprie *quæſtiones* vocant; Theodorus ([13] ut dixi) *capita generalia*; ſicut illas minores, aut ex illis pendentes, [14] *ſpecialia*. Nam & *quæſtionem* ex *quæſtione* naſci, [15] & ſpeciem in ſpecies dividi convenit. Hanc igitur *quæſtionem* veluti principalem vocant *ζήτημα*. [16] *Ratio* autem eſt, qua id, quod factum eſſe conſtat, defenditur. Et cur non utamur eodem, quo ſunt uſi fere omnes, exemplo? *Oreſtes matrem occidit*: hoc conſtat: *dicit ſe juſte feciſſe*; *ſtatus* erit *qualitatis*: *quæſtio*, *an juſte fecerit*: *ratio*, *quod Clytæmneſtra* [17] *maritum ſuum, patrem Oreſtis, occidit*; hoc *αἴτιον dicitur*; [18] *κρινόμενον* autem [19] *judicatio*, *an oportuerit, vel nocentem matrem a filio occidi*. Quidam diviſerunt *αἴτιον* & *αἰτίαν*; ut eſſet altera, propter quam judicium conſtitutum eſt, ut *occiſa Clytæmneſtra*; altera, qua factum defenditur, ut *occiſus Agamemnon*. Sed tanta eſt circa verba diſſenſio, ut alii *αἰτίαν* cauſſam judicii, *αἴτιον* autem facti vocent; alii eadem in contrarium vertant. Latinorum quidam hæc *initium* & *rationem* vocaverunt: quidam utrumque eodem nomine appellant. Cauſſa quoque ex cauſſa, id eſt, *αἴτιον ἐξ αἰτίου* naſci videtur; quale eſt, *Occidit Agamemnonem Clytæmneſtra, quia ille* [20] *filiam communem immolaverat*, [21] *& captivam pellicem adducebat*. Iidem putant & ſub una *quæſtione* [22] plu-

1. *Quid ſit quæſtio.*] *Quid quæſtio, & qua ratio*; Gryph. Colin. Baſil. Vidov. *quid & quæ ſit ratio*; Locatel. Ald. Congerit quaſdam opiniones eorum, qui *ſtatum* a *judicatione* ſeparabant, ideoque in multas particulas præceptiones præſcindebant: demum ſuam apponit ſententiam, cenſetque *ſtatum*, *judicationem*, *continens*, eadem eſſe; nec enim (ut antea diximus) *ſtatum* in prima conflictione ponit Fabius, ſed in ea quæſtione, quæ complectitur totam controverſiam. TURNEB.

2. *Quid ſit quæſtio.*] *Quæ ſit quæſtio* mihi legendum videtur; non enim definitionem quæſtionis, *rationis*, &c. inveſtigandam oratori ait, ut Hermagoras; ſed eſſe intuendum, quæ in *cauſſa* propoſita ſit *quæſtio*, *ratio*, &c. Ut autem hæc oratori conſideranda, ita rhetori definienda. REGIUS.

3. *Ratio.*] Αἰτία vel *αἴτιον* ex parte τοῦ rei, aut etiam ex parte actoris, ſive accuſatoris, ut nonnulli cenſebant, quorum ſententiam Quinctilianus poſtea referet. CAPPER.

4. *Judicatio.*] Τὸ *κρινόμενον*, hoc ipſum, de quo judices ferre ſententiam debent. CAPPER.

5. *Continens.*] Συνέχον, hoc eſt, inquit rhetor Herennianus lib. I. num. 26. *Quod continet accuſationem, quod affertur contra rationem defenſionis, de qua ante dictum eſt.* Legeris ibidem quæ ſcripſit idem rhetor de *ratione*, *judicatione*, & *continenti*, ſive *firmamento*. Quidam tamen volebant *τὸ συνέχον continens* conſiderari ex parte τοῦ rei, ut mox patebit. CAPPER.

6. *Quæſtio latius intelligitur.*] Quæſtio generaliter accipitur & ſpecialiter; generaliter, ut quamcumque probabilem complectitur dubitationem; ſpecialiter, ut in *cauſſa judiciali*. Cæterum hæc quoque duplex eſt; ſumma, quæ controverſiam continet, & principale litis punctum; eſt & minor, quæſtio levior, quæ tamen ad ſummæ confirmationem pertinet. TURNEB.

7. *Credibiliter.*] Πιθανῶς probabiliter, id eſt, eo modo, ut fides fieri audientibus poſſit; nam *πίστις*, eſt fides; probatio, argumentum. CAPPER.

8. *Minores.*] Quas *incidentes* & *acceſſorias* quæſtiones vocant. CAPPER.

9. *Quo ſignificamus ſummam illam.*] *Summa quæſtio* re ipſa eadem eſt cum *ſtatu*; ſed ratione differt, quod in *ſumma quæſtione* aliquid appareat quærendum, vel *conjecturaliter*, vel *finitive*, quæ facies *ſtatus* dicitur: quæ ſententia non eſt Fabii, ſed Hermagoræ. TURNEB.

10. *An factum ſit.*] Qui *ſtatus conjecturalis* eſt. Vulgo facti quæſtio appellatur. CAPPER.

11. *Quid factum ſit.*] Qui *ſtatus* eſt *definitivus*, ubi, quo nomine res vel actio vocanda ſit, inquiritur. CAPPER.

12. *An recte factum ſit.*] Qui *ſtatus* eſt *qualitatis*. Juris quæſtionem vulgo dicimus. CAPPER.

13. *Ut dixi.*] Supra cap. 6. paulo poſt initium; ubi, ex Theodori ſententia, vocat *κεφάλαιον γενικώτατον*, id eſt, *caput generale*. CAPPER.

14. *Specialia.*] Εἰδικά. Nam Græcis *εἶδος* eſt ſpecies. CAPPER.

15. *Et ſpeciem in ſpecies dividi.*] Dialectici quidem in *individua* ſpeciem dividunt: in alias vero *ſpecies* deduci non poſſe aiunt, niſi loco generis ponatur; ut animal, corporis animati ſpecies, in hominem, leonem, equum dividitur; homo vero in alias ſpecies dividi non poteſt. Cæterum Fabius *ſpeciem* pro genere poſuiſſe videtur. REGIUS.

16. *Ratio autem.*] Hoc ait, quia in *conjectura ratio* non affertur; ſed eodem in loco eſt *ſtatus* & *judicatio*. *Ratio* autem ad reum pertinet, quia ſe *ratione* defendit. TURNEB.

17. *Maritum ſuum.*] *Agamemnona maritum ſuum*; MS. Bodl.

18. Κρινόμενον *autem.*] Κρινόμενον, Budæus dicit, vulgo hoc, de quo quæſtio eſt: a Cicerone appellatur, *qua de re agitur*: eſt autem quæſtio, quæ oritur ex *rationis* & *firmamenti* conflictu. TURNEB. Cornific. ad Herenn. I. cap. 26. conſtituitur ex *intentione* & *inficiatione*: ſic noſter quæſtionem ex *intentione* & *depulſione* conſtare dixit lib. III. cap. 6. ALMEL.

19. *Judicatio.*] Quam Aurelius Auguſtinus in *principiis Rhetorices* pag. 295. Rhetorum Pithœan. appellat *id de quo contenditur*, & *explorationem continentis* τοῦ *συνέχοντος*. CAPPER.

20. *Filiam communem.*] Iphigeniam, quam immolandam obtulit, ut Dianæ iram placaret. CAPPER.

21. *Et captivam pellicem adducebat.*] Meminit quoque Euripides in Hecuba, aitque Caſſandram concubinam fuiſſe Agamemnonis: erat igitur pellex, cum Agamemnon uxorem haberet. TURNEB.

22. *Plures eſſe rationes.*] *Eſſe quæſtiones*; V. C. Alm.

res eſſe *rationes*; ut, *ſi Oreſtes & alteram afferat matris necatæ cauſſam*, [23] *quod reſponſis ſit impulſus*. [24] Quot autem cauſſas faciendi, totidem *judicationes*. Nam [25] & hæc erit *judicatio*, *an reſponſis parere debuerit*. Sed & una cauſſa plures habere *quæſtiones* & [26] *judicationes* (ut ego arbitror) poteſt; ut in eo, qui, cum adulteram deprehenſam occidiſſet, adulterum, qui tum effugerat, poſtea in foro occidit. Cauſſa enim eſt una, *adulter fuit*: *quæſtiones* & *judicationes*, *an illo tempore*, *an illo loco licuerit occidere*. Sed ſicut, cum ſint plures *quæſtiones*, omneſque ſuos *ſtatus* habeant, *cauſſæ* tamen *ſtatus* unus ſit, ad quem referuntur omnia; ita *judicatio* maxime propria, de qua pronuntiatur. [27] Συνέχον autem (quod, ut dixi, *continens* alii, *firmamentum* alii putant, [28] Cicero *firmiſſimam argumentationem defenſoris*, & *appoſitiſſimam* [29] *ad judicationem*) quibuſdam id videtur eſſe, poſt quod nihil quæritur: quibuſdam id, quod ad *judicationem* firmiſſimum affertur. [30] Cauſſa facti non in omnes controverſias cadit. Nam quæ [31] fuerit cauſſa faciendi, [32] ubi factum negatur? [33] At ubi cauſſa tractatur, negant eodem loco eſſe *judicationem*, [34] quo *quæſtionem*. [35] Idque & [36] in *Rhetoricis* Cicero & in *Partitionibus* dicit. Nam [37] in *conjectura* eſt *quæſtio* ex illo, *factum*, *non factum*, *an factum ſit*. Ibi ergo *judicatio*, ubi *quæſtio*; quia [38] in eadem re [39] prima *quæſtio*, & [40] extrema diſceptatio. At [41] in *qualitate*: *Matrem Oreſtes occidit*: *recte*, *non recte*: *an recte occiderit*, *quæſtio*, nec ſtatim *judicatio*. Quando ergo? *Illa patrem meum occiderat*; *ſed non ideo tu matrem debuiſti occidere*: *an debuerit*, hîc *judicatio*. [42] *Firmamentum* autem [43] verbis ipſius ponam: *Si velit Oreſtes dicere*, *ejuſmodi animum* [44] *matris ſuæ fuiſſe in patrem ſuum*, *in ſeipſum ac ſorores*, *in regnum*, *in famam generis ac familiæ*, [45] *ut ab ea pœnas liberi ſui potiſſimum petere debuerint*. Utuntur alii & talibus exemplis: *Qui bona paterna conſumpſerit*, *ne concionetur*; [46] *in opera publica conſumpſit*: *quæſtio*, *an quiſquis conſumpſerit*, *prohibendus ſit*: *judicatio*, [47] *an qui ſic*. [48] Vel, ut in *cauſſa* militis Mariani, qui C. Luſium tribunum, vim ſibi inferentem, interfecit: *quæſtio*, *an jure fecerit*: *ra-*

23. *Quod reſponſis ſit impulſus.*] Nam oraculum Pythii Apollinis Oreſtem impulit ad matrem interficiendam, ut meminit Sophocles in *Electra*. TURNEB. *Reſponſis.*] Id eſt, oraculis. Ita & in Evangelio ſecundum Matthæum (2. v. 12.) *Reſponſo accepto in ſomnis*: in τῷ ſecundum Lucam, (2. v. 26.) *Reſponſum acceperat Simeon*, &c. Vide Pricæi Annotationes in novum Teſtamentum. CAPPER.

24. *Quot autem cauſſas, &c.*] Sed tamen illæ *judicationes* non erunt æque principales; ſed quibuſdam magis nitemur; aliæ, ut *ſtatus* minores erunt. TURNEB. In editione Gryphii manu viri docti erat ſcriptum: *Quot autem cauſſas faciendi adferimus, totidem judicationes. Nam & hæc erit judicatio, an reſponſis Agamemnon, quibus ſe compulſum ait, parere debuerit*: quæ an ex codice Poullainii ſint, neſcio; cum diverſa eſſet ſcriptura ab ea, quæ in primo libro apparebat.

25. *Et hæc erit judicatio.*] *Et hoc erit*; Voſſ. tert.

26. *Judicationes.*] Τὰ κρινόμενα. CAPPER.

27. *Συνέχον, quod continens alii, firmamentum alii putant, Cicero firmiſſimam argumentationem defenſoris.*] Scriptor Anonymus *de Rhetorica* in Demetrio Phalereo edit. Anglic. pag. 209. & Curius Fortunatianus in Rhetorib. Pithœan. pag. 39. τὸ αἴτιον aiunt eſſe rationem actoris, ſive accuſatoris; τὸ δὲ συνέχον eſſe rationem τοῦ rei, ſive defenſoris. Quinctilianus paulo poſt oſtendet τὸ συνέχον apud Ciceronem modo ex parte defenſoris & τοῦ rei ſe tenere, modo ex parte accuſatoris. CAPPER.

28. *Cicero.*] Rhetor. 1. cap. 14. ubi legitur *aptiſſima ad judicationem*, ut & in cod. Voſſ. ſecund.

29. *Ad judicationem firmiſſimam.*] *Firmiſſimum* legendum eſſe conſtat. REGIUS. Et ita omnes fere editi præter Locatelli & Leidenſem.

30. *Cauſſa facti non in omnes controverſias.*] *Cauſſa facti* locum duntaxat habet in *finitione* & *qualitate*; in *conjectura* vero, nunquam. TURNEB.

31. *Fuerit cauſſa faciendi.*] *Cauſſa facti*, Francius malebat.

32. *Ubi factum negatur.*] In *ſtatu inficiali*, qui & *conjecturalis* dicitur, vulgo facti quæſtio. Hinc recte notat Soarius lib. 2. cap. 13 nullam eſſe in *ſtatu conjecturali judicationem*; nemo enim ejus quod negat factum, rationem debet reddere. Igitur in *cauſſa conjecturali* eadem eſt prima quæſtio, ſive *ſtatus*, & diſceptatio extrema, τὸ κρινόμενον. CAPPER.

33. *At ubi cauſſa tractatur.*] Ut contingit in *ſtatu definitivo*, & in *ſtatu qualitatis*, de quo mox, ubi Oreſtis fiet mentio. *Ubi cauſſa.*] Supple, τοῦ facti, ubi tractatur *cauſſa*, quam reus affert τοῦ facti, propter quod in judicium vocatur. CAPPER. *Tractatur.*] *Tractetur*; Voſſ. prim.

34. *Quo quæſtionem.*] Nam *quæſtionem ſummam* in prima conflictione ponunt; *judicationem* vero in ſumma diſceptatione, quæ ex *ratione* & *firmamento* naſcatur. TURNEB. *Quo quæſtionem.*] Supple, principalem, cui nomen *ſtatus*. CAPPER.

35. *Idque.*] Idemque Voſſ. tert.

36. *In Rhetoricis.*] In libris de *Inventione Rhetorica*. CAPPER.

37. *In conjectura.*] In *ſtatu conjecturali*; vulgo facti quæſtionem appellant. CAPPER.

38. *In eadem re prima quæſtio & extrema diſceptatio.*] Vide quæ paulo ſupra notavimus ad ea Fabii verba: *ubi factum negatur*. CAPPER.

39. *Prima quæſtio.*] Sive *ſtatus* proprie dictus. CAPPER.

40. *Extrema diſceptatio.*] Id eſt, ipſa *judicatio*, id ipſum de quo judex ferre ſententiam debet, τὸ κρινόμενον. CAPPER.

41. *In qualitate.*] Hoc eſt, in *ſtatu qualitatis*; ſive, ut vulgo loquimur, in juris quæſtione. CAPPER.

42. *Firmamentum.*] Τὸ συνέχον, ſive *continens cauſſæ* Oreſtis: has voces paulo ſupra explicuimus. CAPPER.

43. *Verbis ipſius.*] Ciceronis videlicet in lib. 1. de *Inventione Rhetorica*, num. 19. CAPPER.

44. *Matris ſuæ.*] *Sua fuiſſe*; Cicero.

45. *Ut merito ab ea.*] *Merito* non eſt in Ciceronis editionibus, nec in Voſſ. ſecund. nec eſt in V. C. Alm.

46. *In opera publica conſumpſit.*] Subaudire oportet: atqui ὁ δεῖνα, vulgo *un tel*, bona paterna conſumpſit in opera publica: num concionari vetandus eſt? CAPPER.

47. *An qui ſic.*] Subintellige, an qui bona paterna ſic, id eſt, in opera publica conſumpſerit, is concione ſit prohibendus. CAPP.

48. *Vel ut in.*] *Velut in cauſſa*; Locat. Steph. Gryph. Colin. Baſil. abeſt *ut* a Voſſ. prim. *Vel ut in cauſſa militis Mariani.*] Bellis Cimbricis Trebonius propinquum Marii imperatoris, vim ſibi inferentem, interfecit; eſtque a Mario imperatore abſolutus. Hic Fabius appellat Trebonium, Aruncum militem, a patria; ſunt enim Arunci populi quidam in Latio. TURNEB. *Militis Arunci, qui Luſium*; V. C. Alm. Ald. Locat. Colon. Voſſ. ſecund. *Arunci qui C. Lucium*; Steph. Vaſc. *Arunci qui Lucium*; Colin. *Aruncii*; Voſſ. tert. *Arunti*; Voſſ. prim. & Bern. Apud Valer. Maxim. lib. VI. cap. 1. exempl. 12. vocatur *C. Luſcius*, quod Colerus defendit: quamvis in Gryphiana editione ſit *C. Luſius*, id eſt, *C. Luſius*. C. Luſcius Ocrea a Cicerone pro Roſc. Comœd, 14. memoratur. Trebonius miles vocatur a Plutarch. in Marco. *C. Plotius* a Valerio.

tio, quod is [49] *vim afferebat : judicatio , an* [50] *indemnatum , an Tribunum a milite occidi oportuerit.* [51] Alterius etiam *ſtatus quæſtionem* , alterius *judicationem* putant. [52] *Quæſtio qualitatis* ; *an recte Clodium Milo occiderit. Judicatio conjecturalis* ; *an Clodius inſidias fecerit.* [53] Ponunt & illud, ſæpe cauſſam in aliquam rem [54] dimitti, quæ non ſit propria *quæſtionis*, & de ea judicari. A quibus multum diſſentio. Nam & illa *quæſtio*, *an omnes, qui paterna bona conſumpſerint, concione ſint prohibendi*, habeat oportet ſuam *judicationem*. [55] Ergo non alia *quæſtio*, alia *judicatio* erit; ſed plures *quæſtiones*, & plures *judicationes*. Quid? non in *cauſſa* Milonis ipſa [56] *conjectura* refertur ad *qualitatem*? Nam ſi eſt inſidiatus Clodius, ſequitur ut recte ſit occiſus. Cum vero in aliquam rem miſſa cauſſa, eſt [57] receſſum a *quæſtione*, quæ erat conſtituta; [58] hîc *quæſtio*, ubi *judicatio* eſt. [59] Paulum in his ſecum etiam Cicero diſſentit. Nam in *Rhetoricis* (quemadmodum [60] ſupra dixi) Hermagoram eſt ſecutus: [61] in *Topicis*, ex *ſtatu* effectam contentionem κρινόμενον exiſtimat. [62] Idque Trebatio, qui juris erat conſultus, alludens, *qua de re agitur*, appellat; [63] quibus id contineatur, *continentia*, quaſi firmamenta defenſionis, [64] quibus ſublatis defenſio nulla ſit. At in *Partitionibus* oratoriis, [65] *firmamentum*, quod opponitur defenſioni; quia [66] *continens*, quod primum ſit, ab accuſatore dicatur; [67] *ratio*, a reo; ex *rationis* & *firmamenti quæſtione*, [68] diſceptatio ſit [69] *judicationum.* [70] Verius igitur & brevius, [71] qui *ſtatum* & *continens* & *judicationem* [72] idem eſſe voluerunt; [73] *continens* autem id eſſe, quo ſublato lis eſſe non poſſit. [74] Hi mihi videntur utramque cauſſam complexi, & *quod Oreſtes matrem*, & *quod Clytæmneſtra Agamemnonem occiderit.* Iidem *judicationem* & *ſtatum* [75] conſentire ſemper [76] exiſtimarunt. Nec enim aliud [77] eorum rationi conveniens fuiſſet. Verum hæc affectata ſubtilitas circa no-

49. *Vim afferebat.*] *Inferebat*; Ald. ſed & *afferre vim* eleganter & fiequenter dici docuit Heinſ. ad Ovid. Epiſt. XVII. 21.

50. *Indemnatum.*] Hoc eſt, indicta *cauſſa*. CAPP.

51. *Alterius etiam ſtatus , &c.*] Præceptum hoc perpetuum non eſt; nam ſæpenumero etiam contingit, ut idem ſit *ſtatus* in *judicatione* & *quæſtione*. TURNEB.

52. *Quæſtio qualitatis . . . . judicatio conjecturalis.*] Vide quæ modo annotabam ad illa verba : *in qualitate . . . in conjectura.* CAPP.

53. *Ponunt & illud.*] Omnis quæſtio, quæ cauſſam facti poſtulat, *judicationem* quoque exigit, a qua comprobetur : quod ſi verum eſt, *judicatio* nunquam erit in ea re, quæ non ſit propiia quæſtionis. TURNEB. *Ponunt.*] Id eſt, *fingunt* ; &, ut nunc ba:bare loquuntur, *ſupponunt.* CAPPER.

54. *Dimitti.*] Hoc eſt, adduci, reduci, redigi, referri, revocari, &c. CAPP.

55. *Ergo non alia quæſtio.*] Significat *judicationem* non eſſe a *quæſtione* alienam & remotam; ac, ſi plures ſint *quæſtiones*, plures quoque eſſe *judicationes*, a quibus comprobentur & confirmentur. TURNEB. *Non aliud quæſtio , aliud judicatio* ; marg. Baſil. Igitur Fabio *ſtatus* , *quæſtio* , (principalis) & τὸ κρινόμενον ſunt unum quid & idem : infra quoque τὸ συνέχον , τὸ κρινόμενον , & τὴν στάσιν unum & idem eſſe declarabit. CAPP.

56. *Conjectura refertur ad qualitatem.*] Hoc eſt, ipſe *ſtatus conjecturalis* (an a Clodio Miloni revera & de facto ſtructæ fuerint inſidiæ) refertur ad *ſtatum qualitatis*, ſeu quæſtionem de jure, ut ſtatim probat Fabius. CAPP. *Conjectura refertur.*] *Referatur* ; V. C. Alm. Locat. Ald. Voſſ. tert.

57. *Et receſſum.*] *Et* non agnoſcunt; MSS. Joan. Almel. Andr. Locat. Ven. Ald. Sich. Vaſc. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Steph. *Receſſum a quæſtione.*] *Receſſum eſt a* ; MS. Joan. *eſt receſſum a* ; Sich. Gryph. Steph. Colin. *eſt receſſum & a quæſtione* : V. C. Alm. Ald. marg. Baſil.

58. *Hic quæſtio , ubi judicatio eſt.*] Cum in rem extraneam cauſſa mittitur, non in quæſtione, quæ illinc oritur, eſt *judicatio* ; ſed in ea diſceptatione, quæ ad quæſtionem ſummam ita refeſtur, ut eam probet, & de ea ſit judicandum. TURNEB. *Ibi judicatio*, Francius cotrigebat. *Non & hic quæſtio , ubi judicatio eſt?* Obrecht.

59. *Paulum in his ſecum etiam Cicero diſſentit.*] Sed ipſe ſe Tullius explicat, & quodammodo purgat in *Partitionibus*, num. 103. ubi ſic habet : *Itaque ea quæ ſic referuntur* [*ab accuſatore*] continentia *cauſſarum vocentur : quanquam non ea magis, quæ contra* rationem *defenſionis afferuntur , quam ipſæ defenſionis* rationes , *continent cauſſas : ſed diſtinguendi gratiâ* rationem *appellemus eam , quæ affertur a reo ad recuſandum, depellendi criminis cauſſa* (tres hæ dictiones gloſſema ſapiunt) . . Firmamentum *autem , quod contra ad labefactandam* rationem *refertur , ſine quo accuſatio ſtare non poteſt.* CAPPER.

60. *Ut ſupra dixi.*] *Ut ſuperius* ; V. C. Alm.

61. *In Topicis.*] Circa finem, num. 95. CAPPER.

62. *Idque . . . . qua de re agitur , appellat.*] Hoc eſt, Cicero κρινόμενον appellat τὸ *qua de re*, ſeu id de quo *agitur.* CAPPER.

63. *Quibus id contineatur* , continentia.] Id eſt, idem Tullius vocat *continentia*, τὰ συνέχοντα, ea quibus continetur τὸ κρινόμενον. CAPPER.

64. *Quibus ſublatis defenſio nulla ſit.*] Cicero in *Topicis* cap. 25. *continens* facere videtur defenſoris, ut ſit ejus forma, *ratio*, qua ſe tueatur : at in *Partit.* facit actoris, ut ſit id, quod opponitur *rationi* defenſoris. TURNEB. *Nulla ſit* ; Voſſ. ſecund.

65. *Firmamentum.*] Supple, idem Cicero vocat illud, &c. CAPPER.

66. *Continens.*] Τὸ συνέχον.] CAPPER.

67. *Ratio.*] Αἴτιον, vel αἰτία. Nam, ut ſupra notabat ipſe Fabius : *Tanta eſt circa verba diſſenſio , ut alii αἰτίαν cauſſam judicii , αἴτιον autem facti vocent : alii eadem in contrarium vertant.* CAPPER.

68. *Diſceptatio ſit.*] *Fit* ; Voſſ. ſecund.

69. *Judicationum.*] Τῶν κρινομένων. CAPPER.

70. *Verius igitur.*] His præceptorum particulis non delectatur Fabius : quocirca meliorem putat hanc opinionem : quanquam poſtea etiam, quid ſentiat, magis ſit explicaturus. TURNEB. *Verius . . . . & brevius.*] Supple, ſtatuunt, decernunt, &c. illi ſcriptores. CAPPER.

71. *Qui ſtatum & continens & judicationem.*] Τὴν στάσιν, τὸ συνέχον, & τὸ κρινόμενον. CAPPER.

72. *Idem eſſe voluerunt.*] *Idem* non habet; Ald. Locat. *voluerint* ; V. C. Alm.

73. *Continens autem.*] *Continens*, quod utrumque αἴτιον complectitur. PITHOEUS. Ut hanc Pithœi locutionem intelligas, revoca tibi in memoriam illa Quinctiliani verba, quæ paulo ſuperius exſtant : *Quidam diviſerunt αἴτιον καὶ αἰτίαν, ut eſſet altera , propter quam judicium conſtitutum eſt (ut occiſa Clytæmneſtra) ; altera, qua factum defenditur (ut occiſus Agamemnon.)* Quo etiam referenda ſunt, quæ hic ſubjungit : *Hi mihi videntur utramque cauſſam* [αἴτιον videlicet & αἰτίαν] *complexi.* CAPPER.

74. *Hi mihi videntur.*] *Hoc mihi videtur* ; Ven. Locatel. Ald. Sich. Par. Gryph. Baſil. Vidov. *hoc mihi videntur* ; V. C. Alm. Obrecht.

75. *Conſentire ſemper.*] In unum quid, adeo ut ſint unum & idem. CAPPER.

76. *Exiſtimarunt.*] *Exiſtimant* ; Stephan. Locatel. Colin. Roignii.

77. *Eorum rationi.*] Hoc eſt, eorum ſyſtemati & methodo, quâ verba hujuſmodi *technica* & Rhetoricæ propria exponunt. Sic paulo poſt ait : *Rationem docendi concidere per minutas rerum particulas.* CAPPER.

mina rerum [78] ambitioſe laboret, a nobis in hoc aſſumpta ſolum, ne parum diligenter inquiſiſſe de opere, quod aggreſſi ſumus, videremur: ſimplicius autem inſtituenti non eſt neceſſe, per tam minutas rerum particulas [79] rationem docendi concidere; quo vitio multi quidem [80] laborarunt, præcipue tamen Hermagoras, vir alioqui ſubtilis, & in plurimis admirandus; tantum diligentiæ nimium ſollicitæ, ut ipſa ejus reprehenſio laude aliqua non indigna ſit. [81] Hæc autem brevior, & vel ideo lucidior multo via, neque diſcentem per ambages fatigabit, nec corpus orationis in parva momenta [82] diducendo conſumet. Nam qui viderit, quid ſit, quod in controverſiam veniat, quid in eo, & per quæ velit efficere pars diverſa, quid noſtra, (quod in primis eſt intuendum) nihil eorum ignorare, de quibus [83] ſupra diximus, poterit. Nec eſt fere quiſquam, modo non ſtultus, atque ab omni prorſus uſu dicendi remotus, quin ſciat, & [84] quid litem faciat, (quod ab illis *cauſſa*, vel *continens* dicitur) & quæ ſit inter litigantes *quæſtio*, & de quo judicari oporteat: quæ omnia idem ſunt. Nam & de eo *quæſtio* eſt, quod in controverſiam venit; & de eo judicatur, de quo *quæſtio* eſt. [85] Sed non perpetuo intendimus in hæc animum, & cupiditate laudis utcumque acquirendæ, vel dicendi voluptate evagamur; quando uberior ſemper extra *cauſſam* materia eſt, quia [86] in controverſia pauca ſunt, [87] extra omnia; & [88] hîc dicitur de iis, [89] quæ accepimus; [90] illic, de quibus volumus. [91] Nec tam hoc [92] præcipiendum eſt, ut *quæſtionem*, *continens*, *judicationem* inveniamus, (nam id quidem facile eſt) quam ut intueamur ſemper, aut certe, ſi digreſſi fuerimus, ſaltem reſpiciamus, ne plauſum affectantibus [93] arma excidant. [94] Theodori ſchola (ut dixi) omnia refert ad *capita*. His plura intelliguntur; uno modo ſumma *quæſtio*, [95] item ut *ſtatus*; altero, [96] cæteræ, quæ [97] ad ſummam [98] referuntur; tertio, propoſitio [99] cum affirmatione, ut dicimus, *Caput rei eſt*; [100] apud Menandrum, κεφάλαιόν ἐστι. In univerſum autem, quidquid probandum eſt, [101] erit *caput*: ſed id majus, aut minus. [102] Et quoniam, quæ de his erant [103] a ſcriptoribus artium tradita, verboſius etiam, quam neceſſe erat, expoſuimus; præterea, [104] quæ partes eſſent *judicialium cauſſarum*, ſupra dictum eſt; proximus liber [105] *proœmia*, id eſt, *exordia*, [106] concipiet.

78. *Ambitioſe laborat.*] *Ambitioſo labore*: Sich. Vaſc. Colin. Baſil.

79. *Rationem docendi.*] *Dicendi*: MS. Bodl. Locat. Ald. Gryph. Colin. Baſil. Obrecht. & margines Vaſc. & Steph.

80. *Laborarunt.*] *Laboraverunt*; Locatel. Ald. Stephan. Colin.

81. *Hæc autem brevior.*] Demum aſcribit ſententiam ſuam, ac *ſtatum* eumdem cum *judicatione* facit, omiſſis tamen variis rerum appellationibus. TURNEB.

82. *Deducendo.*] *Diducendo* legendum eſt, ut intelligatur dividendo. REGIUS. *Diducendo*; Locat. Voſſ. omn. Steph. Gryph. Baſil. Vidov. *in parva momenta ducendo*; V. C. Alm. Obrecht.

83. *Supra diximus.*] Cap. VI.

84. *Quid litem faciat.*] *Conficiat*: marg. Baſil.

85. *Sed non perpetuo.*] Quoſdam reprehendit *declamatores* & oratores, qui, relicto *themate*, & eo, quod in controverſiam venit, extra rem licentioſe evagantur ad plauſum auditoris captandum. TURNEB *Perpetuo.*] *Perpetue*: Voſſ. ſecund.

86. *In controverſia pauca.*] *In controverſiam*; V. C. Alm. *intra controverſiam*; Obrecht.

87. *Extra omnia.*] Id eſt, extra *cauſſam*, ſeu controverſiam longe plurima ſunt, de quibus dicere poſſumus, immo ſunt omnia. Nihil enim eſt in rerum natura, de quo dicere non poſſit is, qui ſemel extra *cauſſam* divagari voluerit. CAPPER.

88. *Hic.*] Id eſt, in *cauſſa* ipſa, in ipſo controverſiæ ambitu, intra ipſius quæſtionis propoſitæ cancellos. CAPPER.

89. *Quæ accepimus.*] *Accipimus*; Voſſ. prim. ſupple, a noſtra parte, a noſtris clientibus, ab iis in quorum gratiam orationem habemus. CAPPER.

90. *Illic.*] Extra controverſiam, in rebus, quæ ad *cauſſam* ipſam non pertinent, ἐν τοῖς ἔξω. CAPPER.

91. *Nec tamen hoc.*] *Tam* legendum eſſe, *quam* particula, quæ ſequitur, eique reſpondet, facile declarat. REGIUS.

92. *Præcipiendum.*] *Prædicendum*; Voſſ. prim.

93. *Arma excidant.*] Tibull. IV. 1.
Ne tibi mirami turpiter arma cadant.

94. *Theodori ſchola omnia refert ad capita.*] Vide ſupra cap. 6. ubi vocat κεφάλαιον γενικώτατον caput generaliſſimum, ſupple, quæſtionis propoſitæ. CAPPER.

95. *Item ut ſtatus.*] Hoc eſt, ſumma quæſtio idem eſt, quod *ſtatus*. CAPPER.

96. *Cætera.*] *Incidentes* & ſecundariæ quæſtiones intelliguntur. CAPPER.

97. *Ad ſummam.*] Ad ſummam illam quæſtionem, cui nomen *ſtatus*. CAPPER.

98. *Referuntur.*] *Referantur*; Voſſ. ſecund.

99. *Cum affirmatione.*] Id eſt, vehementi aſſeveratione & firmiori aſſertione. CAPPER.

100. *Apud Menandrum.*] Intelligere poſſumus rhetorem, cujus rhetorica extat. TURNEB. An ſic diſtinguendum, *dicimus ut caput rei eſt. Apud Menandrum* κεφάλαιόν * ἐστι? Menander autem poëta hic, non rhetor intelligendus, ut Turnebo videbatur: τὸ κεφάλαιόν * ἐστι initium ſenarii eſſe videtur. GALLÆUS.

101. *Erit caput.*] Hoc eodem ſenſu Hermogenes τὰ κεφάλαια *capita* uſurpat in variis quæſtionum oratoriarum *ſtatibus*, & in tribus orationis generibus, *demonſtrativo* ſcilicet, *deliberativo*, & *judiciali*. CAPPER.

102. *Et quoniam.*] Tranſitio ad ſequentem librum. TURNEB.

103. *A ſcriptoribus tradita.*] *Scriptoribus tradita*; V. C. Alm. & Voſſ. prim. *Scriptoribus artium.*] Subintellige, rhetoricarum, vel oratoriarum. Vide quæ notavimus ad illa verba capitis primi paulo poſt initium: *Plerique ſcriptores artium.* CAPPER.

104. *Quæ partes eſſent.*] *Sint*; V. C. Alm. & Obrecht.

105. *Proœmia.*] *Prima*; Ald. marg. Steph. *prima & exordia*; Locat. *principia, id eſt, exordia*; Colin. Bern. *principia*; Voſſ. ſecund.

106. *Concipiet.*] *Incipiet*; Ald. margo Baſil. Vidov. Voſſ. tert. Gibſon. notat *excipiet* eſſe in Aldina, Colon. & Par. ſed nos *incipiet* invenimus.

M. FAB. QUINCTILIANI
DE
INSTITUTIONE ORATORIA
LIBER QUARTUS.
PROOEMIUM.

PERFECTO, Marcelle Victori, operis tibi dedicati tertio libro, [1] & jam quarta fere laboris parte tranſacta, novæ inſuper mihi diligentiæ cauſſa, & altior ſolicitudo, quale judicium hominum emererer, acceſſit. Adhuc enim velut ſtudia inter nos conferebamus; &, ſi parum noſtra inſtitutio probaretur a cæteris, [2] contenti fore domeſtico uſu videbamur, ut tui meique filii [3] formare diſciplinam ſatis putaremus. Cum vero mihi [4] Domitianus Auguſtus ſororis ſuæ nepotum [5] delegaverit curam, non ſatis honorem [6] judiciorum cœleſtium intelligam, niſi ex hoc quoque oneris magnitudinem metiar. Quis enim mihi aut mores excolendi ſit modus, ut eos non immerito probaverit [7] ſanctiſſimus cenſor? aut ſtudia, ne fefelliſſe in his videar principem, ut in omnibus, [8] ita in eloquentia quoque eminentiſſimum? Quod ſi nemo miratur poëtas maximos [9] ſæpe feciſſe, ut non ſolum initiis operum ſuorum Muſas invocarent, ſed [10] provecti quoque longius, cum ad aliquem graviorem veniſſent locum, repeterent vota, & velut nova precatione uterentur: mihi quoque profecto poterit ignoſci, [11] ſi, quod initio, [12] quum primum hanc materiam inchoavi, [13] non fecerim, nunc [14] omnes in auxilium deos, ipſumque in primis, quo neque præſentius aliud, neque ſtudiis magis [15] propitium numen eſt, invocem; ut, [16] quantum nobis exſpectationis adjecit, tantum ingenii

Hac præfatione magnitudinem & difficultatem operis ſequentis teſtatur: addit etiam adulatoria ad Domitianum, TURNEB.

1. *Et jam quarta.*] *Etiam quarta;* Voſſ. prim.

2. *Contenti fore.*] *Contenti fere;* Voſſ. ſecund.

3. *Formare.*] *Formari;* Ald. Locat.

4. *Domitianus ſororis ſuæ nepotum, &c.*] Domitilla Domitiani ſoror filiam habuit Flaviam Domitillam, quæ nupſit Flavio Clementi conſobrino Domitiani, ex quo ſuſcepit duos filios, quorum cura Quinctiliano commiſſa eſt. Erant igitur nepotes ſororis Domitiani. ROLLIN. Vide Olearium ad Philoſtrat. vit. Apollon. Tyan. lib. VIII. 25.

5. *Delegaverit curam.*] Falluntur hoc loco quidam, qui aſſerunt Quinctilianum a Domitiano Imperatore nepotibus ſororis ſuæ curatorem datum, longamque de tutore ac curatore narrationem a Jureconſultis ſumunt; hoc enim Fabius non ait; ſed curam nepotum inſtituendorum ſibi ab imperatore fuiſſe demandatam ſcribit: hinc vero, ut alia omittam, aperte colligitur, expoſitiones eas, in quibus iſtiuſmodi ineptiæ legantur, minime ad Laur. Vallam, acerrimo judicio virum, eſſe referendas. REGIUS.

6. *Judiciorum cœleſtium.*] Quia Domitianus cum in epiſtola quadam dictaſſet, hoc jubet fieri *dominus & deus noſter Domitianus;* hinc inſtitutum eſt ut *deus* appellaretur. TURNEB.

7. *Sanctiſſimus cenſor.*] Sic Martialis lib. VI. Epig. 4. Domitianum vocat *cenſorem maximum.* PHILANDER.

8. *Ita in eloquentia quoque.*] Opinor hanc laudem maxime pertinere ad prima tempora ſuſcepti imperii a Domitiano; quandoquidem, teſte Suetonio, in his modeſtiſſimum geſſit imperium: adeo ut, ſi perſeveraſſet in inſtituto, inter laudatiſſimos referri potuiſſet: porro, ut in cæteris, ita & in eloquentia utriuſque linguæ inſignis deſcribitur a Suetonio, ut qui etiam commentaria hiſtoriarum reliquerit. MOSELLANUS. Scribit enim Tranquillus, Domitianum res geſtas patris & fratris carmine conſcripſiſſe, & commentaria hiſtoriarum reliquiſſe. TURNEB.

9. *Sæpe feciſſe, ut.*] Hac elegantia ſæpe numero Latini oratores utuntur, ut verbum *facio* cum alio verbo, quod per ſe foret ſenſui ſatis, conjungant; ut hoc loco *feciſſe ut invocarent*, ſatis eſſet, ſi diceret *invocaſſe*: ſic vero elegantius effertur. Cicero in Catone majore cap. 12. *Invitus feci, ut C. Flaminium ejicerem e ſenatu*, pro eo quod eſt, *invitus ejeci.* REGIUS. Terent. Hecyr. II. II. 3.

——— ego tamen patrio animo victus faciam,
Ut tibi concedam.

Vide Manut. ad Cicer. II. in Verr. 4. BURMAN.

10. *Provecti longius.*] Ut Virgil. VII. 641.

Pandite nunc Helicona Deæ.

& lib. 9. & 10. PHILANDER.

11. *Si quod initio.*] *In initio;* Locat. Ald. ut mox cap. 1. *in initiis; ſi quod initium;* V. C. Alm.

12. *Quum primum.*] *Quo primum;* MSS. Joan. Bal. Andr. Ven. Locat. Ald. Gryph. Baſil. Vidov. Voſſ.

13. *Non fecerim.*] *Feceram;* V. C. Alm. Locat. Ald. Colin. Vidov. Voſſ. prim. ſecund.

14. *Omnes in auxilium deos.*] Idem fecit Varro lib. 1. de R. R. cap. 1. ALMEL.

15. *Propitium.*] *Propeium;* V. C. Alm. Voſſ. ſecund. tert. Bern.

16. *Quantum nobis exſpectationis adjecit.*] Id eſt, quantam de me ſpem omnibus injecit, quantum ſpei de me fecit, quantum exſpectari a me poſſe oſtendit. CAPPER.

adſpiret, [17] dexterque ac volens adſit, & me, qualem eſſe credidit, faciat. Cujus mihi religionis non hæc ſola ratio, quæ maxima eſt; [18] ſed alia; qua ſic procedit ipſum opus, ut majora præteritis ac magis ardua ſint, quæ ingredior. Sequitur enim ut [19] *judicialium cauſſarum*, quæ ſunt maxime variæ ac multiplices, ordo explicetur; [20] quod *proœmii* ſit officium; quæ ratio narrandi; quæ probationum ſit fides, ſeu propoſita confirmamus, [21] ſeu contra dicta diſſolvimus; quanta vis in perorando, ſeu reficienda [22] brevi repetitione rerum memoria eſt judicis, ſive affectus (quod eſt longe potentiſſimum) commovendi. De quibus partibus ſingulis quidam ſeparatim ſcribere maluerunt, velut onus totius corporis veriti, & ſic quoque complures de unaquaque earum libros ediderunt: [23] quas ego omnes auſus contexere, prope infinitum [24] mihi laborem proſpicio, & ipſa cogitatione ſuſcepti muneris fatigor. Sed durandum eſt, quia cœpimus; &, ſi viribus [25] deficiemur, animo tamen perſeverandum.

17. *Dexter ac volens adſit.*] Ex formula ſollemni precum, ut etiam *volens propitiuſque ſit*: quod ex Etruſcorum diſciplina eſſe notavit Servius ad Virg. I. Æneid. 733. & de quo nos uberius ad Valerium Flaccum agemus. Vide Briſſon. de Formulis lib. 1. pag. 68. & 69. BURMAN.

18. *Alioqui ſic procedit.*] Sed particulam adſcribendam eſſe, illud *non* adverbium negandi facile oſtendit, ut legatur; *ſed alioqui*, hoc eſt, *ſed etiam*, *ac præterea*. REGIUS. *Sed alioqui ſic*; MSS. Bal. Alm. Colb. Ven. Ald. Sich. Gryph. Baſil. Colin. *ſed alioquin ſic progreditur*; Andr. *ſed alia, qua*; Steph. Gibſon. *ſed alia, quia*; Obrecht.

19. *Judicialium cauſſarum ordo.*] Solemnis illa orationis diviſio in *exordium*, *narrationem*, *probationem*, *refutationem*, & *epilogum*, proprie & ſingulariter convenit *judiciali* generi, ut ſupra patuit notis ad initium cap. 9. lib. III. CAPP.

20. *Quod proœmii ſit officium.*] Breviter complectitur argumenta libri quarti, quinti & ſexti, quos inſtituit ex partium ipſarum ordine. TURNEB.

21. *Seu contra dicta.*] *Sive*; V. C. Alm. *Seu contra dicta diſſolvimus.*] Per eam orationis partem, quæ *refutatio* dicitur; cæterum probationi adjungenda eſt, inſtar appendicis, *altercatio*, de qua lib. VI. cap. 4. ubi ait Fabius eam ad ſolam *inventionem* pertinere. CAPP.

22. *Brevi repetitione rerum.*] Quam Græci *ἀνακεφαλαίωσιν* vocant. CAPP.

23. *Quas ego.*] *Judicialium cauſſarum* partes. CAPP.

24. *Mihi laborem.*] Τὸ *mihi* non habet editio Obrecht.

25. *Deficiemur.*] *Deficiemus*; MS. Bodl. Ven. Ald. *defecerimus*; Andr.

CAPUT PRIMUM.

De exordio.

QUOD *principium* Latine, vel *exordium* dicitur, majore quadam ratione Græci videntur *προοίμιον* nominaſſe: [1] quia a noſtris initium modo ſignificatur, illi ſatis clare partem hanc eſſe ante ingreſſum rei, de qua dicendum ſit, oſtendunt. [2] Nam ſive propterea, quod *οἴμη cantus* eſt, & citharœdi pauca illa, quæ, antequam [3] legitimum carmen inchoent, emerendi favoris gratia canunt, *proœmium* [4] cognominaverunt; oratores quoque ea, quæ, prius quam *cauſſam* exordiantur, ad conciliandos ſibi judicum animos præloquuntur, eadem appellatione ſignarunt: ſive quod *οἶμον* iidem Græci *viam* appellant, id, quod ante ingreſſum rei ponitur, ſic vocare eſt inſtitutum: certe *proœmium* eſt, [5] quod apud judicem, prius

In tribus deinceps libris methodum *compoſitivam* ſequitur, quæ eadem artis inſtitutione conſtat; itaque ab *exordio* incipit, primumque ab ejus *etymologia*. TURNEB.

1. *Quo a noſtris.*] Scribe *quia*; nam per *exordium*, ſive *principium* dicit ſolummodo initium ſignificari. PHILAND. *Quo a noſtris*; Andr. Sich. Baſil. *quod a noſtris*; Obrecht.

2. *Nam ſive propterea quod, &c.*] Hæc ab Ariſtotele ſcribuntur lib. III. Rhetor. Eadem ſcribit Sopater interpres Hermogenis: quanquam ille non *certamen*, ſed *carmen* ſcribit: erant tamen olim certamina de muſica inſtituta. TURNEB.

3. *Legitimum certamen.*] *Carmen* legendum, vel ex commentariis in Hermogenem Græcis; ſicque emendandus Syneſii locus pro Calvitio: *Neque*, inquit, (de *proœmio* ſuo loquens) *more canentium, qui favoris gratia emerendi ante legitimum certamen chordas percurrunt.* Nam quid certamini cum fidibus? Ariſtoteles Rhetor. 3. *proœmium* dicit principium orationis, ſicut in Poëſi prologum, ἐν αὐλήσει προαύλιον. PHILAND. *Carmen*; Colin. Baſil. Vidov. & margo Stephan. & ita legendum eſſe notavit Philander, qui emendat hinc Syneſii locum, adducens verba Latina, quaſi illa eſſent ipſius Syneſii: Græca ſunt in elogio Calvitii, ubi dicit, ſe non uſurum *proœmio* vehementiori, more canentium: ὅτι προοίμιον, ὅσα Δίων ἐποίησε, μέλος ἀναβεβλημένον καὶ λιγυρὸν, ἅτε κιθαρῳδικὸν νόμον, τῷ λόγῳ προανακρούσω: ubi interpres reddit fere his Quinctiliani verbis, etiam *certamen* retinens, cum in Græcis ſit *μέλος*: *legitimum* autem *carmen* eſt, quod ex legibus muſices modulatum eſt, ordinarium, & quod cani ſolet, non chordarum tentandarum cauſſa, aut *proœmii* loco, ſed quod omnibus numeris eſt perfectum: ita *legitimi* gladiatores, & *legitimum* oleum; de quo vide ad Petron. cap. XXI. & ita *legitimum* flumen Ovidius torrenti opponit lib. III. Amor. VI. 89. ſic vero inducit Ovidius Calliopen lib. V. Metam. 339.

Calliope querulas prætentat pollice chordas,
Atque hæc percuſſis ſubjungit carmina nervis.

& lib. X. 145. Orphea,

Ut ſatis impulſas tentavit pollice chordas,
Et ſenſit varios, quamvis diverſa ſonarent,
Concordare modos; hoc vocem carmine movit.

BURMAN.

4. *Cognominaverunt.*] *Vocaverunt*; Locat. Ven. Ald. Colon. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Vidov.

5. *Quod apud judicem.*] *Quod apud judicem dici, priuſquam cauſſam cognoverit, poſſit*; Locat. Colon. Par. *quod apud ju*

quam *cauſſam* cognoverit, proſit. [6] Vitioſeque in ſcholis facimus, quod *exordio* ſemper ſic utimur, quaſi *cauſſam* judex jam noverit. Cujus rei licentia ex hoc eſt, quod ante *declamationem* illa velut [7] imago litis exponitur. Sed in foro quoque contingere iſtud principiorum genus [8] *ſecundis Actionibus* poteſt: primis quidem [9] raro, immo nunquam, niſi forte apud eum, cui res aliunde jam nota ſit, dicimus. Cauſſa principii nulla eſt alia, quam ut auditorem, quo ſit nobis in cæteris partibus accommodatior, præparemus. [10] Id fieri tribus maxime rebus, inter auctores plurimos conſtat, ſi benevolum, attentum, docilem fecerimus; [11] non quia iſta non per totam *actionem* ſint cuſtodienda; ſed quia [12] initiis [13] præcipue neceſſaria, per quæ in animum judicis, ut procedere ultra poſſimus, [14] admittimur. [15] Benevolentiam aut a perſonis ducimus, aut [16] a *cauſſis* accipimus: ſed perſonarum non eſt (ut plerique crediderunt) [17] triplex tantum ratio, [18] ex litigatore, & adverſario, & judice. Nam *exordium* duci nonnunquam etiam [19] ab actore *cauſſæ* ſolet. Quanquam enim pauciora de ſe ipſo dicit, & parcius; plurimum tamen ad omnia momenti eſt in hoc poſitum, ſi vir bonus creditur. [20] Sic enim continget, ut non ſtudium advocati videatur afferre, ſed pene teſtis fidem. Quare in primis exiſtimetur veniſſe [21] ad agendum, ductus officio, vel cognationis, vel amicitiæ; maximeque, ſi fieri poterit, reipublicæ, [22] aut alicujus certe [23] non mediocris exempli. Quod ſine dubio multo magis [24] ipſis litigatoribus faciendum eſt, ut [25] ad agendum magna atque honeſta ratione, aut etiam neceſſitate acceſſiſſe videantur. [26] Sed ut præcipua in hoc dicentis auctoritas, ſi omnis in ſubeundo negotio ſuſpicio [27] ſordium, aut odiorum, aut ambitionis abſuerit; ita

dicem dici, priuſquam cauſſam cognoverit, proſit: Ald. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Vidov.

6. *Vitioſeque in ſcholis facimus.*] Hoc mutuatus eſt Fabius a Dionyſio Halicarnaſſeo, qui idem ſcribit in cap. de *ἀτεχνίᾳ & erroribus declamationum*: hoc fit, quia, antequam puer declamet, tota *hypotheſis* & argumentum explicatur, ex quo rem auditori ſatis notam eſſe putant. TURNEB.

7. *Imago litis.*] *Thema* & argumentum declamationum, *imaginem litis* Fabius vocat. Nam *thema* illud, quod nunc ante declamationes ſcribitur, ſolebat in ſcholis, antequam aliquis declamaret, prælegi atque exponi; indeque auditores *cauſſam* cognoſcebant. REGIUS.

8. *Secundis actionibus.*] Vel *ſecundas actiones* appellat δευτερολογίας, quæ tum fiunt, cum plures patroni eamdem *cauſſam* tuentur; aut appellant eam *actionem*, quæ ſecundo rem in judicium revocat. TURNEB. De ſecundis hujuſmodi *actionibus*, itemque de primo & ſecundo dicendi loco, vide quæ ſcripſerunt Fabius paulo poſt in hoc eodem capite, cap. 2. hujus libri, & lib. v. cap. 13. Libanius in argumento Demoſthenicæ orationis contra Leptinem; Aphthonii Scholiaſtes Græcus in Aldinis Rhetoribus tom. 2. initio, ubi Anonymus ille quatuor τῆς δευτερολογίας *ſecundarum actionum* modos expoſuit, quorum tertius huic convenire loco videtur; Hermogenes de method. cap. 27. ubi quatuor etiam τῆς δευτερολογίας enumerat ſpecies; Syrianus Hermogenis interpres in Aldinis Rhetoribus tom. 2. pag. 171. ubi τὴν δευτερολογίαν *orationem ſecundo loco habitam*, ad Quinctiliani ſenſum optime explicat. Nam, quod Turnebianus quoque annotavit, hoc erat in more poſitum apud veteres Græcos & Romanos, ut oratores diverſi eamdem *cauſſam*, vel etiam diverſas ejuſdem *cauſſæ* partes, alii poſt alios, tum pro actore, tum pro reo agerent. Hoc aperte docet Cicero pluribus in locis, de claris Oratorib. num. 190. ubi ſic habet: *Nonne quid ipſe Hortenſius judicaret, videbamus? qui, cum partiretur ſecum cauſſas, perorandi locum, ubi plurimum polles oratio, ſemper ſibi relinquebat.* Ibid. num. 207. *Ut cauſſæ ſingulæ defenderentur a pluribus.* In Oratore num 130. *Etiamſi plures dicebamus, perorationem mihi tamen omnes relinquebant.* Legeſis & Suetonium de claris Rhetoribus 6. pag. 844. Edition. *Variorum*: & Aſconii Pediani Commentaria in Ciceronianas orationes. CAPP.

9. *Raro, nunquam.*] Sic diſtinguenda ſunt, ne copulentur; eſt enim correctio ejus, quod dixerat, *raro*. REGIUS. *Raro imo nunquam*: Vaſcoſ. & marg. Steph. *raro vel nunquam*: Ald. Colin. Baſil. *raro unquam*: V. C. Alm. Obrecht.

10. *Id fieri tribus maxime rebus.*] Vide Voſſii Inſtitut. Orator. lib. III. cap. 3. pag. 334. *Tribus maxime rebus.*] *Tribus maxime modis*: manus viri docti in margine Gryphianæ editionis.

11. *Non quia iſta non per totam actionem, &c.*] Ex ſecundo libro de *Oratore* hoc ſumptum eſt; illic enim docet Cicero, has exordii partes aliarum quoque partium eſſe. TURNEB. *Non quia.*] *Non quia iſta per totam*; Ven. *non quia iſta per totam actionem non ſint*: Locat.

12. *Initiis.*] *In initiis*: Locat. Ald. Gryph. Colin. Baſil. Steph. Vidov. Vide proœmium hujus libri.

13. *Præcipue.*] *Maxime*: MS. Colb. Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. Vidov. Voſſ. ſecund.

14. *Admittimur.*] *Admittamur*: Locat. Ald. Baſil.

15. *Benevolentiam, &c.*] Servius Vet. Interpres Virgil. in V. C. Fuld. Benevolentia in principiis controverſiarum ſecundum præcepta rhetoricæ quatuor modis conciliatur; a judicum perſona, a noſtra, ab adverſariorum, a re ipſa. PITHOEUS. *Benevolentiam aut a perſonis ducimus, aut a cauſſis accipimus.*] Codex MS. Bodl. & editorum pars major hanc lectionem noſtræ editioni inſeruerunt; alteram illam Editionis Lugdunenſis abjecerunt: *Benevolentiam aut a perſona, aut a cauſſis duci accipimus. Ducere* autem pulchre aptari videtur perſonis: illud quippe *vim* quamdam ſignificat: perſonæ autem, quæ extra *cauſſam* ſunt, non ſine quadam violentia in eam trahuntur. Cum vero, quicquid in *cauſſa* eſt, totum eſt noſtrum, & quaſi ultro ſe offert, ex ea proprie dicimur nonnihil *accipere*. GIBSON. Et ita V. C. Alm. niſi quod *accipimus* habeat.

16. *A cauſſis.*] A *cauſſis* ipſis quas agimus, quas agendas ſuſcepimus. CAPP.

17. *Triplex tantum oratio.*] Scribe, *triplex tantum ratio*. PHILAND.

18. *Ex litigatore & adverſario.*] *Et* non habent Steph. Gryph. Colin. Baſil. *Ex litigatore ... ab actore cauſſæ.*] Litigator & Actor hoc differunt, quod litigator ſit is, cujus agitur *cauſſa* (*clientem* vulgo appellant); actor autem ſit *cauſſæ* patronus, orator qui *cauſſam* ſuſcipit & agit. CAPP.

19. *Ab Actore.*] Id eſt, ex ipſa ipſius actoris perſona. CAPP.

20. *Sic enim continget.*] *Contingit*: V. C. Alm. Obrecht.

21. *Ad agendum.*] Ad agendam in foro *cauſſam*. CAPPER.

22. *Aut alicujus.*] *Ut alicujus*: Voſſ. tert.

23. *Non mediocris exempli.* Sic Latini ſolent appellare *rem maximi momenti*, quam vulgo appellamus *rem conſequentiæ & importantiæ*: ſic Plinius dixit, *pertinere ad exemplum, & exempli referre.* TURNEB

24. *Ipſis litigatoribus.*] Si per ſe ipſi ſuam *cauſſam* agant. CAPP.

25. *Ad agendum ... acceſſiſſe.*] Nam litigatores ipſi ſuas *cauſſas* aliquando agebant. CAPP.

26. *Sed ut præcipua in hoc dicentis auctoritas ſit.*] *Ut* adverbium cum *indicandi* modo copulari ſolet, non ita cum *ſubjunctivo*. Quare, loco illius *ſit*, mihi, *eſt*, legendum eſſe videtur. REGIUS. Omnes fere ſcripti & editi omittunt illud *eſt*, vel *ſit*, præter Locatelli & Aldinam, quæ *ſit* habent.

27. *Sordium.*] *Sordes* hic dicuntur avaritia; Græci αἰσχροκερδίαν appellant. PHILAND.

quædam in his quoque commendatio tacita, [28] ſi nos infirmos & impares ingeniis [29] contra agentium dixerimus, qualia ſunt pleraque Meſſalæ *proœmia*. Eſt enim naturalis favor pro laborantibus; & judex religioſus libentiſſime patronum audit, [30] quem juſtitiæ ſuæ minime timet. Inde illa veterum circa occultandam eloquentiam ſimulatio, [31] multum ab hac noſtrorum temporum jactatione diverſa. Vitandum etiam, ne contumelioſi, maligni, ſuperbi, maledici in quemquam hominem ordinemve videamur, præcipueque eorum, qui lædi, niſi [32] averſa judicum voluntate, non [33] poſſunt. Nam in judicem ne quid dicatur, non modo palam, [34] ſed quod omnino intelligi poſſit, ſtultum erat monere, niſi fieret. [35] Etiam partis adverſæ patronus dabit *exordio* materiam; interim cum honore, [36] ſi eloquentiam ejus ac gratiam nos timere fingendo, [37] ut ea ſuſpecta ſint judici, fecerimus; interim per contumeliam: ſed hoc perquam raro, ut Aſinius pro Urbiniæ hæredibus Labienum adverſarii patronum [38] inter argumenta malæ *cauſſæ* poſuit. Negat hæc eſſe *proœmia* Cornelius Celſus, [39] quia ſint extra litem. Sed ego cum auctoritate [40] ſummorum oratorum magis ducor, tum pertinere ad *cauſſam* puto, quidquid ad dicentem pertinet; cum ſit naturale, ut judices iis, quos libentius audiunt, [41] facilius etiam credant. Ipſius autem litigatoris perſona tractanda varie eſt. Nam tum dignitas ejus allegatur, tum commendatur infirmitas: nonnunquam contingit [42] relatio meritorum, [43] de quibus verecundius dicendum erit [44] ſua, quam aliena, laudanti. Multum agit ſexus, ætas, conditio; [45] in feminis, ſenibus, pupillis, liberos, parentes, conjuges allegantibus. Nam ſola rectum quoque judicem inclinat miſeratio. Deguſtanda tamen hæc [46] *proœmio*, non conſumenda. [47] Adverſarii vero perſona prope iiſdem omnibus, [48] ſed e contrario ductis, impugnari ſolet. Nam & potentes ſequitur invidia, & humiles abjectoſque contemptio, & turpes ac nocentes odium: quæ tria ſunt ad alienandos judicum animos potentiſſima. [49] Neque hæc dicere ſatis eſt, quod datur etiam imperitis: [50] pleraque augenda, aut minuenda, ut expediet. [51] Hoc enim oratoris eſt, [52] illud *cauſſæ*. Judicem conciliabimus nobis, non tantum laudando eum (quod & fieri cum modo debet, & eſt tamen parti utrique commune;) ſed ſi laudem ejus ad

28. *Si nos infirmos.*] *Si nos infirmos, imparatos, & impares;* Ald. Colin. Baſil.

29. *E contra agentium.*] *E contra* non dici grammatice, ne dicam Latine, nemo eſt ex eruditioribus, qui ignoret: aut enim *e contrario*, aut *contra*, Latine loquentes dicunt: *contra* igitur *e* vocali craſa legendum eſt. REGIUS *E contra;* Locat. *Contra agentium.*] Id eſt, advocatorum, patronorum, oratorum adverſæ partis. CAPP.

30. *Quem juſtitia ſua minime timet.*] Sic quidem recte legi putatur, ut *juſtitia ſua* ad patronum referatur: ſed *juſtitiæ ſuæ* legendum eſſe contenderim, ut intelligatur judex eum patronum libentiſſime audire, quem juſtitiæ ſuæ minime inſidiari timet: ut cum dicimus, *timeo amici ſanitati.* REGIUS. Sic apud Juvenal. Satir. 6. verſ. 17. 18.

——————— *timere furem*
Caulibus & pomis;

pro timere ne fur caules pomaque auferat. CAPP. Nam ſi actor ſe fatebitur imparem, exiſtimabit judex, ſe ejus perſuaſione & oratione non poſſe a propoſito juſtitiæ abduci, atque ita libentius audiet. TURNEB. *Qua juſtitiæ ſua minime timet:* manus viri docti in margine Gryph. Edit.

31. *Multum ab hac.*] *Multo ab hac;* Ald. Voſſ. tert.

32. *Adverſa judicum.*] *Averſa;* V. C. Alm. Locat. Ald. Baſil. Vidov. Voſſ. ſecund Bern. *Niſi averſa judicum voluntate.*] Quin ipſi in judicum odium incurramus. CAPP.

33. *Poſſunt.*] *Poſſint;* Ald. Bern.

34. *Sed quod omnino intelligi poſſit.*] Hoc eſt, ſed etiam occulta ratione, quæ tamen a prudentibus intelligi poſſit. CAPP.

35. *Etenim partis.*] *Etiam*, pro illo *etenim*, legendum eſſe clare patet. REGIUS. *Etenim;* MS. Joan. Voſſ. Bern. margines Colon. Sich. Baſil. Steph.

36. *Si eloquentiam ejus, &c.*] Hæc duo facit Cicero in *proœmio* pro Quintio, ubi fingit ſe timere gratiam Nævii & eloquentiam Hortenſii: itaque ea ſuſpecta facit judici. TURNEB.

37. *Et ut ſuſpecta.*] *Et* copula eſt expungenda. REGIUS. Ita Vallenſis codex.

38. *Inter argumenta malæ cauſſæ.*] Nam ex ſuperiori Labieni vita, ejuſque patrociniis Aſinius oſtendit, eum malarum fuiſſe *cauſſarum* ſemper defenſorem. TURNEB. Hujus litis etiam meminit lib. VII. cap. 2.

39. *Quia ſint.*] *Sunt;* Voſſ. prim.

40. *Summorum oratorum.*] *Auctorum;* Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Roignii. *Summorum.*] *Majorum;* Voſſ. ſecund.

41. *Facilius etiam.*] *Etiam facilius;* Obrecht.

42. *Relatio meritorum.*] Commemoratio præſtitorum beneficiorum. CAPP.

43. *De quibus verecundius.*] Si a litigatoris perſona benevolentiam ducet actor, hæc fuſius commemorare poterit: ſin ipſe litigator erit *cauſſæ* ſuæ actor, verecundius & parcius dicere debebit. TURNEB. *De quibus.*] Nempe de dignitate, infirmitate, meritis. CAPP.

44. *Sua… laudanti.*] Si videlicet litigator ipſe per ſe ſuam *cauſſam* agat. Nam litigator & actor unica eſt aliquando perſona, ut paulo ſupra notavimus. CAPP.

45. *In feminis.*] *In* deeſt in V. C. Alm. *ut in feminis;* Ald. Locat. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Roignii, Voſſ. ſecund.

46. *Proœmio conſummanda.*] *Non* particula a librariis prætermiſſa; adſcribenda eſt, ut legatur, *non conſummanda.* In *epilogo* namque omnibus viribus moventur affectus, qui in *proœmio* ſolum deguſtantur, atque attinguntur. REGIUS. Quanquam affectus & miſeratio nonnunquam pro utilitate *cauſſæ* in *exordio* moveri debent; tamen illic impleri non debent; nam potiſſimum ad concluſionem pertinent. TURNEB. *Conſumenda;* Stephan. Colin. Obrecht. & recte meo judicio: *conſumere* enim & *deguſtare* ſibi reſpondent: de eleganti vero verbi *conſumere* ſignificatione egimus ad Petron. cap. XXXIII. BURMAN.

47. *Adverſarii perſona impugnari ſolet.*] Huc refer Ariſtot. lib. III. Rhetoric. cap. 15. quod eſt περὶ διαβολῆς, de adverſario vituperando, criminando, &c. CAPP.

48. *Sed e contrario ductis.*] *Sed contrario;* V. C. Alm.

49. *Neque hæc dicere ſatis eſt.*] Amplificationem quoque docet Cicero maxime propriam oratoris eſſe; nam ita rei ſimplicitatem magis exaggerat: idem de contrario quoque intelligendum eſt, cum ſit ejuſdem artificii. TURNEB.

50. *Pleraque.*] *Pluraque;* Ald. & margo Baſil.

51. *Hoc enim.*] Τὸ augere & minuere, ut expediet, hoc pertinet ad ipſum oratorem. CAPPER.

52. *Illud cauſſæ.*] Illa paulo ſupra memorata dicere ſimpliciter (quod datur etiam imperitis) pendet ex ipſa *cauſſa*. CAPP.

utilitatem noſtræ *cauſſæ* [53] conjunxerimus, ut allegemus [54] pro honeſtis [55] dignitatem illi ſuam, pro humilibus juſtitiam, pro infelicibus miſericordiam, pro læſis ſeveritatem, & ſimiliter cætera. Mores quoque (ſi fieri poteſt) judicis [56] velim noſſe. Nam prout aſperi, lenes, jucundi, graves, duri, remiſſi erunt; aut aſſumere in *cauſſam* naturas eorum, qua [57] competent; aut mitigare, qua repugnabunt, oportebit. Accidit autem interim hoc quoque, ut aut nobis inimicus, aut adverſario ſit amicus, qui judicat: quæ res utrique parti tractanda eſt, ac [58] neſcio, an ei magis, [59] in quam videtur propenſior. Eſt enim nonnunquam [60] pravis judicibus hic [61] ambitus, adverſus amicos, aut pro his, quibuſcum [62] ſimultates gerant, pronuntiandi, faciendique, [63] injuſte ne feciſſe videantur. Fuerunt etiam quidam rerum ſuarum judices. Nam & in libris obſervationum [64] a Septimio editis, [65] adfuiſſe Ciceronem tali *cauſſæ* invenio: & ego pro Regina [66] Berenice [67] apud eam ipſam dixi. Similis hic quoque ſuperioribus ratio eſt. [68] Adverſarius enim fiduciam partis ſuæ jactat: patronus [69] timet cognoſcentis verecundiam. [70] Præterea [71] detrahenda, vel confirmanda opinio, ſi quam præcipue domo videbitur judex attuliſſe. [72] Metus etiam nonnunquam eſt amovendus; ut Cicero pro Milone, ne arma Pompeii contra ſe diſpoſita [73] putarent, laboravit. Nonnunquam adhibendus, ut idem [74] in Verrem facit; ſed adhibendi modus alter ille frequens eſt & favorabilis, [75] ne male ſentiat [76] populus Romanus, [77] ne judicia transferantur; alter autem aſper & rarus, quo [78] minatur cor-

53. *Conjunxeri mus.*] *Adjunxerimus*; Voſſ. prim. tert.

54. *Pro honeſtis... humilibus.*] Supple, perſonis. CAPPER.

55. *Dignitatem illi ſuam.*] *Illæſam*; margines Gryphii & Colin.

56. *Velim noſſe.*] Francius malebat *noſci*.

57. *Competent.*] Id eſt, congruent, convenient, *συμπαθήσουσι*. CAPPER.

58. *Neſcio an ei magis.*] *Neſcio an & ei*; Ald. Gryph. Baſil.

59. *In quam videtur.*] Francius corrigebat, *in quem*.

60. *Pravis.*] Scribe *pravis judicibus hic ambitus.* Accipit autem hic *ambitum* pro aucupatione famæ. PHILAND. *Pravus*; Ald. *pravis hic ambitus*; Steph. Colin. Vidov. Voſſ. omn. Bern.

61. *Ambitus.*] Tales ſunt *ambitioſæ ſententiæ* apud Sueton. Dom. 8 ubi vid. interpretes.

62. *Simultates gerant.*] *Gerunt*; Obrecht.

63. *Injuſte ne feciſſe.*] Obrechtus ita diſtinguit, *faciendique injuſte, ne feciſſe videantur.*

64. *A Septimio.*] An hic ſit ille Septimius, Horatio & Auguſto familiariſſimus, ut apparet ex Horatii lib. II. Od. 6. & lib. I. Epiſt. IX. & Sueton. vita Horatii, non audeo adfirmare: ſed vero ſimile mihi videtur. Hunc Philoſophum, qui a Sueton. de Illuſtr. Gramm. cap. 18. memoratur, ſuſpicatur Achil. Statius & Glandorpius in Onomaſtico, qui & alterius meminit, cui Varro tres libros priores de L. L. inſcripſerat, & qui duos libros de Architectura ſcripſerat, teſte Vitruvio lib. VII. procemio. An autem ille Septimius, Horatio amiciſſimus, fuerit Titius Septimius Poeta, vide Broukh. ad Tibul. I. IV. 67. & Maſſon. in vita Horatii an. DCCXXXII. §. ult. qui recte mihi diverſos Titium, & Septimium facere videtur; quia duo hæc nomina, utpote diverſarum gentium, uni homini competere non poſſunt. Septimii Poëtæ meminit Terent. Maur. de tertia *tome* Hendecaſyllabi,

Hoc de Septimii potes
Junctis noſcere verſibus.

C. Septimii ſæpe meminit Cicero in Orat. poſt. red. in Senat. 9. & lib. XII. ad Att. 13. ubi Corradus notat, ejus Horatium & Catullum meminiſſe. Catullus nempe carmin. XLVI. Septimii, qui Acmen amabat, meminit: qui tamen an idem ſit, dubito. BURMAN.

65. *Adfuiſſe Ciceronem tali cauſſæ.*] Quemadmodum Marcellum, Dejotarum, Ligarium defendit apud Cæſarem judicem, cujus erat *cauſſa*. TURNEB. *Adfuiſſe... tali cauſſæ.*] Id eſt, talem *cauſſam* defendiſſe, ſuſcepiſſe agendam, & egiſſe. CAPPER.

66. *Berenice.*] Multæ fuere Berenicæ, Ægyptiorum regum fere uxores: hæc vero, cujus *cauſſam* ſe egiſſe, judicante ipſa, Fabius ait, fuit filia Herodis regis Judæorum, & Agrippæ itidem Judæorum regis ſoror, quam Titus, ut narrat Suetonius, unice amavit: de hac etiam meminit Juvenalis Satyr. VI.

——— *deinde adamas notiſſimus, & Berenices*
In digito factus pretioſior: hunc dedit olim
Barbarus inceſtæ, dedit hunc Agrippa ſorori.

Quænam vero fuerit ea *cauſſa*, cui ſe Fabius adfuiſſe dicit, non memini me legere. REGIUS. Berenice hæc uxor fuit Ptolemæi regis Ægypti, filia Herodis regis Judææ, & ſoror Agrippæ, a Tito fratre Domitiani adamata. TURNEB. Turpis Turnebi error (nullus enim tunc Ptolemæus rex Ægypti) quem etiam erravit Moſellanus, ſed dupliciter: quod & Berenicen uxorem Ptolemæi, & urbem Berenicen, quæ Heſperis olim diceretur, ab hac dictam, Ciliciæ tribuat, cum fuerit Cyrenaïcæ: ſed hæc Berenice ab Harduino in hiſtoria Herodiadum, Agrippæ, qui ſub Claudio obiit, filia, & Agrippæ, ſub quo Hieroſolyma capta, ſoror, non uxor, ut alii putant, ſtatuitur. Vide & Grotium ad Act. Apoſt. XXV. 13. cæterum *Beronice* hic habet Locat. Steph. Roignii. Vide Caſaubonum ad Suetonium. Tit. 7. BURMAN.

67. *Apud eam ipſam dixi.*] *Apud ipſam cauſſam dixi*; Locat. Ald. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Voſſ. ſecund. *apud eam cauſſam dixi*; Steph. Roign. *apud eam dixi*; V. C. Alm.

68. *Adverſarius fiduciam partis ſuæ jactat.*] Orator, qui agit adverſus judicem, jactat fiduciam ſuæ partis, quæ nihil timet a ſuo judice, licet eumdem adverſarium & judicem habeat: contra patronus, qui pro judice ſtat, timere ſe ſignificat, ne is malo pudore contra ſeipſum pronuntiet, licet juſta ſit ejus *cauſſa*. ROLLIN.

69. *Timet cognoſcentis.*] *Rei ſui cognoſcentis*; marg. Baſil. *Cognoſcentis.*] Supple, *cauſſam*, vel de *cauſſa*, id eſt, judicis. CAPPER.

70. *Præterea detrahenda.*] Hoc autem *proœmium* fit per *hypolepſin*, ut ſcribit Hermogenes libro primo de *Invent.* cap. I. TURNEB.

71. *Detrahenda opinio.*] Ciceroniana locutio lib. V. Epiſt. 16. *Quare, ſi tibi unum hoc detrahi poteſt, ne quid iis, quos amaſti, mali contigiſſe putes.*
Ovid. verſ. II. Metam. 39.

——— *hunc animi errorem detrahe noſtris.*

BURMAN.

72. *Metus etiam.*] Vide lib. VI. cap. I. ALMELOV.

73. *Putarent.*] MS. Colb. Voſſ. ſecund. Bern. & multi editi, *putarentur*; Obrecht. *Ne putarent.*] Supple, judices *cauſſæ* Milonianæ. CAPPER.

74. *In Verrem.*] Act. II. cap. I.

75. *Ne male ſentiat.*] Supple, de datis judicibus, qui ſuæ famæ debent conſulere. CAPPER.

76. *Populus Romanus.*] *Prætor Romanus*; margo Steph. Gryph. Baſil.

77. *Ne judicia transferantur.*] Ab ordine ſenatorio ad equeſtrem, aut ab equeſtri ad ſenatorium, quod aliquando fiebat. CAPPER.

78. *Minatur corruptis.*] In V. Verrin. 71. *Corruptis.*] Supple, judicibus: ſi nempe donis aliiſve rebus corrumpi ſe ſiverint. CAPPER.

ruptis accuſationem : & id quidem in [79] concilio ampliore utcumque tutius : nam & mali inhibentur, & boni gaudent. [80] Apud ſingulos vero nunquam ſuaſerim, niſi defecerint omnia. Quod ſi neceſſitas exigit, non erit jam ex arte oratoria ; non magis quam [81] appellare (etiamſi id quoque ſæpe utile eſt ;) aut, antequam pronuntiet, reum facere. Nam & minari & [82] deferre, etiam non orator poteſt. [83] Si *cauſſa* conciliandi nobis judicis materiam dabit, ex hac potiſſimum aliqua in uſum [84] *principii*, quæ maxime favorabilia videbuntur, decerpi oportebit : quo in loco [85] Virginius fallitur, qui Theodoro placere tradit, ut [86] ex ſingulis quæſtionibus ſinguli ſenſus in *proœmium* conferantur. Nam ille non hoc dicit, ſed ad potentiſſimas quæſtiones judicem præparandum. [87] In quo vitii nihil erat, niſi in univerſum id præciperet ; quod [88] nec omnis *actio* patitur, nec omnis *cauſſa* deſiderat. Nam protinus [89] a petitore primo loco, dum ignota judici lis eſt, quo modo ex quæſtionibus ducemus ſententias ? nimirum res erunt [90] indicandæ prius. Demus aliquas (nam [91] id exigit ratio nonnunquam) etiamne potentiſſimas omnes, id eſt, totam *cauſſam* ? [92] ſic erit in *proœmio* peracta *narratio*. [93] Quid vero, ſi (ut frequenter accidit) paulo [94] eſt durior *cauſſa* ? non benevolentia judicis petenda ex aliis partibus erit, [95] ſed, non ante conciliato ejus animo, [96] nuda quæſtionum [97] committetur aſperitas ? Quæ ſi recte ſemper initio dicendi tractarentur, nihil *proœmio* opus eſſet. Aliqua ergo nonnunquam, quæ erunt ad conciliandum nobis judicem potentiſſima, non inutiliter interim ex quæſtionibus in *exordio* [98] locabuntur. Quæ ſint porro in *cauſſis* favorabilia, enumerare non eſt neceſſe ; quoniam & manifeſta erunt, cognita cujuſque controverſiæ conditione, & omnia colligi in tanta litium varietate non poſſunt. Ut autem hæc invenire & augere, ita quod lædit, aut omnino repellere, aut certe minuere, ex *cauſſa* eſt. [99] Miſeratio quoque aliquando ex eadem venit, [100] ſive quid paſſi ſumus grave, ſive paſſuri. Nec enim ſum in hac opinione, qua quidam, ut eo diſtare *proœmium* ab *epilogo* credam, quod in hoc præterita, in illo futura dicantur ; ſed quod in ingreſſu parcius

79. *Concilio.*] *Conſilio* ; V. C. Alm. Bern. *In concilio ampliore.*] Ubi plures laturi ſententiam ſedent judices. CAPPER.

80. *Apud ſingulos.*] Quando eſt unicus tantum judex. CAPPER.

81. *Appellare.*] Hoc eſt, ad ſuperiores judices provocare : quod quidem etiam ab iis, qui non ſunt oratores, optime fieri poteſt. *Appellare* autem accuſativum expoſcit ſine præpoſitione : *provocare* vero cum præpoſitione, ut *provoco ad ſenatum*. REGIUS.

82. *Deferre.*] Deferre judicis illius nomen, ipſumque apud competentem judicem accuſare. CAPPER.

83. *Si cauſſa, conciliandi, &c.*] Non ſolum decerpendo, quod in noſtra *cauſſa* favorabile eſt : verum etiam adverſarii *cauſſam* deprimendo. TURNEB.

84. *Principii.*] *Proœmii*, *exordii*, &c. CAPPER.

85. *Virginius.*] Hinc aperte colligimus, eos decipi, qui Rhetoricam ad Herennium Virginio putant adſcribendam ; tum ea, quæ a Virginio ipſo tradita Fabius ait, in eo opuſculo non leguntur. Niſi quis forte dicat, alia quoque opera de Arte dicendi compoſita fuiſſe. REGIUS.

86. *Ex ſingulis quæſtionibus ſinguli ſenſus.*] Διανοίας intellige vel ἀξιώματα, id eſt, certos quoſdam mentis conceptus, quaſdam propoſitiones, quædam effata & pronunciata de ſingulis quæſtionibus in tota *cauſſa* contentis. Multæ ſunt enim in una quaque *cauſſa* quæſtiones, ut ſupra patuit ad cap. 6. lib. III. ubi de *ſtatibus*. CAPPER.

87. *In quo vitii nihil erat, &c.*] Theodori probat præceptum non eſſe uſquequaque verum ; nec enim hoc fieri poteſt *primis actionibus*, ſed *ſecundis* & *tertiis* : & alioqui, cum *cauſſa* eſt aſperior, nullo modo fieri poteſt. TURNEB.

88. *Nec omnis actio, nec omnis cauſſa.*] *Actio* differt a *cauſſa*. Nam eadem *cauſſa* plures habebat aliquando *actiones* ; ſive quia eam idem orator pluribus *actionibus* agebat, ut Cicero in Verrem ; ſive quia eamdem *cauſſam* diverſi oratores agebant, ut paulo ſupra notatum fuit. CAPPER.

89. *A petitore primo loco.*] Id eſt, ſi ex multis oratoribus, qui eamdem ſuo quiſque loco *cauſſam* acturi ſunt, primi nos orationem habeamus in gratiam *petitoris* vel *actoris*, &c. ubi τὸ *a petitore* ſignificat *pro petitore*, *in petitoris gratiam*, quomodo alicubi Tullius : *Vide*, *Scævola*, *ne hoc totum ſit a me*, hoc eſt, *cauſæ*, quam propugno, faveat. Hic etiam alludit Fabius ad *primas* & *ſecundas* ejuſdem *cauſſæ actiones*, de quibus plura notavimus ad initium hujus capitis. CAPPER.

90. *Indicandæ.*] *Judicandæ* ; MSS. Bodl. Bal. Ald. Sich. Gryph. Baſil. Vidov. Steph.

91. *Id exigit ratio.*] *Exigat* ; V. C. Alm.

92. *Sic erit in proœmio, &c.*] Hoc per locum *ab abſurdo* probat. Etenim *narratio* nihil aliud eſt, quam quæſtionum & propoſitionum fuſior explicatio : ſi igitur ab omnibus quæſtionibus decerpantur ſententiæ, res tota in exordio explicabitur & narrabitur. TURNEB.

93. *Quid vero ſi.*] *Quid vero ſi* (*ut frequenter accidit*) Locatel. Ald. & omnes fere ; *accidit in proœmio*. margo Baſil.

94. *Eſt durior.*] *Aſperior* Vallæ liber, & margo Stephan. male ; proprie enim *dura cauſſa* dicitur, quæ non facile obtinetur ; ſic Horat. verſ. 1. Satir. 10.

Dura tibi peragenda rei ſit cauſſa Petilli.

de quo plura ad Ovid. XXI. Epiſt. 23. BURMAN.

95. *Sed non ante conciliato.*] Sic quidem legitur, ſed mendoſe, ut mihi quidem videtur. Nullus enim integer ſenſus elici poteſt, niſi aut *non* adverbium negandi expungatur, aut *niſi* particula, quod mihi magis placet, adſcribatur hoc modo : *Sed non niſi ante conciliato ejus animo* ; nam niſi conciliato judicis animo, aſperitatem quæſtionum non eſſe tractandam Fabius præcipit. REGIUS. *Non niſi ante* ; Andr. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. poſſet & legi : *Sed non ante conciliatum ejus animum.* Regii emendatio non erat hoc quidem in loco neceſſaria ; nam appoſita interrogationis nota poſt τὸ *aſperitas*, ſenſus orationis & συνέπεια facile conſtant : quæ autem Regius objiciebat incommoda, ſtatim tolluntur. CAPPER.

96. *Nuda quæſtionum.*] *Nudam* appellat, deſtitutam patrocinio favoris apud judicem non præparatum. PITHOEUS.

97. *Committetur.*] Id eſt, *componetur*, atque *tractabitur*. REGIUS. Credam tamen melius exponi, *traditur diſcutienda judici*. ASCENS. *Committere* eſt in concertationem & pugnam producere : ſic gladiatorum paria inter ſe committuntur, ut oppugnent : hinc dicuntur *commiſſiones ſcenicæ*. TURNEBUS.

98.* *Locabuntur.*] Sic lego, non *vocabuntur*. ASCENS.

99. *Miſeratio quoque.*] Ita nonnulli diſcernunt *proœmium* ab *epilogo*, quod in *proœmio* miſeratio movetur & affectus ſpectando futurum, quia nondum explicata *cauſſa* eſt ; in *epilogo* vero, ut de re præterita, cietur affectus, cum nihil in *cauſſa* dicendum ſuperſit. TURNEB.

100. *Sive quod paſſi.*] *Quid* legendum eſt, non *quod*. REGIUS. *Quod* ; Ald. Baſil. Vidov.

& modeſtius prætentanda eſt judicis miſericordia; in *epilogo* vero liceat totos effundere affectus, [101] & fictam orationem induere perſonis, & defunctos excitare, & [102] pignora eorum producere: quæ [103] minus *exordiis* ſunt uſitata. Sed hæc, quæ ſupra dixi, [104] non movere tantum, verum ex diverſo amoliri quoque *proœmio* opus eſt. Ut autem noſtrum miſerabilem, ſi vincamur, exitum; ita adverſariorum ſuperbum, ſi vicerint, utile eſt credi. Sed ex iis quoque, [105] quæ non ſunt perſonarum, nec *cauſſarum*, verum adjuncta perſonis & *cauſſis*, duci *proœmia* ſolent. Perſonis applicantur non pignora modo, de quibus ſupra dixi; ſed propinquitates, amicitiæ, interim regiones etiam, civitateſque; [106] &, ſi quid aliud ejus, quem defendimus, cauſſa dici poteſt. Ad *cauſſam* [107] extra pertinet [108] tempus, unde *principium* pro Cœlio; locus, [109] unde pro Dejotaro; [110] habitus, unde pro Milone; [111] opinio, unde in Verrem; deinceps, [112] ne omnia enumerentur, fama judiciorum, exſpectatio vulgi; nihil enim horum in *cauſſa* eſt, ad *cauſſam* tamen [113] pertinent. Adjicit Theophraſtus [114] ab *actione principium*, [115] quale videtur eſſe Demoſthenis pro Cteſiphonte, ut ſibi dicere ſuo potius arbitrio liceat, rogantis, quam eo modo, quem [116] accuſator *actione* [117] præſcripſerat. Fiducia ipſa ſolet opinione arrogantiæ laborare. Faciunt favorem & illa pene communia, non tamen omittenda, vel ideo, [118] ne occupentur; optare, abominari, rogare, [119] ſolicitum agere; [120] quia plerumque attentum quoque judicem facit, ſi res agi videtur nova, magna, atrox, pertinens ad exemplum; præcipue tamen, ſi judex, aut ſua [121] vice, aut reipublicæ commovetur; cujus animus ſpe, metu, admonitione, precibus, [122] vanitate denique, [123] ſi id profuturum credemus, agitandus eſt. Sunt & illa excitandis ad audiendum non inutilia, ſi nos neque diu moraturos, neque extra *cauſſam* dicturos exiſtiment. [124] Docilem ſine dubio & hæc ipſa præ-

101. *Et fictam orationem induere perſonis.*] Cum res inanimis loquens inducitur in propoſitione, eſt *proſopopœia*: cum perſona mortua, *idolopœia*: hæc tamen duo nomine *proſopopœiæ* plerumque appellamus. TURNEB.

102. *Pignora eorum*] Uxorem & liberos defunctorum. CAPPER.

103. *Minus exordiis.*] *In exordiis*; V. C. Alm.

104. *Non movere tantum animum.*] Superflue hic *animum* adſcriptum eſſe facile contenderim; cum verbum, ad quod referatur, non habeat. *Movere* præterea hoc loco *tentare*, atque *tractare* ſignificat, ut intelligamus *proœmii* opus eſſe, non ea ſolum tentare atque attingere, quibus animi commoventur; ſed e contraria quoque parte amoliri, ac diſcutere, atque depellere. REGIUS. *Movere tantum animum*; Locat. Ald. *tentare tantum, verum ex*; Vallæ liber. Par. margines Vaſc. Steph. Gryph. Baſil. Vidov.

105. *Quæ non ſunt perſonarum nec cauſſarum, &c.*] Sic Vall. & Aldus.

106. *Et ſi quid aliud ejus, quem defendimus, cauſſa dici poteſt.*] Ita legunt editiones Andreæ, Venetica, (Locat. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht.) Colonienſis, Pariſienſis, Vaſcoſani, Stephanique. Ejuſdem indicia deprehendo in Codice MS. Bodleiano, ubi ita legitur *cauſſale dici*. Eſt autem lectio Fabii propoſito admodum congrua; adeoque nullo modo abjicienda gratia iſtius, ab editione Lugdunenſi exhibitæ: *Et ſi quid aliud ejus, quem defendimus, caſu ledi poteſt*: quæ quidem ægre cum Latini ſermonis proprietate, nedum elegantia, conſiſtit. GIBSON. *Si quod aliud e. q. d. cauſſa indici poteſt*; V. C. Alm. *caſu ledi poteſt*; Ald. Baſil. *cauſſa dici poſtulet*; Paſſerat. Philand. Roign. forte *cauſſis induci poteſt*. BURMAN. *Tale dici poteſt*: Voſſ. prim.

107. *Extra.*] Tanquam aliquid τῇ *cauſæ* extraneum, atque, ut barbari loquuntur, extrinſecum. CAPPER.

108. *Tempus, unde principium pro Cœlio.*] Nam oratio pro Cœlio habita eſt die feſto, quo, ſecundum receptum morem, non licebat exercere judicia, niſi forte graviſſimis de criminibus ageretur. *Unde principium pro ... unde pro ...*] Hoc eſt, *exordium* ducitur orationis pro Cœlio, pro Dejotaro, pro Milone, & primæ in Verrem *actionis*. CAPPER.

109. *Unde pro Dejotaro.*] Quod *cauſſam* publicam ageret inter privatos parietes; nam id ſolebat in foro fieri. TURNEB.

110. *Habitus.*] Τὸ σχῆμα (σχέω habeo), nova ſcilicet novi judicii forma, militare præſidium, quo forum circumdabatur. CAPPER.

111. *Opinio.*] Nam, ut ait Tullius, inveteravit opinio pernicioſa ... his judiciis, quæ nunc fiunt, pecunioſum hominem, quamvis ſit nocens, neminem poſſe damnari. CAPPER.

112. *Ne omnia enumerentur.*] *Enumer. m*; V. C. Alm. Obrecht. margines Steph. Baſil. Vidov.

113. *Pertinet.*] *Pertinent*; Steph. Colin. Vidov. Obrecht.

114. *Ab actione.*] *Ab oratione*: MSS. Bodl. Joan. Bal. Voſſ. omn. Alm. Andr. Locat. Ven. Colon. marg. Baſil. Vidov. Aſcenſius autem *oratione* hic exponit deprecationem & obſecrationem veniæ, abs qua *exordium* non raro ducitur, quod confirmat mox *rogantis*: ſed nihil mutare malim, & ſic exponere, *ab actione*, hoc eſt, ab ipſamet *actione*, vel oratione accuſatoris jam habita, ab ipſamet accuſatione. Nam Æſchines in oratione, quam adverſus Cteſiphontem & Demoſthenem habuit, a judicibus petierat, ut Demoſthenes quibuſdam defenſionis quaſi cancellis concluderetur. CAPPER.

115. *Quale videtur eſſe Demoſthenis, &c.*] Æſchines petierat a judicibus, ne Demoſthenem evagari ſinerent; ſed eodem ordine reſpondere cogerent: hinc Demoſthenes *exordium* ſumpſit. TURNEB.

116. *Accuſator.*] Æſchines Demoſthenis æmulus atque obtrectator. CAPPER.

117. *Præſcripſerat.*] *Præſcripſerit*; Locat. Ald. Roign. Voſſ. prim. ſecund.

118. *Ne occupentur.*] Supple, ab adverſario, qui nos in eorum uſu prævenire poſſet. CAPPER.

119. *Solicitum agere.*] Id eſt, magnam præ ſe ferre ſolicitudinem. CAPPER.

120. *Quia plerumque.*] *Quia pl. a. j. faciunt*; Baſil. *quæ plerum. a. j. faciunt*; Ald. Steph. & alii. Regius quoque ita, ſed addito τῷ *quoque* legi vult.

121. *Vice.*] Hoc eſt, *cauſſa* vel ſorte. CAPPER.

122. *Vanitate denique.*] *Varietate* legendum, meum eſt judicium; quoniam *agitare vanitate* non dicimus, neque uſquam apud probatos, quod ſciam, auctores occurrit; niſi lato ſumere velis ſenſu, pro vanis & inutilibus verbis & argumentis. At contra variorum auctoritate probari poteſt, veteres *n* & *r* confudiſſe, teſte Scioppio; nec ſenſum turbat, quin potius explicat; nam vult omni modo oratorem agitare ſuum judicem, tum metu, tum ſpe, precibus, aliaque varietate. ALMEL. *Novitate*; MS. Joan. margin. Vaſc. Steph. Roign. Voſſ. prim. tert. *Vanitate.*] Ματαιότητι, id eſt, falſitate, mendacio, &c. & ſic tota ruit Almelovenii conjectura, quam nota ſuperior exhibuit. CAPPER.

123. *Si id profuturum credemus.*] Idcirco addit hanc circumſcriptionem; quoniam orator, quem virum bonum inſtituit, nunquam vanus eſſe debet & mendax, niſi magna ducatur utilitate. TURNEB.

124. *Docilem ſine dubio, &c.*] Nam, quicumque attendit, doceri poteſt: non contra. TURNEB.

ſtat attentio: [125] ſed & illud, [126] ſi breviter & dilucide ſummam rei, de qua cognoſcere debeat, [127] indicaverimus: [128] quod Homerus atque Virgilius operum ſuorum principiis faciunt. Nam iſtius rei modus eſt, [129] ut *propoſitioni* ſimilior ſit, quam [130] *expoſitioni*; nec quomodo quidque ſit actum, ſed de quibus dicturus ſit orator, oſtendat. Nec video, quod hujus rei poſſit apud oratores reperiri melius exemplum, quam Ciceronis pro A. Cluentio: [131] *Animadverti, judices, omnem accuſatoris orationem in duas diviſam eſſe partes; quarum* [132] *altera mihi niti & magnopere confidere videbatur invidia jam inveterata judicii Juniani; altera tantummodo conſuetudinis cauſſa timide & diffidenter attingere rationem veneficii criminum, qua de re lege eſt hæc quæſtio conſtituta.* Id tamen totum reſpondenti facilius eſt, quam [133] proponenti; quia [134] hic admonendus judex, [135] illic docendus eſt. [136] Nec me, quanquam magni auctores, in hoc duxerint, ut non ſemper facere attentum ac docilem judicem velim; non quia neſciam id, quod ab illis dicitur, eſſe pro mala *cauſſa*, qualis ea ſit, [137] non intelligi; verum [138] quia iſtud non negligentia [139] judicis contingit, ſed errore. Dixit enim adverſarius, & fortaſſe perſuaſit: nobis opus eſt [140] ejus diverſa opinione, quæ mutari non poteſt, niſi illum fecerimus ad ea, quæ dicemus, docilem [141] & attentum. [142] Quid ergo? Imminuenda quædam & [143] elevanda, & quaſi contemnenda eſſe conſentio, [144] ad remittendam intentionem judicis, quam adverſario præſtat; ut fecit pro Ligario Cicero. [145] Quid enim agebat aliud *ironia* illa, quam ut Cæſar [146] minus ſe in rem, tanquam non novam, intenderet? Quid pro Cœlio, quam [147] ut res exſpectatione minor videretur? Verum ex iis, [148] quæ propoſui, aliud in alio genere *cauſſæ* deſiderari palam eſt. [149] Genera porro *cauſſarum* plurimi quinque fecerunt, *honeſtum*

125. *Sed & illud.*] Supple, docilem præſtat judicem, ſi nempe, &c. CAPPER.

126. *Si breviter.*] Quaſi non tamen ex attentione; ſed ſi breviter nos & dilucide dicturos polliceamur de cæteris rebus. TURNEB.

127. *Indicaverimus.*] *Indicarimus*; V. C. Alm. Locat. Ald. *indicamus*: Voſſ. tert.

128. *Quod Homerus, &c.*] Nam Homerus ac Virgilius brevi propoſitione rem totam, de qua dicturi ſunt, aperiunt: quod non facit Lucretius, nec Aratus. TURNEB.

129. *Ut propoſitioni ſimilior ſit, quam expoſitioni.*] Ut non male Ariſtoteles *proœmio propoſitionem* ſubjunxiſſe videatur. Nam eſt proprium *narrationis*, fuſius explicare addito modo: *propoſitionis* vero, breviter perſtringere. Eſtque *exponere*, præterita commemorare: *proponere*, futura prædicere paucis. TURNEB.

130. *Expoſitioni.*] Hoc eſt, *narrationi*, quæ & definitur hic cap. 2. *expoſitio rei geſtæ*, & *expoſitionis* nomine a Fabio ſæpiſſime deſignatur. CAPPER.

131. *Animadverti judices.*] Nam Cluentius accuſabatur, quod in judicio Juniano corruptis judicibus effeciſſet, ut Oppianicus damnaretur; deinde, quod veneficium dediſſet Oppianico. TURNEB.

132. *Altera mihi niti.*] *Uti*; Voſſ. tert.

133. *Proponenti.*] *Ponenti*; V. C. Alm.

134. *Hic admonendus.*] A reſpondente, ſeu ab eo, qui accuſatorem refellit. CAPPER.

135. *Illic docendus.*] A proponente, ab actore, qui *cauſſam* prior agit. CAPPER.

136. *Nec me quanquam, &c.*] Contra quoſdam contendit probare Fabius, utique docilem attentumque judicem eſſe faciendum, etiam in mala *cauſſa*, ad adverſarii deſtruendam opinionem, & novam illique contrariam afferendam. TURNEBUS. Male reprehendit Ariſtotelem, quod ſcripſerit, auditorem interdum non attentum reddi debere. Vide Voſſium Inſtit. Orator. lib. 3. cap. 2. ſect. 4. Adde Petrum Victorium Commentar. in Ariſtotelis Rhetoricam pag 809. 810. edition. Baſil. ubi etiam Ariſtotelem adverſus Quinctiliani cenſuram tuetur. CAPPER.

137. *Non intelligit.*] *Non intelligi*; MS. Bal. Alm. Andr. Locat. Ald. Sich. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Vidot. Obrecht. Voſſ. ſecund. tert.

138. *Quia iſtud.*] Τὸ *non intelligi*, quam mala ſit *cauſſa*. CAPPER.

139. *Judicis contingit.*] *Contigit*; V. C. Alm.

140. *Ejus diverſa opinione.*] Videlicet judicis. CAPPER.

141. *Et attentum.*] *Intentum*; V. C. Alm. Bern.

142. *Quid ergo.*] *Quid ergo eſt*; V. C. Alm. Vide ad lib. II. cap. 3.

143. *Elevanda.*] *Levanda*; MS. Joan. Locat. Ald. Voſſ. tert. Bern. Sich. Gryph. Baſil. *lenienda & quaſi contempe-randa*; margines Vaſc. & Steph. *levianda*; V. C. Alm. marg. Baſil. *lenienda*; Voſſ prim.

144. *Ad remittendam intentionem.*] *Remittendum*; V. C. Alm.

145. *Quid enim agebat aliud ironia illa.*] Fabius in Ciceronis pro Ligario exordio *ironiam* eſſe exiſtimat: Johannes Brodæus nullam putat, Miſcellan. lib. VI. cap. 12. pagg. 556. 557. Lamp. Crit. Part. 2. At Quinctilianum erudite defendit Franciſcus Luiſinus Utinenſis Parerg. libr. II. cap. 35. pagg. 504. 505. Lamp. Crit. Part. 3. PAREUS. *Ironiam* eſſe in his verbis, *novum crimen & ante hunc diem inauditum*, oſtendunt interpretes ad principium hujus orationis: ſimili modo Ovidius lib. II. Amor. VII. 17.

Ecce novum crimen, ſolers ornare Cypaſſis,
Objicitur, Dominæ contemeraſſe torum.

quæ etiam per *ironiam* dicta accipe. BURMAN.

146. *Minus ſe in rem.*] *Minus in rem*; V. C. Alm. Obrecht.

147. *Ut res exſpectatione minor videretur.*] Cum enim illa *cauſſa* die feſto ageretur, videri poterat eam eſſe omnium graviſſimam, & in qua nullus eſſet veniæ aut defenſioni locus. Id ex ipſo patet *exordio*. CAPPER.

148. *Quæ propoſui.*] *Propoſuimus*; V. C. Almel. Voſſ. prim.

149. *Genera porro cauſſarum.*] Cum in tertio libro genera *cauſſarum* tria eſſe Fabius dixerit, parum ſcite hoc loco videtur eorum accedere opinioni, qui genera ipſa *cauſſarum* quinque eſſe aiunt: ſed materia Rhetorices ſuperius in tria genera *cauſſarum* diſtincta eſt: hoc loco autem qualitas *cauſſarum* in quinque genera ſeparatur; aliæ namque *cauſſæ* ſunt *honeſtæ*, aliæ *humiles*, aliæ *dubiæ*, aliæ *admirabiles*, aliæ *obſcuræ*. REGIUS. Superior *cauſſarum* diviſio, *generis* erat *in formas*; hæc *ſubjecti* in *accidentia*: nam hæ qualitate ipſi materiæ accidunt, referunturque potiſſimum ad *exordii* rationem. Cornificius libro primo quatuor facit, *honeſtum*, *turpe*, *dubium*, & *humile*. Cicero primo de *Inventione*, & Fortunatianus cum Fabio conveniunt. TURNEB. *Genera cauſſarum.*] Non agitur nunc de tribus illis *cauſſarum* generibus, *demonſtrativo*, *deliberativo*, & *judiciali*, de quibus egit Fabius lib. III. cap. 4. & ſane lib. III. cap. 8. vix *exordium* concedit τῷ *deliberativo* generi, & quæ hoc loco tradit, unicum fere genus *judiciale* ſpectant. Hic igitur τὰ *genera cauſſarum* pertinent ad aliam *cauſſarum* diviſionem, ſive potius [ut ita loquar] *ſubdiviſionem* generis *judicialis* in alia quinque genera, quæ jam recenſentur, & de quibus agunt Cicero lib. I. de *Invent.* num. 20. 21. Rhetor Herennianus lib. I. num. 5. & Curius Fortunatianus lib. II. pag. 60. Rhetor Pithœan. ubi hæc *genera* vocat *figuras materiarum*, quas & a Græcis appellari σχήματα obſervat. Et certe Quinctilianus lib. III cap. 9. ubi quinque orationis partes exponit, *proœmium*, *narrationem*, *probationem*, *refutationem*, &

humile, *dubium*, vel *anceps*, *admirabile*, *obſcurum*; id eſt, ἔνδοξον, ἄδοξον, ἀμφίδοξον, παράδοξον, δυσπαρακολούθητον. Sunt quibus recte videatur adjici *turpe*, quod alii *humili*, alii *admirabili* [150] ſubjiciunt. *Admirabile* autem vocant, quod eſt præter opinionem hominum conſtitutum. In *ancipiti* maxime benevolum judicem, in *obſcuro* docilem, in *humili* attentum parare debemus. Nam *honeſtum* quidem ad conciliationem ſatis per ſe valet: [151] in *admirabili & turpi*, remediis opus eſt. [152] Et eo quidam *exordium* in duas dividunt partes, [153] *principium*, & *inſinuationem*, [154] ut ſit in *principiis* [155] recta benevolentiæ & attentionis poſtulatio: [156] quæ quia eſſe in *turpi cauſſæ* genere non poſſit, *inſinuatio* ſurrepat animis, maxime [157] ubi frons *cauſſæ* non ſatis honeſta eſt; vel quia res ſit improba; vel [158] quia hominibus parum probetur; [159] aut ſi facie quoque ipſa premitur; vel [160] invidia conſiſtentis ex diverſo patroni, aut patris, vel miſerabilis ſenis, cæci, infantis. [161] Et quidem, quibus adverſus hæc modis ſit medendum, verboſius tradunt, materiaſque ipſi ſibi fingunt, & ad morem *actionum* [162] proſequuntur: [163] ſed hæ, cum oriantur ex *cauſſis*, quarum ſpecies conſequi omnes non poſſumus, niſi generaliter comprehendantur, in infinitum ſunt extrahendæ. Quare ſingulis conſilium ex propria ratione naſcetur. Illud in univerſum [164] præceptum ſit, ut ab iis, quæ lædunt, ad ea quæ proſunt, refugiamus. [165] Si *cauſſa* laborabimus, perſona ſubveniat: [166] ſi perſona, *cauſſa*: ſi nihil, quod nos adjuvet, erit, quæramus, [167] quid adverſarium lædat. Nam ut optabile eſt, plus favoris mereri; ſic [168] proximum, odii minus. In iis, quæ negari [169] non poterunt, [170] elaborandum, ut aut minora, [171] quam dictum eſt, [172] aut alia mente facta, aut [173] nihil ad præſentem quæſtionem pertinere, aut [174] emendari poſſe pœnitentia, aut ſatis jam punita videantur. [175] Ideoque [176] agere [177] advocato, quam litigatori, facilius; quia & laudat

epilogum, de ſolo *judiciali* genere loquitur. Vide porro, ut hæc loquendi formula *genus cauſſa* ſit *homonyma*, ſive, ut jam loquimur, *æquivoca*. CAPPER.

150. *Subjiciunt.*] Tanquam ſpeciem ſuo generi. CAPPER.

151. *In admirabili.*] *In* deeſt in V. C. Alm. Obrecht.

152. *Et eo quidam exordium, &c.*] Duo ſunt *exordii* genera: *principium* manifeſtius, & *inſinuatio* obſcura, ſubdola & artificioſa, quæ non recte, ſed ſubdole colligit judicis benevolentiam: ea tribus in rebus utimur, cum *cauſſa* eſt *admirabilis & turpis*, cum auditor perſuaſus, cum auditor defatigatus. TURNEB. Vide Cornif. ad Heren. lib. 1. cap. 7. ALMELOV. *Et eo quidem*: Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Voſſ. ſecund. Bern. *Et eo.*] Hoc eſt, *ideo*, *ea de cauſſa*. CAPPER.

153. *Principium & inſinuationem.*] Sic Rhetor Herennianus lib. 1. num. 6. *Exordiorum*, inquit, *duo ſunt genera*, principium, *quod Græce* προοίμιον *appellatur*; & inſinuatio, *quæ* ἔφοδος *nominatur*. CAPPER.

154. *Ut ſit in principiis.*] *Ut ſit principiis*: Steph. Roign.

155. *Recta poſtulatio.*] Id eſt, directa, *formalis*, expreſſa & aperta, quæ nullum figurari ſermonis velamen obtendat; cum *inſinuatio* ſit obliqua, tecta, figurata, & quaſi aliud agendo ſcopum attingat. CAPPER.

156. *Quæ quia eſſe.*] *Quæ eſſe*: Gryph. Voſſ. ſecund. tert.

157. *Ubi fors cauſſæ.*] *Frons*, ut legatur, ſenſus expoſcit; tunc enim frons *cauſſæ* parum honeſta videtur, cum præ ſe fert quamdam impudentiam ac turpitudinem; *frons* autem *cauſſæ* eſt ingreſſus & principium *cauſſæ*. REGIUS. *Frons*, ingreſſus & principium, eleganter, ut quæ honeſtatem turpitudinemque præ ſe ferre videatur. Eſt autem *frons*, qua ipſa primum *cauſſa* apparet; *facies*, qua agnoſcitur, id eſt, ipſa qualitas. TURNEB. *Sors*; margo Baſil. Voſſ. prim.

158. *Quia ab hominibus.*] *Quia hominibus*; Gryph. Baſil. Vidov. Voſſ. ſecund. Obrecht. recte.

159. *Aut ſi facie ipſa premitur, vel invidia, &c.*] Si cliens [aut libertus] adverſus patronum, aut filius adverſus patrem agat, facies ipſa & præſentia utriuſque; aut etiam ſi abſit, invidia, quæ inde naſcitur, clientem aut filium premit. ROLLIN.

160. *Invidia conſiſtentis.*] *Invidioſa*: MSS. Bodl. Joan. Andr. Locat. Ald. *conſiſtens ex diverſo invidioſa*: V. C. Alm. *ex diverſa*: Locat.

161. *Et quidem.*] *Quidam*, non *quidem* legendum; & *morem*, non *mortem*; & *extrahenda*, non *extrahendæ*. Eos autem reprehendit Fabius, qui ſibi materias fingunt, *inſinuationeſque* componunt; cum enim *cauſſæ* ſint infinitæ, nihil, aut certe parum proderit, quo modo in duabus tribuſve *cauſſis* uti *inſinuatione* debeamus, niſi generalia præcepta didicerimus. REGIUS. Ut Cicer. 1. de *Inventione*, & Cornific. lib. 1. ad Herennium. Porro nonnulli rhetores *inſinuationis* præcepta non tradunt univerſalia; ſed propoſitis variis *thematibus*, quomodo ſit illic exordiendum, docent: quæ ratio peſſima eſt, quia per ſingularia docet, quæ ſunt infinita. TURNEB. *Et quidam*; Locat. Ald. Colon. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Vidov. Voſſ. ſecund. *& quidem*; V. C. Alm. Baſil. Obrecht.

162. *Proſequuntur.*] *Perſequuntur*; Steph. Locat.

163. *Sed hæ cum.*] *Hæc*, *cum* vel *cum hæc* & *extrahenda*; Locat. Ald. Steph. Gryph. Voſſ. ſecund.

164. *Præceptum ſit.*] *Præceperim*; Ald. Baſil. *præceperimus*; V. C. Alm. *præceperunt*; Voſſ. Bern.

165. *Si cauſſa laborabimus.*] Hoc Fabius dicit pro *malam cauſſam habere*. TURNEB. *Si enim cauſſa*; Locat. Steph. Colin. Vidov. *laboramus*; Voſſ. ſecund.

166. *Si perſonâ.*] Si perſonæ conditio, ſtatus, &c. nobis officiat. CAPPER.

167. *Quid adverſarium.*] *Quod*; margo Vidov.

168. *Proximum.*] Id eſt, τῷ optabili proximum eſt, ad τὸ optabile proxime accedit, minus odii mereri. CAPPER.

169. *Non poterunt.*] *Non potuerunt*; V. C. Alm.

170. *Elaborandum ut minora.... videantur.*] Quæ dicitur quæſtio *quantitatis*, eſtque ſpecies τοῦ *ſtatus qualitatis aſſumptivæ*, & ad *comparationem* facile poteſt revocari. CAPPER.

171. *Quam dictum eſt.*] *Dictum ſit*; Steph. Colin. Roign.

172. *Aut alia mente facta.*] Et vocatur μετάθεσις τῆς αἰτίας *tranſlatio cauſſæ facti*, quam vulgo *colorem* nominant, inquit Donatus in Terentii Phormionem. Hanc μετάθεσιν *conjecturali* (ſeu de facto) *ſtatui* ſubjicit Hermogenes in *Partitionib.* ſection. 5. Latini Rhetores e Pithœana Bibliotheca editi *derivationem cauſſæ* appellant, ut ſæpe Donatus in Terent. CAPPER.

173. *Nihil ad præſentem quæſtionem pertinere.*] Qui *ſtatus* dicitur *tranſlativus*: referri etiam poſſet hæc *ſpecies* ad *ſtatum definitivum*, qui ſæpe pars eſt τοῦ *tranſlativi*, ex Fabio lib. III. cap. 6. CAPPER.

174. *Emendari poſſe pænitentia.*] Qui *ſtatus*, ἄχρωμος (*coloris expers*) eſt, & *deprecativus* aut *venialis* συγγνώμη ſolet appellari. CAPPER.

175. *Ideoque agere advocato, &c.*] Advocatus, cum de alio loquatur, non de ſe, facilius citra arrogantiam litigatorem ejuſque facta laudare poterit: at ſi litigator ſuam ageret *cauſſam*, aut ſi ejus perſonam indueret advocatus, non tam facile poſſet. *Advocatus* autem is dicitur, qui in judicio præſentiam ſuam commodat amico: hoc in loco pro *actore* poſuit Fabius. TURNEB. Et ſane Aſconius Pedianus in *Divination.* ita diſtinguit *advocatum* a *patrono*, ut hic ſit ipſe orator; ille tantum jus ſuggerat, aut præſentiam ſuam amico commodet. CAPPER.

176. *Agere.*] Subintellige, *cauſſam* in foro. CAPPER.

177. *Advocato, quam litigatori facilius.*] Ideo mox dicet

ſine arrogantiæ crimine, & aliquando utiliter etiam reprehendere poteſt. Nam ſe quoque moveri interim finget, [178] ut pro Rabirio Poſthumo Cicero; dum [179] aditum ſibi ad aures faciat, & auctoritatem induat vera ſentientis; quo magis credatur, vel [180] defendenti eadem, [181] vel neganti. [182] Ideoque hoc primum intueamur, [183] litigatoris, an advocati perſona ſit utendum, quoties utrumque fieri poteſt. [184] Nam id in ſchola liberum eſt, in foro rarum, ut ſit idoneus rei ſuæ quiſque defenſor. Declamaturus autem maxime [185] poſitas in affectibus *cauſſas* propriis perſonis debet induere. [186] Hi ſunt enim, qui mandari non poſſunt; nec eadem vi perferuntur alieni animi, qua ſui, motus. His etiam de cauſſis *inſinuatione* videtur opus eſſe, [187] ſi adverſarii *actio* judicum animos [188] occupaverit, vel ſi dicendum apud fatigatos eſt: quorum alterum promittendo noſtras probationes, & adverſas [189] eludendo vitabimus: alterum & ſpe brevitatis, & iis, quibus attentum fieri judicem docuimus. [190] Et urbanitas opportuna reficit animos, & undecumque petita judicis voluptas levat tædium. [191] Non inutilis etiam eſt ratio occupandi, quæ videntur obſtare; ut Cicero dicit [192] ſcire ſe *mirari quoſdam, quod is, qui per tot annos defenderit multos, læſerit neminem, ad accuſandum Verrem deſcenderit*; deinde [193] oſtendit hanc ipſam ſociorum defenſionem, [194] quod *ſchema* πρόληψις dicitur. Id cum ſit utile aliquando, nunc a declamatoribus quibuſdam pene ſemper aſſumitur, [195] qui fas non putant, niſi [196] a contrario, incipere. Negant, Apollodorum ſecuti, [197] tres eſſe (de quibus diximus) præparandi judicis partes: ſed multas ſpecies enumerant: ut [198] ex moribus judicis, [199] ex opinionibus ad *cauſſam* extra pertinentibus, [200] ex opinione de ipſa *cauſſa*: [201] quæ ſunt prope infinitæ: [202] tum iis, ex quibus omnes controverſiæ conſtant, perſonis, factis, dictis, cauſſis, temporibus, locis, occaſionibus, cæteris. [203] Quas veras eſſe [204] fateor: ſed [205] in hæc tria genera recidere. Nam ſi judicem benevolum, attentum, docilem habeo; quid amplius debeam optare, [106] non reperio; cum metus ipſe, qui maxime videtur eſſe extra hæc, & attentum judicem faciat, & [207] ab adverſo favore deterreat.

Fabius, *rarum eſſe, ut in foro ſit idoneus ſuæ rei quiſque defenſor*. CAPPER.

178. *Ut pro Rabirio.*] Illic enim & ipſe Cicero facilitatem & imprudentiam Rabirii litigatoris damnat, qui Ptolemæo Alexandrinorum regi profugo pecuniam mutuarit, cujus nomine ſit repetundarum accuſatus. TURNEB.

179. *Aditum ſibi.*] *Aditus ſibi*; V. C. Alm. Voſſ. tert. Bern. *Sibi faciat, &c. . . . induat.*] *Facit, &c. . . . induit*; Voſſ. ſecund.

180. *Defendenti eadem.*] Per *ſtatum*, qui vocatur *qualitatis*. CAPPER.

181. *Vel neganti.*] Per *ſtatum inficialem*, vel *conjecturalem*. Vulgo *facti quæſtionem* appellant. CAPPER.

182. *Ideoque hoc primum.*] Patronus ipſe, cum utrumque erit liberum, pro utilitate *cauſſæ* videre debebit, agerene debeat ex perſona ſua, an ſuſcepta litigatoris ſui perſona: quod tamen rarum eſt. TURNEB. *Intueamur*; Locat. Ald. Steph. & fere omnes. *Intuemur*. BURMAN.

183. *Litigatoris.*] Is hoc loco litigator intelligitur, qui ſuam per ſe ipſe *cauſſam* agat. CAPPER.

184. *Nam illud in ſchola.*] *Nam in ſcholis*; V. C. Alm. Obrecht. Roign. *nam id in*; Gryph. Baſil. Vidov. Gibſon.

185. *Poſitas in affectibus.*] Quædam a Græcis appellantur *cauſſæ patheticæ*, quas cum declamator tractabit, *proſopopœia* uti debebit, ut ſuſcipiat perſonam litigatoris; quia tum ex propria perſona vehementior erit affectus, quam ex aliena; quia tales ſunt, ut alteri perſonæ mandari non poſſint, propria perſona movemur magis, quam aliena. TURNEB. *Maxime poſitas in affectibus cauſſas.*] Τὰς μάλιστα παθητικὰς, de quibus conſulendus eſt potiſſimum Curius Fortunatianus lib. 1. pag. 44. Rhetor. Pithœan. ubi quinque ait controverſiarum genera conſiderari, ἠθικὸν, παθητικὸν, ἀποδεικτικὸν, διαπορητικὸν, μικτόν. *Ethicum*, in quo mores hominum conſiderantur, *patheticum*, in quo motus animi, vis quædam & impetus mentis; *apodicticum*, in quo pugna quæſtionum eſt; *diaporeticum*, in quo addubitatio eſt; *mixtum*, quod non ex uno genere compoſitum eſt, &c. CAPPER.

186. *Hi ſunt enim, qui, &c.*] *Hæ ſunt enim quæ*; Obrecht. qui pronomina hæc retulit ad τὸ *cauſſas*. CAPPER.

187. *Si adverſarii actio.*] Id eſt, habita contra nos oratio accuſatoria, vel petitoria. CAPPER.

188. *Occupaverit vel.*] *Occuparit, ſi dicendum*; V. C. Alm. *occupavit, vel*; Obrecht.

189. *Eludendo.*] *Elundo*; V. C. Alm. Locat. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Roign. Voſſ. ſecund.

190. *Et urbanitas.*] Vide Ciceronem 1. de *Inventione*. Hoc & in Murænæ *cauſſa* fecit Cicero, etſi non ſtatim initio. TURNEB.

191. *Non inutilis etiam.*] Hermogenes quatuor ponit ſpecies *proœmiorum*: unam, quam vocat *ex opinione, ſeu ſuſpicione*: ea a Latinis dicitur ex præſumptione & *prolepſi*. TURNEB. Hermogeni dicitur τὸ ἐξ ὑπολήψεως. CAPPER.

192. *Scire ſe mirari, &c.*] Eſt *proœmium Divinationis* in Cæcilium de conſtituendo Verris accuſatore. CAPPER.

193. *Oſtendit hanc ipſam ſociorum defenſionem.*] Oſtendit hanc ipſam Verris accuſationem eſſe ſociorum (Siculorum) defenſionem. ROLLIN.

194. *Quod ſchema πρόληψις dicitur.*] Eſt autem σχῆμα διανοίας, *figura ſententiæ*, quam Latini *occupationem*, vel *anticipationem* nominant. CAPPER.

195. *Qui fas non putant, &c.*] Cum per *prolepſin* exordimur, directe benevolentiam non captamus ab his, quæ proſunt; ſed nobis contraria & adverſa ſtatim occupamus, & diluimus. TURNEB.

196. *A contrario.*] Id eſt, ab eo, quod dicenti videtur adverſari. CAPPER.

197. *Tres eſſe . . . partes.*] Quæ ſunt auditorem facere, 1°. *benevolum*, 2°. *attentum*, 3°. *docilem*. CAPPER.

198. *Ex moribus judicis, ex opinionibus . . . ex opinione, &c.*] Vide Hermogenem lib. 1. de *Inventione* cap. 1. CAPPER.

199. *Ex opinionibus ad cauſſam extra pertinentibus.*] Vide paulo ſupra, ubi Quinctilianus ita ſcribit: *Ad cauſſam extra pertinet tempus . . . locus . . . habitus . . . opinio . . . nihil enim horum in cauſſa eſt; ad cauſſam tamen pertinent.* CAPPER.

200. *Ex opinione de ipſa cauſſa.*] *Ex opinionibus*; Bern.

201. *Quæ ſunt prope infinitæ.*] Videlicet opiniones, tum quæ de ipſa *cauſſa* concipiuntur, tum quæ ad *cauſſam* extra pertinent. CAPPER

202. *Tum iis, &c.*] *Cum iis, ex quibus omnis controverſia*; Bern.

203. *Quas veras eſſe.*] Nempe ſpecies multas ab Apollodoreis enumeratas ad præparandum judicem. CAPPER.

204. *Fateor.*] *Reor*; Voſſ. ſecund.

205. *In hæc tria genera.*] *In hæc genera*; V. C. Alm. Gryph. Vidov. Tria vero genera hæc in eo poſita ſunt, ut reddatur auditor vel judex, 1°. *benevolus*, 2°. *attentus*, 3°. *docilis*. CAPPER.

206. *Non reperio.*] *Non reperiam*; V. C. Alm

207. *Ab adverſo favore.*] A favendo parti adverſæ, ne judex adverſæ parti faveat. CAPPER.

[208] Verum quoniam non eſt ſatis demonſtrare diſcentibus, quæ ſint [209] in ratione *proœmii*; ſed dicendum etiam, quomodo perfici [210] facillime poſſint; hoc adjicio, ut dicturus intueatur, quid, apud quem, pro quo, contra quem, [211] quo tempore, [212] quo loco, [213] quo rerum ſtatu, [214] qua vulgi fama dicendum ſit; quid judicem ſentire credibile ſit, antequam [215] incipiamus; tum quid [216] aut deſideremus, aut deprecemur: ipſa illum natura eo ducet, ut ſciat quid primum dicendum ſit. At nunc omne, [217] quod cœperint, *proœmium* putant; &, ut quidque ſuccurrerit, utique ſi aliqua ſententia blandiatur, *exordium*. Multa autem ſine dubio ex aliis partibus ſunt, [218] aut aliis partibus *cauſſæ* communia: nihil tamen [219] in quaque melius dicitur, quam quod æque bene dici alibi non poſſit. [220] Multum gratiæ *exordio* eſt, quod ab *actione* diverſæ partis materiam trahit, hoc ipſo, quod non [221] compoſitum domi, ſed ibi atque [222] e re natum, & facilitate famam ingenii auget, & facie ſimplicis [223] ſumptique e proximo ſermonis fidem quoque acquirit: [224] adeo ut, etiamſi reliqua ſcripta [225] atque elaborata ſint, tamen plerumque videatur [226] tota extemporalis oratio, cujus initium nihil præparatum habuiſſe manifeſtum eſt. [227] Frequentiſſime vero *proœmium* decebit & ſententiarum, [228] & compoſitionis, & vocis, & vultus modeſtia: adeo ut in genere *cauſſæ* etiam indubitabili, fiducia ſe ipſa nimium [229] exerere non debeat. Odit enim judex fere litigantis ſecuritatem: [230] cumque jus ſuum intelligat, [231] tacitus reverentiam poſtulat. Nec minus diligenter, ne ſuſpecti [232] ſimus illa parte, [233] vitandum; propter quod [234] minime oſtentari debet in principiis cura, [235] quia videtur [236] ars omnis dicentis contra judicem adhiberi. [237] Sed

208. *Verum quoniam non eſt, &c.*] Per *analyſin* finem antea propoſuit: nunc ad ea *media* deſcendit, quibus finis acquiritur: nunc quoque ulterius progreditur reſolvendo, quibuſque modis *media* adipiſcamur, docet: hoc autem præceptum ſumptum eſt ex ſecundo libro de *Oratore*. TURNEB.

209. *In ratione.*] *In oratione*; Voſſ. prim. tert. *Quæ ſint in ratione proœmii.*] Hoc eſt, quæ ſint in *exordii* natura, *eſſentia*, & veluti *ſubſtantia*: ſic Ariſtoteli definitio, quæ rei naturam explicat, dicitur λόγος τῆς οὐσίας *ratio eſſentiæ*. CAPPER.

210. *Perfici.*] *Perſpici*; V. C. Alm. Ald. margo Colin. Voſſ. tert. Bern.

211. *Quo tempore.*] Pro Cœlio, quod feſto die. TURNEBUS.

212. *Quo loco.*] Pro Dejotaro. TURNEB. Quod intra privatos Cæſaris parietes haberetur oratio, non in foro aut in ſenatu. CAPPER.

213. *Quo rerum ſtatu.*] Pro Milone. TURNEB. Quod nova eſſet judicii forma, & militari præſidio forum circumdaretur, &c. CAPPER.

214. *Qua vulgi fama ... quid judicem ſentire credibile ſit.*] Videſis Hermogenem lib. 1. de *Inventione* cap. 1. CAPPER.

215. *Incipiamus.*] *Incipimus*; V. C. Almel. Obrecht. Voſſ. ſecund.

216. *Aut deſideremus.*] *Aut* deeſt in V. C. Alm.

217. *Quod cœperint.*] *Quo*; Obrecht. repetit. lection. *cœperit*; Voſſ. ſecund. Rollinus malebat; *omne, id quo* (id eſt, *unde*) *cœperint*.

218. *Aut aliis partibus cauſſæ communia.*] Hæc tria verba priora videntur ſuperflua, ſicque legendum eſſe, *ex aliis partibus ſunt cauſſæ communia*; id eſt, quæ commode ex aliis partibus tractari poſſunt. TURNEB.

219. *In quaque.*] Pro *quoque* legendum eſt *quoquam*. REGIUS. *Quoquam*; Locat. Sich. Valc. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. *in quaque*; Ald. Obrecht. Gibſon.

220. *Multum gratiæ.*] Cicero lib. II. de *Orat.* in *exordiis* vitandum ait, ne ſint *quæſita*, nec *ex tempore ficta*, ſeu *domo allata*; quod hæc ſuſpecta ſint judicibus, ſeque iis circumveniri putent: unde probat Fabius *proœmia* illa, quæ petuntur ab actione adverſarii, quia extemporalitatem habere videntur; ut pro Milone, pro Cœlio, pro Cluentio. TURNEB.

221. *Compoſitum domi.*] Ut Demetrii *exordium* in Perſea fratrem apud Philippum patrem, apud Livium lib. 10. de bello Maced. TURNEB.

222. *E re natum.*] Huic ſimile eſt, quod Hermogenes lib. 1. de *Invent.* cap. 5. dicit, αὐτοῦ ἅπτεσθαι τοῦ πράγματος, *ipſam rem tangere*. Id ipſum Aphthonius in *theſi* ἔφοδον appellat. Vide Scholiaſtas Græcos Hermogenis, & Aphthonii citatis locis. CAPPER.

223. *Sumpti e proximo ſermonis.*] Supple, loco, vel tempore: ſumptus autem e proximo ſermo dicitur aliter *extemporalis oratio*, Gallice, *un impromptu*. Vide Hermogenem περὶ προσποιήσεως σχεδιασμοῦ, *de ſimulatione dicendi ex tempore*, libro de methodo, cap. 17. CAPPER.

224. *Adeo ut etiam.*] *Adeo etiam ſit*; Ald.

225. *Atque elaborata.*] *Atque æque elaborata*; Almeloveenius in ora codicis ſui; neſcio unde. BURMAN.

226. *Tota extemporalis.*] *Tota eſſe extemporalis*; MS. Bal. Andr. *Tamen ... videatur tota extemporalis oratio.*] Vide Creſſollium Theatr. ſophiſt. pag. 210.

227. *Frequentiſſime vero.*] Præceptum hoc & ad compoſitionem pertinet, quæ nimis elaborata eſſe non debet, unde *exordium apparatum* vituperatur; & ad actionem, quæ modeſta eſſe debet & tranquilla: unde apud Cicer. vituperatur Philippus, qui vehementer & acriter exordiri ſolebat: de quo vide Cicer. lib. 1. de *Invent.* TURNEB.

228. *Et compoſitionis.*] Supple, verborum; τῆς τῶν ὀνομάτων συνθέσεως: qua de re præclarum opus conſcripſit Dionyſius Halicarnaſſ. tom. 2. CAPPER.

229. *Exercere.*] *Exerere*, id eſt, nudare, Gr. ἐξείρειν. PASSERAT. Scribe *exerere*, id eſt, nudare, manifeſtare, quod etiam Græci dicunt ἐξείρειν. PHILANDER. *Nimium exercere non debeat*; MS. Bodl. Sich. Vaſc. Gryph. Vidov. Obrecht. *ſe ipſa nimium exercere*; Locat. Ald. Steph. Colin. ſine dubio *exerere* vera lectio; pro quo verbo ſæpe Librarii *exercere* poſuere. Vide ad Sueton. Tib. XXXIII. & jam Regius ita emendavit. Vide declam. IX. 3. XIII. 6. & CCLXV.

230. *Cumque jus ſuum intelligat.*] Cicero pro Quintio cap. 9. *Quam rem facile a pr. impetraſſent, niſi tu, quod eſſet tuum jus & officium parteſque, docuiſſes.* PITHOEUS.

231. *Tacitus poſtulat.*] *Tacite*; Voſſ. ſecund.

232. *Simus in ulla parte.*] Pro *ulla* legendum eſt *illa*, ne Fabius inepte præcipere videatur; diligenter enim vitandum eſt, ne in illa parte, hoc eſt, *proœmio*, ſuſpecti judici eſſe videamur, ne forte putet nos ſibi artificioſa oratione inſidiari. REGIUS. *In ulla*; Locat. Gryph. Steph. Vidov. *ſimus ulla*; V. C. Alm. Ald. Colin. Obrecht. Gibſon. *ſimus illa*; Baſil. Ego Regii judicium ſecutus ſum, quod confirmant ſequentia, ubi nec in principiis curam oſtentari vult.

233. *Vitandum.*] *Vitandum eſt*; V. C. Alm.

234. *Minime oſtentari debet.*] Eſt enim, ut Cicero ait 2. de *Orat.* in *proœmiis* ſumma adhibenda cura, *ut expectationi eorum, qui audiunt, quam celerrime ſuccurratur: cui, ſi ab initio ſatisfactum non ſit, multo plus ſit reliqua cauſa laborandum.* Sed in his calliditas & curæ oſtentatio nimia penitus abeſſe debet. TURNEB. Et Cornificius ad Herennium lib. 1. cap. 7. *Ut non apparata oratio eſſe videatur.* ALMELOV.

235. *Quia videtur.*] *Quæ videtur*; Ald. *quæ videtur*; MSS. Bodl. Bal. ita Gibſon. in utraque Aldina eſt *quia*; ſed compendio ſcripturæ, *qua* excuſum.

236. *Ars omnis.*] *Ars omnino*; Locat. Colin. Voſſ. ſecund.

237 *Sed ipſum iſtud evitare.*] *Artem enim ſummam eſſe dixit Lyſias, non videri artem.* TURNEB.

ipſum iſtud evitare, ſummæ artis eſt. [238] Nam id ſine dubio ab omnibus, & quidem optime præceptum eſt: verum aliquatenus temporum conditione mutatur; quia [239] jam quibuſdam in judiciis [240] maximeque capitalibus, & apud Centumviros, ipſi judices exigunt ſolicitas & accuratas *actiones*; contemnique ſe, niſi in dicendo etiam diligentia appareat, credunt; nec doceri tantum, ſed etiam delectari volunt. [241] Et eſt difficilis hujus rei moderatio: quæ tamen ita temperari poteſt, ut videamur accurate, non callide, dicere. [242] Illud ex præceptis veteribus manet, [243] ne quod inſolens verbum, [244] ne audacius tranſlatum, ne [245] aut ab obſoleta vetuſtate, [246] aut a poëtica licentia ſumptum, in *principio* deprehendatur. Nondum enim recepti ſumus, & cuſtodit nos recens audientium intentio: magis conciliatis animis, & jam calentibus, hæc libertas feretur, maximeque cum [247] in *locos* fuerimus ingreſſi, quorum [248] naturalis ubertas licentiam verbi notari circumfuſo nitore non patitur. Nec argumentis autem, nec *locis*, nec narrationi ſimilis eſſe in *proœmio* debet oratio; [249] neque tamen deducta ſemper, atque [250] circumlata; ſed ſæpe ſimplici [251] atque illaboratæ ſimilis, nec verbis vultuque nimia promittens. [252] Diſſimulata enim, &, ut Græci dicunt, [253] ἀνεπίφατος actio, melius ſæpe ſurrepit. Sed hæc, prout [254] formari animos judicum expediet. [255] Turbari memoria, vel continuandi verba [256] facultate deſtitui, nuſquam turpius; cum vitioſum *proœmium* poſſit [257] videri cicatricoſa facies; & peſſimus certe gubernator, qui navem, [258] dum portum egreditur, [259] im-

238. *Nam id ſine dubio.*] Hoc quoque annumerat inter cauſſas corruptæ eloquentiæ Tacitus; nam olim oratores in exordio delectare nolebant, ſed modeſte præfabantur. Fabii tempore judices ab oratoribus etiam delectationem flagitabant, non contemni didiciſſe, quæ ad *cauſſam* pertinebant: alias ſe contemni interpretantes, non ſine periculo *cauſſæ*. Quod autem *Centumviros* ait, ita intelligendum eſt, quod olim *Centumviri* de *cauſſis* privatis cognoverint; tempore autem Fabii, cum eſſent in quatuor *baſilicas* diſtributi, etiam de publicis & capitalibus: niſi forte *Triumviros* legendum putes, qui præerant *cauſſis* capitalibus. TURNEB.

239. *Jam quibuſdam in judiciis.*] Omittitur *jam*, in editione Lugdunenſi, & eo quidem abjecto, ipſe quaſi cardo ſententiæ abjicitur. Hic enim Fabius innuit, ſui temporis judices *actiones* exegiſſe a conſuetudine ſuperiorum temporum diverſas: ſi autem abſit illud *jam*, omnis amittitur temporis differentia. Quapropter ſuæ integritati ſententiam reſtituimus, ex codice MS. Bodleiano, editis Andreæ, Aldino, Sichardi, Pariſienſi, Stephanique. GIBSON. *Jam* habent & Locat. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Obrecht. *quibuſdam judiciis;* V. C. Alm. τὸ *in* omittit etiam Obrechtus.

240. *Maximeque capitalibus, ut apud Centumviros.*] Scribe, *maximeque capitalibus, & apud Centumviros.* Vide Franc. Polleti Duacenſis JC. Hiſtoriam Fori Romani, lib. 3. cap. 13. pagg. 287. 288. PAREUS. Hic quoque vitioſa lectio Rævardum decepit, qui cap. xx. protribunal. lib. exiſtimavit Centumviralia judicia habuiſſe formam judicii publici: ſed eum refutavit Siccama de Centumv. judic. lib. 1. cap. 7. qui legit *ut & apud Centumviros.* Codex vero Almel. habet aut *apud Centumviros*, ut & Voſſ. prim. tert. Bern.

241. *Et eſt difficilis.*] Ita Andr. Locat. Ald. Sich. Par. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Obrecht. & Voſſ. omn. *difficilior;* in edition. Lugdun. Batav.

242. *Illud ex præceptis.*] *Illud*, non habet V. C. Alm. deinde, pro *manet*, habet *monet.*

243. *Ne quod inſolens.*] Vide Ciceron. III. de Orat. capp. 37. & 38. ALMELOV.

244. *Ne audacius tranſlatum.*] Non eſt audaciori *metaphora* utendum in *exordio*: ἡ μεταφορὰ Latine dicitur *tranſlatio.* CAPPER.

245. *Aut ab obſoleta vetuſtate.*] *Ne aut obſoleta vetuſtate;* Locat. Ald. Gryph. Baſil. Vidov.

246. *Aut a poëtica licentia ſumtum.*] *Aut poëtica;* V. C. Alm. Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Obrecht. Voſſ. ſecund.

247. *In locos fuerimus ingreſſi.*] Quos appellat hic Fabius *locos*? an *locos communes* propriosque uniuſcujuſque *cauſſæ*, quibus & magna vis judicum animis affertur, & factum unumquodque laudatur aut vituperatur, ac juſtum vel injuſtum, majus vel minus, aſperius aut mitius eſſe probatur, ac denique quibus judex movetur? hujuſmodi vero *loci*, ut Fabius ipſe in quinto præcipit, interdum ſingulis quæſtionibus ſubjiciuntur. Nec ignoro etiam *locos* vocari propoſitionum ſedes, unde ad propoſitam *cauſſam* conveniens trahitur propoſitio, ut in *cauſſa conjecturali petitionem teſtium, voluntatem, poteſtatem* & ſimiles, qui etiam *principales loci* a quibuſdam vocantur, a quibus *ſecundarii* etiam *loci* dicuntur, unde argumenta ducuntur. Nam *locus* proprie eſt argumentorum ſedes: ſed de hujuſmodi *locis* Fabius hic non ſentit. REGIUS. Intelligit *locos communes*, qui dicuntur in virtutes & vitia per *amplificationem*, admittuntque liberiorem verborum ornatum. TURNEB.

248. *Naturalis ubertas.*] *Libertas;* margo Stephani.

249. *Neque tamen deducta ſemper.*] *Deductam orationem* dixit exilem & tenuem. Sic Virgilius vocavit, *carmen deductum*: niſi forte intelligere velis, *ſuis membris diviſam. Circumlatam* autem appellat *orationem periodicam*, quæ certo verborum circuitu & numero comprehenditur. TURNEB. *Deducta* eſt, quæ ordine & ſerie rem narrat, ut *deducere carmen*, de quo ad Ovidium latius agemus. BURMAN.

250. *Circumlata.*] *Circulata.* PASSERAT. Aſcenſius utrumque ferri poſſe cenſet; nam *circumferri* dicuntur res artificio multo pollentes, quæ oſtentantur; & *circulata*, quæ a circulatoribus oſtentatæ: forte *atque circulatoria*, quo verbo & uſus lib. 11. cap. 4. Cæterum τὸ *circulata* legitur etiam in cod. Voſſ. ſecund. vide Schulting. ad Senecam pag. 170. & 250.

251. *Atque illaboratæ.*] *Atque inelaboratæ;* Ald. *ac inelaboratæ;* Locat.

252. *Diſſimulata enim.*] *Diſſimulatam* appellat actionem, remiſſam & modeſtam, abſque ulla oſtentationis ſuſpicione. TURNEB.

253. *Et ἀνεπίφατος.*] Latine dixeris, *quæ nihil egregii præter cætera præ ſe ferat.* CAPPER.

254. *Formari animos.*] *Animum;* V. C. Alm. Locat. Ald. Gryph. Baſil. Vidov. Voſſ. ſecund.

255. *Turbari memoria.*] Vitium eſt ex ratione potius *eloquutionis* atque *actionis*, quam ex ipſa *exordiorum* natura. TURNEB.

256. *Facultate.*] *Facilitate;* margo Steph. Gryph. Voſſ. ſecund. Baſil. *difficultate;* Ald.

157. *Videri cicatricoſa facies.*] *Ut* ſimilitudinis adverbium mihi adſcribendum videtur, hoc modo; *ut cicatricoſa facies*, hoc eſt, cicatricum plena. REGIUS. *Ut* habent Stephan. Colin. Baſil. Vidov.

158. *Dum portum egreditur.*] Subintellige, *extra*: ſimilis eſt locutio apud Tit. Liv. lib. 22. *cuſtodes ponam, qui prohibeant quemquam egredi urbem:* & lib. XXIX. num. 6. *egreſſi quidam urbem.* CAPPER.

259. *Navem impegit.*] Græci dicunt ἐν τῷ λιμένι ἀστοχρέειν: affine eſt illi, *de limine offendere*, quo uſus eſt Septimius contra Valent. cap. 3. ſive *in limine primo deficere*, ut Virgilius extulit lib. VI. Æneid. COLOMES. Hæc ſublegit Colomeſius Gatakero *de ſtylo novi Teſtamenti* cap. 18. qui ibi plura præterea habet. *Impegit.*] Subauditur, *ad ſcopulum*, &c. CAPPER.

pegit. [260] Modus autem *principii*, pro *cauſſa*. Nam brevius [261] ſimplices, longius perplexæ, ſuſpectæque & infames deſiderant. [262] Ridendi vero, qui velut leges *proœmiis* omnibus dederunt, [263] ut intra quatuor ſenſus terminarentur. [264] Nec minus evitanda eſt immodica ejus longitudo, ne [265] in caput excreviſſe videatur, &, [266] quo præparare debet, fatiget. [267] Sermonem a perſona judicis averſum, quæ ἀποστροφὴ dicitur, quidam in totum a *proœmio* ſummovent; nonnulla quidem in hanc perſuaſionem ratione ducti. Nam prorſus eſſe hoc magis ſecundum naturam confitendum eſt, ut eos alloquamur potiſſimum, quos conciliare nobis ſtudemus. Interim tamen eſt [268] *proœmio* neceſſarius ſenſus aliquis, [269] & is acrior fit atque vehementior [270] ad perſonam directus alterius. Quod ſi accidat, quo jure, [271] aut qua tanta ſuperſtitione prohibemur [272] dare per hanc figuram [273] ſententiæ vires? Nec enim iſtud [274] ſcriptores artium, quia non liceat, ſed quia non putent utile, vetant. [275] Ita ſi vincet utilitas, propter eamdem cauſſam facere debebimus, propter quam vetamur. [276] Et Demoſthenes [277] ad Æſchinem orationem in *proœmio* convertit; & Marcus Tullius, [278] cum pro aliis quibuſdam, ad quos ei viſum eſt, tum pro Ligario ad Tuberonem. Nam erat multo futura languidior, ſi eſſet aliter figurata: quod facilius cognoſcet, ſi quis illam totam partem vehementiſſimam, cujus hæc forma eſt, *Habes igitur, Tubero, quod eſt accuſatori maxime optandum*, & cætera, convertat ad judicem; [279] tum enim

260. *Modus autem.*] Id breviter Cicero 2. de *Orat.* *Sed oportet, ut ædibus ac templis veſtibula & aditus, ſic cauſſis principia pro portione rerum præponere. Itaque in parvis rebus atque frequentibus cauſſis ab ipſa re eſt exordiri commodius, &c.* quæ ſeq. TURNEB. *Autem* non habent V. C. Alm Obrecht. *Modus principii, pro cauſſa.*] Id eſt, quantitas, ſive longitudo *exordii*, ſecundum ipſius *cauſſæ* conditionem, eſt conſtituenda. CAPPER.

261. *Simplices ... perplexa, ſuſpectæ. &c.*] Videlicet *cauſſæ*: quæ dictio facile intelligitur ex nomine ſingulari *cauſſa*, quod præcedit. CAPPER.

262. *Ridendi vero, qui, &c.*] Notare videtur Græcos, qui *exordium* componebant *ex propoſitione, ratione, redditione & concluſione*: in qua eſt ſententia Hermogenes lib. 1. de *Inventione*: qui tamen defendi poteſt; vel quod exiſtimet hæc etiam geminari poſſe, unde interpres Demoſthenis ponit primum, ſecundum, tertium *exordium* plerumque; vel quod etiam hæc potiora ſint, reliqua vero velut inferantur. TURNEB.

263. *Intra quatuor ſenſus.*] Hoc eſt, quatuor ſententias (*διανοίας*) totidem periodis expreſſas, quatuor pronunciata, propoſitiones integras & juſtæ magnitudinis: quomodo dixit paulo ſupra: *Ut ex ſingulis quæſtionibus ſinguli ſenſus in proœmium conferantur.* Cæterum quatuor *exordio* propoſitiones etiam poſt Fabii ætatem attribuit Hermogenes lib. 1. de *Inventione* cap. 5. ſcilicet *πρότασιν propoſitionem* [*primam*,] *κατασκευὴν* primæ propoſitionis *rationem*, ſeu *probationem*, *ἀπόδοσιν redditionem*, quæ ipſa eſt *ἀξίωσις* oratoris *poſtulatio*, & *βάσιν baſim*, quæ τὴν πρότασιν καὶ τὴν ἀπόδοσιν *συνάγει*, hoc eſt, (ut exponit Scholiaſtes Græcus Hermogenis in Aldin. Rhetorib. tom. 2.) *συνάπτει*, *propoſitionem* primam & *redditionem*, ſive *poſtulationem* connectit. Vide ſuperiorem Turnebiani notam, ubi τὴν Hermogeniani exordii *βάσιν* vertit *concluſionem*. CAPPER. *Intra quatuor ſenſus.*] Hæc verba non habet V. C. Alm. nec Voſſ. nec Bern. *intra quatuor terminos cito terminarentur*: MSS. Bodl. Bal. Andr.

264. *Nec minus.*] Ex Dionyſ. hoc tranſcripſit *περὶ ἀρχαίων*, qui hæc *στρογγύλα καὶ περίεργα προοίμια* vocat. TURNEB.

265. *In caput excreviſſe.*] *Metaphora* eſt ſumpta a plantis, quarum radix eſt bulboſa; ſolent enim creſcere in caput: aut etiam a nanis, quorum caput proportione corporis eſt maximum. Igitur *oratio creſcit in caput*, cujus eſt exordium prolixius. TURNEB. Id eſt, ipſum principium videatur majus reliqua oratione. Græci dicunt *κεφαλαιοῦσθαι*, id eſt, *fieri capitoſum*, ſive *creſcere in caput*: quod videmus fieri in cæpis & alliis: ſicut *σωματοῦσθαι*, eſt *corpulentum fieri*, ſive *in corpus ire*, ut loquitur lib. 11. PHILAND. Ovid. de Aſcalapho lib. v. Metam. 547.

Inque caput creſcit. PITHOEUS.

266. *Quo præparare debet.*] Id eſt, eo ipſo loco, ea ipſa orationis parte, qua præparare auditorem vel judicem debet. CAPPER.

267. *Sermonem a perſona, &c.*] Reprehendit illorum ſuperſtitionem, qui *apoſtrophen*, gravioreſque hujuſmodi figuras nunquam eſſe apponendas in exordiis exiſtimarunt: quo loco annota præceptum quidem eſſe, ne apponantur; ſed utilitate *cauſſæ* infringi aliquando præcepta. TURNEB.

268. *Hic proœmio neceſſarius ſenſus.*] *Hoc proœmio neceſſarium*; MSS. Bodl. Bal. Andr. Ald. Sich. Par. Bern. Vaſc. Steph. *hoc proœmio neceſſarius*; V. C. Alm. Locat. *eſt & hic neceſſarius ſenſus*; Vallæ lib. *hoc proœmium*. Editor Leidenſis. Ego puto legendum, *interim tamen eſt & hoc proœmio neceſſarium. Senſus hinc aliquis, & is acrior fit atque vehementior, ſi ad perſonam directus alterius*. BURMAN. *Senſus aliquis: & is, &c.*] Alii leg. *ſi ſenſus aliquis erit acrior, fietque vehementior*. PITHOEUS. *Senſus aliquis.*] Id eſt, ſententia quædam eximia, præclara quædam enunciatio. Græcis *νόημα*, Italis *concetto*, Hiſpanis *agudeza*, noſtratibus *une penſée*. CAPPER.

269. *Et is acrior fit, &c.*] Fabius quoque docet lib. IX. ubi de figuris agit, *apoſtrophen* orationi addere acrimoniam, quæ alioqui jaceret, ſi ſimplicitate naturali flueret: hæc autem non in *proœmio* tantum, ſed in cæteris contingit partibus. TURNEB. *Et is acrior*; Locat. *acrior ſit*; Voſſ. prim.

270. *Ad perſonam directus alterius.*] Hoc eſt, ſi ad perſonam alterius hominis dirigatur per figuram *apoſtrophen*. CAPPER.

271. *Aut quanta.*] *Qua*, pro *quanta*, rectius legeretur. REGIUS. *Aut quanta*; Locat. *aut qua tanta*; Aldus & reliqui.

272. *Dare per hanc.*] *Eloqui per hanc*; marg. Baſil. & Voſſ. tert. *dare hanc figuram* ante Regium legebatur, qui *per* addi juſſit, vel legendum *dare hac figura* cenſuit. *Per hanc figuram.*] Quæ vocatur ἀποστροφὴ *apoſtrophe*, vel ſermonis *averſio*. CAPPER.

273. *Sententiæ.*] In *dativo* caſu τῷ *νοήματι*: quam quidem ſententiam paulo ſupra deſignavit his verbis, *ſenſus aliquis, &c.* CAPPER.

274. *Scriptores artium.*] Supple, rhetoricarum vel oratoriarum; nam plena locutio extat lib. III. cap. 1. ubi ſic habet Fabius: *Unicum apud nos ſpecimen orandi docendique oratorias artes, Marcus Tullius, &c.* CAPPER.

275. *Ita ſi vincet utilitas.*] Hæc abſunt a Codice Almelov.

276. *Et Demoſthenes autem.*] *Autem* non habet Stephan. nec Obrecht. nec video cui bono inferatur: mallem *& Demoſthenes quidem*. Francius *& Demoſthenes ſuam ad Æſchinem orationem, &c.* *Et Demoſthenes.*] Demoſthenes in oratione *de corona*, *averſione* eſt uſus ad Æſchinem adverſarium, ſeque ejus impudentia uti nolle dixit. TURNEB.

277. *Ad Æſchinem orationem convertit.*] Æſchinem ipſum alloquitur per figuram *apoſtrophen*. CAPPER.

278. *Cum pro aliis.*] *Tum pro aliis*; Ald. *Pro aliis quibuſdam.*] Ut in Catilinam & Salluſtium. TURNEB. Sed hæc exempla non eſſe ad Quinctiliani mentem, facile quiſque videt; neque enim Tullius pro Catilina, neque pro Salluſtio dixit. Aptiora exempla ſuppeditant orationes habitæ pro Rabirio perduellionis reo & pro Muræna; nam in prioris quidem *exordio* Tullius *apoſtrophen* ad Labienum adhibet; in poſterioris *proœmio* ſermonem a judicibus ad Catonem convertit. CAPPER.

279. *Tum enim vere.*] *Tum vero enim vere.*] Locat. *Tum vere averſa videatur oratio.*] Nam in Quinctiliani ſententia, dum in *exordio* τῆς pro Ligario Tullius orationem a judi-

vere averſa videatur oratio, & langueſcat vis omnis, dicentibus nobis, *Habet igitur Tubero, quod eſt accuſatori maxime optandum.* [280] Illo enim modo preſſit atque inſtitit: [281] hoc tantum indicaſſet. Quod idem in Demoſthene, [282] ſi flexum illi mutaveris, accidet. Quid? non [283] Salluſtius directo ad Ciceronem, in quem ipſum dicebat, uſus eſt principio, & quidem protinus? *Graviter & iniquo animo maledicta tua paterer, Marce Tulli:* [284] ſicut & Cicero fecerat in Catilinam: *Quouſque tandem abutere patientia noſtra?* Ac, ne quis *apoſtrophen* miretur, idem Cicero [285] pro Scauro ambitus reo, [286] quæ *cauſſa* eſt in commentariis (nam [287] bis eumdem defendit) [288] *proſopopœia* loquentis pro reo utitur: [289] pro Rabirio vero Poſthumo, eodemque [290] Scauro reo *repetundarum*, etiam exemplis: pro Cluentio (ut modo oſtendi) [291] *partitione*. Non tamen hæc, quia poſſunt bene aliquando fieri, paſſim facienda ſunt; ſed quoties præceptum vicerit ratio: quo modo & ſimilitudine, [292] dum brevi, [293] & *tranſlatione*, atque aliis *tropis* (quæ omnia [294] cauti illi ac diligentes prohibent) utemur interim: [295] niſi ſi cui divina illa pro Ligario *ironia*, de qua paulo ante dixeram, diſplicet. Alia *exordiorum* vitia verius tradiderunt. [296] Quod in plures *cauſſas* accommodari poteſt, [297] *vulgare* dicitur. Id minus favorabile: aliquando tamen non inutiliter aſſumimus: [298] magnis ſæpe oratoribus non evitatum. Quo & adverſarius uti poteſt, *commune* appellatur. Quod adverſarius in ſuam utilitatem deflectere poteſt, *commutabile.* Quod *cauſſæ* non cohæret, *ſeparatum.* Quod aliunde trahitur, *tranſlatum.* [299] Præterea, quod *longum*, quod *contra præcepta* eſt. Quorum pleraque non *principii* modo ſunt vitia, ſed totius orationis. Hæc de *proœmio*, quoties erit ejus uſus. Non ſemper autem eſt. Nam & ſupervacuum aliquando eſt; [300] ut, ſi ſit præparatus ſatis etiam

cibus avertit ad Tuberonem, tunc quidem averſa oratio videtur, nec ad quem dirigi debet, directa: verum contra ſe res habet: nam ſi non ad Tuberonem, ſed ad judices illa *exordii* particula dirigeretur, tunc vere & reipſa eſſet *ἀπεστραμμένη aversa*, nec ad eam directa perſonam, ad quam dirigenda eſt. Ludit Fabius in nomine *ἀποστροφῆς*, quod figuræ genus averſam orationem ſignificat. CAPPER.

280. *Illo modo.*] Adhibita videlicet *apoſtrophe* ad Tuberonem. CAPPER.

281. *Hoc tantum indicaſſet.*] Hoc modo rem nude ac jejune indicaſſet, ſi nimirum directo ad judicem [Cæſarem] ſermone dixiſſet, *habet igitur Tubero, &c.* CAPPER.

282. *Si flexum illi.*] Non *illi*, ſed *illum* eſt legendum, hoc eſt, illam converſionem ſermonis. REGIUS. *Illum;* Stephan. Vidov. *Si flexum.*] *Τὴν exordii καμπὴν* inflexionem, quâ oratio a judicibus ad Æſchinem ipſum convertitur. CAPPER.

283. *Salluſtius.*] Infr. lib. IX. cap. 3. & apud Salluſtium in Ciceronem. Hinc firmiter credimus, orationem in Ciceronem Salluſtii eſſe; non vero alicujus declamatoris, forte Porcii Latronis, ut putat eximius Voſſius de Hiſtor. Latin. lib. 1. cap. 15. COLOMES.

284. *Sicut & Cicero.*] *Sicut Cicero;* V. C. Alm.

285. *Pro Scauro ambitus reo.*] Accuſatus eſt Scaurus ambitus, quod in conſulatus petitione tribus & centurias pecunia corrupiſſet. TURNEB. Orationem ſcripſiſſe ſe pro Scauro teſtatur Cicero in Epiſt. PHILAND.

286. *Quæ cauſſa eſt in commentariis.*] De his Tullianarum orationum commentariis vide Fabium lib. X. cap. 7. fragmenta orationis pro Gabinio, ubi notæ ſunt Caroli Sigonii; fragmentum orationis *in toga candida*, ubi exſtant Aſconii notæ; Photium cod 265. (ubi de ſimilibus Demoſthenicarum orationum commentariis mentionem facit) & Voſſium Inſtitut. Orator. lib. IV. cap. X. num. 6. pag 180. Erant autem veluti rudia quædam habendarum orationum delineamenta & compendia, Gallice *des Memoires.* Cæterum Ciceronianæ orationis pro Scauro ambitus reo nihil jam ſupereſt in hujuſmodi commentariorum fragmentis. CAPPER.

287. *Bis eum defendit.*] Semel quidem cum reus ambitûs, iterum autem cum repetundarum factus eſt reus. CAPPER.

288. *Proſopopœia ... utitur.*] Hoc eſt, fictam orationem affingit cuidam perſonæ loquenti pro reo. CAPPER.

289. *Pro Rabirio Poſthumo ... etiam exemplis.*] Supple, utitur in ipſomet orationis *exordio*. Alludit autem Fabius ad hæc verba, quæ leguntur in *exordio* orationis pro Rabirio Poſthumo num. 2. *Si quidem non modo in gloriam rei militaris Paulum Scipio, aut Maximum filius; ſed etiam in devotione vitæ & in ipſo genere mortis imitatus eſt P. Decium filius, &c.* CAPPER.

290. *Scauro reo repetundarum.*] Scaurus repetundarum eſt accuſatus, quod Sardiniam provinciam, quam ex prætura obtinuerat, expilaſſet. TURNEB. *Eodemque Scauro reo repetundarum.*] Cujus orationis nonnihil ſupereſt in fragmentis Ciceronianis: immo argumentum exſtat ab Aſconio Pediano conſcriptum. CAPPER.

291. *Partitione.*] Cicero utitur in Cluentianæ orationis *exordio*. His verbis concipitur illa *partitio: Animadverti, judices, omnem accuſatoris orationem in duas diviſam eſſe partes, quarum altera, &c.* CAPPER.

292. *Dum brevi.*] Hoc eſt, dummodo brevis ſit illa ſimilitudo, ſive comparatio, qua in *exordio* utemur. CAPPER.

293. *Et tranſlatione.*] Verborum *tranſlatione*, quæ vulgo *metaphora* dicitur. CAPPER.

294. *Cauti illi.*] *Ironia.* Terent. Phorm. IV. 4.
Ut cautus eſt, ubi nihil opus eſt.

295. *Niſi ſi cui divina illa, &c.*] Vaticinatus eſſe Fabius videtur, quoſdam futuros, quibus illa *ironia divina* pro Ligario diſpliceret. Nam Georgio Cretenſi, qui ſe Trapezuntium dici maluit, ita diſplicet, ut Fabium ſugillare non ſit veritus, *Sus Minervam;* cum ait, non *ironiam* eſſe, ſed veri criminis confeſſionem; partim ut miſericordiam captet; partim ut, cum rei ejuſdem, quam poſtea majorem oſtendit, adverſarium reum, ac humanitate Cæſaris abſolutum oſtendat, ſummæ crudelitatis arguat: de quo plura in ejus commentatio in eam orationem. Quod autem *ironia* hic ſit, auctor eſt Aquila Romanus: quanquam de illo loco Quinctiliani inter figuras ita ait: *Non procul abeſt ab hac ſimulatione confeſſio nihil nocitura; qualis eſt hæc: Habes Tubero.* Plura contra Trapezuntium legere poteris apud Georgium Merulam in orationem pro Ligario. TURNEB. Qui hic Regii ſcrinia compilavit. Aldus vero edidit: *Si cui divina, &c. niſi cui;* Locat. Vidov.

296. *Quod in plures cauſſas.*] Sic antiqui oratores exordio fere vulgari orationem incipiebant: *Deum optimum maximum precor; &, Maxime vellem, judices.* TURNEB.

297. *Vulgare dicitur.*] In Sulpitio Victore pag. 248. Rhetor. Pithœan. vocatur etiam *Galeatum; quoniam ita commune eſſe poſſit omnibus cauſſis, quemadmodum galea omnibus vulgo poſſit eſſe communis:* ſed hæc verba Sulpitio Victori perperam aſſuta fuiſſe, & ex B. Hieronymi prologo *galeato* in ſacros libros decerpta putat Voſſius Inſtit. Orator. tom. 1. pagg. 352. 353. CAPPER.

298. *Magnis ſæpe.*] *A magnis;* Locat. Ald. Steph. Colin. Baſil. Vidov. Voſſ. ſecund.

299. *Præterea quod longum.*] Additur etiam a Trapezuntio *exordium apparatum*, quod exquiſitius eſt compoſitum, quam deceat. TURNEB.

300. *Ut ſit præparatus.*] *Si* particulam adſcribi ſenſus integritas poſtulat, ut legatur; *ut ſi ſit.* REGIUS. *Ut* omittit Aldus & habet; *ſi ſit præparatus*, & ita V. C. Alm. & Obrecht.

ſine hoc judex; aut ſi res præparatione non egeat. [301] Ariſtoteles quidem in totum id neceſſarium apud bonos judices negat: aliquando tamen uti, nec, ſi velimus, eo licet; cum judex occupatus, cum anguſta ſunt tempora, cum major poteſtas ab ipſa re cogit incipere. Contraque eſt interim *proœmii* vis etiam [302] non in *exordio.* [303] Nam judices, & in *narratione* nonnunquam, & in *argumentis*, ut attendant, & ut faveant, rogamus: quo Prodicus velut dormitantes eos excitari putabat, [304] quale eſt Ciceronis: *Tum C. Varenus, is qui a familia* [305] *Anchariana occiſus eſt. Hoc, quæſo, judices, diligenter attendite.* Utique ſi [306] multiplex *cauſſa* eſt, ſua quibuſque partibus danda præfatio eſt; ut, *Audite nunc reliqua*; &, *Tranſeo nunc illuc.* [307] Sed in ipſis etiam *probationibus* multa funguntur *proœmii* vice; ut facit [308] Cicero pro Cluentio, dicturus contra cenſores; [309] pro Muræna, cum Servio ſe excuſat. Verum id frequentius eſt, quam ut exemplis confirmandum ſit. Quoties autem *proœmio* fuerimus uſi; tum ſive [310] ad *expoſitionem* tranſibimus, ſive protinus ad *probationem*, [311] id debebit in *principio* poſtremum eſſe, cui commodiſſime jungi [312] initium conſequentium poterit. [313] Illa vero frigida & puerilis eſt in ſcholis affectatio, ut ipſe tranſitus efficiat [314] aliquam utique ſententiam, & hujus velut præſtigiæ plauſum petat; ut Ovidius laſcivire [315] in *Metamorphoſeſi* ſolet, quem tamen excuſare neceſſitas poteſt, res diverſiſſimas in ſpeciem unius corporis colligentem. Oratori vero quid eſt neceſſe [316] ſurripere hanc tranſgreſſionem, & judicem fallere; qui, ut ordini rerum animum intendat,

301 *Ariſtoteles quidem.*] Hæc ſcribuntur ab Ariſtot. lib. III. Rhetor. cap. 14. horum eſt cauſſa, quia *exordium* comparatur ad affectum, quo judex bonus carere debet; & lege lata adhiberi vetabatur. TURNEB.

302. *Non exordio.*] *Non in exordio*: MSS. Bodl. Alm. Andr. Locat. Ald. Sich. Vaſc. Steph. Colin. Baſil. Gryph. Vidov. Roign. Voſſ. ſecund. *Etiam non in exordio.*] In aliis orationis partibus, quam in *exordio*. CAPP.

303. *Nam judices & in.*] Initio quoque diximus, attentionem, benevolentiam, & docilitatem non magis eſſe exordii, quam reliquarum partium. Quod autem ſequitur, ex Ariſtotele ſumptum eſt; ſcribit enim Prodicum dixiſſe, attentionis petitionem perinde auditores excitare, ac ſi tuter dormientes pecunia ſpargeretur. TURNEB.

304. *Quale eſt Ciceronis.*] *Quale eſt. Tum C. Varenus, qui a familia*; V. C. Alm. *quale eſt. Cum C. Varenus qui a*; Vallæ liber, Locat. Ald. Gryph. Baſil. Vidov. Regius particulam *eum* expungendam eſſe cenſet. Aſcenſius *quale eſt Ciceronis pro C. Vareno, qui, &c.*

305. *Anchariana.*] Sic dicta ab Anchario vel Ancario (*Aſino*) quam vocem Bilbilitano vati feliciſſime reddidit Iſaac. Voſſius ad Melam pag. 48. Utinam pari ſucceſſu Tertulliani locum ibidem emendaſſet! ſi modo quid in eo emendandum. Arridet enim (ut verum fatear) præ aliis omnibus lectio vulgata, *Ononychites*, utpote, quæ in picturam Tertullianicam apprime quadrat: *Deus noſter* (inquit Afer ille doctiſſimus) *erat auribus aſininis, altero pede ungulatus.* In quibus verbis ne γρῦ quidem de porco. Itaque fruſtra eſt clariſſimus Voſſius, *Onochoirites* legens. COLOMESIUS. Admodum lubrica & incerta hæc familiæ Anchariæ etymologia; nam aſinum *Ancarium*, vel *Ancharium*, dictum nondum liquet, & verba Lucilii apud Nonium in *Quiritare* diverſe leguntur: alii *arenarius*, alii *angarius* legunt a Græco ἄγγαρος, quo *nuntius*, *bajulus*, notatur: ſed aſinum notari, a Voſſio probatum eſſe debuiſſet. Magis dubia adhuc lectio Martialis libro XI. 95.

——— *jura, verpe, per Ancarium*;

ut vult Voſſius, cum alii per *Anchialum*: varie vero æſtuat Turnebus lib. XVII. cap. 24. in hac voce *Ancarius*; & *familiam* hanc *Ancariam* [originem habuiſſe ait] ex urbe Italiæ *Ancaria*, in qua patresf. quidam operoſi & quæſtuoſi erant, quorum hæc familia; vel denique *Ancarios* furioſos à Dea *Ancaria*, ſtimulatos, ut Bellonarii a Bellona. Sed urbs illa nulli, quod ſciam, memoratur; & Dea *Ancharia* vel *Ancaria*, quæ Aſculi colebatur, & a ſolo, ut puto, Tertulliano Apologetici capite vigeſimo quarto memoratur, quænam fuerit, mihi minime liquet: quamvis inde genti huic nomen fuiſſe, non ſit abſurdum credere. Hanc vero Deam non Aſculi, ſed Fæſulis in Etruria cultam credit Reineſius, ob inſcriptionem ibi repertam, ubi mentio fit hujus Deæ Claſ. II. inſc. 23. unde apparet *Anchariam* eſſe dictam, non *Ancariam*. Ego hic per familiam *Anchariam* intelligo ſervos cujuſdam *Ancharii*, qui *C. Ancharius Rufus* ex municipio Fulginate fuit, teſte Priſciano: ſic cædes in ſylva Sila cum eſſet facta, notique homines interfecti, inſimulabatur familia, teſte Cicer. in Bruto cap. 22. pro *Anchariana* hic in margine Baſil. erat *Anchiram*. Vallæ liber & Colbertinus habebant *Anchirana*: hujus vero orationis Ciceronis pro Vareno fragmenta aliquot ex Fabio & aliis collegerunt Editores Ciceronis, qui *L. Varenum* vocant, qui hunc *C. Varenum* occidit, & *Cn. Varenum* vulneravit; ut ex lib. VII. cap. I. apparet; quem Glandorpium male diverſum facere puto ab hoc *L. Vareno*. An autem ex eadem gente ſit *P. Varinus* Prætor, ut ibi legitur forte pro *Vareno*, quem Cicero pro Flacco cap. 19. laudat, neſcio. BURMAN.

306. *Multiplex.*] Multis quæſtionibus conſtans. TURNEB.

307. *Sed in ipſis etiam probat.*] Ex hoc loco colligere poſſumus, *refutationes* ante *narrationem* poſitas, quales ſunt pro Milone, Muræna, Sylla, Cluentio, multum affines eſſe cum *proœmio*; imo quodammodo partes eſſe illius: quod Fabius multis in locis indicat; hæ enim præparant judicem, quod erat *exordii* proprium. TURNEB.

308. *Cicero pro Cluentio.*] Cicero pro Cluentio, cum eſſet dicturus adverſus cenſores Gellium & Cn. Lentulum, qui Cluentium notarant, quod judicium, quo damnatus fuerat Oppianicus, corrupiſſet; præfatione utitur, qua primum aures placat, ac velut aditum ſibi præmunit ad aures judicum. TURNEB.

309. *Pro Muræna.*] Cap. 3.

310. *Ad expoſitionem.*] *Expoſitionis* nomine *narrationem* intelligit, quæ ſequenti capite definitur, *expoſitio rei geſtæ*. CAPPER.

311. *Id debebit.*] Id ex Cicerone lib. II. de *Orat. Connexum autem ita ſit principium conſequenti orationi, ut non tanquam citharœdi principium affictum aliquod, ſed cohærens cum omni corpore membrum eſſe videatur. Nam nonnulli, cum illud meditati ediderunt; ſic ad reliqua tranſeunt, ut audientiam ſibi fieri velle videantur. Atque ejuſmodi illa proluſio debet eſſe, non ut Samnitium, qui vibrant haſtas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur; ſed ut ipſis ſententiis, quibus proluſerint, vel pugnare poſſint.* TURNEB.

312. *Initium conſequentium.*] *Poſſit* verbum, librariorum incuria prætermiſſum, adſcribatur, ne imperfectus ſenſus relinquatur. REGIUS.

313. *Illa vero frigida.*] Hoc loco Fabius conſuetudinem declamatorum notat, qui ita ab *exordio* in *narrationem* tranſibant, ut id lateret auditorem; debet enim tranſitus ille eſſe apertiſſimus. Hermogenes autem *exordium* putat cum *narratione* conjungendum per *procataſtaſin*, quam etiam appellant προδιήγησιν. TURNEB.

314. *Aliquam ſententiam.*] Γνώμην vel νόημα, non vero διάνοιαν ſimpliciter, quæ cogitationem quamlibet ſignificat. CAPPER.

315. *In Metamorphoſi.*] Scribendum in plurali *Metamorphoſeſi*, Græca enuntiatione. Lege Farnabium. & Nic. Heinſium ad Ovidii Metamorph. in limine. COLOMESIUS. *In Metamorphoſibus* volebat Francius. Cod. Bern. habet *in Metamorphoſeſin.*

316. *Surripere hanc tranſgreſſionem*] Expreſſiſſe hic Græcorum locutionem Fabium puto, qui ita κλέπτειν τὴν ἀκρόασιν dicunt: de quo vide Petr. Victor var. lect. XXIII. cap. 6. & utitur Schol. ad Euripid. Hippol. 609. BURMAN.

etiam

etiam commonendus eſt? Peribit enim prima pars *expoſitionis*, ſi judex [317] narrari nondum ſciet. Quapropter, ut non abrupte cadere in *narrationem*, ita non obſcure tranſcendere, eſt optimum. Si vero longior [318] ſequetur ac perplexa magis *expoſitio*, ad eam ipſam præparandus erit judex; [319] ut Cicero ſæpius, [320] ſed hoc præcipue loco fecit: *Paulo longius exordium [321] rei demonſtrandæ repetam, quod, quæſo, judices, ne moleſte patiamini; principiis enim cognitis, multo facilius extrema intelligetis.* Hæc fere ſunt mihi de *exordio* comperta.

317. *Narrari nondum.*] *Nondum narrari*: Locat. Ald. Gryph. Colin. Baſil. Vidov.

318. *Sequitur.*] *Sequetur*: Locat. Ald. Steph. Colin. Gryph. Baſil. Vidov. Voſſ. prim. Bern.

319. *Ut Cicero ſæpius, ſed hoc loco fecit.*] Aliquid mihi deeſſe huic ſenſui videtur; aut enim *potiſſimum*, aut quid tale recte forſitan adſcriberetur. Cicero vero pro Cluentio hoc fecit; inquit enim, *Paullo longius, &c.* REGIUS.

320. *Sed hoc loco præcipue.*] Pro Cluentio, cap. 4. *Atque ut intelligatis, &c.* TURNEB. *Sed & hoc loco fecit*; V. C. Alm. *ſed hoc loco fecit*; Locat. Ald. Baſil. Vidov.

321. *Rei demonſtrandæ*] *Demonſtrandæ gratia repetam*: Locat. Ald. Sich. Par. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Voſſ. ſecund. *rei demonſtrandæ petam*; Stephan. Sed recte ſe habet vulgata: ita enim & in Ciceronis exemplaribus, & vox *gratia* interjecta ab ineptis librariis, qui eam eleganter ſæpe omitti ignorabant: de qua *ellipſi* vide Riv. & Muret. ad Salluſt. Catil. 6. & nos ad Petron. XLIX. BURMAN.

CAPUT II.

De narratione.

[1] MAXIME naturale eſt, & fieri [2] frequentiſſime ſolet, ac debet, ut, præparato per hæc, quæ ſupra dicta ſunt, judice, res de qua pronuntiaturus eſt, indicetur. Ea eſt *narratio*. [3] In qua ſciens tranſcurram ſubtiles nimium diviſiones quorumdam, plura ejus genera facientium. Non enim ſolam volunt eſſe illam negotii, de quo apud judices quæritur, *expoſitionem*, [4] ſed perſonæ; ut, [5] *Marcus Acilius Palicanus*, [6] *humili loco, Picens, loquax magis, quam facundus.* [7] Loci; ut, [8] *oppidum eſt in Helleſponto Lampſacum, judices.* [9] Temporis; ut, II.

Vere novo, gelidus canis quum montibus humor
Liquitur.

[10] Cauſſarum, quibus hiſtorici frequentiſſime utuntur; cum exponunt unde bellum, ſeditio, peſtilentia. Præter hæc, alias perfectas, alias imperfectas vocant: quod quis ignorat? Adjiciunt, *expoſitionem* & præteritorum eſſe temporum, quæ eſt frequentiſſima; & præſentium, qualis eſt [11] Ciceronis de diſcurſu amicorum: *Chryſogonus poſtquam*

1. *Maxime naturale & freq.*] Κατὰ φύσιν, & ἐπὶ τὸ πλεῖστον. Inferius enim oſtenſurus eſt, non ſemper eſſe narrandum, neque protinus *narrationem proœmio* ſubjiciendam. PITHOEUS.

2. *Frequentiſſime ſolet ac debet.*] *Frequentiſſime debet*: MSS. Bodl. Bal. Alm. Ald. Locat. Par. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Obrecht. ſed mihi illud *ſolet* minime omittendum videtur; quia ex ſolemni & frequentiſſima eſt formula, de qua vide ad Petron. cap. XLIX. ita infr. VII. 9. *ut ſolet*: ubi male *ſolens* Obrechtus. BURMAN.

3. *In qua ſciens.*] Tranſit per *occupationem* eorum opiniones, qui multa faciebant *narrationum* genera; vultque eam vere eſſe *narrationem*, quæ ſit rei *expoſitio*, de qua judex eſt pronuntiaturus. TURNEB.

4. *Sed perſonæ.*] Ea eſt *narratio*, quæ *proſopographia* appellatur, qua perſonam propriis circumſtantiis, tanquam coloribus, depingimus ac deſcribimus. TURNEB.

5. *M. Acilius Palicanus.*] Eſt ex Ciceronis pro Cluentio deſcriptum hoc exemplum. REGIUS. *Atelius*; Ald. Sich. Colon. marg. *Atilius*; Ven. Locat. *Attilius*; Baſil. marg. Steph. ſed *Marcus Acilius* non habet V. C. Alm. non potui autem hunc hominem in oratione pro Cluentio reperire; ſed ex Salluſtii Hiſtoriarum libris deſumptum eſſe ex Gell. I. cap. 15. oſtendit Carrio ad. Fragm. Salluſtii. *M. Atilii* in Verrinis mentionem fieri notavit margo Stephani, (& ſit act. I. cap. 13.) qui majeſtatis damnatus eſt: ſed hic huc minime pertinet. *Palicanus* vero cognomen fuit Lolliorum: ita M. Lollii ſatellitis & adjutoris Clodii, Cicero in Orat. pro domo cap. 5. meminit. Hunc tamen Glandorpius a M. Lollio Palicano diverſum facit, quem Tribunum plebis fuiſſe conſtat, & qui auctor fuit, ut Pompeius & Craſſus Coſſ. reſtituerent Tribunitiam poteſtatem. Aſc. ad Divin. cap. 3. & quem ſeditioſiſſimum hominem vocat Valer. Max. lib. III. cap. 8. §. 3. hic & *M. Palicanus* a Cicerone dicitur II. Verr. 21. ubi vide Urſin. & ad I. Att. I. & 18. unde humilitatem ejus intelligere licet: meminit & Palicani oratoris, *aptioris auribus imperitorum*, in Bruto 62. & ita hic legendum eſſet *M. Lollius Palicanus*: ut videtur legiſſe Vaillantius in Gente Lollia, qui nummo IV. a filio ejus Quæſtore denarium in honorem patris percuſſum cenſet: in nummis vero *Palikanus* dicitur. Secutus autem Vaillantius Pighium, (licet non nominet, quod ſolemne ipſi eſſe recte notavit vir celeber. Perizonius Epiſt. ad Morell. de nummis conſul. pag. 275.) qui in Annal. an. 674. hunc Fabii locum de hoc Lollio Palicano capit, & dicit eum eſſe, quem Cicero in Bruto memorat; & quem reſpicit Cicer. I. in Verr. 47. teſte Aſconio. BURMAN.

6. *Humili loco.*] Vallæ lib. *humillimo loco.*

7. *Loci.*] Dicitur *topographia*, ſi verus locus deſcribitur: aut *topothesia*, ſi locus fictus. TURNEB.

8. *Oppidum eſt.*] De Ciceronis I. Verrin. 24. ſumptum. REGIUS.

9. *Temporis.*] Quæ χρονολογία dicitur; ut, *Vere novo*, ex I. *Georg. Virg.* TURNEB.

10. *Cauſſarum.*] Ea dicitur αἰτιολογία, quando rei alicujus cauſſas ſtudioſe ſcrutamur & explicamus. TURNEB.

11. *Cicero de diſcurſu.*] In oratione Ciceronis pro Roſcio Amerino (cap. 22.) ſenſus quidem hic habetur; verba vero ipſa alia leguntur; ſic enim Cicero: *Uſque eo animadverti, &c.* REGIUS.

eſt nominatus; & futurorum, quæ ſolis dari vaticinantibus poteſt. [12] Nam ὑποτύπωσις non eſt habenda *narratio*. Sed nos potioribus vacemus. [13] Plerique ſemper narrandum putaverunt: quod falſum [14] eſſe, pluribus coarguitur. Sunt enim [15] ante omnia quædam tam breves *cauſſæ*, ut *propoſitionem* potius habeant, quam *narrationem*. Id accidit aliquando utrique parti; cum vel nulla [16] *expoſitio* eſt, vel de re conſtat: de jure quæritur, ut apud [17] Centumviros; *filius, an frater debeat eſſe* [18] *inteſtato heres*; [19] *pubertas, annis, an habitu corporis æſtimetur.* [20] Aut cum eſt quidem in re *narrationi* locus, ſed ante aut judici nota ſunt omnia, aut [21] priore loco recte expoſita. Accidit aliquando [22] alteri, [23] & ſæpius actori; vel quia ſatis eſt proponere, vel quia ſic magis expedit. Satis eſt dixiſſe; [24] *certam creditam pecuniam peto ex* [25] *ſtipulatione*; [26] *legatum peto ex teſtamento.* [27] Diverſæ patris *expoſitio* eſt, [28] cur ea nondum debeantur. Et ſatis eſt actori, & magis expedit ſic indicare; [29] *dico ab Horatio ſororem ſuam interfectam.* [30] Namque & *propoſitione* judex crimen omne cognoſcit, [31] & ordo & cauſſa facti pro adverſario magis eſt. Reus contra tunc [32] *narrationem* ſubtrahit, [33] cum id, quod objicitur, [34] nec negari, nec excuſari poteſt, ſed in ſola juris quæſtione conſiſtit; [35] ut in eo, qui, cum pecuniam privatam ex [36] æde ſacra ſurripuerit, ſacri-

12. *Nam* ὑποτύπωσις.] Ὑποτύπωσις figura eſt, cum ita apte & luculente rem explicamus, ut geri videatur: habet autem locum interdum in *narratione*: non tamen *narratio* eſt, ſed *narrationis accidens*. TURNEB. Διατύπωσις *deſcriptio*. An *hypotypoſis, narratio*, quæ verſatur in perſonis. in qua ſimul cum rebus ipſis perſonarum & ſermonum, & animi vultuſque perſpici poſſint, ut in illo: *Venit ad me ſæpe clamitans: Quid agis, Miſio, &c.* de qua Cicer. in Rhetor. L. Val. PITHOEUS. Ὑποτύπωσις *non eſt habenda narratio.*] Et ſane, ut docet Quinctilianus lib. IX. cap. 2. *Illa vero* [ait Cicero] *ſub oculos ſubjectio tum fieri ſolet, cum res non geſta indicatur, ſed, ut ſit geſta, oſtenditur: nec univerſa, ſed per partes.* Ab aliis hypotypoſis ὑποτύπωσις dicitur propoſita quædam forma rerum ita expreſſa verbis, ut cerni potius videatur, quam audiri. CAPPER.

13. *Plerique ſemper narrandum, &c.*] Reprehendit eorum opinionem, qui putarunt ſemper eſſe narrandum; docetque quibus in *cauſſis* ſupervacua ſit futura *narratio*. Hæc autem omnia ex Halicarnaſſeo deſumpta ſunt, ἐν τῇ περὶ τῆς ἐν μελέταις ἀτεχνίας, loquente περὶ διηγήσεως ibi: ἁμάρτημα δὲ καὶ τὸ, πανταχοῦ διηγεῖσθαι, μὴ ἐπιστάμενον ὅτι ὅλη μὲν ἰδέα συμβουλευτικὴ διηγήσεως οὐ δεῖται· ἴσασι γὰρ οἱ βουλευόμενοι περὶ ὧν σκοποῦνται, καὶ δέονται μαθεῖν ὃ πρακτέον ἐστὶν, οὐχ ὅπερ βουλευτέον· εἰσὶ δὲ καὶ δίκαι διηγήσεις οὐκ ἔχουσαι. αὗται δέ εἰσιν αἱ τοῖς δικάζουσι τὸ πρᾶγμα γνώριμον ἔχουσαι, καὶ τοῖς ἀντιδίκοις ὁμοίως ἀμφοτέροις ὁμολογούμενον, & cætera quæ ſequuntur. TURNEB.

14. *Eſſe coarguitur.*] In quibuſdam exemplaribus recte mihi *pluribus* adſcriptum eſſe videtur hoc modo, *quod falſum eſſe pluribus coarguitur*; complures namque ſubjiciuntur rationes. REGIUS.

15. *Ante omnia.*] Hæc delenda cenſebat verba Francius.

16. *Expoſitio.*] Rei geſtæ, quæ ipſa eſt *narratio*. CAPPER.

17. *Ut apud Centumviros.*] Hoc oritur ex lege duodecim tabularum, quæ jubet, ut bona inteſtatorum ad agnatos & gentiles deferantur. Meminit Cornificius lib. I. Porro *inteſtatus* dicitur non ſolum is, qui non facit teſtamentum, ſed etiam qui jus faciendi non habet; ut puer & carcere concluſus. TURNEB. *Centumviros.*] De Centumviris judicibus vide quæ notavimus ad c. 10. libr. III. CAPPER.

18. *Inteſtato heres.*] *Inteſtata*; Ald. *inteſtati*; Obrecht. *ab inteſtato*; Francius. *Inteſtate*; Voſſ.

19. *Pubertas annis, &c.*] *Pubertas* eſt quando corpus pilis veſtitur; tunc enim pubertas incipit, ad quam æſtimandam olim pudenda inſpiciebantur: quod Juſtinianus leg. 2. C. *quando tutores, vel curatores eſſe deſinunt*; ſuſtulit, ut indecorum: ſed ut feminæ poſt impletum duodecimum annum pubeſcere, ſic & mares poſt exceſſum quatuordecim annorum quoque exiſtimarentur. Idem Juſtin. Inſtit. *Tit. quibus modis tutela finitur.* TURNEB.

20. *Aut cum eſt quidem jure narrationi locus.*] Sic quidem legitur: ſed *jure* mihi otioſum ac ſuperfluum eſſe videtur: idcirco pro *jure*, *in re* legendum eſſe facile contenderim. REGIUS. *aut cum eſt quidem jure narrationi locus*; MSS. Bodl. Joan. Andr. Locat. *aut enim eſt quidem jure narrationi locus*; Sich. Baſil. *aut cum eſt quidem in re narrationi locus*; MSS. Bal. Alm. marg. Steph. Gryphius, Colin. Vidov. Obrecht. ſimilis varietas, in codice Almel. eſt in lib. III. cap. 8. ubi pro *in re*, *jure* erat: in Voſſ. prim *quidem jure*.

21. *Priore loco.*] Ab eo qui ante oravit & *cauſſam* egit. TURNEB. *Priore loco recte expoſita.*] Hoc eſt, *actione* prima; idque ab eo qui *cauſſam* prior egit; nam eamdem *cauſſam* olim agebant plures patroni tum τοῦ διώκοντος *petitoris*, vel *actoris*, tum τοῦ φεύγοντος rei. Vide ſupra ad initium cap. primi. CAPPER.

22. *Alteri.*] Supple, parti, hoc eſt, uni ex duabus partibus quæ litigant, vel *cauſſam* agunt. CAPPER.

23. *Et ſæpius actori.*] *Ab actore*: MSS. Bodl. Joan. Voſſ. Bern. Andr. *ab actore cauſſæ* legit Regius, & ita Colon. Sich. Baſil. *actori cauſſæ*; Ald. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Vidov.

24. *Certam creditam pecuniam.*] *Certam* dixit, quoniam apud Rom. non erat judicium, niſi de certa pecunia. *Stipulationes* autem, ut ait *Paul.* lib. I. *in ſententiis*, obligationum firmandarum cauſſa inductæ ſunt, quæ quadam ſolemnitate concipiuntur; ita appellatæ, quod per eas firmitas obligationum obſtringatur; *ſtipulum* enim veteres *firmum* appellabant. TURNEB.

25. *Stipulatione.*] Hoc diſtat *ſtipulatio* a *promiſſione*, quod hæc ſit mera, nuda, & ſimplex pollicitatio; illa vero ſit quædam pollicitatio ſolemnibus emiſſa verbis ab eo, quem quis ita ſolemniter interrogaverit: *Spondeſne centum, &c. Spondeo, &c.* ſic & Græci diſtinxerunt inter ἐπαγγελίαν *promiſſionem*, & ἐπερώτημα *ſtipulationem*, quam promiſſione validiorem eſſe, nemini latet. Plura vide apud τοὺς νομικούς. CAPPER.

26. *Legatum peto.*] *Legatum* eſt donatio quædam teſtamento relicta, quædam bonorum hereditariorum portio ab herede danda *legatario*; eſt quædam præſtatio ab herede facienda: quomodo autem *legatum* differat ab *hereditate*, lege apud juriſconſultos. CAPPER.

27. *Diverſa partis.*] Quod antea ſimpliciter propoſuit actor, illud exponere debet defenſor, additis cauſſis; eſtque genus illud *narrationis*, quod appellatur ab Hermogene ἐγκατάσκευον, id eſt, *confirmatum aut comprobatum* adjectis cauſſis. TURNEB.

28. *Cur ea non debeantur.*] *Debeatur*; Locat. Ald. Colin.

29. *Dico ab Horatio.*] Hiſtoria nota ex Livii lib. I. *ab urb. cond.* TURNEB.

30. *Namque & propoſitione.*] Scribe *namque ex propoſitione*. PHILAND. *& cum propoſitione*; Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. *cum* ignorant Vallæ liber & Obrecht.

31. *Et ordo & cum cauſſa facti.*] *Cum* præpoſitio, ut ſuperflua, eradenda; cauſſa namque facti, ſi exponatur, pro Horatio eſt; idcirco enim ſororem occidit, quia eam in tanta Populi Romani victoria flere pro hoſtium cæde vidit. REGIUS. *Cum cauſſa.* Locat.

32. *Narrationem ſubtrahit.*] *Subtrahet*; Argent. cod.

33. *Cum id quod objicitur.*] *Et cum id*; Ald. Locat. ſed jam Regius & delendnm docuit.

34. *Nec negari, nec accuſari.*] *Neque negari, neque excuſari*; Argentorat. Cod. Ald. & reliqui.

35. *Ut in eo, qui, &c.*] Divites pecunias ſuas templis olim commitebant, eaſque æedituis ſervandas dabant; fuitque ærarium publicum Romæ in æde Saturno ſacra: poſtea juriſconſulti ſtatuerunt harum pecuniarum fures non eſſe ſacrilegos: gravius tamen plectendos, quam ſimplices fures. TURNEB. *Ut in eum; in eo* ut legatur, grammaticæ ratio expoſcit. REGIUS. *In eum*; Vallæ codex & Voſſ. ſecund.

36. *Æde ſacra.*] *Sede ſacra ſuripuerrit*; V. C. Alm. ſimiliter

legii [37] reus eſt, confeſſio verecundior, quam *expoſitio: non negamus, pecuniam de templo eſſe ſublatam:* [38] *calumniatur tamen accuſator actione ſacrilegii, cum privata fuerit, non ſacra: vos autem* [39] *de hoc cognoſcetis, an ſacrilegium ſit admiſſum.* Sed ut has aliquando non narrandi cauſſas puto; ſic ab illis diſſentio, qui non eſſe *narrationem* exiſtiment, cum reus, quod objicitur, tantum negat: [40] in qua eſt opinione Cornelius Celſus, [41] qui conditionis hujus eſſe arbitratur pleraſque [42] cædis *cauſſas*, [43] & omnes [44] ambitus ac [45] repetundarum. Non enim putat eſſe *narrationem*, niſi quæ ſummam criminis, de quo judicium eſt, continet: [46] ac deinde fatetur ipſe, pro Rabirio Poſthumo narraſſe Ciceronem: [47] atqui ille & negavit perveniſſe ad Rabirium pecuniam, qua de re erat quæſtio conſtituta, & in hac *narratione* nihil de crimine expoſuit. [48] Ego autem, magnos alioqui ſecutus auctores, duas eſſe in judiciis *narrationum* ſpecies exiſtimo, alteram ipſius *cauſſæ*, alteram rerum ad *cauſſam* pertinentium *expoſitionem*. *Non occidi hominem*, nulla *narratio* eſt: [49] convenit: ſed erit aliqua, & interim etiam longa, [50] circa argumenta ejus criminis, de anteacta vita, [51] de cauſſis, propter quas innocens in periculum deducatur, [52] aliiſque, quibus incredibile id, quod objicitur, fiat. Nec enim accuſator hoc tantum dicit, *occidiſti*; ſed, quibus id probet, narrat; ut in [53] tragœdiis, cum Teucer Ulyſſem reum facit Ajacis occiſi, dicens, *inventum eum in ſolitudine, juxta exanime corpus inimici, cum gladio cruento*: non id modo Ulyſſes reſpondet, non eſſe a ſe id facinus admiſſum, ſed ſibi nullas cum Ajace inimicitias fuiſſe: [54] de laude inter ipſos certatum. Deinde ſubjungit, quomodo in eam ſolitudinem venerit, [55] jacentem exanimem ſit conſpicatus, gladium e vulnere extraxerit: [56] his ſubtexitur argumentatio. Sed ne illud quidem ſine *narratione* eſt, dicente accuſatore: *Fuiſti in eo loco, in quo tuus inimicus occiſus eſt:* [57] *non fui*: dicendum enim, [58] ubi fuerit. [59] Quare ambitus quoque *cauſſæ* & repetundarum,

confuſas has voces *ſedes*, & *ædes* apud alios docuit egregius ille Broukhuſius ad Tibul. I. XI. 18. ſic & apud Claudian. I. Rapt. 201.

Hic ædes anguſta Deæ.

ubi alii *ſedes*. Vide Heinſium. BURMAN.

37. *Reus eſt.*] Id eſt, accuſatur, vocatur in judicium, *cauſſam* dicit, &c. nam τὸ *reus* vix ac ne vix quidem eſt, ut ſontem ac nocentem ſignificet apud veteres illos Latinæ linguæ auctores. CAPPER.

38. *Calumniatur tamen actione.*] *Nos teneri* ſubaudiatur, ſi non eſt adſcribendum. REGIUS.

39. *De hoc cognoſcitis.*] *Cognoſcetis*; MSS. Bodl. Alm. Andr. Ald. Sich. Colin. Gryph. Baſil. Vidov. Obrecht.

40. *In qua eſt opinione.*] *Cauſſæ* omnes, in quibus quæritur aut de pecuniis repetundis, aut de ambitu, *conjecturales* ſunt; quia nulla ratione defendi poteſt, quod ſecundum leges non eſt factum. TURNEB.

41. *Qui conditionis hujus eſſe, &c.*] In ea cauſa eſſe. Poteſt enim jure aliquis cæſus eſſe: itaque non ſemper negat reus. In crimine ambitus aut repetundarum non poteſt non eſſe turpis confeſſio. PITHOEUS.

42. *Cædis cauſſas.*] Hoc eſt, criminales *cauſſas*, in quibus de homicidio perpetrato agitur. CAPPER.

43. *Et omnes ambitus.*] *Ut*, malebat Francius.

44. *Ambitus.*] Ubi agitur de corruptis data pecunia ſuffragiis ad impetrandos honores, magiſtratus, &c. CAPPER.

45. *Repetundarum.*] Supple, pecuniarum, quas Prætor aut alius quis Magiſtratus a Provincialibus aut ſociis per fas & nefas extorſiſſet. CAPPER.

46. *Ac deinde.*] *At deinde*; Steph. Gryph. Vidov. Obrecht. omittunt particulam *ac*, vel *at* Locat. Ald. Colin. Baſil.

47. *Atque ille.*] *Atqui* legendum videtur, non *atque*; opinionem enim Celſi reprobat Fabius; confutationibus autem *atqui* particula maxime convenit. REGIUS. *Atqui ille*; Steph. Roignii, Gryph. Colin. Baſil. Vidov.

48. *Ego autem.*] Duæ ſunt *narrationes*; altera generalis, quæ ſummam rei, de qua judicium eſt conſtitutum, complectitur; altera ſpecialis, quæ appendiculas quaſdam, quæ ad ſummam conferunt, exponit. TURNEB.

49. *Convenit.*] Id convenit inter omnes, in confeſſo eſt apud omnes artis rhetoricæ ſcriptores, nullum ibi eſſe *narrationis* locum. CAPPER.

50. *Circa argumenta.*] *Contra argumenta*; MSS. Bodl. Voſſ. tert. Bal. Andr. Ald. marg. Sich. & Baſil. Obrecht.

51. *De cauſſis, propter quas, &c.*] Cum accuſator aliquod crimen objicit; ut illud probet, ſolet ab anteacta rei vita ſuſpiciones petere, eaque Cicero *maledicta* pro M. Cælio, & *legem accuſatoriam* pro Muræna videtur appellaſſe: *Atque harum trium partium*, inquit, *prima illa; quæ graviſſima eſſe debebat, ita infirma fuit & levis, ut illos lex magis accuſatoria, quam vera maledicendi facultas de vita L. Murenæ dicere … coëgerit.* Ita quoque defenſor anteactam vitam in *narratione* debet explicare. *Probi* enim *mores*, ut 7. libro cap. 2. ait Fabius, *& anteactæ vitæ integritas nunquam non plurimum profuerint*; ideoque plerumque primum purganda ſunt maledicta ut id; de quo laturus eſt ſententiam judex, audire propitius incipiat. Itaque ſolet Cicero facere, ut prius maledicta, quam crimen, quod *cauſſæ* proprium eſt, refutet; ejuſmodi enim maledicta judicibus afferunt opinionem quandam improbitatis, quæ tollitur, ſi refutata fuerint: quod fieri non poteſt ſine *narratione*, eaque interdum longiore; ut pro Muræna, *objecta eſt enim Aſia, &c.* ſic & pro Cœlio, ut poſt oſtendet Fabius. Quomodo autem hæc tractanda ſint, fuſius docebit libro quinto, & ſeptimo. TURNEB.

52. *Aliis, quibus.*] *Que* copula adſcribenda videtur, ut legatur *aliiſque*. REGIUS. non habent copulam. V. C. Alm. Locat. *aliis cauſſis, quibus*; Ald. Aſcenſius conjiciebat *aliiſque, quibus non incredibile id, quod objicitur, fiat*: vel exponit ita *aliis*; ſcilicet adverſariis & defenſoribus erit aliqua *narratio* de cauſſis, quibus id, quod objicitur, ſcil. reo, erit incredibile.

53. *Tragœdiis.*] Sophoclis, Euripidis, & Senecæ in Ajace. TURNEB.

54. *De laude.*] Gloria bellica, propter arma ipſius Achillis: quo judicio victus Ajax, mœrore in inſaniam verſus, ſibi mortem conſciviſſe ferebatur: ex quo *thema* hoc tragicis exercitum. TURNEB.

55. *Jacentem exanimem.*] *Exanguem*; margo Baſil. eadem varietas apud Ovid. I. Art. 540.

Nullus in exanimi corpore ſanguis erat.

ubi male quidam codices *exſangui*. BURMAN.

56. *His ſubtexitur argumentatio.*] Ad hunc modum: *Non, ſi inventus ſum prope cadaver, occidi*: alioqui &, ſi tu, ejus frater, prior me prope cadaver inventus eſſes, ad te ſuſpicio pertinuiſſet. TURNEB.

57. *Non fui.*] Verba ſunt τοῦ rei reſpondentis accuſatori, vel actori, & objectam ſibi cædem neganti. CAPPER.

58. *Ubi fuerit.*] *Ubi fueris*, corrigebat Francius.

59. *Quare ambitus.*] *Cauſſæ* ambitus & *repetundarum* conjunctæ ſunt & multiplices, ut oſtendit lib. III. habent enim permulta crimina, quibus reſiſtendum variis *narrationibus*: id quod & in *proœmio* faciendum præcedenti cap. monuit; ut, *ſi cauſſa multiplex fuerit, ſua quibuſque partibus danda ſit præfatio*, quæ *proœmii* vice fungatur. TURNEB.

hoc etiam plures ejuſmodi *narrationes* habere poterunt, [60] quo plura crimina: [61] in quibus ipſa quidem neganda ſunt: ſed argumentis [62] *expoſitione* contraria reſiſtendum, [63] interdum ſingulis, interdum univerſis. An reus ambitus male narrabit, quos parentes habuerit, quemadmodum ipſe vixerit, quibus meritis fretus [64] ad petitionem deſcenderit? [65] Aut qui [66] repetundarum inſimulabitur, num & anteactam vitam, & quibus cauſſis, [67] vel provinciam univerſam, vel accuſatorem aut teſtem offenderit, [68] non utiliter exponet? Quæ ſi *narratio* non eſt, ne illa quidem Ciceronis pro Cluentio prima, cujus eſt initium: *A.* [69] *Cluentius Avitus.* Nihil enim hic de veneficio; ſed de cauſſis, quibus ei mater inimica ſit, dicit. [70] Illæ quoque ſunt pertinentes ad *cauſſam*, ſed non ipſius *cauſſæ narrationes*; vel exempli gratia, ut in Verrem de L. Domitio, qui paſtorem, quod is aprum, [71] quem ipſi muneri obtulerant, exceptum eſſe a ſe venabulo confeſſus eſſet, in crucem ſuſtulit; [72] vel excutiendi alicujus extrinſecus criminis; ut pro Rabirio [73] Poſthumo: *Nam, ut* [74] *ventum Alexandriam eſt* * *ad Auletem, judices, hæc una ratio a rege propoſita Poſthumo eſt ſervandæ pecuniæ, ſi curationem & quaſi diſpenſationem regiam ſuſcepiſſet*; vel augendi, ut deſcribitur [75] iter Verris. [76] Ficta interim *narratio* introduci ſolet; vel ad concitandos judices, ut pro Roſcio [77] contra Chryſogonum, cujus paulo ante habui mentionem; vel [78] ad reſolvendos aliqua urbanitate, ut pro Cluentio [79] contra fratres Cepaſios. [80] Interdum per digreſſionem decoris gratia; qualis rurſus in Verrem [81] de Proſerpina: *In his quondam locis mater filiam quæſiſſe dicitur.* [82] Quæ omnia eo pertinent, ut appareat non utique non narrare eum, [83] qui negat; ſed illud ipſum * non narrare, quod negat. [84] Ne hoc quidem [85] ſimpliciter accipiendum, quod eſt a me poſitum, ſupervacuam eſſe *narrationem* rei, quam judex noverit. Quod ſic intelligi volo; ſi non modo, [86] factum quid ſit, ſciet; ſed ita factum etiam, ut nobis expedit, opinabitur. Neque enim *narratio* in hoc reperta eſt, ut tantum cognoſcat judex; ſed aliquanto magis, [87] ut conſentiat. Quare, etiam ſi non erit docendus, [88] ſed aliquo

60. *Quo plura crimina.*] *Quod* mihi legendum videtur; cauſſam enim aſſignat, cur plures futuræ ſint *narrationes* in *cauſſis* ambitus & repetundarum REGIUS. *Quam* volebat Gallæus, ut habet margo Stephani.

61. *In quibus ipſa.*] Quomodo nunc ſingulis argumentis, nunc univerſis inſiſtendum, docet lib. v. cap. de *refutatione*. TURNEB.

62. *Expoſitione.*] Supple, rei geſtæ, id eſt, *narratione*. CAPPER.

63. *Interdum ſingulis.*] Singularia ſunt, quæ uno genere continentur. PITHOEUS. *& interdum* Locat. Ald. Gryph. Steph. Colin. Baſil. Vidov.

64. *Ad petitionem.*] Videlicet honorum, Magiſtratuum; ad petendos honores, Magiſtratus, &c. CAPPER.

65. *Aut qui.*] *Aut ſi quis;* MSS. Bodl. Bal. Andr. Gryph. Baſil. Obrecht. Vidov.

66. *Repetundarum inſimulabitur.*] *Repetundarum crimine;* MSS. Bodl. Alm. Gryph. Baſil. Vidov. *repetundarum crimine incuſabitur;* MS. Bal. *accuſabitur;* marg. Baſil.

67. *Per provinciam univerſam.*] Licet *per* recte legi videatur pleriſque; ego tamen contenderim, *per* præpoſitionem eradendam, ac loco ejus *vel* conjunctionem reponendam; facile enim accidere poteſt, ut Præſes Proconſulve, acrius tributa exigendo, aliudve faciendo, totam offendat provinciam. REGIUS. *Per provinciam;* Vallæ liber, V. C. Alm. Voſſ. & Bern. Locat. *cauſſis provinciam;* Ald.

68. *Non utiliter.*] *Non inutiliter;* V. C. Alm. & Vallæ, Locat. Ald. Gryph. Colin. Baſil. marg. Steph.

69. *Cluentius Habitus.*] Cum Cujacio, Manutio & Petro Fabr. malui (quod ſemel dicam) legere *Avitus*, quam *Habitus*. Nam 1°. ex τῷ *Avitus* perperam ſcriptum fuit *Abitus*, ut B, pro V, & contra in veteribus monimentis perſæpe ſcriptum eſſe norunt, qui ea perlegerint; deinde cum aſpiratione *Habitus*. CAPPER.

70. *Illa quoque ſunt.*] *Illæ duæ quoque ſunt.;* Ald. Voſſ.

71. *Quem ipſi invenisri obtulerat.*] *Muneri*, emendate legitur in aliis exemplaribus: hoc autem narrat Cicero in VII. Verr. cap. 3. REGIUS. Puto legendum *muneri obtulerant;* non enim ipſe paſtor iſti donaverat, ſed alii; a quibus requiſivit Domitius, quis tantam beſtiam percuſſiſſet: nec ipſa verba Ciceronis hic Fabius habet. BURMAN.

72. *Vel excutiendi criminis.*] *Diſcutiendi;* V. C. Alm. & Obrecht.

73. *Poſthumo.*] Cap. 10.

74. *Ventum Alexandriam eſt.*] *Alexandriam eſt ad Auletem;* Steph. & ita in Ciceronis exemplaribus legitur.

75. *Iter Verris.*] Lib. I. in Verr. 16.

76. *Ficta narratio.*] Sic lib. VI. cap. 1. *Nihil illa contra Cepaſios Ciceronis fabulâ efficacius:* & ibid. cap. 3. *Narrare quæ falſa ſint, in primis eſt ſubtile & oratorium, ut Cicero pro Cluentio narrat de Cepaſio atque Fabricio.* CAPPER.

77. *Contra Chryſogonum.*] *Circa;* MSS. Bodl. Bal. Argentor. Obrecht. Andr. Vide orationem, pro Roſcio Amerino num. 22. edition. Græviana. CAPPER.

78. *Ad ſolvendos.*] *Ad reſolvendos;* MSS. Bodl. Alm. Voſſ. tert. Argentor. Andr. Ald. Obrecht. quod verum putamus. Vide infra ad lib. VIII. *proœm. Ad reſolvendos.*] Id eſt, recreandos, mitigandos, leniendos, ab affectu vehementiori & ab ira præſertim ſolvendos: τὸ *reſolvere* eſt mollem ac remiſſum facere. Hic autem opponitur τῷ *ad concitandos*. CAPPER.

79. *Contra fratres.*] *Circa;* V. C. Alm. Argentor. Obr. Voſſ. prim.

80. *Interdum per digreſſionem.*] *Narrationes* ſunt quædam ipſius *cauſſæ*, quædam intercurrentes, quæ fidei, criminationis, tranſitionis aut commendationis cauſſa adhibentur: quod genus ſunt ſuperiores omnes *narrationes*. Sunt & *narrationes* a negotiis remotæ, de quibus lib. I. & II. egimus. TURNEB.

81. *Proſerpina.*] Lib. IV. in Verr. 48.

82. *Quæ omnia.*] Concluſio hujus loci: narrare etiam reum in *ſtatu conjecturæ*, hoc eſt, ubi factum negatur; ſed tamen non narrare crimen ipſum, quod negat. Quare exiſtimamus legendum eſſe, *ſed illud ipſum non narrare, quod negat.* TURNEB.

83. *Qui negat.*] Supple, a ſe commiſſum fuiſſe illud ſcelus, quod ſibi objicitur. CAPPER.

84. *Ne hoc quidem.*] Ne præberet errori occaſionem, præceptum ſuperius explicat, aitque etiam re cognita narrandum eſſe; ſi ita non cognoſcitur, ut nobis expedit, aut ſi afficiendus etiam *narratione* eſt auditor. TURNEB. *Nec hoc;* Obrecht.

85. *Simpliciter.*] Ἁπλῶς & ſine diſtinctione. PITHOEUS.

86. *Factum quid ſit, ſciet.*] *Factum quid ſciet;* Voſſ. prim. tert.

87. *Ut conſentiat.*] Supple, nobis, ut de re geſta & narrata idem ſentiat, quod ſentimus. CAPPER.

88. *Sed aliquo modo afficiendus.*] Hoc eſt, aliquo affectu commovendus, ad aliquem affectum alliciendus, trahendus. CAPPER. *Afficiendus.*] *Compellandus;* marg. Baſil.

modo afficiendus, narrabimus [89] cum præparatione quadam; ſcire quidem eum [90] in ſumma, quid actum ſit; tamen rationem quoque facti cujuſque cognoſcere ne gravetur. Interim [91] propter aliquem in conſilium adhibitum nos repetere illa ſimulemus; interim ut rei, quæ ex adverſo proponatur, iniquitatem omnes etiam circumſtantes intelligant. [92] In quo genere [93] plurimis figuris erit varianda *expoſitio*, [94] ad effugiendum tædium [95] nota audientis, [96] ſicut: *Meminiſti*; &, *Fortaſſe ſupervacuum fuerit hic commorari. Sed quid ego diutius, cum tu optime noris? Illud quale ſit, tu ſcias.* Et his ſimilia. Alioqui, ſi apud judicem, cui nota *cauſſa* eſt, *narratio* ſemper videtur ſupervacua, poteſt videri non ſemper eſſe etiam [97] ipſa *actio* neceſſaria. [98] Alterum eſt, de quo frequentius quæritur, [99] an ſit utique *narratio proœmio* ſubjicienda. Quod qui opinantur, non poſſunt videri [100] nulla ratione ducti. Nam cum *proœmium* idcirco comparatum ſit, ut judex ad rem accipiendam fiat conciliator, [101] docilior, & intentior; & probatio, niſi *cauſſa* prius cognita, non poſſit adhiberi; [102] protinus notitia rerum inſtruendus videtur. Sed hoc quoque [103] interim mutat conditio *cauſſarum*: niſi forte Marcus Tullius in oratione pulcherrima, [104] quam pro Milone ſcriptam reliquit, male diſtuliſſe *narrationem* videtur, [105] tribus præpoſitis quæſtionibus: [106] aut profuiſſet exponere, quomodo inſidias Miloni feciſſet Clodius, ſi reum, qui a ſe hominem occiſum fateretur, defendi omnino [107] fas non fuiſſet: aut ſi jam [108] præjudicio ſenatus damnatus eſſet Milo: aut ſi Cn. Pompeius, qui [109] propter aliquam gratiam [110] judicium militibus armatis clauſerat, tanquam [111] adverſus exiſtimaretur. Ergo hæ quoque quæſtiones vim *proœmii* [112] obtinebunt, cum omnes judicem præparaverint. Sed aliter [113] pro L. Muræna [114] poſtea quoque narravit, quum objecta diluit. Quod fiet utiliter, [115] quoties crimen non repellendum tantum,

89. *Cum præparatione quadam.*] *Præparatio* eſt, cum alicujus rei factæ aut faciendæ rationem afferimus; ut orator hoc loco dicet, quamobrem narrare velit, cum negotium a judice intelligatur. TURNEB.

90. *In ſumma.*] *In ſummam quid acti ſis*; V. C. Alm. Voſſ. prim. Bern. *quid acti* etiam Obrecht.

91. *Propter aliquem in conſilium adhibitum.*] Quem judices ordinarii ſuum in conſilium recens adhibuerint, receperint, &c. CAPPER.

92. *In quo genere plurimis.*] *In quo plurimis*; V. C. Alm.

93. *Plurimis figuris erit varianda.... ſicut.*] Hoc ſatis patet ex iis, quæ ſubjungit Fabius. Nam in τῷ *meminiſti* eſt *ἀνάμνησις*, *revocatio in memoriam*, de qua Rutilius, ſive Gorgias apud Fabium libr. IX. cap. 2. vel *ἀνανέωσις*, *renovatio* de qua Fortunatianus pag. 63. in τῷ *fortaſſe ſupervacuum fuerit*, &c. eſt *dubitationis*, vel *prætermiſſionis*, aliqua ſpecies: in τῷ *ſed quid ego*, &c. eſt *ἐπανόρθωσις correctio*: in τῷ *illud ſcias* eſt etiam *ἀνάμνησις*, vel *ἀνανέωσις*, ut ſupra. CAPPER.

94. *Ad effugiendum tædium.*] *Fugere tædium* eſt facere, ne tu habeas: *effugere* vero, ne alius habeat. TURNEB. *Ad effugiendum tædium audientis*; MSS. Colb. Alm. Steph. Sich. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Gibſon. *ad effugiendum tædium nota audientis*; Roign. Vaſcoſ. Leid. Obrecht. *tædium, cum ſint nota audienti*; Venet Locat. Ald. marg. Sich. & Baſil.

95. *Nota audientis.*] Judicis audientis ea, quæ jam antea noverat. CAPPER.

96. *Sicut: Meminiſti, &c.*] Hæ formulæ referuntur ad ſimulationem, cujus vis eſt magna & in affectu augendo, & in tædio auferendo. Hujus meminit Fab. lib. IX. TURNEBUS.

97. *Ipſa actio.*] Tota ipſa, quæ habetur, oratio. CAPPER.

98. *Alterum eſt, de quo.*] Inductio novæ quæſtionis, an ſemper *proœmio* debeat ſubjici *narratio*. Porro duplex eſt ordo; naturalis, vel artificialis, qui quidem exigit, ut *exordio* ſubjiciatur *narratio*; alter eſt contra artem, qui neceſſitati forenſi ſubſervit, ac plerumque naturalem partium ordinem immutat. Licet enim ante *narrationem* ea refutare crimina, quæ *cauſſæ* non ſunt, ſed præcurrunt *cauſſam*; ne, ſi hæc non fuerint confutata, nullus ſit ad *cauſſam* aditus; eoque ſit, ut *cauſſæ* utilitate præcepta vincantur, & *narratio exordio* non ſtatim ſubjiciatur. TURNEB.

99. *An ſit utique, &c.*] Quod hic dicit *utique*, ſtatim dicet *protinus*, mox *ſemper*. PITHOEUS.

100. *Nulla narratione.*] Legendum eſſe *ratione* neminem dubitare puto. REGIUS.

101. *Docilior & intentior.*] *Docilior, intentior*; V. C. Alm. & Obrecht.

102. *Protinus notitia.*] *Protinus judex notitia*; MSS. Bodl. Joan. Alm. Andr. Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov.

103. *Interim.*] *Interdum*; Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. Vidov. Voſſ. ſecund.

104. *Quam pro Milone, &c.*] Hoc ideo ait, quia Cicero illam orationem pro Milone, quam nunc habemus, non dixit, ſed tantum ſcripſit, ut notat Aſconius. Alteram enim habuit, quæ tempore Aſconii extabat. TURNEB. Vide & infra cap. 3. in fine.

105. *Tribus propoſitis quæſtionibus.*] 1°. *Ii*, ſcilicet, *negant intueri lucem fas eſſe ei, qui a ſe hominem occiſum fateantur*; 2°. *cædem, qua P. Clodius occiſus eſt, Senatum judicaſſe contra remp. eſſe factam*; 3°. quod *Cn. Pompeius rogatione ſua, & de re & de cauſſa* * *judicavit*. TURNEB.

106. *Aut profuiſſet.*] Hæc omnia, uſque ad *exiſtimaretur*, Gallæus ut ſuſpecta tolli volebat.

107. *Fas non fuiſſet.*] *Per fas non licuiſſet*; marg. Baſil.

108. *Præjudicio.*] *Præjudicatione*; Steph. Roign.

109. *Propter aliquam gratiam.*] *Propter aliam*; V. C. Alm. Bern.

110. *Judicium militibus.*] *Judicium etiam militibus*; V. C. Alm. *Judicium..... clauſerat.*] Judicii locum, in quo ſedebant judices. CAPPER.

111. *Adverſus exiſtimaretur.*] *Adverſus ei timeretur*; Ald. Colon. Colin. *adverſus timeretur*; Vidov. marg. Gryph.

112. *Obtinebunt.*] *Obtinebant*; V. C. Alm.

113. *Pro L. Muræna.*] Defendit Murænam accuſatum ambitus Cicero: ſed tamen ante *narrationem* multa dicit, quamobrem debeat Murænam defendere, quod vitio ei dabant Cato & Sulpitius: quanquam in ea oratione *narratio* non eſt, ut multi merito *pro Vareno* legendum putent. In oratione enim pro Muræna non tam *narratio* eſt, quam *propoſitio*, qua dicit: *Intelligo, judices, tres totius accuſationis partes fuiſſe; & earum unam in reprehenſione vitæ, alteram in contentione dignitatis, tertiam in crimine ambitus eſſe verſatam.* Ego puto quæſtiones de vita & dignitate interpoſitas eſſe; *narratio* enim, ſi qua eſſe deberet, non de his, ſed de quæſtione ambitus erat futura. Itaque eam ad tertium uſque locum diſtulit Cicero. TURNEB. An leg. *Sed reo quoque poſtea narrabit, cum objecta diluit: quod fiet utiliter, quotiens non repetendum, ut prius defenſis, velut initium ſit; ut in, &c.* PITHOEUS. Et ſic fere Voſſ. prim. tert. ubi tamen, pro τῷ *reo* legendum videtur. *reus*. CAPPER. *Sed pro L. Muræna*; V. C. Alm. *ſed aliter pro Vareno reo*; Gryph. Baſil. marg. Steph. & Vaſcoſ. Sich. *ſed pro Vareno quoque*; Vallæ liber, MS. Bodl. Andr. *ſed aliter pro Vareno quoque*; MS. Bal. Voſſ. ſecund.

114. *Poſtea quoque narravit, quum objecta diluit.*] Lubens legerem, *quam objecta diluit*; ut τὸ *quam* reſpondeat τῷ *poſtea*. CAPPER.

115. *Quoties non repellendum ut prius.*] V. C. Alm. *quoties non repetendum, ut iis defenſis*; MS. Colb. omiſſis reliquis, *non*

[116] ſed etiam transferendum erit; ut, prius [117] his defenſis, velut initium ſit [118] aliud culpandi *narratio*; ut in armorum ratione [119] antiquior cavendi, quam ictum inferendi, cura eſt. Erunt quædam *cauſſæ* (neque [120] id raro) [121] crimini quidem, [122] de quo cognitio eſt, [123] faciles diluendo; [124] ſed multis anteactæ vitæ flagitiis [125] & gravibus criminibus oneratæ: [126] quæ prius amolienda ſunt, ut propitius judex defenſionem ipſius negotii, cujus [127] propria quæſtio eſt, audiat; ut, ſi [128] defendendus eſt M. Cœlius, [129] nonne optime patronus occurrat prius convitiis luxuriæ, petulantiæ, [130] impudicitiæ, quam veneficii ([131] in quibus ſolis omnis Ciceronis verſatur oratio,) [132] deinde, cum narrarit de bonis Pallæ, totam *de vi* explicet *cauſſam*, quæ eſt [133] ipſius *actione* defenſa? [134] Sed nos ducit ſcholarum conſuetudo, in quibus certa quædam ponuntur, quæ [135] *themata* dicimus, præter quæ nihil eſt diluendum. Ideoque *narratio proœmio* ſemper ſubjungitur. Inde libertas declamatoribus; [136] ut etiam ſecundo partis ſuæ loco narrare videantur. [137] Nam quum pro petitore dicunt, [138] & *expoſitione*, [139] tanquam prius agant, uti ſolent; [140] & contradictione, [141] tanquam reſpondeant: [142] id quod fit recte. Nam cum ſit declamatio, forenſium *actionum*

repetendum; Voſſ. prim. Bern. *Repellendum.*] Supple, a nobis, vel ab eo, quem defendimus. CAPPER.

116. *Sed etiam transferendum erit.*] Ut in *anticategoria*, cum in adverſarium crimen rejicimus, quod objicit nobis; aut in *tranſlatione* criminis, qua utitur Cicer. in oratione, pro Milone, & pro Sexto Roſcio. TURNEB. *Transferendum erit.*] Supple, in alium, vel in alios, idque per *ἀντέγκλημα relationem* (quam Herennianus Rhetor *tranſlationem* appellat) aut per *μετάστασιν remotionem*. Vide quæ ſupra notavimus ad cap. 6. libr. III. ubi varios *qualitatis aſſumptivæ ſtatus* explicuimus. CAPPER.

117. *His defenſis.*] Videlicet reis, pro quibus dicimus. CAPPER.

118 *Aliud culpandi.*] *Alium*; V. C. Alm. *Aliud culpandi narratio.*] Hæc tria verba deſunt in Voſſ. prim. tert. & Bern. *Velut initium culpandi.*] Quaſi ſecundum quoddam *exordium* orationis vituperatoriæ, vel accuſatoriæ. CAPPER.

119. *Antiquior .... cura.*] Id eſt, prior, potior, & antevertenda; πρεσβυτέρα καὶ προτέρα φροντὶς καὶ πλείονος ἐπιμελείας ἀξία. PHILAND.

120. *Id raro.*] *Hæ raræ*; marg. Baſil.

121. *Crimini quidem.*] Emendatione indiget hic locus; non enim *crimini*, ſed *crimen*; non *cognitum*, ſed *cognitio* ut legatur, ſenſus expoſcit, hoc modo: *Et erunt quædam cauſſæ (nec id raro) crimen quidem, de quo cognitio eſt, faciles ad diluendum.* REGIUS. *Crimen quidem de quo cognitio eſt.* Stheph.

122. *De quo cognitio eſt.*] *De quo cognitum eſt*; Voſſ. omn. & Bern.

123. *Faciles diluendo.*] *Ad diluendum*; MSS. Alm. Colbert. Locatel. Ald. Gryph. Colin. Steph. Vidov. Voſſ. prim. Bern.

124. *Sed multis.*] *Sed & multis*; Steph. Roign.

125. *Et gravibus criminibus.*] *Et gravibus onerata*; V. C. Alm. τὸ *criminibus* deeſt etiam in Voſſ. omn.

126. *Quæ prius amovenda ſunt.*] Sic quidem recte legi videtur: ſed forſitan *amolienda*, hoc eſt, diluenda, rectius legeretur. REGIUS. Cum ejus, quem defendis, perſona turpitudine vitæ ſuperioris laborat, idque crimen, de quo agitur, gravius reddit, antequam id, de quo lis eſt, exponas & confirmes, crimina illa refutare debes; aut, ſi id fieri non poteſt, labefactare. TURNEB. *Amovenda*; MSS. Alm. Bern. Colb. Venet. Locatel. Ald. Vaſcoſ. Steph. Sich. Griph. Colin. Baſil. (quæ in marg. *dimovenda*) *amolienda*; Obrecht. & Gibſon. & hoc placet, ut lib. v. 13. *Videndum etiam, ſimul nobis plura aggredienda ſint; an amolienda ſingula.* BURMAN.

127. *Propria quæſtio eſt.*] Francius mallet, *proprie*.

128. *Defendendus eſt.*] *Sit*; V. C. Alm. Obrecht.

129. *Nonne optime patronus.*] *Nonne patronus*; Vallæ liber. & Voſſ. ſecund. tert. *nonne optimum patronus*; Ald. Colin.

130. *Impudicitiæ, quam veneficii.*] Nam Cœlius accuſabatur, quod venenum adverſus Clodiam comparaſſet: parum tamen pudice vitam antea tranſegerat. TURNEB. alios *impudentiæ* legere Aſcenſ. notat. *Quam veneficiis.*] *Veneficii* eraſa litera *s* rectius legeretur. REGIUS. *veneficiis*; Locatel.

131. *In quibus ſolis.*] In ſolis quidem *veneficii convitiis* verſatur omnis oratio Tullii pro Cœlio: & tamen multa ibi diſſerit prius de convitiis luxuriæ, petulantiæ, &c. CAPPER.

132. *Deinde cum narret.*] Aut *cum* particula videtur expungenda, vel *tum* loco ejus adſcribenda. REGIUS. An *cum narret de bonis Pellæ, totamque de vi explicet cauſſam*; editor Leidenſis. *Deinde cum narret de bonis Pelle, totamque de vi explicet*; Vallæ liber, ſed a ſecunda manu correctum *paulatim*; ut Obrecht. *De bonis Pallæ*; V. C. Alm. latet ulcus. *De bonis Pallæ* eſt apud Cicer. pro Cœlio cap. 10. quam partem cum Craſſus peroraſſet, tranſit Cicero ad alteram de vi Dioni illata. Itaque legerem: *Deinde cum narrarit de bonis Pallæ, totam* * *de vi explicet cauſſam.* BURMAN. *cum narres*; Voſſ. prim. *de bonis Palle*; Voſſ. omn. *totam denique*; Voſſ. prim. tert.

133. *Ipſius actione.*] Hoc eſt, oratione quam habuit. CAPPER.

134. *Sed nos ducit.*] Ex declamandi ratione factum eſt, ut *narratio exordio* ſemper ſubjiceretur; nam proponitur *thema*, quod breviter argumentum totum complectitur; nihil autem extrinſecus adhibetur de perſonarum anteacta vita: quæ res ordinem immutare ſolet. TURNEB.

135. *Themata.*] Scribendarum orationum argumenta, partitiones, & ſumma capita. CAPPER.

136. *Ut etiam ſecundo partis ſuæ loco, &c.*] Duplex eſſe poteſt intellectus; aut quod declamatores, cum antea res expoſita ſit, iterum eam narrent; aut quod etiam iterum narrare ſoleant loco partis adverſæ. TURNEB. Sed de primo & ſecundo habendarum orationum loco, ſive de primis & ſecundis *actionibus*, vide quæ plura notavi paulo poſt initium cap. 1. ad illa Fabii verba: *Secundis actionibus poteſt.* CAPPER.

137. *Nam cum pro petitore.*] *Dicunt*, librariorum negligentia prætermiſſum, eſt adſcribendum; ut legamus, *nam cum pro petitore dicunt.* REGIUS. *Quum pro petitore dicunt.*] Supple, ſecundo loco, ſive poſt primum petitoris patronum, qui pro petitore jam oravit. CAPPER.

138. *Et expoſitione.*] Id eſt, *narratione*. CAPPER.

139. *Tanquam prius agant.*] *Tanquam priores agant*; MS. Colbert. Voſſ. ſecund. *Tanquam prius agant.*] Quaſi pro petitore dicerent, idque primo loco non ſecundo: unde fit valde probabilis illa Codicum Colbert. & Voſſ. ſecund. lectio, *tanquam priores agant*. CAPPER.

140. *Et contradictione.*] De illis *contradictionibus*, vide Fab. lib. v. in cap. *de refutatione*. TURNEB. *Et contradictione.*] Sunt *contradictiones ἀντιλογίαι*, vel *ἀντιθέσεις*, adverſariorum *objectiones & inſtantiæ*, ut in ſcholis vulgo loquuntur. De his vide quæ notavimus ad cap. 13 libr. v. CAPPER.

141. *Tanquam reſpondeant.*] Hic τὸ *reſpondere* ſignificat *objectiones & inſtantias* adverſarii ſolvere: quod ſcripti genus vulgo vocant *ſalvationes*. Verbum *reſpondere* ſumitur eodem ſenſu lib. v. cap. 13. ubi ait Fabius: *Ridiculum eſt... prius cogitare quid reſponderis, quam quid ex diverſo dici poſſit.* Nam alias *reſpondere*, eſt locum tenere defenſoris, vel rei, ut eod. cap. lib. v. *damque de ſe reſpondentibus venuſtiſſimos luſus*, &c. CAPPER.

142. *Idque fit non recte.*] Negativam particulam, ut quæ ſenſum pervertit, expungendam eſſe ex ea ratione, quæ ſubjicitur, facile perſpicitur. Cum enim, inquit, declamatio nos præparet ad forenſes *cauſſas* agendas, merito in utrumque locum & accuſandi & defendendi exercemur. REGIUS. Videtur expungendum *non*, aut legendum *non ab re ſit*; ASCENS. *Idque fit recte*; MSS. Bodl. Alm. Gryph. Colin. Vidov. *non ab re*; Vaſcoſ. & Steph. Gryph. in marg. *idque fit non recte*; Baſil. Voſſ. ſecund. *id quod fit non recte*; Leid. Obrecht. Gibſon.

[143] meditatio, cur non in [144] utrumque protinus locum exerceat? Cujus rationis ignari, ex more, cui aſſueverunt, nihil in foro putant eſſe mutandum. Sed [145] in ſcholaſticis quoque nonnunquam evenit, ut pro *narratione* ſit *propoſitio*. [146] Nam quid exponet, qui zelotypum, *malæ tractationis* accuſat? aut qui [147] Cynicum apud cenſores [148] reum de moribus facit? cum totum crimen uno verbo in qualibet *actionis* parte [149] poſito ſatis indicetur. Sed hæc hactenus. Nunc, quæ ſit narrandi ratio, ſubjungam. [150] *Narratio eſt rei factæ, aut * ut factæ, utilis ad perſuadendum expoſitio*; vel (ut Apollodorus finit) *oratio docens auditorem, quid in controverſia ſit*. Eam plerique ſcriptores, maxime [151] qui ſunt ab Iſocrate, volunt eſſe *lucidam, brevem, veriſimilem*. Nec enim refert, an pro *lucida* perſpicuam, pro *veriſimili* probabilem credibilemve dicamus. Eadem nobis placet diviſio: [152] quanquam & Ariſtoteles ab Iſocrate parte in una [153] diſſenſerit, præceptum brevitatis irridens, tanquam neceſſe ſit, longam, aut brevem eſſe *expoſitionem*, nec liceat ire per medium. [154] Theodorei quoque ſolam relinquunt [155] ultimam partem; quia nec breviter utique, nec dilucide ſemper ſit utile [156] exponere. Quo diligentius diſtinguenda ſunt ſingula; [157] ut, quid quoque loco proſit, oſtendam. [158] *Narratio* eſt, aut tota pro nobis, aut tota [159] pro adverſario, aut mixta ex utriſque. Si erit tota pro nobis, contenti ſimus [160] iis tribus partibus, per quas efficitur, [161] quo judex facilius intelligat, [162] meminerit, [163] credat. Nec quiſquam reprehenſione dignum putet, quod propoſuerim eam, quæ ſit tota pro nobis, debere eſſe veriſimilem, cum vera ſit. Sunt enim plurima [164] vera quidem, ſed parum credibilia; ſicut [165] falſa quoque frequenter veriſimilia. Quare non minus laborandum eſt, ut judex, quæ vera dicimus, quam quæ fingimus, credat. [166] Sunt quidem hæ, quas ſupra retuli, virtutes aliarum quoque partium. [167] Nam & per totam *actionem* vitanda eſt obſcuritas, & [168] modus ubique cuſtodiendus, & cre-

143. *Meditatio.*] Hoc ipſum eſt quod Græce dicitur *μελέτη*, id eſt, *exercitatio* (unde ſubjungit Fabius: *Cur non in utrumque exerceat?*) neque vero hic *meditatio* ſignificat idem quod apud Neotericos, profundam ſcilicet de rebus abſtruſis cogitationem. CAPPER.

144. *Utrumque potius*] *In utrumque*; V C. Alm. Voſſ. prim. tert. quam eſſe veram lectionem, ſatis patet ex cap. 13. lib. v. ubi ſic habet Fabius: *At in ſcholis recte & probationibus & contradictionibus occurremus, ut in utrumque locum, id eſt, primum & ſecundum ſimul exerceamur.* CAPPER. *In utrumque protinus locum*] Id eſt, ad cauſſas forenſes tum primo, tum ſecundo loco agendas. CAPPER.

145. *In ſcholaſticis.*] Supple, *declamationibus*, vel exercitationibus Rhetoricis. CAPPER.

146. *Nam quid exponet, &c*] Utrinque narratur in *declamatione*: aliquando duntaxat proponitur. Hoc autem *thema declamatorium* eſt. Accuſat virum uxor *malæ tractationis*, cum miſeris modis ab eo afficitur. TURNEB. *Quid exponet.*] Hoc eſt, narrabit, quam *narrationem* adhibebit? CAPPER.

147. *Cynicum.*] Eum, qui ſit moribus Cynicis, id eſt, eo uſque depravatis, ut nullius ipſum ſceleris etiam turpiſſimi pudeat, ſed plane *κυνικὴν* caninam vitam vivat. CAPPER.

148. *Reum de moribus facit?*] Accuſat de pravis moribus. CAPPER.

149. *Poſito.*] *Propoſito*; Ald. Locat. Colin. Voſſ ſecund.

150. *Narratio eſt rei facta, &c.*] Valla hoc loco legit, *vel ut factæ*; quæ videtur eſſe probabilior lectio; cum ita Cicero finiat in lib. de *Inventione*, (lib. 1. cap. 14) qui tamen *non factæ* legunt, id poſitum dicunt ob reum, qui in *cauſſis conjecturalibus* rem ſe non feciſſe narrat. TURNEB. *vel ut facta*; Vaſcoſ. Steph. *aut ut factæ*; Argent. Obrecht. Voſſ. ſecund.

151. *Qui ſunt ab Iſocrate.*] *Ii qui ſunt*; V. C. Alm. *Ab Iſocrate* vero eleganter dictum, id eſt, Iſocratici, ejus ſectam ſequentes; ut Cicero pro Muræn. 3. *Noſtri illi a Platone & Ariſtotele moderati homines & temperati aiunt*: & 11. Tuſcul. 3. *Quid enim dicant, & quid ſentiant ii, qui ſunt ab ea diſciplina, nemo mediocriter quidem doctus ignorat.* BURMAN. *Οἱ ἀπὸ Ἰσοκράτους*. Nam Græciſmum ſapit hæc loquendi formula. CAPPER.

152. *Quanquam & Ariſtoteles.*] Ariſtoteles lib. 3. cap. 16. eos irridet, qui *narrationem* eſſe brevem volunt; nam cum ſit officium oratoris bene dicere, id non poſitum eſt in longo aut brevi, ſed in mediocri. Attamen cum *brevitatem* dicimus, pro mediocritate hic uſurpamus. TURNEB.

153. *Diſſenſerit.*] *Diſſenſit.* PITHOEUS. Minime muta; noſter enim ſæpe *ſubjunctivum* ſubnectit *τῷ quanquam*. Vide præfat. lib. 1. & cap. 5. 6. & 8. & alibi paſſim.

154 *Theodorei.*] Rhetores, qui Theodori, Gadareni, ſive Rhodii doctrinam de arte Oratoria ſequuntur. CAPPER.

155. *Ultimam partem.*] *Τὸ τῆς narrationis* veriſimile, quod alias probabile; vel credibile appellatur. CAPPER.

156. *Exponere.*] Hoc eſt, narrare; nam *narratio* expoſitionis vocabulo ſæpe deſignatur. CAPPER.

157. *Ut quid quoque.*] Inſcitia quorumdam depravatus eſt hic locus, qui, dum emendare volunt, omnia pervertunt; *que* namque particula eraſa priſtinæ reſtituitur integritati, ut legatur; *ut quid quo loco proſit*: fere autem in ſimili locutionis genere ubique exemplaria ſunt depravata. REGIUS. *Quid quo*; margo Steph. *quid quoque* pro *quid & quo* exponit Aſcenſius.

158. *Narratio eſt aut tota, &c.*] Huc pertinet iſta diviſio, ut oſtendat, quibus *narrationis* virtutibus ſit utendum; nam quædam *narratio* magis veri ſimilitudinem deſiderat; alia omnes partes, atque ita deinceps. TURNEB.

159. *Pro adverſario.*] *Pro adverſariis*; Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. Baſil Vidov. Voſſ. ſecund. Bern.

160. *Iis tribus partibus.*] Quæ ſunt *τὸ perſpicuum, τὸ breve*, & *τὸ veriſimile*. CAPPER.

161. *Quo judex intelligat.*] Per *τὸ τῆς narrationis perſpicuum*. CAPPER.

162 *Meminerit.*] Quod aſſequemur per *τὸ τῆς narrationis breve*. CAPPER.

163. *Credat.*] Hoc autem fiet per *τὸ τῆς narrationis veriſimile*. CAPPER.

164. *Vera quidem, ſed parum credibilia.*] Et hæc eſſe poteſt hiſtoriæ materia. CAPPER.

165. *Falſa quoque frequenter veriſimilia.*] Atque hæc fere eſt poeſeos materia. CAPPER.

166. *Sunt quidem hæ, &c.*] Hoc præceptum ex ſecundo de *Oratore* cap. 80. eſt ſumptum: nam illic Cicero *narrationis* virtutes non magis eſſe docet ejus, quam argumentationis, quam *exordii*: quod antea dixit quoque Fabius de virtutibus *exordii*. TURNEB.

167. *Nam & per totam, &c.*] Hoc item ex 2. de *Orat.* Cicero: *Apertam enim narrationem tam eſſe oportet, quam ceteras: ſed hoc magis in hac elaborandum eſt, quod & difficilius eſt, non eſſe obſcurum in re narranda, quam aut in principio, aut in argumento, aut in purgando, aut in perorando: & majore periculo hæc pars orationis obſcurior eſt, quam cæteræ; vel quia, ſi quo alio in loco eſt dictum quid obſcurius, tantum id perit, quod ita dictum eſt: narratio totam obcæcat orationem; vel quod alia poſſis, ſemel ſi obſcurius dixeris, dicere alio loco planius: narrationi unus in cauſſa locus, &c.* quæ ſeq. TURNEB

168. *Modus.*] Id eſt, mediocritas, quæ ad brevitatem pertinet. CAPPER.

dibilia eſſe oportet omnia, quæ dicuntur. [169] Maxime tamen hæc in ea parte cuſtodienda ſunt, quæ prima judicem docet: in qua ſi acciderit, ut [170] aut non intelligat, [171] aut non meminerit, [172] aut non credat, fruſtra in reliquis laborabimus. [173] Erit autem aperta *narratio* atque dilucida; ſi fuerit primum expoſita verbis propriis & [174] ſignificantibus, & non ſordidis quidem, non tamen exquiſitis, & ab uſu remotis; [175] tum diſtincta rebus, perſonis, temporibus, locis, cauſſis, ipſa etiam pronuntiatione in hoc accommodata, ut judex, quæ dicuntur, [176] quam facillime accipiat. [177] Quæ quidem virtus negligitur a plurimis, qui, [178] ad clamorem diſpoſitæ, vel etiam forte [179] circumfuſæ multitudinis compoſiti, [180] non ferunt illud [181] intentionis ſilentium; nec ſibi diſerti videntur, niſi omnia tumultu ac vociferatione concuſſerint: rem indicare, ſermonis quotidiani, & in quemcunque etiam [182] indoctiorum cadentis, eſſe exiſtimant: cum interim, quod tanquam facile contemnunt, [183] neſcias, præſtare minus velint, [184] an poſſint. Neque enim aliud in [185] eloquentia, cuncta experti, [186] difficilius reperient, quam id, quod ſe dicturos fuiſſe omnes putant, poſtquam audierunt; quia non bona judicant eſſe illa, [187] ſed vera. Tum autem optime dicit orator, cum videtur vera dicere. [188] At nunc, velut campum nacti *expoſitionis*, hîc potiſſimum & vocem flectunt, & [189] cervicem reponunt, [190] & brachium in latus jactant, totoque & rerum & verborum & compoſitionis genere laſciviunt: deinde ([191] quod ſit monſtro ſimile) placet actio, *cauſſa* non intelligitur. Verum hæc omittamus; ne minus gratiæ, præcipiendo recta, quam offenſæ, reprehendendo prava, mereamur. [192] Brevis erit *narratio* ante omnia, ſi inde cœperimus rem exponere, unde ad judicem pertinet; deinde, ſi nihil extra *cauſſam* dixerimus; tum

169. *Maximeque hæc.*] *Maxime tamen hæc;* MSS. Bodl. Alm. Andr. Locat. Ald. Gryph. Vidov. Obrecht. *maximeque tamen;* Colin.

170. *Aut non intelligat.*] Sit ergo aperta & lucida. TURNEB.

171. *Aut non meminerit.*] Sit brevis, ut eo magis memoria teneat. TURNEB.

172. *Aut non credat.*] Sit veriſimilis & credibilis. TURNEB.

173. *Erit autem aperta.*] Cicero loco ſupradicto: *Erit autem perſpicua narratio, ſi verbis uſitatis, ſi ordine temporum conſervato, ſi non interrupte narrabitur,* & cætera, quæ ſequuntur. Sulpitius Victor *narrationem* apertam fieri ait, ſi a recto caſu incipiat, ut ferme ſunt *narrationes* Tullianæ. Porro qua ratione perſpicua fiat oratio, abunde explicat Fabius lib. 8. cujus præceptiones huc ſunt transferendæ. TURNEB. Sulpitii Victoris locus, quem Turnebianus commentator hic reſpexit, exſtat in Rhetoribus Pithœan. pag. 248. ubi ſic legitur: *Etiam illud apertam narrationem facit, ſi inſitum habeat caſum nominativum, id eſt, rectum (Græci ὀρθόπτωσιν vocant) ut ferme narrationes ſunt Tullianæ.* CAPPER.

174. *Significantibus.*] Ἐμφατικοῖς, quæ ſcilicet maximam ad res exprimendas vim habeant. CAPPER

175. *Tum diſtincta rebus.*] Tribus rebus *perſpicua* fit *narratio*, verbis, rebus, & ipſa actione: de his igitur tribus agit Fabius. TURNEB.

176. *Quam facillime accipiat.*] Fabius libro undecimo, capite de *pronunciatione*, quam requirat *narratio* actionem, docet. TURNEB. In Voſſ. prim. tert. *capiat.*

177. *Quæ quidem virtus.*] Cicero in *Orator.* & Fabius ipſe frequenter alias ſedatam & tranquillam eſſe debere actionem pronunciationemque in *narrationibus* exiſtimant. TURNEB.

178. *Ad clamorem .... multitudinis compoſiti.*] Vide Creſollium Theatr. ſophiſt. pag. 295. CAPPER.

179. *Circumfuſa.*] *Confuſæ;* marg. Baſil.

180. *Non fecerunt illud.*] *Ferunt* ſine controverſia mihi legendum videtur; neque enim *fecerunt* ullo pacto ſenſui convenire poteſt. REGIUS. *Fecerunt*, eſt in Locatelli editione: eleganter autem intentionis ſilentium exprimit Plinius lib. 1. Epiſt. 10. *Quo* (ſilentio) *ego, cum dico vel recito, non minus quam clamore delector: ſit modo ſilentium acre, & intentum, & cupidum ulteriora audiendi.* BURMAN.

181. *Intentionis ſilentium.*] Hoc eſt, ſilentium judicum aut aliorum, qui attente audiant. *Intentio* ſumitur eodem ſenſu paulo poſt in hac locutione: *Extrema procemii parte ad intentionem præparandus eſt judex:* & cap. 5. *Si nimium ſit multiplex* [partitio] *fugiet memoriam judicis, & turbabit intentionem;* id eſt, ut vulgo aiunt, attentionem. CAPPER.

182. *Indoctiorum.*] *Indoctorum;* V. C. Alm. Locat. Ald. Gryph. Baſil. Vidov. deinde, *cadentis eſſe exiſtimant;* V. C. Alm. Locat. Ald. Steph. Colin. Vidov. Voſſ. ſecund.

183. *Neſcias præſtare minus velint, &c.*] Dubitare quis poterat, utrum minus velint proprie loqui, an minus poſſint: adimit autem Fabius hoc ſermone iſtis novatoribus & facultatem, & voluntatem puræ orationis: ad hunc modum exponit Fabii verba Eraſmus in Commentariis de verborum, & rerum copia. MOSELLAN. Illis *cacozelis* & voluntatem & facultatem detraxit Fabius perſpicue dicendi; nec enim dicunt aperte, quia illis hoc non placet; &, ut dicere velint, non tamen poterunt. TURNEB.

184. *An poſſint.*] *Ac poſſint;* Locat.

185. *Eloquentia cuncta experti.*] Τὸ *cuncta* abeſt a Voſſ. prim.

186. *Difficilius reperient.*] *Difficilius reperirent;* Ald.

187. *Sed vera.*] Adde negationem, ut ſit: *ſed nec vera;* PHILANDER. *Sed nec vera;* Vaſc. Steph. Baſil. Quæ quidem lectio, ut admitti poſſit, τὸ *illa* referas oportet ad affectatum narrandi genus, quo quidam *cacozeli* utuntur, dum exquiſitis & ab uſu remotis dictionibus rem exprimunt, tumultu ac vociferatione omnia concutiunt, toto rerum, verborum, & compoſitionis genere laſciviunt, &c. malim tamen cum Burmanno & Rollino legere, *ſed vera*, hoc ſenſu, quod ſe dicturos fuiſſe omnes putant; quia *non bona*, non exquiſita, non perfecta, non ad imitandum difficilia judicant eſſe illa, quæ ſimplici *narratione* proferuntur; *ſed vera*, ideoque omnibus facilia: quis enim ſimplicem veritatem dicendo exprimere ſe poſſe non credat? CAPPER.

188. *At nunc.*] *Ac;* Steph. Roign.

189. *Cervicem reponunt.*] *Reponere* hic pro *reflectere* poſitum videtur, ut apud Virgil. III. Georg. 76. de pullo equino.

Altius ingreditur & mollia crura reponit.

id eſt, retro ponit, reflectit, recurvat. GALLÆUS.

190. *Et brachium in latus jactant.*] In *narratione* actio debet eſſe lenior, & ſermoni quotidiano propinquior: hæc autem apta eſt contentionibus & majoribus affectibus. TURNEB. Qua quidem in nota poſt haſce voces, *hæc autem apta eſt*, ſupplendum eſt τὸ *actio vehementior*, aut aliquid ſimile. CAPPER.

191. *Id quod ſit monſtri.*] *Id*, non habent V. C. Almel. Locatel. Ald. Colin. Gryph. Vidov. Obrecht. Voſſ. omnes.

192. *Brevis erit narratio.*] Vide Cicer. ſecundo de *Orat.* ubi hæc doctiſſime tradit: item lib. 1. de *Invent.* cap. 20. Libet huc adſcribere præceptum Plinii junioris lib. V. Epiſt. elegantiſſ. *In ſumma ego officium ſcriptoris exiſtimo, titulum ſuum legat, atque identidem interroget ſe, quid cœperit ſcribere; ſciatque, ſi materiæ immoratur, non eſſe longum; longiſſimum; ſi aliquid accerſit, atque attrahit*, & quæ ſeq. Quod opportune ad brevitatem *narrationis* referri poteſt. TURNEB.

etiam

etiam ſi reciderimus omnia, quibus ſublatis, nec cognitioni quidquam, nec utilitati detrahatur. [193] Solet enim eſſe quædam partium brevitas, quæ [194] longam tamen efficit ſummam. *In portum veni*, [195] *navim proſpexi*, [196] *quanti veheret*, *interrogavi*, [197] *de precio convenit*, *conſcendi*, *ſublatæ ſunt ancoræ*, [198] *ſolvimus oram*, [199] *provecti ſumus*: nihil horum dici celerius poteſt: ſed ſufficit dicere, *E portu navigavi.* Et, quoties exitus rei ſatis oſtendit priora, debemus hoc eſſe contenti, quo reliqua intelliguntur. Quare cum dicere liceat, *Eſt mihi filius juvenis*; omnia illa ſupervacua, *cupidus ego liberorum*, *uxorem duxi*, *natum ſuſtuli*, *filium educavi*, *in adoleſcentiam perduxi.* [200] Ideoque Græcorum aliqui aliud circumciſam [201] *expoſitionem*, id eſt, σύντομον, aliud [202] brevem putaverunt; quod [203] illa ſupervacuis careret, [204] hæc poſſet aliquid ex neceſſariis deſiderare. Nos autem brevitatem in hoc ponimus, non ut minus, ſed ne plus dicatur, quam oporteat. Nam iterationes quidem, [205] & ταυτολογίαι, & περισσολογίας, quas in *narratione* vitandas quidam ſcriptores artium tradiderunt, tranſeo. Sunt enim hæc vitia [206] non tantum brevitatis gratia [207] fugienda. Non minus autem cavenda erit, quæ [208] nimium corripientes omnia ſequitur, obſcuritas; [209] ſatiuſque eſt aliquid [210] *narrationi* ſupereſſe, quam deeſſe. Nam [211] ſupervacua cum tædio dicuntur, neceſſaria cum periculo ſubtrahuntur. Quare vitanda etiam illa [212] Salluſtiana (quanquam in ipſo virtutis locum obtinet) brevitas, & [213] abruptum ſermonis genus, quod otioſum

193. *Solet enim eſſe.*] Hæc exponendi forma *Epitrochaſmos* vocatur: quanquam autem breviter videtur rem percurrere, tamen multitudine membrorum in prolixitatem cadit. TURNEB.

194. *Longam tamen efficit ſummam.*] Infra dicit: *Quædam in partibus blandiuntur: ſed in ſummam non conſentiunt.* PITHOEUS. *Sententiam*; Voſſ. ſecund.

195. *Navim proſpexi.*] *Conſpexi*; marg. Baſil.

196. *Quanti veheret.*] Quanti, ſeu quanto precio vectura conſtaret. CAPPER.

197. *De precio conveni.*] *Convenit*; MSS. Bodl. Joan. Voſſ. tert. rectius & Latinum magis.

198. *Solvimus oram.*] Hic manifeſte coarguitur error illius arrogantiſſimi nebulonis, quem nuper in media Academia Patavina convicimus aſſerentem, *oram* in epiſtola Fabii ipſius ad Tryphonem pro aura & vento eſſe accipiendam, atque ad illud verbum *precemur* referendam. Hic enim nullum eſt aliud verbum, quam *ſolvimus*: quare *oram* pro fune accipiamus, oportet. REGIUS. *Ora* funis eſt, quo navis e puppi adligatur retinaculo alicui ipſius portus; ſic enim exponit hunc locum Sipontinus Pontifex, quemadmodum vides lib. I. Epiſtola ad Tryphonem, quo mavult legere *auram*. Neque deſunt, qui, diverſam lectionem ſecuti, *oram* legunt: ut ſit ſenſus, *ſolvere oram*, a litore diſcedere. Ego tanto codicum conſenſui, qui *oram* habent, repugnare non audeo. MOSELLANUS. Scribe *ora* auferendi caſu, pro *ab ora*, ut in præfatione voluminis. PHILAND. Et hic quidam *auram* legunt.

199. *Provecti ſumus.*] *Profecti* mihi rectius legi videtur, hoc eſt, diſceſſimus. REGIUS. *Profecti* codex Vall. & Almel. ſed perperam; nec Aſcenſio auſcultandum, qui ideo *profecti* præfert, quia, ſoluta ora, ſemper proficiſcimur, non tamen provehimur, id eſt, procul avehimur: quod ſi jam demus aliquando fieri adverſante vento, (quo tamen non temere oram ſolvunt nautæ) quis in hac *narratione*, certe ex aliquo auctore petita, id non contigiſſe ſtatuat, ut e portu navigantes, vento ferente uſi, provecti fuerint? præterea *provehi* nihil aliud notat, niſi promovere iter; ut patet ex ipſo Virgilii loco, quem adducit ex lib. III. Æneid. 72.

Provehimur portu;

& altero eodem lib. 506.

Provehimur pelago vicina Ceraunia juxta.

Sic & apud Val. Flac. IV. 421.

Immiſſiſque ratem ſua per freta provehat Euris.

Et Cicero de *Inventione* II. 52. *Navis in portum provehitur*: qui etiam de lenta navigatione uſus hoc verbo in Verrem. V. 32. *Poſteaquam paulum provecta claſſis eſt*, & *Pachynum quinto die denique appulſa eſt*; & hoc indicat ipſe Fabius, qui omnia hæc orationis ſuperfluæ membra contrahit in unum, *e portu navigavi.* BURMAN.

200. *Ideoque Græcorum aliqui.*] Συντομία, id eſt, *conciſio*, *expoſitio* eſt apud Græcos, cui nihil deeſt, aut ſupereſt, opponiturque τῇ μακρολογίᾳ, quæ aliquid ſupervacuum habet. At Græcis eſt *brevitas*, cum ita ſtrictim narratur, ut aliquid deſideretur: cui opinioni non aſſentitur Fabius, qui brevitatem in mediocritate ponit. TURNEB. Vide Longin. de Sublimi cap. 41. ubi diſcrimen ſtatuit inter vitioſam συγκοπὴν, & laudabilem συντομίαν. CAPPER.

201. *Expoſitionem.*] Id eſt, *narrationem*. CAPPER.

202. *Brevem.*] Τὴν βραχυλογίαν, vel βραχυέπειαν, quam figuris annumerant Fabius lib. VIII. cap. 3. & Rutilius Lupus pag. 9. Rhetor. Pithœan. CAPP.

203. *Illa.*] Ἡ σύντομος *conciſa.* CAPPER.

204. *Hæc poſſet.*] Ἡ βραχυλογία, vel βραχυέπεια. CAPPER.

205. *Et ταυτολογίας & περισσολογίας.*] Id eſt, ſuperfluas locutiones: per *iterationes* intelligo, quas Grammatici vocant ἐπαναλήψεις & ἐπαναλογίας, id eſt, *repetitiones* & *iterationes* ejuſdem ſententiæ, idque per eadem verba. MOSELL. Hæc autem ſunt vitia non ſolum *narrationis*, ſed totius orationis, *ſolœciſmo* finitima. REGIUS. Ταυτολογία eſt *ejuſdem verbi* aut ſermonis *iteratio otioſa*: περισσολογία vero *ſermo eſt ſupervacuus.* Porro hæc non ſolum vitanda ſunt, quia contra brevitatem fiunt; ſed quia contra orationis ornatum, ut docet Fabius lib. VIII. cap. 3. TURNEB. In Moſellani loco ſupra relato legitur perperam ἐπαναλογίας, pro quo legendum videtur παλιλλογίας, vel certe ταυτολογίας. De παλιλλογίᾳ vide Rutilium Lupum, qui Latine *iterationem* vertit pag. 19. Rhetor. Pithœan. CAPP.

206. *Non tantum.*] *Non tamen*; Voſſ. ſecund.

207. *Fugienda.*] Ita Venet. Locat. Ald. Sich. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Obrecht. *refugienda*; V. C. Alm. & Leidenſis editio.

208. *Nimium corripientes.*] Huc ſpectant illa Ciceronis in Bruto cap. 13. *Brevitas autem laus eſt interdum in aliqua parte dicendi: in univerſa eloquentia laudem non habet.* ALMELOV. *Corripientes.*] Id eſt, breviantes, ut alibi loquitur Fabius. *Nimium corripientes ſequitur obſcuritas.*] Bene Horat. in Arte poëtic. verſ. 25. 26.

—————— *dum brevis eſſe laboro,*
Obſcurus fio. CAPPER.

209. *Satiuſque eſt aliquid.*] Nam, ut lib. I. 12. ait Fabius: *Non tam obeſt audire ſupervacua, quam ignorare neceſſaria.* Cicero tamen in *Orat.* *In omnibus rebus videndum eſt quatenus; etſi enim ſuus cuique modus eſt, tamen magis offendit nimium, quam parum*: non de *narratione* hic loquitur, ſed de genere dicendi. Lege de hac re Rodolphum libr. III. cap. 5. TURNEB. *Τὸ eſt*, abeſt a Voſſ. ſecund. tert.

210. *Narrationi ſupereſſe.*] *Narrationis*; V. C. Alm.

211. *Supervacua.*] Horat. Art. Poët. verſ. 337.

Omne ſupervacuum pleno de pectore manat.

ALMEL.

212. *Salluſtiana.*] Sidon. Apoll. carm. 23.

Et te, qui brevitate, Criſpe, polles.

ALMELOV.

213. *Abruptum ſermonis genus.*] Qui ſine ulla præparatione fit, *abruptus ſermo* vocatur. REGIUS. Quali utebantur Lacones dicendi genere, ut Symmach. lib. I. Epiſt. 45. *Memini brevitatem Spartanam laudi quondam fuiſſe: ſed ego tecum Romanis legibus ago*, & *ſi ita vis, Atticis, quibus tantum decus a facundia fuit, ut mihi videantur Lacones meis collationis in diverſum ſtudia collocaſſe.*

Ariſtoph. Acharn. verſ. 302.

Σοῦ δ᾽ ἐγὼ λόγους λέγοντος οὐκ ἀκούσομαι μακρούς,
Ὅστις ἐσπείσω Λάκωσιν.

fortaſſe lectorem minus fallit, audientem tranſvolat, nec, dum repetatur, exſpectat; cum præſertim lector non fere ſit, niſi eruditus; [214] judicem rura plerumque in decurias mittant, de eo pronuntiaturum, quod intellexerit: ut fortaſſe [215] ubique, in *narratione* tamen præcipue, [216] media hæc tenenda ſit via dicendi, quantum opus eſt, quantum ſatis eſt. [217] *Quantum opus eſt* autem, non ita ſolum accipi volo, quantum ad [218] indicandum ſufficit; [219] quia non inornata debet eſſe brevitas, alioqui ſit indocta. Nam & fallit voluptas, & minus longa, quæ delectant, videntur; ut amœnum ac molle iter, etiam ſi eſt ſpatii amplioris, minus fatigat, quam durum [220] arduumque compendium. [221] Nec enim mihi unquam tanta fuerit cura brevitatis, ut non ea, quæ credibilem faciunt *expoſitionem*, inſeri velim. Simplex enim [222] & undique præciſa, non tam *narratio* vocari poteſt, quam [223] confuſio. [224] Sunt porro multæ conditione ipſa rei longæ *narrationes*, quibus extrema (ut præcepi) *prooemii* parte [225] ad intentionem præparandus eſt judex: deinde curandum, ut omni arte, vel ex [226] ſpatio ejus detrahamus aliquid, vel ex tædio. Ut minus longa ſit, efficiemus, quæ poterimus, differendo; non tamen ſine mentione eorum, quæ differemus. *Quas cauſſas occidendi habuerit, quos* [227] *aſſumpſerit conſcios, quemadmodum diſpoſuerit inſidias, probationis loco dicam.* Quædam vero ex ordine prætermittenda; quale eſt apud Ciceronem, [228] *Moritur Fulcinius*; [229] *multa enim, quæ ſunt in re, quia remota ſunt a cauſſa, prætermittam.* [230] At *partitio* tædium levat. *Dicam, quæ acta ſint* [231] *ante ipſum rei contractum*; *dicam,* [232] *quæ in re ipſa*; *dicam, quæ poſtea.* Ita tres potius modicæ *narrationes* videbuntur, quam una longa. Interim [233] expediet *expoſitiones* brevi [234] *interſatione* diſtinguere. *Audiſtis, quæ ante acta ſunt*; *accipite nunc, quæ inſequuntur.* Reficietur enim judex priorum fine, & ſe velut ad novum rurſus initium præparabit. Si tamen, adhibitis his quoque artibus, in longum exierit ordo rerum, erit non inutilis in

Te non audiam, præſertim ſi prolixa verba des, quoniam fœdus iniſti cum Laconibus. Cicero lib. XI. Epiſt. fam. 25. *non imitor λακωνισμὸν tuum.* Vide Plin. I. Epiſt. 20. ALMELOV. *Abruptus ſermo* eſt ſine ambagibus & circumitione verborum rem ipſam breviter indicans, ut ſolet eſſe hominibus fervidis; quam mox *ſimplicem & undique præciſam narrationem* vocat. Ita Themiſtocles apud Juſtinum II. 15. *non exiſtimabat abrupte agendum*; & noſter lib. III. 8. *abrupte incipere.* Sic *abruptum ingenium* Silio lib. VII. 219. eſt præceps, ardens; ita & *abrupti* quoque *fontes* paſſim dicuntur, qui non leni tractu, ſed præcipiti curſu cadunt & labuntur, ut Flor. IV. cap. 6. *abruptos torrentes* dixit & alii. BURMAN.

214. *Judicem rura in decurias mittant.*] Equites cum ſenatoribus judicabant, erantque in decurias diviſi, id eſt, in portiones, ac per vices de *cauſſis* cognoſcebant: ipſi porro Equites agriculturæ ſæpenumero vacabant, homines plerumque indocti: quod ait Cicero pro Cluentio. TURNEB. Non hic de Equitibus, ſed de decuriis Judicum, quorum frequens mentio, poſt Auguſti præſertim tempora, in quibus paucos fuiſſe Equites ex Plinii lib. XXXIII. I. apparet, qui pleroſque in ferreo annulo fuiſſe ait, neque Equites, ſed Judices dictos: & quatuor ab Auguſto inſtitutis decuriis, quintam a Caligula additam tradit Sueton. cap. 16. ſextam a Galba negatam, idem cap. 14. De his ergo decuriis agit Quinctilianus, non de antiquioribus temporibus, quibus Equites cum Senatoribus judicabant: quod Gracchus inſtituerat. BURMAN. E Judicibus multi agriculturæ dediti manebant in villis, unde veniebant in urbem ad exercenda judicia: porro in decurias, ſeu in certas portiones erant diviſi. ROLLIN.

215. *Utique præcipue.*] *Utique* omittunt MSS. Bodl. Alm. Andr. Locat. Ald. Vaſc. Steph. Colin. Vidov. Obrecht.

216. *Media hæc tenenda ſit via.*] Hæc elegantiſſime apud Rodolphum lib. III. cap. 5. traduntur. TURNEB.

217. *Quantum opus eſt autem.*] Cum breviter narrabimus, ornamenta tamen *narrationi* erunt adhibenda; idque eo magis erit faciendum, quanto *narratio* erit prolixior; nam voluptas ex prolixitate detrahit. TURNEB. *Quanto*; Voſſ. Bern.

218. *Judicandum.*] *Indicandum*: V. C. Alm. Ald. Vidov. Par. Steph.

219. *Quia non inornata.*] *Quia & non*; V. C. Alm.

220. *Arduumque.*] *Aridumque*; MSS. Bodl. Alm. Voſſ. Bern.

221. *Nec enim mihi unquam tanta fuerit cura brevitatis, &c.*] Plinius lib. I. Epiſt. 20. *Brevitatem ego cuſtodiendam eſſe confiteor, ſi cauſſa permittat: alioqui prævaricatio eſt tranſire dicenda: prævaricatio etiam, curſim & breviter attingere, quæ ſint inculcanda, infigenda, repetenda. Nam pleriſque longiore tractatu vis quædam & pondus accedit. Utque corpori ferrum, ſic oratio animo, non ictu magis, quam mora, imprimitur. Et hercule, ut aliæ bonæ res, ita bonus liber melior eſt quiſque, quo major.* Vide ibi plura. Ammianus Marcellinus lib XV. cap. I. *Reſidua, quæ ſecuturus aperiet textus, pro virium captu limatius abſolvemus; nihil obtrectatores longi (ut putant) operis formidantes. Tunc enim laudanda eſt brevitas, cum moras rumpens intempeſtivas, nihil ſubtrahit cognitioni geſtorum.* Martialis lib. II. Epigram. 77. verſ. 7.

Non ſunt longa, quibus nihil eſt, quod demere poſſis.

Ubi conſule Matthæi Raderi Commentarium. PAREUS.

222. *Ut undique præciſa.*] *Et*, loco *ut* particulæ, ſatis conſtat eſſe legendum. REGIUS. *Ut*; Locat. *etiam undique præciſa*; Ald.

223. *Confuſio.*] *Confeſſio*; Voſſ. prim. tert.

224. *Sunt porro multæ.*] Nonnullæ ſunt ſuapte natura longæ nimis *narrationes*: quare quatuor ſubjicit præceptiones, quibus & tædium & prolixitas vitatur: cum aliquid prætermittimus, differimus, partione utimur, & interſatione. TURNEB.

225. *Ad intentionem.*] Id eſt, attentionem, ſive mentis applicationem. CAPP.

226. *Spatio.*] Id eſt, longitudine.

227. *Aſſumpſerit conſcios.*] *Socios*; Ald. Voſſ. tert. *quos ſibi conſcios aſſumpſerit*; Baſil.

228. *Moritur Fulcinius.*] Ex oratione pro A. Cæcinna, cap. 4. TURNEB.

229. *Multa enim.*] *Etiam* in margine Gryphianæ editionis, manus quædam viri docti notaverat.

230. *At partitio.*] *Et*; Obrecht.

231. *Ante ipſum rei contractum.*] An ante ipſius rei geſtionem, ante ipſum negotium? nam juriſconſultis *contractum*, eſt negotium inter duos pluresve geſtum, ita ut uterque vel alteruter obligetur: hic forte ſumitur *metonymice*, ſeu per *metonymiam* ſpeciei pro genere. CAPPER.

232. *Quæ in re ipſa.*] *Quæ in re facta*; V. C. Alm. Steph. Roign.

233. *Expediet.*] E vocali eraſa *expedit*, ut ſit tempus præſens, legatur. REGIUS.

234. *Interſatione diſtinguere.*] *Interſationem* appellat Fabius propoſitionem, quæ, commonitionis cauſſa, aut levandi judicis gratia, inter *narrationis* partes inſeritur. TURNEB. *Interſectione*; MSS. Bodl. Bal. Alm. Obrecht. *interſationem* vocat quod dicitur poſt primam, & ante ſecundam *narrationem*, quod medium eſt inter duas *narrationes*. Græci dicunt *μετάβασιν*. Vide Voſſium Inſtit. Orat. tom. 2. pag. 342. & Scaliger. Poëtic. pag. 343 ubi perperam negat Quinctilianum *τῆς μεταβάσεως transitionis* feciſſe mentionem. CAPPER.

extrema parte [235] commonitio: quod [236] Cicero etiam in brevi *narratione* facit. *Adhuc, Cæſar, Q. Ligarius omni* [237] *culpa caret; domo eſt egreſſus, non modo nullum ad bellum, ſed ne ad minimam quidem belli ſuſpicionem, &c.* [238] Credibilis autem erit *narratio* ante omnia, ſi prius conſuluerimus noſtrum animum, ne quid [239] naturæ dicamus adverſum; deinde ſi cauſſas ac rationes factis præpoſuerimus, non omnibus, ſed de quibus quæritur; ſi perſonas convenientes iis, quæ facta credi volemus, conſtituerimus; [240] ut furti reum, [241] cupidum; adulterii, libidinoſum; homicidii, [242] temerarium; [243] vel contra, ſi defendemus. Præterea loca, tempora, & ſimilia. [244] Eſt autem quidam etiam ductus rei credibilis, qualis in comœdiis, & [245] in mimis. Aliqua enim naturaliter ſequuntur & cohærent; ut, ſi bene priora narraveris, judex ipſe, quod poſtea ſis narraturus, exſpectet. Ne illud quidem fuerit inutile, [246] ſemina quædam probationum ſpargere; verum [247] ſic, ut *narrationem* eſſe meminerimus, non probationem. [248] Nonnunquam etiam [249] argumento aliquo confirmabimus, quod propoſuerimus, ſed ſimplici & brevi; [250] ut in veneficiis, *Sanus bibit,* [251] *ſtatim concidit, livor ac tumor confeſtim eſt inſecutus.* Hoc faciunt & illæ præparationes, cum reus dicitur robuſtus, armatus, [252] ſollicitus, contra infirmos, inermes, ſecuros. Omnia denique, quæ probatione tractaturi ſumus, perſonam, cauſſam, locum, tempus, inſtrumentum, occaſionem, *narratione* delibabimus. [253] Aliquando, ſi deſtituti fuerimus his, etiam fatebimur vix eſſe credibile, ſed verum, [254] & hoc majus habendum ſcelus; neſcire nos, quomodo factum ſit, aut quare; mirari, ſed probaturos. Optimæ vero [255] præparationes erunt, [256] quæ latuerint; ut a Cicerone ſunt quidem utiliſſime prædicta omnia, per quæ Miloni Clodius, non Clodio Milo inſidiatus eſſe videatur: [257] plurimum tamen facit callidiſſima ſimplicitatis imitatio: [258] *Milo autem, cum in ſenatu fuiſſet eo die,* [259] *quoad ſenatus eſt dimiſſus, domum venit; calceos & veſtimenta mutavit; pauliſper, dum ſe uxor, ut fit, comparat, commoratus eſt.* Quam nihil præparato, nihil feſtinato feciſſe videtur Milo! Quod non ſolum rebus ipſis vir eloquen-

235. *Commonitio.*] *Commonitionem* hic appellat Fabius repetitionem quamdam, quæ *epilogi* more breviter recolligat, quod in *narratione* politum eſt, ad commonefaciendum judicem. TURNEB.

236. *Cicero.*] Oratione pro Ligario cap. 2.

237. *Culpa caret.*] In Cicerone pro *caret* ſcriptum eſt *vacat.* PHILAND. Eadem diverſitas apud Ovidium IV. Epiſtola 28.

Fama (velim quæras) crimine noſtra vacat.

& 11. Faſt. 10.

Dextraque non omni munere noſtra vacat.

& ſæpe alibi. BURMAN.

238. *Credibilis autem.*] Credibilis erit *narratio*, ſi ſecundum naturam dicamus, ſi rationem præcipuis quæſtionibus reddamus, ſi decorum ſervemus, præterea ſi circumſtantias adjunxerimus, eaſque ſervaverimus. TURNEB.

239. *Naturæ adverſum.*] Ut hominem ſe, aut uxorem, aut parentem occidiſſe, eos enim quiſque natura diligit; ut timidus cædem faciat; liberalis furetur; pudicus virginem violet; ſenex pudicitiæ inſidietur, nihilque recte conſuluerit; vir fortis timide ſupplicaverit, & hujuſmodi adverſa naturæ: & ſi quid ex his advenerit, in eo elaborandum erit, ut id credibile oſtendamus; ut Cicero pro Cluentio, omne Cluentii periculum a matre eſſe, ideoque odii *cauſſam* matris in filium, & impudicam matris audaciam multis oſtendit. Videndum igitur, quæ ſit natura rerum & perſonarum, quid conveniat, quid diſconveniat. TURNEB. Hinc *naturæ fidem* appellat Tertull. Apolog. cap. 8. ubi vide Heraldum.

240. *Ut furti reum, cupidum.*] Supple, ſi conſtituerimus. CAPPER.

241. *Cupidum.*] Avarum, vel ejus rei, quam furatur, appetentem. TURNEB.

242. *Temerarium.*] Audacem Clodium Cicero ſemper deſcribit. TURNEB.

243. *Vel contra.*] Vel *his contraria;* V. C. Alm. Obrecht.

244. *Eſt autem quidam etiam*] *Ductum* appellat Fabius aptam & convenientem rerum connexionem, quæ ſponte jungi videantur; qualis eſt in comœdiis. Comici enim, quoniam res, quam deſcribunt, ficta eſt, maxime laborant, ut eam credibilem faciant; ideoque quaſdam *œconomias* obſervant, per quas ex eo, quod anteceſſit, indicant, quod futurum eſt, appellaturque ille *ductus* rei credibilis. Quod etiam obſervatur in mimis: quo nomine appellantur fabulæ quædam, quæ poſitæ ſunt in vilium perſonarum imitatione. TURNEB. *Quidam etiam.*] *Quidam ductus rei credibilis, qualis in comœdiis etiam &;* V. C. Alm. Voſſ. tert. Bern.

245. *In Mimis.*] Græcæ ſatiræ genus eſt, de quo lege Voſſium Inſtitut. Poetic. CAPP.

246. *Semina probationum.*] Ut pro Milone; Clodii minæ, Clodii Miloniſque habitus, & ſimilia. Nam cum totius *confirmationis* & *refutationis* fundamentum ſit *narratio*, non eſt dubium, quin ſemina probationum continere debeat. Fluunt autem probationes omnes a *locis* uniuſcujuſque conſtitutionis maxime propriis, quos in aliqua circumſtantiarum fundari neceſſe eſt. TURNEBUS.

247. *Sic, ut narrationem.*] *Verum ut;* Stephan.

248. *Nonnunquam etiam.*] *Nonnunquam etiam tamen;* V. C. Alm. Locat. Ald. Voſſ. omn. *tamen etiam;* Obrecht.

249. *Argumento aliquo confirmabimus quod propoſuerimus.*] Vide Hermogenem lib. II. de Invent. cap. 2. ubi exponit quemdam *narrationis* τρόπον *modum*, quem vocat ἐγκατασκευον, id eſt, *ſua confirmatione munitum;* & diſtinguit a modo ἁπλῷ *ſimplici*, & ab ἐξειργασμένῳ *exornato.* CAPP.

250. *Ut in veneficiis ſanus bibit.*] Vide exemplum in oratione *pro Cluentio.* TURNEB.

251. *Statim concidit.*] *Occidit;* Voſſ. ſecund.

252. *Sollicitus.*] Non agnoſcunt hanc vocem MSS. Joan. Bal. Colb. Alm. Andr. Ven. Loc. Ald. Voſſ. prim. tert.

253. *Aliquando ſi deſtituti.*] Aliquando *occupationibus* eſt utendum, cum argumenta circumſtantiarum nobis deſunt, dicendumque reum quæſiſſe facinori ſuo latebras, ut impunitus peccaret; tamen nos eſſe probaturos. TURNEB.

254. *Et hoc majus.*] Τούτῳ; nam τὸ *hoc* eſt in *ablativo* caſu, & ſignificat, *hac de cauſſa, ideo, &c.* CAPP.

255. *Præparationes.*] *Probationes;* MS. Joan. Andr. Sich. & in marg. Vaſc. & Steph. Gryph. & Baſil.

256. *Quæ latuerint.*] Diſſimulatæ, & quæ judicem fallant, ſuaque ſimplicitate in judicum animos irrepant. TURNEB. *latuerunt;* Voſſ. tert.

257. *Plurimum tamen.*] Simplex oratio multum facit ad credibilitatem; nam cum ſubdola non ſit, ſed humilis, facile ſubit judicis animum: hanc orationis formam Trapezuntius vocat *extenuationem.* Ut enim homines ſimplices in mendacii ſuſpicionem haud temere veniunt, ita quoque hæc, morum ſimplicitatem imitata, aliquoties plus fidei meretur, quam arte contorta. Adeo verum eſt proverbium, *Veritatis ſimplicem eſſe orationem.* TURNEB.

258. *Milo.*] In oratione pro Milone cap. 10.

259. *Quod ſenatus eſt dimiſſus.*] *Quo a ſenatu eſt;* MS. Bodl. Andr.

tiſſimus; quibus moras & lentum profectionis [260] ordinem ducit, ſed verbis etiam vulgaribus & quotidianis, & arte occulta conſecutus eſt: quæ ſi aliter dicta eſſent, [261] ſtrepitu ipſum judicem, ad cuſtodiendum patronum, [262] excitaſſent. [263] Frigida videntur iſta pleriſque: [264] ſed hoc ipſum manifeſtum eſt, quomodo judicem [265] fefellerit, quod vix a lectore deprehenditur. Hæc ſunt, quæ credibilem [266] faciunt *expoſitionem*. [267] Nam ne contraria, aut ſibi repugnantia in *narratione* dicamus, ſi cui præcipiendum eſt, is [268] reliqua fruſtra docetur: etiamſi quidam [269] ſcriptores artium hoc quoque, tanquam occultum & a ſe prudenter erutum, tradunt. [270] His tribus narrandi virtutibus [271] adjiciunt quidam magnificentiam, quam μεγαλοπρέπειαν vocant, quæ neque in omnes *cauſſas* cadit, (nam quid [272] in pleriſque judiciis privatis, [273] de *re certa credita, locato & conducto, interdictis*, habere loci poteſt ſupra modum ſe tollens oratio?) nec ſemper eſt utilis, [274] ut vel proximo exemplo [275] Miloniano patet. Et meminerimus multas eſſe *cauſſas*, in quibus confitendum, excuſandum, [276] ſummittendum ſit, quod exponimus: quibus omnibus aliena eſt illa magnificentiæ virtus. Quare non magis proprium *narrationis* eſt magnifice dicere, quam [277] miſerabiliter, [278] invidioſe, graviter, dulciter, urbane: quæ, cum [279] ſuo quæque loco ſint laudabilia, non ſunt huic parti proprie aſſignata, & [280] velut dedita. Illa quoque ut *narrationi* apta, [281] ita cæteris partibus communis eſt virtus, quam Theodectes huic uni [282] proprie dedit; non enim magnificam modo vult eſſe, verum etiam [283] jucundam *expoſitionem*. [284] Sunt qui adjiciant his evidentiam, quæ [285] ἐνάργεια Græce vocatur. Neque ego quemquam deceperim, [286] ut diſſimulem, Ciceroni quoque plures par-

260. *Ordinem ducit.*] *Dicit etiam vulgaribus*, omiſſis *ſed verbis*; V. C. Alm.

261. *Strepitu ipſum.*] *Strepitu ipſum judicem ad cuſtodiendum. Patronum excitaſſent*; MSS. Bodl. Bal. Andr. *judicem dein patronum*; Obrechr. & V. C. Alm. niſi quod ille *excitaſſet* habet. *Judicem ad cuſtodiendum, deinde patronum excitaſſet*; Ald. recepi ſcripturam codicum optimorum; ſuſpectum enim ſe feciſſet orator, ſi nimio ornatu rem hanc ſimplicem conſpiciendam nimis dediſſet: *cuſtodire* patronum, eſt obſervare, cavere, ne fraus fiat ab oratore. Ovid. Epiſt. XVII. 165.

Sic meus hinc vir abeſt, ut me cuſtodiat abſens.

ita & *obſervare* Hygin. fab. 118. *matutino tempore ſecuta eum, ut obſervaret*; ubi plura, etiam ex Quinctiliano, exempla habet Munkerus, quibus *cuſtodire* ita poni docuit. Et hoc eſt, quod capite primo hujus libri dixit, *judicem libentiſſime Patronum audire, quem juſtitiæ ſuæ minime timet*, hoc eſt, quem non cuſtodit. BURMAN. *Ipſum judicem deinde patronum excitaſſent*; Edit. Stephan. 1542. & cod. Bern.

262. *Excitaſſent.*] *Excitaſſet*; Locat. Obrecht.

263. *Frigida videntur.*] *Anthypophora*, qua objectioni quorumdam occurrit, hanc tantam diligentiam vitio Fabio vertentium; ſi illa orationis ſimplicitas ita lectoris animum ſubit & fallit, qui tamen auditore (ut antea dixit) peritior eſt, dubium non eſt, quin etiam judicem fefellerit. TURNEBUS.

264. *Sed hoc ipſum.*] *Sed hoc manifeſtum eſt*; V. C. Alm. *ſed hoc ipſo* malebant Gallæus & Rollinus; & ita Obrecht.

265. *Fefellerit.*] *Fefellerint*; Locatel. Ald. Gryph. Colin. Baſil. Vidov.

266. *Faciunt.*] *Faciant*; MSS. Alm. & Colb. Voſſ. ſecund. tert.

267. *Nam ne contraria.*] Rapit quoſdam in invidiam, qui hoc, ut magnum quid, præcipere voluerunt, quod non ſolum in *narratione*, ſed tota oratione cavendum eſt: quod Cicero multis in locis adverſariis ſuis objicit, ſed præcipue pro Sexto Roſcio, C. Erutio. TURNEB.

268. *Reliqua fruſtra.*] *Æque fruſtra*; Locat. & alii ante Aldum, & marg. Steph. Baſil.

269. *Scriptores artium.*] Supple, rhetoricarum, vel oratoriarum. CAPPER.

270. *His tribus narrandi.*] Virtus eſt ſuperiori contraria, appellaturque a Trapezuntio *amplificatio*, ut ſuperior *extenuatio*: ſolet autem & ſententiarum & verborum magnitudine rem attollere. TURNEB.

271. *Adjiciunt quidem.*] *Quidam*; V. C. Alm. Locat. Ald. Vaſc. & Steph. Colin. Gryph. Baſil. Voſſ.

272. *In judiciis privatis.*] *In cauſſis* aut litibus, quæ non ipſam rempublicam, ſed privatos tangunt. CAPPER.

273. *De re certa credita, locato & conducto, interdictis.*] Accuratas horum notiones exhibent juriſconſultorum libri. Lege vel ipſum Kalvini Lexicon juridicum. CAPP.

274. *Ut vel proximo.*] *Velut proximo*; V. C. Alm.

275. *Miloniano exemplo.*] Petito ex Ciceronis oratione, quam pro Milone ſcriptam reliquit. CAPP.

276. *Summittendum.*] Hoc eſt, deprimendum, extenuandum, minuendum. CAPPER.

277. *Miſerabiliter.*] Movendo miſerationem ipſa narratione. CAPPER.

278. *Invidioſe.*] Hoc eſt, rei narratæ invidiam adjicere, ut mox dicet Fabius; vel rem narrando efficere invidioſam, odioſam. CAPPER.

279. *Suo quæque loco.*] *Suo loco*; V. C. Alm. Locat. Colin. Vidov.

280. *Velut dedita.*] *Debita*; Roign.

281. *Ita cæteris.*] *Ita cum cæteris partibus*; Locat. Venet. Ald. Vaſc.

282. *Proprie dedit.*] Francius volebat *propriam*.

283. *Jucundam expoſitionem.*] Theodectes magnificentiam & audentiam partes *narrationis* eſſe dicit. Porro Cicero in *Partit.* cap. 9. & ſecundo *de Oratore* jucundam quoque eſſe voluit, ita tamen, ut ea virtus non eſſet neceſſaria *narrationi*, ſed aſſumpta potius ad ornandum: hanc Fabius toti orationi communem facit. TURNEB. *Expoſitionem.*] *Narrationem.* CAPPER.

284. *Sunt qui adjiciant.*] Cicero in *Partitionib.* diſcrimen ponit inter perſpicuitatem, & evidentiam, quam ipſe illuſtrationem facit: nam perſpicuitas tantum rem explicat & aperit: illuſtratio vero, ſeu evidentia rem ita repræſentat & illuſtrat, ut geri videatur: ergo minor perſpicuitas, quam evidentia: recte tamen Fabius perſpicuitati evidentiam ſubjicit. Huc pertinent illa, quæ dicuntur a Græcis ἐκφράσεις, quæ ſunt orationes & deſcriptiones evidentes, quales hodie feruntur Calliſtrati. TURNEB. Quid proprie ſit ἐνάργεια, vide apud Fabium lib. VIII. cap. 3. CAPPER.

285. *Ενέργεια.*] Vitioſe a pleriſque legitur ἐνέργεια, quæ non *evidentia* interpretatur, ſed *actus* atque *efficacia*: ἐνάργεια igitur legatur, quæ *evidentia* atque *illuſtratio* transfertur. REGIUS. Ἐνάργεια velut lux quædam orationis, partim in *partitionibus*, partim in *de Oratore*, partim in *Topicis*. Qui hanc virtutem ea parte conſiderant, qua reddit ſermonem efficacem, & velut plus operantem, ab opere ἐνέργειαν vocant; ἔργον enim Græcis opus ſignificat; & ſic utitur vocabulo hoc Divus Hieronymus in Epiſtola quadam ad Paullinam, ſic inquiens: *Habet neſcio quid latentis* energiæ *viva vox, & in aurem ab ore Præceptoris diffuſa fortius ſonat*: tametſi vulgares codices fere omnes ἐνάργειαν habent: porro qui lucem, quam rebus adfert, ſpectant, ἐνάργειαν vocant, quod ἀργὸς *lucidum* & *clarum* Græcis ſignificet; & ſecundum hunc modum accipiendum eſt hoc loco apud Fabium, quando ipſe *evidentiam* vertit, & *perſpicuitati* velut ſpeciem ſubjicit. MOSEL.

286. *Ut diſſimulem, Ciceroni, &c.*] Cicero in *Top.* tres putat virtutes *narrationi* neceſſarias, probabilitatem, perſpicuitatem, & brevitatem: tres vero ad ornatum pertinen-

tes placere. Nam, præterquam *planam*, & *brevem*, & *credibilem*; vult eſſe *evidentem*, [287] *moratam*, *cum dignitate.* Sed in oratione, morata debent eſſe omnia; cum dignitate, [288] quæ poterunt. Evidentia in *narratione*, quantum ego intelligo, eſt quidem magna virtus, cum quid veri [289] non dicendum, ſed quodammodo etiam oſtendendum eſt: ſed ſubjici perſpicuitati poteſt, [290] quam quidam etiam [291] contrariam interim putaverunt, quia in quibuſdam *cauſſis* obſcuranda [292] veritas eſt: quod eſt ridiculum. Nam, qui obſcurare vult, [293] narrat falſa pro veris: [294] in quo debet laborare, ut videantur quam evidentiſſima. [295] Sed quatinus etiam [296] ſorte quadam pervenimus ad difficilius *narrationum* genus; jam de his loquamur, in quibus res contra nos erit: quo loco nonnulli prætereundam *narrationem* putaverunt. Et ſane [297] nihil eſt facilius, niſi prorſus totam *cauſſam* omnino non agere. Sed ſi aliqua juſta ratione [298] hujuſmodi ſuſceperis litem, cujus artis eſt, malam eſſe *cauſſam* ſilentio confiteri? Niſi forte tam hebes futurus eſt judex, ut ſecundum id pronuntiet, quod ſciet narrare te noluiſſe. Neque inficias eo, in *narratione* ut aliqua neganda, aliqua adjicienda, aliqua mutanda, [299] ſic aliqua etiam tacenda: [300] ſed tacenda, quæ tacere oportebit, & liberum erit. Quod fit nonnunquam brevitatis quoque gratia, quale illud eſt, *Reſpondit*, [301] *quod ei viſum eſt.* Diſtinguamus igitur genera *cauſſarum.* [302] Namque, in quibus [303] non de culpa quæritur, ſed [304] de *actione*, etiam [305] ſi erunt contra nos *themata*, confiteri nobis licebit: *Pecuniam de templo ſuſtulit, ſed privatam: non ideo ſacrilegus eſt.* [306] *Virginem rapuit:* [307] *non tamen optio patri dabitur.* [308] *Ingenuum ſtupravit*,

tes, ut ſit evidens, morata, & e dignitate: in *Partitionibus* vero cap. 9. & 2. *de Oratore* cap. 80. duas tantum poſuit neceſſarias, probabilitatem, & perſpicuitatem; reliquitque brevitatem; unam tantum ad ornatum, jucunditatem. TURNEB. Cicero *ſuavitatem* habet.

287. *Moratam, cum dignitate.*] *Morata* dicitur oratio, quæ mores aptos convenienteſque affectus perſonis tribuit, vocant Græci * ἠθοποιὸν λόγον, *moratam orationem*, ut Dionyſius ait de Lyſia loquens: ἠθοποιεῖ καὶ παρασκευάζει σώματα τῷ λόγῳ πιστὰ καὶ χρηστά, προσαρμόζεις αὐτοῖς ἀρετὴν ὑπάρχειν, καὶ πάθη μέτρια ἀποδίδωσιν. Quare in *Top.* interdum eſt, ubi *moderata*, pro *morata* legitur. TURNEB. In *Partitionibus* bene *moratam*; nam in *Topicis* vitioſe ſcriptum eſt *moderata*, pro *moratæ*. Hujuſmodi *narrationem* Græci vocant * ἠθοποιὸν, id eſt, mores exprimentem. PHILANDER. *Moderatam*; Pariſ. & marg. Stephan. *moratam, cum dignitate ornatam*; Ald. Baſil. Cicero, qui hæc tradit in *Topicis* cap. ult. *moderata* habet.

288. *Quæ poterunt.*] *Qua potuerint*; V. C. Almel. Obrecht.

289. *Non dicendum.*] Hoc eſt, non ſolummodo dicendum, ſed etiam, &c. CAPPER.

290. *Quam quidam etiam.*] Theodorei putant, in *narrationibus*, quæ totæ ſunt contra nos, obſcuritatem eſſe debere: quocirca, quo illic pacto ſit narrandum, docebit Fabius. TURNEB.

291. *Contrariam.*] Supple, *narrationi*. CAPPER.

292. *Veritas eſt.*] *Eſſet*; Obrecht.

293. *Narrat falſa pro veris.*] Ut Sinon Virgilianus facit ſibi fidem, obſcurando veritatem, miſcendo falſis vera. TURNEB.

294. *In quo debet laborare.*] *Et in his, quæ narrat, debet laborare*; MSS. Bodl Bal. Almel. Argent. Obrecht. Andr. *& in iis, quæ narrat, debet*; Cod. Vall. Baſil. *& is, quæ narrat, debet*; Ald. Gryph. *is, qui narrat, debet*; Steph. Colin. Vidov. & ita legendum cenſet Regius; *& is, qui narrat falſa pro veris, debet*; Vaſc.

295. *Sed quatinus etiam.*] Tranſitus ad ſecundum membrum *narrationis*, ſi contra nos erit, refellens eorum opinionem, qui tunc non eſſe narrandum volunt; quia ſic noſtram *cauſſam* malam confitebimur, ideoque tunc etiam vel maxime narrandum erit. In hanc autem ſententiam inclinare videtur Cicero lib. II. *de Oratore* & in *Partit* cap. 5. ait enim, *quod in narrationibus eſt moleſtum, illud eſſe amputandum; aut totam narrationem relinquendam, ſi tota moleſta erit.* TURNEB. *Et quatinus etiam forte*; V. C. Alm.

296. *Sorte quadam.*] *Forte*; Locatel. Stephan. Colin. Voſſ.

297. *Nihil facilius niſi.*] *Nihil & facilius hoc, prorſus*; Stephan. Roign. Voſſ. prim. tert.

298. *Hujuſmodi ſuſceperis litem.*] *Suſceperis litem*; Locat. Stephan. Gryph Colin. Roign. Vidov.

299. *Sicut aliqua.*] *Ut* ſyllaba eraſa, *ſic* legendum, aperte præcedentia demonſtrant. REGIUS.

300. *Sed tacenda, &c.*] In *narrationibus* liberum eſt tacere, quæ vel crimen, vel ſuſpicionem faciunt, omniaque ea, quæ lædunt; dummodo non ſint ex iis, quibus maxime cognitio judicis nititur. TURNEB.

301. *Quod ei viſum eſt*] *Quæ ei*; Locat. Ald. Voſſ. ſecund. Bern. *quæ viſum eſt*; Obrecht.

302. *Namque in quibus.*] In *cauſſis tranſlativis*, quibus rectam criminationem aut petitionem eludimus, factum, quod etiam nobis nocet, confiteri poſſumus; quia tum de eo non pronunciat judex. De *culpa* autem quæritur in tribus generibus *cauſſarum*, quæ naſcuntur ex his quæſtionibus, *an ſit, quid ſit, & quale ſit.* De *actione* vero in his, quæ *tranſlativæ conſtitutiones* vocantur, in quibus de modo agendi. TURNEBUS.

303. *Non de culpa quæritur, ſed de actione.*] Non de culpa neganda per *ſtatum conjecturalem* (vulgo *facti quæſtionem*) vel purganda per *ſtatum definitivum*, aut etiam *qualitatis abſolutæ*; vel excuſanda per *ſtatum qualitatis aſſumptivæ* (de quo ad cap 6. lib. VI.) ſed de *actione transferenda* per *ſtatum tranſlativum*, de quo ſupra pluribus egimus: nam, ut docuit Fabius lib. III. cap. 6 perſonæ, tempora, & *actiones transferuntur*, id eſt, ſubjiciuntur *ſtatui tranſlativo*, cui vulgo nomen *exceptio declinatoria judicii*. CAPPER.

304. *De actione.*] *Statum* intelligit *tranſlativum*, in quo agitur de ipſo judicio, de *actione* ipſa conſtituenda vel removenda hoc pacto: *Poteſt quidem contra me in judicio agi; ſed non hujuſmodi actione*, vel *actionis formula.* Miror eruditum Rollinum id expoſuiſſe de *ſtatu definitivo*, qui, licet aliquando ſit pars *tranſlationis*, ut ait Fabius lib. III. cap. 6. ab ea tamen ſemper diſcrepat. Et ſane in ea ipſa *cauſſa*, quam hic affert Fabius [*Virginem rapuit: non tamen optio patri dabitur*] quæſtio eſt de *actione*, & pertinet ad *ſtatum tranſlativum*. Dicet enim reus raptor: *Eſto, rapuerim: at tibi patri non competit actio, ut vel meas cum rapta nuptias, vel meam mortem optes; lex enim ſoli raptæ puellæ dat hanc optionem*: ubi *definitivo ſtatui* locum non eſſe, attendenti patebit. Si vir ille doctus & eloquentiæ conſultiſſimus in ſua Quinctiliani editione non reſecuiſſet, quæ de *ſtatibus* tam accurate ſcripta ſunt, hunc in errorem non impegiſſet. Vide libr. VII. cap. 5. cui titulus eſt *De Actionis quæſtione*, quæ ſtatim diſtinguitur a *ſtatu definitivo*. CAPPER.

305. *Si erunt contra nos themata.*] *Thema* hoc loco eſt ipſum *cauſſæ* argumentum, ipſa propoſitio accuſatoris, ipſa litis expoſitio, ut hic: *Pecuniam de templo ſuſtulit, virginem rapuit.* Eſt proprie *thema declamationis*, vel fictæ *cauſſæ* argumentum. CAPPER.

306. *Virginem rapuit.*] Nam lex erat, ut *puella rapta nuptias, aut mortem raptoris eligeret.* TURNEB.

307. *Non tamen optio patri dabitur.*] Sed τῇ raptæ puellæ datur hæc optio, ut ipſa eligat, utrum velit raptori nubere, an ipſum occidi. CAPPER.

308. *Ingenuum ſtupravit.*] Ad *legem Juliam de ſtupris*, ſtatuitur *ſtuprum* committi in muliere ingenua, libera, vel vidua, etiam in virgine & puero. Videtur autem ſignificare, lege conſtitutum eſſe, ut, ſi quis ingenuum ſtupraſſet, de-

& ſtupratus ſe ſuſpendit : non tamen ideo ſtuprator capite , ut cauſſa mortis , punietur : ſed [309] *decem millia, quæ pœna ſtupratori conſtituta eſt, dabit.* Verum in his quoque confeſſionibus eſt aliquid, quod ex invidia, quam [310] *expoſitio* adverſarii fecit, detrahi poſſit; cum etiam ſervi noſtri de peccatis ſuis [311] mollius loquantur. [312] Quædam enim quaſi non narrantes mitigabimus : *Non quidem* (ut adverſarius dicit) *conſilium furti* [313] *in templum attulit, nec diu captavit ejus rei tempus; ſed occaſione &* [314] *abſentia cuſtodum corruptus, & pecunia,* [315] *quæ nimium quam in animis hominum poteſt, victus eſt.* [316] *Sed quid refert?* [317] *peccavit, & fur eſt : nihil attinet id defendere, cujus pœnam non recuſamus.* [318] Interdum quaſi damnemus ipſi : [319] *Vis te dicam vino impulſum? errore lapſum? nocte deceptum? vera ſunt iſta fortaſſe : tu tamen ingenuum ſtupraſti, ſolve decem millia.* [320] Nonnunquam *propoſitione* [321] præmuniri [322] poteſt *cauſſa*, & deinde exponi. Contraria ſunt omnia tribus filiis, qui in mortem patris conjurarant; ſortiti nocte ſinguli per ordinem cum ferro cubiculum intrarunt, patre dormiente. Cum occidere eum nemo potuiſſet, [323] excitato omnia indicarunt. [324] Si tamen pater , [325] qui diviſit patrimonium, & [326] reos parricidii defendit, [327] ſic agat : *Quod contra legem ſufficit, parricidium objicitur juvenibus , quorum pater vivit , atque etiam* [328] *liberis ſuis adeſt.* [329] *Ordinem rei narrare* [330] *quidem nihil neceſſe eſt, cum ad legem nihil pertineat : ſed ſi confeſſionem meæ culpæ exigitis, ego fui pater durus, & patrimonii, quod jam melius ab his adminiſtrari poterat, tenax cuſtos.* Deinde ſubjicitur, *ſtimulatos ab iis, quorum indulgentiores parentes erant; ſemper tamen eum habuiſſe animum, qui ſit eventu deprehenſus, ut occidere patrem non poſſent. Nec enim jurejurando* [331] *opus fuiſſe,* [332] *ſi alioqui hoc mentis habuiſſent; nec forte, niſi quod ſe quiſque eximi voluerit.* Omnia hæc qualiacumque placidioribus animis accipientur, illa brevi primæ *propoſitionis* defenſione mollita. [333] At cum quæritur, [334] *an factum ſit*, vel [335] *quale factum ſit*, licet omnia contra nos ſint, [336] quomodo tamen

cem millia perſolveret. TURNEB. Plura de ſtupratorum pœna Gregor. Syntagm. juris lib. XXXVI. cap. 9. ALMELOV. Hæc pœna ex lege Scantinia videtur ſtatuta, quam Auguſtus lege ſua de pudicitia confirmaſſe videtur. Vide & infr. lib. VII. cap. 4.

309. *Decem millia.*] XL. *millia;* Voſſ. prim. & tert.

310. *Expoſitio.*] Id eſt, *narratio.* CAPPER.

311. *Mollius loquantur.*] Vitia ſua mitigent, & leviora faciant & oſtendant. Subeſt autem hic argumentum a *minori ad majus*; ſi ſervi vitia ſua excuſant, multo magis & noſtra excuſabimus. TURNEB.

312. *Quedam enim.*] *Quedam etiam* manus docta in Gryphianæ editionis margine.

313. *In templo attulit.*] Ut omittam, pro *templo* ſcribendum eſſe *templum*, *non* particula negativa mihi adſcribenda videtur, ut legatur : *Conſilium furti in templum non attulit;* commemorat enim Fabius, quæ pro ſacrilegii reo dici poſſent. REGIUS. *In templo*, codex Vallæ & Alm. Aſcenſius vero non opus eſſe negativa *non*, ſed ita diſtinguendum eſſe cenſet : *Non quidem (ut adverſarius dicit) conſilium furti in templum attulit* : quod fere omnes ſecuti ſunt.

314. *Abſentia cuſtodum corruptus.*] *Cuſtodes* appellat æditus, qui tuendis templis rebuſque ſacris præficiuntur. TURNEB.

315. *Que nimirum in animi.*] R litera eraſa *nimium* niſi legatur, ſenſus integer non habetur. REGIUS. *Nimirum;* Locat. Baſil. Gryph. Sich. *nimium in animis;* MSS. Bal. Colbert. Almel. Colin. Voſſ ſecund. *Que nimirum nimis in animis;* Andr. alii *nimium quam, nimium quantum*; Vidov. & ita Vallæ codicem habuiſſe teſtatur Aſcenſius; & ego rectam lectionem puto, & a viris doctis jam ſæpius hanc locutionem illuſtratam novi. Vide modo Parei Lexicon Criticum in *nimium quantum* : qui tamen & *nimium quam* apud Plaut. Bacch. I. II. 13. obſervat.

——— *nimium quam, o Lyde, es barbarus.*

Sic & *ſane quam*, *nimis quam*, veteres dixiſſe, docet Gronov. ad Gell. V. 14. BURM.

316. *Sed quid refert.*] *Quid refert;* V. C. Almel.

317. *Peccavit, & fur eſt.*] *Peccatum & furtum eſt*; Baſil.

318. *Interdum quaſi.*] *Interim;* V. C. Alm. Obrecht.

319. *Ut ſic dicam vino.*] *Si*, *c* litera eraſa, legendum. REGIUS. *Ut dicam;* V. C. Alm. *ut ſi te dicam* alii, teſte Aſcenſio. *Ut ſi dicam;* marg. Baſil.

320. *Nonnumquam propoſitione.*] Aliquando utimur *paraſceve*, qua judicis animum præparamus & rei invidiam diminuimus. Tametſi fere ſemper *propoſitio* locum habeat, ubi *narratio;* interim tamen in eadem *cauſſa* & *propoſitione* utimur & *narratione.* Verum *propoſitio* nihil aliud erit, niſi præparatio, ſeu præmunitio ad *narrationem.* TURNEB.

321. *Præparari.* [*Præmuniri*; MS. Bal. Andr. Locat. Ald. Sich. Par. Vaſc. Baſil. Colin. Gryph. Vidov. Obrecht. & Gebh. lib. I. Crep. 11. ex Palat. MS.

322. *Poteſt cauſſa.*] *Debet*; Voſſ. prim.

323. *Excitato.*] Expergefacto. CAPPER.

324. *Si tamen pater.*] Intelligere opus eſt legem fuiſſe; ne filii, qui parricidium feciſſent, aliquid de bonis patris caperent : igitur in hoc *themate* gentiles & agnati petunt hæreditatem, filioſque accuſant. TURNEB.

325. *Qui diviſit.*] *Qui non diviſit.* PITHOEUS.

326. *Reos parricidii.*] Hoc eſt, accuſatos nefandi criminis, quod re ipſa non perpetrarant. CAPPER.

327. *Sic agat.*] *Agit*; Obrecht.

328. *Liberis ſuis adeſt.*] In judicio fert auxilium, patrocinatur, liberorum ſuorum *cauſſam* tuetur. CAPPER.

329. *Ordinem rei narrare.*] Et *ordine rem narrare*, utrumque dicimus. TURNEB.

330. *Quidem mihi neceſſe eſt.*] *Quid*, loco *quidem* niſi legatur, ſenſus verus percipi non poterit. REGIUS. *Quid neceſſe eſt;* V. C. Alm. Obrecht. *quid mihi neceſſe eſt;* Gryph. Colin. Vidov. *quidem nihil;* MS. Colbert. Ald. Stephan. & alii.

331. *Opus fuiſſe.*] *Fuiſſet*; Locat. Ald. Gryph. Baſil. Vidov. Voſſ. ſecund. tert.

332. *Si alioqui.*] *Aliqui;* V. C. Alm. *aliquando*; Baſil. *Si hoc mentis habuiſſent.*] Græciſmum redolet hæc locutio, εἰ τοῦτο διάνοιαν εἶχον, ſi hanc mentem, hoc conſilium, vel propoſitum habuiſſent. CAPPER.

333. *At cum queritur.*] Cum *narratio* tota eſt contra nos; quo pacto narrandum ſit in *actione* & *definitione*, quam *actioni* ſubjecit, dixit : nunc quo pacto in reliquis *ſtatibus.* Neque enim in illis omittenda eſt *narratio*, ut putant Theodorei. TURNEB. Cujus hæc verba in *actione* & *definitione*, utclarius intelligas, vide quæ paulo ſupra notavimus ad illam Fabii locutionem : *In quibus non de culpa queritur, ſed de* actione. CAPPER.

334. *An factum ſit.*] Qui *ſtatus* eſt *conjecturalis;* vulgo *queſtio facti*, vel de facto. CAPPER.

335. *Quale factum ſit.*] Jure factum, an injuria : qui *ſtatus* dicitur *qualitatis*, vulgo *quæſtio juris*, vel de jure. CAPPER.

336. *Quomodo tamen.*] Sic quidem legitur; ſed illa particula *tamen*, cum ſit adverſativa, nihil ſenſui convenit *Tum* vero ſi legatur, & ſenſus perficietur, & ad illud *cum* ſuperius referetur. Quare mihi ſic legendum videtur : *Quomodo tum evitare.* REGIUS. *Quomodo tum;* marg. Vidov.

evitare [337] *expoſitionem* ſalva *cauſſæ* ratione poſſumus? Narravit accuſator, nec ita, [338] ut, quæ eſſent acta, [339] tantum indicaret; ſed adjecit invidiam, rem verbis [340] exaſperavit, acceſſerunt probationes, *peroratio* [341] incendit, & [342] plenos iræ reliquit. Exſpectat naturaliter judex, quid narretur a nobis. [343] Si nihil exponimus, illa eſſe, quæ adverſarius dixit, & talia, qualia dixit, credat, neceſſe eſt. Quid ergo? eadem exponemus? [344] Si de *qualitate* agetur, cujus tum demum quæſtio eſt, cum de re conſtat, eadem, [345] ſed non eodem modo: alias cauſſas, [346] aliam rationem dabo. [347] Verbis elevare quædam licebit: luxuria hilaritatis, avaritia parſimoniæ, negligentia ſimplicitatis nomine lenietur. Vultu denique, voce, habitu, vel favoris aliquid, vel miſerationis merebor. [348] Solet nonnunquam movere lacrymas ipſa confeſſio. Atque ego libenter interrogem, [349] ſintne illa defenſuri, quæ non narraverint, [350] necne? Nam ſi neque defenderint, neque narraverint, tota *cauſſa* prodetur. [351] At ſi defenſuri ſunt, proponere certe plerumque id, quod confirmaturi ſumus, oportet. Cur ergo non exponamus, quod & [352] dilui poteſt? Et [353] ut hoc contingat, utique indicandum eſt. Aut quid inter probationem & *narrationem* intereſt, [354] niſi quod *narratio* eſt probationis continua propoſitio, rurſus probatio *narrationi* congruens confirmatio? [355] Videamus ergo, num [356] *expoſitio* hæc longior demum eſſe debeat, & paulo verboſior [357] præparatione, [358] & quibuſdam argumentis ([359] *argumentis* dico, [360] non *argumentatione*;) [361] cui tamen plurimum confert frequens [362] affirmatio,

337. *Expoſitionem.*] Rei geſtæ, id eſt, ut jam notavimus, *narrationem.* CAPPER.

338. *Ut quæ eſſent acta.*] *Ut quæque*; Locat. Ald.

339. *Tantum indicaret.*] *Indicaverit*; Edit. Obrecht.

340. *Exaſperavit.*] *Exaggeravit*; marg. Baſil.

341. *Incendit.*] *Intendit*; Voſſ. prim.

342. *Plenos iræ reliquit.*] Supple, judices. CAPP.

343. *Si nihil exponimus.*] Si nihil narramus, ſi eam orationis partem, quæ *narratio* dicitur, non adhibemus. CAPPER.

344. *De qualitate agetur.*] *Agitur*; V. C. Almel. Obrecht. *Si de qualitate.*] Supple, facti. Si quæſtio ſit in *ſtatu qualitatis.* CAPP.

345. *Sed non eodem modo.*] In *qualitate* ſi omnia contra te erunt; tamen adhibitis convenientibus cauſſis efficies, ut aut minus videatur iniqua, aut certe æqua: nam quod per ſe injuſtum videtur, aliquando juſtum efficitur ex cauſſis, & circumſtantiis. TURNEB.

346. *Aliam rationem dabo.*] *Aliam, atque aliam rationem*; Locatel. Ald. Stephan. Gryph. Colin. Baſil. Voſſ. ſecund. Vidov.

347. *Verbis elevare.*] Quædam vitia ſunt in virtutum vicinia, in quibus præcipit Ariſt. ut *derivatione* utamur, & *deflexione*: hoc etiam præcipit Fabius lib. II. cap 13. & lib. III. cap. de *deliberativo* genere. De quibus Cicero in *Partitionib.* Exemplum eſt pro Muræna. TURNEB. *Verbis elevare.*] Quod Ciceroni eſt, *verborum lenitate, rei triſtitiam mitigare.* Græci vocant, *μείωσιν, εὐφημισμόν, ὑποκορισμόν.* CAPP.

348. *Solet nonnunquam.*] Confeſſio tum lachrymas movet, cum factum quidem miſerabile eſt, ſed affertur ejus juſta ratio, & cauſſa: alioqui nobis obeſſet confeſſio, ut apud Cicer. in Miloniana. TURNEB.

349. *Sintne illi defenſuri*] *Si ſint illa defenſuri*; MS. Bodl. Andr. Ald. Sich. Gryph. Vidov. *ſint illa defenſuri*; V. C. Alm. Locat. Baſil. *ſintne illa*; Colin. Obrecht. Voſſ. ſecund. *ſintne illi*; Steph.

350. *Nec ne, nam ſi neque defenderint, neque narraverint.*] Hæc omnia deſunt in V. C. Alm.

351. *At ſi defenſuri.*] Addita confirmationi propoſitio plurimum conducit; quod per eam, quæ confirmaturus ſis, judex facilius intelligat, reddaturque conciliatior & attentior: hujus exemplum comperias in multis Ciceronis orationibus, ut in Miloniana, ſtatim perfecta *narratione*, priuſquam veniat ad confirmationem, propoſitione ſic utitur: *Hæc, ſicut expoſui, ita geſta ſunt; inſidiator ſuperatus, vi victa vis, vel potius virtute audacia.* TURNEB.

352. *Dilui poteſt.*] Hoc eſt, refelli, refutari, &c. CAPPER.

353. *Ut hoc contingat, utique indicandum eſt.*] Hæc omiſit codex vetus, quo uſus eſt Vaſcoſanus. *Et ut hoc contingat*; V. C. Almel. & Argent. Obrecht. Ald. Locatel. Gryph. Baſil.

354. *Niſi quod narratio.*] *Narratio* differt a propoſitione, quod propoſitio breviter, *narratio* prolixe rem proponit: appellavit eam continuam propoſitionem Fabius, ad differentiam *partitionis*, quæ rem proponit, & explicat. TURNEBUS.

355. *Videamus ergo num.*] *Videamus ergo unde*; marg. Gryph. & Baſil.

356. *Expoſitio ..... expoſitione.*] Id eſt, *narratio ... narratione.* CAPP.

357. *Præparatione.*] Id eſt, per quamdam præparationem *διὰ προπαρασκευῆς.* Hic enim *ablativus* inſtrumenti ſignificationem habet, non regimen deſignat *comparativi.* CAPP.

358. *Et quibuſdam argumentis, &c.*] Probationes & argumenta locum habent in *narratione*, non autem argumentationes, quæ ſunt argumentorum explicationes, certa oratione, certiſque partibus conſtantes. Et hoc eſt quod ante dixit: *Ne illud quidem inutile fuerit, ſemina quædam probationum ſpargere*; & paulo poſt: *Argumentabimur in narratione nunquam, ut dixi: argumentum ponemus aliquando.* Hæc itaque longior erit, ut præparationem & argumenta, quæ adhiberi ſolent ad judicem præmonendum, contineat; ne ſit præceps in judicando, neve totam *cauſſam* ex prima fronte æſtimet; ſed differat judicium, donec ventum ſit ad probationem, ubi omnia melius & pro re noſtra commodius explicabuntur. TURNEB.

359. *Argumentis dico, non argumentatione.*] Hoc eſt, quibuſdam dictorum probationibus, non argumentatione illa, quæ confirmatio dicitur, eſtque pars orationis a *narratione* diſtincta. Nam argumentum eſt id omne, quo aliud probamus, eſt res, quæ alterius probationi adhibetur, & in ſcholis *medium* appellatur: argumentatio autem eſt argumenti elocutio, explanatio, *formalis* (ut ita loquar) & regularis, artificioſa, methodica ratiocinatio. An, & quodnam argumentum inter & argumentationem diſcrimen intercedat, pluribus locis Fabius edocet. Sic paulo ſupra: *Narrationem eſſe meminerimus, non probationem: nonnunquam etiam argumento aliquo confirmabimus quod propoſuerimus, ſed ſimplici & brevi.* Sic hoc ipſo in capite paulo poſt: *Argumentabimur in narratione nunquam: argumentum ponemus aliquando.* Et lib. V. cap. 10. *Nunc de argumentis: hoc nomine complectimur omnia, quæ Græci ἐνθυμήματα, ἐπιχειρήματα, ἀποδείξεις vocant... Epichirema Valgius aggreſſionem vocat: Celſus autem judicat non noſtram adminiſtrationem, ſed ipſam rem, quam aggredimur, id eſt, argumentum, quo aliquid probaturi ſumus, etiamſi nondum verbis explanatum, jam tamen mente conceptum, epichirema dici.* Denique ibid. cap. 14. *Igitur enthymema, & argumentum ipſum, id eſt, rem quæ probationi alterius adhibetur, appellant, & argumenti elocutionem.* CAPP.

360. *Non argumentatione.*] *Non tamen argumentatione*; Ald. Voſſ. prim. tert.

361. *Cui tamen.*] *Expoſitioni* videlicet. CAPPER.

362. *Affirmatio, effecturos nos.*] Affirmatio hujus, quod eſt, effecturos nos eſſe, quod dicimus; ubi *τὸ effecturos* ſignificat *argumentis probaturos.* Græci felicius, διαβεβαίωσις τοῦ ἐξεργάσεσθαι ἡμᾶς τὸ λεγόμενον; & ſane ἐργασία, ἐξεργασία, ἐπεργασία de argumentationis opere ſolent uſurpari; ut patet ex Hermogen. lib. III. de *Inventione* cap. 7. cui titulus eſt περὶ ἐργασίας ἐπιχειρημάτων, *de argumentorum effectione, tractatione, &c.* Et ex ipſo Fabio lib. VIII. cap. 3.

[363] effecturos nos, quod dicimus; non poſſe vim rerum oſtendi prima *expoſitione*; ex ſpectent, & opiniones [364] ſuas differant, & bene ſperent. Denique narrandum eſt utique, [365] quidquid aliter, quam adverſarius expoſuit, narrari poteſt; [366] aut eo etiam *prooemia* ſunt in his *cauſſis* ſupervacua; [367] quæ quid magis agunt, quam ut [368] cognitioni rerum accommodatiorem judicem faciant? Atqui [369] conſtat, nuſquam eorum eſſe majorem uſum, quam ubi animus judicis ab aliqua contra nos inſita opinione flectendus eſt. [370] *Conjecturales* autem *cauſſæ*, in quibus de facto quæritur, non tam ſæpe rei, de qua judicium eſt, quam eorum, [371] per quæ res colligenda eſt, [372] *expoſitionem* habent. [373] Quæ cum accuſator [374] ſuſpicioſe narret, [375] reus levare ſuſpicionem debeat; aliter [376] ab hoc, atque [377] ab illo, ad judicem perferri oportet. [378] At enim quædam argumenta turba valent, diducta leviora ſunt. Id quidem non eo pertinet, ut quæratur, an narrandum, ſed quomodo narrandum ſit. Nam [379] congerere plura *expoſitione* [380] quid prohibet, ſi id utile eſt *cauſſæ*? [381] & promittere, ſed & dividere *narrationem*, & [382] probationem ſubjungere [383] partibus, atque ita tranſire ad ſequentia? [384] Nam ne iis quidem accedo, qui ſemper eo putant ordine, quo quid actum ſit, eſſe narrandum; [385] ſed eo modo, quo expedit. Quod fieri [386] plurimis figuris licet. Nam & [387] aliquando excidiſſe [388] ſimulamus, cum quid [389] utiliore loco reducimus: & interim nos [390] reducturos reliquum ordinem teſtamur, quia ſic futura ſit *cauſſa* lucidior. [391] Interim re expoſita, [392] ſubjungimus cauſſas, quæ anteceſſerunt. [393] Nec enim eſt una lex defenſionis, certumque præſcriptum: pro re, pro tempore, intuen-

ubi ſic habet: *ἐξεργασία in efficiendo velut opere propoſito, cui adjicitur ἐπεξεργασία repetitio probationis ejuſdem, & cumulus ex abundanti.* Cæterum hic ante participium *τὸ effecturos* erat nota *parentheſeos*, quæ non ſuo loco poſita ſenſum valde perturbabat. CAPPER.

363. *Effecturos nos quidem dicimus.*] *Dicemus*, ut ſit futuri temporis, mihi legendum videtur: pollicebimur, inquit, nos ea, quæ propoſuimus, comprobaturos. *Efficere* namque interdum eſt argumentis probare. REGIUS. *Quidem dicimus*; Locat. *quidem dicemus*; Steph. Colin. Roign. *quod dicimus*; Ald. Gryph. Baſil. Vidov. marg. Stephan.

364. *Suas differant.*] *Opiniones differant, & ſperent*; V. C. Alm.

365. *Quicquid aliter.*] In omni genere *cauſſa* & *ſtatu* hoc utile ſit; ſi fieri poſſit, ut narremus aliter, quam adverſarii narraverint. TURNEB.

366. *Aut eo etiam.*] *Aut etiam proœmia in his cauſſis*; V. C. Alm. *Aut eo etiam.*] Hoc eſt, ea ratione, inde ſequeretur his in *cauſſis proœmia* quoque eſſe ſupervacua. CAPPER.

367. *Quæ quid magis agunt.*] Ita Andr. Locat. Ald. Par. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Obrecht. *quæ quidem magis*; MS. Bal. Colon. *quæ quia magis* alii.

368. *Cognitioni.*] Quæ utique per *narrationem* habetur. CAPPER.

369. *Conſtat.*] *Atque & conſtat*, ut legatur, ſenſus expoſcit. REGIUS. *Conſtabit.* PITHOEUS. Et ita V. C. Alm. Ald. Locat. Vallæ codex & Voſſ.

370. *Conjecturales autem cauſſæ.*] Cum factum negatur, niſi in aliquem conferatur a reo, vix reus narrare factum poteſt: ſæpenumero tamen narrare ſolet ea, quæ ad factum pertinent, quibus probemus, quod in *cauſſa* eſt, verum non eſſe. TURNEB.

371. *Per quæ res colligenda eſt.*] Hoc eſt, debet judex inferre, & (ut vulgo aiunt) concludere ipſam, de qua quæritur, rem vere contigiſſe. CAPPER.

372. *Expoſitionem.*] Id eſt, *narrationem*, ut jam notavimus; nam utrumque vocabulum Fabius promiſcue uſurpat. CAPPER.

373. *Quæ cum accuſator.*] Τὸ *quæ* refertur ad ea, per quæ, ut Fabii verbis utar, judici res colligenda eſt. CAPP.

374. *Suſpicioſe narret.*] *Suſpicione narret*: V. C. Alm.

375. *Reus levare.*] Sic intellige, quaſi ſcriptum eſſet; cum autem reus levare ſuſpicionem debeat. CAPP.

376. *Ab hoc.*] *Reo.* TURNEB. *Aliter .... atque.*] Hoc eſt, *aliter ... quam.*

377. *Ab illo.*] *Accuſatore.* TURNEB.

378. *At enim quædam.*] Cicero, quum adverſariorum objectionem ſibi proponit, ut diluat, ſolet ponere, *At*, vel *At enim*: hoc igitur Fabio objicere poſſent ii, qui, cum tota eſt contra nos *cauſſa*, narrandum non eſſe aiunt, niſi adjectis multis argumentis: hoc autem *confirmationis* eſt, atque ita colligunt narrandum non eſſe. Id igitur proponit ſibi Quinctilianus diluendum. De hac autem re vide Fab. lib. v. cap. 12. de uſu argumentorum. TURNEB.

379. *Congerere plura.*] *Plurima*; V. C. Alm.

380. *Quid prohibet.*] *Quis prohibet*: MSS. Bodl. Joan. Alm. Andr. Locat. Ald. Sich. Vaſc. Gryph. Voſſ. omnes Bern. Steph. Colin. Baſil. Vidov. male. Vide Heinſ. ad Ovid. Epiſt. x. 88.

381. *Et promittere.*] Supple, nos pluribus argumentis rem eſſe probaturos. CAPP.

382. *Probationem ſubjungere.*] *Probationes*; V. C. Alm. Voſſ. Bern.

383. *Partibus.*] Singulis partibus, in quas diviſa *narratio* fuerit. CAPPER.

384. *Nam neque iis quidem.*] Ratio compoſitionis exigit, ut *ne* particula, eraſa *que*, legatur hoc modo: *Nam ne iis quidem accedo.* REGIUS. Non ſemper ordo negotii in *narratione* obſervatur; ſed nonnunquam utilitate *cauſſa* immutatur. Quanquam in quibuſdam, ſi ordinem immutes, non mediocriter pecces; ut, ſi teſtamentum apertum, deinde ſignatum dicas. TURNEB. *Nam neque his quidem*; Baſil. *nam neque iis*: Locat. Ald.

385. *Sed eo modo, quo expedit.*] *Sed eo malo, quo*: Argent. Obrecht. *Eo modo, quo expedit.*] Supple, narrandum eſſe puto. CAPP.

386. *Plurimis figuris.*] *Pluribus*: MSS. Colbertin. & plures editi, ut etiam Voſſ. ſecund.

387. *Aliquando excidiſſe.*] E memoria noſtra, nobis obliviſcentibus. CAPPER.

388. *Simulamus.*] Eſt ſententiæ figura. Nam quomodo & *ſimulatio*, quæ ad *ironiam* pertinet, & *ironia* ipſa, quæ merus *tropus* videtur, ſententiatum tamen figuris annumerari poſſint, vide infra lib. vi. cap. 3. & lib. ix. cap. 2. CAPP.

389. *Utiliore loco.*] Quam ſi ſuo loco & ordine dictum eſſet. Hic, ubi eo ventum erit, judices rogabimus, ne id audire graventur, quod oblitos nos eſſe fingemus; pollicebimurque, ubi nos id dixerimus, cœptum ordinem proſecuturos. Qua ratione judices magis attentos habebimus; minuſque ſuſpicioſa noſtra erit oratio, quæ extemporalis videbitur, & lucidior futura. TURNEB.

390. *Reducturos reliquum ordinem.*] *Relictum ordinem*: Ald. forte *deducturos reliquum ordinem.*

391. *Interim re expoſita.*] Uniuſcujuſque rei cauſſa rem ipſam præcedit: attamen nonnunquam rem prius, cauſſam poſterius explicamus. Quod contra fit, (ut docuit) ſi *narratio* tota pro nobis eſt, ut fiat credibilis. TURNEB.

392. *Subjungimus cauſſas.*] Hæc etiam eſt una ex figuris ſententiarum: vocatur autem *αἰτιολογία cauſſæ ſubjectio*, itemque *ἀνταπόδοσις cauſſæ redditio.* Vide Rutilium Lupum in Rhetoribus Pithœan. pagg. 1. & 12. CAPP.

393. *Nec enim eſt.*] *Neque enim eſt una lex defenſionis, certumque eſt præſcriptum pro re, &c.* Locat. Ald. *Nec eſt certum præſcriptum.*] Hoc præceptum, quia utile eſt, ſæpius repetit Fabius, *Spectandam eſſe potius cauſſæ utilitatem, quam præceptum, quod ad cauſſæ utilitatem ſolum comparatum eſt, & traditur*: quod elegantiſſima ſimilitudine probat. TURNEB.

da,

da, [394] quæ proſint: atque ut erit vulnus, ita vel curandum protinus: vel, ſi curatio differri poteſt, interim deligandum. [395] Nec ſæpius narrare [396] duxerim nefas, quod Cicero pro Cluentio fecit; eſtque non conceſſum modo, ſed aliquando etiam neceſſarium; ut in *cauſſis repetundarum*, omnibuſque, quæ ſimplices non ſunt. Amentis eſt enim, ſuperſtitione præceptorum contra rationem *cauſſæ* trahi. [397] *Narrationem* ideo ante probationes [398] ponere eſt inſtitutum, ne judex, qua de re quæratur, ignoret. Cur igitur, ſi ſingula probanda aut refellenda erunt, non ſingula etiam narrentur? Me certe, [399] quantacumque noſtris experimentis habenda eſt fides, feciſſe hoc in foro, quoties [400] ipſa deſiderabat utilitas, probantibus & eruditis, & iis, qui judicabant, ſcio; & ([401] quod non arroganter dixerim, quia ſunt plurimi, quibuſcum egi, qui me refellere poſſint, [402] ſi mentiar) fere [403] ponendæ a me *cauſſæ* officium exigebatur. Neque ideo tamen [404] non ſæpius facere oportebit, ut rerum ordinem ſequamur. Quædam vero etiam [405] turpiter convertuntur; ut ſi peperiſſe narres, deinde concepiſſe; apertum teſtamentum, deinde [406] ſignatum: in quibus ſi id, quod poſterius eſt, dixeris, de priore tacere [407] optimum eſt. [408] Sunt quædam & falſæ *expoſitiones*, quarum in foro duplex eſt genus. Alterum, quod [409] inſtrumentis adjuvatur; ut Publius Clodius [410] fiducia teſtium, qua nocte inceſtum Romæ commiſerat, Interamnæ ſe fuiſſe dicebat. Alterum, quod eſt tuendum dicentis ingenio. Id interim [411] ad ſolam verecundiam pertinet, unde etiam mihi videtur dici [412] *Color:* interim ad quæſtionem. Sed [413] utrumcunque erit, prima ſit curarum, ut [414] id, quod fingimus, fieri poſſit; deinde, ut & perſonæ, & loco, & tempori congruat,

394. *Quæ proſint.*] *Proſunt;* Voſſ. tert.

395. *Nec ſæpius narrare, &c.*] *Cauſſæ* omnes conjunctæ, cum plura habeant crimina, plures quoque poſtulant *narrationes*, cum unumquodque crimen *expoſitionem* deſideret. Sic variæ ſunt *narrationes* in Verrem. TURNEB. Vide ſupra lib. III. cap. X. ubi duas *cauſſarum* ſpecies diſtinxit. Alias vocavit ſimplices, alias conjunctas, quamvis ejuſdem generis, ut quæ ſunt de pecuniis repetundis. CAPPER.

396. *Duxerim nefas.*] *Dixerim;* Voſſ. omn. Bern.

397. *Narrationem ideo.*] Probat *narrationes* ſingularum quæſtionum varias apponi frequenter ſolere: ſunt autem quæſtiones probandæ, aut refellendæ: quod fieri non poteſt, niſi expoſita quæſtione: ergo ſingularum quæſtionum debent ſuæ eſſe *expoſitiones*. TURNEB.

398. *Ponere eſt.*] *Ponere inſtitutum, ne judex, qua de re dicatur, ignoret;* V. C. Alm. *dicatur* etiam Obrecht.

399. *Quantacumque.*] Francius malebat, *quantulacumque*.

400. *Ipſa deſiderabat.*] *Quoties aliqua ita deſiderabat;* Obr. *quoties aliter ipſa;* Voſſ. prim tert.

401. *Quod non arroganter.*] Τὸ *non* ignorat Obrechti editio.

402. *Si mentiar.*] *Mentior;* V. C. Alm.

403. *Ponendæ a me cauſſæ, &c.*] Docet Aſconius olim unius *cauſſæ* plures fuiſſe patronos, quibus ex *cauſſæ* partes demandabantur, quas optime ſuſtinere ac tueri poſſent: unde Ciceroni plerumque committebatur *epilogus*, quod acerrimus eſſet affectibus movendis: ſic quoque Fabio demandabatur *narratio*. TURNEB.

404. *Non ſæpius facere.*] *Non ſæpius facere alia re oportebit;* Baſil. *non ſæpius facere aliter;* Voſſ. ſecund.

405. *Turpiter convertuntur.*] Simili tamen genere videtur uſus quodammodo 4. in Catil. oratione cap. 10. *Sit*, inquit, *Scipio clarus ille, cujus conſilio & virtute Annibal in Africam redire, atque Italia decedere coactus eſt.* TURNEB. *Convertuntur.*] Hoc eſt, inverſo narrantur ordine per *tropum* poëtis familiarem, qui vocatur ὑστερολογία, vel ὕστερον πρότερον, hoc eſt, ſententiæ, vel verborum ordo præpoſterus. Vide veteres Grammaticos a Putſchio editos, pagg. 457. & 1777. CAPPER.

406. *Signatum.*] Id eſt, ſigillis ipſius teſtatoris, & teſtium appoſitis obſignatum. CAPPER.

407. *Optimum eſt.*] *Eſt* non habet V. C. Alm.

408. *Sunt quædam falſæ.*] Cum tota *expoſitio* eſt contra nos, interdum opportuno elabimur mendacio: igitur quo pacto falſæ ſint *expoſitiones* contexendæ, docet Fabius: qua de re ſcribit elegantiſſime Agricola lib. II. TURNEB.

409. *Inſtrumentis.*] *Probationibus inartificialibus*, de quibus aget lib. V. TURNEB. Inſtrumenta in re judiciaria vocantur ea omnia, quæ ad inſtruendam *cauſſam* pertinent; & ideo tam teſtimonia, quam perſonæ inſtrumentorum loco habentur. CAPPER.

410. *Fiducia teſtium.*] Nam Clodius in opertum Bonæ Deæ habitu muliebri ingreſſus eſt, ut Cæſaris uxorem adulteraret: tamen Caſſinii teſtimonio probavit, ſe tum fuiſſe Interamnæ. Res nota ex Cicer. Miloniana. cap. 17. TURNEB.

411. *Ad ſolam verecundiam, &c.*] Mendacium quoddam aliquando affertur ad colorandum id ipſum, quod alioqui turpe videretur, aut iniquum, cum tamen id non pertineat ad litis quæſtionem: alterum autem pertinet ad quæſtionem, & ad id, de quo pronunciare debet judex. TURNEB. Ut in *cauſſis inofficioſi*, in quibus filii furioſum parentem fuiſſe dicunt. PITHOEUS. *Ad ſolam verecundiam.*] Supple, ſervandam; ne quis omnes verecundiæ fines in peccando tranſiliiſſe videatur. CAPPER.

412. *Color.*] *Color* apud Rhetores dicitur facti probabilis *cauſſa*, qua res alias turpis, honeſta monſtratur. Unde Fabius apud Juvenalem ab ea, quæ in adulterio erat deprehenſa, rogatur, ut *colorem* dicat. Satir. VI. 280.

——— *dic, Quinctiliane, colorem.*

REGIUS. Unde recepto hoc apud Auctores nomine Lactantius lib. I. cap. II. dicit, *Poëticus color eſt.* ALMELOV. *Unde .. color.*] *Color* apud Rhetoras ſignificat 1°. τὰ σχήματα figuras dictionis, vel ſententiarum, ut apud Ciceron. lib. II. ad Attic. Epiſt 21. *Ego hunc omnibus a me pictum artis coloribus;* 2°. totam orationis formam ἰδέαν, vulgo ſtylum, aut ſaltem ſtyli proprietatem aliquam & affectionem, ut notabimus infra ad hæc verba lib. VI. cap. 3. *Ut non tam ſit in ſingulis dictis, quam in toto colore dicendi;* 3°. tres præcipuos *qualitatis aſſumptivæ ſtatus*, quibus *cauſſa*, quæ per ſe minus bona videtur, defenditur tamen, aſſumptis extrinſecus auxiliis, videlicet *relatione*, *remotione*, & *comparatione*, de quibus vide ad lib. III. cap. 6. hinc quartus ille *qualitatis aſſumptivæ ſtatus*, quem Rhetores *deprecativum* aut *venialem* ſolent appellare, dicitur etiam ἄχρωμος, id eſt, *coloris expers;* 4°. μετάθεσιν τῆς αἰτίας, quam Petrus Nunneſius vocat *criminis tranſlationem ad cauſſam quamdam honeſtam*, Donatus in Terent. *criminis derivationem*, Rhetores Pithœani *cauſſæ derivationem* Atque hoc fere ſenſu nunc ſumitur a Quinctiliano, cui *color* eſt quicqnid ad malæ *cauſſæ* defenſionem adhibetur, aut etiam fingitur. Vide Fortunatianum pag. 56. & Sulpitium Victorem pagg. 250. 251. 252. in Rhetorib. Pithœan. ubi habes inſuper quid ſit diſcriminis inter τὴν τῆς αἰτίας μετάθεσιν *colorem*, ſeu *cauſſæ derivationem*, & τὴν πιθανὴν ἀπολογίαν *veriſimilem defenſionem* aut *probationem;* 5°. denique *color* χρῶμα Dionyſio Halicarnaſſeo tom. 2. Edit. Wechel. pagg. 43. 44. eſt prima ſpecies λόγου ἐσχηματισμένου *controverſiæ figuratæ*. Studioſus lector perpendat, an & quomodo hinc explicare poſſit *controverſias coloratas*, quæ *meis tractatu* opponuntur in attributis Quinctiliano *declamationibus* pag. 468. Edition. in 8°. CAPPER.

413. *Utrumque erit.*] Emendate in quibuſdam exemplaribus legitur *utrumcunque*. REGIUS. *Utrum utrum*. PITHOEUS.

414. *Id, quod fingimus.*] *Fingemus;* V. C. Alm. Obrecht.

& credibilem rationem & ordinem habeat, [415] ſi continget, etiam [416] veræ alicui rei [417] cohæreat, [418] aut argumento [419] quod ſit in *cauſſa*, confirmetur. Nam quæ tota extra rem petita ſunt, mentiendi [420] licentiam produnt. Curandum præcipue (quod fingentibus frequenter [421] accidit) ne qua inter ſe pugnent; [422] quædam enim [423] partibus blandiuntur, ſed in ſummam non conſentiunt: præterea, ne iis, quæ vera eſſe conſtabit, adverſa ſint: in ſchola etiam, ne *color* [424] extra *themata* quæratur. [425] Utrobique autem orator meminiſſe debebit, [426] *actione* tota quid finxerit; quoniam ſolent excidere, quæ falſa ſunt; verumque eſt illud quod vulgo dicitur, *Mendacem memorem eſſe oportere.* [427] Sciamus autem, [428] ſi de noſtro facto quæratur, [429] unum nobis aliquid eſſe dicendum; ſi de alieno, mittere [430] in plurimas ſuſpiciones licere. Eſt tamen [431] quibuſdam ſcholaſticis controverſiis, in quibus ponitur aliquem non reſpondere ad [432] quæ interrogatur, libertas omnia enumerandi, quæ reſpondeRi potuiſſent. [433] Fingenda vero meminerimus ea, quæ [434] non cadent in teſtem. Sunt autem, quæ [435] noſtro dicuntur animo, cujus ipſi tantum conſcii ſumus: item quod [436] a defunctis, [437] nec hoc enim eſt qui neget: itemque ab eo, [438] cui idem expediet, is enim non negabit: [439] ab adverſario quoque, quia non eſt habiturus in negando fidem. [440] Somniorum & ſuperſtitionum *colores* ipſa jam [441] facilitate auctoritatem perdiderunt. Non eſt autem ſatis in *narratione* uti *coloribus*, niſi per totam *actionem* conſentiant; [442] cum præſertim quorumdam probatio ſola ſit in aſſeveratione & perſeverantia; ut ille paraſitus, qui ter abdicatum a divite juvenem, [443] & abſolutum, tanquam ſuum filium aſſerit, habebit quidem *colorem*, quo dicat; & paupertatem ſibi [444] cauſſam exponendi fuiſſe, & ideo a ſe paraſiti perſonam eſſe ſuſceptam, quia in illa domo filium haberet; & ideo illum innocentem ter abdicatum, quia filius abdicantis non eſſet: niſi tamen omnibus verbis & amorem patrium, at-

415. *Si continget etiam.*] *Si contingat etiam, ut;* Steph. Gryph. Colin. Vidov. *ſic continget, etiam veræ;* Codex Vallæ, Baſil. Obrecht. Voſſ. tert. Bern.

416. *Veræ alicui rei.*] Ut Sinon Virgil. lib. II. Æneïd. multa fingens de morte Palamedis vera dicit, Trojanis non ignota, ut verorum *narratione* falſorum ſibi fidem quæreret. TURNEB.

417. *Cohæreat.*] *Conveniat;* Voſſ. prim. tert.

418. *Aut argumento.*] Ut ſi quis homini gladium extorſerit, eoque interfecerit, inque vulnere reliquerit, neget a ſe occiſum, ſed ipſummet ſibi mortem conſciviſſe. Similiter pro Milone, Clodius Milonem ſciebat eo die Lanuvium iturum, ideoque in fundo ſuo, prope quem Miloni tranſeundum erat, feciſſe inſidias dicatur; quum re vera contrarium erat. TURNEB.

419. *Quod ſit in cauſſa.*] *Quod in cauſſa;* V. C. Alm.

420. *Licentiam produnt.*] *Probant;* marg. Baſil.

421. *Accidit.*] *Excidit;* Stephan. Gryph. Sich. Baſil. Vaſc. Voſſ. prim. Bern.

422. *Quædam enim.*] Nonnulla ſunt figmenta, quæ ſeorſum optime videantur excogitata; quæ ſi conjungas, inter ſe manifeſtiſſime pugnabunt, atque ita commentum detegent. TURNEB. *Quædam partibus*, omiſſo τῷ *enim;* V. C. Alm. & Vallæ.

423. *Partibus blandiuntur.*] Τὸ *partibus* eſt in *ablativo* caſu, τὶς κατὰ μέρος, quibuſdam in partibus, ſecundum quaſdam partes *cauſſam* noſtram juvant; ſi nempe ſingulæ partes ſeorſum conſiderentur; ſed ſi *collective* (ut ita loquar) ſumantur, non congruunt. CAPPER.

424. *Extra themata.*] Hoc quidem in loco *themata* ſunt fictarum *cauſſarum*, ſive *declamationum* argumenta; item præcipua *declamatorii* argumenti capita. CAPPER.

425. *Utrobique.*] Id eſt, ſive in veris, quæ in foro aguntur, *cauſſis;* ſive in fictis, quæ in ſchola declamantur: unde ſcholaſticas controverſias mox dicet Fabius. CAPPER.

426. *Actione tota.*] Per totam orationem. CAPPER.

427. *Sciamus autem.*] Cum agimus noſtram *cauſſam*, ſi mentiri volumus, conſtantem oportet comparare colorem, eumque ſemper tueri; ſi enim multos quæreremus colores, ſuſpicio eſſet mendacii. Quod licebit in aliena *cauſſa* & facto. TURNEB.

428. *Si de noſtro facto.*] *Si de noſtro facto aliquo;* MS. Joan. Vaſc. Steph. Voſſ. prim. tert.

429. *Unum nobis aliquid.*] *Aliquod;* Ald.

430. *In plures.*] *In plurimas;* V. C. Almel. Leid. Gibſon. Obrecht.

431. *Quibuſdam ſcholaſticis.*] Τὸ *quibuſdam* non habet Obrecht. *Scholaſticis controverſiis.*] *Declamationes* vulgo vocant, Græci μελέτας. CAPP.

432. *Quæ interrogatur.*] *Ad quæ interrogatur;* Locat. Ald. Steph. Colin. Obrecht. *qui;* Voſſ. Bern.

433. *Fingenda meminerimus ea, &c.*] Id eſt, cavendum ne ea fingamus, quæ teſtibus refelli poſſunt: quæ autem refelli non poſſunt, enumerat. PITHOEUS.

434. *Non cadent.*] *Non cadant;* V. C. Almel. Obrecht. Voſſ. prim.

435. *Noſtro dicuntur animo.*] Mallem *ex noſtro dicuntur animo.* BURMAN.

436. *A defunctis.*] Ut ſi quis in inſtrumentis falſis mortuorum nominibus utatur, qui tum vivebant. TURNEB.

437. *Nec hoc enim eſt.*] Francius malebat, *nec hoc quidem eſt qui neget;* in Colbert. erat, *nec enim hoc eſt qui neget*, recte: niſi forte ſcribendum ſit, *nec enim eſt qui hoc neget;* id eſt, non vivit, qui hoc, quod nos dicimus, negare poteſt; vel *neque enim hic eſt qui neget.* BURMAN.

438. *Cui idem expediet.*] Hoc eſt, cui proderit etiam illud idem, quod finges. CAPPER.

439. *Ab adverſario quoque.*] Id eſt, inter ea, quæ narrando fingi poſſunt, recenſe illud etiam, quod tanquam ab adverſario dictum memoras: etſi non dixerit; finge aliquid ab adverſario tuo dictum fuiſſe. Ille vel non negabit, vel ſi neget, fidem non eſt habiturus in negando. CAPPER.

440. *Somniorum.*] Ut ſi Sichei cædem Pygmalion negaret, uteretúrque accuſator Didonis ſomnio, ut rem probaret. Quale exemplum refert Cicero lib. de Divinat. I. de quodam, ab hoſpite ſuo, interfecto, apparuiſſe ſocio, hoſpitemque indicaſſe, ut de eo ſupplicium ſumi curaret. TURNEBUS.

441. *Facilitate.*] *Felicitate;* V. C. Alm. Voſſ. tert. Bern.

442. *Cum præſertim.*] *Aſſeverationem* appellat Fabius firmam quamdam orationem, quæ animi contentione & viribus conſtet, etiam circa probationem. TURNEB. *Cum... quorumdam probatio ſola ſit in aſſeveratione.*] Τὸ *ſola* eſt in *ablativo* caſu, nec refertur ad τὸ *probatio;* ſed ad τὸ *aſſeveratione*, ut ſatis patet ex lib. v. cap. 13. paulo ante finem, ubi ſic habet Fabius: *Sed illam etiam, quam ſupra oſtendi, ſimplicem ex affectibus, atque ex affirmatione ſola probationem recipit refutatio, &c.* de *aſſeveratione*, quæ eſt affirmationis genus affectu plenum, & ad probationes tum ἠθικὰς, *moribus dicentis & audientis fultas;* tum παθητικὰς, *ex affectibus ductas* pertinet. Lege Quinctilianum lib. v. capp. 12. & 13. CAPPER.

443. *Et abſolutum.*] Valerius ſcribit, ſi filius ter abdicatus fuerit, eum non poſſe invitum in patris familiam & poteſtatem reduci. TURNEB.

444. *Cauſſam exponendi.*] Ut ſolent meretrices & lenones in pueris, & interdum foris objicere. TURNEB.

que hunc quidem ardentiſſimum oſtenderit, & odium divitis, & metum pro juvene, quem periculoſe manſurum in illa domo, in qua tam inviſus ſit, ſciat, [445] ſuſpicione [446] ſubjecti petitoris non carebit. [447] Evenit aliquando in ſcholaſticis controverſiis, quod in foro an poſſit accidere, dubito, ut eodem [448] *colore* utraque pars utatur, deinde cum pro ſe quiſque defendat; ut in illa controverſia: *Uxor marito dixit*, [449] *appellatam ſe de ſtupro a privigno, & ſibi conſtitutum tempus, & locum :* [450] *eadem contra filius* [451] *detulit de noverca*, [452] *edito tantum alio tempore, ac loco: pater in eo, quem uxor prædixerat, filium invenit; in eo, quem filius, uxorem: illam repudiavit*, [453] *qua tacente, filium abdicat.* Nihil dici poteſt pro juvene, quod non idem ſit pro noverca. [454] Ponentur tamen etiam communia, deinde ex perſonarum comparatione, & [455] indicii ordine, & ſilentio repudiatæ, argumenta ducentur. [456] Ne illud quidem ignorare oportet, [457] quædam eſſe, quæ *colorem* non recipiant, [458] ſed tamen defendenda ſint; qualis eſt ille dives, qui ſtatuam pauperis inimici flagellis cecîdit, & [459] reus eſt injuriarum. Nam factum ejus [460] modeſtum eſſe nemo dixerit: fortaſſe, [461] ut ſit tutum, obtinebit. [462] Quod ſi pars [463] *expoſitionis* pro nobis, pars contra nos erit, miſcenda ſit, an ſeparanda *narratio*, cum ipſa [464] *cauſſæ* conditione deliberandum eſt. Nam [465] ſi plura ſunt, quæ nocent; quæ proſunt, obruentur. [466] Itaque tunc dividere [467] optimum erit, & iis, quæ partem noſtram adjuvabunt, expoſitis & confirmatis, adverſus reliqua uti remediis, de quibus ſupra dictum eſt. Si plura proderunt, etiam [468] conjungere licebit, quæ obſtant, [469] * ut in mediis velut auxiliis noſtris poſita minus habeant virium: quæ tamen non erunt nuda ponenda, ſed [470] ut & noſtra aliqua argumentatione firmemus, [471] & diverſa cur credibilia non ſint, adjiciamus; quia, niſi diſtinxerimus, verendum eſt, ne bona noſtra permixtis malis inquinentur. [472] Illa quoque de *narratione* præcipi ſolent, ne qua ex ea fiat [473] *excurſio*, [474] ne avertatur a judice ſermo, [475] ne alienæ perſonæ vocem demus, ne argumente-

445. *Suſpicione.*] *Suſpectione ;* Voſſ. prim. tert.

446. *Subjecti petitoris.*] Subdititii & ſycophantæ, & malo dolo ſubornati ad intendendam litem. TURNEB.

447. *Evenit aliquando.*] Hermogenes inter ἀσύστατα quæſtionum genera ponit *exæquatum*, cum eædem utrinque & pares afferuntur rationes: quod genus in diſquiſitionem non veniet, niſi a perſonarum conditione argumenta peti poſſint. TURNEB. Quod hic exæquatum vocat Turnebianus commentator, hoc ipſum Hermogenes appellat ἰσάζον διόλου. Vide ipſius *Partitiones* pag. 6. Edition. Gaſpar. Laurent. ubi & exemplum affertur luculentiſſimum. CAPPER.

448. *Colore . . . colorem.*] De *colore* oratorio vide quæ paulo ſupra notavimus. CAPPER.

449. *Appellatam eſſe de ſtupro.*] Ulpianus in titulo de injuriis ita ait. (lib. XV. §. 20. & 22.) *Appellat, qui alterius pudicitiam blanda oratione attentat: aſſectatur vero, qui tacitus frequenter inſequitur :* inde *appellatores* & *aſſectatores* dicuntur. TURNEB. Cicero II. Verrin. 54. *Inveſtigare, adire, appellare, corrumpere.*

450. *Eadem contra.*] *Ea de re contra ;* marg. Baſil.

451. *Detulit.*] Ad patrem ſuum.

452. *Edito tamen.*] *Tantum*, loco *tamen* particulæ, mihi videtur eſſe legendum. REGIUS. *Tamen ;* Locat. Ald. *Edito.*] Id eſt, indicato, deſignato, declarato, &c.

453. *Quia tacente.*] *Qua*, *i* vocali craſa, legendum eſt. REGIUS. *Quia ;* Locat.

454. *Ponentur tamen omnia communia.*] *Ponentur tamen etiam omnia communia ;* MS. Bodl. Andr. Sich marg. Baſil. & Steph. *ponentur tamen etiam communia ;* MSS. Joan. Alm. Obrecht. *ponentur tantum omnia communia ;* MS. Bal.

455. *Indicii ordine.*] *Judicii ;* MSS. Bodl. Joan. Alm. Andr. Steph. marg. Baſil. Voſſ. tert. Sed hæc poſterior lectio ſtare nequit, niſi patris ipſius intelligas *judicium*, quo is uxorem repudiavit, & filium abdicavit. Ut ut eſt, longe melius legitur *indicium*, quod de tempore ac loco indicatis intelligemus. CAPPER.

456. *Ne illud quidem.*] Hermogenes tamen inter genera quæſtionum *inconſiſtentia* ponit ἄχρωμον, id eſt, *colore carens :* quod tamen interdum conſiſtere putat Fabius. TURNEB. Fallitur & fallit ille pſeudo-Turnebus. Nam Hermogenes quidem pagg. 6. 7. 8. *Partition.* octo ſpecies quæſtionum ἀσυστάτων, *quæ conſiſtere nequeant*, recenſet, quas inter non occurrit ὁ ἄχρωμος *colore carens ;* ſed quod Hermogeni Turnebianus attribuit, attribuere debebat Curio Fortunatiano, qui pagg. 39. 40. Rhetor. Pithœanor. ſic habet : *Hæ ſolæ aſyſtatorum ſpecies? ſunt & aliæ ſpecies, quas apud varios artium ſcriptores invenimus. Quæ ſunt?* ἀντιστρέφον, ἄχρωμος, ἀδύνατος, κλ. . . . *Quæ eſt* achromos? *quum color facti non inve-nitur ; ut decem milites belli tempore pollices ſibi amputaverunt, rei ſunt læſæ reipublicæ.* CAPPER.

457. *Quædam eſſe.*] *Quædam etiam eſſe ;* Voſſ prim. tert.

458. *Sed tamen defendenda ſint.*] *Sed tantum ;* V C. Alm. Gryph. Baſil. marg. Steph. Voſſ. ſecund. Obrecht. *defendenda ſunt* etiam; V. C. Alm.

459. *Reus eſt injuriarum.*] Paulus juriſconſultus ait (lib. XXVII. ff. de injur.) *injuriarum actionem in eum competere, qui ſtatuam ſaxo petiverit, aut flagellarit : non autem ſepulcri violati actionem.* TURNEB. *Reus eſt.*] *Et reus eſt ;* V. C. Alm. Obrecht.

460. *Modeſtum.*] Intra juſtæ moderationis & modeſtiæ limites conſtitutum. CAPPER. In Voſſ. tert. legitur *moleſtum.*

461. *Ut ſit tutum, obtinebit.*] Se defendendo & *cauſſam* dicendo, forte id evincet & a judicibus obtinebit, ut hoc ei ſine fraude, damno, & periculo factum ſit. CAPPER.

462. *Quod ſi pars.*] Tradit quo pacto tractanda ſit, tertia *narrationis* pars. Cum pars *narrationis* nobis eſt utilis, pars inutilis, ex majori aut minori, vel miſcendæ erunt, vel ſeparandæ. TURNEB.

363 *Expoſitionis.*] Id eſt, *narrationis*, ut non ſemel notavimus. CAPPER.

464. *Cauſſa conditione.*] *Cognitione ;* Marg. Baſil.

465. *Si plura ſint.*] *Sunt ;* V. C. Alm. Obrecht.

466. *Itaque tunc.*] *Itaque nunc ;* Voſſ. omn. Bern.

467. *Optimum erit.*] *Opportunum ;* Gryph. Baſil.

468. *Conjungere licebit quæ obſtant, ut in mediis, &c.*] Ex editione Stephan. 1542. itemque ex Raphaëlis Regii emendatione, quam firmant cod. Almeloven. & edit. Vidov. 1538. commodam & omnium probabiliſſimam lectionem eruimus; qua poſita Turnebiani, Francii, & ipſius Burmanni conjecturæ, vel potius dubitationes evaneſcunt. CAPPER.

469. *In medio velut.*] Pro *medio*, legendum eſſe *mediis*, facile ex ipſo apparet ſenſu. REGIUS. *Uique obſtant in mediis ;* V. C. Alm. Vidov. *quæ obſtant, ut in medio ;* Steph. & Voſſ. ſecund.

470. *Ut & noſtra.*] Francius conjiciebat *ſed ut ea noſtra.*

471. *Et diverſa.*] Ea ſcilicet, quæ ab adverſa parte proferuntur. CAPPER.

472. *Illa quoque.*] More ſuo, poſteaquam præceptiones eſt complexus, ea, quæ cadere etiam in *narrationes* poſſunt, exequitur, quemadmodum antea fecit in *exordio.* TURNEB.

473. *Excurſio.*] Quam nunc vocamus *digreſſionem*, Græci παρέκβασιν CAPPER.

474. *Ne avertatur a judice ſermo.*] Id eſt, ne figuram, quæ *apoſtrophe* ἀποστροφὴ dicitur, adhibeamus CAPPER.

475. *Ne alienæ perſonæ vocem demus.*] Hoc eſt, ne figura

mur : adjiciunt quidam etiam, [476] ne utamur affectibus. Quorum pleraque ſunt frequentiſſime cuſtodienda ; immo nunquam, niſi ratio coëgerit, mutanda ; ut ſit *expoſitio* perſpicua & brevis. [477] Nihil quidem tam raro poterit habere rationem, quam *excurſio* ; nec unquam debebit eſſe, niſi brevis, & talis, [478] ut vi quadam videamur [479] affectûs velut recto itinere depulſi ; qualis eſt [480] Ciceronis circa nuptias [481] Saſſiæ: *O mulieris ſcelus incredibile, &, præter hanc unam, in omni vita inauditum! O libidinem* [482] *effrenatam, & indomitam! O audaciam ſingularem!* [483] *non timuiſſe, ſi minus vim deorum, hominumque famam, at illam ipſam noctem, faceſque illas nuptiales?* [484] *non limen cubiculi? non cubile filiæ? non parietes denique ipſos, ſuperiorum teſtes nuptiarum?* [485] Sermo averſus a judice & brevius indicat interim, & coarguit magis. Qua de re idem, quod de *proœmio* dixeram, ſentio, ſicut [486] de *proſopopœia* quoque : qua tamen non [487] Servius modo Sulpitius utitur pro Aufidia: *Somnóne te* [488] *languidum,* [489] *an gravi lethargo putem* [490] *preſſum?* ſed M. quoque Tullius [491] circa navarchos. Nam [492] ea quoque rei *expoſitio* eſt: [493] *Ut adeas, tantum dabis,* & reliqua. Quid? [494] pro Cluentio, [495] Staleni Bulbique colloquium, nonne ad [496] * credulitatem plurimum & ad [497] fidem confert? Quæ ne feciſſe [498] ſine obſervantia quadam videatur (quanquam hoc in illo credibile non eſt) [499] in *Partitionibus* præcipit, ut habeat *narratio ſuavitatem, admirationes, exſpectationes, exitus inopinatos, colloquia perſonarum, omnes affectus.* [500] Argumentabimur in *narratione*, ut dixi, nunquam : argumentum ponemus aliquando : quod facit [501] pro Ligario Cicero, cum dicit, ſic eum provinciæ præfuiſſe, *ut illi*

illa, quam *proſopopœiam* ἀνθρωποποιΐαν appellant, utamur. CAPPER.

476. *Ne utamur affectibus.*] Τοῖς πάθεσι, ne commovendis animi affectibus (*paſſiones* vulgo vocant) in *narratione* ſtudeamus. CAPPER.

477. *Nihil quidem tam.*] Dionyſius quoque Halicarnaſſeus fugiendam ait in *narratione ecphraſin*, ut tempeſtatis, peſtilentiæ, famis, cæterarumque rerum, quæ a propoſito egrediantur. TURNEB. *Nihil vero*; Voſſ. ſecund. *Nihil tam raro poterit habere rationem.*] Hoc eſt, nihil tam raro poterit juſta cum ratione, jure merito, & (ut aiunt) rationabiliter adhiberi. CAPPER.

478. *Ut vi quadam.*] *Ut vi quadam videamur affecti, velut*; Andr. Colon. Sich. Gryph. Baſil. Vidov. marg. Steph. *ut vi quadam videantur affectus*; MSS. Bodl. Joan. Par. Sylvius ad Ciceronis locum videtur legiſſe *affecti, & velut recto itinere depulſi.*

479. *Affectus.*] Trapezuntius appellat *procurſum*, quando, re expoſita, in affectus gravitatem erumpimus & quaſi procurrimus. TURNEB.

480. *Ciceronis.*] Pro Cluent. cap. 6.

481. *Saſſiæ.*] *Soſiæ*; Andr. Locat. Ald. Colin. marg. Baſil. Vidov. *Soſſiæ*; V. C. Alm.

482. *Effrenatam.*] Quinctilianum *infrenatam* legiſſe notat Sylvius ibidem : quod tamen in nullo codice repperi.

483. *Non timuiſſe.*] *Nonne*; V. C. Alm. Voſſ. prim. tert.

484. *Non limen cubili.*] Pro *cubili* legendum eſſe *cubiculi*, nemo non videt. REGIUS.

485. *Sermo averſus.*] *Sermo vero averſus*; MSS. Bodl. Bal. Alm. Andr. Sich. Gryph. Baſil. Vidov. Obrecht. *ſermo verſus a judice*; Locat. Ald. & omnes olim, teſte Aſcenſio. Francius volebat *ſermo averſus a judice rem brevius indicat. Sermo averſus a judice.*] Hæc eſt *apoſtrophe* ἀποστροφὴ, una e ſententiarum figuris. CAPPER.

486. *Servius Sulpitius.*] Glandorpius Sulpitium contra Aufidiam dixiſſe ſcribit in Onomaſtico, male intellectis verbis Fabii lib. x. cap. 1. ut *Servii Sulpitii & Meſſalæ* (contrarias actiones) *quorum alter pro Aufidia, contra dixit alter*; quæ ita capienda eſſe, ut Sulpitius pro Aufidia dixerit, hic locus manifeſte docet. BURMAN.

487. *De proſopopœia quoque.*] *Quoque* Non habet V. C. Alm.

488. *Languidum.*] *Languido*; Stephan. Roign. marg. Vidov.

489. *An gravi.*] *Ne gravi*; Gryph.

490. *Oppreſſum.*] *Preſſum*; V. C. Alm. Ald. Gryph. Voſſ. ſecund. Colin. Baſil. Vidov. de quo verbo ad Ovidii VI. Epiſt. v. 96. agendum erit amplius.

491. *Circa navarchos.*] *Contra* corrupte legi, aperte ex quinta Verrina percipitur ; non enim Cicero contra navarchos, ſed pro navarchis verba facit : quare *circa* legendum eſſe puto. Sunt autem navarchi navium principes, quales nunc quoque triremibus præficiuntur. REGIUS. Navarchi ſunt, qui præſunt ſingulis ex claſſe navibus : eos appellat Vegetius *navicularios.* Porro hæc verba Seſtii ſunt, qui Verris erat lictor, pecuniamque petebat a matribus, quæ liberos ſuos in carcerem conjectos videre volebant ; in Verrem lib. v. cap. 45. TURNEB. *Contra navarchos*; Locat. Gryph. Baſil. Vidov.

492. *Ea rei expoſitio eſt.*] *Narratio* eſt hujuſmodi, hoc eſt, per *proſopopœiam* inſtituta. CAPPER.

493. *Ut ad eas.*] Conjunge, & ſcribe ; *ut adeas.* PHILAND.

494. *Pro Cluentio.*] Cap. 26.

495. *Staleni.*] Stalenus receperat, ſe corrupturum ſexdecim judices : itaque cum Bulbo loquitur, ut eum corrumpat, quod facile fecit. TURNEB.

496. *Celeritatem.*] Quid ſibi hoc loco *celeritas* velit, non video : quare *credulitatem* contenderim eſſe legendum. REGIUS. *Celeritatem*; MSS. Bodl. Joan. Voſſ. Alm. Andr. Ven. Locat. Ald. Obrecht. margines Steph. Gryph. Baſil. *crudelitatem*; edit. Steph. Raphaelis Regii ſecutus ſum emendationem, cui non obeſt, quod ſubjungitur ; *& ad fidem.* Nam, ut non dicam τὸ *& ad fidem*, *gloſſema* & *epexegeſim* τῆς *credulitatem* ſapere, nonnihil eſt credulitatem inter & fidem diſcriminis, quatenus illa ad auditores credulos, hæc ad rem ipſam pertinet ; quaſi diceret Fabius : Staleni Bulbique colloquium nonne confert ad auditorum credulitatem, & ad ipſius rei fidem, ſive (ut ita loquar) credibilitatem ? Adde, quod ipſe Burmannus in ſuis *Addendis* ita ſcripſit, *credulitatem.*] *Celeritatem.*] Voſſ. omn. Itaque voluiſſe videtur, ut τὸ *credulitatem* ederetur : quamvis in ipſius editione legamus *celeritatem.* CAPPER.

497. *Fidem confert.*] *Ad fidem*; V. C. Alm. ut mox *omnia ad utilitatem potius, quam ad oſtentationem, componebatur oratio.* Ubi male τὸ *ad* omittit idem codex, & lib. 1. cap. 10. *ad proſopopœias & ad ſuaſorias irrumpunt*, lib. VII. 6. *hoc bis ad actorem, & ad actionem.* Ubi etiam omittunt quidam codices *ad.* Livius XXXIX. 10. *ad omne ſcelus, & ad omnem libidinem agerent.* Sic & τὸ *in* repeti docebimus ad lib. VI. 3. BURMAN.

498. *Sine obſervantia.*] Temere & ſine ulla præcepti ratione. TURNEB. *Feciſſe inobſervantia*; V. C. Alm. Hanc vocem Suetonio quoque Aug. 76. reddiderunt viri docti. *Sine obſervatione*; Cod. Vallæ, Vidov. & Voſſ. ſecund.

499. *In Partitionibus.*] Cap. 9. ubi tamen verba aliquantum diverſa occurrunt. *Præcepit* hic habet V. C. Alm.

500. *Argumentabimur.*] De hoc vide Rodolphum Agricolam doctiſſime diſſerentem. TURNEB. *Argumentabimur in narratione nunquam : argumentum ponemus aliquando.*] Argumentari eſt *enthymemata, ſyllogiſmos, dilemmata, ſoritas*, aliaſque proprias argumentationum ſpecies expreſſe, &, ut aiunt, *formaliter* adhibere. Argumentum autem ponere, eſt aliquam dictorum rationem, ſive probationem nude ac ſimpliciter proponere : quantum ſit argumentationem inter, & argumentum diſcriminis, vide ſupra in annotatis ad illa Fabii verba : *argumentis dico, non argumentatione.* CAPPER.

501. *Pro Ligario.*] Cap. 1.

pacem eſſe expediret. Inſeremus *expoſitioni* & brevem, cum res poſcet, defenſionem, & rationem factorum. [502] Nec enim narrandum eſt tanquam teſti, ſed tanquam patrono. Rei ordo per ſe talis eſt: *Quintus Ligarius* [503] *legatus in Africam* [504] *cum Proconſule C. Conſidio profectus eſt.* Quid ergo Marcus Tullius? [505] *Quintus enim*, inquit, *Ligarius*, [506] *cum eſſet nulla belli ſuſpicio, legatus in Africam* [507] *cum Proconſule C. Conſidio profectus eſt.* Alibi: *Non modo nullum ad bellum, ſed ne ad minimam quidem ſuſpicionem belli.* Et cum eſſet [508] indicaturo ſatis; *Quintus Ligarius nullo ſe implicari negotio paſſus eſt,* [509] adjecit; *Domum ſpectans, & ad ſuos redire cupiens.* Ita quod exponebat, & ratione fecit credibile, & [510] affectus quoque implevit. [511] Quo magis miror eos, qui non putant in *narratione* [512] eſſe utendum affectibus. Qui [513] ſi hoc dicunt, *non diu*, [514] *nec ut in epilogo*, mecum ſentiunt. Effugiendæ ſunt enim moræ. Cæterum cur ego judicem nolim, [515] dum eum doceo, etiam moveri? Cur, quod in [516] ſumma parte ſum *actionis* petiturus, non in primo ſtatim rerum [517] ingreſſu, ſi fieri poteſt, conſequar? cum præſertim etiam [518] in probationibus faciliore ſim [519] animo ejus abuſurus, [520] occupato vel ira, vel miſeratione. An non Marcus Tullius circa verbera civis Romani, omnes breviſſime movet affectus, non ſolum [521] conditione ipſius, [522] loco injuriæ, [523] genere verberum, ſed [524] animi quoque commendatione? Summum enim virum oſtendit, qui, cum virgis cæderetur, non ingemuerit, non rogaverit; ſed tantum civem ſe Romanum eſſe, cum invidia cædentis, & [525] fiducia juris clamaverit. [526] Quid? Philodami caſum nonne cum per totam *expoſitionem* [527] incendit invidia, tum in [528] ſupplicio ipſo [529] lacrymis implevit, cum [530] flentes non tam narraret, quam oſtenderet, patrem de morte filii, filium de patris? Quid ulli *epilogi* poſſunt habere miſerabile magis? Serum eſt enim [531] advocare iis rebus affectum in

502. *Nec enim narrandum eſt.*] Teſtis duntaxat debet explicare ea, de quibus rogatur, citra ullum argumentum: at patronus non ſimpliciter exponit, ut teſtis, ſed additis rationibus & argumentis. TURNEB.

503. *Legatus in Africam, &c.*] *Legatus Conſulis profectus eſt;* cod. Bern.

504. *Cum Proconſule.*] Edit. Stephan. 1542. poſt Philandri emendationem habet *cum Conſule*; ſed apud Ciceronem ipſum legimus *cum Proconſule*; olim erat, *cum C. Conſidio*, & ſic ipſe Burmannus ediderat. CAPPER.

505. *Quintus igitur inquit.*] *Quintus enim*; V. C. Alm. & ita optimi codices apud Ciceronem ipſum, & ſic Gryph. Vidov.

506. *Cum eſſet adhuc.*] *Adhuc* delevir cl. Grævius ex MSS. nec habet V. C. Alm. nec Voſſ. tert. Bern.

507. *Cum C. Conſidio.*] *Cum Coſ. C. Conſidio*; Stephan. & hic & ſupra.

508 *Indicaturo ſatis.*] *Indicanti*; Locatel. Vaſc. Stephan. Gryph. Colin. Baſil.

509. *Adjecerit.*] *Adjicit*; Locatel. *adjecit*; Ald. Stephan. Gryph. Baſil. Colin. Vidov. Obrecht.

510. *Affectus quoque implevit.*] Id eſt, *narratione* ſua expreſſit Ligarii affectum, quo domum ille ſuam ſpectabat & ad ſuos redire cupiebat; ſicque ipſe Cicero commoveri quodam affectu videbatur, ad quem & judicis [Cæſaris] animum impellebar. CAPPER.

511. *Quo magis miror.*] Contendit Fabius etiam in *narratione* affectus eſſe movendos; primo per *locum a ſimili*, ſeu *pari*; deinde *ab utili*. Porro affectus leviores ſemper fere in *narratione* debent eſſe; eam ſiquidem ſuavitate quadam condiunt: at graviores, ſi quando in *narratione* locum habebunt, brevius tamen tractandi erunt. De his fuſe apud Ciceronem 2. *de Oratore*. TURNEB.

512. *Non eſſe utendum affectibus.*] Vide paulo ſupra, quæ notavimus ad illa Quinctiliani verba: *Ne utamur affectibus.* Cæterum τὸ *eſſe*, abeſt a Locat. Ald. Gryph. Baſil. Colin. Vidov. Voſſ. ſecund. CAPPER.

513. *Si hoc dicunt, non diu.*] Si dicunt non eſſe diu indulgendum affectibus in facienda *narratione*. CAPPER.

514. *Nec ut in* epilogo.] Nam in *epilogo* ventis affectuum plena vela dantur, ſecundum omnes omnis ætatis Rhetoras. CAPPER.

515. *Cum ego doceo.*] *Ego* pronomen iterum poſitum videtur expungendum, ac *eum* adſcribendum, ut ſit, *cum eum doceo, etiam moveri.* REGIUS. *Ego doceo*; Locat. Ald *dum eum doceo*; V. C. Alm. Obrecht. qui & *movere* habet. *Doceo.*] Narrando. TURNEB.

316. *Summa.*] Poſtrema, in *peroratione*. TURNEB. Vallæ liber non habet *parte*, ſed ſupraſcriptum fuit, teſte Aſcenſio; nec habent Voſſ. prim. tert.

517. *Ingreſſu.*] Initio *narrationis.*] Nam *cauſſæ* prima pars eſt *narratio*; *exordium* enim orationis quamvis eſt prima pars, non tamen *cauſſæ*, ſeu *actionis* videtur; ſed veluti præludium. TURNEB.

518. *In probationibus.*] In tertia orationis parte, quæ probatio, vel confirmatio ſolet appellari. CAPPER.

519. *Animo abuſurus.*] *Animum*; V. C. Alm. & mox *occupatum.* Francius corrigebat, *facilius ſum animo ejus abuſurus. Cum faciliore ſim animo ejus abuſurus.*] Cum ejus (judicis) animum ad meum arbitrium ſim facilius ducturus. CAPPER.

520. *Occupato.*] Si judicis animum in *narratione* ſtatim occupavero quopiam affectu, verbi gratia, ira, vel miſeratione. CAPPER.

521. *Conditione.*] Quod liber, quod civis Romanus & municeps Coſſanus. TURNEB.

522. *Loco injuriæ.*] Quod ei crux in littore parabatur, ut is, qui ſe civem Romanum eſſe diceret, ex cruce Italiam cernere, ac domum ſuam proſpicere poſſet, &c. ex Act. 3. TURNEB.

523. *Genere verborum.*] Loco *verborum*, *verberum* eſſe legendum dijudicabit, qui tertiam in Verrem, unde hæc ſumpta ſunt, diligentius leget. REGIUS. Hoc autem fiebat contra legem Portiam, quæ prohibet, ne corpus civis Romani virgis cædatur. TURNEB. *Verborum*; Gryph.

524. *Animi commendatione.*] Quod forti & patienti animo tulerit, ut nullus gemitus, nulla vox doloris index audita ſit. TURNEB.

525. *Fiducia juris.*] Romani: hæc autem fuſius apud Cicer. lib. v. in Verrem cap. 62. TURNEB.

526. *Quid Philodami caſum.*] Si res gravis eſt, uti affectibus poſſumus in *narratione*; idque multo magis eſt faciendum, ſi plures ſunt *expoſitiones*; quia re narrata ſero revocaretur affectus, cum jam oblitus eſſet judex: ſic fecit Cicero in Verrem 1. cap. 30. TURNEB.

527. *Incendit invidia.*] Odio, inviſum odioſumque judicibus effecit. CAPPER.

528. *Supplicio ipſo.*] Τὸ *ipſo* non eſt in editione Obrecht.

529. *Lacrymis implevit.*] *Affecit*; cod. Bern.

530. *Flentes non tam, &c.* Juvenal. Satir. VII.

Quando licet flentem Baſilo producere matrem.

Cydonius in oratione de contemnenda morte: *Ne igitur nos velut in judiciis voluptariorum lamentationibus moveamur, qui ſuas appetitiones ceu uxores & liberos producunt; ut aliter de ſe, quam de aliis, judicetur.* Vide Aurel. Victor. de viris Illuſtrib. cap. IV. XXXI. & LXIII. & Cicer. 1. 53. ALMEL.

531. *Advocare.*] *Advocari h. e. a. in perorationem*; V. C. Alm. *advocari*; etiam Locat. Ald.

peroratione, quas [532] ſecurus [533] narraveris. Aſſuevit illis judex, jamque eas ſine motu mentis accipit, quibus [534] commotus novis non eſt; & [535] difficile eſt mutare [536] habitum animi ſemel conſtitutum. [537] Ego vero (neque enim diſſimulabo judicium meum: quanquam id, quod ſum dicturus, exemplis magis, quam præceptis ullis continetur) *narrationem*, [538] ut ſi ullam partem orationis, omni, qua poteſt, gratia & venere [539] exornandam puto. [540] Sed plurimum refert, quæ ſit natura ejus rei, quam exponimus. In parvis ergo, [541] quales ſunt fere privatæ, ſit ille preſſus, & [542] velut applicitus rei cultus; [543] in verbis ſumma diligentia. * Quæ [544] in *locis* impetu feruntur, & [545] circumjectæ orationis copia latent, [546] hic expreſſa, &, [547] ut vult Zeno, [548] *ſenſu tincta eſſe debebunt*; [549] compoſitio diſſimulata quidem, ſed tamen quam jucundiſſima; figuræ, non * illæ poëticæ, & [550] contra * rationem loquendi auctoritate veterum receptæ, (nam debet eſſe quam puriſſimus ſermo) [551] ſed quæ varietate tædium effugiant, & mutationibus animum levent; ne [552] in eumdem caſum, ſimilem poſitionem, [553] pares elocutionum tractus incidamus. Caret enim cæteris lenociniis *expoſitio*, &, niſi commendetur hac venuſtate, jaceat neceſſe eſt.

532. *Securus.*] Tranquillus, immotus, ſedatus, nullo affectu *πάθει* commotus. CAPPER.

533. *Narraveris*] Sic quidem legitur; ſed *narraveris* legendum eſſe contenderim. REGIUS. *Narraverit;* Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Voſſ.

534. *Commotus novus.*] *Novis* legendum eſſe, ex ſenſu aperte percipitur. REGIUS. *Novis;* Steph. Vaſc. Obrecht. *a nobis non eſt;* MS. Bodl. Andr. *a novis non eſt;* MS. Bal. Legendum puto, *jam eas ſine motu mentis accipiet, quibus commotus novis non eſt;* ſcilicet in *peroratione* audiet ſine motu repetitas, *quibus novis*, cum primum dicerentur, non eſt commotus. BURMAN. *Novis.*] Cum eſſent ipſi judici novæ, cum eas primum audiret. CAPPER.

535. *Difficile eſt mutare.*] *Difficile eſt nobis;* MSS. Bodl. Bal. Alm. Andr. Locat. Ald. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Voſſ. ſecund.

536. *Habitum animi.*] Hoc eſt, conſtitutionem & ſtatum. Hîc enim *τὸ habitus* non ſignificat *τὴν ἕξιν*, quam Fabius lib. x. cap. 1. vocat *firmam quamdam facilitatem*, nos vulgo *habitudinem* dicimus. CAPP.

537. *Ego vero.*] Præcepta ſunt nonnulla de *narrationis elocutione*: debet autem *narratio* gratiam compoſitionis habere, latentem tamen & diſſimulatam, ut ſentiatur a judice potius, quam percipiatur. Id quod & Cicero in *Partitionibus* probat fuſe. TURNEB.

538. *Ut ſi ullam.*] *Ut* particula, tanquam ocioſa & ſupervacua, mihi videtur expungenda. REGIUS. Minime abjicienda; nam ſimilis locutio *ut qui*, de qua vide ad lib. III. 8. BURMAN.

539. *Exornandam (narrationem) puto.*] Legeſis Hermogenem lib. II. de *Inventione* cap. 2. ubi exponit quemdam *narrationis τρόπον modum*, quem vocat *ἐνδιάσκευον illuſtratam, oratorio apparatu exornatam.* CAPP.

540. *Sed plurimum refert.*] *Elocutionis* rationem, quæ varia atque in ſingulis fere partibus peculiaris, metimur a rei conditione. Ut enim ſervorum & dominorum cultus diverſus eſt; ita & orationis, quum parvam rem & magnam narramus, diſſimilis eſſe debet. Orationem enim debere rei accommodari Ageſilaus ſignificat, qui, quodam laudante oratorem, quod parva amplificaret: *Ego*, inquit, *ne ſutorem quidem puto eſſe bonum, qui magnos parvo pedi calceos inducit.* Plutarch. in Apophthegm. *Preſſum* autem & *applicitum cultum* per *metaphoram* dixit, ducta tranſlatione a veſtimentis non laxis, ſed membra conſtringentibus & prementibus. TURNEB.

541. *Quales ſunt privatæ.*] Supple, res, *cauſſæ*, controverſiæ. CAPPER.

542. *Velut applicitus rei cultus.*] Τὸ *rei* eſt in *dativo*, quaſi dicas, *τῇ* rei applicitus cultus, id eſt, ornatus junctus ipſi rei, cum ipſa re apprime conjunctus, adaptatus, accommodatus, &c. CAPPER.

543. *In verbis ſumma diligentia. Quæ in locis.*] Totus hic locus male interpunctus erat, ideoque intellectu difficilis. Rectam, ut mihi videtur, interpunctionem appoſui. CAPPER.

544. *In locis.*] Supple, *communibus* oratoriis. CAPPER.

545. *Circumjectæ orationis copia, &c.*] Audaciora verba in *locis communibus* & amplificationibus facile latitant ob circumfuſum orationis nitorem: in *narratione* vero latitare non poſſunt: quocirca adhibenda cautio, ut propria ſint, & rem ſignificantia. TURNEB.

546. *Hic.*] In parvis rebus narrandis, in parvarum rerum, ſive *cauſſarum narratione.* CAPPER.

547. *Ut vult Zeno.*] Zeno de arte Rhetorica ſcripſit aride & exiliter, ut meminit Cicero lib. IIII. de Finibus. Hunc imitatur Sulpitius Victor. TURNEB. Sulpitii Victoris Inſtitutiones oratorias ad M. Silonem generum habes in Rhetoribus Pithœanis pag. 240. CAPPER.

548. *Senſu tincta.*] Iſidorus lib. II. 27. *Cum Ariſtoteles librum de Interpretatione ſcribebat, calamum in mente tingebat.* GALLÆUS. *Senſu acta;* V. C. Alm. an error eſt librarii, qui ſcribere debuiſſet *uncta*? CAPPER.

549. *Compoſitio.*] Non *ſyntaxis* proprie & Grammatice loquendo; ſed *σύνθεσις ὀνομάτων vocabulorum apta collocatio*, de qua Dionyſ. Halicarnaſſ. librum, qui etiamnum extat, conſcripſit. In hac porro *compoſitione* tria ſunt, ordo, junctura, & *numerus*, quæ omnia fuſe Quinctilianus explicat lib. IX. cap. 4. CAPPER.

550. *Contra rationem loquendi.*] *Contra fidem loquendi;* Voſſ. omn. MS. Joan. Andr. *finem;* MSS. Bal. Almel. & Argent. Obrecht. Sed noſtram lectionem cæteris præſtare probatur; quia 1°. figuræ non ſunt contra finem loquendi, cum animi noſtri ſenſus tam figurato, quam ſimplici vulgarique ſermone manifeſtentur; neque contra fidem loquendi, cum ſola *hyperbole*, quæ ne ad figuras quidem, ſed ad *tropos* pertinet, ſupra fidem eſſe merito cenſeatur; 2°. ubi Fabius de figuris loquitur, hæc verba *loquendi rationem*, vel *ratione* ſæpe adhibet, ut lib. IX. cap. 3. *Schemata λέξεως duorum ſunt generum: alterum loquendi rationem vocant, &c.* & aliquanto poſt: *Illud eſt acrius genus, quod non tantum in ratione poſitum eſt loquendi*; 3°. *loquendi genus*, & *loquendi ratio* ſunt *ſynonyma.* Atqui Fabius lib. IX. cap. 3. diſerte ait figuras a ſimplici rectoque loquendi genere deflexas eſſe, quod perinde eſt ac ſi dixiſſet figuras eſſe contra ſimplicem vulgaremque loquendi rationem. Sic habet loco citato: *Cum ſit a ſimplici rectoque loquendi genere deflexa, virtus eſt, ſi habeat probabile aliquid*, &c. & paulo poſt: *Ut quotidiani & ſemper eodem modo formati ſermonis faſtidium levet, & nos a vulgari dicendi genere defendat.* CAPPER.

551. *Et qui a varietate.*] Depravatus hic locus ſic emendari poteſt, ſi *&* copula cum *a* præpoſitione, ac *qui* relativo eradantur, ac locis ipſorum *ſed quæ* reponantur, ac *effugiant*, ut legantur, hoc modo; *ſed quæ varietate tædium effugiant.* REGIUS. Ita habet & V. C. Alm. & Argent. Obrecht. qui (*nam debet eſſe quam puriſſimus ſermo*) parentheſi includit; & deinde *levent;* V. C. Alm. & Argent.

552. *In eumdem caſum, ſimilem expoſitionem.*] Senſus *poſitionem* expoſcit, non *expoſitionem;* ut intelligamus, in *narratione* vitanda eſſe *ſimiliter deſinentia*, *ſimiliterque cadentia.* REGIUS. Forte melius legeretur, *ſimilem poſitionem*, id eſt, terminationem; ut *ſimiliter deſinens* intelligatur. Addit fugiendum eſſe *πάρισον* & *ἰσόκωλον.* Quanquam Cicero in Oratore longe aliter ſentire videtur. De hac exornatione Cornific. ad Herennium lib. IIII. cap. 20. & Fabius lib. VIII. TURNEB. Ὁμοιόπτωτον, ἰσόκωλον, ὁμοιοτέλευτον, PITHOEUS. *Poſitionem;* Steph. *expoſitionem;* MS. Colbert. Locat. *compoſitionem;* reliqui, & margo Steph.

553. *Pares elocutionum, &c.*] *Compar grave* appellat eodem libr. Cornific. quod habet clauſulas, quæ ex pari fere numero ſyllabarum conſtant, quod puerile eſt, ut: *In prædio mortem pater oppetebat, domi filius nuptias comparabat.* TURNEB. Intelligit Fabius eas dictionis figuras, quæ *πάρισα* & *ἰσόκωλα* dicuntur, & de quibus pluribus aget lib. IX. cap. 3. CAPPER.

Nec in ulla parte intentior eſt judex; eoque [554] nihil recte dictum perit. Præterea, neſcio quomodo, etiam credit facilius, quæ audienti jucunda ſunt, & voluptate [555] ad fidem ducitur. Ubi vero major res erit; [556] & atrocia invidioſe, & triſtia miſerabiliter dicere decebit: non ut conſumantur affectus, [557] ſed ut tamen velut primis lineis deſignentur: ut plane, qualis futura ſit imago rei, ſtatim appareat. [558] Ne ſententia quidem, velut fatigatum intentione [559] ſtomachum judicis reficere diſſuaſerim, maxime quidem [560] brevi interjecta, qualis eſt illa: [561] *Fecerunt ſervi* [562] *Milonis, quod ſuos quiſque ſervos in re tali facere voluiſſet.* Interim paulo liberiore, qualis eſt illa: [563] *Nubit genero ſocrus* [564] *nullis auſpiciis, nullis auctoribus,* [565] *funeſtis ominibus.* [566] Quod cum ſit factum iis quoque temporibus, quibus omnis ad utilitatem potius, quam ad oſtentationem, componebatur oratio, & erant adhuc ſeveriora judicia; quanto nunc faciendum magis, cum [567] in ipſa capitis, aut fortunarum pericula irrupit voluptas? Cui hominum deſiderio quantum dari debeat, [568] alio loco dicam. Interim aliquid indulgendum eſſe confiteor. Multum confert adjecta veris [569] credibilis rerum imago, quæ velut in rem præſentem perducere audientes videtur, qualis eſt illa [570] M. Cœlii [571] in Antonium deſcriptio: [572] *Namque ipſum offendunt* [573] *temulento ſopore pro-*

554. *Nihil recte dictum.*] *Nihil rectum perit*; Vallæ codex, Voſſ. omn. Bern.

555. *Ad finem ducitur.*] *Fidem* ſenſus expoſcit, non *finem*; nam voluptate judex ad credendum facile deducitur. REGIUS.

556. *Et atrocia, invidioſa & triſtia miſerabiliter dicere licebit.*] Ne hic quidem locus mendis eſt vacuus: ſic autem corrigi poteſt: *Et atrocia invidioſe, & triſtia miſerabiliter dicere decebit.* REGIUS. *Dicere decebit*; etiam V. C. Alm. Obrecht. *Invidioſe.*] Movendo, excitandoque odium. CAPPER.

557. *Sed ut velut.*] *Ut tamen velut*; V. C. Alm. *ſed ut tamen velut*; Ald. Leid. Gibſon. Obrecht. *ſed ut tamen primis*; Locat. *ſed tamen ut velut*; Colin. *ſed ut tantum velut* Regius ſenſui convenire putat, & ita Gryph. Vidov. *ſed tantum velut*; Baſil. *ut non*; Voſſ. *Velut primis lineis.*] *Metaphora* eſt ducta ab ea pictura, quæ dicitur μονόγραμμος, quæ primum lineis deſignatur, deinde propriis coloribus veſtitur & expolitur. TURNEB.

558. *Ne ſententia quidem.*] *Sententiam* appellat Fabius ſenſum argutiorem, qui fere in clauſulis poni ſolet. TURNEB.

559. *Stomachum.*] Francius malebat *ſpiritum*, non ego; judex enim audiendo, quæ faſtidit, & quorum tædet, ſtomachum onerat, qui refici & excitari ſententia aliqua acuta, tanquam novo & acriori cibo, debet: Patronus vero, dicendo fatigatus, rectius diceretur quieſcendo aliquantulum ſpiritum reficere, vel recipere potius. BURMAN.

560. *Brevi injectione.*] *Ter* ſyllaba adſcripta, *interjectione* mihi videtur eſſe legendum REGIUS. Ita MSS. Bodl. Alm. Andr. Sich. Baſil. *breviter injecta*; Ald *breviter interjecta*; Steph. Obrecht. *breviter injecta*; Colin. *brevi injecta*; Pithœus, Voſſ. tert.

561. *Fecerunt ſervi.*] *Fecerunt id.* Cicero.

562. *Milonis.*] Pro Milone cap. 10.

563. *Nubit genero.*] Ex oratione Ciceronis pro Cluentio cap. 5 TURNEB.

564. *Nullis auſpiciis.*] *Auſpicibus*; V. C. Alm. Bern. & ita apud Ciceronem legendum docuit Sylvius.

565. *Funeſtis omnibus omnium.*] *Ominibus* legendum eſſe facile cenſebit, qui pro Cluentio orationem diligentius leget. REGIUS. *Omnium* delevit cl. Grævius auctoritate MSS. & primarum editionum.

566. *Quod cum ſit factum.*] Ciceronis tempore ſeveriora erant judicia: tempore Fabii in *centumviralia* judicia, quæ etiam interdum capitis erant, voluptas irruperat, judexque contemni ſe putabat, niſi ab oratore delectaretur: quod & ante dixit Fabius. TURNEB.

567. *In ipſa capitis & fortunarum pericula irrupit voluptas.*] Id eſt, judicum voluptati nunc ſerviunt Oratores in *cauſſis* etiam *judicialibus*, ubi de vita, vel de bonis agitur. CAPPER.

568. *Alio loco dicam.*] In parte *proœmii* lib. VIII. & cap. 3. ROLLIN.

569. *Credibilis rerum imago.*] *Hypotypoſis*, quæ eſt evidens deſcriptio, multum facit & ad perſpicuitatem, & ad credibilitatem *narrationis.* Venuſte autem dixit Fab. *in rem præſentem perducere*, ducta *metaphora* a juris conſuetudine; nam litigatores in eum fundum aut agrum, de quo litigabant, venire ſolebant. TURNEB. Budæus *evidentiam* interpretatur. ALMELOV. Hæc rerum imago complectitur etiam illas, quas Græci φαντασίας, Latini *viſiones* appellant: de quibus lege Quinctilianum lib. VI. cap. 2. lib X. cap 7. & lib. XII. cap. 10. itemque Longinum in opuſculo *de Sublimi* cap. 15. CAPPER. *Imago.*] Vide hujus rei exemplum in Cicerone pro Roſcio Amerino num. 98. VII. Verrin. num. 105. 161. ROLLIN.

570. *M. Cœlii.*] Hic eſt M Cœlius Orator, cujus meminit Cicero de clar. Orat. cap. 79. TURNEB.

571. *In M. Antonium.*] Triumvirum puto. Similis eſt & Ciceronis pro Gallio de convivio, apud Aquilam Rom. de qua lib. VIII. Fabius ubi de *evidentia.* TURNEB.

572. *Namque ipſum offendunt.*] Admodum bonum exemplar Quinctiliani Inſtitutionum, charactere vetuſtiſſimo exaratum, Baſileæ utendum nacti, quantum fuit, erat enim abſque capite & calce, compoſuimus. Mirum vero dictu, quam penitus in multis abeat antiqua ſcriptura ab ea, qua pro vera nunc utimur omnes. Exemplum det M Cœlii locus, temulentum ſtertentemque ex crapula M. Antonium nobis velut ſpectandum præbens, lib. IV. cap. 2. Irruperant Centuriones triclinium in caſtris, aut urbe aliqua, in expeditione certe Imperatoris; quem cum tam ornate honeſteque cubantem reperirent, excitare primo, mox vi auferre de ſtrato inſiſtebant; hoc eſt, quod initio dixit Cœlius: *Namque ipſum offendunt*, adventu nimirum hoſtium turbati Centuriones, qui circum Prætorium excubabant; deinde jactatum inter concubinas meticuloſas, & viros armatos, ſui impotem, quod mirum in modum rei indignitatem auget. Nunc MS. opem flagitabimus, qui quidem iſtam fere omnem periodum longe aliter concipit. Legit: *Namque ipſum offendunt temulento ſopore profligatum, totis præcordiis ſtertentem, ructuoſos * ſpiritus geminare, præclaraſque contubernales ab omnibus ſpondis verſas tranſverſas incubare, & reliquias temulentiæ circumjacere paſſim. Hæ tamen exanimata terrore, hoſtium adventu percepto, excitare hominem conabantur, hæc nomen inclamabat, hæc fruſtra cervicibus tollebat; blandius alia ad aurem invocabat, vehementius etiam nonnulla feriebat. Quarum cum omnium vocem tactumque dignoſcitaret, proximæ cujuſque collum amplexu appetebat; neque dormire excitatus, neque vigilare ebrius poterat; ſed ſemiſomno ſopore, inter manus Centurionum, concubinarumque jactabatur.* Illis verbis, *ructuoſos ſpiritus*, interfuit mediis vox quæpiam, cujus locus diſerte vacuus in MS. libro apparet. Qualis vero illa, conjectando tempus perdere noſtrum non eſt. Etſi ſuſpicari facile ſubeat, de *ore & naribus*, propter *ſpiritum* & *ructum*, aliquid latere poſſe. *Verſas tranſverſas* ποιητικώτερον ſonat, Plauto dignius, ſtrepitu tamen ſuo rem reddens ſpectabiliorem. *Reliquiæ temulentiæ*, ſunt patinæ, pateræ, ſcyphi, menſæ inverſæ, cupediæ pedibus projectæ, elapſi manibus crateres, ut apud Rutilium Lupum ebrioſus inducitur, non prius poculum ex manibus emittens, quam bibentem ſomnus oppreſſerit, ac diſſolutis artubus ipſum poculum ſuapte natura dormienti exciderit. Hanc elegantiſſimam ſcripturam non debebant ſane librarii mutare. Nam quod addit *hæ*, natura aliter conſtitutum eſt, quam ut ad *reliquias* transferri poſſit, ne quis argutetur, *reliquias* capiendas eſſe hac lectione, non temulento pares mulierculas. Nam quæ contra communes ſenſus faciunt, ea jure non attenduntur. Cæterum, *hæc nomen*, &c. *hæc fruſtra*, nemo non confitebitur genuina eſſe, qui ordinem ſaltim, vulgo minus attente habitum, curare voluerit. Nam illa, *blandius alia*, ſuggerunt, fuiſſe numero ſingulari in reliquis etiam uſum M. Cœlium, quibus con-

ſligatum, totis præcordiis ſtertentem, ructuoſos ſpiritus [574] *geminare, præclaraſque contubernales ab omnibus ſpondis tranſverſas incubare, &* [575] *reliquas circumjacere paſſim;* [576] *quæ tamen exanimatæ terrore, hoſtium adventu percepto, excitare Antonium conabantur; nomen inclamabant; fruſtra cervicibus tollebant; blandius alia ad aurem invocabat, vehementius etiam nonnulla feriebat.* [577] *Quarum cum omnium vocem tactumque noſcitaret, proximæ cujuſque collum* [578] *amplexu petebat; neque dormire excitatus, neque vigilare ebrius poterat; ſed ſemiſomno ſopore* [579] *inter manus centurionum concubinarumque jactabatur.* Nihil his neque credibilius fingi, neque vehementius exprobrari, neque manifeſtius oſtendi poteſt. [580] Ne illud quidem præteribo, quantam afferat fidem *expoſitioni* narrantis auctoritas, quam mereri debemus ante omnia quidem vita, ſed & ipſo genere orationis: quod quo fuerit gravius, ſanctius, hoc plus habeat neceſſe eſt in affirmando quoque ponderis. [581] Effugienda igitur in hac præcipue parte omnis calliditatis ſuſpicio: (neque enim ſe uſquam cuſtodit magis judex) nihil videatur [582] fictum, nihil ſolicitum: omnia potius a *cauſſa*, quam ab oratore profecta credantur.

ſentit & *τὸ nonnulla*, eadem ratione prolatum. *Dignoſcitaret*, quotidianam conſuetudinem cum illis præclari imperatoris arguit, vel *ſemiſomnis* ex vocibus tactuque dignoſcere contubernales conſueti. Barde etiam hanc lectionem mutarunt cacographi Chalcographi. Vox etiam *ſopore* nobis ſuſpecta eſt ultimo loco: citra MS. tamen auctoritatem non mutanda. Sane *ſopor ſemiſomnis ταυτολογίαν* olet, nec belle cadit. BARTHIUS. lib. XIV. Adv. 18.

573. *Temulento ſopore profligatum.*] Vide Jan. Gebhard. Crepund. lib. III. cap. 19. & ad Tibul. I. Eleg. II. 2.

574. *Geminare.*] *Geminantem* volebat Gallæus: nihil neceſſe.

575. *Reliquas circumjacere.*] Lectio codicis Baſileenſis, *reliquias temulentiæ circumjacere*, minime mihi negligenda videtur; ſed non cum Barthio de patinis, ſcyphis, &c. caperem, ſed de fruſtis eſculentis turpi vomitu ejectis, cujus reliquiæ conſpiciebantur; ita enim & Cicero II. Philipp. cap. 25. Antonium in conſpectu populi vomentem deſcribit. BURM.

576. *Quæ tamen.*] *Quæ tum;* Stephan. Voſſ. ſecund.

577. *Quarum cum omnium vocem, tactumque noſcitaret.*] Franciſcus Robortellus Emendat. lib. II. cap. 49. pag. 116. Lamp. Crit. Part. 2. Ego (inquit) puto legi debere: *Quarum cum omnium voce, cantuque excitaretur.* Nam quadrabit belle, quod poſtea ſequitur; *nec dormire excitatus.* Quod ſi quis repugnet, & dicat cantu concubinarum temulentum excitari non potuiſſe, cum cantus ſomnum adducat potius; poſſit dici, cantum inconditum ſignificari, non ſuavem. Nam illa dictio, *tactu*, eo loco non placet. Librarius vero facile labi potuit, cum eſſet ſcribendum, *excitaretur*, ut ſcriberet, *oſcitaret.* Nam pro X, interdum CS. veteres ſcribebant. Sic *ecſcitaretur:* unde poſtea ſcriptio hæc manavit *noſcitaret*, & illæ voces ad id accommodatæ poſtea. Nam ex *voce*, & *tactu*, *vocem* & *tactum* ſcribi cœpit. Hæc Robortellus: cujus tamen conjecturam verniliter admodum flagellat Carolus Sigonius, Emendat. cap. 44. pag. 239. Lamp. Crit. part. 2. Carneades igitur heic ab Orco revocandus. PAREUS. *Quarum omnium cum voce tactuque oſcitaret;* Andr. Obrecht. *oſcitaret;* etiam MS. Bodl *dignoſcitaret;* Gallæus. *Quarum cum omnium voce tactuque oſcitaret*, corrigit etiam Victor. lib. XXII. Var. Lect. cap. 5. ut infra lib. VIII. cap. 3. ex Cicerone, *quoſdam heſterna potatione oſcitantes.*

578. *Amplexu petebat.*] *Appetebat* malebat Gallæus: male; hinc enim firmatur conjectura Heinſii apud Ovidii Epiſt. XIV. 69. legentis *Dum petit amplexu.* Vide & quæ nos ad Petron. cap. LXXXVI. notavimus. BURMAN.

579. *Inter manus Centurionum,*] Gebhard. Crepund. lib. II. cap. 15. MS. Palat. inſolentis monetæ vocabulum arcana incude tractat, refingendo, *Cenurionum.* Quaſi *Cenurio* eſſet δειπνητής, ſive συντραπεζίτης. Et revera hic tale quid excidiſſe, probabile eſt: immo tota rei ſeries reflagitat. Nam qualis Imperator, talem ſibi cohortem, comiteſque adoptat; fortis fortes, luxurioſus perditos. Claudianus lib. II. in Eutrop. verſ. 325.

Tandem conſilium belli confeſſus agendi
Ad ſua tecta vocat; juvenes venere protervi,
Laſcivique ſenes, quibus eſt inſignis edendi
Gloria, corruptaſque dapes variaſſe decorum;
Qui ventrem invitant precio, traduntque palato
Sidereas Junonis aves, & ſi qua loquendi
Gnara coloratis viridis defertur ab Indis;
Quæſitus trans regna cibus, quorumque profundam
Ingluviem non Ægeus, non alta Propontis,
Non freta longinquis Mæotida piſcibus explent.

Aptiſſime ad hanc rem Papinius Statius lib. IV. Theb. verſ. 661.

Nec comitatus iners; ſunt illic ira furorque,
Et metus, & virtus, & nunquam ſobrius ardor,
Succiduique gradus, & caſtra ſimillima Regi.

Qualem ducem Cœlius vult, dat nobis quoque Cicero in Miloniana: *Adde inſcitiam pranſi, poti, oſcitantis ducis* Non male etiam reponeretur, *cœnaturionum.* Eſſet enim *cœnaturio* menſarum aſſecla, & Antonii convictor quotidianus. Onomaſticon verbum agnoſcit *Cœnaturio* δειπνησείω; ſed nomen formatum ad faciem Plautinam *Saturionis, Eſurionis;* nam Cœlius verborum antiquorum auceps & architectus audit. *Cœnaturio* ergo erit Antonii σύνδειπνος & συμπότης. Onomaſt. *Cœnaticus*, συμποσιακός. Varro *fratres cibarios* vocat, qui nobis non alio jure, niſi menſæ apparatæ & inſtructæ, bene volunt & intimi ſunt. *Tuus autem* (ait Varro) *ipſe frater cibarius fuit Ariſtoxenus.* Ubi alludit ad notum Græcorum dicterium, ζῇ χύτρα, ζῇ φιλία. Noſtro Idiotiſmo *fratrem cibarium* vocamus, *Freſzbruder, Zechbruder, Tiſchbruder.* Theognis elegantiſſime verſ. 115. 116.

Πολλοί τοι πόσιος καὶ βρώσιός εἰσιν ἑταῖροι,
Ἐν δὲ σπουδαίῳ πράγματι παυρότεροι.

Vertit Gaſp. Barthius:

Multi equidem ad menſas & Bacchum ſtrenue amabunt;
At cum res crepera eſt, unus & alter erunt.

Et Menander. πολλοὶ τραπέζης, οὐκ ἀληθείας, φίλοι. *Pleroſque amicos menſa habet, non veritas.* Herodianus lib. I. cap. 12. τραπέζης κόλακες, ὅσοι τὸ εὔδαιμον γαστρὶ, καὶ ταῖς αἰσχίσταις μετροῦσιν. *Menſarii adulatores, qui ventre atque obſcœnis voluptatibus felicitatem metiuntur.* Tales videtur Claudianus lib. II. in Eutropium. 586. *Ajaces epularum* indigetaſſe.

Tunc Ajax erat Eutropii, lateque fremebat,
Non ſeptem vaſto quatiens umbone juvencos,
Sed quam perpetuis dapibus, pigroque ſedili
Inter anus, interque colos oneraverat alvum.

Tales Heſiodus δειπνολόχους appellat; Latini *cœnipetas*, ſicut *heredipetas.* Martialis *captatores cœnarum*, qui indagine quadam lautitias cœnarum capiunt. Tales Latini etiam *convivas* appellarunt, qui domicœnio nuncium remiſerunt, &, ut Juvenalis ait,

Quibus ſumma boni eſt aliena vivere quadra.

Et venuſte luſit de Scævola Poëta lepidiſſimus:

Scævola tu cœnas apud omnes; nullus apud te;
Alterius ſiccas pocula; nemo tua.

Petronius cap. 33.

Deinde, ut audivi veterem convivam.

Ovidius lib. II. Triſt.

Accius eſſet atrox, conviva Terentius eſſet.

Onomaſticon; *convictor*, ὁμοδίαιτος. Idem; *convivones*, συμπόται: ubi tamen cl. Gebhardus malit, *combibones.* PAREUS.

580. *Ne illud quidem.*] Non ſolum auctoritas *narrationi* prodeſt, ſed reliquis etiam partibus. Certe Fabius in genere *deliberativo* putat multum ad fidem faciendam poſſe auctoritatem, (idem ante & de *proœmio* dixit) quæ non tantum vita acquiritur, ſed & genere orationis, hoc eſt, ſi *narratio* morata eſt cum dignitate. TURNEB. *Neque illud;* V. C. Alm.

581. *Effugienda igitur.*] Præcipua fuit oratoribus antiquis cura, ut artificium & calliditatem tegerent: quod tamen Fabii tempore non obſervabant. TURNEB.

582. *Fictum, nihil ſolicitum.*] Plinius lib. III. Epiſt. 13. *Nec vero affectanda ſunt ſemper elata & excelſa.* Senec. controv. lib. III. præfat. ad filios: *Nihil eſt tam inimicum, quam manifeſta præparatio.* ALMEL.

dantur. Sed hoc pati non poſſumus, & perire artem putamus, [583] niſi appareat; [584] cum deſinat ars eſſe, ſi apparet. Pendemus ex laude, [585] atque hanc laboris noſtri [586] ducimus ſummam. [587] Ita quæ circumſtantibus [588] oſtentare volumus, [589] judicibus prodimus. [590] Eſt & quædam repetita *narratio*, quæ ἐπιδιήγησις dicitur, ſane res [591] declamatoria magis, quam forenſis; [592] ideo autem reperta, ut, quia *narratio* brevis eſſe debet, fuſius & ornatius [593] res poſſet exponi: quod fit vel [594] invidiæ gratia, vel miſerationis. [595] Id raro faciendum judico, neque ſic unquam, ut totus ordo repetatur; licet enim per partes idem conſequi. Cæterum qui uti ἐπιδιηγήσει [596] volet, [597] *narrationis* rem loco ſtringat, & contentus indicare, [598] quid factum ſit, quo ſit modo factum, plenius ſe loco ſuo expoſiturum eſſe promittat. [599] Initium *narrationis* quidam utique faciendum a perſona putant; eamque, ſi noſtra ſit, ornandam; ſi aliena, infamandam ſtatim. Hoc ſane frequentiſſimum eſt; quia perſonæ ſunt, inter quas litigatur. Sed hæ quoque interim cum ſuis [600] accidentibus ponendæ, cum id profuturum eſt; ut, [601] *A. Cluentius* [602] *Avitus fuit pater hujuſce, Judices, homo non ſolum municipii Larinatis, ex quo erat, ſed etiam* [603] *regionis illius & vicinitatis, virtute, exiſtimatione,* [604] *nobilitate facile princeps.* Interim ſine his; ut, [605] *Q. Ligarius cum eſſet.* Frequenter vero & [606] a re; ſicut pro Tullio Cicero, *Fundum habet* [607] *in agro Thurino M. Tullius paternum.* Demoſthenes pro Cteſiphonte, [608] τοῦ γὰρ Φωκαϊκοῦ συστάντος πολέμου. [609] De fine *narrationis* [610] cum his contentio eſt, qui perduci [611] *expoſitionem* volunt eo, unde quæſtio oritur. [612] *His rebus ita geſtis, P. Dolabella prætor* [613] *interdixit, ut eſt conſuetudo,* [614] *de vi hominibus armatis,* [615] *ſine ulla exceptione; tantum*

583. *Niſi appareat.*] *Niſi apparet*; V. C. Alm. & Vallæ, Voſſ. tert.

584. *Cum deſinat ars eſſe.*] Ovid. II. Art. 313.

Si latet, ars prodeſt: affert deprenſa pudorem.

& lib. I. de Art. 463.

Sed lateant vires, nec ſis in fronte diſertus.

ALMELOV.

585. *Atque hanc laboris.*] Horat. Art. Poët. 323.

Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo
Muſa loqui, præter laudem nullius avaris. ALMEL.

Fabii ſenſus eſt: exiſtimamus eo referendum eſſe laborem noſtrum, ut laudemur. CAPPER.

586. *Ducimus ſummam.*] *Dicimus*; V. C. Alm.

587. *Itaque.*] *Que* copulæ a vocalis adſcribatur, ut nomen efficiatur: ita enim eſt legendum, etiamſi exemplaria refragentur. REGIUS. *Itaque cum circumſtantibus*; Ald. *itaque circumſtantibus*; V. C. Alm. Voſſ. tert.

588. *Oſtentare.*] *Oſtentari*; Voſſ prim. tert.

589. *Judicibus prodimus.*] Quiſquis enim credit eum ex arte dicere, quoniam ſibi putat ſtrui inſidias ab artifice, cavet ab aſſentiendo; & huc potius intendit animum, ut obſervet, quam ingenioſe, aut callide dicat, non quam ſalubriter. TURNEB. *Prodimus.*] Ita loquitur Fabius, quaſi narrator ille inconſideratus *cauſſam* ipſam, quam defendit, revera proderet, habito ſaltem ad judices reſpectu. CAPPER.

590. *Eſt & quædam.*] Repetita *narratio eſt*, cum in ipſa *expoſitione* rem breviter perſtringimus, quam poſtea in probatione, amplificationis cauſſa, aut fidei faciendæ, latius explicamus. Raro in veris *cauſſis* contingere ſolet: interdum tamen fit in *declamationibus*. TURNEB. *Eſt quædam*; V. C. Alm.

591. *Declamatoria magis, quam forenſis.*] *Declamationibus*, quæ in ſchola fiunt, magis convenit, quam veris *cauſſis*, quæ in foro aguntur. CAPPER.

592. *Ideo reperta.*] *Ideo autem reperta*; MSS. Joan. Bal. Alm. Andr. Locat. Ald. Gryph. Sich. Baſil. Colin. Vidov. Obrecht.

593. *Res poſſet.*] *Poſſit*; V. C. Alm. Obrecht.

594. *Invidiæ gratia.*] Odii excitandi cauſſa. CAPPER.

595. *Id raro faciendum judico.*] *Judico*, non habet Vallæ liber. *Idem raro*; Ald. Baſil. *id eſt raro faciendum judicio*; V. C. Alm. *id tamen raro faciendum judico*; Colin.

596. *Volet.*] *Nolet.* PITHOEUS. *Nollet*; Voſſ. prim. tert.

597. *Narrationis rem loco.*] Francius conjiciebat, *narrationis loco rem ſtringat.* Nec improbo; eſt enim intelligendum, ut pro *narratione* rem breviter tangat; nam id *ſtringere*, & *perſtringere*, & *ſtrictim dicere*, Ciceroni & aliis. BURMAN.

598. *Quid factum ſit.*] *Quod factis ſit*; V. C. Alm. Obrecht. *Quid facti*; Voſſ. omn. & Bern.

599. *Initium narrationis.*] Sulpitius quoque Victor ita inchoandam *narrationem* putat, ut tamen ponamus initio ὀρθὴν πτῶσιν, id eſt, *rectum caſum*: ſic enim Cicero perſæpe narrat. TURNEB.

600. *Accidentibus.*] Qualitatibus, circumſtantiis, hoc eſt, vitiis & virtutibus, &, ut vulgo loquuntur, *titulis*. TURNEB.

601. *A. Cluentius.*] Simile pro Roſcio Amerino: *Sex. Roſcius pater hujuſce, municeps Amerinus, &c.* Idem. Cicero pro Cluentio cap. 5.

602. *Habitus fuit.*] *Habitus*, non eſt in V. C. Alm. *A. Cluentius Avitus fuit*, edidit cl. Grævius. Vide ſupra.

603. *Regionis illius & vicinitatis.*] *Et illius viſinitatis*; Ald.

604. *Nobilitate princeps.*] *Facile* adſcribatur, ut in Ciceronis pro Cluentio oratione legitur. REGIUS.

605. *Q. Ligarius.*] Similiter pro Milone: *P. Clodius cum ſtatuiſſet omni ſcelere in præturа vexare remp.* TURNEB. Pro Ligario cap. I.

606. *A re.*] Ab ipſa re controverſa, ſeu de qua movetur controverſia; ſupple, faciendum eſt *narrationis* initium. CAPPER.

607. *In agro Tigurino.*] *In agro Turino*; V. C. Alm. Locat. Ald. Baſil Vidov. *Thurino*; Colin. Obrecht. quod verum puto; & ita *Thurinum agrum & pagum*, & *Thurinam regionem*, dixit Sueton. Aug. 2. 3. & 7. Vide fragmenta Ciceronian. oration. in editione Græviana. CAPPER.

608. Τοῦ γὰρ Φωκαϊκοῦ.] Quod ſic Romanus Aquila vertit, ubi *de metaſtaſi* agit: *Cum bellum Phocenſe conflatum eſſet, & non per me; nondum enim ego ad Remp acceſſeram.* TURNEB.

609. *De fine.*] Eſt utile *narrationem* eo perducere, unde oritur controverſia; ut intelligant judices, qua de re pronunciare debeant: tamen non debet ſemper fieri, & tum admonendi judices, quid ſit in controverſia, de quo judicaturi ſint; hac enim ratione oratio fit lucidior, & judices attendunt diligentius ad id, de quo pronunciaturi ſint. Quod ſi quid factum eſt poſt id, de quo quæſtio eſt, id inter argumenta tractari debet. Ne tamen hanc *narrationis* legem exiſtimes, ut narrandum non ſit ultra id, de quo quæſtio eſt, *narratio* pro Sex. Roſcio te docebit. TURNEB.

610. *Cum his contentio eſt, qui.*] *Cum iis contentio, qui*; V. C. Alm.

611. *Expoſitionem.*] Supple rerum, id eſt, *narrationem*, ut ſupra notavi. CAPPER.

612. *His rebus ita.*] Ex oratione Cicer. pro Cæcina cap. 8. TURNEB.

613. *Interdixit.*] Id eſt, dedit *interdictum*. Erant *interdicta* formulæ & conceptiones verborum, quibus Prætor, antequam de rei proprietate cognoſceretur, aliquid fieri jubebat aut prohibebat, cum de rei poſſeſſione inter aliquos contendebatur. Plura vide apud juriſconſultos. CAPPER.

614. *De vi hominibus armatis.*] Hæc vis eſt, quæ dicitur publica, & diſtinguitur a vi privata, quæ fit coactis quidem hominibus, ſed ſine armis. CAPPER.

615. *Sine exceptione.*] Hoc eſt, Prætor dedit interdictum purum & ſimplex, nec addidit hanc exceptionem, *cum Ce-*

[616] *ut, unde dejeciſſet, reſtitueret.* [617] *Reſtituiſſe ſe dixit*, [618] *ſponſio facta eſt: hac* [619] *de ſponſione vobis judicandum eſt.* Id a petitore ſemper fieri poteſt; a defenſore non ſemper.

cina poſſideret; ſed juſſit ſimpliciter & abſolute, ut Æbutius Cæcinam in fundi controverſi poſſeſſionem reſtitueret; ſive Cæcina poſſideret, ſive non poſſideret. CAPPER.

616. *Ut unde dejeciſſet, reſtitueret.*] Cæcinam Æbutius. CAPPER.

617. *Reſtituiſſe ſe dixit.*] *Deinde reſtituiſſe dixit*; And. Voſſ. omn. Locat. Venet. Colon. Gryph. Baſil. Vidov. *deinde reſtituiſſe ſe dixit*; V.C. Alm.

618. *Sponſio facta eſt.*] Sponſio illa eſt controverſia, quæ movetur interjecta ſtipulatione pecuniæ, quam perdat ille, qui judicio vincetur. TURNEB.

619. *De ſponſione.*] In privatis controverſiis, ne qui calumniarentur impune diſcederent, moris erat ut, qui litem intenderet, adverſarium *ſponſione* certæ pecuniæ laceſſeret, ni veram & bonam *cauſſam* haberet ipſe actor: poſtquam actor ſpoponderat, ſtipulabatur reo, ut is quoque *ſponſionem* faceret: qui facta pariter ſua *ſponſione*, reſtipulabatur ab actore. Diſtat *ſponſio* a *ſacramento*, quod ubi *ſacramentum* factum eſſet, pecunia deponebatur in ſacro, & qui *cauſſa* cadebat, ejus pecunia (quæ *ſacramentum* dicebatur) referebatur in ærarium: at in *ſponſione* non deponebatur, ſed interpoſita *ſtipulatione* promittebatur. Hinc agere *ex ſponſo* aut *ex ſponſu*. CAPPER.

CAPUT III.

De egreſſione.

III. ORDINE ipſo *narrationem* ſequitur *confirmatio*. Probanda ſunt enim quæ propter hoc expoſuimus. Sed priuſquam ingrediar hanc partem, pauca mihi de quorumdam opinione dicenda ſunt. [1] Pleriſque moris eſt, [2] prolato rerum ordine, protinus utique in aliquem lætum ac plauſibilem locum, quam maxime poſſint, favorabiliter [3] excurrere. [4] Quod quidem, [5] natum ab oſtentatione declamatoria, jam in forum venit, poſtquam agere *cauſſas* non ad utilitatem litigatorum, ſed ad patronorum jactationem repertum eſt; ne, ſi preſſæ illi (qualis ſæpius deſideratur) *narrationis* gracilitati conjuncta [6] argumentorum pugnacitas fuerit, [7] dilatis diutius dicendi voluptatibus, oratio refrigeſcat. In quo vitium illud eſt, quod ſine diſcrimine *cauſſarum* atque utilitatis, hoc, tanquam ſemper expediat, aut etiam neceſſe ſit, faciunt; [8] eo quod deſumptas ex his partibus, quarum alius erat locus, ſententias [9] in hanc congerunt: ut plurima aut iterum dicenda ſint, [10] aut, quia alieno loco dicta ſunt, dici ſuo non poſſint. [11] Ego autem confiteor, [12] hoc exſpatiandi genus [13] non modo *narrationi* quidem, [14] ſed etiam quæſtionibus, vel univerſis, vel interim ſingulis, [15] opportune poſſe ſubjungi, cum res poſtulat, aut certe permittit; atque eo vel maxime illuſtrari or-

Hujus capitis propoſitio in reprehenſione eorum verſatur, qui ſubjungendas perpetuo *narrationi egreſſiones* ſunt arbitrati. Hac autem de cauſſa *egreſſionem narrationi* ſubjecit, quia ejus ætate oratores poſt *narrationem*, *egreſſionem* factitare ſolebant. Agit autem de *propoſitione* ac *partitione* ante *confirmationem*: quia a nonnullis inter orationis partes numerabantur, quorum opinionem refutavit lib. III. TURNEB.

1. *Pleriſque moris eſt.*] Vide Caſauboni Commentar. ad Perſii Satir. 1. pag. 122. &c. PAREUS.

2. *Prolato rerum.*] *Plato*; V.C. Alm. *perlato*; Voſſ. ſecund. Bern.

3. *Excurrere.*] Vulgo, facere unam *digreſſionem*; quam Fabius in titulo capitis *egreſſionem* vocat. CAPPER.

4. *Quod quidem.*] *Narratio* minime delectat, *confirmatio* nimia contentione & nimio argumentorum acumine judicem fatigat, qui in medio reficiendus videtur aliqua voluptate *egreſſionis*. TURNEB.

5. *Natum ab oſtentatione ad utilitatem litigatorum.*] Verſus, hoc loco librariorum incuria omiſſus, totum obſcurat ſenſum, atque confundit, qui ſane in exemplaribus aliis emendate ſic legitur: *Quod quidem natum ab oſtentatione declamatoria, jam in foro venit, poſtquam agere cauſſas, non ad utilitatem litigatorum*, &c. *venit* autem pro *venditur* eſt accipiendum, aut certe *in forum* legendum. REGIUS. *In foro venit*; Locat. *Ab oſtentatione declamatoria.*] Lege Creſollium Theatr. ſophiſt. pag. 176. CAPPER.

6. *Argumentorum pugnacitas.*] Tertiam orationis partem innuit, cui nomen *probatio*, vel *confirmatio*. Bene Græci ἀγῶνα dicunt, quaſi certamen (forenſe.) CAPPER.

7. *Dilatis diutius dicendi voluptatibus.*] Τὸ *diutius* refertur ad τὸ *dilatis*, non ad τὸ *dicendi*. *Dicendi voluptatibus.*] Illæ dicendi veneres & voluptates occurrunt fere in *egreſſionibus*, ſive *digreſſionibus*, quarum ope (ait Fabius) *in aliquem lætum & plauſibilem locum, quam maxime poſſumus, favorabiliter excurrimus*. CAPPER.

8. *Eo quod deſumptas ex his.*] *Eoque ſumtas*; V. C. Alm. Obrecht. *eoque deſumtas*; MS. Colbert. Locat. Ald. Steph.

9. *In hanc congerunt.*] In hanc partem, cui nomen *egreſſio* ſive *digreſſio*.

10. *Aut quia alia alieno modo.*] Niſi *alia* tollatur, & pro *modo* legatur *loco*, ſenſus minus percipi poteſt; hoc modo, *aut quia alieno loco dicta ſunt*. REGIUS.

11. *Ego autem.*] Reprehenſa ſuperiorum opinione, *egreſſionis* præcepta aggreditur, quæ non ſolum *narrationi* ſubjicitur, ut illi putabant; ſed interdum etiam omnibus quæſtionibus ſimul, interdum ſingulis ſeorſum, ut plures ſint etiam *egreſſiones*. Cicero in *Oratore* luminoſam & actuoſam appellat *egreſſionem*, cujus ſententiam in hac ſua opinione ſecutus videtur Fabius. Nam ſi ea loco apto apponatur in oratione, quando res poſtulat, ſummum adferet nitorem. TURNEB. *Et confiteor*; Obrecht.

12. *Hoc exſpatiandi genus.*] Quod *egreſſio*, vel *digreſſio* vocatur. CAPPER.

13. *Non modo narrationis quidem.*] *Non modo narrationi, ſed etiam*; Obr. Steph.

14. *Sed etiam quæſtionibus.*] Plures enim ſunt in una *cauſſa* quæſtiones, ſive duæ ſint æque principales, ſive una principalis & aliæ acceſſoriæ. Vide ſupra de *ſtatibus* lib. III. cap. 6. CAPPER.

15. *Opportune.*] *Optime*; Voſſ. prim.

narique orationem; ſed ſi cohæret & ſequitur, [16] non ſi per vim cuneatur, &, quæ naturâ juncta erant, diſtrahit. Nihil enim tam eſt conſequens, quam [17] *narrationi probatio*: [18] niſi ſi *excurſus* ille, vel quaſi finis *narrationis*, vel quaſi initium *probationis* eſt. [19] Erit ergo illi nonnunquam locus; ut, ſi [20] *expoſitio* circa finem atrox fuerit, [21] proſequamur eam, velut ſpiritu, erumpente protinus indignatione. Quod tamen ita fieri oportebit, ſi res dubitationem non habebit: alioqui prius eſt, [22] quod objicias, verum efficere, quam magnum; quia [23] criminis invidia pro reo eſt, priuſquam probatur. [24] Difficillima eſt enim graviſſimi cujuſque ſceleris fides. Idem fieri non inutiliter poteſt; [25] ut, ſi merita in adverſarium aliqua expoſueris, in ingratum inveharis; aut, ſi varietatem criminum *narratione* demonſtraveris, quantum [26] ab ea periculum intentetur, oſtendas. [27] Verum hæc breviter omnia. Judex enim, ordine audito, feſtinat ad *probationem*, & quamprimum [28] certus eſſe ſententiæ cupit. Præterea cavendum eſt, ne ipſa *expoſitio* vaneſcat, averſis in aliud animis, & inani mora fatigatis. [29] Sed, ut non ſemper eſt neceſſaria poſt *narrationem* [30] illa procurſio, [31] ita frequenter utilis [32] ante quæſtionem præparatio; utique ſi prima ſpecie minus erit favorabilis, ſi legem [33] aſperam tuebimur, [34] aut *pœnarias actiones* [35] inferemus. Eſt hic locus velut [36] ſequentis *exordii*, [37] ad conciliandum *probationibus* noſtris judicem. [38] Quod quo liberius, hoc & vehementius fieri poteſt, quia judici nota jam *cauſſa* eſt. His igitur velut [39] fomentis, ſi quid erit aſperum, præmolliemus; quo facilius aures judicum, [40] quæ poſt dicturi erimus, admittant, ne [41] jus noſtrum oderint. Nihil enim facile perſuadetur invitis. Quo loco tamen judicis quoque noſcen-

16. *Non ſi per vim cuneatur.*] Elegans eſt *metaphora*, quæ ſignificat vim interpoſitionis, quando *egreſſio* non ſponte ſequitur, ſed per vim erumpit. Ut enim cuneus res alioqui contiguas aut etiam continuas diſtrahit aut dividit; ita *digreſſio*, ſi non in loco adhibita, res optime convenientes & quaſi conſequentes diſterminat. TURNEB. *Cuneatur.*] Per vim quaſi cuneis adigitur. ROLLIN. *Per vim conetur.*] *Conatur* legendum eſt, ne diſſimiles modi copulentur. REGIUS. *Conetur;* MSS. Bodl. Bal. Ven. Locat. Sich. Baſil. *conatur*; Andr. Colon. Vidov. marg. Steph. *uneatur;* V. C. Alm. *cuneatur;* Obr. Steph.

17. *Narrationi probatio.*] *Narrationi probationis vis;* MSS. Joan. Alm.

18. *Niſi ſi excurſus.*] *Etſi excurſus ille;* Locat. Ald. Sich. Gryph. Baſil. Vidov. marg. Steph. *Excurſus ille.*] Παρέκβασις digreſſio. CAPPER.

19. *Erit ergo illi nonnunquam.*] Concludit ſuperiorem locum. Optima autem eſt illa *egreſſio*, quæ a *narrationis* fine exoritur, atque ita procedit, ut *confirmationis* efficiat principium; nam ita præter ornamentum vinculum eſſe videtur duarum partium. Hujuſmodi nullum exemplum accommodatius eſt, quam illud, quod antea citavit Fabius ex orat. Cicer. pro Cluentio, quando in fine *narrationis* digreditur per exclamationem inſectando Saſſiæ libidinem. TURNEB.

20. *Expoſitio.*] Id eſt, *narratio*, ut jam aliquoties annotavi. CAPPER.

21. *Proſequamur.*] *Perſequamur;* Cod. Colbert. Steph. *proſequamur eam velut ſpiritu erumpente;* Locat. Ald. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. certe vocula *velut* aliquid deſiderare videtur proverbialis dictionis. Forte *velut uno ſpiritu erumpente;* qua locutione ſæpe Cicero utitur, ut *de Orat.* 63. ubi *una continuatione verborum, & uno ſpiritu, pronuntiare*, dixit; & *continuo ſpiritu ſonum in longum trahi*, dixit Plin. lib. x. 29. & alter Plinius lib. v. Epiſt. 20. *Mos eſt plerumque Græcorum, ut illis ſit pro copia volubilitas; tam longas, tamque rigidas periodos uno ſpiritu, quaſi torrente, contorquent.* Dicuntur & *uno ſpiritu contineri*, quæ ſunt conjuncta & cohærentia, nec disjuncta, ut Cicero II. de Natura Deorum 7. *Omnia uno divino ac cominuato ſpiritu contineri:* quam locutionem non inelegan ter etiam Paulus JCtus lib. XXIII. §. 5. de R. V. tranſtulit ad ſtatuam, quæ *uno ſpiritu continetur*, id eſt, una ſpecie conſtat. Vide & lib. XXX. ff. de uſurp. & uſuc. & ad Senecæ Epiſt. 102. commentatores. BURMAN.

22 *Quod obiicias, verum.*] Contra artem eſt, antequam probaris, amplificare; præſertim ab actoris parte. Nam reus, antequam ſe non feciſſe probaverit, factum augere poteſt. Sic enim videbitur incredibile, ut fecit Cicero pro Roſcio. TURNEBUS. *Verum efficere.*] Κατασκευάζειν adſtruere, probare, confirmare, demonſtrare argumentis. CAPPER.

23. *Criminis invidia.*] Quod eſt in objecto crimine odioſum vel maxime. CAPPER.

24. *Difficillime.*] Difficillime credimus graviſſimum crimen in quopiam eſſe. TURNEB.

25. *Ut ſi merita.*] *Uti ſi;* Locat. Ald. Gryph. Colin. Voſſ. ſecund. Baſil. Vidov.

26. *Ab ea periculum.*] *Ob ea;* V. C. Almel. Obrecht. Voſſ.

27. *Verum hæc.*] De *egreſſionis* prolixitate ita eſt habendum: ſi in medio alicujus partis eſt, breviſſime debet perſtringi: ſi inter partes aliquas collocatur, aliquanto prolixior eſſe poteſt, ut poſt docebit. TURNEB.

28. *Certus eſſe ſententiæ.*] Quam de *cauſſa* ſit laturus. ROLLIN.

29. *Sed ut non ſemper.*] *Et ut;* V. C. Alm.

30. *Illa procurſio.*] Παρέκβασις; vulgo *digreſſio.* CAPPER.

31. *Ita frequenter.*] Rufinianus *procataſceuen* appellat, qua colorem rei turpi, aut favorem rei aſperæ præparamus. TURNEB. Julii Rufiniani locus eſt in Rhetoribus Pithœanis pag. 36. CAPPER.

32. *Ante quæſtionem.*] Ante quæſtionem principalem, quæ *ſtatus* nomine deſignari ſolet: de *ſtatibus* autem lege quæ Fabius lib. III. cap. 6. ſcripſit. CAPPER.

33. *Aſperam.*] Ut de corpore debitoris dividendo inter creditores. TURNEB.

34. *Aut pœnarias.*] Juriſconſulti quoque ponunt *actiones pecuniarias*, quæ mulctam certæ pecuniæ inferunt; & *pœnales*, quæ ſupplicium corpori irrogant. TURNEB. *Pœnarias actiones.*] Quinctilianus *actiones pœnarias* vocat, quæ a Juriſconſultis *pœnales* vulgo dicuntur. Eæ porro ſunt, quibus *pœnam commiſſam* perſequimur, quibus duntaxat exigitur, ut reus puniatur. Sunt autem odioſæ, quia reo convento damnum afferunt. Igitur molliendæ potius, quam exaſperandæ videntur. CAPPER.

35. *Inferemus.*] *Tuebimur;* V. C. Alm.

36. *Sequentis exordium.*] *Sequens exordium;* MS. Bodl. Andr. *ſequentis exordium;* Steph. Obrecht. qui ſubaudire videntur, *digreſſionis.* CAPPER.

37. *Ad conciliandum.*] *ad conciliandum probationibus noſtris judicem, mitigandum, concitandum;* MSS. Bodl. Bal. Alm. Colbert. Andr. Locat. Ald. Colon. Sich. Gryph. Baſil. Colin. Vidov. Voſſ. ſecund. Sed hæc participia *mitigandum, concitandum*, etſi nihil ſenſui noceant, non videntur neceſſaria, & merum *gloſſema* ſapiunt, cum eorum vis omnis in primo participio τῷ *conciliandum* contineatur; judex enim conciliatur, quando vel mitigatur, vel concitatur pro varia variarum *cauſſarum* conditione, ac ſtatu. CAPPER.

38. *Quod liberius.*] *Quod quo liberius, hoc vehementius fieri poteſt;* MS. Bodl. Obrecht. *quod liberius hic &c.* Colbert. Stephan.

39. *Fomentis.*] Quibus ut medici vulneris dolorem levant. TURNEB.

40. *Quæ poſt dicturi.*] *Quæ propoſituri ſumus;* V. C. Alm.

41. *Jus noſtrum.*] Ne nobis ſint averſi propter juris rigorem. TURNEB.

da natura eſt, juri magis, [42] an æquo ſit appoſitus. Proinde enim magis aut minus erit hoc neceſſarium. Cæterum [43] res eadem & poſt quæſtionem *perorationis* [44] vice fungitur. Hanc partem παρεκβασιν Græci vocant, [45] Latini *egreſſum*, vel *egreſſionem*. Sed hæ ſunt plures, ut dixi, quæ per totam *cauſſam* varios habent *excurſus*; ut, laus hominum locorumque; ut, deſcriptio regionum, expoſitio [46] quarumdam rerum, non ſolum geſtarum, ſed etiam fabuloſarum. Quo ex genere eſt in orationibus [47] contra Verrem compoſitis Siciliæ laus, Proſerpinæ raptus; [48] pro L. Cornelio popularis illa virtutum Cn. Pompeii commemoratio, in quam [49] ille divinus orator, velut nomine ipſo ducis [50] curſus dicendi teneretur, abrupto, quem inchoaverat, ſermone, [51] divertit actutum. Παρέκβασις eſt ([52] ut mea quidem fert opinio) [53] alienæ rei, ſed ad utilitatem *cauſſæ* pertinentis, extra ordinem [54] procurrens tractatio. [55] Quapropter non video, cur hunc ei potiſſimum locum aſſignent, qui rerum ordinem ſequitur; non magis quam illud, [56] cur hoc nomen ita demum proprium putent, [57] ſi aliquid in *digreſſu* ſit exponendum, cum tot modis a recto itinere declinet oratio. Nam quidquid dicitur [58] præter illas quinque, quas fecimus, partes, *egreſſio* eſt; [59] indignatio, miſeratio, invidia, convicium, excuſatio, conciliatio, maledictorum refutatio; ſimilia his, quæ non ſunt [60] in quæſtione, omnis amplificatio, [61] minutio, omne [62] affectus genus; [63] atque ea maxime jucundam, & ornatam faciunt orationem, de luxuria, de avaritia, de religione, [64] de officiis: [65] quæ, cum ſint [66] argumentis ſubjecta ſimilium rerum, quia cohærent, egredi non videntur. Sed plurima ſunt, quæ rebus nihil ſecum [67] cohærentibus inſeruntur, quibus judex reficitur, admonetur, placatur, rogatur, laudatur. Innumerabilia ſunt hæc, quorum [68] alia ſicut præparata afferimus; quædam ex occaſione, vel neceſſitate dicimus, ſi quid nobis agentibus novi accidit, [69] interpellatio, [70] interventus alicujus tumultus. [71] Unde Ci-

42. *An æquo ſit appoſitus.*] Appoſitus eſt *juri*, qui verba legis mordicus retinet, & ſecundum ea judicat: quod ſummum jus & rigor juris dicitur, quæ eſt ſumma injuria interdum. Appoſitus eſt *æquo*, qui naturali interpretatione ac prudentia legis auſteritatem mitigat, & legiſlatoris ſententiam ſequitur. TURNEB. *Juris magis an æquo.*] juri ſtricto τῷ ἀκριβοδικαίῳ, an æquitati naturali τῇ ἐπιεικείᾳ, quæ benigna eſt ſeverioris legis interpretatio. CAPPER.

43. *Res eadem.*] Hic *excurſus*, *egreſſus*; hæc *egreſſio*, *procurſio*, *digreſſio*, παρέκβασις. His enim nominibus eamdem rem Fabius deſignavit. CAPPER.

44. *Vice fungitur.*] *Vicem*; Obrecht.

45. *Latini egreſſum vel egreſſionem.*] Noſtrates *digreſſionem* vulgo appellant. CAPPER.

46. *Quarumdam rerum geſtarum.*] *Non ſolum* integritas ſenſus expoſcit, ut legatur, *non ſolum geſtarum, ſed & fabuloſarum.* REGIUS. *Rerum geſtarum*; Locat.

47. *Contra Verrem compoſitis.*] Nam Cicero duas duntaxat orationes in Verrem dixit: reliquas vero ſcripſit, cum reſpondere non eſſet auſus Verres, ſed exulatum iviſſet. TURNEBUS.

48. *Pro L. Cornelio.*] *Pro C. Cornelio*; MSS. Bodl. Joan. Alm. Andr. Locat. Ald. Sich. Gryph. Colin. Voſſ. Bern. Vidov. *C. Cornelius* in omnibus Ciceronis editionibus vocatur, niſi quod in argumento Aſconii ſemel *L. Cornelius* dicitur.

49. *Ille divinus.*] *Diu immoratur orator*; Ald.

50. *Curſus dicendi.*] *Dicentis*; Voſſ. tert.

51. *Divertit actutum.*] *Ac tantum*; V. C. Alm. *ac totum*; codex Vallæ & marg. Vidov. *revertit. Ac tamen παρ*; Ald. Gryph. Baſil. Vidov. *divertit. Attamen*; Colin. forte *devertit aſtute.* Francius hæc conjungebat hoc modo; *actutum. Eſt autem παρ; divertit*; Steph. *at totum*; Voſſ. ſecund.

52. *Ut mea quidem.*] *Ut quadam*; Voſſ. prim.

53. *Alicujus rei, ſed ad utilitatem.*] Aut illa particula *ſed* redundat, & ſupervacua eſt, aut certe aliquid deeſt. Quare aut loco *alicujus* mihi *alienæ* legendum videtur, vel ſaltem adſcribendum: aut certe illa adverſativa *ſed* eſt eradenda, ut legatur, vel *alicujus alienæ rei ad utilitatem cauſſæ pertinentis*, vel *alicujus rei ad utilitatem cauſſæ pertinentis*; utroque enim modo ſenſus procedet. REGIUS. Significat *digreſſionem* eſſe quidem extra rem, ad rem tamen accommodari. TURNEB. *Alicujus*; V. C. Alm. Locat. Voſſ. prim. tert. Bern.

54. *Excurrens tractatio.*] *Procurrens*; V. C. Alm. Voſſ. Steph. Roign. quam veram puto lectionem. Ita modo dixit, *non ſemper eſt neceſſaria poſt narrationem illa procurſio*; & uſus hujus verbi a re militari venit, ubi *procurrere* dicuntur milites, equi, &c. qui extra ordines currunt. Florus lib. I. cap. 18. *Actum erat, niſi Elephanti, converſo in ſpectaculum bello, procurriſſent.* Juſtin. XIV. 2. *Pugnant* (Parthi) *procurrentibus equis*, id eſt, non turmatim, aut ſervatis ordinibus. Valer. Flac. VI. 697.

Nunc levis infeſto procurrit in agmina curru;
Nunc fuga converſas ſpargit menſita ſagittas.

Ubi plura aliquando dicemus. BURMAN.

55. *Quapropter non video.*] Revertitur ad reprehenſionem; nec enim magis proprius eſt *egreſſionis* locus, qui eſt poſt *narrationem*, quam ullus alius; nec in *expoſitione* ſolum fit digrediendo, ſed multis aliis modis. TURNEB.

56. *Cur hoc ita demum.*] *Cur hoc nomen ita*; V. C. Alm. Locat. Ald. Gryph. Baſil. Colin. Vidov. Voſſ. ſecund.

57. *Si aliquid ſit exponendum.*] Id eſt, narrandum, quaſi ſola in *narratione* locum habeat *egreſſio*, & ſolam *narrationem* ſubſequatur: quod contra Fabius cenſuit. CAPPER.

58. *Præter illas quinque.*] Quæ ſunt, *prooemium*, *narratio*, *probatio*, *refutatio*, *peroratio*. Vide lib. III. cap. 9. CAPPER.

59. *Indignatio, miſeratio, &c.*] Congeriem facit ex his, quæ ſubjiciuntur *digreſſioni*. TURNEB.

60. *In quæſtione.*] Sive principali, quæ *ſtatus* nomen habet, ſive etiam acceſſoria & *incidenti*. CAPPER.

61. *Minutio.*] Deeſt in V. C. Alm. *Minutio.*] Ταπείνωσις, μείωσις, *extenuatio*, *depreſſio*, *&c.* quæ amplificationi opponitur. CAPPER.

62. *Affectus.*] Τῦ πάθυς. *Paſſionem* barbari dicunt. CAPPER.

63. *Atque ea.*] Significat etiam *locos* communes, qui de virtutibus ac vitiis dicuntur, orationemque maxime illuſtrant, in *egreſſionis* nomen cadere. TURNEB. *Ea maxime, quæ jucundam.* ROLLIN.

64. *De officiis.*] *De*, non eſt in V. C. Alm.

65. *Quæ cum ſunt.*] *Sint*; Locat. Ald. Steph. Gryph. Baſil. Colin.

66. *Argumentis ſimilium rerum.*] Ταῖς ὑποθέσεσι. *Subjecta* vocant barbari. CAPPER.

67. *Cohærentibus miſerantur.*] *Inſerantur*, legendum eſſe nemo non videt. REGIUS. *Inſeruntur*; codex Vallæ & Alm. Ald. Steph. Gryph. Baſil. Colin. Vidov. Obrecht. *miſerantur*, pro *miſcentur* forte ſcriptum conjicit Aſcenſius. *Inſeruntur.*] *Inſerantur*; Raphaël Regius & Voſſ. ſecund.

68. *Alia ſic præparata.*] *Sicut præparata*; Locat. Ald. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Vidov. *ſic ut*; Baſil.

69. *Interpellatio intervenientis alicujus.*] Ita quidem legitur; ſed loco illius *intervenientis* fortaſſe *interventus* recte legeretur. REGIUS. *Intervenientis*; Locat. *interpellatio, interventus alicujus, tumultus*; Ald. Baſil.

70. *Interventus alicujus tumultus.*] Ut Cicero pro Rabiria perduellionis reo fecit, concitato in concione tumultu. TURNEB.

71. *Unde quoque Ciceroni.*] *Quoque* particula in tertium lo-

ceroni quoque in *proœmio*, cum [72] diceret pro Milone, [73] digredi fuit neceſſe; ut ipſa oratiuncula, qua uſus eſt, patet. [74] Poterit autem paulo [75] longius exire, qui præparat aliquid ante quæſtionem, & qui finitæ [76] *probationi* velut [77] commendationem adjicit. [78] At, qui ex media erumpit, cito ad id redire debet, unde [79] divertit.

cum videtur transferenda, ut legatur, *unde Ciceroni quoque.* De Pediano autem hoc eſt acceptum, qui in orationem pro Milone refert. REGIUS.

72. *Diceret pro Milone.*] Nam cum Clodiani ſuſtuliſſent clamorem, Ciceroni fuit neceſſe digredi. Hoc autem intelligendum eſt de ea oratione, quam habuit, non quam ſcripſit. TURNEB.

73. *Digredi fuit.*] *Degredi;* V. C. Alm. Voſſ. tert.

74. *Poterit autem.*] *Poteſt autem;* V. C. Alm. Obrecht.

75. *Longius exire.*] Longiorem *digreſſionem* facere. CAPPER.

76. *Probationi.*] *Probationem;* Voſſ. prim.

77. *Commendatio adjicit.*] *Commendationem* legendum eſſe conſtat. REGIUS. *Velut commendationem.*] Laudem quamdam, qua ſuæ *probationis* vim ac robur commendat. CAPPER.

78. *At qui ex media.*] *Atqui ex medio;* Ald. Colin. *Qui ex media.*] Sive quæſtione, ſive *probatione.* CAPPER.

79. *Devertit.*] *Divertit;* Steph.

CAPUT IV.

De propoſitione.

SUNT qui *narrationi propoſitionem* ſubjungant, tanquam partem [1] *judicialis* materiæ: cui opinioni [2] reſpondimus. Mihi autem *propoſitio* videtur [3] omnis *confirmationis* initium, quod non modo in oſtendenda [4] quæſtione principali, ſed nonnunquam etiam in ſingulis argumentis [5] poni ſolet, maximeque in his, quæ [6] ἐπιχειρήματα vocantur. Sed nunc [7] de priore loquimur. [8] Ea non ſemper uti neceſſe eſt. Aliquando enim [9] ſine *propoſitione* quoque * ſatis manifeſtum eſt, quid in quæſtione verſetur: utique ſi *narratio* ibi finem habet, ubi initium quæſtio: [10] adeo ut aliquando ſubjungatur [11] *expoſitioni*, quæ ſolet in argumentis eſſe [12] ſumma collectio: [13] *Hæc, ſicut expoſui,* [14] *ita geſta ſunt, judices: inſidiator* [15] *ſuperatus, vi victa vis, vel potius oppreſſa virtute audacia eſt.* [16] Sed nonnunquam valde utilis eſt, præcipue [17] ubi res defendi non poteſt, * & [18] de * fine quæritur; ut pro eo, qui IV.

Duplex eſt *propoſitio;* altera generalis & totius *cauſſæ*, quæ breviter complectitur id, quod in controverſiam venit, & mox *narrationem* ſequitur, & ſæpiſſime loco etiam *narrationis* ponitur; altera ſpecialis, quæ ſingulis argumentationibus ſolet præponi, ut *ſyllogiſmis*, & *epichirematibus.* TURNEB.

1. *Judicialis materiæ.*] Orationis, quæ verſetur in genere *judiciali.* CAPPER.

2. *Reſpondimus.*] Supra lib. III. cap. 9.

3. *Omnis confirmationis initium.*] Quod negat Voſſius, quem vide lib. III. Inſtitut. Orator. cap. 11.

4. *Quæſtione principali.*] Quæſtio principalis ea eſt, quæ *ſtatum* efficit: de *ſtatibus* vide ſupra lib. III. cap. 6. CAPPER.

5. *Præponi ſolet.*] Etſi quibuſdam recte *præponi* legi videri poteſt, mihi tamen *proponi*, hoc eſt, *propoſitionem* ſolere fieri, legendum eſſe, Fabii elegantia perſuadet. REGIUS. *Præponi;* Locat. *proponi;* MSS. Joan. Colbert Ald. Gryph. & reliqui fere omnes. *Poni ſolet;* V. C. Alm. Steph. Roign.

6. Ἐπιχειρήματα.] *Epichirema* varie quidem interpretatur; ſed, ut ex ſequenti volumine colligitur, pro argumentatione, quæ ex tribus partibus conſtet, *propoſitione*, *aſſumpto*, & *concluſione*, a Fabio accipitur. Semper ergo in *Epichiremate proponi* oportet. REGIUS. *Epichirema*, quod *aggreſſionem* vertit Celſus, Cicero *ratiocinationem*, argumentatio eſt *ſyllogiſtica*, quæ *majore*, *minore*, & *concluſione* conſtat: quanquam Cicero plures ejus facit partes. TURNEB. Vide Cornific. ad Herennium lib. II. cap. 2. Vide & hic lib. V. capp. 10. 14.

7. *De priore.*] De priore ſpecie *propoſitionis*, quæ ſcilicet poni ſolet in oſtendenda, declaranda, & conſtituenda quæſtione principali, cui & *ſtatus* nomen inditur. CAPPER.

8. *Ea non ſemper neceſſaria eſt.*] Fabius ſuperius docuit, nonnunquam eo perduci *expoſitionem*, unde oritur quæſtio: quod cum fit, *propoſitione* non eſt opus. TURNEB. *Ea non ſemper uti neceſſe eſt;* Ven. Locat. Ald. Colon. Sich. Stephan. Vaſc. Gryph. Voſſ. ſecund. Baſil. Colin. Vidov. Obrecht. *Ea ne ſemper quidem uti neceſſe eſt;* Andr.

9. *Sine propoſitione aliqua.*] Non ſolum *propoſitione* eſt legendum, ſed illud *aliqua*, ex ratione compoſitionis, videtur expungendum, ut legamus: *aliquando enim ſine propoſitione quoque.* REGIUS. In cod. Bern. legitur; *ſine propoſitione alia.*

10. *Adeo ut.*] Tantum abeſt ut *propoſitione* ſit ſemper utendum poſt *narrationem*, ut plerumque *epilogis* utamur, & quadam *concluſione*, quæ *propoſitioni* contraria eſt. TURNEB.

11. *Expoſitioni.*] Hoc eſt, *narrationi.* CAPPER.

12. *Summa collectio.*] Ἀνακεφαλαίωσις. PITHOEUS. Vulgo, *recapitulation.*

13. *Hæc ſicut.*] Pro Milone cap. 2.

14. *Ita geſta.*] *Ita* non habet V. C. Alm.

15. *Superatus.*] *Superatus eſt;* Locat. Ald. Gryph. Baſil. Colin. Vidov. Voſſ. tert. Bern.

16. *Sed nonnunquam.*] Docuit antea Fabius, cum factum excuſari non poteſt aut negari, ſed in ſola juris quæſtione conſiſtit, aut in *finitione*, narrandum non eſſe, ſed proponendum: quod & hoc loco aſſerit. TURNEB. *Sed nonnunquam valde utilis eſt.*] *Eſt utile;* Voſſ.

17. *Ubi res defendi non poteſt.*] Res non poteſt defendi tanquam jure facta, idque per *ſtatum qualitatis:* aliunde vero de *facto* convenit. CAPPER.

18. *De fine quæritur.*] Quamvis *de fine* recte legi videatur, tamen, cum in ea *cauſſa*, quam ſubjicit Fabius, non de *fine*, ſed de nomine quæratur, per *definitionem* vero explicetur, pro *fine*, forſitan *nomine* eſt legendum: tametſi omnia exemplaria, quæ viderim, refragentur. Eſt autem *Thema declamatorium* maxime notum. REGIUS. *Et de fine quæritur;* Locat. Par. Vaſc. Steph. *de fine quæritur;* MSS. Bodl. Alm. Andr. Gryph. Obrecht. *de nomine;* Colon. in marg. & Steph. & Vidov. *& de jure quæritur;* Ald. Colon. Baſil. Bern. marg. Steph. *de fine* vero, pro de *definitione*, vel *finitione* accipit Aſcenſius; utrum ſacrilegium, an furtum finiri debeat. Inepta eſt, & Raphaële Regio prorſus indigna ſuperior annotatio; qui enim Latinos Rhetoras manibus triverint, iis facile conſtabit *ſtatum definitivum* promiſcue *finem* & *de nomine* appellari. Apud Græcos etiam ὅρος eſt finis, definitio, *ſtatus definitivus.* Hinc Julius Severianus in Latin. Rhetorib. Pithœan. pag. 307. *Ubi quid*, inquit, *a te factum fateris, & negas eam vim nominis habere, quam adverſarius criminatur, finis eſt.* & pag. 308. *de fine .... in finitivo ſtatu*, &c. hinc in principiis Rhetorices Aurelio Auguſtino tributis ibid. pag. 294. *Altera rationalis eſt quæſtio, quam Hermagoras finem*

[19] pecuniam privatam de templo ſuſtulit, [20] *ſacrilegii agitur:* [21] *De ſacrilegio cognoſcitis*; ut judex intelligat id unum eſſe officii ſui, quærere an id, quod objicitur, ſacrilegium ſit. Item in *cauſſis* obſcuris, [22] aut multiplicibus. [23] Nec ſemper propter hoc ſolum, ut ſit *cauſſa* lucidior, ſed aliquando etiam, ut magis moveat. [24] Movet autem, ſi protinus ſubtexantur aliqua, quæ proſint: [25] *Lex aperte ſcripta eſt, ut peregrinus, qui murum aſcenderit, morte mulctetur: peregrinum te eſſe certum eſt:* [26] *quin aſcenderis murum, non quæritur: quid ſupereſt, niſi ut te puniri oporteat?* Hæc enim *propoſitio* confeſſionem adverſarii premit, & quodammodo judicandi moram tollit, nec indicat [27] quæſtionem, ſed adjuvat. Sunt autem [28] *propoſitiones* & ſimplices, [29] & duplices vel multiplices: quod accidit non uno modo. Nam & plura crimina junguntur; ut, *cum* [30] *Socrates accuſatus eſt, quod corrumperet juventutem, &* [31] *novas ſuperſtitiones* [32] *introduceret.* Et ſingula ex pluribus colliguntur; [33] ut, *cum legatio male geſta objicitur* [34] *Æſchini; quod mentitus ſit, quod nihil ex mandatis fecerit, quod moratus ſit, quod munera acceperit.* [35] Recuſatio quoque plures interim *propoſitiones* habet; ut, [36] contra * petitorem pecuniæ: *Male petis;* [37] *procuratori enim tibi eſſe non licuit; ſed neque illi cujus nomine litigas, habere procuratorem; ſed neque es heres ejus, a quo* [38] *accepiſſe mutuum dicor; nec ipſi debui.* [39] Multiplicari hæ in quantumlibet poſſunt: ſed rem oſtendiſſe ſatis eſt. [40] Hæ ſi ponantur ſingulæ ſubjectis probationibus, [41] plures ſunt *propoſitiones:* [42] ſi conjungantur, [43] in *partitionem* cadunt. [44] Eſt & nuda *propoſitio*; qualis fere [45] in *conjecturalibus:* [46] *Cædis ago, furtum objicio.* Eſt ratione ſubjecta; ut: [47] *Majeſtatem minuit Caius*

vocat; Theodorus περὶ τῆς ἰδιότητος, *id eſt*, de *proprietate*; *quidam*, quid ſit; *nonnulli* περὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑτέρου, id eſt, *de eodem & altero.* Hinc Donato ad Terentii Eunuch. 5. 5. *cauſſa finalis* dicitur, quæ tractanda eſt per *ſtatum definitivum*, an is pro mœcho habendus, qui, &c. Ipſe Fabius definitionem nomine *finis* indicare ſolet, ut lib. v. cap. 10. *Ducuntur argumenta* ex finitione, *ſeu* fine; *nam utroque modo traditur.* lib. II. cap. 15. *Eſt frequentiſſimus* finis Rhetorices, *vis perſuadendi.* CAPPER.

19. *Pecuniam privatam de templo.*] *Pecuniam de templo*; Obrecht.

20. *Sacrilegii agitur.*] Supple, *cauſſa*, judicium, &c. CAPPER.

21. *De ſacrilegio cognoſcitis.*] Id eſt, inquiritis, quæſtionem habetis, judicium ferre debetis. CAPPER.

22. *Aut multiplicibus.*] *Ac*; Steph. Gryph. Baſil. Colin. Vidov.

23. *Nec ſemper.*] Duplex eſt uſus *propoſitionis*; aliquando enim duntaxat docet, de quo quæritur, quæ præcipua hujus cauſſa eſt, ut *cauſſa* ſit dilucidior, quo clarius cognoſcat judex, de quo pronunciaturus ſit; aliquando vero adhibitis argumentis aut affectibus non ſolum docet, ſed etiam impellit. TURNEB.

24. *Movet autem.*] *Propoſitio cauſſæ* nunquam probat, ſed probatur ſemper: *argumentationis* autem *propoſitio* ſemper probat. Itaque hoc loco, quod primum proponetur, *argumentationis* potius eſt *propoſitio*, quam *cauſſæ*. Sed tota hæc *argumentatio*, *propoſitionis* totius *cauſſæ* locum habet, & probat ideo, quoniam eſt *argumentatio.* TURNEB.

25. *Lex aperte.*] Hæc eſt lex ult. ff. de rer. diviſ. hujus exemplum Plutarch. refert in Romulo. ALMELOV. *Lex aperta ſcripta eſt*; Voſſ. ſecund.

26. *Quin adſcenderis.*] *Qui ſi adſcenderis*; Locat. V. C. Alm. Voſſ. ſecund.

27. *Quæſtionem.*] Principalem, cui nomen *ſtatus.* CAPPER.

28. *Propoſitiones ſimplices.*] Pro numero criminum, quæ in *cauſſa* tractantur. TURNEB. *Simplices ſunt, plerumque & duplices*; V. C. Alm. Andr. Obrecht. *ſimplices plerumque & duplices*; Ald.

29. *Et duplices vel multiplices.*] *Et* loco *vel* legendum: multiplices autem ſunt *propoſitiones*, quæ res plures duabus continent. REGIUS.

30. *Socrates.*] Socrates ab Anyto & Melito accuſatus eſt, quod mala inſtitutione juvenes legibus repugnantes efficeret, quodque novas religiones induceret, cum dæmonium ſe habere ferret, ac per canem & per anſerem juraret. TURNEB.

31. *Novas ſuperſtitiones.*] Genios videlicet, ſeu Deos tutelares ac familiares, quorum etiam unum habere ſe jactitabat. Lege Platonicam Socratis apologiam. CAPPER.

32. *Introduceret.*] *Induceret*; Ald. Gryph. Baſil. Vidov.

33. *Ut cum legatio.*] *Ut legatio*; V. C. Alm.

34. *Æſchini.*] Miſſus eſt legatus Æſchines ad Philippum regem Macedoniæ de fœdere percutiendo: poſtea autem accuſatus eſt a Demoſthene. Eſt autem hæc diviſio orationis Demoſthenis, quam habuit de male obita legatione. TURNEB.

35. *Recuſatio.*] Depulſio *criminis* & *actionis.* TURNEB. *Refutatio*; margines Steph. & Gryphii.

36. *Contra petitionem.*] *Petitorem*; Steph. Roign. Voſſ. ſecund.

37. *Procuratori.*] *Procurator eſt*, qui alterius negotia gerit, *cauſſaſque* tuetur: cæterum *procurator* eſſe non poteſt ille, qui infamia notatus eſt. TURNEB. Ex Aſconio Pediano in *Divination. Qui defendit alterum in judicio; aut patronus dicitur, ſi orator eſt; aut advocatus, ſi aut jus ſuggerit, aut præſentiam ſuam commodat amico; aut procurator, ſi negotium ſuſcipit;* [Hottomannus addit, *abſentis*] *aut cognitor, ſi præſentis* cauſſam *novavit, & tuetur ut ſuam.* Hic porro agitur de procuratore actoris, ſeu petitoris. CAPPER.

38. *Accepiſſe mutuam.*] *Mutuum*; Locat. Ald. Gryph. Steph. Baſil. Colin. Vidov. Roign.

39. *Multiplicari.*] Quanquam multiplicare poſſumus *propoſitionum* numerum, tamen illas duntaxat *propoſitiones* ponere debemus, quæ neceſſariæ ſunt, vel ad rei judicationem, vel ad defenſionem. TURNEB.

40. *Hæc.*] *Hæ*; Steph. Roign. Voſſ. ſecund. ſupple, *propoſitiones.*

41. *Plures ſunt.*] *Plures erunt*; Locat. Ald. Steph. Sich. Gryph. Baſil. Colin. Vidov. Roign.

42. *Si conjungantur.*] Si omnes ponantur ſimul *propoſitiones* abſque ſubjectis *probationibus.* CAPPER.

43. *In partitionem cadunt.*] Ex hoc loco atque aliis permultis colligere poſſumus, *propoſitionem* non differre a *diviſione*, niſi quia *propoſitio* ſimplex eſt, *diviſio* autem conjuncta, ſeu multiplex. TURNEB. *Partitionem.*] Quæ Fabio non eſt proprie pars orationis; ſed τῆς *probationis* appendix, aut præparatio. Vide cap. ſeq. CAPPER.

44. *Et eſt nuda.*] *Eſt* verbum in primum locum eſt transferendum, ut legatur: *Eſt & nuda.* REGIUS. *Status conjecturalis* (ut lib. III. oſtendimus) cauſſam non deſiderat: hinc fit ut ſæpenumero illic nuda ſit *expoſitio*: at *ſtatus juridicialis* cauſſam admittit, eoque fit, ut perſæpe ejus *propoſitio* cum ratione ponatur. TURNEB.

45. *In conjecturalibus.*] In *cauſſis conjecturalibus*, ubi de quopiam facto agitur. Vide plura de *ſtatu conjecturali* ad lib. III. cap. 6. & ad lib. VII. cap. 2. CAPPER.

46. *Cædis ago.*] Supple, *actione*, judicio, &c. CAPPER.

47. *Majeſtatem minuit.*] Hoc eſt, læſæ Majeſtatis Tribuniciæ crimen intendo Cornelio. Jam vero Majeſtatem minuere, ſeu lædere dicebatur, qui in populum, rempublicam, magiſtratus, aut in ipſam principis perſonam aliquid committebat ſceleris: quod quidem pluribus modis in jure civili expreſſis fiebat. CAPPER.

Cornelius; *nam* [48] *codicem* [49] *tribunus plebis ipſe pro concione legit.* [50] Præter hæc utimur *propoſitione*, aut noſtra; ut, *Adulterium objicio:* [51] aut adverſarii; ut, [52] *Adulterii mecum agitur:* aut communi; ut, *Inter me & adverſarium quæſtio eſt, uter ſit* [53] *inteſtato propior.* Nonnunquam diverſas quoque [54] conjungimus: [55] *Ego hoc dico: adverſarius hoc.* Habet interim vim *propoſitionis*, etiam ſi per ſe non eſt *propoſitio*; ut, cum, expoſito rerum ordine, ſubjicimus: *De his cognoſcitis*, ut ſit hæc [56] commonitio judicis, quo ſe ad quæſtionem acrius intendat, & [57] quodam velut tactu excitatus finem eſſe *narrationis*, & initium *probationis* intelligat; &, nobis *confirmationem* ingredientibus, ipſe quoque novum quodammodo audiendi ſumat exordium.

48. *Codicem.*] Nam conſuetudo erat, ut lex recitaretur a præcone, præeunte ſcriba: Cornelius autem ipſe pro concione legem recitavit, ideoque perduellionis reum factum Cicero defendit; quæ oratio non extat: ſed quoddam Aſconii in eamdem extat fragmentum, ex quo hic locus illuſtratur. TURNEB. *Nam codicem pro concione legit.*] Et certe, ut iis notum eſt, qui Romanis in rebus non ſunt omnino peregrini, hoc erat in more poſitum, ut magiſtratus, ſive ſenatorius, ſive plebeius, v. g. Tribunus plebis, legem domi primo ſcriberet; deinde in publico per trinundinum poneret; (quod erat *promulgare*, quaſi *provulgare*) poſtea populum convocaret ad comitia: ibi cum legem præco, ſubjiciente ſcriba recitaſſet, ſive legiſſet, tum qui legem promulgarat, populo ſuadebat, ut rogationem illam, ſeu legem acciperet: igitur ipſe Tribunus plebis, Caius Cornelius, codicem, in quo ſuam legem ſcripſerat, legere non debebat, præſertim cum Servilius Globulus Cornelii collega in Tribunatu plebis obſtitiſſet, quominus præco, ſubjiciente ſcriba, verba legis populo recitaret. Igitur Tribuniciam Majeſtatem imminuere viſus eſt ille Cornelius, cum ſuæ legis codicem pro concione legit; etenim, ut ait Aſcon. Pedian. in argumento Tullianæ orat. pro Cornel. *prope tollebatur interceſſio, ſi id Tribunis permitteretur.* CAPPER.

49. *Tribunus plebis ipſe.*] Cum ipſe Caius Cornelius eſſet Tribunus plebis. CAPPER.

50. *Præter hæc.*] *Hoc*; Locat. Ald. Gryph. Baſil. Colin. Vidov.

51. *Aut adverſarii; ut, adulterii mecum agitur.*] Hæc deſunt in V. C. Alm.

52. *Adulterii agitur.*] Supple, *cauſſa*, judicium, &c. CAPPER.

53. *Inteſtato.*] Nam ex gentilibus & agnatis ille, qui propinquior erat, ex lege 12. tabularum inteſtati hereditatem obtinebat. TURNEB. *Inteſtato propior.*] Heres ei propior, qui ſine teſtamento mortuus fuerit. CAPPER.

54. *Jungimus.*] *Conjungimus*; Locat. Ald. Gryph. Baſil. Colin. Steph. Vidov. Roign. Obrecht.

55. *Ego hoc.*] Francius volebat, *ut, ego hoc dico.*

56. *Commonitio judicis.*] *Judicis*, non habet V. C. Alm.

57. *Quodam velut jactu.*] *Tactu excitatus*, eleganter dictum de ea parte orationis, quæ judicis intentionem acuit. *Quodam velut jactu* editio Lugdunenſis, refragantibus omnibus codicibus. GIBSON. *Tactu*; Andr. Locat. Ald. Par. Vaſc. Steph. Voſſ. ſecund. Colin. Roign. Obrecht. & vera hæc eſt lectio: licet multæ editiones *jactu* præferant. Ita ſupra cap. 2. in verbis Cœlii: *Quarum cum omnium voce tactuque oſcitaret.*

CAPUT V.

De Partitione.

V.

[1] PARTITIO eſt noſtrarum, aut adverſarii *propoſitionum*, aut utrumque ordine [2] collata enumeratio. Hac quidam utendum ſemper putant; [3] quod ea & fiat *cauſſa* lucidior, & judex intentior ac docilior, [4] ſi ſcierit, & de quo dicimus, & de quo dicturi [5] poſtea ſumus. [6] Rurſus quidam periculoſum id oratori arbitrantur [7] duabus ex cauſſis; quod nonnunquam & [8] excidere ſoleant, quæ promiſimus; &, ſi qua in partiendo [9] præterierimus, occurrere. Quod quidem nemini [10] accidet, niſi qui plane vel nullo fuerit ingenio, vel [11] ad agendum nihil cogitati præmeditatique detulerit. Alioqui quæ tam manifeſta & [12] lucida eſt ratio, [13] quam rectæ *partitionis*? Sequitur enim naturam ducem: adeo ut memoriæ id maximum ſit auxilium, via dicendi non decedere. [14] Quapropter ne

1. *Partitio.*] *Partitio* & ſpecialius accipitur & generalius; ſpecialius, cum *cauſſæ* capita, de quibus dicturi ſumus, ſimul proponit; generalius, quando ſignificat diſpoſitionem quamdam & ordinem per totam orationem ſparſum: de qua *partitione* ager libr. VII. TURNEB. Vide Cicer. 1. de Invent. 31.

2. *Collata.*] Nam ſi *propoſitiones* illæ non congregarentur, ſed ſeorſum adhibitis *probationibus* ponerentur, non efficerent *partitionem*, ut dixit antea Fabius, ſed *propoſitionem*. TURNEB.

3. *Quod de ea fiat cauſſa.*] *Et* loco *de* præpoſitionis eſſe legendum, facile quæ ſubjiciuntur, oſtendunt. REGIUS. *De ea*; V. C. Alm. Locat. Ald. *quod & ea fiat*; Steph. Gryph. Colin. Vidov.

4. *Si ſcierit.*] *Sciet*; Voſſ.

5. *Poſtea ſumus.*] *Simus*; V. C. Alm.

6. *Rurſus quidam.*] Nonnulli ſunt tam exigua memoria, ut pollicitorum obliviſcantur: quod Cicero notat in Curione oratore, qui perſæpe tribus promiſſis quartum addebat, aut tertii obliviſcebatur. His hominibus periculoſa eſt *partitio*. TURNEB.

7. *Duabus ex cauſſis.*] *Duabus de cauſſis*; MS. Joan. & Voſſ. prim. tert.

8. *Excidere.*] E memoria noſtra: cui rei contrarium eſt, quod mox Fabius ſubjicit *occurrere*: id eſt, ea menti vel memoriæ noſtræ occurrere ſolent eo ipſo temporis puncto, quo *cauſſam* agimus, oramus. CAPPER.

9. *Præterierimus.*] *Præterimus*; V. C. Alm. Voſſ. Bern.

10. *Accidet.*] *Accidit*; Locat. Ald. Steph. Baſil. Colin. Roign. Vidov. Voſſ. ſecund. tert.

11. *Ad agendum.*] *Cauſſas*, ad agendas *cauſſas*, ad orationes in foro habendas. CAPPER.

12. *Lucida eſt ratio.*] *Lucida ut oratio*; V. C. Alm.

13. *Quam rectæ partitionis.*] *Lucida eſt ut oratio, quam recta ſequatur partitione*; Obrecht. ſed in ſecundis curis, *quum recta ſecatur partitione.*

14. *Quapropter ne illos.*] In hac opinione eſt Cornificius, nec ab ea Cicero abhorret, qui tripertita eſt uſus *diviſione* pro Cluentio, pro Muræna, pro Roſcio. Hanc illi ſequuntur rationem, quod major partium multitudo judicis memoriam conturbet. TURNEB.

illos quidem probaverim, qui *partitionem* [15] vetant ultra tres *propoſitiones* extendere. Quæ ſine dubio, ſi nimium ſit multiplex, fugiet memoriam judicis, & turbabit [16] intentionem. Hoc tamen numero velut lege non eſt alliganda, cum poſſit *cauſſa* [17] plures deſiderare. Alia [18] ſunt magis, propter quæ *partitione* [19] non ſemper ſit utendum. [20] Primum, quia pleraque gratiora ſunt, ſi inventa ſubito, nec domo allata, ſed inter dicendum [21] ex re ipſa nata videantur. Unde [22] illa non injucunda ſchemata: *Pene excidit mihi:* &, *Fugerat me:* &, *Recte admones.* Propoſitis enim [23] *probationibus*, omnis in reliquum gratia novitatis [24] præcerpitur. [25] Interim vero etiam fallendus eſt judex, & variis artibus ſubeundus; ut aliud agi, [26] quam quod petimus, putet. Nam eſt nonnunquam dura *propoſitio*, quam judex, ſi [27] providet, [28] non aliter reformidat, quam [29] qui ferrum medici, prius quam curetur, aſpexit. At ſi, re non ante propoſita, [30] ſecurum, ac nulla denuntiatione in ſe converſum, intrarit oratio, efficiet, quod promittenti non crederetur. [31] Interim refugienda non modo [32] diſtinctio [33] quæſtionum eſt, ſed omnino tractatio: [34] affectibus perturbandus, & ab intentione auferendus auditor. [35] Non enim ſolum oratoris eſt docere, ſed plus eloquentia circa movendum valet. Cui rei contraria eſt maxime tenuis illa, & ſcrupuloſe [36] in partes ſectæ diviſionis diligentia, eo tempore, quo [37] cognoſcenti judicium conamur auferre. Quid? quod interim, quæ per ſe levia ſunt & infirma, turba valent? Ideoque congerenda ſunt potius, & [38] velut eruptione pugnandum: quod tamen rarum eſſe debet, & ex neceſſitate demum; [39] cum hoc ipſum, quod diſſimile rationi eſt, coëgerit ratio. Præter hæc in omni *partitione* eſt utique aliquid potentiſſimum, quod cum audivit judex, [40] cætera tanquam ſupervacua gravari ſolet. [41] Ita-

15. *Vetant ultra tres.*] Hoc quidem in Rhetoricis ad Herennium præcipitur; ſed auctorem Fabius non nominat, non taciturus, ſi Ciceronis illud opus putaſſet. REGIUS.

16. *Intentionem.*] Attentionem, mentis applicationem. CAPPER.

17. *Plures.*] Propoſitiones. CAPPER.

18. *Sunt magis.*] Supple, *valida*, *gravia*; id eſt, alia ſunt majoris momenti. CAPPER.

19. *Non ſemper ſit.*] *Non eſt ſemper utendum;* Locat. Ald. Colin. *non ſemper eſt;* Gryph. Baſil.

20. *Primum.*] *Partitio* præmeditationem oratoris judicibus indicat; nec enim fieri poteſt, niſi *cauſſæ* partes diligenter conſideraverimus. Igitur ea nonnunquam eſt abſtinendum. TURNEB.

21. *Eſt re ipſa.*] E propoſitio loco *eſt* verbi reponendum videtur, ut ſit *e re ipſa.* REGIUS. *Ex re ipſa;* Gryph. Stephan. Baſil. & alii, *ex ipſa re;* Obrecht. *e re;* Voſſ. ſecund.

22. *Illa . . . ſchemata.*] Figuræ ſcilicet ſententiarum, de quibus lib. IX. cap. 2. quas autem hoc loco indicat Fabius, eæ referuntur ad figuram, quam ibid. vocat *diſſimulationem artificii*, *negligentiæ confeſſionem*: quæ totidem ſunt *ironiæ* ſpecies. CAPPER.

23. *Probationibus.*] *Propoſitionibus;* Voſſ. tert.

24. *Præcerpitur.*] *Percipitur* in MS. Palatino eſſe notavit Gebh. I. Crep. I. Quem vide, & Heinſ. ad Ovid. Epiſt. XVII. 107. & Valer. Flac. IV. 341.

25. *Interim vero.*] Cum judex eſt fallendus, *partitio* eſt periculoſa. Huc pertinent ea, quæ ſcribuntur a Græcis rhetoribus de *cauſſis figuratis.* TURNEB.

26. *Quam quod petimus.*] *Quam quod nos petimus*; Locat. Ald. Gryph. Baſil. Colin.

27. *Providet.*] *Prævidet*; Ald. Gryph. Colin. *providerit*; Voſſ. prim. tert.

28. *Non aliter reformidat.*] *Præformidat*; Andr. Locat. Ald. Sich. Gryph. Baſil. Colin. Vidov. Voſſ. ſecund. *performidat*; MSS. Bodl. Alm. Voſſ. prim. tert.

29. *Qui ferrum medici.*] Hic Fabius *medicum* chirurgum nominat, tametſi negant medici, chirurgorum artem medicinam: contra, Cicerone, Celſo, cæteriſque bonæ notæ auctoribus aſſerentibus. Porro ex Galeno ferunt, veteres aut ſolo ferro, aut victus ratione curare ſolitos fuiſſe. TURNEB. De ferro medicorum vide Gebhard. lib. I. Crepund. cap. 15.

30. *Securum ac nulla denuntiatione in ſe converſum.*] Supple, judicem.

31. *Interim.*] Huc pertinet illa, quæ dicitur ἀποπλάνησις, qua rem ita involvimus & implicamus, ut, offuſis tenebris deceptoque judice, alio tranſeamus. Hac ratione eſt uſus Cicero pro Cluentio. TURNEB.

32. *Diſtinctio*] Partitio. TURNEB.

33. *Quæſtionum*] Sive principalium, quæ *ſtatum* faciunt, ſive acceſſoriarum & *incidentium.* CAPPER.

34. *Affectibus turbationibus & ab intentione.*] *Eſt* loco *&* copulæ nemo non videt eſſe legendum. REGIUS. *Affectibus turbationibus & ab*; Locat. *affectibus perturbationibus, & ab*; Vidov. Gryph. *affectibus perturbandus, & ab*; Ald. Baſil. Steph. Colin. *affectibus turbandus*; Obrecht. tota hæc locutio tranſlata ex pugna & bello, in quo turbatur adverſarius, qui de ſtatu dejicitur, ut & noſter lib. V. cap. 7. *Turbantur enim & a patronis diverſæ partis inducuntur in laqueum*; & lib. VI. cap. 4. *contra turbantes audendum*: ſic Valer. Flac. IV. 293.

Illum inſperata turbatum fraude, furentemque
Oebalides refugit.

ad quem locum plura dicemus. *Auferre* vero eleganter dicitur, pro de ſtatu mentis dejicere, ut non ſit compos animi & conſilii: quo verbo & mox iterum noſter utitur, & de quo plura Gronov. ad Liv. XXXV. 11 & Heinſ. ad Ovid. Epiſt. XV. 139. BURMAN.

35. *Non enim ſolum oratoris.*] Cicero item cenſet eloquentiam in affectibus regnare; *partitionem* vero ad docendum plurimum, ad dicendum minime valere. TURNEB. *Non ſolum oratoris eſt docere, ſed plus eloquentia circa movendum valet.*] Alludit Quinctilianus ad tria illa, quæ Cicero ab Oratore præſtanda eſſe dicit; 1°. *docere* τοῖς λόγοις argumentis; 2°. *delectare* τοῖς ἤθεσι moribus; 3°. *movere* τοῖς πάθεσι affectibus. CAPPER.

36. *In partes ſectæ.*] *Secta*; Locat. Ald. Vidov. Voſſ. omn.

37. *Cognoſcendi.*] *Cognoſcenti*, loco *cognoſcendi*, legendum eſt. REGIUS. *Cognoſcendi*; V. C. Alm. Locat. Ald. Baſil. Vidov. marg. Steph. Voſſ. omn.

38. *Velut eruptione.*] *Metaphora* eſt ab obſeſſis ducta, qui, cum oppugnantur ab hoſtibus, interdum collecta manu & facta impreſſione hoſtes adoriuntur. TURNEB.

39. *Cum hoc ipſum, quod diſſimile rationi eſt, coegerit ratio.*] Ὅταν τὸ ἄλογον ὁ λόγος αἱρῇ, τὸ ἀμέθοδον ἡ μέθοδος αἰτῇ. Adhibet nunc Fabius figuram, cui nomen ὀξύμωρον: cujuſmodi ſunt illa: *Impietate pia eſt*; *cum tacent, clamant*; *nihil habentes, & omnia poſſidentes*; *multa præter veriſimilitudinem fieri veriſimile eſt.* CAPPER.

40. *Cætera . . . . gravari ſolet.*] Τὸ *gravari*, eſt moleſte ferre, & regit *accuſativum*. Sueton. Auguſt. 72. *Ampla prætoria gravabatur.* Tacit. lib. III. *Sane gravaretur aſpectum civium.* Æneid. x. verſ. 628

——— quid? ſi, quæ voce gravaris,
Mente dares?

Horat. 4. carm. 11.

Pegaſus terrenum equitem gravatus
Bellerophontem. CAPPER.

41. *Itaque ſi plura.*] Cum *partitio* eſt facienda, ut exiſtimat Eraſmus, intueri oportet quaſi *cauſſæ* columnas & præcipua capita, illaque præponere, reliqua vero omittere: alioqui peccabit *partitio*. Igitur cum eſt rerum varietas, illa ſemper uti poſſumus; cum res una, non item. TURNEBUS.

que

que ſi plura vel objicienda ſunt, vel diluenda, & utilis & jucunda *partitio* eſt; [42] ut, quid quaque de re dicturi ſumus, ordine appareat. [43] At ſi unum crimen varie [44] defendemus, ſupervacua; [45] ut ſi ita partiamur: *Dicam non talem eſſe hunc*, [46] *quem tueor, ut in eo credibile videri poſſit homicidium: dicam occidendi cauſſam huic non fuiſſe: dicam hunc eo tempore, quo homo occiſus eſt, trans mare fuiſſe.* Omnia, quæ [47] ante id, quod ultimum eſt, [48] exſequeris, inania videri neceſſe eſt. Feſtinat enim judex ad id, quod [49] potentiſſimum eſt, & velut [50] obligatum promiſſo patronum, ſi eſt patientior, tacitus appellat: ſi vel occupatus, [51] vel in aliqua poteſtate, vel [52] etiam, ſi moribus incompoſitus, cum convicio efflagitat. [53] Itaque non defuerunt, qui Ciceronis illam pro Cluentio *partitionem* improbarent, qua ſe dicturum eſſe promiſit primum; *neminem majoribus criminibus, gravioribus teſtibus in judicium vocatum, quam Oppianicum*; deinde, *præjudicia eſſe facta* [54] *ab iis ipſis judicibus, a quibus condemnatus ſit*; poſtremo, [55] *judicium pecunia tentatum* [56] *non a Cluentio, ſed contra Cluentium*; quia, ſi [57] probari poſſet, quod eſt tertium, nihil neceſſe fuerit dicere priora. Rurſus nemo [58] tam erit aut injuſtus, aut ſtultus, quin eum fateatur [59] optime [60] pro Muræna eſſe partitum: *Intelligo, judices, tres totius accuſationis partes fuiſſe, & earum unam in reprehenſione vitæ, alteram in contentione dignitatis, tertiam in criminibus ambitus eſſe verſatam.* Nam ſic & oſtendit lucidiſſime *cauſſam*, & nihil fecit altero [61] ſupervacuum. [62] De illo quoque genere defenſionis plerique dubitant: *Si occidi, recte feci: ſed non occidi.* Quo enim [63] prius [64] pertinere, ſi [65] ſequens firmum ſit? hæc invicem obſtare, & utroque utentibus, in neutro haberi fidem. Quod ſane in parte verum eſt, & illo ſequenti (ſi modo [66] indubitabile ſit) ſolo utendum. [67] At ſi [68] quid in eo, quod eſt fortius, timebimus, utraque *probatione* nitemur. Alius enim alio moveri ſolet; &, qui factum putavit, juſtum credere poteſt; qui tanquam juſto non move-

42. *Ut quid quaque.*] *Quod quaque*; V. C. Alm. Locat. Baſil. Voſſ. prim. Bern.

43. *Et ſi unum.*] *At* legendum eſſe loco illius copulæ *&*, manifeſte ſenſus oſtendit. REGIUS. *Et ſi*; Locat. *At ſi unum crimen.*] Fabius exiſtimat illas omnes vitioſas eſſe *partitiones*, in quibus membrum aliquod ponitur, quod efficit, ut alia ſint ſupervacua. TURNEB.

44. *Defendemus.*] *Defenderimus*; Locat. Ald. Gryp. Steph. Baſil. Colin. *defendimus*; Vidov. Obrecht. *defenderemus*; Voſſ. prim. tert.

45. *Ut ſi illa partiamur.*] *Ita* legendum eſt, non *illa*; REGIUS. *Ut ſi illa partiamur*; V. C. Alm. Locat. Ald.

46. *Quem tueor.*] *Quem tueor reum*; MSS. Bodl. Bal. Alm. Ald. Colin. Obrecht. margo Baſil.

47. *Antequam id.*] *Ante id*; V. C. Alm. Obrecht. Voſſ. ſecund. Rollin.

48. *Exſequeris.*] *Exequaris*; Locat. Ald. Gryph. Baſil. Vidov. Voſſ. prim.

49. *Potentiſſimum eſt.*] *Eſt* non habet V. C. Alm.

50. *Obligatum promiſſo.*] *Metaphora* eſt ducta a creditoribus, qui ſæpius debitores obligatos interpellant, ab eiſque pecuniam exigunt. TURNEB.

51. *Vel in aliqua poteſtate.*] Si qua in illuſtri dignitate conſtitutus, ſi ad aliquem ſummum honoris gradum evectus. CAPPER.

52. *Etiam ſic moribus.*] *Etiam ſi moribus incompoſitus*; MSS. Bodl. Alm. Gryph. Vidov. Voſſ. ſecund. Obrecht. *etiam ſi ſit moribus incompoſitus*; Locat. Ald. Baſil. Colin. Nos recepimus priorum codicum ſcripturam; nam quam Lugdunenſis editio habet, *ſic moribus compoſitus*, vix Latinam credimus, pro, *ita mores ejus ferant*; ſed *incompoſitus moribus* eſt ferocior, ut ita *componere mores*. Ovid. III. Amor. 370. BURMAN. Stephanæa tamen editio ann. 1542. habet; *vel etiam ſic moribus compoſitus*.

53. *Itaque non defuerunt.*] Nonnulli dupliciter reprehendunt hanc Ciceronis *diviſionem*, & quia ultimum membrum ſuperiora efficit ſupervacua, & quod initio non tam quæſtionum, quam argumentorum capita enumeret. *Partitio* enim, quæ enumerat capita argumentorum, vitioſa eſt: idonea vero, quæ enumerat capita quæſtionum. Plinius tamen omnia in dicendo tentanda putat, quia alius alio movetur: quo genere excuſari Cicero poterit TURNEB.

54. *Ab iis ipſis.*] *Ab ipſis*; V. C. Alm. *ab his ipſis*; Steph. Colin. Vidov.

55. *Judicium pecuniæ.*] *Pecunia* legendum eſſe, ne admonitione quidem dignum eſſe videtur. REGIUS. *Judicium.*] Τὸ πῶς judicum conſilium, judicum conſeſſum, ordinem, &c. CAPPER.

56. *Non a Cluentio.*] *Non pro Cluentio*; V. C. Vall. Voſſ. ſecund. Alm. Colbert. marg. Baſil. & Vidov.

57. *Probari poſſet.*] *Poteſt*; marg. Vidov.

58. *Tam erit aut injuſtus.*] *Erit injuſtus*; V. C. Alm. *erit tam aut injuſtus*; Locat. Ald. Gryph. Baſil. Colin. Vidov.

59. *Optime partitum.*] Optime uſum fuiſſe illa orationis non quidem parte, ſed appendice, & acceſſoria particula, quæ a Rhetoribus *partitio* appellatur. CAPPER.

60. *Pro Muræna.*] Cap. 5.

61. *Supervacuam.*] *Supervacuum*; Locat. Ald. Gryph. Stephan. Baſil. Colin. Vidov. Obrecht. Voſſ. ſecund. tert.

62. *De illo quoque genere.*] Hujuſmodi genus defenſionis κατ᾽ ἔνστασιν καὶ ἀντιπαράστασιν Græci vocant. Apud nos, quod ſciam, nomen non habet: *per inficiationem & obſiſtentiam* quidam appellant. Interdum autem ἔνστασις, interdum præponitur ἀντιπαράστασις. REGIUS. Genus hoc defenſionis κατ᾽ ἔνστασιν & ἀντιπαράστασιν vocatur, conjunctaque defenſio videtur eſſe, duorumque *ſtatuum, qualitatis, & conjecturæ*, atque ideo improbari, quod altera alteri officiat, quæ admodum Græcis placet, fitque per *inficiationem & obſiſtentiam*: tamen hac in re, quo ſit ordine utendum, intueri oportet; priorne *obſiſtentia*, an poſterior collocari debeat. TURNEB. Georgius Trapezuntinus, natione Græcus, in ſuis Rhetoricis hoc præter cætera peccavit, quod, cum Hermogenianam Rhetoricam e Græco in Romanum ſermonem verteret, nec Latinos Rhetoras ſatis noſſet, Latina quædam vocabula, vel recens finxerit, vel novo ſaltem ſenſu tentaverit uſurpare. Sic Hermogenis ἔνστασιν & ἀντιπαράστασιν *inficiationem & obſiſtentiam* interpretatus eſt; atque hanc ipſius interpretationem κατὰ πόδα ſecuti ſunt Raphael Regius, Turnebianus, &c. qui ſane longe melius tum ſibi, tum ſuis lectoribus conſuluiſſent, ſi Latinorum Rhetorum ſcrinia diligenter compilaſſent, & imprimis Oratorias Sulpitii Victoris Inſtitutiones. Nam vetus hic Rhetorices magiſter pagg. 266. 267. Rhetor. Pithœanor. τὴν Hermogenis ἔνστασιν *negationem* vocat, & ἀντιπαράστασιν *oppoſitum*: quibus quidem vocabulis uti longe ſatius eſt, quam cum Trapezuntino *inficiationem & obſiſtentiam* dicere. CAPPER.

63. *Prius.*] Τὸ *ſi occidi, recte feci*. CAPPER.

64. *Pertinere ... hæc invicem obſtare ... in neutro haberi fidem.*] Supple, dixerit quis, nec ſane immerito. CAPPER.

65. *Sequens ... & illo ſequenti.*] Intellige τὸ, *ſed non occidi*. CAPPER.

66. *Indubitabile ſit, ſolo.*] *Indubitabile ſit, eſt ſolo*; Locat. *indubitabile eſt, ſit ſolo*; Ald. Colin

67. *At ſi quid.*] *Ac ſi quid*; V. C. Alm.

68. *Quid eo, quod eſt fortius.*] *In* præpoſitio adſcribenda videtur, ut *in eo*, legatur. REGIUS. *Si quid eo*; Locat.

bitur, factum fortaſſe non credet. [69] Ut certa manus uno telo poſſit eſſe contenta, [70] incertæ plura ſpargenda ſunt, ut ſit & fortunæ locus. [71] Egregie vero Cicero pro Milone inſidiatorem [72] primo Clodium oſtendit: [73] tum addit ex abundanti, etiam ſi id non fuiſſet, talem tamen civem cum ſumma virtute interfectoris & gloria necari potuiſſe. Neque illum tamen ordinem, de quo prius dixi, damnaverim; quia quædam, [74] etiamſi ipſa ſunt dura, in id tamen valent, ut ea molliant, [75] quæ ſequuntur. Nec omnino [76] ſine ratione eſt, quod vulgo dicitur: [77] *Iniquum petendum, ut æquum feras.* Quod tamen nemo ſic accipiat, [78] ut omnia credat audenda. Recte enim Græci præcipiunt: *Non tentanda, quæ effici omnino* [79] *non poſſunt.* Sed quoties hac, de qua loquor, duplici defenſione utemur, id laborandum eſt, [80] ut in illam partem ſequentem fides ex priore ducatur. Poteſt enim videri, qui tuto etiam confeſſurus fuit, mentiendi cauſſam in negando non habere. Et illud utique faciendum eſt, ut, quoties ſuſpicabimur [81] a judice aliam *probationem* deſiderari, quam [82] de qua loquimur, promittamus nos plene & ſtatim de eo ſatis eſſe facturos; præcipueque, [83] ſi de pudore agitur. [84] Frequenter autem accidit, ut *cauſſa* parum verecunda jure tuta ſit: de quo ne inviti judices audiant [85] & averſi, frequentius ſunt admonendi, ſecuturam defenſionem probitatis ac dignitatis: exſpectent paulum, & agi ordine ſinant. Quædam interim nos & invitis litigatoribus ſimulandum eſt dicere: quod [86] Cicero pro Cluentio facit [87] circa judiciariam legem. Nonnunquam, [88] quaſi interpellemur [89] ab his, ſubſiſtere. [90] Sæpe avertenda ad ipſos oratio. Hortandi, ut ſinant nos uti noſtro conſilio. Ita ſurrepetur animo judicis; &, dum ſperat *probationem* pudoris, aſperioribus illis minus repugnabit. Quæ cum receperit, etiam verecundiæ defenſioni facilior erit. Sic utraque res invicem juvabit, eritque judex circa jus noſtrum [91] ſpe modeſtiæ attentior, [92] circa modeſtiam juris *probatione* proclivior. Sed ut non ſemper neceſſaria, [93] aut etiam ſupervacua *partitio* eſt, ita opportune ad-

69. *Ut certa manus.*] *A ſimilitudine* probat, ducta a jaculatoribus, qui, ſi periti ſunt, uno ſtatim telo collineant; ſi imperiti, quanquam non uno, ſaltem pluribus. *Certa* autem *manus*, quæ nunquam aberrat a ſcopo; contra *incerta*. TURNEB.

70. *Incertæ plura.*] *Incerta*; V. C. Alm. Vall. & Voſſ. De voce *certus* in hac re vide Heinſ. ad Claudian. Conſ. Prob. 187. & ad Ovid. Remed. 112.

71. *Egregie vero.*] Ordo eſt alius, quam in ſuperiori partitione; illic enim prior erat *obſiſtentia*, poſterior *inficiatio*; hic vice verſa. TURNEB.

72. *Primo Clodium.*] *Primum*; V. C. Alm.

73. *Tum addit ex abundanti.*] Infra lib. v. cap. 6. *Adjicit ex abundanti.* Sic loquuntur Seneca, Cyprianus & alii, quorum teſtimonia congeſſit V. C. Deſiderius Heraldus ad Tertull. Apolog. pag. 89. & ſeq. Græci dicunt ἐκ περιουσίας. COLOMES.

74. *Etiamſi ipſa.*] *Et ſi*; Locat. Ald. Gryph. Baſil. Voſſ. prim. Colin. Vidov. *ſi ipſa ſint dura*; V. C. Alm. *Etiamſi ſint dura.*] Stephan. edit. 1542.

75. *Quæ ſequuntur.*] *ſequentur*; Cod. Bern.

76. *Sine ratione eſt, id quod.*] *Sine ratione eſt, quod vulgo*; V. C. Alm. Obrecht.

77. *Iniquum petendum.*] Eraſmus putat ductum eſſe a mercatoribus, qui pluris merces ſuas indicant, ut juſtum tandem precium ferant. TURNEB.

78. *Ut omnia credat audenda.*] V. C. Alm. & Obrecht. *audendum*, quod minime rejiciendum. Vide præter reliquos Gronov. 1. Obſ. 7.

79. *Non poſſunt.*] *Non poſſint*; V. C. Alm.

80. *Ut in illam partem*] Quando duplici utimur defenſione, & primo movemus *qualitatem*, deinde *conjecturam*, ea cautio adhibenda eſt, ut ex *qualitate* ducatur fides in *conjecturam*; hoc eſt, ut confeſſio, qua utimur in *qualitate*, det fidem negationi, qua utimur in *conjectura*. TURNEB.

81. *A judice aliam.*] *Judici aliam*; V. C. Alm.

82. *De qua loquimur.*] *De quo*; Locatel. Ald. Colin.

83. *Si de pudore agitur.*] Si *cauſſa* per ſe parum honeſta eſt & verecunda, ut ipſe Fabius ait paulo infra. ROLLIN.

84. *Frequenter autem.*] Juſta interdum videtur *cauſſa*, quæ tamen turpis eſt; ut ſi quis in fornice aggreſſorem interfecerit. TURNEB.

85. *Et averſi.*] *Et adverſi*; Locat. Ald. Steph. Gryph. Baſil. Colin. Vidov. Voſſ.

86. *Cicero pro Cluentio.*] Cicero pro Cluentio aſſerit Cluentium ipſum, corrupti judicii accuſatum, beneficio legis nolle defendi, his verbis cap. 52. *Quid ergo eſt?* &c. REGIUS. Ex *Sempronia lege de judiciis*, ſolum accuſari poterant illi judiciorum corruptores, qui ex ſenatorio eſſent ordine, cum ea lege equites non tenerentur. Illa lege defendere volebat Cluentium Cicero: Cluentius tamen nolebat: quanquam ea quoque eſt uſus Cicero contra Cluentii voluntatem. TURNEB.

87. *Circa judiciariam legem.*] Lex judiciaria generatim ea eſt, quæ judicum ordinem, numerum, conditionem & officia præſcribit. Sic Aſconius Pedianus ad illud Ciceronis in Piſonem: *Ecquid ſentis lege* judiciaria *lata, quos poſthac judices ſimus habituri?* hæc notat: *Legem judiciariam ante aliquot annos, quibus temporibus accuſatus eſt Verres, tulit Aurelius Cotta Prætor, qua communicata ſunt judicia Senatui & Equitibus Romanis & Tribunis Ærarii: deinde Pompeius in conſulatu ſecundo promulgavit, ut ampliſſimo ex cenſu ex centuriis, aliter quam antea lecti judices, æque tamen ex tribus illis ordinibus res judicarent.* Sed de his legibus hoc loco non agitur. Alludit Fabius ad legem Semproniam de judicum officio & integritate: cujus legis capita quædam refert Cicero pro Cluent. num. 144. 145. 148. 149. 156. 157. ſcilicet Sempronia lex a Caio Sempronio Graccho lata erat ad hunc fere modum: *De ejus capite quærito, qui venenum malum fecit, fecerit; emit, emerit; vendidit, vendiderit: deque ejus capite quærito, qui in ſenatu ſententiam dixit, dixerit; qui Tribuni militum; quive Quæſtores, Tribuni plebis, &c. qui eorum coiit, coierit; falſumve teſtimonium dixit, dixerit; quo quis judicio publico condemnaretur....* coire autem dicuntur, qui conſcii ſunt, & pecunia, vel conſilio impellunt, aut certe adjuvant judices, ut reum condemnent; ut qui judices corrumpunt. Hæc porro lex eſt judiciaria, qua Cluentium non teneri contendit illic Cicero, quia Cluentius nec Senator eſſet, nec Magiſtratus: hoc tamen Tullius dicit ex abundanti, quia & aliter Cluentium defenderat. Ideo, ait Fabius, ſimulat Cicero invitis litigatoribus hæc ſe dicere, invito ipſomet Cluentio, qui hac ratione defendi nolebat: *ille*, inquit, *me orare cœpit, ne ſe hac lege defenderem*, &c. num. 144. 145. CAPPER.

88. *Quaſi interpellemur ab his .... avertenda ad ipſos.*] Ipſos intellige litigatores, quorum *cauſſam* agimus. CAPPER.

89. *Ab his ſubſiſtere.*] *Ab iis*; Obrecht. *Subſiſtere.*] Simulandum eſt nos ſubſiſtere, quaſi a noſtris clientibus interpellemur. CAPPER.

90. *Sæpe avertenda.*] *Convertenda*; MS. Bodl. Andr. Obrecht. *advertenda*; Locat. Ald. Steph. Gryph. Baſil. Colin. *Avertenda oratio.*] Per figuram, cui nomen *apoſtrophe*. CAPPER.

91. *Spe modeſtiæ.*] Supple, *noſtra*. CAPPER.

92. *Circa modeſtiam.*] Supple, *noſtram*. CAPPER.

93. *Aut etiam ſupervacua.*] *Aut utilis etiam*; V. C. Alm. & Argent. Obrecht.

hibita plurimum orationi lucis & gratiæ confert. Neque enim id ſolum efficit, ut clariora fiant, quæ dicuntur, rebus velut ex turba extractis, & in conſpectu judicum poſitis; ſed reficit quoque audientem certo [94] ſingularum partium fine; [95] non aliter quam facientibus iter multum detrahunt fatigationis [96] notata inſcriptis lapidibus ſpatia. Nam & [97] exhauſti laboris noſſe menſuram voluptati eſt, & hortatur ad reliqua fortius exſequenda, ſcire quantum ſuperſit. Nihil enim longum videri neceſſe eſt, in quo, quid ultimum ſit, certum eſt. Nec immerito multum ex diligentia partiendi tulit laudis [98] Quintus Hortenſius: cujus tamen diviſionem in digitos diductam, nonnunquam Cicero leviter eludit. [99] Nam eſt certus ſuus modus, [100] & evitanda, ut quæ [101] maxime, conciſa nimium & velut articuloſa *partitio*. [102] Nam & auctoritati plurimum detrahunt minuta illa, nec jam membra, ſed fruſta; & hujus gloriæ cupidi, quo ſubtilius & copioſius diviſiſſe videantur, & ſupervacua aſſumunt, &, quæ natura ſingularia ſunt, ſecant; [103] nec tam plura faciunt, quam minora; deinde, cum fecerunt mille particulas, in eamdem incidunt obſcuritatem, contra quam *partitio* inventa eſt. [104] Diviſa & ſimplex *propoſitio* quoties utiliter [105] haberi poteſt, primum eſſe debet aperta atque lucida, (nam quid ſit turpius, quam id eſſe obſcurum ipſum, quod in eum ſolum adhibetur uſum, ne ſint cætera obſcura?) tum brevis, nec ullo ſupervacuo onerata verbo. Non enim [106] quid dicamus, ſed de quo [107] dicturi ſimus, oſtendimus. Obtinendum etiam, ne quid in ea deſit, ne quid ſuperſit. Supereſt autem ſic fere, cum aut in ſpecies partimur, [108] quod in genera partiri ſit ſatis; aut, genere poſito, ſubjicitur ſpecies; [109] ut, *Dicam de virtute, juſtitia*, [110] *continentia*; cum *juſtitia* atque *continentia* virtutis ſint ſpecies. [111] *Partitio* prima eſt; quid ſit, de quo

94. *Singularum.*] *Singularium;* Voſſ. ſecund.

95. *Non aliter quam.*] Milliaria olim lapidibus notabant: unde apud hiſtoricos legimus, *ad primum ab urbe lapidem, ſecundum, tertium.* Illic quoque ponebantur Mercurii ſtatuæ, quæ ſpatia diſcriminabant, & vias indicabant. TURNEB. Ex Fabio forte Rutilius Numatianus Itinerarii lib. II.

Intervalla viæ feſſis præſtare videtur,
Qui notat inſcriptus millia crebra lapis. COLOMES.

96. *Notata inſcriptis.*] *In ſcriptis:* Steph. Roign.

97. *Exhauſti laboris.*] *Exhauſtis laboribus;* MS. Bodl. Locat. Ald. Sich. Baſil. margo Vidov. Voſſ. prim. tert. Bern.

98. *Q. Hortenſius.*] Hujus diligentiam in partiendo eludit Cicer. Act. I. in Verrem; item in oratione pro Quintio. TURNEB.

99. *Nam eſt certus ſuus modus.*] Sic quidem plerique recte legi videtur; ſed forſan non *ſuus*, ſed *ejus* emendare legeretur. REGIUS. *Nam eſt certus ſuus modus;* Locat. Ald. Voſſ. prim. tert. Bern. *nam eſt certus ſui modus;* Baſil. *nam eſt ſuus & in geſtu modus;* codex Vallæ, Voſſ. ſecund. Alm. & Argent. Obrechti, qui ita edi curavit; & Aſcenſius male rejecit, quia ſcil. hic non de geſtu agitur; cum certe diviſio illa in digitos diducta geſtum indecorum videbatur facere. Gebh. I. Crepund. 12. ex MSS. Palat. *nam eſt ſuus certus modus;* edit. Stephan. 1542. habet, *eſt certus ejus modus.*

100. *Et evitanda.*] *Vitanda;* V. C. Alm. Argent. Obrecht.

101. *Maxime.*] *Ut quæ maxime;* editiones Obrechti & Stephani.

102. *Nam & auctoritati plurimum detrahunt multa, illa non membra, ſed fruſta.*] MS. Palat. in textu; *Munita.* Superſcriptum; *minuta illa non m.* rectiſſime. Λεπτομερίζειν Græci dicunt. Fabius lib. III. cap. XI. *Simplicius autem inſtituenti non eſt neceſſe per tam minutas rerum particulas rationem docendi concidere.* Ibid. *Nec corpus orationis in parva momenta diducendo conſumet.* Ibid. lib. IV. cap. 5. *Tenuis illa & ſcrupuloſe in partes ſecta diviſionis diligentia.* Ibid. *Cujus* (Hortenſii) *tamen diviſionem in digitos diductam nonnunquam Cicero leviter eludit. Nam eſt ſuus certus modus, & evitanda, ut quam maxime, conciſa nimium & velut articuloſa partitio.* Lib. V. cap. 2. *Scio quoſdam inani diligentia per minutiſſimas iſtas partes ſecuiſſe.* Sic Cicero Tuſcul. IV. cap. 5. *Spinæ partiendi.* Iterum Fabius lib. VIII. cap. 5. *Unde ſoluta fere oratio, & e ſingulis non membris, ſed fruſtis collata ſtructura caret, cum illa rotunda & undique circumciſa inſiſtere invicem nequeant.* Lib. IX. cap. 4. *Ubicumque acriter erit, & inſtanter pugnaciterque dicendum, membratim caſimque dicemus.* Idem lib. II. cap. 1. *Argumenta diducet in digitos.* Ibid. cap. 3. *In digitos argumenta digerimus.* Lib. XII. cap. 2. de Dialectica. *Si totum ſibi vindicaverit in foro certamen, obſtabit melioribus, & ſectas ad tenuitatem ſuam vires ipſa ſubtilitate conſumet.* GEBHARD. Crepund. lib. II. cap. 3. pag. 65. *Minuta illa, nec jam membra;* V. C. Alm. Locat. Ald. Gryph. Baſil. Steph. Colin. Voſſ. ſecund. Vidov. Obrecht. *multa illa non membra;* Lugdun. Editio.

103. *Nec tamen plura.*] *Tam* legendum eſſe, particula *quam* aperte declarat. REGIUS.

104. *Diviſa & ſimplex.*] Cum de *partitione* & *diviſione* Fabius hoc loco præcipiat, *diviſio* fortaſſis pro illo participio *diviſa*, ac *ut*, loco illius & copulæ, recte legeretur hoc modo: *diviſio ut ſimplex propoſitio;* præcipit enim Fabius *diviſionem*, ut ſimplicem *propoſitionem*, apertam dilucidamque eſſe debere: duas autem *diviſionis* partes Fabius exponit, quas artium ſcriptores *ſejunctionem* vocant, & *diſtributionem; ſejunctio* eſt enim, per quam exponimus, quid nobis cum adverſariis conveniat, quid in controverſia relinquatur; ut in *cauſſa* Oreſtis accuſator ita partitur; interfectam eſſe matrem ab Oreſte, convenit mihi cum adverſariis; jure-ne interfecerit, & licuerit-ne facere, id in controverſia eſt: *diſtributio* vero eſt, qua exponimus, quibus de rebus dicturi ſumus. Hanc in duas partes dividunt, *expoſitionem*, & *enumerationem*; ut ſit *expoſitio* ſine numero, *enumeratio* vero, qua numero exponimus, quot de rebus dicturi ſumus: *diſtributio* autem omnis res habere tres debet, brevitatem, abſolutionem, paucitatem. Brevitas eſt, quæ facit, ut nullum niſi neceſſarium verbum aſſumatur. Abſolutio eſt, quæ facit, ut omnia, quæ in *cauſſam* incidunt, genera comprehendantur. Paucitas eſt, quæ facit, ut genera ſola rerum, de quibus dicturi ſumus, complectamur. Nec video, quodnam commodius exemplum ad hæc omnia poſſit afferri, quam Ciceronis pro Lege Manilia: *Primum*, inquit, *mihi videtur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de Imperatore deligendo eſſe dicendum.* REGIUS. *Partitio* debet eſſe brevis, abſoluta, paucas habere debet partes: addit Fabius perſpicuitatem. TURNEB. *Diviſio & ſimplex propoſitio;* Ald. Sich. Gryph. Baſil. Vidov. Vaſc. & Steph. in marg. *& diviſa & ſimplex;* V. C. Alm. marg. Gryph. Baſil.

105. *Haberi poteſt.*] *Adhiberi poteſt;* editio Obrecht. Stephan. & cod. Bern.

106. *De quo dicamus.*] *Quid dicamus*, emendate in quibuſdam legitur exemplaribus. REGIUS. *Quid dicamus;* MSS. Bodl. Alm. Andr. Ald. Vaſc. Steph. Gryph. Baſil. Colin. *de quo dicimus;* Locat. marg. Vidov.

107. *Dicturi ſimus.*] *Dicturi ſumus;* V. C. Alm. Voſſ. Obrecht.

108. *Quod in genere.*] *In genera* ut legatur, Grammatices ratio expoſcit; ut enim in ſpecies, ita *in genera* recte quid partiri dicimus: nam Cicero, quæ pro Lege Manilia dicturus erat, in *genera* diviſit, ut paulo ante dixi: ea vero *genera* in *ſpecies* deinde partitus eſt. REGIUS.

109. *Ut ſi dicam.*] *Si* particula, ut redundans ſenſumque perturbans, videtur eradenda. REGIUS. *Ut ſi dicam;* V. C. Alm. Locat. Ald. Obrecht.

110. *Continentia.*] Hoc eſt, *temperantia;* ut nunc loquimur. CAPPER.

111. *Partitio prima eſt.*] Depravatus mihi quidem videtur hic ſenſus; cur enim illa ſit prima *partitio*, cum neque ſecun-

conveniat; quid, de quo ambigatur. In eo, quod convenit; quid adverſarius fateatur, quid nos: in eo, de quo ambigitur; [112] quæ dicturi ſimus, quæ noſtræ *propoſitiones*, quæ partis adverſæ. [113] Turpiſſimum vero eſt, non eo [114] ordine exſequi, quo quidque [115] propoſueris.

da ſit, neque tertia. Quare pro *prima* forſitan *proponit*, vel *promit* recte legeretur. REGIUS. Finis hujuſce capitis deſumptus eſt ex libro primo Ciceronis *de Inventione*: eſt autem hæc altera ſpecies *partitionis*. TURNEB. *Partitio proponit, quid ſit*; Ald. Sich. Par. Vaſc. Steph. Gryph. Baſil. Vidov. *partitio prima eſt, quid ſit, de quo ambigatur*; Gibſ. Edit.

112. *Quæ dicturi ſimus.*] *Sumus*; V. C. Alm. Obrecht.

113. *Turpiſſimum vero eſt, non eo ordine exequi, &c.*] Vide Voſſium Inſtitut. Orator. lib. III. cap. 4. Τὸ *eſt*, non habet Obrecht.

114. *Eo ordine.*] *Eodem ordine*; Obrecht.

115. *Propoſueris.*] *Propoſuerimus*; Locat.

M. FAB. QUINCTILIANI
DE
INSTITUTIONE
ORATORIA
LIBER QUINTUS.
PROOEMIUM.

[1] FUERUNT & clari quidem auctores, [2] quibus ſolum videretur oratoris officium, docere. Namque & [3] affectus duplici ratione excludendos [4] putabant; [5] primum, quia vitium eſſet omnis [6] animi perturbatio; deinde, [7] quia judicem [8] a veritate depelli [9] miſericordia, vel ira, ſimilibuſque, non oporteret; [10] & voluptatem audientium petere, cum vincendi tantum gratia diceretur, non modo [11] agenti ſupervacuum, ſed vix etiam viro dignum [12] arbitrabantur. [13] Plures vero, qui nec ab illis ſine dubio [14] partibus [15] rationem orandi ſummoverent, hoc tamen proprium atque præcipuum crederent opus, ſua confirmare, &, [16] quæ ex adverſo proponerentur, refutare. Utrumcumque eſt, (nec enim hoc loco meam interpono ſententiam) hic erit liber illorum opinione maxime neceſſarius, [17] quo toto [18] hæc ſola tractantur: quibus ſane & ea, quæ de *judicialibus cauſſis* jam dicta ſunt, ſerviunt.

Initio docet perneceſſariam eſſe oratoribus *probationem*, quæ in duas diducitur partes, *confirmationem* & *refutationem*: demum, ex Ariſtotelis ſententia, *probationes* dividit in *artificiales* & *inartificiales*. TURNEB.

1. *Fuerunt & clari.*] Inter quos potiſſimum eſt Ariſt. 1. Rhetoric. cum ait, Διαβολὴ γὰρ καὶ ἔλεος, καὶ ὀργὴ, καὶ τὰ τοιαῦτα πάθη τῆς ψυχῆς, οὐ περὶ τοῦ πράγματός ἐστιν, ἀλλὰ πρὸς τὸν δικαστήν, & cætera quæ ſequuntur; de his plura lib. VI. cap. 1. TURNEB. *Clari quidem.*] *Clari quidam*; V. C. Alm. Gryph. Baſil. Colin. Vidov. Obrecht. Voſſ. tert.

2. *Quibus ſolum.*] Ex Ciceronis ſententia, quam & Fabius in tertio ſequitur, tria debet præſtare orator, ut doceat, moveat, delectet; docere namque neceſſitatis eſt, delectare voluptatis, movere victoriæ. Eorum autem auctorum unum fuiſſe etiam Ariſtotelem, facile ex ejus *Rhetoricorum* prologo perſpici poteſt; in eo namque demonſtrat, maxime proprium eſſe oratoris, docere. REGIUS. *Quibus ſolum . . . docere.*] Ita fere Ariſtoteles initio Rhetoric. ait τὰς πίστεις, *probationes* eſſe præcipuum hujus artis caput; τὰ ἠθικὰ & παθητικὰ, quæ ad mores exprimendos & ad excitandos affectus pertinent, auditorum fuiſſe vitio reperta: ſic etiam Petrus Nunneſius ex Hermogene pag. 247. ubi Hermogenianam inveniendorum argumentorum artem tantopere commendat. Contra ponit Cicero tria Oratoris officia; 1°. docere τοῖς λόγοις, *argumentis*; 2° delectare τοῖς ἤθεσι, *moribus exprimendis*; 3°. movere τοῖς πάθεσι, *concitandis affectibus*. CAPPER.

3. *Affectus.*] Sic Fabius Latine vertit τὰ πάθη; Gallice, *les paſſions*. CAPPER.

4. *Putabant.*] *Putant*; Voſſ. prim.

5. *Primum quia vitium.*] Permulti principes Stoïcorum de *rhetorica* ſcripſerunt, ut Zeno & Chryſippus. Porro Stoici affectus animi, morbos exiſtimant, ideoque illos excludunt. TURNEB. Quare elegans eſt carmen Palladæ, quod exſtat lib. 1. Anthol. cap. 43. carm. 1.

> Εἶναι νομίζω φιλόσοφον καὶ τὸν θεὸν,
> Βλασφημίαις τὸν εὐθὺς οὐ θυμούμενον.

quod Laberius ita vertit:

> *Eſſe cenſeo Philoſophumque & Deum,*
> *Calumniis ſtatim qui non iraſcitur.*

ALMELOV. In cod. Bern. legitur, *vitium eſt.*

6. *Animi perturbatio.*] Sic Tullius interpretatur τὸ πάθος. CAPPER.

7. *Quia judicem.*] *Judicem* non habet Obrecht.

8. *A veritate depelli.*] *Pelli*; V. C. Alm. Andr.

9. *Miſericordia, vel ira.*] *Miſericordia, gratia, vel ira*; Andr. *miſericordia, gratia, ſimilibuſque rebus*; MS. Bodl.

10. *Nec voluptatem.*] Sic quidem legitur in omnibus, quæ mihi videre contigit, exemplaribus: ſed, niſi corrigatur, videbitur Fabius id negare, quod affirmare intendit; delectare enim audientes dicendo non modo ſuperfluum eſſe quidam aiunt, ſed vix etiam viro dignum. Quare *nec* particula negativa, ab aliquo ſemidoctorum adſcripta, mihi videtur eradenda, ac ejus loco *&* copula reponenda hoc modo: *Et voluptatem audientium petere.* REGIUS. *Nec voluptatem petere*; Locat.

11. *Agenti.*] *Cauſſas* in foro. CAPPER.

12. *Arbitrabantur.*] *Arbitrantur*; Voſſ. prim.

13. *Plures vero.*] Alii tria quidem ponunt officia; ſed præcipuum exiſtimant, docere. Cui pene opinioni adſtipulatur Agricola, cum ait, orationis eſſe munus proprium, docere; acceſſiones vero eſſe, delectare, & movere. TURNEB. *Plures vero, qui.*] Supple, *fuerunt*; ἀπὸ κοινοῦ, ex primo *proœmii* vocabulo. CAPPER.

14. *Ab illis partibus.*] Ab affectibus movendis, ab ea methodo, quæ de concitandis affectibus agit. CAPPER.

15. *Rationem orandi.*] Rationem τοῦ λέγειν, dicendi, hoc eſt, Rhetoricam. CAPPER.

16. *Quæ adverſo.*] *Ex* præpoſitio adſcribenda videtur, ut *ex adverſo* legatur: eorum autem, qui putaverunt proprium ac præcipuum opus oratoris, ſua confirmare; & quæ ex adverſo dicerentur, refutare, eſt & Ariſtoteles, & auctor Rhetoricorum ad Herennium; ſic enim inquit: *Tota ſpes vincendi ratioque perſuadendi in confirmatione & confutatione poſita eſt; nam cum argumenta noſtra expoſuerimus contrariaque diſſolverimus, abſolute nimirum munus oratorium confecerimus.* REGIUS. *Quæ adverſo*; V. C. Alm. Locat. Voſſ. *ab adverſario*; Andr. *e diverſo*; cod. Vallæ.

17. *Quo toto.*] *Quia toto*; V. C. Alm.

18. *Hæc ſola tractantur.*] Confirmandi ſua, aliena refutandi ratio. PITHOEUS.

Nam neque *proœmii*, neque [19] *narrationis* eſt alius uſus, quam ut judicem præparent; & *ſtatus* noſſe, atque ea, de quibus ſupra [20] ſcripſimus, intueri, ſupervacuum foret, [21] niſi ad hanc perveniremus. Denique [22] ex quinque, quas *judicialis* materiæ fecimus, partibus, quæcumque alia poteſt aliquando neceſſaria *cauſſæ* non eſſe: lis nulla eſt, cui *probatione* opus non ſit. [23] Ejus præcepta ſic optime diviſuri [24] videmur; ut prius [25] in commune, quæ ad omnes quæſtiones pertinent, oſtendamus; deinde, quæ in quoque *cauſſæ* genere propria ſunt, exſequamur.

19. *Narrationis eſt alius.*] *Narrationis alius uſus;* Locat. Ald.

20. *Scripſimus.*] *Diximus;* Voſſ. prim. tert.

21. *Niſi ad hanc perveniremus.*] Supple, orationis partem, quæ *probatio*, ſeu *confirmatio* ſolet appellari. CAPPER.

22. *Ex quinque* judicialis *materiæ . . . partibus.*] Id eſt, ejus materiæ dicendi, quæ in *judiciali* orationis genere verſatur; nam, ut ſupra notavimus, hæc vulgata orationis diviſio in *exordium*, *narrationem*, *probationem*, *refutationem*, & *epilogum*, uni convenit *judiciali* generi, ſaltem ſecundum Fabii, veterumque ſententiam. CAPPER.

23. *Ejus præcepta.*] Duplices ſunt *loci*: quidam *communes* ſunt; ab iis enim in quamcumque quæſtionem *probationes* duci poſſunt: alii proprii ſunt *cauſſarum* & quæſtionum, ſuntque particulares, ac fluunt a ſuperioribus: ſic Fab lib. III. *locos* generis *deliberativi* & *demonſtrativi* eſt complexus; & lib. VII. *locos ſtatuum* exequitur. Eadem diviſio eſt apud Cicer. in *Top.* & *Partit.* in *locos internos*, ſeu *inſitos*; & *externos*, ſive *aſſumptos*. TURNEB.

24. *Videmur.*] *Videamur*; V. C. Alm.

25. *In commune quæ.*] *Quæ in commune;* Voſſ. ſecund. Bern.

CAPUT PRIMUM.

De probationum diviſione.

[1] AC prima quidem illa partitio, ab [2] Ariſtotele tradita, conſenſum fere omnium meruit; alias eſſe [3] *probationes*, quas [4] extra dicendi rationem acciperet orator; alias, quas ex *cauſſa* traheret ipſe, & quodammodo gigneret. [5] Ideoque illas ἀτέχνους, id eſt, *inartificiales*; has ἐντέχνους, id eſt, [6] *artificiales*, vocaverunt. [7] Ex illo priore genere ſunt præjudicia, rumores, tormenta, tabulæ, juſjurandum, teſtes: in quibus [8] pars maxima contentionum forenſium [9] conſiſtit. [10] Sed ut ipſa per ſe carent arte, ita ſummis eloquentiæ viribus [11] allevanda ſunt [12] plerumque, & refellenda. Quare mihi videntur magnopere damnandi, qui totum hoc genus a præceptis removerunt. [13] Nec tamen in animo eſt,

1. *Ac prima.*] *Primo;* Voſſ. prim.

2. *Ariſtotele.*] Rhetoric. 1.

3. *Probationes.*] *Probationes* ſunt Ariſtoteli, vel *artificiales*, vel *inartificiales*: *inartificiales* autem tractat omnes Fab. Cæterum, cum Ariſtoteles diviſiſſet *artificiales* in *ethicas*, *logicas*, & *patheticas*, tantum de *logicis* hoc libro Fabius agit, reliquas autem perſequetur libro ſexto, cum aget de *concluſione*. Idem Cicero 2. *de Orat.* Ad probandum autem duplex eſt oratori ſubjecta materies; una rerum earum, quæ non excogitantur ab oratore, ſed in re propoſita ratione tractantur; ut tabulæ, teſtimonia, pacta, conventa, quæſtiones, leges, ſenatuſconſulta, res judicatæ, decreta, reſponſa, & reliquæ, ſi quæ ſint, quæ non ab oratore pariuntur, ſed ad oratorem a *cauſſa*, atque a reis deferuntur. Altera eſt, quæ tota in diſputatione & argumentatione oratoris collocata eſt, &c. quæ ſequuntur. Idem & in *Top.* Sed ex his locis, in quibus argumenta incluſa ſunt, alii in eo ipſo, de quo agitur, hærent; alii aſſumuntur extrinſecus. TURNEB.

4. *Extra dicendi rationem.*] Id eſt, extra artem. Vide initium cap. 8. quæ non inveniuntur ab Oratore; ſed ad eum cum ipſa *cauſſa* deferuntur. PITHOEUS.

5. *Ideoque illas ἀτέχνους, id eſt, inartificiales vocaverunt.*] Ita quidem legitur in omnibus, quæ ego viderim exemplaribus, & recte legi clariſſimis quoque Profeſſoribus videtur. Sed ego, vel grandi pignore depoſito, contenderim, aliquid flagitii librariorum incuria hic fuiſſe admiſſum: quod nunc mihi demum fuit animadverſum. Aliquid enim deeſſe huic loco neceſſarium, facile ex iis, quæ ſequuntur, acutius intuenti patet. Neque enim Fabius *ex illo priore genere* præjudicia & reliqua eſſe diceret, quod proximum eſſet. *Illud* namque pronomen non ad proxima, ſed ad remotiora referri ſolere, notius eſt, quam ut ſit admonendum. Quare mihi quinque hæc verba ſimilitudine duarum dictionum a librariis prætermiſſa, hactenuſque a nullo Profeſſorum repoſita, videntur adſcribenda: *Has ἐντέχνους, id eſt artificiales*, ut legamus: *Ideoque illas ἀτέχνους, id eſt, inartificiales; has ἐντέχνους, id eſt, artificiales vocaverunt.* Sic enim & illæſa conſervabitur Fabii elegantia, & integer ſenſus habebitur. Nam Ariſtoteles in primo de Arte Rhetorica libro ſic dividit probationes, ut earum alias ἐντέχνους, hoc eſt, *ex arte conſtantes*; alias ἀτέχνους, hoc eſt, *artis expertes* vocet. REGIUS. Omittuntur illa, quæ Regius ſupplevit, in editione Locatelli.

6. *Artificiales.*] *Artificialis probatio* & inventionem & tractationem habet artificialem: *inartificialis* vero inventionem quidem habet inartificialem, cæterum tractationem artificioſam. Igitur hæc diviſio ad *inventionem* referri debet. Has Græci, ut Ariſtot. & Dionyſ. ἀτέχνους καὶ ἐντέχνους πίστεις vocant. Cicero in *Top. artis expertes*, alibi *artificioſas* & *inartificioſas*. TURNEB.

7. *Ex illo priore genere ſunt præjudicia, rumores, &c.*] Alia eſt enumeratio Ariſtotelis & Tullii. Vide Voſſ. Inſtit. Orat. pag. 183. CAPPER.

8. *Pars maxima.*] Firmiores ſunt *probationes inartificiales artificialibus;* ideoque in *cauſſas* forenſes fere ſemper trahuntur, præſertim *conjecturales*, quæ maxime hac *probatione* fulciuntur. TURNEB.

9. *Conſiſtit.*] *Exſiſtit;* Voſſ. ſecund.

10. *Sed ut ipſa carent arte.*] Id quod Ariſtotel. Cicero & Fabius tradiderunt, ab arte removentes: quod Rodolpho minus placet, in eoque mire ſe torquet: cum tamen, ſi diligenter animadvertamus eorum verba, eadem cum Rodolpho præcipiant. Ejus verba ſunt lib. 1. cap. 24. TURNEB.

11. *Allevanda.*] *Et allevanda;* Locat. Gryph. Steph. Voſſ. Bern. Baſil. & *elevanda;* Ald. Colin. Vidov.

12. *Plerumque.*] *Pleraque;* Voſſ. prim.

13. *Nec tamen.*] Rhetores appellare ſolent tractationem *locorum* inartificialium *locos communes*: ut ea, quæ dicuntur pro teſtibus & contra teſtes. Porro ſigillatim perſequi illos *locos communes*, nullius eſſet methodi. Duntaxat igitur univerſales horum præceptiones tradit Fabius. TURNEB.

omnia, quæ aut pro his, aut [14] contra dici ſolent, complecti. Non enim [15] *communes locos* tradere deſtinamus, quod eſſet operis infiniti, ſed [16] viam quamdam atque rationem. Quibus demonſtratis, non modo in exſequendo ſuas quiſque vires debet adhibere, ſed etiam inveniendo ſimilia, ut quæque conditio litium poſcet. Neque enim de omnibus *cauſſis* dicere quiſquam poteſt, ſaltem præteritis, ut taceam de futuris.

14. *Contradici.*] Nota *hypodiaſtoles* ita apponatur, ut *contra dici* duo eſſe verba videantur. REGIUS.

15. *Communes locos tradere.*] *Communes loci* apud Fabium quadruplici ſaltem ſenſu dicuntur. Nam ſignificant 1°. quaſdam oratiunculas, quæ habentur de virtutibus, aut in vitia perſonis non nominatis, & pertinent ad quoddam *progymnaſma*, quod Hermogeni ſextum eſt; 2°. argumenta, vel theſes, quæ in utramque partem agitari poſſunt, ut pro teſtibus & contra teſtes generatim, pro tormentis & contra. Duos hoſce ſenſus exponit ipſe Quinctilianus lib. 11. cap. 1. his verbis: *Non* communes loci, *ſive qui ſunt in vitia directi, quales legimus a Cicerone compoſitos, ſeu quibus quæſtiones generaliter tractantur, quales ſunt editi ab Hortenſio* 1 *ut*, ſitne parvis argumentis credendum, *& pro teſtibus & in teſtes? &c.* 3°. ſedes argumentorum: quo ſenſu *loci communes* alii vocantur *inſiti* & τοῖς πραγμάτων *intrinſeci*, alii extrinſecus aſſumpti. De his vide infra cap. x. hujus libri; 4°. diſceptationes quaſdam ſpeciales, vel argumentorum fontes & capita, quæ ad unum e *ſtatibus* pertineant, ut ad *conjecturalem*, *definitivum*, τ̃ *qualitatis*, *&c.* de quibus lege infra cap. 13. Hic autem *communes locos* in ſecunda ſignificatione Quinctilianus uſurpavit, ut attendenti patebit. CAPPER.

16. *Viam ac rationem.*] *Loci communes* nunc accipiuntur pro illis formulis, quæ dicuntur de virtutibus & vitiis: nunc accipiuntur pro tractatione *locorum* inartificialium, ut hoc loco. TURNEB. *Vim quamdam*: MSS. Bodl. Alm. Andr. Locat. Ald. Venet. Sich. Baſil. Vidov. Voſſ. tert. Bern. Vide ad lib. XI. cap. 3.

CAPUT II.

De præjudiciis.

[1] JAM præjudiciorum vis omnis [2] tribus in generibus verſatur; II.
Rebus, quæ aliquando ex paribus *cauſſis* ſunt judicatæ, [3] quæ *exempla* rectius dicuntur, ut [4] de reſciſſis patrum teſtamentis, [5] vel contra filios confirmatis; Judiciis ad ipſam *cauſſam* pertinentibus (unde etiam [6] nomen ductum eſt,) qualia [7] in Oppianicum facta dicuntur, & [8] a ſenatu adverſus Milonem; Aut cum de eadem *cauſſa* pronuntiatum eſt, ut [9] in reis deportatis, & [10] *aſſertione ſecunda*, [11] & partibus *centumviralium*, quæ in duas [12] haſtas diviſæ ſunt. Con-

1. *Tamen præjudiciorum.*] *Tamen* particula, ut ab initio omni aliena, videtur eradenda, ac ejus loco *nam*, qua particula ſenſus quoque copulantur, eſt adſcribenda. *Præjudicium* autem Aſconius Pedianus ſic definit: *Præjudicium dicitur res, quæ, cum ſtatuta fuerit, affert judicaturis exemplum, quod ſequantur. Judicium eſt res, quæ cauſſam litemque determinat.* REGIUS. *Nam præiudiciorum*; Locat. Ald. *Præjudiciorum.*] *Præjudicium*, dicitur etiam *præjudicatio* & *præjudicatum*. Primum autem ejus ſignificationes enumerat; deinde *locos confirmationis* & *confutationis* ſubjicit. TURNEB.

2. *In tribus generibus.*] Unde Eraſmus lib. 11. Eccleſ. *Præjudicia* (inquit) ſunt, ab aliis judicibus in ſimili *cauſſa*, aut in pari, aut in eadem pronunciata, quibus continentur ſenatuſconſulta & principum decreta. TURNEB.

3. *Quæ exempla dicuntur.*] Quæ ſunt de re ſimili, majore, minore, vel æquali; ut poſt videbimus. Hic videmus ſummam affinitatem eſſe inter præjudicia & exempla. Unum interim pro altero accipiatur: tametſi præjudicium ſit probatio inartificioſa, exemplum artificioſa. TURNEB. Vide Valer. lib. VII. cap. 7. 8. & pro Cluent.

4. *De reſciſſis.*] *De reciſis*; Voſſ. prim. tert.

5. *Vel contra filios.*] Hac de re duo ſunt tituli apud Valerium Maximum lib. VII. huc etiam pertinet, quod dicitur a Juriſconſultis de teſtamento *inofficioſo*, & de teſtamento *irrito*: quæ Fabius hic *reſciſſa* vocat, quæ Prætores ſæpe annihilabant, cum videbant filios a patre injuſte exheredatos. TURNEB.

6. *Nomen dictum eſt.*] *Ductum* rectius forſitan, quam *dictum* legeretur, ut intelligatur deductum atque derivatum. REGIUS. *Dictum*; Locat.

7. *In Oppianicum.*] Secunda hæc vera eſt *præjudiciorum* acceptio; ut in *cauſſa* Oppianici, antea veneficii condemnatus fuerat Scamander, poſtea Fabricius: ex quibus jure Oppianicum damnatum colligebatur. TURNEB.

8. *A ſenatu adverſus.*] Senatus enim judicaverat, cædem, quæ facta eſſet in via Appia, contra Rempubl. videri: hinc adverſarii condemnatum cædis Milonem cauſabantur. TURNEB. *Et ſenatus*; Voſſ. prim. tert.

9. *In reis deportatis.*] *Relegatio* eſt, cum certo loco interdicitur; *deportatio*, cum aliquis in certum locum relegatur, ut in inſulam. Porro, ut teſtatur Ulpianus, de *cauſſis deportandorum* iterum apud judicem poteſt agi; ac, ſi reſtituantur, priſtinum adipiſcuntur honoris gradum. TURNEB. *Ut in reis deportatis.*] Supple, in inſulas: quæ quidem *deportatio* in locum ſucceſſerat *interdictionis aquæ & igni*: illa autem *interdictio* ſpecies erat exilii, immo exilium ipſum mitioribus, ut putabant, verbis expreſſum, ὑποκοριστικῶς aut κατ' ἀφηρημένως, id eſt, verborum lenitate rei triſtitiam mitigante, ut ait alicubi Tullius. Cæterum *deportatio* a *relegatione* differebat, quod illa in perpetuum, hæc fere ad tempus eſſet. CAPPER.

10. *Aſſertione ſecunda.*] *Aſſertio* judicium eſt de alicujus libertate conſtitutum, appellaturque *cauſſa liberalis*: ſi igitur de *liberali cauſſa* jam pronunciatum ſit, & facta provocatione, aut alia judicum ſubſortitione, iterum de *cauſſa* diſceptetur, locus erit *præjudicio*: quanquam hunc locum aliter Cœlius interpretatur. Meminit Fabius lib. 11. cap. 1. *Succurret, etiam ſi apud alios judices agetur*; *ut in ſecunda aſſertione, aut in centumviralibus judiciis duplicibus.* TURNEB.

11. *Et partibus centumviralium, quæ in duas haſtas diviſæ ſunt.*] Videatur Cornelius Witell. adverſ. Georgium Merulam, cap. 21. pag 619. Lamp. Crit. Part. 1. Petri Pithœi Adverſar. lib. 11. cap 19. pag. 803. Lamp. Crit. part. 2. Franc. Polleti Hiſtor. Fori Rom. lib. III. cap. 14. pag. 292. PAREUS. *Et de partibus*; Locat. Ald. Steph. Gryph. Baſil. Colin. Vidov. Obrecht. Voſſ. ſecund. *Et partibus Centumviralium, quæ in duas haſtas diviſæ ſunt.*] Hoc eſt, de *cauſſis* aliquot *Centumviralium* judiciorum. Nam earum aliquot, ut de libertate & de ventre agnoſcendo, duplex naſciſcebantur judicium; unum *Decemvirorum τῶν ſlitibus judicandis*, quod *præjudicii* nomen obtinebat, ipſa vero *cauſſa præjudicialis* vocabatur; alterum *Centumvirorum*. Sic *Centumviralium cauſſarum* aliquæ duas in haſtas, hoc eſt, in duas judicum claſſes, diviſæ erant. Nam & *Decemviri* & *Centumviri* judicabant haſtâ in medio poſitâ: quod imperii, togatæque militiæ ſignum erat. De *Centumviris* plura diximus ad cap. 10. lib. III. CAPPER.

12. *Haſtas.*] *Centumviri*, poſitis duabus haſtis, de *cauſſis* co-

firmantur præcipue duobus; auctoritate eorum, qui pronuntiaverunt; & ſimilitudine rerum, de quibus quæritur. Refelluntur autem raro per contumeliam judicum, niſi forte manifeſta in his culpa erit. Vult enim [13] cognoſcentium quiſque firmam eſſe alterius [14] ſententiam; & ipſe pronuntiaturus exemplum non libenter, quod in ſe fortaſſe recidat, facit. [15] Confugiendum ergo eſt [16] in duobus ſuperioribus, ſi res feret, ad aliquam [17] diſſimilitudinem *cauſſæ*. Vix autem ulla eſt per omnia alteri ſimilis. Si id non continget, [18] ac eadem *cauſſa* erit; aut [19] actorum incuſanda negligentia, aut de infirmitate perſonarum querendum, [20] contra quas erit judicatum; aut de gratia, quæ teſtes corruperit, aut de invidia, aut de ignorantia; aut inveniendum, [21] quid *cauſſæ* poſtea acceſſerit. Quorum ſi nihil erit, licet tamen dicere, [22] multas judiciorum cauſſas ad inique pronuntiandum valere; ideoque [23] damnatum Rutilium, abſolutos [24] Clodium atque [25] Catilinam. [26] Rogandi etiam judices, ut rem [27] potius intueantur ipſam, quam jurijurando [28] alieno ſuum donent. Adverſus conſulta autem ſenatus, & decreta principum vel magiſtratuum, remedium nullum eſt, niſi aut inventa quantulacumque *cauſſæ* differentia, aut aliqua vel eorumdem, vel [29] ejuſdem poteſtatis hominum poſterior conſtitutio, quæ ſit priori contraria: quæ ſi deerunt, lis non erit.

gnoſcebant, erantque in duas partes diviſi; poſtea etiam in quatuor *baſilicas*. In his igitur judiciis & provocationes erant, & judicum ſubſortitiones. Fuſius de his Budæus in *Pandectas*. TURNEB. Vide Fabium lib. XII. cap. 5. & lib. XI. cap. 1. Valer Maxim. lib. VII. cap. 7. Plin. lib. VI. Epiſt. 33. & lib. I. Epiſtola 5. ubi de quatuor claſſibus *Centumvirorum*. CAPPER.

13. *Cognoſcentium.*] Id eſt, judicum, qui ſcilicet de *cauſſis* forenſibus cognoſcunt. CAPPER.

14. *Sententiam; & ipſe, &c.*] *Sententiam, & ipſe pronunciaturus: nec libenter exemplum, quod in ſe fortaſſe recidat, facit.* Ita legit & diſtinguit Obrecht.

15. *Confugiendum eſt.*] Cum præjudicium eſt in rebus ex paribus *cauſſis* judicatis, aut in judiciis ad *cauſſam* pertinentibus, locus a diſſimili valere poteſt: at cum de eadem *cauſſa* eſt pronunciatum, locum non habet. TURNEB.

16. *In duobus ſuperioribus.*] Supple, præjudiciorum generibus, quæ Fabius initio hujus capitis explicuit. CAPPER.

17. *Diſſimilitudinem cauſſæ.*] Ut, quod Moſes cenſuerit mulierem adulteram lapidibus obruendam, de viro nihil tale ſtatuerit, præjudicium eſt, in divortio non eſſe par jus uxori ac viro. Nihil enim tam ſimile eſt, quin aliqua ex parte ſit diſſimile, aut videri poſſit. TURNEB.

18. *Aut eadem cauſſa.*] *Ac* copula videtur adſcribenda, *aut* vero in locum ſuum transferenda, ac loco *actionum*, *actorum* eſſe legendum, & pro *informitate*, *infirmitate* ſcribendum hoc modo: *Si id non continget, ac eadem cauſſa erit, aut actorum incuſanda negligentia, aut de infirmitate perſonarum querendum.* REGIUS. *Aut eadem:* MSS. Bodl. Bal. Alm. Ven. Locat. Ald. Voſſ. omn. Bern.

19. *Actorum.*] Oratorum, Patronorum, qui *cauſſam* illam apud alios judices jam egerunt. CAPPER.

20. *Contra quos erit judicium.*] *Judicatum* legendum eſſe, ne dubitandum quidem eſt. REGIUS. *Judicium:* Locat.

21. *Quod cauſſæ.*] *Quid;* Andr. Locat. Par. Vaſc. Steph. Gryph. Baſil. Obrecht. Voſſ. ſecund.

22. *Multas judiciorum cauſſas.*] Per *judiciorum cauſſas* videtur Fabius intelligere peſſima illa *motiva* (ut barbare loquuntur,) quæ quoſdam judices ad ferendam ſententiam aliquando impellunt, puta favorem, prenſationem, munera, metum, potentiam, &c. CAPPER.

23. *Damnatum Rutilium.*] Rutilius juſtiſſime Aſiam adminiſtravit; ſed, cum publicanorum injurias illic coërcuiſſet, inviſus eſt factus equitibus, penes quos erant judicia, ideoque in exilium miſſus. De Rutilii damnatione vide Florum lib. III. TURNEB.

24. *Clodium.*] Capitalem illum Ciceronis & Milonis inimicum, qui feminco habitu ad ſacra bonæ Deæ penetraverat, eaque temeraverat. Hic porro Clodius in reſtitutum Ciceronem multa per vim commiſerat. Milo Tribunus plebis factus Clodium de vi accuſavit; ſed judicium, opera Clodii, ejuſque amicorum, eo uſque perductum eſt, donec habitis Ædilitiis comitiis Clodius Ædilis creatus in judicium vocari non potuit. CAPPER.

25. *Catilinam.*] Catilina prætor adminiſtravit Africam, poſtea accuſatus repetundarum fuit; ſed optimatum factione abſolutus eſt. TURNEB. Prævaricante videlicet accuſatore, ut Cicero in Orat. de Aruſpic. reſponſ. & Aſconius Pedianus tradunt. Hoc autem in judicio Torquatum conſulem advocatum Catilinæ fuiſſe ſcribit Tullius, Orat. pro Sylla. Præterea idem Catilina (ut Paulus Oroſius narrat) accuſatus inceſti, quod cum Fabia Veſtali ſtuprum commiſiſſe arguebatur, Catuli tamen gratia fultus evaſit. CAPPER.

26. *Rogandi judices.*] Ut pro Cluentio Cicero, refellendis & amoliendis *præjudiciis: Quamobrem a vobis judices, antequam de ipſa dicere incipio*, & cætera, quæ ſequuntur. TURNEBUS.

27. *Potiusquam juri jurando alieno ſuum donent.*] Judices enim jurati judicabant. Igitur, qui judex alterius judicis præjudicio ſtabat, ejus jurijurando ſuum ipſe tradebat, donabat, & forte prodebat. CAPPER.

28. *Alieno.*] Eorum ſcilicet, qui ex præjudiciis & temere judicium conſtituerunt, non penitus re inſpecta. TURNEB.

29. *Ejuſdem poteſtatis.*] Quemadmodum lex poſterior derogat priori, ita quoque poſterior conſtitutio aut poſterius ſenatuſconſultum derogat priori. TURNEB.

CAPUT

CAPUT III.

De rumore & fama.

[1] FAMAM atque rumores [2] pars altera conſenſum civitatis, & velut publicum teſtimonium vocat: altera ſermonem, ſine ullo certo auctore diſperſum, cui malignitas initium dederit, incrementum credulitas; quod nulli non, etiam innocentiſſimo, poſſit accidere fraude inimicorum [3] falſa vulgantium. [4] Exempla utrimque non deerunt. III.

Docet Cicero in *Topicis*, famam eſſe quoddam civitatis teſtimonium: itaque eſſe quaſi quædam multitudinis *præjudicia*. Igitur momentum habet ad confirmandum: quid autem dici poſſit pro ea & contra eam, docet hoc loco Fabius. Quæ ſi contra pro nobis faciunt, dicemus vix unquam temere naſci, quin ſubſit aliquid veri; alioqui in ore omnium non poſſe verſari; aut, ſi quo caſu falſa nata ſint, evaneſcere protinus. Vera etiam nonnulla auctoritate comprobabimus. Cæſar dimittit uxorem, non ob crimen, ſed quod ſuſpicione adulterii eſſet aſperſa. Cicer. Philip. 2. Plauſum trahit in conſenſum populi libertatem cupientis. Si vero contra nos faciant, dicemus minime tutum eſſe credere famæ populari, quæ, ut nonnunquam vera diſpergat, ſæpiſſime tamen mentiatur; eamque primum ex loquutulei alicujus, aut invidi fabula naſci; ei incrementum addere vulgi credulitatem, qua plurimos miſere circumactos fuiſſe conſtet innocentiſſimos. Igitur inſtabilitatem auctoritate non eſſe amplectendam confirmabimus, & optima paucis ſemper placuiſſe. TURNEB.

1. *Famam atque rumores.*] Miror Mancinellum ex hoc capite differentiam inter rumorem & famam ratiocinari, cum tantum dicat Quinct. quid pro rumore, ſive fama, quid item contra dici poſſit. *Rumor* igitur Latinum eſt, *fama* plane Græcum. Qui pro rumore dicturus eſt, conſenſum civitatis, &c. dicet eſſe: qui contra, ſermonem ſine certo auctore diſperſum. PHILANDER. *Rumorem;* Steph. *Rumores.*] De rumoribus lege Ciceronem lib. II. Rhetoricor. ſeu de *Inventione* num. 12. CAPPER.

2. *Pars altera.*] Litigantium, vel Oratorum & Patronorum, qui *cauſſas* agunt. CAPPER.

3. *Falſa vulgarium.*] Legendum eſſe *vulgantium*, facile eſt videre. REGIUS.

4. *Exempla utrimque.*] Hoc eſt, tam ex parte illorum, qui famam atque rumores approbant, quam ex eorum parte, qui improbant, elevantque. CAPPER.

CAPUT IV.

De tormentis.

SICUT in tormentis quoque, qui eſt locus frequentiſſimus, cum pars altera *quæſtionem*, vera fatendi neceſſitatem vocet; altera ſæpe etiam cauſſam falſa dicendi, [1] quod aliis patientia facile mendacium faciat, aliis infirmitas neceſſarium. Quid attinet de his plura? Plenæ ſunt orationes veterum ac novorum. Quædam tamen in hac parte erunt propria cujuſque litis. Nam ſive [2] de habenda *quæſtione* agetur, plurimum intererit, [3] quis & quem poſtulet, aut offerat & in quem, & ex qua cauſſa; ſive jam erit habita, quis ei præfuerit, quis & quomodo ſit tortus, an credibilia dixerit, an inter ſe conſtantia; perſeveraverit in eo [4] quod cœperat, an aliquid dolore mutarit; prima parte *quæſtionis*, an procedente cruciatu. [5] Quæ utrimque tam infinita ſunt, quam [6] ipſa rerum varietas. IV.

Tormenta appellantur, quæ, adhibito corporis cruciatu, veritatem exprimunt: dicuntur etiam *quæſtiones*, quæ doloris vehementia verum inquirant. TURNEB. De *quæſtione*, ſive *tormentis* habes in Rhetor. ad Alexandrum, & apud Ciceron. in *Partitionibus.* Vide etiam cap. 4. libr. VIII. Valer. Maximi. PHILAND. Legeſis etiam Ciceronem libr. II. Rhetoricor. num. 10. CAPPER.

1. *Quod aliis patientia.*] Idem quoque teſtatur Ulpianus, titulo de quæſtionibus lib. 48. Citatur & a Fabio periodus proverbialis in hanc ſententiam: *Mentietur in tormentis, qui dolorem feret: mentietur, qui non feret.* TURNEB.

2. *De habenda quæſtione.*] *Habere quæſtionem*, eſt inquiſitionem per *tormenta* facere: olim autem ſervi poſtulabantur in *quæſtionem*, & dabantur. TURNEB.

3. *Quis & quem poſtulet.*] Supple, in *quæſtionem.* Jam vero poſtulare in *quæſtionem*, eſt poſtulare, ut quis tormentorum vi crucietur, & torqueatur ad extorquendam ex ipſius ore veritatem. CAPPER.

4. *Quod cœperat.*] *Cœperis*; V C. Alm.

5. *Quæ utrimque.*] *Utique;* marg. Baſil.

6. *Ipſa rerum.*] *Ipſarum rerum;* Locat. Ven. Ald.

CAPUT V.

De tabulis.

V. CONTRA tabulas quoque [1] ſæpe dictum, ſæpe dicendum eſt; cum [2] eas non ſolum refelli, [3] ſed etiam accuſari, ſciamus eſſe uſitatum. [4] Cum ſit autem in his, aut ſcelus ſignatorum, [5] aut ignorantia, tutius ac facilius [6] id, quod ſecundo loco diximus, tractatur, quod [7] pauciores rei fiunt. [8] Sed hoc ipſum argumenta ex *cauſſa* trahit; ſi forte aut incredibile eſt, id actum eſſe, quod tabulæ continent; aut (ut frequentius evenit) aliis probationibus æque inartificialibus ſolvitur; ſi aut is, in quem ſignatum eſt, aut aliquis ſignator dicitur abfuiſſe, vel prius eſſe defunctus; ſi tempora non congruunt; ſi vel antecedentia vel inſequentia tabulis repugnant. [9] Inſpectio ipſa ſæpe etiam falſum deprehendit.

Tabularum nomine intelligimus quæcumque ſcripta & inſtrumenta, ſyngraphas, chirographa, & teſtamenta: habent autem tabulæ maximam vim ad probandum, ſi legitimæ ſunt. TURNEB.

1. *Sæpe dictum, ſæpe dicendum.*] *Sæpe dicendum eſt*, omiſſis reliquis; V. C. Alm.

2. *Eas non ſolum refelli, ſed etiam accuſari.*] Τὸ *refellere tabulas*, eſt iis contradicere univerſim, aut etiam ipſas reprobare tanquam legibus & civilibus inſtitutis ac moribus diſſonas: τὸ *accuſare*, eſt falſi arguere; vulgo *s'inſcrire en faux*. Donatus quidem ad illud Terentii Hecyr. act. 2. ſcen. 2.

Aut ea refellendo, aut purgando:

ſic notat: *Refellit qui negat, purgat qui fatetur & defendit*; pariter ad illud Phormion. act. 2. Scen. 2. verſ. 54.

——————————— *filius*

Cur non refellit?

refellere, inquit, *eſt arguendo falſum oſtendere*; ſed ille Terentii Commentator alio ſenſu, quam Fabius τὸ *refellere* videtur uſurpare; nam τὸ *refellere* apud Donatum opponitur τῷ *purgare*, & aliis verbis ad *ſtatus qualitatis* pertinentibus. At apud Fabium opponitur τῷ *accuſare*, quod falſi accuſationem, ſive, ut vulgo loquimur, *inſcriptionem* ſignificat. CAPPER.

3. *Sed etiam accuſari.*] Nam cum malæ proferuntur tabulæ, competit accuſatio falſi, & eum, qui eas profert, ut falſarium accuſamus. TURNEB.

4. *Cum ſit aut ſcelus ſignatorum.*] Si nempe tabulæ falſi arguantur ob ſcelus eorum, qui adfuere ſignatores & tabulas proprio ſigillo conſignarunt. CAPPER.

5. *Aut ignorantia.*] Si tabulas oſtendatur non eſſe legibus & morum inſtitutis conſonas. CAPPER.

6. *Id quod ſecundo loco diximus.*] Τὸ *accuſare*, ſeu falſi arguere tabulas; vernacule, *s'inſcrire en faux*. CAPPER.

7. *Pauciores rei fiunt.*] Tabulæ olim fiebant, adhibitis teſtibus & ſignatoribus. Itaque Juriſconſulti præcipiunt, ut tabulæ teſtamenti fiant, adhibitis ſeptem ſignatoribus. TURNEB. *Quod ſcilicet pauciores rei fiunt*; Locat. Ald. Vaſc. Stephan. Gryph. Baſil. Colin. Vidov. Cæterum hic locus lucem accipere poteſt ex eo, quod ait Fabius initio cap. 7. ubi ſic habet: *Simplicior contra tabulas pugna; nam & minus obſtitiſſe videtur pudor inter paucos ſignatores, &c.* CAPPER.

8. *Sed hoc ipſum.*] Vide notam penultimam. CAPPER.

9. *Inſpectio ipſa.*] Sæpenumero tabulas inſpicere propius oportet, ut videamus, ſitne in illis aliqua litura, ſitne ſumma aliqua falſa, aut poſtremo aliquid ſubdititium. TURNEB.

CAPUT VI.

De jurejurando.

VI. JUSJURANDUM litigatores aut offerunt ſuum, [1] aut non recipiunt [2] oblatum; aut ab adverſario exigunt, aut recuſant, cum ab ipſis exigatur. Offerre ſuum [3] ſine illa conditione, ut vel adverſarius juret, fere improbum eſt. Qui tamen id faciet, [4] aut vita ſe tuebitur, ut eum non ſit credibile [5] pejeraturum; aut ipſa vi religionis, in qua [6] plus fidei [7] conſequetur; ſi id egerit, ut non cupide ad hoc deſcendere, ſed ne hoc quidem recuſare videatur; [8] aut ſi *cauſſa* modo patietur litis, [9] propter quam [10] devoturus ſe ipſe non

Jurisjurandi magna eſt religio, ut aiunt Juriſconſulti, utiliſque ad decidendas *cauſſas*, quarum alioqui prolixius foret judicium: ſed ita demum auctoritatem habet, ſi ab adverſario deferatur, aut a judice. TURNEB. De jurejurando lege, quæ ſunt in Rhet. ad Alexandrum. PHILAND.

1. *Aut non recipiunt.*] *Aut non reſpuunt*; Vallæ codex, Locat. Andr. Ven. Ald. Par. Steph. & probat Aſcenſius: ſed legendum eſſe *non recipiunt*, ſatis patet, vel ex eo quod poſt aliquot lineas legitur, *qui non recipiet*. CAPPER.

2. *Oblatum.*] Ab adverſario, qui jurare velit. CAPPER.

3. *Sine ulla conditione.*] Quamvis ita legatur, ac ſenſus integer eſſe videatur; *illa* tamen pro *ulla*, ſcribendum eſſe audacter contenderim. Quæ namque alia conditio ferri poteſt? ſic autem eſſe legendum, ex illo Paulli quoque dicto colligi poteſt leg. 38. ff. de jurejurando: *Manifeſtæ*, inquit, *turpitudinis eſt & confeſſionis, nolle nec jurare, nec jusjurandum referre*. REGIUS. *Sine ulla*; Locat Voſſ. prim.

4. *Aut vita ſe.*] Alias, *vita ſua cavebit*; & in quodam codice erat ſcriptum, *aut a vitiis ſe tuebitur*. SICHARD. *Aut ita ſe tuebitur*; MSS. Joan. Bal.

5. *Pejeraturum.*] *Pejerare*; V. C. Alm. Locat. Gryph.

6. *Et plus fidei.*] *Et* non habent V. C. Alm. Ald. Gryph. Obrecht.

7. *Conſequetur.*] *Conſequitur*; Locat. Ald. Voſſ.

8. *Aut ſi cauſſa.*] Poterit etiam ſuum offerre jusjurandum, ſi *cauſſa* erit exigua & vilis; non enim credibile videbitur, ipſum ſibi imprecaturum ob rem tam exiguam. Porro, qui jurabant, olim ſibi devotionem imprecabantur, ſi pejerarent; ut in fœderibus conjurabant Jovem lapidem. TURNEB.

9. *Propter quam.*] *Per quam*; Voſſ prim. tert.

10. *Devoturus ſe ipſe non fuerit.*] Supple, *iræ* Dûm. CAPPER.

fuerit; aut ſi, [11] præter alia *cauſſæ* inſtrumenta, adjicit ex abundanti hanc quoque conſcientiæ ſuæ fiduciam. [12] Qui non recipiet, & iniquam conditionem, & a multis contemni jurisjurandi metum dicet; [13] cum etiam philoſophi quidam ſint reperti, qui [14] deos habere curam rerum humanarum [15] negarent; cum vero, qui, [16] nullo deferente, jurare ſit paratus, [17] & ipſum velle de *cauſſa* ſua pronuntiare; &, quam id, quod offert, leve ac facile credat, oſtendere. At is, [18] qui defert, agere modeſte videtur, cum litis adverſarium [19] judicem faciat, & [20] eum, cujus cognitio eſt, onere liberet, qui profecto alieno [21] jurejurando ſtari, [22] quam ſuo, [23] malit. Quo difficilior recuſatio eſt, niſi forte res eſt ea, quam credibile ſit [24] notam ipſi non eſſe. Quæ excuſatio ſi deerit, [25] hoc unum relinquetur, [26] ut invidiam ſibi quæri ab adverſario dicat, atque id agi, [27] ut in *cauſſa*, [28] in qua vincere non poſſit, [29] queri poſſit. Itaque hominem quidem malum [30] occupaturum hanc conditionem fuiſſe; ſe autem probare malle, quæ affirmet, quam [31] dubium cuiquam relinquere, [32] an pejerarit. Sed nobis adoleſcentibus [33] ſeniores in agendo facti præcipere ſolebant, [34] ne unquam jusjurandum deferremus; ſicut neque [35] optio judicis adverſario [36] eſſet permittenda; nec ex [37] advocatis partis adverſæ judex eligendus. Nam ſi dicere contraria turpe advocato videretur, certe turpius habendum, facere, quod noceat.

11. *Præter alia cauſſæ inſtrumenta.*] *Inſtrumenta* nunc vocat ea omnia, quibus *cauſſa* fulciatur, defendatur, &c. Gallice *moyens.* CAPPER.

12. *Qui non recipiet conditionem.*] *Qui non recipiet, & iniquam conditionem, & a multis;* MSS. Bodl. Bal. Vaſc. Colin. Obrecht. *qui non recipiet; iniquam conditionem, & a multis;* Locat. Ald. Gryph. Baſil. Vidov. *qui non recipit, & in c. & a.* V. C. Alm. Steph. & codex Vallæ. *Qui non recipiet, & iniquam conditionem, &, &c.*] Qui non recipiet oblatum ab adverſario jusjurandum (quod ſcilicet præſtare velit adverſarius) duas afferet ſuæ recuſationis cauſſas; 1°. iniquam eſſe dicet hanc conditionem, ut nempe cujuſquam ſalus ab alieno jurejurando pendeat; 2°. a multis contemni jurisjurandi metum, &c. CAPPER.

13. *Cum etiam Philoſophi quidem.*] *Quidam* legendum eſt, non *quidem*. Philoſophi autem, qui Deos eſſe negarunt, hi fere ſunt, ut inquit Plutarchus de placitis Philoſophorum, Diagoras Mileſius, & Theodorus Cyrenæus, & * Euemerus Tegeates. Epicurus vero Deos quidem eſſe dixit, rerum vero humanarum curam gerere negavit. REGIUS. *Cum & Philoſophi*; Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Hæc ſententia eſt Epicureorum, qui mundum providentia regi negant: quæ ſententia tollit jurisjurandi religionem, ſublato metu deorum. TURNEB.

14. *Deos habere curam*] Laborare fœdo *gloſſemate*, nemo, niſi ſagaciſſima nare, deprehendat: at me ad cubile vitii hujus duxerunt membranæ Palatinæ, quarum ſcripturam longe præfero vulgatæ. *Qui Deos ac rerum humanarum curam negarent.* GEBHARD. lib. I. Crepund. cap. 17. ubi pluribus hæc illuſtrat. *Ac rerum* etiam eſt in V. C. Alm. & Voſſ. ſecund. ſed ego illud *ac* pro *ag*, & hoc per compendium pro *agere* ſcriptum putem; *agere* enim *curam* latiniſſime & elegantius, quam *habere curam*, dicitur. Vide Heinſium ad Ovid. Epiſt. XVI. 302. ubi & nos plura dicemus: eadem diverſitas in hac locutione, *curas habere*, & *agere* eſt apud Ovidium Metam IX. 107. qui ſæpius hac phraſi utitur. *Curas habere* eſt quidem apud Juſtin. lib. XLIII. 4. ſed viris doctis merito ſuſpectum. Vide Salmaſ. ad Alex. Sever. cap. 64. ita vero legendum hic eſſe ſuadet Petronii locus cap. CVI. *Proclamat: Deos immortales rerum humanarum agere curam, puto, intellexiſti*; qui & cap. CXXIX. dixit: *hujus quoque rei cura agetur.* Plinius lib. II. cap. 7. *Irridendum vero agere curam rerum humanarum illud, quidquid eſt, ſummum;* & paulo poſt: *verum in his Deos agere curam rerum humanarum credi, ex uſu vitæ eſt.* Et hanc phraſim iterum Fabio reſtituemus lib. V. cap. 10. ſic & loquitur lib. VIII. præfat. *nec ideo tamen ſola eſt agenda cura * verborum.* Cicero tamen lib. I. de Nat. Deor. 2. dixit: *ſunt enim Philoſophi, & fuerunt, qui omnino nullam habere cenſerent rerum humanarum procurationem Deos:* quem locum noſter reſpexiſſe potuit, & Philander adduxit: niſi & ibi *agere* ſit reſcribendum. BURMAN.

15. *Negarent.*] *Negant;* V. C. Alm.

16. *Nullo offerente.*] *Nullo deferente*; Steph. & codex Vallæ, etiameditio Obrecht. *Deferente . . . . qui defert.*] *Deferre jusjurandum*, eſt ab adverſario petere, an jurare velit; hanc ipſi conditionem proponere, ut juret, &c. CAPPER.

17. *Et ipſum.*] *Se ipſum*; V. C. Alm. Obrecht. *& ſe ipſum;* Locat. Ald. Gryph. Baſil. Colin. Vidov.

18. *Qui defert agere.*] *Qui defert alioquin agere*, vel *alioqui*; V. C. Alm. Locat. Ald. Gryph. Baſil. Colin. Vidov.

19. *Judicem.*] Nam jusjurandum litem decidit, niſi forte velis perjurium probare. TURNEB.

20. *Eum cujus cognitio eſt.*] Judicem, qui de controverſa re cognoſcere & judicium ferre debet. CAPPER.

21. *Jurejurando ſtari.*] *Stare*; V. C. Alm. Locat. Ald. Stephan. Gryph. Colin. Vidov. Voſſ. ſecund.

22. *Quam ſuo.*] Cognitores enim, ſive judices, jurabant ſe ſecundum leges eſſe judicaturos. CAPPER.

23. *Malit.*] *Mavult;* Locat. Ald. Gryph. Baſil. Vidov.

24. *Notam ipſi non eſſe.*] Ipſi, cui defertur jusjurandum, qui ad jurandum adigitur ab adverſario, & jurare non vult. CAPPER.

25. *Hoc unum relinquetur.*] *Unum relinquetur;* V. C. Alm.

26. *Ut invidiam ſibi quæri dicat.*] Is qui delatum ab adverſario jusjurandum recuſat. CAPPER.

27. *Ut in cauſſa.*] *Ut in ea cauſſa;* Locat. Ald. Baſil. Colin. Vidov. *id aget in cauſſa in qua;* V. C. Alm.

28. *In qua vincere non poſſit, queri poſſit.*] Adverſarius ille, qui jusjurandum defert. CAPPER. *Non poſſit.*] *Non poteſt*; editio Obrecht. *τὸ non* deeſt in Voſſ.

29. *Quæri.*] *Queri;* Locat. Ald. & omnes fere editiones. Aſcenſius tamen *quæri* præfert.

30. *Occupaturum.*] Ultro acceptaturum eſſe, & recepturum dicet is, qui delatum ſibi jusjurandum non recipit, ſed recuſat. CAPPER.

31. *Dubium cuiquam.*] *Cuique;* V. C. Alm.

32. *An pejeraverit.*] *An ſe pejeraverit;* V. C. Alm. Locat. Ald.

33. *Seniores in agendo facti.*] Qui in agendis forenſibus *cauſſis* conſenuerant. CAPPER.

34. *Ne unquam jusjurandum deferre illius.*] Genitivo *illius* craſo, *deferremus* eſt legendum. REGIUS. Ita olim fuit in antiquis editionibus Locatelli & aliorum.

35. *Optio.*] In judicum ſortitione adverſarii voluntatem & optionem ſequi non oportet, nec in arbitro *compromiſſario* eligendo. TURNEB. *Optio judicis*; eligi ſcil. judex a litigatoribus ſolebat. PITHOEUS.

36. *Eſſet permittenda.*] *Eſt;* Locat. Ald. Gryph. Baſil. Colin. Vidov.

37. *Advocatis partis adverſæ.*] *Advocatis adverſæ*; V. C. Alm.

CAPUT VII.

De teſtibus.

VII. [1] MAXIMUS tamen patronis circa [2] teſtimonia ſudor eſt. Ea dicuntur aut per tabulas, [3] aut a præſentibus. Simplicior contra tabulas pugna. Nam & minus obſtitiſſe videtur [4] pudor inter paucos ſignatores, [5] & pro diffidentia premitur abſentia. [6] Si reprehenſionem non capit ipſa perſona, infamare ſignatores licet. Tacita [7] præterea quadam ſignificatione refragatur his omnibus, quod nemo per tabulas dat teſtimonium niſi, [8] ſua voluntate: quo ipſo [9] non eſſe amicum ei ſe, contra quem dicit, fatetur. [10] Neque tamen protinus ceſſerit orator, quo minus & [11] amicus pro amico, & inimicus contra inimicum poſſit verum (ſi integra ſit ei fides) dicere. Sed late [12] locus uterque tractatur. [13] Cum præſentibus vero ingens dimicatio eſt; [14] ideoque velut duplici contra eos, proque his acie confligitur, [15] *actionum*, & interrogationum. [16] *In actionibus* primum generaliter pro teſtibus, atque in teſtes dici ſolet. Eſt hic *communis locus*, cum pars altera nullam firmiorem probationem eſſe contendit, quam quæ ſit [17] hominum ſcientia nixa: altera, ad detrahendam illis fidem, omnia, per quæ fieri ſoleant falſa teſtimonia, enumerat. [18] Sequens ratio eſt, cum ſpecialiter quidem, ſed tamen multos pariter invadere patroni ſolent. [19] Nam & gentium ſimul univerſarum [20] elevata teſtimonia ab oratoribus ſcimus, & [21] tota genera teſtimoniorum, ut [22] de auditionibus;

1. *Maximus.*] *Maximis;* marg. Baſil.

2. *Teſtimonia.*] Multum proſunt in *cauſſis*, quæ fiunt vel voce, vel ſcripto. Cæterum, quæ voce & a præſentibus, magni ſunt momenti; quæ per tabulas & ſcripta ab abſentibus, facilius ſolvuntur: juriſconſulti teſtes uſurpant de præſentibus; teſtimonia de abſentibus. TURNEB. Et de teſtibus vide item apud Ariſtotel. eodem libro, & Ciceron. in *Partitionibus*, & Valer. Maxim. lib. VIII. cap. 5. PHILAND. Vide leg. 3. & 4. de Teſtibus. ALMELOV. Græci quoque ſcriptores τὴν μαρτυρίαν, *teſtimonium præſentis voce prolatum*; & τὴν ἐκμαρτυρίαν, *teſtimonium per tabulas ab abſente conſcriptum* diſtinxerunt. Ammonius in libello de ſimilibus & differentibus vocabulis: μαρτυρία μὲν γάρ ἐστιν ἡ τῶν ἐπιδημούντων, ἐκμαρτυρία δὲ τῶν ἀποδημούντων. Harpocration in Lexico: ἡ μὲν μαρτυρία τῶν παρόντων ἐστὶν, ἡ δὲ ἐκμαρτυρία τῶν ἀπόντων. Suidas: ἐκμαρτυρία γὰρ γεγραμμένη ἀναγινώσκεται, ὅταν τις ἢ τελευτήσας, ἢ ὑπερόριος; id eſt, *nam teſtificatio ſcripta legitur, cum aliquis mortuus eſt, vel ultra regionis fines conſtitutus.* Scriptum illud teſtimonium in *Pandectis* vocatur *teſtificatio* & *teſtatio*: *in teſtatum* etiam redigere dixit Ulpianus in lib. 1. §. *recte autem*, ff. uſufructuarius quemadmodum caveat. Lege Briſſonium de formulis. CAPPER.

3. *Aut a præſentibus.*] *A præſentibus teſtibus*; MS. Bodl. Andr. Ald.

4. *Pudor.*] Supple, ſcribendi, vel, ut Fabius loquitur, dandi per tabulas falſi teſtimonii. CAPPER.

5. *Et pro diffidentia.*] Qui abſens teſtimonium dicebat, tabulas conficiebat præſentibus ſignatoribus, in quibus ſuum teſtimonium perſcribebat. TURNEB. *Pro diffidentia premitur abſentia.*] Abſentia videri poteſt ſignum diffidentiæ, quaſi teſtis ipſe ſibi diffidat. ROLLIN.

6. *Si reprehenſionem non capit.*] Si extra omnem reprehenſionis aleam poſita ſit, & prorſus irreprehenſibiliſ. CAPPER.

7. *Præterea quadam ſignificatione.*] *Præterea quædam ſignificatio*; Locat. Ald. Vidov. marg. Baſil. cod. Bern. *præterea quædam cogitatio;* V. C. Alm.

8. *Sua voluntate.*] Nam aliis teſtibus ſolet perſæpe denuntiari teſtimonium & dies dici: at qui teſtantur per tabulas, voluntarii ſunt teſtes. TURNEB.

9. *Non eſſe amicum ei ſe.*] *Non ſe eſſe amicum ei;* Locat.

10. *Neque protinus ceſſerit orator, quominus, &c.*] Non ideo fatebitur orator non poſſe amicum pro amico verum dicere, &c. CAPPER.

11. *Amicus pro amico.*] Vide lib. III. & IX. de Teſtib. ubi & de patre & filio. ALMELOV.

12. *Locus uterque.*] *Locus communis* tam pro teſtibus, quam contra teſtes, ubi agitur de amici, vel inimici teſtimonio. CAPPER.

13. *Cum præſentibus.*] Præſentes teſtes difficilius oppugnantur: dupliciter tamen refutantur; aut enim adverſus eos utimur oratione perpetua; aut in altercatione eos interrogamus, diligenterque excutimus, quid ab illis dicatur. TURNEB.

14. *Ideoque velut.*] *Itaque;* Locat. marg. Vidov.

15. *Actionem.*] Per *actionem* intelligitur oratio perpetua, qua utitur orator. ROLLIN. Dicitur autem *perpetua*, quæ continua eſt, neque interrogationum reſponſionumque viciſſitudinibus interrupta. CAPPER.

16. *In actionibus.*] Cum utimur oratione perpetua, dupliciter pro teſtibus & contra teſtes dicimus; primum generaliter, per quæſtionem infinitam citra perſonarum circumſcriptionem; deinde ſpecialiter, additis perſonarum circumſtantiis. TURNEB.

17. *Hominum ſententia nixa.*] Licet mihi exemplaria refragentur, meo tamen periculo *ſcientia*, pro *ſententia*, legendum eſſe affirmarim. REGIUS. *Sententia;* Locat.

18. *Sequens ratio.*] Quaſi diceret Quinctilianus: ſecunda etiam eſt ratio, ſeu alter modus dicendi contra teſtes in *actionibus, &c.* CAPPER.

19. *Nam & gentium ſimul.*] Sic Cicero pro Fonteio Gallorum elevat teſtimonia; pro Flacco, Græcorum Aſianorumque, atque ita pariter multos invadit. TURNEB.

20. *Elevata.*] Infirmata, extenuata, deminuta, debilitata. CAPPER.

21. *Tota genera teſtimoniorum.*] *Teſtes* ſunt quidam, qui negotio interfuerunt gerendo: nonnulli ſunt, qui, quod ab aliis audiverunt, pro teſtimonio dicunt: quorum auctoritas eſt infirmior: unde vulgatum eſt illud: *Pluris eſt oculatus teſtis unus, quam auriti decem.* TURNEB. Diſcrimen etiam ſtatuunt Græci ſcriptores inter τὴν μαρτυρίαν, *teſtimonium teſtis oculati*; & τὴν ἐκμαρτυρίαν, *teſtimonium teſtis auriti.* Julius Pollux lib. VIII. cap. 6. μαρτυρία μὲν καλεῖται, ὅταν τις αὐτὸς ἰδὼν μαρτυρῇ, ἐκμαρτυρία δὲ, ὅταν τις παρὰ τοῦ ἰδόντος ἀκούσας λέγῃ; id eſt, μαρτυρία quidem vocatur, *cum qui vidit, ipſe teſtimonium perhibet*; ἐκμαρτυρία vero, *cum quis audiſſe ſe dicit ab eo, qui vidit.* Suidas, ἐκμαρτυρεῖν φασι τὸ λέγειν οὐχ ἅπερ αὐτὸς εἶδεν, ἀλλ' ἅπερ ἑτέρων ἤκουσε λεγόντων; hoc eſt, ἐκμαρτυρεῖν vocant, *ea dicere, non quæ quis ipſe viderit, ſed quæ ab aliis dicentibus audiverit.* CAPPER.

22. *De auditionibus.*] Cum teſtes dicunt tantum ſe audiviſſe quid ab aliis. ROLLIN. Vide Ciceronem pro Flacco.

[23] non enim ipſos eſſe teſtes, [24] ſed injuratorum afferre voces; [25] & in *cauſſis repetundarum*, qui ſe reo numeraſſe pecunias jurant, litigatorum, non teſtium, habendos loco. Interim adverſus ſingulos dirigitur *actio*: quod inſectationis genus [26] & permixtum defenſioni legimus in orationibus plurimis, & ſeparatim editum, ſicut in Vatinium teſtem. Totum igitur excutiamus locum, quando univerſam inſtitutionem aggreſſi ſumus. [27] Sufficiebant alioqui libri duo a Domitio Afro in hanc rem compoſiti, quem adoleſcentulus [28] ſenem colui: ut non lecta mihi tantum ea, ſed pleraque ex ipſo ſint cognita. Is veriſſime [29] præcepit, primum eſſe in hac parte officium oratoris, ut totam *cauſſam* familiariter norit: quod ſine dubio ad omnia pertinet. Id [30] quomodo contingat, [31] explicabimus, quum ad deſtinatum huic parti locum venerimus. Ea res ſuggeret materiam interrogationi, [32] & veluti tela ad manum ſubminiſtrabit. Eadem docebit, ad quæ judicis animus [33] *actione* ſit præparandus. [34] Debet enim vel fieri, vel detrahi teſtibus fides [35] oratione perpetua; quia ſic [36] quiſque dictis movetur, ut eſt ad credendum vel non credendum ante formatus. [37] Et quoniam duo genera ſunt teſtium, aut voluntariorum, aut eorum, [38] quibus judex in publicis judiciis lege denuntiare ſolet, [39] quorum altero [40] utraque pars utitur, [41] alterum accuſatoribus tantum conceſſum eſt; ſeparemus officium dantis teſtes, & refellentis. Qui voluntarium producit, [42] ſcire, quid is dicturus ſit, poteſt; ideoque faciliorem videtur in [43] rogando habere rationem. Sed hæc quoque pars acumen & vigilantiam poſcit; providendumque, ne timidus, ne inconſtans, ne imprudens teſtis ſit. Turbantur enim, & a patronis diverſæ partis [44] in-

23. *Non enim ipſos eſſe teſtes, ſed injuratorum afferre voces, & .... non teſtium habendos loco.*] Supple; ſcimus, vel dixerit quis, vel perſuaſum vulgo habent, &c. CAPPER.

24. *Sed injuriatorum.*] Ita quidem legitur, ſed cum *injuriari* verbum apud quemquam auctorem Latinum, quod ſciam, non inveniatur; aliter, quam *injuriatorum*, legendum eſſe facile contenderim. Quid? quod *injuriatorum*, etiamſi Latinum eſſet verbum, ſenſus tamen minime conveniret; exponit namque Fabius, quo modo auditionum *teſtimonia* elevari poſſint. Quid vero ad hoc facit, ſi injuria affectorum voces a teſtibus afferuntur? Certe nihil, cum interim etiam referantur, nec idcirco tamen minus teſtibus fidei adhibeatur. Quomodo igitur legendum dicemus? An *i* vocali de medio expuncta *injuratorum* eſt legendum? teſtibus namque juratis tantum creditur, cum, quæ ipſi viderunt, quibuſque ipſi interfuerunt, exponunt. Qui vero audita referunt, quamvis jurati, fides iis non eſt habenda; non enim, quæ ſciunt, reſpondent; ſed *injuratorum*, hoc eſt, eorum, qui non jurarunt, voces ſolum afferunt. REGIUS. *Injuriatorum*; Locat. *inviatorum*: Voſſ.

25. *Ut in cauſſis repetundarum.*] *U* vocali in *e* converſa, & copula, loco illius particulæ *ut*, videtur reponenda. REGIUS. *Utque in cauſſis*; Steph. Gryph. Colin. Vidov.

26. *Et permiſtum.*] *Permiſtim* quoſdam legere notat Aſcenſius.

27. *Sufficiebat alioqui.*] Domitius Afer celebris Orator, cujus meminit Fab. lib. x. duos ſcripſerat libros de confirmandis & refellendis teſtimoniis: cæterum colligere licet ex hoc loco, deceptum fuiſſe divum Hieronymum, qui ſcribit, Quinctilianum ex Hiſpania adductum fuiſſe a Galba Romam, ut rhetoricam doceret; nam Quinctilianus Romanus fuit, teſtante etiam Martiale: at deceptus fuit appellatione; alius enim fuit Quinctilianus hujus pater. TURNEB. Hæc fere ex Regio deſcripta ſunt. Romæ natum fuiſſe Quinctilianum cenſet & probat vetus auctor, qui vitam ejus conſcripſit; ſed ex Hiſpania oriundum tradunt, præter Divum Hieronymum, Auſonius, & Caſſiodorus, quorum teſtimonia in hujus operis limine relata ſunt. His adſtipulatur Dodwellus in annalibus Quinctilianeis. CAPPER.

28. *Senem colui.*] *Senem vidi, non lecta tamen*; V. C. Alm.

29. *Præcepit.*] *Præcipit*; Locat. Ald. Gryph. Baſil. Colin. Vidov. Voſſ. ſecund.

30. *Quomodo contingat.*] *Id* pronomen ut adſcribatur, ſenſus integritas expoſcit, ut legamus: *Id quomodo contingat*. REGIUS. *Quomodo contingat*; Locat. V. C. Alm. *& quomodo cont.* Ald. *Quomodo.*] Fab. lib. XII. cap. 9. fuſiſſime explicat, quomodo orator *cauſſam* noſſe debeat. TURNEB.

31. *Explicabimus.*] *Tum explicabimus*; Baſil.

32. *Et veluti tela*] *Interrogationi veluti tela*; V. C. Alm. *Tela ad manum.*] Vide auctorem de cauſſis corrupt. Eloq. cap. 5. ALMEL.

33. *Actione.*] Per orationem perpetuam & continuam, ſed ſpecialem contra teſtes, vel pro teſtibus. CAPPER.

34. *Debet enim.*] Etiam antequam ad interrogationem veniamus, quædam in oratione noſtra præparare debebimus; quibus fides quadamtenus detrahatur teſtibus. Ita enim facilius judici perſuadebitur. TURNEB.

35. *Oratione perpetua.*] Id eſt, continua, non interrupta, ut fit in interrogationibus. CAPPER.

36. *Quiſque dictis.*] Supple, teſtimoniis. CAPPER.

37. *Et quoniam duo.*] Denuntiare teſtimonium, eſt teſti diem dicere, qua compareat ad judicium, ut teſtimonium dicat. Fiebat autem denuntiatio duntaxat, ut innuit Fabius, in publicis judiciis; quomodo hominibus privatis cavebatur & re familiari occupatis, ne paſſim denunciato teſtimonio inquietarentur. TURNEB. Alia profert Iſidor. Origin. lib. XVIII. cap. 15. ALMELOV.

38. *Quibus judex.*] *Quibus in judiciis publicis lege denuntiatur*; V. C. Alm. & Obrecht. *quibus judex publicus judiciis denuntiare ſolet*; Cod. Colbert. *quibus judex publicis judiciis lege denunciare ſolet*; Locat.

39. *Quorum altero.*] Genere ſcilicet voluntariorum teſtium. CAPPER.

40. *Utraque pars.*] Plinius Cæcilius lib. VI epiſtolarum ait, olim accuſatori poteſtatem fuiſſe in publicis judiciis quærendi, teſtibuſque denunciandi, atque Licinium petendum cenſuiſſe a Coſſ. ut referrent, an placeret in futurum adjici, ut, ſicut accuſatoribus, ita reis quoque idem liceret: quod quidem facere videtur ad hujus loci interpretationem. TURNEB. *Pars utraque*; editio Obrecht.

41. *Alterum excuſatoribus.*] *Accuſatoribus*, pro *excuſatoribus* legendum eſſe ut putem, adducor iis, quæ paulo poſt de hoc teſtium genere dicuntur, quibus lege denuntiari ſolet; hujuſmodi namque teſtibus ſoli accuſatores uti videntur. REGIUS. *Excuſatoribus*; Locat. *Alterum accuſatoribus tantum.*] Eorum nempe genus teſtium, quibus judex publicis in judiciis lege denunciare ſolet, hoc eſt, diem dicere dicendo teſtimonio. CAPPER.

42. *Scire quid his dicturus eſt.*] *Is* citra aſpirationem, & *ſit* legendum eſt: tenere autem debemus interrogationem, teſtium & accuſatoris, & defenſoris eſſe; & ejus, qui producit, & ejus, contra quem producuntur, ut ait Pedianus: id quod facile ex ipſius quoque Quinctiliani verbis colligi poteſt. REGIUS. *Dicturus eſt*; Ald. Colin.

43. *Rogando.*] Id eſt, interrogando.

44. *Inducuntur in laqueum.*] *Metaphora* eſt ducta a feris, quas ſenſim venatores ſolent in caſſes & retia inducere: quod idem facit patronus, cum interrogatiunculis & quibuſdam inductionibus tandem fallit teſtem. TURNEB. Quaſi hac lectione nihil elegantius, nihil melius potuiſſet eſſe, inculcarunt ſcioli. MS. Palat. longe meo palato ac pectori gratiorem admittit: *Turbantur enim, & a patronis diverſæ partis inducuntur in latus. Sed & plus depreh.* Omnia ſana: niſi mavis, *Induuntur*. *Inducere in latus*, qui neſcierunt militare, vel gladiatorium verbum eſſe, mutaverunt. Nam qui tecto ſunt

duuntur in laqueum; & [45] plus deprehenſi nocent, quam firmi & interriti profuiſſent. Multum igitur domi ante verſandi; ac variis percontationibus, quales [46] haberi ab adverſario poſſunt, explorandi ſunt. Sic fit, ut [47] aut conſtent ſibi; aut, ſiquid [48] titubaverint, opportuna rurſus ejus, a quo producti ſunt, interrogatione velut [49] in gradum reponantur. [50] In his quoque adhuc, qui conſtiterint ſibi, vitandæ ſunt inſidiæ; nam frequenter [51] ſubjici ab adverſario ſolent; &, omnia profutura polliciti, diverſa reſpondent, & auctoritatem habent [52] non arguentium illa, [53] ſed confitentium. Explorandum igitur, quas cauſſas lædendi adverſarium afferant; [54] nec id ſat eſt, [55] inimicos fuiſſe; ſed an deſierint, an per hoc ipſum [56] reconciliari velint; ne [57] corrupti ſint; ne pœnitentia propoſitum mutaverint. Quod cum [58] in iis quoque, qui ea, quæ dicturi videntur, re vera ſciunt, neceſſarium eſt præcavere; tum multo magis in iis, qui ſe dicturos, quæ falſa ſunt, pollicentur. Nam & frequentior eorum pœnitentia eſt, & promiſſum ſuſpectius; &, [59] ſi perſeveraverint, [60] reprehenſio facilior. Eorum vero, [61] quibus denuntiatur, pars teſtium eſt, quæ reum lædere velit; pars, quæ nolit. [62] Idque interim ſcit accuſator, interim neſcit. Fingamus in præſentia ſcire. [63] In utroque enim genere ſummis artibus interrogantis opus eſt. Nam ſi habet teſtem cupidum lædendi, cavere debet hoc ipſum, ne cupiditas ejus appareat; nec ſtatim de eo, quod in judicium venit, rogare; ſed aliquo circuitu ad id pervenire; ut illi, quod maxime dicere voluit, videatur [64] expreſſum. [65] Nec nimium inſtare interrogationi, [66] ne ad omnia reſponden-

latere, indui in illud gladio ferrove non temere poſſunt, ſed qui nudo & aperto. Nam ante etiam timidum nominat: omnia ex militia traloquitur. Ipſe firmat lib. IX cap. I. *Namque ut in armorum certamine adverſos ictus ac ſimplices manus cum videre, tum etiam cavere ac propulſare facile eſt; averſæ tectæque minus ſunt obſervabiles; & aliud oſtendiſſe, quam petas, artis eſt: ſic oratio, quæ aſtu caret, pondere, mole & impulſu præliatur; ſimulanti variantique conatus in latera atque in terga incurrere datur, & arma advocare, & velut nutu fallere.* Ubi MS. *arma avocare.* Reſtituendus quoque hoc verbo infra Quinctilianus, lib. XII. cap. I. *Neque prudentiam iis,* (concelleris) *qui in graviſſimas frequenter legum, ſemper vero malæ conſcientiæ pœnas a ſemetipſis improviſo rerum exitu induantur.* Sic omnino ex membran. Palat. leg. & editione Aldi. Vulgo *inducantur*: putida gloſſa. Hinc cape Ciceron. Verr. 3. *ſua confeſſione induatur, ac juguletur.* Ovid. Amor. lib. II. Eleg. 10.

Induat adverſis contraria pectora telis
Miles, & æternum ſanguine nomen emat.

Virgil. lib. 10. Æneid. 681.

An ſeſe mucrone ob tantum dedecus amens
Induat, & crudum per coſtas exigat enſem?

Sic Cæſar, *ſe ſtimulis inopinantes induebant.* Lucret. lib. IV. verſ. 815.

At nos in fraudem induimus, fruſtramur & ipſi.

Gebh. III. Crepund. cap. 5. *Induere pectus* telis, ferro; *ſe induere in telum vel telo*, veteres dixiſſe ſine ullo dubio eſt; ſed *in latus indui* nihili eſſe, recte notavit ſummus Gronov. ad Senec. Herc. Fur. 1312. ubi Gebhardum refellit, & hic legit *induuntur in laqueum*, quod verum puto; *inducuntur* enim in laqueos fallaciis & blanditiis; ſed *induuntur* incauti, qui turbantur, id eſt, de ſtatu dejecti ſunt; ut explicuimus ſupra lib. IV. cap. 5. & hoc ſequentia verba *deprehenſi, firmi, interriti*, & *in gradum reponantur* flagitant: quæ omnia a vera pugna transferuntur ad forenſem concertationem, qua ſubito turbati in latentes laqueos induuntur. BURMAN.

45. *Plus deprehendi nocent.*] *Deprehenſi* legendum eſſe, nemo non videt. REGIUS. *Sed & plus*; Locat. Voſſ. ſecund. *Deprehenſi.*] Supple, in mendacio. Græci dicerent ἁλόντες: ſic paulo poſt Fabius: *aut in mendacio, vel cupiditate lædendi deprehendantur.* CAPPER.

46. *Haberi ab adverſario.*] *Haberi adverſario*; V. C. Alm.

47. *Aut conſtent ſibi.*] Sic de adverſario Cornificius ad Heren. lib. II. cap. 5. ALMELOV.

48. *Titubaverint.*] Sic pro Flacco Cicer. *Si vero titubaverint, quo revertantur non habebunt, &c.* quæ ſequuntur. TURNEB.

49. *In gradum*] *Metaphora* eſt ducta ab illis, qui ſupplantati ſunt, aut a colluctatore dejecti, qui opportuno alicujus auxilio eriguntur. *Eraſ. Chil.* Idem. Vide ad Petron. capp. 36. & 80.

50. *In his quoque.*] Vitandi ſunt etiam atque etiam ſubjecti teſtes & ſubornati, qui adverſarii fraude pollicentur ſe dicturos teſtimonium pro te, cum tamen in ipſis judiciis contra te ſint dicturi. TURNEB.

51. *Subjici ſolent.*] Vulgo, *ſubornari*; Gallice *être appoſtés.* CAPPER.

52. *Non arguentium illa.*] Hoc eſt, non refellentium illa, quæ diverſa & nobis contraria reſponderint illi teſtes ab adverſario noſtro ſubjecti, ſubditi, *ſubornati, &c.* CAPPER.

53. *Sed confitentium.*] Sicque contra nos ipſos teſtificantium. CAPPER.

54. *Nec id ſat eſt.*] *Satis eſt*; Locat. Ald. Gryph. Baſil. Colin. Vidov. Stephan.

55. *Inimicos fuiſſe.*] Inimico teſti olim creditum. PITHOEUS.

56. *Reconciliari.*] *Conciliari*; Locat.

57. *Corrupti ſint.*] Corruptelam in teſte ſummopere vitare decet; & alioqui, qui corrupti ſunt, ex lege Julia a teſtimonio dicendo arcentur. Hunc locum quoque pro Flacco cap. 6. eleganter Cicero tractavit: *Ut eos, qui domo exire nolebant, teſtimonii denunciatione terreret; qui domi ſtare non poterant, largo & liberali viatico commoveret. Sic adoleſcens ingenii plenus, locupletes metu, tenues præmio, ſtultos errore permovit, &c.* quæ ſeq. TURNEB.

58. *In iis, qui ſe dicturos, quæ falſa ſunt, pollicentur.*] Videtur Fabius non repudiare teſtimonia eorum, qui ſe dicturos, quæ falſa ſunt, pollicentur, quod eſſet hominis parum probi: ſed idem paulopoſt monet facere ſe mentionem ejuſmodi peſſimarum artium, non ut fiant, ſed ut vitentur. ROLLIN.

59. *Si perſeveraverint.*] *Si perſeverarunt*; Vallæ cod. *perſeverarint*; V. C. Alm.

60. *Reprehenſio facilior.*] Alii codices habent, *deprehenſio facilior*; quemadmodum antea dixit *teſtem deprehenſum.* TURNEB.

61. *Quibus denunciatur.*] Supple, teſtimonium; hoc eſt, quibus judex lege denunciare ſolet, ut certa die compareant teſtimonium dicturi. CAPPER.

62. *Idque interim*] Nam teſtibus illis denuntiatur a judice teſtimonium; atque inde fit, ut plerumque accuſator ignoret, qui pro reo dicturi ſint, aut contra reum. TURNEBUS.

63. *In utroque enim genere.*] *In utroque tamen genere*; MSS. Joan. Alm. Andr. margines Steph. Vaſc. Sich. Baſil.

64. *Expreſſum.*] Quaſi aſtu, aut etiam vi extortum. CAPPER.

65. *Nec nimium inſtare.*] Si teſtis cupidus erit lædendi; non tamen ab eo petemus omnia, quæ poſita ſunt in controverſia; ſed, quod nobis utile erit, ab eo petemus; reliqua ab aliis teſtibus. TURNEB.

66. *Ne omnia reſpondendo.*] *Ad omnia*; V. C. Alm. Locat. Ald. Steph. Gryph. Baſil. Colin. Vidov. Obrecht. Voſſ. ſecund.

do teſtis fidem ſuam minuat; ſed [67] in tantum evocare eum, [68] quantum ſumere [69] ex uno ſatis ſit. At in eo, qui verum invitus dicturus eſt, prima felicitas [70] interrogantis eſt extorquere, quod is noluerit. [71] Hoc non alio modo fieri poteſt, quam longius interrogatione repetita. Reſpondebit enim, quæ nocere *cauſſæ* non arbitrabitur: ex pluribus deinde, quæ confeſſus erit, eo perducetur, ut, quod dicere non vult, negare non poſſit. Nam, ut in oratione, ſparſa plerumque colligimus argumenta, quæ per ſe nihil reum [72] aggravare videantur, congregatione deinde eorum factum convincimus: ita hujuſmodi teſtis multa de ante actis, [73] multa de inſecutis loco, tempore, perſona, [74] cæteriſque eſt interrogandus; ut in aliquod reſponſum incidat, poſt quod illi vel fateri, quæ volumus, neceſſe ſit; vel iis, [75] quæ jam dixerit, repugnare. Id [76] ſi non contingit, reliquum erit, ut eum nolle dicere manifeſtum ſit; [77] protrahenduſque, ut in aliquo, quod vel extra *cauſſam* ſit, [78] deprehendatur. [79] Tenendus etiam diutius, ut omnia ac plura, quam res deſiderat, pro reo dicendo ſuſpectus judici fiat: [80] quo non minus [81] nocebit, quam ſi vera in reum dixiſſet. At ſi (quod ſecundo loco diximus) [82] neſcit actor, [83] quid propoſiti teſtis attulerit; paulatim, & (ut dicitur) pedetentim interrogando experietur animum ejus, & ad id reſponſum, quod eliciendum erit, per gradus ducet. Sed quia nonnunquam ſunt hæ quoque teſtium artes, ut primo ad voluntatem reſpondeant, quo majore fide diverſa poſtea dicant; [84] eſt accuſatoris, ſuſpectum teſtem, [85] dum prodeſt, dimittere. [86] Patronorum in parte expeditior, [87] in parte difficilior interrogatio eſt. Difficilior hoc, [88] quod raro unquam poſſunt ante judicium ſcire, quid teſtis dicturus ſit. Expeditior, quod, cum interrogandus eſt, ſciunt, quid dixerit. [89] Itaque in eo, quod incertum eſt, cura & inquiſitione opus eſt, quis reum premat, quas & quibus ex cauſſis [90] inimicitias habeat; eaque in oratione prædicenda atque amolienda ſunt; ſive odio [91] conflatos teſtes, ſive invidia, ſive gratia, ſive pecunia videri volumus. [92] Et, ſi deficietur numero pars diverſa, paucitatem; [93] ſi abundabir, conſpirationem; [94] ſi humiles producet, vilitatem; ſi potentes, gra-

67. *In tantum evocare.*] Non omnia, quæ poſita ſunt in controverſia, ſed quod nobis utile erit, ab eo poſcemus; reliqua ab aliis teſtibus CAPPER.

68. *Quantum ſumere.*] *In quantum;* Voſſ. tert.

69. *Ex uno ſatis ſit.*] *Satis eſt;* Locat. Colin.

70. *Interrogantis eſt.*] *Eſt* non habet V. C. Alm.

71. *Hoc non alio.*] Opportuna eſt hoc loco Socratica *inductio*, de qua poſtea eſt acturus Fabius. Fit autem quibuſdam interrogatiunculis & conceſſionibus, quibus demum elicimus, quod abſurdum eſt, aut contrarium. Ea utebatur Socrates adverſus Sophiſtas. TURNEB. Voſſ. *hoc vero.*

72. *Aggravare.*] Sic quoque præcipiunt rhetores in argumentorum collocatione & diſpoſitione, ut infirma argumenta multa ſimul congerantur; ita enim fiet, ut ea, quæ momento non pugnant, multitudine valeant. TURNEB.

73. *Multa de inſecutis.*] *De conſecutis;* marg. Baſil.

74. *Cateriſque.*] *Cateris;* V. C. Alm. Obrecht.

75. *Quæ jam dixerat.*] *Quæ jam dixerit;* Gibſon. *dixerat;* Steph.

76. *Si non contingit.*] *Si non contigit;* V. C. Alm.

77. *Protrahendus.*] Protrahitur teſtis, quando interrogationibus extra *cauſſam* educitur, diutiuſque interrogatur: at tenetur, cum diutius interrogationi inſiſtimus, ut utroque modo illum circumveniamus. TURNEB.

78. *Deprehendatur.*] Ἀλῷ; Supple, mendax Ita paulo poſt: *aut in mendacio .... deprehendantur.* CAPPER.

79. *Tenendus.*] *Tentandus;* marg. Baſil.

80. *Quo non minus, &c.*] Qua re, qua teſtimonii dicendi ratione. CAPPER.

81. *Nocebis.*] Supple, τῷ reo. CAPPER.

82. *Neſcit actor.*] *Neſciet actor;* Ald. Gryph. Baſil. Voſſ. prim. Colin Vidov. Steph. *neſciret;* Locat. *neſciat;* Obrecht.

83. *Quid propoſiti.*] Quid conſulti & præmeditati attulerit, utrum videlicet reum lædere velit, an nolit. CAPPER.

84. *Eſt oratoris.*] Sic quidem legitur; ſed, niſi corrigatur, parum convenient, quæ ſtatim ſubjiciuntur, cum ſuperioribus. Cur enim patronorum in parte expeditior, in parte difficilior ſit interrogatio, quam oratoris, cum patroni utique ſint oratores? Quare mihi ſic emendari poſſe videtur, ut loco *oratoris* reponatur *accuſatoris*, vel certe *actoris*. Actor namque frequentiſſime ponitur pro accuſatore: hactenus autem Fabius accuſatori præcepta tradidit, quæ ſervet in iis rogandis teſtibus, quibus denunciatur. Quæ vero defenſoribus, qui & patroni dicuntur, in iiſdem rogandis teſtibus ſervanda ſint, aperte ſubjicit. REGIUS. *Accuſatoris;* Ald. Colon. Vaſc. Steph. Roign. Gryph. Colin. Vidov.

85. *Dum prodeſt.*] Hoc eſt, ſtatim atque aliquid protulit, quod actori, ſeu accuſatori prodeſt. CAPPER.

86. *Patronorum in parte.*] Officium patroni in teſtimoniis modo difficilius eſt, cum perpetua agit oratione, quia non ſcit adhuc, quid ſit dicturus teſtis: at in interrogatione eſt facilius, quia jam audivit, quid reſponderit accuſatori teſtis. TURNEB. *Patronorum.*] *Patronus* proprie dicitur rei defenſor; & actori, ſeu accuſatori opponitur, ut ex pluribus Fabii locis conſtat. CAPPER.

87. *In parte expeditior, in parte difficilior.*] Id eſt, partim quidem ... partim vero. Græce diceretur τῇ μὲν, τῇ δὲ ex una quidem parte ... ex altera vero parte. CAPPER.

88. *Quod raro.*] *Quod raro, aut fere nunquam;* marg. Baſil.

89. *Itaque in eo.*] Cum oratione perpetua utitur patronus, ſtudioſe debet exquirere, qui teſtes reum ſint preſſuri, ut illis oratione ſua fidem detrahat. TURNEB.

90. *Inimicitias habeat.*] *Alat;* marg. Baſil. *habuit;* Locat.

91. *Conflatos.*] Id eſt, allectos, inductos, vulgo *ſubornatos.* CAPPER.

92. *Et ſi deficietur numero.*] Aiunt legitimum eſſe teſtium numerum, ſi decem producantur. Si igitur vel plures, vel pauciores habuerit accuſator, id exagitabimus. TURNEB. Hæc facit Cicero pro Flacco. EDITOR. LEID. Ad decem teſtes reſpicit Plaut. Trucul. act. II. ſcen. 6.

Pluris eſt oculatus teſtis unus, quam auriti decem.

Videri plura poſſunt leg. 3. & 12. ff. de teſt. ſed Iſidorus lib. XVIII. orig. 15. tres tantum ſtatuere videtur; ita enim inquit: *In omni judicio ſex perſonæ quæruntur, judex, accuſator, reus, & tres teſtes.* ALMEL. *Si deficiet;* Voſſ. prim. tert. *Si deficietur numero pars diverſa.*] Si teſtes pauci numero producantur a parte nobis adverſa. CAPPER.

93. *Si abundabit.*] Pars nobis adverſa teſtium copia. CAPPER.

94. *Si humiles producet, utilitatem.*] *Vilitatem;* Loc. Ald. Steph Colin. Obrecht. quæ vera lectio eſt; *vilitas* enim reſpondet *humilitati*, & has voces, *utilitas* & *vilitas*, ſæpe confuderunt librarii. Sic apud Plin. XXXV. 6. *Itaque ad denarios ſenos utilitas redut;* ubi legendum *vilitas*, ex emendatis codicibus. Ita & apud Curtium lib V. 9. *Sæpe tædio laboris ad vilitatem ſui compellantur ignavi:* alii *utilitatem* exhibue-

tiam oportebit inceſſere. Plus tamen proderit cauſſas, propter quas reum lædant, exponere: quæ ſunt variæ, &.pro conditione cujuſque litis, [95] aut litigatoris. [96] Nam contra illa, quæ ſupra diximus, ſimili ratione reſpondéri *locis communibus* ſolet; [97] quia & in paucis atque humilibus accuſator ſimplicitate gloriari poteſt, quod neminem præter eos, [98] qui poſſunt ſcire, quæſierit; & multos atque honeſtos commendare [99] aliquanto eſt facilius. Verum interim & ſingulos, ut [100] exornare, ita [101] deſtruere contingit, [102] aut recitatis [103] in *actione*, aut teſtibus nominatis. Quod iis temporibus, [104] quibus teſtis non niſi poſt finitas *actiones* rogabatur, [105] & facilius & frequentius fuit. Quid autem in quemque teſtium dicendum ſit, ſumi, niſi ex ipſorum perſonis, non poteſt. [106] Reliquæ interrogandi ſunt partes. Qua in re primum eſt, [107] noſſe teſtem: nam timidus terreri, ſtultus decipi, iracundus concitari, ambitioſus [108] inflari, longus protrahi poteſt: prudens vero & conſtans, [109] vel, tanquam inimicus & pervicax, dimittendus ſtatim; vel [110] non interrogatione, ſed brevi interlocutione [111] patroni refutandus eſt; aut aliquo, ſi continget, [112] urbane dicto refrigerandus; aut, [113] ſiquid in ejus [114] vitam dici poterit, [115] infamia criminum [116] deſtruendus. Probos quoſdam & verecundos non aſpere inceſſere profuit; nam ſæpe, [117] qui adverſus inſectantem [118] pugnaſſent, modeſtia mitigantur. Omnis au-

runt. Vide Modii notas. Eadem vox reſtituenda legi ult. §. ult. ff. ad Leg. Jul. de annon. *quia demonſtraturam te, quæ ad vilitatem annonæ pertinent, polliceris; præfectum annonæ docere potes*: nunc *utilitatem* circumfertur. Sic *vilitas edulium* Macrob. II. 13. & ita Cujacius reddidit legi 3. Cod. de Murileg. & Noriſius diſſert. ad numm. Dioclet. cap. 5. legi 2. C. de Conſulib. & non ſpargend. Vide & Heinſ. ad Vell. Paterc. II. 46. & mox hoc ipſo capite. MSS. has voces confundunt. BURMAN.

95. *Aut litigatoris.*] *Et litigatoris*; Voſſ. tert.

96. *Nam contra illa.*] Quid contra illas patroni rationes dici poſſit ab accuſatore, exponit. Nam *loco* utetur *communi*, qui quidem hac in re ita appellatur, quod multarum ſit *cauſſarum* communis, & alias ab accuſatore, alias a defenſore dicitur. TURNEB.

97. *Quia ut in paucis.*] *Et* copula loco illius *ut* particulæ videtur reponenda, hoc modo; *quia & in paucis.* REGIUS. *Ut in paucis*; V. C. Alm Locat. Voſſ.

98. *Qui putant ſcire.*] Quidam loco illius verbi *putant*, legunt, *poſſunt*: mihi vero *quos*, &, *putarit*, videtur eſſe legendum. REGIUS. *Qui putant*; Locat. *quos putarit*; Ald. Sich. Par Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *qui poſſunt*; V. C. Alm Obrecht. ſic *putare* & *poſſe*, confuſa infra lib. IX. cap. I. in f.

99. *Aliquanto.*] *Aliquando*; V. C. Alm. Locat. Baſil. Gryph. Steph. Bern.

100. *Exornare.*] Commendare teſtes, eorumque auctoritatem confirmare. CAPPER.

101. *Deſtruere.*] Ἀνασκευάζειν, refellere, refutare, infirmare teſtes, & eorum deprimere auctoritatem. CAPPER.

102. *Aut recitatis.*] Pro *recitatis*, legendum putem *citatis*, ut ſit ſenſus; aliquando perpetua oratione refutari teſtem, aut cum eum coram vocamus in conſpectum judicum, aut cum dumtaxat nominamus, non etiam coram advocamus. Quod ſi *recitatis teſtibus* legas, intelligemus recitando teſtimonia eorum: quod non perinde procedit. TURNEB.

103. *In actione.*] In agendo *cauſſam*, in habenda oratione, &c. CAPPER.

104. *Quibus teſtis non poteſt.*] Ita depravatus eſt hic locus, ut ſenſus elici non poſſit. Facile autem emendatur, ſi pro illa particula *non* reponatur *niſi*, & *poſt*, loco illius verbi *poteſt*, ac *in* præpoſitione expuncta, *finitas* legatur hoc modo: *Quod iis temporibus, quibus teſtis niſi poſt finitas actiones rogabatur.* REGIUS. Alii codices habent, *quibus teſtis non poſt finitas actiones*, ut etiam teſtis rogaretur primis *actionibus*. Alii codices ita, *non modo poſt finitas actiones*: ut intelligamus olim etiam mediis *actionibus* interrogatos fuiſſe teſtes, cum Fabii tempore, dumtaxat *actionibus* finitis, teſtes interrogarentur. TURNEB. *Non poſt finitas*; V. C. Alm. Locat. Voſſ. tert. Bern. Ald. *non niſi poſt*: reliquæ fere omnes editiones,

105. *Et facilius.*] *Et* non habet V. C. Alm.

106. *Reliquæ.*] Docuit quo pacto patronus teſtem refutare deberet *in actione* ſua: nunc quo pacto interrogatione, quæ fieri ſolet poſt *actionem*, uti debeat, docet TURNEB. *Reliquæ interrogandæ.*] *Interrogandi* legendum eſſe, facile eſt videre. REGIUS. *Interrogandæ*; Locat. Voſſ. prim. tert.

107. *Noſſe teſtem.*] Plurima involvunt; nam conſiderantur conditione, natura, vita, vir ſit an femina, locuples an egens, decurio an plebeius, &c. quæ in libr. III. & ſeq. ff. de teſtib. Iſidor. XVIII. cap. 15. ſervus an liber, &c. quare optime Terent. in Phormion. Act. I. Scen. 5.

Servum hominem cauſſam orare leges non ſinunt,
Neque teſtimonii dictio eſt.

Cornific. ad Heren. lib. II. cap. 7. Conſule Eccleſiæ Africanæ Canon. CXXIX. & CXXXI. qui, quod noſter omiſit, addit ante annum XIV. non licuiſſe. ALMELOV.

108. *Inflari, in longum protrahi poteſt.*] Ut nihil ex iis, quæ ſentio, prætermittam, aliquod *epitheton* huic membro mihi deeſſe videtur. Cum enim Fabius ſingulis verbis ſingula *epitheta* adjecerit, alienum ab ipſius elegantia foret, ſi ultimum membrum *appoſito* non exornaſſet. Quodnam vero ſit adſcribendum, non facile in tanta *appoſitorum* multitudine auſim affirmare: tametſi forſitan *curioſus* recte adſcriberetur. Nam curioſi facile in longum protrahuntur. REGIUS. *Longus protrahi*, neſcio quo modo in editione Lugdunenſi aliiſque nonnullis deſiderantur. Illa nos merito ſuo loco reſtituimus, non ſolum quod in Codicibus. MSS. Bodl. Baliol. atque editorum quinque invenimus; ſed etiam quod exiſtimavimus ea inſtituto Fabii accurate congruere. Agit ille de argute tractando teſte, ejuſque mores & ingenium obſervando. Si igitur (inquit) longiore verborum apparatu utitur, paulatim diducito, ut, unde ſit profectus, & quo tendat, obliviſcatur. Quid? quod de protrahendo teſte ipſe etiam Fabius ſuperiore pagina nonnihil loquitur. GIBSON. *Longus protrahi poteſt*; Gryph. Steph. Baſil. Vidov. Obrecht. Oxon. Colineus recipit conjecturam Regii, Aldus totum hoc membrum omiſit, ut & Leid. Mihi vero videtur quoque aliquod *epitheton* deſiderari, quod prudenti & conſtanti, quem ſtatim dimittendum eſſe ſuadet, opponi poſſet, & ita poſſet legi: *levis* vel *varius in longum protrahi poteſt*, qui vacillat, neque ſibi conſtat in teſtimonio: ſed ſine ope MSS. codicum verum conjicere difficile eſt. BURMAN. Voſſ. ſecund. habet, *inflari longius protrahi poteſt.*

109. *Vel tanquam inimicus.*] *Vel quaſi jam inimicus & ſi pervicax & dimittendus ſtatim, & non interrogatione*; V. C. Alm. *& non interrogatione*; etiam edit. Obrecht.

110. *Non interrogatione.*] Continua videlicet, & diligenti. CAPPER.

111. *Patroni.*] Ejus nempe, qui ℞ rei *cauſſam* agit, defendit; & ſic diſtinguitur ab actore, ſive accuſatore. CAPPER.

112. *Urbano dicto.*] *Urbane dicto*; V. C. Alm. Locat. Ald. Gryph. Baſil. Colin. Oxon. Obrecht. *Urbane dicto.*] Ἀστειςμῷ, quopiam acute dicto, quod urbanum virum deceat. CAPPER.

113. *Si quid in.*] *Si qua in*: Voſſ. ſecund.

114. *In vitam.*] Cornific. ad Herenn. lib II. cap. 6. ALMELOV. *In vita*; Voſſ. prim. tert.

115. *Infamia criminum.*] Ut pro A. Cæcina Cicero cap. 10. *Venio ad Phormionem, qui non minus niger eſt, quam Phormio Terentianus, qui erat ſceleratus.* TURNEB.

116. *Deſtruendus.*] refellendus, refutandus, &, ut ait Cicero, infirmandus CAPPER.

117. *Qui adverſus inſectantem*] Qui teſtes adverſus inſectantem patronum, &c. CAPPER.

118. *Pugnaſſent.*] *Pugnas, modeſtia mitigatur*: V. C. Alm.

tem

tem interrogatio aut [119] in *cauſſa* eſt, aut extra *cauſſam.* In *cauſſa*, ſicut accuſatori præcepimus, patronus quoque altius, &, unde nihil ſuſpecti ſit, repetita percontatione, priora ſequentibus applicando, ſæpe eo [120] perducit homines, [121] ut invitis, quod proſit, extorqueat. [122] Ejus rei ſine dubio nec diſciplina ulla in ſcholis, nec exercitatio traditur; & naturali magis acumine, aut uſu contingit hæc virtus. [123] Si quod tamen exemplum ad imitationem demonſtrandum ſit, ſolum eſt, quod ex dialogis Socraticorum, maximeque Platonis, duci poteſt: in quibus adeo [124] ſcitæ ſunt interrogationes, [125] ut, cum plerisque bene reſpondeatur, res tamen ad id, quod [126] volunt efficere, perveniat. Illud fortuna interim præſtat, ut aliquid, [127] quod inter ſe parum conſentiat, a teſte dicatur; interim (quod ſæpius evenit) ut teſtis teſti diverſa dicat. Acuta autem interrogatio ad hoc, quod caſu fieri ſolet, etiam ratione perducet. Extra *cauſſam* quoque multa, quæ proſint, [128] rogari ſolent; de vita teſtium aliorum, de ſua quiſque; ſi turpitudo, [130] ſi humilitas, [131] ſi amicitia accuſatoris, ſi inimicitiæ cum reo: in quibus aut dicant aliquid quod proſit, [132] aut in mendacio vel cupiditate lædendi deprehendantur. Sed in primis interrogatio debet eſſe circumſpecta, quia multa contra patronos venuſte teſtis ſæpe reſpondet, eique præcipue vulgo favetur. Tum verbis quam maxime ex medio ſumptis: ut qui rogatur (is autem [133] eſt ſæpius imperitus) intelligat, aut ne intelligere ſe neget: quod interrogantis non leve [134] frigus eſt. Illæ vero peſſimæ artes, teſtem ſubornatum [135] in ſubſellia adverſarii mittere, ut [136] inde excitatus plus noceat; vel dicendo contra reum, cum quo ſederit; vel, cum adjuviſſe teſtimonio [137] videbitur, faciendo ex induſtria multa immodeſte atque intemperanter, per quæ non a ſe tantum dictis detrahat fidem, [138] ſed cæteris quoque, qui profuerant, auferat auctoritatem. Quorum mentionem habui, non ut fierent, ſed ut vitarentur. [139] Sæpe inter ſe collidi

119. *In cauſſa.*] *Ex cauſſa*; Voſſ. prim. tert.

120. *Perducit homines.*] Eos qui teſtimonium dicunt. CAPPER.

121. *Ut invitis.*] *Ut ab invitis*; Ald. Steph. Gryph. Colin. Vidov.

122. *Ejus rei.*] Hanc ait partem non eſſe petendam a rhetoribus; ſed a philoſophis, præſertim Socraticis. Cæterum retulit diſciplinam ad eas præceptiones, quibus alicujus rationem complectimur: exercitationem autem ad uſum, qui ſecundum diſciplinam inſtituitur. TURNEB.

123. *Si quod tamen exemplum.*] Socratici philoſophi, ut Plato, Xenophon, Æſchines, plurimum ſunt uſi ea inductione, quæ fit per interrogationem; cui non eſt abſimilis *ſorites*, id eſt, acervalis ſyllogiſmus Stoïcorum. TURNEB.

124. *Scitæ interrogationes.*] Hic mos Socraticorum cum a poſterioribus non eſſet retentus, Arceſilaus eum revocavit, ut latius apud Ciceronem lib. II. de Finib. cap. I. videri poteſt. ALMELOV.

125. *Ut cum pleriſque.*] *Ut, cum in pleriſque bene reſpondeatur, res tamen ad illud quod*; Locat.

126. *Volunt efficere.*] *Velint*; editio Obrecht.

127. *Quod in ſe parum conſentiat.*] *Inter ſe* legendum eſſe, non *in ſe*, facile patet. REGIUS.

128. *Rogari ſolent.*] *Interrogari*; Locat. Voſſ. ſecund.

129. *Si turpitudo.*] Si turpem vitam vivat, ſi turpe vitæ genus inſtituerit. CAPPER.

130. *Si humilitas.*] Julius Paullus Recept. ſentent. lib. V. Tit. de teſtibus dicit, inteſte & vitæ qualitatem exſpectari debere & dignitatem: ubi fortaſſe pro *exſpectari* legendum *ſpectari*. PHILAND. *Si humilitas.*] Si humili ſit loco natus. CAPPER.

131. *Si amicitia.*] Idem Paullus: *Veritatis teſtimonium neceſſitudo perſonarum plerumque corrumpit.* PHILANDER. *Si amicitia accuſatoris: ſi inimicitiæ cum reo.*] Ipſi teſti interceſſerit, interceſſerintve. CAPPER.

132. *Ut in mendacio.*] *Aut in mendacio*, legendum eſſe conſtat. REGIUS. *Ut in*; Locat.

133. *Eſt ſæpius.*] *Eſt ſæpe*; V. C. Almel.

134. *Frigus.*] Donatus interpretatur *parum adhærens* in Terentio, atque *metaphoram* eſſe ductam a picatione vaſorum, quibus pix, ſi frigida eſt, non adhæret. Budæus pro *ineptitudine* accipit, & *minime plauſibili ſpecie*. TURNEB. Frigus eſt ineptia & abſurditas, ut Græci ψυχρότης, qua in ſignificatione utitur & lib. VI. & alibi. PHILAND. Donati illa interpretatio, qua illa ex Eunuc. IV. 6.

—— *ſine Cerere & Libero friget Venus*,

exponit, huc convenire non videtur; ſed *frigus* hic eſt, cum neſciat quid reſpondeat, ſubita illa teſtis reſponſione turbatus: ita melius conveniet alter locus Terentii Phorm. V. 7.

—— *hiccine ut tibi reſpondeat,*
Qui hercle ubi ſit, neſcit:
Abi, tange: ſi non totus friget, me eneca:

& in Eunuch. III. 3.

Ubi friget, huc evaſit:

paulum diſſimili ratione Cicero VII. ad familiares. 18. *An hoc ſignificas, nihil fieri, frigere te?* aliter *frigus* & *frigida* de ineptis & inanibus, ubi non riſus, ſed merum frigus ſequitur, recte dici, oſtendit Cerda ad Virgil IV. Georg. 104. vel poſſet *frigus* hic capi, quod interroganti non favetur, ut paulo ante dixit, faveri teſti: de qua ſignificatione ſatis multa Lipſius ad Vellei. Paterc. II. 83. Caſaub. ad Suet. Aug. 66. & poſt eos Rupert. Obſerv. ad Salluſt. Catil. cap. XIII. BURMAN.

135. *In ſubſellia adverſarii.*] Judices ſedebant in tribunalibus, patroni in ſubſelliis. Rei quoque cum ſuis patronis & advocatis dextrum habebant ſubſellium, accuſatores ſiniſtrum. TURNEB. *In ſubſellia adverſa remittere*; V. C. Alm.

136. *Inde excitatus.*] Id eſt, ſurgens, vel ſurgere juſſus, coactus. Vide lib. III. cap. 6. ad illa Fabii verba. *Sedit in quatuordecim ordinibus .... ſi excitatus fuerit de ſpectaculis, & aget injuriarum, &c.* CAPPER.

137. *Videbitur.*] *Videtur*; Voſſ. ſecund.

138. *Cæteris quoque qui profuerant, auferat auctoritatem.*] Notatum eſt ad oram impreſſionum, alias pro *auctoritatem* legi *utilitatem*, mendoſe. Nam, qui ſic emendabant, reſpiciebant τὸ *profuerant.* Melius omnino Palatinus Codex, *vilitatem.* Unde legendum: *Cæteris quoque qui profuerant, adferat vilitatem*; ſenſu optimo. GEBHARD. Crepund. lib. I. cap. 17. pag. 55. *utilitatem*; MSS. Bodl. Joan. Obrecht. *vilitatem*; V. C. Alm. ut & Gebhardi codices, quos male Pareus & Gibſon. *utilitatem* habere, adfirmarunt: neque ego *adferat vilitatem* repudiarem temere; in Voſſ. prim. *auferant utilitatem.* BURMAN.

139. *Sæpe inter ſe.*] Hactenus ſimplicem *teſtium* confirmationem & refutationem docuit: nunc ex comparatione. Cæterum appellat *teſtationes*, teſtimonia, quæ ab abſentibus injuratis per tabulas fiunt: cujuſcemodi ſunt hodie, quæ *inquiſitiones* vocantur. TURNEBUS. Divus Hadrianus reſcripſit ſe teſtibus, non teſtimoniis crediturum, aliamque eſſe auctoritatem præſentium teſtium, aliam teſtimoniorum, quæ recitari ſolent. PITHOEUS.

ſolent, inde teſtatio, hinc teſtes, [140] *locus* utrimque. Hæc enim ſe pars jurejurando, illa [141] conſenſu ſignantium tuetur. Sæpe [142] inter teſtes & argumenta quæſitum eſt. Inde ſcientiam in teſtibus & religionem, [143] ingenia eſſe in argumentis dicitur; hinc teſtem gratia, metu, pecunia, ira, odio, amicitia, ambitu fieri; argumenta ex natura duci; [144] in his judicem ſibi, [145] in illis alii credere. Communia hæc pluribus *cauſſis*, multumque jactata ſunt, [146] ſemperque jactabuntur. [147] Aliquando utrimque ſunt teſtes, & quæſtio ſequitur; [148] ex ipſis, utri meliores viri; ex *cauſſis*, utri magis credibilia dixerint; ex litigatoribus, utri gratia magis valuerint. [149] His adjicere ſi-quis volet ea, quæ divina teſtimonia vocantur, ex [150] reſponſis, oraculis, [151] ominibus, [152] duplicem ſciat eorum eſſe tractatum; generalem alterum, in quo inter Stoicos & Epicuri ſectam ſecutos pugna perpetua eſt, regaturne providentia mundus; ſpecialem alterum, [153] contra partes divinationis, ut quæque in quæſtionem cadit. Aliter enim oraculorum, aliter [154] aruſpicum, [155] augurum, [156] conjectorum, & [157] mathematicorum fides confirmari, aut refelli poteſt; cum ſit rerum earum ratio diverſa. [158] Circa ejuſmodi quoque [159] inſtrumenta firmanda, vel [160] deſtruenda, multum habet operis oratio; ſi quæ ſint voces [161] per vinum, ſomnum, dementiam emiſſæ, vel excepta parvulorum [162] indicia, quos pars altera nihil fingere, altera [163] nihil judicare dictura eſt. Nec tantum [164] præſtari hoc genus poteſt, ſed etiam ubi non eſt, deſiderari ſolet: [165] *Pecuniam dediſti:* [166] *quis numeravit? ubi?*

140. *Locus utrimque.*] *Locus communis* ad dicendum pro teſtibus & teſtatione, vel contra teſtes, & teſtationem aſſumi ab oratore poteſt. CAPPER.

141. *Conſenſu ſignantium.*] Hoc eſt, teſtium, qui ſua teſtimonia ſcripta ſuo ſigillo conſignarunt. CAPPER.

142. *Inter teſtes & argumenta quæſitum eſt.*] Quæſitum eſt utris plus deferendum eſſet, & major habenda fides, teſtibuſne, an argumentis. CAPPER.

143. *Ingenia eſſe in argumentis.*] Meras ingenii ſubtilitates, argutias & acumina, quæ nullum aut certe perexiguum habeant in rebus ipſis fundamentum. CAPPER.

144. *In his.*] Argumentis videlicet. CAPPER.

145. *In illis.*] In teſtimoniis judex alteri, nempe teſti, credit. CAPPER.

146. *Semperque jactabuntur.*] *Semper tamen jactabuntur*; MSS. Bodl. Joan. Alm. Andr. Voſſ. tert. *ſemperque tamen jactabuntur*; Locat. Ald. Par. Baſil. Gryph. Vidov. *jactata ſunt ſemper, tum jactabuntur*; Obrecht.

147. *Aliquando utrimque ſunt teſtes, & quæſtio ſequitur.*] Parum elegans, ac potius ruſtica mihi iſta locutio videtur, minimeque Fabii candore digna. Quare hunc quoque locum depravatum eſſe, facile quidem affirmarim: ſed difficulter eo correxerim, quod citra unius verbi adjectionem hic ſenſus mihi integer eleganſque effici non poteſt: forſitan vero loco illius copulæ *&*, præpoſitio *ex* cum *quo* ablativo recte adſcriberetur, hoc modo: *Ex quo quæſtio ſequitur.* REGIUS. Tertius eſt *locus communis*, cum utrimque producuntur teſtes: tum autem & a perſonis & a rebus argumenta ducere oportet ad confirmationem & infirmationem. TURNEB. *Sed quæſtio*; Obrecht.

148. *Ex his, utri meliores.*] *Ex ipſis utri*; Ald. Gryph. Baſil. Obrecht. Oxon.

149. *His adjicere.*] Dubitat Fabius, debeatne teſtimonia divina teſtimoniis adjicere, ut fecit Cicero in *Top.* & *Part.* Porro Fabius II. cap. hujus libri teſtimonia divina exemplis annumerat. TURNEB.

150. *Reſponſis.*] Lib. III. cap. XI. *τὸ reſponſum* ſignificat *oraculum* (*ſi Oreſtes afferat matris necatæ cauſſam, quod reſponſis ſit impulſus:*) igitur hic *τὸ oraculis* poſitum erit *ἐπεξηγηματικῶς, per modum explicationis*; aut ex marginali *gloſſemate* in textum irrepſerit; aut intelligendum erit de aruſpicum, augurumve *reſponſis*: aut etiam de ſomniis divinitus immiſſis: *καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν*, ait Homer. Iliad. A. quo ſenſu *reſponſum* in ſacro ſanctis Evangeliis κατὰ Matth. & Luc. ſumitur: *Reſponſo accepto in ſomnis: Reſponſum acceperat Simeon.* CAPPER.

151. *Ominibus.*] *Omen* eſt prænunciatio rei futuræ ori hominis incidens, divino tamen inſtinctu. Hinc Cicero lib. I. de Divinat: *Neque ſolum Deorum voces Pythagorei obſervarunt, ſed etiam hominum, quæ vocant* Omina: *quæ majores noſtri, quia valere cenſebant, idcirco omnibus rebus agendis*, Quod fauſtum, felix, fortunatumque ſit, *præfabantur.* CAPPER.

152. *Duplicem.*] Bifariam tractantur teſtimonia divina; communiter, ut quum de toto genere quærimus, an ſint ulla teſtimonia divina, an ſit ulla divinatio; aut particulariter, cum a genere deſcendimus ad ſpecies; ut, ſiccine poſſit divinatio per aruſpicinam, an non poſſit. TURNEB.

153. *Contra partes divinationem.*] Sic quidem legitur, ſed mendoſe, ut mihi videtur: forſitan autem recte ſic legeretur, *contra partem divinationis*: id quod aperte, quæ ſequuntur, oſtendunt. Nam, ut diverſæ ſunt ſpecies divinationis, ita varie ſolent & comprobari & confutari. REGIUS. *Contra partem divinationis*; Ald. Gryph. Baſil. Colin. Vidov.

154. *Aruſpicum.*] Qui ex inſpectis victimarum extis (Arvinam vocabant) futura conjiciebant. CAPPER.

155. *Augurum.*] Qui ex avium guſtatu, volatu, & cantu, futura prænuntiare ſe jactitabant. Unde aves aliæ dicebantur *præpetes*, quæ volatu (τὸ πέτεσθαι volare eſt,) *Oſcines*, quæ cantu dabant auguria. Præterea, cum pulli gallinacei e cavea deprompti eſcam porrectam avide arripiebant, & ex ore labi eſcæ aliquid ſinebant, quod terram paviret, & in ſolo ſtaret, vel ſolum teneret, hoc *tripudium ſoliſtimum* vocabant. Vide Tit. Liv. CAPPER.

156. *Conjectorum.*] Fabius lib. III. cap. 6. *Somniorum, atque omnium interpretes, conjectores vocamus.* CAPPER.

157. *Mathematicorum.*] Speciali ſenſu *Mathematicos* nunc vocat, quos vulgo *Genethliacos*, Aſtrologos, & Chaldæos appellabant; Gallice *tireurs d'horoſcopes.* CAPPER.

158. *Circa hujuſmodi.*] Cicero quoque in fine *Topicorum* vinolentiam, furorem, ſomnium, pueritiam teſtimoniis annumerat: unde mutuatus videtur Fabius. TURNEB.

159. *Inſtrumenta firmanda.*] Quid ſibi velint hoc loco *inſtrumenta*, parum mihi liquet: certe improprie poſita ſunt, & fortaſſis *inventa* legendum eſt. REGIUS. *Inventa*; Vidov. *Inſtrumenta.*] Supple, fidei faciendæ. *Inſtrumenta* vocat Fabius omnem teſtimoniorum ſupellectilem & apparatum, ex quo illa depromi poſſunt: cujuſmodi ſunt hic vinum, ſomnia, dementia, &c. eodem ſenſu *τὰ inſtrumenta* ſumet initio cap. 9. *cruenta*, inquit, *veſtis, & clamor, & livor, & talia, ſunt inſtrumenta, qualia tabulæ, rumores, teſtes.* Eſt igitur quod mirer doctiſſimum Raphaëlem Regium dubitaſſe, quid ſibi vellent hoc loco *inſtrumenta*. CAPPER. *Firmanda.*] κατασκευαστέα, adſtruenda, probanda, confirmanda. CAPPER.

160. *Deſtruenda.*] Ἀνασκευαστέα, evertenda, refellenda, &c. CAPPER.

161. *Per vinum.*] Cicero in fine *Topicorum*, dixit *vinolentiam.* CAPPER.

162. *Indicia.*] *Dicta*; Obrecht.

163. *Nihil judicare.*] *Indicare*; Andr. Ald. Pariſ. Colin.

164. *Nec tantum præſtari*] Huic ſenſui mihi omnino aliquid deeſſe videtur: depravatus certe eſt, nec bene percipi poteſt. Fortaſſe autem ſic legi poſſet: *Nec tantum præſens hoc genus tractari poteſt, ſed etiam ubi non eſt, ſolet deſiderari*: verum non auſim tam longe a ſcriptis diſcedere. REGIUS. Hermogenes in libr. *de Statibus*, hunc locum appellat *probationum * expetitionem*, propriumque eſſe dicit *conjecturalium cauſſarum*, cum ſcilicet teſtes & certiora ab adverſario flagitamus indicia. TURNEB. *Præſtari hoc genus.*] Id eſt, dari, præberi, exhiberi hoc probationis ἀτέχνου, *inartificialis* genus, quod ex teſtibus petitur. Unde non erat, cur hunc quoque locum Raphaël Regius ſolicitaret. CAPPER.

165. *Pecuniam dediſti.*] Ad emenda ſuffragia, quibus illum Magiſtratum, ſive honorem aſſequerere: hæc porro verba ſunt actoris, ſive accuſatoris. CAPPER.

166. *Quis numeravit?*] Hæc & quæ ſequuntur, verba

unde? venenum arguis: ubi emi? a quo? quanti? per quem dedi? quo conſcio? Quæ fere omnia pro Cluentio Cicero in crimine veneficii excutit. Hæc [167] de inartificialibus, quam breviſſime potui.

ſunt rei, ſeu defenſoris. CAPPER.

167. *De inartificialibus.*] Supple, probationibus, & vide ſupra cap. I. ab ipſo ſtatim capitis initio, ubi Fabius alias probationes ἐντέχνους, *artificiales*; alias ἀτέχνους, *inartificiales* eſſe docuit. CAPPER.

CAPUT VIII.

De probatione artificiali.

VIII.

PARS altera probationum, quæ eſt tota in arte, conſtatque rebus [1] ad faciendam fidem appoſitis, plerumque aut omnino negligitur, aut leviſſime attingitur ab iis, qui argumenta, [2] velut horrida & confragoſa, vitantes, [3] amœnioribus locis deſident; [4] neque aliter quam ii, qui traduntur a poëtis guſtu cujuſdam apud [5] Lotophagos [6] graminis & [7] Sirenum cantu deliniti, voluptatem ſaluti prætuliſſe; dum laudis falſam imaginem [8] ſequuntur, ipſa propter quam dicitur, victoria [9] cadunt. [10] Atqui cætera, quæ continuo magis orationis

Initio quoſdam reprehendit, qui, ſpretis argumentis, quibus veluti nervis *cauſſæ* continentur, in *locos communes* excurrunt: quod vitium erat tempore Fabii frequentiſſimum. Subnectit generalem omnium probationum diviſionem, poſtmodum probationis ſpecies ſigillatim exequitur. TURNEB.

1. *Ad faciendam fidem appoſitis.*] Ita MS. Bodl. & plerique omnes, quibus uſi ſumus, codices: cum igitur hic loquitur Fabius de rebus ejuſmodi, quæ ſua natura aptæ ſunt ad fidem faciendam, male omnino legitur in editione Lugdunenſi, *ad faciendam fidem poſitis.* GIBSON.

2. *Vel ut horrida.*] *Velut* conjunctim eſt legendum, ne duæ particulæ, cum ſit una, eſſe credantur. REGIUS.

3. *Locis amœnioribus.*] Argumenta deſiderant dialecticum acumen, neque tam capacia ſunt eloquentiæ. Igitur illi *locos communes* ſectantur, qui & genere compoſitionis & figurarum varietate laſciviunt. TURNEB.

4. *Neque aliter quam ii, qui.*] *Quam hi*; Steph. & Baſil.

5. *Lotophagos.*] Lotophagi populi ſunt Africæ, apud quos lotus arbor, quæ *celtis* a Theophraſto dicitur, dulciſſimum gerit fructum: adeo ut, ſi quis guſtarit, illic perpetuo manere velit. Eſt etiam lotus Theophraſto herba quædam ſuaviſſima & eſculenta: de qua intellexiſſe videtur & Homerus lib. IX. Odyſſ. & Fabius. Idem teſtatur & Plinius l. 22. TURNEB.

6. *Graminis.*] Quidam, qui falſo Laurentius Valla eſſe putatur, hoc demum loco dubitat, utrum *graminis*, an potius *germinis* ſit legendum, neque ullam ſuæ dubitationis adfert rationem: *graminis* vero legendum eſſe, vel Plinii auctoritate probatur; is enim lib. XXII. Hiſt. Nat. cap. 21. loton herbam eſſe aperte ſcribit his verbis: *Loton, qui arborem putant tantum eſſe, vel Homero auctore coargui poſſunt. Is enim inter herbas ſubnaſcentes Deorum voluptati, loton primam nominavit. Gramen* vero, quamvis proprium herbæ cujuſdam nomen ſit, generaliter tamen quamcumque ſignificat herbam. Nec ignoro Loton Nympham fuiſſe, quam a Priapo amatam narrat Ovidius (lib. IX. Metam. 349.) miſeratione deorum in arborem ſui nominis fuiſſe converſam; quæ, ut idem refert Plinius (lib. XIII. cap. 17.) frequens in Africa naſcitur apud Syrtes atque Naſamones: unde & Lotophagi ab arboris ejus fructu, quo veſcuntur, populi fuere appellati. Ad eos cum vi tempeſtatis actus perveniſſet * Ulyſſes, ut in Odyſſeæ decimo duodecimoque narrat Homerus, multos ex ſociis illius fructum ſuavitate captos amiſit, neque illinc abducere potuit. Sive igitur *germinis*, ſive *graminis* legatur, parum diſcentium refert. Tantum miror, eum, qui hoc revocavit in dubium, hactenus de tot corruptis locis ſilentium egiſſe. REGIUS. Plinius lib. XIII. cap. 17. Lotum arborem facit, quæ *celte* alio nomine dicatur, cujus baccæ fabarum magnitudine tam ſunt dulces, ut genti etiam ab earum eſu nomen ſit inditum. Et hos certe ab arbore Homerum intellexiſſe apparet: alioqui & genus herbæ eſt, de quo, forſan memoria lapſus, Fabius hic ſentit. niſi quod quibuſdam placere video, ut *germinis* legatur. Mihi ſi detur libera ſuſpicandi facultas, a ſemidocto aliquo & temerario caſtigatore putaverim arborem in germen commutatam, nimirum qui de herba loto aliqua legerit, de arbore autem nihil. MOSELLAN. Aſcenſius notat, Vallam (nam ipſius manum eſſe credit) codici ſuo adſcripſiſſe: *Neſcio an ſcribendum ſit germinis*, addita ratione; nam quidam volunt eſſe cannam ſacchari γλυκυγάλαμοι, & in Regium invehitur. Loton vero fuiſſe arborem, cujus dulciſſimi fuere celebrati fructus, multis probat Salmaſius ad Solin. Polyh. exercitat. pag. 729. & ſeqq. & diverſam illam longe a loto herba, cujus flos toties in nummis conſpicitur, & de qua egregie illuſt. Spanh. diſſert. v. de uſu & præſt. numiſm. §. 2. pag. 301. Edit. noviſſimæ. Neque Homerus Odyſſea IX. ubi de Ulyſſis ad Lotophagos appulſu agit, herbam eſſe dicit, licet Euſtathius ita cenſere quoſdam dicat, ſed Iliade ξ. 348. alia de loto agens. Et arborem fuiſſe apparet ex tibiis, quæ ex loti ligno fiebant, de quibus idem Salmaſ. exercit. Plin. pag. 86. & Heinſ. ad Ovid. Remed. 753. præterea ampliſſimam fuiſſe arborem docet & Ovid. Epiſt. XV.

Quem ſupra ramos expandit aquatica lotos,
Una nemus.

& X. 96.

Amnicolaſque ſimul ſalices & aquatica lotos.

quare, cum conſtanter veteres, ubi de Lotophagis loquuntur, arborem eſſe loton dicant, ego hic quoque *germinis* legendum putem. Si enim jam demus eſſe herbam, nemo (puto) prodidit, ex guſtato herbæ ejus gramine voluptatem ortam, ſed ex fructu. Germina vero poni pro pomis & fructibus arborum, docere poterunt Barth. & Heinſ. ad Claud. II. de Laud. Stilich. 465. & ita cenſuiſſe vir doctus videtur, quiſquis is eſt, qui Homeri verba Latino carmine vertit, apud Eraſmum in adagio *lotum guſtavit*:

Verum inibi cum Lotophagis remanere volebant,
Obliti reditus, capturi germina loti.

Homerus μελιηδέα καρπὸν dixerat paulo ante. Si vero *graminis* legendum ſit, putem cum Moſellano memoria erraſſe Quinctilianum, & confudiſſe herbam loton Ægyptiacam cum arbore apud Lotophagos. Vide plura apud Salmaſium de Homon. Hyles Jatriacæ proleg. & cap. 4. BURMAN.

7. *Sirenum.*] Sirenum cantum ex Homero tranſlatum habes apud Ciceronem libro III. de Finib. PHILANDER. *Et Sirenum* non habet V. C. Alm. ſed male; hæc enim duo conjungunt veteres ſæpe, ut Ovidius Remed. 789.

Illo Lotophagos, illo Sirenas in antro
Eſſe puta.

deleniti etiam Steph. & Roignii editiones. & ita multi codices apud Horat. III. Od. I.

——— *nec purpurarum ſidere clarior*
Delenit uſus. BURMAN.

8. *Sequuntur.*] *Perſequuntur*; V. C. Alm. Locat. Ald. Gryph. Baſil. Colin. Obrecht. Oxon. Voſſ. ſecund.

9. *Cedunt.*] *Cadunt*; Steph. Vaſc. Roign. quod mihi verius videtur. *Cedit* enim quis victoria, qui manus dat, & ſponte quaſi ſe dedit. *Cadit* etiam repugnans; ut ita *cauſſa*, *formula*, &c. *cadere* dicitur litigator victus, de quo lib. III. cap. 6. actum. Similis diverſitas infra cap. XIII. BURMAN.

10. *Atqui cætera.*] *Atqui*, cum ſit una dictio, conjunctim, & *tractu*, litera *r* adſcripta, legendum eſt, ita ſenſu exi-

tractu decurrunt, in auxilium atque ornamentum argumentorum [11] comparantur, [12] nerviſque illis, quibus *cauſſa* continetur, adjiciunt [13] ſuperinducti corporis ſpeciem; ut, ſi forte quid factum ira, vel metu, vel cupiditate dicatur, [14] latius quæ cujuſque affectus natura ſit, [15] proſequamur. [16] Iiſdem laudamus, incuſamus, augemus, minuimus, deſcribimus, deterremus, querimur, conſolamur, hortamur. Sed [17] horum eſſe [18] opera in rebus aut certis, aut de quibus tanquam certis loquimur, poteſt. Nec abnuerim [19] eſſe aliquid in delectatione, multum vero in commovendis affectibus: ſed hæc ipſa plus valent, cum ſe didiciſſe judex putat: quod conſequi niſi argumentatione, aliaque omni [20] fide rerum non poſſumus. Quorum [21] priuſquam partior ſpecies, indicandum reor, eſſe quædam in omni probationum genere communia. [22] Nam nec ulla quæſtio, quæ non ſit aut in re, aut in perſona; [23] nec eſſe argumentorum loci poſſunt, niſi in iis, quæ rebus aut perſonis accidunt; eaque aut per ſe inſpici ſolent, [24] aut ad aliud referri; [25] nec ulla confirmatio, [26] niſi aut ex antecedentibus, aut ex conſequentibus, aut ex repugnantibus; [27] & hæc ne-

gente; eſt enim a planitie terræ, quæ tractus dicitur, *metaphora* ſumpta: hi vero ſunt *loci communes*, quibus & oratio valde ornatur, & auditores maxime delectantur. REGIUS. Non ſunt illi contenti argumentorum momentis, niſi etiam ex ipſis argumentis eruant aliquem *locum communem* ad argumentorum ornamentum: ut, ſi quid dixerint ira factum, *locum* addant *communem* de ira. TURNEB. Lugdunenſis editio hic *tractatu* habet, vitioſe: licet defendi poſſet ex lib. VII. 3. *ſed latiore varioque tractatu ut omnes oratores plerumque fecerunt*: ſed præſtat *tractu*. Utitur hac locutione Lucanus de avida potatione militum ſiti enectorum, lib. IV. 368.

Continuus multis ſubitarum tractus aquarum
Arctavit clauſitque animam.

tractum orationis lenem & æquabilem dixit etiam Cicero II. de Orat. 13. & Plinius lib. XI. cap. 51. dicit * *cicadas ſtridorem edere cum tractu. Metaphoram* vero ego mallem ab aqua, vel flumine deducere, quod fluit continuo tractu. Ita Plin. lib. V. cap. 3. *Granicus diverſo tractu in Propontida fluit*; & de aquæ ductu lib. XXXI. 6. *ſi longiore tractu veniat, ſubeat crebro deſcendatque*; licet enim & in his locis pro regione poſſet ſumi, falſum tamen, quod proprie de planitie terræ dici notat Regius, ſed quod nunc refellere non vacat: ab aqua autem melius duci *metaphoram*, etiam verbum *decurrere* indicat, quod proprie de fluente aqua dici notum eſt. Stat. I. Silv. I. 127.

Huic Hermum, fulvoque Tagum decurrere limo.

Ovid. III. Metam. verſ. 508.

Sic ego torrentem, qua nil obſtabat eunti,
Lenius, & modico ſtrepitu decurrere vidi.

& ita Pindari vehementiorem eloquentiam torrenti comparans Horatius, lib. IV. Od. 2. eadem hac voce, & *metaphora* utitur:

Monte decurrens velut amnis, &c.

& Statius lib. I. Silv. I. verſ. 114. de facili & facunda recitatione Glauciæ:

——————— *ſeu Grajus amictu*
Attica facundi decurreret orſa Menandri.

& ita paſſim *fluere* etiam dicitur oratio. BURMAN. Legendum hic eſſe *tractu*, probatur amplius ex lib. IX. cap. 4. ubi ſic habet Fabius: *In omni quidem corpore totoque, ut ita dixerim, tractu, numeris inſerta eſt* [orationis compoſitio:] unde in eo etiam loco, quem Burmannus ex libr. VII. cap. 3. attulit, pro *tractatu* legi forte poſſet *tractu*. In Voſſ. prim. & tert. pro τῷ *cætera* legitur *cuncta*. CAPPER.

11. *Comparantur.*] *Aſſumunt*; Steph. & Roign. Vallæ codex *comperantur*; unde Gallæus faciebat, *comparentur. Aſſumuntur, comparantur*; Voſſ. prim.

12. *Nerviſque.*] *Nervos* vocat argumenta, tanquam in illis ſit præcipuum auxilium. Probationes inartificiales habent cutem & carnem; artificiales autem nervos: ſicut caro & cutis veſtit nervos, in quibus eſt præcipua corporis fortitudo; ſic probationes inartificiales, ſeu *loci communes*, veſtiunt & ornant argumenta. TURNEB. Hinc firmari poſſet Heinſii emendatio apud Petronium cap. 2. qui *muſculoſam* orationem ibi legendum eſſe contendit. BURMAN.

13. *Superinducti.*] *Inducti ſuper*; V. C. Alm. Locat. Ald. Baſil. Voſſ. ſecund. *ſuper corporis*; Bern.

14. *Latiuſque cuiuſque.*] *Quæ* cum æ diphthongo ſcribatur (ne copula, cum ſit nomen, eſſe putetur) hoc modo, *latius quæ cujuſque*. REGIUS. *Latius quam*; margo Baſil.

15. *Proſequamur.*] *Perſequamur*; Steph. *proſequemur*; Ald. Gryph Colin. Baſil. Voſſ. ſecund. *ſequamur*; V. C. Alm.

16. *Iiſdem.*] Illis nimirum *cæteris*, quæ in auxilium, atque ornamentum argumentorum aſſumuntur: cujuſmodi ſunt *loci communes*, figuræ utriuſque generis, & quæcumque alia ad movendos affectus conferunt. CAPPER.

17. *Horum.*] Vide notam proxime ſuperiorem. CAPPER.

18. *Opera.*] Id eſt, uſus; quaſi diceret Fabius: His auxiliis & ornamentis uti non poſſumus, niſi in certis rebus, &c. CAPPER.

19. *Eſſe aliquid in delectatione, multum vero in commovendis affectibus: ſed hæc plus valent, cum ſe didiciſſe judex putat: quod conſequi niſi argumentatione .... non poſſumus.*] In hac tota phraſi alludit Fabius ad celeberrimam Ciceronis diviſionem, qua tria ſtatuit Oratoris officia; 1°. delectare ἐν ἤθει, moribus exprimendis; 2°. docere ἐν λόγοις, argumentis; 3°. movere ἐν πάθει, affectibus. CAPPER.

20. *Fide.*] Τῇ πίστει, id eſt, probatione. Nam, ut ait Fabius cap. 10. *Hæc omnia* [enthymemata, epichiremata, ſyllogiſmi, demonſtrationes] *generaliter πίστεις appellantur: quod etſi propria interpretatione dicere fidem poſſumus, apertius tamen probationem interpretabimur.* CAPPER. *Aliaque omni fide.*] *Aliaque fide*; V. C. Alm. Obrecht.

21. *Priuſquam partior.*] *Priuſquam partiamur ſpecies, indicandum, eſſe quædam*, &c. V. C. Alm. *priuſquam partior ſpecies, indicandum erit*; Baſil. marg. *partiar*; Steph. Gryph. Colin.

22. *Nam nec ulla quæſtio.*] Omnis probatio in *theſi* ducitur a re, aut a perſona communi: in *hypotheſi* vero tum a re, tum a perſona ſingulari. Eadem videtur Ariſt. diviſio, cum dixit probationes, aut *rationales* eſſe, quæ & *negotiales* dicuntur, aut *morales*, aut *patheticas*. Cicer. *attributa perſonarum & rerum* vocat. TURNEBUS. Sic etiam Minutianus in Rhetorib. Græc. Aldin. tom I. pag. 731. τὰς πίστεις *probationes*, alias eſſe dicit λογικὰς, *rationales*, vel πραγματικὰς, *negotiales*; alias ἠθικὰς, *morales*; alias παθητικὰς, *ex affectibus ductas*. CAPPER.

23. *Non eſſe argumentorum.*] Illud *non* negandi adverbium eſſe expungendum, ut ipſius loco *nec*, particula itidem negativa, reponatur, notius eſt, quam ut ſit admonendum. REGIUS. *Non eſſe*; Locat.

24. *Aut ad aliud referri.*] Id ex Cicer. *Topicis* ſcire poſſumus; nam argumenta, quæ dicuntur ex toto, ex partibus, per ſe inſpiciuntur: quæ autem ex rebus affectis, ad aliud referuntur. TURNEB.

25. *Nec ulla confirmatio.*] Antecedentia, conſequentia, & repugnantia apud Ciceronem in *Topicis*, formulæ ſunt argumentationis *hypotheticæ*: Fabio vero in cap. de argumentis, antecedentia & conſequentia pro *adjunctis* ſumuntur. Hoc loco generaliter accipit, pro anteceſſione & conſecutione rei & repugnantia: quo pacto Ariſt. quoque ſumpſit cap. 29. libri primi *Priorum*, cum agit de inventione *medii*. TURNEB. *Nec ulla confirmari*; V. C. Alm.

26. *Niſi aut ex conſequentibus, aut ex repugnantibus.*] Niſi menda in hac diviſione ineſt, videtur Fabius ab Ariſtotele diſſentire. Is enim in primo *priorum Analyticorum* non ſolum ex conſequentibus & repugnantibus, ſed & ex antecedentibus quoque probationes fieri, vel pulcherrima deſcriptione demonſtrat. Quare aut primum diviſionis hujus membrum, hoc eſt, *aut ex antecedentibus*, incuria librariorum prætermiſſum eſſe fatendum eſt, aut ſub conſequentibus antecedentia quoque a Fabio comprehendi aſſerendum, &c. REGIUS. Deſunt illa *aut ex antecedentibus*, in V. C. Alm. & Locatelli editione, quæ & *repugnantibus* habet, ut & Aldi, Baſil. Oxon. & Obrechti. *Pugnantibus*; Steph.

27. *Et hæc neceſſe eſt.*] *Et hoc*; Locat. Ald. Baſil. Voſſ. prim.

ceſſe eſt aut ex præterito tempore, aut [28] ex conjuncto, [29] aut ex ſequenti petere. Nec ulla res probari niſi ex alia poteſt; eaque ſit oportet [30] aut major, aut par, aut minor. Argumenta vero reperiuntur, aut [31] in quæſtionibus, quæ etiam ſeparatæ a complexu rerum perſonarumque ſpectari [32] per ſe poſſint; aut [33] in ipſa *cauſſa*, cum invenitur aliquid in ea, [34] non ex communi ratione ductum, ſed ejus judicii, [35] de quo cognoſcitur, proprium. [36] Probationum præterea omnium [37] aliæ ſunt neceſſariæ, [38] aliæ credibiles, [39] aliæ non repugnantes. [40] Adhuc, omnium probationum quadruplex ratio eſt: ut, vel quia aliquid eſt, aliud non ſit; [41] ut, *dies eſt, nox non eſt*: vel quia eſt aliquid, aliud ſit; ut, *Sol eſt* [42] *ſuper terram, dies eſt*: [43] vel quia aliquid non eſt, aliud ſit; ut, *nox non eſt, dies eſt*: vel quia aliquid non eſt, nec aliud ſit; [44] ut, *non eſt rationale, nec homo eſt*. His in univerſum prædictis partes ſubjiciam.

28. *Ex conjuncto.*] Id eſt, ex præſenti, ex *ſimultaneo*, ex eodem tempore, quo res ageretur. Vide capp. 9. & 10. ubi de *conjuncto* tempore ſit mentio, & cap. 10. ubi de *conjunctis rei*. CAPPER.

29. *Aut ex ſequenti.*] *Aut ex conſequentibus*; V. C. Alm. *ex ſequentibus*; Baſil. Voſſ. prim.

30. *Aut maior.*] Hoc ſimpliciter non eſt intelligendum de *loco* comparationis; ſed generaliter de omni re. Argumentamur itaque *a majori*, ut a genere ad ſpeciem; *a pari*, ut a ſpecie ad proprium; *a minori*, ut a ſpecie ad genus. TURNEB.

31. *In quæſtionibus.*] In generalibus quæſtionibus, quæ ſeorſum a circumſtantiis conſiderantur, & vulgo θέσεις, *theſes* appellari ſolent. CAPPER.

32. *Per ſe poſſint.*] *Poſſunt*; Locat.

33. *In ipſa cauſſa.*] In quæſtione ſpeciali, quæ variis eſt veſtita circumſtantiis, & *cauſſam* conſtituit. *Hypotheſin*, ὑπόθεσιν Rhetores vocant. CAPPER.

34. *Non ex communi ratione.*] Non ex eo rationis momento, quod in omnibus *cauſſis* reperiri poſſit. CAPPER.

35. *De quo cognoſcitur.*] De quo judices cognoſcunt, ut ſententiam ferant. CAPPER.

36. *Probationum præterea.*] Paulo diverſius Ariſtoteles. Nam probationes aut neceſſarias ait, ex quibus fit *demonſtratio*; aut probabiles, ex quibus *ſyllogiſmus dialecticus*; aut apparentes, ex quibus *ſyllogiſmus ſophiſticus*. Fabius addit *non repugnantes*, quæ adhuc infirmiores ſunt credibilibus; ut, *veriſimile eſt eum feciſſe furtum, qui in ædibus ſolus fuerit*. TURNEB.

37. *Aliæ ſunt neceſſariæ.*] Logici vocant *ſyllogiſmos* ἀποδεικτικούς, *demonſtrativos*. CAPPER.

38. *Aliæ credibiles.*] Τὰ πιθανά, τὰ εἰκότα, id eſt, *veriſimilia*. Logici nunc vocant *ſyllogiſmos* τοπικούς, *Topicos*. CAPPER.

39. *Aliæ non repugnantes.*] Τὰ ἐνδεχόμενα, id eſt, quæ fieri poſſunt. CAPPER.

40. *Adhuc omnium.*] Hæc diviſio pertinet ad argumentationes *hypotheticas*, quæ ex quadruplicibus conſtant propoſitionibus; aut duabus affirmativis, aut duabus negativis, aut affirmativa & negativa, aut negativa & affirmativa. Porro ſolent Rhetores multum argumentari ex conditione. TURNEB. *Et adhuc*; Ald. *ad hoc* volebat Francius.

41. *Ut quia dies.*] *Ut dies eſt, nox non eſt: & quia eſt aliquid & aliud ſit; ſol eſt*, &c. V. C. Alm. *ut dies eſt, nox non eſt*; Locat. Ald. *quia dies*; Steph.

42. *Super terram, dies eſt.*] *Et dies eſt*; Locat. Ald.

43. *Vel quia aliquid non eſt.*] *Vel quia aliud non eſt, aliud ſit; nox non eſt, dies eſt*; V. C. Alm. *ut quia nox non eſt, dies eſt*; Steph. Colin. Gryph. Vidov. Obrecht. Oxon.

44. *Ut non eſt rationale.*] *Non eſt rationalis*; Locat. Ald. Voſſ. tert. Bern. *ut, quia non eſt rationale*; Steph. Vidov. Obrecht. Oxon. *rationabile*; Vidov. margo.

CAPUT IX.

De ſignis.

OMNIS igitur probatio artificialis conſtat aut ſignis, aut argumentis, aut exemplis. [1] Nec ignoro pleriſque videri ſigna partem argumentorum: quæ mihi ſeparandi ratio hæc fuit prima, quod ſunt pene [2] ex illis inartificialibus. Cruenta enim veſtis, & clamor, & livor, & talia, [3] ſunt inſtrumenta, qualia tabulæ, rumores, teſtes; [4] nec inveniuntur ab oratore, ſed ad eum cum ipſa *cauſſa* deferuntur. [5] Altera, quod ſigna [6] ſive indubitata ſint, non ſunt argumenta, quia ubi illa ſunt, quæſtio non eſt: argumento autem, niſi [7] in re controverſa, locus eſſe non poteſt: [8] ſive dubia, non IX.

Probationem artificialem dividit, ſigna ab argumentis diſtinguit, & eadem dividit; deinde eorum præceptiones ſubjungit: ſignum autem appellant, quod ſub ſenſum aliquem cadit, & ex ſe aliquid demonſtrat. TURNEB. De ſignis multa legi poſſunt apud Sextum Philoſophum Pyrrhoniarum Hypotheſeon lib. 11. capp. 10. & 11. ALMELOV.

1. *Nec ignoro.*] In *Topicis* Cicero ſigna ſubjicit *adjunctis*: porro *adjuncta* ad argumenta referuntur. TURNEB.

2. *Ex illis inartificialibus.*] Supple, probationibus, vel probationum inſtrumentis, quæ dicuntur ἄτεχνα, id eſt, *artis expertia*. CAPPER.

3. *Sunt inſtrumenta.*] Supple, fidei faciendæ; ſunt inſtrumenta probationum. Gallice, *moyens*. Vide ſupra cap. 7. circa finem ad illa Fabii verba. *Circa ejuſmodi inſtrumenta firmanda vel deſtruenda*. CAPPER.

4. *Nec inveniuntur.*] Signa minus habent artis in inventione: argumenta majori conſtant artificio, proinde a ſignis ſeparantur. TURNEB.

5. *Altera, quod.*] Multis diſplicet iſta Fabii ratio, & imprimis Rodolpho Agricolæ; nam quanquam ſigna indubitata controverſiam tollunt, tamen antequam orator ea propoſuerit judici, de re dubitare poteſt; & alioqui argumenta ſunt quædam etiam neceſſaria, ut ἀποδείξεις, id eſt, demonſtrationes, quæ tollunt omnem quæſtionem. TURNEB. Vide Ger. Voſſium Inſtit. Orator. lib. 1. cap. 3.

6. *Sive indubitata ſunt.*] *Si indubitata ſunt*; V. C. Alm.

7. *In re controverſa.*] *Controverſa*, *i* litera expuncta, legendum, ut intelligatur dubia & contentioſa. REGIUS. *Controverſia*; Locat.

8. *Sive dubia, non ſint argumenta; ſed ipſa argumentis non egent.*] *Sunt*, ut *indicativi* modi ſit, legendum, ac negatio iterum poſita eſt eradenda, ut legatur: *ſive dubia, non ſunt argumenta, ſed ipſa argumentis egent*. REGIUS.

ſunt argumenta, [9] ſed ipſa argumentis egent. [10] Dividuntur autem in has primas duas ſpecies; quod eorum alia ſunt (ut dixi) quæ neceſſaria ſunt, quæ Græci vocant τεκμήρια; [11] alia non neceſſaria, quæ σημεῖα. Priora illa ſunt, quæ [12] aliter habere ſe non poſſunt: quæ mihi vix pertinere ad præcepta artis videntur. [13] Nam ubi eſt [14] ſignum inſolubile, ibi ne lis quidem eſt. Id autem accidit, cum quid aut [15] neceſſe eſt fieri, factumve eſſe; [16] aut certe omnino non poteſt fieri, vel eſſe factum: quo in *cauſſis* poſito, [17] lis non eſt niſi facti. Hoc genus per omnia tempora perpendi ſolet. Nam & coiſſe eam cum viro, quæ peperit (quod eſt præteriti;) & fluctus eſſe, cum magna vis venti [18] in mare incubuit ([19] quod conjuncti;) & eum mori, cujus cor eſt vulneratum (quod futuri,) neceſſe eſt. Nec fieri poteſt, ut ibi ſit meſſis, [20] ubi ſatum non eſt; ut quis Romæ ſit, cum eſt Athenis; ut ſit ferro vulneratus, qui ſine cicatrice eſt. [21] Sed quædam & [22] retrorſus idem valent; [23] ut, vivere hominem, qui ſpirat; & ſpirare, qui vivit. Quædam [24] in contrarium non recurrunt. [25] Nec enim, quia movetur, qui ingreditur, [26] idcirco etiam ingre-

9. *Sed ipſa.*] Hæc quoque ratio Fabii non ſatis eſt firma; nam quemadmodum ſigna veriſimilia aliis egent argumentis ad confirmationem, ita nonnulla quoque argumenta ita per ſe ſunt infirma, ut aliorum egeant adjumentis. Vide Rodolphum lib. 1. Sed Fabium removere ab arte, ratione inventionis magis, quam tractationis intelligendum eſt, ut ſupra diximus. TURNEB.

10. *Dividuntur autem.*] Hæc ſignorum diviſio ita confuſa atque corrupta eſt, ut non ſolum aſteriſco, ſed Quinctiliani quoque ipſius auxilio indigere videatur. Quæ namque vocet *priora* Fabius, cum alterum dumtaxat diviſionis membrum expoſuerit? Aut quomodo, quæ σημεῖα vocantur, vix pertinere ad artis præcepta videantur? cum credibilia, & multa de credibilibus præcipiantur. Sed errata facilius deprehenduntur, quam corrigi poſſint. Nos tamen, ut inſtitutum ſequamur, nonnihil lucis huic quoque loco adferre nitamur. Forſitan autem recte legeretur, ſi verborum contextus hoc modo diſponeretur: *Dividuntur autem in has primas duas ſpecies, quod eorum alia ſunt, ut dixi, quæ neceſſaria ſunt, quæ Græci vocant τεκμήρια; alia non neceſſaria, quæ σημεῖα. Priora illa ſunt, quæ aliter ſe habere non poſſunt, quæ mihi vix pertinere ad præcepta artis videntur.* Sic enim tota diviſio & abſoluta & perſpicua eſt. Neque inficior aliter fortaſſe a Fabio, quam ego diſpoſuerim, fuiſſe conſcriptum: ſed omnia, quæ quidem ego viderim, exemplaria ſunt in hoc loco depravata. Videtur autem Fabius nonnihil ab Ariſtotele in hac ſignorum diviſione diſſentire. Is enim in primo Artis Rhetor. libro, cap. 2. ſigna in neceſſaria quidem ac non neceſſaria, ut Fabius quoque, dividit: ſed non neceſſaria ἀνώνυμα, hoc eſt, *ſine nomine* eſſe ſcribit. REGIUS. *Dividuntur. a. i. h. p. d. ſ. q. e. a. ſ. (u. d.) q. n. ſunt; priora illa ſunt, quæ aliter habere ſe non poſſunt, quæ Græci vocant τεκμήρια; alia quæ σημεῖα, quæ mihi vix pertinere ad præcepta artis videntur;* Locat. ſed Regii correctionem omnes deinde editiones ſecutæ ſunt. *Dividuntur autem.*] Hæc diviſio ex 1. lib. Rhetor. Ariſt. cap. 2. eſt ſumpta: quanquam Ariſt. ſigna non neceſſaria proprio nomine carere dixit. Nam σημεῖον Ariſtoteli generale eſt ad omnia ſigna: τούτων δὲ, τὸ μὲν ἀναγκαῖον, τεκμήριον· τὸ δὲ μὴ ἀναγκαῖον, ἀνώνυμόν ἐστι κατὰ τὴν διαφοράν. τεκμήριον vocat cum Fabio *ſignum neceſſarium* Cic. *propriam rei notam;* Rodolph. *indicia.* TURNEB.

11. *Alia non neceſſaria, quæ σημεῖα.*] Signa non neceſſaria σημεῖα vocantur appellatione generica; quia, ut patet ex Ariſtotelis loco in ſuperiore nota relato, non habent proprium & ſuæ differentiæ conſtitutivum nomen: ſic etiam Ariſtoteles lib. III. Politic. τὴν πολιτείαν dividit in ἀριστοκρατίαν, μοναρχίαν & πολιτείαν, id eſt, δημοκρατίαν *Rempublicam.* Sic apud nos *animal* dividitur in *hominem* & *animal* generice ſumptum, hoc eſt, *belluam.* CAPPER.

12. *Aliter habere ſe.*] *Se* omiſit Ald.

13. *Nam ubi eſt, &c.*] Vide cenſuram Agricolæ de hoc loco lib. 1. cap. 22.

14. *Signum inſolubile.*] *Signum aliquid inviolabile:* Andr. *nec lis quidem eſt;* Baſil. *Signum inſolubile.*] Ἄλυτον, quod refelli, refutarive non poſſit. Extat in Regiis codd. MSS. 2758. 3264. 3265. 3269. cujuſdam Rhetoris, cui nomen Maximus, opuſculum περὶ ἀλύτων, δυσλύτων καὶ εὐλύτων, *de inſolubilibus, ſolutu difficilibus & facilibus;* quod quidem cum aliis quibuſdam & tranſcribendum curavi, & edendum curabo CAPPER.

15. *Neceſſe eſt fieri, factumve eſſe.... nam & coiſſe eam cum viro, quæ peperit..... neceſſe eſt, &c.*] Hoc intellige ſecundum hominum opinionem, quæ naturali rerum ordine ſtabilita eſt. Nam, ut recte notat Marius Victorinus in lib. 1. Ciceronis de *Inventione*, pag. 161. Rhetor. Pithœan. *Tantum inter homines poteſt eſſe neceſſarium, quantum ſecundum opinionem humanam valet: alioqui ſecundum Chriſtianorum opinionem non eſt neceſſarium argumentum:* ſi peperit, cum viro concubuit.... *nam apud eos manifeſtum eſt ſine viro natum.* CAPPER.

16. *Aut certe omnino.*] *Aut omnino:* V. C. Alm.

17. *Lis non eſt niſi facti.*] Legendum videtur, *lis non eſt facti;* nam ſignum indubitatum, factum neceſſario probat, ut non ſuperſit *conjecturæ* locus, cum tamen eſſe poſſit quæſtio juris. Quod ſi hanc ſequamur lectionem, ſenſus erit hujuſmodi; ut poſſit aliquando *ſtatus* eſſe *conjecturalis*, vel de perſona, quanquam factum indicarit ſignum; vel de facto, quanquam ſignum indicarit perſonam. TURNEB. Sed quicquid dicat ille Turnebianus, ferri & defendi poteſt hæc vulgata lectio: *lis non eſt niſi facti*, modo intelligatur de priore facto, quod ſignum ſit alterius, hoc ſenſu. Poſito in *cauſſis* inſolubili ſigno, lis non eſt niſi facti prioris, quod ſignum eſt alterius. v. g. ſi ponas illud, coiſſe eam cum viro, quæ peperit, neceſſe eſſe; lis non erit, niſi illius facti, an revera pepererit. CAPPER. *Lis non eſt.*] *Non eſt lis:* Obr.

18. *In mare incubuit.*] Francius malebat *mari.* Forte illa Virgilii 1. Æneid. 89. reſpiciens:

———— *ponto nox incubat atra.*

& Val. Fl. II. 59.

Adde, quod in noctem venti veloque marique
Incumbant magis.

Vide de hoc verbo Lamb. & Torr. ad Horat. lib. 1. Od. 3. nihil tamen temere mutem. Potuit enim ſuo jure ita loqui Fabius; nam & *incumbere* cum præpoſitione centies Cicero poſuit. Sic etiam Lampridius in Commodo cap. ultimo: *Quum primum illud malum in Rempublicam incubuit.* Et Celſus de re medica II. cap. 7. *in aliquam partem id malum incumbit.* BURMAN.

19. *Quod conjuncti.*] Id eſt, præſentis, vel potius ejuſdem temporis. Nam ſimul & ventus incumbit & fluctus eſt. Vide capp. 8. & 10. hujus libri. CAPPER.

20. *Ubi ſatum.*] Non ſolum hæc referri poſſunt ad ſigna, verum etiam ad argumenta, tum a *cauſſis*, tum ab affectu, tum a loco: ponuntur autem exempla a Fabio de impoſſibilibus, ut antea de neceſſariis. TURNEB.

21. *Sed quædam.*] In quibuſdam argumentamur a ſigno ad ſignatum, & a ſignato viciſſim ad ſignum; ſed id in admodum paucis, quæ neceſſaria ſunt, inſeparabilia & exæquata. TURNEB.

22. *Retrorſus.*] In Voſſ. prim. *retrorſum*, ἀντιστρέφοντας, *reciproce*, adeo ut alterum ex altero vice verſa poſſit inferri. CAPPER.

23. *Ut vivere hominem.... & ſpirare.*] Subauditur τὸ neceſſe eſt. CAPPER.

24. *In contrarium non recurrunt.*] Οὐκ ἀντιστρέφονται, id eſt, ut loquuntur in ſcholis, non convertuntur, non *reciprocantur*, ex ſe invicem non inferuntur per legitimam conſequentiam. CAPPER.

25. *Nec enim, quia.*] Non videtur argumentum eſſe a ſigno, ſed a ſpecie ad genus. Porro argumentatio eſt mala, quæ eſt a genere ad ſpeciem affirmative. TURNEB.

26. *Idcirco etiam.*] *Idcirco, qui movetur, ingreditur;* V. C. Alm. *idcirco ingreditur, qui movetur;* Locat. Gryph. Vidov. *quia movetur, qui ingreditur: etiam ingreditur, qui movetur;* Ald. Baſil.

ditur, qui movetur. Quare poteſt & coiſſe cum viro, quæ non peperit; & non eſſe ventus in mari, cum eſſet fluctus; nec utique cor ejus vulneratum eſſe, qui perit; ac ſimiliter ſatum fuiſſe poteſt, ubi non fuit meſſis; fuiſſe Romæ, qui fuit Athenis; nec fuiſſe [27] ferro vulneratus, qui habet cicatricem. Alia ſunt ſigna non neceſſaria, [28] quæ * σημεῖα Græci vocant; quæ, etiamſi ad tollendam dubitationem ſola non ſufficiunt, tamen [29] adjuncta cæteris plurimum valent. [30] Signum vocant, ut dixi, σημεῖον (quanquam id quidam indicium, quidam veſtigium nominaverunt,) per quod alia res intelligitur, ut per ſanguinem cædes. At, quia ſanguis vel ex hoſtia reſperſiſſe veſtem poteſt, vel e naribus profluxiſſe, non utique, qui veſtem cruentam habuerit, [31] homicidium fecerit. Sed, ut per ſe non ſufficit, ita [32] cæteris adjunctum, [33] teſtimonii loco ducitur, ſi inimicus, ſi minatus ante, ſi eodem loco fuit: [34] quibus ſignum cum acceſſit, efficit ut, quæ ſuſpecta erant, certa videantur. [35] Alioqui ſunt quædam ſigna utrique parti communia; ut livores, tumores. Nam videri poſſunt & veneficii, & cruditatis. Et vulnus in pectore, ſua manu, & aliena periiſſe dicentibus, [36] in æquo eſt. [37] Hæc perinde [38] firma habentur, atque extrinſecus adjuvantur. Eorum autem, quæ ſigna ſunt quidem, ſed non neceſſaria, genus Hermagoras putat, non eſſe virginem [39] Atalantam, quia cum juvenibus [40] per ſylvas vagetur. Quod ſi receperimus, vereor ne omnia, [41] quæ ex facto ducuntur, [42] ſigna faciamus. Eadem tamen [43] ratione, qua ſigna, tractantur. Nec mihi videntur Areopagitæ, [44] cum damnaverunt puerum coturnicum oculos eruentem, aliud judicaſſe, quam id ſignum eſſe pernicioſiſſimæ mentis, [45] multiſque malo futuræ, ſi adoleviſſet. [46] Unde Spurii Melii, Marcique Manlii popularitas, ſignum affectati regni [47] eſt exiſtimatum. Sed vereor ne longe nimium nos ducat hæc via. Nam, ſi eſt ſignum

27. *Ferro vulneratum.*] *Vulneratus;* V. C. Alm. Ald. Voſſ. prim. tert.

28. *Quæ εἰκότα.*] Varie quidem legitur hoc diviſionis membrum. Quidam enim εἰκαῖα, alii εἰκότα legunt: ſed εἰκαῖα ſolum, quæ *vana* interpretari poſſunt, ſenſui conveniunt. Nam hujuſmodi ſigna vana ac levia videntur, quia ſola ad tollendam dubitationem non ſufficiunt: εἰκότα vero non eſſe legendum, ne dubitandum eſt quidem, cum εἰκότα inter argumenta, non inter ſigna numerentur. REGIUS. Quædam ſigna appellantur εἰκαῖα, quaſi tu dicas *levia & vulgaria*: illa a Cicer. vocantur *veriſimilia*, a Rodolpho *conſentanea*. Ea ſunt hujuſmodi, uti veriſimiliter & credibiliter rem probent, non tamen neceſſario: quanquam hoc loco quidam εἰκότα legunt, quæ *veriſimilia* dicuntur, de quibus Fabius agit capite ſequenti. TURNEB. εἰκαῖα; V. C. Alm. Locat. Ald. Sich. Vaſc. Steph. Vallenſis & Colb. codices habebant ἴχνια, quod Aſcenſius non plane rejicit, quia ἴχνος veſtigium ſit. Recte quidem probavit Raphaël Regius legi non poſſe εἰκότα: ſed εἰκαῖα legendum eſſe, nullo confirmavit argumento. Et ſane τὰ εἰκαῖα pro ſignis nuſpiam apud Græcos Rhetoras inveni. Legeſis Ariſtotelem, Demetrium Phalereum, ſeu quemvis alium auctorem libelli de *Elocutione*, Dionyſium Halicarnaſſeum, Longinum, Hermogenem, ejuſque Scholiaſtas, Ariſtidem, Apſinem, Minutianum & cæteros edition. Aldin. 1508. in eorum operibus altum eſt de ſignis εἰκαίοις ſilentium. Deinde vero τὰ εἰκαῖα, ſunt *vana & temeraria*. Fabius autem non loquitur hic de ſignis vanis & temerariis, ſed de iis, *quæ, etiam ſi ad tollendam dubitationem ſola non ſufficiant, tamen adjuncta cæteris plurimum valent*. Denique ſatis indicat ipſe Quinctilianus quænam vera ſit & genuina hujus loci lectio. Nam paulo ſupra ſic habet: *Eorum* [ſignorum] *alia ſunt neceſſaria, quæ Græci vocant τεκμήρια; alia non neceſſaria, quæ σημεῖα. Priora illa ſunt, quæ aliter habere ſe non poſſunt . . . hoc genus per omnia tempora perpendi ſolet . . . . alia ſunt ſigna non neceſſaria, quæ* [ ] *Græci vocant*. Quid proclivius, quam hic quoque σημεῖα legere, cum idem omnino, qui ſupra, ſenſus ſit? Adde quod Ariſtoteles lib. 1. Rhetoric. cap. 2. diſerte docet; ſignorum aliud eſſe neceſſarium, quod τεκμήριον vocetur: aliud minime neceſſarium, quod nullum ſpeciale & differentiæ conſtitutivum nomen habeat, ſicque generico tantum ſigni nomine appelletur: τούτων δὲ [σημείων] τὸ μὲν ἀναγκαῖον, τεκμήριον· τὸ δὲ μὴ ἀναγκαῖον, ἀνώνυμόν ἐστι κατὰ τὴν διαφοράν. Vide quæ notavi paulo poſt initium hujus capitis ad illa Fabii verba. *Alia non neceſſaria, quæ σημεῖα*. CAPPER.

29. *Adjuncta cæteris.*] *Adjutas* Steph. & Baſil. marg. Voſſ. ſecund. tert. Bern.

30. *Signum.*] Quid Ciceroni ſit, poteris legere apud eumdem lib. 1. cap. 30. de *Invent.* Rhetor. ALMELOV.

31. *Homicidium fecerit.*] *Homicida fuerit;* Voſſ. tert.

32. *Cæteris adjunctum.*] *Adjutum;* Voſſ. ſecund.

33. *Teſtimonii loco ducitur.*] Lectio MSS. Bodl. & Baliol. cui ſuffragantur editorum optimi. *Dicitur*, id quod oſtendit editio Lugdunenſis, Quinctiliani ſententiam parum repræſentat. Aſſerit enim, ſigna quædam, etſi per ſe ad probationem ſint infirma, conjuncta tamen habere teſtimonii ſpeciem. GIBSON. *Ducitur;* Voſſ. prim. tert.

34. *Quibus.*] Nempe cæteris indiciis, ſive (ut nunc loquuntur) *præſumptionibus*. CAPPER.

35. *Alioqui ſunt.*] Nonnulla ſunt ſigna, quæ ex ſe ipſis varias res indicant: illis igitur & actor & defenſor pro utilitate *cauſſæ* ſuæ in eadem controverſia uti poteſt. TURNEB.

36. *In æquo eſt.*] *In quo eſt;* MSS. Bodl. Bal. Alm. Andr. Locat. Ald. Sich. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Voſſ. prim. tert. Bern.

37. *Hæc proinde.*] *Perinde* legendum eſſe, non *proinde*, aperte videt, qui, quæ inter has particulas differentia ſit, non ignorat. *Perinde* enim, ſi ſequatur *atque*, *tam* ſignificat, quo modo *atque*, *quam*. *Proinde* vero *quare*, ſive *quapropter* ſignificat. REGIUS. Ita paſſim hæ particulæ & apud Fabium & alios confunduntur: quod inde accidit, quia *proinde* ſæpe idem notet, quod *perinde*, ut docuerunt Manutius ad Cicer. x. ad Fam. Epiſt. & cl. Grævius ad x. Epiſt. 24. hic tamen perinde, quod omnes fere editi habent, præfero. BURMAN. *Proinde;* Voſſ. prim. tert. Bern.

38. *Firma habentur.*] *Firmabuntur;* Voſſ. ſecund.

39. *Atalantæ.*] Atalanta virgo fuit præſtantiſſima venatrix, a Meleagro adamata, & ab eo Calydonii apri capite donata. Hoc ſignum poteſt vocari *a conſuetudine*, quod tamen maxime dubium eſt, & vix meretur ſigni nomen; non enim ſequitur, virum eſſe bonum, ſi cum bonis verſetur; neque Atalantam virginem non eſſe, quia cum juvenibus vagetur. TURNEB.

40. *Per ſylvas.*] *Per ſylvam;* Voſſ. prim.

41. *Quæ ex facto.*] Nam ea ſola, quæ ex facto ducta ſub aliquem ſenſum cadunt, ſigna vocantur. TURNEB.

42. *Signa faciamus.*] Hoc eſt, ſignorum loco habeamus, in ſignorum numerum referamus, ea quaſi totidem ſigna eſſe arbitremur. CAPPER.

43. *Ratione, quia ſigna.*] *Qua*, i vocali expuncta, legendum eſt. REGIUS.

44. *Cum damnaverunt.*] *Cum damnaverint;* Locat. Ald.

45. *Multiſque malæ.*] *Multis malæ;* Voſſ. tert.

46. *Unde Spurii.*] In annonæ caritate Spurius Melius eques Pop. Romano frumentum eſt largitus: at M. Manlius nexos & obæratos paſſim ſolvebat, & ære alieno liberabat. TURNEB.

47. *Eſt exiſtimatum.*] Francius malebat, *exiſtimata*: in Voſſ. ſec. & in Steph. edit. 1542. pro τῷ *eſt*, legitur *fuit*.

adulteræ, [48] lavari cum viris, erit & convivere cum adoleſcentibus, deinde etiam [49] familiariter alicujus amicitia uti; [50] ut fortaſſe corpus vulſum, [51] fractum [51] inceſſum, [52] veſtem muliebrem, [53] dixerit mollis & parum viri ſigna, ſi cui ([54] cum ſignum id proprie ſit, quod ex eo, de quo quæritur, natum [55] ſub oculos venit) ut ſanguis e cæde, ita illa ex impudicitia fluere videantur. Ea quoque, quæ, quia plerumque obſervata ſunt, vulgo ſigna creduntur; ut *prognoſtica*,

——— [56] *vento rubet aurea Phœbe*;

Et

Tum [57] *Cornix plena pluviam vocat improba voce*;

[58] ſi cauſſas ex qualitate cœli trahunt, ſane [59] ita appellentur. [60] Nam, ſi vento rubet Luna, ſignum venti eſt rubor. Et ſi, ut idem poëta colligit, [61] denſatus & laxatus aër facit, ut ſit inde ille avium concentus, idem ſentiemus. Sunt autem ſigna etiam parva magnorum, ut vel hæc ipſa cornix. Nam majora minorum eſſe, nemo miratur.

48. *Lavari.*] Et hic *lavare* legendum eſſe, forte aliquis contenderet, quia ſequitur *convivere*, eodem modo; ut lib. I. cap. 6. in fine. Ubi vide. BURMAN.

49. *Familiariter alicujus amicitia uti.*] *Familiaritate alicujus aut amicitia uti*: Voſſ. ſecund.

50. *An: fortaſſe corpus.*] *Ut* loco illius *aut* mihi legendum videtur, & *aliquis* adſcribendum hoc modo, *ut aliquis fortaſſe*: niſi forte *dixerim*, ut ſit primæ perſonæ, legatur. REGIUS. *An*: V. C. Alm. Locat. Ald. Gryph. Baſil. Vidov. forte præſtaret *& fortaſſe* legere, & ſubintelligere *quis* vel *aliquis*; *& fortaſſe quis dixerit corpus vulſum*, *&c. mollis viri ſigna*, *ſi cui*, *&c. Corpus vulſum.*] Qui delicatiores erant, utebantur *pſilothro*, unguento depilatorio; aut volſella, forficula, ad vellendos e corpore pilos apta: Græcis vocatur μαδιστήριον vel τριχολαβίς. PHILANDER. *Ut fortaſſe.*] Τὸ *ut* abeſt a Voſſ. tert.

51. *Inceſſum.*] *Inceſſus*: Voſſ. prim. tert.

52. *Veſtem muliebrem.*] Vide Lud. Creſollium Vacat. Autumnal. lib. III. cap. 29. ſect. 2. pag. 644. PAREUS.

53. *Dixerit.*] *Dixerim*: Voſſ. ſecund.

54. *Cum ſignum id.*] Cum ſint ea proprie ſigna, quæ ex aliquo orta ſub oculos cadunt, ſuperiora ſigna non erunt: cum tamen more ſigni ex ſe ipſis aliquid oſtendant, quamdam cum ſigno habebunt ſimilitudinem; neque aliquis magnopere peccaverit, qui ſigna eſſe dixerit. TURNEB.

55. *Sub oculos.*] *Sub oculis.*] Voſſ. prim.

56. *Vento.*] Virg. I. Georg. 431.

57. *Cornix.*] Idem I. Georg. 388. ubi Servius *rauca voce* legiſſe videtur. Sed & *plena voce*, Lucan. VI. 621. dixit. BURMAN.

58. *Si cauſſas ex qualitate cœli trahunt.*] Si ex qualitate cœli, tanquam ex propria cauſſa oriantur. CAPPER.

59. *Ita appellantur.*] Quia ſenſui modus congruit permiſſivus, *appellentur* legendum eſt. REGIUS. *Appellantur*: Locat.

60. *Nam ſi vento.*] Fabius exiſtimat ſigna illa *prognoſtica*, quorum certa eſt aliqua cauſſa, pro ſignis habenda eſſe; nam pleraque ſunt, quæ a ruſticis obſervantur, non ſtabilia, cum præſertim non pendeant a qualitate aliqua cœli, atque ratione: proinde illa pro ſignis non habenda. TURNEB.

61. *Denſatus.*] Vide Virgil. I. Georg. 419.

CAPUT X.

De argumentis.

X. NUNC de [1] argumentis. Hoc enim nomine complectimur omnia, quæ Græci ἐνθυμήματα, ἐπιχειρήματα, ἀποδείξεις vocant: quanquam apud illos eſt aliqua horum nominum differentia, etiamſi vis eodem fere tendit. Nam *enthymema* (quod nos *commentum* ſane, aut [2] *commentationem* interpretamur, quia aliter non poſſumus, Græco [3] melius uſuri) unum [4] intellectum habet, quo [5] omnia mente concepta ſignificat, ſed nunc de eo non loquimur; alterum, [6] quo ſententiam cum ratione; tertium, quo [7] certam quamdam argumenti concluſionem, [8] vel *ex conſequentibus*, vel *ex repugnantibus*: quanquam de hoc parum convenit.

1. *Argumentis.*] Argumenta Fabius appellat rationes probationem præſtantes, quibus aliud ex alio probatur. Argumentis ſubjicit *enthymema*, *epichirema*, *apodixin*: quanquam revera iſta non tam ſunt argumenta, quam argumentationes in ſe ipſis argumenta continentes. TURNEB. Vide Cornific. ad Heren. lib. II. cap. 5. ALMELOV.

2. *Commentationem interpretamur.*] Ex ratione Græcæ vocis, quæ derivatur a verbo ἐνθυμέομαι, quod *cogito*, & in animo *comminiſcor* ſignificat. MOSELLAN. *Interpretemur*: edit. Stephan.

3. *Melius uſuri.*] *Melius uti*; Vallæ codex, & Vidov. marg. *melius uti*: Voſſ. ſecund.

4. *Intellectum habet.*] Id eſt, ſignificatum, vel ſignificationem, ſenſum, &c. CAPPER.

5. *Omnia mente concepta.*] Idem quoque teſtatur Cicero in *Topicis*, qui ſcribit omnem ſententiam *enthymema* appellari. TURNEB. *Mente concepta.*] Τὰς διανοίας, τὰ διανοήματα, ſententias; Gallice, *les pensées*. CAPPER.

6. *Quo ſententiam cum ratione.*] Huc etiam referri poteſt Ariſtotelis γνώμη ἐνθυμηματική, ſententia, quæ conjunctam ſibi protinus habet probationem; cujuſmodi eſt illa,

Ἀθάνατον ὀργὴν μὴ φύλαττε θνητὸς ὤν.

Mortalis immortalem iram haud ſervaveris. CAPPER.

7. *Certam argumenti concluſionem.*] Argumenti concluſio eſt ipſamet argumentatio, ſive, ut ait Fabius, initio cap. 14. argumenti elocutio. Hinc Cicero dixit *acute concluſa*, pro τῷ argumento quopiam *ſubtiliter probata*. CAPPER.

8. *Vel ex conſequentibus.*] Vide infra hoc cod. cap. ubi exponit Fabius quid proprie ſit argumentum ex *conſequentibus*, prout etiam τὰ ἀκόλουθα, *conſequentia* diſtinguuntur a τοῖς ἐπομένοις, vel potius παρεπομένοις, *ſubſequentibus*. CAPPER.

[9] Sunt

[9] Sunt enim, [10] qui illud prius *epichirema* dicant; plureſque invenias in ea opinione, ut id demum, [11] quod pugna conſtat, *enthymema* accipi velint. [12] Et ideo illud [13] Cornificius *contrarium* appellat; [14] hunc alii *rhetoricum ſyllogiſmum*; alii imperfectum *ſyllogiſmum* vocaverunt; [15] quia nec diſtinctis, nec totidem partibus [16] concluderetur: quod ſane non utique ab oratore deſideratur. *Epichirema* Valgius *aggreſſionem* vocat: [17] Celſus autem judicat [18] non noſtram adminiſtrationem, ſed ipſam rem, quam aggredimur, id eſt, argumentum, quo aliquid probaturi ſumus, etiamſi nondum verbis explanatum, jam tamen mente conceptum, *epichirema* dici. Aliis videtur [19] non deſtinatam, vel inchoatam, ſed perfectam probationem hoc nomen accipere, [20] & ultimam ſpeciem. Ideoque [21] propria ejus appellatio, & maxime in uſu poſita eſt, qua ſignificatur certa quædam [22] ſententiæ comprehenſio, quæ [23] ex tribus minimum partibus conſtat. [24] Quidam *epichirema*, *rationem* appellarunt; [25] Ci-

9. *Sunt enim qui.*] Ex triplici *enthymematis* ratione, ultima magis propoſito propria eſt. Cicero in hac opinione eſſe videtur in *Topicis*. Ait enim, illa, quæ ex contrariis ſunt concluſa, per excellentiam ſola appellari *enthymemata*; ut Homerus propter excellentiam commune poëtarum nomen effecit apud Græcos ſuum. Idem Rodolphus, ex horum ſententia, tradit. Cæterum Fabius exiſtimat concluſionem, quæ eſt ex *conſequentibus* & *repugnantibus*, *enthymema* eſſe, ut docet cap. 14. TURNEB.

10. *Qui illud prius.*] *Qui id prius epich. dicunt*; Locat. Steph. Colin. Vidov. *Illud prius.*] Videlicet τὴν argumenti concluſionem ex *conſequentibus*. CAPPER.

11. *Quo pugna.*] *Quod pugna*; Voſſ. ſecund. quæ lectio alteri longe præſtat. Nam *enthymema* conſtat ex pugnantibus, ideoque ex pugna. *Id demum quod pugna conſtat.*] Hoc eſt, argumentum ex contrariis, vel pugnantibus, vel repugnantibus. Ipſe Fabius ante finem capitis 14. ait, *enthymema* ex contrariis conſtare; ut, *non eſt bonum pecunia, qua quiſque poteſt male uti.* CAPPER.

12. *Et ideo illud.*] *Et idem illud*; MSS. Bodl. Alm. Andr.

13. *Cornificius contrarium.*] Eſt *contrarium*, ut in Rhetoricis ad Herennium lib. IV. 18. legitur, *Quod ex rebus diverſis duabus alteram facile & breviter confirmat hoc pacto: nam qui ſuis rationibus inimicus ſemper fuerit, eum quo modo alienis rebus amicum fore ſperes?* Hinc vero quidam conjectant Cornificium illius Rhetoricæ ad Herennium auctorem fuiſſe. Sed Cornificio complura alia attribuuntur, quæ in illo opuſculo non inveniuntur. REGIUS. Cornificius lib. IV. ad Herennium, *contrarium* finit, quod duabus rebus diverſis propoſitis, alteram facile concludit; ut, *Qui ſuis rationibus inimicus fuerit ſemper, eum quomodo alienis rebus amicum fore ſperes?* Et item, *Nam quem in amicitia perfidioſum cognoveris, eum quare putes inimicitias cum fide habere poſſe?* Et illud. Sall. in Jugurtha, *Quem alienum fidum invenies, ſi tuis hoſtis fueris?* Lucani item, *Quid ſatis eſt, ſi Roma parum?* Et iterum, *Audet fulcire ruinam, Sub qua Roma jacet?* Hic autem locus manifeſto comprobat illum librum Ciceronis non eſſe. TURNEB.

14. *Rhetoricum ſyllogiſmum.*] Ariſt. lib. primo Rhetoric. *enthymema* appellat *rhetoricum ſyllogiſmum*, quia ſæpius *enthymemate* utuntur oratores, quam *ſyllogiſmo* integro. Idem Ariſt. in prioribus *analyticis* imperfectum vocat *ſyllogiſmum*; nam illi pars aliqua deeſſe ſolet, quæ tamen facile auditoris intellectu poteſt colligi: ἐνθύμημα, inquit, μὲν ἐστὶ συλλογισμὸς ἀτελὴς ἐξ εἰκότων ἢ σημείων. Idem ipſe Fab. lib. I. cap. de Geometria, *enthymema rhetoricum* vocat *ſyllogiſmum*. TURNEB. *Hunc.*] In edit. Stephan. 1542. legitur *hinc*. *Hunc alii Rhetoricum, &c.*] Nemini mirum videatur, quod poſt nomen neutrius generis, videlicet *enthymema*, ſequatur pronomen *hunc* generis maſculini. Nam & Caſſiodorus in Rhetoricæ compendio pag. 340. Rhetor Pithœan. ſic loquitur: *Aut per epichirema, qui eſt Rhetoricus & latior ſyllogiſmus.* Syntaxis enim fit cum τῷ *ſyllogiſmus*; non cum τῷ *epichirema*. CAPPER.

15. *Quia diſtinctis nec totidem.*] Ut *nec* particula negativa iterato adſcribatur, ſenſus aperte exigit, hoc modo; *quia nec diſtinctis, nec totidem partibus concluderetur.* REGIUS. *Nec* deeſt in V. C Alm. Locat. Voſſ. prim. tert. *quia non diſtinctis totidem partibus*; Ald. *Nec diſtinctis, nec totidem partibus.*] Tribus nempe propoſitionibus; *majore*, *minore*, & *concluſione*: ſed duabus ad ſummum & aliquando unica propoſitione continetur *enthymema*, ut patebit ex ſequentibus. CAPPER.

16. *Concluderetur.*] Præter tres hoſce ſignificatus *enthymematis*, Hermogeni III. lib de *Invent.* cap. 8. *enthymema*, eſt proprie argumentatio *a fortiori*, cum intenditur vis argumenti jam propoſiti: habet autem λέξιν δεινότητος, *alicujus acrimoniæ ſpeciem*: quod quidem genus argumentationis, ſi nova quapiam rei ſubjectæ circumſtantia roboretur, tum ἐπενθύμημα vocatur ab eodem Hermogene. Item ſi lata, vel in longum producta fuerit *enthymematis* elocutio, παρενθύμημα dicitur a Curio Fortunatiano pag. 68. Rhetor. Pithœan. CAPPER.

17. *Celſus autem.*] *Verrius autem*; Baſil. *verius autem judico*; Steph. & Vaſc. in marg. Bern.

18. *Non noſtram adminiſtrationem.*] Hoc eſt, operationem, vel artificioſam argumenti confectionem. Sic lib. II. cap. 18. Rhetoricen appellavit artem activam vel *adminiſtrativam* πρακτικήν. CAPPER.

19. *Non deſtinata.*] *Non deſtinatam vel inchoatam, ſed perfectam orationem*; Locat. Ald. Sich. Par. Voſſ. ſecund. Baſil. Colon. Colin. Gryph. Viduv. *deſtinatam & inchoatam orationem*; MS. Bodl. Andr. *non deſtinatam vel inchoatam, ſed perfectam probationem*; V. C. Alm. & Obrecht. quam lectionem nos ſecuti ſumus Stephani editio 1542. habet: *non deſtinata vel inchoata, ſed perfecta oratio hoc nomen accipere ultima ſpecie*; cod. Bern. *non deſtinata vel inchoata, ſed perfecta oratio hoc nomen accipit inde ultima ſpecie.*

20. *Ultima ſpecie.*] *Et ultimam ſpeciem*; MSS. Bodl. Voſſ. ſecund. Alm. Andr. Ald. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Obrecht. *accipere ultimam ſpeciem*; Sich. Par. *Ultimam ſpeciem.*] De qua ſic loquitur infra Fabius hoc eodem cap. *a genere perveniendum eſt ad ultimam ſpeciem*; ut, homo eſt animal, *non eſt ſatis*; mortale, *etiamſi ſpecies eſt, cum aliis tamen communis finitio*; rationale, *nihil ſupererit ad demonſtrandum id quod velis.* Vulgo dicitur *ſpecies infima*. CAPPER.

21. *Propria ejus appellatio.*] Idem docet cap. 14. paulo poſt initium. CAPPER.

22. *Sententia compreſſio.*] *Comprehenſio*, ut legatur, ſenſus expoſcit: videtur autem Fabius magis eorum ſententiæ accedere, qui *epichirema* argumentationem eſſe dicunt. Nam alii argumentum, alii argumentationem ſignificare putant. Argumentum autem eſt, ut Cicero in *Partitionibus* cap. 2. inquit, *probabile inventum ad faciendam fidem*: argumentatio (ibid. cap. 13.) vero argumenti explicatio, quam in Rhetoricis Cicero & *ratiocinationem* vocat, & modo tripartitam, modo quadripartitam, modo quinque partium eſſe poſſe ait. REGIUS. *Compreſſio*; V. C. Alm. Locat. Voſſ. prim. tert.

23. *Ex tribus partibus.*] *Ex tribus minime in partibus*; V. C. Alm. lege cum Obrechto *ex tribus minimum partibus*: quod confirmatur ex Cicerone de *Invent.* lib. I. cap. 34. *Nam partim quinque ejus partes eſſe dixerunt, partim non plus quam in tres partes poſſe diſtribui putarunt*; & quæ ſeqq. quamvis Cicero in quinque partes diſtributam præferat: elegans autem eſt uſus vocis *minimum*. Sic Pomp. Mela lib. III. cap. 6. *Adeo agri fertiles, ut cum ſemel ſata frumenta ſint, ſubinde recidivis ſeminibus ſegetem novantibus, ſeptem minimum, interim plures etiam meſſes ferant.* BURMAN. In aliis *ex tribus partibus*. *Tribus minimum partibus conſtat.*] *Majore* videlicet propoſitione, *minore* & *concluſione*: quæ ipſius eſt *ſyllogiſmi* natura & conditio. Unde ſubjungit Fabius: *eſt quædam inter ſyllogiſmum &* epichirema *vicinitas*; & cap. 14. epichirema *nullo differt a ſyllogiſmis, niſi quod illi & plures habent ſpecies, & vera colligunt veris*: epichirematis *frequentior circa credibilia eſt uſus.* Potuit autem hoc loco dicere *tribus minimum partibus*. Nam conſtare poteſt *epichirema* quatuor, aut etiam quinque partibus, ut mox probabimus ex Caſſiodoro, & agnoſcit ipſe Fabius cap. 14. paulo poſt initium. CAPPER.

24. *Quidam epichirema.*] Trapezuntius quoque Hermogenis æmulus, quod Hermogenes appellavit *epichirema*, vertit *rationem*. TURNEB.

25. *Cicero.*] Quomodo eam definiverit, legere poteris

cero melius, [26] *ratiocinationem*: quanquam & ille nomen hoc [27] duxiſſe magis a *ſyllogiſmo* videtur. Nam & [28] *ſtatum ſyllogiſticum*, [29] *ratiocinativum* appellat, exemplisque utitur philoſophorum. [30] Et quoniam [31] eſt quædam inter *ſyllogiſmum* & *epichirema* vicinitas, poteſt videri hoc nomine [32] recte abuſus. [33] Ἀπόδειξις eſt evidens probatio, ideoque apud Geometras [34] γραμμικαὶ ἀποδείξεις dicuntur. Hanc & ab *epichiremate* differre Cæcilius putat ſolo genere concluſionis, & eſſe *apodixin*, [35] imperfectum *epichirema*; eadem cauſſa, qua diximus & [36] *enthymema* a *ſyllogiſmo* diſtare. [37] Nam & * *enthymema ſyllogiſmi* pars eſt. [38] Quidam ineſſe *epichiremati* [39] *apodixin* putant, & eſſe partem ejus confirmantem. [40] Utrumque autem, quanquam diverſi auctores, eodem modo finiunt: [41] ut ſit *ratio per ea, quæ certa ſunt, fidem dubiis afferens*: quæ natura eſt omnium argumentorum; neque enim [42] certa incertis declarantur. Hæc omnia generaliter [43] πίστεις appellant: [44] quod etſi propria interpre-

lib. 1. de *Invent.* cap. 34. ita vero Alcinous in Inſtit. Doctr. Plat. cap. 5. *Ratiocinatio* (ita ſonat Latine) *eſt oratio, in qua, quibuſdam poſitis, aliud ab iis, vi tamen eorum, quæ poſita ſunt, neceſſario efficitur.* ALMELOV.

26. *Ratiocinativum.*] Scribe *ratiocinationem.* PHILANDER. *Ratiocinativum*; V. C. Alm. Ald. Roign. Voſſ. tert. Bern. Steph. marg. ita quidem Cicero 1. de *Invent.* 13. quartum genus controverſiæ, quæ ex ſcriptionis genere naſcitur, vocat: ſed hic *ratiocinationem* retinendum eſt. BURMAN.

27. *Duxiſſe.*] *Dixiſſe*; V. C. Alm. Voſſ. tert.

28. *Statum ſyllogiſticum.*] Unus eſt e quatuor *ſtatibus legalibus*, & vulgo *ſyllogiſmus* appellatur: in eo autem conſiſtit, quod lex ad caſum quempiam in ea non expreſſum applicetur; ut ſi quis parricidarum ſupplicio matricidam quoque afficiendum eſſe contendat. Vide lib. VII. cap. 3. cui titulus eſt de *ſyllogiſmo.* CAPPER.

29. *Ratiocinativum appellat.*] Lib. 1. de *Inventione*, num. 13.

30. *Et quoniam eſt.*] Quod philoſophis eſt *ſyllogiſmus*, id eſt rhetoribus *epichirema*: quanquam Fabius aliam affert differentiam, quod *epichirema* conſtet credibilibus, *ſyllogiſmus* neceſſariis: quæ differentia non eſt concluſionis, ſed materiæ. Et alioqui videtur illic *ſyllogiſmum* dixiſſe pro *apodixi.* TURNEB.

31. *Eſt quædam inter* ſyllogiſmum *&* epichirema *vicinitas.*] Præter memoratas a Fabio de *epichiremate* opiniones, *epichirema* Hermogeni lib. III. de *Inventione* cap. 7. eſt omnis artificioſa probatio, quæ quidem ducatur ex aliqua ſubjectæ rei circumſtantia. Minutiano rhetori circa finem tom. 1. Græcor. Rhetor. ab Aldo editorum 1508. *epichirema* eſt omne genus argumenti, vel argumentationis ἐντέχνου, artificialis: hodie ſpecialis eſt *ſyllogiſmus*, cujus alterutra *præmiſſarum*, ut vocant, vel utraque ſuam continet probationem: quæ quidem ſignificatio manaſſe videtur ex iis, quæ de *epichiremate* ſcribit Curius Fortunatianus pag. 67. Rhetor. Pithœan. *Quid eſt*, inquit, ἐπιχείρημα? *executio, ſive approbatio propoſitionis* [*majorem* vulgo vocant] *aut* aſſumptionis [*minorem* appellant.] *In* epichiremate *poſſumus inducere* locos communes, *&* *exempla &* proſopopœias? *poſſumus*; *eſt enim* epichirema *latior executio.* Eadem fere tradit Caſſiodorus in Rhetoricæ compendio ibid. pagg. 340. 341. *Per* epichirema, inquit, *qui eſt Rhetoricus & latior* ſyllogiſmus ... Epichirema *eſt deſcendens de ratiocinatione latior excurſio Rhetorici* ſillogiſmi, *latitudine diſtans & productione ſermonis a dialecticis* ſyllogiſmis. *Tripertitus* epichirematicus ſyllogiſmus *eſt, qui conſtat membris tribus, propoſitione*, aſſumptione, *concluſione. Quadripertitus eſt, qui conſtat membris quatuor, propoſitione*, aſſumptione, *& una propoſitionis, ſive* aſſumptionis *conjuncta probatione, & concluſione. Quinquepertitus eſt, qui conſtat membris quinque, propoſitione & probatione*, aſſumptione *& ejus probatione, & concluſione.* His præluſerat Quinctilianus ipſe cap. 14. paulo poſt initium. CAPPER.

32. *Recte abuſus.*] *Sæpe abuſus*; Voſſ. prim.

33. Ἀπόδειξις.] *Demonſtratio* eſt *ſyllogiſmus* certiſſimus, qui ex primis & immediatis & prioribus ac notioribus cauſſis concluſionis argumentatur & ſcientiam parit. Hoc *ſyllogiſmo* crebro utuntur geometræ, adduntque ad evidentiam quaſdam linearum deſcriptiones; ſemper enim ex neceſſariis conſtruitur. De hoc vide Melanchthonem. TURNEB. Ita Ciceroni lib. II. Acad. Quæſt. cap. 8. definitur *ratio, quæ ex rebus perceptis, ad id, quod non percipiebatur, adducit.* ALMEL.

34. Γραμμικαί.] De his Fabius lib. 1. cap. 10. de *Geomet.* ubi vide quæ annotata ſunt.

35. *Imperfectum epichirema.*] Cæcilius videtur accepiſſe *epichirema* pro evidenti argumentatione, quæ omnibus ſuis conſtaret partibus; *apodixin* autem pro argumentatione evidenti, cui pars aliqua deeſſet. TURNEB. *Eſſe apodixin, imperfectum epichirema.*] Videtur ille Cæcilius in ea fuiſſe opinione, quam poſtea Curius Fortunatianus, Caſſiodorus, &c. tenuerunt, *epichirema* eſſe *ſyllogiſmum demonſtrativum*, in quo utraque, vel alterutra *præmiſſarum*, ut aiunt, ſua ſpeciali probatione muniatur. Qua poſita opinione, plus erit in *epichiremate*, quam in ſimplici ἀποδείξει, demonſtratione, ſive *ſyllogiſmo demonſtrativo.* CAPPER.

36. *Enthymema a ſyllogiſmo.*] *Enthymema ſyllogiſmo diſtare*; V. C. Alm. Obrecht. Oxon. *&* *enthymema ſyllogiſmo*; Locat. Ald. Baſil. Vidov & hanc ſcripturam recepimus: ſed *ſyllogiſmo* dativi caſus eſſe putamus; ut Horat. IV. Od. 9.

Paulum ſepultæ diſtat inertiæ
Celata virtus.

& alibi. Et ita apud Lucanum lib. VIII.

——— *ſidera terræ*
Ut diſtant, & flamma mari, ſic utile recto.

ita ex quatuor MSS. legendum; cum vulgo, *terra*, circumferatur. BURMAN. Sed ſolis poetis familiare eſt hoc ſyntaxeos genus, *diſtare alicui*: proſaici ſcriptores fere dicunt, *diſtare ab* aliquo. Igitur vulgatam lectionem, quam Vaſc. Stephan. Colin. Roign. jam exhibuerant, Burmannianæ prætulimus. CAPPER.

37. *Nam & epichirema.*] *Enthymema*; Vaſc. Steph. Colin. Roign. Quam lectionem a Burmanno rejectam fuiſſe valde miror; nam, ut *apodixis* eſt imperfectum *epichirema*, ſive pars *epichirematis*, ita *enthymema* pars eſt *ſyllogiſmi*, ſive *ſyllogiſmus* imperfectus & truncatus, cui videlicet *præmiſſarum*, quas vocant, altera deeſt. CAPPER.

38. *Quidam ineſſe epichiremati.*] Alii exiſtimant *apodixin* non eſſe argumentationem, ſed dumtaxat argumentum, id eſt, rationem illam certam & indubitatam, quæ continetur in *epichiremate.* TURNEB.

39. *Apodixin eſſe partem ejus confirmantem.*] Nam, ut jam notavi, in *epichiremate* pars eſt aliqua confirmans, vel probans alteram, vel utramque *præmiſſarum*, ut vulgo loquuntur. CAPPER.

40. *Utrumque autem.*] Hic quidem ſenſus parum acute intuenti nihil depravatus eſſe videtur; cum præſertim in omnibus exemplaribus, quæ mihi videre contigit, ſic legatur. Sed cum nequaquam eodem modo ἀπόδειξις, quo *epichirema* definiatur, *r* liquida in *c* mutam converſa, *utcumque*, pro illo *utrumque*, mihi legendum videtur. Quamvis enim de *epichiremate* variæ ſint ſcriptorum opiniones, ut aperte Fabius monſtravit, eodem tamen modo a diverſis finitur auctoribus. REGIUS. * *Utrumque.*] Tam *epichirema*, quam *apodixin.* Cicer. II. Acad. Itaque argumenti concluſio, quæ eſt Græce ἀπόδειξις, ita definitur: *Ratio, quæ ex rebus perceptis ad id, quod non percipiebatur, adducit.* Unde hic *ratio*, non *oratio* legatur. Idem Fabius de *epichiremate* cap. ultimo hujus libri. Itaque *utrumque* hic legendum, non *utcumque*, ut emendat Raph. TURNEB. *Utcumque*; Ald. Baſil. Gryph.

41. *Ut ſit ratio.*] *Ut ſit oratio per ea, quæ certa ſunt, incertis fidem non dubiam afferens*; Ald. *ut ſit oratio*; etiam Baſil. *ſcilicet rationem per ea, quæ certa ſunt, incertis fidem non dubiam afferentem*; V. C. Alm. Voſſ. ſecund. Andr. *ut ſit ratio p. e. q. c. ſ. incertis fidem non dubiam afferentem*; MS. Bodl. & ita Obrecht. niſi quod *afferens*; ut & Colon. in marg.

42. *Certa incertis.*] *Incerta incertis*; Baſil. marg. *certa certis*; Voſſ. tert.

43. Πίστεις.] Unde Halicarnaſſ. πίστεις ἐντέχνους. Vide Laurentium Vallam, Budæum in annotat. in *Pandectas*, & in Comment. Græcanicis. TURNEB. Vide Voſſium Inſtit. Orat. lib. III. cap. 5.

44. *Quod etiam.*] *Si* particula mihi adſcribenda videtur, ut legatur, *quod etiamſi.* REGIUS. *Quod enim*; Voſſ. tert.

tatione [45] dicere *fidem* poſſumus, [46] apertius tamen *probationem* interpretabimur. Sed *argumentum* quoque plura ſignificat. [47] Nam & fabulæ ad actus ſcenarum compoſitæ, *argumenta* dicuntur; & orationum Ciceronis velut *thema* ipſe exponens [48] Pedianus: *Argumentum*, inquit, *tale eſt*. Et ipſe Cicero ad Brutum ita ſcribit: *Veritus fortaſſe, ne nos in Catonem noſtrum* [49] *transferamus illinc mali quid, etſi argumentum ſimile non erat*. Quo apparet, omnem ad ſcribendum deſtinatam materiam ita appellari. [50] Nec mirum, cum id inter opifices quoque vulgatum ſit: unde [51] Virgilius, *Argumentum ingens*; vulgoque paulo numeroſius opus dicitur *argumentoſum*. [52] Sed nunc de eo dicendum argumento eſt, quod probationem, indicium, fidem, [53] *aggreſſionem*, ejuſdem rei nomina, facit, parum diſtincte, ut arbitror. Nam probatio & fides efficitur non tantum [54] per hæc, quæ ſunt rationis, ſed etiam [55] per inartificialia. Signum autem, quod ille *indicium* vocat, ab argumentis jam ſeparavi. [56] Ergo cum ſit argumentum, ratio probationem præſtans, [57] qua colligitur aliud per aliud, [58] & quæ, quod eſt dubium, per id quod dubium non eſt, confirmat; neceſſe eſt eſſe aliquid in *cauſſa*, quod probatione non egeat. Alioqui [59] nihil erit, quo probemus, [60] niſi fuerit quod aut ſit verum, aut videatur, ex quo dubiis fides fiat. Pro certis autem habemus primum, quæ [61] ſenſibus percipiuntur, ut quæ [62] videmus, audimus; qualia ſunt ſigna: deinde [63] ea, in quæ communi opinione conſenſum eſt, deos eſſe, præſtandam pietatem parentibus: præterea quæ legibus cauta ſunt, [64] quæ perſuaſione, etiamſi non omnium hominum, ejus tamen civitatis aut gentis, in qua res agitur, in mores recepta ſunt; ut [65] pleraque in jure, non legibus, ſed [66] moribus conſtant: [67] ſi quid inter utramque partem convenit, ſi quid probatum eſt: [68] denique, cuicumque adverſarius non contradicit. [69] Sic enim fiet argumentum: [70] *Cum providentia mundus regatur, adminiſtranda eſt reſpublica*: ut adminiſtranda reſpu-

45. *Dicere fidem.*] *Dicere quidem*; V. C. Alm. Voſſ. tert. Bern.

46. *Apertius.*] Forte *aptius*: quas voces jam confuſas vidimus lib. 1. præfat. & cap. 2. & alibi.

47. *Nam & fabulæ.*] Cornificius etiam lib. primo ad Herennium, argumentum appellat rem fictam, ſed tamen veriſimilem: cujuſmodi eſſe ſolet in comœdiis: meminit & Fabius quarto capite libri ſecundi. TURNEB. Et ita utitur Terentius in prologo Andriæ & Heautont.

48. *Pedianus.*] Hic eſt ille Aſconius Pedianus, cujus commentationes in Ciceronis Orationes exſtant. Floruit tempore Neronis, fuitque inſignis Grammaticus: meminit ejus Plinius lib. VII. Hiſt. Nat. cap. 48. ALMELOV.

49. *Transferamus illinc.*] Qui fragmenta Ciceronis collegerunt, edunt: *transferamus illinc mali aliquid*.

50. *Nec mirum.*] Opifices non ſolum materiam appellant argumentum, verum etiam materiæ elaborationem & digeſtionem. Unde Cicer. ſeptima actione in Verrem ſcripſit: *ex ebore diligentiſſime perfecta* argumenta *in valvis erant*, id eſt, ſimulachra deſcripta. TURNEB. Vide cl. Grævii notas ad Cicer. IV. Verr. 56. & Cerdam ad Virgilii locum a Fabio citatum; & ita uſum Petronium cap. LXXXVIII. olim notavimus. BURMAN.

51. *Virgilio.*] *Virgilius*; V. C. Alm. Locat. Ald. Steph. Obrecht. *Vergilius*; Gryph. Colin. Baſil. *Virgilii*; Voſſ. prim. tert. eſt vero ſumptum ex lib. VII. verſ. 791.

52. *Sed nunc.*] Quempiam hoc loco, ut aperte ſequentia indicant, reprehendit Fabius. Sed quiſnam ſit, cum ejus nomen in aliquo exemplarium, quæ mihi videri contigit, aſcriptum non ſit, recte non percipitur: Celſum autem fortaſſe more ſuo notat. Quod ſi eſt, ita legi poſſet: *Quod Celſus probationem indicium, &c. ejuſdem rei nomina faciat.* REGIUS. Deeſſe videtur hoc loco cujuſdam auctoris nomen, qui a Fabio reprehenditur: niſi forte id hac ratione factum eſt, quod auctor ille tempore Fabii notiſſimus eſſet. Suſpicantur aliqui Celſum eſſe, aliqui Plinium. TURNEB. *Celſus*, receperunt ex Regii conjectura recentiores editores; ſed non agnoſcunt MSS. Bodl. Alm. Andr. Ald. Colon. Sich. Par. Vaſc. Steph. Roign. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Obrecht. ideoque nos ſupponere non auſi ſumus.

53. *Aggreſſionem.*] Ἐπιχείρημα ſic interpretabatur paulo ſupra Valgius a Fabio memoratus. CAPPER.

54. *Per hæc quæ ſunt rationis.*] Probationes intelligit ἐντέχνους, *artificiales*, quæ rationis ope ipſis ex rebus eruuntur: λογικὰ, *rationalia*; & πραγματικὰ, *negotialia* vocat Minutianus circa finem tomi 1. Græc. Rhetor. edition. Aldin. 1508. CAPPER.

55. *Per inartificialia.*] Sic appellat probationes artis expertes, quas extra dicendi rationem accipit Orator, id eſt, abſque rhetorices & dialectices præſidio. Vide ſupra cap. 1. & ſequent. ad 7. CAPPER.

56. *Ergo cum ſit.*] Addit demum veram argumenti definitionem, cui ſubjicit generalia quædam præcepta & *axiomata*, antequam *locos* argumentorum ſigillatim perſequatur. TURNEB.

57. *Quia colligitur aliud per aliud.*] *Qua*, i vocali expuncta, legendum eſt. REGIUS. *Aliquid per aliud*; Locat. Ald. Gryph. Baſil. Vidov.

58. *Et quæ, quod eſt.*] *Etiam quæ*; Locat. Ald.

59. *Nihil erit quod probemus.*] Sic quidem recte pleriſque legi videtur; ſed litera *d* eraſa, *quo* forſitan legendum eſt; nam Fabius aperte præcipit aliquid oportere eſſe in *cauſſa*, quod certum ſit, per quod dubia probari poſſint. *Quo* itaque legatur, ut intelligamus *per quod* probare poſſimus. REGIUS. *Quod*; Locat.

60. *Niſi fuerit quod.*] Τὸ *quod* abeſt a Voſſ. prim. tert.

61. *Senſibus præcipiuntur.*] Ut vel minima quæque annotemus, *percipiuntur* legendum eſt, non *præcipiuntur*. REGIUS.

62. *Videmus, audimus.*] *Vidimus, audivimus*; Locat. Voſſ. ſecund. Ald. Gryph. Colin. *audivimus, vidimus*; Vidov.

63. *Ea quæ communi.*] *In* præpoſitio, etiam refragantibus exemplaribus, adſcribenda videtur, ut legatur: *in quæ communi opinione conſenſum eſt.* REGIUS.

64. *Quæ perſuaſionem.*] Hic quoque locus mendis non caret, quæ ſic facile tolluntur, ſi *perſuaſione*, litera *m* expuncta, legatur. REGIUS. Hoc de conſuetudine eſt intelligendum; nam conſuetudo recepta (ut ait Juſtinianus) legis vim habet: hinc exiſtit jus illud, quod appellatur *moribus conſtitutum*. TURNEB. Sextus Empiricus Pyrrhon. Hypotheſ. lib. 1. cap. 14. Dion. Chryſoſt. in oratione de conſuetudine. ALMELOV.

65. *Pleraque in jure, non legibus.*] Senec. *Quædam jura non ſcripta, omnibus ſcriptis certiora ſunt.* Jul. *Inveterata conſuetudo pro lege non immerito cuſtoditur.* Et hoc eſt jus, quod dicitur *moribus conſtitutum*. PITHOEUS. Huc quadrant verba Tertulliani de Corona Milit. cap. IV. *Conſuetudo autem etiam in civilibus rebus pro lege ſuſcipitur, cum deficit lex.* ALMEL.

66. *Moribus conſtant.*] *Conſtituta ſunt*; Vaſc. & Steph. in marg. Voſſ. prim. tert.

67. *Si quid convenit, ſi quid probatum eſt.*] Subauditur, id pro certo habemus. CAPPER.

68. *Denique.*] Subintelligitur, id omne pro certo habemus CAPPER.

69. *Sic enim fiet.*] Plato philoſophum ad remp. adminiſtrandam venire non debere dicebat, niſi cogeretur: idem tamen fatetur mundum providentia regi. Igitur ex conceſſis argumentari poteris in Platonem. TURNEB.

70. *Cum providentia mundus regatur, adminiſtranda reſp.*

blica ſit, ſi liquebit mundum providentia regi. [71] Debet etiam nota eſſe recte argumenta tractaturo, vis & natura omnium rerum, & [72] quid quæque earum plerumque efficiat. [73] Hinc enim ſunt, quæ εἰκότα dicuntur. Credibilium autem genera ſunt tria. Unum firmiſſimum, [74] quod fere accidit, ut, liberos a parentibus amari; alterum velut [75] propenſius, eum qui recte valeat, in craſtinum [76] perventurum; [77] tertium tantum non repugnans, in domo furtum factum ab eo, qui domi fuit. [78] Ideoque Ariſtoteles in ſecundo de arte Rhetorica libro diligentiſſime eſt exſecutus, quid cuique rei, & quid cuique homini [79] ſoleat accidere; & quas res, quoſque homines, quibus rebus, aut hominibus, vel conciliaſſet, vel alienaſſet ipſa natura; ut [80] divitias quid ſequatur, aut ambitum, aut ſuperſtitionem; quid boni probent, quid mali petant, quid milites, quid ruſtici; quo quæque modo res vitari vel [81] appeti ſoleat. Verum hoc exſequi mitto; non enim longum tantum, ſed etiam impoſſibile, [82] ac potius infinitum eſt; præterea poſitum in communi omnium intellectu. Si quis tamen deſideraverit, [83] a quo peteret, oſtendi. [84] Omnia autem credibilia, in quibus pars maxima conſiſtit argumentationis, ex hujuſmodi [85] fontibus fluunt; an credibile ſit, a filio patrem occiſum, inceſtum cum filia commiſſum; [86] & contra, veneficium in noverca, adulterium in luxurioſo. Illa quoque; [87] an ſcelus palam factum, [88] an falſum dixerit propter exiguam ſummam; [89] quia ſuos quiſque horum velut mores habet, plerumque tamen, non ſemper: [90] alioqui indubitata eſſent, non

ſit, ſi liquebit mundum providentia regi.] Confuſus ita eſt ſenſus, & ipſe verborum contextus, ut plene percipi non poſſit, niſi aliquid adjiciatur. Tametſi autem invitus facio, jam ſæpius dixi, ut verborum aliquid adjiciam detrahamve, aut immutem; quatuor tamen dictiones ſaltem contenderim adſcribendas, ut legatur: *cum providentia mundus regatur, adminiſtranda eſt reſp. ut adminiſtranda reſpublica ſit, ſi liquebit mundum providentia regi.* Sic enim & oratio congrua, & ſenſus erit perſpicuus. REGIUS. Auſcultarunt Regio, qui poſt eum ediderunt Fabium: quanquam Aſcenſius mallet, *ut adminiſtranda reſpublica erit*, quia ſequitur *liquebit*, non *liqueat*.

71. *Debent etiam.*] *Debet*, *n* litera eraſa, legatur. REGIUS. *Debent*; V. C. Alm. Locat. Steph. Voſſ. ſecund.

72. *Quid quaque earum plerumque efficiat.*] *Quid quæ earum efficit.* ALMELOV.

73. *Nihil enim ſunt, quæ εἰκότα.*] Quonam pacto, quæ εἰκότα dicuntur, ſunt nihil? An hic quoque ſenſus in omnibus, quæ mihi videre licuit exemplaribus, & depravatus eſt, & a profeſſorum nullo, quod grande flagitium eſt, hactenus fuit emendatus? fieri certe non poteſt, ut εἰκότα ſint nihil, cum Ariſtoteles, tum in Rhetoricis, tum in ſecundo *priorum Analyticorum* εἰκὸς dicat eſſe probabilem propoſitionem. Sic enim definit: *εἰκὸς ἐστι πρότασις ἔνδοξος· τὸ γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον οὕτως γιγνόμενον ἢ ὄν, ἢ μὴ ὄν, τοῦτ' ἐστὶν εἰκός, οἷον τὸ μισεῖν φθονοῦντας, τὸ φιλεῖν τοὺς ἐρωμένους.* Quid? Fabius nonne ſtatim credibilium, hoc eſt, εἰκότων, ſubjicit diviſionem? Quare *nihil* eradendum eſſe, ac ejus loco *hinc* adverbium reponendum, vel refragantibus exemplaribus, audacter contenderim, ut legatur: *hinc enim ſunt, quæ εἰκότα dicuntur.* Hæc enim correctio ita ſenſui congruit, ut nihil magis. Probabilia namque argumenta facile ab eo excogitabuntur atque tractabuntur, cui vis & natura rerum omnium percepta fuerit. Si quidem εἰκότα ex vi & effectu rerum ducuntur. Fallitur vero quidam, qui eſſe Laurentius Valla falſo aſſeritur, qui putat εἰκὸς a Cicerone *complexionem* vocari: id vero aperte falſum eſt; *complexione* enim neceſſaria argumenta explicantur, non autem credibilia, qualia ſunt εἰκότα. Nam *complexio* eſt argumentatio, in qua utrum conceſſeris, reprehenditur hoc modo: *Si improbus es, cur uteris? Si probus, cur accuſas?* REGIUS. *Nihil enim ſunt*; MSS. Bodl. Joan. Almel. Andr. Ven. Locat.

74. *Quod fere accidit.*] Non *quia*, ſed *quod* legendum eſſe, ne admonitione quidem dignum eſſet, niſi a pleriſque ita legeretur. REGIUS. *Fere accidit.*] Id eſt, plerumque, ut plurimum. CAPPER.

75. *Propenſius.*] Uſus hac voce, ut Cicero, qui tamen addit *ad veritatis ſimilitudinem propenſior.* lib. III. de Natur. Deor. cap. ult. & *ad veritatem propenſior.* lib. I. de Divin. cap. 5. BURMAN.

76. *Perventurum.*] Dubitem an legendum ſit, *perventurum.* ASCENS.

77. *Tertium tantum.*] Tertium hoc omnium eſt infirmiſſimum, ideoque vix habet credibilis naturam, & ea de cauſſa mihi videbatur Fabius cap. 8. illud a credibili ſeparare. TURNEB. Turnebiani commentatoris notam firmat, quod ait Fabius circa fin. cap. 8. *Probationum aliæ ſunt neceſſariæ; aliæ credibiles, aliæ non repugnantes.* Ubi *τὸ non repugnans* opponitur *τῷ* credibili. *Tantum non repugnans.*] Hoc eſt, mere poſſibile, *τὸ ἐνδεχόμενον.* CAPPER.

78. *Ideoque Ariſtoteles.*] Ariſt. lib. II. fuſiſſime agit de probationibus *patheticis & ethicis*; ideoque latiſſime explicat, quæ ſit cujuſque affectus, & cujuſque hominis natura; nam hoc multum prodeſt ad credibiliter argumentandum. Idem fere Horatius in Arte Poetica, Epiſt. & Sermonibus. TURNEBUS

79. *Solet accidere.*] *Soleat* rectius, quam *ſolet*, legeretur. REGIUS. *Solet*; Voſſ. tert.

80. *Divitias qui ſequatur.*] Hic quoque locus corrupte legitur. Non enim *qui*, ſed *quid*, *d* litera adſcripta, legendum mihi videtur. Superbia namque ac petulantia divitias; ambitum largitio, dedecus; ſuperſtitionem, rerum humanarum contemtus ſequi ſolet. REGIUS. *Qui*; Locat. Steph. Roign. Obrecht. Oxon.

81. *Appeti ſoleat.*] *Solent*; V. C. Alm.

82. *Ac potius.*] *Aut potius*; Voſſ. ſecund.

83. *A quo peteret, oſtendi.*] Hæc ſcilicet petenda ſunt ab Ariſtot. lib. II. Rhetoric. ubi tot ac tanta, tamque præclara ſcripſit *περὶ ἠθῶν, καὶ παθῶν*, de moribus, & vehementioribus animi affectibus. CAPPER.

84. *Omnia autem.*] Exempla ponit duplicia hoc loco Fabius; propterea quod rhetores, qui *hypotheſin* tractant, argumentis utuntur duplicibus, tum a re, tum a perſona ductis: ſic igitur Fabius exempla credibilium ſubjecit. TURNEB.

85. *Fontibus fluunt.*] Quamvis *fiunt* quoque legi poſſe putetur, tamen ut in *metaphora* perſiſtat, *fluunt* mihi legendum videtur. REGIUS. *Fiunt*; V. C. Alm. Locat. Bern.

86. *Et contra.*] Hoc eſt, an credibile non ſit, &c. CAPPER.

87. *An ſcelus.*] Alii codices ita legunt, *an ſcelus quia palam factum*: quanquam idem quoque eſt ſenſus in hac lectione; nam pleraque clandeſtina & doloſa ſcelus habent, quæ ſi palam fiant, ſceleroſa non videntur. TURNEB.

88. *An falſum dixerit propter.*] *An factum propter*; Cod. Vallæ.

89. *Quia ſuos.*] *Quidque*, quoſdam pro *quiſque* legere Aſcenſius notavit; & ita Francius volebat.

90. *Alioquin indubitata eſſent, non argumenta.*] Mendam huic quoque loco ineſſe fatendum eſt. Quo namque modo, quæ indubitata ſunt, non ſunt argumenta? cum argumentorum alia probabilia, alia dicantur neceſſaria. An igitur illa particula *non*, ut verum ſenſum pervertens, forſitan eſt expungenda? Sic enim legetur, *alioqui indubitata eſſent argumenta.* Si enim natura ita comparatum eſſet, ut omnis noverca venefica foret, non minus hoc eſſet indubitatum argumentum: *Si noverca eſt, veneficium commiſit*, quam illud: *Si peperit, cum viro concubuit.* Quare ſic, ut dixi, legatur, ut indubitata argumenta eſſe neceſſaria intelligantur. REGIUS. Reliquæ editiones recte diſtinguunt: *alioqui indubitata eſſent, non argumenta. Alioqui indubitata.*] *Cauſſæ* forenſes, de quarum argumentationibus loquitur, ancipites

argumenta. Excutiamus nunc [91] argumentorum *locos*: quanquam quibuſdam [92] ii quoque, de quibus ſupra dixi, [93] videntur. [94] *Locos* appello, [95] non ut vulgo nunc intelliguntur, [96] ut in luxuriem, & adulterium, & ſimilia; ſed [97] ſedes argumentorum, in quibus latent, & [98] ex quibus ſunt petenda. Nam, [99] ut in terra non omni generantur omnia, nec avem aut feram [100] reperias, [101] ubi quæque naſci aut morari ſoleat, ignarus; & piſcium quoque genera alia planis gaudent, [102] alia ſaxoſis, regionibus etiam litoribuſque diſcreta ſunt, nec helopem [103] noſtro mari, aut [104] ſcarum ducas; ita non omne argumentum undique venit; ideoque non paſſim quærendum eſt. Multus alioqui error eſt; [105] & exhauſto labore, quod non ratione ſcrutabimur, non poterimus invenire, niſi caſu. At [106] ſi ſcierimus [107] ubi quidque naſcatur, cum ad *locum* ventum erit, facile, [108] quod in eo eſt, pervidebimus. [109] In primis igitur argumenta ſæpe a perſona ducenda ſunt, cum ſit, (ut dixi) diviſio, ut omnia in hæc duo partiamur, res atque perſonas: ut cauſſa, tempus, locus, occaſio, inſtrumentum, modus, & cætera, rerum ſint accidentia. [110] Perſonis autem non quicquid accidit, [111] exſequendum mihi eſt, ut plerique fecerunt, ſed unde argumenta ſumi poſſunt. [112] Ea porro ſunt. Genus; nam ſimiles parentibus ac majoribus ſuis filii plerumque creduntur, & nonnunquam ad honeſte turpiterque vivendum inde [113] cauſſæ fluunt. [114] Natio; nam & gentibus proprii mores ſunt,

ſunt in utramque partem; nam alioqui lites non eſſent. Proinde fit, ut argumenta dumtaxat admittant probabilia. Nam ſi neceſſaria adhiberentur, protinus quæſtio tolleretur, eſſetque genus *aſyſtaton*. TURNEB. Videſis Hermogen. *Partition.* de *ſtatibus* poſt initium. CAPPER.

91. *Argumentorum locos.*] De quibus lege Ciceronem lib. II. de *Oratore* 162. 173. & *Topica* 6. 78. CAPPER.

92. *Ii quoque.*] *Hi quoque*; Baſil.

93. *Videntur.*] Supple, eſſe *loci oratorii.* CAPPER.

94. *Locos appello, &c.*] Præter duas hic a Fabio memoratas *loci communis* notiones, tertia eſt, quam circa finem cap. 1. expoſuimus; immo & quarta, quam exponemus ante medium cap. 13. CAPPER.

95. *Non ut vulgo.*] De quibus tradidit lib. II. cap. 4. & 1. circa fin.

96. *Ut luxuriam, & adulterium.*] Etſi fortaſſe hic ſenſus menda carere videtur, tamen *in* præpoſitionem, loco *ut* particulæ, adſcribendam facile affirmarim, ut legatur, *in luxuriem, in adulterium, & ſimilia.* Neque enim aut luxuria, aut adulterium, aut ſimilia ſunt *loci*; ſed ea, quæ in hujuſmodi vitia dicuntur, *loci communes* appellantur: huic autem meæ correctioni definitio *loci communis* ab Apthonio aſſignata adſtipulatur; ſic enim ſcribit: *κοινός ἐστι τόπος αὐξητικὸς τῶν προσόντων τινὶ καλῶν ἢ κακῶν*, id eſt, *locus communis eſt oratio amplificativa eorum, quæ alicui inſunt, bonorum vel malorum.* De his vero *communibus locis* hic non tractatur; ſed de *locis*, in quibus argumenta latere videntur, qui *τόποι* Græce dicuntur: unde *τοπικὰ* & Ariſtotelis & Ciceronis, in quibus, unde argumenta ducantur, traditur, appellata fuere: hujuſmodi autem *locos* oratori debere eſſe perceptos, & Cicero teſtatur *Topic.* cap. 2. REGIUS. *Ut luxuriem & adulterium*; Locat. *ut in luxuriem*; V. C. Alm. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Obrecht. Oxon.

97. *Sedes argumentorum.*] Sic enim appellatæ ab Ariſtotele, e quibus argumenta promuntur, inquit Cicero in *Topicis*; *τόποι* Græce, de quibus Ariſtot. 8. libris tradidit. TURNEB.

98. *Ex quibus.*] *Et ex quibus*; Obrecht.

99. *Ut in terra non omni generantur omnia.*] Senſus integritas exigit, ut *non* negandi adverbium iterum adſcribatur, ut legatur: *nam ut in terra non omni, non generantur omnia.* Ut enim in omni terra omnia generantur, ita non in omni terra, id eſt, in aliqua terra, omnia non generantur. REGIUS. Sed refellit Regium Aſcenſius, & conſenſus omnium codicum ſcriptorum & editorum; & imitatio eſt Virgilii, qui lib. II. Georg. 109.

Nec vero terræ ferre omnes omnia poſſunt.

Nam ut in terra] Comparatio elegans & varia, qua Varro lib. 1. cap. 6. de Re Ruſtica; & Columella lib. VIII. utuntur. TURNEB. Ovid. 1. Art. Am. 757.

Nec tellus eadem parit omnia, &c.

Corn. Sever. Ætn. 260. ALMELOV.

100. *Reperias.*] *reperies*; Voſſ. ſecund. tert.

101. *Ubi quæque naſci.*] Francius quoque *ſoleant* volebat.

102. *Alia ſaxoſis.*] *Saxis*; V. C. Alm.

103. *Noſtro mari.*] Ovidius in lib. de piſcibus, ait helopem ignotum eſſe littoribus Italicis: unde colligit Plinius, illos errare, qui Helopem exiſtiment eſſe acipenſerem: tamen Gaza Plutarchum ſecutus, Helopem in Ariſt. tranſtulit *acipenſerem.* Plurimus eſt piſcis in Pamphylio freto. Scarus ſolus piſcium ruminat: reperitur in mari Aſiatico ad Siculum uſque, alibi non reperias. TURNEB. Vide Plin. lib. IX. cap. 17. Columell. libr. VIII. cap. 16. Agellium lib. VII. cap 6. Pithœi Collectanea ad Petronium cap. 119. PAREUS. Late hæc exponuntur ab Ulyſſe Aldrov. lib. 1. de piſcib. cap. 2. ALMEL. Fabium hic aliud egiſſe exiſtimat Scipio Gentil. ad Apulei. Apolog. num. 419. BURMAN. Legeſis etiam Ciceronem *de fato* apud Macrobium lib. III. Saturnal. cap. 16. CAPPER.

104. *Scarum ducas.*] *Scaurum ducas*; MS. Voſſ. tert.

105. *Et exhauſto labore.*] *In exhauſto*; Ald. *error eſt exhauſto labore*; MSS Alm. Voſſ. prim. & tert. *error & exhauſto*; Voſſ. ſecund.

106. *Si ſcierimus.*] *Si ſciemus*; Steph. & Vidov. marg. *ſciremus*; Locat.

107. *Ubi quidque naſcatur.*] *Ubi quodque*; V. C. Alm. Bern. Ald *ubi quæque naſcamur*; MS. Bodl. Andr. *ubi unumquidque naſcatur*; MS. Joan. *ubi unumquodque*; Voſſ. Cod. prim. & tert.

108. *Quod in eo eſt.*] *In eo erit*; MSS. Voſſ. omnes; Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

109. *In primis igitur.*] Nonnulli duplices faciunt *locos*; quoſdam *rhetoricos*, qui a circumſtantiis ducuntur, & pertinent ad *hypotheſin*; quoſdam rurſus *dialecticos*, qui *topici* dicuntur, magiſque pertinent ad *theſeos* confirmationem, nec perinde circumſtantias ſequuntur: quanquam revera illi *rhetorici* ad *dialecticos* reduci poſſunt. TURNEB.

110. *Perſonis autem.*] Francius malebat *in perſonis*; & mox, *argumenta ſumi poſſint. Perſonis non quicquid accidit, ſed unde argumenta.*] Qui ſequuntur a perſonis ducti *loci*, pertinent ad eum *locum communem*, cui vulgo nomen *adjuncta*, ſive *locus* ab *adjunctis*. CAPPER.

111. *Exſequendum mihi eſt.*] *Exequendum mihi videtur*; Cod. Voſſ. prim. & tert.

112. *Ea porro ſunt genus.*] Triplicem intellectum apud Porphyrium habet vocabulum *genus*. Primus eſt, quo omnes ejuſdem familiæ collectos, univerſim *generis* appellatione comprehendimus. Alter non admodum a priori diſcrepat, ſi quidem familiæ originem, ac velut caput hoc modo *genus* dicimus: hæ duæ acceptiones hoc loco a Fabio deſignantur. Porro tertius Dialecticorum eſt, apud quos eſt *genus*, quod de pluribus *ſpeciebus* ſubjectis dicitur; ut *animal* de homine & equo. MOSELL. *Genus*, cujus exemplum apud Ciceronem *pro Muræna*, de Catone proavo M. Catonis 2. *Philip.* de Antonio. TURNEB.

113. *Cauſſæ fluunt.*] *Cauſſæ ſunt*; V. C. Alm.

114. *Natio.*] *Natio* nomen generalius eſt, complectiturque eas regiones, quæ communi utuntur nomine: *patria* vero ſpecialius, certamque ſignificat regionem aut civitatem. Unde Ulpianus lib. XXI. de Ædilitio edicto: *Præſumptum etiam quoſdam ſervos bonos eſſe; quia natione ſint non infamata: quoſdam malos videri; quia natione ea ſunt, quæ magis eſt infamis.* Et, ut inquit Livius lib. V. Decad. 5. *Tam civitatum, quam ſingulorum hominum mores ſunt: gentes quoque aliæ iracundæ, aliæ audaces, quædam timidæ, in vinum*

[115] nec idem in Barbaro, Romano, Græco, probabile eſt. [116] Patria; quia ſimiliter etiam civitatum leges, inſtituta, opiniones habent differentiam. [117] Sexus; ut latrocinium facilius in viro, veneficium in femina credas. [118] Ætas; quia [119] aliud aliis annis magis convenit. [120] Educatio, & diſciplina; quoniam refert a quibus, & [121] quo quiſque modo ſit inſtitutus. [122] Habitus corporis; [121] ducitur enim frequenter in argumentum, ſpecies libidinis, robur petulantiæ; his contraria in diverſum. [124] Fortuna; [125] nec enim tam idem credibile eſt in divite, ac paupere, propinquis, amicis, clientibus abundante, & his omnibus deſtituto. [126] Conditionis etiam diſtantia eſt; nam clarus, an obſcurus; magiſtratus, an privatus; pater, an filius; civis, an peregrinus; [127] liber, an ſervus; maritus, an cœlebs; parens liberorum, an orbus ſit, plurimum diſtat. [128] Animi natura; etenim avaritia, [129] iracundia, miſericordia, crudelitas, ſeveritas, aliaque his ſimilia afferunt fidem frequenter, aut detrahunt; [130] ſicut victus, luxurioſus, an frugi, an ſordidus, quæritur. [131] Studia quoque; nam ruſticus, forenſis, negotiator, miles, navigator, medicus, aliud atque aliud efficiunt. [132] Intuendum etiam quid affectet quiſque; locuples videri, an diſertus; juſtus, an potens. Spectantur ante acta dictaque. Ex præteritis enim [113] exiſtimari ſolent præſentia. His adjiciunt quidam [134] commotionem: hanc accipi volunt temporarium animi motum, ſicut

Veneremque proniores aliæ ſunt, & cætera quæ ſequuntur. Exemplum eſt apud Ciceronem pro Cluentio 26. *Quid tu*, inquit, *Pæte? hoc enim ſibi Stalenus cognomen ex imaginibus Æliorum delegerat; ne, ſi ſe Ligurem feciſſet, nationis magis ſuæ, quam generis uti cognomine videretur.* Et Virgil. lib. Æneid. undecimo, *Vane Ligur*, *&c.* quæ ſeqq & ſimilia infinita. TURNEB. Alia exempla ſunt apud Ciceron. Verr. 7. num. 166. pro Archia 4. de tellibus Aſiaticis, pro Flacco 9. 19. ROLLIN.

115. *Nec idem in barbaro.*] *Nec idem barbaro R. G. credibile eſt, vel probabile*; Cod. Voſſ. prim. & tert.

116. *Patria.*] Vide Ciceronis exempla in nota ſuperiori.

117. *Sexus.*] Cicero pro Sextio 48. ROLLIN.

118. *Ætas.*] Quæ non annis ſemper æſtimatur, ſed indole: hunc *locum* juxta circumſtantias Paulus ad Titum elegantiſſime tractat; quid ſenibus, quid aniculis, quid puellis, quid juvenibus, quid nuptis, quid viduis conveniat. Vide Eraſm. in Eccleſ. TURNEB. Exempla vide apud Ciceron. pro Roſc. Amer. 39. pro Lege Manil. 31. ROLLIN.

119. *Aliud aliis amicis.*] Pro *amicis*, legendum eſſe *annis*, latere puto neminem. REGIUS.

120. *Educatio ac diſciplina.*] Exemplum apud Ciceronem 5. in Verrem de filio Verris; & 2. Philippic. de Antonii educatione: ibi, *Quid tibi venit in mentem*, *&c.* TURNEB.

121. *Quo quiſque modus.*] *Modo* legendum eſſe, non *modus*, qui non videt, fruſtra Quinctiliani præceptis dat operam. REGIUS.

122. *Habitus.*] *Habitum corporis* appellat certam corporis conſtitutionem. In formoſa credibilius adulterii crimen, quam in deformi; in robuſto violentum facilius, quam in imbecilli. Qui corpore valent, ad induſtriam exſtimulandi; qui minus, ad ea, quæ animis præſtantur. Eſt & habitus animi, quo ſignificatur quædam animi affectio & diſpoſitio: qua de re poſterius aget. TURNEB. Exempla lege apud Ciceron. pro Roſc. Amer. 135. pro Roſc. Comœdo 20. in Piſon. 1. ROLLIN.

123. *Ducitur in argumentum, ſpecies libidinis, robur petulantia.*] Ordo, eſt: pulchritudo ducitur in argumentum libidinis, & robur in argumentum petulantiæ. CAPPER.

124. *Fortuna, &c.*] Cicero hos duos *locos* nomine fortunæ complectitur; Fabius diſcernit, ac fortunam ponit in divitiis & opibus; conditionem in quodam perſonæ ſtatu & quibuſdam accidentibus. De his fuſe Eraſmus in *Eccleſiaſte.* TURNEB. Exempla utriuſque vide apud Ciceron. pro Quint. 43. pro Roſc. Amer. 133. 134. ROLLIN.

125. *Nec tamen idem.*] *Tamen* particulæ ultima ſyllaba eſt eradenda, ut *tam* legatur. REGIUS. *Neque tam idem credibile;* Baſil. *neque enim tam idem;* Locat. Ald. Par. Gryph. Colin. Vidov. *nec enim idem credibile*; Edit. Steph. 1542.

126. *Conditionis autem.*] *Autem* particula eſt expungenda, ut ejus loco *etiam* reponi poſſit. Conditio autem fortunæ ſubjicienda videtur; quod enim quis clarus ſit vel obſcurus, magiſtratus vel privatus, in manu fortunæ eſſe cenſetur. REGIUS.

127. *Liber, an ſervus; inceſtus, maritus.*] *Inceſtus*, quia ſenſus non congruit, mihi expungendus videtur; neque enim inceſtus ad conditionem refertur. REGIUS. *Inceſtus maritus, an cælebs;* Cod. Voſſ. prim. & tert Ven. Locat.

128. *Animi natura*] *Animi naturam* vocat, naturalem quamdam animi propenſionem ad aliquod vitium aut virtutem, multiplicemque habet in hominibus varietatem. Porro hæ omnes circumſtantiæ perſonarum, aut ducuntur ab animo, aut corpore, aut rebus extraneis. Exemplum eſt pro L. Muræna, initio orationis; ubi ſe excuſat Cicero Catoni, quod non ſit natura ſeverus TURNEB. Vide & pro Lege Manil. 66. in Piſon. 41. pro Cœlio 2. ROLLINUS.

129. *Animi natura . . . . iracundia.*] Hoc eſt, indoles τὸ ἦθος, pro ut opponitur τῷ πάθει, quod Fabius paulo poſt deſignat per *commotionem, temporarium animi motum, ut iram.* CAPPER.

130. *Sicut victus.*] Cicero atque alii *victum* ſub educatione & diſciplina complectuntur: Fabius tamen iſta exactius diſtinguere voluit. Vide Eraſm. in *Eccleſ.* TURNEB. Francius legebat: *ſicut victus, cum luxurioſus a. f. a. s. quæritur. Victus . . . ſtudia.*] Lege Ciceron. pro Roſc. Amerin. 75. pro Muræna 61. 66. pro Cœlio 45. 46. ROLLIN.

131. *Studia.*] *Studium* appellamus, aſſiduam ac diuturnam aliqua in re occupationem ac vacationem. Complectitur igitur *ſtudium* artes, quas exercere ſolemus, & vitæ noſtræ inſtituta. Horum proprietates diligenter animadverſæ, in omni hominum genere varios *locos* ſuppeditabunt. Vide Eraſm. in *Eccleſ.* TURNEB.

132. *Intuendum & quid.*] Addit Fabius affectationem, quæ a reliquis eſt omiſſa: eſt autem in eo poſita, cum quidpiam affectamus: addit Cicero affectionem, ſed huic adverſam; eſt enim poſita in temporario animi affectu aliqua de cauſſa, ut in ira, & ſimilibus. TURNEB. *Intuendum etiam;* V. C. Alm. Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Obrecht. Oxon.

133. *Exiſtimari.*] Quamvis *exiſtimari* poſſe recte legi videatur, fortaſſis tamen *æſtimari* rectius legeretur: videtur autem Fabius nonnihil cum ab aliis Rhetoribus, tum a Cicerone diſſentire. Is enim facta, caſus & orationes tribus ex temporibus conſideranda eſſe ait; quid fecerit, quid ipſi acciderit; aut quid faciat, quid ipſi accidat, quid dicat; aut quid facturus ſit, quid ipſi caſurum ſit, qua ſit uſurus oratione. REGIUS. *Exiſtimari;* Locat. Aſcenſius tamen *exiſtimari*, pro *judicari* poſſe ſumi, non male cenſet; nam hæc duo verba a librariis ſæpiſſime permutata eſſe, & *exiſtimare* idem eſſe quod *judicare*, docet egregie Gronov. ad Liv. XXXIV. 2. & *exiſtimationem* de ſenſu, judicio, & facultate mentis, per quam de re opinamur, vel judicamus; *æſtimationem* vero pro taxatione, indicatione pretii, & compoſitione rerum, ut intelligatur quid præferendum, quid poſtponendum, dici egregie oſtendit idem ad Gell. 1. 111. quare cum hic de judicio & opinione ex præteritis de præſentibus agatur, non an præterita præferenda ſint præſentibus, ego *exiſtimari* præferrem: ſic Cicero lib. 1. ad fam. 7. dixit: *ex eventu homines de tuo conſilio exiſtimaturos videremus*: & ita ſæpius uſus eſt Terentius, & alii. BURMAN. Qui tamen edidit *æſtimari*, prout legitur etiam in Edit. Steph. 1542. CAPPER.

134. *Commotionem.*] Cum repentinus eſt affectus, neque

ſram, pavorem. [135] Conſilia [136] autem, & præſentis & præteriti & futuri temporis: quæ mihi, [137] etiamſi perſonis accidunt, [138] referenda tamen ad illam partem argumentorum videntur, quam ex cauſſis ducimus; ſicut [139] habitus quidam animi, [140] quo tractatur; amicus, an inimicus. [141] Ponunt in perſona & [142] nomen: quod [143] quidem ei accidere neceſſe eſt, ſed in argumentum raro cadit; niſi cum aut ex cauſſa datum eſt, ut ſapiens, magnus, [144] planus; aut & ipſum alicujus cogitationis attulit cauſſam, ut Lentulo conjurationis, quod libris Sibyllinis aruſpicumque reſponſis [145] dominatio dari tribus Corneliis dicebatur, ſeque eum tertium [146] eſſe credebat poſt Syllam Cinnamque, quia & ipſe Cornelius erat. [147] Nam & illud apud [148] Euripidem frigidum ſane, quod nomen Polynicis, ut argumentum morum, frater inceſſit. [149] Jocorum tamen ex eo frequens materia, qua Cicero in Verrem non ſemel uſus eſt. Hæc fere circa perſonas ſunt, aut his ſimilia. Nec enim complecti omnia vel hac in parte, vel in cæteris poſſumus, [150] contenti rationem plura quæſituris oſtendere. [151] Nunc ad res tranſeo, in quibus maxime ſunt perſonis juncta, quæ agimus; ideoque [152] prima tractanda. In omnibus porro quæ fiunt, quæritur [153] aut quare, aut ubi, aut quando, aut quomodo, aut per quæ facta ſunt. Ducuntur igitur argumenta [154] ex cauſſis factorum, vel futurorum: [155] quorum materiam, quam ὕλην alii, δύναμιν alii nominaverunt, [156] in duo genera, ſed [157] quaternas utriuſ-

perdurat, *commotio* dicitur, aut affectio, ut manifeſtum eſt ex Cicerone in *Partition.* & in 1. de *Inventione.* Cæterum, cum animo quaſi peculiaris eſt, referri debet ad animi naturam: itaque ira & timor, commotiones ſunt: timiditas & iracundia, vitia ſunt animi, ac referuntur ad naturam, ſive habitum animi. TURNEB. *Commotionem . . . temporarium animi motum, ſicut iram.*] Græci dicunt πάθος. Vide ſuperiores notas ad illa Fabii verba; *animi natura*, *&c.* CAPPER.

135. *Conſilia.*] *Conſilia* hic accipe quaſdam animi inductiones, & quaſi voluntates; ut cum dicimus: *neſcio quo conſilio hoc factum ſit.* Et Græci ſignificantius hoc oſtendunt, apud quos *conſilium* a voluntate nomen habet; ſiquidem βȣ́λομαι, *volo*; & βȣλὴ, *conſilium.* MOSELLANUS.

136. *Autem.*] Alii *item.*

137. *Etiam ſi perſonis.*] Cicero *conſilium* retulit inter circumſtantias perſonarum: tamen ad illam potius circumſtantiam pertinet, quæ ducitur ex cauſſa; quia propter aliquam cauſſam de re ſolemus conſilium inire. TURNEB.

138. *Referenda tamen.*] *Per ſe referenda tamen*; MSS. Bodl. Bal. Alm. Andr.

139. *Habitus quidam animi.*] *Habitus animi*, animi quædam eſt conſtitutio, quæ ex deliberatione & conſilio orta eſt. TURNEB.

140. *Quo cum tractus amicus inimicus.*] Ne hic quidem ſenſus carere mendis videtur; illa enim *cum* præpoſitio, ut redundans, eſt expungenda, & *an* particula adſcribenda, ut legatur: *Quo tractatur amicus, an inimicus.* REGIUS. *Amicus inimicus*; MS. Voſſ. ſecund. & tert. Aſcenſius malebat *amicus ac inimicus.*

141. *Ponunt in perſona & nomen.*] Vide Ciceron. pro Roſc. Amer. de nomine Chryſogoni 124. ROLLIN.

142. *Nomen.*] Eſt, quod cuique tanquam proprium, quo appellatur, vocabulum attribuitur; ut, *Cato ſapiens*, *Pompeius magnus.* Raro tamen inde ducitur argumentum apud judices, niſi ex cauſſa ſit datum. Ariſtides dictus eſt juſtus; Alexander *Mammea*, quod nimium obſecundaret matri. Aut ſi nomen occaſionem dederit facinoris aggrediendi, ut Lentulo. Cum enim incenſum eſſet Capitolium, aiunt reſpondiſſe aruſpices, *dominaturos eſſe tres Cornelios.* Igitur cum viceſimo poſt anno cum Catilina Lentulus conjuraret, hac potiſſimum ducebatur ratione. TURNEB. Lege etiam Salluſt. bell. Catilin. & Ciceron. 3. Catilin. num. 9. CAPPER.

143. *Quidem ei accidere.*] *Quidem accidere*; V. C. Alm. Francius corrigebat, *quod quidem & accidere.*

144. *Planus.*] *Plenus*; MSS. Bodl. Joan. Voſſ. omnes; Bern. Andr. Locat. Ald. Baſil. hoc agnomen corruptum eſſe puto, neque quemquam Romanorum, *planum* aut *plenum* agnomine dictum novi: forte *felix*, quod Sullæ; vel *dives*, quod Craſſi fuit agnomen, & quod gloſſator aliquis per *plenus* expoſuit, reſtituendum. Gallæus conjiciebat *Plancus*, ut *Munatius Plancus.* Idem Obrechtus in ſecundis curis probavit: ſed accuratius locum intuens, puto Fabium defunctum fuiſſe duobus exemplis *ſapiens*, *magnus*: illud autem *plenus*, quod corruptum eſt, pertinere ad ſequentia, & legendum: *aut genus ipſum alicuius cogitationis attulit cauſſam.* Nam in Lentulo non cognomen *Lentuli* in argumentum cadit, ſed ejus genus, quod eſſet ex Cornelia gente, ex qua cum tribus dominatio eſſet prædicta, ille cauſſam inde conjurationis arripuit, quia ſe tertium eſſe credebat. Qui melius conjecerit, vicerit. BURMAN.

145. *Donatio.*] *Dominatio* legendum eſſe, facile ex Salluſtii Catilina colligitur, tum ex tertia Ciceronis in Catilinam actione. REGIUS.

146. *Eſſe credebat.*] *Eſſe dicebat*; V. C. Alm. Obrecht.

147. *Nam & illud apud Euripidem.*] *Nam & illud exſtat apud E.* Steph. Vidov. Colon. Par. Vaſc. Gryph. Colin. Baſil. *nam & illud eſt apud*; Ald. Colon. marg. *illud erat*; Voſſ. ſecund. Locat. Francius volebat; *nam eſt illud a. E.*

148. *Euripidem.*] In Phœniſſis, verſ. 639. apud Euripidem Eteocles fratrem exagitat, in eaque contentione ait merito illum appellari Polynicem, quaſi multum contentioſum, recteque illi inditum eſſe a patre nomen, ἔξιθι χώρας, ἀληθῶς δ' ὄνομα Πολυνείκη πατὴρ ἔθετό σοι, θείᾳ προνοίᾳ νεικέων ἐπώνυμον. TURNEB. Euripidem & alios ſæpius ad *Etymon* alluſiſſe multis docet Hier. Colum ad Ennii Andromach. pag 240. edit. ultimæ; & ita Æſchylus vim quamdam nomini Helenæ ineſſe innuit, Agamemnon. 690. ubi vide Stanl. BURMAN.

149. *Jocorum.*] Fabius putat ex nomine ſumi materiam jocorum potius, quam argumentorum, quemadmodum multa Cicero jocatur in Verrem, quod omnia verreret, id eſt, raperet; quod porcus, id eſt, ſordidus eſſet: ſic in oratione pro Roſcio Amer. in Phormionis teſtes; & pro Cluentio in Chryſogoni nomine jocatur: ſed de his fuſius lib. VI. de riſu. Item Eraſm. in ſuo *Eccleſ.* hunc locum prolixe tradit & docte. TURNEB. Vide Ciceron. Verr. 3. num. 21. Verr. 4. num. 19. Verr. 6. num. 95. ROLLIN. *Jocorum tamen.*] *Locorum enim*; Locat. Gryph. *jocorum enim*; Steph. Colin. Baſil. Vidov. *locorum cum ex eo*; Cod. Voſſ. prim. *locorum tamen*; Voſſ. ſecund. & tert. itemque Bern.

150. *Contenti rationem plura.*] *Contenti rationem quæſituris*; V. C. Alm.

151. *Nunc ad res tranſeo.*] Cicero *negotiis attributa* in quatuor diviſit; in *continentia* cum ipſo negotio; in ea, quæ ſunt *in rei geſtione*; in *negotio adjuncta*; & in *conſecutionem*; de quibus omnibus hic agit Fabius. TURNEB.

152. *Prima tractanda.*] *Primo* malebat Francius.

153. *Aut quare.*] *Aut qua de re*; V. C. Alm. Obrecht.

154. *Ex cauſſis factorum, vel futurorum.*] Fabius hoc loco non tractat, niſi quaſdam cauſſas *finales*, & *efficientes morales*, quæ ad agendum ſolent impellere: actionis *motiva* vulgo dicuntur: de cauſſis *efficientibus Phyſicis* agit poſtea, ubi ſic loquitur: *argumentatio, qua colligi ſolent ex iis, quæ faciunt, ea quæ efficiuntur, aut contra*: *quod genus* a cauſſis *vocant.* CAPPER.

155. *Quorum materiam.*] *Locus* hic eſt *finalis*; nam propter has res aliquid agere ſolemus: appellat autem *materiam* Fab. res ipſas, quas vel expetimus, vel fugimus: eſt autem hic *locus* maxime proprius *deliberationis*, ut docet Hermogenes libro ſecundo de *Inventione.* TURNEB.

156. *In duo genera.*] Bonorum ſcilicet, & malorum. CAPPER.

157. *Quaternas utriuſque ſpecies.*] Quatuor ſpecies bono-

que dividunt ſpecies. Nam fere verſatur ratio faciendi circa bonorum adeptionem, incrementum, conſervationem, uſum; aut [158] malorum evitationem, liberationem, imminutionem, [159] converſionem: [160] namque & hæc in deliberando plurimum valent. [161] Sed has cauſſas habent recta: prava contra ex falſis opinionibus veniunt. [162] Nam eſt his initium ex iis, [163] quæ creduntur bona, aut mala: inde errores exiſtunt, & peſſimi affectus; in quibus ſunt ira, odium, invidia, cupiditas, ſpes, ambitus, audacia, metus, cæteraque generis ejuſdem. [164] Accedunt aliquando [165] fortuita, ebrietas, ignorantia. Quæ interim ad veniam valent, interim ad [166] probationem criminis; ut ſi quis, dum alii inſidiatur, alium [167] dicatur interemiſſe. [168] Cauſſæ porro non ad convincendum modo quod objicitur, ſed ad defendendum quoque [169] excuti ſolent, cum quis ſe recte feciſſe, id eſt, honeſta cauſſa contendit: qua de re latius [170] in tertio libro dictum eſt. [171] *Finitiones* ex cauſſis interim [172] pendent: [173] *An tyrannicida, qui tyrannum, a quo deprehenſus in adulterio fuerat, occidit: An ſacrilegus, qui ut hoſtes [174] urbe expelleret, [175] arma templo affixa detraxit.* Ducuntur argumenta & [176] ex loco. Spectatur enim ad fidem probationis; montanus, an planus; maritimus, an mediterraneus; conſitus, an incultus; frequens, an deſertus; propinquus, an remotus; oportunus conſiliis, an adverſus: quam partem videmus [177] vehementiſſime [178] pro Milone tractaſſe Ciceronem. [179] Et hæc quidem ac ſimilia [180] ad *conjecturam* frequentius pertinent: ſed [181] interim ad jus quoque;

rum ſunt, adeptio, incrementum, conſervatio, uſus. Quatuor etiam ſunt malorum ſpecies, evitatio, liberatio, imminutio, converſio. De quibus mox fiet mentio. CAPPER.

158. *Malorum evitationem.*] In ſcrip. codicib. legitur dumtaxat, *aut malorum evitationem, & imminutionem; namque & hæc, &c.* Editor Leidenſis, *malorum evitationem, liberationem, imminutionem, tolerantiam namque;* Argent. Obrecht.

159. *Converſionem.*] Mali majoris in minus. CAPPER.

160. *Namque hæc in deliberando.*] Licet ſic fere legatur, mihi tamen *namque* particula, ut ſenſui ipſi minus congrua expungenda, & *quæ* relativum ejus loco videtur adſcribendum, ut legatur, *quæ & in deliberando*; nam in conſultationibus hæc omnia tractari ſolent. REGIUS. *Namque & in del.* MSS. Alm. Voſſ. omnes, Locat. *quæ & in delib.* Ald. *namque hæc in delib.* Gryph. Colin. Baſil. Vidov.

161. *Sed has cauſſas.*] Cauſſas dividit Cicero in *ratiocinationem,* quæ maturo conſtat conſilio, & boni expetitione, aut mali fuga ducitur; & in *impulſionem,* quæ ex animi motu & affectione impellit ad aliquid agendum. TURNEB.

162. *Nam eſt his.*] *Nam eſt in his initium ex iis;* Ald. Steph. *nam eſt ex his initium iis;* Gryph. Colin.

163. *Quæ credunt.*] *Creduntur* legendum eſſe patet. REGIUS. *Quæ credunt;* MSS. Alm. Voſſ. uterque; Locat.

164. *Accedunt.*] *Accidunt;* MSS. Vall. Voſſ. ſecund.

165. *Fortuita.*] *Homines* (ut aiunt juriſconſulti) *omnia agunt, aut propoſito, aut impetu, aut fortuito:* quibus de rebus agit hoc loco Fabius. TURNEB. v. lib. XI. §. 2. ff. de pœnis. *Fortuita.*] *Fortuna;* Locat. Ald. Baſil. Vidov. marg.

166. *Probationem criminis.*] *Criminum;* MS. Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

167. *Dicatur interemiſſe.*] *Dicitur;* V. C. Alm. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *dicetur;* Stephan. Obrecht. Oxon.

168. *Cauſſa porro.*] In *ſtatu qualitatis* cauſſas afferre ſolemus, ut factum eſſe noſtrum juſtum probemus: qua de re Fabius egit ultimo cap. lib. III. TURNEB.

169. *Excuti ſolent.*] Diligenter & accurate conſiderari, expendi, & (ut vulgo aiunt) examinari. CAPPER.

170. *In tertio libro.*] Capite 8.

171. *Finitiones.*] Fabius, ut initio pollicitus erat, non ſolum ea, quæ ſunt communia, perſequitur; verum etiam ipſis *cauſſis* & *ſtatibus locos* accommodat. TURNEB. *Finitionis quoque quæſtiones ex cauſſis interim pendent;* MSS. Bodl. Alm. Andr. Obrecht. *Finitiones.*] Id eſt, quæſtiones, vel controverſiæ, quæ verſantur in *ſtatu definitivo,* ubi agitur de nomine rei actionive imponendo. Vide lib. VII. cap. 3. CAPPER.

172. *Pendent.*] Id eſt, pendentes, infirmæ & inſtabiles ſunt, propter cauſſas; ut ea, quæ in aëre pendere videntur; niſi enim cauſſæ eſſent, definitiones ipſæ firmiſſimæ viderentur, neque de illis quicquam dubitaretur: ſed propter cauſſas hujuſmodi in quæſtionem revocantur. REGIUS.

173. *An tyrannicida.*] *An tyrannicida ſit;* Ald. Colin.

174. *Urbe expelleret.*] *Ex urbe expelleret;* MS. Voſſ. tert.

175. *Arma templo affixa.*] Nam emeriti milites arma ſua templi poſtibus affigebant: iidem etiam ſpolia & arma hoſtium in ornamentum illic ponebant. TURNEBUS. Quod factum a Romanis bello Punico ſecundo. Flor. II 6.

176. *Ex loco.*] Vide hæc latius apud Cornificium ad Herenn. lib. II. cap. 4. ALMEL. Lege etiam Ciceron. 2. Agrar. 94. pro Milon. 52. 2. Philippic. 63. 204. 205. ROLLIN.

177. *Vehementiſſime.*] *Frequentiſſime;* MS. Voſſ. prim.

178. *Pro Milone.*] Cum ait: *Videamus nunc, id quod caput eſt, locus ad inſidias ille ipſe ubi congreſſi ſunt, utri tandem fuerit aptior, &c.* quæ ſequuntur. TURNEB.

179. *Et hæc quidem.*] Locus valet & ad probandum & ad quæſtionem conſtituendam. Probare ſolet in *conjectura*: in cæteris *ſtatibus* non tam probat, quam quæſtionem conſtituit: quanquam in his quoque interdum valet ad augendam culpam aut minuendam. TURNEB.

180. *Ad conjecturam.*] Ad quæſtionem in *ſtatu conjecturali,* ubi de facto quæritur, an res facta ſit, necne: paulo infra dicet, *circa facti controverſiam.* CAPPER.

181. *Interim ad jus quoque .... circa juris lites ..... & juris quæſtiones facit.*] Ne quis his loquendi generibus (*ad jus, juris lites, juris quæſtiones*) deceptus exiſtimet hic a Fabio *ſtatum qualitatis* intelligi; operæ pretium duxi præcipuos & maxime notabiles τοῦ *juris* apud hunc Rhetorem ſignificatus exhibere. 1°. igitur *jus, juris quæſtio,* ſive *lis* opponitur aliquando *ſtatui qualitatis,* & pertinent ad *ſtatum legalem,* ubi de legis interpretatione agitur; aut etiam ad *ſtatum tranſlativum,* ubi ſpecies litis commutatur: quod facile patet ex ipſis locis, quæ huic notæ anſam præbuerunt. *Hæc quidem,* inquit Fabius, *& ſimilia ad* conjecturam *frequentius pertinent: ſed interim ad* jus *quoque; privatus, an publicus; ſacer, an profanus.... hinc enim quæſtiones oriuntur.* Privatam pecuniam ſuſtuliſti: verum quia de templo, non furtum, ſed ſacrilegium eſt. Occidiſti adulterum, quod lex permittit: ſed quia in lupanari, cædes eſt... *ſed circa facti controverſiam, argumenta præſtant: circa* juris *lites, materiam quæſtionum. Ad* qualitatem *quoque frequenter pertinet locus.... in judiciis frequentiſſima eſt;* [ratio temporis] *nam &* juris *quæſtiones facit, &* qualitatem *diſtinguit, & ad* conjecturam *plurimum confert.* Ubi facile quiſque videt *qualitatem,* ſive *ſtatum qualitatis* a *jure* & *juris* quæſtionibus manifeſte diſtingui, de latæ in adulteros legis interpretatione tractari, & ita commutari ſpeciem litis, ut ſurreptæ pecuniæ crimen non ſimplex furtum, ſed ſacrilegium eſſe dicatur. His adde quæ leguntur lib. VII. cap 4. *ubi una quæſtio eſt juris,* an is demum prohibendus ſit, qui, &c. *cætera,* qualitatis. 2°. jus opponitur *ſtatui qualitatis,* & evidenter pertinet ad *ſtatum tranſlativum.* Lib. III. cap. 6. *poſuerat Cicero* [*ſtatus*] *facti, nominis, generis, actionis; ut in facto* conjectura, *in nomine* finitio, *in genere* qualitas, *in actione* jus *intelligeretur.* Juri *ſubjecerat* tranſlationem.... *in illas quoque* tranſlativas *quæſtiones incidit, an huic jus agendi ſit, an contra hunc, an hoc tempore, an ſic.* Et poſt aliquot paginas: *quibus ſi deficiamur, ultima quidem, ſed jam ſola ſu-*

182 privatus,

[182] privatus, an publicus; [183] ſacer, an profanus; noſter, an alienus; ut in perſona, [184] magiſtratus, pater, peregrinus. Hinc enim quæſtiones oriuntur: *Privatam pecuniam ſuſtuliſti: verum quia de templo, non furtum, ſed ſacrilegium eſt. Occidiſti adulterum, quod lex permittit: ſed quia in lupanari, cædes eſt. Injuriam feciſti: ſed quia magiſtratui,* [185] *majeſtatis actio eſt.* Vel contra: *Licuit, quia pater eram, quia magiſtratus.* Sed circa facti controverſiam argumenta [186] præſtant; circa juris lites, materiam quæſtionum. [187] Ad *qualitatem* quoque frequenter pertinet locus. [188] Neque enim ubique idem aut licet, aut decorum eſt: [189] quinetiam, in qua quidque civitate quæratur, intereſt. [190] Moribus enim & legibus diſtant. Ad commendationem quoque & [191] invidiam valet. Nam & Ajax apud Ovidium: [192] *Ante rates*, inquit, *agimus cauſſam, & mecum confertur* [193] *Ulyſſes.* [194] Et Miloni inter cætera objectum eſt, quod Clodius in monumentis ab eo majorum ſuorum eſſet occiſus. [195] Ad ſuadendi momenta idem valet; ſicut [196] tempus, cujus tractatum ſubjungam. [197] Ejus autem (ut [198] alio loco jam dixi) duplex ſignificatio eſt. Generaliter enim, & ſpecialiter accipitur. Prius illud eſt,

pereſt ſalus aliquo juris *adjutorio elabendi ex crimine, quod neque negari, neque defendi poteſt: ut non videatur* jure *actio intendi. Hinc illæ quæſtiones, ſive actionis, ſive* tranſlationis... *accuſatori nihilo plura intuenda ſunt, quam ut probet factum eſſe, hoc eſſe factum, non recte factum,* jure *ſe intendere.* Lib. VII. cap. 1. *Plures eſſe* ſtatus *poſſunt, ſi aliud negat reus, aliud defendit, aliud* jure *actionis excludit.* Ubi τὸ *aliud defendit*, exhibet *ſtatum qualitatis*; & τὸ *jure actionis excludit*, deſignat *ſtatum tranſlativum.* Lib. VII. cap. 5. *Modus aliquando conſtat æſtimatione facti, quanta ſit culpa, quantumve beneficium: aliquando* jure, *cum id in controverſiam venit, qua quis lege puniendus ſit.* Jam vero, ut aliunde notum eſt, quando reus hac vel illa lege ſecum agi poſſe negat, tunc locum habet *ſtatus tranſlativus.* Ibidem paulo poſt: *Qui neque feciſſe ſe negabit, neque aliud eſſe, quod fecerit, dicet, neque factum defendet, neceſſe eſt in ſuo* jure *conſiſtat, in quo plerumque actionis eſt quæſtio*: quæ poſtrema verba *ſtatum tranſlativum* exprimunt. Lib. XII. cap. 2. *In tanta* cauſſarum *varietate, cum alia* conjectura *quærantur, alia* finitionibus *concludantur, alia* jure *ſummoveantur, vel transferantur.... pleraſque vero eſſe quis neſcit, quæ tota in ſola* qualitate *conſiſtant*; ubi τὰ *jure ſummoveantur, vel transferantur*, ſignificant *ſtatum tranſlativum*, & diſtinguuntur a τοῖς *quæ in ſola qualitate conſiſtant.* 3°. Τὸ *jus* opponitur *ſtatui qualitatis*, & diſerte ſignificat aliquando *ſtatum legalem* (qui circa legum interpretationem verſatur) immo & ipſas leges. Lib. III. cap. 5. *Omnes fatentur eſſe quæſtiones, aut in ſcripto, aut in non ſcripto: in ſcripto ſunt de* jure, *in non ſcripto de re: illud* legale, *hoc* rationale *genus.* Lib. V. cap. 10. *Confirmatur* conjectura *ex majore.... ex minore... ex pari....* juris *confirmatio eſt ejuſmodi. Ex majore; ſi adulterum occidere licet, & loris cædere. Ex minore; ſi furem nocturnum occidere licet, quid latronem? ex pari; quæ pœna adverſus interfectorem patris juſta eſt, eadem adverſus matris. Quorum omnium tractatus verſatur in* ſyllogiſmis: *illa magis* finitionibus, *aut* qualitatibus *proſunt, &c.* & poſt aliquot lineas: *Cum multa novantur in omni genere materiæ, tum præcipue in iis quæſtionibus, quæ ſcripto conſtant, quia vocum eſt in ſingulis ambiguitas frequens, adhuc in conjunctis magis. Et hæc ipſa plurium legum aliorumve ſcriptorum, vel congruentium, vel repugnantium complexu varientur, neceſſe eſt: cum res rei, aut* jus juris *quaſi ſignum eſt.... lex eſt:* Qui patri proditionis reo non affuerit, exheres ſit. *Negat; niſi ſi pater abſolutus eſt: quid ſigni? lex altera:* Proditionis damnatus cum advocato exulet. Lib. VII. cap. 1. *Si in ſcripto* [quæſtionem inſtituamus, videndum eſt] *in qua ſpecie juris pugna ſit, & in ea de verbis, an voluntate quæratur.* 4°. Τὸ *jus* nonnunquam tamen deſignat *ſtatum qualitatis.* Lib. III. cap. 5. *Neſcio an in* cauſſis *quoque quicquid in quæſtionem venit* qualitatis, *generale ſit:* Milo Clodium occidit. Jure occidit inſidiatorem. *Nonne hoc quæritur an ſit* jus *inſidiatorem occidendi?* Lib. III. cap. 6. *cum ille* [Cicero] jure *tanquam inſidiatorem occiſum* [Clodium a Milone] *dixerit.* Lib. VII. cap. 1. *Accuſatur Milo, quod Clodium occiderit... occidit ergo* jure, *vel injuria; utique* jure, *aut voluntate, aut neceſſitate.* 5°. *Jus* dicitur aliquoties de ſummo ſtrictoque jure, prout opponitur æquitati, τῇ ἐπιεικείᾳ, æquo & bono. Lib. III. cap. 6. *Sunt quædam non laudabilia natura, ſed* jure *conceſſa.... & aliud æquum, ſed* jure *prohibitum, ut libertas teſtamentorum.* Lib. VI. cap. 5. Jure *prius pugnandum, an æquo.* Lib. VII. cap. 1. circa finem; *ut ſi in* jure *minus fiduciæ erit, æquitate judicem præparemus.* Lib. VII. cap. 10. *De* jure *prius, an de æquitate dicendum.* Cauti lectoris erit varios hoſce τοῦ *juris* apud Quinctilianum ſignificatus tempore ac loco diſtinguere. CAPPER.

182. *Publicus, an privatus.*] Ut pro eodem Mil. *Inſidiator erat in foro collocatus, atque in veſtibulo ipſo ſenatus, &c.* TURNEB. *Privatus, an publicus.*] Supple, cum quæritur, utrum locus privatus ſit, an publicus. CAPPER.

183. *Sacer, an profanus.*] Ut ibidem, de violatis Bonæ Deæ ceremoniis; & iterum ibidem: *Comprehenſus eſt in templo Caſtoris ſervus P. Clodii, quem ille ad Cn. Pompeium interficiendum collocarat*: hanc quoque circumſtantiam maxime Theologi tractant, ut videre potes latius apud Eraſm. in *Eccleſ.* TURNEB.

184. *Magiſtratus, pater.*] Interdum quæritur, an perſona, de qua in lite agitur, ſit magiſtratus, vel pater, &c. CAPPER.

185. *Majeſtatis actio.*] *Majeſtatis actio eſt*: MS. Voſſ. ſecund. *Majeſtatis actio eſt.*] Hoc eſt, læſæ, vel deminutæ Majeſtatis actio, crimen, judicium, lis intenditur tibi. CAPPER.

186. *Præſtant.*] Supple, τὰ κατὰ τὸν τόπον, id eſt, ea, quæ ad locum pertinent, hæc & ſimilia de quibus paulo ſupra. CAPPER.

187. *Ad qualitatem.*] *Ad ſtatum qualitatis.* Vide. lib. VII. cap. 4. CAPPER.

188. *Neque enim ubique.*] *Neque ubique*: Voſſ. Cod. prim.

189. *Quin etiam.*] *Cum etiam*: MS. Voſſ. prim.

190. *Moribus enim, &c.*] Nam cum ſint aliæ leges Lacedæmoniorum, aliæ Athenienſium, aliæ Romanorum, diverſum proinde exoritur jus. Licebat Athenis ſedentaria opificia exercere, & oratoriam facultatem: neutrum licebat Lacedæmone. TURNEB

191. *Ad invidiam valet.*] Ad concitandum odium in aliquem valet etiam locus. CAPPER.

192. *Ante rates, &c.*] Nam Ajax antea naves Græcorum ab incendio ſolus defenderat, cum cæteri duces fugiſſent, aut vulnerati eſſent: hoc igitur ipſo & ſe commendavit, & adverſario conflavit invidiam. TURNEB. Vide Ovid. Metam. 13.

193. *Ulyſſes.*] *Ulyxes*: V. C. Alm.

194. *Et Miloni.*] Quod Cicero eleganter elevat: *An eo mors atrocior erit P. Clodii, quod is in monumentis majorum ſuorum ſit interfectus? hoc enim ſæpe ab ipſis dicitur. Perinde quaſi Appius ille Cæcus, &c.* quæ ſequuntur. TURNEBUS.

195. *Ad ſuadendi momenta.*] Hinc illa Macedonum interrogatio: *Ecquid Romani volare poſſent, aut quo pacto Macedoniæ montes eſſent tranſituri*: hinc Annibalis in Italiam tranſgreſſi exhortatio ad milites, ut acriter pugnarent; quippe qui a tergo Alpibus, a latere duobus maribus clauſi, nulla ſperarent aufugia: at contra Rom. timidis eſſe licere, qui in tuta fugam ſuam conferre poſſent, & ſimilia alia TURNEB.

196. *Tempus.*] Vide Cornif. ad Herenn. II. cap. 4. ALMELOV. Pro Leg. Manil. 35. pro Cœl. 1. pro Milon. 49. 52. ROLLIN.

197. *Ejus autem.*] Duplex eſt tempus; generale, quod citra circumſcriptionem dicitur, referturque ad præſens, præteritum, & futurum, & χρόνος Græce dicitur; ſpeciale, quod rei agendæ vel non agendæ opportunitatem aut importunitatem indicat, Græce καιρός. Hoc poſterius a quibuſdam dicitur *occaſio.* De hoc fuſiſſ. Eraſm. in *Eccleſ.* & Rodolph. lib. 1. cap. 19. TURNEB.

198. *Alio loco.*] Lib. III. cap. 6. de *ſtatibus.* TURNEB.

nunc, [199] *olim*, *ſub Alexandro*, *cum* [200] *apud Ilion pugnatum eſt*: denique, præteritum; [201] inſtans, futurum. [202] Hoc ſequens habet & conſtituta diſcrimina, *æſtate*, *hyeme*, *noctu*, *interdiu*; [203] & fortuita, *in peſtilentia*, *in bello*, *in convivio*. Latinorum quidam ſatis ſignificari putaverunt, [204] ſi illud generale tempus, hoc ſpeciale vocarent. [205] Quorum utrorumque ratio, & [206] in conſiliis quidem, & [207] in illo *demonſtrativo* genere verſatur: ſed [208] in judiciis frequentiſſima eſt. [209] Nam & juris quæſtiones facit, & [210] *qualitatem* diſtinguit, & [211] ad *conjecturam* plurimum confert; [212] ut, cum [213] interim probationes inexpugnabiles afferat, quales ſunt, ſi dicatur ([214] ut ſupra poſui) [215] ſignator, qui [216] ante diem tabularum deceſſit; [217] aut commiſiſſe aliquid, vel cum infans eſſet, vel [218] cum omnino natus non eſſet: [219] præter id, quod omnia facile argumenta aut ex iis, quæ ante rem facta ſunt, aut [220] ex conjunctis rei, [221] aut inſequentibus ducuntur. Ex antecedentibus: *Mortem minatus es*, *noctu exiſti*, *proficiſcentem anteceſſiſti*. [222] Cauſſæ quoque factorum præteriti ſunt temporis. [223] Secundum tempus ſubtilius quidam, quam neceſſe erat, diviſerunt; [224] ut

199. *Olim ſub Alexandro.*] *Olim*, *tunc*, *ſub Al.* Locat. Ald. Vaſc. Steph. Colin.

200. *Apud Ilion.*] Ovid. Remed. 163.

Pugnabant alii tardis apud Ilion armis.

201. *Inſtans.*] Ἐνεστὼς, præſens. CAPPER.

202. *Hoc ſequens.*] Tempus videlicet ſpecialiter acceptum. CAPPER.

203. *Et fortuna in peſtilentia.*] Sic quidem legitur in omnibus, quæ mihi videre contigit, exemplaribus: ſed quid ſibi hoc loco *fortuna* velit, non video, niſi quod & ſenſui, & verborum contextui ita repugnat, ut alter minus percipiatur, alter incongruus fiat; neque enim ullum eſt verbum, ad quod referri poſſit. Quonam igitur pacto emendabitur hic locus? Nempe *fortuna* eſt forſitan eradenda, ac ejus loco *fortuita* ſunt reponenda; oppoſita namque ſunt *fortuita*, & *conſtituta*: hoc vero tempus, quod ſpeciale a quibuſdam vocari Fabius ait, *occaſionem* Cicero appellat, & definit lib. 1. de *Invent.* cap. 27. REGIUS. *Et fortuna*; Locat.

204. *Si illud generale tempus.*] In codice Laurentii Vallæ aliter ſcribitur, & longe melius: *Si illud generale*, *tempus*: *hoc ſpeciale*, *tempora vocarent.* TURNEB. Et ita Locat. & Aldus & Baſil. ediderunt: *Hoc vero ſpeciale*, *tempora*; Baſil. *illud generale*, *hoc ſpeciale tempus*; Colin. Stephan. *illud generale tempus*, *hoc ſpeciale vocarent*; Gryph. Vidov. Obr. Oxon. *ſi illud generale*, *tempus*: *hoc ſpeciale*, *tempora vocarent*; MSS. Voſſ. prim. & ſecund. itemque Bern.

205. *Quorum utrorumque ratio.*] In *cauſſis ſuaſoriis* ſæpenumero tractatur præteritum, præſens, & futurum tempus: præterea ſæpe numero quæritur de occaſione rei & opportunitate: at in genere *demonſtrativo* laus hominum in tria tempora dividitur, ut docuit Fabius libro tertio cap. 7. TURNEB.

206. *In conſiliis.*] In deliberationibus, in genere orationis *deliberativo*, ſive *ſuaſorio*. CAPPER.

207. *In illo demonſtrativo genere.*] *Genere* non eſt in cod. Voſſ. prim.

208. *In judiciis.*] In genere orationis *judiciali*. CAPPER.

209. *Nam & juris quæſtiones.*] *Legitimæ* nonnullæ quæſtiones a tempore oriuntur; ut, ſi quis adulterum, qui effugerit, poſtea repertum interfecerit. Tempus quoque interdum facit *qualitatem aſſumptivam*; ut, cum accuſatur commeſſator in peſtilentia. Nam quanquam comeſſari per ſe fortaſſis turpe non videatur, illo tamen tempore turpe erat. Hæc fuſius apud Eraſmum in *Eccleſiaſte*. TURNEB. In hac Turnebiani Commentatoris nota duo ſunt, quæ lectori Philologo proponam obſervanda; 1°. *legitimas* poſt ipſum Fabium quæſtiones vocat, quæ ſæpius a Latinis Rhetoribus *legales* appellantur, & ſunt numero quatuor, de quibus lib. VII. capp. 6. 7. 8. 9. 2°. perperam ait *aſſumptivæ qualitatis* exemplum occurrere in illa ſpecie, *quum* videlicet *accuſatur comeſſator in peſtilentia*. Cum enim dicat reus *τὸ comeſſari per ſe turpe non videri*, quæſtionem redigit ad *ſtatum qualitatis abſolutæ*, contenditque nihil a ſe illiciti fuiſſe perpetratum: ſed contra inſurgit accuſator & utitur illo capite, quod Hermogenes ἀντιπαράστασιν, & Sulpitius Victor pagg. 266. 267. Rhetor. Pithœan. *oppoſitum* appellant: *Eſto*, inquit actor, *comeſſari licuerit*: *at non hoc peſtilentiæ tempore*. Firmari poteſt hæc noſtra explicatio Sulpitii verbis & exemplo: *Qualitas abſoluta ſolvitur ex parte accuſatoris*; *aut negatione* [τῇ ἐνστάσει Hermogen.] *ut neget licere*; *aut oppoſito* [τῇ ἀντιπαραστάσει] *ut dicat*; etſi licuerit, non tamen in perniciem oportuiſſe ... *huic* [qualitati abſolutæ] *occurrit aut negatio*, *aut aliquid oppoſitum*; *negatio*, *ut dici poſſit*, non licuit hic flere; *oppoſitum*, etiamſi licuerit flere, non tamen in hunc effectum. Itaque Turnebiana nota emendari poſſet hunc in modum: *Tempus quoque interdum facit ad ſolvendam ex parte accuſatoris* qualitatem abſolutam. CAPPER. *Juris quæſtiones.*] Vide quæ paulo ſupra notavimus de variis *&* *juris* apud Fabium ſignificationibus. CAPPER.

210. *Qualitatem.*] Id eſt, *ſtatum qualitatis*, de quo Fabius lib. III. cap. 6. & lib. VII. cap. 4 CAPPER.

211. *Ad conjecturam.*] Ad *ſtatum conjecturalem*, ubi de quopiam facto quæſtio inſtituitur. CAPPER.

212. *Ut cum.*] Hoc eſt, *ut pote cum*, *quandoquidem*, *&c.* ſic etiam lib. VI. cap. 1. circa finem: *Ut cum ex his plurima ſint reſervanda*. CAPPER.

213. *Interim probationes inexpugnabiles.*] Igitur ſtatus ille non ideo *conjecturalis* eſt dicendus, quod *conjecturis*, id eſt, levioris momenti argumentis potius, quam certis probationibus rem controverſam adſtruat. Vide quæ ſupra notavimus ad cap. 6. lib. VI. CAPPER.

214. *Ut ſupra poſui.*] Cap. 5. hujus libri.

215. *Signator.*] Si dicatur aliquis teſtamenti, vel cujuſcumque inſtrumenti fuiſſe ſignator. CAPPER.

216. *Ante diem tabularum.*] Ante illum diem, quo teſtamentum, vel aliud quodlibet inſtrumentum, confectum fuiſſe dicitur, probatur, &c. CAPPER.

217. *An commiſiſſe aliquid.*] Hic quoque locus accurata emendatione indigere videtur, quæ ſic adhiberi poteſt, ſi, *an* particula expuncta, *aut* disjunctio reponatur, hoc modo: *deceſſit*, *aut commiſiſſe aliquid*, *vel cum infans eſſet*. REGIUS. *An*; Locat. Bern. *deceſſit*, *commiſiſſe aliquid*; Ald.

218. *Cum omnino natus.*] Ita ſe defendit agnus apud Phædr. lib. 1. fab. 1.

——— *equidem natus non eram.*

Vide Aſcenſ. & Ciceron. pro Quinct. cap. 29. ALMELOV. *Vel cum adhuc omnino natus*; Ald. Obrecht.

219. *Præter id.*] Docere nititur latiſſime patere temporis rationem; nam (ut docuit cap. 8.) argumenta omnia ducuntur aut ex præterito tempore, aut præſenti, aut futuro. TURNEB.

220. *Ex conjunctis rei.*] Marius Victorinus Commentar. in prim. Cicer. *de Invent.* pag. 180. Rhetor. Pithœan. vocat *continentia cum ipſo negotio*. CAPPER.

221. *Aut inſequentibus.*] *Aut conſequentibus*; Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

222. *Cauſſæ quoque factorum.*] Tempus præſens hoc loco metimur ex ipſo facto; ac proinde non neceſſarium eſt, cum cauſſæ factum præcedant, ſint præteriti temporis. TURNEB.

223. *Sed tempus.*] *Secundum tempus*; MSS. Bodl. Joan. Voſſ. prim. & ſec. Andr. Obrecht. Sichard. & Baſil. marg. recte, ut puto, & confirmatur ex lib. VII. cap. 2. *quæſtio an fecerit*, *incipit a ſecundo tempore*, &c. ubi vide quæ notamus: error ex compendiaria ſcriptione *ſed* pro *ſecundum*. BURMAN.

224. *Ut eſſet juncti.*] *Junctum* appellare videtur tempus, quod paulum antecedit, ſed tamen quaſi præſens eſt, & cum facto jungitur; *adhærens* vero, quod omnino præſens eſt, & facto ipſi adhæret. Alii tamen *junctum* pro præſenti interpretantur; *adhærens* vero pro annexo & quaſi præſenti. Hoc autem nimis eſt affectatum, & alioqui ſupervacaneum. TURNEB. *Juncti.*] Quod cap 9. tempus *conjunctum* appellabat. CAPPER.

eſſet juncti, *ſonus auditus eſt*; [225] adhærentis, *clamor ſublatus eſt*; [226] inſequentis illa, *latuiſti, profugiſti*, [227] *livores & tumores apparuerunt*. Iiſdem temporum gradibus defenſor utetur ad detrahendam ei, [228] quod objicitur, fidem. [229] In his omnis factorum dictorumque ratio verſatur, ſed dupliciter. [230] Nam fiunt quædam, quia aliud futurum eſt; quædam, quia aliud antea factum eſt; [231] ut, cum objicitur [232] reo lenocinii, quod ſpecioſam adulterii damnatam quamdam emerit; aut parricidii reo luxurioſo, quod dixerit patri, *Non amplius me objurgabis*. Nam & ille, non quia emit, leno eſt; ſed, quia leno erat, emit. Nec hic, quia ſic erat locutus, occidit; ſed, quia erat occiſurus, ſic locutus eſt. [233] Caſus autem, qui & ipſe præſtat argumentis locum, ſine dubio eſt [234] ex inſequentibus; ſed quadam proprietate diſtinguitur; ut ſi dicam: *Melior dux Scipio quam Annibal*; [235] *vicit Annibalem. Bonus gubernator*; *nunquam fecit naufragium. Bonus agricola*; *magnos ſuſtulit fructus*. Et contra: *Sumptuoſus fuit, patrimonium exhauſit, turpiter vixit*; vel, [236] *omnibus inviſus eſt*. [237] Intuendæ ſunt, [238] præcipueque [239] in *conjecturis*, & facultates. Credibilius eſt enim occiſos a pluribus pauciores, a firmioribus imbecilliores, a [240] vigilantibus dormientes, a præparatis [241] inopinantes. Quorum contraria in diverſum valent. Hæc & [242] in deliberando intuemur, & [243] in judiciis ad duas res ſolemus referre, *an voluerit quis, an potuerit*. Nam & voluntatem ſpes facit. Hinc illa [244] apud Ciceronem *conjectura: Inſidiatus eſt Clodius Miloni, non Milo Clodio: ille cum ſervis robuſtis, hic cum mulierum comitatu:* [245] *ille in equo, hic in rheda: ille expeditus, hic penula irretitus*. Facultati autem licet inſtrumentum conjungere. [246] Sunt enim in parte facultatis & copiæ. Sed ex inſtrumento aliquando etiam ſigna naſcuntur, ut ſpiculum in corpore inventum. His adjicitur [247] modus (quem τρόπον dicunt) quo quæritur, quemadmodum quid ſit factum: [248] id quod tum ad *qualitatem* [249] *ſcriptum*que pertinet; ut, ſi negemus, [250] adulterum veneno licuiſſe occidere, ſed ferro oportuiſſe: [251] tum

225. *Adhærentis.*] Ita fere Græci dicunt τὸ ἐχόμενον τόπον, *quod poſtea ſequitur, & quidem* (ut vulgo aiunt) *immediate.* Diogen. Laert. περὶ οὗ λέξομεν ἐχομένως Ἀρκεσιλάου, *de quo dicemus ſtatim, poſtquam de Arceſilao dixerimus.* CAPPER.

226. *Inſequentis illa.*] *Inſequentis ſunt illa;* MS. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Steph. Gryph. Baſil. Colin. Vidov. *& inſequentis illa;* V. C. Alm. *in ſequenti ſunt illa;* Bern.

227. *Livores & tumores.*] Hæc omnia, quæ hic tractantur, referri debent ad *locum ab adjunctis;* nam, ut ait Cicero, in eo loco tractatur *quid ante rem fuerit, quid cum re, quid poſt rem.* TURNEB.

228. *Quod objicitur.*] *A quo objicitur;* MS. Bodl. Andr.

229. *In his omnis.*] *In iis;* Ald.

230. *Nam fiunt quædam.*] Quædam facta rationem habent ad futurum, quædam ad præteritum, atque ea de cauſſa fiunt: quo fit, ut in ipſis factis trium temporum ratio concipiatur. TURNEB.

231. *Ut eum objicitur.*] *Ut cum objicitur quidem reo lenocinium, qui ſpecioſam adulterio damnatam emerit; aut parricidium reo luxurioſo;* Andr. *ut cum objicitur quidem reo lenocinii, quod ſpecioſam adulterio damnatam,* &c. MS. Bodl. *ut cum objicitur reo lenocinii, quod ſpecioſam,* &c. V. C. Alm. Obrecht. *ut cum objicitur reo lenocinii ſpecioſæ marito, quod ſpecioſam adul.* Ald. Steph. Gryph. Baſil. Colin. Vidov. Oxon. nos expreſſimus codicum veterum ſcripturam: niſi quod mallemus etiam, *adulterii quondam damnatam.*

232. *Reo lenocinii.*] *Lenocinium* facit, qui quæſtuaria habet & meritoria corpora: eodem crimine tenetur, qui ſinit uxorem ſuam adulterari. TURNEB.

233. *Caſus autem.*] Subjicit Fabius quoque caſum tempori futuro. Obſervatur autem in ipſo rei exitu & eventu: itaque de eo fuſius agetur in eventis. TURNEB. *Caſus is autem;* Bern.

234. *Ex inſequentibus.*] *Ex ſequentibus;* cod. Voſſ. prim.

235. *Vicit Annibalem.*] *Vicit enim Ann.* Ald. Steph. Gryph. Baſil. Colin. Vidov. Obrecht. Oxon.

236. *Vel omnibus inviſus.*] Vallæ liber non habet *vel. Quod vel omnibus;* Ald.

237. *Intuendæ ſunt.*] *Facultatem* appellat, opportunam & commodam rei gerendæ poteſtatem, & quamdam quaſi facilitatem: eſt autem hic locus magna ex parte *conjecturalis*, ut docebit Fabius lib. VII. cap. *de conjectura.* Exemplum eſt in oratione Cic. pro Sex. Roſcio Amerino: *Videamus nunc, & quæ facultates ſuſcipi ndi maleficii fuerint,* &c. quæ ſequuntur. Vide fuſe Eraſm. in *Ecclef.* TURNEB.

238. *Præcipueque.*] *Præcipue;* Ald.

239. *In conjecturis.*] Quando cauſſæ vel hypotheſes oratoriæ ſunt in ſtatu *conjecturali*, hoc eſt, verſantur circa quæſtionem facti. CAPPER.

240. *Vigilantibus dormientes.*] Exemplum eſt apud Cic. in oratione pro Sext. Roſcio de duobus juvenibus, & Valer. Maximum. TURNEB.

241. *Inopinantes.*] *Inopinatos;* Vallæ liber, & Voſſ. prim. ſec. & tert. itemque Bern.

242. *In deliberando.*] In genere orationis *deliberativo*, ſive *ſuaſorio.* CAPPER.

243. *In judiciis.*] Quando habentur orationes in genere *judiciali.* CAPPER.

244. *Apud Ciceronem.*] Cap. 20. ubi tamen hæc ad verbum non reperiuntur; ſed in ſummam ſunt a Fabio collecta.

245. *Ille in equo.*] *In equis;* V. C. Alm. unde Francius faciebat, *ille eques:* cui magis faverent Voſſ. omn. & Bern. qui habebant, *ille equis, hic rheda.*

246. *Sunt enim.*] Supple, *inſtrumenta;* idque per *ſyllepſin* numeri ex antecedente τῷ *inſtrumentum.* CAPPER.

247. *Modus.*] Hic locus inſtrumento tam vicinus eſt, ut prope ſit idem: de quo item fuſe Eraſm. in *Eccl.* TURNEB.

248. *Idque ad qualitatem.*] Sic quidem legitur; ſed forſitan *is cum* recte legeretur, ut intelligamus *modum*, cum ad *qualitatem ſcriptumque*, tum ad *conjecturas* quoque pertinere, ut mox addit. REGIUS. *Idque ad qualitatem;* cod. Voſſ. prim. & tert. itemque Bern. Locat. Ald. *id quod ad qualitatem ſcriptumque;* Baſil. *idque tum ad qualitatem ſcriptumque;* Vidov. Colin. Obrecht. *Ad qualitatem.*] Ad *ſtatum qualitatis*, quo de ipſius facti qualitate quæritur, an ſcilicet quod factum eſſe conſtat, jure factum ſit, necne; vel an hoc aut illo τρόπῳ, modo factum fuerit: qui *ſtatus* unus eſt ex *rationalibus.* CAPPER.

249. *Scriptumque.*] Ad aliquem *ſtatum legalem.* Alludit ad id quod ſcripſit lib. III. cap. 5. *Omnes fatentur eſſe quæſtiones aut in ſcripto, aut in non ſcripto: in ſcripto ſunt de jure, in non ſcripto de re: illud* legale, *hoc* rationale *genus*, &c. CAPP.

250. *Adulterum ferro occidiſſe, ſed veneno oportuiſſe.*] Menda huic ſenſui ineſſe deprehenditur, quæ mihi facile tolli poſſe videtur, ſi illi ablativi *ferro* & *veneno* ſibi invicem ceſſerint locis, & legatur: *ut ſi negetur adulterum veneno occidiſſe, cum ferro licuiſſet occidere.* Nam adulterum cum adultera deprehenſum ferro impune interficere licebat, non autem veneno. REGIUS. *Adulterum veneno occidiſſe, cum ferro licuiſſet occidere, ſed vel opportuiſſet;* Ald. Par. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Vidov. *adulterum veneno licuiſſe occidere, ſed ferro oportuiſſe;* Obrecht. Oxon.

251. *Tum ad conjecturam.*] *Ad conjecturas;* V. C. Alm. Voſſ. ſec. Ald. Steph. Gryph. Baſil. Colin. Vidov. *tum vel ad conjecturas;* Locat. ſed *vel* deleri juſſit jam Regius. *Ad conjecturam.*] Ad quæſtionem, quæ verſetur in *ſtatu conjecturali*, ad quæſtionem de facto. CAPPER.

ad *conjecturam* quoque; [252] ut, ſi dicam bona mente factum, ideoque palam; mala. [253] ideoque ex inſidiis, [214] noctu, in ſolitudine. [255] In rebus autem omnibus, de quarum vi aut natura quæritur, [256] quaſque etiam citra complexum perſonarum, cæterorumque, ex quibus [257] ſit *cauſſa*, per ſe intueri [218] poſſumus, tria ſine dubio rurſus ſpectanda ſunt, an ſit, quid ſit, quale ſit. [219] Sed quia ſunt quidam *loci* argumentorum [260] his omnibus communes, [261] dividi * in hæc tria genera non poſſunt; ideoque *locis* potius, [262] ut in quoſque incurrent, ſubjicienda ſunt. [263] Ducuntur igitur argumenta [264] ex *finitione* ſeu *fine*; nam utroque [265] modo traditur. Ejus duplex ratio eſt. [266] Aut enim ſimpliciter quæritur, [267] *ſitne hoc virtus*; [268] aut antecedente *finitione*, *quid ſit virtus.* [269] Ita aut * in univerſum vim verbi complectimur, [270] ut, *Rhetorice eſt bene dicendi ſcientia*; aut per partes, ut, *Rhetorice eſt recte inveniendi, & diſponendi, & eloquendi cum firma memoria, &* [271] *cum dignitate actionis, ſcientia.* Præterea [272] finimus aut vi, ſicut ſuperiora; [273] aut ἐτυμολογίᾳ, ut [274] *aſſiduum* [275] ab * aſſe dando, & *locupletem* a locorum, *pecunioſum* a pecorum copia. [276] *Fini-*

252. *Ut ſi dicam bona mente factum.*] Nam, ut ait lib. VII. cap. 2. *Conjectura omnis aut de re, aut de animo eſt*; hoc eſt, omnis quæſtio facti verſatur circa res ipſas, vel circa hominum mentes, conſilia, propoſita, & *intentiones*, ut vulgo loquuntur. CAPPER.

253. *Ideoque ex inſidiis.*] *Ideo*; V. C. Alm. & Voſſ. prim. ſec. & tert.

254. *Nocte.*] *Noctu*; omnes fere ſcripti & editi, præter Voſſ. tert. qui *nocte*.

255. *In rebus autem.*] Hactenus Fabius egit de *locis* illis, qui *rhetorici* appellantur, magiſque ad *hypotheſin* referuntur: nunc de illis, qui *dialectici* vocantur, magiſque ad *theſin* referuntur: quanquam (ut antea diximus) utrique *loci* & *hypotheſi* & *theſi* ſubſervire poſſunt. TURNEB.

256. *Quas citra complexum perſonarum cæterorumque.*] Quas vulgo *theſes* appellant. CAPPER.

257. *Sit cauſſa.*] Fit, loco illius ſubjunctivi *ſit*, mihi legendum videtur; *cauſſa* enim fit ex circumſtantiarum complexu, citra quem non *cauſſa*, ſed *quæſtio* dicitur. REGIUS. *Cauſſa.*] *Hypotheſin* vulgo vocant. CAPPER.

258. *Poſſumus.*] *Poſſimus*; Bern.

259. *Sed quia ſunt.*] Aggreſſurus *locos topicos*, objectioni ſtatim occurrit; nam, cum ſint tres quæſtiones, *locos* ſuppeditare debuit uniuſcujuſque proprios, atque ita dividere in quæſtiones *locos topicos*: quod tamen fieri non potuit, quia, quanquam quidam proprii alicujus quæſtionis, multi tamen ſunt omnium communes. TURNEB. Quid ſibi velit hoc Turnebianæ locutionis monſtrum (*locos topicos*) non intelligo. Perinde eſt ac ſi quis dicat *locos locales*. An *theticos* auctor ſcripſerat? an *logicos*, id eſt, *dialecticos*? CAPPER.

260. *His omnibus.*] *Omnibus*; codd. Voſſ. omn. & Bern. Intelligit autem *ſtatus* illos tres, an ſit, quid ſit, quale ſit. CAPPER.

261. *Dividi hæc tria.*] Sic quidem recte legi videtur; ſed acutius intuenti *in* præpoſitionem a ſenſu deſiderari liquebit, ut legatur: *dividi in hæc tria genera non poſſunt.* Nam *loci* quidam argumentorum, quia *ſtatibus* omnibus ſunt communes, commodo in omnes *ſtatus* diſtribui non poſſunt. REGIUS. *Dividi hæc tria*; V. C. Alm. Locat. Obrecht. *dividi hæc in tria genera*; Ald. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Aſcenſius retinet veterem lectionem, ut *dividi*, ſit *ſeparari*, hæc tria genera, *an ſit*, *quid ſit*, *quale ſit.* Stephan. *dividi in hæc tria.* Regii Stephanique lectio ſubjectæ materiæ magis congruere viſa eſt. CAPPER. *In hæc tria genera.*] In tres hoſce *ſtatus*, an ſit, quid ſit, quale ſit. CAPPER.

262. *Ut in quoſque incurrent.*] Editio Lugdunenſis, aliæque complures ejiciunt *in*. Quiſquis autem primus ſuſtulit, nimium certe ingenio ſuo indulſit, neque Latini ſermonis genium, ad quem conſervandum ea præpoſitio hic neceſſario requiritur, animadvertit. Sed nec prorſus ſine auctoritate voculam eam in textum retulimus, ſecuti editiones Aldi, Vaſcoſani, & Stephani. GIBSON. *In*, deeſt in V. C. Alm. Voſſ. M. ſec. & tert. edition. Locatel. Gryph. Colin. *ut quouſque incurrent*; Baſil. cod. Bern. Male rejici præpoſitionem *in*, apparet ex ſimili loco lib. I. cap. 5. *Neque artem Grammaticam componere aggreſſi ſumus; ſed cum in ordinem incurreret, inhonoratam tranſire noluimus.*

263. *Ducuntur igitur.*] *Ducuntur ergo*; cod. Voſſ. ſec. Ald. Locat. Baſil. Gryph. Colin.

264. *Ex finitione.*] Quoniam autem nemo quærit naturam eorum, quæ non ſunt, ideo primum locum tenet ὅρος, quem quidam *finem* aut *finitionem*, alii *definitionem* appellare maluerunt. TURNEB.

265. *Modo traditur.*] *Modo dicitur vel traditur*; cod. Voſſ. prim. & tert.

266. *Aut enim.*] Primum quærimus in definitione de tota rei eſſentia, poſtea nonnunquam quærimus, an alicui ſingulari illa ſpeciei & formæ definitio competat. Poteſt autem hoc loco etiam optime legi: *Aut enim ſimpliciter quæritur quid ſit virtus*; *aut antecedente* finitione, *ſitne hoc virtus.* TURNEB.

267. *Sitne hoc virtus.*] *Sitne hæc virtus*; Voſſ. prim

268. *Aut antecedente.*] *Aut præcedente*; V. C. Alm. Locat. Ald.

269. *Ita ut univerſam.*] *Aut* legendum eſſe loco illius *ut* particulæ, facile ex altera disjunctiva, quæ ſubjicitur, apparet. Sed aliud quoque, & quidem majus, flagitium mihi in hoc ſenſu ineſſe videtur. Non enim *univerſam*, ſed *in univerſum* forſitan eſt legendum: ut *in univerſum*, & *per partes*, tanquam oppoſita disjungantur. REGIUS. In codice Veneto ſcribitur: *ita aut univerſam vim verbi complectimur*: ut hæc efficiant ſuperiorum interpretationem, alio quam dicimus ſenſu. TURNEB. *Ita aut univerſam vim verbi complectimur*; MSS. Bodl. Alm. Andr. Locat. Ven. Par. Obrecht. *ita aut in univerſum vim verbi com.* Ald. *Id aut univerſum com.* MS. Joan. & Voſſ. prim. & tert. *id aut in univerſum verbis com.* Steph. Baſil. Colin. *id aut univerſum verbis com.* Voſſ. ſec & alii, itemque Bern.

270. *Ut Rhetorice eſt, &c.*] Duplex eſt Cic. *definitio*; nam altera explicat notionem & proprietatem rei; altera formarum aut partium enumeratione rem complectitur. Vide Cicer. in *Partitionibus*, & 2. *de Orat.* TURNEB.

271. *Cum dignitate actionis.*] Τῆς Ὑποκρίσεως, id eſt, *Pronunciationis*; alludit enim ad quinque Rhetoricæ partes, quæ ſunt, *inventio*, *diſpoſitio*, *elocutio*, *memoria*, & *pronunciatio*, quæ actionis etiam nomine aliquando deſignatur, ut tradit ipſe Fabius lib. XI. cap. 3. *Pronunciatio*, inquit, *a pleriſque actio dicitur.* CAPPER.

272. *Finimus aut vi.*] Explicando vim, naturam, & proprietates rei definitæ: ſic paulo ſupra dicebat Quinctilianus: *in rebus, de quarum vi aut natura quæritur.* CAPPER.

273. *Aut ἐτυμολογίᾳ.*] Solemus nonnunquam definire interpretatione nominis ſeu vocabuli, quam appellant *etymologiam*, id eſt, *veriloquium*, Cic. *notationem*; propterea quod nominis interpretatio rei veritatem ſolet indicare. Vide Ciceronem in *Top.* cap. 8. & 2. de *Orat.* & Eraſmum in *Eccleſiaſte.* TURNEB.

274. *Aſſiduum.*] Vide Cic. in *Top.* & Gellium lib. XV. Fabium lib. VII. cap. 4. Cic. item 2. de Rep. *Pecunioſos* a pecore, & *locupletes* a locorum poſſeſſione appellatos dicit, TURNEB. *Ut ſi aſſiduum*; V. C. Alm. Locat. Ald.

275. *Ab ære dando.*] *Etymologia* magis convenit, ut *aſſe* * legatur. Id quod ex Ciceronis *Topicis* facile comprobatur. REGIUS. *Ab aſſe* lectio primo intuitu ſana, quamque exhibent editiones Andreæ, Pariſienſ. Vaſcoſani, Stephani, Gryphii. Hac tamen rejecta, in duriorem inciderunt alii, *aſſiduum ab ære dando.* GIBSON. *Ab ære dando* tamen V. C. Alm. Ald. Baſil. & alii; & firmat Cicer. in *Topic.* cap. 11. ſed Chariſ. lib. 1. Inſt. Gram. pag. 58. ditiores, qui aſſes dabant, aſſiduos dictos vult. Vide Voſſii *Etymolog.* & de altera hujus vocis ſignificatione Gronov. de Pecun. Veter. IV. cap. 9. BURMAN.

276. *Finitioni ſubjecta.*] Hæc idcirco *definitioni* ſubjecta videntur, propterea quod ad rem definiendam conducunt, & nonnunquam in eamdem definitionem omnia concurrunt. Vide Cicer. in *Top.* 2. de Orat. Fab. lib. VII. cap 4. TURNEB.

tioni ſubjecta maxime videntur genus, ſpecies, [277] differens, [278] proprium. Ex his omnibus argumenta ducuntur. [279] Genus ad probandam ſpeciem minimum valet, plurimum ad refellendam. Itaque [280] non, quia eſt arbor, platanus eſt; at, quod non eſt arbor, utique platanus non eſt. [281] Nec, quod non eſt virtus, utique poteſt eſſe juſtitia. [282] Itaque a genere perveniendum eſt [283] ad ultimam ſpeciem; ut, [284] *homo eſt animal*, non eſt ſatis, id enim genus eſt; *mortale*, etiam ſi eſt ſpecies, cum aliis tamen communis *finitio*; *rationale*, nihil ſupererit ad demonſtrandum, quod velis. [285] Contra ſpecies firmam probationem habet generis, infirmam refutationem. Nam, quod juſtitia eſt, utique virtus eſt: quod non eſt juſtitia, poteſt eſſe virtus, [286] ſi eſt fortitudo, conſtantia, [287] continentia. [288] Nunquam itaque tolletur a ſpecie genus, [289] niſi omnes ſpecies, quæ ſunt generi ſubjectæ, removeantur, hoc modo: [290] *Quod neque immortale eſt, neque mortale, animal non eſt.* His adjiciunt propria, [291] & differentia. [292] Propriis confirmatur *finitio*, differentibus [293] ſolvitur. [294] Proprium autem eſt, aut [295] quod ſoli accidit, ut homini *ſermo*, *riſus*; aut quod utique accidit, ſed non ſoli, ut igni *calefacere*. Et ſunt ejuſdem rei plura propria, ut ipſius ignis *lucere*, *calere*. [296] Itaque quodcumque proprium deerit, [297] ſolvet *finitionem*: [298] non utique quodcumque erit, confirmabit. [299] Sæpiſſime autem, quid ſit proprium cujuſque,

277. *Differens.*] Τὸ *differens*, id quo unum ab altero differt. Nunc dicitur in ſcholis *differentia*. CAPPER.

278. *Proprium.*] Τὸ *proprium* Rhetoricas definitiones ingreditur, non autem Logicas: hujus diſcriminis ratio eſt, quod Logici ſeu Dialectici accuratius diſtinguant inter naturam rei, (quam exponit definitio) & ipſius proprietates, quas exhibet oratoria definitio, vel potius deſcriptio. Ut Logici ſtrictius ac preſſius, ita Rhetores latius & liberius loqui amant. Vide ad lib. VII. cap. 3. paulo poſt initium, CAPPER.

279. *Genus ad probandam ſpeciem.*] Affirmative non poſſumus argumentari a genere ad ſpeciem (ſed negative) niſi omnes ſpecies ſubjiciamus, aut genus univerſaliter capiamus. TURNEB.

280. *Non quia eſt arbor.*] *Non quæ*; V. C. Alm.

281. *Nec quod eſt virtus utique non poteſt.*] Tametſi ita fere legitur, mihi tamen *non* particula e ſuo loco in alienum tranſlata videtur; nam, ut hoc quoque exemplo probetur, genus ad refellendam ſpeciem plurimum valere, legendum eſt hoc modo: *Nec quod non eſt virtus, utique poteſt eſſe juſtitia* REGIUS. Ita cod. Voſſ. ſec. Stephan. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. *Utique* non habet Voſſ. prim. ſec.

282. *Itaque a genere.*] *Definitionis* eſt canon ex Cicerone deſumptus; ſic enim ille præcipit, ut, cum ſumpſerimus ea quæ ſunt rei quam definire velimus, communia, tantiſper perſequamur; dum ad id, quod proprium eſt, perveniamus. Vide Cic. in *Top.* TURNEB. Argumentum a genere ad ſpeciem valet negative; aſſirmative non item. PITH.

283. *Ad ultimam ſpeciem.*] Quæ vulgo ſpecies infima dicitur. CAPPER.

284. *Homo eſt animal..... mortale..... rationale.*] Sic etiam Porphyrio in *iſagoge* cap. 2. & 3. homo eſt ζῶον λογικὸν θνητόν; itemque Hermogeni pag. 254. forte quia Platonicis Deus eſt ζῶον λογικὸν ἀθάνατον, *animal rationale immortale*. Eidem Porphyrio ibid. τὸ ζῶον λογικόν, *animal rationale* eſt genus; οὐσία vero, *ſubſtantia*, genus eſt ſupremum: ergo quæ vulgo vocatur *arbor Porphyrii*, ejus non eſt doctrinæ conſentanea: ſic autem arbor vere Porphyriana conſtrui poſſet:

1 Οὐσία,	Subſtantia,
2 Σῶμα,	Corpus,
3 Ἔμψυχον,	Animatum, vel vivens,
4 Ζῶον,	Animal,
5 Λογικόν,	Rationale,
6 Ἄνθρωπος,	Homo,
7 Πλάτων.	Plato.

Allata hominis definitio firmatur ex opuſculo Architæ Pythagorici, quod Camerarius ad calcem Aphthonii edidit; ſic enim habet:

Διαιρεῖται ἁ ὠσία εἰς σῶμα καὶ ἀσώματον,	Subſtantia dividitur in corpus & incorporeum,
Σῶμα εἰς ἔμψυχον καὶ ἄψυχον,	Corpus in vivens & non vivens,
Ἔμψυχον εἰς αἰσθητὸν καὶ ἀναίσθητον,	Vivens in ſenſitivum & ſenſus expers,
Αἰσθητὸν εἰς ζῶον καὶ ζωόφυτον,	Senſitivum in animal & zoophytum,
Ζῶον εἰς λογικὸν καὶ ἄλογον,	Animal in rationale & irrationale,
Λογικὸν εἰς θνητὸν καὶ ἀθάνατον,	Rationale in mortale & immortale,
Θνητὸν εἰς τὰ ὑπ' αὐτῷ τὰ εἴδεα, ἄνθρωπον, βῶν, ἵππον, κλ.	Mortale in ea quæ ipſi ſpeciei ſubſunt, videlicet in hominem, bovem, equum, &c.

Eamdem hominis definitionem exhibet auctor Dialecticæ, quæ inter opera ſancti Auguſtini reperitur: lege cap. 9. CAPPER.

285. *Contra ſpecies.*] Quia genus in ſpecies ſine ullius prætermiſſione dividitur, & ſpecierum differentiæ ad caput generis quaſi fontem referuntur. TURNEB.

286. *Si eſt fortitudo.*] *Ut ſi eſt*; Locat. Ald. Baſil. Sich. Par. Gryph. Colin. *ut eſt*; Voſſ. tert. Steph. *ſi eſt*; V. C. Alm. Lugd. Obr. Oxon.

287. *Continentia.*] Quæ nunc temperantia vocatur. CAP.

288. *Nunquam itaque tolletur.*] Id quod in *Top.* ait: *Forma enim a genere, quoad ſuum nomen retinet, nunquam ſejungetur.* TURNEB.

289. *Niſi ut omnes ſpecies.*] *Niſi omnes*; Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht. Oxon.

290. *Quod immortale eſt, neque mortale, animal non eſt.*] Mendoſe ſic legitur: emendate autem, ſi *neque* particula iterum adſcribatur, hoc modo: *Quod neque immortale eſt.* REGIUS. Dictum eſt hoc ex opinione Platonis, qui deos quoſdam animalia eſſe immortalia dicebat, ut Lunam, Solem, & reliquos planetas. TURNEB.

291. *Et differentia.*] Τὰ διαφέροντα vel διαφοράς, hoc eſt, differentias, ut jam loqui amant. CAPPER.

292. *Propriis.*] *A propriis*; cod. Voſſ. prim. ſec. & tert. Bern. *Propriis confirmatur finitio, differentibus ſolvitur.*] Nam ut ait Fabius lib. VII. cap. 3. maximus uſus in approbando refellendoque *fine*, propriorum ac differentium. CAPPER.

293. *Solvitur.*] Evertitur, deſtruitur, refellitur definitio, ſi quæ differentia inter definitam rem, & definitionem ipſam oſtendatur. CAPPER.

294. *Proprium autem.*] Dialectici quadruplex agnoſcunt *proprium*, Fabius dumtaxat duplex; quod convenit ſoli; & quod omni, ſed non ſoli. Vide Eraſ. in *Ecc.* TURNEB.

295. *Quod ſoli accidit.*] *Quidquid ſoli*; V. C. Alm.

296. *Itaque quodcumque proprium.*] Si definitionem alicujus rei feceris, cui aliqua rei ipſius proprietas repugnet, definitio infirmabitur; nec tamen bona erit protinus definitio, quæ proprietates quaſdam habebit; nam quædam propria non conveniunt ſoli. Poteſt etiam intelligi primum membrum hoc modo, ut dicatur mala definitio, quæ non perſecuta ſit ea, quæ ſunt communia, ad ipſam uſque proprietatem. TURNEB.

297. *Solvet finitionem.*] *Solvit* & mox *confirmat*; V. C. Alm.

298. *Non utique quodcumque erit.*] Non omne *proprium* ſigillatim ſumptum confirmabit definitionem; ſed ſolummodo *proprium* quarto vel tertio modo, quod videlicet omni & ſoli; vel omnium omnino rei propriorum collectio: de his plura vide apud Logicos. CAPPER.

299. *Sæpiſſime autem.*] De hoc vide lib. VII. cap. 4. TURNEB.

quæritur; ut, ſi per ἐτυμολογίαν dicatur, *Tyrannicidæ proprium eſt tyrannum occidere*, negemus; non enim, ſi traditum ſibi cum carnifex occiderit, [300] tyrannicida vocetur; nec, ſi imprudens vel invitus. [301] Quod autem proprium non erit, differens erit; ut, aliud eſt ſervum eſſe, aliud ſervire: [302] qualis eſſe in *addictis* quæſtio ſolet. Qui ſervus eſt, ſi manumittatur, [303] fit libertinus, [304] non itidem *addictus*; [305] & plura, de quibus alio loco. Illud quoque differens vocant, quum, genere in ſpecies diducto, ſpecies ipſa diſcernitur. *Animal*, genus; *mortale*, ſpecies; *terrenum vel bipes*, differens. Nondum enim proprium eſt, ſed [306] jam differt a marino vel quadrupede. Quod non tam ad argumentum pertinet, quam [307] ad diligentem *finitionis* comprehenſionem. [308] Cicero genus & ſpeciem, quam eamdem [309] *formam* vocat, a *finitione* diducit, & [310] iis, quæ *ad aliquid* ſunt, [311] ſubjicit; ut, [312] ſi is, cui argentum omne legatum eſt, petat ſignatum quoque, [313] utatur genere: at ſi quis, cum legatum ſit ei, quæ viro materfamilias eſſet, neget debere ei, quæ in manum non convenerit, [314] ſpecie; quoniam [315] duæ formæ ſint matrimoniorum. [316] Diviſione autem adjuvari *finitionem* docet, eamque differe a partitione; quod hæc ſit totius in partes, illa generis in formas: [317] partes incertas eſſe; ut, *quibus conſtet reſpublica*: formas certas; ut, *quot ſint ſpecies rerumpublicarum*; [318] quas tres accipimus, quæ populi, quæ paucorum, quæ unius poteſtate regerentur. [319] Et ille quidem non his exemplis utitur, quia ſcribens ad Trebatium, ex jure ea ducere maluit: ego apertiora poſui. [320] Propria vero [321] ad *conjecturæ* quoque pertinent partem; [322] ut, *proprium eſt boni, recte*

300. *Tyrannicida vocetur.*] *Vocatur;* Cod. Voſſ. prim. & tert. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *dicatur;* Voſſ. ſecund. Steph.

301. *Quod autem proprium.*] *Differens* duobus modis Fabio accipitur; pro eo, quod, proprium non eſt, ſed diſſidet, ac diſcrepat; tum pro eo, quod genus dividit, & ſpeciem conſtituit: quo ſane modo uſurpatur a dialecticis. TURNEB.

302. *Qualis eſſe in addictis.*] Ut, cum quæritur an *addictus*, quem lex ſervire, donec ſolverit, jubet, ſervus ſit. TURNEB. Vide de *addictis* ſupr. lib. III. 6. & lib. VII. cap. 3.

303. *Fit libertinus.*] Poſſet quis ſuſpicari legendum, *libertus;* ſervus enim manumiſſus fit libertus; libertinus autem eſt liberti filius: ſed οἱ liberti quoque dicuntur libertini, quatenus opponuntur τοῖς ingenuis; idem enim vocatur libertus, habito ad Patronum reſpectu; & libertinus, ſi ad ingenuum referatur. CAPPER.

304. *Non idem addictus.*] *Iisdem*, hoc eſt, *ſimiliter*, non *idem* legendum eſt. REGIUS. *Non idem;* V. C. Alm. Bern. Voſſ. prim. ſecund. & tert. *non item* volebat Francius.

305. *Et plura.*] Plura ſunt τὰ διαφέροντα, vel διάφορα, ea, quibus inter ſe differunt ὁ ſervus & ὁ *addictus*. CAPPER.

306. *Jam differt a marino.*] *Differet;* V. C. Alm. Ald. *jam* omittit. Locat.

307. *Ad diligentem finitionis comprehenſionem.*] Superius *differens* maxime valet ad argumentandum, quoniam infirmat definitionem; poſterius non ad argumentandum, ſed ad definiendum; nam Dialectici definitionem conſtituunt ex genere & differentia. TURNEB. *Ad finitionis comprehenſionem.*] Ad certam verborum conceptionem, quibus integra & perfecta definitio comprehenditur, conficitur, complectur. CAPPER.

308. *Cicero genus & ſpeciem.*] Vide Cicer. in *Top.* ex quo hæc deſumpta ſunt. TURNEB.

309. *Formam vocat.*] Græce εἶδος, quod & formam, & ſpeciem ſignificat. CAPPER.

310. *Iis quæ ad aliquid ſunt.*] Græce τοῖς πρός τι, id eſt, *relativis*, quorum totum eſſe, ut aiunt, eſt ad aliud. CAPPER.

311. *Subjicit.*] Cicero genus & ſpeciem facit quaſi totidem partes, vel ſpecies τῶν *relativorum*. CAPPER.

312. *Si cui argentum.*] De hoc legato vide Ulpian. lib. XIX. ff. de aur. & arg. leg. & Cujac. Obſerv. VI. cap. 31. ALMELOV.

313. *Utatur genere.*] Petit enim argentum generatim ſumptum, cujus aliqua ſpecies eſt argentum ſignatum, vulgo, *monnoyé*. CAPPER.

314. *Specie.*] Utetur argumento ducto ex duplici matrimonii ſpecie; una ſpecies faciebat matrem familias; altera matronam tantum vel uxorem, quando mulier in viri manum non convenerat. CAPPER.

315. *Duæ formæ.*] Duæ ſunt ſpecies nuptiarum; aut enim fiunt *per coëmptionem*, quando mulier in viri manum convenit, ejuſque poteſtatem: erant autem hæ nuptiæ legitimæ, ac illa, quæ ita convenerat in manum, dicebatur materfamilias: erant aliæ quoque nuptiæ, quæ citra *coëmptionem* fiebant, quibus uxores habebantur ſolo uſu, ut concubinæ. De his latius Boëtius in *Top.* Cicer. TURNEBUS. Vide doctores juris in lib. 195. §. 1. de V. S. & Gell. XVIII. 6. ALMELOV. Tertia matrimonii ſpecies erat Pontificum propria, quorum matrimonium fieri *confarreatione*, & *diffarreatione* diſſolvi dicebatur. CAPPER.

316. *Diviſione autem.*] Quædam ſunt etiam definitiones diviſionum & partitionum, ut docet Cicer. in *Top.* quæ fiunt, vel enumeratione formarum, vel enumeratione partium. Differunt autem partes a formis, quod illæ ſunt tanquam quædam membra, neque nomen totius uſurpant: hæ autem notiones ſunt quædam generi * ſubjectæ, quæ generis nomen ſibi vindicant. Latius hæc apud Cicer. in *Topic.* & Eraſm. in *Eccleſ.* & Fab. lib. VII. cap. 5. TURNEB.

317. *Partes incertas.*] Certus eſt ſemper formarum numerus: itaque aliquam in diviſione omittere, peccatum ſit: ſæpenumero vero ſolet infinitior eſſe partium numerus: ut, ſi quam omittas, non magnopere erres. TURNEB.

318. *Quas tres accipimus.*] *Democratia* dicitur reipub. ſpecies, cum poteſtas eſt omnis penes populum, ut olim Athenis; *Oligarchia*, cum paucorum dominatu reſp. gubernatur; *Monarchia*, cum unus imperat. Addunt alii *Ariſtocratiam*, cum optimates imperant: ſed referri poteſt ad *Oligarchiam*. TURNEB *accepimus;* Obrecht.

319. *Et ille quidem non his.*] Ad Trebatium enim libro, huic uni rei deſtinato, copioſius omnia executus eſt. TURNEB.

320. *Propria.*] Non ſolum *proprio* utimur ad *finitionis* confirmationem, ut antea docuit Fabius, verum etiam ad *conjecturæ* probationem; ut, ſi de alicujus probitate dubites, eam colligere poſſis ex bonitatis proprietate. TURNEB.

321. *Ad conjecturæ partem.*] Id eſt, ad partem *ſtatus* illius, qui *conjecturalis* a rhetoribus appellatur: vulgo dicitur quæſtio de facto. CAPPER.

322. *Ut proprium eſt boni recte facere, iracundi verbis excandeſcere.*] Quam ob cauſſam hæc lectio a nonnullis rejiceretur, neſcio. Ego certe eam, cum per ſe aptam, tum munitam auctoritate editionum Aldinæ, Sichardi, Pariſienſis, Vaſcoſani, Stephani (Baſileenſis, Gryphii, Colinæi, Vidovæi, Obrechti) amplectendam eſſe omnino exiſtimavi. Quam autem in ejus locum ſuffecerant (*ut quia proprium eſt boni recte facere, iracundi verbis excandeſcant*) merito rejiciendam. GIBSON. *quia propria;* V. C. Alm. Voſſ. prim. ſecund. tert. Locat. *quia proprium;* cod. Bern. *Eſſe credatur.*] Emendate in quibuſdam exemplis *excandeſcere* ſcriptum eſſe loco illorum verborum (*eſſe credatur*) animadverti; eſt enim iracundi proprium verbis excandeſcere: mihi tamen adhuc aut verborum aliquid deeſſe videtur, aut *quia* particula, ut ceſſans, expungenda. REGIUS. *eſſe credantur;* V. C. Alm. Voſſ. prim. ſecund. tert.

facere; *iracundi*, *verbis excandeſcere.* [323] At contra quædam in quibuſdam utique non ſunt, & [324] ratio, quamvis [325] ex diverſo, eadem eſt. Diviſio & ad probandum ſimili via valet, & [326] ad refellendum. [327] Probanti interim ſatis eſt unum habere, hoc modo: [328] *Ut ſit civis quis, aut natus ſit oportet*, [329] *aut factus.* Neganti, [330] utrumque tollendum eſt: *Nec natus, nec factus eſt.* [331] Fit hoc & multiplex, idque eſt argumentorum genus [332] *ex remotione:* [333] quo modo efficitur totum falſum: modo [334] id, quod relinquitur, verum. Totum falſum eſt hoc modo: *Pecuniam credidiſſe te dicis: aut habuiſti ipſe, aut* [335] *ab aliquo accepiſti, aut inveniſti, aut ſurripuiſti. Si neque domi habuiſti, neque ab aliquo accepiſti,* [336] & cætera, [337] *non credidiſti.* Reliquum fit verum ſic: *Hic ſervus, quem tibi vendicas, aut verna tuus eſt, aut emptus, aut donatus, aut teſtamento relictus, aut ex hoſte captus, aut alienus*: deinde remotis prioribus, ſupererit *alienus.* Periculoſum, & cum cura intuendum genus; [338] quia, ſi in proponendo unum quodlibet omiſerimus, [339] cum riſu quoque tota res ſolvitur. [340] Tutius, quod [341] Cicero pro Cæcinna facit, cum interrogat: *Si hæc actio non ſit, quæ ſit?* Simul enim removentur omnia. Vel cum [342] duo ponentur inter ſe contraria, quorum [343] tenuiſſe utrumlibet [344] ſufficiat; quale [345] Ciceronis eſt: *Unum quidem certe, nemo erit* [346] *tam iniquus Cluentio, qui mihi non concedat, ſi conſtet* [347] *corruptum illud eſſe judicium, aut ab Avito, aut ab Oppianico eſſe corruptum:* [348] *ſi doceo non ab Avito,* [349] *vinco ab Oppianico: ſi oſtendo ab Oppianico, purgo Avitum.* [350] Fit etiam ex duobus, quorum neceſſaria eſt ad alterutrum eligendi adverſario poteſtas; efficiturque ut, utrum elege-

323. *Aut contra.*] *U* vocali expuncta, ne quid vel minimum prætermittam, *at*, ſenſus expoſcit. REGIUS. *ac contra:* Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *aut contra:* Voſſ. prim. ſecund. tert. *At;* Obrecht. Oxon.

324. *Ratio.*] Id eſt, methodus deducendi & conficiendi argumenti, argumentatio ipſa: ſic paulo poſt *ſimiliter & ex incremento in utramque partem ducitur ratio.* CAPPER.

325. *Ex diverſo.*] Ut, clementis eſt hominis & miſericordis, injuriam non facere: quod ſi facias injuriam, colligam te miſericordem non eſſe. TURNEB. *Quamvis ita ex diverſo:* MSS Alm. Voſſ. prim. & tert. itemque Bern.

326. *Ad refellendum.*] *Ad repellendam probationem.*] MS. Bodl. Andr. ſimilem varietatem in his verbis *refellere* & *repellere* obſervavimus apud Ovid. 1. Metam. 759. ubi plura dicemus. BURMAN.

327. *Probanti interim.*] Contrario modo argumentamur a partitione: nam ſi probare volumus, partes omnes ſunt conſtituendæ: ſin autem negamus, una dumtaxat eſt tollenda. TURNEB. *probationi;* Cod. Voſſ. ſecund. & tert. Locat. marg. Gryph. Baſil. Vidov. V. C. Alm.

328. *Ut ſit civis.*] *Ut ſit civis quis;* Steph. Baſil. Gryph. Colin. Obrecht. Oxon. *ut ſit quis;* V. C. Alm. *ut ſit civis;* Bern.

329. *Aut factus.*] Si nempe natus extraneus, jus tamen civitatis impetrarit, & civitate donatus fuerit. CAPPER.

330. *Aut factus, utrumque tollendum eſt.*] Hic quoque aliquid flagitii, quod hactenus non fuit deprehenſum, ineſſe contenderim. Cur enim utrumque tollendum ſit, non apparet. Tametſi autem invitus facio, ut aliquid, quod in exemplaribus non inveniatur, cenſeam adſcribendum; tamen, ne ab inſtituto recedam, id, quod ſentio, promam, ac doctorum judicio ſubjiciam. *Neganti*, igitur dandi caſus participium ſenſus perſpicuitas exigere mihi videtur, ut legatur: *Negantis utrumque tollendum.* Qua ratione *probantis* quoque, non *probationi*, forſitan legendum eſt. REGIUS. *neganti* non agnoſcunt MSS. Alm. Voſſ. prim. ſecund. tert. Locat. Bern.

331. *Fit hoc &c.*] *Sit hoc &;* V. C. Alm. Francius volebat, *ſit hoc & multipliciter.*

332. *Ex remotione.* [Hoc argumentandi genus a Cicer. in *Top.* vocatur *a partium enumeratione;* a Cornificio vero *expeditio.* Ideo autem *ex remotione* dicitur, quia ea, quæ propoſuimus, negando removere poſtea ſolemus. TURNEB.

333. *Quo modo efficitur.*] *Qua modo efficitur;* Voſſ. ſecund. quod non diſplicet.

334 *Id quo relinquitur verum.*] Pro *quo* legendum eſſe *quod*, aperte patet. REGIUS.

335. *Ab aliquo accepiſti.*] *Ab alio;* Locat. Steph. Roign. Gryph. Baſil. Colin. Vidov.

336. *Et cætera.*] *Nec cætera;* V. C. Alm. Locat. Steph. Sich. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

337. *Non credidiſti.*] *Nec credidiſti;* Ald.

338. *Quia ſi in proponendo.*] Francius conjiciebat, *quia ſi in reponendo*, id eſt, in recollectione.

339. *Cum riſu tota ſolvitur.*] Horat. II. Sat. 1. 86.
Solventur riſu tabulæ, tu miſſus abibis.

340. *Tutius Cicero quod.*] Perverſus eſt verborum ordo; ſic enim legendum eſt: *tutius, quod Cicero pro Cæcinna facit.* REGIUS.

341. *Cicero pro Cæcinna.*] Hæc Ciceronis argumentatio, quanquam expreſſam non habet partium enumerationem, poteſtate tamen eam complectitur, & *ex remotione* argumentatur, cum interea periculum enumerationis evitarit. Sic autem pro Cæcinna Piſonem Æbutii advocatum Cic. interrogat, (cap. 13.) *Age, nunc, ſi ne tuorum quidem quiſquam loco motus ſit*, & cætera quæ ſequuntur. TURNEB. *Cicero cum interrogat: ſi hæc actio non ſit, quæ ſit?*] Alludit Fabius ad illa verba Ciceronis pro Cæcinna (quem Æbutius non quidem e fundo dejecerat; ſed in fundum ingredi prohibuerat armata vi.) *Hanc puto me habere actionem, ut per interdictum meum jus teneam atque injuriam tuam perſequar: fac in hoc errare me, nec ullo modo poſſe per hoc interdictum id aſſequi, quod velim. Te uti hac in re magiſtro volo: quæro ſit ne aliqua hujus rei actio, an nulla? .... nullam eſſe dices? audire cupio ..... nullam eſſe actionem dicere, neque prudentiæ, neque auctoritatis tuæ eſt: alia ſi qua forte eſt, quæ nos fugerit, dic quæ ſit, cupio diſcere, &c.* CAPPER.

342. *Duo ponentur.*] *Proponentur*, loco illius verbi *ponentur*, & *a* vocali in *e* mutata, *ſufficiat* emendate forſitan legeretur. REGIUS. *poneretur;* V. C. Alm.

343. *Tenuiſſe.*] Hoc eſt, obtinuiſſe, probaſſe, evidentibus argumentis eviciſſe, demonſtraſſe. CAPPER.

344. *Sufficiat.*] *Sufficiet;* Cod. Voſſ. ſecund. tert. Ald. Bernenſ.

345. *Ciceronis eſt.*] Pro Cluentio cap. 23.

346. *Tam iniquus.*] *Inimicus;* MSS. Joan. Voſſ. ſecund. tert. Andr. Locat. Ald. Sich Baſil. Gryph. Bern. & ſic apud Ciceronem codex S. Victoris. Eadem diverſitas occurrit ſæpe in *declamationibus.* Vide declamation. VII. 4. CCCXIII. CCCXLII. Calpurn. Flacc. XXIX.

347. *Corruptum illud eſt judicium.*] In Cicerone eſt, *corruptum eſſe.* PHILAND.

348. *Si doceo non ab Avito, vinco ab Oppianico: ſi oſtendo ab Oppianico.*] Ubique ſupple τὸ, corruptum fuiſſe illud judicium, corruptos fuiſſe illos judices, &c. CAPPER.

349. *Vinco.*] Id eſt, evicero, convicero, obtinebo, probavero, &c. Sic idem Tullius pro Cluentio: *Vince deinde virum bonum fuiſſe Oppianicum;* & in *paradoxo* 4. ex optima Grævii editione: *Ego vero te .... dementem & inſanum rebus vincam neceſſariis.* Matius lib. XI. ad familiar. epiſt. 28. *perinde ac ſi jam vicerint, obitum ejus reipublicæ fuiſſe utilem.* CAPPER.

350. *Fit etiam ex duobus.*] Argumentamur etiam *ex remotione* per *complexionem* & *dilemma*, cum duo contraria proponimus, ac eadem adverſario, utrumvis conceſſerit, contraria efficimus. TURNEB. Recte Turnebianus commentator *complexionis* nomen *dilemmati* tribuit; auctores enim habet Aſconium Pædianum, Anonymum Ciceronian. orationum interpretem, Servium ad 2. Æneid. 627. ipſumque adeo

rit, noceat. Facit hoc [351] Cicero pro Oppio: *Utrum*, [352] *cum Cottam appetiſſet*, [353] *an cum ipſe ſeſe conaretur occidere*, [354] *telum ei e manibus ereptum eſt?* Et pro Vareno: *Optio vobis datur, utrum velitis caſu illo itinere Varenum uſum eſſe; an hujus perſuaſu & inductu.* Deinde utraque facit accuſatori contraria. [355] Interim duo ita proponuntur, ut utrumlibet electum idem efficiat; quale eſt: *Philoſophandum eſt, etiam ſi non eſt philoſophandum.* Et illud vulgatum: [356] *Quo ſchema, ſi intelligitur?* [357] *quo, ſi non intelligitur?* Et: *Mentietur in tormentis, qui dolorem pati poteſt: mentietur, qui non poteſt.* [358] Ut ſunt autem tria tempora, ita ordo rerum tribus momentis [359] conſertus eſt; habent enim [360] omnia initium, incrementum, ſummam; ut jurgium, [361] deinde cædes, & ſtrages. [362] Eſt ergo hic quoque argumentorum *locus* [363] invicem probantium. [364] Nam & ex initiis ſumma colligitur; quale eſt: *Non poſſum togam prætextam ſperare,* [365] *cum exordium pullum videam*; & contra, [366] non dominationis cauſſà Syllam [367] arma ſumpſiſſe, argumentum eſt [368] dictatura depoſita. [369] Similiter & ex incremento in utramque partem [370] ducitur ratio, cum in *conjectura*, tum etiam [371] in tractatu æquitatis; [372] an ad initium ſumma referenda ſit, id eſt, [373] an ei cædes imputanda

Ciceronem libr. 1°. de *Invent.* ubi ſic loquitur: *Complexio eſt, in qua utrum conceſſeris, reprehenditur ad hunc modum:* ſi improbus eſt, cur uteris? ſi probus, cur accuſas? CAPPER.

351. *Cicero pro Oppio....... & pro Vareno.*] Vide Ciceronianarum orationum fragmenta. CAPPER.

352. *Cum Cottam appetiſſet.*] Oppius fuit Quæſtor Cottæ: accuſatus fuit, quod de militum cibariis detraxiſſet, & Cottæ ſtruxiſſet inſidias. Vide Ciceronian. orationum fragmenta. CAPPER.

353. *Aut cum ipſe.*] *An cum* legitur inter fragmenta Ciceronis, & ita Voſſ. ſecund. *Cum ipſe ſe ſe conaretur occidere.*] Huc forte pertinent verba Salluſtii lib. III. Hiſtor. a Nonio Marcello relata: *Oppius poſtquam orans nihil proficiebat, timide veſte tectum pugionem expedire conatus, a Cotta Vulſcioque impeditur.* CAPPER.

354. *Telum ei e manibus ereptum eſt.*] MS. Codex; *Telum ei e manibus erutum eſt.* Aptiſſimum verbum ad hanc feſtinationem trepidationemque cum violentia junctam exprimendam. JAN. GEBHARD. Crepund. lib. 1. cap. 4. pag. 11. *Telum e manibus erutum eſt*; Cod. Voſſ. prim. & tert.

355. *Interim duo.*] Pædianus in Divinat. Cicer. Gell. lib. IV. cap. 15. hujuſmodi dicta appellat *oxymora* & affectata. Cæterum hæc ſententia ſignificat, operam eſſe philoſophiæ impendendam; non tamen in ea conſeneſcendum. Neoptolemi ſententia e tragœdia quapiam. Sunt qui ita hæc intelligi velint: Nemo philoſophandum non eſſe probaverit, niſi rationibus ex philoſophia ductis: qui ergo id probaverit, philoſophandum ei fuerit: qui probare non potuerit, non fuerit audiendus: ergo philoſophandum eſt. Studendum eſt eloquentiæ, etiamſi non eſt ſtudendum eloquentiæ; quia id nemo convicerit, niſi viribus eloquentiæ. TURNEB.

356. *Quo ſchema, ſi intelligitur.*] Quid prodeſt uti *ſchemate* in oratione, ſi illud facile quis intelligat? tum enim *ſchematis* nomen vix merebitur: item quid prodeſt uti *ſchemate*, ſi nemo illud intelligat? loquimur enim, ut intelligamur. Hic autem agit Fabius non de figuris dictionum ſententiarumve; ſed de *figuratis controverſiis*, περὶ λόγων ἐσχηματισμένων, de quibus fuſe lib. IX. cap. 2. ubi hoc ipſum nomen *ſchema* eodem ſenſu adhibuit. CAPPER.

357. *Quaſi non intelligitur.*] *Quaſi* corrupte legitur; *Quo ſi* vero emendate. REGIUS. *Quaſi*; Locat. Voſſ. ſecund. *& quo ſi non.*

358. *Ut ſunt autem tria.*] Fabius initium, incrementum, & ſummam diviſioni ſubjicit; propterea quod unumquodque negotium in principium, progreſſum, & conſummationem dividi poteſt: hic tamen locus Eraſmo videtur referendus ad temporis rationem, de quo jam dictum eſt; & eventus, de quo mox dicetur. Ipſum lege in ſuo *Eccleſiaſte.* TURNEB.

359. *Conſertus eſt.*] *Conſectus*; Voſſ. tert.

360. *Omnia initium.*] *Omnia exordium*; Locat. Ald.

361. *Deinde cædes, & ſtrages.*] Vocabula *& ſtrages* non agnoſcit editio, quam ſumus ſecuti. Sed ea invenimus in MS. Bodleiano, editis Aldi, Venet. Colonienſ. Sichardi, & Stephani; adeoque non dubitandum exiſtimavimus, quin tanquam genuina recipi deberent. GIBSON. Et ita MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht.

362. *Eſt ergo hic quoque argumentum.*] *Argumentorum* legendum eſſe qui non videt, Grammaticis reddatur erudiendus. REGIUS. *Eſt* non habet Cod. Voſſ. ſecund.

363. *Invicem probantium.*] Quorum unum probatur ex altero, & vice verſa. Vocabit mox ἐκ τῶν πρὸς ἄλληλα, id eſt, Fabio ipſo interprete, *ex rebus mutuam confirmationem præſtantibus.* CAPPER.

364. *Nam ex initii.*] *S* litera adſcripta *initiis* legendum eſt, ut intelligamus finem ex initio probari REGIUS. Si Fabii interpretationem ſequamur, hic *locus* diviſioni non ſubjicietur, ſed a diviſione erit alius: hoc autem exemplum eſt allegoricum; ſignificat enim ſperari magiſtratum non poſſe, cum tam ſit infelix & infauſtum petitionis exordium; nam prætexta veſtis eſt magiſtratuum, quæ purpureo limbo prætexitur: *metaphora* ducta eſt a texentibus. TURNEBUS.

365. *Cum exordium pullum.*] Recte quidem ſic legitur, quamvis quidam *exodium* putent eſſe legendum. Credo ut, quid *exodium* ſignificet, ſe non ignorare oſtentarent. Neque enim aut præcepto, aut dicto illi, quo ipſum præceptum illuſtratur *exodium*, quod finem exitumque ſignificat, ullo pacto convenire poteſt. Quo namque modo ex initiis togam prætextam non eſſe futuram colligere poſſem, ſi *exodium* legatur. *Exordium* vero ita ſenſui congruit, ut nihil magis. Et quoſdam omnia ſuis ineptiis confundentes, ejuſmodi nugas Laurentio Vallæ, acerrimi judicii viro, adſcribere nihil pudet. REGIUS. *Exordiri* proprie ſignificat texturam incipere: hinc *exordium* textile illud primum filum proprie ſignificat. Unde per *tranſlationem* de quovis initio dicitur: non ergo recte ſperaveris ex ſordido exordio, unquam tibi fore togam auro gemmiſque intextam. Atque haud ſcio, an non hoc exemplum proverbii loco olim jactatum ſit vulgo, quo ſignificetur ejus rei haudquaquam proſperum fore exitum, cujus initium fuerit parum fauſtum. MOSELLAN. Nos *exomium*, non *exordium* legimus. Græci ἐξωμίδας vocant. Eſt autem ſubſtricta ac brevis tunica, citra humerum deſinens. BRODÆUS, lib. VI. cap. 12. Vide Salmaſ. ad Tertul. de pallio pagg. 63. 213. 365. 372. PAREUS. *Exordium*; Cod. Voſſ. ſecund. *Exordium pullum.*] Pulla veſtis erat pauperum. CAPPER.

366. *Non dominationis cauſſa.*] Hiſtoria nota ex Plutarch. in Syllæ vita. TURNEB.

367. *Arma ſumpſiſſe.*] *Arma tuliſſe*; Cod. Voſſ. prim. tert.

368. *Dictatura depoſita.*] *Poſita*; Ald.

369. *Similiter incremento.*] *Ex* præpoſitio eſt adſcribenda, ut *ex incremento* legatur. REGIUS. Ita V. C. Alm. Voſſ. prim. ſecund. tert. alii *& ſimiliter ex incremento.*

370. *Ducitur ratio.*] *Ducitur rei ratio*; Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *Ratio.*] Id eſt, ratiocinatio, argumentatio, argumenti conficiendi methodus. Vide paulo ſupra ad illa Fabii verba: *Et ratio, quamvis ex diverſo, eadem eſt.* CAPPER.

371. *In tractatu æquitatis.*] Qui ſuo modo refertur ad *ſtatum qualitatis*, quo quæritur an actio de qua conſtat, juſta ſit necne, maxime habito reſpectu, non ad illud ἀκριβοδίκαιον, *ſummum jus*, ſed ad τὴν ἐπιείκειαν, quæ eſt aliqua ſummi ſtrictique juris remiſſio. CAPPER.

372. *An ad initium.*] Cædes progreſſus eſt quidam medius inter jurgium & ſtragem: hoc igitur argumentum eſt ab incremento ad initium. Sic Eraſmus. TURNEB.

373. *An ei cædes.*] *An cædes*; V. C. Alm. *an eis cædes*; Voſſ. ſecund.

ſit

ſit, a quo jurgium cœpit. [374] Eſt argumentorum *locus* ex ſimilibus: *Si* [375] *continentia virtus, utique & abſtinentia:* [376] *Si fidem debet tutor, & procurator.* Hoc eſt ex eo ge- [377] nere, quod ἐπαγωγὴν Græci vocant, [378] Cicero *inductionem.* [379] Ex diſſimilibus: *Non, ſi lætitia bonum, & voluptas.* [380] *Non, quod mulieri, idem pupillo.* [381] Ex contrariis: [382] *Frugalitas bonum, luxuria enim malum: Si malorum cauſſa bellum eſt, erit emendatio pax: Si veniam meretur,* [383] *qui imprudens nocuit, non meretur præmium, qui imprudens profuit.* [384] Ex repugnantibus: *Qui eſt ſapiens, ſtultus non eſt.* Ex conſequentibus, ſive adjunctis: *Si eſt bonum juſtitia, recte judicandum: Si malum perfidia, non eſt fallendum.* [385] Idem retro. Nec ſunt his diſſimilia, ideoque huic loco ſubjicienda, cum & ipſa naturaliter congruant: *Quod quis non habuit, non perdidit: Quem quis amat, ſciens non lædit: Quem quis* [386] *heredem ſuum eſſe voluit,* [387] *charum habuit, habet, habebit.* [388] Sed, cum ſint indubitata, vim habent pene ſignorum [389] immutabilium. Sed hæc conſequentia dico ἀκόλουθα, eſt enim conſequens ſapientiæ bonitas; illa [390] ſequentia παρεπόμενα, quæ poſtea facta ſunt, aut futura. [391] Nec ſum de nominibus anxius; vocet enim, ut voluerit quiſque, dum vis rerum ipſa manifeſta ſit; appa-

374. *Eſt argumentorum locus.*] Similia ſunt, quæ in eadem qualitate inter ſe conferuntur: differunt a comparatione; eſt enim comparatio in quantitate, ſimilitudo in qualitate. De hoc vide Cicer. in *Top.* & 2. de Oratore. TURNEB. Franeius volebat, *Eſt & arg.*

375. *Continentia virtus utique.*] *Utique etiam abeſt;* Cod. Voſſ. ſecund. *Continentia & abſtinentia.*] Abſtinentia virtus eſt, cui rapacitas opponitur, & ſic differt a continentia, ſeu temperantia. Eſt enim hæc cum ab illicitis voluptatibus nos continemus; abſtinentia vero, cum abſtinemus a rebus alienis, nulli vim inferentes, nihil cuiquam auferentes. Eſt igitur abſtinentia in innocente, continentia in temperante. CAPPER.

376. *Si fidem det.*] Ita quidem legitur in omnibus, quæ mihi videre contigit, exemplaribus: verum non *det*, ſed *debet*, legendum eſſe, facile ex Ciceronis *Topicis*, (cap. 10.) unde hæc ſumpta ſunt, perſpici poteſt; ſic enim ſcribit: *Si tutor fidem præſtare debet, ſi ſocius, ſi cui mandaris, ſi qui fiduciam acceperit, debet etiam procurator.* REGIUS. *Debet ille fidem*, qui ſatiſdare debet datis fidejuſſoribus, ne ſe male gerat in tuis negotiis: eſt autem hoc exemplum ex Cicerone ductum in *Top.* TURNEB. Ex Cicerone patet legendum eſſe: *ſi fidem debet tutor, debet & procurator:* ita mox: *ſi adulterum occidere licet, licet & loris cædere.* Ubi *licet* repetere neglectum erat. BURMAN. Sed Burmannianas repetitiones in textum non induximus; tum quia τῶν MSS. auctoritate non innituntur; tum quia ſine illis Fabii ſenſus *ellipſeos* ope facile poteſt intelligi. CAPPER.

377. *Quod ἐπαγωγήν.*] *Quod & ἐπ.* Steph. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Ἐπαγωγὴν.... *inductionem.*] Paulum alio ſenſu nunc ἐπαγωγὴν *inductionem* uſurpare ſolent ætatis noſtræ Logici, quibus *inductio* genus eſt argumenti, ubi ex multis ſingularibus aliquid univerſale infertur; ut: *ignis A calefacit, ignis B calefacit, item ignis C, &c. igitur omnis ignis calefacit.* CAPPER.

378. *Cicero inductionem.*] *Inductio* a Cicer. in *Top.* ſimilitudini ſubjicitur; nam multorum ſimilium collectione eo pervenit, quo vult. TURNEB. Vide Sextum Pyrrhonic. Hypot. lib. II. cap. 15. ALMELOV.

379. *Ex diſſimilibus.*] Hæc *a differentia* in *Top.* vocat Cicer. in II. de Oratore *a diſſimilitudine.* TURNEB.

380. *Non quod mulieri.*] Hoc exemplum ſumptum eſt ex Cicer. in *Top.* cujus eſt ſenſus: non, ſi mulieri argentum ſolvere poſſis ſine tutoris auctoritate, idem facere poſſis pupillo. Porro olim mulieres erant in perpetua tutela: quæ ratio eſt hujus exempli. TURNEB.

381. *Ex contrariis.*] Contraria dicuntur, quæ, ſub eodem genere poſita, multum a ſeipſis diſtant: quanquam Fabius hoc loco contraria accepiſſe videtur pro his, quæ vulgo *oppoſita* vocantur. Vide Cicer. in *Topicis.* TURNEB.

382. *Frugalitas bonum .... ſi malorum cauſſa bellum ..... ſi veniam meretur.*] Petita ſunt exempla hæc ex Ariſtotele lib. II. Rhetoric. cap. 23. ubi ſic habet Philoſophus: Τὸ σωφρονεῖν ἀγαθόν· τὸ γὰρ ἀκολασταίνειν, βλαβερόν. εἰ γὰρ ὁ πόλεμος αἴτιος τῶν παρόντων κακῶν, μετὰ τῆς εἰρήνης δεῖ ἐπανορθώσασθαι· εἴπερ γὰρ οὐδὲ τοῖς κακῶς δεδρακόσιν ἀκουσίως, δίκαιον εἰς ὀργὴν πεσεῖν, οὐδ' εἰ γ' ἀναγκασθείς τις εὖ δράσειε τινά, προσήκει τῷ δ' ὀφείλεσθαι χάριν. CAPPER.

383. *Qui imprudens.*] *Qui improvident profuit;* Cod. Voſſ. prim.

384. *Ex repugnantibus.*] Conſequentia, repugnantia, & antecedentia apud Cicer. argumentationis ſunt *hypotheticæ:* apud Fab. *loci* ſunt argumentorum, qui ſignificant rei quamdam connexionem & adjunctionem. Itaque *conſequentia* Fabii, ſunt *adjuncta* Ciceronis. Itaque Fabius multis hic non placet; quod, ut aiunt, *conſequentia* & *adjuncta* tam confuſe tradat; potiſſimum, quod ea conjungat, quæ natura ſunt diverſa; ſiquidem alius eſt *locus ab adjunctis*, alius *a conſequentibus. Adjuncta* enim a Cicer. dicuntur, quæ negotium antecedunt, ut apparatus; aut in ipſo ſunt negotio, aut poſt negotium: quem *locum* oratorum proprium eſſe dicit, & ſæpenumero tractari in *cauſſa conjecturali.* Verum locus *ex conſequentibus* longe alius ab *adjunctis;* nam ſicut alter rhetoricus eſt, ita totus iſte dialecticus. Item hoc differunt inter ſe, quod τὸ *ab adjunctis* ſpectatur in tempore; τὸ *a conſequentibus* in natura. Item quod Cicer. *locum ab antecedentibus, conſequentibus* & *repugnantibus* eumdem eſſe dicit, & in conditione conſiſtere. TURNEB. *Ex pugnantibus;* MSS. Alm. Voſſ. prim. Gryph. Vidov. Lugdun. Bern.

385. *Idem retro.*] *Item retro, quæ ſunt his ſimilia;* Cod. Voſſ. ſecund. Andr. *idemque retro. Nec ſunt illa his diſſimilia;* Baſil. Colin. Vidov.

386. *Heredem ſuum.*] Non dixit Fabius *ſuum heredem*, qui dicitur αὐτοκληρονόμος. Quomodo autem inter ſe differant *heres ſuus* & *ſuus heres*, vide apud Juriſconſultos. CAPPER.

387. *Carum habuit.*] Ita Aldus, omiſſis *habet, habebit.*

388. *Sed cum ſint.*] *Conſequentia* & *adjuncta* magna ex parte adjunctionis neceſſitatem non habent: quæ tamen neceſſitatem habent, illa non minus ſunt indubitabilia, quam ſigna neceſſaria. TURNEB.

389. *Innumerabilium.*] Quid ſibi velit hoc loco genitivus ille *innumerabilium*, ingenue fateor, mihi non liquet. Quare depravatus eſſe hic quoque locus videtur: *inſolubilium* autem fortaſſe legendum eſt. REGIUS. *Innumerabilium;* MSS. Bodl. Joan. Alm. Voſſ. ſecund. tert. Andr. Ven. Locat. *immutabilium;* Aldus & reliqui. *Signorum immutabilium.*] Quæ τεκμήρια dicuntur a rhetoribus poſt Ariſtotelem. Vide ſupra cap. 9. de ſignis. CAPPER.

390 *Sequentia παραγόμενα.*] Ἐπαγόμενα in quibuſdam exemplaribus rectius mihi legi videtur. Ad verbum enim ἐπαγόμενα *illata* transferuntur: παραγόμενα vero *derivata* dicuntur: ſignat autem differentiam Fabius inter ea, quæ conſequentia vocantur, & quæ ſequentia. Conſequentia enim adjuncta adhærentiaque dicuntur, nullumque definitum reſpiciunt tempus. Sequentia vero dicuntur poſtea facta, aut futura, denique futurum tempus reſpiciunt. Ab utriſque autem *argumenta* ducuntur. REGIUS. *Paragomena;* Locat. Stephan. marg. Igitur ἀκόλουθα ſunt, quæ aliquid ex ipſa rei natura conſequuntur, & ſimul exiſtunt abſque ulla temporis, ut aiunt, *prioritate.* Sic lumen eſt ἀκόλουθον ſolis: ἐπαγόμενα vero dicerentur ea, quæ aliud ſequuntur cum aliqua temporis, ut vocant, *poſterioritate*, quæ facta ſunt, fiunt, vel fient poſt aliud; ut ſi dicas, cædem eſſe τὸ ἐπαγόμενον jurgii, rixæ, &c. ſed Petrus Victorius in I. Rhetoric. Ariſtot. cap. 6. merito cenſuit legendum hic eſſe παρεπόμενα, quia fiat alluſio ad τὸ ἕπεσθαι, *conſequi;* & ad τὰ ἑπόμενα, *conſequentia*, de quibus Ariſtoteles in *Topicis.* CAPPER.

391. *Nec ſum de.*] Videtur Fabius velle ſe excuſare,

reatque, [392] hoc temporis, [393] illud eſſe naturæ. Itaque non dubito [394] hæc quoque conſequentia, quamvis ex prioribus dent argumentum ad ea, [395] quæ ſequuntur. Quorum quidam duas ſpecies eſſe voluerunt; actionis, ut [396] pro Oppio: *Quos educere invitos in provinciam non potuit, eos invitos retinere qui potuit?* Temporis, in Verrem: [397] *Si finem Prætoris edicto afferunt Kalendæ Januarii, cur non initium quoque edicti naſcatur a Kalendis Januarii?* Quod utrumque exemplum tale eſt, ut idem in diverſum, ſi [398] retroagas, valeat. Conſequens enim eſt, eos, qui inviti duci non [399] potuerint, invitos non potuiſſe retineri. [400] Illa quoque, quæ ex rebus mutuam confirmationem præſtantibus ducuntur (quæ proprii generis videri quidam volunt, & vocant [401] ἐκ τῶν πρὸς ἄλληλα, Cicero *ex rebus* [402] *ſub eamdem rationem venientibus*,) [403] fortiter conſequentibus junxerim: *Si* [404] *portorium* [405] *Rhodiis locare honeſtum eſt, &* [406] *Hermacreonti conducere*; &: *Quod diſcere honeſtum, & docere.* Unde illa, non hac ratione [407] dicta, ſed efficiens idem, Domitii Afri ſententia eſt pulchra: [408] *Ego accuſavi, vos damnaſtis.* Eſt invicem conſequens & quod ex diverſis idem oſtendit; [409] ut: *Qui mundum naſci dicit, per hoc ipſum &* [410] *deficere * ſignificat*; [411] *quia deficit omne quod naſcitur.* [412] Simillima eſt his argumentatio, qua colligi ſolent ex iis, quæ faciunt, ea, quæ efficiuntur; aut contra: quod genus *a cauſſis* vocant. Hæc interim neceſſario fiunt, interim plerumque, ſed non neceſſario. Nam corpus in lumine utique umbram facit, & umbra ubicumque eſt, ibi eſſe corpus oſtendit. [413] Alia ſunt, ut dixi, non neceſſaria, [414] vel utrimque, vel ex altera parte: *Sol colorat; non utique qui eſt coloratus, a ſole eſt: Iter pulverulentum facit; ſed nec omne iter*

quod *locos* hos confuderit; hoc prætextu, quod non eſt ſollicitus admodum de nominibus, moderes ipſa percipi poſſit. Confundendo nomina, confundit & res ipſas; quanquam enim prior debet eſſe rerum cura, verborum tamen non eſt negligenda diligentia, per quæ res intelliguntur. TURNEB.

392. *Hoc temporis.*] Τὸ *hoc* ſignificat τὰ παρεπόμενα. CAPPER.

393. *Illud eſſe natura.*] τὸ *illud* deſignat τὰ ἀκόλουθα. CAPPER.

394. *Hæc quoque conſequentia.*] Aut *adjungere*, aut certe ſimile verbum ſenſus expoſcere videtur. REGIUS. Nihil opus; poteſt enim commode ſubintelligi verbum *eſſe: non dubito hæc quoque conſequentia eſſe.* Francius corrigebat: *Itaque non dubito, quin hæc, &c.* BURMAN. poſſet etiam ſubintelligi τὸ *vocare*, idque ex præcedenti verbo *vocet quiſque.* CAPPER.

395. *Qua ſequuntur.*] *Quæ conſequuntur*; Cod. Voſſ. ſec.

396. *Pro Oppio.*] Vide Ciceronis fragmenta orationum deperditarum. CAPPER.

397. *Si finem Prætoris edicto, &c.*] Olim Prætoris edictum annua dumtaxat lex erat: cum igitur magiſtratum inirent Calendis Januariis, inde quoque vis edicti naſcebatur. TURNEB. *Si finem edicto Prætoris*, & mox *naſcitur*, legitur apud Ciceronem lib. 1. in Verr. cap. 43. ubi vid. Hottom.

398. *Retroagas.*] *Retro agas*; V. C. Alm. Ald. & reliqui. *Si retroagas.*] Ἐὰν ἀντιστρέφῃς, ſi duarum, quæ argumentationem continent, propoſitionum ordinem invertas. CAPPER.

399. *Potuerint.*] *Potuerunt*; Locat. Ald. Steph. & fere omnes.

400. *Illa quoque quæ.*] Quæ Cicer. in lib. de *Inventione* appellat *ex rebus ſub eamdem rationem venientibus*, videntur eſſe *relativa*, quæ inter ſe mutuum habent reſpectum, ut alterum abſque altero eſſe non poſſit, & ſubjici poſſe *loco ab oppoſitis*, ſive *contrariis* rectius videntur. TURNEB.

401. Ἐκ τῶν πρὸς ἄλληλα.] Ex iis, quæ mutuam ad ſe *relationem* habent; ut *locare, conducere: emere, vendere, &c.* Vide Ariſtot. lib. II. Rhetoric. cap. 23. ubi inter alia exempla hoc etiam refert: εἰ μηδὲ ὑμῖν αἰσχρὸν τὸ πωλεῖν, οὐδὲ ἡμῖν τὸ ὠνεῖσθαι; hoc eſt, *ſi neque vobis turpe eſt vendere, nec nobis emere.* CAPPER.

402. *Sub eamdem rationem venientibus.*] Cicer. 1. *de Invent.* 30. qui dicit *res, quæ ſub eamdem rationem cadunt.*

403. *Forte conſequentibus junxerit.*] Niſi aut *quis* nominativus, aut quid tale adſcribatur, aut certe *junxerim*, ut ſit primæ perſonæ, legatur; neque ſenſus, neque oratio integra videbitur. Certe illud verbum *junxerit*, ad quem commode nominativum poſſit referri, non habet. REGIUS. *Fortiter conſequentibus junxerim*; V. C. Alm. Ald. Gryph. Baſil. Bern. *forte conſequentibus junxerim*; MS. Bodl. Andr. Colon. Par. Steph. Colin. Vidov. Obrecht. *fortiter*, *firmiter* Aſcenſius interpretatur; & neſcio an non & retinenda eſſet illa vox lib. 1. cap. v. in fine: *Jam ne balare quidem aut hinnire fortiter diceremus*, ubi eadem varietas. Lib. II. cap. 12. *ut fortius dicere videantur indocti*, ubi vide quæ notamus, & ubi pro *vehementius*, vel *confidentius dicere*, poſſe accipi oſtendimus: & ita hoc loco *fortiter* poteſt eſſe *confidenter, ſine metu reprehenſionis.* Ita apud Terent. Phorm. II. 2. Geta Phormionem *virum fortem* dicit, quem antea I. II. *confidentem* vocaverat. Vide Paſſerat. ad Propert. 1. Eleg. 8. BURMAN.

404. *Portorium.*] Portorium eſt vectigal ex rebus in regionem noſtram importatis, ex navibus onerariis, quæ noſtrum ad portum appelluntur. CAPPER.

405. *Rhodiis locare honeſtum eſt.*] Τὸ *Rhodiis* refertur ad τὸ *honeſtum eſt*, non ad τὸ *locare.* CAPPER.

406 *Hermacreonti.*] *Hermocreonti*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Colbert. Ald. Baſil. Gryph.

407. *Dicta.*] *Ducta*; Cod. Voſſ. ſecund.

408. *Ego accuſavi.*] Eadem dixiſſet ratione, ſi ita extuliſſet: *Si vobis honeſtum fuit damnare, & mihi accuſare:* nunc aliter extulit, ſed idem effecit. Videtur autem hæc ſententia Domitii deſumpta ex 13. Ovidii *Metamorph.* 308. ubi Ulyſſes in hunc modum argumentatur per *locum a relative oppoſitis*:

——— an falſo Palamedem crimine turpe eſt
Accuſaſſe mihi, vobis damnaſſe decorum?

TURNEB.

409. *Ut qui mundum naſci.*] Eadem fere verba occurrunt apud Minutium Felicem cap. 34. *Quis enim ſapientium dubitat, quis ignorat, omnia, quæ orta ſunt, occidere? quæ facta ſunt, interire? cœlum quoque cum omnibus, quæ cœlo continentur, ita, ut cœpiſſe, deſinere?* ALMELOV.

410. *Deficere ſignificet.*] Ut ſit modi indicativi, *ſignificat* eſt legendum. REGIUS. *Significat*; Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

411. *Quid deficit, &c.*] Secundum Phyſicos, quicquid natum eſt, interibit; &, quicquid interibit, natum eſt. Hæc igitur invicem ſe conſequuntur, & hac ratione Platonem oppugnat Ariſt. qui dixit mundum eſſe quidem natum, nunquam tamen interiturum. TURNEB.

412. *Simillima eſt his.*] Ex quatuor cauſſis duæ magis tractantur a Rhetoribus & Dialecticis, *finalis & efficiens.* Nam reliquæ magis ſunt Phyſici, & alioqui magis ſunt cum cauſſa, quam cauſſæ: adeo ut ſub duas priores reduci poſſint. De his vide Ciceronem in *Top.* & Rodolph. lib. 1. TURNEB.

413. *Alia ſunt, ut dixi.*] Cauſſas appellat neceſſarias Fabius, in quibus neceſſaria eſt argumentatio, ut ab effectu ad cauſſam, & a cauſſa ad effectum; reliquas vero non neceſſarias: quanquam alii neceſſarias appellant cauſſas, quæ effectum neceſſarium gignunt, quanquam non ſit recurſus. TURNEB.

414. *Vel utrimque.*] *Vel utrumque*; V. C. Alm.

pulverem movet; nec quiſquis eſt pulverulentus, ex itinere eſt. [415] Quæ utique fiunt, talia ſunt, * qualia, quæ faciunt: *Si ſapientia bonum virum facit,* [416] *bonus vir eſt utique ſapiens.* Ideoque boni eſt, honeſte facere; mali, turpiter; & qui honeſte faciunt, boni; qui turpiter, [417] mali recte judicantur. [418] Ad hoc: *Exercitatio plerumque robuſtum corpus facit; ſed non quiſquis eſt robuſtus, exercitatus; nec quiſquis exercitatus, robuſtus eſt: Nec quia fortitudo præſtat, ne mortem timeamus, quiſquis mortem* [419] *non timuerit, vir fortis erit exiſtimandus: Nec, ſi capitis dolorem facit,* [420] *inutilis hominibus* [421] *Sol eſt.* [422] Et hæc [423] ad *hortativum* maxime genus pertinent: *Virtus facit laudem; ſequenda igitur:* [424] *at voluptas infamiam; fugienda igitur.* [425] Recte autem monemur, cauſſas non utique [426] ab ultimo eſſe repetendas; [427] ut in Medea: [428] *Utinam ne in nemore Pelio.* Quaſi vero id eam fecerit miſeram aut nocentem, quod illic [429] *ceciderit abiegna ad terram trabes.* [430] Et Philotecta Paridi: [431] *Si imperaſſes tibi, ego nunc non eſſem miſer.* Quo modo pervenire quo libet, [432] retro cauſſas legentibus licet. [433] His illud adjicere ridiculum putarem, niſi eo [434] Cicero uteretur, quod *conjugatum* vocant; ut: [435] *Eos, qui rem juſtam faciant, juſte facere,* quod certe non eget probatione: [436] *Quod*

415. *Quæ utique talia fiunt, talia ſunt.*] Hoc præceptum obſcurius eſſe videtur, quam ut Quinctiliani candori conveniat: ſupervacuum deinde, neque admonitione dignum judicari poteſt. Quis enim vel rudis dubitet *ea, quæ talia fiunt, talia eſſe?* quare, tametſi invitus facio, ut aliquid verborum adſcribam, quæ in nullis legerim exemplaribus; tamen, ne ab inſtituto recedam, tria hæc verba ſentio apponenda; *qualia quæ faciunt*, ut legatur: *Quæ utique talia fiunt, talia ſunt, qualia quæ faciunt.* Meæ vero emendationi etiam, quæ ſubjiciuntur, exempla adſtipulantur. Hunc autem locum Cicero *ab effectu* vocat, & exponit in *Topic.* cap. 18. REGIUS. *Quæ utique talia faciunt, talia ſunt;* Colon. Vaſc. Steph. Gryph. Vidov.

416. *Bonus vir eſt utique ſapiens.*] Græci longe clarius & ſignificantius dicerent: *ὁ σοφὸς πάντως ἐστὶν ἀγαθὸς, qui ſapiens eſt, is utique bonus eſt.* CAPPER.

417. *Mali recte judicantur.*] *Recte* non habet Voſſ. ſecund.

418. *Ad hoc.*] *At exercitatio;* V. C. Alm. Voſſ. prim. tert. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Obrecht. *ac exercitatio;* Voſſ. ſecund.

419. *Non timuerit.*] *Non metuerit;* Cod. Voſſ. prim. & tert.

420. *Inutilis.*] Ἀχρεῖος, noxius, pernicioſus. Ita Cicero II. de *Officiis.* Seditioſum & inutilem civem Norbanum in judicium vocavit. CAPPER.

421. *Sol eſt.*] *Eſt* non habet Cod. Voſſ. prim. & tert.

422. *Et hæc ad hortativum.*] Nam, cum duo ſint *loci* generis *deliberativi*, *an fieri poſſit, an expediat*, primum colligimus ab *efficientibus*, poſtremum *a finalibus cauſſis*: *loci* igitur *cauſſarum* maxime ad genus *deliberativum* ſpectant. TURNEB.

423. *Ad hortativum.*] Ad *ſuaſorium*, ſeu *deliberativum* dicendi genus, cujus præcipuæ partes ſunt *τὸ hortari*, & *τὸ dehortari.* CAPPER.

424. *At voluptas.*] *At* non habent Locat. Steph. Gryph. Colin. Vidov. *& voluptas;* Ald.

425. *Recte autem monemur.*] Cauſſa hæc eſt materialis, quæ tamen (ut dixi) ſub efficientibus comprehenditur: non eſt autem cauſſa ab ultimo repetenda; nam Cicero quoque remotum argumentandi genus vitioſum putat. Vide Cicer. in *Top.* TURNEB.

426. *Ab ultimo eſſe retinendas.*] Senſus integritas *retinendas* aſpernatur: *repetendas* autem recte forſitan legeretur. Hoc autem Cicero quoque in 1. Rhetoric. cap. 49. admonet. REGIUS. *Retinendas;* MSS. Alm. Voſſ. prim. Locat. *petendas;* Bern.

427. *Ut Medea.*] Forte melius *ut in Medea;* nam hæc verba in tragœdia Ennii & Euripidis non ſunt *Medeæ*, ſed nutricis ejus. TURNEB.

428. *Utinam ne in nemore Pelio.*] Apud Eurip. initio Medeæ verſ. 3.

Μηδ' ἐν νάπαισι Πηλίου, &c. PITHOEUS.

Ennii verſus in Medea ex Græco Euripidis tranſlata: adducit etiam Cicero libro de Fato, cap. 15. & Auctor rhetoricorum ad Heren. lib. II. cap. 22 ut pridem notavit politiſſimus Angelus Baſſus Miſcel. cap. 27. COLOMES.

429. *Ceciderit.*] *Ceciderint abiegnæ;* Cod. Voſſ. prim. tert. Andr. Locat. Ald. Baſil. Sich. ſed alteram lectionem Cicero probat, qui *cecidiſſet abiegna trabes* locis citatis, & III. de nat. Deor. 30 refert. & Lactantius ad Stat. V. Theb. 344. & alii fere omnes; *trabes* enim pro *trabs* dicebatur. Vide Colum. ad Enn. pag. 199. Dixiſſe & *trabis* docet Scheffer. ad Jul. Obſeq. cap. CXXII. BURMAN.

430. *Et Philocteta.*] Francius volebat; *ut Philoctetes;* & ſane Græce dicitur Φιλοκτήτης. CAPPER.

431. *Si par eſſes tibi.*] Corrupte quidem ſic legitur: emendate vero *ſi imperaſſes tibi.* REGIUS. *Si imperaſſes;* ſic emendat Raphaël, id eſt, tibi ſi moderari potuiſſes. TURNEB. Verſum puto ex Accii Philocteta. PHILAND. *Si par eſſes tibi;* Par. Vaſc. Steph. Gryphii marg. Codices quos Latinus Latinius habuit, partim, *pari diſpar eſſes tibi*, (ut & Cod. Voſſ. ſecund.) partim *Paridis impar eſſes tibi;* & ſuſpicatur ille Poëtam luſiſſe in nomine Pari, quod, cum Latinum nomen *par paris* (unde *diſpar*, & *impar* proficiſcuntur) literarum ſimilitudine referat, ſe commode ſciteque ſacturum eſſe putarit; ſed librariorum inſcitia corruptum locum longiſſime a germana lectione paulatim abiiſſe. Hæc ille Epiſtola ad Andream Maſium, pag. 231. poſſet videri in illa lectione *diſpar* latere illud Δύσπαρις, de quo ad Ovid. Epiſt. XIII. 43. agemus, & legi forte, *& Philocteta:*

Pari, Duſpari, ſi imperaſſes tibi.

ſed nihil definio. *Imperaſſes* vero *tibi* rectum puto: ita Terent. Eunuch. II. 3.

——— poſtremo imperavi egomet mihi
Omnia aſſentari

Valer. Maxim. lib. IV. II. 2. & *injuriæ, quam graviſſimam acceperat, oblivisci ſibi imperavit.* & lib. VIII. 1. princ. *eadem ubi malignitatis oblivisci ſibi imperavit.* Plin. XXVIII. 6. *Triennio Mæcenatem Meſſium accepimus ſilentium ſibi imperaſſe.* Cœlius ad Cicer. VIII. Epiſt. 9. *amabo te, impera tibi.* & Epiſt. 12. *cum homo avarus ſibi imperare non poteſt.* BURMAN.

432 *Retro cauſſis legentibus.*] Pro *legentibus*, quidam *agentibus* legunt: ſed *legentibus* ſenſui magis convenire videtur, ut intelligamus *colligentibus.* REGIUS. *Agentibus;* Voſſ. Cod. prim. Andr. Ald. & in margine Vaſc. & Steph. *Retro cauſſas legentibus licet.*] Licet iis, qui remotas & ultimas rerum geſtarum cauſſas legunt, colligunt, inveſtigant, quærunt retrocedendo & regrediendo ad primas cauſſas, ad priora tempora, &c. CAPPER.

433. *His illud.*] *Locum a conjugatis*, quem interdum Cicero vocat *a conjunctis*, parum probare videtur Fabius: Cicero tamen non ſemel hoc loco uſus eſt etiam in *cauſſis* graviſſimis: proinde non eſt negligendus. Ariſtoteles tamen & Themiſtius ſeparant *locum a conjugatis* a *loco a caſibus*, ut conjugata ſint, quæ eodem fonte manant, qualia ſunt, *ſapio, ſapiens, ſapientia*: a caſibus vero putant duci a verbo aut nomine ad adverbium. Cicero tamen a *conjugatis* non ſeparat, & *conjugatorum* nomine complectitur. *Conjugata* Cicero in *Top.* συζυγίαι vocari ait; Ariſtot. 1. *Top.* & 1. Rhetor. cap. 6. σύστοιχα. Fabius autem ideo *conjugata* ſubjicit cauſſis, quia *conjugatum conjugatæ* eſt cauſſæ; ut, juſtitia hominem efficit juſtum: alii tamen a cauſſa ſeparant. TURNEB. Vide etiam Petrum Victorium commentar. ad Ariſtotel. 1. Rhetoric. cap. 6. ubi Ciceronis *cauſſam* adverſus Quinctilianum agit, & *loci τοῦ a conjugatis* uſum tuetur. CAPPER.

434. *Cicero.*] *Topicor.* cap. III.

435. *Eos qui rem juſtam faciant, &c.*] Deuteron 16. 20. *Quod juſtum eſt, juſte perſequaris.* Ariſt. Pol. *Impoſſibile eſſe* ait *juſte agere non juſta agentibus.* PITHOEUS.

436. *Quod compaſcuum eſt.*] Compaſcuus ager dicitur publicus, in quo paſcere licet omnibus. Erat & ager ſcripturarius, in quo paſcere licebat pecora omnibus, conſti-

compaſcuum eſt, *compaſcere* [437] *licere.* [438] Quidam hæc, quæ vel ex cauſſis, vel ex efficientibus [439] diximus, alio nomine [440] vocant ἐκβάσεις, id eſt, *exitus.* Nam nec hîc aliud tractatur, quam quid ex quoque eveniat. [441] *Appoſita*, vel *comparativa* dicuntur, [442] quæ majora ex minoribus, minora ex majoribus, [443] paria ex paribus probant. Confirmatur [444] *conjectura* ex majore: [445] *Si quis ſacrilegium facit*, *faciet & furtum.* Ex minore: [446] *Qui facile ac palam mentitur*, *pejerabit.* [447] Ex pari: *Qui ob rem judicandam pecuniam* [448] *accepit*, *& ob dicendum falſum teſtimonium accipiet.* [449] Juris confirmatio [450] eſt ejuſmodi. Ex majore: *Si adulterum occidere licet*, *& loris cædere.* Ex minore: [451] *Si furem nocturnum occidere licet*, [452] *quid latronem?* Ex pari: *Quæ pœna adverſus interfectorem patris juſta eſt*, *eadem adverſus matris.* [453] Quorum omnium tractatus verſatur [454] in *ſyllogiſmis.* Illa [455] magis *finitionibus* aut *qualitatibus* proſunt: *Si robur corporibus* [456] *bonum non eſt*, *minus ſanitas*: *Si furtum ſcelus*, *magis ſacrilegium*: [457] *Si abſtinentia virtus*, *& continentia*: [458] *Si mundus providentia regitur*, *adminiſtranda eſt reſpublica*: [459] *Si domus ædificari ſine ratione non poteſt*, [460] *quid agendum in navalium cura*, *& armorum?* [461] Ac mihi quidem ſufficeret hoc genus; ſed in ſpecies ſecatur. [462] Nam & ex pluribus ad unum; & ex uno ad plura; ([463] unde eſt: *Quod ſemel*, *& ſæpius*)

tuta tamen certa pecunia. TURNEB.

437. *Licere.*] *Licet*; Cod. Voſſ. tert.

438. *Quidam hac.*] Tamen hæc appellatio potius ſignificat id, quod efficitur, & exit ex cauſſis; id eſt, eventa, quæ Fabius quoque cauſſis ſubjecit. TURNEB.

439. *Diximus.*] Corrupte *duximus*, & *alieno* mihi legi videtur. Emendate vero *diximus* & *alio* legeretur. REGIUS. *Duximus*; MS. Joan. *alio*; Colin.

440. *Vocant.*] *Vocat*; Voſſ. Cod. prim.

441. *Appoſita vel.*] Ultimum *locum ab effectis* Cicero vocat *comparationem*, qui *locus a comparatione* maxime eſt oratorius, valetque ad probandum, exornandum & amplificandum. Differt a ſimilitudine, quia in comparatione duo in aliquo tertio conferuntur; in ſimilitudine utrumque in ſingulis comparatur. *Appoſita* vocat comparata, quia, quæ comparantur, juxta ſe collocantur & apponuntur. De his vide Cicer. in *Top.* & 2. de Orat. TURNEB. Locatel. & Ald. habent *appoſitiva.* Cæterum nota ſpecialem ſignificationem τ' *appoſita*; nam lib. VIII. cap. 6. Fabius *appoſitum* vocat τὸ ἐπίθετον, *epithetum.* CAPPER.

442. *Quæ majora ex minoribus*, *minora ex majoribus*, *paria ex paribus probant. Confirmatur*, *&c.*] Quod ordinem inverti, auctoritatem ſecutus editionum Aldinæ, & Sichardinæ, nunc minus placet; lectio enim edit. Lugdunenſis, *minora ex majoribus*, *majora ex minoribus* videtur melius illis, quæ ſequuntur, convenire. Vocabulum autem *probant*, ex editionibus, Sichardina, Pariſienſi, ac Roberti Stephani petitum, ita eſt neceſſarium, ut non videam, quam ſine eo habeat ſententiam iſta periodus. Nec enim, quid ſibi vult lectio ea editionis Lugdunenſis, intelligo: *Appoſita vel comparativa dicuntur*, *quæ minora ex majoribus*, *majora ex minoribus*, *paria ex paribus confirmantur*, *&c.* GIBSON. Sec. Voſſianus etiam rectam lectionem habet, niſi quod *probant* non habeat.

443. *Paria ex paribus confirmantur.*] *Ut confirmant* active legatur, ſenſus integritas expoſcit: hunc autem *locum* Cicero *comparationem* vocat. REGIUS. *Paribus probant. Confirmatur conjectura*; Vallæ liber, V. C. Alm. Baſil. Gryph. Colin. Roign. Vidov. Obrecht. Oxon. *paribus confirmant. Conjectura*; Ald.

444. *Conjectura.*] Hoc eſt, *conjecturalis ſtatus*, ubi quæſtio de facto quopiam inſtituitur, de re præterita, vel præſenti, vel futura; nam, ut docet Fabius lib. VII. cap. 2. *ſtatus* ille *conjecturalis* tria tempora complectitur. CAPPER.

445. *Si quis ſacrilegium.*] Cum argumentamur a majori ad minus, valet argumentatio *affirmative*, non etiam *negative.* TURNEB.

446. *Qui facile.*] Cum argumentamur ex minore, valet argumentatio *negative*, non etiam *affirmative*: alioqui argumentum fiet dumtaxat veriſimile, & longe infirmius. TURNEB.

447. *Ex pari.*] Argumentum a pari valet *affirmative* & *negative.* TURNEB.

448. *Accepit.*] *Accipit*; Locat. Steph. Roign. Oxon.

449. *Juris confirmatio.*] Id eſt, quæſtionis vel *cauſſæ*, quæ fit in *ſtatu qualitatis*, ut Rhetores loqui amant; vulgo *queſtion de droit.* CAPPER.

450. *Eſt huiuſmodi.*] *Eſt ejuſmodi*; V. C. Alm. Obrecht. & alii *eſt ex majore hujuſmodi*, *ſi*; Voſſ. tert.

451. *Si furem nocturnum.*] Ulpianus ad legem Aquiliam ait permiſſum fuiſſe lege 12 tabul. ut fur diurnus impune interficeretur, ſi ſe defenderet; nocturnus, etiam ſi ſe non defenderet, dum tamen proclamaret interfector. TURNEB. Leg. 5. ff. de L. Aquil. quam egregie, decus Juriſconſultorum, Ger. Noodtius illuſtravit in libro ſingulari ad L. Aquil. cap. 5.

452. *Quid latronem.*] Forte *quidni latronem? Latronem.*] Latro eſt viarum obſeſſor, qui publice & per vim aliena rapit: fur autem generatim dicitur, qui rem alienam invito domino contrectat fraudulenter, & lucri faciendi cauſſa. Unde latrocinium furto longe gravius eſt. CAPPER.

453. *Quorum omnium.*] Cum *ſyllogiſmus* oriatur ex ea re, quæ ſcripto cauta non eſt, cum ſcripto tamen habet ſimilitudinem, nullo certiore poteſt confirmari argumento, quam per comparationem. TURNEB.

454. *In ſyllogiſmis.*] In illo *ſtatu*, qui unus eſt e quatuor *legalibus* & *ſyllogiſmus* appellatur: locum autem habet, quando legem ad caſum in ea non expreſſum applicamus. Vide lib. VII. cap. 8. CAPPER.

455. *Magis finitionibus.*] *In finitionibus*; Locat. Ald. Vidov. *magis finitionibus proſunt*, omiſſo *qualitatibus*; Cod. Voſſ. prim. *proſint*; Voſſ. ſecund. & tert. *Finitionibus aut qualitatibus.*] Id eſt, *definitivo ſtatui*, aut *ſtatui qualitatis*: de utroque lege lib. VII. capp. 3. & 4. CAPPER.

456. *Bonum non eſt.*] *Bonum eſt*; Cod. Voſſ. prim. & tert.

457. *Si abſtinentia.*] Hoc exemplum antea poſuit in ſimilitudine, ut videatur confundere ſimilitudinem quadamtenus cum comparatione: videtur autem magis eſſe exemplum comparationis. TURNEB. *Abſtinentia & continentia.*] De quibus vide quæ paulo ſupra notavimus. CAPPER.

458. *Si mundus*] Hoc exemplum pertinere videtur ad proportionem & *analogiam*, quæ merito quoque ſubjicitur comparationi; ut enim Deus eſt in mundo regendo, ſic magiſtratus in regenda Republica. TURNEB.

459. *Si domus adificari.*] Alias *gubernari.* PHILAND.

460. *Quid agendum ſi navalium cura?*] Unius particulæ depravatione totus ſæpenumero ſenſus confunditur: quod quidem hic facile perſpici poteſt. Nam *ſi* particula, loco *in* præpoſitionis poſita, totum implicat ſenſum, qui alias perſpicuus eſt. Legatur ergo hoc modo: *quid agendum in navalium cura & armorum?* REGIUS. *Quid agendum ſi navalium?* Voſſ. ſecund. *quid agenda ſi navalium*; tert. *quid agenda in navalium?* MSS. Alm. Voſſ. prim. ex quorum & Regii codicis veſtigiis forte vera hujus loci lectio ita eſſet conſtituenda: *quid? ſi agenda navalium cura & armorum?* corruperunt inſciti librarii elegantiſſimam phraſim *agere curam*, quam & conati ſumus Fabio reſtituere, lib. V. cap. 6. ubi vide. BURMAN.

461. *Ac mihi quidem.*] Tres illas ſpecies comparationis Cicero in 4. formas dividit, in numerum, ſpeciem, vim, & affectionem ad res aliquas. Ariſt. quoque lib. III. *Top. locos* omnes comparationis fuſiſſime tractat, quem magna ex parte ſequutus eſt in *Top.* Cicer. TURNEB. *At mihi*; Voſſ. ſecund.

462. *Nam & ex pluribus.*] *Nam ex pluribus*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Gryph. Baſil. Colin.

463. *Unde eſt*, *quod ſemel.*] Hæc particula videtur eſſe

& ex parte ad totum, & ex genere ad ſpeciem, & ex eo quod continet, ad id quod continetur, [464] & ex difficilioribus ad faciliora, & ex longe poſitis ad propiora, & ad omnia, quæ [465] contra hæc ſunt, [466] eadem ratione argumenta ducuntur. Sunt enim & hæc majora & minora, aut certe vim ſimilem obtinent: quæ [467] ſi perſequamur, nullus erit ea [468] concidendi modus. Infinita eſt enim rerum comparatio, *jucundiora*, [469] *gratiora*, *magis neceſſaria*, *honeſtiora*, *utiliora*. Sed mittamus plura, ne in eam ipſam, quam vito, loquacitatem incidam. Exemplorum quoque ad hæc infinitus eſt numerus: ſed pauciſſima attingam. Ex majore, [470] pro Cæcinna: [471] *Quod exercitus armatos movet, id* [472] *advocationem togatorum non videbitur moviſſe?* Ex faciliore, [473] in Clodium & Curionem: *Ac vide, an facile fieri tu potueris, cum is factus non ſit,* [474] *cui tu conceſſiſti.* Ex difficiliore: [475] *Vide quæſo, Tubero, ut, qui de meo facto non dubitem, de Ligarii* [476] *audeam confiteri.* Et ibi: [477] *An ſperandi Ligario cauſſa non ſit, cum mihi apud te locus ſit etiam pro altero deprecandi?* Ex minore, pro Cæcinna: [478] *Itane vero ſcire eſſe armatos ſat eſt, ut vim factam probes: in manus eorum incidere non eſt ſatis?* [479] Ergo, ut breviter contraham ſummam, [480] ducuntur argumenta a perſonis, cauſſis, locis, tempore, (cujus tres partes diximus, [481] præcedens, conjunctum, inſequens) facultatibus, (quibus [482] inſtrumentum ſubjecimus) modo, (id eſt, ut quidque ſit factum) finitione, genere, ſpecie, differentibus, propriis, diviſione, * remotione, initio, incrementis, ſumma, ſimilibus, diſſimilibus, * contrariis, repugnantibus, conſequentibus, efficientibus, [483] effectis, eventis, [484] * conjugatis, compara-

proverbialis; ac certe latiſſimam poteſt habere ſignificationem, ut dicamus, verbi cauſſa, minus graviter eſſe plectendum, qui ſemel deliquerit, quam qui ſæpius; aut ut rara bona vulgaribus præſtantiora dicamus, ac ſic in reliquis. TURNEB. *Quod & ſemel;* Cod. Voſſ. tert.

464. *Aut difficilioribus.*] *Aut* disjunctiva particula inter tot copulas haud quaquam recte ponitur. Quare eſt expungenda, ac ejus loco *ex* præpoſitio reponenda, ut legatur: *ex difficilioribus ad faciliora.* REGIUS. *Ut ex difficilioribus;* Vallæ liber. Voſſ. prim. tert. Baſil. Gryph. *aut difficilioribus;* Locat. *aut ex diff.* Ald. Vidov.

465. *Contra ſunt.*] *Contra hæc ſunt;* MSS. Alm. Voſſ. Cod. prim. ſecund. tert. Locat. Ald. Steph. Gryph. Baſil. Colin. Vidov. Obrecht. Oxon.

466. *Eadem ratione.*] *Eadem ordine;* MS. Joan.

467. *Si proſequamur.*] *Si perſequamur;* Cod. Voſſ. ſecund. Stephan.

468. *Concedendi.*] Loco *concedendi*, legatur *concidendi*, hoc eſt, in minutas partes dividendi. REGIUS. *Concedendi;* MSS. Alm. Voſſ. prim. & tert.

469. *Graviora.*] *Gratiora* repoſui ad fidem editionum Veneticæ, Aldinæ, Vaſcolani, ac Stephani, lectionis item marginalis edit. Colon. Melius enim iſti *jucundiora*, quod præcedit, reſpondet, quam *graviora*, editionis Lugdunenſis. GIBSON. *Gratiora* etiam Locat. Gryph. Baſil. Obr. *graviora* qui repoſuerunt, credebant *jucunda* & *grata* idem notare: ſed differre hæc jam dudum ex Cicerone & aliis docuerunt viri docti. Vide, præter alios, Manut. ad Cicer. IV. ad fam. 6. BURMAN. *Graviora;* Cod. Bern.

470. *Pro Cæcinna.*] Cap. 15.

471. *Quod exercitus.*] In Cicerone pro *qui* & *is* ſcriptum eſt *quod* & *id.* PHILANDER. *Qui exercitus armatos movet, is advocationem, &c.* Andr. Locat. Ald. Sich. Baſil. Gryph. *quod ex. a. m. advocationem;* Vidov. V. C. Alm. & Voſſ. prim. & ſecund. niſi quod ille *qui* habet; *quod ex. a. m. id adv. n. v. m.* Voſſ. tert. *Quod exercitus armatos movet.*] Hoc eſt, timor, vis, injectum mortis periculum. CAPPER.

472. *Advocationem.*] *Advocationem* appellat cœtum advocatorum, id eſt, amicorum, qui cum Cæcinna venerant in rem præſentem, qui ab adverſario de fundo metu fuerunt dejecti: unde argumentatur Cicero in oratione pro Cæcinna. TURNEB.

473. *In Clodium & Curionem.*] Exemplum eſt ex oratione edita in competitores Clodium & Curionem, quæ fortaſſis eſt Ciceronis. Citatur autem a Fabio in cap. de genere demonſtrativo. TURNEB. Citant hoc ex Nonio, qui fragmenta Ciceronis collegerunt: ſed neſcio, an ibi exſtet: agitur autem in eo de petitione magiſtratus alicujus; nam *fieri*, & *factus* eleganter pro *creari magiſtratum* poni ſolet. Cicero pro Muræn. 21. *alium faciam, quoniam ſibi hic ipſe deſperat;* cap. 25. *ſi ille factus eſſet;* 11. ad fam. 9. *quibus verbis tibi gratias agam, non reperio, quod ita factus ſis, ut dederis nobis, &c.* ubi vid. Manut. Salluſt. Jug. 85. *Gerere, quam fieri, tempore poſterius, re atque uſu prius eſt;* ubi male Victorius lib. VI. Var. cap. 15. *quam fieri Conſul* legendum cenſet. Nepos Ageſil. 1. *Harum ex altera in alterius familia locum fieri non licebat.* Vide Munker. ad Hygin. fab. 73. & hinc nollem viros doctos Velleii locum lib. II. cap. 17. tentaſſe: *petenſque conſulatum fore omnium civium ſuffragiis factus eſt.* BURMAN. Putat Sigonius Ciceronem loqui de Clodio Præturæ candidato, qui, ut in Miloniana oratione ſcriptum eſt, annum ſuum reliquit: ſignificat autem Tullius futurum fuiſſe, ut ille anno ſuo, quem prætererat, Prætor non fieret; quia is, cui ille [Clodius] conceſſerat, factus non fuerit. Sic habet Cicero pro Milone num. 9. edition. Græv. *Clodius, cum ſtatuiſſet omni ſcelere in Prætura vexare Rempublicam, videretque ita tracta eſſe comitia anno ſuperiore, ut non multos menſes Præturam gerere poſſet .... ſubito reliquit annum ſuum, ſeque in annum proximum tranſtulit;* ubi τὸ *reliquit annum ſuum* ſignificat, *deſtitit petere Præturam anno ſuo*, id eſt, eo anno, quo per legem Corneliam Præturam gerere poterat, agens annum ætatis nonum & trigeſimum. Conſulatus petebatur anno XLIII. CAPPER.

474. *Cui tu conceſſiſti.*] *Cui conceſſiſti;* Cod. Voſſ. prim.

475. *Vide quæſo.*] Difficilius enim erat Ciceroni, ſe Pompeianum fateri, quam hoc ipſum de Ligario concedere. TURNEB. Eſt ex cap. 3.

476. *Audeam confiteri.*] *Audeam. Et ibi;* Cod. Voſſ. prim. & tert. forte etiam legendum *& ibidem* cum Francio. *Audeam dicere;* Cod. Bern.

477. *An ſperandi.*] Cap. 10.

478. *Itane vero.*] Hæc ſunt ex cap. 16. Orationis pro Cæcinna.

479. *Ergo.*] *Epilogus* prædictorum *locorum*, a quibus argumenta fere duci ſolent. TURNEB. Vide etiam hæc apud Ciceronem lib. II. de Orat. cap. 40. ALMELOV.

480. *Ducuntur argumenta a perſonis, cauſſis, locis, &c.*] Ergo longe plures ſunt, quam ſexdecim argumentorum *loci*, quos Rhetorum vulgus *intrinſecos* vocat: immo ſolus *locus a perſona* continet quatuordecim ſpeciales locos; videlicet a genere, a natione, a patria, a ſexu, ab ætate, ab educatione, ab habitu, a fortuna, a conditione, a natura animi, a victu, a ſtudiis, ab affectibus, ab anteactis dictiſque, ut ſupra patuit. CAPPER.

481. *Conjunctum, præcedens.*] *Præcedens, conjunctum;* MS. Alm. Voſſ. prim. ſecund. & tert. Locat. Ald. Steph. Gryph. Baſil Colin. Vidov. *Conjunctum.*] Tempus conjunctum cum re facta, hoc eſt, præſens; *ſimultaneitatem* dicerent Scholaſtici. Vide ſupra ad capp. 8. & 9. CAPPER.

482. *Inſtrumentum.*] τὸ ὄργανον, ut ſpiculum in corpore inventum. Vide paulo ſupra in hoc ipſo capite. CAPPER.

483. *Effectis.*] Effecta proprie dicuntur cauſſarum efficientium, eventa reliquorum: quanquam eventa quoque, quicquid ex cauſſis evenit, ſignificant. TURNEB.

484. *Conjugatis.*] In vulgat. edition. *jugatis*: ſed ſupra quoque Fabius dixerat *conjugatum.* Sic τοῖς *contrariis*, quod hic deerat, ex antedictis reſtituimus; & *repugnantibus* pro τοῖς *pugnantibus* repoſuimus. CAPPER.

tione, quæ in plures diducitur ſpecies. [485] Illud adjiciendum videtur, duci argumenta non a confeſſis tantum, ſed etiam a fictione, ([486] quod Græci καθ' ὑπόθεσιν vocant;) & quidem ex omnibus iiſdem *locis* quibus ſuperiora, quia totidem ſpecies eſſe poſſunt fictæ, quot veræ. Nam *fingere* [487] hoc loco eſt proponere aliquid, quod, ſi verum ſit, aut ſolvat quæſtionem, aut adjuvet; deinde id, de quo quæritur, facere [488] illi ſimile. [489] Id quo facilius accipiant juvenes nondum [490] ſcholam egreſſi, primo familiaribus magiſque uſitatis exemplis oſtendam. [491] Lex eſt: [492] *Qui parentes non aluerit, vinciatur.* [493] Non alit quis, & vincula nihilominus recuſat. Utitur fictione: [494] *Si miles, ſi infans ſit, ſi reipublicæ cauſſa abſit.* [495] Et illa contra [496] optionem fortium: [497] *Si tyrannidem petat, ſi templorum everſionem.* [498] Plurimumque ea res virium habet [499] contra ſcriptum. Utitur his Cicero pro Cæcinna: [500] *Unde tu, aut familia, aut procurator tuus. Si me villicus tuus ſolus dejeciſſet,* [501] *non familia dejeciſſet, ut opinor, ſed aliquis de familia: ſi vero ne habeas quidem ſervum præter eum, qui me dejecerit*; & alia in eodem libro plurima. Verum eadem fictio [502] valet & [503] ad *qualitates:* [504] *Si L. Catilina* [505] *cum ſuo conſilio* [506] *nefariorum hominum, quos ſecum eduxit, hac de re poſſet judicare, condemnaret L. Murænam.* [507] Et ad amplificationem: [508] *Si hoc tibi inter cœnam in illis immanibus poculis tuis accidiſſet.* [509] Sic &: [510] *Si reſpub. vocem haberet.* Has fere ſedes accepimus probationum in univerſum, quas neque generatim tradere ſat eſt, cum ex qualibet earum innumerabilis argumentorum copia oriatur; neque per ſingulas ſpecies exſequi [511] patitur natura rerum: [512] quod qui ſunt facere cona-

485. *Illud adiiciendum.*] Non ſolum argumentamur aſſeveranter, hoc eſt, ex confeſſis & veris; verum etiam ex conditione & propoſito, quod καθ' ὑπόθεσιν vocant Græci: tamen Rodolph. lib. 11. cap. 8. hæc ait non tam eſſe argumenta, quam novas quæſtiones. Cicero tamen in *Topicis* exempla quædam ponit ficta, quæ ad hunc locum reduci debent. Utrumque conferre poteris. Hermogenes quoque ponit *emblymemata* quædam ficta. Argumentamur autem hoc modo, cum poſito (ut aiunt) caſu aliquid probamus. TURNEB. Hermogenes lib. III. de Invent. cap. x. non quidem *emblymemata*, ut Turnebianus exponit, ſed *epichirema fictum*, τὸ πλαστὸν ἐπιχείρημα, ponit. Minutianus ex editione Laurentii Normanni pag. 146. ἀναπλασμὸν vocat. CAPPER.

486. *Quod Græci.*] *Quam*; MSS. Alm. Colbert. Locat. Ald. Steph. Baſil. Colin. Gryph. Vidov.

487. *Hoc loco eſt.*] *Hoc loco, id eſt, proponere*; V. C. Alm. Locat. Ald.

488. *Illi ſimile.*] Τῷ ficto, vel propoſito. CAPPER.

489. *Id quod facilius.*] Duabus mendis hic implicatur ſenſus, quarum altera librariorum incuria videtur eſſe admiſſa, altera imperiti alicujus temeritate adjecta. Nam & *quo*, litera *d* eraſa, legendum eſt, & *que* loco *quam* videtur eſſe reponendum, hoc modo: *primo familiaribus magiſque uſitatis exemplis oſtendam.* Exempla enim, quæ ſubjicit Fabius, ex declamationibus ſumpta ſunt, quæ & familiares & uſitatæ juvenibus ſcholaſticis erant. REGIUS. Et ita omnes poſtea ediderunt. *familiaribus magis, quam uſitatis*; Cod. Voſſ.

490. *Scholam egreſſi.*] Sic Tit. Liv. lib. 22. *qui prohibeant quemquam egredi urbem*: ſubaudiri poteſt ἡ extra. CAPPER.

491. *Lex eſt qui.*] *Lex, qui*; Cod. Voſſ. prim. ſecund. & tert. Locat. Ald.

492. *Qui parentes, &c.*] Hæc lex olim erat in Græcia, appellabaturque *Pelargica*, id eſt, Ciconialis, quia erat de parentum alimentis: eam tamen emendavit Solon Athenis, ut filius dumtaxat hoc caſu parentes alere cogeretur, ſi ab illis optime eſſet literis inſtitutus. TURNEB. Vide Meurſ. Solon. cap. 17. & Them. Att. III.

493. *Non alit quis.*] *Non alit aliquis*; V. C. Alm.

494. *Simile ſi infans.*] Sic quidem recte legi videtur; cum hactenus, quod ſciam, flagitium ineſſe non ſit animadverſum. Quod quidem eo magis eſt mirandum, quod illud *ſimile* nihil ad propoſitum facit. Nihil enim dictum eſt, cui ſimile aliquid poſſit inferri. Non igitur *ſimile*, ſed, I litera dumtaxat adſcripta, & diviſionis ſigno appoſito, *ſi miles*, vel refragantibus exemplaribus, legendum eſſe affirmarim. Nam, ut infantes, qui non aluiſſent parentes, non vincirentur; ita nec milites, quippe qui reipubl. cauſſa abfuiſſent. REGIUS. *Simile ſi infans*; Locat. *Si miles.*] His fictionibus adverſus ſcriptum nititur, ſuntque *emblymemata*, quæ dicuntur *elenctica*. TURNEB.

495. *Et illa.*] Illa fictione τῇ ὑποθέσει utitur quiſpiam. CAPPER.

496. *Optionem fortium*] Qui fortiſſime ſe geſſiſſet & præclarum facinus in bello feciſſet, ὁ ἀριστεύς, is optionem rei cujuſlibet habebat. CAPPER.

497. *Si tyrannidem petat.*] *Si*, litera *t* eraſa, legatur, indeque ſenſus inchoetur. REGIUS.

498. *Plurimumque ea res virium.*] Ubi quæſtio eſt de lege aut ſcripto, ambiguitatemque in ſe habent, nulla re magis refelluntur, quam argumento per fictionem. TURNEB. *Plurimum ea res*; V. C. Alm.

499. *Contra ſcriptum.*] Contra literalem obviumque legis, alteriuſve ſcripti ſenſum. Alludit Fabius ad illum *legalem ſtatum*, qui dicitur περὶ ῥητοῦ καὶ τῆς διανοίας, hoc eſt, de ſcripto & de voluntate, ſeu mente Legiſlatoris, Teſtatoris, &c. Vide lib. VII. cap. 6. CAPPER.

500. *Unde tu.*] Verba ſunt edicti Prætoris, quæ hodie quoque habentur in titulo *de vi, & vi armata.* TURNEB. Orat. pro Cæcin. cap. 19.

501. *Non familia dejeciſſet.*] Locus integer non eſt: quare ſcribe: *Si me villicus tuus ſolus dejeciſſet, non familia dejeciſſet, ut opinor, ſed aliquis de familia: ſi vero ne habeas,* &c. PHILANDER. Ulpianus titulo de *vi armata* ait, ſervum unum non efficere familiam, ac ne duos quidem. TURNEB.

502. *Valet & ad.*] *Valet ad*; Cod. Voſſ. prim. tert.

503. *Ad qualitates.*] Ad *ſtatus qualitatis*, in quibus quæritur an actio de qua conſtat, juſta ſit necne: *queſtiones juris* vulgo vocantur. CAPPER.

504. *Si Catilina.*] Exemplum ex oratione Ciceronis pro Muræna, cap. 39. TURNEB. Scribe, *ſi L. Catilina, &c.* PHILAND. *L.* prænomen non eſt in V. C. Alm.

505. *Cum ſuo conſilio.*] *Concilio*; Stephan. Obrecht. & Oxon.

506. *Nefariorum.*] *Nefandorum*; MSS. Vallæ; Voſſ. ſecund. & Vidov. margo.

507. *Et ad ampl.*] *Et ampl.* MSS. Alm. Voſſ. prim. tert. *Amplificationem.*] Τὴν αὔξησιν. CAPPER.

508. *Si hoc tibi.*] Ex Antoniana II. 25. TURNEB. In Cicerone legitur: *ſi inter cœnam, in ipſis tuis immanibus poculis hoc tibi accidiſſet.* V. C. Alm. Steph. Colin. hunc locum ſic exhibent: *ſed ſi inter cœnam in tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidiſſet.*

509. *Sic & ſi reſp.*] Illud *ſic* adverbium videtur eſſe, ut redundans, eradendum; nihil enim ſenſui eſt neceſſarium. REGIUS.

510. *Si reſp. vocem haberet.*] *Proſopopœiam* Fabius huic loco ſubjicit, ut Cicero quoque in *Topicis*: ait enim permiſſum eſſe hoc loco oratoribus & philoſophis, ut muta inducant loquentia; res quoque ſupra fidem augeatur, quæ dicitur *hyperbole.* Eſt autem exemplum ex oratione Cicer. pro Milone. TURNEB.

511. *Patitur.*] *Patiatur*; Voſſ. Cod. ſecund. Stephan.

512. *Quod qui ſunt facere conati.*] Ut in comparatione reprehendebat eos, qui comparationis ſpecies perſequerentur; idem quoque facit adverſus eos, qui in ſingulis *locis* ſpecies ſectantur: cui vitio ſunt obnoxii, qui infinita ſingulorum *locorum* congerunt *axiomata*; ipſi *maximas* vocant.

ti, duo pariter ſubierunt incommoda, ut & nimium dicerent, nec tamen totum. Unde plurimi, cum in hos inexplicabiles laqueos inciderunt, omnem etiam, quem ex ingenio ſuo potuerant habere, conatum, velut adſtricti certis legum vinculis, perdiderunt; &, magiſtrum reſpicientes, naturam ducem ſequi deſierunt. [513] Nam, ut per ſe [514] non ſufficit ſcire, omnes probationes aut a perſonis, aut a rebus peti, quia utrumque in plura dividitur; ita [515] ex antecedentibus & [516] junctis & [517] inſequentibus trahenda eſſe argumenta qui acceperit, num [518] protinus in hoc ſit inſtructus, ut, [519] quid in quaque cauſſa dicendum ſit, ex his ſciat? præſertim cum plurimæ probationes [520] in ipſo *cauſſarum* complexu reperiantur, ita ut ſint cum alia lite nulla communes, [521] eæque ſint & potentiſſimæ, & minime obviæ, quia communia ex præceptis accepimus, propria invenienda ſunt. [522] Hoc genus argumentorum ſane dicamus *ex circumſtantia*, quia [523] περίστασιν, dicere aliter non poſſumus; vel ex iis, [524] quæ cujuſque *cauſſæ* propria ſunt; ut in illo adultero ſacerdote, qui lege, qua unius ſervandi poteſtatem [525] habebat, ſe ipſe ſervare voluit, proprium eſt controverſiæ dicere: *Non unum nocentem ſervabis*; [526] *quia, te adultero dimiſſo, adulteram occidere non licebit.* Hoc enim argumentum lex facit, quæ [527] prohibet adulteram ſine adultero occidi. [528] Et illa, [529] in qua lata lex eſt, [530] *ut argentarii dimidium ex eo*, [531] *quod debebant*, [532] *ſolverent*; [533] *creditum ſuum totum exigerent: Argentarius ab argentario* [534] *ſolidum petit.* Proprium ex materia eſt argumentum creditoris, idcirco adjectum eſſe in lege, *ut argentarius totum exigeret.* Adverſus alios enim [535] non opus fuiſſe lege; [536] cum in omnes præterquam ab argentariis totum exigendi jus haberent. Cum multa autem novantur in omni genere materiæ, tum præcipue in iis quæſtionibus,

Ariſt. quoque in *Top.* hoc genere plerumque peccat. TURNEB.

513. *Nam ut per ſe.*] Fabii ſententia eſt, non omnia eſſe perenda ab illis argumentorum ſedibus, ſed permulta eſſe ducenda ex ipſius *cauſſæ* proprietate: non igitur *loci* ſatis inſtruunt oratorem ad probandum, niſi etiam natura & experientia valuerit, ut ipſum *thema* diligenter excutere poſſit. TURNEB.

514. *Non ſufficit.*] *Sufficiet*; V. C. Alm. Vidov.

515. *Ex antecedentibus.* [*Nec ex antec.* volebat Francius.

516. *Junctis.*] Sive, ut plerique jam loquuntur, concomitantibus. CAPPER.

517. *Inſequentibus.*] Seu conſequentibus, ut alibi ſcribit. CAPPER.

518. *Protinus in hoc.*] *Unum protinus*; V. C. Alm. *num protinus?* Obrecht.

519. *Quod in quaque.*] *Quid.* Obrecht.

520. *In ipſo cauſſarum complexu.*] *In ipſo cauſſarum amplexu*; Cod. Voſſ. ſecund.

521. *Eæque ſunt & potentiſſimæ & minime, quia communibus ex præceptis invenienda ſunt.*] Non ſolum ſenſus hujus verba minus congrue ſunt juncta; ſed etiam ipſe ſibi contrarius eſſe videtur. Quo namque modo, ſi potentiſſimæ ſint probationes, minimæ eſſe poſſunt, aut contra. Emendari autem ſic mihi poſſe videtur, ſi non *ea*, ſed *eo* legatur, ac *minime* ſine diphthongo ſcribatur, & *obviæ* nominativus adſcribatur, ac *inveniendæ* legatur, hoc modo: *Eoque ſunt & potentiſſima, & minime obviæ, quia communibus ex præceptis inveniendæ ſunt.* REGIUS. *Eæque ſunt & potentiſſimæ & minimæ obviæ, quia communia ex præceptis accepimus, propria invenienda ſunt*; V. C. Alm. & Arg. Obrecht. *quia communibus ex præceptis propria invenienda non ſunt*; Ald. *quia communibus præceptis p. i. ſ.* Cod. Voſſ. prim. *hæc ſunt & potentiſſima & minime obviæ, quia communibus ex præceptis propria invenienda ſunt*; Cod. Bern. Edit. Stephan. Voſſ. ſecund. & tert. niſi quod, *hæc ſint.*

522. *Hoc genus arg.*] Argumenta illa, quæ ex peculiari *thematis* natura ducuntur, appellat Fab. *ex circumſtantia*, quia rem ipſam, de qua quæſtio eſt, circumſtant. Fabius lib. III. cap. 5. *περίστασιν negotium* vertit, non *circumſtantiam.* TURNEB.

523. *Περίστασιν.*] Ad calcem *progymnaſmatum* Hermogenis, quæ MS. Græce extant in Regia Bibliotheca, codd. 2531. 3514. ita Scholiaſtes annotavit. τὰ περιστατικά ἐστιν ἕξ· τίς, τί, πῶς, ποῦ, πότε, διὰ τί· περιστατικὰ δὲ λέγονται διότι εἰς ἓν τούτων ἢ πλείονα [lego πλείονα vel πλείω] ἢ καὶ εἰς ἅπαντα ἀνάγεται ἡ ὑπόθεσις; hoc eſt, circumſtantiæ ſunt ſex; *Quis, quid, quomodo, ubi, quando, cur.* Vocantur autem περιστατικὰ, quia ad harum unam, vel plures, vel etiam ad has omnes περιίσταται, *redigitur, reducitur, cadit, recidit* hypotheſis oratoria. CAPPER.

524. *Quæ cujus cauſſæ.*] *Quæ cujuſque cauſſæ* legendum eſſe aperte conſtat. REGIUS. *Cujus*; Locat.

525. *Habeat.*] *b* litera adſcribatur, ut *habebat* (ita ſenſu exigente) legatur: eſt autem controverſia declamatoria. REGIUS.

526. *Quia te adultero dimiſſo.*] Hoc idem & Paulus JCtus confirmat in ſententiis libro II. de Adulteriis. *Inventam*, inquit, *in adulterio uxorem maritus ita demum occidere poteſt, ſi adulterum domi ſuæ deprehendat.* REGIUS. *Quia te dimiſſo, adulteram occidere non licebat.*] Vocabulum *adultero*, ab editione Lugdunenſi aliiſque prætermiſſum, muniti auctoritate editionum, Pariſienſis, Vaſcoſani, ac Stephani, inſeruimus. Præclare autem exemplum à Fabio propoſitum illuſtrat: ut ſuſpicarer omnino, niſi in optimis editionibus inveniretur, explicandi cauſa in margine poſitum, paulatim in corpus orationis irrepſiſſe. GIBSON. Habent *& te adultero*; MSS. Alm. Colb. Voſſ. ſecund. & Vallæ, Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *ante adultero dimiſſo*; Locat. *quia ante dimiſſo adulteram o. n licebat*; Cod. Voſſ. prim. & tert. *Non licebit.*] *Non licebat*; V. C. Alm. Locat. Ald. Baſil.

527. *Prohibet adulteram.*] *Prohibet ſine adultero occidi*; Cod. Voſſ. prim. & tert itemque Bern.

528. *Et illa.*] Subauditur, controverſia vel *cauſſa* ſit in exemplum. CAPPER.

529. *In qua lata lex eſt.*] Vocem *lata* non agnoſcit editio Lugdunenſis, cui ſuffragantur & aliæ. Sed ne una litera fraudaretur elegantiſſimus Rhetor, eam ſuo loco reſtituendam putavi ex Codice MS. Bodleiano; editiſque, Aldino, Colonienſi, & Vaſcoſani. GIBSON. *Lata lex eſt* etiam. V. C. Alm. Locat. Steph. Colin. Baſil. Roign. Vidov. Obrecht.

530. *Ut argentarii.*] Argentarii qui & *trapezitæ* dicuntur, ſunt qui per menſam argentum credere ſolent ad uſuram: erant hujuſcemodi, quales nunc ſunt majores *campſores*, ut minores olim dicebantur *nummularii*, & κολλυβισταί. TURNEB. *In qua argentarii*; Cod. Voſſ. prim. & tert.

531. *Quod debebant.*] *Quod debent.* V. C. Alm.

532. *Solverent.*] *Solvebant*; Cod. Voſſ. prim.

533. *Creditum.*] Debitam ſibi pecuniam. *Creditum* autem dicit, ut *præceptum, mandatum. Creditum* autem & *creditam pecuniam* docti; *debitum* vel *debitam pecuniam* vulgus dicit. TURNEB.

534. *Solidum.*] Totum creditum (vulgo debitum) totam pecuniam creditam. CAPPER.

535. *Non opus fuiſſe lege.*] Quia unuſquiſque, etiam ſi argentarius non eſt, creditum totum exigere poteſt: eſt igitur adjectum in lege, ut argentarius totum exigeret, non ſolum ab alio, verum etiam ab argentario. TURNEB.

536. *Cum omnes.*] Sic quidem recte legi videtur, ſed *in* præpoſitio forſitan eſt adſcribenda, ut legatur: *cum in omnes.* REGIUS. Ita Stephanus, Colin. Roign. & Vidovæi margo.

[537] quæ ſcripto conſtant, quia vocum eſt [538] in ſingulis ambiguitas frequens, adhuc [539] in conjunctis magis. Et hæc ipſa plurium legum aliorumve ſcriptorum, vel congruentium, vel repugnantium complexu varientur, neceſſe eſt; cum res rei, aut jus juris [540] quaſi ſignum eſt: *Non debui tibi pecuniam, nunquam me* [541] *appellaſti:* [542] *Uſuram non accepiſti, ultro a me mutuatus es.* [543] Lex eſt: *Qui patri proditionis reo non* [544] *affuerit, exheres ſit.* [545] Negat: *niſi ſi pater abſolutus ſit.* Quid ſigni? Lex altera: *Proditionis damnatus cum advocato exſulet.* [546] Cicero pro Cluentio Publium Popilium & [547] T. Guttam dicit, *non judicii corrupti, ſed ambitus eſſe damnatos.* Quid ſigni? *Quod accuſatores eorum* [548] *qui erant ipſi ambitus damnati,* [549] *e lege ſint* [550] *poſt hanc victoriam reſtituti.* [551] Nec minus in hoc curæ debet adhiberi, quid proponendum, quam quomodo ſit, quod propoſueris, probandum. Hic omnino vis inventionis, [552] ſi non major, certe prior. [553] Nam, ut tela ſupervacua ſunt neſcienti quid petat; ſic argumenta [554] niſi prævideris, cui rei adhibenda ſint. Hoc eſt, quod [555] comprehendi arte non poſſit. [556] Ideoque cum plures eadem didicerint, [557] generibus quidem argumentorum ſimilibus utentur: [558] alius tamen alio plura, quibus utatur, inveniet. [559] Sit exempli gratia propoſita controverſia, quæ minime communes cum aliis quæſtiones habet: *Cum Thebas evertiſſet Alexander, invenit tabulas, quibus centum* [560] *talenta mutua Theſſalis dediſſe Thebanos continebatur. Has, quia erat uſus commilitio Theſſalorum, donavit his ultro: poſtea* [561] *reſtituti a Caſſandro The-*

537. *Quæ ſcripto conſtant.*] Quæ verſantur circa *ſtatus legales*; & eos maxime, qui vocantur ſtatus *ἀμφιβολίας, ambiguitatis*; & *ἀντινομίας, legum contrariarum.* CAPPER.

538. *In ſingulis.*] Vocibus aut vocabulis. CAPPER.

539. *In conjunctis magis.*] Innuit Fab. in quæſtionibus *legitimi*, maxime verſari argumenta, quæ *ex circumſtantia* ducuntur, propter earum *cauſſarum* innovationem, frequentem *amphibologiam*, & *homonymiam.* TURNEB. *adhuc & in conjunctis;* Cod. Voſſ. prim. In ſuperiore Turnebiani nota duo ſunt obſervanda. 1°. Quæſtiones *legitimas* vocat, quas legalium *ſtatuum* nomine Latini Rhetores deſignare ſolent. 2°. Barbaram vocem uſurpat *τὴν amphibologiam*, pro qua dicendum foret *amphiboliam* vel *amphilogiam*, ſecundum Græcas dictiones *ἀμφιβολίαν, ἀμφιλογίαν.* *In conjunctis.*] In ipſa ſtructura orationis, in integra locutione, in loquendi formulis. CAPPER.

540. *Quaſi ſignum eſt .... quid ſigni?*] Signum eſt quoddam probationis genus; nam, ut docet Fabius cap. 9. hujus libri *omnis probatio artificialis conſtat aut ſignis, aut argumentis, aut exemplis....... ſignum vocant...... per quod alia res intelligitur.* CAPPER.

541. *Appellaſti.*] In judicium vocaſti, citaviſti, &c. CAPP.

542. *Uſuram accepiſti.*] *Non* particula negativa, ſenſui neceſſaria, in aliis exemplaribus eſt recte adſcripta, ut legatur: *uſuram non accepiſti.* REGIUS. *uſuram accepiſti;* Locat.

543. *Lex eſt, Qui patri.*] Ex lege altera, qua filius, ſi patri affuerit proditionis damnato, mittitur in exilium, colligimus, ſi pater damnatus fuerit, eique filius non affuerit, filium nullo modo plectendum: lex igitur ſuperior de exheredatione hunc habet intellectum, ut filius, ſi patri reo proditionis non adfuerit, paterque abſolutus ſit, exheredetur, alias non exheredetur. TURNEB.

544. *Affuerit.*] Tanquam advocatus, unus advocatorum præſto fuerit patri, & operam ſuam periclitanti præſtiterit. CAPPER.

545. *Negat, niſi ſi pater.*] *Niſi pater;* Cod. Voſſ. ſecund. Locat. Stephan. Gryph. de illis particulis *niſi ſi* plurima Heinſius ad Ovid. IV. Epiſt. 111.

546. *Cicero pro Cluentio.*] Popilius & Gutta judices fuerunt, cum Oppianicus eſt damnatus, iidemque poſtea damnati ſunt: igitur accuſator Cluentii ait eos fuiſſe damnatos corrupti judicii: Cicero negat, ſed ait damnatos ambitus. TURNEB.

547. *Tiberium Guttam.*] Scribo *Titum Guttam*; PHILAND. *T. Guttam*; Steph. Roign. *Titum Guttam*; Gryph. Baſil. & ita apud Cicer. pro Cluent. capp. 36. & 45. *T. Gutta* dicitur in editione Grævii.

548. *Qui erant & ipſi.*] *Qui erant ipſi;* V. C. Alm.

549. *E lege ſint poſt hanc victoriam reſtituti.*] Lex eſt apud juriſconſultos, ut, qui ex aliqua lege condemnatus fuerit, ſi ejuſdem criminis reum aliquem peragere poſſit, in integrum & priſtinum ſtatum reſtituatur. TURNEB.

550. *Poſt hac.*] *Poſt hanc*, ut ad *victoriam* referatur, non *poſt hac*, legendum eſſe patet. REGIUS.

551. *Nec minus.*] Fabius docet, non ſolum pleraque argumenta duci a *cauſſæ* proprietate, verum etiam propoſitiones & quæſtiones: itaque vis inveniendi, cum magna ex parte poſita ſit in argumentis & propoſitionibus, magna ex parte a proprietate *cauſſæ* ducitur. Itaque utrumque curandum diligenter, ut inveniamus, quid proponamus, & quo propoſita probemus: in quibus duobus fere omnis *inventionis* vis conſiſtit. De hoc vide Eraſm. lib. II. *de Copia*, qui & ipſe tractat fuſiſſime *thema* ſequens de Theſſalis, quod in certas propoſitiones dividit, eaſque amplificat. TURNEB.

552. *Si non major.*] *Et ſi non major;* Ald. *hic ſi non vis inventionis major, certe prior;* Voſſ. ſecund.

553. *Nam ut tela.*] Non aliter quam qui in tenebris digladiantur, quique neſciunt, in quos tela conjiciunt, fruſtra id facere dicuntur; ſic orator, niſi cognoverit, quo probationes ſuas ſit directurus, videbitur more *andabatarum* pugnare, quos ſcribunt auctores temere nullaque arte tela jaculari. TURNEB.

554. *Niſi prævideris.*] *Niſi videris;* V. C. Alm. *niſi provideris;* Cod. Voſſ. prim. ſecund. & Bern.

555. *Comprehendi arte non poſſit.*] Nam ars dumtaxat comprehendit, quæ generalia ſunt: quæ autem oriuntur a proprietate litis, ſunt ſingularia, & in ſingulis *cauſſis* evariant: ita non cadunt ſub artis comprehenſionem & præcepta. TURNEB.

556. *Ideoque cum.*] *Itaque cum;* cod. Voſſ. prim. tert.

557. *Generibus argumentorum.*] Quamvis hic integer ſit ſenſus, Fabii tamen elegantia, ut particula *quidem* adſcribatur, mihi expoſcere videtur, ut legatur hoc modo: *generibus quidem argumentorum*: quod ut ſentiam, ea, quæ infertur, exceptione maxime adducor. Frequenter enim ita utimur hac particula *quidem*, ut exceptio ſequatur. REGIUS. *Generibus argumentorum ſimilibus;* MSS. Alm. Voſſ. prim. ſecund. tert. Locat. Ald. Baſil.

558. *Alius tamen alio plura.*] *Alius alio plura;* MSS. Alm. Voſſ. prim. tert.

559. *Sit exempli gratia.*] Huc pertinent ea, quæ a Rodolpho Agricola ſcribuntur lib. II. cap. II. de una quæſtione in plures multiplicanda; nam ea res ſuppeditat multitudinem propoſitionum: huc etiam faciunt, quæ ab Hermogene tractantur de *capitibus*, tum in libro de *ſtatibus*, tum in tertio de *inventione.* TURNEB.

560. *Talenta mutua.*] *Mutuo;* MSS. Alm. Voſſ. prim. tert. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. ſed rectius aliæ editiones & ſcripti codices *mutua;* alterum enim vix Latinum eſt, licet Juſtinus lib. XVII. 2. *Ab Antigono naves mutuo petit;* cum debuiſſet *mutuas* dicere; ut ad Plaut. Aſin. I. III. verſ. ult. & lib. III. cap. 1. de Pecun. veter. oſtendit egregie Gronovius. BURMAN.

561. *Reſtituti a Caſſandro.*] Caſſander, unus ex Alexandri ducibus, Thebas, quas Alexander everterat, poſt ejus mortem reſtituit: eſt autem hæc hiſtoria apud Diodorum Siculum. TURNEB.

bani

bani [561] *repoſcunt Theſſalos.* [562] Apud Amphictyonas [563] agitur. Centum talenta & [564] credidiſſe eos conſtat, & [565] non recepiſſe. Lis omnis ex eo, quod Alexander ea Theſſalis donaſſe dicitur, pendet. Conſtat illud quoque, non eſſe his ab Alexandro pecuniam datam. Quæritur ergo, *an perinde ſit, quod datum eſt, ac ſi pecuniam dederit?* [566] Quid proderunt argumentorum *loci*, niſi hæc prius videro, nihil eum egiſſe donando, non potuiſſe donare, non donaſſe? Et [567] prima quidem *actio* facilis ac favorabilis repetentium jure, quod vi ſit ablatum: ſed hinc aſpera & vehemens quæſtio exoritur de jure belli, dicentibus Theſſalis, [568] hoc regna, populos, fines gentium atque urbium contineri. Inveniendum contra eſt, [569] quo diſtet hæc *cauſſa* a cæteris, [570] quæ in poteſtatem victoris venirent; nec circa probationem res hæret, ſed circa propoſitionem. [571] Dicamus in primis, in eo, quod in judicium deduci poteſt, nihil valere jus belli; nec armis erepta, niſi armis poſſe retineri. Itaque, ubi illa valeant, non eſſe judicem; ubi judex ſit, illa nihil valere. Hoc inveniendum eſt, ut adhiberi poſſit argumentum; [572] ideo captivos, ſi in patriam ſuam redierint, liberos eſſe; quia bello parta non niſi eadem vi poſſideantur. [573] Proprium eſt & illud *cauſſæ*, [574] quod Amphictyones judicant: [575] ut alia apud Centumviros, alia [576] apud privatum judicem in iiſdem quæſtionibus [577] ratio ſit. [578] Tum [579] ſecundo gradu non potuiſſe donari a victore jus, quia [580] id demum ſit ejus, [581] quod ipſe teneat; [582] jus, quod ſit incorporale, apprehendi manu non poſſe. Hoc reperire difficilius, quam, cum inveneris, argumentis adjuvare: ut alia ſit conditio heredis, alia victoris; quia ad illum jus, ad hunc res tranſeat. [583] Proprium deinde materiæ, jus [584] publici crediti tranſire ad victorem non potuiſſe; quia, quod populus crediderit, omnibus debeatur; &, quamdiu quilibet unus ſuperfuerit, eſſe eum totius ſummæ creditorem: Thebanos autem non omnes [585] in Alexandri manu fuiſſe. Hoc non extrinſecus probatur ([586] quæ vis eſt argumenti,) ſed ipſum per ſe valet. [587] Tertii loci [588] pars prior magis vulgaris, [589] non in tabulis eſſe jus;

561. *Repoſcunt Theſſalos.*] Ita conſtruit & Valer. Flacc. VII. 650.

> *Haud jam mendacem promiſſa repoſcere regem*
> *Dignatur.*

& ita Cicero & alii. BURMAN. Subauditur autem: *centum talenta, quæ mutua Theſſalis dederant.* CAPPER.

562. *Apud Amphictyonas.*] Amphictyones judices erant totius Græciæ, qui in Thermopylis de litibus diſceptabant: eo autem conventus fiebat ab omnibus Græciæ populis. TURNEB.

563. *Agitur.*] *Cauſſa* Thebanorum adverſus Theſſalos. CAPPER.

564. *Credidiſſe.*] Mutua dediſſe. CAPPER.

565. *Non recepiſſe.*] *Non recepiſſe ea*; Ald.

566. *Quid proderunt.*] *Qui*; Lugd. Edit.

567. *Prima actio.*] Id eſt, prima quidem agendi ſive in judicio argumentandi ratio; vernacule *premier moyen.* Dicet paulo infrà: *tum ſecundo gradu*, & *tertii loci*: igitur *actio*, *gradus*, & *locus* hic unum idemque ſignificant. CAPPER.

568. *Hæc regna populos.*] *Hoc* legendum eſſe, non *hæc*, facile eſt ex contextu videre; ut ad *jus* referatur. REGIUS. *Hoc.* cod. Voſſ. prim. ſubintelligitur autem, *jure belli.* CAPPER.

569. *Quod diſtet.*] *Quo*; cod. Voſſ. tert. Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht.

570. *Quæ in poteſtatem victoris venirent.*] Nam corpora omnia in poteſtatem victoris veniunt, non etiam jura, quæ corpore carent: agitur autem de jure crediti. TURNEB. *In poteſtate*; Vall. liber. & Voſſ. ſecund.

571. *Dicamus in primis.*] *Dicamus primum*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. Steph. Gryph. Colin. Vidov.

572. *Ideo captivos.*] Juriſconſulti aiunt, ea, quæ capta ſunt ab hoſtibus, ſi denuo redeant, jure poſtliminii priſtina jura recuperare. TURNEB. *Ideo ſi captivos.*] Præpoſtero ordine ſic legitur: legendum autem eſt hoc modo: *ideo captivos, ſi in patriam ſuam redierint.* REGIUS.

573. *Proprium eſt & illud.*] *Proprium eſt id cauſſæ*; cod. Voſſ. prim.

574. *Quod Amphictyones.*] *Quod* deeſt in cod. Voſſ. tert.

575. *Ut alia apud centumviros.*] *Centumviri* tempore Ciceron. de litibus privatis cognoſcebant: apparet Fabii tempore immutatam fuiſſe horum cognitionem, ut etiam de publicis *cauſſis* judicarent. Sic antea eos dixit cognoſcere de *cauſſis* capitalibus. TURNEB.

576. *Apud privatum judicem.*] Judex privatus eſt is, quem ad cognoſcendam *cauſſam* Prætor aſſignat: *centumviri* autem judices erant ſtati ac certi, de quibus vide quæ notavimus ad lib. III. cap. 10. & lib. V. cap. 2. CAPPER.

577. *Ratio ſit. Tum ſecundo.*] *Ratio ſit ſecundo*; &c. Obrecht.

578. *Tum . . . . . non potuiſſe.*] Supple, *dicamus.* CAPPER.

579. *Secundo gradu.*] Hoc eſt, ſecundo *loco* argumentationis, ſecundo argumentorum *loco*: mox dicet infra, *tertii loci*, &c. CAPPER.

580. *Id demum ſit ejus.*] Illius tantummodo rei dominus eſſe poteſt ὁ victor. CAPPER.

581. *Quod ipſe teneat.*] *Quod teneat*; cod. Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Baſil. *ſit ejus, qui id teneat*, malebat Aſcenſius.

582. *Jus, quod ſit incorporale.*] Juriſconſulti res aiunt alias eſſe corporales, alias incorporales, illas tangi & videri poſſe, has non poſſe: corporales igitur ad victorem tranſeunt, incorporales non item. TURNEB. *Quod ſit incorporale.*] Ideoque ſola mente conſiſtat, & intelligatur. CAPPER.

583. *Proprium deinde materiæ.*] Supple, hoc eſſe dicamus, videlicet, &c. CAPPER.

584. *Publici crediti.*] Publicum creditum vocat, quod univerſa gens aut ratio mutuo dedit; idque debetur, quamdiu unus ex gente illa, aut natione ſuperſtes eſt. TURNEB. *Jus publici crediti.*] *Juris publici creditum*; MS. Bodl. Andr.

585. *In Alexandri manu fuiſſe.*] *In Alexandri manus veniſſe*; Ald. Baſil. marg.

586. *Quæ vis eſt argumenti.*] Nam in eo poſita eſt vis argumenti, ut alia res per aliam probetur, & aliud ex alio inferatur. Præterea in eo etiam ſæpe conſiſtit vis argumenti, ut ex principio quodam generali, ut *theſi*, deducatur aliquid pertinens ad ſpecialem *cauſſam* ſive *hypotheſin.* Cave autem confundas τὸ *extrinſecus probari* cum τῷ *extrinſecus adduci* vel *adhiberi in cauſſam*, quo loquendi genere utitur Fabius cap. ſequenti. CAPPER.

587. *Tertii loci.*] De argumentandi ſeu argumenti *loco* hic agitur: eodem ſenſu dixit ſupra *gradum* & *actionem.* CAPPER.

588. *Pars prior.*] Quæ conſtat his verbis: *non in tabulis jus eſſe.* CAPPER.

589. *Non in tabulis jus eſſe.*] Thebanorum patronus dicet non proprie in tabulis jus Thebanorum conſiſtere; jus enim eſt incorporale, nec manu poteſt apprehendi. Quamvis igitur Alexander Theſſalis tabulas donaverit, quibus Theſſalos a Thebanis centum talenta mutua conſtabat

[590] idque multis argumentis defendi poteſt. Mens quoque Alexandri duci debet in dubium, [591] honorarit eos, an deceperit. Illud jam rurſus [592] materiæ proprium, & velut novæ controverſiæ; [593] quod reſtitutione recepiſſe jus, etiam ſi quod amiſerint, Thebani videntur. Hic &, quid Caſſander velit, quæritur: ſed vel potentiſſima apud Amphictyonas [594] æqui tractatio eſt. [595] Hæc non idcirco dico, quod inutilem horum *locorum*, ex quibus argumenta ducuntur, cognitionem putem; ([596] alioqui nec tradidiſſem) [597] ſed ne, ſi qui cognoverint iſta, ſi cætera negligant, perfectos ſe protinus atque conſummatos putent; [598] &, niſi in cæteris, quæ mox præcipienda ſunt, [599] elaboraverint, mutam quamdam ſcientiam conſecutos intelligant. [600] Nec enim artibus editis factum eſt, ut argumenta [601] inveniremus; ſed dicta ſunt omnia, antequam præciperentur; mox ea ſcriptores obſervata & collecta ediderunt. Cujus rei probatio eſt, quod exemplis eorum [602] veteribus utuntur, & ab oratoribus illa repetunt; ipſi nullum novum, & quod dictum non ſit, inveniunt. [603] Artifices ergo illi, qui dixerunt: [604] ſed habenda iis quoque gratia eſt, per quos labor nobis detractus eſt. [605] Nam quæ priores beneficio ingenii ſingula invenerunt, nobis & non ſunt requirenda, [606] & nota omnia. [607] Sed non magis hoc ſat eſt, quam palæſtram didiciſſe, niſi corpus exercitatione, continentia, [608] cibis, ante omnia [609] natura juvetur; [610] ſicut contra ne illa quidem ſatis ſine arte profuerint. [611] Illud quoque ſtudioſi eloquentiæ cogitent, neque omnibus in *cauſſis* [612] ea, quæ demonſtravimus, cuncta poſſe reperiri; neque, cum propoſita fuerit materia dicendi, ſcrutanda ſingula, & velut [613] oſtiatim pulſanda, [614] ut ſciant, an ad probandum id, quod intendimus, forte reſpondeant: niſi cum diſcunt, & [615] adhuc uſu carent. Infinitam [616] enim faciet ipſa res [617] dicendi tarditatem, ſi ſemper neceſſe ſit, ut, tentantes unumquodque eorum, quod ſit aptum atque conveniens, experiendo noſcamus: neſcio an etiam impedimento futura ſint, niſi & animi quædam [618] ingenita natura, & ſtudio exercitata velocitas, recta nos ad ea, [619] quæ conveniunt *cauſſæ*, ferant.

accepiſſe, non ſequitur Theſſalos a ſolvendi neceſſitate eſſe immunes. CAPPER.

590. *Itaque multis.*] *Idque*, loco illius *itaque* particulæ, mihi legendum videtur. REGIUS.

591. *Honorarit eos.*] Alii codices habent, *oneraverit*; * *alii*, *exoneraverit*, id eſt, debitis abſolverit, quæ lectio conſtare poteſt: qua voce utuntur juriſconſulti frequenter. TURNEB. Vallam *honoraverit* pro *oneraverit*, ſcripſiſſe Aſcenſius docet; & convenit præcedentibus, *quia uſus commilitio Theſſalorum donavit his ultro; honorare* eſt enim dono, præmio ornare. Sic Flor. II. cap. 8. *Thoas Ætoliæ princeps inhonoratam apud Romanos querens adverſus Macedones militiæ ſuæ ſocietatem;* & Livius lib. XXXV. 12. de eodem: *Thoas Ætolorum prætor conqueſtus, quod omnium Græciæ gentium civitatiumque inhonoratiſſimi poſt eam victoriam eſſent.* De mente ergo Alexandri videndum, an bona fide crediderit ſibi jus fuiſſe, debitum illud donandi Theſſalis, & ita eos honoraverit; an vero ſcierit, nullum ſibi jus in illud fuiſſe, donaverit tamen eos decipiendi cauſſa, & ut vano & irrito hoc pro commilitio præmio defungeretur. BURMAN.

592. *Materiæ proprium.*] *Proprium materiæ*; Obrecht.

593. *Quod reſtitutione.*] *Quia*; V. C. Alm. *Reſtitutione recepiſſe jus.*] Significat non ſimul cum tabulis jus etiam tranſire: alias, ſi quis tabulas meas haberet, aut ſurriperet, jus etiam haberet, cum tamen ſit jus incorporale. TURNEB. *Reſtitutione.*] Thebani enim poſt everſam ab Alexandro urbem ſuam reſtituti fuerant a Caſſandro. CAPPER.

594. *Æqui tractatio eſt.*] Quidam judices ſententiam ferunt ex legum præſcripto, alii (ut Amphictyones, quorum libera eſt cognitio) æquitatem magis ſectantur: illic igitur proderit æquitatis tractatio. TURNEB. *Æqui tractatio.*] Tractatio æqui & boni τῆς ἐπιεικείας, quæ benigna eſt τῆς ἀκριβοδικαίου ſeu ἀκροδικαίου *ſummi ſtrictique juris* remiſſio; quia ſcilicet ſummum jus eſt aliquando ſumma injuria. CAPPER.

595. *Hæc non.*] Artis *loci* non ſatis inſtruunt hominem, niſi ſolertia quadam & experientia peculiares *cauſſæ* propoſitiones & argumenta poſſit eruere. TURNEB.

596. *Alioqui nec tradidiſſem.*] *Alioqui inter cætera non addidiſſem*; MS. Bodl. Andr.

597. *Sed ne ſi quid cognoverint.*] *Si qui*, litera *d* eraſa, legendum eſt. REGIUS. *Sed ne ſe, qui cognoverint iſta...... perfectos protinus*, &c. V. C. Alm.

598. *Et niſi in.*] *Niſi in*; Voſſ. tert.

599. *Elaboraverint.*] *Elaboraverunt*; cod. Voſſ. prim.

600. *Nec enim.*] Ante artem ullam dicendi conſcriptam fuit dicendi facultas; nam ars ipſa initium habuit ab obſervatione. TURNEB.

601. *Invenerimus.*] Senſus exigit, ut *inveniremus* legatur. REGIUS. *Inveniremus*; Locat.

602. *Veteribus utuntur.*] *Utantur*; V. C. Alm.

603. *Artifices quoque illi.*] In aliis exemplaribus *ergo* adſcriptum legitur, & recte quidem. Sed vitioſe *quoque* eſt prætermiſſum. Nam ea *quoque* particula ſenſui integro neceſſaria videtur, ut legatur: *Artifices ergo illi quoque.* REGIUS. *Artifices ergo illi*; V. C. Alm. Ald. Steph. & reliqui.

604. *Sed habenda iis quoque.*] *His quoque*; V. C. Alm. Loc. Ald. Baſil. & alii.

605. *Nam quæ priores.*] Μιλίτη πάντα δύναται.

606. *Et nota omnia.*] *Et nota ſunt omnia*; Ald.

607. *Sed non magis.*] Significat, præceptiones artis non prodeſſe ſine ſtudio, exercitatione, & natura, ut docuit lib. primo. TURNEB.

608. *Cibis.*] Athletæ certam victus formulam ſequebantur, ac valentiſſimis alimentis nutriebantur: unde dicitur Celſo *victus athleticus*, & Juvenali athletarum panis dicitur *coliphium.* TURNEB.

609. *Natura juvetur.*] *Juvatur*; MSS. Alm. & Voſſ. prim. & mox *profuerunt.*

610. *Sic contra ne illa.*] Emendatione indigere videtur hic ſenſus, quæ quidem ita demum adhiberi poteſt, ſi *ut* ſyllaba adſcribatur, & *ſicut* legatur, hoc modo: *ſicut contra.* REGIUS. *ſic contra.* Locat.

611. *Illud quoque.*] Non omnes *loci* (ut docet Cicer.) cadunt in quamlibet diſputationem; ac quidam magis proprii ſunt *conjecturæ*, ut, cauſſæ & adjuncta; quidam *finitionis*, ut, proprium, differens, genus, atque ita deinceps in reliquis. TURNEB.

612. *Ea, quæ.*] *Cauſſis, quæ demonſtravimus*; V. C. Alm.

613. *Oſtiatim pulſanda.*] Malebat Francius *pulſandum.*

614. *Ut ſciant an probandum.*] *Ad* præpoſitionem hujus ſenſus integritas adſcribi expoſcit, ut legatur: *ut ſciant, an ad probandum.* REGIUS. *an probandum.* Loc.

615. *Adhuc uſu carent.*] *Adhoc*; cod. Voſſ. ſecund.

616. *Enim faciet.*] *Faciat.* MSS. Alm. Voſſ. ſecund. tert.

617. *Diſcendi tarditatem.*] *Dicendi*, *s* litera expuncta, legendum eſt. REGIUS. *Dicendi facultatem*; cod. Voſſ. prim.

618. *Ingenita natura.*] *Natura* non habet cod. Voſſ. prim.

619. *Quæ conveniunt.*] *Quæ conveniant*; V. C. Alm. Ald. Baſil. Gryph. Vidov. *ita nos a. e. q. conveniant*; cod. Voſſ. prim. tert.

[620] Nam ut cantus vocis plurimum juvat ſociata nervorum [621] concordia, ſi tamen tardior manûs, [622] niſi inſpectis dimenſiſque ſingulis, quibus quæque vox fidibus jungenda ſit, dubitet, potius fuerit eſſe contentum eo, [623] quod ſimplex canendi natura tulerit; ita hujuſmodi præceptis debet [624] quidem aptata eſſe, & citharæ modo intenta ratio doctrinæ. Sed hoc exercitatione multa conſequendum; [625] ut, quemadmodum illorum artificum, [626] etiam ſi [627] alio ſpectent, manus tamen ipſa conſuetudine ad graves, acutos, medioſque horum [628] ſonos fertur; [629] ſic oratoris cogitationem nihil moretur hæc varietas argumentorum & copia; ſed [630] quaſi offerat ſe, & occurrat; &, ut literæ ſyllabæque [631] ſcribentium cogitationem non exigunt, ſic rationes ſponte quadam ſequantur.

620. *Nam ut cantus vocis.*] Sic olim faciebant citharœdi; nam & citharam pulſabant & accinebant: at citharistæ dumtaxat citharam pulſant, non etiam accinunt. TURNEB. *Ut cantus.*] Francius malebat *ut cantum.*

621. *Concordia.*] Vide quæ nos olim ad Petron. cap. CXXVII. notavimus. BURMAN.

622. *Niſi inſpectis.*] *Non inſpectis*; cod. Voſſ. prim.

623. *Quod ſimplex.*] *Quo*; V. C. Alm. Voſſ. prim. tert.

624. *Quidem apta eſſe.*] *Aptata eſſe*; V. C. Alm. Vallæ liber. Vidov. Lugd. Oxon. Obr.

625. *Ut quemadmodum.*] Sic V. C. Alm. Loc. Ald. & reliqui; *& quemadmodum*; Steph.

626. *Etiam ſi.*] *Si alio*; cod. Voſſ. prim. & tert.

627. *Alio ſpectent.*] *Alia*; Gryphii margo.

628. *Sonos graves.*] *Hypate* & *parhypate* gravem efficiunt ſonum in cithara & lyra; *nete* & *paranete* acutum; *meſe*, *parameſe* & *lichanos* medium. TURNEB.

629. *Sic oratoris cogitatione.*] Pro *cogitatione*, legendum eſſe *cogitationem* ſupervacuum eſſet admonere, niſi ita legeretur: ſic autem eſt diſtinguendum, ut illi nominativi *varietas*, & *copia* ad verbum *moretur*, referantur. REGIUS.

630. *Quaſi offerat ſe.*] *Sed* particula idcirco ab imperitis omiſſa eſt, quia male ſuperiora diſtinxerant: verum, niſi adſcribatur, ſenſus non percipitur. Sic ergo legatur: *ſed quaſi offerat ſe.* REGIUS. *Quæ ſe offerat*; V. C. Alm. *quaſi offerat ſe*; Locat. Gryph. Col. & Vidov. omiſſo *ſed.*

631. *Scribentium cogitatione.*] Pro *cogitatione*; ſenſus integritas expoſcit *cogitationem*; pro *ratione* vero *rationes* legendum eſſe, vel refragantibus exemplaribus, contenderim. *Rationes* autem pro argumentis accipiuntur. REGIUS.

CAPUT XI.

De exemplis.

[1] TERTIUM genus eſt ex iis, quæ extrinſecus [2] adducuntur in cauſſam. Græci vocant παράδειγμα: quo nomine & generaliter uſi ſunt in omni ſimilium appoſitione, & [3] ſpecialiter in iis, quæ rerum geſtarum auctoritate nituntur. Noſtri fere ſimilitudinem [4] vocare maluerunt, quod ab illis [5] παραβολὴ dicitur; [6] hoc alterum, exemplum: [7] quanquam & hoc, ſimile eſt; [8] & illud, exemplum. Nos, quo facilius propoſitum explicemus, utrumque παράδειγμα eſſe [9] credamus, & ipſi appellemus exemplum. [10] Nec vereor, ne videar repugnare Ci-

Exemplum a Fabio latius accipitur; nam & ſimilitudinem complectitur, & id quod ſpeciali nomine exemplum nuncupamus: porro exempla Fabius ſeparavit ab argumentis, quæ non tam ſunt argumenta, quam argumentationes: unde Græci argumentationem partiuntur in *ſyllogiſmum*, *enthymema*, *inductionem*, & exemplum. TURNEB.

1. *Tertium eſt genus ex iis.*] *Eſt* verbum, ut redundans, ex capitis hujus initio videtur eradendum. REGIUS. *Tertium ex iis*; V. C. Alm. *Tertium eſt genus ex iis*; Voſſ. prim. & tert. Ald. Steph. Gryph. Colin. Baſil. Vidov. Aſcenſius retinet *eſt*, & ſimile loquendi genus eſſe vult illud apud Virgil. I. Æneïd. 530.

Eſt locus, Heſperiam Graii cognomine dicunt.

quam figuram, *Epexegeſin* vocatam, amaſſe antiquos notat Servius ad I. Æneid. 12. & ſæpe apud Virgilium occurrunt ſimilia, ubi deeſt pronomen *qui*. Vide lib. II. 343. X. 705. & alibi: ſic apud Columellam lib. VI. 17. *Muſque araneus: Græci μυγαλῆν appellant.* Ita optimus codex S. Germani: vulgo *quam Græci.* BURMAN. *Tertium genus.*] Primum genus probationis artificialis conſiſtit in ſignis, ſecundum in argumentis, tertium in exemplis. Vide initium cap. 9. CAPPER.

2. *Adducuntur.*] *Adducenda*; Voſſ. prim. & tert.

3. *Specialiter.*] Nam exemplum ſpecies eſt ſimilitudinis, ut teſtatur Cicer. in *Top.* cap. 10. Exempla enim idem efficiunt, quod ſimilia; nec quicquam intereſt, niſi quod hæc ſumuntur a factis cum auctoritate. Ut, quemadmodum equum ſi exerceas, paulatim redditur ad ferendos ſummos labores tolerabilior; ita corpus hominis, ſi per gradus aſſueſcat majoribus, tolerat quæ alius non auderet attingere: ſimile eſt. Exemplum erit: Milo Crotoniates, qui ſingulis diebus ad aliquot ſtadia geſtando vitulum, eumdem poſt taurum factum ad tantumdem ſpacii facile geſtavit. Vide Eraſm. in *Eccleſ.* & Rod. Agricolam. TURNEB.

4. *Vocare maluerunt.*] *Vocari maluerunt*; Locat. Ald.

5. *Παραβολή.*] *Parabola* comparatio eſt, qualitati ſimilis: eſt etiam nonnunquam ſermo ænigmaticus, latentem habens utilitatem: primo modo Latinis dicitur ſimilitudo, eſtque prior ſpecies *paradigmatis*, dicta quod alteri παραβάλλεται, hoc eſt, *aſſimilatur*, & quaſi umbra prævium veritatis eſt, inquit Hieronymus ad Algaſiam quæſt. 6. TURNEB. Vide Cicer. I. *de Invent.* 30.

6. *Hoc alterum.*] *Hoc* non habet V. C. Alm. nec mox *&*, ſed, *illud exemplum.* *Hoc* etiam non habet Obrecht. *Hoc alterum.*] Nempe τὸ παράδειγμα. CAPPER.

7. *Quanquam & hoc, ſimile eſt.*] Scilicet παράδειγμα, *exemplum*, quamdam ſimilitudinem continet: ſed quomodo differant exemplum, τὸ *a pari*, & ſimilitudo, vide apud Petrum Nunneſ. pag. 217. CAPPER.

8. *Et illud, exemplum.*] Et ipſa παραβολη, *ſimilitudo*, quoddam exempli genus includit. CAPPER.

9. *Credamus.*] *Dicamus*; Obrecht.

10. *Nec vereor.*] Cicero in lib. de *Inventione* comparabilia ponit in collatione, exemplo, & imagine, atque ita collationem ab exemplo ſeparat: ſe tamen Ciceroni non refragari oſtendet Fabius. TURNEB.

ceroni, qui [11] collationem ſeparat ab exemplo. [12] Nam idem omnem argumentationem dividit in duas partes, *inductionem*, [13] & *ratiocinationem*; ut plerique Græcorum in παραδείγματα, & ἐπιχειρήματα, dixeruntque παράδειγμα, [14] ῥητορικὴν ἐπαγωγήν. [15] Nam illa, qua plurimum Socrates eſt uſus, hanc habuit viam; [16] cum plura interrogaſſet, [17] quæ fateri adverſario neceſſe eſſet, noviſſime id, de quo quærebatur, [18] inferebat, [19] cui ſimile conceſſiſſet: id eſt *inductio*. [20] Hoc in oratione fieri non poteſt: [21] ſed, quod illic interrogatur, [22] hic fere ſumitur. [23] Sit igitur illa interrogatio talis: *Quod eſt pomum generoſiſſimum? nonne quod optimum?* concederetur. [24] *Quid equus, qui generoſiſſimus? nonne qui optimus?* & plura in eumdem modum. Deinde, cujus rei gratia rogatum eſt: *Quid homo? nonne is generoſiſſimus, qui optimus?* fatendum erit. Hoc in teſtium interrogatione valet plurimum; [25] in oratione perpetua diſſimile eſt. [26] Etenim ſibi ipſe reſpondet orator: *Quod pomum generoſiſſimum? puto, quod optimum*; [27] &: *Quis equus? qui velociſſimus: ita hominum, non qui claritate naſcendi, ſed qui virtute maxime excellet.* Omnia igitur ex hoc genere ſumpta neceſſe eſt aut ſimilia eſſe, aut diſſimilia, aut contraria. [28] Similitudo aſſumitur [29] interim & ad orationis orna-

11. *Quanquam collationem ſeparet.*] Sic quidem legitur: ſed mendoſe, ut ſentio; *quanquam* enim particula non otiaſi modo, verum ſenſui quoque confuſionem afferre, videtur. Eradenda eſt igitur; ac ejus loco *qui* relativum adſcribendum, ut legatur, *qui collationem ſeparet ab exemplo.* Vide Cicer. 1. Rhetor cap. 30. REGIUS. *Quanquam collationem ſeparet*; Andr. Locat. Ald. Sich. Baſil. Colin. Bern. *Quanquam col. ſeparas*; V. C. Alm. *Qui ſeparat*; Voſſ. prim. & tert. Lugd. Oxon. & Obrecht. *ſeparet* etiam. Voſſ. prim. & edit. Stephan. 1542. *Collationem.*] Τὴν συμβολὴν vel σύγκρισιν; Gallice *un parallele.* CAPPER.

12. *Nam idem.*] Eodem lib. de *Inventione.* Ut enim Dialectici argumentationem omnem dividere ſolent in *ſyllogiſmum* & *inductionem*; ita quoque Rhetores in *epichirema* & exemplum: ac certe *epichirema* reſpondet *ſyllogiſmo*, *paradigma* autem *inductioni*, ut teſtatur Ariſtoteles primo cap. poſteriorum *analyticorum.* Fabius autem ſuperiori cap. de *epichirematibus* egit, nunc de exemplis; atque ita Ciceronis diviſionem ſequitur. TURNEB. In hac Turnebiani nota pro τὸ *epichirema* ſcribendum erat *enthymema*, ut patet ex hoc Ariſtotelis loco (poſterior. *Analytic.* cap. 1.) ad quem ipſe Turnebianus reſpiciebat. Καὶ περὶ τοὺς λόγους ὅ τε διὰ συλλογισμῶν καὶ οἱ δι' ἐπαγωγῆς.... Ὡσαύτως καὶ οἱ ῥητορικοὶ συμπείθουσιν· ἢ γὰρ διὰ τῶν παραδειγμάτων, ὅ ἐστιν ἐπαγωγή· ἢ δι' ἐνθυμημάτων, ὅπερ ἐστὶ συλλογισμός. Eadem docet Philoſophus in 1°. Rhetoric. cap. 2. ἔστι γὰρ τὸ μὲν παράδειγμα, ἐπαγωγή, τὸ δ' ἐνθύμημα συλλογισμός· καλῶ δ' ἐνθύμημα μὲν ῥητορικὸν συλλογισμόν, παράδειγμα δ' ἐπαγωγὴν ῥητορικήν. imnio vocabulum τὸ ἐπιχείρημα non legitur in Ariſtotelis *Analytic.* neque in Rhetoric. Occurrit quidem in 8°. *Topic.* ſed argumentationem generatim ſumptam ibi ſignificat: utrum autem Turnebiani Commentatoris error ipſius Exſcriptoribus an Typographis, an ipſi Turnebiano attribuendus ſit, parvi refert expendere. CAPP.

13. *Et rationem.*] *Et ratiocinationem*; Locat. Ald. Sich. Par. Vaſc. Stephan. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. & hanc eſſe veram lectionem patet ex Cicer. 1. *de Invent.* cap. 31. *Inductionem, & ratiocinationem.*] Græcis ἐπαγωγὴν & συλλογισμόν. CAPPER.

14. Ῥητορικὴν ἐπαγωγήν] Rhetoricam *inductionem.* CAPP.

15. *Nam illa, qua.*] Tres ponuntur a Suida *inductionis* ſpecies; dialectica, quæ ex enumeratione ſingularum colligit univerſale; oratoria, quæ multarum ſimilitudinum appoſitione conficit, quod vult; Socratica, quæ ſimilium interrogatione rei ſimilis tandem elicit confeſſionem: duæ poſteriores pertinent ad exemplum. TURNEB.

16. *Ut cum plura.*] *Ut* non agnoſcunt MSS. Alm. Voſſ. omnes. Locat. Ald. Steph Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Obr.

17. *Quæ fateri.*] *Quæ confiteri*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. tert. Locat. Steph.

18. *Inferret.*] *Inferebat*; V. C. Alm. Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht.

19. *Ut ſimile conceſſiſſet.*] Unius particulæ defectu totus hic confunditur ſenſus, qui certe illuſtratur, ſi *cui* dativus adſcribatur hoc modo: *ut cui ſimile conceſſiſſet*: frequentiſſime autem *ut* particula cum relativo, cum apud alios pleroſque, qui poſt Ciceronem floruerunt, tum apud Fabium junctum invenitur pro *utpote*, quo fere non utitur Fabius. REGIUS. *Ut ſimile conceſſiſſet*; Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Stephan. Lugd. Oxon. Obrecht.

20. *Hoc in oratione fieri non poteſt.*] Sunt qui impenſe laborarunt, ſed fruſtra, ut *inductionem* ad *ſyllogiſmum* redigerent. Cæterum Fabius hoc in loco ſatis indicat, hoc fieri non poſſe; tum quia *inductio* progreditur a ſingularibus ad univerſalia, contra vero *ſyllogiſmus*; tum quia in *inductione* fere utimur interrogatione, quod in *ſyllogiſmo* non licet. TURNEB. *Ratiocinatione*; Colon. Sich. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Vidov. reliq. *oratione.*

21. *Sed quod illic interrogatur.*] Illic, id eſt, in Socratica *inductione.* CAPPER.

22. *Hic fere ſumitur.*] *Hic*, id eſt, in oratione perpetua. *Sumitur.*] Hoc eſt, ponitur, aſſeritur tanquam id quod omnes concedant, aut concedere debeant argumentanti. Hinc *minor* ſive ſecunda *ſyllogiſmi* propoſitio, vocatur a Rhetoribus & a Dialecticis *aſſumptio*, id eſt, altera *ſumptio*; quaſi dicatur *ſumptio ad*, ſeu præter primam *ſumptionem*, quæ *major* appellatur, & ſimpliciter *propoſitio.* Græci eodem ſenſu τὸ λῆμμα uſurpant, quod eſt Ariſtoteli πρότασις. Vide Martianum Capellam lib. IV. apud quem τὸ *ſumptum* eſt aliqua propoſitio conceſſa, ſive *major*, ſive *minor.* CAPPER.

23. *Sit igitur.*] Non habet V. C. Alm. nec Obrecht.

24. *Quod equus generoſiſſimus.*] *Quid* legendum eſt, non *quod.* REGIUS. *Quis equus*; Colon. Par. Steph. Baſil. Colin. Vidov. MS. Alm. *quid equus, qui*; Voſſ. ſecund. *quid equus generoſiſſimus*; Voſſ. tert. Obrecht. *Quid equus qui generoſiſſimus?*] Juvenal.

Quis generoſa putat, niſi fortia? nempe volucrem
Sic laudamus equum.

Satir. 8. verſ. 57.

25. *In oratione perpetua.*] Oratio perpetua eſt unius dicentis ſermo non interruptus: opponitur dialogo, *altercationibus* oratoriis, & dialecticis diſputationibus, ubi duo pluresve alternis loqui ſolent. CAPPER.

26. *Aut enim ſibi ipſe.*] *Aut* particula, quæ in ſenſus principio eſt, ut iterum ſaltem apponatur, ratio expoſcit. Quod quia non fit, mendoſe legi puto. Emendatur autem, ſi *aut* particula eradatur, ac ejus loco *&* copula reponatur hoc modo: *etenim ſibi ipſe.* REGIUS. *Aut enim*; MS. Alm. Voſſ. omnes. Locat. Bern.

27. *Et quis equus, qui velociſſimus.*] Aliter editio Lugdunenſis: *& equus, qui velociſſimus*: nos autem, auctoritate editionum Pariſienſis, Vaſcoſani, ac Stephani fretos, nihil temere immutaſſe facile conceſſerit, qui hujus loci colorem contextumque diligentius obſervaverit. GIBSON. *Et quis equus*; Gryph. Colin. Vidov. *Et equus*; reliqui.

28. *Diſſimilitudo aſſumitur.*] Sic quidem legitur, ſed corrupte, ut mihi videtur; non enim diſſimilitudo ad orationis ornatum adhibetur, ſed ſimilitudo, ut Fabius ipſe in octavo aperte præcipit. *Præclare vero*, inquit, *ad inferendam rebus lucem repertæ ſunt ſimilitudines; quarum aliæ ſunt, quæ probationis gratia inter argumenta ponuntur; aliæ ad exprimendam rerum imaginem compoſitæ: quod eſt hujus loci proprium*, &c. Quid? quod Fabius eo ordine ſingula exſequitur, quo etiam propoſuit. Quare *ſimilitudo*, vel refragantibus exemplaribus, mihi legendum videtur. Eſt autem *ſimilitudo* oratio traducens ad rem quampiam aliquid ex re diſpari ſimile. Ea ſumitur, aut ornandi cauſſa, aut probandi, aut apertius dicendi, aut ante oculos ponendi. REGIUS. *Similitudo* legendum hoc loco videtur; nam Fab. lib. VIII. duo facit *ſimilitudinis* genera; alterum, quod ad illuſtrationem orationiſque ornamentum pertineat; alterum, quod ad probationem. Prior ornatui ſubjicitur, poſterior ad *confirmationem* ſpectat, de qua hoc loco agit. TURNEB. *diſſimilitudo*; MSS. Joan. Alm. Voſſ. prim. ſecund. Bern. Andr. Locat. Sich. Steph. margo Vaſc.

tum: ſed illa, cum res exiget: nunc ea, quæ ad probationem pertinent, exſequar. Potentiſſimum autem eſt inter ea, quæ ſunt hujus generis, quod proprie vocamus exemplum, id eſt, rei geſtæ, [30] aut ut geſtæ, utilis ad perſuadendum id, quod intenderis, commemoratio. Intuendum igitur, totum ſimile ſit, an ex parte; ut aut omnia ex eo ſumamus, aut quæ utilia erunt. Simile eſt: *Jure occiſus eſt* [31] *Saturninus*, [32] *ſicut Gracchi*. Diſſimile: [33] *Brutus occidit liberos proditionem molientes*: [34] *Manlius virtutem filii morte multavit*. Contrarium: [35] *Marcellus ornamenta Syracuſanis hoſtibus reſtituit*: [36] *Verres eadem ſociis abſtulit*. [37] Et probandorum & culpandorum ex his confirmatio eoſdem gradus habet. Etiam in iis, quæ futura dicemus, utilis ſimilium admonitio eſt; ut, [38] ſi quis dicens, [39] *Dionyſium idcirco petere cuſtodes ſalutis ſuæ, ut, eorum adjutus armis, tyrannidem occupet*, hoc referat exemplum; *eadem ratione* [40] *Piſiſtratum ad dominationem perveniſſe*. Sed ut ſunt exempla interim tota ſimilia, ut hoc proximum; ſic interim ex majoribus ad minora, ex minoribus ad majora ducuntur: *Si propter matrimonia violata urbes everſæ ſunt, quid fieri adultero par eſt?* [41] *Tibicines, cum ab urbe diſceſſiſſent, publice revocati ſunt; quanto magis* [42] *principes civitatis viri, & bene de republica meriti, cum invidiæ ceſſerint, ab exilio reducendi?* Ad exhortationem vero præcipue valent imparia: [43] *Admirabilior in femina, quam* [44] *in viro*, [45] *virtus*. Quare, ſi ad fortiter faciendum accendatur aliquis, non tantum afferent momenti Horatius & Torquatus, [46] quantum illa mulier, [47] cujus manu Pyrrhus eſt interfectus, & ad moriendum non tam Cato & [48] Scipio, quam Lucretia: quod ipſum [49] eſt ex minoribus ad majora. Singula igitur horum generum ex Cicerone (nam unde potius?) exempla ponamus. Simile eſt hoc pro Muræna: [50] *Etenim mihi ipſi accidit, ut cum duobus Patriciis, altero improbiſſimo* [51] *atque audaciſſimo, altero modeſtiſſimo atque optimo viro, peterem: ſuperavi tamen dignitate Catilinam, gratia Galbam.* [52] Majus minoris, [53] pro Milone: *Negant intueri lucem eſſe fas ei, qui a ſe hominem* [54] *occiſum eſſe fateatur. In qua tandem urbe hoc homines ſtultiſſimi diſputant? nempe in ea, quæ primum judicium de capite vidit M. Horatii*

29. *Interim &c.*] *Et interim*; Obrecht.

30. *Aut ut geſtæ.*] Hanc addit particulam propter exempla fabuloſa & poetica, quæ per fictionem fiunt; de quibus egit cap. de argumentis, & poſt etiam aget. Vel ideo hoc addit, ut ſignificet non ſemper exemplum verum eſſe, ſed interdum veriſimile tantum. TURNEB.

31. *Saturninus.*] Tribunus plebis fuit ſeditioſus, qui rempublicam turbavit: a Scæva quodam ſervo Crotonis occiſus eſt. CAPPER.

32. *Sicut Gracchi.*] Duo Gracchi, videlicet Tiberius Gracchus a Publio Naſica occiſus, & Caius Gracchus decennio poſt interfectus ab Opimio Conſule. Ambo erant eloquentiſſimi plebiſque ſtudioſiſſimi. Agrariis legibus rempublicam afflixerunt: occiſorum corpora in Tiberim projecta ſunt. Patrem habuere Tiberium Gracchum, qui Prætor fuit anno ab urbe condita. 573. CAPPER.

33. *Brutus.*] Junius ille Brutus qui, ut Cornelii Taciti verbis utar, *libertatem & Conſulatum Romæ inſtituit*. Vide Tit. Liv. libro II. CAPPER.

34. *Manlius virtutem.*] Manlius Torquatus conſul filium adoleſcentem fortiſſimum, quod extra ordinem abſque conſulis imperio cum hoſte manum conſeruiſſet, cum alioqui victoriam reportaſſet, ſecuri percuſſit. Bruti hiſtoria nota ex 2. lib. Livii ab urb. cond. TURNEB.

35. *Marcellus.*] Exemplum ſumptum ex Verrina IV. cap. 55. *Pugna*, inquit Cicero, *erat Agathoclis regis in tabulis picta præclare*, &c. quæ ſeqq. TURNEB.

36. *Verres eadem.*] *Verres eiſdem*; V. C. Alm.

37. *Et probandorum.*] Significat exempla locum habere in genere *demonſtrativo*, ſicque, ut in *judiciali*, duci a ſimili, diſſimili, & contrario: addit etiam locum habere in deliberationibus, quæ de futuro ſunt. TURNEB.

38. *Si quid dicens.*] *Si quis* legendum eſſe, ne admonitione quidem eſt dignum. REGIUS.

39. *Dionyſium.*] Patrem intelligi puto, qui perpetui imperii cupidiſſimus fuit uſque ad crudelitatem. TURNEB. Ariſt. I. Rhet. Juſtin. lib. XX.

40. *Piſiſtratum.*] Piſiſtratus multis vulneribus corpori illatis, lectica delatus eſt in forum, conqueſtuſque eſt ſibi illata ab inimicis; impetratiſque a populo corporis cuſtodibus, tyrannidem occupavit. Simile refert de M. Antonio Cicer. in *Philip.* TURNEB.

41. *Tibicines.*] Tibicines certo die ſolebant epulari in Jovis templo. Id cum eſſent vetiti facere, Tybur ſeceſſerunt: ex ſenatuſconſulto tamen ſunt revocati, quod ſacra fieri non poſſent abſque muſica. TURNEB. Vide Livium lib. IX. 30.

42. *Principes civitatis.*] Valer. lib. II. tit. de inſtit. antiq. PHILAND.

43. *Admirabilior.*] *Laudabilior*; MSS. Bodl. Alm.

44 *In viro.*] *Viro*; Voſſ. prim. tert.

45. *Virtus.*] Fortitudo, quæ vulgo audacia dicitur, quum audacia fere in malo eſt, ut virtus in bono. Qua ratione *fortiter* dicimus, pro *audaciter*. TURNEB.

46. *Quantum illa mulier.*] Pyrrhus rex Epirotarum Argos irruperat: in conflictu a quodam ſauciatus, cum ulciſci vellet, mater illius, quem Pyrrhus inſequebatur, conſpicata filii periculum, de tecto tegulam in caput Pyrrhi devolvit, Pyrrhumque interfecit. TURNEB.

47. *Cujus manu Pyrrhus interfectus.*] Quamvis *eſt* verbum ſæpenumero eleganter prætermittatur, hic tamen *eſt* verbum mihi adſcribendum videtur hoc modo: *Pyrrhus eſt interfectus.* REGIUS. Omiſit *eſt* Aldus.

48. *Scipio.*] Malo hoc loco eum intelligere, qui primus omnium ſuorum, aliis detrectantibus, contempto mortis periculo, hoſtilem murum tranſcendit; cujus meminit L. Florus lib XLVIII. MOSELLANUS.

49. *Eſt ex majoribus ad minora.*] Niſi corrigatur hic ſenſus, minus videtur eſſe verus. Neque enim major eſt feminæ virtus, quam viri; ſed quia rarior, idcirco admirabilior. Quare, ut pro *majoribus* legendum eſt *minoribus*, ita *minora* in *majora* videntur commutanda. REGIUS. *Ex majoribus ad minora*; MSS. Bodl. Joan. Alm. Voſſ. omnes. Locat. Vidov. Obrecht. Colon. margo.

50. *Etenim mihi ipſi.*] Servius Sulpitius Murænam dicebat ad conſulatum ambitu perveniſſe; quia, cum ipſe patricius eſſet, a Muræna dignitate ſuperari non potuiſſet: quod ut refutet Cicero, exemplum ſuum confert, qui anno priore novus homo duobus patriciis in conſulatu prælatus fuerit. TURNEB. Eſt ex oratione pro Muræn. cap. 8.

51. *Atque audaciſſimo.*] Non agnoſcunt MSS. Alm. Voſſ. omnes Ald. Locar. *Peterem.*] Supple, conſulatum. CAPPER.

52. *Majus minoris.*] Hoc eſt, majus quoddam facinus fit exemplum minoris. CAPPER.

53. *Pro Milone.*] Cap. 3.

54. *Occiſum eſſe fateatur.*] *Occiſum fateatur*; Ald. Colin,

fortiſſimi viri, qui, nondum libera civitate, tamen populi Romani comitiis liberatus eſt, cum ſua manu ſororem eſſe interfectam fateretur. [55] Minus majoris: [56] *Occidi, occidi non Spurium Melium, qui annona levanda,* [57] *jacturaque rei familiaris, quia nimis amplecti* [58] *plebem putabatur, in ſuſpicionem incidit regni* [59] *appetendi, &c.* deinde: *Sed eum* ([60] *auderet enim dicere, cum patriam* [61] *periculo ſuo liberaſſet*) *cujus* [62] *nefarium adulterium in pulvinaribus*; & totus in Clodium locus. Diſſimile [63] plures cauſſas habet; fit enim genere, modo, tempore, loco, [64] cæteriſque, per quæ fere omnia Cicero præjudicia, quæ de Cluentio videbantur facta, ſubvertit. [65] Contrario vero exemplo cenſoriam notam, laudando [66] cenſorem Africanum, qui eum, quem [67] pejeraſſe conceptis verbis palam dixiſſet, teſtimonium etiam pollicitus, ſi quis contradiceret, nullo accuſante, [68] traducere equum [69] paſſus eſt. Quæ, quia erant longiora, non ſuis verbis expoſui. Breve autem apud [70] Virgilium contrarii exemplum eſt:

At non ille, ſatum quo te mentiris, Achilles
Talis in hoſte fuit Priamo.

Quædam autem ex iis, quæ geſta ſunt, tota narrabimus; ut Cicero [71] pro Milone: *Pudicitiam cum eriperet militi tribunus militaris in exercitu Caii Marii, propinquus ejus imperatoris interfectus ab eo eſt, cui vim afferebat. Facere enim probus adoleſcens periculoſe, quam* [72] *perpeti turpiter maluit; atque hunc ille ſummus vir ſcelere ſolutum, periculo liberavit.* Quædam [73] ſignificare ſatis erit, [74] ut idem ac pro eodem: *Neque enim poſſet* [75] *aut Ahala ille Servilius, aut* [76] *P. Naſica,* [77] *aut L. Opimius, aut* [78] *C. Marius, aut* [79] *me conſule Senatus non nefarius haberi,* [80] *ſi ſceleratos cives interfici nefas eſſet.* Hæc ita dicentur, prout nota erunt, [81] vel utilitas *cauſſæ* aut decor poſtulabit. [82] Eadem ratio eſt eorum, quæ ex poëticis [83] fabulis ducuntur: niſi quod iis minus [84] affirmationis adhibetur; cujus uſus qualis eſſe deberet; idem optimus auctor ac magiſter eloquentiæ [85] oſtendit. Nam hujus quoque generis eadem in [86] oratione reperietur exemplum: *Itaque hoc, judices, non ſine cauſſa etiam fictis fabulis doctiſſimi homines memoriæ prodiderunt,* [87] *eum, qui patris ulciſcendi cauſſa matrem necaviſſet,* [88] *variatis hominum ſententiis,* [89] *non ſolum divina, ſed etiam ſapientiſſimæ deæ ſententia liberatum.*

55. *Minus majoris.*] Id eſt, minus quoddam facinus ſit exemplum majoris. CAPPER.

56. *Occidi.*] In Cicerone eſt *occidi, occidi*; PHILAND. ex eadem oratione cap. 27.

57. *Jacturaque.*] *Jacturiſque* eſt in Ciceronis codicibus.

58. *Plebem putabatur.*] *Videbatur*; MSS. Joan. Colb. Bern. Voſſ. ſecund. Andr. Locat. Ald. Colon. Sich. Baſil. Gryph. Vidov.

59. *Appetendi.*] *Affectandi*; MSS. Bodl. Alm. Vide Gebh. 1. Crep. cap. IV.

60. *Auderet.*] Milo videlicet, quem loquentem Cicero inducit. CAPPER.

61. *Periculo liberaſſet.*] *Periculo ſuo*; Steph. Colin. & Ciceronis codices.

62. *Nefarium adulterium.*] *Nefandum*; MSS. Joan. Voſſ. omnes. Andr. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Vidov. Obrecht. & apud Ciceronem quidam etiam codices.

63. *Plures cauſſas habet.*] *Plures ex ſe caſus habet*; MSS. Bodl. Joan. Alm. Voſſ. ſecund. Andr. *Plures caſus habet*; Voſſ. prim. Sich. Obrecht. *Ex ſe plures cauſſas habet*; Locat. Ald. Baſil. Gryph. Vidov. *Plures cauſſas habet.*] Cauſſas diſſimilitudinis, &, ut aiunt in ſcholis, *rationes diſparitatis*. CAPPER.

64. *Cæteriſque.*] *Cæteris*; Voſſ. prim.

65. *E contrario vero exemplo.*] E præpoſitio, ut ſupervacua, expungatur; contrario namque exemplo cenſoriam notam Cicero *pro Cluentio* evertit cap. 48. REGIUS. *E contrario*; Locat. Ald. *a contrario* Aſcenſius legit.

66. *Cenſorem Africanum.*] Valer. Max. lib. IV. cap. 1. §. 10.

67. *Pejeraſſe conceptis verbis.*] Antiqui in jurejurando certam verborum formulam obſervabant, idque *conceptis verbis jurare* dicebant: quod ſi quis tum falſum dixiſſet, *conceptis verbis pejeraſſe* ferebatur. TURNEB.

68. *Traducere equum.*] Hoc factum dicitur a Valerio in Caium Licinium ſacerdotem, equitem Romanum. Porro Romani equites Idibus Quintilibus recognoſcebantur, *equumque traducebant*: id autem *traductio* appellatur & *tranſvectio*, vulgo *monſtra*. TURNEB. Adde quod cenſor, quibus inuſtam vellet ignominiæ notam, iis equum adimebat. CAPPER.

69. *Paſſus eſt.*] *Paſſus eſſet*; Voſſ. ſecund.

70. *Virgilium.*] Lib. 11. Æneid. 540.

71. *Pro Milone.*] Cap. 4.

72. *Perpeti.*] *Pati*; Voſſ. tert.

73. *Significare.*] Simpliciter & paucis enunciare, innuere, non ſigillatim & pluribus verbis enarrare. CAPPER.

74. *Ut idem.*] Cap. 3.

75. *Aut Hala ille.*] *Aut* non habent MSS. Alm. Voſſ. ſecund. *Ahala*; Cicer. & cod. Bern. *Ahala Servilius.*] Qui Spurium Melium occidit. Vide Tit. Liv. lib. IV. CAPP.

76. *Publius Naſica.*] Qui Tiberium Gracchum interfecit. CAPPER.

77. *Aut L. Opimius.*] *Aut L. Opimius, aut C. Marius*; Cicer. & ita Ald. Baſil. Colin. *L. Opimius.*] Qui Caium Gracchum occidit. CAPPER.

78. *C. Marius.*] Qui conſul cives ad arma convocavit, quibus Apuleius Tribunus plebis cum Glaucia Prætore oppreſſus eſt. Vide Appian. 1°. civil. & Plutarch. in Mario. CAPPER.

79. *Me conſule ſenatus.*] Nam Cicerone conſule ſenatus decrevit, ut quinque cives, Lentulus, Cethegus & alii indicta *cauſſa* occiderentur in carcere, tanquam Catilinariæ conjurationis participes. Vide Salluſtii bellum Catilinar. CAPPER.

80. *Si ſceleratos.*] *Si ſceleratos cives*; Cicero, & ita Ald. Baſil. Colin.

81. *Vel utilitatis cauſſæ.*] Correcte in aliis exemplaribus legitur *utilitas*. REGIUS.

82. *Eadem ratio eſt.*] Exempla fabuloſa imbecilla ſunt; ideoque illis in oratione vix eſt utendum, niſi aliorum quoque exemplorum copia ſuppeditet. TURNEB.

83. *Fabulis dicuntur.*] *I* vocali in *u* converſa, *ducuntur* eſſe legendum videtur. REGIUS. *Dicuntur*; Locat.

84. *Affirmationis.*] *Confirmationis*; Voſſ. tert.

85. *Oſtendit.*] *Oſtendet*; Voſſ. prim.

86. *Oratione.*] Cicer. pro Milone cap. 3.

87. *Eum qui patris ulciſcendi cauſſa matrem necaviſſet.*] Oreſtem, qui Agamemnonis ulciſcendi cauſſa Clytæmneſtram necaviſſet. CAPPER.

88. *Variatis hominum ſententiis.*] Nam Oreſtes, ut Græci ſcholiaſtæ ſcribunt, *cauſſam* dixit apud Areopagitas, illicque abſolutus eſt. TURNEB.

89. *Non ſolum humana.*] *Non ſolum divina*; MSS. Bodl.

[90] Illæ quoque fabulæ, quæ, etiam ſi originem non ab Æſopo acceperunt (nam videtur earum primus [91] auctor Heſiodus) nomine tamen Æſopi maxime celebrantur, ducere animos ſolent, præcipue [92] ruſticorum, & imperitorum, qui & ſimplicius, quæ ficta ſunt, audiunt, & capti voluptate facile iis, quibus delectantur, conſentiunt. Siquidem & [93] Menenius Agrippa [94] plebem cum patribus in gratiam traditur reduxiſſe nota illa de membris humanis adverſus ventrem [95] diſcordantibus fabula. Et Horatius ne in poëmate quidem humilem generis hujus uſum putavit, in illis verſibus :

> [96] *Olim quod vulpes ægroto cauta leoni*, &c.

[97] Αἶνον Græci vocant, & [98] Αἰσωποποίητον, [99] ut dixi, [100] λόγους μυθικούς; noſtrorum quidam, non ſane recepto in uſum nomine, [101] *apologationem*. Cui confine eſt παροιμίας genus illud, quod eſt velut [102] fabella brevior, & per *allegoriam* accipitur. [103] *Non noſtrum*, inquit, *onus : bos clitellas.* [104] Proximas exemplo vires habet ſimilitudo, [105] præcipueque illa, quæ ducitur citra ullam [106] *tranſlationum* mixturam ex rebus pene paribus: [107] *Ut qui accipere* [108] *in Campo conſueverunt, iis candidatis, quorum* [109] *num-*

Joan. Alm. Voſſ. omnes & Bern. Andr. Locat. Ald. Par. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Vide commentatores ad Ciceronis hæc verba. *Humana.* Stephan.

90. *Illæ quoque fabulæ.*] Gellius certe lib. II. cap. 29. magna cum laude fabulas illas, quibus inter ſe muta animalia confabulantur, Æſopo tribuit. At Quinctilianus noſter hoc loco tractationem quidem earum in ſoluto & ſimplicis orationis vel ſermonis genere Æſopo permittit: ſed originem plane refert ad Heſiodum, hac nimirum uſus conjectura, quod in Heſiodi Georgicis ſubinde eædem fabulæ narrantur, atque etiam ad allegoriam trahuntur. Jam conſtat multis ſeculis Heſiodum Æſopo antiquiorem, adeo ut apud Plutarchum hiſtoriæ ſcriptor Ephorus vel Homero vetuſtiorem faciat: nec admodum a Fabii judicio diſſentit Calliſtratus, Græcus ſcriptor, in imaginum deſcriptionibus. MOSELLAN. Vide Auguſtin. lib. I. de concordia. PHILAND. Fabulæ variis nominibus appellantur, pro inventorum diverſitate; nam quædam dicuntur Cypriæ, quædam Ciliſſæ, quædam Sybariticæ: cum tamen hoc fabularum genus maxime ſit ab Æſopo celebratum, factum eſt ut Æſopicæ dicerentur fabulæ. TURNEB.

91. *Auctor Heſiodus.*] Suidas ait, Heſiodum primum omnium fabulas ſcripſiſſe, qui etiam 130. annis Æſopo ſuperior fuit. Nota eſt illius fabula de accipitre & philomela. SICHARD. Cum Fabio ſentit Theon Alexandrinus in *Progymnaſmat.* pag. 22. edit. Baſileenſis; Αἰσώπειοι δὲ ὀνομάζονται, ὡς ἐπίπαν, οὐχ ὅτι Αἴσωπος πρῶτος εὑρετὴς τῶν μύθων ἐγένετο· (Ὅμηρος γὰρ, καὶ Ἡσίοδος, καὶ Ἀρχίλοχος, καὶ ἄλλοι τινὲς πρεσβύτεροι γεγονότες αὐτοῦ, φαίνονται ἐπιστάμενοι, καὶ δὴ καὶ Κόννις ὁ Κίλιξ, ſic lege, καὶ Θοῦρος ὁ Συβαρίτης, καὶ Κυβισσὸς ἐκ Λιβύης, μνημονεύονται ὑπό τινων ὡς μυθοποιοί) ἀλλ' ὅτι Αἴσωπος αὐτοῖς μᾶλλον κατακόρως καὶ δεξίως ἐχρήσατο. Et Priſcianus in art. Præexercit. *Omnes autem communiter Æſopiæ nominantur, quoniam in conventibus frequenter ſolebat Æſopus fabulis uti.* Lege diſertiſſimum Vavaſſorium in Diſſertatione de ludicra dictione, pag. 14. & ſeq. COLOMES. Agnoſcit tamen inventorem Æſopum Conſtant. Porphyr. Themat. lib. I. Them. IV. ubi patriam ſimul indicat, Cotyaëum nempe. Hic Æſopus adeo carus fuit deis, ut eum reſuſcitarint. Henr. Kornmannus de miraculis mortuorum part. II. cap. 22. decem vero Æſopos enumerat, atque pauculis verbis deſcribit Axenius ad Phædr. Prolog. quem vide; & de Æſopo ex profeſſo ſcribentem Giſb. Cuperum Obſerv. IV. cap. 4. ALMELOV. vide Gataker. de ſtylo Novi Teſtamenti cap. 23. cui ſua debet Colomeſius.

92. *Ruſticorum & imperitorum.*] Immo puerorum. Serv. ad Virgil. Eclog. VI. verſ. 41. ait, *fabulis plenis admirationis puerorum corda mulceri; nam fabulæ delectationis cauſſa inventæ ſunt, ut ipſe Virgilius etiam in Georgicis docet, dicens:*

> *Cetera quæ vacuas tenuiſſent carmina mentes.*

ALMELOV.

93. *Menenius.*] Livius lib. II. cap. 32.

94. *Plebem cum Patribus.*] Plebeïos cum Patriciis, Senatoribus, &c. CAPPER.

95. *Diſcordantibus fabula.*] *Fabella*; Voſſ. tert.

96. *Olim quod vulpes.*] *Quod dixit vulpes ægroto cauta leoni*; V. C. Alm. Locat. eſt vero ex lib. I. Epiſt. I. 73.

97. *Αἶνον Græci vocant.*] Αἶνος, ut ait Ammonius, explicario quædam eſt, ſumpta ab animalibus brutis, aut plantis, ad commonitionem: παροιμία autem eſt ipſius αἴνου caput & compendium; ut, *cantharus aquilam*; hæc enim *parœmia* in ſe continet etiam *apologum*: hoc tamen non fit in omnibus proverbiis. TURNEB. vide Cæl. Rhodig. lib. XV. cap. 26.

98. *Αἰσωποποίητον.*] Suſpicor plane librariorum incuria verbum omiſſum; neque enim Græci hoc fabularum genus ſimpliciter αἰσωποποίητον, nominant; ſed ab auctore ſic cognominant, ut Calliſtratus in deſcriptione imaginum: atque haud ſcio, an non ex eadem ſcripturæ conſideratione ſumi poſſet hic legendum Αἰσώπειον, nomine poſſeſſivo. MOSELLAN. Quantum ex Ariſtophanis commentariis intelligi datur, veteres eas fabulas vocabant, quæcunque de irrationalibus animalibus compoſitæ erant. SICHARD. Apud Calliſtratum, quem hic & paulo ante laudat Moſellanus, nihil de fabulis Æſopi reppert: at forte memoriæ vitio, pro Philoſtrato, Calliſtratum poſuit; apud illum enim in *Iconibus* cap. III. fabulæ ad Æſopum, & etiam ad Homerum & Heſiodum referuntur. BURMAN. *Αἰσωποποίητον.*] Quaſi dicas, fictam ab Æſopo fabulam. CAPPER.

99. *Ut dixi.*] *Et ut dixi*; Locat. Steph. Baſil. Gryph. Colin.

100. *Λόγους μυθικούς.*] *Sermones fabuloſos.* CAPPER.

101. *Apologationem.*] Plaut. Sticho IV. I. 32. & 64. *Apologum* dixit.

102. *Fabula brevior.*] *Fabella brevior*; MSS. Bodl. Joan. Alm. Voſſ. prim. & ſec. Andr. Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht.

103. *Non noſtrum.*] Ductum eſt hoc proverbium ex Epiſtolis Cicer. ad Attic. quo ſignificamus injunctam alicui provinciam non idoneam, aut impoſitum onus non commodum; *nam bovi non imponuntur clitellæ*; ſed mulis, equis, cæteriſque dorſuariis animalibus. TURNEB. *Non noſtrum, inquit, onus : vos clitellas*; Voſſ. ſecund. Locat. *nos noſtrum, inquit, onus : bos clitellas*; Voſſ. prim. Baſil. Gryph. Colin. Vide Cicer. ad Att. V. Ep. 15. *Clitellæ bovi ſunt impoſitæ, plane non eſt noſtrum onus*: unde apparet recte legi *non noſtrum, inquit, onus : bos clitellas*, ſcilicet *portabat*, quas aſinus deberet portare; ut recte Eraſmus expoſuit in Proverbiis titulo *Munus aptum, aut ineptum*: illa vero verba, *bos clitellas*, ſunt prima fabulæ verba, de homine abſurdo ſtolidoque, qui clitellas bovi impoſuerat, ſuo atque bovis malo, ut recte Scheffer. lib. II. de re vehic. cap. 2. ubi plura de clitellis. BURMAN. Vide Ammian. Marcellin. lib. XVI. CAPPER.

104. *Proximas exempli vires.*] Loco *exempli* legendum eſſe videtur *exemplo*: ſic autem eſt diſtinguendum, ne ſenſus natura diſtincti confundantur. REGIUS. *Exemplo*; Ald. Par. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Vide Rodolph. lib. I. cap. 16.

105. *Præcipueque.*] *Præcipue*; V. C. Alm. *præſertim*; Voſſ. prim. tert.

106. *Tranſlationum.*] Hoc eſt, locutionum *metaphoricarum* aut *allegoricarum*. CAPPER.

107. *Ut qui accipere.*] In magiſtratuum comitiis diviſores quidam ac ſequeſtres pecunias diſtribuebant in tribus & centurias, quo ſuffragia emerent candidatis. TURNEB. Eſt ex Oratione pro Cluentio cap. 27.

108. *In campo.*] In campo Martio, ubi comitia Romanorum ad eligendos magiſtratus habebantur. CAPPER.

109. *Nummos ſuppreſſos.*] Nummos ſupprimit, qui celat, occultat, diſſimulat ſe habere, dolo malo retinet. CAPP.

mos ſuppreſſos eſſe putant, inimiciſſimi ſolent eſſe; ſic [110] *ejuſmodi judices infeſti tum reo venerant.* [111] Nam παραβολὴ, quam Cicero *collationem* vocat, longius res, [112] quæ comparentur, repetere ſolet. Nec hominum modo inter ſe opera ſimilia ſpectantur, ut Cicero pro Muræna facit: [113] *Quod ſi e portu* [114] *ſolventibus,* [115] *ii, qui jam in portum ex alto invehuntur,* [116] *prædicere ſummo ſtudio ſolent & tempeſtatum rationem, & prædonum, & locorum;* [117] *quod natura fert, ut iis faveamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti ſumus, ingrediantur: quo me tandem animo eſſe oportet, prope jam ex magna jactatione terram videntem, in hunc, cui video* [118] *maximas reipub. tempeſtates eſſe ſubeundas?* [119] Sed & a mutis atque etiam inanimis interim hujuſmodi ducitur. Et quoniam [120] ſimilium alia facies [121] in tali ratione, admonendum eſt, rarius eſſe in oratione illud genus, [122] quod εἰκόνα Græci vocant (quo exprimitur rerum aut perſonarum *imago*, ut Caſſius, *Quis iſtam* [123] *faciem planipedis ſenis torquens?*) [124] quam id, quo probabilius fit, quod intendimus; ut, ſi animum dicas excolendum, ſimilitudine utaris terræ, quæ neglecta ſentes [125] atque dumos, [126] culta fructus creat; aut, ſi ad curam reip. horteris, [127] oſtendas [128] apes etiam, formicaſque non modo muta, ſed etiam parva

110. *Hujuſmodi judices.*] *Ejuſmodi*; V. C. Alm. Oxon. Obrecht. & ita apud Ciceronem.

111. *Nam παραβολή.*] Similitudo a *collatione* diſcrepat; nam e propinquo ducitur & rebus pene paribus; *collatio* vero longius repetitur, nec ſolum res hominum comparat, verum etiam brutorum, & rerum inanimatarum. TURNEB. Vide infra lib. VIII. cap. 3. convenit vero illa magis Poëtis, teſte Macrobio IV. Satur. 16. ALMELOV.

112. *Quæ parantur.*] *Comparantur* ut legamus, ſenſus expoſcere videtur. REGIUS. *Quæ comparantur*; Gryph. Colin. Vidov. Steph. *comparentur*; alii. *Quæ parantur*; Voſſ. ſecund.

113. *Quod ſi e portu.*] Hujuſmodi ſimilitudinis comparationem ſolent appellare *a proportione* plerique Dialectici; de qua poſterius. TURNEB. Eſt cap. 2. Orat. pro Mur. ubi legitur: *quod ſi portu ſolventibus*: ſed de hoc agemus ad Ovid. Epiſt. XVIII. 10.

114. *Solventibus.*] Supple, navem, vel funem nauticum. CAPPER.

115. *Ii, qui.*] *Ii* non habent Voſſ. omnes, Steph. Baſil. Gryph.

116. *Prædicere.*] *Præcipere*; MSS. Joan. Voſſ. omnes, Bern. Ald. & ita Cicero.

117. *Quod natura fert.*] *Adfert*; MSS. Alm. Voſſ. omn. perperam; ut notavit ad Ciceronem celeberrimus Grævius, & Regius jam damnavit.

118. *Maximas reipublicæ tempeſtates.*] *Maximas tempeſtates*; MSS. Alm. Voſſ. omnes; Locat. Steph. Gryph. Vidov. Oxon. Obrecht.

119. *Sed & a mutis.*] *Sed παραβολὴ a mutis*; Locat. Ald. Par. Baſil. Gryph. Colin. *ſed a mutis*; V. C. Alm. *A mutis.*] Id eſt, a brutis animantibus, ἀπὸ τῶν ἀλόγων. CAPPER. *Sed & a mutis atque etiam inanimis interim hujuſmodi ducitur.*] Editio Lugdunenſis, *interim hujuſmodi dicitur*; error per ſe manifeſtus, etiam ſi non proderetur a codice MS Joannenſi, maximaque parte editorum. GIBSON. *Ducitur*; etiam Voſſiani omnes. Francius malebat, *hujuſmodi comparatio ducitur*: ſed comparatio, vel ἡ παραβολὴ ſubintelligi facile poteſt ex præcedentibus. CAPPER.

120. *Similium alia facies.*] *Alia atque alia facies*; Ald. Baſil. Colin. *Similium alia facies in tali ratione.*] Iſtud *in*, ab editionibus nonnullis prætermiſſum, a codice MS. Joannenſi, editis Andreæ, Aldi, Sichardi, Vaſcoſani, Stephanique, admoniti inſeruimus, ne ulla ex parte mancus eſſet politiſſimus ſcriptor. GIBSON. *In* etiam eſt in MSS. Alm. Voſſ. omn. Locat. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht.

121. *In tali ratione.*] Subintellige, ſimilitudinum, vel comparationum. CAPPER.

122. *Quod εἰκόνα Græci vocant.*] Imago formæ eſt, cum forma expreſſa repræſentatio & ſimilitudo. Ariſt. imaginem differre putat a *metaphora*, ſola quaſi enunciatione; nam ſi Achillem voces leonem, *metaphora* eſt: ſi illum ut leonem in hoſtes irruiſſe dicas, eſt εἰκών, id eſt, imago. TURNEB. *Imago fit, cum aut forma corporis abſentis deſcribitur; aut omnino, quæ nulla eſt, fingitur*; Macrob. IV. 5. ALMELOV. Cæterum notabis hic ſpecialem τῆς εἰκόνος ſignificationem; nunc enim ἡ εἰκὼν dicitur loquendi modus, quo rerum aut perſonarum imago exprimitur. CAPPER.

123. *Faciem lanipedi.*] Hoc quidem dictum menda non caret: ſed quia non exſtat opus, unde eſt ſumptum, ne corrigi quidem facile poteſt: niſi forte *Planipedis* legamus, perinde ac ſi diceret *comici ſenis. Planipes* namque genus eſt Poëmatis, comœdiæ ſimile, qui mimus a Græcis vocatur. REGIUS. *Planipes* dicitur comœdia admodum humilis, cujus actio ab hiſtrionibus citra ſoccum plano pede peragitur. Eodem quoque nomine appellatur *mimus*, qui eam comœdiam agit. TURNEB. Doctiſſimus Gebhardus, Crepund. lib. II. cap. 15. pag. 95. ex MS. cod. *Lanipedis* legit. *Lanipedem ſenem* feſtiviſſime vocat tardigradum, pulmoneos, ut Plautus loquitur, pedes lana obligatum, eoque lentius promoventem. Macrob. lib. I. Saturn. cap. 8. *Saturnum Apollodorus alligari ait per annum laneo vinculo, & ſolvi ad diem ſibi feſtum, id eſt, menſe Decembri, atque inde proverbium ductum; Deos laneos pedes habere.* Nam qui pedes ulceroſos habebant, laneis vinculis deligabant. Vide Plinium lib. XXIX. cap. 2. Et ideo affectis pedibus minus celeres. Pertinet huc jocus Ciceronis apud Quinctilianum lib. VI. cap. 3. *Sed elevandi genus eſt etiam cauſſarum relatio, qua Cicero eſt uſus in Vatinium, qui pedibus æger, cum vellet videri commodioris valetudinis, & diceret ſe jam bina millia paſſuum ambulare: dies hi, inquit, longiores ſunt.* Videtur autem Fabius *conſeneſcere* pro tardum eſſe, ſenum more lentum gradum moliri, uſurpaſſe lib IX. cap. 4. *Totus vero locus hic non ideo tractatur a nobis, ut oratio, quæ ferri debet ac fluere, dimetiendis pedibus ac perpendendis ſyllabis conſeneſcat.* Idem lib. X. cap. 3. *Nam quomodo ſufficere civilibus officiis poſſit, qui ſingulis actionum partibus inſeneſcat.* Sic Euripid. Phœniſſ. verſ. 310.

Γηραιῷ τρομερὸν ἕλκω ποδὸς βάσιν.

Alceſtide verſ. 611.

Καὶ μὴν ὁρῶ σὸν πατέρα γηραιῷ ποδὶ
Στείχοντα.

Sic Andromach. verſ. 544. 545.

Καὶ μὴν δέδορκα τόνδε Πηλέα πέλας,
Σπουδῇ τιθέντα δεῦρο γηραιὸν πόδα.

Vide plura apud Gebhardum citato loco. PAREUS. *Lanipedi*; MSS. Bodl. Alm. Andr. Caſſii Severi eſſe puto, quem Tragœdias ſcripſiſſe tradunt veteres: de quo vide Voſſ. de Poët. Latin. cap. II. & de Hiſt. Latin. I. 21. ex eo citat Chariſ. lib. I. Inſtit. pag. 80. *Gauſapo purpureo ſalutatus*: & alii Grammatici ex eo quædam producunt: ſed, ut verſus conſtet, legi poſſet;

Quis iſte? faciem planipedis ſenis torquens?

Quis iſte, qui os ſibi ita diſtorquet, ut ſenex planipes? minius quidam, qui ore diſtorto ſpectabatur in mimo, quem agebat; ut apud Terent. Eunuch. IV. 4.

Illud vide, os ut ſibi diſtorſit carnifex:

& ut ſupra lib. I. cap. II. *ne labra diſtorqueantur* dixit, ubi *torqueantur* alii. BURMAN. Vide Diomedem pag. 487. veter. Grammatic. CAPPER.

124. *Quam id quod probabilius.*] *Quo*, litera *d* eraſa, legendum eſt. REGIUS.

125. *Atque dumos.*] *Aut dumos*; Voſſ. tert. *& dumos*; Voſſ. ſecund.

126. *Culta fructus.*] *Exculta*; Ven. Locat. Ald. Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

127. *Oſtendes.*] *Oſtendas* legendum, ut modi ſimiles copulentur. REGIUS. *Oſtendes*; Locat.

128. *Apes etiam formicaſque.*] Ariſt. primo cap. lib. primi de hiſtoria animalium ait, apes monarchiam habere, formicas democratiam. TURNEB. Vide Euſtath. comment.

[129] animalia,

animalia, in commune tamen laborare. Ex hoc genere [129] dictum illud eſt Ciceronis: *Ut corpora noſtra ſine mente; ita civitas ſine lege, ſuis partibus, ut nervis ac ſanguine & membris, uti non poteſt.* Sed, ut [130] hac corporis humani pro Cluentio; ita pro Cornelio, equorum; pro Archia, [131] ſaxorum quoque uſus eſt ſimilitudine. Illa (ut dixi) [132] propiora; *ut* [133] *remiges ſine gubernatore,* [134] *ſic milites ſine imperatore nihil valere.* [135] Solent tamen fallere ſimilitudinum ſpecies, ideoque adhibendum eſt his judicium. Neque enim, ut navis utilior nova, quam vetus, ſic amicitia; [136] vel, ut laudanda, quæ pecuniam ſuam pluribus largitur, ita quæ formam. Verba ſunt in his ſimilia, [137] vetuſtatis, & largitionis: vis quidem longe diverſa, pecuniæ, & pudicitiæ. Itaque in hoc genere maxime quæritur, an ſimile ſit, quod infertur. [138] Etiam in illis interrogationibus [139] Socraticis, quarum paulo ante feci mentionem, cavendum, ne incaute reſpondeas, ut apud Æſchinem Socraticum male reſpondit [140] Aſpaſiæ Xenophontis uxor: quod Cicero his verbis transfert: [141] *Dic mihi,* [142] *quæſo, Xenophontis uxor, ſi vicina tua melius habeat aurum, quam tu habes;* [143] *utrum illius, an tuum malis? Illius, inquit. Quid? ſi veſtem & cæterum ornatum muliebrem pretii majoris habeat, quam tu habes; tuum, an illius malis? Illius vero, reſpondit.* [144] *Age, inquit, ſi virum illa meliorem habeat, quam tu habes;* [145] *virumne tuum, an illius malis?* Hic mulier [146] erubuit merito; male enim reſponderat, ſe malle alienum aurum, quam ſuum; nam eſt id improbum. At ſi reſpondiſſet malle ſe aurum ſuum tale eſſe, quale illud eſſet, potuiſſet pudice reſpondere, malle ſe virum ſuum talem eſſe, qualis melior eſſet. Scio quoſdam inani diligentia per minutiſſimas iſta partes ſecuiſſe, & eſſe aliquid minus ſimile; ut ſimia homini, [147] & ut marmora [148] deformata prima manu: aliquid plus, ut illud: *Non ovum tam ſimile ovo.* Et diſſimilibus ineſſe ſimile; [149] ut eſt formicæ & elephanto genus, [150] quia ſunt animalia. Et ſimilibus diſſimile; [151] ut,

——— *Canibus catulos, & matribus hœdos;*

ad Hexaëmer. pag. 31. & ibi doctiſſimas & ampliſſimas notas Leonis Allatii. ALMELOV.

129. *Dictum eſt.*] *Ductum eſt;* Ald. Sich. Baſil. Vidov. margo. Ego *dictum* retinui, quod ſententiam gravem, & acutam & etiam facetam notat. ut dictum Syllæ Suet. Cæſ. 45. Vide Græv. ad Cicer. XI. ad fam. 20. Vide de dictis Cicer. II. Orat. 45. eſt autem hoc dictum ex Oratione pro Cluentio cap. 54. ubi quidam codices, *ſuis partibus & nervis.* BURMAN.

130. *Hac corporis.*] *Hic;* Gryph. Vidov.

131. *Saxorum.*] Pro Arch. cap. 8.

132. *Propiora.*] *Propriora;* MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Bern.

133. *Remi ſine gubernatore.*] *Remiges* legendum eſſe, ſatis ex ipſo patet ſenſu. REGIUS. *Remi;* Locat. *ſine gubernatione;* Voſſ. prim. tert.

134. *Sic milites.*] *Ita;* Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

135. *Solent tamen.*] Ideo apud ruſticos ſæpius, quam doctos, uſurpari ſolent. TURNEB.

136. *Velut laudanda.*] *Vel* & *ut* particulæ diſtinguendæ, ne una dictio (cum ſint duæ) eſſe videatur. REGIUS. Subauditur autem *mulier.* CAPPER.

137. *Vetuſtatis & largitionis.*] *Largitionem* referre debemus ad pecuniam, *vetuſtatem* ad amicitiam & navim. Alii legunt *venuſtatem*, ut de eodem dictum accipiamus, quemadmodum in *redditione* dixit Fabius. TURNEB. In hac nota *redditio* ſignificat poſterius comparationis membrum, quod his particulis *ita*, *ſic*, &c. declaratur. Fabius lib. VIII. cap. 3. *redditionem* vocat, & aliquando *contrariam redditionem.* Græci dicunt ἀπόδοσιν & ἀνταπόδοσιν, cui reſpondet altera ex parte πρότασις. CAPPER.

138. *Etiam ſi in illis.*] *Si* particula, ut ſenſum perturbans, eradenda videtur. REGIUS. Habet Locat. *Etiam in illis interrog.*] *Inductio* Socratica, quæ per interrogationem fit, maxime ſolet reſpondentem illaqueare; cum enim res multas proponat, nec ſatis intelligat, qui reſpondet, quæ ſit ſecutura concluſio, facile decipitur: hoc genere fallebat ſophiſtas Socrates. TURNEB.

139. *Socraticis.*] *Socratis;* MSS. Alm. Voſſ. omnes, Locat. Ald. Andr. Sich. Par. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

140. *Aſpaſia.*] Legendum videtur *Aſpaſiæ*, ut ex Cicerone lib. I. de *Inventione* apparet; nec enim Aſpaſia vocatur Xenophontis uxor; & cum Xenophontis uxore diſputat Aſpaſia apud Æſchinem. TURNEB. Falſus eſt Fabius, quique eum ſecutus Bruſonius in Apophthegm. fuit enim Aſpaſia hæc, non Xenophontis uxor, ſed Sophiſtria, quæ Rhetoricam docuit, & Periclem amavit; cumque eidem nupſiſſet, Samii ac Peloponneſiaci belli auctor fuit, teſte Plutarcho in Pericle. COLOMESIUS. Vide Voſſium lib. III. Inſtit. Orat. cap. IV. §. 6. unde hæc Colomeſius tranſtulit. Sed *Aſpaſiæ* legendum eſt ſine dubio: quod ex ſequentibus, *male enim reſponderat*, apparet. BURMAN. Colomeſius Fabio tribuere non debebat eorum errorem, qui libros hoſce tranſcripſerunt, vel typis excuderunt. Lege ipſos Æſchinis & Socratici dialogos, quos cum notis edidit Spanhemius, vel Joannes Clericus, in-4°. CAPPER.

141. *Dic mihi.*] Eſt in lib. I. de *Invent.* cap. 31.

142. *Quæſo.*] Non eſt in Voſſ. prim.

143. *Utrum illius.*] *Utrumne tuum, an illius;* Voſſ. prim. tert. *Tuum, an illius.*] *Utrumne tuum, an illius;* Voſſ. tert.

144. *Age inquit.*] *Age, ſit, inquit. Quid ſi virum;* codex Ciceron. Gronovii. *Age ſis;* Locat. Baſil. Gryph. quod probat Regius, pro *ſi vis.*

145. *Virumne tuum.*] *Utrumne tuum virum malis, an illius?* MSS. Alm. Voſſ prim. tert. & ita codex Ciceronis, quem clarus Gronovius conſuluit: aliter Gruteri codices.

146. *Erubuit merito.*] *Erubuit & merito;* Ald. Baſil. Colin. recte: male etiam alii diſtingunt; eſt enim quaſi ex ſollemni formula. Propert. I. 17. 1.

Et merito; quoniam potui fugiſſe puellam:

ubi plura videbis apud elegantiſſimum Broukhuſium.

147. *Et ut marmora.*] *Ut* particula, ut ſenſum perturbans ac ſupervacua, mihi videtur expungenda. REGIUS. Habent eam V. C. Alm. Locat. Lugd. Oxon. Obrecht.

148. *Deformata prima manu.*] Primam manum appellant primam ſcalpturam, quæ opus exhibet adhuc impolitum & rude: at ſummam manum vocant, cum opus ad unguem expolitur. TURNEB. Et ita *certos ac deformatos fructus* dixit lib. VI. Præfat.

149. *Ut eſt formicæ & elephanto genus.*] Nam *genus* nihil aliud, quam collectio ſimilitudinis, quæ in ſpeciebus reperitur: quanquam igitur ſpecies inter ſe diſcrepant; genere tamen conſentiunt, & ſimiles ſunt. TURNEBUS. *Ut formicæ;* Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

150. *Quia ſunt.*] *Qui ſunt;* Steph.

151. *Ut canibus.*] Virgil. Eclog. I.

differunt enim ætate. [152] Contrariorum quoque aliter accipi [153] oppoſita, ut noctem luci; aliter noxia, ut [154] frigidam febri; aliter [155] repugnantia, ut verum falſo; [156] aliter diſparata, ut dura non duris. Sed quid hæc ad præſens propoſitum magnopere pertineant, non reperio. Illud eſt adnotandum, magis argumenta duci ex jure ſimili; ut Cicero in *Topicis*: [157] *Ei, cui domus uſusfructus relictus ſit, non reſtituturum heredem, ſi corruerit; quia non reſtituat ſervum, ſi is deceſſerit.* [158] Ex contrario: [159] *Nihil obſtat, quo minus* [160] *juſtum matrimonium ſit mente coëuntium*, [161] *etiam ſi tabulæ ſignatæ non fuerint; nihil enim proderit ſignaſſe tabulas, ſi* [162] *mentem matrimonii non fuiſſe conſtabit.* Ex diſſimili; quale eſt Ciceronis [163] pro Cæcinna: *Ut ſi quis me exire domo coëgiſſet armis*, [164] *haberem actionem; ſi quis intrare prohibuiſſet, non haberem.* Diſſimilia ſic deprehenduntur: [165] *Non, ſi, qui argentum omne legavit, videri poteſt ſignatam quoque pecuniam reliquiſſe; ideo etiam*, [166] *quod eſt in nominibus, dari voluiſſe creditur.* [167] Ἀναλογίαν quidam a ſimili ſeparaverunt: nos eam ſubjectam huic generi putamus. Nam, *ut unum ad decem*, [168] *ſic decem ad centum*, ſimile certe eſt; &, *ut hoſtis, ſic malus civis*: quanquam hæc ulterius quoque procedere ſolent: *Si* [169] *turpis dominæ conſuetudo cum ſervo, turpis domini cum ancilla*: [170] *Si mutis animalibus finis voluptas*,

152. *Contrariorum.*] De variis contrariorum generibus ita ſcribit Cicero in *Topicis*: *Contrariorum autem genera ſunt plura. Unum eorum, quæ in eodem genere plurimum differunt, ut* ſapientia & ſtultitia; *hæc .... appellantur* adverſa; *ſunt enim alia contraria, quæ* privantia *licet appellemus Latine, Græce* στερητικά, ut humanitas, inhumanitas. *Alia quoque ſunt contrariorum genera, quæ cum aliquo conferuntur, ut* duplum, ſimplum; majus, minus. *Sunt etiam valde contraria alia, quæ appellantur* negantia ἀποφατικά, contraria *aientibus; ut*, ſi hoc eſt, illud non eſt. Sic & libro *de fato contraria* vocat, quæ vulgo dicimus contradictoria; ſic enim habet: *Neceſſe eſt in rebus contrariis duabus*: contraria *autem hoc loco ea dico, quorum alterum ait quid, alterum negat: ex his igitur neceſſe eſt, invito Epicuro, alterum verum eſſe, alterum falſum.* Hæc eadem lib. 1. de *Invent.* 42. vocat *diſparata*: Diſparatum *eſt*, inquit, *id quod ab aliqua re per oppoſitionem negationis ſeparatur hoc modo*: ſapere, non ſapere. Nunc docent Logici *diſparata* ea eſſe, quæ ita ſecum pugnant, ut cum aliis quoque ſimiliter pugnent, ut *humidum & calidum*, &c. CAPPER.

153. *Oppoſita, ut noctem luci.*] Philoſophi nunc vocant *privativa*, ſeu *privative* oppoſita. Cicero dixit *privantia*, τὰ στερητικά. CAPPER.

154. *Aquam frigidam.*] Haud ſcio, an non rectius legatur *frigidam*, ut ſimpliciter intelligas hoc morbi genus, quod frigore concutit univerſa membra, genus plane oppoſitum febri; nam ut a fervendo febris dicitur, quia immodice calor vexat; ita contrarius morbus a frigore immodico, a Fabio *frigida* dici poteſt videri. Græci certe utrumque genus ſuo vocabulo efferunt. * Etenim febrem calidam ab igne πυρετὸν vocant; frigidam vero a maris & aquæ rigore ἠπίαλον dicunt, & ad hunc modum his vocabulis uſus eſt Lucianus. Porro veteres Latini frigidas febres ex Legibus XII. Tab. *querqueras* nuncuparunt: nihil autem vetat, quo minus ad majorem curioſitatem eorum, quos hic damnat Fabius, *frigidam aquam* legamus, ut quæ noxia videatur pota febrientibus. MOSELLANUS. Quis unquam *frigidam* ſimpliciter dixit pro *querquera*, vel febri frigida? cum obvium & expoſitum ſit omnibus, *frigidam* dici aquam, ut *calda* vel *calida*; & non tantum de aqua, quæ potabatur, ſed & qua lavabantur, dixit Petron. cap. 28. *ad frigidam eximus*: in cod. Bern. *frigida in febri*. BURMAN.

155. *Repugnantia.*] Logici noſtri dicerent *contraria*. CAPPER.

156. *Aliter diſparata.*] *Diſparata* vocat Cicero, quæ negationis oppoſitione efferuntur: Dialectici vero ea dicunt *diſparata*, quæ, cum nec relativa ſint, nec privantia, nec contraria, nec contradicentia, tamen inter ſe diſcrepant; ut *lapis & homo*. TURNEB. *Aliter ſeparata*; MSS. Bodl. Joan. Alm. Voſſ. ſecund. tert. Andr. Ven. Locat. & Bern.

157. *Eum, cui domus uſusfructus legatus ſit, non reſtituturum heredem.*] Non librariorum culpa, ſed correctoris alicujus, ne dicam corruptoris, parum eruditi, prorſuſque & judicio & diligentia carentis, hunc ſenſum perverſum eſſe, manifeſte Ciceronis ipſius verba declarant; hoc enim eodem exemplo *locum a ſimili* exponit in *Topic.* cap. 3. *Si ædes eæ corruerint, vitiumve fecerint, quarum uſusfructus legatus eſt, heres reſtituere non debet, nec reficere*, &c. putavit autem iſte loci hujus corruptor, *reſtituere* verbum id demum ſignificare, quod *reddere*; cum pro eo, quod eſt *inſtaurare* atque *reficere*, frequentiſſime accipiatur. Quo errore ductus *ei* in *eum*, & *heredem* in dativum *heredi* pervertit: ſic igitur emendate legetur: *ei, cui domus uſusfructus legatus ſit, non reſtituturum heredem, ſi corruerit.* REGIUS. *Eum, cui uſusfructus relictus ſit, non reſtituturum heredi*: Locat. *eum, cui domus*, &c. MSS. Joan. Voſſ. ſecund. tert. Andr. Venet. & cod. Bern. *& cui d. uſ. relictus ſit, non reſtituturum heredem*; Baſil. *Uſusfructus.*] Uſusfructus, eſt poteſtas alienis rebus utendi, fruendi, ſalvo rerum dominio. Conſtituitur autem in corporibus, quibus pereuntibus deperit etiam jus illud. TURNEB.

158. *Ex contrario.*] *E contrario*; Locat.

159. *Nihil obſtat quo minus.*] Ulpianus ſcribit conſenſu matrimonium fieri. Papinianus quoque ait tabulas conſignatas non matrimonium protinus contrahere. TURNEBUS.

160. *Juſtum matrimonio ſit mente coëuntium, & etiam ſi.*] *Matrimonium*, pro *matrimonio* legendum eſt; nec non & copula, ut ceſſans, videtur expungenda. REGIUS.

161. *Etiamſi tabulæ.*] Contractum matrimonialem vulgo vocant. CAPPER.

162. *Mentem matrimonii.*] *Mente matrimonium*; Obrecht.

163. *Pro Cæcinna.*] cap. 12. ubi legitur: *ſi qui me exire domo mea coëgiſſent, & ſi qui introire prohibuiſſent.*

164. *Haberem actionem.*] Jure merito poſſem ei litem intendere. *Actio* enim eſt jus perſequendi in judicio, quod nobis debetur. CAPPER.

165. *Non ſi quis argentum, &c. noluiſſe creditur.*] Depravatus hic quoque locus facile ex Ciceronis *Topicis* cap. 3. unde hoc exemplum ſumptum eſt, emendatur; ſic enim *locum a differentia* Cicero enarrat: *Non, ſi uxori vir legavit omne argentum, quod ſuum eſſet; idcirco, quæ in nominibus fuerunt, legata ſunt; multum enim refert, in arca-ne poſitum ſit argentum, an in tabulis debeatur.* Quare hic quoque legendum eſt: *Non, ſi is, qui argentum omne legavit, videri poteſt ſignatam quoque pecuniam reliquiſſe; ideo etiam, quod eſt in nominibus, voluiſſe creditur.* Nullo autem pacto *ſi quis* & *noluiſſe*, ſenſui congruunt. REGIUS. *Non ſi qui*: Locat. Ald. Steph. Obrecht. Oxon. Lugd. *non ſi is qui*; Colin. Gryph. Vidov. ſed illud *is* facile ſubaudiri poſſe, recte Aſcenſius notat.

166. *Quod eſt in nominibus.*] Hoc eſt, quod teſtatori debetur. Nam τὸ *nomen* hoc loco *debita* ſignificat; vulgo libellos obligatorios; Gallice, *billets, obligations*, &c. CAPPER.

167. Ἀναλογίαν.] Boëtius ac plerique Dialectici proportionem a ſimilitudine ſeparant; nam in ſimilitudine eſt qualitatis collatio; in proportione habitudinum & affectionum comparatio. TURNEB. Vide Voſſium Inſtit. Orat. lib. IV. cap. 6. §. 2. ubi hunc Fabii locum excutit.

168. *Et decem ad centum.*] Loco & copulæ, *ſic* adverbium ſenſus expoſcere videtur. REGIUS. *Et decem*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. & tert. Locat. Ald. Vidov. margo.

169. *Turpis domino cum ancilla.*] Senſus integritas expoſcit, ut *domini* reponatur. REGIUS. *Domino*; MSS. Bodl. Joan. Alm. Voſſ. ſecund. & tert. Locat. Sich. Baſil. marg.

170. *Si mutis.*] Τοῖς ἀλόγοις, brutis beſtiis. CAPPER.

idem homini. Cui rei facillime [171] occurrit ex diſſimilibus argumentatio : *Non idem eſt dominum cum ancilla coiſſe, quod dominam cum ſervo : Nec, ſi mutis finis voluptas,* [172] *rationalibus quoque.* [173] Immo ex contrario : *Quia mutis, ideo non rationalibus.* [174] Adhibetur extrinſecus in *cauſſam* & auctoritas. Hæc ſecuti Græcos, a quibus κρίσεις dicuntur (*judicia* aut *judicationes* [175] vocant,) non de quibus ex *cauſſa* dicta ſententia eſt; (nam ea quidem in exemplorum locum [176] cedunt) ſed [177] ſi quid ita viſum gentibus, populis, ſapientibus viris, claris civibus, illuſtribus poëtis referri poteſt. Ne hæc quidem vulgo dicta, & recepta perſuaſione populari, [178] ſine uſu fuerint teſtimonia. Sunt enim quodammodo potentiora etiam, quod non *cauſſis* [179] accommodata; ſed liberis odio & gratia mentibus, ideo tantum dicta factaque, quia aut honeſtiſſima, aut veriſſima videbantur. An vero me de incommodis vitæ differentem non adjuvabit [180] earum perſuaſio nationum, quæ fletibus natos, lætitia defunctos proſequuntur? Aut, ſi miſericordiam commendabo judici, nihil proderit, quod prudentiſſima civitas Athenienſium, non eam pro affectu, ſed [181] pro numine accepit? [182] Jam illa ſeptem præcepta ſapientum, nonne quaſdam vitæ leges exiſtimamus? [183] Si *cauſſam* veneficii [184] dicat adultera, [185] non Marci Catonis judicio damnata videatur, [186] qui nullam adulteram non [187] eamdem eſſe veneficam dixit? [188] Jam ſententiis quidem poëtarum non orationes modo ſunt [189] refertæ, ſed libri etiam philoſophorum, qui, quanquam inferiora omnia præceptis ſuis ac [190] literis crediderunt, repetere tamen auctoritatem a plurimis verſibus non faſtidierunt. Neque eſt ignobile exemplum, [191] Megareos ab Athenienſibus, cum de Salamine contenderent, [192] victos Homeri verſu, qui tamen ipſe [193] non in omni editione reperitur,

171. *Occurrit.*] Reſpondendo adverſatur, propoſitam rem ſolvit, refellit, refutat. CAPPER.

172. *Rationalibus.*] *Rationabilibus ;* Voſſ. tert. edit. Steph. ut & mox.

173. *Immo ex contrario : Quia.*] *Quin imo ex contrario ;* Obrecht.

174. *Adhibetur extrinſecus.*] Cicero quoque in *Topicis* cap. 4. & 19. auctoritatem ait extrinſecus aſſumi, eamque refert inter *locos inartificiales*, & ſubjicit teſtimonio. Appellatur hic *locus a pronunciatis* a Rodolpho. TURNEB. *Adhibetur extrinſecus.*] Tanquam aliquid non proprium materiæ, *cauſſæ*, *hypotheſi*, de qua agitur ; ſed ut aliquid extraneum, quod tamen ad *cauſſam* propriam & *hypotheſin* ratiocinando poſſit applicari. Vide finem hujus capitis. CAPPER.

175. *Vocantur, de quibus.*] Mendis non carent hi ſenſus, quæ facile ſic tolluntur, ſi *vocant* legatur, ut activum ſit, ac *non* particula negativa adſcribatur, ut legatur : *non de quibus ex cauſſa dicta ſententia eſt. Non* autem adſcribendum eſſe, facile ex ea, quæ ſequitur, exceptione percipitur. Nam res judicatæ ad exempla referuntur, non ad auctoritatem, ut aperte exponit Fabius : *Nam ea*, inquit, *in exemplorum locum cedunt :* deinde ſubjicit, quæ ad auctoritatem referantur, hoc modo : *ſed ſi quid ita viſum gentibus :* hujuſmodi autem probatio, quæ ab auctoritate ſumitur, & artis expers, & in teſtimonio collocata eſſe a Cicerone dicitur in *Topicis* cap. 19. REGIUS. *Vocant, de quibus ;* Voſſ. ſecund. tert. Locat. Francius malebat *judicationes noſtri vocant ;* & mox, *nam ea* (κρίσεις) *quidem.*

176. *Cedunt.*] *Redeunt ;* Voſſ. tert.

177. *Si quid ita viſum.*] Ἐάν τι οὕτω δόξαν, ſi quid probatum fuit, placuit, &c. CAPPER.

178. *Sine uſu fuerint teſtimonia.*] Sic quidem diſtinguitur, ſed male, ut mihi videtur. Ita namque eſt diſtinguendum, ut *Teſtimonia* ſequentis ſenſus initium ſit, hoc modo : *Teſtimonia ſunt enim.* REGIUS.

179. *Accommodata.*] *Accommoda ;* V. C. Alm.

180. *Earum perſuaſio nationum.*] Thraciæ ſunt illæ nationes, ut Valer. Max. lib. II. cap. VI. §. 12. refert. REGIUS. Herodotus lib. V. cap. 4. hoc refert de Thrauſis populis Thraciæ finitimis : id alii etiam de Thracibus referunt, ut ſcribitur in epigrammate Græco Archiæ lib. I. Anth. cap. 13. TURNEB. De Eſſedonibus idem narrat Pomp. Mela lib. II. cap. I.

181. *Pro numine.*] *Pro animo ;* MSS. Bodl. Joan. Bal. Bern. Voſſ. tert. Alm. Andr. Locat. Ald. cum omnes fere codices hic *animo* exhibeant, crediderim legendum eſſe *pro aſylo :* nam aſylum fuiſſe docent fere omnia veterum loca de ara miſericordiæ Athenis excitata, quæ collegit Meurſius de Ceramico Gemino cap. 16. & Barthius ad Stat. XII. Theb. v. 481. & quos ille adducit. BURMAN.

182. *Nam illa.*] *Jam ;* MSS. Alm. Voſſ. ſecund. tert. Ald. Colin. Obrecht. Baſil. margo : quod recepimus ; ſequitur enim mox, *jam ſententiis*, &c. elegans enim ejus particulæ, etiam repetitæ, uſus in enumeratione plurimorum, quæ cumulamus ; & idem eſt, quod *præterea*. Juſt. VI. 8. *Jam literarum ſtudium, jam philoſophiæ doctrina tanta ;* IV. I. *Jam ipſa Italia Siciliaque vicinitas, jam promontoriorum altitudo.* Vide Serv. ad Virgil. II. Æneid. 615. & ita apud Stat. IV. Theb. 374.

Jam Tyrios ſudaſſe lares, & ſanguine Dircen
Irriguam.

ubi perperam *Nam* Gronovius præfert ; eſt enim *præterea ;* nam plurima omnia ibi cumulantur, & ſæpe apud noſtrum τὸ *nam*, pro *jam*, a librariis eſt intruſum. BURMAN.

183. *Si cauſſam veneficii dicat.*] Si accuſetur, fiat rea, ſi vocetur in judicium, ipſique veneficii crimen inferatur. CAPPER.

184. *Dicat in adultera.*] *In* præpoſitio, ſenſum perturbans, expungatur. REGIUS. Habet eam Locat.

185. *Non M. Catonis.*] *An non M.* Baſil.

186. *Qui nullam adulteram, &c.*] Hoc etiam exemplum fuſius explicatur a Cornificio lib. IV. ad Herennium cap. 16. cum de ratiocinatione loquitur. TURNEB.

187. *Eamdem eſſe.*] *Eſſe* deeſt in Voſſ. prim.

188. *Jam ſententiis quidem.*] Cicero pro Cœlio teſtimonio utitur Terentii & Cæcilii comici. Plato quoque in lib. de Rep. & Ariſt. in Moralibus perſæpe utuntur teſtimonio Heſiodi & Homeri. TURNEB. *Nam ſententiis quidem ;* edit. Obrecht.

189. *Refectæ.*] *c* litera eradatur, ut loco ejus *r* reponatur ; *refertæ* enim, hoc eſt, *plenæ*, legendum eſt. REGIUS. *Refectæ ;* Voſſ. ſecund.

190. *Literis.*] Hoc eſt, ſcriptis libris : quo ſenſu Tullius III. de Orat. 57. dixit : *cum ipſe literam Socrates nullam ſcripſiſſet.* CAPPER.

191. *Megarius ab A. c. d. s. c. victus.*] *Megareos* contenderim eſſe legendum : *victus* vero, niſi in *victos* convertatur, ſenſui contextuique non convenit. REGIUS. *Megarios ;* Voſſ. ſecund.

192. *Victos Homeri verſu.*] Plutarchus in Solone ait, Solonem illum verſum inſeruiſſe, & *cauſſam* obtinuiſſe. Verſus Homeri ſunt hi :

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας,
Στῆσε δ' ἄγων, ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες.
Bis ſenis Salamine Ajax cum navibus ibat,
Cecropidum quo caſtra loco poſuere phalanges.

Idem exemplum affertur ab Ariſt. I. Rhetor. quo victos Magareos ab Athenienſibus dicit. TURNEB. Eſt ex Iliad. B. 558.

193. *Non in omni editione.*] Forſan a Solone vel Piſiſtrato, qui Homerum interpolarunt, adjectus eſt : de quo legendi Plutarch. in Solone, & Laërtius lib. I. laudat tamen, tanquam Homeri, Ariſtotel. I. Rhetor. his verbis :

ſignificans Ajacem naves ſuas Athenienſibus junxiſſe. Ea quoque, quæ vulgo recepta ſunt, hoc ipſo, quod incertum auctorem habent, velut omnium fiunt; quale eſt: [194] *Ubi amici, ibi opes*; &: [195] *Conſcientia mille teſtes*; & [196] apud Ciceronem: *Pares autem* (*ut eſt* [197] *in vetere proverbio*) *cum paribus* [198] *facillime congregantur.* Neque enim duraſſent hæc in æternum, niſi vera omnibus viderentur. Ponitur a quibuſdam, & quidem in parte prima, Deorum auctoritas, quæ eſt [199] ex reſponſis; ut, [200] *Socratem eſſe ſapientiſſimum.* [201] Id rarum eſt: tamen utitur eo [202] Cicero in libro de aruſpicum reſponſis, & in concione contra Catilinam, cum [203] ſignum Jovis columnæ impoſitum populo oſtendit; & [204] pro Ligario, cum *cauſſam* Caii Cæſaris meliorem, [205] quia hoc Dii judicaverint, confitetur. [206] Quæ cum propria *cauſſæ* ſunt, divina teſtimonia vocantur; cum aliunde arceſſuntur, argumenta. [207] Nonnunquam contingit judicis quoque, aut adverſarii, aut ejus, [208] qui ex diverſo agit, [209] dictum aliquod aut factum aſſumere ad eorum, quæ intendimus, fidem. [210] Propter quod fuerunt, qui exempla & has auctoritates, probationum inartificialium eſſe arbitrarentur; quod ea non inveniret orator, ſed acciperet. Plurimum autem refert. Nam teſtis, & [211] quæſtio, & his [212] ſimilia, & de ipſa re, [213] quæ in judicio eſt, [214] pronunciant: extra petita, niſi ad aliquam præſentis diſceptationis utilitatem ingenio [215] applicantur, nihil per ſe valent.

Ὁμήρῳ μάρτυρι ἐχρήσαντο Ἀθηναῖοι περὶ Σαλαμῖνος. COLOMES. Conſulas, quæſo, Hartung. tom II. Lampad. Critic. pag. 647. & Menag. ad Diogen. Laërt. lib. I. §. 48. ALMELOV.

194. *Ubi amici.*] Hoc dicto & Plautus utitur in Cruento (Trucul. IV. IV. 32.) *verum eſt verbum, quod memoratur:* ubi amici, ibidem opes. REGIUS. *Ubi amici, ibi opes.*] Proverbium ſignificat, potiores eſſe amicos quacumque pecunia ad vitæ præſidia: poteſt etiam accipi in diverſum ſenſum, ut ſignificemus vulgo æſtimari amicitias utilitate. TURNEB. Si in diverſum ſenſum accipiatur, legendum eſſet (ut & Francius conjecerat) *ubi opes, ibi amici*: ut Eraſmus his moribus facienda eſſe cenſuit, qui explicat vulgatam ſcripturam; potiores eſſe amicos, quam pecuniam, in Adagiis titulo *Amicitiæ*: ſed in Plauto Lambinus & alii legunt, *ubi amici, ibi opus*, hac ſententia; ubi amici ſunt, ibidem eſſe negotium & moleſtiam: ego tamen *opes* præfero; hi enim veræ amicitiæ fructus, ut ſi amici nobis ſint, illi in afflictis rebus ſuis opibus nos adjuvent: notat ergo, non facile egeſtatem ſenſurum, cui amici ſuperſunt. Quo reſpicit Ovidius IV. Triſt. Eleg. verſ. 7.

Cujus eram cenſu non me ſenſurus egentem,
Si Cæſar patrias eripuiſſet opes.

& peſſima illa lena apud eumdem lib. I. Amor. VIII. 27.

Tam felix eſſes, quam formoſiſſima, vellem:
Non ego, te facta divite, pauper ero. BURMAN.

195. *Conſcientia mille teſtes.*] Proverbium ſignificat conſcientiam nunquam mentiri; ſed ejus compunctione pravos ſemper agitari. TURNEBUS.

196. *Apud Ciceron.*] De Senectute cap. 3.

197. *In vetere.*] *In veteri*; Locat. Ald.

198. *Facillime.*] *Maxime*; MSS. Alm. Voſſ. omnes. Baſil. margo. & cod. Bern.

199. *Ex reſponſis.*] Hoc eſt, ex oraculis. CAPPER.

200. *Socratem.*] Vide ad Petron. cap. CXL. *Socratem eſſe ſapientiſſimum.*] Cui non notum eſt illud? σοφὸς Σοφοκλῆς, σοφώτερος Εὐριπίδης, πάντων δὲ σοφώτατος Σωκράτης; id eſt, ſapiens Sophocles, ſapientior Euripides, omnium vero ſapientiſſimus Socrates. CAPPER.

201. *Id rarum eſt.*] Vide ad lib. IX. cap. 2. ALMEL.

202. *Cicero in libro.*] Cicero in ea oratione haruſpicum reſponſa exponit in Clodium, oſtenditque Deorum providentia Romanum imperium natum eſſe, auctum, atque conſervatum. REGIUS.

203. *Signum Jovis.*] Vide Orat. III. in Catil. capp. 8. & 9.

204. *Pro Ligario.*] Cap. 6.

205. *Quia Dii hoc judicaverint.*] Sic etiam Lucanus Pharſal. lib. I°. verſ. 128.

Victrix cauſſa Diis placuit, &c. CAPPER.

206. *Quæ cum propria.*] Deorum auctoritas interim eſt artificialis, interim inartificialis; artificialis, cum eam *cauſſa* ultro non ſuppeditat, ſed extrinſecus aſſumitur oratoris induſtria; inartificialis vero, cum illam ultro *cauſſa* ſuggerit, citra oratoris induſtriam. TURNEB.

207. *Nonnunquam contigit.*] Sic Aſtius, cum probare vellet, a Cluentio judices eſſe corruptos, teſtimonio Cic. utebatur; qui ſecunda Verrina dixerat, etiam ab accuſatore Cluentio judices eſſe corruptos in judicio Juniano. TURNEB.

208. *Qui ex diverſo agit.*] Qui adverſarii noſtri *cauſſam* agit, qui adverſæ partis eſt patronus. CAPPER.

209. *Dictum aliquid.*] Cum *dictum factumque* ſint ſubſtantiva, *aliquod*, non *aliquid*, eſt legendum. REGIUS.

210. *Propter quod fuerunt.*] Ex iis eſt etiam Cicero, ut ex ejus *Topicis* clare patet; ſic enim inquit cap. 4. *Quæ extrinſecus aſſumuntur, ea maxime ex auctoritate ducuntur: itaque Græci tales argumentationes ἀτέχνους vocant, id eſt, artis expertes.* REGIUS.

211. *Quæſtio.*] Quæ habetur per tormenta. Vide ſupra cap. 4. CAPPER.

212. *Similia.*] Genera probationum *ἀτέχνων artis expertium*, de quibus ſupra egit. capp. 2. 3. 5. 6. CAPPER.

213. *Quæ in judicio eſt.*] De qua lis mota eſt, quæ venit in controverſiam, &c. CAPPER.

214. *Pronuntiant.*] *Renuntiant*; Voſſ. omnes & alii, itemque cod. Bern.

215. *Applicantur.*] *Applicentur*; Obrecht.

CAPUT XII.

De uſu argumentorum.

HÆC fere de probatione, vel ab aliis tradita, vel uſu [1] percepta, in hoc tempus ſciebam. Nec mihi fiducia eſt, ut ea ſola eſſe contendam: quinimmo hortor ad quærendum, & inveniri poſſe [2] fateor: quæ tamen adjecta fuerint, non multum ab his abhorrebunt. Nunc breviter, quemadmodum ſit [3] utendum his, ſubjungam. Traditum fere eſt, argumentum oportere eſſe confeſſum. Dubiis enim probari dubia quî poſſunt? [4] Quædam tamen, quæ in alterius rei probationem ducimus, ipſa probanda ſunt: *Occidiſti virum, eras enim adultera.* Prius de adulterio convincendum eſt; ut, cum id cœperit eſſe pro certo, fiat incerti argumentum: *Spiculum tuum in corpore occiſi inventum eſt*; negat ſuum: ut probationi proſit, probandum eſt. [5] Illud hoc loco monere inter neceſſaria eſt, nulla eſſe firmiora, quam quæ ex dubiis facta ſunt certa: [6] *Cædes a te commiſſa eſt,* [7] *cruentam enim veſtem habuiſti:* non eſt tam grave argumentum, ſi fatetur, quam ſi convincitur. Nam ſi fatetur, multis ex cauſſis potuit cruenta eſſe veſtis. Si negat, hic *cauſſæ* [8] cardinem ponit, in quo ſi victus fuerit, etiam in ſequentibus ruit. Non enim videtur in negando mentiturus fuiſſe, niſi deſperaſſet, id poſſe defendi, ſi confiteretur. [9] Firmiſſimis argumentorum ſingulis inſtandum: infirmiora congreganda ſunt, quia illa per ſe fortia, [10] non oportet circumſtantibus obſcurare; ut, qualia ſunt, appareant: hæc imbecilla natura, mutuo auxilio ſuſtinentur. Itaque, ſi non poſſunt valere, [11] quia magna * ſint; valebunt, quia multa ſunt, quæ ad ejuſdem rei probationem omnia ſpectant; ut, ſi quis hereditatis gratia hominem occidiſſe dicatur: *Hereditatem ſperabas, & magnam hereditatem, & pauper eras,* [12] *& tum maxime a creditoribus* [13] *appellabaris; & offenderas eum, cujus heres eras,* [14] *& mutaturum* [15] *tabulas ſciebas.* Singula levia ſunt, [16] & communia: [17] univerſa vero nocent, [18] etiamſi non ut fulmine, tamen ut grandine. Quædam argumenta ponere ſatis non eſt, [19] adjuvanda ſunt; [20] ut, ſi cupiditas cauſſa ſceleris fuit, [21] quæ ſit vis ejus; [22] ſi ira, XII.

Explicatis argumentis, ſequitur eorum uſus: tradit autem Fabius communes quaſdam præceptiones, quæ ad argumentorum uſum ſpectant: addit quædam de eorum collatione & diſpoſitione. TURNEB.

1. *Præcepta.*] *Percepta* ſcribendum eſſe facile eſt videre. REGIUS. *Præcepta*; MS. Bodl. Locat. Ald.

2. *Fateor.*] *Confiteor*; Voſſ. prim. tert.

3. *Utendum his.*] *Utendum eis*; Obrecht.

4. *Quædam tamen.*] Cum ad rei alicujus probationem argumento utimur non confeſſo, illud argumentum non eſt exiſtimandum, donec confirmatum fuerit, quia ante fidem non facit. TURNEB.

5. *Illud hoc loco.*] Argumenta illa, quæ in dubium revocantur ab adverſario, ſi probari poſſunt, omnium certiſſima: at certe longe certiora, quam ſi initio eſſent conceſſa. TURNEB.

6. *Cædes a te facta eſt.*] *A te commiſſa eſt*; V. C. Alm. Steph. Colin. Gryph. Oxon. Obrecht. Baſil. marg.

7. *Cruentam veſtem habuiſti.*] *Enim* cauſſalis conjunctio recte forſitan adſcriberetur hoc modo; *cruentam enim veſtem habuiſti.* REGIUS. Deeſt *enim* in Voſſ. omn. Locat. Ald.

8. *Cardinem ponit.*] *Ponat*; Voſſ. ſecund. tert.

9. *Firmiſſimis argumentorum.*] Hoc præceptum ſæpius a Fabio repetitum eſt. Contrarium autem fieri ſolet in refutatione; nam infirmiora ſeparantur; firma autem quaſi prætereunt, quoniam cum illis pedem conferre non audemus: qua de re poſtea Fabius. TURNEB.

10. *Non oportet circumſtantibus obſcurare.*] Supple, aliis quæ leviora forent, argumentis. CAPPER.

11. *Quia magna ſunt.*] Senſus integritas expoſcit, ut *non* particula adſcribatur, hoc modo: *quia magna non ſint.* REGIUS. *Quia magna ſunt*; Vallæ liber, (& defendit Aſcenſius.) Locat. Oxon. Obrecht. Voſſ. prim. tert. *qua magna ſint*; cod. Bern. Unde proclive eſt legere quomodo edendum curavimus, *quia magna ſint*; nam dormitaſſe videtur hoc quidem in loco Regius. CAPPER.

12. *Et tum maxime.*] *Et tamen maxime*; Baſil marg. *& cum maxime*; Voſſ. prim. tert.

13. *Appellabaris.*] In jus vocabaris a tuis creditoribus, qui tibi creditam a ſe pecuniam acerbe repetebant. CAPPER.

14. *Et mutaturum.*] *Et* non habet V. C. Alm.

15. *Tabulas.*] Supple, teſtamenti, ſive ſupremæ voluntatis indices. CAPPER.

16. *Et communia.*] Communia appellat argumenta, quæ non magis pro nobis faciunt, quam pro adverſariis; quæ denique nullam vim probandi habent. TURNEB.

17. *Univerſa vero nocent.*] *Valent*; V. C. Alm. Obrecht.

18. *Si etiam non ut fulmine.*] Nihil hic quidem verborum deeſt, ſed *etiam* copula in primum locum eſt transferenda hoc modo, *etiam ſi non ut fulmine.* REGIUS. Non eas habent vires, ut more fulminis unico poſſint ictu percellere: poſſunt tamen more grandinis repetita & multiplicata plaga adverſarium lædere. TURNEB. *Si etiam*; Locat. Aſcenſius malebat *fulmen* vel *fulmina*, & *grando* vel *grandines*. *Ut fulmine.*] Hoc Lyſiæ adſcribit Phalereus, qui dixit argumentorum levia quidem, ſi modo copioſa eſſent, nocere ut grandinem; gravia vero, ut fulmen Jovis. SICHARD.

19. *Adjuvanda ſunt.*] Quanquam argumenta ſunt adjuvanda; non tamen id faciendum eſt ita copioſe, ut ſemper incidamus in *locos communes* & copioſos. Id enim 8. cap. hujus libri vetuit Fabius. TURNEB.

20. *Ut cupiditas.*] *Si* particula ut adſcribatur ſenſus expoſcit, ut legatur: *ut ſi cupiditas.* REGIUS. *Ut cupiditas*; Voſſ. omnes. Locat. Ald. Baſil.

21. *Quæ ſit vis ejus.*] Subintellige, dices, expones oratione tua, &c. CAPPER.

22. *Si ira.*] In vulgatis editionibus legitur ſimpliciter *ira* ſine τῷ *ſi*: ſed quo jure addit Raphael Regius particulam *ſi* ante τὸ *cupiditas*, eodem addere poterat etiam ante τὸ *ira*, cum eadem ſit utrobique loquendi formula hoc ſenſu: *ſi ira cauſſa ſceleris fuit, dices, expones oratione*

quantum efficiat in animis hominum talis affectio. Ita & firmiora erunt ipſa, & plus habebunt decôris, ſi non nudos & velut carne [23] ſpoliatos artus [24] oſtenderint. [25] Multum etiam refert, ſi argumento nitemur odii, utrum hoc ex invidia ſit, an ex injuria, an ex ambitu; vetus, an novum; adverſus inferiorem, [26] parem, an ſuperiorem; alienum, an propinquum. Suos habent omnia iſta tractatus, & ad utilitatem partis ejus, quam tuemur, referenda ſunt. Nec tamen omnibus ſemper, quæ invenerimus, argumentis onerandus eſt judex; [27] quia & tædium afferunt, & fidem detrahunt. Neque enim poteſt judex credere ſatis eſſe ea potentia, quæ non putamus ipſi ſufficere, [28] qui dicimus. [29] In rebus vero apertis argumentari tam ſit ſtultum, quam in clariſſimum ſolem [30] mortale lumen inferre. [31] His quidam probationes adjiciunt, quas [32] παθητικὰς vocant, *ductas ex affectibus*. Atque Ariſtoteles quidem potentiſſimum putat ex eo, qui dicit, [33] ſi ſit vir optimus: quod ut optimum eſt, ita [34] longe quidem, ſed ſequitur tamen, videri. [35] Inde enim illa nobilis Scauri defenſio: [36] *Quintus Varius Sucronenſis ait Æmilium Scaurum rempub. populi Romani prodidiſſe; Æmilius Scaurus negat.* [37] Cui ſimile quiddam feciſſe Iphicrates dicitur, qui, cum Ariſtophontem, quo accuſante ſimilis criminis reus erat, interrogaſſet, an is accepta pecunia rempub. proditurus eſſet, iſque id negaſſet: [38] *Quod igitur,* inquit, *tu non feciſſes, ego feci?* Intuendum autem [39] & qui ſit, apud quem dicimus; [40] & id, quod illi maxime probabile videatur, requirendum. Qua de re lo-

tua, quantum efficiat in animis hominum talis affectio, &c. error autem, quo particula *ſi* omiſſa fuerat, natus ex eo fuiſſe videtur, quod ſcriba imperitus repetitionem literarum *s* & *i* neglexerit: quæ negligentia ſæpius in MSS. obſervatur, & contra quandoque repetuntur literæ, ubi non oportet. CAPPER.

23. *Spoliatos actus.*] Recte in aliis exemplaribus *artus* legitur. REGIUS.

24. *Oſtenderint.*] *Oſtenderunt*; Voſſ. prim.

25. *Multum etiam refert.*] Alia ratio eſt confirmandi argumenti, a cauſſa cæteriſque circumſtantiis. Solent enim hæ etiam multum prodeſſe; ideoque diligenter examinandæ erunt: quod etiam lib. IV. de *procemio, & narratione* præcepit. TURNEB.

26. *Partem an ſuperiorem.*] *Parem* legendum eſſe, qui non videt, fruſtra arti oratoriæ ſtudet. REGIUS.

27. *Quia & tædium afferunt.*] Sic Cicero pro Muræna, cum permultas leves Servii Sulpitii objectiones diluiſſet, demum adjecit, illum nimis eſſe diligentem accuſatorem, qui tot argumenta & crimina afferat. Ut enim vitio datur ſupina negligentia in oratore, ita nimia curioſitas interdum. TURNEB.

28. *Qui dicimus.*] *Qui diximus*; Voſſ. prim.

29. *In rebus vero apertis.*] Sed Cicer. ſe in hujuſmodi excuſare ſolet, ut pro Cluentio: *Sed quid ego hæc pluribus, quaſi de re obſcura diſputem? &c.* quæ ſeq. Et iterum in eadem: *neque in re nota conſumam tempus exemplis.* Ideo Cicer. 2. de Offic. Panætium quodammodo perſtringit, quod utatur in re non dubia teſtibus non neceſſariis. TURNEB.

30. *Mortale lumen.*] Mortale lumen, quod extinguitur & moritur, hoc nomine contrarium Solari, quod nunquam extinguitur: vel mortale juxta id Eurip. ἀνάψαι πρὸς τὸν ἥλιον ἀνθρώπινον φάος. SICH. Sic vocat. σβεστόν. Vide Jan. Gebhard. Crep. lib. III. cap. 7. pag. 119. PAREUS. Recte Sichardus; *vivere* enim *mori*, *interire*, & *occidere*, de lumine & igne, quibus utuntur homines arte inventis, dicitur. Vide ad Petron. cap. XXIII. Et Barth. ad Claud. Bell. Get. 248.

31. *His quidem.*] *Quidam*; non *quidem*, legendum eſt. REGIUS. *Quidem*; Locat. *Quidam probationes adjiciunt* .... παθητικάς.] Sic Minutianus tomo 1°. Rhetor. Aldin. pag. 731. τὰς πίστεις, *probationes*, dividit in λογικὰς [ſeu πραγματικὰς] ἠθικὰς, & παθητικάς. Vide Petrum Nunneſium lib. III. pag. 247. CAPPER.

32. *Παθητικὰς vocant.*] Videtur Fabius *patheticas* dixiſſe pro *ethicis*; *ethica* enim Ariſtoteli ſunt, quæ ab hominum moribus ducuntur; de quibus agit hoc loco Fabius, ut de *patheticis* lib. VI. TURNEB. Et certe debebat Fabius, ut videtur, dicere ἠθικάς. Firmatur hæcce conjectura ex allato exemplo, quod ex hominum moribus ducitur: ſed primo quidem Rhetor noſter lib. VI. cap. 2. docet ἦθος & πάθος ex eadem eſſe natura, nec niſi ſecundum majus & minus differre. 2°. Hic etiam exemplum repetet ex vero πάθει, ubi dicet: *ô facinus indignum!* CAPPER.

33. *Si ſit vir optimus.*] *Si ſit vir bonus*; V. C. Alm.

34. *Longe quidem, ſed ſequitur tamen, videri.*] Τὸ δοκεῖν ſequitur poſt τὸ εἶναι, ſed longo intervallo. Itaque primo quidem optandum eſt maxime, ut orator ſit revera vir optimus. 2°. Eſt etiam optandum ut, ſi revera non ſit, eſſe tamen videatur. CAPPER.

35. *Inde enim illa, &c.*] Ita ſcribitur a Valerio. Q. Varius Æmilium Scaurum Remp. prodidiſſe ait: Æmilius negat: nulli ſunt teſtes: utri igitur, Quirites, fidem habetis? aitque hac probitatis fiducia abſolutum eſſe Scaurum. TURNEB. Vide Valerium Maximum lib. III. cap. 7. de fiducia ſui, exemplo 8. CAPPER.

36. *Q. Varius Sucronenſis.*] De hujus Varii patria non conveniunt inter ſe auctores; alii namque Hiſpanum vocant, ut Pedianus in orationem pro Scauro; alii Veronenſem vocant, ut Valerius Max. lib. III. cap. 7. §. 8. nec deſunt exemplaria, in quibus hic quoque *Veronenſis* legitur. REGIUS. Apud Valerium *Sucronenſis* etiam legitur in optimis codicibus, niſi quod Brandenb. codicem *Veronenſis* habere teſtetur Vorſtius. In codice P. Dan. *Varius Severus Sucronenſis* legitur. Aldus hoc loco expreſſit *Succonenſis*.

37. *Cui ſimile quiddam.*] Hoc exemplum ductum eſt ex ſecundo Rhetoricorum Ariſtotel. quo loco agit de *enthymematum locis*. Item hiſtoria eſt apud Plutarch. TURNEB. Ariſtotelis locus exſtat cap. 23. ᾧ ἐχρήσατο Ἰφικράτης πρὸς τὸν Ἀριστοφῶντα, ἐπερόμενος εἰ προδοίη ἂν τὰς ναῦς ἐπὶ χρήμασιν· οὐ φάσκοντος δὲ, εἶτα εἶπε· σὺ μὲν Ἀριστοφῶν ὢν οὐκ ἂν προδοίης, ἐγὼ δ' ὁ Ἰφικράτης; hoc eſt: *Quo Iphicrates adverſus Antiphontem uſus eſt, ipſum interrogans, an accepta pecunia naves proditurus eſſet; cumque is negaſſet, ſubjungit Iphicrates: Tu quidem cum ſis Ariſtophon non proderes, ego vero Iphicrates proderem?* CAPPER.

38. *Quid igitur inquit.*] *Quod* legendum eſſe, clare patet. REGIUS. Cæterum Regius hic pro *Ariſtophonte*, *Antiphontem* legit, quem Athenis fuiſſe oratorem notum eſt: ſed conſtanter omnes *Ariſtophontem* codices. Hujus vero nominis etiam Rhetor fuit, teſte Athen. lib. XIII. cap. 5. qui, Archonte Euclide, Olymp. LXXXVIII. floruit: an vero idem ille ſit, qui poſtea Olympiad XC. an. 3. Archon fuit, neſcio: neque etiam, an idem, qui Iphicratis & Timothei accuſator fuit, de quo Plutarch. de Exſilio, pag. 605. ſed eum hic indicari puto; nam Iphicratem & Timotheum ſimul accuſatos fuiſſe ex Nepote in Iphic. cap. 3. & Timoth. cap. 3. apparet. Polyænus vero lib. III. cap. 9. §. 29. dicit, Iphicratem, accuſantibus Ariſtophonte & Charete, abſolutum a judicibus, quibus in contrariam ſententiam euntibus enſem oſtentabat. Alium Ariſtophontem Oratorem, & paulo tempore poſteriorem, qui a Plutarcho in Phocione pag. 744. memoratur, credo: certe omnes, quos memoravi, in unam ætatem congruere non poſſe puto. Meminit & idem in Alcibiad. pag. 199. Ariſtophontis pictoris. BURMAN.

39. *Et qui ſit.*] *Et quis ſit*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. Ald.

40. *Et id, quod.*] *Et quod illi maxime videatur*; Voſſ. prim. & tert.

cuti ſumus [41] in *procemii* [42] & *ſuaſoriæ* præceptis. [43] Altera ex affirmatione probatio eſt: *Ego hoc feci. Tu mihi hoc dixiſti*; &: [44] *O facinus indignum!* & ſimilia. Quæ non debent quidem deeſſe orationi; &, ſi deſunt, multum nocent: non tamen habenda ſunt inter magna præſidia, [45] cum hoc in eadem *cauſſa* fieri ex utraque parte ſimiliter poſſit. Illæ firmiores [46] ex ſua cujuſque perſona probationes, quæ credibilem rationem [47] ſubjectam habent; ut vulneratus, aut filio orbatus non fuerit alium accuſaturus, quam nocentem; quando, ſi [48] negotium innocenti facit, liberet eum noxa, qui admiſerit. [49] Hinc & patres adverſus liberos, & adverſus ſuos quiſque neceſſarios auctoritatem petunt. Quæſitum etiam, potentiſſima argumenta primone ponenda ſint loco, ut occupent animos; an [50] ſummo, [51] ut inde dimittant; an partita primo ſummoque, ut [52] Homerica diſpoſitione in medio ſint infirma; [53] an a minimis creſcant. Quæ, [54] prout ratio *cauſſæ* cujuſque poſtulabit, ordinabuntur; uno (ut ego cenſeo) excepto, ne a potentiſſimis ad leviſſima decreſcat oratio. [55] Ego hæc breviter demonſtraſſe contentus, ita poſui, ut *locos* ipſos & genera, quam poſſem apertiſſime, oſtenderem. Quidam exſecuti ſunt verboſius, quibus placuit propoſita *locorum communium* materia, quo quæque res modo dici poſſet, oſtendere: ſed mihi ſupervacuum videbatur. Nam & fere apparet, [56] quid in invidiam, quid in avaritiam, quid in teſtem inimicum, [57] quid in potentes amicos dicendum ſit.

41. *Et procemii & ſuaſoria.*] *Et* copula priore loco poſita eradatur, ac in locum ejus *in* præpoſitio reponatur, ut legamus: *in procemii & ſuaſoria præceptis.* REGIUS. *In procemii & ſuaſoria*; Locat. Ald. *Et procemii*; MSS. Alm. Voſſ. omn.

42. *Et ſuaſoriæ.*] Supple, partis vel materiæ; hoc eſt, orationis in genere *ſuaſorio* ſeu *deliberativo.* Alludit Quinctilianus ad triplex orationis genus, *demonſtrativum*, *ſuaſorium*, & *judiciale*. CAPPER.

43. *Altera ex affirmatione.*] Quænam ſit hæc *probatio ex affirmatione*, mihi non ſatis liquet. Neque enim magis ex affirmatione probatio conſtat, quam ex negatione. Interdum namque affirmando, interdum probamus negando: quare, ſi quo niti poſſem exemplari vetuſto, pro *affirmatione* cenſerem *aſſeveratione* eſſe legendum. Eſt enim *aſſeverare* inter ipſa argumenta probationeſque admiſcere vim animi atque motum. Sed quid vetuſta requiro exemplaria? quando Fabius ipſe hoc idem alibi aliis verbis præcipit; ſic enim ait: *cum præſertim quorundam probatio ſola ſit in aſſeveratione, & perſeverantia.* Quare, vel reluctantibus exemplaribus, quæcumque mihi videre contigit, *aſſeveratione*, pro *affirmatione*, contenderim eſſe legendum. Id quod exempla quoque, quæ ſubjiciuntur, facile demonſtrant, quorum duobus interrogatio, tertio ineſt exclamatio: quæ exornationes maxime aſſeverationi conveniunt. REGIUS. Aut *affirmationem* uſurpat pro *aſſeveratione*, quæ vis eſt animi & motus, quædamque contentio argumentis admixta, ut vult Raphaël, ex *affirmatione aſſeverationem* faciens, contra omnem codicum fidem, & rei veritatem: aut adeo dixit argumentum fieri a moribus dupliciter; *negando*, ut ſupra; *affirmando*, ut hoc loco: qui ſenſus videtur eſſe commodior, ut apparebit ex cap. de refutatione: itaque *affirmatione* legendum eſt. TURNEB. *Affirmatione*; MSS. Joan. Alm. Andr. Voſſ. omn. Ven. Locat. Ald. Sich. Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. cod. Bern. margines Colon. & Vidovæi. Quæ vulgata lectio firmari adhuc poteſt ex cap. 13. ubi ſic loquitur Fabius: *Sed illam etiam, quam ſupra oſtendi, ſimplicem ex affectibus atque ex affirmatione ſola probationem recipit refutatio.* Nec tamen reſpuendam exiſtimo Raphaëlis Regii lectionem, quam adſtruit & allatus a doctiſſimo philologo locus ex lib. IV. cap. 2. & alter ex lib. XI. cap. 3. afferendus, qui ſic habet: *Neque probatio ulla, quæ modo venit ab oratore, tam firma eſt, ut non perdat vires ſuas, niſi adjuvetur aſſeveratione dicentis.* Hinc inferre poſſumus *affirmationem* & *aſſeverationem* apud Fabium voces eſſe fere *ſynonymas.* Vide etiam lib. XI. cap. 1. CAPPER.

44. *O facinus indignum!*] Terent. Andr. I. 1. 118.

45. *Cum in hoc eadem cauſſa.*] *In* præpoſitio in tertium locum videtur transferenda, ut legatur: *cum hoc in eadem cauſſa.* REGIUS.

46. *Ex ſua cujuſque.*] *Ex ſua cuique perſona*; MSS. Alm. Voſſ. prim. tert. Bern.

47. *Subjectam habent.*] *Habeant*; V. C. Alm.

48. *Negotium facit innocenti.*] Id eſt, innocentem accuſat: idem, & crebrius, *faceſſere & exhibere negotium.* TURNEBUS. Vide Manut. ad Cicer. III. ad famil. 10. & Gronov. ad Gell. III. cap. 16.

49. *Hinc & patres.*] Ut ſi pater illum abdicaret, auctoritatem facti ſui peteret a filii ſui pravitate; cum alioqui parentes ſint liberis ſemper benevoli: aut aliter, unuſquiſque ſe putat auctoritatem habere in ſuos conſanguineos, quia ſit propinquus, ac juſtum ſit neceſſarios propinquis parere. TURNEB.

50. *Summo.*] Id eſt, ultimo, poſtremove *confirmationis* loco. CAPPER.

51. *Ut inde dimittant.*] Ut argumenta potentiſſima ex hoc ultimo *confirmationis* loco dimittant judices auditoreſve, ad ferendam de re controverſa ſententiam. CAPP.

52. *Homerica diſpoſitione.*] Suadent plerique omnes, ut primo loco potentia ponantur argumenta, medio infirma, ultimo potentiſſima. Sic Neſtor apud Homerum lib. IV. Iliados, fortes prima collocat acie, imbelles media, præſtantes ultima. Ejus verba ſic habent: ἱππῆας μὲν πρῶτα σὺν ἵπποισιν, &c. Plura apud. Cicer. II. de Orat. cap. 77. & in Orat. TURNEB. Idem de gruibus refert Ælian. de Animal. lib. III. cap. 13. ALMEL.

53. *Aut a minimis.*] *An* loco *aut* legendum eſſe, facile ex ipſo percipitur ſenſu, ut unum ſit ex quæſtionis membris. REGIUS. *Aut a minimis*; V. C. Alm. Locat. Baſil. marg. *A minimis creſcant.*] An argumenta ſic diſponenda ſint, ut gradationem quamdam faciant, quatenus a minimis & infirmiſſimis gradus aut incrementum fiat ad potentiora, & ſic demum ad potentiſſima. CAPP.

54. *Prout ratio cauſſæ.*] *Quæ ut ratio*; Voſſ. prim.

55. *Ego hoc.*] *Hæc* legendum eſſe liquet. REGIUS. Reprehendit Fabius genus illud dicendi, quod ejus ætate inoleverat, ſolamque ſectabatur voluptatem cum lepore. Reprehendit item quorumdam artes, qui in traditione argumentorum materiam *locorum communium* ſigillatim tractabant, ut Ariſtoteles prolixe, & Boëtius multo prolixiſſime: qua de re ſupra quoque egit. TURNEB. *Ego hoc*; Locat.

56. *Quid in injuriam.*] Sic quidem recte legi videtur, ſed rectius forſitan *in invidiam* legeretur. REGIUS. *In injuriam*; MSS. Vallæ. Bodl. Joan. Alm. Bern. Voſſ. tert. Andr. Locat. Ald. Sich. Baſil. Vidov. *Quid in invidiam, quid in injuriam*; Vaſc. & Steph. marg.

57. *Quid pro teſte amico dicendum ſit.*] Lectio ita ſincera ac genuina, ut mirer, quo quiſquam conſilio immutaverit. Apposite certe reſpondet præcedentibus, *quid in teſtem inimicum*; adeoque a codicibus MSS. Joannenſi ac Baliolenſi reſervatur; uti etiam ab editis Andreæ, Venet. Aldi, Pariſ. Vaſcoſani, Stephanique. Hanc igitur amplectamur, rejecta altera illa editionis Lugdunenſis: *quid in potentes amicos dicendum ſit.* GIBSON. Verum eſt, omnes fere edere, *pro teſte amico*: ſed, cum in prioribus exemplis tantum recenſeantur *loci communes*, & argumenta, quibus probationes adverſarii infirmemus; ego *in potentes amicos* non temere repudiandum puto, quod Stephani editio in margine exhibet. Cauſſa mutandi fuit, quia crediderunt librarii *potentes amicos*, hic eſſe amicos adverſarii: ſed notum eſt, *amicos* proprie principum dici. Vide Boſii Indic. Nepot. & quos ille adducit: ſic & *potentes amici* vocari ſolent, qui gratia Principum & Imperatorum florent, aulici, & primæ admiſſionis purpurati. Horat. II. od. 18.

——— *nec potentem amicum*

[58] Et de omnibus his omnia dicere infinitum eſt, tam hercule, quam ſi [59] controverſiarum, quæ ſunt, [60] quæque futuræ ſunt, quæſtiones, argumenta, [61] ſententias tradere velim. Ipſas autem [62] argumentorum velut ſedes non me quidem omnes oſtendiſſe confido, plurimas tamen. [63] Quod eo diligentius faciendum fuit, [64] quia declamationes, quibus ad pugnam forenſem [65] velut præpilatis exerceri ſolebamus, olim jam ab illa vera imagine orandi receſſerunt, atque ad ſolam [66] compoſitæ voluptatem, nervis carent; non alio medius fidius [67] vitio dicentium, quam quo [68] mancipiorum negotiatores formæ puerorum, virilitate exciſa, lenocinantur. Nam, ut illi robur ac lacertos, barbamque ante omnia, & alia, quæ natura [69] propria maribus dedit, [70] parum exiſtimant decora; quæque fortia, ſi liceret, forent, ut dura molliunt; ita nos [71] habitum ipſum orationis virilem, & illam vim ſtricte robuſteque dicendi, tenera quadam [72] *elocutionis* cute operimus; [73] &, dum levia ſint ac nitida, quantum valeant, nihil intereſſe arbitramur. Sed mihi [74] naturam intuenti, nemo non vir [75] ſpadone formoſior erit; nec tam averſa unquam videbitur ab opere ſuo [76] Providentia, ut debilitas inter optima inventa ſit. Nec id ferro ſpecioſum fieri putabo, quod, ſi naſceretur, [77] monſtrum erat. [78] Libidinem juvet ipſum effeminati ſexus mendacium, nunquam tamen hoc continget malis moribus regnum; ut, ſi qua pretioſa fecit, fecerit & bona. Quapropter eloquentiam, licet hanc (ut ſentio enim, dicam) [79] libidinoſam [80] reſupina voluptate auditoria probent, nullam eſſe exiſtimabo, quæ ne minimum quidem in ſe [81] indicium maſculini & incorrupti,

Largiora flagito.

Sueton. Octav. 56. *Amicos itaque magnos & potentes in civitate eſſe voluit, ut tamen pari jure eſſent, quo ceteri.* Unde videmus, illos incivilius ſe gerere ſolitos: quare orator illos in ordinem oratione ſua cogere poteſt, & contendere, ut æquo jure utantur. Martial. VI. 71.

Sed lances ferat, aut ſcyphos avorum
Aut grandis reus, aut potens amicus.

Et, ut fieri ſolet, hi potentes amici iterum ſuos habent, quibus præ reliquis patent ſemper. Ita Maximus Cæſonius Martiali lib. VII. 44. dicitur,

Facundi, Senecæ potens amicus.

Magnos amicos paſſim vocat Juvenalis. Vide ſat. I. 33. & VI. 313. & *magnam amicitiam*, ſat. IV. 74. & V. 13. & ita quoque ſæpe Martialis & alii. BURMAN. Adde quod in cod. Bern. diſerte legatur: *quid in potentes amicos.*

58. *Et de omnibus his omnia.*] *De omnibus his & omnia*; V. C. Alm. & Obrecht. ſed perperam. Elegantiam hanc in repetitione hujus vocis *omnia*, illuſtrarunt plurimi viri docti: de qua nos infra agemus lib. IX. cap. 3. BURMANNUS.

59. *Controverſiarum ... quæſtiones.*] *Controverſia* quidem eſt ipſa *hypotheſis* oratoria, ipſa *cauſſa*, quæ verſatur in genere *judiciali*: *Quæſtiones* vero ſunt, cum primaria illa & principalis, cui nomen *ſtatus*; tum particulares quædam & acceſſoriæ, quæ præter principalem occurrunt pluribus in *cauſſis* diſceptandæ. Vide quæ lib. VI. notavimus ad initium capitis X. CAPPER.

60. *Quæque futuræ ſunt.*] *Sint*; Locat.

61. *Sententias.*] Τὰς διανοίας, animi ſenſa, cogitata; non autem τὰς γνώμας, quæ ſunt *ſententioſe dicta.* CAPP.

62. *Argumentorum velut ſedes.*] *Loci* Rhetorici definiuntur, argumentorum ſedes, &c. CAPPER.

63. *Quod eo diligentius.*] Eo diligentius tractandum fuit de *locis*, quia eloquentia Fabii tempore ab argumentandi ratione degeneraverat ad voluptatem dicendi: quæ ratio etiam Fabium impulit, ut libros de corrupta eloquentia conſcriberet: qua de re extat quoque dialogus Taciti. TURNEB.

64. *Quia declamationes ad pugnam.*] *Quibus* relativum, librariorum negligentia prætermiſſum, omnino eſt reponendum, ut legatur: *quia declamationes, quibus ad pugnam*, &c. *Præpilata* vero jacula dicuntur obtuſiora, quibus in pugnarum ſimulacris milites uti ſolent. Livius lib. XXVI. cap. 51. *Tertio die rudes inter ſe in modum juſtæ pugnæ concurrerunt, præpilatiſque miſſilibus jaculati ſunt.* REGIUS.

65. *Velut præpilatis.*] *Metaphora* eſt ducta a Trojæ luſu, quo haſtis inter ſe equites decertant. Dicuntur autem *præpilatæ haſtæ* præferratæ & ſpiculo armatæ, ad differentiam *purarum*: quanquam *præpilatas* nonnulli explicant pro mucronatis & exacuminatis abſque ferro, ut Plinius dixit, *præpilata cornicula locuſtarum.* TURNEB. *Præpilata*, ea tela, quibus tirones exercebantur, antequam ad pila mittenda deſcenderent, appellat Fabius. SICHARD. Rectius Salmaſius de cruce pag. 301. oſtendit eſſe tela, quæ pilas, id eſt, σφαίρας in extremo haberent, ne læderent.

66. *Compoſitæ voluntatem.*] N litera in p converſa, *voluptatem* legendum eſſe conſtat. REGIUS. Quoſdam *compoſitam* legere notaverat cl. Almel. perperam. Juſtin. IV. 1. *Neque hoc antiquis in dulcedinem fabulæ compoſitum.* Noſter lib. X. cap. 1. *Omnia ad voluptatem multitudinis compoſita.*

67. *Vitio dicentium.*] Alias *docentium.* PHILAND.

68. *Mancipiorum.*] Alii, *ſunt mangones.* Ita Lugdunenſis editionis curator: ſed puto eſſe alicujus gloſſam, qui adſcripſerat, *aliis ſunt mangones.*

69. *Propria.*] *Proprie*; Voſſ. prim. tert.

70. *Parum exiſtimant.*] *I* vocali adſcripta, *exiſtimant* legendum. Nam *exiſtimare* ſignificat *judicare*, quod maxime ſenſui congruit. REGIUS.

71. *Habitum ipſum orationis.*] *Habitum orationis*; Obrecht.

72. *Elocutionis cute.*] *Elocutionis vi operimus*; MSS. Bodl. Bal.

73. *Et dum levia ſint, &c.*] Hac de re etiam Fabius agit lib. II. cap. 6. cum ait illos *laſciviæ floſculos* in oratione eſſe vitandos. TURNEB.

74. *Naturam intueri.*] Pro illo infinitivo *intueri*, dativus *intuenti* ut reponatur, & ſenſus & ratio loquendi expoſcit. REGIUS.

75. *Spadone formoſior.*] *Spado* dicitur, cui *cremaſteres*, id eſt, nervuli, quibus ſuſpenſi ſunt colei, exſecti ſunt. TURNEB

76. *Providentia.*] Κατὰ σχηματισμὸν pro ipſo Deo. SICH.

77. *Monſtrum erat.*] *Erit*; Voſſ. prim.

78. *Libidinem juvet ipſum effeminatum ſexus mendacium.*] *Effeminati* quidem recte in aliis legitur exemplaribus: ſed pro illo accuſativo *libidinem*, fortaſſis *licet* adverſativa conjunctio recte adſcriberetur. REGIUS. *Licet juvet*; Par. Vidov. *Libidinem licet juvet*; Gryph. *juvet ipſam*; Voſſ. prim. *Libidinem juvet, &c.*] Solebant enim mangones pueros exſecare, ut eos carius divenderent, utpote formoſiores: id tamen ne in poſterum fieret, cautum eſt Imperialibus & Eccleſiaſticis edictis. TURNEB.

79. *Libidinoſam eloquentiam.*] Sic vocat eam, quæ ſuaviter animos & flagitioſiſſime titillat, & ingenuæ mentis robur infringit. Diogenes Laërtius lib VI. talem orationem ad gratiam & lenocinium elaboratam, μελιτίνην ἀγχόνην, *laqueum melleum* eſſe dixit. Et Zeno apud eumdem, elegantium hominum ſermones Alexandrinæ pecuniæ ſimiles eſſe aiebat. Nam jucundos quidem oculis atque pictos monetæ inſtar, nihilo tamen eſſe meliores. Adi ſis Ludov. Creſoll. Vacat. Autumn. lib. III. cap. 19. ſect. 2. pag. 568. & ſeqq. PAREUS. De libidinoſa illa eloquentia vide quæ lectu digna congeſſit eruditus Creſollius in Theatr. Sophiſt. pag. 319. 365. CAPPER.

80. *Reſupina voluptate.*] *Reſupinam voluptate*; Voſſ. omn. Bern. Locat. Ald. Aſcenſius *reſupina* refert ad *auditoria*, id eſt, molles & effeminati auditores.

81. *Indicium maſculini, &c.*] Qualis eſt oratio, talis eſt etiam homo. Igitur ſi illa libidinoſa erit & laſciva nimiumque

ne

ne dicam gravis & ſancti viri, oſtendet. [82] An vero ſtatuarum artifices, pictoreſque clariſſimi, cum corpora quam ſpecioſiſſima fingendo pingendove [83] efficere cuperent, [84] nunquam in hunc inciderunt errorem, [85] ut Bagoam, aut [86] Megabyzum aliquem in exemplum operis [87] ſumerent ſibi; ſed [88] Doryphoron illum aptum vel militiæ, vel palæſtræ; [89] aliorumque juvenum [90] bellicoſorum & athletarum [91] cor-

molli s, tales etiam exiſtimare hominis mores conveniet. TURNEB. *Maſculi*; V. C. Alm. *Judicium.*] *Indicium* eſſe legendum, aperte ſenſu monſtratur. REGIUS. *Judicium.* Voſſ. tert.

82. *An vero.*] *At vero*; Locat.

83. *Efficere.*] *Effingere*; MSS. Bodl. Alm. Voſſ. tert. Andr. Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. ſed mihi odioſa illa repetitio cognatorum verborum *fingendo effingere*, & mox item, *oratorem effingere*, videtur: quare *efficere* cum Obrechto & aliis retinui, quia hoc verbum proprie de artificibus, qui cum cura elaborant opera ſua, ſumi, ex ipſo noſtro Fabio & aliis, docuit ſummus Gronov. ad Stat. VI. Theb. 243. & ita apud Ovidium lib. VII. 128.

——— *imago*

Effecta eſt hominis;

legendum eſſe ibi demonſtrabimus. Cicer. Orat. 2. de Statuariis: *Nec ſimulacro Jovis Olympii, aut Doryphori ſtatua deterriti, reliqui minus experti ſunt quid efficere, aut quo progredi poſſent.* Noſter præfat. lib. VI. *Si qua minus effecta fuerint, quæ levius adhuc afflicti cœperamus.* BURMAN.

84. *Nunquam in hunc inciderunt.*] *Nunquam tamen in hunc inciderunt*; V. C. Alm. Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. *nunquam in hunc ceciderunt.* MSS. Bodl. Andr.

85. *Ut Bagoam, aut Megabyzum*] Nomina quidem ſunt propria fortaſſe ſpadonum: ſed de his nihil alibi me legiſſe memini, præterquam apud Juſtinum de eo Megabyzo, qui cum Dario in magos conjuravit. REGIUS. Celebrat, præter alios, Bagoam Lucianus locis aliquot, ut qui Alexandro M. fuerit in deliciis. MOSELLAN. *Bagoas* lingua Perſica dicitur *eunuchus*; ſicque permulti apud Perſas ſunt appellati, ut ille, a quo interfectus eſt Ochus. Hermolaus tamen Barbarus *bacelum* putat eſſe legendum; ſic enim appellamus ſemivirum, ſtultum & bardum. Vide Eraſm. in proverb. *bacelo ſimilis.* Strabo autem ſcribit *Megabyzos* ſeu *Megalobyzos* appellari Dianæ ſacerdotes: quod etiam teſtatur Plinius. Illi porro erant emaſculati. Fuit & Megabyzus unus ex concubitoribus Darii Perſarum regis, poſtea turpiter ab Alexandro amatus. TURNEB. Vide Jani Gebhardi doctiſſimas animadverſiones ad illum Propertii verſum lib. II. Eleg. 3. verſ. 42. pag. 165.

Si quis vult fama tabulas anteire vetuſtas,
Hic dominam exemplo ponat in ante meam.

Cæterum Cælius Rhodiginus, antiq. lect. lib. XV. cap. 8. pag. 675. non *Bagoam* heic aut *Bacchiam* legit, ſed *Bacchidam*, ex Athenæo, qui Sardanapalo fuiſſe illum conſimilem dicit, cujus tumulo ita inſcriptum refert:

Πῖνε, φάγε, καὶ πάντα τῇ ψυχῇ δίδου,
Κἀγὼ γὰρ εἰμι ἀντὶ Βακχίδης λίθος. PAREUS.

Bacchiam; V. C. Alm. Ald. De *Bagoa.* Vide ad Ovidii lib. II. Amor. II. 1.

86. *Megabyzum.*] Et hic inter effeminatos Darii regis concubinos refertur. Certe Plinius recenſet quemdam ſacerdotem hoc nomine, lib. XXXV. cap. 10. MOSEL. Megabyzus apud Juſtinum lib. VII. cap. 3. fuit unus ex ſeptem principibus Perſarum, cujus filius Zopyrus. Herod. III. 153. & ejus Megabyzus, qui in Ægypto contra Athenienſes præfuit exercitui. Vide Herod. lib. V. initio & ſeqq. & qui a Diodoro Siculo memoratur lib. XI. pag. 281. & lib. XII. initio: hujus vero alter Zopyrus fuit filius. Herodot. III. cap. ult. ſed in Herodoti codicibus paſſim *Megabazum* ſcribi, notarunt viri eruditi: quo nomine Zopyri filius vocatur a Thucydide lib. 1. cap. 109. (quem locum adduxit hic Sichardus) & quem reſpicere Ariſtophan. in Avibus v. 484. notat Scholiaſtes; ubi tamen Μεγάβυζος vocatur, ſed Μεγάβαζος ab eodem Scholiaſte ad Plut. 178. mirum autem eſt, hujus viri tam ſtrenui & excellentis (vide Herodot. III. 143.) nomen hic cum turpis Bagoæ conjungi a Fabio: niſi Eunuchus aliquis eodem nomine fuerit, cujus memoria nunc intercidit. Megabyzus æditus Dianæ memoratur a Xenophonte lib. V. expeditionis Cyri pag. 350. & Diog. Laërt. lib. II. §. 54. 51. & Megabyzi cujuſdam meminit Plutarch. in Alexand. pag. 689. qui idem videtur, cujus meminit idem ſcriptor de animi tranquil. pag 471. ubi Perſam vocat; & de quo Ælianus lib. II. 2. ubi viri docti plurimis de hoc nomine diſquirunt, an ſit proprium, an vero dignitatis; ſive Sacerdotis Dianæ, ſive Ducis regis Perſarum. Sed, cum Ælianus hunc Megabyzum Zeuxidis ævo adſcribat, ille melius ætati Xenophontis convenire, quam Apellis (ut Plutarchus facit) videtur; &, ſi idem ille ſit, qui νεωκόρος Dianæ dicitur Xenophonti, hinc apparet fons, unde Heſychius Megabyzi nomen Sacerdotis Dianæ, vel Ducis Regis Perſarum eſſe ſcribat: cum duo illi Megabyzi fuerint clariſſimi, unus Dianæ ſacerdos, alter Dux regis, quo nomine & ejus nepos fuit: vel forte ſacerdoti illi, & Duci, fuere poſteri eodem nomine Megabyzi, & ſucceſſores in ſacerdotio, unde Heſychius dicat *Megabyzos* & fuiſſe Sacerdotes & Duces; cum Heſychio tamen facit Strabo lib. XIV. pag. 641. qui Sacerdotes Dianæ Μεγαλοβύζους appellari ſcribit, vel, ut Caſaubonus credit, Μεγαβύζους, qui addit Eunuchos fuiſſe: quod, ſi verum foret, Quinctiliano illuſtrando optime faceret: nequeo tamen a me impetrare, ut credam Megabyzi nomen fuiſſe dignitatis vel Sacerdotis: ſed cum Cl. Perizonio ad Æliani d. l. credo proprium fuiſſe, & errare Harduinum, qui ad Plin. XXXV. 10. notat, Xenophontem Μεγάβυζον interpretari τὸν τῆς Ἀρτέμιδος νεωκόρον: cum ille ſimpliciter narret, ut & Diogenes Laërtius, Xenophontem Dianæ dedicatum munus depoſuiſſe apud Megabyzum æditum Dianæ. Præterea inde colligit, ἱερέα (ut Strabo interpretatur Μεγάβυζον) idem notare, quod Νεωκόρος: quod hic diſquirendi locus non eſt. Sed Plinii verba, neque in hoc capite, neque in ſequenti, aliud indicant, niſi nomen fuiſſe certi cujuſdam Sacerdotis ita appellati. Nam aliter dubium reliquiſſet, de quo loqueretur, cum diceret, *Epheſi eſſe ſepulchrum Megabyzi Sacerdotis Dianæ*, ſi omnes ita dicti fuiſſent. Perſarum vero vocabulum eſſe, eique affine, ſi non idem, *Megabazes*, cujus apud Æſchyl. in Perſ. v. 22. mentio fit, cenſet celeberrimus Relandus in diſſertat. de Lingua Perſica: de *Etymologia* vero nihil certi definit. Vide & Meurſ. Exercit. Critic. part. 1. ad Plaut. Bacchides cap. 3. BURMANNUS.

87. *Sumerent.*] *Aſſumerent*; V. C. Alm. Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. Vidov.

88. *Doryphorum illum vel militiæ.*] Ut *aptum* adſcribatur, quemadmodum in aliis quoque legitur exemplaribus, ſenſus expoſcit. Doryphoros vero haſtam ferens interpretatur, de quo Plin. lib. XXXIV. 8. *Polycletus Sicyonius Doryphorum viriliter puerum fecit.* REGIUS. *Doryphoros* appellant Græci ſatellites ac prætorianos milites, qui regibus ad cuſtodiam corporis ſolent apparere. Sunt autem hi excelſa ſtatura & egregia fere forma. Cæterum Polycletus Doryphorum finxit: quam ſtatuam ſibi magiſtram dixit fuiſſe Lyſippus. Meminit Plin. lib. XXXIV. TURNEB. *Illum mactum vel militia vel palæſtra*; Obrecht. Illud *mactum* non placet; cum *mactum virtute*, & ſimilibus, dici facile ferrem; ſed *mactum militia & palæſtra* an recte dicatur, dubitem; & præterea Doryphori eſſent juvenes primæ ætatis, qui magis *apti militiæ*, quam *macti militia*, dici poſſent. Quare *aptum* recte ſe habet, ut opponatur eunucho, qui ineptus ad militiam. Si quid mutandum, mallem *natum militiæ*; ut de Bagoa Ovid. II. Am. 3.

Non tu natus equo, non fortibus utilis armis.

& ita has voces confuderunt librarii apud eumdem Poëtam lib. VI. Faſt. 433.

Seu genus Adraſti, ſeu furtis aptus Ulyſſes.

ubi in MSS. eſt *furtis natus*, quod confirmatur ex lib. XIII. Met. III.

——— *natæque ad furta ſiniſtræ.*

Cæterum *Doryphoron* habent V. C. Alm. Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. hujus vero ſtatuæ Polycleti, quæ Doryphorum exprimebat, meminit & Cicero in Bruto. 86. & Orat. 2. & Plinius ibidem Deſilaum etiam Doryphoron feciſſe ſcribit, ut & Ariſtodemum. De Doryphoris Perſarum vide Briſſon. de Regn. Perſ. pag. 129. & Freinsh. ad Curt. III. 3. *aptum & militia & palæſtra* etiam habet Voſſ. tert. BURMAN.

89. *Aliorumque juvenum.*] *Aliorum quoque*; Voſſ. ſec. tert. Locat. Ald. Steph. cod. Bern. Gryph. Vidov. Colin.

90. *Bellicoſorum.*] *Bellicorum*; MSS. Alm. Voſſ. omnes. Locat. Bern. cod.

91. *Corpora, quæ eſſe decora.*] *Corpora vere decora exiſti-*

pora, quæ eſſe decora vere exiſtimarint: nos, qui oratorem ſtudemus effingere, non arma, ſed [92] tympana eloquentiæ demus? [93] Igitur & ille, quem inſtituimus, adoleſcens, quam [94] maxime poteſt, componat ſe [95] ad imitationem veritatis; inituruſque frequenter forenſium certaminum pugnam, jam in ſchola victoriam ſpectet, [96] & ferire vitalia ac tueri ſciat; & præceptor id maxime exigat, [97] & inventum præcipue probet. Nam ut ad pejora juvenes laude ducuntur, [98] ita laudari in bonis gaudent. [99] Nunc illud mali eſt, quod neceſſaria plerumque ſilentio tranſeunt, nec in dicendo videtur inter bona utilitas. Sed hæc & [100] in alio nobis tractata ſunt opere, & in hoc ſæpe repetenda. Nunc ad ordinem inceptum [101] revertamur.

marent; Sich. *vere decora exiſtimaverint*; Baſil. *decora vere exiſtimaverunt*; Steph. cod. Bern.

92. *Tympana.*] Vel *tympana* dixit, quia inſtrumentum illud ſimpliciter eſt mollitiei, vel reſpiciens ad Megabyzum; ſacerdotes enim Dianæ evirati, & ſacerdotes Cybeles tympana pulſare ſolebant. TURNEB. Vide Ovid. III. Met. 534. & ſeqq.

93. *Ille igitur &c.*] *Et* copula, ut ſupervacua, expungatur. REGIUS. Hoc frequenter repetit, ut lib. 1. & lib. 11. & lib. 10. fuſius. TURNEB.

94. *Maxime poteſt.*] *Poſſit*; Voſſ. prim.

95. *Ad imitationem veritatis, &c.*] Julii Severiani *Syntomata* Rhetorica: *Hinc & veteres oratores legendi ſunt, & præſentes audiendi: ſuper hæc frequenter ſcribendum, agendum, & declamandum eſt; in his enim rebus auditorum fiducia, ſimul cum facundia, comparatur. In cæteris fere ſtudiis verum quæritur: finis autem oratoriæ virtutis eſt, veriſimilia dixiſſe.* ALMELOV. Vide Latinos Rhetoras e Pithœana Bibliotheca editos pag. 302. ubi tamen pro τῷ *Syntomata* legendum mihi videtur *Syntomia* vel *Syntoma* ex Græcis τῆς συντομία & σύνθεμα. Et certe Vincentii Bellovacenſis vocabularium pag. 72. ſic habet: *Sytonomia*, conciſio; ubi nemo non videt legendum eſſe *Syntomia*, vel Græcis potius literis συντομία. Firmari poteſt hæc emendatio ex ſequentibus ibid. *Cum poſſis advertere me .... in quaſdam ſermonis anguſtias coartaſſe .... certos tibi ad compendium gymnaſii forenſis locos tranſmittere .... non hæc tibi ante compendia relegenda .....* Denique ibidem poſt τὸ *Syntomata*, per modum ἐπεξηγήσεως, *explicationis*, ſtatim ſubjungitur: *Sive præcepta artis Rhetoricæ ſummatim collecta de multis.* His profecto vocibus *ſermonis anguſtias*, *compendium*, *compendia*, *ſummatim collecta de multis*, ipſam *Syntomiam*, συντομίαν, aperte deſignavit Julius Severianus. CAPPER.

96. *Et ferire vitalia aut tueri ſciat; & præceptor id maxime erigat.*] Cum utrumque præſtare debeat orator, ut & *vitalia ferire*, hoc eſt, adverſariorum argumenta deſtruere ac refutare, & ſua conſtruere ac confirmare ſciat; loco illius disjunctionis *aut*, hæc copula *ac* videtur interponenda; & *r* litera in *x* converſa, *exigat*, eſt legendum. REGIUS. *Ferire vitalia*, *Metaphora* eſt ducta a gladiatoribus: ſignificat autem firmamentis *cauſſæ* maxime eſſe inſiſtendum, illicque adverſarium lædendum: ſunt autem *vitalia* viſcera illa, quibus vita potiſſimum continetur. TURNEB. *Aut tueri.* Ald. *Vitalia.*] Græci dicerent, τὰ καίρια, id eſt, præcipuas & vitaliſſimas corporis partes, quarum lethalia ſunt vulnera. CAPPER.

97. *Et inventum.*] *Et* deeſt in V. C. Alm.

98. *Ita laudari in bonis gaudent.*] Miror quis emendandi ſtudioſus in locum vocabuli *gaudent*, ſubſtituit *mallent*, contra auctoritatem MS. Bodleiani, editorum Andreæ, Venet. Aldi, Colon. Pariſ. Vaſcoſani, & Stephani. Quin & parum videtur ἰδιώματι Latino conſuluiſſe, ſiquidem *mallent* ejus eſt naturæ, ut poſtulet aliud quidpiam, cum quo comparetur: hoc autem in loco hujuſmodi nihil reperitur. GIBSON. *Gaudent*; Locat. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Oxon. Obrecht. *mallent* in marg. Gryph. & in cod. Bern.

99. *Nunc illud mali eſt, &c.*] Vide Jan. Gebhard. Crepund. lib. 1. cap. 12. pagg. 34. 35. Tacitum lib. 11. Annal. cap. 38. lib. XIV. cap. 12. PAREUS.

100. *In alio opere.* Hoc Fabii opus, in quo de cauſſis corruptæ eloquentiæ diſſerit, ut ante etiam diximus, non exſtat. REGIUS. Aliud ejuſdem quadantenus argumenti ad calcem operum Cornel. Taciti exſtat. Vide quæ ad finem lib. VIII. annotabo. CAPPER.

101. *Revertamur.*] Abeſt a Voſſ. omnibus. & Alm. Cod.

CAPUT XIII.

De refutatione.

XIII. REFUTATIO dupliciter accipi poteſt. Nam & pars defenſoris [1] tota eſt poſita in refutatione, &, quæ dicta ſunt [2] ex diverſo, debent [3] utrimque diſſolvi: [4] & hæc eſt proprie, cui in *cauſſis* [5] quartus aſſignatur locus. Sed utriuſque ſimilis conditio eſt. Neque vero ex aliis *locis* ratio argumentorum in hac parte peti poteſt, quam in confirmatione; nec *locorum* [6] aut ſententiarum, aut verborum & figurarum alia eſt conditio. [7] Affectus plerumque hæc pars mitiores habet. [8] Non ſine cauſſa tamen difficilius ſemper eſt creditum (quod Cicero ſæpe teſtatur) defendere, quam accuſare. Primum, quod

Primum refutationis intellectus duos ponit: ſubnectit, eoſdem eſſe ejus *locos* & *confirmationis*: addit, refutandi rationem longe difficiliorem eſſe, quam confirmandi: demum explicat, quibus rationibus adverſariorum argumenta ſolvere poſſimus. *Refutare* autem & *refutationem* ſæpius multo, quam *confutare* & *confutationem* apud Ciceronem & Quinctilianum reperies. *Reprehenſio* dicitur a Ciceron. lib. 1. de *Inventione*. TURNEB.

1. *Tota eſt poſita in refutatione.*] Atque hic primus eſt ſenſus, quo refutationis nomen uſurpatur. CAPPER.

2. *Ex diverſo.*] Ab adverſa parte, ſive ab adverſæ partis advocato. CAPPER.

3. *Utrimque.*] Ab utroque litigante, vel ab utroque advocato, ſive actoris, ſive rei *cauſſam* agat; & hic ſecundus eſt ſenſus, quo refutationis vocabulum accipitur. CAPP.

4. *Et hoc eſt proprie.*] *Hæc* legendum eſſe clarius patet, quam ut admonendum ſit. REGIUS. *Hoc*; MSS. Alm. Vallæ, Voſſ. prim. ſecund. & Locat.

5. *Quartus locus.*] Sunt enim quinque partes in *cauſſa*, ſive oratione generis *judicialis*: *exordium*, *narratio*, *confirmatio*, *refutatio*, *epilogus*. CAPPER.

6. *Aut ſententiarum.*] Τῶν διανοιῶν (quæ dictio ſignificat animi ſenſa vel ſenſus; Gallice *les penſees*) non autem τῶν γνωμῶν, id eſt, *ſententioſe dictorum*. CAPPER.

7. *Affectus mitiores.*] Nam qui confirmat, utitur contentione & aſſeveratione, demum etiam nonnunquam judicem ad iram impellit: at qui refutat, omnia lenius agit, ac ſibi plerumque proponit æquitatem: hoc tamen non eſt perpetuum. TURNEB.

8. *Non ſine cauſſa.*] Cicero lib. II. Offic. ait, duobus

eſt [9] res illa ſimplicior, proponitur enim uno modo, diſſolvitur varie; cum accuſatori ſatis ſit plerumque, verum eſſe id, quod objecerit; [10] patronus neget, [11] defendat, [12] transferat, [13] excuſet, [14] deprecetur, [15] molliat, [16] minuat, avertat, [17] deſpiciat, derideat: [18] quare indirecta fere, atque, ut ſic dixerim, clamoſa eſt *actio.* Hinc mille flexus & artes deſiderantur. Tum [19] accuſator præmeditata pleraque domo affert: patronus etiam inopinatis frequenter occurrit. Accuſator dat teſtem: patronus ex re ipſa refellit. [20] Accuſator criminum invidia, etſi falſa ſit, materiam dicendi trahit, de parricidio, ſacrilegio, [21] majeſtate: [22] quæ patrono tantum neganda ſunt. Ideoque accuſationibus etiam mediocres in dicendo ſuffecerunt: bonus defenſor nemo, niſi qui [23] eloquentiſſimus fuit. [24] Nam, ut, quod ſentio, ſemel finiam, tanto eſt accuſare, [25] quam defendere, quanto facere, quam ſanare vulnera, facilius. [26] Plurimum autem refert, & [27] quid protulerit adverſarius, & quomodo. Primum igitur intuendum eſt, id, cui reſponſuri ſumus, [28] proprium ſit ejus judicii, an ad *cauſſam* extra arceſſitum. Nam, ſi eſt proprium, [29] aut negandum, [30] aut defendendum, [31] aut transferendum. Extra hæc [32] in judiciis fere nihil eſt. [33] *Deprecatio* quidem, quæ eſt [34] ſine ulla ſpecie defenſionis, rara admodum, & apud eos ſolos judices, qui nulla certa pronuntiandi forma tenentur: quanquam illæ quoque apud C. Cæſarem & Triumviros pro diverſarum partium hominibus *actiones*, etiam ſi pre-

generibus in foro laudem parari, accuſatione & defenſione; defenſionem tamen laudabiliorem eſſe, & longe difficiliorem: quod idem teſtatur in *Oratore.* Et Fabius fuſius lib. XII. cap. 7. TURNEB.

9. *Res illa.*] Nempe τὸ accuſare, ἡ accuſatio. CAPPER.

10. *Patronus neget.*] Fabius *definitionem* omiſit: eam tamen ſub negatione intelligere debemus, quæ duplex eſt; *conjecturalis*, cum negamus factum; *definitiva*, cum negamus hoc eſſe factum: ac ſic utetur in ſequentibus Fabius. TURNEB. *Patronus.*] Licet patronus dicatur, qui *cauſſam* agit, ſive actoris, ſive & rei; proprie tamen & ſtricte loquendo patronus vocatur, qui reum defendit, ut vel ex hoc uno loco ſatis patet. CAPPER. *Neget.*] Neget objectum crimen, admiſſum fuiſſe ſcelus neget per illum *ſtatum*, qui dicitur *infitialis* & *conjecturalis*; vulgo *quæſtionem facti* appellant: vel etiam neget facinus, quod reus admiſit, hoc eſſe nomine appellandum: furtum eſſe contendat, non vero ſacrilegium. Qui *ſtatus* eſt *definitivus*. CAPP.

11. *Defendat.*] Defendat objectum ſibi facinus tanquam jure perpetratum, idque per eum *ſtatum*, qui dicitur *qualitatis abſolutæ*, vel *abſolutus*. CAPPER.

12. *Transferat.*] Transferat *actionem* ipſam, & contendat non hoc tempore, vel non apud hunc judicem, vel non hac lege, vel non hac *actionis* formula, &c. poſſe ſe in judicium vocari: qui *ſtatus* vocatur *tranſlativus* & *tranſlativa cauſſæ conſtitutio*; Gallice *exception declinatoire & preſcription.* CAPPER.

13. *Excuſet.*] In alium auctorem culpam refundat, vel in cauſſas extraneas, ut in fortunam, neceſſitatem, &c. qui *ſtatus μετάστασις remotio* appellatur, & ad *qualitatem aſſumptivam* pertinet. CAPPER.

14. *Deprecetur.*] Deprecetur pœnam, idque per *ſtatum* qui *συγγνώμη venialis* dicitur; cum ſcilicet ad ſolam judicis miſericordiam confugimus, &, ut ignoſcat, rogamus: qui *ſtatus* ad *aſſumptivam* quoque *qualitatem* refertur. CAPPER.

15. *Molliat, minuat.*] Objecta crimina, idque per figuram *ταπείνωσιν*, Latine *extenuationem*: quod pertinere poteſt ad *ſtatum quantitatis*, quem Rhetores quidam poſt Ariſtotelem admittunt. CAPPER.

16. *Avertat.*] A ſe crimen in ipſum accuſatorem, vel in eum, quem reus ipſe læſerit, idque per *ἀντέγκλημα relationem*: qui *ſtatus* pertinet ad *qualitatem aſſumptivam.* CAPPER.

17. *Deſpiciat, derideat.*] Argumenta, quibus accuſator accuſationis capita probare velit. CAPPER.

18. *Quare indirecta.*] Hoc intelligendum videtur de actione accuſatoris, quæ non magnam deſiderat artem, ſed temerario fertur impetu & indirecto: quod ſi intelligere id velis de *actione* patroni, (quod tamen non æque placet) *indirecta* dicetur *actio* flexuoſa, ſinuoſa & ambagioſa. TURNEB. Satius eſt, opinor, ut hæc verba *indirecta eſt actio*, de patroni, quam de accuſatoris *actione* intelligantur. Nam *actio indirecta* ea ipſa eſt, quæ *mille flexus & artes deſiderat*: quod ſane ad patroni *actionem* pertinet; accuſatoris enim *actio* eſt ſimplicior, ut hic docet Fabius. CAPPER.

19. *Accuſator præmeditata.*] *Præmeditate*; MSS. Alm. Voſſ. prim. tert. Ald. Baſil. marg. *tum accuſator præmeditate;* Locat. *tum* etiam habent Voſſ. ſecund. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Roign. Obrecht. ſed abeſt a codice Bern.

20 *Accuſator criminum invidia.*] Accuſator *locis communibus* in vitia, onerare ſolet & rei perſonam: *loci* autem *communes* permultum valent ad ſuadendum, & inflammandum judicem: patronus autem vitium illud, quod amplificatur, dumtaxat negare poteſt, aut diminuere. Hac igitur in re eſt longe inferior accuſatore. TURNEB.

21. *De Majeſtate.*] De Majeſtate læſa vel deminuta; de crimine læſæ Majeſtatis. CAPPER.

22. *Quæ patrono.*] Supple, crimina.

23. *Eloquentiſſimus fuit.*] Ultima vox deeſt in editione Obrecht.

24. *Nam ut, quod ſentio.*] *Nam quod;* Voſſ. prim. Bern.

25. *Quam defendere, quam facere.*] *Quanto facere* legendum eſſe, facile eſt ex ipſo contextu videre. REGIUS. *Quam facere:* Locat.

26. *Plurimum autem refert.*] Docere incipit, quibus rationibus debeamus refellere: videndum igitur primum, an adverſarii objectio propria ſit *cauſſæ*, an non propria; deinde qua ſit uſus *elocutione* in objectionibus & diſpoſitione: hinc hujus capitis partes dependent. TURNEB.

27. *Quid protulerit.*] *Qui profuderit*; V. C. Alm.

28. *Proprium ſit ejus judicii.*] An quod objicitur ab accuſatore, proprium ſit ejus rei, quæ venit in judicium, ſeu de qua mota lis fuit. CAPPER.

29. *Aut negandum.*] Per *ſtatum infitialem*, ſeu *conjecturalem*, ubi quæritur, an res facta ſit nec ne (facti quæſtionem vocant;) vel per *ſtatum definitivum*, negando tali nomine appellandum eſſe crimen, quod commiſſum eſſe confitemur. CAPPER.

30. *Aut defendendum.*] Per *ſtatum qualitatis abſolutum*, quo rem jure factam fuiſſe contendimus. CAPPER.

31. *Aut transferendum.*] Per *ſtatum tranſlativum*, quo *actio* ipſa nobis intenta repellitur, & contendimus accuſatori jus non eſſe, ut contra nos hoc tempore, apud hunc judicem, hac lege, &c. agat. CAPPER.

32. *In judiciis.*] In forenſibus *cauſſis*, in orationibus generis *judicialis.* CAPPER.

33. *Deprecatio quidem.*] *Deprecatio* duplex eſt; nam quædam habet adjunctam defenſionem, ut primum ſcilicet factum defendamus, deinde judicem deprecemur. Ea poſſumus uti etiam apud judicem ordinarium, eumque, qui ex præſcripto legum judicat. Altera eſt *deprecatio*, cui defenſio non adjungitur; qua dumtaxat poſſumus uti apud eos, qui liberam habent judicandi poteſtatem, nec legum vinculo aſtringuntur; ut apud principem, apud populum, in ſenatu. TURNEB. *Deprecatio.*] Quæ pertinet ad *ſtatum venialem.* Hermogenes, aliique Rhetores Græci *συγγνώμην* appellant, & ad *ſtatum qualitatis aſſumptivum* reducunt. CAPPER.

34. *Sine ulla ſpecie.*] Pro *illa*, legendum eſſe *ulla* clare patet. REGIUS. *Sine illa:* V. C. Alm. Locat. *ſine ulla ſpe:* Voſſ. prim.

cibus utuntur, [35] adhibent tamen patrocinia: [36] niſi hoc non fortiſſime defendentis eſt, dicere: [37] *Quid aliud egimus, Tubero, niſi ut,* [38] *quod hic poteſt,* [39] *nos poſſemus?* [40] Quod ſi quando apud Principem, aliumve, cui, utrum velit, liceat, * dicemus [41] dignum quidem morte eum, pro quo loquemur, [42] clementia tamen ſervandum eſſe vel talem; primum omnium non erit res nobis cum adverſario, ſed cum judice; deinde forma *deliberativæ* magis materiæ, quam *judicialis* utemur. Suadebimus enim, ut laudem humanitatis potius, quam voluptatem ultionis concupiſcat. [43] Apud judices quidem, [44] ſecundum legem dicturos ſententiam, [45] de confeſſis præcipere ridiculum eſt. [46] Ergo, quæ neque negari, neque transferri poſſunt, utique [47] defendenda ſunt, qualiacumque ſint; aut *cauſſa* cedendum. Negandi duplicem oſtendimus formam; aut *non eſſe factum*; aut [48] *non hoc eſſe, quod factum ſit.* Quæ neque defendi, neque transferri poſſunt, utique neganda; nec ſolum, ſi [49] *finitio* poteſt eſſe pro nobis; ſed etiam, ſi nuda inficiatio ſupereſt. [50] Teſtes erunt? multa in eos dicere licet. [51] Chirographum? de ſimilitudine literarum [52] diſſerendum. Utique nihil erit pejus, quam confeſſio. Ultima eſt [53] *actionis* controverſia, cum defendendi negandive [54] non eſt locus, *tranſlatio.* [55] Atqui quædam ſunt, quæ neque negari, neque defendi, neque transferr poſſunt: *Adulterii rea eſt,* [56] *quæ, quum anno vidua fuiſſet, enixa eſt*: lis non erit. Quare illud ſtultiſſime præcipitur, quod defendi non poſſit, ſilentio diſſimulandum; [57] ſi quidem eſt id, de quo judex pronunciaturus eſt. At, ſi [58] extra *cauſſam* ſit adductum, & tamen conjunctum, malim quidem dicere, nihil id ad quæſtionem, nec eſſe in his morandum, & minus eſſe, quam adverſarius dicit: tamen [59] huic velut ſimulationi oblivionis ignoſcam. Debet enim bonus Advocatus

35. *Adhibent patrocinia.*] Hoc eſt, juſtæ defenſionis momenta & argumenta. CAPPER.

36. *Niſi hoc fortiſſime.*] *Non* particula recte in quibuſdam exemplaribus eſt adſcripta, ut legatur: *Niſi hoc non fortiſſime*, &c. REGIUS. *Niſi hoc fortiſſime;* Locatel. Obrecht.

37. *Quid aliud.*] Pro Ligario cap. 4.

38. *Quod hic poteſt.*] Videlicet Julius Cæſar.

39. *Nos poſſemus.*] Nos Pompeiani, qui Pompeii Magni ſequebamur partes. CAPPER.

40. *Quod ſi quando apud principem, aliumve, cui, utrum velit, liceat, dicemus; dicendum erit*, &c.] Duo ultima verba, ut quæ ſint a candore elegantiaque Fabii aliena, & aliquo imperitorum, judicioque carentium adſcripta, ac ſenſum denique confundentia, mihi videntur, vel refragantibus exemplaribus, tranſverſo calamo allinenda. Non enim quid nobis dicendum ſit, cum apud Principem agimus, præcipit Fabius: ſed id probat, quod ſuperius propoſuit, *deprecationem* ſine ulla defenſionis ſpecie raram admodum eſſe, ideoque ſubjicit: *Primum omnium, non erit res nobis cum adverſario, ſed cum judice.* REGIUS. Vocabulum *dicemus*, ſive errore Librariorum, ſive Typographorum, nonnullis editionibus excidit. Cum autem mutila ſine illo eſt periodus, inferendum omnino duximus ex editionibus Pariſienſi, Vaſcoſani, Stephani, aliorumque. GIBSON. *Dicemus* non habent MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Ald. ſed *dicendum erit* non habent Gryph. Baſil. Vidov.

41. *Dignum quidem morte, &c.*] *Locos deprecationis* Fabius pluribus explicat lib. VII. cap. de *qualitate.* TURNEB.

42. *Clementia.*] *Clementi;* Vallæ liber. & Voſſ. ſecund. & tert. quod placet Aſcenſio.

43. *Apud judices.*] Significat *deprecationem* nudam abſque defenſione apud judices, quibus poteſtas non eſt judicandi libera, locum non habere. TURNEB.

44. *Secundum legem.*] *Secundum leges;* Locat. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

45. *De confeſſis.*] Criminibus; vel de reis, qui objecta ſibi crimina confeſſi fuerint. CAPPER.

46. *Ergo quæ neque.*] Ait factum non ſolum ita negandum eſſe, ſi *finitione* uti poſſumus: ſed ſæpenumero *conjectura* eſſe utendum; eſt enim ea defenſio firmiſſima. TURNEB. *Quæ neque negari, neque transferri poſſunt, defendenda ſunt.*] Vide quæ paulo ſupra notavimus ad hujuſmodi locutiones, quibus Fabius ad varios oratoriarum quæſtionum *ſtatus* alludit. CAPPER.

47. *Defendenda ſint, qualiacumque ſunt; aut a cauſſa cedendum.*] *Sint* verbum ſubjunctivi modi, ac *ſunt* indicativi, utrumque in alterius locum transferendum videtur, & *a* præpoſitio expungenda, ut legatur: *utique defendenda ſunt, qualiacumque ſint; aut cauſſa cedendum.* REGIUS. Sunt qui ſubſtituunt *cauſſa cadendum*: hoc autem hic non habet locum; cum potius jubeat, non arripiendum patrocinium *cauſſæ*; ſed *cedendum* potius, ne nos aliquando temeritatis pœniteat. SICHARD. *Aut cauſſa cedendum*; V. C. Alm. Andr. Sich Baſil. Gryph. Vidov. Obrecht. *aut a cauſſa cedendum*; Voſſ. tert. Locat. ſed *cedendum* probum eſt. Sic *victoria cedere* ſupra cap. 8. ubi eadem diverſitas fuit notata; & lib. 11. cap. 1. *opere cedere.*

48. *Non hoc eſſe, quod factum ſit.*] Qui *ſtatus* eſt *definitionis* & conſtituitur hoc modo: pecuniam quidem in templo ſurripuit Titius: ſed cum ea privata eſſet, non ſacra, furti poteſt accuſari, non autem ſacrilegii. CAPPER.

49. *Finitio.*] Quæ vox idem ſignificat, quod *ſtatus definitivus*: de hoc fuſe Fabius lib. VII. cap. 3. CAPPER.

50. *Teſtes erunt.*] Eſt *anthypophora*; etenim aliquis objicere poteſt, vix *conjectura* locum eſſe; quia, ſi factum negaremus, teſtes producerentur, & *chirographa*: hoc tamen non obeſt, quia locum habes *communem* ad refutationem teſtium & *chirographorum.* TURNEB.

51. *Chirographum.*] Χειρόγραφον, id eſt, inſtrumentum aliquod propria τοῦ rei manu ſcriptum. CAPPER.

52. *Differendum.*] Emendate in quibuſdam exemplaribus *diſſeremus* legi animadverti. REGIUS. *diſſeremus*; V. C. Alm.

53. *Actionis controverſia.*] Libr. VII. cap. 5. vocat *actionis quæſtionem*, ubi ſcilicet diſceptatur, an intendendæ liti ſit locus: dicitur etiam *ſtatus tranſlationis* vel *tranſlativa cauſſæ conſtitutio.* Vide lib. VII. cap. 3. & lib. III. cap. 6. CAPPER.

54. *Non eſt locus, id eſt, relatio.*] *Tranſlatio* mihi legendum videtur; ad *tranſlationem* enim tum confugimus, cum neque negare factum, neque defendere poſſumus; ut aliquo juris remedio e crimine, quod neque negari, neque defendi poteſt, elabamur. REGIUS.

55. *Atque quædam.*] *At*, illa particula *que* expuncta, legendum eſt. REGIUS. *Atqui.* MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Oxon. Obrecht. & cod. Bern.

56. *Quæ, quum anno vidua fuiſſet.*] Gellius lib. III. cap. 16. tamen quamdam matronam ait undecimo menſe poſt mariti mortem eſſe enixam, Adrianumque imperatorem illam judicaſſe non eſſe adulteram. Docet quoque Gellius mulieres parere duodecimo menſe. TURNEB. *Quæ cum annum* malebat Francius.

57. *Si quidem eſt id.*] Nota *hypodiaſtoles* diſtinguenda ſunt *ſi quidem*, ne unum verbum eſſe credatur, cum duo eſſe manifeſte ex ipſo ſenſu percipiatur. REGIUS.

58. *Extra cauſſam ſit adductum.*] Varie quidem legitur hic locus: unde facile apparet locum eſſe depravatum. Alii namque loco illius *tamen*, legunt *tantum.* Mihi *tamen* potius placet, ut intelligamus extra *cauſſam* quidem eſſe adductum; ſed tamen cum *cauſſa* eſſe conjunctum. REGIUS. *Extra cauſſam ſit & adductum, & tantum conjunctum, mallem.* V. C. Alm.

59. *Huic velut ſimulationi oblivionis ignoſcam.*] Ignoſcam

pro Rei ſalute brevem negligentiæ reprehenſionem non pertimeſcere. Videndum etiam, [60] ſimul nobis plura aggredienda ſint, an [61] amolienda ſingula. [62] Plura ſimul invadimus, ſi aut tam infirma ſunt, [63] ut pariter impelli poſſint; aut tam moleſta, ut [64] pedem conferre cum ſingulis non expediat. Tum enim toto corpore [65] obnitendum, &, ut ſic dixerim, [66] directa fronte pugnandum eſt. [67] Interim, ſi reſolvere [68] ex parte diverſa dicta difficilius erit, noſtra argumenta [69] cum adverſariorum argumentis conferemus; [70] ſi modo, hæc ut valentiora videantur, effici poterit. [71] Quæ vero turba valebunt, [72] diducenda erunt; ut quod paulo ante dixi: *Heres eras, & pauper, [73] & magna pecunia: appellabaris a creditoribus, [74] & offenderas eum, cujus heres eras, & mutaturum tabulas teſtamenti ſciebas.* Urgent univerſa. [75] At, ſi ſingula quæque [76] diſſolveris, jam illa flamma, quæ magna congerie [77] convaluerat, [78] diductis, quibus alebatur, [79] conſidet; ut, ſi vel maxima flumina in rivos diducantur, qualibet tranſitum præbent. [80] Itaque propoſitio quoque [81] ſecundum hanc utilitatem accommodabitur, [82] ut ea nunc ſingula oſtendamus, nunc complectamur univerſa. Nam interim quod pluribus collegit adverſarius, ſatis eſt ſemel proponere; ut, ſi multas cauſſas faciendi, quod arguit, reo dicet accuſator fuiſſe; nos, [83] non enumeratis ſingulis, ſemel hoc intuendum negemus; quia non, quiſquis cauſſam faciendi ſceleris habuit, & fecerit. Sæpius tamen accuſatori congerere argumenta, reo diſſolvere expediet. Id autem, quod erit ab adverſario dictum, quomodo refutari debeat, intuendum eſt. Nam, ſi erit palam falſum, negare ſatis eſt;

Patrono, qui quaſi ſimularet oblitum ſe tam levi & tam parum ad rem facienti argumento reſpondere. Cæterum in vulgatis editionib. legitur: *velut huic ſimulationi*, ubi verborum ordo perturbatus videtur. CAPPER.

60. *Simul nobis plura.*] *An ſimul nobis;* Andr. Ven. Locat. Ald. Par. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *num ſimul*; MS. Bodl. Obrecht. ſed elegantius *an*, *utrum*, vel *num*, primo loco omitti, docent Ciaccon. ad Sall. Catil. 31. Mercer. ad Dict. Cret. I. 19. Heinſius ad Ovid. II. Faſt. 394. & *an* non geminari, niſi poſteriori adjiciatur *vero*, cenſet Vorſt. ad Valer. Max. VII. II. ext. I. & de Latinit. merit. ſuſp. cap. 18. BURMAN. *Plura . . . an ſingula.*] Argumenta contra nos ab adverſario prolata. CAPPER.

61. *Amolienda.*] *Mollienda*; Voſſ. prim.

62. *Plura ſimul invadimus, &c.*] Contrarium erat præceptum in *confirmatione*; nam argumentis firmis ſingulis inſiſtendum erat: cæterum *impellere* dixit *metaphorice* pro *evertere*, ducta *tranſlatione* a rebus non ſatis firmis, quas viribus impellere ſolemus, & deturbare. Quo & ſpectat proverbialis ſententia ſequens: *detecta fronte pugnandum*. quod fieri ſolet, cum hoſtis omni impetu invaditur. TURNEB.

63. *Ut pariter impelli ſit.*] *Poſſint* mihi legendum videtur: quamvis ſic quoque eleganter legi poſſe non inficier. *Sum* enim verbum cum *infinito*, more Græcorum, frequenter jungitur in ea ſignificatione, qua *poſſum*; ſed a Fabii ſtylo fere hæc figura eſt aliena. REGIUS. *Impelli ſit*; Locat.

64. *Pedem conferre.*] Pugnare, confligere, impugnare. *Metaphora* ducta eſt a præliis in quibus

——— *hæret pede pes, denſuſque viro vir*;

ut ait Virgil. Æneid. X. verſ. 361. CAPPER.

65. *Enitendum.*] *Obnitendum*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Steph. margo. Obrecht. quod non facile damnandum; ut enim hic *toto corpore*, ita Virgil. IV. Æneid.

Portam vi multa, converſo cardine, torquet
Obnixus latis humeris.

Val. Flac. VII. 595.

Obnixuſque genu ſuperat:

& Terent. Andr. I. I.

manibus pedibuſque obnixe omnia
Facere;

ubi Donat. *cum conatu inſtanter contra conatum*: melius ergo defenſioni convenit *obniti*, quam *eniti*. Francius malebat *annitendum*. BURMAN. *Enitendum*; Cod. Bern.

66. *Directa fronte.*] *Detecta*; Ven. Locat. Colon. Sich. Par. Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. ſed male ſupr. lib. II. cap. 13. *Quid ſi enim præcipias imperatori, quoties aciem inſtruet, ut dirigat frontem*, &c. hoc *recta fronte explicare exercitum* vocat Senec. de Vita beata cap. IV. Vegetius V. 15. *Liburnarum inſtruenda acies, non directa, ut in campo; ſed incurva ad ſimilitudinem lunæ*, &c. cui opponitur *lunata acies*. Frontin. III. IV. 54. & *obliqua fronte pugnare*. Liv. XXII. 47. BURMAN.

67. *Interim ſi reſolvere.*] Hanc refutationis ſpeciem appellant *per compenſationem*; cum ſcilicet adverſariorum argumenta non diluimus, ſed potiora illis opponimus. TURNEB. *Si reſolvere, &c.*] Utitur & hoc Rhetorum verbo Petron. Satir. cap. 107. PAREUS.

68. *Ex parte diverſa dicta.*] Argumenta quæ fuerint ex parte noſtri adverſarii prolata. CAPPER.

69. *Cum adverſariorum.*] *Cum adverſarii*; Voſſ. prim. tert.

70. *Si modo hæc.*] Noſtra videlicet argumenta. CAPPER.

71. *Quæ turba valebunt.*] Quæ noſtri adverſarii argumenta *collective*, ut aiunt, & velut in globo conſiderata robur habere videbuntur. CAPPER.

72. *Diducenda.*] Separanda, dividenda, ſigillatim expendenda, ut ſeorſum refellantur. CAPPER.

73. *Et magna pecunia: appellabaris.*] In vulgatis editionib. *& magna pecunia appellabaris*; unde commodum ſenſum non ita proclive foret elicere. Lectionem noſtram probabit, opinor, qui eamdem ſententiam a Fabio paulo ſupra expreſſam conſiderarit. Eſt enim his concepta verbis cap. 12. *Hereditatem ſperabat, & magnam hereditatem . . . . . & a creditoribus appellabaris*, &c. Et certe *τὸ magnam hereditatem ſperabat*, idem ſignificat, quod *magna pecunia* [*erat in hereditate*. CAPPER. *Appellabaris.*] In jus, in judicium vocabaris, tibi lis intendebatur. CAPPER.

74. *Et offenderas.*] *Et offenderas eum, cujus heres eras*; MSS. Colb. Voſſ. ſecund. hanc eamdem lectionem cap. 12. exhibuit ipſe Fabius, ubi eamdem omnino ſententiam expreſſit. In vulgatis editionib. legebatur; *& offenderas & mutaturum*, &c. Utra lectio alteri præſtet, lector *ἀγχίνους* judicabit. CAPPER.

75. *Ut ſi ſingula.*] *At ſi* manifeſte, non *ut ſi*, legendum eſſe patet. REGIUS. *at ſingula*; Voſſ. tert.

76. *Si diſſolveris*] Si adverſarii argumenta diviſeris ab invicem, ſi ſeparaveris, ſeorſum expenderis, unumquodque ſigillatim excuſſeris. CAPPER.

77. *Convaluerat.*] Vide ad Petron. CXXVI.

78. *Diductis, quibus alebatur.*] Diviſis & ſeorſum poſitis iis rebus, quibus flamma hujuſmodi alebatur. CAPPER.

79. *Concidet.*] *Concidet & conteretur*; Andr. puto vero legendum *conſidet*: ita apud Senec. de Ira I. 4. *Quædam ſunt iræ, quæ intra clamorem conſidant*; ubi etiam *concidant* alii codices. Ovid. XIII. Met. dixit:

Ilion ardebat, nec adhuc conſiderat ignis;

& ita Virgilius II. Æneid. 527. *conſidere in ignes* dixit; & alii. BURMAN.

80. *Itaque propoſitio quoque.*] Cum aliquid refutare paramus, propoſitione id, de quo dicturi ſumus, aperimus: proinde cum vel ſingula aggredimur, vel etiam univerſa, pro eorum ratione propoſitionem inſtituere debemus: hoc autem præceptum pertinet ad modum refutandi. TURNEB.

81. *Secundam hanc militatem.*] *Secundum* legendum eſſe, nemo non videt. REGIUS.

82. *Ut ea nunc ſingula.*] *Ut nunc ſingula*; V. C. Alm. *Ut ea.*] Propoſitione ſcilicet de refellendis adverſarii argumentis. CAPPER.

83. *Non enumeratis.*] *Non numeratis*; V. C. Alm.

ut pro Cluentio Cicero, eum, quem dixerat accuſator [84] epoto [85] poculo conciḍiſſe, negat eodem die mortuum. [86] Palam etiam [87] contraria, & ſupervacua, & ſtulta reprehendere, nullius eſt artis; ideoque nec [88] rationes eorum, nec exempla tradere neceſſe eſt. [89] Id quoque (*obſcurum* vocant) quod ſecreto, & ſine teſte, aut argumento dicitur factum, ſatis natura ſua infirmum eſt. Sufficit enim, quod adverſarius non probat. Item, [90] ſi ad *cauſſam* non pertinet. [91] Eſt tamen interim oratoris efficere, ut quid [92] aut contrarium eſſe, aut [93] a *cauſſa* diverſum, aut incredibile, aut ſupervacuum, [94] aut noſtræ potius *cauſſæ* videatur eſſe conjunctum. [95] Objicitur Oppio, quod de militum cibariis detraxerit: aſperum crimen: [96] ſed contrarium oſtendit Cicero, [97] quia iidem accuſatores objecerint Oppio, quod is voluerit exercitum largiendo corrumpere. Teſtes in Cornelium accuſator [98] lecti a tribuno codicis pollicetur: facit hoc Cicero ſupervacuum, [99] quia idem fateatur ipſe. Petit accuſationem in Verrem [100] Quintus Cæcilius, quod fuerat quæſtor ejus: ipſum Cicero, ut pro ſe videretur, [101] effecit. [102] Cætera, quæ proponuntur, [103] *communes locos* habent. Aut enim [104] *conjectura* excutiuntur, an vera ſint; [105] aut *finitione*, [106] an propria; [107] aut *qualitate*, an inhoneſta, iniqua, improba, inhumana, crudelia, & cætera, [108] quæ ei generi accidunt. Eaque non modo in propoſitionibus [109] aut rationibus, ſed in toto genere *actionis* intuenda. [110] An ſit crudelis, ut La-

84. *Epoto.*] *Poto*; V. C. Alm.

85. *Poculo concidiſſe.*] *Epoto poculo mortuum eſſe, omnino illo die eſſe mortuum*; Cicero cap. 60.

86. *Palam etiam.*] Cicero *contrarium* ab *adverſo* ſeparat; ut ſit *contrarium*, quod ita dicitur, ut judicis factis repugnet; *adverſum* autem, quod noſtræ rupugnet *cauſſæ*. Utrumque contrarii nomine complectitur Fabius: cæterum omnes hi *loci* apud Cicer. habentur libro primo de *Inventione*. TURNEB. Videatur Scip. Gentilis Comment. in Apuleii Apolog. pag. 389. PAREUS.

87. *Contraria.*] Quid *contrarii* vocabulo intelligat Fabius, ipſe paulo poſt exponit his verbis: *Eſt enim* contrarium, *quo adverſarius bene uti poteſt.* CAPPER.

88. *Rationes eorum exempla.*] *Nec* particula a librariis omiſſa, eſt reponenda, ut legatur, *nec exempla.* REGIUS. *Nec rationes eorum.*] Subintellige, *refutandorum.* CAPPER.

89. *Id quoque.*] Fab. cap. *de narratione*, eum de falſa expoſitione loquebatur, tutam eſſe dicebat his in rebus mentiendi occaſionem. Exemplum eſt apud Cicer. 2. Philip. cap. 4. de literis Antonii, ubi ait: *Atque etiam literas, quas me ſibi miſiſſe diceret, recitavit homo & humanitatis expers & vita communis ignarus, &c.* Et paulo poſt: *Sed quid opponas tandem, ſi negem me unquam iſtas literas ad te miſiſſe? quo me teſte convincas? an chirographo, in quo habes ſcientiam quæſtuoſam? qui poſſis? ſunt enim librarii manu. Jam invideo magiſtro tuo, qui te tanta mercede, quanta jam proferam, nihil ſapere docuit. Quid eſt enim minus, non dico oratoris, ſed hominis, quam obiicere adverſario, quod ille, ſi verbo negarit, longius progredi non poſſit, qui objecerit?* TURNEBUS.

90. *Si ad cauſſam non pertinet.*] Sic quidem recte legi videtur: ſed, loco illius particulæ *ſi*, forſitan *quod* rectius legeretur: perſpicuus certe magis foret ſenſus. Quod enim ad *cauſſam* non pertinet, ſatis ſua natura infirmum eſt. REGIUS. *Quo*; Ald. Baſil.

91. *Sed tamen interim oratoris eſt.*] *Eſt tamen interim oratoris*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. Steph. Baſil Colin. Vidov. Oxon. Obrecht. *Et tamen i. o. eſt.* Ald.

92. *Aut contrarium.*] Id autem facimus, cum capita, quæ objecit, aut argumenta inter ſe conferimus, & aliquam eruimus repugnantiam. TURNEB.

93. *A cauſſa diverſum.*] Ad rem controverſam non pertinens, a lite prorſus alienum. CAPPER.

94. *Aut noſtræ potius cauſſæ.*] Hæc eſt refutandi ratio, quæ appellatur ab Hermogene βίαιον, a Latinis *violatio*, aut *inverſio*: quod genus omnium eſt firmiſſimum. TURNEB. Vulgo dicimus: *argumentum retorquere*, & *argumentum ad hominem*: quod autem ait Turnebianus commentator τὸ Hermogenis βίαιον, a Latinis dici *violationem* aut *inverſionem*, minime probabile mihi videtur. Excutias licet Ciceronem, Rhetorem Herennianum, Quinctilianum, Martianum Capellam, Boëtium, Caſſiodorum, Iſidorum Hiſpalenſem, Rhetoras Pithœanos, Priſcianum, cæteroſque Grammaticos veteres a Putſchio editos; nuſpiam reperies *violationem* aut *inverſionem* pro τοῦ Hermogenis βιαίου. Solus, quod ſciam, Georgius Trapezuntinus has voces, ut alias plures, innovando uſurpavit, idque refragante Latini ſermonis uſu & *analogia.* Hoc autem erat homini Græco condonandum potius, quam Latinis Philologis imitandum. CAPPER.

95. *Objicitur Oppio.*] Vide Patricii notas in fragmenta orationis pro Oppio.

96. *Sed id contrarium.*] *Sed contrarium*; V. C. Alm. Steph. Colin. Vidov. Oxon. Obrecht.

97. *Quia iidem.*] *Quod iidem a. o. o. q. i. voluerit*; Voſſ. prim.

98. *Lecti a Tribuno codicis.*] Ab ipſo Cornelio, qui Tribunus plebis eſſet. Vide Ciceronian. oration. fragmenta & hic lib. IV. cap. 4. ubi quædam huc pertinentia de crimine lecti codicis a magiſtratu ſenatorio vel plebeio annotavimus. CAPPER.

99. *Quia idem fateatur.*] *Quia fateatur*; V. C. Alm.

100. *Quintus Cæcilius.*] *L. Cæcilius*; MSS. Alm. Voſſ prim. tert. cod. Bern.

101. *Efficit.*] *Effecit* legendum eſſe videtur. REGIUS. *efficit*; Locat. Voſſ. prim. tert. Francius volebat *id ipſum Cicero, &c. effecit.* Rollin. *hoc ipſum.*

102. *Cætera, quæ proponuntur.*] Quæ ſuperioribus generibus non refelluntur, in hos *locos* reduci poſſunt, atque ita ſolvi. Cæterum *locos communes* idcirco appellat, propterea quod omnis objectio his generibus poteſt dilui, ut initio quoque dixit. Sunt igitur *loci*, ut pertinent ad refellendum: ſunt quæſtiones, ut pertinent ad *ſtatum* conſtituendum. TURNEB.

103. *Communes locos habent.*] Quartus hic ſenſus eſt hujus loquendi formulæ *locus communis*, quatenus deſignat ſpeciales quaſdam diſceptationes, vel argumentorum fontes & capita, [Hermogeni κεφάλαια] quæ ad unum e *ſtatibus*, verbi gratia, ad *conjecturalem*, ad *definitivum* pertineant: cæteras *communis loci* notiones expoſuimus in notis ad cap. 1. lib. V. CAPPER.

104. *Conjectura excutiuntur.*] Expenduntur per *ſtatum conjecturalem*, ſive, ut vulgo loquuntur, per *quæſtionem facti.* CAPPER.

105. *An finitione, an propria.*] *Aut finitione* legendum eſſe patet. REGIUS. *Finitione*] Per *ſtatum definitivum*, ubi agitur de controverſæ rei natura & proprietatibus, & quæritur quænam ſit, & quo nomine appellanda res, quæ venit in judicium. CAPPER.

106. *An propria.*] An ea, quæ ab adverſariis proponuntur, ſint rei controverſæ propria, ejuſque naturam & proprietates genuinas exhibeant. Hinc, ut ſupra notavimus ad lib. III. cap. 6. *ſtatus definitivus* vocatur *proprietas*, περὶ ἰδιότητος, *de proprietate*, de *eodem* & de *altero* ſeu *alio.* Lege principia Rhetorices D. *Auguſtino* attributa pag. 294. Rhetorum Pithœan. CAPPER.

107. *Aut qualitate.*] Aut per *ſtatum qualitatis*, quo inquiritur, an res vel actio juſta ſit, nec ne, &c. Vide lib. VII. cap. 4. CAPPER.

108. *Quæ ei generi accidunt.*] Ei generi τοῦ *ſtatus*, nempe, *ſtatui qualitatis*, de quo in nota proxime ſuperiore. CAPPER.

109. *Aut rationibus.*] Rationum momentis, argumentis, probationibus. CAPPER.

110. *An ſit crudelis, ut Labieni.*] Intuendum eſt, an ſit

bieni in Rabirium lege perduellionis. [111] Inhumana, ut Tuberonis Ligarium exſulem accuſantis, atque id agentis, ne ei Cæſar ignoſcat. [112] Superba, ut in Oppium ex epiſtola Cottæ reum factum. Proinde præcipites, inſidioſæ, [111] impotentes deprehenduntur. Ex quibus tamen fortiſſime invaſeris, quod eſt aut omnibus periculoſum; ut [114] dicit Cicero pro Tullio: [115] *Quis hoc ſtatuit unquam, aut cui concedi, ſine ſummo omnium periculo, poteſt,* [116] *ut eum jure potuerit occidere, a quo metuiſſe ſe dicat,* [117] *ne ipſe potius occideretur?* aut ipſis judicibus; ut pro Oppio monet pluribus, ne [118] illud *actionis* genus [119] in equeſtrem ordinem admittant. Nonnunquam tamen quædam bene contemnuntur, vel tanquam levia, vel tanquam ad *cauſſam* nihil pertinentia. [120] Multis hoc locis facit Cicero. Sed hæc ſimulatio interim hucuſque procedit, ut, quæ dicendo refutare non poſſumus, quaſi [121] faſtidiendo calcemus. [122] Quoniam vero [121] maxima pars eorum [124] ſimilibus conſtat, rimandum erit diligentiſſime, quid ſit in quoque, quod [125] aſſumitur, diſſimile. Id in jure facile deprehenditur. [126] Eſt enim ſcriptum de rebus utique diverſis, tantoque magis [127] ipſarum rerum differentia poteſt eſſe manifeſta. Illas vero ſimilitudines, quæ ducuntur ex mutis animalibus, aut inanimis, facile eſt eludere. [128] Exempla rerum varie tractanda ſunt, ſi nocebunt: [129] quæ ſi * dubia erunt, fabuloſa dicere licebit: ſin vera, maxime quidem diſſimilia. [110] Neque enim fieri poteſt, ut paria ſint omnia; ut, ſi Naſica poſt occiſum Gracchum defendatur exemplo Ahalæ, a quo Melius eſt interfectus; Melium regni

crudelis *actio* ſive accuſatio Labieni Tribuni plebis, qui Rabirium accuſabat, & reum faciebat ex lege perduellionis. Erat autem perduellio graviſſimum ex omnibus majeſtatis diminutæ ſeu læſæ criminibus: perduellionis reus erat proprie, qui in rempublicam ipſam, aut in quempiam majorum magiſtratuum fuiſſet injurius. Rabirius porro Apuleium Saturninum Tribunum plebis occidiſſe dicebatur. Perduelles judicabantur a Duumviris, a quibus ad populum erat provocatio. CAPPER.

111. *Inhumana, ut.*] *Si enim in exilio eſt, quid amplius poſtulatis? an ne ignoſcatur?* & cætera, quæ ſequuntur. TURNEB.

112. *Superba, ut in Oppium ex epiſtola Cottæ.*] An *actio* ſive accuſatio ſit ſuperba ὑβρῖα *violenta*, qualis fuit adverſus Oppium. Hic fuerat quæſtor Cottæ, qui cum Lucullo Conſul Propontidem & Bithyniam erat ſortitus. Oppio crimini dabatur, quod de cibariis militum detraxiſſet; idque ipſius Cottæ teſtimonio firmabatur. Vide fragmenta Ciceronian. oration. CAPPER.

113. *Impotentes.*] *Actiones* ſeu accuſationes profectæ ex immoderata quapiam animi cupiditate, quæ accuſatorem facit impotentem ſui, animi impotem ἀκρατῆ, ἥττονα ἑαυτῶ, qui continere ſe, & moderari ſibi nequeat. CAPPER.

114. *Dicet Cicero pro Rullio.*] *Dicit*, ac *Tullio* in aliis exemplaribus legitur. REGIUS. *dicet C. pro Rullio*; Locat. Vide Ciceronian. oration. fragmenta.

115. *Quis hoc ſtatuit.*] Non eſt idonea cædis ratio, ſi dicas, ideo te hominem jure interfeciſſe, quod timeres, ne ab eo interficereris, niſi hoc feciſſes. TURNEB.

116. *Ut eum jure.*] Quamvis oratio, unde hæc ſunt deſcripta, non exſtet; ex ſenſu tamen ipſo aperte colligitur, *c* litera in *e* vocalem converſa, *eum* eſſe legendum. REGIUS. *Cum*; Locat.

117. *Ne ipſe poſterius.*] Francius conjiciebat, *ne ipſe potius*. Legi etiam poſſet, *ne ipſe prius*. CAPPER.

118. *Illud actionis genus.*] Illud genus accuſationis & litis, ut nunc aiunt, *criminalis*. CAPPER.

119. *In equeſtrem ordinem.*] Nam, ex lege Sempronia, quibuſdam actionibus equites non tenebantur; ut Cicero oſtendit pro Cluentio, equites lege corrupti judicii accuſari non potuiſſe. Porro, quod ſit illud *actionis* genus, ignoramus, cum deſideretur oratio. TURNEB.

120. *Multis hoc locis facit Cicero.*] Ut pro Cœlio; docet enim totam illam accuſationem levem eſſe, potiuſque continere amoris expoſtulationem, quam criminis inſectationem. TURNEB. *Fecit Cicero*; V. C. Alm.

121. *Faſtidiendo.*] Contemptus non ſolum in rebus levibus eſt, & nihil ad *cauſſam* pertinentibus, ſed in graviſſimis quoque; cum data occaſione, a levibus auſpicati, ita procedimus, ut gravia quoque pari faſtidio contemnamus. TURNEB.

122. *Quoniam vero.*] Similitudinis exempli hoc loco refutationem docet, ut ſequenti cap. argumentorum, id eſt, *epichirematis* & *enthymematis*; nec, quo ordine antea propoſuit, hæc tractat. Confirmationem eorum vide capp. 10. & 11. TURNEB. In ſuperiore Turnebiani nota legendum videtur, *ſimilitudinis & exempli hoc loco*, &c. CAPPER.

123. *Maxima pars eorum.*] Argumentorum videlicet. CAPPER.

124. *Similibus.*] Iis argumentis, quæ ducantur *a ſimili* vel, ut nunc, loquimur, *a pari*. CAPPER.

125. *Aſſumitur, diſſimile.*] Hic diſtinguendum eſt, quamvis exemplaria refragentur. *Id* autem pronomen ita videtur adſcribendum; ut ſequentis ſenſus ſit initium hoc modo: *Id in jure facile deprehenditur.* REGIUS. *Id* deeſt in MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. *Aſſumitur. Diſſimile id*, &c. Ald. *Aſſumitur.*] Ad probandum, ad faciendam fidem. CAPPER.

126. *Eſt enim ſcriptum.*] In jure, cum adverſarius ſimilitudine utitur, ſimilitudinem ab alia lege ducit. Porro alia lex de alia quoque re ſciſcit: proinde diſſimilitudo eſt illic faciliima. TURNEB.

127. *Ipſarum rerum.*] *Ipſa rerum differentia*; Locat. Ald. Steph. Baſil Gryph. Colin.

128. *Exempla rerum.*] *Et exempla*; Voſſ. prim.

129. *Quæ vera erunt, fabuloſa dicere licebit, ſin dubia.*] Depravatus eſt hic locus, ut mihi quidem videtur, verborum tranſpoſitione ſolum. Nam utraque hæc *vera* & *dubia* alterius locum occuparunt: hoc autem ordine emendate legatur: *Quæ ſi dubia erunt, fabuloſa dicere licebit: ſin vera, maxime quidem diſſimilia.* Nec ignoro, quoſdam aliorum exemplarium correctores *vera* in *vetera* commutaſſe. Quod an ſenſui congruat, viderint ipſi: mihi certe ſic legendum, ut dixi, videtur: niſi forte *indubitata*, pro illo nominativo *dubia* legatur; tunc enim *vetera* recte legerentur. Si enim vetera eſſent, potius fabuloſa propter vetuſtatem, quam diſſimilia dicerentur: vera autem ſi ſint, non aliter, quam ſi diſſimilia dicantur, poſſunt refutari. REGIUS. *Si dubia erunt, fabuloſa d. l. ſin vera, maxime q. d.* Venet. Par. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Oxon. *quæ ſi vetera erunt, fab. d. l. ſi indubia max. q. d.* V. C. Alm. Ald. cod. Bern. & Voſſ. ſecund. niſi quod *ſin dubia* habet. *Si vetera erunt, fabuloſa dicere licebit: ſive dubia: maxime quidem diſſimilia.* Arg. Obrecht. quam ſcripturam ſecuti ſumus; nam tantum præcepta dat de veteribus exemplis, ad quæ refellenda tres vias oſtendit; ut dicamus vel fabuloſa, vel dubia, vel, ſi illud non licet, maxime eſſe diſſimilia oſtendamus. BURMAN. Sed huic lectioni obſtat 1°. quod neque in MSS. codd. neque in antiquis editionibus occurrat; 2°. quod ponat Burmannus hic de ſolis veteribus exemplis a Fabio præcepta dari; nam inde ſequitur vel mancas eſſe Fabii præceptiones, vel hunc Rhetorem de recentioribus etiam exemplis locutum fuiſſe, de quibus tamen ne γρῦ quidem. Adde quod, ſi quæ ſint exempla vetera, ea non continuo fabuloſa, vel dubia dicere liceat. His incommodis non eſt obnoxia Raphaëlis Regii lectio, quam editiones. Venet. Pariſ. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. & Oxon. adoptarunt. Nam & recentiora æque ac vetera exempla complectitur, & quæ dubia ſunt, ea fabuloſa per *hyperbolen* oratoribus familiarem appellare permittit. CAPPER.

130. *Neque enim fieri poteſt.*] *Neque eſſe poteſt*; V. C. Alm.

affectatorem fuiſſe, a Graccho leges modo latas eſſe populares; Ahalam magiſtrum equitum fuiſſe, Naſicam privatum eſſe, [131] dicatur. [132] Si defecerint omnia, tum videndum erit, [133] an obtineri poſſit, ne illud quidem recte factum. Quod de exemplis, idem etiam [134] de judicatis obſervandum. Quod autem poſui, referre, quo quidque modo accuſator dixerit; huc pertinet, ut, ſi eſt minus [135] efficaciter elocutus, ipſa ejus verba ponantur; ſi acri & vehementi fuerit uſus oratione, eamdem rem noſtris verbis mitioribus proferamus; ut [136] Cicero pro Cornelio: [137] *Codicem attigit:* [138] & protinus cum quadam defenſione; ut, ſi pro luxurioſo dicendum ſit: *Objecta eſt* [139] *paulo liberalior vita.* [140] Sic & pro ſordido parcum, pro maledico liberum dicere licebit. Utique nunquam committendum eſt, ut adverſariorum dicta cum ſua confirmatione referamus, [141] aut etiam *loci* alicujus exſecutione [142] adjuvemus, niſi cum eludenda: [143] *Apud exercitum mihi fueris, inquit,* [144] *tot annos? forum non attigeris?* [145] *abfueris tamdiu?* [146] *&, cum tam longo intervallo veneris, cum iis, qui* [147] *in foro habitarunt,* [148] *dignitate contendas?* Præterea [149] in contradictionibus interim totum crimen exponitur; ut Cicero [150] pro Scauro contra Boſtarem facit, velut orationem [151] diverſæ partis imitatus; aut pluribus propoſitionibus junctis,

131. *Dicatur.*] Dici poterit ab eo, qui Publium Naſicam homicidii accuſaverit. CAPPER.

132. *Si defecerint omnia.*] Si non poterimus in exemplo diſſimilitudinem oſtendere, reliquum eſt, ut oſtendamus iniquitatem, probemuſque, ne illud quidem, quod in exemplum affertur, recte factum fuiſſe. TURNEB.

133. *An obtineri poſſit, ne illud quidem recte factum.*] An orator, an, verbi gratia, Publii Naſicæ accuſator aſſerere, confirmare, perſuadere judicibus & ab iis impetrare poſſit ut credant, ne illud quidem, quod ab adverſario, puta Naſicæ rei patrono, in exemplum affertur, recte factum fuiſſe; neque Melium ab Ahala recte ac jure fuiſſe occiſum. CAPPER.

134. *De judicatis.*] Hæc ſunt *præjudicia*, ſeu res antea judicatæ, de quibus vide hujus libri caput ſecundum. CAPPER.

135. *Efficaciter locutus.*] *Elocutus;* V. C. Alm. Obrecht. *Efficaciter.*] Ἐνεργῶς, ἐμφατικῶς. CAPPER.

136. *Cicero Cornelio.*] Scribe *pro Cornelio.* PHILAND. *De Cornelio;* Gryph.

137. *Codicem attigit.*] Pro *præconi aut ſcribæ eripuit, ipſe recitavit.* Vide Patricium ad Fragm. Orat. pro Cornelio I. Et certe, ut habet Tullius oratione in Vatinium ſub initium, Cornelio nihil ejuſmodi objectum eſt. Codicem legiſſe dicebatur: defendebatur, quod tribulibus collegis ſuis non recitandi cauſſa legiſſet, ſed recognoſcendi. Hac de re plura ſuppeditant, tum Aſconius Pedianus in argumento primæ Cornelianæ, tum quæ ſupra notavimus ad lib. IV. cap. 4. circa finem. CAPPER.

138. *Et protinus.*] *Et* non habet V. C. Alm.

139. *Paulo liberalior.*] Editio Lugdunenſis contra omnium codicum fidem legit: *objecta eſt populo liberalior vita.* GIBSON. Forte ſcripſit: *paulo liberior vita;* ut fuit in Vallæ libro, teſte Aſcenſio, ut Nepos Themiſt. I. *quod & liberius vivebat, & rem familiarem negligebat;* & Terent. Andr. I. I.

Liberius vivendi fuit poteſtas.

Sed neque *liberalior* loco temere moverim. BURMAN.

140. *Sic & pro ſordido.*] Hæc defendendi ratio fit per nominum *derivationem*, quam mutuamur a vicinitate virtutum & vitiorum. De ea Fabius egit cap. de *demonſtrativo* genere, lib. III. TURNEBUS.

141. *Aut etiam joci alicujus executione.*] Pro *executione* quidam legunt *excuſſione:* quod an recte legatur, viderint ipſi. Mihi quidem *executione* recte legi videtur, *joci* vero corrupte. Neque enim ſenſui congruit. *Loci* autem fortaſſe emendate legeretur: id quod exemplo, quod ſubjicitur, aperte demonſtratur; *locum* enim, a Servio Sulpicio tractatum, ita exigit Cicero pro Muræna ambitus reo, ut ipſum eludat. REGIUS. *Locum* appellat, uberiorem aliqua de re diſputationem, aut adeo amplificationem: ſequitur autem hujus rei exemplum. TURNEB. *Excuſſione;* MSS. Joan. Voſſ. prim. & marg. Vaſc. Steph. *joci executione;* V. C. Alm. Locat. Ald. Baſil. *loci executione;* Steph. Gryph. Colin. Oxon. Obrecht. *Loci alicujus executione.*] Ipſa ejus argumenta iiſdem fere verbis exacte referendo. ROLLIN. Sed aliquid amplius Fabii verba ſignificant, ut patet ex illo, quod paulo poſt ſequitur: *Quidam contradictione non contenti, totos etiam locos explicant. Scire ſe hoc dicturos adverſarios & ita perſecuturos.* Igitur *exequi*, ſeu *perſequi*, eſt argumentum, vel argumenti vim pluribus verbis explicare, argumenti elocutionem Rhetorico apparatu proponere, atque exornare; ἐργασίαν τῶν ἐπιχειρημάτων vocat Hermogenes lib. III. de *Inventione*, cap. 7 & 8. CAPPER.

142. *Adjuvemus.*] *Adjuves;* Voſſ. ſecund. tert. Locatel. Ald. Baſil. Colin.

143. *Apud exercitum.*] Cicero pro Muræna cap. 9. *locum*, quo utebatur Servius Sulpitius, retulit colludendo. Conquerebatur ille, quod Muræna, qui tamdiu bello Mithridatico fuiſſet in exercitu, reverſus ſtatim conſulatum adeptus eſſet, cum ipſe eſſet repulſus, cum ſemper in Republica manſiſſet. TURNEB. Apud Ciceronem non aliter diſtinguitur: *Apud exercitum mihi fueris, inquit, tot annos?* &c.

144. *Tot annis.*] Ego *tot annos* præfero ex Ciceronis codicibus; honeſtior enim eſt locutio, quam *tot annis*, auctore Servio ad Virgil. I. Æneid. 47. & de qua latius agendi locus erit ad Ovidium I. Arte Amandi. 848. BURMAN.

145. *Abfueris.*] Apud Ciceronem edit. Græv. *afueris:* quæ vetus erat ſcribendi ratio. CAPPER.

146. *Et cum tam longo.*] *Tam* non habet Cicero.

147. *In foro habitarint.*] *Habitarunt;* Ciceronis codices, & Voſſ. ſecund. & Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Obrecht. De hac locutione vide ibi interpretes, & ad Petron. cap. II.

148. *De dignitate.*] *De* non eſt in Ciceronis codicibus; & recte.

149. *De contradictionibus.*] Invitus quidem facio, ut aliquid verborum aut adjiciam textui, aut detraham. Sed cum liberum cuique ſuum relinquatur judicium, non ab re fuerit, quid de hoc quoque loco ſentiam, explicare. Quid enim ſibi velit illa præpoſitio, mihi non liquet. Otioſa certe eſt, ac ſenſum ita perturbat, ut, niſi eradatur, verus ac integer haberi non poſſit, qui præſertim cum exemplis, quæ inferuntur, conveniat. Neque inficior *in* præpoſitionem loco illius *de* commode adſcribi poſſe. Nam in contradictionibus * interim totum crimen exponitur, id quod probant exempla, quæ ſubjiciuntur, de Ciceronis orationibus, quæ non extant, deſcripta. REGIUS. Contradictionem, quam Æſchines appellat *antitheſin*, vocat Fab. cum id, quod ab adverſario dici contra nos poterit, occupamus ac diſſolvimus: at certe hæc de contradictione intelligi nullo modo videtur; cumque in aliis codicibus, *de contradictionibus* legatur, hoc apparet in margine notatum fuiſſe, poſtea per imperitiam in contextum irrepſiſſe. TURNEBUS. *De contradictionibus;* Locat. Aſcenſius delenda hæc duo verba cenſet. *In contradictionibus.*] Ἐν ταῖς ἀντιλογίαις, quando referuntur adverſariorum *objectiones* & *inſtantiæ*, ut nunc in ſcholis loquuntur. CAPPER.

150. *Pro Scauro.*] Vide Ciceronian. Oration. fragmenta. CAPPER.

151. *Diverſæ partis.*] Partis adverſæ, vel illius, qui adverſarii noſtri *cauſſam* agit. CAPPER.

ut

ut [152] pro Vareno: *Cum iter per agros & [153] loca ſola [154] faceret cum Populeno, in familiam Ancharianam incidiſſe dixerunt; deinde Populenum occiſum eſſe; illico [155] Varenum vinctum adſervatum, [156] dum hic oſtenderet, quid de eo fieri vellet.* [157] Quod eſt utique faciendum, ſi erit incredibilis rei ordo, & ipſa expoſitione fidem perditurus. [158] Interim per partes diſſolvitur, quod contextu nocet; & plerumque [159] id eſt tutius. Quædam contradictiones natura ſunt ſingulæ. Id exemplis non eget. [160] Communia bene [161] apprehenduntur, non tantum, quia utriuſque ſunt partis, ſed quia plus proſunt reſpondenti. [162] Neque enim pigebit, quod ſæpe monui, referre. Commune, qui prior dicit, [163] contrarium facit. Eſt enim [164] contrarium, quo adverſarius bene uti poteſt: *At enim non veriſimile eſt, tantum ſcelus M. Cottam eſſe commentum. Quid? hoc veriſimile eſt, tantum ſcelus Oppium eſſe conatum?* [165] Artificis autem eſt, invenire [166] in *actione* adverſarii, quæ [167] inter ſemet ipſa pugnent, aut pugnare videantur: quæ aliquando ex rebus ipſis manifeſta ſunt, ut in *cauſſa* [168] Cæliana: *Clodia aurum ſe Cælio commodaſſe dicit*, [169] *quod ſignum magnæ familiaritatis eſt; venenum ſibi paratum, quod ſummi odii argumentum eſt.* [170] Tubero Ligarium accuſat, *Quod is in Africa fuerit; & queritur, quod ab eo ipſe in Africam non ſit admiſſus.* Aliquando vero præbet ejus rei occaſionem minus conſiderata [171] ex adverſo dicentis oratio: [172] quod accidit præcipue cupidis [173] *ſententiarum*, ut ducti occaſione dicendi non reſpiciant, quid dixerint, dum locum præſentem, non totam *cauſſam* intuentur. Quid tam videri poteſt contra Cluentium, quam cenſoria nota? Quid tam contra eumdem, quam filium ab Egnatio corrupti judicii, quo Cluentius Oppianicum circumveniſſet, crimine exheredatum? At hæc Cicero pugnare invicem oſtendit: [174] *Sed tu, Atti, conſideres, cenſeo, diligenter,* [175] *utrum cenſorium judicium grave velis eſſe, an Egnatii. Si Egnatii, leve eſt, quod cenſores de cæteris* [176] *ſubſcripſerunt;* [177] *ipſum enim Egnatium, quem tu gravem eſſe vis, ex ſenatu ejecerunt.* [178] *Sin autem cenſorium,* [179] *hunc ipſum Egnatium,* [180] *quem pater cenſoria ſubſcriptione exheredavit, cenſores in ſenatu,* [181] *cum*

152. *Pro Vareno.*] Pro Lucio Vareno, qui Caium Varenum occidiſſe dicebatur. Vide Tullian. Oration. fragmenta. CAPPER.

153. *Loca ſola.*] Vulgo ſolitaria & deſerta. Sic Salluſtius in Jugurtha: *cum parte equitatus proficiſcitur in loca ſola*, &c. CAPPER.

154. *Faceret.*] Caius Varenus videlicet. CAPPER.

155. *Varenum vinctum.*] Caium Varenum, quem ab Anchariana familia occiſum fuiſſe Tullius contendebat. CAPPER.

156. *Dum hic oſtenderet.*] Lucius Varenus, qui Caium Varenum interfeciſſe ferebatur. CAPPER.

157. *Quod eſt utique, ſi erit.*] Niſi aut *utile*, aut *faciendum*, aut quid tale adſcribatur, ſenſus integritas non habetur. Quare ſic puto legendum: *quod eſt utique faciendum.* REGIUS. *Quod eſt utique, ſi:* MSS. Alm. Voſſ. ſecund. tert. Locat.

158. *Interim per partes.*] Qui modus tamen eſt adhibendus maxime, quum id, quod eſt ab adverſario, hujuſmodi eſt, ut una pars alteram confirmare videatur. Quare, ſi complexione quadam aut complicatione partium inſolubilis objectio adverſarii videatur, unumquodque per ſe conſiderandum refutandumque venit. TURNEB.

159. *Id eſt tutius.*] *Idem tutius:* Voſſ. tert.

160. *Communia bene.*] Communia appellantur, quæ non magis pro adverſario faciunt, quam pro nobis; ut: *quia cauſſam optimam habebam, idcirco, Judices, breviter peroravi.* TURNEB.

161. *Apprehenduntur.*] Aſſumuntur, arripiuntur a patrono, ſeu & rei defenſore, ut ea refellat. Eodem ſenſu dixit paulo ſupra: *fortiſſime invaſerit, quod eſt aut omnibus periculoſum, aut ipſis judicibus.* CAPPER. *Apprehenduntur.*] *Reprehenduntur:* Ald. Vidov.

162. *Neque enim pigebit.*] Peſſime accuſator facit, ſi, quod commune eſt, prior ipſe arripit. Feſtive igitur poteſt a defenſore reprehendi; quoniam, quod antea commune erat, poſtquam vendicavit ſibi tanquam proprium, id ipſum fecit ſibi contrarium. TURNEB.

163. *Contrarium facit.*] Supple, *cauſſa*, quam agit.

164. *Contrarium, quo adverſarius.*] *Facit* verbum, librariorum incuria omiſſum, in aliis exemplaribus recte eſt adſcriptum; ſic enim legitur: *Commune, qui prior dicit, contrarium facit, quo adverſarius bene uti poteſt.* REGIUS.

165. *Artificis autem.*] Hoc præceptum antea poſuiſſe videtur Fabius: niſi forte ſuperiora dicas contrarietatem habere per ſe, hæc autem ex conſecutione. TURNEB. Videatur Scip. Gentilis Comment. ad Apul. Apolog pagg. 390. 509. PAREUS. *Artificis.*] Oratoris peritiſſimi, qui Rhetoricam artem pulchre calleat & exerceat. CAPPER.

166. *In actione.*] In oratione accuſatoria. CAPPER.

167. *Inter ſemet.*] *Contra ſemet;* V. C. Alm.

168. *Celiana.*] Vide Ciceronem pro Cælio cap. 13. & ſeqq.

169. *Quod ſignum.*] *Quod etiam ſignum;* V. C. Alm.

170. *Tubero Ligarium accuſat.*] Ligarius accuſabatur, quod in Africa fuiſſet adverſus Cæſarem: quam accuſationem in adverſarium retorquet Cicero, qui in Africam adverſus Cæſarem ire voluerit, nec a Ligario admiſſus ſit. TURNEB. Vide cap. 3. Orat. pro Ligario.

171. *Ex adverſo dicentis.*] Adverſarii noſtri, ſeu illius, qui adverſarii noſtri *cauſſam* agit. CAPPER.

172. *Quod accidit præcipue, &c.*] Fabii tempore quibuſdam nullus erat *ſententiarum* modus: fieri autem ſolet, ut ab illis, qui ita *ſententiis* delectantur, quædam dicantur, quæ ſeorſum blandiantur, non tamen in ſummam *cauſſæ* conſentiant. TURNEB.

173. *Sententiarum.*] Τῶν νοημάτων & γνωμῶν, acute, ingenioſe, ſententioſe dictorum. CAPPER.

174. *Sed tu Acci.*] *Sed tu Acci*, argumentatio eſt *ex remotione*, propoſita duorum neceſſitate, quæ *dilemma* efficit: qua de re Fabius in cap. de argumentis. TURNEB. *Atti;* V. C. Alm. & ita in Ciceronis codicibus pro Cluentio cap. 48.

175. *Utrum Cenſorium judicium.*] In Ciceronis editionibus legitur; *utrum Cenſorum.* CAPPER.

176. *Subſcripſerunt.*] *Subſcribere* ſignificat adſcriptione teſtari aliquem eſſe infamem: hinc ſubſcriptiones Cenſorum dicuntur Cenſoriæ notæ. TURNEB.

177. *Ipſum enim Egnatium.*] *Ipſum enim Cn. Egnatium;* Par. Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. & ita Philander reſcribebat.

178. *Sin autem cenſorium.*] *Cenſorum;* Cicer. edit.

179. *Hunc ipſum Egnatium.*] *Hunc Egnatium;* Cicer. & V. C. Alm. Locat. Ald.

180. *Quem pater cenſoria ſub praſcriptione.*] Et *ſubſcriptione*, & *ejicerent*, in oratione Ciceronis pro Cluentio, unde hæc ſunt deſcripta, emendate legitur. REGIUS.

181. *Cum patrem ejeciſſent.*] *Rejeciſſent;* Locat. *ejecerunt;* Cicer. Steph. Roign.

patrem ejicerent, retinuerunt. [182] Illa magis vitioſe dicuntur, [183] quam acute reprehenduntur: argumentum dubium pro neceſſario, controverſum pro confeſſo, [184] commune pluribus pro proprio, [185] vulgare, [186] ſupervacuum, [187] ſerius conſtitutum, [188] contra fidem. Nam & illa accidunt parum cautis, ut crimen augeant, quod probandum eſt; de facto diſputent, [189] cum de auctore quæratur; impoſſibilia aggrediantur; [190] pro effectis relinquant vixdum inchoata; de homine dicere, quam de *cauſſa* malint; [191] hominum vitia rebus aſſignent, ut ſi quis [192] decemviratum accuſet, non Appium; [193] manifeſtis repugnent; dicant quod aliter accipi poſſit; ſummam quæſtionis non intueantur; non [194] ad propoſita reſpondeant: [195] quod unum aliquando recipi poteſt, cum mala *cauſſa* adhibitis extrinſecus remediis tuenda eſt; ut cum [196] peculatus reus [197] Verres, fortiter & induſtrie [198] tutatus contra piratas Siciliam dicitur. [199] Eadem adverſus [200] contradictiones nobis oppoſitas præcepta ſunt: hoc tamen amplius, quod circa eas multi duobus vitiis diverſis laborant. Nam [201] quidam etiam in foro tanquam rem moleſtam & odioſam prætereunt; [202] & iis plerumque, quæ compoſita domo attulerunt, contenti, ſine adverſario dicunt; [203] & ſcilicet multo magis in ſcholis, in quibus non ſolum contradictiones omittuntur, [204] verum etiam materiæ ipſæ ſic plerumque finguntur, ut nihil dici pro parte altera poſſit. Alii diligentia lapſi, verbis etiam vel ſententiolis omnibus reſpondendum putant, quod eſt & [205] infinitum, & ſupervacuum; non enim *cauſſa* reprehenditur, ſed actor, quem ego ſemper videri [206] malim ſic diſertum, ut, ſi dixerit [207] quod rei proſit, ingenii credatur laus eſſe, non *cauſſæ*; [208] ſi forte quod lædat, *cauſſæ*, non ingenii culpa. [209] Itaque illæ reprehenſiones, aut obſcuritatis, [210] qualis in Rul-

182. *Illa magis.*] *Dubium* eſt argumentum, quod eſt ambiguum & dubitabile. Illud igitur neceſſario rem non probabit, imo ne probabit quidem. *Controverſum* eſt, cum id, quo aliquid probatur, inter utramque partem habet controverſiam. *Confeſſum*, perſpicuum, ut ait Cicero. TURNEB.

183. *Quod acute.*] *Quam*, loco *quod* relativi, ſenſus expoſcit. REGIUS.

184. *Commune pro pluribus, pro proprio.*] Corrupte ſic & legitur, & diſtinguitur. Hoc autem modo caſtigare, ut *pro* præpoſitio expungatur, ut legatur: *commune pluribus, pro proprio*: hic autem eſt diſtinguendum. REGIUS. *Commune pluribus*, ut ſi cædem ab hoc diceres factam, quia mortuum odiſſet, cujus permulti eſſent inimici. TURNEB. *Commune pluribus, pro proprio*; MSS. Bodl. Alm. Ven. Locat. Ald. Par. Steph. Baſil. Gryph. Colin. *commune omnibus*; Sich. *commune pro proprio*: Lugdun. Oxon. Obrecht.

185. *Vulgare.*] *Vulgare*, quod in aliam rem quoque non probabilem, ſi hic locum habeat, ſit valiturum. TURNEB.

186. *Supervacuum.*] *Leve*, ut ait Cicero. TURNEB.

187. *Servis conſtitutum.*] Pro *ſervis* legendum eſſe *ſerius*, certum eſt. REGIUS. *Serius conſtitutum, contra fidem*; Andr. Ven. Locat. Ald. Par. Vaſc. Gryph. Steph. Colin. *Serius conſtitutum.*] Videtur argumentum eſſe *ſerius conſtitutum*, quo adverſarius opportuno & ſuo loco non eſt uſus, ſed alieno: itaque facile eſt refutatu. TURNEB.

188. *Contra fidem.*] Ἀπίθανον, *incredibile*, quod mox vocabit *impoſſibile*. CAPPER.

189. *Cum de auctore quæratur.*] Ut in *conjecturali ſtatu*, cum de facto conſtet, ſit autem controverſia de auctore facti, de eo diſceptandum eſt, non de facto. TURNEB.

190. *Pro effectis relinquant vix dum inchoata.*] Relinquant quaſi plene probata & demonſtrata, quorum tamen probatio vix inchoata ſit. CAPPER.

191. *Hominum viſam rebus aſſignent.*] *Hominum vitia*: Obrecht. quod ſecuti ſumus.

192. *Decemviratum.*] *Decemviri* creati ſunt abſolutæ poteſtatis, ut jus civile Romæ conderent. Ex his Appius cum virginem, quam deperibat, in ſervitutem aſſerere vellet, ut ea frueretur, pater cultro eam interfecit, coactique ſunt *Decemviri* ſe magiſtratu abdicare. TURNEB.

193. *Manifeſtis non repugnent.*] *Non* particula, ne ſenſum in contrarium pervertat, expungenda; ac *repugnent*, & *dicant* legendum eſſe mihi videtur. REGIUS. *Non*, habet Locatel.

194. *Ad præpoſita reſpondent.*] *Propoſita* & *reſpondeant* ſine controverſia eſt legendum. REGIUS.

195. *Quod unum.*] Aliquando utile eſt, ad propoſita non reſpondere, quando factum, quod nobis objicitur, per ſe tueri non poſſumus, ſed *aſſumptiva qualitate* defendimus. Ut ille apud Pacuvium: qui *vituperat muſicam, laudat ſapientiam.* Cujuſmodi fecit & D. noſter, ſi in hujuſmodi re in teſtem vocari patitur, in adultera deprehenſa: *Qui ſine peccato, primus jaciet in eam lapidem.* Id & Cicero pro Cælio fecit, cum amolitur ſuſpicionem veneni dati a Cælio, quod domi habuiſſet, & in ſervo expertus eſſet, digrediens ad mortem Q. Metelli, ſuſpicionem facit Clodii ſcelere ſublatum veneno fuiſſe: ipſam mortem gemitu & lachrymis proſequitur, ſimulque reprimit adverſarios, veluti ſimili ictos crimine, ſimul impetu dictionis & affectu mentem judicum ad hujus criminis cognitionem divertit. TURNEB.

196. *Peculatus.*] Tū peculatus reus eſt, qui Reipublicæ, vel Principis pecuniam ſurripit, aut ſuos in uſus inſumit. CAPPER.

197. *Verres.*] Vide lib. v. in Verrem.

198. *Tuitus.*] *Tutatus* recte in aliis exemplaribus legitur. REGIUS. *Tutatus*; Andr. Ald. Sich. Par. Vaſc. Steph. Baſil. Colin. Gryph. Vidov.

199. *Eadem adverſus.*] In his allegationibus, quibus noſtræ *cauſſæ* adjumentis adverſarius contradicit, ſuamque *cauſſam* defendit, idem ſpectandum eſt. Quibus de rebus antea egit. TURNEB.

200. *Contradictiones.*] Vide quæ paulo ſupra notavimus ad illa Fabii verba, *in contradictionibus.* CAPPER.

201. *Quidam etiam foro.*] *In* præpoſitio mihi adſcribenda videtur, ut *in foro* legatur. REGIUS. *In* deeſt in V. C. Alm. alii *& in foro.*

202. *Etenim plerumque.*] *Etenim* particula, ſenſum perturbans, expungatur, ac ejus loco *iis* ablativus reponatur, ut legatur: *& iis plerumque.* REGIUS. *Etenim plerumque*; Locat. & marg. Baſil. *& his*; Ald. & alii.

203. *Et ſcilicet.*] *Et ſi licet*; Locat. Ald. Baſil. *etſi licet*; Steph. Gryph. Colin. Vidov.

204. *Verum etiam materiæ.*] Hoc *thema* ab Hermogene *inconſiſtens* ponitur, ac μονομερὲς nuncupatur, quando dumtaxat ab altera parte *cauſſa* probabilitatem habet: tamen, quanquam hoc *thema* non cadit in forum, tractatur in declamatione. TURNEB.

205. *Infinitum & ſuperiora.*] In aliis exemplaribus caſtigate legitur *ſupervacuum*, non *ſuperiora*. REGIUS *Et ſuperiora*; Locat.

206. *Malim ſic diſertum.*] *Mallem*: Locat. Ald. *ſic* omittunt MSS. Alm. Voſſ. prim. Baſil.

207. *Quod rei proſit.*] *Quod rei profuerit*: Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

208. *Si forte quod lædat.*] *Si quando forte lædat*; Vener. Sich. Vaſc. Steph. *Quod lædat.*] Rem vel *cauſſam*, quam tuetur. CAPPER.

209. *Itaque illæ reprehenſiones.*] Cicero Rullum reprehendit, quod in concione frequentiſſima ita oraſſet, ut, quid ſibi vellet, nemo intelligeret. TURNEB.

210. *Qualis in Rullum eſt; aut.*] *In Rullum fuit; aut in-*

ſum eſt; aut infantiæ in dicendo, qualis [211] in Piſonem; aut inſcitiæ rerum verborumque, & inſulſitatis etiam, qualis [212] in Antonium eſt, accommodantur juſtis odiis; ſuntque utiles ad conciliandum iis, quos inviſos facere volueris, odium. [213] Alia reſpondendi [214] patronis ratio: & [215] aliquando tamen eorum non oratio modo, ſed vita etiam, vultus denique, inceſſus, habitus recte incuſari ſolet; ut adverſus Quintium [216] Cicero, non hæc ſolum, ſed ipſam etiam [217] prætextam demiſſam ad talos, inſectatus eſt. Preſſerat enim turbulentis concionibus Cluentium Quintius. [218] Nonnunquam elevandæ invidiæ gratia, quæ aſperius dicta ſunt, eluduntur; ut a Cicerone [219] Triarius. Nam [220] cum Scauri columnas per urbem plauſtris vectas eſſe [221] dixit: *Ego porro*, inquit, [222] *qui Albanas habeo columnas, clitellis eas apportavi.* Et magis hoc in accuſatores conceſſum eſt, quibus conviciari aliquando [223] patrocinii fides cogit. Illa vero adverſus omnes & recepta, [224] & non inhumana conqueſtio, ſi callide [225] quid tacuiſſe, breviaſſe, obſcuraſſe, diſtuliſſe dicuntur. [226] Defenſionis quoque permutatio reprehenditur ſæpe; [227] ut Attius adverſus Cluentium, Æſchines adverſus Cteſiphontem facit; cum ille Ciceronem lege uſurum modo, [228] hic minime de lege dicturum Demoſthenem queritur. Declamatores vero in primis ſunt admonendi, ne contradictiones eas ponant, quibus faciliime reſponderi poſſit; neu [229] ſibi ſtultum adverſarium fingant. Facimus autem, quod maxime uberes *loci*, populareſque ſententiæ naſcuntur, materiam dicendi [230] nobis, quo volumus, ducentibus: ut non ſit inutilis ille verſus:

[231] *Non male reſpondit, male enim prior ille rogarat.*

Fallet hæc nos in foro conſuetudo, ubi adverſario, non ipſi nobis reſpondebimus. Aiunt [232] Accium interrogatum, cur *cauſſas* non ageret, cum apud eum in tragœdiis tanta [233] vis eſſet optime reſpondendi, hanc reddidiſſe rationem; quod illic ea

fantiæ; Gryph. *qualis in Rullum: aut infantiæ;* Obrecht. vide Cicer. II. in Rull. 5.

211. *In Piſonem.*] Cujus ſtuporem ingenii linguæque debilitatem Cicero cap. 1. notat. TURNEB.

212. *In Antonium.*] Tertia Philippica cap. 9. reprehendit Antonium, quod dixiſſet in edicto: *nulla eſt contumelia, quam facit dignus.* Inſulſitatem taxat 2. Philip. cap. 4. cum literas protulit. TURNEB.

213. *Alia reſpondendi.*] Antea dixit *minime eſſe actori conviciandum:* eſt tamen interdum patrono conviciandum, quemadmodum Cicero Quintium trib. pleb. qui Oppianici condemnati patronus fuerat, ac concionibus populum Cluentio infeſtum faciebat, inſectatur. TURNEB.

214. *Patronis.*] Patronus, ut notabamus ad hujus capitis initium, proprie dicitur is, qui ꝰ rei *cauſſam* agit, qui reum defendit; & ſic opponitur actori, ſeu accuſatori. CAPPER.

215. *Aliquando tamen.*] *Tamen* non habet Steph. nec Roign.

216. *Cicero.*] Pro Cluent. cap. 40.

217. *Prætextam.*] Cicero *purpuram* appellat pro Cluentio; ac certe prætexta purpureo limbo prætexebatur, eratque magiſtratuum veſtis, & honores gerentium. TURNEB. Cæterum in τῷ *prætextam* ſubauditur τὸ *togam.* CAPPER.

218. *Non unquam.*] *Non nunquam* legendum eſt, ne ſenſus in contrarium pervertatur, ac Fabius a ſe ipſo diſſentire videatur. REGIUS.

219. *Triarius.*] Accuſator Scauri. Vide fragmenta Ciceronian. Orat. CAPPER.

220. *Cum Scauri.*] Locum ſæpenumero habent in refutatione joci opportuni, de quibus aget Fabius lib. VI. Cæterum Scaurus in atrio ædium ſuarum permultas habuit columnas quinquagenûm pedum ex marmore Lucullæo: illa autem luxuria Romanis legibus puniebatur. TURNEB.

221. *Dixit.*] *Dixiſſet.* PITHOEUS.

222. *Qui Albanas habeo columnas.*] Albanæ columnæ dicuntur, quæ ex Albano lapide fiunt; ſunt enim Albanæ lapicidinæ ad montem Albanum: eſt autem hic lapis marmore vilior. Quamobrem apparet illas quoque columnas ingentiſſimas fuiſſe. TURNEB.

223. *Patrocinii fides.*] Fides, quam patronus debet reo, cujus *cauſſam* patrociniumque ſuſcepit. CAPPER.

224. *Et non humana.*] *In* particula adſcribenda videtur, ut legatur, *non inhumana:* talis enim conqueſtio humana eſt. REGIUS. *Non humana:* Locat.

225. *Quid acuiſſe.*] Quamvis nulla viderim exemplaria, quæ mihi ſuffragentur; *tacuiſſe* tamen ita mihi legendum eſſe videtur, ut *breviaſſe.* REGIUS. *Acuiſſe* habent omnes codices veteres, & item Vallæ ſcriptus, in quem locum notarat: *ut quando Demoſthenes interrogavit auditores, an Æſchines eſſet Alexandri μίσθωτος,* pro μισθωτός. TURNEB. *Acuiſſe;* Voſſ. ſecund.

226. *Defenſionis quoque.*] Appellat Fabius *defenſionis permutationem*, quando defenſor non illud judicium, aut illam *actionem* ſequitur, qua ab accuſatore premitur: ut, cum Attius accuſaret Cluentium corrupti judicii, ſuſpicabatur Ciceronem uſurum defenſione legis qua tutus erat Cluentius. TURNEB.

227. *Ut Accius adverſus.*] *Sicut Attius;* Voſſ. ſecund. Ald. *ut fecit Accius;* Steph. Baſil. Vidov. *ut facit Accius;* Colin. a Cicerone *Attius* dicitur. Vide pro Cluent. cap. 52. *Ille Ciceronem lege uſurum modo queritur.*] Attius queritur quod Cicero ſit ſolummodo uſurus lege Sempronia judiciaria, (de judiciis & judicibus lata) qua equites non tenebantur, ſed tantum Magiſtratus & Senatores; ideoque nec ea Cluentius, qui eques erat, tenebatur. Vide argumentum Ciceronianæ orationis pro Cluentio, & ad eam Sylvii notas in edit. Græv. pag. 228. CAPPER.

228. *Hic minime de lege.*] Nam accuſatus eſt ab Æſchine Cteſiphon, quod Demoſthenem, qui rationes non reddiderat, corona donaſſet contra legem. TURNEB. *Minime de lege dicturum Demoſthenem.*] Vide *exordium* Æſchinis adverſus Cteſiphontem. CAPPER.

229. *Neu ſibi ſtultum.*] Declamator, ſi contradictiones ſibi proponat, acriter intueatur, quod fortiſſimum habeat adjumentum adverſarius ad contradicendum: non autem contradictiones ſibi ſolutu faciles proponat. TURNEB.

230. *Nobis, quod volumus.*] *Quo volumus:* Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

231. *Non male.*] Verſus eſt proverbialis, quo ſignificamus, non eſſe difficile malæ interrogationi bene reſpondere; quemadmodum non eſt etiam difficile, ineptæ contradictioni bene reſpondere. TURNEB. *Non male reſpondit, &c.* Homer. Iliad. Υ. verſ. 250.

Ὁπποῖον κ' εἴπησθα ἔπος, τοῖον κ' ἐπακούσαις.

TURNEB.

232. *Accium.*] *Actium:* V. C. Alm. Locat. *Attium:* Voſſ. ſecund.

233. *Vis eſſet.*] Quis non videt, nonnullas editiones voces *optime reſpondendi* immerito omiſiſſe, cum reſponſionum in *cauſſis* agendis difficultatem hoc in loco Fabius peculiariter attingit? ad hæc, non laudatur in Accio vis dicendi: (nec enim ea ad hunc locum pertinet) ſed appoſite ad ea reſpondendi, quæ proponerentur: ea autem cum ſit in agendis *cauſſis* res longe difficillima, merito

dicerentur, quæ ipſe vellet; in foro dicturi adverſarii eſſent, quæ minime vellet. [234] Ridiculum eſt ergo in exercitationibus, [235] quæ foro præparantur, prius cogitare, quid reſponderi, quam quid [236] ex diverſo dici poſſit. Et bonus præceptor non minus laudare diſcipulum debet, ſi quid pro diverſa, quam ſi quid pro ſua parte [237] acrius excogitarit. [238] Rurſus [239] aliquid in ſcholis permittendum ſemper, in foro [240] raro. Nam [241] loco a petitore primo [242] contradictione uti quî poſſumus, ubi vera res agitur, cum adverſarius adhuc nihil dixerit? Incidunt tamen plerique in hoc vitium, vel conſuetudine declamatoria, vel etiam cupiditate dicendi; dantque de ſe reſpondentibus venuſtiſſimos luſus, cum modo ſe vero nihil dixiſſe, neque tam ſtulte dicturos; modo bene admonitos ab adverſario, & agere gratias, quod adjuti ſint, jocantur; [243] frequentiſſime vero, id quod firmiſſimum eſt, nunquam iis reſponſurum adverſarium fuiſſe, quæ propoſita non eſſent, niſi illa ſciret vera eſſe, & ad fatendum conſcientia eſſet impulſus; ut pro Cluentio Cicero: [244] *Nam hoc perſæpe dixiſti, tibi ſic renunciari, me habere in animo cauſſam hanc* [245] *præſidio legis defendere: itane eſt? ab amicis imprudentes videlicet prodimur? & eſt neſcio quis de iis,* [246] *quos amicos nobis arbitramur, qui noſtra conſilia ad adverſarium deferat? Quiſnam hoc tibi renunciavit? quis tam improbus fuit?* [247] *cui ego autem narravi? Nemo (ut opinor) in culpa eſt:* [248] *ſed nimirum tibi iſtud lex ipſa renunciavit.* At quidam, [249] contradictione non contenti, [250] totos etiam *locos* explicant; [251] ſcire ſe hoc dicturos adverſarios, [252] & ita perſecuturos. Quod factum venuſte noſtris temporibus eluſit [253] Vibius Criſpus, vir ingenii jucundi & elegantis: *Ego vero*, inquit, *iſta non dico; quid enim attinet illa bis dici?* [254] Nonnunquam tamen aliquid ſimile contradictioni poni

rogatus eſt ille, quam ob cauſam ſeſe a foro contineret. Noſtram hanc additionem a ſuſpicione nimiæ licentiæ defendunt MS. Bodl. editiones Ald. Sich. & Pariſ. GIBSON. *Vis eſſet optime reſpondendi, hanc*; V. C. Alm. Gryph. Colin. Vidov. Oxon. Obrecht. *vis eſſet optime hanc*; Voſſ. ſecund. Locat.

234. *Ridiculum.*] Ineptum eſt, in declamationibus captare occaſionem boni reſponſi ex infirma contradictione; cum potius in contradictionibus intueri debeamus, quod ſit firmiſſimum adverſarii adjumentum. Itaque bonus orator non tam, quid ipſe dicturus ſit, quam, quid adverſarius, examinat. TURNEB.

235. *Quæ foro præparantur.*] Longe malim *præparant*; agitur enim de ſcholaſticis *Declamationibus*, Μελέταις, quæ forenſis eloquentiæ candidatos ad agendas *cauſſas* præparant. CAPPER.

236. *Ex diverſo.*] *Ex adverſo*; Ald. *Ex diverſo.*] Ab adverſa parte, ab adverſario, ab eo qui adverſarii *cauſſam* agit. CAPPER.

237. *Acrius excogitarit.*] *Acriter*; V. C. Alm.

238. *Rurſus.*] Liberior eſſe debet contradictionum ratio in declamationibus, quam in *cauſſis* forenſibus; ſi enim petitor in foro primum dicat, contradictione uti non poterit, quia ignorat quibus adjumentis ſeipſum ſit defenſurus adverſarius: declamator tamen in pari *themate* contradictionem fingere poterit. TURNEB.

239. *Aliquid.*] *Aliud*; MSS. Bodl. Joan. Alm. Voſſ. prim. Andr. Bern.

240. *Raro.*] *Rarum*; Voſſ. prim. tert.

241. *Loco a petitore primo.*] Quando primo loco dicimus *a petitore*, id eſt, in gratiam petitoris. Hic enim erat Græcorum & Romanorum mos, ut oratores diverſi eamdem *cauſſam* vel etiam diverſas ejuſdem *cauſſæ* partes, alii poſt alios, tum pro actore, tum pro reo agerent. Sic in *cauſſa* Publ. Quintii actor ſeu accuſator erat Nævius: atqui Publ. Quintio patroni erant M Junius & Cicero: Nævii autem *cauſſam* agebant Hortenſius & Philippus, ut ex ipſa ſerie orationis Tullianæ patet. Aſconius Pedianus in fragment. orationis pro Scauro tradit quatuor olim pro reo patronos oraſſe, interdum ſex, & duodecim poſt bella civilia. Præterea, quoties ampliaretur *cauſſa*, multos utrimque oratores eamdem *cauſſam* egiſſe, ſatis conſtat ex eodem Aſconio ad 1. Verrin. pag. 430. tom. 1. edit. Græv. Vide quæ lib. IV. capp. 1. & 2. notavimus ad illas Fabii locutiones: *Iſtud principiorum genus ſecundis actionibus poteſt contingere .... protinus a petitore primo loco, dum ignota iudici lis eſt .... inde libertas declamatoribus, ut etiam ſecundo partis ſuæ loco narrare videantur; nam cum pro petitore dicunt*, & expoſitione, *tanquam prius agant, uti ſolent*, &c. CAPPER.

242. *Contradictione uti.*] Adverſarii *objectiones* & *inſtantias*, ut vulgo aiunt, in medium proferre & refutare. CAPPER.

243. *Frequentiſſime vero.*] Hic locus forte ita legendus: *Frequentiſſime vero, id quod firmiſſimum eſt, numquam ſibi reſponſurum adverſarium fuiſſe, niſi ſciret illa vera eſſe, & ad fatendum conſcientia eſſet impulſus.* Pro *iis*, repoſui *ſibi*, ſed utrumque fortaſſis expungendum; *iis* enim abeſſe poteſt citra ſententiæ detrimentum, & *gloſſema* videtur, ut quatuor illæ voces, *quæ propoſita non eſſent*: quæ quidem inſerta ſunt propter numeri mutationem illam, *niſi ſciret illa vera eſſe*, pro *illud verum eſſe*. GALLÆUS. *Frequentiſſime vero id firmiſſimum*; Voſſ. prim.

244. *Nam hoc perſæpe dixi.*] *Dixiſti* legendum eſſe, non ſolum ex ſenſu, ſed ex oratione quoque Cluentiana facile percipi poteſt. REGIUS. *Dixi*; Voſſ. ſecund. Vallæ liber: eſt ex oratione pro Cluent. cap. 52.

245. *Præſidio legis.*] Legis Semproniæ ſeu *judiciariæ*, de qua vide quæ paulo ſupra notavimus. CAPPER.

246. *Quos amicos nobis.*] *Quos amicos eſſe nobis.* Ald. Locat. Colin.

247. *Cui ego autem narravi.*] *Cui ego ante narravi*; Voſſ. prim. *cui autem ego*; Voſſ. ſecund.

248. *Nimirum tibi.*] *Sed nimirum*; Ald. Baſil. & Ciceronis codices.

249. *Contradictione non contenti.*] Non ſatis habent ipſas adverſariorum *objectiones* nude ac ſimpliciter proponere. CAPPER.

250. *Totos etiam locos explicant.*] *Locos* integros alicujus argumenti, quod ab adverſario proponi poſſe fingunt, & ipſi ultro amplificant. CAPPER.

251. *Scire ſe hoc.*] *Scire hoc*; Voſſ. prim. Supple, *& dicunt*, &c. CAPPER.

252. *Et ita perſecuturos.*] *Ita proſecuturos*; V. C. Alm. *atque ita*; Voſſ. tert. *Perſecuturos.*] Pluribus verbis argumenta ſua explicaturos. Eodem fere ſenſu dixit paulo ſupra: *adverſariorum dicta loci alicujus executione adjuvare.* CAPPER.

253. *Vibius Criſpus.*] Hujus Criſpi dictum venuſtum refert Sueton. in vita Domitiani cap. 3. & non abſurde reſpondiſſe, *ne muſca quidem*. REGIUS. Vibius Criſpus inſignis declamator: meminit ejus ſubinde Seneca. Sunt qui putant orationes in Catilinam, quæ Portii eſſe dicuntur, ab hoc Vibio eſſe conſcriptas. SICHARD. Meminit hujus Vibii Criſpi & auctor Dialogi de Orat cap. 8. ut celeberrimi oratoris, & aliquoties ut delatoris, Tacitus: confundi autem male cum C. Paſſieno Criſpo docuit Ryckius ad Tacit. VI. Annal. 20. Vide & infr. lib. X. cap. 1. ubi, *& compoſitum, jucundum & delectationi natum; privatis tamen cauſſis, quam publicis, meliorem* judicat. Vide infra lib. VI. cap. 1. BURMAN.

254. *Nonnunquam tamen.*] Limitatio eſt ſuperioris præ-

poteſt, ſi quid ab adverſario teſtationibus comprehenſum, aut in advocationibus [255] jactatum ſit. Reſpondebimus enim rei ab illis dictæ, non a nobis excogitatæ; [256] aut ſi id genus erit *cauſſæ*, [257] ut proponere poſſimus certa, extra quæ dici nihil poſſit; ut [258] cum res furtiva in domo deprehenſa ſit, [259] dicat neceſſe eſt reus, aut ſe ignorante illatam, aut depoſitam apud ſe, aut donatam ſibi. Quibus omnibus, etiam ſi propoſita non ſint, reſponderi poteſt. At in ſcholis [260] recte & probationibus, & contradictionibus occurremus, ut in utrumque locum, id eſt primum & ſecundum, ſimul exerceamur. [261] Quod niſi fecerimus, nunquam utemur contradictione; non enim erit, cui reſpondeamus. [262] Eſt & illud vitium, nimium ſoliciti, & [263] circa omnia momenta luctantis. Suſpectam enim facit judici *cauſſam*; & frequenter, quæ ſtatim dicta omnem dubitationem ſuſtuliſſent, dilata ipſis præparationibus fidem perdunt; quia patronus & aliis crediderit opus fuiſſe. [264] Fiduciam igitur orator præ ſe ferat, ſemperque ita dicat, tanquam de *cauſſa* optime ſentiat. [265] Quod (ſicut omnia) in Cicerone præcipuum eſt. Nam illa ſumma [266] cura ſecuritati eſt ſimilis, tantaque in oratione auctoritas, ut probationis locum obtineat, dubitare nobis non audentibus. [267] Porro qui ſcierit, quid pars adverſa, quid noſtra habeat valentiſſimum, facile judicabit, [268] quibus maxime rebus vel occurrendum ſit, [269] vel inſtandum. Ordo quidem [270] in parte nulla minus affert laboris. Nam

cepti; nam loco a petitore primo contradictione uti poſſumus, ſi ante primam *actionem* teſtimonia produxerit adverſarius, aut in advocationibus aliquid dixerit. Cæterum appellat *teſtationes* Fab. aut teſtimonia abſentium, ut ſupra, aut generaliter quæcunque teſtimonia; *advocationes* vero, patronorum & amicorum conſultationes. TURNEB. De teſtationibus vide ad capp. 5. & 7. hujus libri. CAPPER.

255. *Jactatum ſit.*] *Sit* non habent. Voſſ. prim. ſecund. Locat. Ald. Baſil. Steph. Gryph. Colin. Vidov.

256. *Aut ſi id genus.*] Etiam contradictione primo loco poterimus uti, cum res, de qua eſt controverſia, cadet dumtaxat in certa membra; tum enim remotione uti poterimus, atque ita contradictiones ſolvere. TURNEB.

257. *Ut proponere poſſimus certa.*] Non δῆλα & ἀναμφισβήτητα, *manifeſta* & *evidentia*; ſed ὡρισμένα, *definita quædam & determinata defenſionis capita.* CAPPER.

258. *Cum res furtiva in domo deprehenſa ſit.*] Unde naſcitur *actio furti concepti*, de qua Aul. Gellius lib. XI. cap. 18. & Juſtinian. Inſtitut. lib. IV. tit. 1. CAPPER.

259. *Dicat neceſſarie eſt reus.*] *Neceſſe eſt* in aliis exemplaribus recte legitur. REGIUS.

260. *Recte & plenaribus contradictionibus.*] Depravatum hunc ſenſum quidam ſic emendant, ut pro *plenaribus* legant *interpellationibus*, & copula iterum adjecta: ac illi quidem Latinam elegantemque dictionem pro inepta inuſitataque repoſuerunt, verum ſenſui minime convenientem. Quo namque pacto inter declamandum interpellationibus quis utatur? cum fere ſine adverſario dicatur, & *interpellare* ſit loquentem ſermone impedire, aut, ut vulgo loquimur, *interrumpere*: quod quidem & turpe, & a bono viro, hoc eſt, ab oratore alienum eſſe judicatur. Quonam igitur modo legendum eſſe dicemus? An ut minimum a ſimilitudine verbi fere in vetuſtis exemplaribus deſcripti recedamus, *plenius* forſan a Fabio fuit ſcriptum? Nam in foro parcius utendum eſt contradictione: in ſcholis vero plenius & copioſius contradictionibus ipſis occurrendum eſſe, Fabius præcipit; ut pariter & contradictiones excogitare, & eas ſolvere aſſueſcamus; hoc enim eſt in primum & ſecundum locum exerceri. REGIUS. Major eſt libertas in declamationibus, quam in *cauſſis* forenſibus. Itaque illic actor poteſt probationibus adverſarii & contradictionibus reſpondere; ſic enim exercebitur duplici refutandi genere, tum in probationibus, tum in contradictionibus; aut exercebitur in primum & ſecundum locum; quia fungetur actoris partibus & partibus reſpondentis, cum occurret contradictionibus. TURNEB. *Recte probationibus & contradictionibus occurremus.* Colon. Par. *recte probationibus & contradictionibus.* Steph. Colin. Roig. *recte & contradictionibus occ.* Obrecht. forte legendum: *at in ſcholis recte, ut probationibus, & contradictionibus occurremus*, ut primus locus ſint probationes, alter contradictiones. *Et* vero copula ſæpe a noſtro pro *ita* & poni ſolet. BURMAN.

261. *Hoc niſi fecerimus.*] *Quod niſi*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht.

262. *Eſt illud vitium, nimium ſoliciti.*] Eſt etiam illud vitium vitandum; ſi quis nempe nimium ſit de ſua *cauſſa* ſolicitus, & circa omnia rationum argumentorumque momenta luctetur. CAPPER.

263. *Circa omnia.*] Proverbialiter dixit in curioſos & nimis ſuſpicioſos adverſarios, quique ad omne verbum ſe accingunt, nec quicquam dimittunt, quod non reprehendant. SICHARD. Indicat hæc locutio hominem ineptum, qui non caput rei apprehendit, vel, ut luctatores experti ſolebant, medium hominem, in quo victoria ſita erat; ſed, ut ita dicam, digitos, brachia, & alia membra captant, * quos facile adverſarius nexus ſolvit; *luctari* enim eſt, multum laboris inſumere, multum ſudare. Simili locutione Florus dicit de populo Romano in præfatione, prima ætate *luctatum eſſe circa matrem*, id eſt, bella geſſiſſe, quæ multum laboris requirebant; ſed non ad ſummam rei, vel imperii totius orbis conſtituendum faciebant, ut poſtea Punica & Aſiatica bella. BURMAN.

264. *Fiduciam igitur.*] Idem de fiducia præcipit Fab. lib. 11. ea tamen temperanda eſt; nam lib. IV. dixit fiduciam non debere ſe nimium exerere. TURNEB.

265. *Quod, ſicut in Cicerone omnia, præcipuum eſt.*] Verborum ordinem hic eſſe perturbatum, facile aurium ſenſu dijudicatur: in ordinem autem ſic rediguntur; *Quod, ſicut omnia in Cicerone, præcipuum eſt.* REGIUS. Ut pro Roſc. Amerino: *multa ſunt falſa, Judices, quæ tamen argui ſuſpicioſe poſſent. In his rebus ſi ſuſpicio reperta fuerit, culpam ineſſe concedemus*; & per totam fere orationem in hoc elaborat, ut innocentiam Roſcii ſuo periculo defendat. Quod & in aliis orationibus facit, perinde ac ei *cauſſa* ſemper maxime cognita ſit, deque ejus æquitate nequaquam dubitet. TURNEB. *Quod ſicut in Cicerone omnia*: Locat.

266. *Cura ſecuritatis.*] *Securitati eſt*; Voſſ. prim. tert. Steph. Oxon. Obrecht. Gallæus malebat: *illa ſumma cura ſecuritatis eſt ſimilis, tantaque in oratione auctoritatis.* Certe offendit hic illa vox *cura*, quam ego ex *ſecuritatis* eſſe a librariis formatam credo (cura enim fiduciæ & ſecuritati eſt oppoſita) & legendum: *nam illa* (fiducia) *ſummæ ſecuritati eſt ſimilis, tantaque in oratione auctoritatis*, (ſcilicet *eſt*) *ut probationis*, &c. BURMAN. Sed cum Burmanniana emendatio nimis multas mutationes inducat, melior videtur Stephan. Oxon. Obrecht. & codd. Voſſian. lectio, quæ ſic habet: *illa ſumma cura ſecuritati eſt ſimilis*, hoc ſenſu: illa ſumma cura præ ſe ferendæ ÷ fiduciæ & de *cauſſa* optime ſentiendi, ſimilis eſt ſecuritati; ad ſecuritatem proxime accedit; ejus eſt, qui de ſua *cauſſa* non ſit ſolicitus, ſed plane ſecurus. CAPPER.

267. *Porro qui.*] Hoc præceptum ſcopum continet confirmationis & refutationis; quod enim firmiſſimum habemus, illo maxime eſt nitendum; quod adverſarius valentiſſimum, illud maxime refutandum. TURNEB.

268. *Quibus occurrendum ſit.*] Quibus argumentis reſpondendum ſit, quæ ſint refellenda. CAPPER.

269. *Vel inſtandum.*] Quibus potiſſimum argumentis inſiſtendum ſit, quibus præſertim rationum momentis urgendus ſit adverſarius. CAPPER.

270. *In parte nulla.*] E quinque orationis partibus, quæ ſunt, *exordium, narratio, confirmatio, refutatio, epilogus.* CAPPER.

[271] ſi agimus, [272] noſtra confirmanda ſunt primum; tum, quæ noſtris opponuntur, refutanda. [273] Si reſpondemus, prius incipiendum eſt a refutatione. [274] Naſcuntur autem ex his, quæ contradictioni oppoſuimus, [275] aliæ contradictiones, euntque interim longius; [276] ut gladiatorum manus, quæ ſecundæ vocantur, fiunt & tertiæ, ſi [277] prima ad evocandum adverſarii ictum prolata erat; & quartæ, ſi geminata [278] captatio eſt, [279] ut bis cavere, bis repetere oportuerit. Quæ ratio & ultra ducit. [280] Sed illam etiam, quam [281] ſupra oſtendi, ſimplicem ex affectibus atque [282] ex affirmatione ſola probationem recipit refutatio; qualis eſt illa Scauri, de qua ſupra dixi: [283] quin neſcio, an etiam frequentior, ubi quid negatur. Videndum præcipue utrique parti, [284] ubi ſit rei ſumma. [285] Nam fere accidit, ut in *cauſſis* multa dicantur, de paucis judicetur. In his probandi refutandique ratio eſt; ſed adjuvanda viribus dicentis, & adornanda. Quamlibet enim ſint [286] ad docendum, quod volumus, [287] accommodata; tamen erunt infirma, niſi majore quodam oratoris ſpiritu impleantur. Quare & illi [288] *communes loci* de teſtibus, de tabulis, de argumentis, aliiſque ſimilibus, magnam vim animis judicum afferunt; & hi proprii, [289] quibus factum quodque laudamus, aut contra; juſtum, vel injuſtum docemus; majus, aut minus; aſperius, aut mitius. Ex his autem [290] alii ad probationem ſingulorum argumentorum faciunt, alii ad plurium, alii [291] ad totius *cauſſæ* inclinationem. Ex quibus ſunt, qui præparent animum judicis; ſunt, qui confirment. [292] Sed præparatio quoque aut confirmatio aliquando totius *cauſſæ* eſt, aliquando partium, & [293] perin-

271. *Si agimus.*] Si actoris, vel petitoris perſonam ſuſtinemus. CAPPER.

272. *Noſtra confirmanda ſunt.*] Supple, argumenta, vel rationum momenta. CAPPER.

273. *Si reſpondemus.*] Itaque in *anticategoria* utrimque prius eſt refutandum, poſtea confirmandum; prius eſt enim ut nos purgemus, deinde noſtra confirmemus. TURNEB. *Si reſpondemus.*] Si ſumus rei, ſi rei partes & *cauſſam* agimus. CAPPER.

274. *Naſcuntur autem.*] Cum adverſarii contradictionem rationibus & firmamentis ſolvimus, interdum ex illis contradictionibus poteſt alia contradictio oriri, quæ ſolvenda eſt quoque. TURNEB.

275. *Aliæ contradictiones.*] Quas *triplicationes* conſulti appellant. PITH.

276. *Ut gladiatorum manus.*] Hermolaus in ſeptimum Plinii, appellat *ſecundas* & *tertias manus*, quando paria gladiatorum aliis paribus ſuccedunt. Unde à Plinio appellantur quidam *gladiatores ſecundani & tertiarii*. Budæus tamen *manum* interpretatur ictum & petitionem, atque ita videtur intelligere Fabius; nam lib. IX. ait *rectam & ſimplicem manum* facilius vitari, quam averſam. TURNEB. Nihil certius, quam manus primas, ſecundas, &c. eſſe modos & rationes inferendi ictus, in quas formantur a Laniſtis gladiatores: ſic pro ictibus ponit Statius lib. VI. Theb. 786.

Præcipitatque retro juvenem, atque in terga ſupinat,
Dentibus horrendum ſtridens, geminatque rotatas,
Multiplicatque manus.

ubi antiquus Scholiaſtes Barthii: *manus*, id eſt, ictus manuum. Similis fere ſenſus hujus vocis apud eumdem lib. VIII. verſ. 529.

——— levius Cadmeïus Acman
Tela rotat, nulloque manum cognoſcit in ictu.

& ita illa apud Propert. lib. I. eleg. IX. 29.

Qui non ante patet, donec manus attigit oſſa;

exponuntur a Paſſeratio, de ictu ſagittæ ex arcu emiſſæ; & quanquam aliter de illo Propertii loco ſtatuant Scaliger & Gebhardus, vera tamen ſunt, quæ Paſſeratius ibi de vocis *manus* ſignificatione adfert, & probata etiam Cerdæ ad Virgil. V. Æneid. 499. recte quoque *manus gladiatorias* interpretatus eſt Lipſius lib. II. Saturn. cap. 20. BURMAN. Hinc etiam *æquis manibus* apud Ammian. Marcellin. lib. XXIV. cap. 4. ubi vide Valeſium. CAPPER.

277. *Primæ ad vocandum ictum.*] *Evocandum* forſitan eſt legendum: tametſi hæc gladiatorum conſuetudo mihi eſt ignota. REGIUS. *Vocandum;* Vallæ liber & Voſſ. omnes. in cod. Bern. legitur, ad evocandum primum adverſarii ictum. *Ad evocandum.*] Evocare ictum, eſt gladiatorem adverſarium laceſſere ad pugnandum. CAPPER.

278. *Captatio.*] Eſt, opinor, provocatio gladiatoris adverſarii ad pugnam. CAPPER.

279. *Ut bis cavere.*] *Bis etiam cavere;* Locat. Ald. Voſſ. ſecund. Steph. Baſil.

280. *Sed illa etiam.*] Morales probationes locum etiam habent in refutatione, quemadmodum in confirmatione; fiuntque vel per affirmationem, vel per negationem; cum non probatione, ſed morum fiducia nitimur. TURNEB. *Sed illam etiam;* Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

281. *Supra oſtendi.*] *Supra dixi;* Voſſ. tert. vide cap. 12.

282. *Ex affirmatione ſola.*] Pro *affirmatione* legendum eſſe *aſſeveratione*, id quod paulo ante pluribus oſtendi, hic quoque ex iis, quæ a Fabio ſubjiciuntur, manifeſte colligitur; inquit enim: *Quin neſcio an frequentior, ubi quid negatur.* REGIUS. Nihil movendum; licet & ita lib. V. cap. 12. mutaverit, ubi hæc Scauri defenſio nobilis adducitur. Sic & lib. XI. cap. I. ubi hoc *affirmationis genus temperandum aliqua moderatione eſſe docet.* BURMAN. *Ex affirmatione.*] Ex certo affirmandi modo, qui fiat cum quodam animi affectu. Vide cap. 5. hujus libri. CAPPER.

283. *Quin neſcio, an frequentior.*] Immo forte frequentior eſt hujuſmodi refutatio ex affectibus, ex plena confidentiæ affirmatione ſeu aſſeveratione. CAPPER.

284. *Ubi ſit rei ſumma.*] In quo præcipue rei cardo vertatur, quid ſit in re controverſa præcipuum, quiſnam ſit *ſtatus* quæſtionis. Sic Juvenal. Satir 7.

Quis color, & quod ſit cauſſa genus, atque ubi ſumma
Quæſtio, &c. CAPPER.

285. *Nam fere accidit.*] Quanquam interdum *cauſſa* unicam habet quæſtionem ſummam, de qua judicare oportet; varie tamen definitur, & multis quæſtionibus adjuvatur: tamen ſummam quæſtionem ſemper reſpicere oportet in confirmando & refutando. TURNEB.

286. *Ad dicendum.*] *Ad docendum* ut legatur, ſenſus expoſcit, hoc eſt, ad probandum. REGIUS. *Dicendum;* V. C. Alm. Vallæ lib. Locat. Baſil. Obrecht. alii *docendum;* & præſertim Stephan.

287. *Accommodata ......infirma.*] Supple, argumenta noſtra, vel rationum momenta, quibus utimur. CAPP.

288. *Communes loci de teſtibus.*] Vide capp. 1. 5. & 7. hujus libri, ubi de variis *locorum* ſignificationibus. CAPPER.

289. *Quibus factum quoque laudamus.*] *Quodque*, d adſcripta, legendum eſt. REGIUS. Et ita Locat. Vidov. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Obrecht.

290. *Alii ad comparationem.*] *Ad probationem;* Locat. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Oxon. Obrecht.

291. *Ad totius cauſſæ inclinationem.*] Ut tota *cauſſa* in unam litigantium partem potius quam in alteram vergat, ut unus litigantium, potius quam alter, *cauſſam* obtineat. CAPPER.

292. *Sed præparatio quoque.*] Malebat Francius *quæque*.

293. *Perinde ut cuique.*] *Proinde;* MSS. Alm. Voſſ. tert. Locat. Ald. Steph. Par. Vaſc. Baſil. Colin. Vidov. Obrecht.

de, ut cuique conveniunt, ſubjicienda. [294] Ideoque miror inter duos diverſarum ſectarum velut duces non mediocri contentione quæſitum, ſingulisne quæſtionibus [295] ſubjiciendi eſſent *loci*, ut [296] Theodoro placet; an prius [297] docendus judex, quam movendus, ut præcipit Apollodorus: [298] tanquam perierit hæc ratio media, [299] & nihil cum ipſius *cauſſæ* utilitate ſit deliberandum. Hæc præcipiunt, qui ipſi non dicunt in foro; [300] ut acies, a ſecuris otioſiſque compoſitæ, ipſa pugnæ neceſſitate [301] turbantur. [302] Namque omnes fere, qui legem dicendi, [303] quaſi quædam myſteria, tradiderunt, certis [304] non inveniendorum modo [305] argumentorum *locis*, ſed concludendorum quoque nos præceptis alligaverunt: de quibus breviſſime prælocutus, quid ipſe ſentiam, [306] id eſt, quid clariſſimos oratores feciſſe videam, non tacebo.

294. *Ideoque miror.*] Theodorus exiſtimabat, ſingularum quæſtionum tractationi ſingulos eſſe ſubjiciendos locos ad amplificandum & confirmandum: Apollodorus vero omnibus tractatis quæſtionibus *locum* eſſe ſubjiciendum exiſtimabat. Utrumque reprehendit Fabius, aitque, interdum faciendum eſſe quod præcipit Theodorus, interdum quod præcipit Apollodorus; adeoque *locis* utendum eſſe interdum ad præparationem, interdum ad confirmationem. TURNEB.

295. *Subjiciendi eſſent loci.*] *Locos* nunc eos intelligit, quibus poſt argumenta quidam fit excurſus ad eorum amplificationem: diriguntur autem in vitia vel in virtutes, perſonis non nominatis. Hermogenes τὴν κοινὴν ποιότητα, vocat, Fortunatianus & Sulpicius Victor (in Rhetorib. Pithœan. pagg. 58. 261 271. &c.) *communem qualitatem*, & *qualitatem concluſivam*: hoc ſenſu *locos* hic a Fabio ſumi, facile probari poteſt ex ſequentibus, ubi ſubjungit: *an prius docendus judex, quam movendus*; ad movendos enim judices *loci* hujus generis adhiberi ſolent, ut ſupradicti Rhetores admonent. Vide notas ad cap. 1. hujus libri, ubi varias *locorum* ſignificationes expoſuimus. CAPPER.

296. *Theodoro . . . . Apollodorus.*] Vide ad cap. 1. libri III. CAPPER.

297. *Docendus judex.*] *Docendus eſſet judex*; Voſſ. prim.

298. *Tanquam perierit ratio media.*] Quaſi vero teneri non poſſet media quædam ratio inter duo Theodoreorum & Apollodoreorum extrema. CAPPER.

299. *Et nihil cum cauſſæ utilitate ſit deliberandum.*] Quaſi non eſſet de argumentandi modo deliberandum ea potiſſimum ratione, quæ ſit obtinendæ *cauſſæ* accommodatior & utilior. CAPPER.

300. *Ut acies.*] *Ut artes*; MSS. Bodl. Bal. Alm. Voſſ. omn. Bern. Andr. Locat. Ald. Colon. Sich. Vaſc. Steph. Baſil. ſed *acies*, reliqui; & recte.

301. *Turbentur.*] *Turbantur*; Obrecht.

302. *Namque omnes.*] Fabius exiſtimat, majorem eſſe libertatem in arte dicendi, quam ut neceſſariis alliganda ſit præceptis. Itaque ſæpenumero antea dixit, utilitate quæcumque præcepta mutari; cum ipſa præcepta utilitatis *cauſſa* ſint reperta. TURNEB. *Jamque*; Voſſ. ſecund. hic novum caput in Voſſianis omnibus incipit: ſed recte Regius oſtendit cohærere præcedentibus.

303. *Quaſi quædam myſteria.*] *Myſteria tradere* & Plinius dixit, rem quaſi magnam, & a qua profanos arceamus, non invulgare; ſed quodam veluti ſupercilio & ſilentii teſtificatione docere. SICHARD. Ita & Cicer. III. de Orat. 17. *Tantum eos admoneamus, ut illud, etiamſi eſt veriſſimum, tacitum tamen, tanquam myſterium, teneant; quod negant, verſari in republica, eſſe ſapientis*; & I. de Orat. 47. *Explicet nobis, & illa dicendi myſteria enuntiet.* Plin. XXVIII. 17. *Quod veluti myſterium occultarunt magi.* Et hoc eſt, quod apud Petron. cap. 3. Agamemnon dicit, *non fraudabo te arte ſecreta.* BURMAN.

304. *Non inveniendorum modo, &c.*] Argumenta primum inveniuntur ad faciendam fidem, deinde in formam quamdam argumentationis effinguntur, ut optime concludant. Itaque alterum *inventionis* eſt, alterum *judicii*. TURNEBUS.

305. *Certis . . . . argumentorum locis.*] Hic τὸ *certis* non ponitur pro δήλοις & ἀναμφισβητήτοις, *claris* & *indubitatis*; ſed pro τοῖς ἀφωρισμένοις, definitis quibuſdam determinatiſque regulis. CAPPER.

306. *Id eſt, quid clariſſimos.*] *Præclariſſimos*; Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Colin.

CAPUT XIV.

[1] *Quid enthymema, & quotuplex: quibus conſtet epichirema, & quomodo refellatur.*

XIV. IGITUR *enthymema*, [2] & argumentum ipſum, id eſt, rem quæ probationi alterius adhibetur, appellant, & [3] argumenti elocutionem. [4] Eam vero dixi duplicem. Ex conſequentibus, quod habet *propoſitionem*, conjunctamque ei protinus probationem; quale [5] pro Ligario: *Cauſſa tum dubia, quod erat aliquid in utraque parte, quod probari poſſet;* [6] *nunc melior* [7] *ea certe judicanda eſt,* [8] *quam etiam Dii adjuverunt.* [9] Habet enim *propoſitionem* probationemque, [10] non habet *concluſionem*. [11] Ita eſt ille imperfectus *ſyllogiſmus*. Ex pugnantibus vero, quod etiam ſolum *enthymema* [12] quidam vocant, fortior multo probatio eſt. Tale eſt Ciceronis pro Milone: *Ejus igitur mortis ſedetis ultores, cujus vitam ſi putetis per vos reſtitui poſſe, nolitis.* Quod quidem etiam aliquando multiplicari ſolet, ut eſt ab eodem, & pro eodem reo factum: [13] *Quem igitur* [14] *cum omnium gratia* [15] *noluit, hunc voluit cum aliquorum querela?* [16] *quem jure, quem loco, quem tempore, quem impune, non eſt auſus; hunc injuria, iniquo loco, alieno tempore,* [17] *cum periculo capitis non dubitavit occidere?* [18] Optimum autem videtur *enthymematis* genus, cum propoſito diſſimili vel contrario ratio ſubjungitur; [19] quale eſt Demoſthenis: *Non enim, ſi quid unquam contra leges factum eſt,* [20] *idque tu es imitatus, idcirco te convenit pœna liberari:* [21] *quin e contrario damnari multo magis. Nam, ut, ſi quis eorum damnatus eſſet, tu hæc non ſcripſiſſes; ita, dam-*

Hoc caput pertinere videtur magna ex parte ad *judicium*; nam de partibus argumentationis loquitur, quoque pacto *epichirema* refutetur: quod ad refutationem quoque ſpectat. Nec enim ſolum refellimus adverſariorum contradictiones & rationes, verum etiam argumentationes male concluſas. TURNEB.

1. *Quid enthymema, & quotuplex.*] Hæc deſunt in MS. Alm. Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. & aliis. *Quibus conſtet epichirema & quibus refellatur*; Voſſ. ſecund. omiſſis reliquis.

2. *Et argumentum ipſum.*] Boët. in *Top.* vis ſententiæ, ratioque ea, qua clauditur oratio, cum aliquid probatur ambiguum, *argumentum* vocatur. Ipſa argumenti elocutio, *argumentatio* dicitur. PITHOEUS. Ipſa verba, quæ refert ex Boëthio Pithœus, in Boetio non reperi: verborum tamen ſenſus ibidem exſtat. Quoſt autem a Fabio dicitur *argumentum ipſum*, hoc noſtris in ſcholis *medium* appellatur. Vernacule quoque dicimus, *un moyen*; maxime ubi agitur de probationibus *cauſſarum* forenſium propriis. CAPP.

3. *Argumenti elocutionem.*] Ipſam argumenti conficiendi, &, ut Fabius ait, concludendi formam, methodum, rationem. CAPPER.

4. *Eam vero.*] *Enthymema* Fabio, ut eſt argumentatio, ſignificat concluſionem a conſequentibus & pugnantibus: Ariſt. (lib. 11. Anal. 20.) vero ſignificat omnem *ſyllogiſmum* imperfectum. Cæterum hoc exemplum potius ab eventis videtur eſſe, quam a conſequentibus; atque adeo Fab. cap. de exemplis, argumentum eſſe dixit a deorum auctoritate. TURNEB. *Vero dixi.*] *Vero, ut dixi*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov. Bern.

5. *Pro Ligario.*] Cap. 6.

6. *Nunc melior.*] *Et nunc melior*; V. C. Alm. *Melior ea judicanda eſt.*] Nempe *cauſſa* Cæſaris adverſus Pompeium; atque hæc eſt *propoſitio*. CAPPER.

7. *Ea certe.*] *Certe* abeſt a Voſſ. prim.

8. *Quam etiam Dii.*] *Etiam* non habet Gryph. *Quam etiam Dii adjuverunt.*] Hæc eſt *propoſitionis* probatio. CAPPER.

9. *Habet enim.* Tametſi Fabius dicat, *enthymema* a conſequentibus non habere *concluſionem*, ſed *propoſitionem* cum ratione; recentiores tamen nullum putant eſſe *enthymema*, quod non habeat *concluſionem*; cum nihil aliud ſit *enthymema*, quam *ſyllogiſmus* mutilatus, ubi feſtinata *concluſio* colligitur, omiſſa *propoſitione* aut *aſſumptione*. Itaque *enthymema* a conſequentibus non proprie erit *enthymema*. TURNEB. *Habet enim rationem & propoſitionem, non habet* &c. MSS. Bodl. Alm. Andr. Obrecht. *habet enim rationem propoſitionemque*; Gryph. Vidov.

10. *Non habet concluſionem,*] *Formaliter*, ut vulgo aiunt, ſumptam; hoc eſt, ſeparatam a *propoſitione*, & *illativa* quapiam particula, v. g. *ergo*, *igitur*, *itaque* inſtructam. CAPPER.

11. *Ita eſt imperfectus ſyllogiſmus.*] Perfectus autem & *formalis ſyllogiſmus* eſſet hujuſmodi: ea *cauſſa* judicanda eſt melior, quam Dii adjuverunt: atqui Cæſaris *cauſſam* Dii adjuverunt: ergo Cæſaris *cauſſa* melior judicanda eſt. CAPPER.

12. *Quidam vocant.*] *Putant*, manus viri docti in margine Gryphianæ editionis: *quidam* non eſt in Voſſ. ſecund.

13. *Quem igitur.*] Cap. 16.

14. *Cum aliqua gratia.*] Scribe *cum omnium gratia*. PHILAND. *Cum aliquorum*; Voſſ. prim.

15. *Quem .... noluit, hunc voluit ....?*] Clodium Milo interficere? CAPPER.

16. *Quem jure, quem tempore.*] Duo hic commata deeſſe aperte ex Miloniana percipitur; ubi ſic legitur: *Quem jure, quem loco, quem tempore, quem impune non eſt auſus.* REGIUS. Deſunt hæc in Voſſ. omn. Locat.

17. *Cum periculo capitis.*] In Ciceronis codicibus deeſt *τὸ eum.*

18. *Optimum autem.*] *Optimum ergo*; Voſſ. prim.

19. *Quale eſt Demoſthenis.*] Exemplum hoc ſumptum eſt ex oratione Demoſth. contra Androtionem, qui decretum tulerat contra conſuetudinem & leges: ſe tamen aliorum exemplo tuebatur. Cæterum annotandum eſt, Fabium *ſcribere* uſurpaſſe pro *decretum facere*, *ſciſcere*, *decernere*, more Græcorum, qui *γράφειν* ſic uſurpant. Ita uſurpavit Cicer. quoque *de optimo genere oratorum*. TURNEB.

20. *Idque tu es.*] *Id quod tu es*; Voſſ. prim.

21. *Quod e contrario damnari multo magis.*] *Quin* legendum eſſe, ex Demoſthenis oratione contra Ariſtocratem aperte colligitur; ſic enim in ea legitur (pag. 741.) *ἀλλὰ τοὐναντίον πολὺ μᾶλλον ἁλίσκεσθαι*, hoc eſt, *ſed e contrario multo magis damnari*. *Quin* vero particula maxime in inverſionibus uti ſolent Oratores. Ex hoc autem Demoſthenis dicto illa juris civilis regula a Paulo *Digeſtorum* libro primo de legibus collecta eſt: *Quod contra rationem juris receptum eſt, non eſt producendum ad conſequentias.* REGIUS. *Sed e contrario*; Voſſ. ſecund. Cæterum Demoſthenis locus alter ſimilis ei, quem retulit Raphaël Regius, exſtat etiam alia in oratione quam adverſus Androtionem conſcriptam habuit. En ipſa tibi Demoſthenis verba: *οὐ γὰρ, εἴ τι πώποτε μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐπράχθη, σὺ δὲ τοῦτ' ἐμιμήσω, διὰ τοῦτο ἀποφύγοις ἂν δικαίως· ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἁλίσκοιο· ὥσπερ γὰρ, εἴ τις ἐκείνων ἑάλω,*

natus

natus tu ſi fueris, non ſcribet alius. [22] *Epichirematos* & quatuor & quinque [23] & ſex etiam factæ ſunt partes a quibuſdam. Cicero maxime quinque defendit, [24] ut ſit *propoſitio*, deinde ratio ejus, tum [25] *aſſumptio*, & ejus probatio, quinta [26] *complexio*: [27] quia vero interim & *propoſitio* non egeat rationis, & *aſſumptio* probationis, [28] nonnunquam etiam *complexione* opus non ſit, & quadripartiam, & [29] tripartiam, & bipartitam quoque fieri poſſe [30] ratiocinationem. [31] Mihi, & plurimis nihilo minus auctoribus, tres ſummum videntur. Nam ita [32] ſe habet natura, [33] ut ſit, de quo quæratur, & [34] per quod probetur: tertium adjici poteſt velut ex conſenſu duorum [35] antecedentium. Ita erit prima *intentio*, ſecunda *aſſumptio*, tertia *connexio.* Nam [36] confirmatio primæ, [37] ac ſecundæ partis, * & *exornatio*, eiſdem [38] cedere poſ-

οὐ μὴν οὐκ ἂν ἔγραψας, ὅπως ἂν οὐ δίκην δῷς, ἄλλος ἂν ἔγραψε: ex orat. contra Androtion. pag. 419. edit. Baſil. CAPPER.

22. *Epichirematos.*] Fab. multas opiniones de partibus *epichirematis* ponit, demum ex Ariſt. opinione colligit, phyſica quaſi, tres ejus eſſe partes neceſſarias, *propoſitionem*, *aſſumptionem*, & *complexionem.* Id enim, de quo quæritur, in *propoſitione*, quam dialectici *majorem* vocant, comprehenditur: id, per quod probatur, appellatur *aſſumptio* vel *minor*: denique id, quod colligitur ex utraque parte, *concluſio* ſive *connexio.* TURNEBUS. In hac Turnebiani commentatoris nota pro his verbis: *ex Ariſtotelis opinione colligit, phyſica quaſi, tres ejus eſſe partes*; legendum mihi videtur, *ex Ariſtotelis ratione quaſi phyſica colligis tres ejus eſſe partes*, &c De *Epichirematos & Enthymematos natura*, vide quæ plura notavimus ad initium capit. x. CAPPER.

23. *Et ſex etiam factæ ſunt partes a quibuſdam.*] Tres, quatuor, & quinque partes argumentationis expoſuit Fabius: ſextam prætermiſiſſe ſilentio videtur: eam tamen *exornationis* vocabulo deſignatam paulo poſt fuiſſe opinor. Et certe Rhetor Herennianus, etſi aliter quam Fabius explicet argumentationem, cujus quinque ſolum partes agnoſcit, ejuſdem nihilominus partem facit *exornationem*, de qua ſic habet lib. II. num. 28. *Exornatio eſt, qua utimur rei honeſtandæ & collocupletandæ cauſſa, confirmata argumentatione*; & num. 46. *Exornatio conſtat ex ſimilibus, & exemplis, & amplificationibus, & judicatis rebus, & cæteris, quæ pertinent ad exaggerandam & collocupletandam argumentationem.* Huc pertinere videntur Hermogenis ἐπενθύμημα, & Fortunatiani προενθύμημα, de quibus vide quæ notavimus ad cap. x. initium. CAPPER.

24. *Ut ſi propoſitio.*] *Sit* legendum eſt: in primo autem *Rhetoric.* cap. 37. hæc a Cicerone traduntur. REGIUS. *Propoſitio.*] *Majorem* in ſcholis vulgo vocant, & Fabius mox *intentionem*: hæc autem in veterum argumentandi ratione *concluſionem* ipſam continebat, ſed *illativis* particulis *ergo*, *igitur* deſtitutam, ut paulo poſt patebit. CAPPER.

25. *Aſſumptio.*] *Minorem* appellare ſolent Scholaſtici; & Fabius mox dicet ab aliis *rationem*, ab aliis *epichirema* nuncupari. CAPPER.

26. *Complexio.*] Quæ in hoc ipſo capite *connexio* etiam & *concluſio* dicitur, poſtremum hoc nomen in ſcholis jam pridem obtinuit. CAPPER.

27. *Quia interim.*] *Vero* particula ſimiliſve mihi ſenſui deeſſe videtur, ideoque adſcribenda, ut legatur: *Quia vero interim.* REGIUS. *Quia interim*; Voſſ. prim. ſecund. Locat. Ald.

28. *Nonnumquam etiam cum plane opus non ſit.*] Hic locus aperte quidem eſt depravatus, quamvis ita legatur. Sic autem mihi corrigi poſſe videtur, ſi duabus illis particulis *cum plane* eraſis, *complexione* adſcribatur hoc modo: *nonnumquam etiam complexione opus non ſit.* REGIUS. Si *epichirematí* deerit *complexio*, non amplius *epichirema* erit, ſed *enthymema*, ſecundum Ariſt. nec tamen protinus Fabio, niſi ſit a conſequentibus & repugnantibus. TURNEB.

29. *Tripartitam & bipartitam quoque fieri poſſe.*] Subintellige, docet Cicero ibidem I. Rhetoric. num. 71. CAPP.

30. *Ratiocinationem.*] Hæc dictio nunc ſignificat argumentationem generatim ſumptam; alias enim *ſyllogiſmum* deſignat. CAPPER.

31. *Et plurimis.*] *Pluribus*; Voſſ. prim. *Tres ſummum videntur.*] *Ad ſummum*; Ald. Sich. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *ſolummodo*; MSS. Joan. Voſſ. omnes. margines Sich. Vaſc. Steph. & Baſil. ſed V. C. Alm. facit cum optimis qui *ſummum* habent; ita enim loquebantur, ut Liv. XXXI. 42. *binis, terniſve ſummum, ex manipulis, aquandi cauſſa, miſſis*; ubi Gronovius ſæpius ita Livium loqui oſtendit; & ita Cicero II. ad fam. I. *A te vero bis terve ſummum, & eas perbreves accepi*; ubi videndus Victorius: Manutius vero libros ſuos omnes *ad ſummum* habere teſtatur, ut etiam omnes codices habent in orat. pro Milone cap. 5. & 9. ubi tamen Gronovii *ſummum* tuentur. Sic etiam *minimum* & *ad minimum*: de quo vide ſupr. cap. 10. *Mihi, & plurimis tres ſummum videntur.*] Supple, eſſe partes *epichirematos.* Vide notas ad cap. 10. initium CAPPER.

32. *Se habet natura.*] *Se habet iſta natura*; MSS. Alm. Bern. Voſſ. omnes. Locat. Ald. Vidov. *ita ſe habent iſta natura*; Gryph. Colin.

33. *Ut ſit de quo quæratur.*] Ita appellat *propoſitionem* argumentationis; propterea quod argumentationis ſummam, de qua quæritur, explicat: forte etiam reſpexit ad oratores, qui *id*, de quo quæritur, proponere ſolent, cum probare volunt. Ac hujuſmodi formulam argumentandi Fab. ſubjicit; ut; *anima eſt immortalis.* TURNEB. *De quo quæratur*] Hæc ipſa prima erat argumentationis propoſitio ſive *intentio*, itemque *concluſio*; ſed *illativis* particulis *ergo*, *igitur*, *itaque*, deſtituta: unde in veterum *ſyllogiſmo* ſæpius τοῦ *Majoris* locum tenebat. CAPPER.

34. *Per quod probetur.*] In ſcholis Logici vocant *medium*; Fabius initio hujus capitis *enthymema*: continebat aliquando ea pars *majorem*, ut mox patebit in hujuſmodi argumentatione *paralogiſtica*: *Mors nihil ad nos: nam quod eſt diſſolutum, ſenſu caret: quod autem ſenſu caret, nihil ad nos.* Propoſitionem hanc, *quod eſt diſſolutum, ſenſu caret*, Fabius *aſſumptionem* vocat probandam ſeu probatione indigentem: nos hodie *majorem* vocaremus CAPPER. *Et per quod probetur.*] Fabius videtur per *id quod probat*, duas illas complecti propoſitiones, quæ propoſitioni, de qua quæritur, ſubjiciuntur; ac videtur has præceptiones ad illam potiſſimum argumentandi formam aptaſſe. Aliter autem ſentiendum, cum id, de quo quæritur, non proponitur, ſed ſtatim ſumma argumentationis aperitur, cui *aſſumptio* ſubnectitur. TURNEB.

35. *Duorum antecedentium.*] Hoc eſt *intentionis* ſive *propoſitionis*, & *aſſumptionis*, ut mox exponet Fabius. CAPPER.

36. *Confirmatio primæ ac ſecundæ partis, & exornatio.*] In vulgatis hactenus editionibus legebatur: *confirmatio primæ, ac ſecundæ partis exornatio.* Sed 1°. quidem a Quinctilianæo candore abhorret hæc loquendi formula. 2°. *exornatio* non magis ad ſecundam argumentationis partem pertinet, quam ad primam, ut patet ex relatis Herenniani Magiſtri locis. *Conſtat enim*, inquit, *ex ſimilibus, & exemplis, & amplificationibus*, &c. 3°. diſerte docet Fabius probationem ſive confirmationem, ſecundæ parti argumentationis æque ac primæ convenire: *ut ſit* (inquit) *propoſitio, deinde ratio ejus: tum aſſumptio, & ejus probatio.* 4°. primæ quoque argumentationis parti *exornationem* idem Rhetor attribuit his verbis: *hanc primam partem numerant, eam rationibus variis & quam copioſiſſimis verbis approbant.* CAPP.

37. *Ac ſecundæ partis exornatio.*] Plerumque *aſſumptioni* loco probationis ſubjungitur *exornatio* ſive *expolitio*, quæ eſt idonea oratio ad locupletandum & augendum. Alii certam quoque faciunt ſpeciem argumentationis, ex *propoſitione*, ratione, rationis confirmatione, *expolitione*; eamque appellant *collectionem.* TURNEB. In hac Turnebiani nota quædam ſunt quæ improbem. 1°. enim *exornationem* confundit cum *expolitione*: has autem Herennianus Rhetor, ad quem reſpicit, longo intervallo dividit; quippe cui *exornatio* ſit argumentationis quarta pars, *expolitio* vero una e ſententiarum figuris. 2°. pro *expolitione* ſcribendum erat *exornatione.* 3°. ſpecies argumentationis, quam Latini *collectionem* vocant, non fit ex *propoſitione*, ratione, confirmatione, *expolitione* (ſeu potius *exornatione*); ſed ipſiſſimus eſt *ſyllogiſmus*, aut ſaltem *ſyllogiſtica concluſio*, ut patet ex his locis; Senecæ epiſt. 86. *huic collectioni Peripateticorum quidam reſpondent*; Acronis in Horat. lib. II. ſatir. 7. collectionibus *probat Horatium non eſſe dominum, quia ipſe ſerviat vitiis*; Servii ad I. Æneid. verſ. 467. (ſolve metus) collectio *eſt.* CAPPER.

38. *Cedere poſſent.*] *Poſſunt* legitur rectius, quam *poſſent*;

ſunt, [39] quibus ſubjiciuntur. [40] Sumamus autem ex Cicerone quinque partium exemplum: *Melius gubernantur ea, quæ conſilio reguntur, quam quæ ſine conſilio adminiſtrantur.* Hanc primam partem numerant; eam deinceps rationibus variis, & quam copioſiſſimis verbis approbari putant oportere. [41] Hoc ego totum cum ſua ratione [42] unum puto: alioqui ſi ratio pars eſt, eſt autem varia ratio, plures partes eſſe dicantur. *Aſſumptionem* deinde ponit: *Nihil autem omnium rerum melius, quam omnis mundus, adminiſtratur.* Hujus *aſſumptionis* quarto [43] in loco jam porro inducunt probationem: [44] de quo idem, quod ſupra, dico. Quinto inducunt loco *complexionem*, [45] quæ aut id infert ſolum, [46] quod ex omnibus partibus cogitur, hoc modo: *Conſilio igitur mundus adminiſtratur*; aut, unum in [47] locum cum conduxerit breviter *propoſitionem* & *aſſumptionem*, adjungit, quid ex his conficiatur, ad hunc modum: *Quod* [48] *ſi melius geruntur, quæ conſilio, quam quæ ſine conſilio adminiſtrantur: nihil autem omnium rerum melius, quam omnis mundus, adminiſtratur: conſilio igitur mundus adminiſtratur.* Cui [49] parti conſentio. In tribus autem, quas fecimus, partibus non eſt forma ſemper eadem; ſed una, [50] in qua idem *concluditur*, [51] quod *intenditur*: *Anima immortalis eſt.* [52] *Nam quidquid ex ſeipſo movetur, immortale eſt: anima autem ex ſeipſa movetur: immortalis igitur eſt anima.* [53] Hoc fit non ſolum in ſingulis argumentis, ſed [54] in totis *cauſſis*, quæ ſunt ſimplices, & in quæſtionibus. Nam [55] & hæ primam habent *propoſitionem*: [56] *Sacrilegium commiſiſti*, [57] *hominem occidiſti*: *Non, quiſquis hominem occidit*, [58] *cædis tenetur.* Deinde rationem, ſed hæc eſt in *cauſſis* & quæſtionibus longior, quam in ſingulis argumentis. [59] Et plerumque ſumma *complexione*, vel per enumerationem, vel per brevem *concluſionem* [60] teſtantur, quid effecerint. In hoc genere *propoſitio* dubia eſt; de hac enim quæritur. [61] Altera eſt *complexio*, non par *intentioni*; ſed vim

cum Fabio autem ſentit & Boëtius, qui in ſecundo *Dialecticorum* libro multis colligit argumentis, ratiocinationem tripartitam dumtaxat eſſe: itaque Ariſtoteli ac Theophraſto, & omnibus deinde Peripateticis placuiſſe demonſtrat. REGIUS. *Poſſent*; Locat. *Eiſdem cedere poſſunt.*] Id eſt, referri, reduci, revocari ad eadem, ut acceſſorium ad principale. Sic apud Juiiſcouſultos *ſuperficies ſolo cedit.* CAPPER.

39. *Quibus ſubjiciuntur.*] Id eſt, adjiciuntur, adduntur, &c. CAPPER.

40. *Sumamus autem.*] *Sumamus enim*; MSS. Alm. Voſſ. prim. Ald. *ſumamus ex Cicerone*; Voſſ. ſecund. Locat. Colin. eſt ex lib. II. Rhetor cap. 34.

41. *Hoc ego totum in ſua ratione.*] *Cum* præpoſitio loco *in* ut reponatur, ſenſus exigit. REGIUS. *In ſua*; MSS. Alm. Bern.

42. *Unum puto.*] *Unum pono*; MS. Joan. Steph. marg.

43. *In loco aliam porro.*] *In loco jam porro*; MSS. Alm. Voſſ. omnes. Locat. Ald. Vidov. Obrecht.

44. *De quo idem.*] *De quo id*; Voſſ. ſecund.

45. *Quæ aut id infert ſolum.*] Duplex eſt in *epichiremate* concludendi ratio; altera ſimplex & directa, ut prior; altera veluti more *epilogi.* TURNEB. *Aut infert*; Locat. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

46. *Quod ex omnibus partibus cogitur.*] Id eſt, ratiocinando colligitur. CAPPER.

47. *Locum cum conduxerit.*] *Concluſerit*; margo Baſil. & Gryph. *conduxerit* vero minime loco movendum; id enim eleganter dictum. Cicer. II. de Inv. I. *Crotoniatæ publico de conſilio virgines in unum locum conduxerunt.* Dictys II. 19. *per præcones conductis in unum militibus*, qui paſſim ita utitur; ut & Tacitus. Vid. IV. an. 2. & 74. XV. 26. & ita apud Sueton. Aug. 70. male explicant quidam:

Cum primum iſtorum conduxit menſa choragum:

ſed hæc obvia. BURMAN.

48. *Si melius geruntur.*] *Melius reguntur*; cod. Bern.

49. *Parti conſentio.*] *Aſſentior*; marg. Baſil.

50. *In qua idem concluditur.*] Ait quoddam *epichirema* eſſe, cujus eadem ſit *propoſitio* & *concluſio*; quoddam, cujus *propoſitio* diverſa ſit a *concluſione.* TURNEBUS.

51. *Quod intenditur.*] Hæc non habent MSS Alm. Voſſ. prim. tert. Sich. Vaſc. Steph.

52. *Nam quicquid ex ſeipſo movetur.*] Argumentatio hæc eſt Platonis in Phædone: cæterum in hoc genere *epichirematis* quæſtio eſt *propoſitio*: reliqua, quæ *concluſionem* præcedunt, pro *aſſumptione* habentur. TURNEB.

53. *Hoc fit non ſolum in ſingulis.*] Duplex eſt *propoſitio*; altera enim dubitabilis eſt, ipſamque continet quæſtionem; altera vero prior eſt argumentationis pars, quæ probat. Illa igitur ſuperior non ſolum in argumentis locum habet; ſed in totis etiam *cauſſis*, nimirum ſimplicibus, quæ una *propoſitione* comprehendi poſſunt; non etiam conjunctis, quia non una *propoſitione* comprehendi poſſunt, ſed multis. TURNEB.

54. *In cauſſis & in quæſtionibus.*] *Cauſſa* eſt non quælibet quæſtio; ſed ea quæ variis eſt veſtita circumſtanriis. Græce dicitur ὑπόθεσις: quæſtio autem eſt omne ζήτημα, omnis θέσις, id omne quod quomodocumque venit in controverſiam: diſcrimen inter *cauſſam* & quæſtionem ſtatuit ipſe Fabius lib. III. cap. 6. his verbis: *Quæſtio nulla non habet utique* ſtatum; *ſed aliæ ſunt propriæ* cauſſarum, *de quibus ferenda ſententia eſt; aliæ adductæ extrinſecus, aliquid tamen ad ſummam* cauſſæ *conferentes, velut auxilia quædam; quo fit ut in controverſia una plures quæſtiones eſſe dicantur* ... *ſimplex autem* cauſſa, *etiamſi varie defenditur, non poteſt habere plus uno de quo pronuncietur, atque inde erit* ſtatus cauſſæ .... *recte igitur eſt appellata* (loquitur de *cauſſarum* oratoriarum *ſtatu*) cauſſarum *prima conflictio, non quæſtionum* ... *noſtra opinio ſemper hæc fuit, ut, cum eſſent frequenter in* cauſſa *diverſi quæſtionum* ſtatus, *in eo crederem* ſtatum cauſſæ, *quod eſſet in ea potentiſſimum, & in quo maxime res verteretur*, &c. CAPPER.

55. *Et hæ primam.*] *Hæ primum*; Obrecht.

56. *Sacrilegium commiſiſti.*] *Sacrilegus es, quia ſacrilegium commiſiſti*; marg. Baſil.

57. *Hominem occidiſti.*] Non habent MSS. Alm. Voſſ. omnes. Locat. Ald. Baſil.

58. *Cædis reus tenetur.*] *Cædis tenetur*; MSS. Alm. Voſſ. omnes: quod elegantius videtur. Ita *furti teneri*; JCtus lib. IV. ff. de rei vindicat.

59. *Et plerumque ſumma complexione.*] Quemadmodum antea dixit, duplicem eſſe *epichirematis concluſionem*; ita quoque ſcribit, duplicem eſſe *complexionem* in *cauſſa*; cum præſertim omnis *cauſſa* contineatur *ſyllogiſmo* & *epichiremate.* Fit igitur aut per repetitionem ſuperiorum, ut in *epichiremate*; aut ſimpliciter concludendo, quod efficitur in *cauſſa.* TURNEB. *Summa complexione.*] Quadam argumentationis *anacephalæoſi*, quæ *concluſionis* locum teneat. Jam ſupra notavi *complexionem*, *connexionem*, & *concluſionem* hic voces eſſe *ſynonymas.* CAPPER.

60. *Teſtantur quid effecerint*] *Teſtatur, quid effecerit*; Obr. qui hæc referre videtur ad τὸ *rationem*: ſed præſtat, opinor, vulgata lectio: *teſtantur quid effecerint*, videlicet oratores in *cauſſis* & quæſtionibus tractandis. CAPPER.

61. *Altera eſt complexio.*] Aliquando ita contexitur *epichirema*, ut *propoſitio* non videatur eſſe eadem cum *concluſione*: poteſtate tamen & virtute ſit eadem: id fit, quando id, de quo quæritur, proponimus, neque argumenrationem ad ultimam deducimus *concluſionem*; ſed in eo ſiſtimus, quod virtute ſit idem. TURNEB. *Altera eſt complexio non par intentioni; ſed vim habens parem.*] Eſt alterum genus *concluſionis epichirematicæ*, quæ non eſt plane par *in-*

habens parem : [62] *Mors nihil ad nos.* [63] *Nam, quod eſt diſſolutum, ſenſu caret :* [64] *quod autem ſenſu caret, nihil ad nos.* [65] In alio genere non eadem *propoſitio* eſt, quæ *connexio :* [66] *Omnia animalia meliora ſunt, quam inanima : nihil autem melius eſt mundo :* [67] *mundus igitur animal.* [68] Hìc poteſt videri de re contentio. Potuit enim ſic conſtitui ratiocinatio : *Animal eſt mundus; omnia enim animalia meliora ſunt, quàm inanima.* Cæterum hæc *propoſitio* [69] aut confeſſa eſt, ut proxima; aut probanda, ut : [70] *Qui beatam vitam vivere volet, philoſophetur oportet.* Non enim conceditur. Cætera ſequi, niſi confirmata prima parte, non poſſunt. [71] Eſt & *aſſumptio* interim confeſſa, ut : *Omnes autem volunt beatam vitam vivere.* Interim probanda, ut illa : *Quod eſt diſſolutum, ſenſu caret*; cum ſoluta corpore anima, [72] an ſit immortalis, [73] vel ad tempus certum maneat, ſit in dubio. Quam *aſſumptionem* [74] alii *rationem* vocant, [75] alii *epichirema.* [76] *Epichirema* autem nullo differt a *ſyllogiſmis*, niſi quod illi & [77] plures habent

tentioni, non eadem atque *intentio* ſeu prima propoſitio, non iiſdem omnino verbis exprimitur, non eſt *formaliter* & *actu*, τῇ ἐνεργείᾳ eadem; ſed τῇ δυνάμει, *virtualiter* & *implicite* tantum, ut cum barbaris βαρβαρίζωμεν : nam in præſenti *epichiremate complexio* ſeu *concluſio* hæc eſt :

Quod autem ſenſu caret, nihil ad nos :

æquipollet autem *intentioni*, quæ erat hujuſmodi :

Mors nihil ad nos :

de qua tamen argumentatione, quid ſentiendum ſit, mox indicabimus. CAPPER.

62. *Mors nihil ad nos.*] Hoc argumentum erat Epicuri: reprehenditur tamen a Plutarcho, quia *major* propoſitio (a qua vis argumentationis pendet) deeſt; ſcilicet, mors eſt diſſolutio corporis & animi : defenditur tamen a Gellio lib. II. cap. 8. Eſt autem ſorites, id eſt, *ſyllogiſmus* acervalis, quando ex primo colligimus ultimum. TURNEB. Sed Gellii defenſio egregie refutatur ex optimo Ariſtotelis Commentatore Alexandro Aphrodiſienſi, in Gellii editione cum notis variorum, ann. 1666. refutationem illam legere operæ pretium erit. CAPPER. *Mors nihil ad nos.*] Hæc eſt Quinctiliano *intentio* ſeu prima propoſitio, quæ ſimpliciter etiam *propoſitio* dicitur *epichirematos.* In ſcholis *majorem* vulgo vocamus : ſed quæ hic *intentio* vocatur, ea nobis *major* non eſſet, immo noſtris in *ſyllogiſmis* hodie locum a *concluſione* diſtinctum non habet hæc propoſitio; eſt enim ipſamet *concluſio illativis* particulis *ergo, igitur, itaque*, deſtituta : ubi diligenter notandum eſt, paulo aliam a noſtra & hodierna fuiſſe apud veteres artis *epichirematicæ* & *ſyllogiſticæ* rationem. CAPPER.

63. *Nam quod eſt diſſolutum, ſenſu, caret.*] Hæc Fabio eſt *aſſumptio*, ut patet ex ſequentibus (eſt & *aſſumptio* interim probanda, ut illa, *quod eſt diſſolutum, ſenſu caret;*) nobis eſſet *major* : ſed Fabius & veteres *aſſumptionem* appellabant id omne, per quod aliud probatur. Unde, ut paulo poſt dicetur, *aſſumptionem* alii *rationem* vocabant, alii *epichirema.* CAPPER.

64. *Quod autem ſenſu caret, nihil ad nos.*] Hæc Quinctiliano eſt *complexio* ſeu *concluſio*; nobis eſſet *minor* hoc pacto : *atqui quod ſenſu caret, nihil ad nos.* Poſſet etiam fieri *major* ſecundum hanc *paralogiſticam* argumentationem : *Quod ſenſu caret, nihil ad nos : atqui τὸ diſſolutum, ſenſu caret : ergo τὸ diſſolutum (unde mors) nihil ad nos :* ubi rurſus vide, ut veterum argumentandi ratio diverſa fuerit ab ea, quam nunc iiſdem verbis utentes adhibemus. Quid igitur mirum, ſi veterum ſcripta nobis tam ſint intellectu difficilia? cum eadem verba legimus, eaſdem quoque res intelligere volumus : quod contra eſt. CAPPER.

65. *In alio genere non eadem propoſitio eſt.*] Alia ſpecies eſt *epichirematis*, quando id, de quo dubitatur, non proponitur; tum enim *propoſitio* eſt alia a *concluſione.* Et hæc vera dicitur argumentationis *propoſitio.* TURNEB. *In alio genere.*] Hoc eſt tertium *epichirematos* vel argumentationis genus, quo vulgo utimur in ſcholis, ut prima propoſitio, quam *majorem* vocamus, a *concluſione* ſit diſtincta. CAPPER.

66. *Omnia animalia.*] Hæc ratio eſt Platonis & Stoïcorum, qua mundum animal eſſe probant. Progrediuntur etiam ulterius, ut docet Cicero ſecundo de natura Deorum; ac docent, mundum ſapientem eſſe, rationalem Deum. TURNEB.

67. *Mundus igitur animal.*] Cæterum hæc Fabii argumentatio revocari facile poteſt ad *ſyllogiſmum* in quarta figura & in modo τῷ dibatis hoc pacto : *Mundus melior eſt inanimis :* (nihil enim mundo melius eſt) *atqui omne melius inanimis, eſt animal : ergo mundus eſt animal;* vel ad *ſyllogiſmum* in prima figura hoc modo τῷ *Darii : Omne melius inanimis eſt animal : atqui mundus melior eſt inanimis* (quia nihil mundo melius eſt :) *ergo mundus eſt animal.* Ruit igitur Moſellani cavillatio adverſus Quinctilianum in Burmanniana editione relata, qua Latinum Rhetorem, quod ad argumenta tractanda pertineat, paululum negligentem fuiſſe arguebatur. CAPPER.

68. *Hic poteſt videri de re.*] Poteſt etiam conſtitui ex hoc *epichiremate* ſuperior argumentandi forma, ut initio ponatur, de quo contenditur. TURNEBUS. *Hic poteſt videri de re contentio.*] Moſellanus probabiliter cenſebat legendum eſſe, *ſine re*, vel *præter rem* : cætera Moſellani verba, quæ vel a ſuo loco perperam avulſa, vel cum pluribus Typographorum erratis excuſa erant, vel Fabium immerito reprehendebant, omnino reſecuimus. CAPPER.

69. *Aut confeſſa eſt aut proxima, aut probanda.*] Bimembris eſt hæc diviſio. Quare *ut proxima* legendum eſt, non *aut.* REGIUS. *Aut proxima*; Locat.

70. *Qui beatam vitam videre volet, philoſophetur, oporteat.*] Hæc *propoſitio* indiget emendatione; ſi enim *vivere* vitam, Atticos imitati, eleganter dicimus; non video cur *videre* hoc loco legendum ſit, cum præſertim beata vita ſub oculorum ſenſum non cadat. *Vivere* itaque legatur, non *videre*; & *oportet*, *a* expuncta. REGIUS. *Videre*; Voſſ ſecund. *Oporteat*; Locat. Ald.

71 *Eſt & aſſumptio.*] *Ut eſt, aſſumptio interim confeſſa eſt;* MSS. Alm. Voſſ. ſecund. & ita ante Regium legebatur. *Confeſſa.*] *Conceſſa*; margo. Vidov.

72. *An ſit immortalis.*] Plato enim animam exiſtimavit immortalem : at Stoici mortalem eſſe putaverunt, non tamen ſtatim cum corpore perire. Itaque (ut ait Cicero) uſuram illi temporis dederunt, ut corvis & cornicibus. TURNEB.

73. *Vel ad tempus certa.*] *Certum*, pro *certa*, recte in aliis legitur exemplaribus. Hæc autem Stoicorum de anima fuit opinio, ut dicerent, eam ad certum tempus circa ſepulcrum cadaveris vagari. REGIUS.

74. *Alii rationem vocant.*] Vel quod in ipſa *collectione*, de qua diximus, rationis confirmatio, quæ quidem etiam ratio eſt, *aſſumptionem* facit; vel quod etiam in priori ſpecie *epichirematis*, ratio, quæ *propoſitioni* ſubnectitur, *aſſumptio* vocatur. TURNEB.

75. *Alii epichirema.*] Nam Hermogeni *epichirema* eſt ratio, quæ ad *propoſitionem* dubitabilem probandam affertur. Hoc quoque modo argumentum eſt, non argumentatio. TURNEB.

76. *Epichirema autem nullo.*] Arbitror inter *epichirema* & *ſyllogiſmum* nihil intereſſe, niſi quod Rhetores *epichirema* frequentius uſurpant & nominant, qui verſantur circa credibilia magna ex parte; Dialectici autem raro *epichirema* nominant, frequentius *ſyllogiſmum*, qui magis ex neceſſariis & veris argumentantur. Atque inde differentiam *epichirematis* & *ſyllogiſmi* petivit Fab. a materiis, circa quas rhetores & philoſophi verſantur; alioqui concludendi genere nihil diſcrepant. Sed & Ariſtoteli *ſyllogiſmus* eſt neceſſarius, *demonſtratio*; *ſyllogiſmus* probabilis (*dialecticus* appellatus) *ſyllogiſmus* ſophiſticus, qui dicitur *elenchus* : ut videatur *epichirema* eſſe *ſyllogiſmus dialecticus.* Præterea *epichirema* fuſius eſt & largius; adjicit enim ſæpenumero *propoſitionis* & *aſſumptionis* rationes & *expolitiones*; atque hoc videbitur a *ſyllogiſmo* differre, cum hæc in *ſyllogiſmo* raro ſint. *Species* autem dicit, quas Dialectici *modos* & *figuras.* TURNEB. Recte quidem hoc loco Turnebianus Commentator, niſi quod pro τῷ *expolitiones* τὸ *exornationes* dicere debuiſſet. *Expolitio* enim non ad argumentationem, ſed ad ſententiarum figuras pertinet, ut ſatis conſtat ex Hereniano Rhetore lib IV. Vide quæ hac de re jam ſupra hoc ipſo in capite notavimus. CAPPER.

77. *Plures habent ſpecies.*] Quas *ſpecies* vocat Fabius, ab

ſpecies, & vera colligunt veris: *epichirematis* frequentior [78] circa credibilia eſt uſus. [79] Nam ſi contingeret ſemper [80] controverſa confeſſis probare, vix eſſet in hoc genere uſus oratoris. Nam quid ingenio eſt opus, ut dicas? [81] *Bona ad me pertinent*, [82] *ſolus enim ſum filius defuncti, vel ſolus heres: cum jure bonorum* [83] *poſſeſſio teſtati* [84] *ſecundum tabulas teſtamenti detur, ad me igitur* [85] *pertinent.* Sed cum ipſa ratio in quæſtionem venit, efficiendum eſt certum id, quod probaturi ſumus, quod incertum eſt; ut ſi [86] ipſa forte *intentione* dicatur: *Aut filius non es, aut non es legitimus, aut non es ſolus.* Itemque: [87] *Aut heres non es, aut juſtum teſtamentum non eſt, aut* [88] *capere non potes, aut habes coheredes.* Efficiendum eſt juſtum, propter quod bona adjudicari nobis debeant. [89] Sed tum eſt neceſſaria illa ſumma [90] *connexio*, cum intervenit [91] oratio largior. [92] Aliquando ſufficiunt *intentio* ac ratio: [93] *Silent leges inter arma, nec ſe exſpectari jubent; cum ei, qui exſpectare velit, ante injuſta pœna luenda ſit, quam juſta repetenda.* Ideoque id *enthymema*, quod eſt ex conſequentibus, [94] rationi ſimile dixerunt. [95] Sed & ſingula quoque interim recte ponuntur; ut ipſum illud: *Silent leges inter arma.* Et a ratione fas eſt incipere, deinde [96] concludere; ut ibidem: [97] *Quod ſi duodecim tabulæ nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, ſi ſe telo* [98] *defenderet, interfici impune voluerunt; quis eſt qui, quoquo modo quis interfectus ſit, puniendum putet?* Variat autem hic adhuc, & rurſus rationem tertio loco ponit: *Cum videat, aliquando gladium nobis* [99] *ad occidendum hominem ab ipſis porrigi legibus.* [100] Prio-

aliis, præcipueque a Dialecticis, *modi* appellantur: videtur autem Fabius de ſolis demonſtrativis *ſyllogiſmis* ſentire; illi namque vera ſemper colligunt veris. Cæterum & *Dialectici ſyllogiſmi* circa credibilia fere verſantur, & ſophiſtici ex iis, quæ apparent credibilia, quum non ſint, componuntur. REGIUS.

78. *Circa credibilia.*] τὰ πιθανὰ, τὰ εἰκότα, τὰ ἔνδοξα, quæ ſunt probabilia, & veriſimilia CAPPER.

79. *Nam ſi contingeret.*] Cum philoſophus certis & confeſſis ad probationem utatur, fit proinde, ut brevius complectatur *ſyllogiſmum*; at cum orator magna ex parte probabilibus utatur, rationes afferre ſolet ſuarum *propoſitionum* & *aſſumptionum*, nec tam breviter *epicheirema* complectitur. TURNEB.

80. *Controverſiam confeſſis probare.*] *Controverſa confeſſis* opponuntur: quare *controverſa* legendum eſt. REGIUS. *Controverſiam*; marg. Baſil.

81. *Bona ad me pertinent.*] Vide ut apud Juriſconſultos τὸ *pertinere* ſignificet proprietatem & dominium, ut aiunt. CAPPER.

82. *Solus enim ſum filius.*] Hæc *ex hypotheſi* afferuntur in exemplum tanquam neceſſaria, ut doceat, in neceſſariis non eſſe opus ingenio oratoris, ideoque oratorem circa credibilia maxime verſari. TURNEB.

83. *Poſſeſſio inteſtati.*] Quonam pacto bonorum poſſeſſio *inteſtati* ſecundum tabulas teſtamenti, quæ nullæ ſunt, jure dari poteſt? *inteſtati* enim dicuntur, qui, nullo condito teſtamento, decedunt: ut igitur ſibi congruat ſenſus, vel repugnantibus exemplaribus, *teſtati* legatur. REGIUS. *Inteſtati*; Voſſ. ſecund. Locat. Baſil.

84. *Secundum tabulas.*] Nam interdum *poſſeſſio contra tabulas* datur a prætore, cum ſcilicet teſtamento præteriti ſunt liberi; aliquando *ſecundum tabulas*, quando ſcriptis heredibus datur poſſeſſio. TURNEB.

85. *Pertinent.*] *Pertinet*; V. C. Alm. Obrecht.

86. *Ipſa intentione.*] Id eſt, per quamdam propoſitionem, quæ prima ſit in *epichiremate*: aliàs *intentio* ſignificat accuſationem. CAPPER.

87. *Aut non heres es.*] Propter *cacophoniam* legendum *non es heres*: ita ut verbum *es* præponatur. REGIUS. *aut heres non es*; alii.

88. *Capere non potes.*] Supple, hereditatem tibi teſtamento relictam. CAPPER.

89. *Sed tum eſt neceſſaria.*] Quando *epichirema* habet plures rationes & confirmationes, illi ſubjici debet *concluſio*, ut intelligatur, quid ſit *effectum*; cum autem rationes deſunt & *expolitiones*, poteſt eſſe *enthymematica* argumentatio, ut deſit *concluſio* TURNEB. Pro τῷ *expolitiones*, τὸ *exornationes* Turnebianus ille commentator ſcribere debuiſſet, ut jam ſupra monuimus. CAPPER.

90. *Connexio.*] Id eſt, *concluſio*, quam alibi *complexionem* etiam Fabius appellavit. CAPPER.

91. *Oratio largior.*] *Longior*; Par. Steph Colin. Vidov.

92. *Ad quod ſufficiunt.*] Hic ſenſus ita depravatus eſt, ut vix mihi percipi poſſit; non quin videatur ex *oratione* prima litera expungenda; ut legatur *ratio*; ſed quia ne ſic quidem explicatur ſenſus. Prima enim duo verba hujus ſenſus otioſa videntur, neque ad aliquid referuntur. Quare eorum loco *aliquando* mihi videtur reponendum, ut legatur: *aliquando ſufficiunt intentio & ratio*: hujus autem regulæ exemplum ſubjicitur, ex quo aperte percipitur, ſic omnino eſſe legendum, ut dixi. Cum enim brevior ratio intervenit, *connexione* eſt ſuſpendendum. Id quod fit in illa Ciceronis pro Milone argumentatione: *ſilent enim leges inter arma.* REGIUS. *Ad quod ſufficiunt*; Voſſ. ſecund. Locat. marg. Baſil.

93. *Silent leges.*] *Silent enim*; Locat. Ald. Baſil. & ita Cicer. pro Milone cap. 4.

94. *Rationi ſimile dixerunt.*] *Enthymema* a conſequentibus ſimile eſt *ætiologiæ*, quæ *propoſitionis* reddit rationem; *enthymema* enim illud *propoſitionem* habet, conjunctamque ei protinus probationem; non item *enthymema* a repugnantibus, quod dumtaxat conſtat oppoſitione contrariorum. TURNEB. *Rationis ſimile*; V. C. Alm. Sic Fabius *aſſumptionem*, hoc eſt, id per quod aliud probatur, ab aliis *rationem*, ab aliis *enthymema* vocari paulo ſupra notavit. CAPPER.

95. *Sed & ſingula quæ interim.*] *Quoque*, loco illius *quæ* relativi, videtur eſſe legendum. REGIUS. *Singula.*] Aut ait Fabius, aliquando ſingularem & unicam poni partem; ut, ſi quæratur, *an latronem interficere oporteat, an auxilium legum expectare*, ſimpliciter dicas, *ſilent leges inter arma*; aut ſignificat, ſingula ita poni, ut ſit interdum *propoſitio* cum ratione, interdum ratio cum *concluſione*, interdum *propoſitio*, ratio, & *concluſio*. TURNEB. Secunda hæc Turnebiani explicatio ferri non poteſt. Nam 1°. ex allato exemplo patet τὸ *ſingula* ſingularem & unicam propoſitionem ſignificari: 2°. ea genuina & propria eſt τοῦ *ſingula* ſignificatio, ut unum aliquid deſignet. Sic apud Cæſarem lib. VII. de bell. Gallico, *ſingulis effoſſis oculis*, id eſt, cum unicuique unum oculum effodi juſſiſſet. Cæterum, præter allatum a Fabio exemplum, habes apud Ariſtotelem *epichirematicam* ſeu potius *enthymematicam* ſententiam unica propoſitione expreſſam: ea eſt hujuſmodi:

Ἀθάνατον ὀργὴν μὴ φύλαττε θνητὸς ὤν.

mortalis immortalem iram haud ſervaveris. CAPPER.

96. *Concludere; ut ibidem.*] *Concludere, ut idem* (ut reponi juſſit Regius.) Ald. margo Baſil. & Vidov. eſt vero ex Cicer. pro Mil. cap. 3.

97. *Quod ſi.*] *Si*; Ald.

98. *Defenderet.*] Ita omnes codices apud Ciceronem; alii *defenderit*.

99 *Ad occidendum hominem.*] Deſunt in V. C. Alm. & Locat. Ald. Baſil. Gryph.

100. *Priori autem partis.*] Hic ſenſus, præterquam quod *prioris* legendum eſt, mihi depravatus videtur; nec quid ſibi velit, ſatis percipitur. REGIUS. Duplex eſſe poteſt ſenſus; nam aut ſignificat Ciceronem duxiſſe ordinem prioris argumenti, & incepiſſe a propoſitione; aut ſignificat illam argumentationem proximam produxiſſe, & alia argumentatione firmaſſe. TURN. *Priori autem*; Locat. Præter allatas a Turnebiano explicationes, dici etiam poſſet, poſt hæc

ris autem partis duxit ordinem: *Inſidiatori autem & latroni quæ poteſt inferri injuſta nex?* hæc intentio: *Quid comitatus noſtri, quid gladii volunt?* hæc ratio: *Quos habere* [101] *certe non liceret, ſi uti illis nullo pacto liceret:* [102] hæc ex *intentione* & ratione *connexio*. Huic generi probationis tribus occurritur modis, id eſt, per omnes partes. [103] Aut enim expugnatur *intentio*, aut *aſſumptio*, aut *concluſio*, nonnunquam omnia: [104] ſed hæc omnia tria ſunt. *Intentio* expugnatur: [105] *Jure occidi eum, qui inſidiatus ſit.* Nam prima ſtatim pro Milone quæſtio eſt, *an ſit ei fas lucem intueri, qui a ſe hominem necatum eſſe fateatur.* Expugnatur *aſſumptio* omnibus iis, quæ de refutatione diximus. Et ratio quidem nonnunquam eſt vera, [106] cum ejus *propoſitio* vera non ſit. Interim veræ *propoſitionis* falſa ratio eſt: *Virtus bonum eſt*, verum eſt: ſi quis rationem ſubjiciat, *quod ea locupletes faciat*, [107] veræ *intentionis* falſa ſit ratio. [108] *Connexio* aut vera negatur, cum aliud colligit, quam id, quod [109] ex prioribus [110] conficitur; aut nihil ad quæſtionem dicitur pertinere. Non eſt vera, ſic: *Inſidiator jure occiditur: nam qui curavit, ut vim afferat ut hoſtis, debet etiam ut hoſtis repelli: recte igitur Clodius, ut hoſtis, occiſus eſt.* Non utique. Nondum enim Clodium inſidiatorem oſtendimus: ſed ſit vera *connexio*: *Recte igitur inſidiator, ut hoſtis, occiditur.* [111] Nihil ad nos. [112] Nondum enim Clodius inſidiator apparet. [113] Sed ut poteſt eſſe vera *connexio*, & tamen falſa *intentio* & ratio; ita, ſi illa vera ſunt, nunquam eſt falſa *connexio*. *Enthymema* ab aliis [114] oratorius *ſyllogiſmus*, ab aliis pars dicitur *ſyllogiſmi*; propterea quod *ſyllogiſmus* utique *concluſionem* & *propoſitionem* habet, & per omnes partes efficit, quod propoſuit: [115] *enthymema* tantum * *intentum* intelligi contentum ſit. *Syllogiſmus* talis:

verba, *duxit ordinem*, ſubaudiri τὸ hoc ſenſu, *prioris partis duxit ordinem*: τὸ *inſidiatori autem & latroni*, &c. quaſi ſcripſiſſet Fabius: *prioris partis ordinem ducit, conditionem habet, locum tenet hæc ſequens propoſitio: inſidiatori autem & latroni*, &c. quæ quidem explicatio firmari poteſt ex eo quod ſequitur, *hæc intentio*, id eſt, prima pars *epichirematos*. Hac porro dictione *ordo* ſtatum etiam, conditionem, gradum, locum ſignificari notius eſt, quam ut probare jam oporteat. CAPPER.

101. *Certe non.*] *Circa te*; marg. Baſil.

102. *Hæc eſt intentione.*] *Ex*, loco *eſt* verbi, legendum eſſe certum eſt. REGIUS.

103. *Aut enim expugnatur intentio.*] *Intentio* ſolvitur tribus *ſtatibus*, aliiſque rationibus, de quibus egit in refutatione. TURNEB.

104. *Sed hæc omnia tria ſunt.*] *Sed omnia hæc tria ſunt*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Obrecht.

105. *Jure occidi eum.*] Τὸ *occidi* videtur eſſe in infinitivo paſſivo ἀπαρεμφάτῳ, hoc ſenſu: expugnatur illa *intentio* (prima *epichirematos* propoſitio, quam *majorem* vocamus) qua dicitur eum jure interfici, qui fuerit inſidiatus. CAPP.

106. *Cum ejus propoſitio.*] *Cum & propoſitio*; Voſſ. ſec.

107. *Veræ intentionis.*] *Veræ propoſitionis*; Voſſ. ſecund. pro *propoſitionis*.

108. *Connexio autem vera.*] *Aut*, non *autem*, legendum eſſe patet. REGIUS. *Autem*; Locat. Gryph. marg. Baſil.

109. *Ex prioribus.*] Id eſt, *ex præmiſſis*, ut Logici nunc loquuntur. CAPPER.

110. *Conficitur.*] *Afficitur*; V. C. Alm. unde Francius legebat *efficitur*; *conficietur*; marg. Baſil.

111. *Nihil ad nos.*] Verba ſunt Fabii, qui ſe Milonis accuſatorem eſſe fingit, & prædictam *concluſionem* negat ad rem pertinere. CAPPER.

112. *Nondum Clodius inſidiator apparet.*] Nondum liquet, nondum conſtat, nondum oſtenſum eſt, Clodium fuiſſe inſidiatorem. CAPPER.

113. *Sed ut poteſt eſſe vera intentio & ratio, &c.*] Niſi hic quoque locus ab imperitorum aliquo eſt depravatus, ab Ariſtotele diſſentit Fabius, minuſque vera ſunt, quæ tradit Ariſtoteles; nam in ſecundo priorum Analyticorum libro demonſtrat, ex veris propoſitionibus falſam nullo pacto colligi poſſe *concluſionem*; ex falſis autem interdum veram poſſe cogi. His vero contraria a Fabio præcipiuntur, niſi (ut dixi) fortaſſe ſint perverſa. Quod ſi eſſet, facile hoc præceptum hoc modo corrigeretur: *ſed ut poteſt eſſe vera connexio, & tamen falſa intentio & ratio, ita; ſi illa vera ſunt, nunquam eſt falſa connexio*; ſic enim & vera præcipiet, nec ſummis viris Fabius videbitur repugnare. REGIUS. Ariſtoteles 1. *Reſolutor.* capp. 22. & 24. probat manifeſtiſſime, recte argumentandi forma ſervata, in omni figura ex falſis quidem datis poſſe colligi verum: at ex veris non niſi verum: quare ſubolet mihi certe mendum in verbis Fabii, & in priore parte legendum *falſa intentio*. Præceptum hoc eſt ductum ex prioribus *Analyticis* Ariſt. nam ex propoſitionibus falſis in recta argumentatione verum ſequi poteſt; nunquam tamen ex veris falſum. TURNEB. *Sed ut poteſt eſſe vera intentio & ratio, & tamen falſa connexio; ita, ſi illa falſa ſunt, nunquam eſt vera connexio*; MSS. Bodl. Bal. Alm. Voſſ. ſecund. Andr. Ven. Sich. Par. Ald. Obrecht. Raphaëlis Regii emendationem & lectionem ſecuti ſunt Petrus Moſellanus, Vaſcoſan, Stephan. Turnebianus commentator, & editor Lugdunenſis ann. 1665. cum notis variorum. Eamdem nos eo lubentius amplexi ſumus, quod editionis Burmannianæ lectio duas propoſitiones omnino contradictorias Fabio adſcribat, quæ ſunt hujuſmodi: *poteſt eſſe vera* intentio *& ratio, & tamen falſa* connexio: *ſi illa* [intentio *& ratio*] *vera ſunt, nunquam eſt falſa* connexio. CAPPER.

114. *Oratoribus ſyllogiſmus.*] *Oratorius*, quamvis exemplaria non adſtipulantur, legendum eſſe patet. REGIUS. Propterea quod oratores ſæpenumero & crebrius *enthymemate* utuntur, quam *epichiremate*, omiſſa nimirum aliqua perfectæ argumentationis parte, maximeque a *repugnantibus* & *conſequentibus*. Nam Philoſophi *ſyllogiſmo* integro utuntur. TURNEB.

115. *Enthymema tantum intentum intelligi contentum ſit.*] Hoc eſt, (ſi tamen hæc lectio ferri poſſit) *enthymema* ſatis habet, quod τὸ *intentum*, ſeu *intentio*, id eſt, prima *epichirematis* propoſitio mente tantum intelligatur: non poſtulat, ut verbis etiam exprimatur. Cæterum Quinctiliani mens ea eſſe non poteſt, ut ab *enthymemate* τὸ *intentum*, ſeu τὴν *intentionem* ſemper excludat. Nam hujus capitis initio diſerte docet *enthymema* fieri etiam ex *propoſitione*, ſeu *intentione* & probatione conjunctis, excluſa *concluſione*: *Enthymema*, inquit, *& argumentum ipſum appellant, & argumenti elocutionem. Eam dixi duplicem; ex conſequentibus, quod habet propoſitionem conjunctamque ei protinus probationem, quale pro Ligario: Nunc melior ea* [cauſſa] *certe judicanda eſt, quam etiam Dii adjuverunt. Habet enim* propoſitionem *probationemque*, *non habet* concluſionem: ſed, ut omne dicam quod ſentio, vox illa *intentum* mihi valde ſuſpecta eſt, quam lubens crederem ab imperito ſcriba male huc intruſam, ob ſimilitudinem vicinarum dictionum, *tantum intelligi contentum.* 1°. enim quamvis abſolute loquendo potuerit Fabius dicere *intentum* pro *intentionem*, quo fere modo antea dixerat; *idem concluditur, quod intenditur*, pro τοῖς *eadem eſt concluſio, quæ intentio*; fatendum tamen eſt hujuſmodi locutionem *intentum intelligi*, pro *intentionem ſubaudiri*, eſſe a Quinctilianæi ſermonis candore prorſus alienam. 2°. tam varie in variis MSS. & editionibus legitur illud *intentum*, ut ipſa lectionum varietas juſtam ſuſpicionem moveat. Nam in MSS. Almel. & Voſſ. ſecund. legimus *intenta*, quomodo & Obrechtus & Burmannus ediderunt; in Locatel. & Ald. edition. *intentu*; in Stephanæa 1542. *intentum.* 3° ſecundum Quinctilianum *intentio* eſt prima cujuſlibet argumentationis propoſitio, eſt *id de quo quæritur, &c.* atqui in ſequentibus *enthyme-*

Solum bonum virtus: nam id demum bonum eſt, quo nemo male uti poteſt: virtute nemo male uti poteſt: bonum eſt ergo virtus. Enthymema ex conſequentibus: *Bonum eſt virtus, qua nemo male uti poteſt.* Et contra: *Non eſt bonum pecunia: non enim bonum, quo quiſquam male uti poteſt: pecunia poteſt quis male uti: non igitur bonum eſt pecunia. Enthymema* ex pugnantibus: *An bonum eſt pecunia, qua quiſque poteſt male uti?* [116] *Si pecunia, quæ eſt in argento ſignato, argentum eſt; qui argentum omne legavit, & pecuniam, quæ eſt in argento ſignato, legavit: argentum autem omne legavit: igitur & pecuniam, quæ eſt in argento, legavit;* [117] habebit formam *ſyllogiſmi.* Oratori ſatis eſt dicere: *Cum argentum legaverit omne, pecuniam quoque legavit, quæ eſt in argento.* [118] Peregiſſe mihi videor ſacra [119] tradentium artes: ſed conſilio locus ſupereſt. Namque ego, ut in oratione *ſyllogiſmo* quidem aliquando uti [120] nefas non duco; ita conſtare totam, aut certe [121] confertam eſſe *aggreſſionum* & *enthymematum* ſtipatione minime velim. Dialogis enim & dialecticis diſputationibus erit ſimilior, quam [122] noſtri operis actionibus: [123] quæ quidem inter ſe plurimum differunt. Namque [124] illi homines docti, & inter doctos verum quærentes, minutius & ſcrupuloſius ſcrutantur omnia, & ad liquidum confeſſumque perducunt; ut qui ſibi & inveniendi & judicandi vindicent partes, quarum alteram [125] τοπικὴν, alteram κριτικὴν vocant. Nobis ad aliorum judicia componenda eſt oratio, & ſæpius apud omnino imperitos, atque [126] aliarum certe ignaros [127] literarum loquendum eſt; [128] quos niſi & delectatione [129] allicimus, & viribus trahimus, & nonnunquam turbamus affectibus; ipſa, quæ juſta ac vera ſunt, [130] tenere non poſſumus. [131] Locuples & ſpecioſa vult eſſe eloquentia: quorum nihil conſequetur, ſi *concluſionibus* certis & crebris, & in unam prope formam cadentibus conciſa, & contemptum ex humilitate, & odium [132] ex quadam ſervitute, & ex copia ſatietatem, & ex amplitudine faſtidium tulerit. Feratur igitur non ſemitis, ſed campis; non uti fontes anguſtis fiſtulis colliguntur; ſed [133] ut latiſſimi am-

matum exemplis non tantum ſubintelligitur, ſed & diſerte conceptiſque verbis exprimitur *intentio* & *id de quo quæritur*; ſic enim habet Fabius: *Bonum eſt virtus... an bonum eſt pecunia...* 4°. in aliis pariter *enthymematibus intentionem* ſeu *propoſitionem* exprimi docet idem Rhetor, ut hujus capitis initio: *Ex conſequentibus*, inquit, *quod* [*enthymema*] *habet* propoſitionem *conjunctamque ei protinus probationem* .... *habet enim* propoſitionem *probationemque, non habet* concluſionem. Unde patet in *enthymemate* non fere *intentionem*, ſeu *propoſitionem* ſubintelligi; ſed aliquam e exteris argumentationis partibus, & maxime *concluſionem formaliter* ſumptam, id eſt, *illativis* particulis *ergo*, *igitur*, veſtitam. Itaque in eo, quem hactenus perpendi, loco mihi ſimpliciter legendum videtur: *enthymema tantum intelligi contentum ſit*; ſupple, quaſdam argumenrationis partes, & præſertim *concluſionem* proprie dictam. CAPPER. *Intentum intelligi.*] *Intentu*; Locat. Ald. *intenta*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Obrecht. *intentum*; Stephan.

116. *Si pecunia.*] Superiora exempla erant *ſyllogiſmorum* & *enthymematum categoricorum*: hoc exemplum *ſyllogiſmi* eſt, & *enthymematis hypothetici.* TURNEB. Tota vero periodus hæc *ſyllogiſtica* nominativus eſt verbi τ͂ *habebit.* CAPPER.

117. *Habebit formam.*] *Habeat*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund.

118. *Peregiſſe mihi videor.*] Hac libri peroratione quædam tradit præcepta vice commonitionis, quæ pertineant ad argumentorum uſum; atque hic locus pertinet ad *conſilium* & *judicium*, quibus de rebus agit Fabius in fine lib. VI. hic igitur docet, aliter argumentari debere Dialecticum, aliter Oratorem. TURNEB. Conſule, ſi placet, Iſaaci Caſauboni Comment. ad Perſii prolog. pagg. 18. 19. PAREUS. Adde, quæ de ſacris Poëtarum Paſſeratius & Brouhuſius ad Propert. lib. III. 1. 1. adnotarunt. Vallenſis vero liber & Voſſ. ſecund. habebant *ſacras tradentium artes.*

119. *Tradentium artes.*] Supple, rhetoricas, oratorias, &c. CAPPER.

120. *Nefas duco.*] Senſus integritas deſiderat, ut legatur *non duco.* REGIUS. *Nefas duco*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat.

121. *Confertam eſſe aggreſſione ex enthymematum.*] Mihi legendum eſſe videtur *aggreſſionum*, hoc eſt, *epichirematum.* Epichirema namque *aggreſſio* interpretatur. Præterea & copula, loco *ex* præpoſitionis, eſt reponenda. REGIUS. *Confertam eſſe aggreſſionem ex enthymematum ſtipatione*; Voſſ. ſecund. *Aggreſſionum.*] Τῶν ἐπιχειρημάτων. Nam, ut ait Fabius initio cap. 10. ἐπιχείρημα Valgius *aggreſſionem* vocat. CAPPER.

122. *Noſtri operis.*] Opus oratoris vocat orationem, non quamlibet, ſed continentem & perpetuam: quanquam nonnunquam orator utitur *altercatione* poſt orationem perpetuam; quæ, ſi multitudinem habuerit argumentorum & conſtipationem, nihil peccaverit. TURNEB.

123. *Quæ quidem.*] Hoc eſt, dialogi, & dialecticæ diſputationes ex una parte, & actiones oratoriæ ex altera. CAPPER.

124. *Illi homines docti.*] Rollinus mallebat *illic*; ſed nulla mutatione opus eſt. Nam in *apodoſi* (*redditione*) ſeu altero membro τ͂ συγκρίσεως, *comparationis*, ſequitur τὸ *nobis*; non autem *hic*, quod adverbium, τῷ *illic* ex altera parte reſponderet. CAPPER.

125. Τοπικήν.] *Topice* dicitur ea pars dialectices, quæ propoſitis certis locis methodum docet argumenta inveniendi; *Critice* vero, quæ argumenta ipſa in certas argumentationum formas redigit, ut nunquam aberremus, & propoſitum conficiamus & colligamus. TURNEB.

126. *Aliarum certe.*] *Illarum*; V. C. Alm.

127. *Literarum.*] Scientiarum, artium, diſciplinarum liberalium, quæ ſtudia humanitatis & humaniores literæ ſolent appellari. CAPPER.

128. *Quos niſi & delectatione.*] Dialectici argumentatio ſimpliciter docet; non item orator, cum argumentatur. Quare argumenta non debet conſtipare, ut Dialecticus; ſed illis admiſcere delectationem & affectum, ſæpenumero vero contentionem. TURNEB.

129. *Allicimus.*] *Alligemus*; V. C. Alm.

130. *Tenere non poſſumus.*] Obtinere, impetrare, conſequi ab auditoribus, judicibus, &c. CAPPER.

131. *Locuples & ſpecioſa vult eſſe, &c.*] Quod multis oſtendit Melchior Junius, Method. Eloquentiæ, pag. 179. PAREUS.

132. *Ex quadam ſervitute.*] *Severitate*; Ald. marg. Baſil.

133. *Ut latiſſimi amnes.*] Jan. Gebhard. Crepund. lib. III. cap. 4. pag. 113. Nemo (inquit) neget hæc ſana eſſe, lucida, elegantia, atque ipſo Fabii nitore digna. At MS. Palat. ſagaciter quaſi ſplenium hujus obducti vitii removit. Melius non dubitem eſſe, *beatiſſimi amnes.* Adnititur noſtræ emendationi Iſidor. Orig. lib. x. Qui *beatum*, quaſi *bene auctum*, vult eſſe dictum. Stabilimentum habe ab ipſo Fabio libr. x. cap. 1. *Nec vero, quod in quoque optimum fuit, ſtudio conſecutus eſt tantum, ſed plurimas, vel potius omnes ex ſe ipſo virtutes extulit immortalis ingenii bea-*

nes totis vallibus, fluat; ac ſibi viam, ſi quando non acceperit, faciat. [134] Nam [135] quid miſerius legem illam, velut præformatas infantibus literas, [136] perſequentibus; &, ut Græci dicere ſolent, [137] *quem mater amictum dedit, ſolicite cuſtodientibus?* [138] *Propoſitio* ac *concluſio* ex conſequentibus & repugnantibus, non inſpiret? non augeat? non mille figuris variet ac verſet? ut ea naſci, & ipſa provenire natura, [139] non manu facta, & arte ſuſcepta, magiſtrum fateri ubique videantur. Quis unquam ſic dicit Orator? Nonne apud ipſum Demoſthenem [140] pauciſſima hujuſmodi reperiuntur? Quæ apprehenſa Græci magis (nam hoc ſolum [141] nobis pejus faciunt) [142] in catenas ligant, & inexplicabili ſerie connectunt, & [143] indubitata colligunt, & probant confeſſa, & ſe antiquis [144] per hoc ſimiles vocant. Deinde interrogati [145] nunquam reſpondebunt, quem imitentur. Sed de figuris alio loco. Nunc illud adjiciendum, ne iis quidem conſentire me, qui ſemper argumenta ſermone puro & dilucido & diſtincto, cæterum [146] minime lato ornatoque putant eſſe dicenda. Namque ea diſtincta quidem ac perſpicua debere eſſe confiteor: in rebus vero minoribus, etiam ſermone ac verbis quam maxime propriis, & ex uſu. [147] At ſi major erit materia, nullum ornatum his, qui modo non obſcuret, ſubtrahendum puto. Nam

tiſſima ubertate. Non enim pluvias (ut ait Pindarus) aquas colligit, ſed vivo gurgite exundat. Callimachus hymno in Apollinem, verſ. 108.

Ἀσσυρίου ποταμοῖο μέγας ῥόος.

Claudianus Panegyrico in Conſul. Mallii Theodori verſ. 231.

Lene fluit Nilus, ſed cunctis amnibus extat
Utilior, nullas confeſſus murmure vires.
Acrior ac rapidus tacitas prætermeat ingens
Danubius ripas: eadem clementia ſævi
Gurgitis immenſum deduxit in oſtia Gangem.

PAREUS. *Beatiſſimi amnes totis vallibus fluant*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. quamvis flumina etiam *fluere* dicantur, de quibus plura Heinſius ad Ovid. I. Metam. 572. retineo tamen hic *fluant*, quod *vallibus* melius convenit, de quibus ad eundem Naſonem lib. II. Metam 256. agendum nobis erit: illi vero *beati* amnes minime placent; præceſſit enim *anguſtis fiſtulis*: componi autem cum his Horatii illa de Pindaro poſſunt, lib. IV. Od. 2.

Monte decurrens, velut amnis, imbres
Quem ſuper notas aluere ripas,
Fervet, immenſuſque ruit profundo
Pindarus ore. BURMAN.

134. *Nam quid.*] Præcipit Fabius libro primo, ut literæ inſculperentur tabellæ, quo facilius illos ductus literarum & quaſi ſulcos manus pueri ſequeretur, nec aberraret. Idem quoque faciendum ſuadet Plato in graphide, id eſt, in graphiaria tabella. TURNEB.

135. *Lege miſerius.*] *Quid miſerius illam legem v. p. inf. l. perſequentibus*, & mox *cuſtodientibus*; Vallæ liber, Gryph. Vidov.

136. *Perſequentium.*] *Proſequentium*; V. C. Alm. marg. Baſil.

137. *Quem mater amictum, &c.*] Proverbium eſt de his, qui ab imbuta ſemel opinione deduci non poſſunt; ſed qui accepta ſemel auditaque, qualiacumque ſint, mordicus retinent. TURNEB.

138. *Propoſitio ac concluſio ex conſequentibus pugnantibus.*] Hic locus ita depravatus eſt, ut nec ſenſus percipiatur ullus, nec facile corrigi poſſit. REGIUS. *Ex conſequentibus pugnantibus*; Ald. *ex conſequentibus & repugnantibus*; Baſil. Gryph. Colin. Obrecht. Oxon. *ex ſequentibus pugnantibus*; Voſſ. ſecund. Corruptum hunc locum, & quædam verba intercidiſſe mihi perſuadeo; nullum enim ſenſum ex illis percipio: puto autem a quodam gloſſatore illa verba, *propoſitio ac concluſio ex conſequentibus & pugnantibus*, adſcripta fuiſſe margini, ut explicaret *legem illam*, quam ſcilicet Rhetores ferunt, & quæ duplex eſt *enthymematis* diviſio initio hujus capitis tradita; ideoque ex indicio Vallæ libri omnia unico contextu ita legenda: *Nam quid miſerius legem illam*, (ſcilicet quam de *enthymemate* ferunt Rhetores) *velut præformatas infantibus literas perſequentibus, &, ut Græci dicere ſolent, quem mater amictum dedit, ſolicite cuſtodientibus? Quis non inſpiret? non augeat?* &c. ita optime cohærebunt omnia. Vulgo legitur: *Nam quid illa miſerius*, vel *miſerius illa lege, velut p. i. l. proſequentium*, vel *perſequentium, & u. G. d. ſ. q. m. a. d. ſ. cuſtodientium*: *inſpiret* vero eleganter dictum, ut lib. II. cap. 5. *Quam ſubtilis & crebra argumentatio quibus viribus inſpiret, qua jucunditate permulceat.* BURMAN.

139. *Non manufacta.*] *Non manufactum & arte ſuſpecta magiſtrum fateri*; V. C. Alm. ex quibus illud *ſuſpecta*, quod & Voſſ. ſecund. habet, non negligendum puto; nam, quid *ſuſcepta arte* notet, non facile divinaveris: niſi capiatur accuſativo caſu, quæ ſuſcepta ſunt, vel accepta per artem. Sed *ſuſpecta* magis arridet, quia & mox *ſuſpectam argumentationem* vocabit, & ſæpe alibi, & præcipue lib. II. cap. 5. artem eſſe illam ſolam, quæ latet, & non niſi ab artifice intelligi poteſt, docet. Quare curare debet orator, ne populus, ad quem verba facit, ſuſpectam habeat artem, ſi aperte per *enthymemata* ſemper concludat: ſed oratio debet ex natura ipſa naſci, non manu, id eſt, artificio, facta videri. Quare legendum puto: *ut ea naſci, & ipſa provenire natura, non manu facta, aut arte ſuſpecta, magiſtrum fateri ubique videantur*: *manu* & *arte facta* vero opponi iis, quæ ſponte & ipſa natura proveniunt, notum eſt, *metaphora* a re ruſtica deducta. Juſtin. XXIV. 6. *Ita templum, & civitatem non muri, ſed præcipitia; nec manu facta, ſed naturalia præſidia defendunt.* Idem lib. XII. 7. *Tunc ad ſpectaculum ſacri montis duxit exercitum, naturalibus bonis vite hederaque non aliter veſtiti, quam ſi manu cultus, colentiumque induſtria exornatus eſſet.* Ita *manu conſita nemora.* Curt. VII. 2. & Cicer. pro Marcell. 4. *Nihil eſt opere aut manu factum, quod aliquando non conficiat, & conſumat vetuſtas.* Vide Bernard. ad Stat. I. Theb. 178. BURMAN.

140. *Pauciſſima hujus viri vel artis.*] Sic quidem legitur cum maximo Fabii dedecore, cui adeo ineptæ locutiones adſcribuntur. Quis enim, vel inſulſus, tali uteretur oratione? Profecto nemo, niſi ruſticus planeque imperitus. Et illi quidem genitivi *viri vel artis* ab ſenſu Fabiique elegantia reſpuuntur. Ac forſan emendate legeretur hoc pacto, *pauciſſima hujuſmodi*. Illæ utique duæ dictiones *vel artis*, de margine in contextum videntur eſſe tranſlatæ; aliquis enim, cum videret illum genitivum *viri* nimius ſenſui convenire, in margine & commodo ſuo ſcripſit, *vel artis*. REGIUS. *Hujus viri vel artis*; V. C. Alm. *hujus juris vel artis*; Vallæ lib. Voſſ. ſecund. marg. Baſil.

141. *Nobis pejus non faciunt.*] Illud *non* negandi adverbium mihi videtur eſſe expungendum; Græcos enim quoſdam reprehendit Fabius, qui *aggreſſionum & enthymematum* ſtipatione ſuas orationes repleant, quibuſdam Demoſthenis orationibus innitentes. REGIUS. *Non faciunt*; Locat.

142. *In catenas ligant.*] Reprehendit rhetores Græcos, ſophiſtas, oratoreſque ſui temporis, qui ex imitatione prava Demoſthenis, argumenta conſtipabant, & confercicbant. TURNEB.

143. *Indubitata colligunt.*] Συλλογίζονται, id eſt, ratiocinando & *ſyllogiſmis* adhibitis inferunt, concludunt ea, quæ nemo poſſit in dubium vocare. Vide Adamum Burſium in dialecticis pag. 305. ubi de ἀδιαφορουμένοις & ἀδιαφόρως περαίνουσι λόγοις. CAPPER.

144. *Per hoc ſimiles.*] *Per hæc*; Voſſ. ſec.

145. *Nunquam reſpondebunt.*] Qui ſi reſponderent ſe imitari aliquem ex veteribus, ridiculi eſſent ex diſſimilitudine orationis. TURNEB.

146. *Minime lato.*] *Lato*; Argent. Obrechti codex: quod minime diſplicet.

147. *At ſi major.*] Elocutio argumentorum temperanda eſt ex genere materiæ; nam, ſi gravior erit *cauſſa*, elocutio eſſe debebit ornatior & amplior; ſi minor, purior & ſimplicior. TURNEB.

& ſæpe plurimum lucis affert [148] illa *tranſlatio*; cum [149] etiam ipſi Juriſconſulti, quorum ſummus circa verborum proprietatem labor eſt, *litus* eſſe audeant dicere, [150] *qua fluctus alludit.* [151] Quoque quid natura magis aſperum, hoc pluribus condiendum eſt voluptatibus; [152] & nimis ſuſpecta argumentatio, diſſimulatione; & multum ad fidem adjuvat audientis voluptas. Niſi forte exiſtimamus Ciceronem [153] hæc male in ipſa argumentatione dixiſſe, [154] *Silere leges inter arma*; &, *Gladium nobis interim ab ipſis porrigi legibus.* His tamen habendus modus, ut ſint ornamento, non impedimento.

148. *Illa tranſlatio.*] *Ipſa*; edition. Vaſcoſ. & Stephan. *Tranſlatio.*] Μεταφορά, *metaphora*: qui *tropus* orationem exornat. CAPPER.

149. *Etiam ipſi juriſc.*] *Ipſi* non habet Voſſ. ſec.

150. *Qua fluctus alludit.*] Hoc quoque de Ciceronis *Topicis* cap. 7. ſumptum videtur. REGIUS. Scribe *alludit*, h. e. ludendo procedit; ut ſit quidam undarum ludus & fluctuum. Et ſic recte etiam legitur in Gryphiano exemplari, edito Lugduni, 1540. Cicero *Topicis: Aquilius definiebat littus eſſe, qua fluctus alluderet.* Lege Joh. Paſſeratii Prælection. in Propert. lib. III. Eleg. 18. PAREUS. Cl. Janus Douza ad Catulli præcidan. cap. 9. ad hæc Quinctiliani verba propria manu adſcripſit: *fortaſſe legendum eſt* elidit. Carolus Steph. Diction. Gallico dicit, *alliditur fluctus* ex Quinctiliano, ubi fortaſſis hunc indicat locum. ALMELOV. *Eludit*; Steph. Oxon. Obrecht. *quam fluctus eludit*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. *quod fluctus eludit*; Vall. lib. marg. Vidov. *alluit* vel *allidit*; marg. Baſil. *alluit* vel *elidit*; marg. Steph. *qua fluctus alludit*; Ven. Locat. Ald. Sich. Vaſc. Gryph. Colin. Vidov. Vide Coler. Parerg. cap. V. Et hæc quidem lectio ex eo firmari poteſt, quod *metaphoricam* locutionem, de qua Fabius hic agit, clarius exhibeat; hoc enim verbo *alludit*, quidam undarum fluctuumque quaſi ludus indicatur. Vide Iſidorum lib. II. Origin. cap. 29. ubi de definitionibus κατὰ μεταφοράν. CAPPER. *Qua fluctus eludit.*] Hæc definitio eſt Aquilii juriſconſulti, poniturque a Cicerone in *Topicis.* Juſtinianus in titulo *de rerum diviſione* paulo aliter definivit; ait enim littus eſſe, quatenus maximus hybernus fluctus excurrit. TURNEB.

151. *Quoque quid natura.*] *Quoque quid eſt natura*; Voſſ. ſecund.

152. *Et nimis ſuſpecta.*] *Diſſimulatio* locum habet inter figuras, ut ſequentibus libris docebit. Hanc igitur figuratam rationem argumentandi utilem eſſe ait. Poteſt & alter eſſe ſenſus, ut *diſſimulationem* appellet orationem remiſſam & diſſimulatam, de qua egit lib. IV. in *exordio.* TURNEB.

153. *Hæc male ipſa argumentatione.*] *In argumentatione* legatur. REGIUS. Præpoſitio adſcribenda videtur; ut *ipſa male hac ipſa*; V. C. Alm. *hac male ipſa*; Voſſ. ſecund. Locatell.

154. *Silere leges ..... gladium ab ipſis porrigi legibus.*] In quibus loquendi formulis *proſopopœiæ* ſpecies ineſt, vel *metaphora* τῶν ἀπὸ ὀμμάτων, aut κατ' ἐνέργειαν (*quæ rem ob oculos ponat, & quaſi agentem exhibeat*) ut loquitur Ariſtoteles lib. III. Rhetoric. cap. X. & XI. CAPPER.

M. FAB.

M. FAB. QUINCTILIANI
DE
INSTITUTIONE ORATORIA
LIBER SEXTUS.

PROOEMIUM.

In quo [1] *de fortuna ſua queritur.*

HÆC, [2] Marcelle Victori, [3] ex tua voluntate maxime ingreſſus; tum ſi qua ex nobis ad juvenes bonos pervenire poſſet utilitas, noviſſime pene [4] & neceſſitate quadam [5] officii delegati mihi, ſedulo laborabam: reſpiciens tamen illam curam meæ voluptatis, [6] qui filio, cujus eminens ingenium ſolicitam quoque parentis diligentiam merebatur, hanc optimam partem relicturus hereditatis videbar: ut ſi me, [7] quod æquum & optabile fuit, fata intercepiſſent, præceptore tamen patre uteretur. [8] At me fortuna id agentem diebus ac noctibus, feſtinantemque metu meæ mortalitatis, ita ſubito proſtravit, ut laboris mei fructus ad neminem minus, quam ad me, pertineret. Illum enim, [9] de quo ſumma conceperam, & in quo ſpem unicam [10] ſenectutis meæ reponebam, [11] repetito vulnere [12] orbitatis amiſi. [13] Quid nunc agam? aut quem ultra eſſe uſum mei, [14] diis

Idoneo loco conqueſtionem ponit calamitatis ſuæ: eſt ſiquidem hoc libro potiſſimum de affectibus acturus. *Prooemium* igitur continet Fabii conqueſtionem, quod orbatus ſit duobus liberis & uxore; eſtque totum *patheticum.* TURNEB.

1. *De fortuna ſua queritur.*] *Conqueſtio de fortuna ſua continetur;* Ald.

2. *Marcelle Victori.*] *Marcelle* deeſt in V. C. Alm.

3. *De ſua voluntate.*] Sane quam accommodatam præfationem huic volumini Fabius præponit. Tractaturus enim de *peroratione*, in qua potiſſimum moventur affectus, ſe maximo tum uxoris, tum filiorum morte oppreſſum mœrore oſtendit. Itaque flens de fortuna ſua conqueritur, ut lector quoque ab humanitate non alienus lachrymas emittere cogatur. Compoſitione enim maxime accommodata, hoc eſt, *commatica* atque diſſoluta utitur. Cæterum tot mendis hic prologus ſcatet, ut lachrymis ipſum Fabium corrupiſſe videri poſſit: id vero facile ex prima periodo, quatuor depravationibus infecta, percipi poteſt; nam primum *ſua*, pro *tua* legitur; deinde *que* pro *qua*, aut *quod*, ut in quibuſdam ſcriptum eſt exemplaribus; utroque autem ratio ſignificatur, quæ propoſitioni ſubjicitur. Tum *a* præpoſitio videtur adſcribenda, ut *a parentibus* legatur: *præceptore* præterea legendum eſſe, ne admonendi quidem ſumus. REGIUS. Raphaël ſubobſcurum hoc principium videtur reddere obſcurius, cum non repetat, ut ſolet, verba; inde dubium relinquit, ubi illud *ſua* pro *tua*, & illud *que* pro *qua*, aut *quod*, & cui *a* præpoſitionem præponat; nam ubi ipſius impreſſio habet, *que filio*; Vallenſis codex habet *qui filio;* & ubi illa *a parentibus:* hic *parentis*, & meo quidem judicio melius. ASCENS. *De tua*; Locat.

4. *Et neceſſitate.*] *Etiam neceſſitate;* V. C. Alm.

5. *Officii delegati.*] Quia Domitianus Imperator Quinctiliano commiſerat curam nepotum ſororis ſuæ, quemadmodum dixit Fabius lib. IV. hæc igitur propoſitio complectitur cauſſas, quibus eſt adductus, ut de Inſtitutione oratoria ſcriberet. TURNEB.

6. *Qui filio:* Ald. Baſil. *que filio:* Locat.

7. *Quod æquum.*] *Quod per æquum;* Voſſ. ſec.

8. *At me fortuna.*] *Antitheſis* eſt, quæ habet amplificationem calamitatis ex fruſtratione finis. TURNEB.

9. *De quo ſumma conceperam.*] De quo ſpes eximias conceperam; a quo ſumma omnia ſperabam, & exſpectabam. CAPPER.

10. *Senectutis meæ.*] *Meæ* non habent MSS. Bodl. Alm. Andr. Locat. Vaſc. Steph.

11. *Repetito vulnere.*] Nam prius filiolum quinquennem amiſerat, deinde amiſit Quinctilianum decennem. TURNEB. *Repentino;* marg. Baſil.

12. *Orbitatis.*] Alludit Fabius ad *etymologiam;* ſiquidem oculi ob rotunditatem *orbes* dicuntur: unde, quia liberos noſtros non minus, quam oculos ipſos amamus, qui liberis ſpoliantur, per *ἀντίφρασιν orbi* dicuntur, quaſi oculis capti: porro Fabius hic per *lumen* oculum intelligit. MOSELLANUS. Quod ait Moſellanus, hic a Fabio per *lumen* oculum intelligi, hoc non ad præſentem locum pertinet; ſed ad paulo poſt ſequentem, ubi ſic legitur: *mihi filius minor .... alterum e duobus eruit lumen.* CAPPER.

13. *Quid nunc agam?*] Explicata orbitate affectus movet, atque ex calamitatis occaſione indignam comminiſcitur & confingit cauſſam; nam exiſtimat opera ſua mortem attuliſſe liberis, quod eo tempore, quo ſcribebat, perierint. TURNEB.

14. *Diis reprobantibus.*] *Repugnantibus;* Vallæ liber, & Voſſ. ſecund.

reprobantibus, credam? Nam [15] ita forte accidit, ut eum quoque [16] librum, quem de cauſſis corruptæ eloquentiæ emiſi, jam ſcribere aggreſſus, ſimili ictu ferirer. [17] Tunc igitur optimum fuit, infauſtum opus, & quidquid hoc eſt in me infelicium literarum, ſuper immaturum funus [18] conſumpturis viſcera mea flammis injicere, neque hanc [19] impiam vivacitatem novis inſuper curis fatigare. [20] Quis enim mihi bonus parens ignoſcat, ſi ſtudere amplius poſſum? ac non oderit [21] hanc animi mei firmitatem, ſi quis in me eſt alius uſus vocis, quam ut incuſem deos, ſuperſtes omnium meorum, nullam [22] terras deſpicere providentiam teſter? ſi non meo caſu, cui tamen nihil objici, niſi quod vivam, poteſt; at illorum certe, [23] quos utiqueimmeritos mors acerba damnavit; erepta mihi prius eorumdem matre, quæ, nondum expleto [24] ætatis undeviceſimo anno, duos enixa filios, quamvis acerbiſſimis rapta fatis, [25] felix [26] deceſſit; &, quod nefas erat,

15. *Ita accidit.*] *Forte* in quibuſdam exemplaribus recte mihi adſcriptum videtur, hoc modo: *Nam ita forte accidit. Emiſi* quoque loco illius *amiſi* legendum eſſe patet. REGIUS. *Ita accidit* & *amiſi*: Locat.

16. *Librum de cauſſis corruptæ eloquentiæ.*] De hoc Fabii libro vide ad finem cap. 12. lib. V. & ad finem cap. 6. lib. VIII. CAPPER.

17. *Nunc igitur.*] *Tunc* ut legatur, aperte præteriti temporis verbum oſtendit. REGIUS. *Nunc*; V. C. Alm. Locat. marg. Baſil. *nunc* defendit Aſcenſius, quia ſæpe notat tempus, quod tunc præſens erat, & nos quoque pluribus ad Ovid. Epiſt. XVIII. 95. probabimus: hic tamen *tunc* retinemus. BURMAN.

18. *Conſumpturus.*] *Conſumpturis* legendum eſt, ut *flammis* cohæreat. REGIUS. *Conſumpturus*; Voſſ. ſecund. ſed Regius recte; *viſcera* enim ſunt liberi, Ovid. VIII. Metam. 478.

Rogus iſte cremet mea viſcera, dixit.

& Albinovanus Elegia in Druſum 264.

Iſte rogus miſera viſcera matris habet.

& iterum Naſo Epiſt. XI. 89.

Cum mea me coram ſilvas inimicus in altas
Viſcera montanis ferret edenda lupis.

Vide Barthium ad Statii lib. V. Silv. V. verſ. 9. BURMAN.

19. *Impiam.*] Impium dicit Fabius, liberis eſſe ſuperſtitem: ſed, dum in liberos pius videri vult, in Deum revera impius eſt; aut, ut cum illo Poëta loquar, *impietate pius*. CAPPER. *Impiam vivacitatem.*] Rollinus, licet agnoſcat hic ſumi pro longiori vita, tamen etiam pro acri & vivido ingenio accipi poſſe credit: ſed quid, quæſo, tunc epithetum *impia* notaret; neque etiam locus lib. II. cap. 7. ubi diſcipuli *paulo vivaciores* dicuntur, huc facit; ibi enim ita vocari, & qui majores natu, ſibi imperari ægre ferunt, & objurgari nolunt, poſſunt; & etiam in quibus integer ſanguis & robore ſolido ſtant vires, ut Virgilius ait: & ita non nego omnia *vivacia* poſſe dici, in quibus naturalis vigor quidam ineſt, ut ita herbæ *vivaces* dicuntur: ſed eo ſenſu, ut Galli hominem alacrem, *vif* dicunt, Latine ſumi non puto, neque tam ad ingenium, quam ad corporis vigorem referri credo: certe hoc loco de ætate diutius protracta manifeſte ſumitur, quam *impiam* vocat, quia filio ſupervivere ſuſtinuerat. BURMAN. Hanc Burmanni explicationem firmat, quod Quinctilianus mox addit: *meo caſu, cui tamen nihil objici, niſi quod vivam, poteſt*. CAPPER.

20. *Quis enim.*] Confirmat quod nuper dixit, ab aliorum judicio, indeque ducit affectum; ac demum, ut Epicureus, negat Dei providentia mundum gubernari: alioqui enim non eſſet orbatus liberis. TURNEB.

21. *Hanc animi mei infirmitatem.*] *In* prærpoſitione craſa, *firmitatem* mihi legendum videtur, ita-que ſenſus expoſcit integritas; qui enim Deos incuſat, animi infirmitate laborat; qui vero fortunæ ictus æquo fert animo, is firmus conſtanſque habetur. REGIUS. *Infirmitatem*; V. C. Alm. Locat.

22. *Terras deſpicere providentiam.*] *In terras* ex MSS. Gebh. Crepund. lib. I. cap. 17. *terras diſpicere*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. *proſpicere*; Ald. Colin. ego puto *reſpicere* ex ſollemni formula locutionis eſſe legendum. ita Terentius Andr. IV. I.

——— *niſi Dii reſpiciunt.*

& Cicero, Plautus, & alii paſſim: quanquam & *deſpicere*, quaſi *ex alto ſpectare*, defendi poſſit. BURMAN.

23. *Quos utique immeritos mors acerba damnavit.*] Sic paulo ante, *immaturum funus* dixit. Et poſt, *acerbiſſimis rapta fatis*. *Acerba mors* dicitur *immatura*. Plinius lib. V. Epiſt. 5. *Mihi videtur acerba ſemper, & immatura mors eorum, qui immortale aliquid parant. Nam, qui voluptatibus dediti, quaſi in diem vivunt, vivendi cauſſas quotidie finiunt: qui vero poſteros cogitant, & memoriam ſui operibus extendunt, his nulla mors non repentina eſt, ut quæ ſemper inchoatum aliquid abrumpat.* Virgil. lib. VI. Æneid.

Quos dulcis vitæ exſortes, & ab ubere raptos
Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo.

De *acerba morte* plurima congeſſit cl. Jan. Gebhard. pag. 29. ad illum Tibulli lib. I. Eleg. 3. verſ. 55.

Hic jacet immiti conſumptus morte Tibullus.

Papinio Statio eleganter dicitur *cruda mors*, quemamodum *cruda poma*, h. e. acerba atque immatura, lib. IX. Thebaid. verſ. 380. & 716. Cicero Catone Majore: *Adoleſcentes ſic mihi mori videntur, ut cum aquæ multitudine flammæ vis opprimitur: ſenes autem, ſicut cum ſua ſponte nulla adhibita vi, conſumptus ignis extinguitur; & quaſi poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, vi avelluntur, ſi matura & cocta, decidunt; ſic vitam adoleſcentibus vis aufert, ſenibus maturitas.* Tibullus eamdem mortem lib. I. Eleg. 3. verſ. 65. vocat *rapacem*.

——— *cuicumque rapax mors venit amanti.*

Plin. lib. VI. Epiſt. 6. *Doleo enim, illum immatura morte indigniſſime raptum.* Velleius Paterc. lib. II. cap. 97. de Druſo: *ſed illum*, (inquit) *magna ex parte domitorem Germaniæ, plurimo ejus gentis variis in locis profuſo ſanguine, fatorum iniquitas Conſulem agentem annum 30. rapuit.* PAREUS.

24. *Ætatis undeviceſimo anno.*] Eodem ætatis anno fatis conceſſit Erinna Poetria, de qua videndus Fulvius Urſinus in Lyricis Græcis pag. 40. COLOMES. Uxor Quinctiliani, Tutilii filia fuit, ut colligitur ex Plin. VI. 32. ubi filiam Fabii, Tutilii neptem vocat.

25. *Felix deceſſit.*] *Infelix*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. Ald. ſed perperam. *Felix*, quia ante filios obiit; perpetuo enim in hac præfatione ad illam, impiam certe, ſuperſtitionem alludit, qua perſuaſi erant, impium eſſe filiis ſupervivere: unde *impiam vivacitatem*, paulo ante dixit: & hinc vota illa frequentia, ne ſuperſtites eſſent liberis, de quibus multi multa congeſſerunt: & nos ad Ovidii Epiſt. I. aliquid dicemus. BURMAN.

26. *Deceſſit.*] Tametſi non ignoro nihil facile eſſe immutandum citra alicujus antiqui exemplaris adſtipulationem; tamen de hoc quoque loco, quid ſentiam, eo minus explicare verebor, quod nihil Latinorum verborum aut detrahendum, aut adjiciendum, aut denique corrigendum eſt: verum ſenſus tranſlati de ſuo loco in alium, maximam efficere confuſionem videntur. Quatuor enim verſibus & amplius interjectis unus ſenſus natura copulatus ita ſeparatur, ut duo effecti videantur, quorum prior quidem facile percipitur: alter vero obſcurior eſt; utpote qui & corruptus & ab eo ſeparatus, cui maxime deberet eſſe conjunctus. Nam hic ſenſus *liberis tamen ſuperſtitibus*, &c. cum eo mihi copulandus videtur, qui clauditur: *Quamvis acerbiſſimis rapta fatis infelix deceſſit. Orbitabar* præterea verbum, ut, quod non modo ſupervacuum, ſed ne Latinum quidem eſt, procul dubio eſt eradendum. Neque tamen loco illius, *oblectabar*, verbum ſane Latinum, ut in quibuſdam exemplaribus eſt immutatum, a ſenſu agnoſcitur; ſed ut ſuperfluum prorſus repellitur: quod idcirco adſcriptum fuiſſe ab aliquo literatorum videtur, quod ſenſus, ut dixi, a ſuo loco in alienum tranſlatus nequaquam percipiebatur: melius autem cum uxore ſua, quam ſecum actum eſſe Fabius ait, cum ipſa & liberis ſuperſtitibus, & marito ſalvo, deceſſerit. Cum itaque illi ablativi abſolute ponantur, nullo verbo indigere vi-

[27] ſæva ([28] ſed optabat ipſa) me ſalvo maximos cruciatus præcipiti via effugit. Ego vel hoc uno malo ſic eram afflictus, ut me jam nulla fortuna poſſet efficere felicem. [29] Nam cum omni virtute, quæ in feminas cadit, [30] functa, inſanabilem attulit marito dolorem; tum [31] ætate tam puellari, præſertim meæ comparata, poteſt & ipſa numerari inter vulnera orbitatis. Liberis tamen ſuperſtitibus [32] oblectabar. Mihi filius minor quintum [33] egreſſus annum, ut in malis agerem, prior [34] alterum ex duobus eruit lumen. [35] Non ſum ambitioſus in malis, nec augere * lacrymarum cauſſas volo (utinamque eſſet ratio minuendi:) [36] ſed diſſimulare quî poſſum, quid illi gratiæ in vultu, quid jucunditatis in ſermone, [37] quos ingenii igniculos, [38] quam præſtantiam placidæ, & ([39] quod ſcio [40] vix poſſe credi tantum) altæ mentis [41] oſtenderet? qualis amorem quicumque alienus infans mereretur. Illud vero inſidiantis, quo me validius cruciaret, fortunæ fuit, ut ille mihi blandiſſimus, me ſuis nutricibus, me aviæ educanti, me omnibus, [42] qui ſollicitare ſolent illas ætates, anteferret. Quaprop-

dentur. Meæ vero correctioni priſcum illud exemplar, quod in magnificentiſſima Medicum bibliotheca ſpectatur, adſtipulatur: hoc ordine igitur hi ſenſus mihi deſcribendi videntur: *Quæ nondum expleto ætatis undevicesimo anno, duos enixa filios, quamvis acerbiſſimis rapta fatis deceſſit, liberis tamen ſuperſtitibus, & quod nefas erat ſera, ſed optabat ipſa, me ſalvo maximos cruciatus præcipiti via effugit: hoc ego vel uno malo ſic eram afflictus, ut me jam nulla fortuna poſſet efficere felicem. Nam cum omni virtute, quæ in feminas cadit, functa ſit, inſanabilem attulit marito dolorem, tum ætate tam puellari, præſertim meæ comparata, poteſt & ipſa numerari inter vulnera orbitatis. Mihi filius minor*, &c. *deceſſerit* quidem ut legatur, illa *quamvis* adverſativa conjunctio, quæ ſubjunctivo jungitur, expoſcere videtur. REGIUS. Muretus lib. XVIII. Var. lect. cap. 20. ita tranſponebat: *Felix deceſſit; &, quod nefas erat, ſed optabat ipſa, me ſalvo maximos cruciatus præcipiti via effugit. Ego vel hoc uno malo, &c.* deinde, *liberis tamen ſuperſtitibus oblectabar. Mihi filius minor, &c.* quæ magis placet lectio, cum ſenſum rotundiorem efficere videatur: ut illa, *liberis tamen ſuperſtitibus oblectabar*, objectionem habeant, quaſi illis viduitatem ſolari poſſet: cui mox reſpondet, *Filius mihi minor*, &c. *deceſſit* vero non mutandum; cum, licet ad *quamvis* referri deberet, illam particulam ſæpe a noſtro, indicativo modo jungi ſolere vidérimus ad lib. I. ſed neque etiam hic a τοῦ *quamvis* pendet: ſed, ut verum fatear, obſcuriſſimus hic locus. Rollinus ita conſtitui poſſe credit: *Et, quod nefas erat, ſæva, ſed (optabat ipſa me ſalvo) maximos cruciatus præcipiti via effugit*: ut ſit ſenſus, ſæva quidem via, ſed præcipiti, quod ipſa optabat, dummodo ſalvus remanerem, maximos cruciatus effugit: ego amplius deliberandum cenſeo. BURMAN. Locus hic in vulgatis quidem editionibus ita legitur: *felix deceſſit. Ego vel hoc uno malo ſic eram afflictus, ut, &c. .... liberis tamen ſuperſtitibus oblectabar; & quod nefas erat, ſæva (ſed optabat ipſa) me ſalvo maximos cruciatus præcipiti via effugit. Mihi filius minor quintum egreſſus annum*, &c. ſed doctiſſimi Mureti lectionem cæteris eo antepoſuimus, quod & leviſſimam tranſpoſitionem & maximam ſenſus claritatem obſcuro loco inferat. CAPPER.

27. *Sæva.*] *Sera*; V. C. Alm. Locat. & Pithœus. Aſcenſius exponit amatorie ſævam, quod ſe ſalvo obierit.

28. *Sed optabat ipſa.*] Commemorat pium uxoris affectum, quæ ante maritum mori optabat. Ipſe quoque mutuum reddit; atque ita oratio *pathetica* eſt, & moralis. TURNEB.

29. *Nam cum.*] Commemorat uxoris dotes & virtutes, ut majorem inde efficiat calamitatem: eſt etiam *pathos* ab ætate. TURNEB.

30 *Functa.*] *Functa ſit*; Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Baſil. Colin.

31. *Ætate ea puellari.*] *Tam puellari*; V. C. Alm. Locat. Ald. marg. Sich. & Baſil.

32. *Oblectabar.*] *Orbitabar*; V. C. Alm. Locat. *Oblectabat*; Voſſ. ſecund.

33. *Egreſſus annum nec prior.*] Corruptus hic quoque locus aperte videtur, qui alibi ſic emendatur, ut *nec* particula expungatur, ac loco ejus hæc quatuor verba adſcribantur, *ut in malis agerem*, hoc modo: *Mihi filius minor quintum egreſſus annum, ut in malis agerem, prior alterum ex duobus eruit lumen.* REGIUS. In meo vetere libro ita legebatur: *Mihi filius minor quintum egreſſus annum in malis, nec augere prior alterum e duobus eruit lumen.* Ex quo liquido perſpicitur error librarii, qui quatuor voces, *in malis nec augere*, huc tranſtulerit e periodo, quæ ſtatim ſequitur: *non ſum ambitioſus in malis, nec augere lachrymarum cauſſas volo.* MURETUS.

34. *Alterum ex duobus eruit lumen.*] *Lumen* hic pro filio; quæ honeſta ſane locutio. Uſurpavit etiam Auſonius in Parentalibus ad Cæcilium Arborium avum ſuum:

Amiſſum fleſti poſt trina decennia natum
Sanctus, ac lævo lumine caſſus eras.

Feſtus: *Orba eſt quæ patrem, aut matrem, aut filios quaſi lumen amiſit.* Apud Græcos iiſdem Ὀφθαλμοὶ ἀντὶ παίδων. Æſchylus ἐν Περσ. Ἀμφὶ δ᾽ ὀφθαλμοῖς φόβος. Ad quem locum Scholiaſtes: ἤγουν ἀμφὶ τῷ Ξέρξῃ· ὀφθαλμὸν γὰρ ἐκεῖνον καλεῖ. Euſtathius an Eumathius, Macrembolita Protonobeliſarius, (ſic enim in codice Mediolanenſi nuncupatur) Amorum Iſmeniæ & Iſmenes lib. VI. Πάτερ Ζεῦ, μή μου τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκόψῃς. COLOMESIUS. Hæc maximam partem ex Lipſii lib. I. Elect. 24. & Gaulmino ad Euſtathii locum tranſlata ſunt: ſed & de aliis, ſive hominibus, ſive urbibus, ſive rebus inſignibus hæ locutiones obviæ. Valer. Max. IV. III. 3. *Vitricum & fratrem Auguſtos Druſi duos divinos reipubl. oculos* vocat. Juſtin. lib. V. cap. 8. *negarunt ſe Spartani ex duobus Græciæ oculis alterum eruturos.* Vide Barth. XI. Adverſ. 3. BURMAN.

35. *Non ſum ambitioſus in malis.*] Hac *prolepſi* deprecatur, quod objici poterat: cæterum *ambitioſus* dicitur *in malis*, qui ſuas calamitates magnopere exaggerat, more nimirum ambitioſorum, qui ditiores aut fortunatiores haberi volunt. TURNEB.

36. *Sed diſſimulare.*] Commemoratis filioli virtutibus, majorem quoque movet affectum: hic autem locus eſt *ab indole* futuræ virtutis. TURNEB.

37. *Quos ingenio igniculos.*] *Ingenii* legendum eſt. REGIUS. Alludit ad dogma Platonicum. Plato enim exiſtimat noſtris animis inſitos eſſe igniculos ac ſemina virtutum, ſcientiarumque omnium; idque fuſe probat in *Menone*. TURNEB. *Ingenio*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locatel.

38. *Quam ſubſtantiam.*] *Præſtantiam* ſenſus magis exigere videretur, & *oſtenderat*, non *oſtendit*. REGIUS. Dan. *velut ſubſtantiam*; alii, *præſubſtantiam*. PITHOEUS. *Præſtantiam* recte ſe habet; ut mox cap. I. in Milone *præſtantiam animi* laudat; & apud Virgilium & alios paſſim *præſtans animi* occurrit: *ſubſtantiam*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locatel.

39. *Quod ſcio.*] *Quam ſcio*; MSS. Alm. Voſſ. ſec.

40. *Vix credi poſſe tantum.*] *Vix credi poſſe tantum altæ*; Baſil. Gryph. alii *jam tum*, quod minime diſplicet.

41. *Oſtenderit.*] Liber Mureti *oſtenderet*, quod ille melius cenſet.

42. *Qui ſolicitare.*] *Quæ* Danielem legere notaverat Editor Leidenſis. Rollinus pro *curam gerere* poſitum exiſtimat: quod etſi minus Latinum putet, multa talia apud Fabium occurrere jactat: ſed hic vernaculæ linguæ ſimilitudine deceptus, qua *ſoliciter* dicitur de medico, obſtetrice, quæ curam ægrotorum gerit; rectius deinde adjicit, vel *blanditiis allicere*; ſic enim optimus Latinitatis auctor Terentius Andr. V. 4.

Adoleſcentulos imperitos rerum, eductos libere
In fraudem illicis, ſollicitando & pollicitando
Eorum animos lactas.

& ita in Declamat. Quinct. IV. *Si cuncta gaudia noſtra, & quæcumque vel ſolicitant aſpectu, vel blandiuntur uſu, excuſſias*: ita pro *allicere* Mart. XII. 75.

Nullum ſollicitant hæc, Flacce, toreumata furem.

Val. Flac. VI. 156.

ter illi dolori, quem ex matre optima, atque laudem omnem ſupergreſſa, paucos ante menſes ceperam, gratulor. Minus enim eſt, quod flendum meo nomine, [43] quam quod illius gaudendum eſt. [44] Una poſt hæc Quinctiliani mei ſpe ac voluptate nitebar; & poterat ſufficere ſolatio. Non enim floſculos, ſicut prior, [45] ſed jam decimum ætatis ingreſſus annum, certos atque [46] deformatos fructus oſtenderat. [47] Juro per mala mea, per infelicem conſcientiam, [48] per illos manes, numina doloris mei, has me in illo vidiſſe virtutes ingenii, non modo ad percipiendas diſciplinas, quo nihil præſtantius cognovi, plurima expertus, [49] ſtudiique jam tum non coacti (ſciunt præceptores) ſed probitatis, pietatis, humanitatis, liberalitatis: [50] ut prorſus poſſit [51] hinc eſſe tanti fulminis metus, quod obſervatum fere eſt, [52] celerius occidere feſtinatam maturitatem, & eſſe neſcio quam, quæ ſpes tantas decerpat, invidiam; ne videlicet ultra, quam homini datum eſt, noſtra provehantur. [53] Etiam illa fortuita aderant omnia, vocis jucunditas claritaſque, oris ſuavitas, [54] & in utracumque lingua, tanquam ad eam demum natus eſſet, expreſſa proprietas omnium literarum. Sed hæc ſpes adhuc: illa majora, conſtantia, gravitas, contra dolores etiam [55] ac metus robur. Nam quo ille animo, qua medicorum admiratione menſium octo [56] valetudinem tulit? ut me [57] in ſupremis conſolatus eſt? quam etiam deficiens, [58] jamque non noſter, ipſum illum alienatæ mentis errorem [59] circa ſolas literas habuit? [60] Tuoſne ego (ô meæ ſpes inanes) [61] labentes oculos, tuum fugientem ſpiritum vidi? Tuum corpus frigidum, exſangue complexus, animam recipere, auramque communem haurire amplius potui? dignus his cruciatibus, quos fero, dignus his cogitationibus. [62] Tene conſulari nuper adoptio-

Sollicitat nec Martis amor.*

& ita Virgilius, Horatius, & alii. BURMAN.

43. *Quam quod illius.*] Propterea quod antea defuncta fuerat, nec aliquem ex interitu filiorum ſenſerat dolorem. TURNEB.

44. *Una poſt.*] Alia eſt commemoratio calamitatis, quæ amplificatur ex filii laude ab attributis perſonæ petita. TURNEB.

45. *Sed jam decimum.*] *Sed etiam decimum;* Voſſ. ſecund.

46. *Deformatos fructus.*] Venuſtiſſima eſt *metaphora*; *deformati* enim appellantur *fructus*, cum delapſo flore *formati* apparent, & (ut dicitur) *nodati*. TURNEB. Ita *deformata marmora prima manu* dixit. lib. v. cap. 11. imitatur vero hic Plautum in Pſeudol. 11. 111. 9. *Jam inſtituta, ornata, cuncta in ordine animo, ut volueram, certa, deformata habebam.* BURMAN.

47. *Juro per mala.*] Simile jusjurandum in Apollonio Rhodio lib. 11. 259. critici reprehenderunt: ſed Scholiaſtes auctoritate defendit: ſic & Ovid. Epiſt. x. 73.

Cum mihi dicebas, per ego ipſa pericula juro.

BURMAN.

48. *Per illos manes, numina doloris mei.*] Jusjurandum eſt ad atteſtationem & aſſeverationem. Jurabant autem antiqui vel per res charas, vel per res inviſas: iidem etiam *manes*, id eſt, animas corpore liberatas, deos eſſe credebant. Auctor Cicero. TURNEB. De jurejurando per manes, cineres & oſſa propinquorum plura congeſſerunt Schott. 111 obſ. 39. Paſſerat. ad Propert. 11. 20. & Lambin. & Torr. ad Horat. 11. Od. 8. defunctos autem propinquos *numina* ſua appellare ſolitos, ex Ovidii Epiſt. 111. verſ. 105. patet.

Perque trium fortes animas, mea numina, fratrum.

Silius lib. vi. 113. *teſtor, mea numina, manes.* BURMAN.

49. *Studiiſque jam tum.*] *Studiique*, litera *s* eraſa, legendum. REGIUS. *Studia, quæ jam tum non coacti ſciunt eſſe præceptores;* marg. Baſil.

50. *Ut prorſus poſſit.*] Videtur alludere ad Catonis apophthegma; dicit enim ſenilem pueritiam indicium eſſe præproperæ mortis: cujus rei Fabius affert cauſſam nimis impiam, vulgarem tamen; quod ſcilicet Deus hujuſmodi præſtantiæ invideat. TURNEB. *Ut prorſus poſſint;* Stephan.

51. *Hic eſſe tanti fluminis.*] *Fulminis*, ut ſublimius, legitur; *hinc* etiam, non *hic* legendum videtur, ut intelligatur ab his virtutibus. REGIUS. *Hic;* Voſſ. ſec.

52. *Celerius occidere feſtinatam maturit.*] Catonis eſt apud Plin. lib. vii. *Senilem juventam prematura mortis ſignum eſſe.* Et, *Præcoces fructus raro ad maturitatem perveniunt.* PITHOEUS.

53. *Etiam illa fortuita.*] Præter ingenium, quod utile eſt ad percipiendas diſciplinas, in eloquentia opus eſt quibuſdam adjumentis naturæ; quas omnes habebat dotes ejus filius: hinc igitur auguratur futuram eloquentiam, ſi ſuperſtes fuiſſet. TURNEB. Paria Cornel. Nepos de Tito Pomponio Attico recenſuit: *Erat in eo ſumma ſuavitas oris, ac vocis, ſic ut excellenter pronunciaret.* Pulcherrima hac de re videbis apud Lud. Creſoll. Vacat. Autumn lib. 11. cap. 7. ſect. 1. PAREUS. Simile exemplum vide apud Ariſtidem in oratione Funebri in Eteoneum. ALMEL. *Fortuita.*] *Fortunæ;* Ald. Gryph. Baſil. Colin. Sich.

54. *Et in utracumque.*] *Ut in;* V. C. Alm.

55. *Ac metus robur.*] Forte ſcripſit, *contra dolores etiam mentis robur.*

56. *Valetudinem.*] *Valitudinem;* Voſſ. ſecund. ſupple; *malam, adverſam*, &c. CAPPER.

57. *In ſupremis.*] Supple, vitæ temporibus, horis, momentis. CAPPER.

58. *Quamque non tunc ipſum.*] In meo, præclare: *Quam etiam deficiens, jamque non noſter ipſum illum*, &c. nihil pote elegantius; illud enim *non noſter* ſignificat eum jam in poteſtate mortis fuiſſe. MURETUS. *Quamque non noſter;* Voſſ. ſecund. Locat. Ald. ſed Mureti lectionem exhibuit etiam ex codice Argent. Obrecht. & eſt elegantiſſima. Eodem colore Ovidius 11. Art. 93.

At pater infelix, jam non pater, Icare clamas.

ubi plura notabimus. Vis eſt in illa particula *jam*, ut apud Terent. Heaut. v. iv. 12.

Non ſunt hæc jam parentis dicta.

BURMAN.

59. *Circa ſolas literas.*] Mirum eſt ſignum futuræ eruditionis; nam, cum ex vi morbi pateretur delirium, cæterarum rerum, præterquam literarum, eſt oblitus. TURNEB.

60. *Tuoſne ego.*] *Apoſtrophe* eſt ad *pathos*, eſtque mortis ſignificatio ab accidentibus: porro alludit ad quorumdam Philoſophorum opinionem, qui animam crediderunt eſſe aërem quemdam & ſpiritum, quo totum corpus foveretur. Imitatio eſt Ciceronis in Oratione pro Milone, in *epilogo*. TURNEB.

61. *Labentes oculos.*] Vide Heinſium ad Ovid. 111. Amor. v. 6. ALMELOV.

62. *Tene conſolari nuper adoptione ad omnium ſpes bonorum.*] *Conſulari* legendum eſſe conſtat: genitivus quoque *honorum*, loco *bonorum*, ſenſui maxime convenire videtur. Ad conſulatum autem a Rhetorices profeſſione evectus eſt Quinctilianus, de quo Juvenalis vii. 197.

Si fortuna volet, fies de Rhetore Conſul. REGIUS.

Duplex poteſt eſſe ſenſus; aut quod revera a quodam Conſule adoptatus eſſet; aut certe per *metaphoram* hoc de Quinctiliano eſt intelligendum, qui conſulatum eſt adeptus: quanquam hoc multis diſplicet. TURNEB. Jan. Gulielmius, veriſimil. lib. 111. cap. 14. Uſus, inquit, ſum pervetuſto M. Fabii libro, beneficio optimi & humaniſſimi viri Melchioris Hittorpii, deſcripto quidem eo vitioſiſſime: ex cu-

ne ad omnium [63] ſpes honorum patris admotum, te [64] avunculo prætori generum deſtinatum, [65] te omnium ſpe Atticæ eloquentiæ candidatum, [66] ſuperſtes parens tantum ad pœnas, amiſi? Et, [67] ſi non cupido lucis, certe patientia vindicet te reliqua mea ætate. Nam fruſtra mala omnia ad crimen fortunæ [68] relegamus. Nemo, niſi ſua culpa, diu dolet. Sed vivimus, & aliqua vivendi ratio quærenda eſt; [69] credendumque doctiſſimis hominibus, qui unicum adverſorum ſolatium literas putaverunt. Si quando tamen [70] ita reſederit præſens impetus, ut aliqua tot luctibus alia cogitatio inſeri poſſit, non injuſte petierim moræ veniam. Quis enim dilata ſtudia miretur, quæ potius non abrupta eſſe mirandum eſt? Tum ſi qua [71] minus fuerint effecta iis, quæ levius adhuc [72] afflicti cœperamus, [73] imperitiæ aut fortunæ remit-

jus tamen veſtigiis multa bonæ lectionis veluti veſtigia ſagaciter odoranti ſeſe offerant. Argumento ſit hic locus, ubi melius ille liber: *Te ne conſulari nuper adoptione ad omnium ſpes honorum prius admotum.* Neque enim Quinctilianus honoribus Urbanis floruit: at adoptione Conſulari ait filium ſuum paulo ante, quam moreretur, in ſpem honorum veniſſe. PAREUS Dodwellus in Annalib. Quinctiliani §. 34. Fabium per Clementem accepiſſe a Domitiano conſularia ornamenta conjicit, propter filios Clementis, quorum diſciplinæ præfectus fuerat; ſed §. ſequenti propter Hadrianum potius, cujus magiſtrum fuiſſe credit.

63. *Spei honorum patris.*] *Spes honorum prius:* MS. Bodl. Locat. Ald. *ſpes honorum prius:* MS. Alm. Voſſ. ſec. Andr. marg. Baſil. & Sich.

64. *Avunculo pratori.*] Cum uxor Quinctiliani fuerit Tutilii filia, ut modo vidimus, debuit Tutilius ejus * pater, etiam Prætor fuiſſe: ſed apud Plinium *Rutilium* legi poſſe ſupra lib. III. cap. I. notavimus: quare Rutilius Lupus, vel Rufus, ut lib. IX. cap. 2. dicitur, forte Rhetor ille fuit, cujus filiam duxit Fabius: meminit Rutilii cujuſdam prætoris JCtus leg. I. §. I. ff de bonis Libert. ſed, an hic noſter ſit, non definio. BURMAN.

65. *Te omnium ſpe acutæ eloquentiæ candidatum.*] *Acutæ eloquentiæ*, quæ Fabii ætate ſola in pretio erat, in ſententiarum potiſſimum acumine conſiſtit: in ea quantum valuerit Fabius, facile tum ex ejus ſcriptis colligitur, & ex *prooemio* divi Hieronymi ſic in Danielem ſcribentis: *Poſt acumina Quinctiliani, Ciceronis fluvios, lenitatem Plinii, gravitatem Frontonis, alphabetum diſcerem.* Et Trebel. Poll. in Poſtumio Juniore: *Fuit ita in declamationibus diſertus, ut ejus controverſiæ Quinctiliano dicantur inſertæ; quem declamatorem Romani generis acutiſſimum, vel unius capitis lectio prima ſtatim fronte demonſtrat.* REGIUS. In his verbis *Atticæ* plane redundat ac friget: liber meus pro eo habet *acutis:* unde non dubito, quin legendum ſit *ac votis.* MURETUS. In aliis, *Acutæ eloquentiæ* legitur, quæ tempore Fabii regnabat, eratque poſita in ſententiis argutis & crebris. Sic acumen tribuit Fabio Hieronymus: reprehenditur tamen a Valla, qui Fabium ait non magis acumine, quam reliquis excellere virtutibus. Aldus *Atticæ* repoſuit; eſt enim ea eloquentia omnium perfectiſſima. TURNEB. *Atticæ:* Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Lugdun. Obrecht. *Te omnium ſpes acutis eloquentiæ candidatum ſuperſtes parens tantum pœnas. Et ſi non;* V. C. Alm. *Atticæ* etiam Aſcenſius tuetur, qua filium in utraque lingua jam profeciſſe ante teſtatus eſt; & *Attica* eloquentia eſt ſumma, ut recte etiam Moſellanus hoc illuſtrat ex Ciceronis Oratore, & Terentio Eun. act. V. ſc. ult.

Dixin' ego in hoc eſſe vobis Atticam elegantiam.

Ita *Atticum illum ſaporem* laudat noſter lib. XII. cap. 10. & ſic Cicero ſæpe *Attice* dicere, *Attico* ſtylo ſcribere, *Atticum* ſermonem, & ſimilia, pro eleganti & urbano dicendi genere. Vide Orat. cap. 9. Brut. 45. & de Nat. Deor. I. 33. BURMAN. Codicis Almeluv. lectionem in notis conſervavi, non quod ea probabilis eſſet; ſed quod Mureti lectionem & conjecturam nonnihil adjuvaret. CAPP.

66. *Superſtes parens tantum pœnis.*] Ita corruptus eſt hic locus, ut ſenſus non percipiatur; verbum enim *amiſi*, aut certe hujuſmodi deeſſe videtur, citra quod ſenſus integer eſſe non poteſt. REGIUS. Sed ſcribendum eſt hoc loco ante *ſuperſtes parens, amiſi*, vel ſimile aliquid: alioqui nullus colligi poteſt ſenſus; ut ſit ordo: *Te omni ſpe Atticæ eloquentiæ candidatum parens amiſi, ſuperſtes tantum pœnis, ſive ad pœnas.* MOSELLAN. *Superſtes parens tantum ad pœnas, Et ſi:* Ald. *tantum pœnis:* Locat. *ſuperſtes parens habiturus eſt tantum ad pœnas:* Baſil. Gryph. Colin. Vidov. illud *amiſi*, cum in codicibus non reperiatur, ſed a Regii conjectura ſit profectum, & repetitum ex initio hujus præfationis, delendum puto, nec enim ſenſui convenit; oberrat enim Quinctiliano ſemper eadem cogitatio, ſe impium videri, quia filio, contra vota parentum, ſupervivat, & ideo ſe male ad crimen fortunæ relegare mala ſua, cum in poteſtate ſua eſſet illa finire, & potuiſſet morte mederi dolori ſuo, quem nunc perpetuum, ut pœnam, habiturum ſe dicit: quare legerem: *Te omnium ſpe, &c. ſuperſtes tantum parens ad pœnas maret* (vel *luget*) *& ſi non cupido lucis, certe patientia vindicet te reliqua mea ætate.* Ulciſcatur te (quem non debui lacrymis proſequi, ſed morte mihi illata) patientia continua, & miſeria per reliquam ætatem: ita ſatisfaciam tibi, qui mihi, turbato mortalitatis ordine, ereptus es: *pœna* vero hic notat miſeriam, calamitatem, & omnia mala: reſpicit ad dictum Laberii: *Fortuna multis parcere in pœnam ſolet:* quo & utitur Plinius lib. XVI. cap. I. & iterum apud eumdem, quem locum & Moſellanus notavit; appoſite, lib. II. cap. 7. *nam nec ſibi mortem poteſt conſciſcere, ſi velit: quod homini dedit optimum in tantis vitæ pœnis.* Vide Gronov. II. obſerv. 9. & ad Senec. Hippol. 439. *Patientia* vero non hic virtutem notat, ſed durum laborem & ærumnam, quam ex perpetuo dolore ſponte capiet. Ita Liv. XXX. 28. *omnium rerum patientia duratus.* Vide Broukh. ad Tibull. III. II. 5. & Drakenb. ad Sil. VI. 545. cogitabam etiam aliquando pro *patientia*, reponendum *pœnitentia*, ut ſenſus ſit: ſi non cupido lucis, quæ mihi impio patri inſtar pœnæ erit, certe pœnitentia, quod non mortem mihi conſciverim, me reliqua ætate cruciabit, & te vindicabit. Ita apud Plinium lib. VII. Epiſt. I. hæ voces confuſæ: *ſpero quidem, ſi forte in adverſam valetudinem incidero, nihil me deſideraturum, vel pudore, vel pœnitentia dignum:* ubi Aldus edidit, *vel patientia dignum:* poſſet etiam pro *dolet*, legi *flet*, ut illud verbum abſorptum ſit a ſequenti particula *&*. Certe hoc modo omnia melius cohærere puto; cum aliter non videam, quomodo congruat ſenſus, aut ratio illa, *nam fruſtra mala omnia ad crimen fortunæ relegamus*, quadret: ſed nunc eleganter dicit, ſe flere candidatum eloquentiæ filium, non ad dolorem egerendum aut minuendum, ut ſolet fieri; ſed ad perpetuam pœnam, &c. BURMAN.

67. *Si non cupido lucis; certe patientia vindicet te, &c.*] Vita miſera, quam traham cupide minus, quam patienter, te vindicabit, & ultionem ſumet de patre, qui tali filio ſuperſtes vivere potuit. ROLLIN.

68. *Relegamus.*] Pro attribuimus, ut Tibul. IV. Eleg. 6.

Illa quidem ornandi cauſſas tibi, diva, relegat.

69. *Credendumque doctiſſimis.*] Sic Cicero, mortua Tulliola, conſolationem a philoſophia petivit, ac librum de *Conſolatione* conſcripſit. TURNEB.

70. *Ita reſerit praſens.*] *Reſederit* legendum eſſe, certum eſt. REGIUS.

71. *Minus effecta.*] Minus accurate elaborata, minus perfecta, polita, &c. CAPPER.

72. *Adflicti.*] *afflicti;* Locat. quod, qua ratione defendi poſſit, ſatis ſcimus ex iis, quæ Heinſius ad Ovid. II. Amor. II. 21. ubi ſimilis varietas, adduxit: ſed hic, quia *effecta* præcedit, nihil mutandum eſſe arbitramur.

73. *Imperitiæ aut fortunæ.*] Illa *imperitiæ* huc ab imperitu aliquo invecta. Legendum ſimpliciter *fortunæ remittetur.* MURET. Dan. *non imperitiæ, at fortunæ.* PITHOEUS. Vitiata illa nemo non videt: emendatio fortaſſis haud perinde facilis: veniebat in mentem, *injuriæ fortunæ.* Cicero de Nat. Deor. I. cap. 4. *Hortata eſt etiam, ut me ad hæc conferrem, animi ægritudo, fortunæ magna & gravi commota injuria.* Quam conjecturam ut nemini obtrudere pro vera velim, ita a ſenſu tamen fortaſſis non multum aberrat. Quippe ſibi, tanta vi fortunæ perculſo, veniam dari poſtulat, ſi qua ingenium debilitatum ſit, *injuriæ fortunæ remittatur;* ut dicimus, *ignoſcas occupationibus.* SCHELIUS. ad Dialog. de Oratorib. cap. 9.

tantur; quæ, ſi quid mediocrium alioqui [74] noſtro ingenio virium fuit, ut non extinxerit, debilitavit tamen. Sed vel propter hoc nos contumacius erigamus, [75] quod illam ut perferre nobis difficile eſt, ita [76] facile contemnere. Nihil enim ſibi adverſus me reliquit, & infelicem quidem, ſed certiſſimam tamen attulit mihi ex his malis ſecuritatem. [77] Boni autem conſulere noſtrum laborem vel [78] propter hoc certum eſt, quod in nullum jam proprium uſum perſeveramus: [79] ſed omnis hæc cura ad alienos, ut alienis utilis (ſi modo quid utile ſcribimus) ſpectat. Nos miſeri, ſicut facultates patrimonii noſtri, ita hoc opus [80] aliis paravimus, aliis relinquemus.

74. *In noſtro ingenio virium fuit, ut non extinxerit.*] Quamvis corrupte ſic legatur, adduci tamen non poſſum, ut quorumdam correctionem probem, qui putant quatuor hæc verba eſſe adſcribenda, *debilitata jam vitio mentis;* quæ certe neque ſenſui, neque Grammaticæ conveniunt rationi. Cæterum aliquod fortaſſe verbum librariorum incuria prætermiſſum, quale eſt *debilitaverit*, aut *concuſſerit*, ſimileve cum hoc adverbio *certe* eſt adſcribendum. Sic enim & apertus, & integer ſenſus erit, *ut non extinxerit, certe debilitaverit*. REGIUS. *In noſtro ingenio;* V. C. Alm. Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. Vidov. *debilitavit tamen* non habet Locat. Cæterum lectionis, quam induxit Raphaëlis Regii emendatio, veſtigia quædam exſtant in codd. Vall. & Voſſ. ſecund. ubi tamen perperam legitur: *debilitavit jam mens*. Itemque in Cod. Almel. qui ſic habet: *debilita vitia mens*, quæ ſcriptura corrupta fuiſſe videtur ex illa: *debilitavit tamen*. CAPPER.

75. *Qua illam ut perferre.*] Pro *qua*, ut legatur *quia*, vel *quod*, ſenſus expoſcit. REGIUS. *Quia illam;* Ald. *qua illam;* Locat.

76. *Facile contemnere.*] Quia in poſterum non poterit lædere fortuna Fabium, cum nihil ſuperſit, in quo illum offendat. TURNEB.

77. *Bonis autem conſolari.*] Varie legitur hic locus; in vetuſto namque exemplari *conſulere* ſcriptum. Quomodo ſi legamus, *boni* quoque legendum; nam *boni conſulere*, ut Fabius ipſe in primo ait, ſignificat *bonum judicare*. REGIUS. *Bonis autem conſolari;* Vallæ liber, Voſſ. ſecund. Locat.

78. *Propter hoc certum eſt.*] Liber vetus *cæcum eſt*: ego lego *æcum* eſt; ita enim ſcribebant pro *æquum*, ut *acam* pro *aquam*. MURET. Emendo *æquum eſt*. GULIELM. Scribe *æquorum*, vel *cæterorum eſt*. Nam filio ſcripſerat, ut jam audiemus, in quo erudiendo duplex cura a Quinctiliano poſtulabatur, tanquam a patente & magiſtro: hujus reſpectu *cæterorum* eſſe ait boni conſulere. SCHELIUS. *Cæcum eſt;* Andr. Locat. Venet. Colon.

79. *Sed omnis hæc cura ad alienos.*] Haud difficulter elicui: *ſed omnis hæc cura alienas utilitates (ſ. m. q. u. ſ.) ſpectat*. GULIELM. *Sed omnis hæc curas ad alienas utiles (ſi modo quid utile ſcribi) ſpectat;* V. C. Alm. unde firmatur emendatio Gulielmii, ſi modo legatur: *omnis hæc cura ad alienas utilitates ſpectat*. Nam *ſpectare* cum præpoſitione *ad* frequenter conjungunt optimi ſcriptores; deinde *ſi modo quid utile ſcribi*, rectum etiam puto; ut Ovid. Epiſt. III.

Utile dicebas ipſe fuiſſe capi. BURMAN.

80. *Aliis paramus.*] Lege ex auctoritate libri veteris *præparabamus*. MURET. Suſpicor ſcripſiſſe Quinctilianum *properabamus*: certe elegantius non potuit. Catullus.

Cum Medi properâre novum mare.

Plautus, *Caſina*:

Hanc tibi nunc veniam minus gravate propero.

Properaſſe autem hos commentarios ſe metu mortalitatis ſuæ ait ipſemet hoc ipſo *proœmio*, non longe ab initio. GULIELM. *Præparavimus* ſcripſit, non *præparamus*; jam enim fato functo filio non poterat dicere ſe aliis præparare, aliis relicturum. Gulielm. volebat *properabamus;* ait enim ſupra, ſe feſtinaſſe metu mortalitatis ſuæ: ſed hoc minus quadrat in id, quod præceſſit de facultatibus patrimonii. SCHELIUS. *Præparabamus;* MS. Palat. Ald. Colin. Obrecht. *præparabimus;* Venet. Locat. *præparamus;* Voſſ. ſecund. Sich. Steph. Baſil. Gryph. Vidov. nihil certius puto illa lectione *parabamus*, vel *paravimus*; & alludi puto ad vulgare dictum de iis, qui aggerunt patrimonio nummos, ut filiis luculentam hereditatem relinquant: ſed iis mortuis coguntur alienis relinquere ſudore & labore ſuo parta; & eo reſpicere illa Petronii cap. XLIII. *cui datum eſt, non cui deſtinatum*, id eſt, illum non eſſe felicem, cui deſtinata ſunt bona, exempli gratia, ab aliquo, qui heredem vult inſtituere, & promiſerat jam, ſed cui revera ſunt data; deſtinatio enim neminem beatum facit, quia multa accidere poſſunt, ne accipiat: *præparare* vero neſcio an in *facultates* æque bene, atque in *opus*, quadret; cum *parare* utique conveniat, & propriium in hac re verbum ſit. Sic Ulpianus lib. XLIX. §. ult. ff. de legat. 3. *Hoc legatum & filio & filiæ relinqui poteſt, quæ ejus gratia parata ſunt, & ſervo ſervæque; & continebuntur, quæ ipſi attributa, vel deſtinata ſunt.* Sic paraverat facultates, & has inſtitutiones filio Fabius, & deſtinaverat: ſed attribuere & dare prohibitus fuit ejus acerba morte. BURMAN.

CAPUT PRIMUM.

De concluſione, ſeu peroratione.

[1] PERORATIO ſequebatur, quam *cumulum* quidam, *concluſionem* alii vocant. [2] Ejus duplex ratio eſt, poſita aut in rebus, [3] aut in affectibus. Rerum [4] repetitio & congregatio, quæ Græce dicitur [5] ἀνακεφαλαίωσις, a quibuſdam Latinorum [6] *enumeratio*, & memoriam judicis reficit, & totam ſimul *cauſſam* ponit ante oculos; &, etiamſi per ſingula minus [7] moverat, turba valet. In hac, quæ repetemus, quam breviſſime dicenda ſunt; &, [8] quod Græco verbo patet, decurrendum per capita. Nam ſi morabimur, non jam enumeratio, ſed [9] altera quaſi fiet oratio. [10] Quæ autem enumeranda videntur, cum pondere aliquo dicenda ſunt, [11] & aptis excitanda ſententiis, & figuris utique varianda: alioqui nihil eſt odioſius [12] recta illa repetitione, velut [13] memoriæ judicum [14] diffidentis. Sunt autem [15] innumerabiles; optimeque [16] in Verrem Cicero: *Si pater ipſe judicaret, quæ diceret, cum hæc probarentur?* & deinde ſubjecit enumerationem. Aut cum [17] idem in eumdem, [18] per invocationem deorum ſpoliata a prætore templa dinumerat. Licet & dubitare, num quid nos fugerit, & quid reſponſuri ſint adverſarii his & his; aut quam ſpem accuſator habeat, omnibus ita defenſis. Illa vero jucundiſſima, ſi contingat aliquod [19] ex adverſario ducere argumentum; ut ſi dicas: [20] *Reliquit vero hanc partem cauſſæ*; aut: [21] *Invidia premere maluit*; aut: [22] *Ad preces confugit, & merito; cum ſciret hæc & hæc.* Sed non ſunt ſingulæ ſpecies [23] proſequendæ, ne ſola videantur, quæ forte nunc dixero; [24] cum occaſiones & ex *cauſſis*, & ex dictis adverſariorum, & ex quibuſdam fortuitis quoque oriantur. Nec re-

Hermogenes in lib. de *Inventione*, hanc videtur omiſiſſe partem, cum præſertim nullo in loco meminerit: attamen cum *concluſio* id colligat, quod poſitum eſt in confirmatione aut confutatione, merito *confirmationis* pars judicabitur: & alioqui in lib. de *ſtatibus*, inter capita confirmandorum *ſtatuum* ponit *communem qualitatem*, quæ maxime propria eſt *concluſionis*. TURNEB.

1. *Peroratio.*] A Cicerone definitur exitus & determinatio totius orationis, lib. 1. de *Invent.* cap. 52. hæc habet tres partes, enumerationem, indignationem, conqueſtionem; quarum enumeratio, quam *renumerationem* quidam vocant, res diſperſe ac diffuſe dictas, breviter unum in locum cogit; indignatio autem & conqueſtio ad affectus referuntur. REGIUS. *Epilogum* vocat Cicero in *Brut.* 33. & plurimum eam pollere in oratione ait ibid. cap. 51. vide Cornif. ad Heren. lib. 11. cap. 30. ALMEL.

2. *Ejus duplex ratio eſt.*] Cicero tamen tres efficit partes in lib. de *Inventione*, enumerationem, indignationem, conqueſtionem; in *partitionibus* duas, *enumerationem & amplificationem*: quæ quidem omnia conſentiunt; nam in amplificatione moventur affectus; item indignatio & conqueſtio. TURNEB.

3. *Aut in effectibus.*] *Affectibus* legendum eſſe, nemo non videt. REGIUS. *Effectibus*; Lugd. & Oxon.

4. *Repetitio etiam congregatio.*] Loco *etiam*, & copula videtur reponenda. REGIUS.

5. *Ἀνακεφαλαίωσις.*] Sic appellatur a Græcis ea pars, quæ res per *cauſſam* diſperſas colligit, & in ſummam redigit: nomen habet, ut interpretatur Fabius, quia decurrit per capita, quæ ſunt præcipua firmamenta *cauſſæ*. Primus *anacephalæoſin* appellavit Iſocrates, Phalereo teſte. TURNEB.

6. *Enumeratio.*] *Renumeratio*; Locat.

7. *Moverat.*] *Moveret*; Vall. lib. & Voſſ. ſecund.

8. *Quod Græco verbo patet, &c.*] Nam in τῷ ἀνακεφαλαιώσεως particula ἀνὰ ſignificat *per*, & κεφάλαια ſunt *capita*. CAPPER.

9. *Altera quaſi.*] *Quaſi altera*; Voſſ. ſecund.

10. *Quæ autem.*] Cum in omni oratione fugiendum eſt illud dicendi genus, ut docebit poſtea Fabius, quod caret *ſchematibus*; tum maxime in peroratione; alioqui enim proditur affectatio repetitionis, & diffidentia. Vide Cicer. in 1. de *Invent.* & in *Partit.* TURNEB.

11. *Et apertis.*] *Aptis*, pro *apertis*, mihi legendum videtur. REGIUS. *Apertis*; Locat.

12. *Recta illa.*] Directa & ſimplici rerum repetitione, quæ ſententiis, figuris, & ſermonis varietate deſtituitur. CAPPER.

13. *Memoriæ.*] Hoc nomen eſt in *dativo* caſu, neque conſtruitur cum *genitivo* τῷ *diffidentis*, ſed ab eo regitur. CAPPER.

14. *Diffidentis.*] Quamvis ita quoque legi poſſet, ut ad oratorem referatur; ſtyli tamen elegantia, *diffidenti* ut legatur, expoſcere videtur: id autem & Cicero præcipit, cum inquit lib. 1. de *Invent.* cap. 52. *hoc ſi ſemper eodem modo tractabitur, perſpicue omnibus artificio quodam tractari intelligetur: ſin varie fiet, & ſatietatem & hanc ſuſpicionem vitare poterit.* REGIUS.

15. *Innumerabiles.*] Subintelligitur, *Perorationes*, enumerationes, repetitiones, vel *Perorationum*, ἀνακεφαλαιώσεων ſpecies, modi, &c. CAPPER.

16. *In verrem Cicero.*] Reſpicit locum ex v. verr. 52.

17. *Idem in eumdem.*] *Idem & in eumdem*; Voſſ. ſecund.

18. *Per invocationem Deorum.*] Lib. v. in Verr. cap. 72.

19. *Ex adverſario ducere argumentum.*] Hermogenes quoque docet, illam eſſe argumentationem firmiſſimam, quæ ex prætermiſſis ducitur: ea etiam locum habet in enumeratione. TURNEB. *Dicere argumentum.*] *Ducere* mihi recte legi videtur: *dicere* vero corrupte; nam *duci* argumentum & materia proprie dicitur, cum aliunde ſumitur. REGIUS.

20. *Reliquit vero hanc partem.*] *Reliquit hanc partem*; V. C. Alm. Locat. Ald. Par Vaſc. Steph. Colin. Vidov.

21. *Invidia premere.*] Odioſam reddere & inviſam, odii affectum in judicum animis excitando adverſus rem quampiam vel perſonam. CAPPER.

22. *Ad preces confugit.*] *Ad pedes*; marg. Baſil. *Confugit, & merito.*] Sic olim interpunctum fuerat, *confugit*: &, *merito*; quaſi in τῷ *confugit* ſenſus finiretur, & novus inciperet in τῷ *merito*: ſed unam eamdemque phraſin omnibus his verbis contineri, paulo attentius attendenti patebit. CAPPER.

23. *Proſequendæ.*] *Perſequendæ*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Obrecht. Steph.

24. *Cum accuſationes.*] *Accuſationes* nihil ad hunc ſenſum; *occaſiones* autem maxime facere videntur. REGIUS. *Accuſationes*; Voſſ. ſecund. Locat.

ferenda modo noſtra; ſed [25] poſtulandum etiam ab adverſariis, [26] ut ad quædam reſpondeant. Id autem, ſi & actionis ſupererit locus, & ea propoſuerimus, quæ refelli non poſſunt. Nam [27] provocare quæ inde ſint fortia, non arguentis eſt, ſed monentis. Id unum *epilogi* genus viſum eſt pleriſque Atticorum, & philoſophis fere omnibus, qui de arte oratoria ſcriptum aliquid reliquerunt. Id ſenſiſſe Atticos credo, [28] quia Athenis affectus movere etiam per præconem prohibebatur orator. [29] Philoſophos minus miror, apud quos vitii eſt loco, [30] affici; nec boni mores videntur, ſic a vero judicem averti; nec convenire bono viro, [31] vitiis uti. Neceſſarios tamen affectus fatebuntur, ſi aliter obtineri vera, & juſta, & in commune profutura non poſſint. Cæterum illud conſtitit inter omnes, etiam in aliis partibus *actionis*, ſi multiplex *cauſſa* ſit, & pluribus argumentis defenſa, [32] utiliter ἀνακεφαλαίωσιν fieri ſolere; ſicut nemo dubitaverit multas eſſe *cauſſas*, in quibus nullo loco ſit neceſſaria, ſi breves & ſimplices fuerint. [33] Hæc pars *perorationis* accuſatori patronoque [34] æque communis eſt. Affectibus quoque eiſdem fere utuntur; [35] rarius hic, [36] ille ſæpius ac magis. Nam [37] huic concitare judices, [38] illi flectere convenit. [39] Verum & accuſator habet interim lacrymas [40] ex miſeratione ejus Rei, [41] quem ulciſcitur: & Reus de indignitate [42] calumniæ conſpirationis vehementius interim queritur. [43] Dividere igitur hæc officia commodiſſimum, quæ plerumque ſunt, ut dixi, *proœmio* ſimilia, ſed liberiora, plenioraque. [44] Inclinatio enim judicum ad nos petitur [45] initio parcius, [46] cum admitti ſatis eſt, & oratio tota ſupereſt: [47] in *epilogo* vero eſt, qualem animum judex [48] in conſilium ferat, & jam nihil amplius dicturi ſumus, nec reſtat, quo [49] ſervemus. Eſt igitur [50] utriſque commune, conci-

25. *Poſtulandum.*] *Poſtulandum eſt;* Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin.

26. *Ut ad quædam reſpondeant.*] Hoc enim oſtendet *cauſſæ* fiduciam: ſed tum demum eſt faciendum, cum, quod rogamus, ſolvi non poteſt; aut poſt reſponſionem adverſarii locus ſupereſt etiam nobis orandi. TURNEB.

27. *Provocare quæ inde ſint fortia.*] Ita noſtra editio, ſecuta Aldum, Sichard. Pariſ. & Steph. Nec opinor quiſquam dubitabit, an in rectam locutionem inciderimus, qui modo loci ſententiam perpendet. Præcipit enim Fabius, ut impellatur nonnunquam adverſarius ad reſpondendum, præſertim ſi ea, quæ diximus, refelli non poſſunt. Deinde, *nam provocare*, inquit, *quæ inde fortia ſunt*, h. e. (ſi recte capio mentem Oratoris) flagitare aliqua, quæ ab adverſario proficiſci poſſunt ſuæ *cauſſæ* favorabilia, adeoque noſtræ adverſa, *monentis* eſt, & ſuggerentis, quæ dicat. GIBSON. Ita & MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. Baſil. Colin. Roign. Vidov. ſed Vallæ liber. Argent. Obrecht. Codex. Lugd. & margo Baſil. *quæ deſint fortia*, Aſcenſius conjiciebat, *quæ itidem ſint fortia.*

28. *Quia Athenis, &c.*] Hoc in primo artis Rhetoricæ libro & Ariſtoteles ſcribit. REGIUS. Præſertim apud Areopagitas, qui uſque adeo ſeveri fuerunt, ut in tenebris judicarent, ne miſericordia erga reum aliqua moverentur: uſque adeo abhorrebant ab omni affectu. Meminit Lucianus in Anacharſi, cum ait: ἢν δέ τις ἢ προοίμιον εἴπῃ πρὸ τοῦ λόγου εἰς εὐνουςέρους ἀπεργαζόμενος αὐτοὺς, ἢ οἶκτον, ἢ δείνωσιν ἔξωθεν ἐπάγῃ τῷ πράγματι, οἷα πολλὰ ῥητόρων παῖδες ἐπὶ τοὺς δικαςὰς μηχανῶνται, προσελθὼν ὁ κῆρυξ κατασιωπήσειν εὐθὺς, οὐκ ἐῶν ληρεῖν πρὸς τὴν βουλὴν, καὶ ἀμπίσχειν τὸ πρᾶγμα ἐν τοῖς λόγοις, ὡς γυμνὰ τὰ γεγενημένα οἱ Ἀρεοπαγῖται βλέπωσιν: *Quod ſi quis in auſpicanda oratione proœmium ad conciliandos eorum animos, aut commiſerationem exaggerationemve extrinſecus ductam agendæ cauſſæ accommodat,* * *qualia multa machinamenta oratorum natio capiendis judicum animis comminiſci ſolet, extemplo præco prodiens tacere eum jubet, non ſinens inaniter verba fundere, verborumque involucris, qua de re agitur, implicare; ut nuda apertaque ipſa facta cernere Areopagitæ poſſint.* Meminit & Fabius libro quinto initio; & decimo, de Demoſthenis Ciceroniſque comparatione. Item Plutarchus. TURNEB.

29. *Philoſophos.*] Stoicos videlicet, e quorum ſententia ὁ ſapiens erat omnis πάθους, affectus expers. CAPPER.

30. *Affici.*] Hoc eſt aliquo πάθει affectu commoveri, aliquam animi perturbationem pati. CAPPER.

31. *Vitiis uti.*] Id eſt, τοῖς πάθεσι, *animi affectibus*, ſeu perturbationibus, quas vitiis annumerabant Stoici. CAPP.

32. *Utiliter ἀνακεφ.*] Commonitio in narratione, de qua Fab. egit lib. IV. perquam ſimilis eſt *anacephalæoſi*: eſt tamen ea uſus Cic. in breviſſima narratione. TURNEB.

33. *Hæc pars perorationis.*] Cicer. tamen in *Partit.* ea ſæpius uti accuſatorem, quam defenſorem, ait: quod tamen conſentire poteſt cum præcepto Fabii. TURNEB.

34. *Æque communis.*] *Ex æquo communis*; V. C. Alm. recte ut puto, de quo egimus ad Petron. cap. 74.

35. *Rarius hic.*] Subauditur ὁ τοῦ rei patronus. Rollinus quidem ſubintelligit τῷ *accuſatori*; ſed parum probabiliter. Nam accuſator & ſæpius & magis affectus movet, judiceſque concitat, ut patet ex ſequentibus, ubi Fabius ait: *Sæpius eſt accuſatoris avertere judicem a miſeratione .... atque ad fortiter judicandum concitare*; & paulo ſupra: *Verum & accuſator habet interim lacrymas ex miſeratione ejus rei quem ulciſcitur*; & infra: *Summa concitandi affectus accuſatori in hoc eſt, ut id quod objicit, aut quam atrociſſimum, aut .... quam maxime miſerabile eſſe videatur.* CAPPER.

36. *Ille ſæpius ac magis.*] Accuſator vehementiores & frequentiores affectuum motus adhibese debet. CAPPER.

37. *Huic.*] Accuſatori videlicet. CAPP.

38. *Illi.*] Τῷ τοῦ rei patrono. CAPPER.

39. *Verum & accuſator.*] Propoſita eſt iracundia accuſatori, miſericordia reo: attamen perſæpe mutantur vires, ut accuſator miſericordia utatur, reus iracundia. TURNEB.

40. *Ex miſeratione rei quem.*] *Quam;* Ald. Vidov. male, ut apparet ex verbis, quæ paulo poſt ſequuntur: *eum aut ejus caſum, quem ulciſcitur, conqueritur*; accuſator enim ulciſcitur, ſi reum interſectorem accuſet.

41. *Quem ulciſcitur.*] Quem puniri vult, a quo pœnas exigit ſeu potius exigendas eſſe contendit: qui ſenſus τοῦ *ulciſci aliquem*, occurrit etiam apud Terent. in Eunuch. 5. 4. *Ego te pro iſtis factis, ſcelus, ulciſcar; ut ne impune in nos illuſeris.* Et in Adelph. 3. 2. *Satis mihi id habeam ſupplicii, dum illos ulciſcar modo:* alias τὸ *ulciſci aliquem*, eſt, vindictam ſumere de illata ipſi injuria; ut apud Ovid. 12. Metamorph. *fratres cæſos ulciſci*; & apud. Virgil. 2. Æneid. *patriam cadentem ulciſci.* CAPPER.

42. *Calumniæ conſpirationis.*] *Calumnioſæ conſpirationis*; volebat Gallæus; ſed mihi copula *&* vel *aut* deeſſe videtur, & ita vidi poſtea Rollinum quoque maluiſſe.

43. *Dividere hæc officia.*] Id eſt, diſputare ſeparatim de diverſis affectibus, quos excitent accuſator & reus. ROLLIN.

44. *Inclinato enim.*] *Inclinatio* pro *inclinato* legendum eſt. REGIUS.

45. *Initio parcius.*] *Partim;* marg. Baſil. *partim tum;* Voſſ. ſecund.

46. *Cum admitti.*] *Tum;* Locat. Ald. Stephan. Colin. Vidov.

47. *In epilogo eſt.*] Purus putus Græciſmus; ἐπὶ τῷ ἐπιλόγῳ ἐςὶ, pendet ex *epilogo*. CAPPER.

48. *In conſilium.*] Cum dimittuntur judices in conſilium, poſt habitas hinc & inde orationes. CAPPER.

49. *Servemus.*] *Servemur;* MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Par. Steph. Gryph. Colin. Vidov. Vaſcoſ. *Servemus.*] Eum, cujus agendam *cauſſam* ſuſcepimus. CAPPER.

50. *Utriſque.*] *Utriuſque;* editio Obrecht.

liare

liare ſibi, avertere ab adverſario judicem, concitare affectus, & [51] componere. [52] Et breviſſimum quidem hoc præceptum dari utrique parti poteſt, ut totas *cauſſæ* ſuæ vires orator ante oculos ponat; &, cum uiderit, quid [53] invidioſum, favorabile, [54] inviſum, miſerabile aut ſit in rebus, aut videri poſſit, ea dicat, quibus, ſi judex eſſet ipſe, maxime moveretur. Sed certius eſt ire per ſingula. Et [55] quæ conciliant quidem accuſatorem, in præceptis *exordii* jam diximus. Quædam tamen, quæ [56] illic [57] oſtendere ſatis eſt, in *peroratione* [58] implenda ſunt magis; ſi [59] contra impotentem, inviſum, pernicioſum ſuſcepta *cauſſa* eſt; ſi judicibus ipſis aut gloriæ damnatio Rei, aut deformitati futura abſolutio. [60] Nam egregie in Vatinium Calvus: *Factum*, inquit, *ambitum ſcitis omnes*, & [61] *hoc vos ſcire omnes ſciunt.* Cicero quidem in Verrem etiam, *emendari poſſe* [62] *infamiam judiciorum damnato reo*, dicit: quod eſt unum ex ſupradictis. [63] Metus etiam ſi eſt adhibendus, ut facit idem, [64] hunc habeat locum fortiorem, quam in *proœmio.* Qua de re quid ſentirem, [65] alio jam libro expoſui. Concitare quoque invidiam, odium, iram, liberius in *peroratione* contingit: quorum invidiam [66] gratia, odium turpitudo, iram offenſio judicis facit, * ([67] ſi contumax, arrogans, [68] ſecurus ſit,) [69] qui non ex facto modo, dictove aliquo, ſed vultu, habitu, aſpectu moveri ſolet. [70] Egregieque nobis adoleſcentibus dixiſſe accuſator Coſſutiani Capitonis videbatur, [71] Græce quidem, ſed in hunc ſenſum: [72] *Erubeſcis Cæſarem timere.* Summa tamen concitandi affectus accuſatori in hoc eſt, ut [73] id, quod objicit, aut quam atrociſſimum, aut etiam, ſi fieri poteſt, quam maxime miſerabile eſſe videatur. [74] Atrocitas creſcit ex his: *Quid factum ſit, a quo, in quem, quo animo, quo tempore, quo loco, quo modo*: quæ omnia [75] infinitos anfractus habent. Pulſatum querimur; de re primum ipſa dicendum; tum [76] ſi ſenex, ſi puer, ſi magiſtratus, ſi probus, ſi bene de repub. meritus. Etiam ſi [77] percuſſus ſit a vili aliquo contemptoque; vel ex contrario a potente nimium, vel ab eo, [78] a quo minime oportuit. Et ſi die forte ſolemni, aut iis temporibus, cum [79] judicia ejus rei maxime exercerentur, aut in ſolicito civitatis ſtatu. [80] Item in theatro, in

51. *Componere.*] Sedare, lenire, mitigare: ſic apud Virgil. I. Æneid.
——— *motos præſtat componere fluctus.* CAPPER.

52. *Et breviſſimum quidem.*] Iidem ſunt *loci* ducendorum affectuum, qui & argumentorum: igitur ut argumenta ducuntur a rebus & perſonis, itidem quoque affectus: intueri igitur circumſtantias *cauſſæ* oportet. Vide item Rodol. Agricolam lib III. cap. I. TURNEB.

53. *Invidioſum.*] Quod invidiam ſeu odium in judicum animis excitare poſſit. CAPPER.

54 *Inviſum.*] Quod rapere judices in indignationem poſſit: igitur *τὸ inviſum* plus dicit, quam *τὸ invidioſum.* CAPP.

55. *Quæ conciliant.*] *Concilient;* Ald. *Conciliant.*] Gratum acceptumque judicibus efficiunt. CAPPER.

56. *Illic.*] In exordio videlicet. CAPPER.

57. *Oſtendere*] Strictim commemorare, breviter percurrendo indicare, declarare. CAPPER.

58. *Implenda ſunt magis.*] Latius & fuſius enarranda, percurrenda ſunt. CAPPER.

59. *Contra impotentem.*] Nimis potentem, ſuperbum, ferocem qui tolerari non poſſit, qui ſibi nequeat imperare, cujus imperium ferri nequeat. CAPPER.

60. *Nam egregie.*] Calvus orator, qui tempore Ciceronis vixit, Vatinium ambitus accuſavit, multaſque in eum edidit orationes, quæ maxime probantur, ut ait Cornelius Tacitus. TURNEB.

61. *Hoc vos ſcire.*] *Hæc;* Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

62. *Infamiam judiciorum.*] Act. I. in Verrem cap. 15. nam vulgatum erat, ob corruptelam judiciorum, hominem pecunioſum, etiam nocentem, damnari non poſſe: quæ infamia emendari poterat, damnato Verre. TURNEB.

63. *Metus etiam*] Dupliciter tamen tractatur metus; altero favorabili modo, ut ne porro male ſentiat de judicibus; altero modo graviore, ut cum Cicero corruptis judicibus accuſationem minatur, in eadem ſecunda actione in Verrem. De hoc Fabius lib. IV. tradidit. TURNEBUS Vide I. Verr. 8.

64. *Hunc habeat locum.*] *Epilogi* ſcilicet; vel in *epilogo* percellat fortius. CAPPER.

65. *Alio libro.*] Lib. IV. cap. I.

66 *Gratia.*] Si nimia apud judices, populum, aut Principem gratia valeat is, in quem dicimus CAPPER.

67. *Si contumax, arrogans, ſecurus ſit.*] Is, nempe, contra quem peroramus. CAPPER.

68. *Securus ſit.*] Sic Cicero pro Roſcio ſecuritatem Erutii vexat, qui ob potentiam Chryſogoni neminem fore patronum Roſcio arbitrabatur; vel *ſecurum* intellige oſcitantem, & *cauſſæ* ſuæ nimium confidentem; quia judex odit litigatoris ſecuritatem TURNEB. Ita mox: *Verum ſic eſt habenda auctoritatis ratio, ne ſit inviſa ſecuritas.*

69. *Qui non.*] *Quia non;* Locat. Ald. Gryph.

70. *Egregieque nobis.*] Significat arrogantem & impudentem adverſarium, qui nulla Cæſaris reverentia moveretur. Cæterum annotandum eſt, olim non licuiſſe vel in ſenatu, vel in foro Græcam habere orationem; idque primum eſt permiſſum Apollonio Moloni; deinde poſtea hac patefacta janua, cæteris id licuit. TURNEBUS.

71. *Græce.*] Nam accuſatus fuit a Cilicibus, & damnatus repetundarum lege. Tacit. XIII. Annal. 33. Vide Dodwel. Annal. Quinctil cap. 6.

72. *Erubeſcit.*] *Erubeſcis;* MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Obrecht. & Vallæ lib.

73. *Id quod objicit.*] *Objecit;* Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. cujus margo *objiciat.*

74. *Atrocitas.*] Ulpianus lib. XLVII. de injuriis, lib. VII. *atrocem injuriam, quaſi contumelioſiorem & majorem accepimus.* Atrocem *autem injuriam, aut perſona, aut tempore, aut re ipſa fieri, Labeo ait. Perſona atrocior fit, cum magiſtratui, cum parenti, patronove fiat.* Tempore, *ſi in ludis & conſpectu Prætoris, aut in ſolitudine facta ſit injuria, multum intereſſe ait.* Re atrocem *injuriam haberi Labeo ait, ut vulnus illatum alicui vel os percuſſum.* Paulus: *vulneris magnitudo atrocitatem facit, & nonnunquam* locus, *ut oculo percuſſo. Sed & ſi in theatro vel in foro cædit & vulnerat, quanquam non atrociter,* atrocem injuriam *facit.* TURNEB. *Vide* π. de Injur. lib. 7. 8. & 9. CAPPER.

75. *Infinitos anfractus.*] *Infinito ſtractus;* V. C. Alm. quod eſt, *infinitos tractus.*

76. *Si ſenex.*] Terent. Adelph. IV. II. *non puduiſſe verberare hominem ſenem, quem ego modo puerum tantillum in manibus geſtavi meis.*

77. *Percuſſus ſit.*] *Contemptus ſit;* marg. Baſil.

78. *A quo minime oportuit.*] Liv. XXXIX. II. *ſpoliatus fortunis, a quibus minime oporteret.*

79. *Judicia hujus rei.*] *Ejus;* MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Baſil. Gryph. Vidov. Lugd. Oxon. Obrecht.

80. *Item in theatro, in templo, in concione creſcit invidia.*] MS. Palat. elegantius: *Item in theatro, in templo, in concione gliſcit invidia. Et ſi, &c.* Quid autem ſit *gliſcere*, mul-

templo, in concione creſcit invidia. [81] Et ſi non errore, nec ira, vel etiam ſi forte ira, ſed iniqua; [82] quod patri affuiſſet, quod reſpondiſſet, quod honores contra peteret; & ſi plus etiam videri poteſt voluiſſe, quam fecit. [83] Plurimum tamen affert atrocitatis modus, ſi gravirer, ſi contumelioſe; [84] ut Demoſthenes ex parte percuſſi corporis, ex vultu ferientis, ex habitu invidiam Midiæ quærit: *Occiſus eſt; utrum ferro, an igne, an veneno; uno vulnere, an pluribus; ſubito, an* [85] *exſpectatione tortus*, ad hanc partem maxime pertinet. Utitur frequenter accuſator miſeratione, cum aut ejus caſum, [86] quem ulciſcitur; aut liberorum, aut parentum [87] ſolitudinem conqueritur. [88] Etiam futuri temporis imagine judices movet, [89] qui maneant eos caſus, qui de vi & injuria queſti ſunt, niſi vindicentur: *Fugiendum de civitate, cedendum* [90] *bonis; aut omnia,* [91] *quæcumque inimicus fecerit, perferenda.* Sed ſæpius id eſt accuſatoris, avertere judicem a miſeratione, qua reus ſit uſurus, atque ad fortiter judicandum concitare. Cujus loci eſt etiam [92] occupare, quæ dicturum facturumve adverſarium putes. Nam & cautiores [93] ad cuſtodiam ſuæ religionis judices facit, & gratiam [94] reſponſuris aufert, [95] cum ea, quæ prædicta ſunt ab accuſatore, jam, ſi pro reo petentur, non ſint nova; ut Servius Sulpicius [96] contra Aufidiam, *ne* [97] *ſignatorum ab ipſis diſcrimen objiciatur ſibi*, præmonet. [98] Nec non ab Æſchine, quali ſit uſurus Demoſthenes *actione*, prædictum eſt. Docendi interim quoque judices, quid [99] rogantibus reſpondere debeant: [100] quod eſt unum repetitionis genus. [101] Periclitantem vero commendat dignitas, & ſtudia fortia, & ſuſceptæ bello cicatrices, & nobilitas, & merita majorum. [102] Hoc, quod proxime dixi, Cicero atque Aſinius certatim ſunt uſi; [103] pro Scauro patre hic, ille pro filio. [104] Commendat & cauſſa periculi, ſi ſuſcepiſſe inimicitias ob aliquod factum honeſtum videtur; præ-

tis σὺν Θεῷ dicturus ſum ad indicem meum Lucretianum; & bonam partem etiam congeſſit cl. Jan. Gebhardus, Crepund. lib. III. cap. 5. pag. 112. PAREUS. Diſtinguendum *in concione creſcit invidia. Et ſi, &c.* cum Locat. Ald. Steph. & aliis.

81. *Etſi non errore.*] Nam error & imprudentia valet ad excuſationem & deprecationem; &, quæ primis motibus aguntur, minus gravia ſunt, quam quæ præmeditato & deſtinato; ut ſunt error & ira, quæ eſt motus repentinus, &, ut ait Horat. *furor brevis.* Cicer. 1. Off. cap. 8. *Leviora ſunt ea, quæ repentino aliquo animi motu, quam quæ meditata præparataque inferuntur.* TURNEB.

82. *Quod patri offuiſſet.*] *Affuiſſet* quidem (hoc eſt, auxilio fuiſſet, in judicio fuiſſet) ſenſui convenit, *offuiſſet* vero (id eſt, nocuiſſet) repugnat. REGIUS. Aſcenſius dubitat, an *parti* legendum ſit.

83. *Plurimum tamen.*] Plurimum poteſt in illuſtratione & amplificatione modus, teſte Hermogene; inde enim fit διασκευὴ, quæ rem aperte repræſentat & ſplendide. Hinc etiam pendet δείνωσις, quæ eſt oratio gravitatem & aſperitatem rebus addens. TURNEB.

84. *Ut Demoſthenes.*] Cum Demoſthenes eſſet *choragus*, id eſt, ludorum curator, ipſis Liberalibus, a Midia, cive potente, pugno percuſſus eſt in malam: itaque Midiam accuſavit 32. anno: accuſationem tamen amicorum precibus poſtea omiſit; exſtatque ejus oratio κατὰ Μειδίου περὶ κονδύλου. TURNEB. Vide lib. XVI. §. 6. ff. de pœnis. PHILAND. *Invidiam Midiæ quærit.*] Hoc eſt, Midiam reddere odioſum & inviſum conatur. CAPPER.

85. *Exſpectatione tortus.*] *Expectatione. Tortus ad h*; Voſſ. ſecund.

86. *Quem ulciſcitur.*] Pro quo pœnas exigit a reo. CAPP.

87. *Solicitudinem conqueritur.*] *Solitudinem* ſenſus exigit, *ſolicitudinem* vero aſpernatur. REGIUS. *Ac parentum ſolicitudinem*; V. C. Alm. *aut p. ſolicitudinem*; Voſſ. ſecund. Locat. Baſil.

88. *Etiam futuri, &c.*] Hæc ratio affectus movendi fit per *metabaſim*, cum a præſentibus incommodis ad futura tranſimus: ſolet autem multum judicem movere. TURNEB.

89. *Qui maneat eos caſus.*] *Quæ maneant eos qui de vi*; V. C. Alm. *qui maneant eis* (correctum *eos*) *caſus*; Voſſ. ſec.

90. *Bonis.*] Τοῖς ὑπάρχουσι, facultatibus, fortunis, re familiari, &c. CAPPER.

91. *Quæcumque inimicus fecerit.*] *Quæcumque inimici animus feri*; Voſſ. ſecund. mihi Baſil. marginis lectio maxime placet. BURMAN. Nec minus placeret, Voſſ. ſecund. lectio, ſi loco τοῦ *proferenda*, legeretur *perferenda*. CAPP.

92. *Occupare.*] Prævenire, & in anteceſſum refellere per figuram, cui nomen πρόληψις, *præſumptio*, ut ait Fab. lib. IX. cap. 2. huc etiam pertinet ἀνθυποφορὰ, de qua lib. IX. capp. 2. & 3. CAPPER.

93. *Ad cuſtodiam ſuæ religionis.*] Ad religioſe ſervandum quod præſtiterunt jusjurandum, ſe videlicet ex legum præſcripto eſſe judicaturos. CAPPER.

94. *Reſponſuris.*] Τοῖς τοῦ rei patronis, qui ad accuſatoris *actionem* reſponſuri ſunt. CAPPER.

95. *Cum ea, quæ prædicta.*] *Cum ea prædicta ſunt*; Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Vidov.

96. *Contra Aufidiam.*] *Aufidium*; ut & poſtea ſequitur; marg. Baſil. certe pro *Aufidia* dixit Servius Sulp. ut vidimus lib. IV. cap. 2. an vero ejus adverſarius etiam Aufidius gentilis ejus fuit? vel an delenda vox *contra*? ut Servius Aufidiam clientem ſuam præmonuerit, ne ſignatorum, &c.

97. *Signatorum.*] Eorum, qui tabulis ſubſcripſerint. CAPPER. *Signatorum ab ipſis.*] *Ut ipſis*; V. C. Alm. *Ab ipſis.*] Supple, *adverſariis* vel *reſponſuris*; idque ex præcedentibus per *Zeugma a ſuperioribus*, ut ſæpe loquitur Servius commentar. in Virgilium. CAPPER.

98. *Nec non ab Æſchine.*] Æſchines contra Cteſiphontem præmonuit, Demoſthenem pauca de lege dicturum; permulta vero de ſuis actionibus & aliis rebus: monet igitur judices, ut cogatur dicere de lege Demoſthenes. TURNEB.

99. *Rogantibus*] Τοῖς τοῦ rei patronis, ſi quid in τοῦ rei gratiam petant. CAPPER.

100. *Quod eſt unum repetitionis genus.*] Jam enim in *confirmatione* & *confutatione* his occurrimus, & reſpondimus, quæ ab adverſario dici potuerunt; quæ hoc genere, de quo nunc agit, diverſa dicendi forma repetuntur. TURNEBUS.

101 *Periclitantem vero.*] Nunc explicat *locos*, quibus affectus movere poteſt defenſor: eſt autem hoc proprium ejus movere commiſerationem, nonnunquam tamen etiam invidiam. TURNEB. *Periclitantem.*] Τὸν κινδυνεύοντα, in judicio periclitantem reum. CAPPER.

102. *Hoc apud proxime dixi.*] *Apud* præpoſitio hic eſt otioſa: quare expungenda, ac loco ejus *quod* eſt reponendum. REGIUS.

103. *Pro Scauro.*] Vide Valer. Max. lib. VIII. cap. 1. §. 10. TURNEB.

104. *Commendat & cauſſa periculi.*] Dixit more Græco *periculum* pro reatu & accuſatione: cum igitur ob honeſtum aliquod factum incidimus in periculum capitis, aut fortunarum, inde affectum movere poſſumus. TURNEB. Ita *periculum* & *diſcrimen* ſæpius apud Ciceronem occurrit. Vide Vorſt. ad Valer. Max. lib. IV. cap. 1. §. 11. & lib. VI. cap. IV. §. 4. Sic Antiphon in orat. contra Leochar. dixit: τὸν προδοσίας κινδυνεύοντα, hoc eſt, *proditionis reum.* CAPPER.

cipue bonitas, humanitas, miſericordia. [105] Juſte enim tunc petere ea quiſque videtur a judice, [106] quæ alii ipſe præſtiterit. Referenda pars hæc quoque ad utilitatem reipub. ad judicum gloriam, ad exemplum, ad memoriam poſteritatis. Plurimum tamen valet miſeratio, quæ judicem flecti non tantum cogit, ſed motum quoque animi ſui lacrymis confiteri. [107] Hæc petentur aut ex iis, quæ paſſus eſt reus; aut [108] ex iis, quæ tum maxime patitur; aut ex iis, quæ damnatum manent; quæ & ipſa duplicantur, cum dicimus, [109] ex qua illi fortuna, & in quam recidendum ſit. Affert in his momentum & ætas, & ſexus, & pignora: [110] liberi dico, & parentes, & propinqui. Quæ omnia tractari varie ſolent. [111] Nonnunquam etiam & ipſe [112] patronus has partes ſubit; ut Cicero pro Milone: [113] *O me miſerum! ô me infelicem!* [114] *Revocare me tu in patriam, Milo, potuiſti per hos; ego te in patria per eoſdem retinere non potero?* Maximeque ſi (ut tunc accidit) [115] non convenient ei, qui accuſatur, preces. Nam quis ferret Milonem [116] pro capite ſuo ſupplicantem, qui a ſe virum nobilem interfectum, quia id fieri oportuiſſet, fateretur? Ergó & ille captavit [117] ex illa præſtantia animi favorem, & in locum lacrymarum ejus ipſe ſucceſſit. His præcipue locis [118] utiles ſunt *proſopopœiæ*, [119] id eſt, fictæ alienarum perſonarum orationes, [120] quales litigatorem decent, vel patronum. Mutæ tamen res movent; aut [121] cum ipſis loquimur; aut cum [122] ipſas loqui fingimus. Ex perſonis quoque trahitur affectus. Non enim audire judex videtur aliena mala deflentes, ſed ſenſum ac vocem auribus accipere miſerorum, quorum etiam mutus aſpectus lacrymas movet; quantoque eſſent miſerabiliora, ſi ea dicerent ipſi, [123] tanto ſunt quadam ſua portione ad * afficiendum potentiora, cum velut ipſorum ore dicuntur; ut ſcenicis auctoribus eadem vox, eadem pronunciatio plus ad movendos affectus [124] ſub perſona valet. Itaque idem Cicero, quanquam preces non dat Miloni, eumque potius animi præſtantia commendat; accommodavit ei tamen & [125] verba, & convenientes etiam forti viro conqueſtiones: [126] *O fruſtra*, inquit, *mei ſuſcepti labores! O ſpes fallaces! O* [127] *cogitationes inanes meæ!* [128] Nunquam tamen debet eſſe

105. *Juſte enim.*] *Juſtius enim;* Andr. Ald. marg. Baſil. & Sich.

106. *Quæ alii ipſe.*] *Aliis;* V. C. Alm. Locat. Ald. Gryph. Vidov. Obrecht. *Ipſe præſtiterit.*] Ipſe videlicet qui petit; non autem ipſe judex. CAPPER.

107. *Hæc petentur.*] Miſeratio (ut ait Cicero) a tribus ducitur temporibus: quod etiam hoc loco ait Fabius. Hæc tamen ratio geminatur amplificando, cum fortunam ſuperiorem cum futura comparamus. Hæc fere ex Cic. *Orat. & Partitionibus* deſumpta ſunt. TURNEB.

108. *Ex iis quæ quantum maxime.*] Hæc verba perverſa hoc modo corriguntur, ut legamus, *tum* loco illius *quantum*, & *quam maxime*, hoc pacto: *aut ex iis, quæ tum quam maxime patitur.* REGIUS. *Quæ quantum maxime;* Locat.

109. *Ex qua illa fortuna.*] Pro *illa* legendum eſt *illi.* REGIUS. *Ex qua illa fortuna;* V. C. Alm. legerem *ex qua ille fortuna:* eſt vero locutio *elliptica*, in qua unum verbum deſideratur, pro *ex qua ille fortuna exciderit*, vel ſimile quid, vel *illi exciderint, & in quam recidendum ſit:* ita ſæpe in una periodo diverſæ & contrariæ ſignificationis verbum ad utrumque extendit ſuam vim. Vid. Manut. ad Cicer. pro Quinct. cap. 26. & ad lib. v. ad famil. Ep. 4. ſimile fere illud Cicer. ad Att. x. Ep. 4. *Sed ne fortunam quidem ipſam, qua illi florentiſſima, nos duriore conflictari videmur. Qua illi*, ſcilicet uſi ſunt: forte reſpexit perorationem Ciceronis pro Sextio, ubi Cicero: *Multo mihi, multo, inquam, judices, præſtat in eamdem illam fortunam recidere*, &c. BURMAN.

110. *Liberi, dico, & parentes.*] Hoc quidem in loco verbum *dico* æquivalet τῷ *inquam* & ſignificat *id eſt*: unde non regit accuſativum, immo nihil regere videtur. CAPP.

111. *Nonnunquam etiam.*] Cicero in Oratione pro Milone, Milonem ſemper inducit fortem, conſtantem, & magnanimum. Illi igitur preces non conveniebant: itaque Cicero decorum ſervavit, & ſuam perſonam in Milonis locum ſubſtituit, hocque modo implevit affectus. TURNEB. *Etiam & ipſe.*] *Etiam ipſe;* V. C. Alm.

112. *Patronus.*] Ὁ τοῦ rei defenſor: quo ſenſu patronus actori, ſeu accuſatori opponitur. Alias patronus dicitur quicumque agendam in foro *cauſam* ſuſcipit. CAPPER.

113. *O me miſerum!*] *O te;* V. C. Alm.

114. *Renovare tu me.*] *Revocare* emendate legitur in Oratione pro Milone cap. 37. REGIUS.

115. *Non convenient.*] *Non conveniunt;* V. C. Alm.

116. *Pro capite ſuo.*] Pro ſalute ſua, pro conſervanda vita. CAPPER.

117. *Ex illa præſtantia.*] *Ex ipſa præſtantia;* V. C. Alm.

118. *Utiles ſunt proſopopœiæ.*] Nomine *proſopopœiæ* quamcumque orationem intelligit, quæ ſub aliena dicitur perſona: itaque complectitur *ethopœiam*, *idolopœiam*, & eam, quam peculiari nomine *proſopopœiam* vocamus, quæ mutis rebus accommodat ſermonem. TURNEB.

119. *Id eſt, fictæ.*] *Id eſt, factæ;* V. C. Alm.

120. *Quales litigatorem decet vel patronum, unde tamen res movent.*] Tot mendis implicitus eſt hic locus, ut neque integer ſenſus elici poſſit, neque commode emendari; non quod non videam, *decent*, numero plurali, eſſe legendum; ſed quia *nudæ*, loco illius *unde* videtur eſſe legendum, & *ipſas*, ut referatur ad res, non *ipſos*, hoc modo: *Nudæ tamen res movent, aut cum ipſi loquimur, aut cum ipſas loqui fingimus.* REGIUS. *Quales litigatorem decet, vel patronum: Nude tantum*, &c. Ald. Baſil. reliquæ editiones; *decent & mutæ docent & mutæ;* marg. Baſil. *aut cum ipſi loquimur;* Locat. Ald. Gryph. Vidov. ego mallem *nudæ*, vel *mutæ*, *tantum res movent, aut cum ipſi cum ipſis loquimur, aut cum ipſas loqui fingimus.* Rollinus etiam malebat pro *litigatorem*, *litis actorem;* quia ſæpe accuſator patronum, patronus accuſatorem loquentes inducunt, ut apud Cicer. v. Ver. cap. 1. & pro Muræn. 9. ſed illud *litis actor* mihi minime placere poteſt. BURMAN.

121. *Cum ipſis loquimur.*] Per figuram, cui nomen *apoſtrophe*, ἀποστροφή. CAPPER.

122. *Ipſas loqui fingimus.*] Per *proſopopœiam*, προσωποποιΐαν. CAPPER.

123. *Tanto ſunt quadam ſua portione ad efficiendum.*] *Afficiendum* legendum. REGIUS. *Sua* non habent Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Gryph. Steph. Colin Obrecht. *afficiendum;* Gryph. Colin. Steph. Vaſc. Rollin. quorum lectionem ideo alteri prætulimus, quod hic de afficiendo, ſeu de movendis affectibus potiſſimum agatur. CAPPER.

124. *Sub perſona valet.*] Quia perſona repræſentat ſimilitudinem illius, cujus perſonam hiſtrio ſuſtinet: quocirca videtur homo ille, non autem hiſtrio loqui. TURNEB.

125. *Verba convenientes.*] Copula & iterum adſcribenda, ut legatur *& convenientes.* REGIUS.

126. *O fruſtra.*] Eſt ex Oratione pro Milone cap. 34.

127. *Cogitationes meæ.*] *Inanes;* MSS. Alm. Voſſ. ſecund.

128. *Nunquam debet eſſe longa miſeratio, &c.*] Cicero in *Partit.* cap. 17. *Cito areſcit lacryma, præſertim in alienis ma-*

longa miſeratio; nec ſine cauſſa dictum eſt: *Nihil facilius, quam lacrymas, inareſcere.* Nam, [129] cum etiam veros dolores mitiget tempus, citius evaneſcat neceſſe eſt illa, quam dicendo effinximus, imago: in qua ſi moramur, lacrymis fatigatur auditor, & requieſcit, & ab illo, quem ceperat, impetu [130] ad rationem redit. Non patiamur igitur frigeſcere hoc opus; & affectum, cum ad ſummum perduxerimus, relinquamus; nec ſperemus fore, [131] ut aliena quiſquam diu ploret. [132] Ideoque cum in aliis, tum maxime in hac parte debet creſcere oratio; quia, quidquid [133] non adjicit prioribus, etiam [134] detrahere videtur; & facile deficit affectus, qui [135] deſcendit. [116] Non ſolum autem dicendo, ſed etiam faciendo quædam, lacrymas movemus: unde & [117] producere ipſos, [138] qui periclitentur, ſqualidos atque deformes, & liberos eorum ac parentes, [119] inſtitutum; & ab accuſatoribus oſtendi cruentum gladium, [140] & lecta e vulneribus oſſa, & veſtes ſanguine perfuſas videmus, & vulnera reſolvi, [141] ac verberata corpora nudari. Quarum rerum ingens plerumque vis eſt, velut in rem præſentem [142] animos hominum ducentium. [143] Et populum Romanum egit in furorem prætexta Caii Cæſaris prolata [144] in foro cruenta. Sciebatur interfectum eum, corpus denique ipſum [145] impoſitum lecto erat: [146] veſtis tamen illa, ſanguine madens, ita repræſentavit imaginem ſceleris, ut non occiſus eſſe Cæſar, ſed tum maxime occidi videretur. Sed non ideo probaverim, quod factum & lego, & ipſe aliquando vidi, depictam tabulam [147] ſupra Jovem in imaginem rei, cujus atrocitate judex erat commovendus. [148] Quæ enim

lis: quod ab eo ſumens Cornificius, *Commiſerationem*, inquit, *brevem eſſe oportet. Nihil enim lachryma citius areſcit.* Auctor. ad Herenn. lib. II. cap. 31. Vide Ludovici Creſollii Vacat. Autumn. lib. III. pag. 687. PAREUS. Julius Severian. *Syntom.* Rhetor. de *Epilogis*: *Epilogos de omni cauſſa capies, & maxime quam miſericordiam movere poſſe perſpexeris: qui tamen erunt breves, nec diu perſequendi; nam lacrymis comparati ſunt, quibus nihil citius areſcit.* ALMELOV. Cicero I. de *Invent.* cap. ult. de Julii Severiani *Syntom.* Rhetor. Vide quæ ſupra notavimus ad lib. V. cap. XII. circa finem. CAPPER.

129. *Cum etiam veros dolores mitiget tempus.*] Cicero Tuſcul. III. cap. 7. *Eſt enim tarda illa quidem medicina, ſed tamen magna, quam adfert longinquitas & dies.* Vide Jani Gebhardi Animadverſion. ad Propertii lib. III. Eleg. 20. verſ. 32. Plinium lib. VIII. Epiſt. 2. PAREUS. *Veros dolores.*] Ut Sulpitius ait ad Cicer. lib. IV. Famil. Epiſt. 5. *Nullus dolor eſt, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat;* &, ut ait Euripides, χρόνος μαλάξει. TURNEB.

130. *Ad rationem redit.*] Unde eleganter Plinius lib. II. Epiſt. XI. *Adnotatumque experimentis, quod favor & miſericordia acres & vehementes primos impetus habent, paulatim conſilio & ratione quaſi reſtincta conſidunt. Unde evenit, ut, quod multi clamore permiſto tuentur, nemo tacentibus cæteris dicere velit; pateſcit enim, cum ſeparaveris a turba, contemplatio rerum, quæ turba teguntur.* TURNEB. Ovid. Remed. Amor. 10.

Et quod nunc ratio eſt, impetus ante fuit.

131. *Ut aliena aliquis quamdiu ploret.*] *Quam* particulam expungendam eſſe facile ſentiet, qui non ignorat, *quam* in augmenti ſignificatione, non *poſitivo*, ſed *ſuperlativo* copulari ſolere. REGIUS. *Ut aliena aliquis quamdiu ploret;* Locat. *ut aliena mala aliquis diu deploret;* Ald. *ut aliena quiſquam diu ploret;* Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *ut aliena mala quiſquam diu ploret;* edit. Obrecht.

132. *Ideoque cum aliis.*] *In* præpoſitio adſcribatur, ut *cum in aliis* legatur. REGIUS.

133. *Non adjicit.*] Hoc eſt, non auget, non amplificat, non dat incrementum. CAPPER.

134. *Detrahere.*] Minuere, deprimere, extenuare, quæ prius dicta ſunt. CAPPER.

135. *Deſcendit.*] Decreſcit, minuitur, extenuatur, &c. CAPPER.

136. *Non ſolum autem.*] Affectus moventur rebus & verbis. Verba ſignificant, res oſtendunt: utriuſque idem eſt propoſitum: non tamen eadem tractatio & imitatio, ut hoc capite docebit. TURNEB. Hic in Voſſ. erat titulus præſcriptus: *De affectibus capitulum.*

137. *Producere.*] *Perducere;* Voſſ. ſec.

138. *Qui periclitentur.*] Ita Græci dicerent κινδυνεύωσι; ſupple, *in judicio*: qui ſcilicet veniant in periculum vitæ, vel famæ, vel rei familiaris amittendæ. CAPPER.

139. *Inſtitutum.*] Eſt hoc in more poſitum, mos eſt, uſus obtinuit, &c. CAPPER.

140. *Et lecta eſt vulneribus.*] E præpoſitio, loco *eſt* verbi, reponenda videtur. REGIUS. Sed quæ, quæſo, oſſa e vulneribus leguntur? legendum, *e funeribus*: has vero voces paſſim confudiſſe librarios ſæpe deprehendi, ut apud Virg. II. Æneid. 361. 561. Ovid. XI. Epiſt. 125. & alibi. BURMAN.

141. *Ac verberata.*] *Ac* deeſt in V. C. Alm.

142. *Animos hominum dicentium.*] Loco *dicentium*, *ducentium* legatur; ita namque ſenſus expoſcit. REGIUS. *Dicentium;* Locat.

143. *Et populum Romanum.*] M. Antonius, interfecto Cæſare, concionem habuit apud populum, veſtemque Cæſaris, in qua confoſſus fuerat, pilo impoſitam porro oſtendit, atque ita commovit, ut populus ſtatim impetum faceret in ædes conjuratorum. TURNEB. Suet. in vita Cæſaris cap. 84. & Appianus lib. II. Bel. civil.

144. *In foro cruenta.*] *In funere cruenta;* V. C. Alm.

145. *Impoſitum lecto erat.*] Lectis olim efferebantur cadavera, interdumque in ornamentum lectuli plures ponebantur: adeo ut in funere ſexcentos aliquando fuiſſe legamus. TURNEB.

146. *Veſtis tamen illa.*] *At veſtis;* Locat. Ald. repetita particula ex ultima ſyllaba ꝑ *erat.*

147. *Supra Jovem.*] Duplex hic poterit accipi intellectus; quod ſcilicet & ipſum Jovem tanquam facti teſtem ſubjunxerint; vel quod depictam tabulam ſupra Jovis ſtatuam in Capitolio oſtenderint. Neque enim quiſquam commiſſurus videtur, ut mendacii & ſceleris ſui Deos velut probatores inducere audeat; maxime cum Homerus graviter plane ſcribat, Deos ipſos ad nullum malum conſtanter auxiliaturos. MOSELLANUS. In foro Romano ſtatua Jovis erat poſita, ut ex numinis religione ſanctius judices ſententiam ferrent. TURNEB. Is locus in foro, de quo Caſaubon. ad Perſ. Sat. I. pag. 128. COLOMESIUS. *Supra Jovem imaginem;* V. C. Alm. *ſupra Jovis imaginem;* marg. Gryph. Nihil de hoc ritu, neque de Jovis ſtatua in foro, ad admonendos judices, poſita reperi apud veteres; neque Turnebus, neque Caſaubonus aliquid auctoritatis ad hoc perſuadendum adduxerunt: niſi ſtatuamus, tabulam hanc ſupra Jovis ſtatuam, quæ cum reliquorum XII. Deorum Conſentium ad forum erat, teſte Varrône lib. I. de R. R. cap. I. poſitam: ſed quid ibi tabella ad judices, qui plerumque in Baſilicis, vel aliis in locis ſedebant, &, cum tempore Fabii in ipſo Senatu *cauſſæ* capitales agerentur, commovendos facere poſſit, non video; aut qua ratione judicum oculis exponi ita poſſet: forte ſimile hoc commentum illi, quod jactatur de Marſyæ ſtatua, de qua egimus ad Petron. cap. XXXVI. quare corruptum locum puto, &, niſi imaginem Jovis, ut juſtitiæ præſidis (de quo vide Græv. Lect. Heſiod. I. & Spanh. ad Callim. Hymn. in Jov. 82.) ante tribunalia omnia fuiſſe ſtatuamus, loco *Jovem* aliud reponendum, ſed quod nunc non ſuccurrit. BURMAN.

148. *Quæ enim erit.*] *Quæ enim eſt;* V. C. Alm. Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. Vidov. Oxon. Obrecht. marg. Baſil. *eſt* deerat in Voſſ. ſecund. ſed eleganter utuntur Ve-

eſt actoris infantia, [149] qui mutam illam effigiem magis, quam orationem, pro ſe putet locuturam? At [150] ſordes, & ſqualores, [151] & propinquorum quoque ſimilem habitum ſcio profuiſſe, & magnum ad ſalutem momentum preces attuliſſe. Quare & obſecratio illa judicum *per chariſſima pignora*, utique ſi & reo ſint liberi, conjux, parentes, utilis erit. Et deorum etiam invocatio, velut ex bona conſcientia profecta videri ſolet. Stratum denique jacere, & [152] genua complecti: [153] niſi ſi tamen perſona nos, & anteacta vita, & [154] Rei conditio prohibebit. [155] Quædam enim tam fortiter tuenda, quam facta ſunt. Verum ſic eſt habenda [156] auctoritatis ratio, ne ſit inviſa ſecuritas. [157] Fuit quondam inter hæc omnia [158] potentiſſimum id, quo [159] Lucium Murænam Cicero accuſantibus clariſſimis viris eripuiſſe præcipue videtur. [160] Perſuaſit enim, nihil eſſe ad præſentem rerum ſtatum utilius, quam [161] pridie Calend. Januarias ingredi conſulatum. [162] Quod genus noſtris temporibus totum pene ſublatum eſt, cum omnia curæ [163] tutelæque unius [164] innixa periclitari [165] nullo judicii exitu poſſint. De accuſatoribus & reis ſum locutus, quia [166] in periculis maxime verſatur affectus. [167] Sed privatæ quoque *cauſſæ* utrumque habent *perorationis* genus; & illud, [168] quod eſt ex enumeratione probationum; & hoc, quod ex lacrymis; ſi aut [169] ſtatu periclitari, aut [170] opinione litigator videtur. Nam [171] in parvis quidem litibus has tragœdias movere tale eſt, [172] quale ſi perſonam Herculis & [173] cothurnos aptare infantibus velis. Illud ne indignum quidem admonitione; [174] ingens in *epilogis*, meo judicio, verti diſcrimen, quomodo ſe dicenti, qui excitatur, accommodet. Nam & imperitia, & ruſticitas, & [175] rigor, & deſor-

teres illo *erit*, etiam ubi *eſt* videtur requiri. Terent. Eunuch. IV. 5.

Verbum hercule hoc verum erit;
Sine Cerere & Libero friget Venus:

ubi *eſt* alii codices: ſed vide Faern. & Guiet.

149. *Qui mutam.*] *Quæ;* V. C. Alm.

150. *Sordes & ſqualores.*] Qui enim factus erat reus, veſtem mutabat, alba toga depoſita induebat atram, barbam capillumque promittebat, ſeu creſcere temere ſinebat, ſqualorem contrahebat, &c. CAPPER.

151. *Et propinquorum quoque*] Solebant quoque propinqui reorum habitum mutare, ſordidatique populum prenſare, judicumque miſericordiam captare. Hac de re vide Budæum in poſter. annot. in Pandect. TURNEB.

152. *Genua complecti.*] Plinius docet, in auriculis poſitam eſſe memoriam, ut in genibus miſericordiam: quapropter ſupplices ſolent aliorum genua amplexari. TURNEB.

153. *Niſi tamen.*] *Niſi ſi tamen;* V. C. Alm. & ita ſupra jam ſcribendum ſæpius docuimus.

154. *Rei conditio.*] Τοῦ φεύγοντος, ejus, qui vocatur in judicium, &c. CAPPER.

155. *Quædam enim tam fortiter.*] Ut Milonem non debuit Cicero ſupplicem facere, quoniam fortiter ſe feciſſe dicebat, interficiendo inſidiatorem. TURNEB.

156. *Auctoritatis ratio.*] *Auctoritas, exiſtimatio:* marg. Baſil.

157.] *Fuit quondam.*] Cum eſſet nondum oppreſſa Catilinæ conjuratio, eſſetque Cicero in exitu ſui conſulatus, ſuaſit optimum eſſe, ut conſules deſignati inirent magiſtratum quam primum, ne illis conſulatum præriperet Catilina. TURNEB.

158. *Potentiſſimum id.*] *Id* non habent MSS. Alm. Voſſ. ſecund.

159. *Lucium Murænam.*] Cicero ipſe pro Flacco cap. 39. ait, ſe defendente Murænam ob metum, ne rempubl. Catilina opprimeret, fuiſſe abſolutum. REGIUS. Et in ipſa oratione pro Muræna 37. ſic habet: *Magni intereſt, judices, idque ego multis repugnantibus egi, atque perfeci, eſſe Kalendis Januar. in Republica duo Conſules.* CAPPER.

160. *Perſuaſit enim.*] *Perſuaſitque;* Voſſ. ſecund.

161. *Pridie Kalendas Januarias.*] Longe ante deſignabantur conſules, quam inirent magiſtratum. Inibant autem magiſtratum Cal. Januariis, ac tum juſtum habebant imperium, & imperii faſces. TURNEB. Cæterum in Ciceronis Orat. pro Muræna 37. & pro Flacco 39. legitur: *Kalendis Januariis*, abſque τοῦ *pridie*. CAPPER.

162. *Quod genus.*] Aſſentatur Domitiano Fabius; ſignificat enim reipubl. periculum imminere non poſſe, ſi Coſ. antequam magiſtratum ineat, damnetur; cum ea ſub Domitiano principe orba eſſe non poſſit, a quo uno commode regeretur, etiam ut nulli eſſent conſules. TURNEB. *Quod genus.*] Subauditur, *defenſionis*, quaſi ſcripſiſſet Fabius: *quæ* ſ. *rei defendendi ratio nunc ſublata eſt.* CAPPER.

163. *Tutelæ unius.*] Imperatoris Domitiani, mutato Reipublicæ ſtatu in Monarchiam jam inde a Julii Cæſaris temporibus. CAPPER.

164. *Innixa.*] *Enixa;* Steph.

165. *Nullo judicii exitu.*] Sive damnetur, ſive abſolvatur. TURNEB. *Nullo judicii.*] Quemcumque tandem exitum, ſive finem habeant publica judicia. CAPPER.

166. *In periculis.*] Vitæ, famæ, rei familiaris & fortunarum, quæ in publicis illis judiciis valde periclitabantur. CAPPER.

167. *Sed privatæ, &c.*] Tamen *cauſſæ* privatæ, aut magna ex parte affectibus carent, aut habent affectus leniores. TURNEB. *Privatæ quoque cauſſa.*] Nam quæ ſpectant accuſatores & reos, ea fere pertinent ad publica judicia: cujuſmodi apud Romanos olim exercebantur. CAPPER.

168. *Quod eſt ex enumeratione probationum.*] Hoc ipſum eſt, quod hujus capitis initio vocavit, *rerum repetitionem & congregationem, quæ Græce dicitur ἀνακεφαλαίωσις, a quibuſdam Latinorum* enumeratio, &c. CAPPER.

169. *Statu.*] De dignitate. TURNEB. Finge etiam *cauſſam* agi *liberalem*, in qua videlicet de conſervanda cujuſpiam libertate, vel de exuenda ſervitute lis moveatur. CAPPER.

170. *Opinione.*] Bonæ exiſtimationis. TURNEB.

171. *In parvis litibus tragœdias movere.*] Cicer. II. de Orat. cap. 51. *Equidem primum conſiderare ſoleo, poſtuletne cauſſa: nam neque parvis in rebus adhibendæ ſunt hæ dicendi faces, neque ita animatis hominibus, ut nihil ad eorum mentes oratione flectendas proficere poſſimus; ne aut irriſione, aut odio digni putemur, ſi aut tragœdias agamus in nugis, aut convellere ordiamur ea, quæ non poſſunt commoveri.* Longin. περὶ ὕψους ſect. 30. ἐπὶ τοῖς μικροῖς πράγμασι περιτιθέναι μεγάλα καὶ σεμνὰ ὀνόματα, ταὐτὸν ἂν φαίνοιτο, ὡς εἴ τις τραγικὸν προσωπεῖον μέγα παιδὶ περιθείη νηπίῳ. *Minutiſſima enim quæque magnis & gravibus verbis exprimere, perinde eſt, ac ſi quis tragicam magnamque perſonam puero alicui vel infanti tribuerit.* Adde his, quæ habet Lucianus de conſcribenda hiſtoria, pag. 667. edit. Benedicti. ALMEL.

172. *Quale ſi.*] *Quaſi ſi perſonam.* Locat. Ald. Ven.

173. *Cothurnos aptare.*] [illegible] proverbiale eſt, ut refert Eraſmus, ſub titulo *Abſurda.* Uſurpaturque, cum rei parvæ aliquid maximum, quod minime deceat, accommodatur: ductum eſt ab hiſtrionibus, quibus perſona, quæ repræſentat Herculem, imponitur in tragœdia: ſed, quemadmodum altus fuit Hercules, ita hiſtrio procerus eſſe debet, qui illius perſonam ſuſtinet. TURNEB.

174. *Ingens verti diſcrimen.*] Intereſſe plurimi ac referre, maximi ad rem eſſe momenti. CAPPER.

175. *Rigor.*] Eſt, opinor, habitus σχῆμα illius, qui dicenti hujuſque conſilio accommodare ſe nequeat; ducta *metaphora* a lignis rigidioribus, quæ flecti ad libitum non poſſunt. CAPPER.

mitas afferunt interim frigus ; diligenterque hæc ſunt actori providenda. Equidem [176] repugnantes eos patrono, & nihil vultu commotos, & intempeſtive ridentes, & facto aliquo, vel ipſo vultu [177] riſum moventes ſæpe etiam vidi; præcipue vero, cum aliqua [178] velut ſcenice fiunt. Tranſtulit patronus aliquando puellam, quæ ſoror eſſe adverſarii dicebatur, (nam de hoc lis erat) [179] in adverſa ſubſellia, tanquam in gremio fratris relicturus : at is a nobis præmonitus [180] diſceſſerat. Tum ille, alioqui vir facundus, inopinatæ rei caſu obmutuit, & infantem ſuam frigidiſſime reportavit. Alius imaginem mariti pro rea proferre [181] magni putavit : at ea ſæpius [182] riſum fecit. Nam & ii, [183] quorum officii erat, ut traderent eam, ignari qui eſſet *epilogus*, quoties reſpexiſſet patronus, offerebant palam; & prolata noviſſime, [184] deformitate ipſa ([185] nam ceris cadaver attulerant infuſum) præteritam quoque orationis gratiam perdidit. Nec ignotum quid Glyconi, cui [186] Spiridion fuit cognomen, acciderit. Huic puer, quem in jus productum, quid fieret, interrogabat, [187] ex pædagogo ſe vellicari reſpondit. Sed nihil illa contra [188] Cepaſios Ciceronis fabula efficacius [189] ad pericula *epilogorum.* Omnia tamen [190] hæc tolerabilia, quibus [191] *actionem* mutare facile eſt : at, qui a ſtylo non recedunt, aut conticeſcunt ad hos caſus, aut frequentiſſime falſa dicunt. Inde eſt enim : *Tendit ad veſtra genua ſupplices manus*; & : *Hæret in complexu liberorum miſer*; & : *Revocat ecce me* : etſi nihil horum is, de quo dicitur, faciat. [192] Et e ſcholis hæc vitia, in quibus omnia libere fingimus, & impune; quia [193] pro facto eſt, quidquid volumus : non admittit [194] hoc idem veritas fori.

176. *Repugnantes eas patrono.*] Depravatus quidem hic locus eſt : ſed ſi *eos* legerimus, emendatur; ut eos, qui excitandi ſunt, intelligamus, hoc eſt, judices, qui, ſi oratori repugnabunt, aut intempeſtive ridebunt, minime afficientur. REGIUS. Significat Fabius eum, qui producitur, ſeſe debere orationi dicentis accommodare; ut, ſi oratio moveat miſericordiam, videatur ipſe miſerabilis; alioqui enim ſummopere nocebit. TURNEB. Rectius Turnebus illos intelligit, qui in judicium ad miſericordiam movendam producuntur, quam judices, ut Regius fecit; nec *excitare* hic notat *commovere*, ſed in judicio *jubere ſurgere* eos, quos adduximus, (ut mox *excitati rei facies*) qui ſi vultu læto & ridenti ſunt, dum orator lacrymis utitur & obſecratione, ipſi repugnant : cæterum in V. C. Alm. erat, *intempeſtive reſidentes* : quod & agnoſcunt Voſſ. ſecund. Ald. & marg. Baſil. quod non plane abjiciendum, cum reſpondere poſſet *his qui excitantur*, ſi *reſident*, id eſt, ſecuri, otioſi, quaſi res ad illos non attineret, ſedeant; riſum movent, non miſericordiam. BURMAN.

177. *Riſum moventes ſæpe etiam vidi.*] *Riſum etiam moventes ſæpe vidi*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund.

178. *Velut ſcenice fiunt alias cadunt.*] Heic duo ultima verba imperite ſatis mihi adſcripta videntur ab eorum aliquo, qui in librorum marginibus ſcribere ſolebant, quæ aliter quoque legi poſſe putabant : librariorum autem imperitia de margine in contextum ipſum ſunt tranſlata. Quare omnino ſunt eradenda. REGIUS. Leguntur ea in MS. Bal. Locat.]Ald. *alia cadunt*; Vallæ liber, & MSS. Alm. Voſſ. ſecund. *velut ſcenice cadunt*; marg. Sichard. Baſil. Gryph.

179. *In adverſa ſubſellia.*] Reus erat in ſubſelliis dextris; accuſator in ſubſelliis ſiniſtris. Igitur tranſtulit puellam patronus a ſuo ſubſellio ad ſubſellium adverſarii, ut affectum moveret. TURNEB.

180. *Deceſſerat.*] *Diſceſſerat*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Ald. Colin. *deceſſerat*; Steph. Vaſc. Rollin.

181. *Magni putavit.*] Magni putavit ad obtinendam *cauſſam* eſſe momenti. CAPPER.

182. *Riſum fecit.*] Porro docebit Fab. in ſequentibus, nihil eſſe melius ad ſolvendum affectum, quam riſum. TURNEB.

183. *Quorum officii erat.*] *Officio*; V. C. Alm.

184. *Deformitate ipſa.*] *Deformante ipſa natura ceris cadaver infuſum, præteritam*; Voſſ. prim.

185. *Nam ſenis cadaveri infuſa.*] *Nam ceteris cadaver intulerant infuſum*; Vallæ lib. ut in notis Aſcenſii legitur, ſed vitioſe pro *ceris*. *Nam ſenis cadaver attulerant*; Vidov. *nam ceris cadaver attulerant infuſum*; MS. Colbert. Colon. Steph. marg. & ita Turneb. lib. XXIX. Adverſ. cap. 13. ego mallem (*nam ſenis cadaveri cera infuſa.*) BURMAN. Hoc intelligendum videtur de *typo*, ſive *protypo*. Scribit enim Plinius lib. XXXV. cap. 12. in hunc modum : *hominis imaginem gypſo ex ipſius facie cera infuſa formæ exprimebant* : præterea apud Romanos (ut alio loco docet Plinius) *imagines e cera fiebant, ac expreſſi cera vultus ſingulis ponebantur armariis.* Igitur intelligendum eſt juvenculam fuiſſe uxorem. Cum igitur prolata eſſet imago mariti ſenis, id affectum non movebat; quia lætandum videbatur uxori, quod maritum ſenem perdidiſſet. TURNEB.

186. *Spiridion.*] Forte quod ſimilis eſſet quadamtenus ſpiræ, aut reſticulæ obvolutæ, ex gracilitate & curvitate corporis. TURNEB. *Spiridon*; Voſſ. ſecund. ego crederem hoc cognomen ipſi a ſpiris, ſive voluminibus ſerpentum inditum; vel forte quod ſerpentis in modum corpore, aut geſtibus varia volumina effingebat; vel a calliditate, vel alia ignota de cauſſa. Et fortaſſe ex hujus Glyconis nomine impoſtor ille Alexander ſerpenti ſuo Glyconis nomen indidit, de quo plurima Lucianus in *Pſeudomanti*, & qui voluminibus & ſpiris in ſe tortis conſpicitur in nummo Imperatoris Veri, quem Morellus ſpecimine rei numm. pag. 132. protulit & illuſtravit : cæterum poſt hæc in codice, quem Francius habuit, erat lacuna duorum minimum foliorum. BURMAN.

187. *Ex pædagogo ſe vellicari.*] Puero additus fuerat pædagogus, a quo vellicaretur, cum flendum eſſet ad miſericordiam movendam. Igitur cum debuiſſet reſpondere puer, ſe flere ob calamitates patris; dixit ſe flere, quia pungeretur a pædagogo. TURNEB. *Ex* hic pro *a* poni Aſcenſius notat; & recte, ut puto : ita Flor. lib. III. cap. 16. *In eo tumultu regem ſe ex ſatellitibus ſuis appellatum lætus accepit* : & eo refer illud lib. II. cap. 6. *Hinc illud ex populo, ut Imperii ſcutum vocaretur.* BURMAN.

188. *Cepaſios.*] In oratione pro Cluentio cap. 21. de quo Fabius lib. IV. & paulo poſt aget. TURNEB.

189. *Ad pericula epilogorum.*] Ut quis proſperum habeat ſucceſſum in *epilogis*, ubi maximum eſt *cauſſæ* periculum. CAPPER.

190. *Hæc tolerabilia.*] Subintellige, iis oratoribus, vel *cauſſarum* actoribus, patronis, &c. CAPPER.

191. *Actionem mutare.*] Oratores, qui valent extemporali facundia, hoc vitium emendare poſſunt ex tempore : at, qui nihil niſi compoſitum ad *cauſſas* afferunt, tum obmuteſcunt, qui a *ſtylo non recedere* dicuntur, hoc eſt a præſcripta domi præmeditataque oratione. TURNEB. *Actionem mutare.*] Hoc eſt, aliter dicere, ſeu in foro pronunciare, quam domi ſcripſerint. CAPPER.

192. *Et e ſcholis.*] In *declamationibus* orator hæc omnia ad voluntatem fingit : at non eadem eſt libertas in foro; illic enim dumtaxat, quod fit, dicendum eſt. TURNEB. *Et* non habet Voſſ. ſecund.

193. *Pro facto eſt.*] Habetur quaſi verum, &, ut aiunt, *reale* factum; ſic exiſtimatur, quaſi revera contigiſſet. CAPPER. *Pro facto eſt.*] *Profecto eſt*; Voſſ. ſecund. male : ita Ovidius II. Amor. XIII. 6.

Eſt mihi pro facto, ſæpe quod eſſe poteſt. BURMAN.

194. *Hoc idem veritas.*] Addunt quidam *fori*. ASCENS. *Veritas fori* alii : ſed *fori* deeſt in MSS. Colb. Voſſ. ſec.

Egregieque [195] Caſſius Severus dicenti adoleſcentulo : *Quid me torvo vultu intueris, Severe?* [196] *Non me hercule*, inquit, *faciebam*; [197] *ſed ſic ſcripſiſti*, [198] *ecce*; &, quam potuit, truculentiſſime eum aſpexit. Illud præcipue monendum, [199] ne quis niſi ſummis ingenii viribus ad movendas lacrymas aggredi audeat. Nam, [200] ut eſt longe vehementiſſimus hic, cum invaluit, affectus; ita, ſi nihil efficit, tepet: quem melius [201] infirmus actor tacitis judicum cogitationibus reliquiſſet. Nam & vultus, & vox, & ipſa illa [202] excitati rei facies, ludibrio etiam plerumque ſunt hominibus, quos non permoverunt. Quare metiatur ac [203] diligenter æſtimet vires ſuas [204] actor; &, [205] quantum onus ſubiturus ſit, intelligat. Nihil habet iſta res medium, ſed aut lacrymas meretur, aut riſum. [206] Non autem commovere tantum miſerationem, ſed etiam [207] diſcutere, *epilogi* eſt proprium, cum oratione continua, quæ motos lacrymis judices [208] ad juſtitiam reducat, tum etiam quibuſdam urbane dictis; quale eſt: *Date puero panem, ne ploret*; & corpulento litigatori, cujus adverſarius, item puer, circa judices erat, [209] ab advocato latus : [210] *Quid faciam? ego te bajulare non poſſum.* Sed hæc tamen [211] non debent eſſe mimica. Ita [212] neque illum probaverim, [213] qui inter clariſſimos ſui temporis oratores fuit, qui, [214] pueris in *epilogum* productis, [215] talos projecit in medium, quos illi diripere cœperunt. Namque hæc ipſa diſcriminis ſui ignorantia potuit eſſe miſerabilis. Neque illum, qui, cum eſſet cruentus gladius ejus ab accuſatore prolatus, quo is hominem probabat occiſum, ſubito ex ſubſelliis ut territus fugit, &, [216] capite ex parte velato, [217] cum ad agentem ex turba proſpexiſſet, interrogavit, an jam ille cum gladio receſſiſſet. [218] Fecit enim riſum, ſed ridiculus fuit. [219] Diſcutiendæ tamen oratione hujuſmodi ſcenæ. Egregieque Cicero, qui [220] & contra imaginem Saturnini pro Rabirio graviter; & contra juvenem, cujus ſubinde vulnus in judicio reſolvebatur, [221] pro Vareno multa dixit urbane. [222] Sunt & illi [223] leniores *epilogi*, quibus adverſario ſatisfacimus; [224] ſi forte

195. *Caſſius Severus.*] *Severus* omittunt Locat. Ald. Par. Vaſc. Steph. Sich. Baſil. Gryph. Colin.

196. *Non me Hercules quidni faciam.*] Emendate hoc in aliis exemplaribus legitur : *non me Hercle, inquit, faciebam.* REGIUS. *Quidni faciam;* marg. Baſil. *quidni faciebam;* Voſſ. ſec.

197. *Sed ſic ſcripſiſti.*] Minime notavit ſcriptam illius adoleſcentis orationem; nec enim hoc dixerat, quia torve inſpexiſſet Severus; ſed quia ita domi orationem compoſuerat. TURNEB. Forte, *ſed ſi ſic ſcripſiſti, ecce.* BURMAN.

198. *Ecce.*] Id eſt, quia tua in oratione ſcripſiſti, quod mox dicebas, oportet ut, quod dixiſti, geſtu ipſo exprimam : itaque, *Ecce ego te truculentiſſime aſpiciam* : quod & fecit Caſſius. CAPPER.

199. *Nec quid niſi.*] *Ne quis* legendum. REGIUS.

200. *Ut eſt longe vehementiſſimus hic animi invaluit.*] Loco *animi*, *cum* temporis adverbium eſt reponendum. REGIUS. *Animi;* Locat.

201. *Infirmus actor.*] *Auctor*; Voſſ. ſec.

202. *Excitati.*] Quem ſua e ſede ſurgere juſſit, fecit orator, ut ſe coram judicibus ſiſteret, eoſque ſua præſentia commoveret. CAPPER. *Excitati rei facies.*] *Excitandi;* Ald. *excitatæ rei*; Voſſ. ſecund. Locat.

203. *Diligenter exiſtimet.*] *Æſtimet*, legendum eſſe cenſebit, qui quid *æſtimare*, quid *exiſtimare* ſignificet, non ignorabit. REGIUS. *Exiſtimet;* Voſſ. ſec. vide ad lib. III. 8.

204. *Actor.*] Supple, *cauſſarum* forenſium. Vulgo *advocatus.* CAPPER. *Actor.*] *Auctor;* Locat.

205. *Quantum onus.*] *Quantum oneris;* Obrecht.

206. *Non autem commovere.*] Quemadmodum in *epilogo* commovetur affectus, ita etiam ſedatur : alioqui judicis animus, miſeratione occupatus, præter juſtum judicaret: eſt igitur compoſito affectu reducendus ad rationem. Hæc eſt una ratio ſolvendorum affectuum, ut pacata rurſus compoſitaque mens tranquillitati reddatur. Fit autem hoc, vel per continuam orationem, vel per locos, de quibus nunc exempla ponit, & fuſius cap. de riſu. TURNEB.

207. *Diſcutere.*] Expellere, ſedare, ſolvere, extinguere miſerationis affectum, quem adverſarius commoverit. CAPPER.

208. *Ad juſtitiam reducat.*] Ab affectu miſerationis ad maturam ſtricti juris conſiderationem. CAPPER.

209. *Ab advocato latus.*] *Advocato latus*; Ald.

210. *Quid faciam.*] Illuſit homini corpulento, quem negavit ſe bajulare poſſe, quomodo advocatus puerum circa judices tulerat. TURNEB.

211. *Non debent eſſe mimica.*] Non debent in ſcenicam Pantomimorum ſcurrilitatem degenerare, CAPPER.

212. *Ne illum probaverim.*] *Quidem* particulam ſtyli elegantia expoſcit, ut legatur : *Itaque ne illum quidem* REGIUS. *Ita neque illum probaverim;* Ald. Baſil. Steph. Gryph Colin. Vidov. Oxon. Obrecht. ſed hæc profecta a correctoribus puto; nam veteres editiones *ne illum* : *ne* vero pro *ne quidem* poni ad Petronii cap. XLVII. probavimus poſt Munkerum : & ita lib. I. cap. 12. *nam ne ego conſumi ſtudentem in his artibus volo;* ubi etiam *nec*, vel *ne quidem* alii. BURMAN.

213. *Qui inter clariſſimos.*] *Quanquam inter clariſſimos;* Ald.

214. *Pueris productis.*] Ab adverſario; non autem ab eodem illo, qui talos projecit. CAPPER.

215. *Talos projecit.*] *Tali* ſunt oſſicula quædam in ſuffragine animalium biſulcorum, quibus ſolent pueri luſitare. TURNEB. *Talos iecit;* Voſſ. ſec. & edit. Obrecht.

216. *Capite velato.*] Ut ſolebant in ſubitis periculis, ut docent commentatores ad Petron. cap. VII. BURMAN.

217. *Cum id agendum.*] Hic quidem ſic; in aliis vero quibuſdam exemplaribus, *ad agendum* legitur : ſed neutro modo mihi ſenſus procedere videtur. Fortaſſe vero, aut *ad agentes*, aut *quid ageretur*, (quod mihi magis placet) rectius legeretur. REGIUS. *Id agendum;* Locat. Ald. *ad agendum;* Voſſ. ſec. marg. Baſil. *ad agentem;* reliquæ editiones. Aſcenſ. conjiciebat, *id agendo. Ad agentem.*] Actorem, accuſatorem, τ̃ διώκοντι. CAPPER.

218. *Fecit enim riſum, ſed ridiculus fuit.*] Eleganter iſta duo diſtinxit; nam & aliquis *facere riſum* poteſt, ut tamen ludibrio non ſit. Hic vero ludibrio fuit; *ridiculus* enim paſſive accipitur. TURNEB.

219. *Diſcutiendæ tamen.*] Antea docuit, quo pacto urbanis quibuſdam dictis diſcuti poſſet affectus; nunc quo pacto oratione perpetua: cæterum appellat *ſcenas* hujuſmodi tragœdias, quas adverſarii excitant movendis affectibus, productis quibuſdam perſonis, aut rebus quibuſdam prolatis. TURNEB.

220. *Et contra imaginem Saturnini.*] In C. Rabirii accuſatione T. Labienus L. Saturnini imaginem produxit ad movendos affectus. TURNEB. *&* non habent Ald. Baſil. *Cicero & contra*; Locat. Gryph. Colin. Vidov.

221. *Pro Vareno.*] Vide fragmenta Ciceron. oration.

222. *Sunt & illi.*] Quanquam vulgo aiunt in *exordio* leniores eſſe affectus, in *concluſione* graviores; tamen *concluſio* nonnunquam lenes habet affectus; ut, cum conciliare nobis volumus adverſarium, cum eum amice objurgamus, aut commonefacimus. TURNEB.

223. *Leniores.*] *Leviores;* Val. lib. & Voſſ. ſecund.

224. *Fortaſſe ſit ejus perſona.*] *Si* conjunctio adſcribenda

ſit ejus perſona talis, ut illi debeatur reverentia; aut quum amice aliquid commonemus, & ad concordiam hortamur: quod eſt genus egregie tractatum a [225] Paſſieno, [226] cum Domitiæ uxoris ſuæ pecuniariam litem adverſus fratrem ejus Ænobarbum ageret. Nam, quum de neceſſitudine multa dixiſſet, de fortuna quoque, [227] qua uterque abundabat, adjecit: *Nihil vobis minus deeſt, quam de quo contenditis.* [228] Omnes autem hos affectus, etiam ſi quibuſdam videntur in *prooemio* atque in *epilogo* ſedem habere, in quibus ſane ſunt frequentiſſimi; tamen aliæ quoque partes recipiunt, [229] ſed breviores, [230] ut cum ex his plurima [231] ſint reſervanda. [232] At hîc, [233] ſi uſquam, totos eloquentiæ aperire fontes licet. Nam ex his, ſi bene diximus reliqua, [234] poſſidemus jam judicum animos; [235] &, confragoſis atque aſperis evecti, [236] tota pandere poſſumus vela; &, cum ſit maxima pars *epilogi* [237] amplificatio, verbis atque ſententiis [238] uti licet magnificis, atque ornatis. Tunc eſt commovendum theatrum, quum ventum eſt ad ipſum illud, quo veteres tragœdiæ comœdiæque clauduntur, *Plaudite.* In aliis autem partibus tractandus affectus erit, [239] ut quiſque naſcetur. Nam neque [240] exponi ſine hoc res atroces & miſerabiles debent. Cum de qualitate alicujus rei quæſtio eſt, probationibus uniuſcujuſque rei recte [241] ſubjungitur. [242] Ubi vero conjunctam ex pluribus *cauſſam* agimus, etiam neceſſe erit uti pluribus quaſi *epilogis*; ut in Verrem [243] Cicero fecit. Nam & Philodamo, & navarchis, & cruciatis civibus Romanis, & aliis plurimis ſuas lacrymas dedit. Sunt qui hos μερικοὺς ἐπιλόγους vocent, [244] quo partitam *perorationem* ſignificant. [245] Mihi non tam partes ejus, quam ſpecies videntur; ſi quidem [246] hæc *epilogi* & *perorationis* nomina ipſa aperte ſatis oſtendunt, hanc eſſe conſummationem orationis.

videtur, ut legatur, *ſi forte ſit ejus perſona.* REGIUS. *Forte ſi ejus perſona;* Locat.

225. *Paſſieno.* Ille & Criſpus Paſſienus dicitur, ita ut verum nomen fuerit C. Paſſienus Criſpus, vel C. Vibius Paſſienus Criſpus, quem confundi cum Vibio Criſpo ſupra vidimus ad lib. v. cap. 13. fuit vero hic Paſſienus vitricus Neronis. Sueton. Ner. 6. Vide Schott. de Claris apud Senecam Rhetoribus in Paſſieno. BURMAN.

226. *Cum Domitiæ uxori ſuæ pecuniaria.*] Et *in* præpoſitio adſcribenda, & *uxoris* legendum videtur. REGIUS. *Uxori ſuæ pecuniaria lite a. f. e. Ær. adeſſet.* Voſſ. ſecund. *uxori pecuniaria lite, &c. ageret;* Locat. *uxoris ſuæ pecuniariam litem, &c. ageret.* Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *uxoris ſuæ pecuniarum litem ageret;* Steph. *uxoris ſuæ pecuniaria lite ageret.* Obrecht.

227. *Qua uter abundabat.*] *Uterque* legendum eſſe, aperte patet; & *vobis*, pro *nobis*. REGIUS. Notandum autem, *fortunam* hic pro pecunia & opibus dici ſingulari numero, cum frequentius *fortunas* Cicero ſoleat dicere. Vide Manut. ad Cicer. 11. ad famil. 6. BURMAN.

228. *Omnes autem hos affectus.*] Significat in omni *cauſſæ* parte locum habere affectus poſſe, dum tamen *cauſſa* ſit affectuum capax: quanquam nonnulli duas partes tribuunt affectibus, *exordium* & *concluſionem*; duas docendo deputant, *narrationem* & *confirmationem*: quod ſi verum eſt, ita intelligendum eſt, illic frequentiores, hic rariores eſſe affectus. TURNEB.

229. *Sed breviores.*] Vide cap. 10. lib. VI.

230. *Ut cum.*] Pro, *utpote cum, quandoquidem*, &c. Sic etiam lib. v. cap. x. *ad* conjecturam *plurimum confert, ut cum interim probationes inexpugnabiles afferat*, &c. CAPPER.

231. *Sint reſervanda.*] *Eruenda;* marg. Baſil. ex Vallæ libro.

232. *At hic.*] In *epilogo* videlicet.

233. *Si uſquam.*] *Sicut unquam;* Voſſ. ſecund.

234. *Poſſidemus.*] *Poſſidebimus;* Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Colin.

235. *Et confragoſis.*] *Metaphora* eſt a re nautica ducta: nam in locis ſcopuloſis & confragoſis ſolent contrahere vela nautæ, ne impetu venti impingant in ſcopulos: ſignificat autem *confirmationem* & *refutationem* minus admittere orationis ubertatem, quam *concluſionem.* TURNEB. *Confragoſius atque aſperius;* marg. Baſil. *Confragoſis atque aſperis evecti.*] Argumentationum & refutationum *locis* defuncti ac velut liberati. Hos enim Dialectices quaſi confragoſos aſperoſque ſcopulos merito dixeris. CAPPER.

236. *Tota pandere.*] *Toto ſinu pandere poſſumus vela;* Andr. *tuto pandere poſſumus;* Voſſ. ſecund. Obrecht. elegans mihi Andreanæ editionis lectio videtur; *ſinus* enim proprie de expanſo velo, ut Ovid. II. Am. XI. 38.

Impleat illa tuos fortior aura ſinus.

ut autem hic *toto ſinu*, ita Valer. Flac II. 580.

Panditur hinc totis in noctem carbaſus alis. BURMAN.

237. *Amplificatio.*] Intelligere etiam contrarium debemus, nimirum diminutionem; quia illos affectus, quos adverſarius concitavit, extenuare debemus ac ſedare. TURNEB.

238. *Uti licet.*] *Liceat;* Gryph. Vidov.

239. *Ut quiſque naſcetur.*] Nam docuit lib. IV. ſi quid miſerabile aut atrox narretur, non eſſe explicandum ſine affectibus; ſero enim tractarentur in *concluſione*, qui non eſſent poſiti in explicatione. TURNEB.

240. *Exponi.*] Hoc eſt, narrari; nam, ut lib. IV. cap. 2. patuit, *expoſitionis* nomine ſecundam orationis partem, quæ *narratio* dicitur, deſignare ſolet Fabius. Horum itaque verborum, *neque exponi ſine hoc res atroces debent*, ſenſus hic eſt, *neque narrari ſine affectu res atroces debent:* unde mox dicebat Rhetor noſter: *in aliis* [ab exordio & epilogo] *partibus tractandus affectus erit.* CAPPER.

241. *Subjungitur.*] Affectus videlicet aliquis pro rei probatæ natura & conditione. CAPPER.

242. *Ubi vero conjunctam.*] *Vero* deeſt apud Steph.

243. *Cicero.*] I. Verr. 30. V. 41. & alibi.

244. *Quo partitam orationem.*] *Perorationem* legendum; nam μερικοὶ ἐπίλογοι, particulares dicuntur *perorationes.* REGIUS.

245. *Mihi non tam.*] *Epilogi* illi, qui ſubjiciuntur ſingulis criminibus, non ſunt *epilogorum* partes quædam & quædam membra; ſed ſpecies & rationes, quæ totam *epilogi* conditionem complectuntur, & quodammodo *concluſiones* ſeu *epilogi ſpeciales.* TURNEB. *Non tam partes, quam ſpecies*] Pars differt a ſpecie. Corpus & anima ſunt hominis partes: homo & bellua ſunt ſpecies & animalis. Attamen apud Logicos ipſæ ſpecies vocantur aliquando partes *ſubjectivæ* & *potentiales*, ut ſcholaſticorum more loquar: genus autem totum *potentiale* appellatur. CAPPER.

246. *Hæc epilogi.*] *Et;* MS. Bodl. Andr. marg. Sich. Baſil. Gryph. & Obrecht.

CAPUT

CAPUT II.

De diviſione affectuum, & quomodo movendi ſint.

QUAMVIS autem pars hæc *judicialium cauſſarum* ſit ſumma, præcipueque conſtet affectibus, & aliqua de his neceſſario dixerim; non tamen potui, ac ne debui quidem locum iſtum [1] in unam ſpeciem concludere. Quare adhuc opus ſupereſt, cum ad obtinenda, quæ volumus, potentiſſimum, tum ſupradictis multo difficilius; [2] movendi judicum animos, atque in eum, quem volumus, habitum formandi, & velut transfigurandi. Qua de re pauca, quæ [3] poſtulabat hæc materia, ſic attigi, ut magis, quid oporteret fieri, quam quo id modo conſequi poſſemus, oſtenderem. Nunc altius omnis rei repetenda ratio eſt. [4] Nam & per totam (ut diximus) *cauſſam* locus eſt affectibus; & eorum non ſimplex natura, nec in tranſitu tractanda; [5] quod nihil majus afferre [6] vis orandi poteſt. [7] Nam cætera forſitan tenuis quoque & anguſta ingenii vena, ſi modo vel doctrina vel uſu ſit adjuta, generare, [8] atque ad frugem aliquam perducere queat. [9] Certe ſunt, ſemperque fuerunt [10] non parum multi, qui ſatis perite, quæ eſſent probationibus utilia, reperirent; quos equidem non contemno, ſed hactenus utiles credo, ne quid per eos judici ſit ignotum; [11] atque (ut dicam, quod ſentio) dignos, a quibus *cauſſas* diſerti docerentur. [12] Qui vero judicem rapere, & in quem vellet habitum animi poſſet perducere, [13] quo dicto flendum & iraſcendum eſſet, rarius fuit. Atque [14] hoc eſt, quod dominatur in judiciis: hæc eloquentiam regunt. [15] Namque argumenta plerumque naſcuntur ex *cauſſa*, & pro meliore parte plura ſunt ſemper: ut qui per hæc vicit, tantum non defuiſſe ſibi advocatum ſciat. Ubi vero animis judicum vis afferenda eſt, & ab ipſa veri contemplatione abducenda mens, ibi proprium ora-

Pollicetur ſe de omnibus affectuum generibus dicturum; ante tamen docet, quantum in animis hominum valeat affectus; eos deinde affectus dividit in *patheticos* & *ethicos*; quoque pacto moveantur, explicat. TURNEB.

1. *In unam ſpeciem.*] Pro *ſimpliciter* & quaſi compendio, vel ſuo numeratoque ordine, ut in lib. IV. dixit *in unam ſpeciem* pro *paucis verbis*. SICHARD.

2. *Movendi.*] Hoc *gerundium*, quod *genitivi* formam habet, regitur a præcedenti nominativo τοῦ *opus*, ſecundum hunc *ſyntaxeos* ordinem, *opus movendi animos judicum*. CAPP.

3. *Poſtulabat hæc materia.*] *Hæc* deeſt in Voſſ. prim. & Obrecht.

4. *Nam & per totam.*] Quædam *cauſſæ* ſunt *patheticæ* & *ethicæ*, quibus totis admiſceri debet affectus: alioqui (ut ſuperiori docuit cap.) non ſolum *in exordio* & *epilogo* locum habent affectus; verum etiam in cæteris partibus, dum ſint breviores. TURNEB.

5. *Quo nihil majus afferri oranti poteſt.*] Sic quidem hic legitur: recte vero a quibuſdam hoc modo: *Quo nihil majus afferre vis orandi poteſt.* REGIUS. *Quo nihil majus afferri oranti poteſt*; Locat. Vallæ liber, & marg. Steph. *Quod nihil majus afferre vis orandi poteſt*; Obrecht. cujus lectionem cæteris prætulimus, eo quod longe commodiorem & planiorem ſenſum legentibus offerret; nam *ablativus* ille caſus *quo* vulgatarum editionum, ad quid referatur, vix poteſt explicari: niſi quis forte velit *ellipticam* eſſe locutionem & ſubaudiri τὸ *negotio*, adeo ut τὸ *quo* ſcriptum ſit pro τοῦ *qua re*: ſed hæc loquendi formula videretur a Quinctilianæo candore aliena. Cæterum τὸ *quod* editionis Obrechtinæ τοῦ *quia* vel *quoniam* æquivalet. CAPPER. *Nihil majus.*] Supple, affectibus tractandis, vel affectuum tractatione. CAPPER.

6. *Vis orandi*] Hæc eſt illa δύναμις vel potius δεινότης, qua tantopere Demoſthenes excellebat. Vide Dionyſium Halicarnaſſ. περὶ τῆς Δημοσθένους λεκτικῆς δεινότητος, id eſt, *quæ quantaque ſit Demoſthenica vis orandi*. CAPPER.

7. *Nam cætera.*] Comparat hoc loco Fabius officium docendi cum affectu, quantaque ſit affectuum vis docet. Cæterum illuſtri metaphora *ingenii venam* dixit: *tranſlatio* ducta eſt a ſubterraneis aquarum conceptaculis. TURNEB.

8. *Atque frugem.*] *Ad* præpoſitio adſcribatur hoc modo, *atque ad frugem*. REGIUS. *Atque frugem*; Locat. Aſcenſ. *adque frugem*.

9. *Certe ſunt.*] Tenues oratores non ſunt vituperandi: poſſunt enim apte rem explicare & probare, quia in illis partibus tenui plerumque utimur ſtylo: non tamen poſſunt movere, quoniam motus graviori orationis ſtylo explicatur, cui non ſunt pares. TURNEB.

10. *Non parum multi.*] Pro *non pauci*: ut Cicer. pro Planc. cap. 7. *Sed ſi parum multi ſunt, qui nobilitatem ament, num iſta eſt noſtra culpa?* & cap. 30. *Quid enim? mihi ad defendendum Plancum parum multæ, parum juſtæ neceſſitudines erant familiaritatis, vicinitatis, patris amicitiæ?* ſic & noſter lib. X. cap. 1. *ſcripſit non parum multa Cornelius Celſus.* BURMAN.

11. *Atque dignos, a quibus, &c.*] Illos tenues oratores quadamtenus vituperat: poſſunt enim fungi officio litigatoris, qui *cauſſam* ſuam patrono explicat citra ullum affectum. TURNEB.

12. *Qui vero judicem rapere, &c.*] Horum verborum ſenſus attento lectori ſatis patet: ſed ſyntaxeos ratio conſtare non videtur. Burmannus pro τοῦ *rarius* legi mallet *rarus*: ſed ne ſic quidem ſana omnia: poſſet etiam facile ſuppleri τὸ *reperire* hoc modo: *Qui vero judicem rapere, & .. poſſet perducere*, &c. *rarius fuit oratorem invenire*, &c. Cæterum abſque τῶν MSS. ope nihil in textu mutare auſus ſum. Regiæ Bibliothecæ codices MSS. numero ſeptem conſului, quatuor item Colbertinos; in quibus nullam omnino textus differentiam potui deprehendere, ut neque in Campani editione facta Romæ 1470. cujus lectionem ad me Londino miſit vir doctiſſimus atque humaniſſimus Michaël Maittaire. CAPPER.

13. *Quo dicto flendum.*] Αὐτοῦ λέξαντος, ut *dictus* qui dixit; ſicut *juratus*, qui juravit: ita Rivius, vel Muretus, vel Georg. Fab. ad Terent. ſed fortaſſe, *quo audito*. GALLÆUS. Neſcio quem Terentii locum innuat, niſi forte ex Phorm. I. IV. 70. *nihil eſt dicto facilius*; ubi Faërnus, *nihil eſt facilius quam dicere*: ſed hæc longe diverſa ſunt, & *dictus* ita poſſe ſumi, vehementer dubito: *rarus* etiam mallem. BURMANNUS.

14. *Hæc eſt, quod dominetur.*] *Hoc*, & *dominatur* legendum eſſe, nemo non videt. REGIUS. *Hoc eſt, quod dominetur*; Voſſ. ſecund. Ald. Baſil.

15. *Namque argumenta.*] Lib. V. docuit Fab. argumenta non ſolum ducenda a *locis* argumentorum, qui vulgo traduntur; verum etiam a proprietate *cauſſæ*. TURNEB.

toris opus eſt. Hoc non docet litigator: hoc [16] libellis non continetur. [17] *Probationes* enim efficiunt ſane, ut *cauſſam* noſtram meliorem eſſe judices putent: [18] *affectus* præſtant, ut etiam velint. Sed id, [19] quia volunt, credunt quoque. Nam cum iraſci, favere, odiſſe, miſereri cœperint, agi jam rem ſuam exiſtimant; & [20] ſicut amantes de forma [21] judicare non poſſunt, [22] quia ſenſum oculorum premit amor; ita omnem inquirendæ veritatis rationem judex amittit occupatus affectibus; æſtu fertur, & velut [23] rapido flumini obſequitur. [24] Ita argumenta ac teſtes quid egerint, [25] pronuntiatio oſtendit: commotus autem ab oratore judex, quid ſentiat, ſedens adhuc, atque audiens confitetur. An, cum ille, qui pleriſque *perorationibus* petitur, fletus erumpit, non palam dicta ſententia eſt? Huc igitur incumbat orator, hoc opus ejus, hic labor eſt, ſine quo cætera nuda, jejuna, infirma, ingrata ſunt: adeo [26] velut ſpiritus operis hujus, atque animus eſt in affectibus. Horum autem, ſicut antiquitus traditum accepimus, duæ ſunt ſpecies; alteram Græci [27] πάθος vocant, quam nos

16. *Libellis.* Appellat *libellos*, commentarios quoſdam, qui memoriæ *cauſſa* fiunt. Suetonius appellavit *libellos memoriales*: hunc igitur locum alio loco ſic interpretatur Fabius, peſſimam eſſe conſuetudinem, qua libelli conficiuntur a litigatoribus, qui confugiunt ad patronos, aut etiam ab aliis advocatis. TURNEBUS. Et alias quaſi proverbii in ſpeciem dictum reperio pro eo, quod eſt, præceptis comprehendi non poteſt: ductum a libellis judiciariis, e quibus ſolent probationes deſumi. SICHARD. *Hoc* cauſſarum *libellis non continetur*; Locat. Ald. Par. Baſil. Colin. Aſcenſius etiam delet *cauſſarum*, & libellos Rhetorum intelligit: ſed male; ſunt enim vel libelli, qui *cauſſas* continebant, & per quos accuſatores crimina deferebant, de quibus egregie Colvius ad Apulei. Apolog. principio, pag. 232. vel in genere commentarii Oratorum, in quos argumentorum capita conjicere poterant, ſed non modum & rationem affectus movendi. BURMAN. De libellis hujuſmodi fuſius agit Fabius lib. XII. cap. 8. Rhetoris locus, ad quem etiam reſpexit Turnebianus, ita ſe habet: *Peſſima vero conſuetudinis, libellis eſſe contentum, quos componit aut litigator qui confugit ad patronum, quia liti ipſe non ſufficit; aut aliquis ex eo genere Advocatorum qui ſe non poſſe agere confitentur, deinde faciunt id quod eſt in agendo difficillimum. Nam qui judicare, quid dicendum, quid diſſimulandum, quid declinandum, omitandum, fingendum etiam ſit, poteſt; cur non ſit orator? quando quod difficilius eſt, facit: hi porro non tantum nocerent, ſi omnia ſcriberent, uti geſta ſunt: nunc* conſilium & colores *adjiciunt, & aliqua pejora veris, quæ plerique cum acceperunt, immutare nefas habent, & velut themata in ſcholis poſita cuſtodiunt: deinde deprehenduntur, &* cauſſam, *quam diſcere ex ſuis litigatoribus noluerunt, ab adverſariis diſcunt.* CAPPER.

17. *Probationes enim efficiunt.*] *Efficient*; Locat. Ald.

18. *Affectus præſtant.*] *Affectus petunt*; Voſſ. ſecund.

19. *Quia volunt, credunt quoque.*] Sic Cæſar de Bello Gallic. libr. III. cap. 18. *Fere libenter homines, id quod volunt, credunt.* Et libr. II. de Bello civili: *Nam quæ volumus, & credimus libenter; &, quæ ſentimus ipſi, reliquos ſentire ſperamus.* Lampridius in Heliogabalo: *Ut ſe habent vota hominum ad credulitatem feſtinantium, quicquid optant, verum eſſe deſiderant.* Vide Joh. Brantii Notas politicas in Jul. Cæſ. lib. III. de Bell. Gall. pag. 443. PAREUS.

20. *Sicut amantes, &c.*] Proverbium hoc ductum eſt ex ſympoſio Platonis, ubi ſcribitur, amatorem cæcutire circa rem amatam; & hac de cauſſa poëtæ forte fingunt amorem cæcum. TURNEB. Theocrit Idyll. VI. ἦ γὰρ ἔρωτι πολλάκις, ὦ Πολύφαμε τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται. Et Plato de Legibus lib. III. τυφλοῦται τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον. item Propert, lib. II. Eleg. II.

Scilicet inſano nemo in amore videt. PHILAND.

21. *Judicare non poſſent.*] *Poſſunt*, ut indicandi ſit modus, legendum eſt. REGIUS.

22. *Quia ſenſum oculorum premit amor.*] Jan. Gebhardus Crepund. lib. I. cap. I. pag. 2. ex MS. Palat. qui habet, *præcipit, amus*, cum nota divulſionis indubitate legit, *quia ſenſum oculorum præcipit amor.* Elegantiſſime; amor enim ὀφθαλμοκλέπτης, perſtringens & mentis & luminum aciem. Unde Propertius:

Cynthia prima ſuis miſerum me cepit ocellis.

præcipere eſt præoccupare; ſed hic interpretor *præſurari* ſenſum & utilitatem oculorum. Gloſſarium *præcepit*, ὑπέλαβε, ὑπέξειλε. Euripid. eleganter Alceſt. 204.

Ὅμως δὲ, καὶ περ σμικρὸν ἔμπνους ἔτι,
Βλέψαι πρὸς αὐγὰς βούλεται τὰς ἡλίου.

Excidit & ſupra hoc verbum Quinctiliano lib. II. cap. 3. *Primum, quod eum, qui eloquentia cæteris præſtet, illa quoque, per quæ ad eloquentiam pervenitur, diligentiſſime percepiſſe credibile eſt.* Lege ex MS. cod. *Præcepiſſe*, id eſt, ante cepiſſe, prædidiciſſe. Sic Cicero Tuſcul. 3. cap. 14. *Et nimirum eſt hæc illa præſtans & divina ſapientia, & præceptas & pertractatas humanas res habere.* Juvenalis Sat. 13.

Nam quiſquis magni cenſus præcepit amorem.

Ipſe Fabius lib. I. cap. I. *Nam id imprimis cavere oportebit, ne ſtudia, qui amare nondum poteſt, oderit, & amaritudinem ſemel præceptam etiam ultra rudes annos reformidet.* Item lib. IV. cap. 5. *Propoſitis enim probationibus, omnis in reliquum gratia novitatis præcerpitur.* MS Palat. *Præcipitur.* Recte; nam illud gloſſema eſt. Adi cl. Gebhardum citato loco, apud quem non parum multa, eaque ſcitiſſima reperies huc ſpectantia. PAREUS. Quæ hic adduxit Gebhardus, nihil ad rem faciunt, neque locus hic eſt τοῦ *præcipit*: ſi *premit* retinendum eſt, notat, *obſcurat, occæcat*; ſed forte ſcripſit *ſenſum oculorum perimit amor*, id eſt, adimit, tollit: quod ſequenti *amittit* reſpondet aptius; *perimere* enim pro *tollere*, ſæpe Cicero. ut pro Sext. 22. *ſi* cauſſam *publicam mea mors peremiſſet*: ubi vide Abrahamium; & ita *adimi, exſtingui ſenſus* paſſim dicuntur. BURMAN. In allato Euripidis loco (quem Burmannus perperam ſic ediderat ὅμως δὲ καὶ περ σμικρὸν κλ) notanda eſt vox inſolens προσαυγὰς, pro qua Æmilius Portus legendum putabat per *hypodiaſtolen* πρὸς αὐγὰς. Unde & βλέψαι pro τοῦ κλέψαι legere malebat: quo poſito rueret Gebhardi conjectura in hunc Fabii locum. CAPPER.

23. *Rapido flumini conſequitur.*] *Obſequitur* legendum eſt. REGIUS. *Conſequitur*; Locat. male. Ovidius II. Art. 181.

Obſequio tranantur aquæ, nec vincere poſſis
Flumina, ſi contra, quam rapit unda, nates.

& IX. Met. 117.

——— *& obſequio deferri ſpernit aquarum.* BURMAN.

24. *Ita argumenta.*] Quantum valeant argumenta ac cæteræ probationes, incertum eſt oratori, donec judex de *cauſſa* pronunciarit: at affectus ita deprehendit judicis voluntatem omni in loco, & cum *cauſſa* agitur, & poſt. TURNEB.

25. *Pronuntiatio.*] Pronuntiata a judice ſententia. ROLLIN.

26. *Velut ſpiritus.*] In cod. Voſſ. ſecund. legitur *velut ſpecies*: quæ quidem lectio ferri utcumque poſſet; nam τὸ *ſpecies* conſiderari poteſt ut ἀντίστροφον τῷ *ingrata*. CAPPER.

27. *Πάθος vocant.*] Πάθος quidem varie transfertur. Quidam enim nuper *paſſionem*, non ſane ab antiquis nomine recepto, interpretari cœperunt. Fabius *affectum* recte verti ſentit. Cicero vero in tertio Tuſcul. Quæſt. cap. 4. Πάθος eſſe *perturbationes* ſcribit, & *morbos* poſſe dici, ſi verbum e verbo eſſet reddendum: ſed non ſatis uſitate *morbos* dici, docet. Hieronymus quoque in Eſaiam & Danielem ſcribit, Πάθος *perturbationem*, quam *paſſionem*, rectius transferri. Quos vero *affectus* Fabius vocat, Cicero interdum *perturbationes*, interdum *affectiones* appellat. REGIUS. *Affectus* tamen voce utitur Cicero lib. IV. Tuſcul. 16. verba Platonis reddens. Ovidius, & mox alii paſſim uſi ſunt. Gellius lib. I. cap. ult. *affectiones* vel *affectus* Latinos Philoſophos dixiſſe ſcribit: *motus animi* etiam ſæpe dicitur Πάθος. BURMAN. Adde quod Cicero 3. de Finib. τὰ Πάθη vertit *commotiones animorum*; & in Lucullo ſeu 4°. Quæſt. Academic. *permotiones*. Cæterum τὸ *animi perturbatio* magis accedit ad Ariſtotelis definitionem. Sic enim habet philoſophus lib. II. Rhetoric. cap. I. ἔστι δὲ τὰ πάθη, δι᾽ ὅσα μεταβάλλοντες διαφέρουσι πρὸς τὰς κρίσεις· οἷς ἕπεται λύπη καὶ ἡδονή. *Πάθη ſunt ea, quæ faciunt ut*

vertentes recte ac proprie *affectum* dicimus; [28] alteram ἦθος, cujus nomine, ut ego quidem ſentio, caret ſermo Romanus: *mores* appellantur, atque inde pars quoque illa philoſophiæ ἠθικὴ *moralis* eſt dicta. Sed ipſam rei naturam ſpectanti mihi, non tam *mores* ſignificari videntur, quam [29] *morum quædam proprietas*; [30] nam ipſis quidem omnes habitus mentis continentur. [31] Cautiores voluntatem complecti, quam nomina interpretari, maluerunt. Affectus igitur [32] hos concitatos, illos mites atque compoſitos eſſe dixerunt; [33] in altero vehementer commotos, [34] in altero lenes; denique [35] hos imperare, [36] illos perſuadere; [37] hos ad perturbationem, [38] illos ad benevolentiam prævalere. [39] Adjiciunt quidam peritorum, πάθος temporale eſſe. Quod ut accidere frequentius fateor, ita nonnullas credo eſſe materias, quæ continuum deſiderent affectum. Nec tamen minus artis aut uſus [40] hi leniores habent; virium atque impetus non tantumdem exigunt. In *cauſſis* vero etiam pluribus verſantur, imo, [41] ſecundum quemdam intellectum, in omnibus. [42] Nam, cum niſi ex

homines immutati non eodem modo de rebus judicent; quibus quidem πάθεσι comitantur triſtitia & voluptas; hæc enim ſine aliqua perturbatione animi fieri non poſſunt. Voſſius Inſtitut. orator lib. 11. cap. 1. pag. 196. Ariſtotelis verba ſic interpretatur: *Sunt ea, per quæ animi, cum ſe immutant, in judicatione differunt; quos ſequitur moleſtia & voluptas:* ſed relativum τὸ οἷς pertinet ad τὰ πάθη, non autem ad participium τὸ μεταβάλλοντες, ut putavit Voſſius. CAPPER.

28. *Alteram* ἦθος.] Alio quoque loco Fab. ait, hanc dictionem verti Latine non poſſe: ſignificat autem *proprietatem affectuum* cujuſque perſonæ; qua ratione dicuntur (ut ait Fabius) quidam pictores *ethici*, propterea quod ſenſum perſonarum & mores cum forma exprimunt. Vide de his Ciceronem in Oratore. TURNEB. ἦθος. Rodolphus Agricola, quaſi in eadem cum Fabio hæreſi, non mores, ſed morum affectiones, ſeu diſpoſitiones recte putat interpretari ſe poſſe. SICHARD. Ἦθος.] Quod Ariſtot. cap. 6. Poëtic. ita definit: Ἔστι δὲ ἦθος τὸ τοιοῦτον ὃ δηλοῖ τὴν προαίρεσιν, ὁποία τις ἐστὶν ἐν οἷς οὐκ ἔστι δῆλον ἢ (malim εἰ) προαιρεῖται ἢ φεύγει ὁ λέγων: *Mores autem dicuntur, qui alicujus voluntatem, qualis ſit in iis de quibus non conſtat utrum aliquid appetat, an fugiat qui loquitur, indicare ſolent.* Et cap. 18. Ἕξει δὲ ἦθος ἐὰν ποιῇ φανερὸν ὁ λόγος ἢ ἡ πρᾶξις προαίρεσίν τινα: *Mores autem habebit, ſi ſermo vel actio inſtitutum aliquod & propoſitum exprimat.* Hinc docet idem Philoſophus in Ἠθικοῖς τὴν προαίρεσιν eſſe βουλευτικὴν ὄρεξιν, *appetitum deliberativum ſeu conſultativum*; & alibi, τὴν προαίρεσιν συντρέχειν πᾶσι ἤθεσι, *omnibus moribus comitari quoddam propoſitum, conſilium, inſtitutum, &c.* CAPPER.

29. *Morum quædam proprietas.*] Certa hominis indoles, Gallice, *les caracteres.* Vide Dionyſ Halicarnaſſ. περὶ τῶν λόγων ἐξετάσεως, *de orationibus examinandis.* Hinc ἠθοποιΐα & ἠθολογία morata oratio, quæ dicentis propriam indolem & animi naturam, mentis habitus & proprietates graphice exprimit. Lege ſis etiam Ariſtot. Poëtic. capp. 6. & 15. CAPPER.

30. *Nam ipſis quidam omnes.*] *Quidem* legatur, non *quidam.* REGIUS.

31. *Cautiores voluptatem.*] *Voluntatem* legendum eſt, hoc eſt, intellectum ac ſignificationem; non autem *voluptatem.* REGIUS. Gallæus conjiciebat, *cautiores voluntatem, quam mores, interpretari maluerunt*; nam quid eſt *voluntatem complecti*? ego puto *voluntatem complecti*, eſſe id exprimere, quod Græci Philoſophi per ἦθος indicare voluerunt; quorum voluntatem, id eſt, ſenſum, intellectum, quem illi verbo dederunt, maluerunt amplecti, quam verbum e verbo reddere. BURMAN. Atque hæc explicatio firmari poteſt ex Photii *Amphilochiis*, quæ nuper ex MSS. codd. Coiſlin. & Colbert deſcribenda curavi; nam quæſtione 75. ſic habet ille doctiſſimus Patriarcha: Ἐπὶ μόνης τῆς ἀρρήτου καὶ ὑπερφυοῦς φύσεως ὁ καταφατικῶν ὀνομάτων τύπος ἰσόδρομον ἔχει τὴν σημασίαν τοῖς διὰ τῶν ἀποφατικῶν ἢ στερητικῶν φωνῶν σχηματισμοῖς δηλοῦσι τὸ βούλημα; hoc eſt: *In ſola ineffabili & ſupernaturali natura vocabulorum affirmativorum forma ſignificatum habet æqualem iis loquendi formulis, quæ per negativas aut privativas dictiones* [loquentium] *voluntatem declarant.* CAPPER.

32. *Hos concitatos, illos mites.*] In hoc quidem ſenſu nihil eſſe deſiderandum quibuſdam fortaſſe videtur; ſed duo illa verba Græca πάθος & ἦθος ut adſcribantur, ſenſus expoſcit; nam Fabius ex quorumdam ſententia exponit, affectus concitatos eſſe πάθος, mites vero ἦθος: quare mihi ſic legendum videtur, ut adſcribantur hoc modo: *Affectus igitur hos concitatos πάθος, illos mites atque compoſitos ἦθος eſſe dixerunt.* REGIUS. Sed quæ verba Græca in ipſum Fabii textum inducere volebat Regius, ea lectoris eruditi mens facile ſupplere poterit. CAPPER.

33. *In altero vehementer commotos.*] Ἐν τῷ πάθει videlicet. CAPPER.

34. *In altero lenes.*] Scilicet ἐν τῷ ἤθει. CAPPER.

35. *Hos imperare.*] Τὰ πάθη. CAPPER.

36. *Illos perſuadere.*] Τὰ ἤθη. CAPPER.

37. *Hos ad probationem.*] *Probationem* ſenſus aſpernatur; *perturbationem* vero amplectitur. Quare, vel refragantibus exemplaribus, *perturbationem*, pro τῷ *probationem*, legendum eſſe facile contenderim. REGIUS. *Probationem*; Andr. Locat. Sichardi marg.

38. *Illos ad benevolentiam.*] Igitur ſi hos affectus partibus attribuere velimus, in *concluſione* locum habebit πάθος, & nonnunquam ἦθος, ſi judicem placare volumus: in *exordio* vero frequentius erit ἦθος, ut benevolentiam colligamus: in cujus tamen fine nonnunquam etiam πάθος. TURNEB.

39. *Adjiciunt quidam.*] Eſt alia item differentia; nam ἦθος per totam ſpargitur *cauſſam*; ſic enim fit illa longe credibilior: πάθος vero non habet ubique locum, ſed in *concluſione* & *exordio*: quanquam nonnullæ *cauſſæ* ſunt *patheticæ*, quarum partes omnes habent affectum. TURNEB. *Adjiciunt quidam πάθος temporale eſſe.*) Aliud rurſus inter πάθος & ἦθος diſcrimen ſtatuit Emporius Rhetor in opuſculo de *ethopœia* & *loco communi pag.* 279. Rhetorum Latin. e Pithœana Bibliotheca editorum, ubi ſic legimus: *Eſt ſane præter* ethos *&* pathopœia, *qua imitamur affectum non naturalem ſed incidentem. Quam materiam ab* ethopœia *prave diſtinguunt, qui putant eſſe* ethe, *quæ lætos fingunt*; pathe *vero, quæ triſtium ſint; cum ideo hoc ſit* pathetica *nomine nuncupata, quod accidens alter affectus naturalem illum morem ſæpe ſubvertat, patiaturque natura velut vim quamdam, cum is qui loquitur a ſuo loquendi more declinet; ut, cum Hercules, cujus conſtans fuit ſemper oratio, parricidium ſuum luget; vel, cum apud Homerum Achilles ſemper minax circumventum ſe a flumine gemit; aut, cum Mezentius ſemper crudelis vel Turnum precatur ut ſe ſuſcipiat, vel Æneam ut ſibi tribuat ſepulturam. Denique* ethos *perſonam ſequitur ſemper;* pathos *cauſſam. Igitur cum incurrens præponderabit affectus, tunc vocabitur* pathopœia: *ne tamen plene affectus, qui ingeneratus eſt, deſeratur; nam neque ipſe Mezentius ſic precatur, ut Turnus; nec ſic vulnere ſuo Mars mœret, ut Venus. Valeat ergo interdum mos ingeneratus, dum tamen qui ſupervenit, propenſius exequatur, ſi plus in materia vis ipſius prævalebit.* CAPPER.

40. *Hi leviores habent.*] Quamvis *leviores* quoque legi poſſet, tamen *leniores*, hoc eſt, mitiores, magis ſenſui convenire videntur. REGIUS. *Leviores*; MS. Bodl. Vallæ lib. Andr. Locar. Colon. marg. Vidovæi.

41. *Secundum quemdam intellectum.*] Hoc omnino eſt quod Gallice dicimus, *en un ſens.* CAPPER.

42. *Nam cum ex illo & hoc, &c. diſcitur.*] Hic quidem locus adeo eſt depravatus, ut neque corrigi, neque ſenſus elici poſſit: non quin mendæ aliquæ facile tolli poſſint, ut *dicitur*, *s* litera expuncta, legatur: ſed quia aliquid adjici neceſſarium videtur, quod invitus facio, nullo præſertim mihi adſtipulante exemplari. Hanc autem dictionem *niſi* adſcribendam puto, ut legatur: *Nam, cum niſi ex illo & hoc loco nihil ab oratore tractetur, quicquid de honeſtis & de utilibus, denique faciendis & non faciendis dicitur, hoc vocari poteſt.* REGIUS. Secutus eſt ambiguitatem vocis Fabius; ἦθος enim duo ſignificat, *proprietatem morum* cujuſque perſonæ, & *probitatem morum* aut *improbitatem*: a quo poſteriore intellectu dicitur philoſophia *ethice*, id eſt,

illo [43] & hoc loco nihil ab oratore tractetur, quidquid de honeſtis, & utilibus, denique faciendis & non faciendis dicitur, * [44] hoc vocari poteſt. Quidam commendationem atque excuſationem propria [45] hujus officii putaverunt; [46] nec abnuo eſſe iſta in hac parte; ſed [47] non concedo, ut ſola ſint: [48] quin illud adhuc adjicio, πάθος atque ἦθος eſſe interim ex eadem natura, ita ut illud majus ſit, hoc minus, ut [49] *amor* πάθος, *charitas* ἦθος: [50] interdum diverſa inter ſe, ſicut in *epilogis*. Namque πάθος concitat, ἦθος ſolet mitigare. [51] Propria tamen mihi vis nominis & exprimenda natura eſt, quatenus appellatione ipſa non ſatis ſignificari videtur. Ἦθος, quod intelligimus, quodque [52] a * dicentibus deſideramus, [53] id erit, quod ante omnia bonitate commendabitur, non ſolum mite ac placidum, [54] ſed plerumque blandum & humanum, & audientibus amabile atque jucundum: in quo exprimendo ſumma virtus ea eſt, [55] ut fluere omnia ex natura rerum hominumque videantur, quo [56] mores dicentis ex oratione pelluceant, & quodammodo agnoſcantur. Quod eſt ſine dubio inter conjunctas maxime perſonas, [57] quoties perferimus, ignoſcimus, ſatisfacimus, monemus, procul ab ira, procul ab odio. Sed tamen alia patris adverſus filium, tutoris adverſus pupillum, mariti adverſus uxorem moderatio eſt; [58] hi enim præ ſe ferunt eorum

moralis: in hunc igitur poſteriorem intellectum affectus duo poſſunt reduci. TURNEB. *Niſi* non habent Voſſ. ſecund. Locat. *Ex illo.*] Τῷ πάθει. CAPPER.

43. *Et hoc loco.*] Τῷ δὲ ἤθει. CAPPER.

44. *Huc vocari poteſt.*] *Hoc vocari*; Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Vaſc. Steph. Sichard. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *Hoc vocari poteſt.*] Ἦθος videlicet. CAPPER.

45. *Hujus officii.*] Quod præſtant τὰ ἤθη. CAPPER.

46. *Nec ab uno eſſe iſta.*] Emendate in aliis quibuſdam exemplaribus legitur *abnuo*, pro illis *ab uno*. REGIUS.

47. *Non concedo, ut ſola ſint.*] Horatius eodem ſenſu particulam *ut* uſurpavit Od. 9. lib. 1. *Vides ut alta ſtet nive candidum Soracte.* Sic Græci paſſim dicunt ὁρᾷς ὡς vel ὅπως. CAPPER.

48. *Quin illud adhuc.*] *Alioquin illud*; marg. Baſil.

49. *Amor πάθος.*] Cic. in *Part.* cap. 25. amicitiam ait cerni amore & charitate, eſſeque charitatem erga patriam & parentes; erga conjuges autem & liberos quanquam ſit charitas, amorem tamen maxime apparere. PAREUS. *Amor πάθος, charitas ἦθος.*] Sic apud noſtrates differunt *une paſſion*, & *un ſentiment*; *l'amour*, & *l'amitié*. CAPPER.

50. *Interdum diverſa ſicut in epilogis.*] Et ſane accuſator in *epilogo* debet per τὸ πάθος judicem commovere, concitare; patronus autem τοῦ rei, commotum judicis animum flectere per τὸ ἦθος, lenire, mitigare. CAPPER.

51. *Propria tamen mihi hujus nominis.*] *Propria tamen mihi vis nominis & exprimenda natura eſt*; MSS. Bodl. Voſſ. ſecund. Sich. Baſil. Obrecht.

52. *A docentibus.*] *Dicentibus*; Obrecht. in curis ſecundis.

53. *Id erit (ἦθος) quod bonitate commendabitur, ... mite, placidum, blandum, &c.*] Idem antea docuerat Cicero in *Oratore* 128. *Duo ſunt*, inquit, *quæ bene tractata ab Oratore, admirabilem eloquentiam faciant; quorum alterum eſt, quod Græci ἠθικὸν vocant, ad naturas, & ad mores, & ad omnem vitæ conſuetudinem accommodatum; alterum, quod iidem παθητικὸν nominant; illud ſuperius, come, jucundum, ad benevolentiam conciliandam paratum.* Et lib. II. *de Orat.* 200. *Tum admiſcere huic generi orationis vehementi atque atroci* [τῷ παθητικῷ] *genus illud alterum* [τὸ ἠθικὸν] *lenitatis & manſuetudinis cœpi.* Et numero 211. *Et illa altera pars orationis, quæ probitatis commendatione, boni viri debet ſpeciem tueri, lenis atque ſummiſſa eſſe debet.* Et numero 184. *Horum igitur* [quorum de re diſceptatur] *exprimere mores oratione juſtos, integros, religioſos, &c. mirum quiddam valet; & hoc tantam habet vim, ſi eſt ſuaviter & cum ſenſu tractatum, ut ſæpe plus quam cauſa valeat.* Ariſtoteles quoque τὸ ἦθος per ſe & abſolute poſitum in bonam partem uſurpavit pro honeſta, laudabili, & quæ virtutem præ ſe ferat, indole. Locus eſt in 2. Rhetoric. cap. 12. ubi Philoſophus ita de juvenibus loquitur: Τῷ ἤθει, ζῶσι μᾶλλον, ἢ τῷ λογισμῷ· ἔστι δὲ ὁ μὲν λογισμὸς τοῦ συμφέροντος, ἡ δὲ ἀρετὴ, τοῦ καλοῦ; ubi τὸ ἦθος & ἡ ἀρετὴ ad idem fere ſignificandum adhibentur. Et cap. 13. de ſenibus: Μᾶλλον ζῶσι κατὰ λογισμὸν ἢ κατὰ τὸ ἦθος· ὁ μὲν γὰρ λογισμὸς, τοῦ συμφέροντος· τὸ δὲ ἦθος, τῆς ἀρετῆς. CAPPER.

54. *Sed plerumque blandum.*] Ἦθος, inquit Hermogenes, quaſi pedeſtris quædam affectio eſt, quæ non in graves turbataſque voluntates & varietates exurgit, ut πάθος; ſed blando quodam atque jucundo motu animis audientium illabatur, & quaſi quamdam vitæ ſuavis conſuetudinem effingat. SICHARD.

55. *Ut fluere.*] Non autem extrahi quaſi videatur; ἁπλοῦν γὰρ εἶναι βούλεται καὶ ἀποίητον τὸ πάθος, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἦθος; *ſimplex enim eſſe vult & ſine qualitate ulla affectus; eodem autem pacto & mos.* REGIUS. Locus eſt apud Pſeudo-Demetrium Phalereum de Elocutione, numero 28. ubi Victorius etiam vertit *ſine qualitate.* Sed eruditos interpretes fefellit, quod τὸ ἄποιον, *qualitatis expers*, confuderint cum τῷ ἀποίητον, *quod eſt ſine arte, ſine artificio, ſine affectatione; quod non eſt de induſtria elaboratum, non factitium, non affectatum*, &c. hunc ſenſum τὸ ἀποίητον habet apud Dionyſ. Halicarnaſſ. tom. 2. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων pag. 2. edition. Wechel. τῆς λέξεως .... τὸν ἀποίητον ἐκμεμιμημένης λόγον: & ibidem in Lyſia pag. 84. Δοκεῖ γὰρ ἀποίητός τις εἶναι καὶ ἀτεχνίτευτος ὁ τῆς ἁρμονίας αὐτοῦ χαρακτὴρ, καὶ οὐ θαυμάσαιμ' ἂν εἰ πᾶσι .... τοιαύτην τινὰ παράσχοι δόξαν, ὅτι ἀνεπιτηδεύτως καὶ οὐ κατὰ τέχνην, αὐτομάτως δέ πως, καὶ ὡς ἔτυχε, σύγκειται· ἔστι δὲ παντὸς μᾶλλον ἔργου τεχνικοῦ κατεσκευασμένος· πεποίηται γὰρ αὐτῷ τοῦτο τὸ ἀποίητον, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ μὴ δοκεῖν δεινῶς κατεσκευάσθαι, τὸ δεινὸν ἔχει; ubi τὸ ἀποίητον conjungitur ex παραλλήλου, ut aiunt Grammatici, id eſt per quamdam *ſynonymiam*, cum τοῖς ἀτεχνίτευτος, ἀνεπιτηδεύτως, οὐ κατὰ τέχνην, αὐτομάτως, ὡς ἔτυχε: quibus vocabulis aliquid ſignificatur *artis, artificii, affectationis expers, quod ſponte fit, ac velut temere, non de induſtria.* Ibid. In Iſocrate pag. 103. τὸ γὰρ ἀποίητον καὶ ἀφελὲς, οὐκ ἔχει. In Iſæo pag. 106. τό, τι γὰρ [λόγου ἀπαγγελθέντος κτλ] οὐκ ἂν φαίην ἔγωγε ἀφελῶς εἰρῆσθαι· ἐκεῖνα (malim ἐκείνως) γὰρ λεγόμενα, μᾶλλον ἀποίητα [ὅτι ἀπηγγέλη.] In epiſtola ad Pompeium pag. 127. ὅπου τὴν ἰσχνὴν καὶ ἀφελῆ καὶ ἀποίητον ἐπιτηδεύῃ φράσιν; hoc eſt, *ſuam tenuem, ſimplicem, & inaffectatam elocutionem adhibere ſtudet* [Plato.] Adde quod Apſines unus ex antiquis Rhetoribus ab Aldo editis tom. 1. pag. 726. cum rationes tradidiſſet, quibus τὸ πάθος excitaretur, de ipſa elocutione ſic habet: τὴν δὲ λέξιν δεῖ εἶναι ἄπλαστον καὶ ἀκαλλώπιστον· τὸ γὰρ καλλωπίζειν οὐ θρηνοῦντος: quæ verba ſic optime vertit ipſe Victorius commentar. ad Demetr. Phaler. pagg. 28. 29. *Locutionem eſſe debere ſine cura conformatam, & vacuam omnibus exquiſitis ornamentis, quia orationem his quaſi medicamentis fucare, non videtur eſſe dolentis atque gravem aliquam injuriam deplorantis.* In hoc certe Apſinis loco τὸ ἄπλαστον & τὸ ἀκαλλώπιστον reſpondent τῷ ἀποιήτῳ Demetrii, & illud quodammodo interpretantur: igitur illius pſeudo-Demetrii verba, quæ Raphaël Regius & Petrus Victorius perverterunt potius quam verterunt, Latine ſic reddenda ſunt: *Simplex enim eſſe vult & artificii omniſque affectationis expers affectus; eodem autem pacto morum & propriæ indolis expreſſio.* CAPPER.

56. *Mores dicentis ex oratione pelluceant.*] Atque hæc eſt proprie ἠθοποιΐα ſeu ἠθολογία, Latinis *morata oratio.* CAPPER.

57. *Quoties perferimus.*] *Quoties ferimus*; Voſſ. ſecund.

58. *Hi enim præferunt.*] *Se* pronomen adſcribendum mihi videtur, & *læduntur* legendum, hoc modo: *Hi enim præ ſe ferunt eorum ipſorum, a quibus læduntur, caritatem.* REGIUS. *Præferunt*; MSS. Bodl. Voſſ. ſecund. Andr. Locat. eodem modo variant codices lib. x. cap. 1. *Meſſala nitidus & candidus & quodammodo præ ſe ferens* (alii *præferens*)

ipſorum, [59] a quibus læduntur, charitatem, neque alio modo inviſos eos faciunt, quam quod amare ipſi videntur: alia, cum ſenex adoleſcentis: [60] alia, cum convicium honeſtus inferioris fert. [61] Hîc enim tantum concitari; [62] illic etiam affici debet. Sunt & illa ex eadem natura, ſed [63] motus adhuc minoris, [64] veniam petere, adoleſcentiæ defendere amores. [65] Nonnunquam etiam levis [66] alieni caloris deriſus [67] ex hac forma venit: [68] ſed non his ex locis tantum, verum aliquanto magis propriæ ſunt virtutes ſimulationis, ſatisfaciendi, rogandi, & εἰρωνείας, quæ diverſum ei, quod dicit, [69] intellectum petit. Hinc etiam ille major ad concitandum odium naſci affectus ſolet, cum hoc ipſo, quod nos adverſariis ſubmittimus, intelligitur tacita [70] impotentiæ exprobratio. Namque eos graves & intolerabiles id ipſum demonſtrat, quod cedimus; [71] & ignorant cupidi maledicendi, aut affectatores libertatis, [72] plus invidiam, quam convicium, poſſe; [73] nam invidia adverſarios, convicium nos, inviſos facit. [74] Ille jam pene medius affectus eſt, ex amoribus, & ex deſideriis amicorum & neceſſariorum. Nam & [75] hoc major eſt, & [76] illo minor. [77] Non parum ſignificanter etiam illa in ſcholis ἤθη dixerimus, quibus plerumque ruſticos, ſuperſtitioſos, [78] avaros, timidos, ſecundum [79] conditionem propoſitorum effingimus. [80] Nam ſic ἤθη mores ſunt, cum hos imitamur, & ex his ducimus orationem. [81] Denique hoc omne bonum & comem virum poſcit. Quas virtutes cum etiam in litigatore debeat orator, ſi fieri poteſt, approbare; utique ipſe aut habeat, aut habere credatur. Sic proderit plurimum *cauſſis*, quibus ex ſua

in dicendo nobilitatem. BURMAN. *Hi enim præ ſe ferunt.*] In his perſonis, de quibus dixit, videtur ἦθος eſſe paulo ſeverius: itaque cum objurgant, objurgatio tamen ab amore proficiſci videtur: orator igitur hanc formam obſervare debet in oratione. TURNEB.

59. *A quibus læduntur.*] *A quibus lædimur.* Locatell.

60. *Alia, cum convicium.*] *Alia, cum vitium;* Locat. *adoleſcentis, convicium honeſtus;* Ald.

61. *Hic tantum concitari.*] Honeſtus vir adverſus inferiorem debet vehementiori affectu, τῷ πάθει, commoveri. CAPPER.

62. *Illic etiam affici.*] Senex erga illum adoleſcentem filium forte nepotemve affectu etiam leniori, τῷ ἤθει, cujuſdam caritatis moveri debet. CAPPER.

63. *Motus adhuc minoris.*] *Momenti adhuc minoris;* Ald. marg. Baſil.

64. *Veniam petere, adoleſcentiam defendere, amores nonnunquam.*] Hic diſtinguendum eſt: alioquin ſenſus confunditur. REGIUS. Ita Voſſ. ſecund. & Locatel. edidit; ſed omnes fere alii, *adoleſcentiæ defendere amores: Nonnunquam etiam,* &c. forte etiam, *adoleſcentium defendere amores.* BURMAN. Vide Ciceronis orationem pro Cœlio; in qua tamen nonnulla ſunt Evangelicis morum præceptis diſſona. CAPPER.

65. *Nonnunquam etiam levis.*] Simulatio pertinet ad ἦθος & πάθος: nam, cum aliquem ſimulatione quadam leni irridemus, eſt ἦθος: at, cum fingimus nos alicui ſummittere, hoc ipſo illum ſuperiorem ſignificamus, & in invidiam rapimus, eſtque πάθος. TURNEB. *Lenis alieni caloris deriſus;* Locat. Ald. Par. Vaſc. Steph. Colin. Vidov. *levis alieni caloris;* Baſil. Gryph. Obrecht. BURMANNUS. Cæterum τὸ *levis* eſt in *nominativo*, & refertur ad τὸ *deriſus.* CAPPER.

66. *Alieni caloris.*] Quem alii præ ſe ferunt in reprehendendis accuſandiſve iis, quos defendendos ipſi ſuſcepimus. CAPPER.

67. *Ex hac forma.*] Supple, τῶν ἠθῶν, ſeu minorum & leniorum animi affectuum, motuum, &c. CAPPER.

68. *Sed non his locis tantum,* &c.] Mendæ ex hoc loco ſic tolli poſſe videntur, ſi legatur *virtutes*, hoc modo: *verum aliquanto magis propriæ ſunt virtutes ſimulationis,* &c. REGIUS. *His locis;* Locat. Ald. *his a locis;* Vidov. *virtutis ſimulationis;* Locatel.

69. *Intellectum petit.*] Hoc eſt, ſenſum & verborum ſignificationem. CAPPER.

70. *Impotentiæ.*] Hoc eſt immoderatæ potentiæ, quæ ſuperbum quempiam & cæteris intolerabilem efficiat: quo ſenſu Tullius 4. Tuſcul. dixit: *ob ſcelera, animique impotentiam & ſuperbiloquentiam impendere Tantalo apud inferos ſaxum, ut poëtæ quidem faciunt:* ſcribit etiam Suetonius Cæſarem *ſolitum edere voces impotentiæ.* CAPPER.

71. *Et ignorant.*] Forte legendum *nec ignorant;* hoc enim ſolent facere, & invidioſis magis orationibus, quam conviciis, adverſarios proſcindere: *affectatores* autem *libertatis* ſunt, qui captant ſemper libere loquendi occaſionem: ſic apud Ovidium epiſt. xv. 68.

Hoc mihi libertas, hoc pia lingua dedit.

Vide Vorſt. ad Valer. Max. vi. 11. princ. BURMAN. Qui parum probabiliter legi mallet *nec ignorant;* nec plus habent probabilitatis, quæ ſubjungit de invidioſis orationibus, quibus magis quam conviciis adverſarios proſcindere ſoleant. Vide ſequentes notas, ubi quod attinet ad invidiam & convicium, aliter, quam a Burmanno, explicatur. CAPPER. *Cupidi maledicendi.*] Οἱ τοῦ βλασφημεῖν ὀρεγόμενοι, qui ſuis adverſariis maledicere cupiunt. CAPPER.

72. *Plus invidiam, quam convicium poſſe.*] Plus detrimenti noſtris adverſariis inferimus, ſi eos invidioſos odioſoſque reddamus, quam ſi eis conviciemur. CAPPER.

73. *Invidia adverſarios,* &c.] Invidia quam adverſariis conflamus, odium quod illis conciliamus, eos judicibus inviſos facit: convicium autem quod in illos funderemus, nos ipſos inviſos judicibus odioſoſque redderet: cæterum hunc locum paulo difficiliorem mala interpunctio effecerat. CAPPER.

74. *Ille medius affectus eſt.*] Vide ut Fabius medium quemdam inter τὸ πάθος & τὸ ἦθος affectum agnoſcat, majorem quidem τῷ ἤθει, minorem autem τῷ πάθει: hoc porro conſequitur ex ipſius doctrina, qua tradit τὸ πάθος & τὸ ἦθος non niſi ſecundum magis & minus inter ſe aliquando differre; nam τὸ *magis & minus* plures gradus admittit, quos inter aliquid erit medii. CAPPER.

75. *Hoc major.*] Nempe τῷ ἤθει. CAPPER.

76. *Illo minor.*] Scilicet τῷ πάθει. CAPPER.

77. *Non parum.*] Hoc præceptum pertinet ad *ethopœiam*, ſive ad *ethologiam*, quæ fit, cum orationem ex aliena dicimus perſona, cujus mores apte exprimimus: quo modo declamatores ſolent interdum orare ex perſona ruſtici, aut avari, aut timidi. TURNEB.

78. *Avaros, timidos.*] *Avaros, invidos;* Sichard. & Baſil. marg.

79. *Conditionem propoſitionum.*] Loco *propoſitionum*, rectius *propoſitorum* legeretur, hoc eſt, *thematum;* nam Cicero *Thema* propoſitum interpretatur, ut Fabius ipſe teſtis eſt. REGIUS. *Propoſitionum;* Locat. Recte docet Regius a Cicerone *thema* ſeu *theſin* Latine reddi *propoſitum*. Ciceronis locus, ad quem reſpicit, exſtat in *Topic.* cap. 21. addit Fabium ipſum hujus rei teſtem eſſe. Vide ſupra lib. III. cap. 5. & lib. VII. cap. 1. CAPPER.

80. *Nam ſi ἤθη.*] *Sic*, c litera adſcripta, ut legatur, ſenſus expoſcit. REGIUS.

81. *Denique hoc omne.*] Reperit præceptum, quod poſuit lib. v. ut orator optimus ſit, aut ſaltem optimus videatur; nam mores (ut docet Ariſtot.) præcipuam faciunt fidem: cum igitur ἦθος ſit placidum & manſuetum, oratoris quoque mores placidos & manſuetos eſſe oportet, ut optime affectu poſſit uti. TURNEB. *Hoc omne.*] Quod pertinet ad τὸ ἦθος vel τὰ ἤθη. CAPPER.

bonitate faciet fidem. Nam qui, dum dicit, malus videtur, utique male dicit; non enim videtur juſta dicere: [82] alioqui ἦθος videretur. [83] Quare ipſum etiam dicendi genus [84] in hoc placidum debet eſſe ac mite: nihil ſuperbum, nihil [85] elatum ſaltem ac ſublime deſideret. Proprie, jucunde, credibiliter dicere, ſat eſt. Ideoque & [86] medius ille orationis modus maxime convenit. Diverſum eſt huic, quod [87] πάθος dicitur, quodque nos *affectum* proprie vocamus; &, ut [88] proxime utriuſque differentiam ſignem, [89] illud comœdiæ, [90] hoc tragœdiæ [91] ſimile. [92] Hæc pars circa iram, odium, metum, invidiam, miſerationem, fere tota verſatur. Quæ quibus ex locis [93] ducenda ſint, & manifeſtum omnibus, & a nobis [94] in ratione *procemii* atque *epilogi* dictum eſt. Et metum tamen duplicem intelligi volo, quem patimur, & quem facimus; [95] & invidiam. Namque altera invidum, altera invidioſum facit. [96] Hoc autem hominis, [97] illud rei eſt: in quo &.plus habet operis oratio. [98] Nam quædam videntur gravia per ſe, parricidium, cædes, veneficium: [99] quædam efficienda ſunt. Id autem [100] contingit, aut cum magnis alioqui malis gravius eſſe id, quod paſſi ſumus, oſtenditur; quale eſt apud Virgilium:

> [101] *O felix una ante alias Priameïa virgo,*
> *Hoſtilem ad tumulum Trojæ ſub mœnibus altis*
> *Juſſa mori!......*

Quam miſer enim caſus Andromachæ, ſi comparata ei felix Polyxena? Aut cum ita exaggeramus injuriam noſtram, ut etiam, [102] quæ multo minora ſunt, intoleranda dicamus: *Si pulſaſſes, defendi non poteras; vulneraſti.* Sed hæc diligentius, cum [103] ad amplificationem venerimus, dicemus. Interim notaſſe contentus ſum, non id ſolum agere affectus, [104] ut, quæ ſunt, oſtendantur acerba ac luctuoſa; ſed etiam

82. Ἦθος.] Tum maxime ſervatur ἦθος in oratione, quando oratio cum rebus & perſonis conſentit, neque diſcrepat a moribus dicentis; ac tum certe maxime videtur patroni oratio eſſe probabilis., & juſta dicere. TURNEB. *Alioqui ἦθος videretur.*] Alioqui, ſi nempe juſta dicere videretur orator ille, ſi bene diceret, in ipſo videretur ἦθος, id eſt, bona quædam indoles, bona morum proprietas; nam τὸ ἦθος per ſe bonam in partem a Fabio ſumitur, ut patet ex præcedentibus locis ubi ſic loquitur: Ἦθος *id erit, quod ante omnia bonitate commendabitur, non ſolum mite ac placidum,* &c...... *Hoc omne* [nempe τὸ ἦθος] *bonum & comem virum poſcit: quas virtutes ... orator ipſe aut habeat, aut habere credatur.* CAPPER.

83. *Quare ipſum etiam.*] *Quare & ipſum etiam;* Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

84. *In hoc.*] Videlicet in τῷ ἤθει, de quo hactenus multa verba fecit, de τῷ πάθει pluribus mox acturus. CAPPER.

85. *Elatum ſaltem, ac ſublime deſideret.*] Quid *ſaltem* hic ſignificet, non capit Rollinus, & mallet, *deſiderat:* ſed *ſaltem*, pro *ne quidem* ponitur, ut ſenſus ſit, nihil ſuperbum, immo ne quidem elatum & ſublime deſideret; vel pro *prorſus* capi poteſt, nihil elatum prorſus; ut ita a noſtro uſurpari notavit Pincier. lib. III. parerg. 42. ſic enim lib. I. cap. 4. *At Grammatici ſaltem omnes in hanc deſcendunt rerum tenuitatem:* id eſt, *prorſus* omnes, nemine excepto; vel *certe.* Et ita lib. X. cap. 2. *Ne vero ſaltem iis, quibus ad evitanda vitia judicii ſatis fuit, ſufficiat imaginem virtutis effingere.* Ubi etiam *prorſus iis* capi poteſt, ut excludantur alii; vel etiam pro *certe:* quæ particula etiam pro *minimum* poni ſolet: ſed de hujus vocis *ſaltem* vi ſatis egerunt Pincier. d. l. Borrichius, Vorſtius, & Cellarius. BURMAN.

86. *Medius ille oratoris modus.*] Loco *oratoris*, legendum eſſe *orationis* videtur; ſunt enim tres orationis modi, qui a Græcis characteres dicuntur; gravis, mediocris, quem medium Fabius vocat; & attenuatus, qui & humilis vocatur. REGIUS. *Oratoris;* Locat. *melius ille orationis;* Voſſ. ſecund. Steph.

87. Πάθος *dicitur.*] Πάθος, ait Iſocrates, teſte Suida, τεχνικὴ διάθεσις, θυμοῦ καὶ ὀργῆς μεστή, πάντως ταραχῆς πεπληρωμένη. SICH.

88. *Proxime utriuſque.*] *Proprie;* Voſſ. ſec.

89. *Illud comœdiæ.*] Τὸ ἦθος videlicet. CAPPER.

90. *Hoc tragœdiæ.*] Scilicet τὸ πάθος. CAPPER.

91. *Simile.*] *Simile eſt;* Voſſ. ſec.

92. *Hæc pars.*] Quatuor ſunt generales perturbationes, cupiditas, lætitia geſtiens, metus, ægritudo: ab his reliquæ perturbationes fluunt. TURNEB. *Hæc pars circa iram.*] Τὸ καὶ πάθος, vel ἡ παθητικὴ oratio, τῇ Tragœdiæ ſimilis. CAPPER.

93. *Ducenda ſint.*] *Ducenda ſunt;* Locat. Ald.

94. *In ratione procemii, atque epilogi.*] In tractatu de *exordio* & *epilogo*, cum *exordii*, atque *epilogi*, naturam & proprias dotes explicaremus. CAPPER.

95. *Et invidiam.*] Cicero quoque in *Tuſculanis*, *invidiam* & *active* & *paſſive* ſumi dicit: eam tamen ſæpius *paſſive* uſurpat; nam *active* dicit *invidentiam.* TURNEB.

96. *Hoc autem hominis.*] Τὸ fieri invidum; nam pronomen τὸ *hoc*, non ſemper ad proxime præcedens refertur. ut ex pluribus locis patet, quæ referunt Budæus in Commentar. & Sanctius in Minerva. CAPPER.

97. *Illud rei eſt.*] Scilicet τὸ invidioſum fieri. CAPPER.

98. *Nam quædam videntur.*] Amplificatio, quæ fit per comparationem (de qua aget Fab. lib. VIII.) prodeſſe ſolet ad exaggerandum, ut factum aut gravius videatur, aut etiam invidioſius. TURNEB.

99. *Quædam efficienda ſunt.*] Per orationem efficienda ſunt gravia, exhibenda ſunt auditoribus, tanquam triſtiſſima, & maxime deploranda. CAPPER.

100. *Contingit, aut cum.*] *Contingit, cum;* Locat. Ald.

101. *O felix!*] Polyxenæ, quæ poſt Trojæ excidium ad Achillis tumulum mactata occubuit, caſus gravior eſſe debebat Andromachæ, quæ captiva abducta Heleno Priami filio, itidemque captivo, nupſit: hæc tamen III. Æneid. verſ. 321. ſuum caſum graviorem facit, ex hocque Polyxenam feliciorem;

> ——— *quod ſortitus non pertulit ullos,*
> *Nec victoris heri tetigit captiva cubile.* TURNEB.

Qui tamen ad rem clarius exponendam dicere debuiſſet, Andromachen poſt Trojæ excidium Pyrrho primum Achillis filio nupſiſſe; deinde ab hoc repudiatam, & in matrimonium datam Heleno, &c. cum enim ſua in annotatione Pſeudo-Turnebus ille ſolius Heleni mentionem fecerit, & poſtea Virgilii verſus hoſce retulerit,

> ——— *ſortitus non pertulit ullos,*
> *Nec victoris heri tetigit captiva cubile;*

poſſet lector incautus exiſtimare, victorem ejuſmodi herum, ipſummet Helenum fuiſſe; cum herus ille victor Pyrrhus fuerit, &c. CAPPER.

102. *Quæ multa minora.*] *Multo* legendum eſſe patet. REGIUS. *Multa;* Locat.

103. *Ad eam amplificationem.*] *Eam* accuſativus, ut ceſſans, videtur expungendus. REGIUS. De amplificatione aget lib. VIII. cap. 4. *ad eam;* Voſſ. ſec.

104. *Ut, quæ ſunt, oſtendantur.*] Conciſum loquendi genus; id eſt, quæ ſunt acerba & luctuoſa, oſtendantur eſſe talia. Id quod facit Cicero in *Divinatione*, cum ait: *Pu-*

ut, quæ toleranda haberi ſolent, gravia videantur; [105] ut, cum in maledicto plus injuriæ, quam [106] in manu; in infamia plus pœnæ dicimus, quam in morte. Namque in hoc [107] eloquentiæ vis eſt, ut judicem [108] non ad id tantum impellat, [109] in quod ipſe a rei natura duceretur; ſed aut qui non eſt, aut majorem quam eſt, faciat affectum. Hæc eſt illa, quæ [110] δείνωσις vocatur, rebus indignis, aſperis, invidioſis addens vim oratio: qua virtute [111] præter alios plurimum [112] Demoſthenes valuit. [113] Quod ſi tradita mihi ſequi præcepta ſufficeret, ſatis feceram huic parti, nihil eorum, quæ legi, vel didici, quod modo probabile fuit, omittendo: ſed mihi in animo eſt, quæ latent penitus, ipſa hujus loci aperire penetralia: quæ quidem non aliquo tradente, ſed experimento meo, ac natura ipſa duce accepi. [114] Summa enim (quantum ego quidem ſentio) circa movendos affectus in hoc poſita eſt, ut moveamur ipſi. Nam & luctus, & iræ, & indignationis aliquando ridicula fuerit imitatio, ſi verba vultumque tantum, non etiam animum, accommodaverimus. Quid enim aliud eſt cauſſæ, ut [115] lugentes, utique in recenti dolore, diſertiſſime quædam exclamare videantur, & ira nonnunquam, [116] in indoctis quoque, eloquentiam faciat, quam quod illis ineſt vis mentis, & [117] veritas ipſa morum? Quare in iis, quæ veriſimilia eſſe volemus, ſimus ipſi ſimiles eorum, qui vere patiuntur, affectibus; & a tali animo proficiſcatur oratio, qualem facere judicem volet. An ille dolebit, qui audiet me, [118] hoc cum dicam, non dolentem? Iraſcetur, ſi nihil ipſe, [119] qui in iram concitat, idque exigit, ſimile patietur? [120] Siccis agenti oculis lacrymas dabit? fieri non poteſt. [121] Nec incendit, niſi ignis; nec madeſcimus, niſi humore; nec res ulla dat alteri colorem, quem ipſa non habet. Primum eſt igitur, ut apud nos valeant ea, quæ valere apud judicem volumus; [122] afficiamurque, antequam [123] afficere conemur. [124] At quomodo fiet, ut afficiamur? neque enim ſunt motus [125] in noſtra poteſtate. Tentabo etiam de hoc dicere. [126] Quas φαντασίας Græci vocant, nos ſane *viſiones* appellemus; per quas imagines rerum ab-

ſaſne poſſe, (id quod in ejuſmodi reo neceſſarium) *ut, quæ ille libidinoſe, quæ nefarie, &c.* quæ ſequuntur. TURN.

105. *Ut cum in maledicto, &c.*] Propterea quod pulſatio adſert dumtaxat dolorem præſentem: at maledictum ſolet plerumque notam inurere, quæ nunquam poſſit elui. TURNEB.

106. *In manu.*] In pulſatione. in corporis percuſſione, quæ manu fiat; vernacule dicimus, *un coup de main*. CAPPER.

107. *Eloquentiæ vis eſt.*] *Eſt* deeſt in Voſſ. ſec.

108. *Non ad id tantum impellat.*] *Compellat*: Voſſ. ſec. Locat. Ald.

109. *In quod ipſe a rei natura duceretur.*] Lectio editionis Aldinæ, Par. Vaſc. Steph. ſanior & expreſſior, quam quarumdam editionum illa, *in quod ipſa rei natura duceretur*. GIBSON.

110. Δείνωσις.] Δείνωσις, id eſt, *gravitas & vehementia*, vel adeo *exaggeratio*, oratio eſt acris, augens rei indignitatem, quæ eadem δεινολογία appellatur: hujus meminit Fab. lib. VIII. capite 3. TURNEB. Huic contrarius eſt οἶκτος: de quibus ita Macrobius lib. IV. Saturn. cap. 6. *Oportet enim, ut oratio pathetica, aut ad indignationem, aut ad miſericordiam dirigatur, quæ a Græcis οἶκτος καὶ δείνωσις appellatur: horum alterum accuſatori neceſſarium eſt, alterum reo: & neceſſe eſt initium abruptum habeat, quoniam ſatis indignanti leniter incipere non convenit.* ALMELOV.

111. *Præter alios.*] *Alias*: Vallæ lib. Voſſ. ſec.

112. *Demoſthenes valuit*] Idem ſentiunt Longinus *de Sublimi*, cap. 12. & alibi Hermogenes paſſim & maxime in tractatu περὶ ἰδεῶν, *de variis dicendi formis*. CAPPER.

113. *Quod ſi tradita mihi.*] Atqui iſta omnia lib. II. de *Orat.* apud Ciceronem repeiiuntur; illic enim ait Antonius, primum eſſe, ſi movere velimus judicem, ut ipſi moveamur; ſi iracundum efficere, ira flagremus. Igitur impudenter hunc locum diſſimulavit Fab. TURNEB.

114. *Summa enim.*] Atqui idem dixerat Horatius Art. Poët. 101.

Ut ridentibus arrident, ita flentibus adſunt
Humani vultus: ſi me vis flere, dolendum eſt
Primum ipſi tibi: tunc tua me infortunia lædent,
Telephe, vel Peleu. TURNEB.

Ariſtotel. in Art. Rhetor. Πιθανώτατοι γὰρ ἀπὸ τῆς αὐτῆς φύσεως οἱ ἐν τοῖς πάθεσίν εἰσι, καὶ χειμαίνει ὁ χειμαζόμενος, καὶ χαλεπαίνει ὀργιζόμενος. i. e. *Nam aptiſſimi ab ipſa natura ſunt ad perſuadendum, qui ſunt animo commoti: & fluctuare facit alios, qui & ipſe fluctibus eſt agitatus: & ad iram concitat, qui veriſſime eſt ira concitatus.* ALMELOV.

115. *Lugentes utique recenti dolore.*] *Utique in recenti*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

116. *In indoctis.*] *Indoctis*: V. C. Alm. Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

117. *Veritas ipſa morum.*] Τῶν ἠθῶν, eorum ſcilicet animi habituum, motuumque, qui re vera iratis inſunt. CAPPER.

118. *Hoc quum dicam.*] *Me cum hæc dicam*: Voſſ. ſec.

119. *Qui in iram concitat ſe.*] *Se* pronomen, cum a ſenſu repellatur, eradendum videtur. REGIUS. *In iram concitat ſe*: Locat.

120. *Siccis agentis.*] Loco *agentis*, *agens* ut legatur, ſenſus expoſcit. REGIUS. *Agentis*: MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Ald. *agent*: Locat. marg. Steph. *agenti*: Steph. Baſil. Gryph, Colin Vidov. Oxon. Obrecht.

121. *Nec incendit niſi ignis, &c.*] Sententia eſt *epiphonematica*, per allegoriam enunciata, hoc ſenſu; ſi iratum velis efficere judicem, iraſcere; ſi judici lachrymas extorquere, lachrymare. TURNEB.

122. *Afficiamur.*] Affectibus moveamur ipſi. CAPPER.

123. *Afficere.*] Alios movere affectibus, in aliorum animis affectus excitare. CAPPER.

124. *At quomodo fiet.*] Motus illi & affectus ſunt in ea animæ parte, quæ irrationalis eſt, nec voluntaria & arbitraria: quærit ergo Fabius, quo pacto fieri poſſit, ut pro voluntate moveamur & afficiamur. TURNEB.

125. *In noſtra poteſtate.*] Suſpicor antiquam & Ciceroni uſitatam conſtructionem hic corrupiſſe librarios; nam in V. C. Alm. erat, *in noſtram poteſtatem*; ita enim Gellius lib. I. cap. 7. docet Veteres dixiſſe. Vide & Gronov. ad Liv. II. 14. & Voſſ. ad Jul. Cæſ. de Bell. Civil. I. 25. & commentatores ad Suet. Auguſt. 13. BURMAN.

126. *Quas φαντασίας.*] *Phantaſiam* appellant vulgo *imaginationem*, quæ tamen interpretatio non eſt vituperanda; nam antea dixit Fab. *imaginari*. Cicero in Academicis & aliis locis vertit *viſum*, nonnunquam etiam *informationem*. Cæterum *phantaſia*, vis eſt animæ, cui ſpecies a ſenſu profectæ inſculpuntur, & quæ hinc data occaſione ex libertate ſua pleraque comminiſcitur: hic vero eſt ea vis animi, non *informatio*, quæ illi inſculpitur. TURNEB. De interpretatione hujus vocis fuſe diſſerit doctiſſimus Henricus Stephanus in notis ſuis ad Sexti Empirici Pyrrhon. Hypot. lib. I. cap. 7. qui locus reſpici meretur. Conſule & Galeno adſcriptum librum de Philoſophorum hiſtoria

ſentium ita repræſentantur animo, ut eas cernere oculis, ac præſentes habere videamur: has quiſquis [127] bene conceperit, is erit in affectibus potentiſſimus. [128] Hunc quidam dicunt εὐφαντασίωτον, qui ſibi res, voces, actus ſecundum verum optime finget: quod quidem nobis volentibus facile continget. [129] Nam, ut inter otia animorum, & ſpes inanes, & [130] velut ſomnia quædam vigilantium, ita nos hæ, [131] de quibus loquimur, imagines [132] proſequuntur, ut peregrinari, navigare, præliari, populos alloqui, divitiarum, quas non habemus, uſum videamur diſponere, nec cogitare, ſed facere. Hoc animi vitium ad utilitatem non [133] transferemus? [134] Ut hominem occiſum querar, non omnia, quæ [135] in re præſenti accidiſſe credibile eſt, in oculis habebo? non percuſſor ille ſubitus erumpet? non expaveſcet circumventus? exclamabit? vel rogabit? [136] vel fugiet? non ferientem, non concidentem videbo? non animo [137] ſanguis, & pallor, & gemitus, extremus denique [138] exſpirantis hiatus inſidet? Inſequetur [139] ἐνάργεια, quæ a Cicerone [140] *illuſtratio & evidentia* nominatur, [141] quæ non tam dicere videtur, quam oſtendere: [142] & affectus non aliter, quam ſi rebus ipſis interſimus, ſequentur. An non [143] ex his viſionibus illa ſunt:

[144] *Excuſſi manibus radii, revolutaque penſa?*

Et:

[145] ——— *levique patens in pectore vulnus?*

[146] Et equus ille in funere Pallantis:

[147] ——— *poſitis qui inſignibus*
[148] *It lacrymans, guttiſque humectat grandibus ora?*

Quid? [149] non idem poëta penitus ultimi fati [150] cepit imaginem, [151] ut diceret:

cap. 24. ALMELOV. De φαντασίαις multa & egregia ſcripſit Longinus in opuſculo *de Subiimi*, cap. 15. CAPPER.

127. *Bene conceperit.*] *Ceperit*; Locat. Baſil. ita mox *ultimi fati cepit imaginem.*

128. *Hos quidam dicunt.*] *Has* eradendum, atque *hunc* reponendum, aperte *qui* relativum, quod ſequitur, declarat. REGIUS.

129. *Nam ut inter otia.*] Corrupte quidem ſic legitur hic locus; illam enim *ut* particulam ſenſus aſpernatur: forſitan autem *vel*, & ipſa monoſyllaba, loco illius emendate reponeretur. Exponit enim Fabius, quomodo facultas imagines concipiendi nobis facile contingat. REGIUS.

130. *Velut ſomnia quædam vigilantium.*] Alludit ad proverbium, *ſpecies ſunt vigilantium ſomnia*: quo quidem proverbio ſignificamus, non minus eſſe vanas illorum ſpecies, quas otioſi conſingimus, quam inſomnia, quæ ſecundum quietem accidunt. TURNEB. Plato ſubinde dicit ἐγρηγορότων ὀνείρους eſſe; id eſt, vigilantium ſomnia. PHILAND. Baſilius in Epiſtola ad Gregorium Theologum tom. II. pag 798. ἐκεῖνο γὰρ τὸ εἰπεῖν τὰς ἐλπίδας εἶναι ἐγρηγορότων ἐνύπνια: hoc dictum Platoni tribuit Ælianus lib. XIII. Var. Hiſt. cap. 29. Pindaro Stobæus Sermone 110. COLOMES. Baſilii locum Moſellano, qui jam adduxerat, debet Colomeſius: cæterum hinc inter miniſtros Dei Somni Ovidius unum *Phantaſon* facit, quem deſcribit lib. XI. Metam. 641. BURMAN.

131. *De quibus loquimur.*] *Loquor*; V. C. Alm.

132. *Proſequuntur.*] *Perſequuntur*; Voſſ. ſec.

133. *Transferimus.*] *Transferemus*, ut futuri ſit temporis, cum interrogatione eſt legendum. REGIUS. *Transferimus*: Locat. *ad utilitatem noſtram non transferemus*; marg. Baſil. & Vidov. *ad utilitatem noſtram transferemus*: Voſſ. ſecund.

134. *Ut hominem occiſum querar.*] *At hominem occiſum queror*; Locat. Ald. marg. Baſil. *Ut h. o. queror*; Baſil. Gryph.

135. *In re præſenti.*] *Res præſens*, non ipſum modo tempus, in quo accidit, ſed omnia, quæ in eo tempore geſta ſunt: peculiaris hæc dicendi formula. SICHARD. Frequens Livio formula: ſic lib. XL. 9. *Quod tum vociferarer in re præſenti pavidus, hoc nunc poſtero die queror*: & cap. 17. *Eodem anno inter populum Carthaginienſem & Regem Maſiniſſam in re præſenti diſceptatores Romani de agro fuerunt.* Et ita alibi & Cicero & Juriſconſulti, *in rem præſentem venire.* BURMAN.

136. *Vel fugiet.*] Ita MSS. Bodl. Baſil. ita etiam editiones Andr. Ald. Sich. & aliorum, quos quidem ſecuti, lectionem editionis Lugdunenſis ejecimus *vel feriet*: ſed præter auctoritatem codicum, qui noſtram confirmant, incredibile eſt, Fabium inter rei homicidii actiones feriendi actum bis memoraturum: ſequitur autem immediate, *non ferientem, non concidentem videbo.* GIBSON.

137. *Sanguis & pallor.*] *Pavor*; Ald. Sich. Baſil. Vidov. marg. Colon.

138. *Exſpirantis hiatus inſidet.*] Citra *non* negandi adverbium hic ſenſus integer non habetur. Quare adſcribendum videtur, & cum interrogatione legendum hoc modo: *Extremus denique exſpirantis hiatus non inſidet?* REGIUS. *Inſidet?*] Futurum eſt ab *inſido*: non autem præſens & *inſideo.* CAPPER.

139. *Ἐνάργεια, quæ a Cicerone.*] Ἐνεργεία a quibuſdam vitioſe legitur; cum, ut alibi quoque diximus, non illuſtratio, ſed actus atque efficacia transferatur. REGIUS. Hoc vocabulum dupliciter apud Auctores ſcribitur; nam qui vim orationis, & efficaciam movendi, quam habet, ſpectant, ab opere ἐνέργειαν vocant, eo quod Græcis ἔργον *opus* dicatur. Porro, qui lucem, quam rebus addit, attendunt, a claritate nominant ἐνάργειαν, quia Græcis ἀργὸς *clarus* dicitur. Poſterius probaſſe videtur Cicero, qui illuſtrationem & evidentiam vertit. (*De Orat.* 3. & *Acad. Quæſt.* lib. IV. cap. 6.) MOSELLANUS. Ἐνέργεια; Voſſ. ſec.

140. *Illuſtratio.*] *Perſpicuitas*; marg. Steph.

141. *Quem non tam dicere.*] *Quæ*, ut ad ἐνάργειαν referatur, legendum. REGIUS.

142. *Et affectus non aliter, &c.*] Cum illam cædis imaginem animo concepero uſque adeo evidentem, ſequetur ſimilis oratio, quæ rem ita auditoribus exprimat, ut ipſi negotio intereſſe videantur: qua quidem figura nihil eſt utilius ad affectum movendum. TURNEB.

143. *Ex his viſionibus.*] Φαντασίαις, de quibus paulo ſupra. CAPPER.

144. *Excuſſi manibus.*] Hic verſus eſt ex Æneïdos IX. verſ. 76. de Euryali matre, quæ filii mortem acceperat. TURNEB.

145. *Levique patens.*] Lib. XI. Æneïd. 40.

146. *Et quos ille.*] Corruptum quidem hunc eſſe ſenſum, facile eſt videre; qui emendatur, ſi *quos* accuſativum expungamus, ac *equus* illius loco adſcribatur hoc modo, *& equus ille in funere.* REGIUS. Locus non eſt integer: quare ſic corrige, *& equus ille, poſitis qui inſignibus it, &c.* PHILAND. *Et quos ille*; V. C. Alm. Locat.

147. *Poſitis.*] Lib. XI. 89.

148. *It lacrymans.*] Hunc verſum non habent. MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Colon. Vidov.

149. *Non idem Poëta.*] *Non ille Poëta*; Voſſ. ſec.

150. *Cepit imaginem.*] Cepit, & verbis expreſſit. CAPPER.

151. *Et diceret ut dulcis.*] *Et* copula, *utque* particula al-

Et

——Et dulces moriens reminiſcitur Argos?

Ubi vero miſeratione opus erit, nobis ea, de quibus querimur, accidiſſe credamus, [152] atque id animo noſtro perſuadeamus. Nos illi ſimus, quos gravia, indigna, triſtia paſſos queramur. Nec agamus rem, quaſi alienam; ſed aſſumamus parumper illum dolorem. Ita dicemus, quæ in ſimili noſtro caſu dicturi eſſemus. [153] Vidi ego ſæpe hiſtriones atque comœdos, cum ex aliquo graviore actu perſonam depoſuiſſent, flentes adhuc egredi. [154] Quod ſi in alienis ſcriptis ſola pronunciatio ita falſis [155] accedit affectibus, quid nos faciemus, qui illa cogitare debemus, ut moveri periclitantium [156] vice poſſimus? Sed in ſchola rebus quoque ipſis affici convenit, eaſque veras ſibi fingere; hoc magis, quod illic ut litigatores loquimur frequentius, quam ut advocati. Orbum agimus, & naufragum, & periclitantem: quorum [157] induere perſonas quid attinet, niſi affectus aſſumimus? Hæc diſſimulanda mihi non fuerunt, quibus ipſe, [158] quantuſcumque ſum, aut fui, (nam perveniſſe me ad aliquod nomen ingenii credo) frequenter motus ſum, ut me non lacrymæ ſolum [159] deprehenderint; ſed pallor, [160] & vero ſimilis dolor.

tera alterius locum occupavit; legendum eſt enim *ut diceret, & dulces*. REGIUS. *Et dulces*, verſiculus eſt ex x. Æneïdos 782. de morte * Anthoris, qui Argis profectus cum Evandro venerat in Latium, & cum Pallante Evandri filio auxilium Æneæ tulerat. TURNEB. In cujus nota perperam legebatur *Antenoris*, pro τῷ *Anthoris*; neque hunc Pariſienſis editionis 1556. errorem Burmannus emendarat. CAPPER.

152. *Atque in animo noſtro perſuadeamus.*] *In* præpoſitio eradenda, atque *id* pronomen illius loco ſcribendum. REGIUS. *Atque in*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. *atque animo noſtro*; Ald.

153. *Vidi*, &c.] Huc refer Polum hiſtrionem, de quo Gellius lib. VII. cap. 5.

154. *Quod ſi.*] Argumentum a *minori* ad *majus*. TURNEB.

155. *Accedit affectibus.*] Conſentit, congruit, reſpondet, accommodatur. CAPPER.

156. *Vice poſſumus.*] *Poſſimus* legendum eſſe, *ut* conjunctio oſtendit. REGIUS. *Et moveri p. v. poſſumus*; V. C. Alm. Ald.

157. *Inducere perſonas non attinet.*] *C* expuncta *induere* legendum eſt; ita & ſenſu, & loquendi conſuetudine exigente. REGIUS. *Quid attinet*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Steph. Colin. Oxon. Obrecht.

158. *Quantuſcumque ſum aut fui.*] *Sim*; Ald. *quantuſcumque uſus fuit*; Sich. Baſil. *aut fui*, non agnoſcunt Andr. Ald.

159. *Deprehenderint.*] *Deprehenderent*; Voſſ. ſec. Locat. Ald.

160. *Et vero ſimilis.*] *Veri*; MSS. Alm. Voſſ. ſec.

CAPUT III.

De riſu.

HUIC diverſa virtus, [1] quæ, riſum judicis movendo, & illos triſtes ſolvit affectus, & animum ab intentione rerum frequenter avertit, [2] & aliquando etiam reficit, & a ſatietate, vel [3] a fatigatione renovat. Quanta ſit autem in ea difficultas, vel duo [4] maximi oratores, alter Græcæ, alter Latinæ eloquentiæ principes, docent. [5] Nam plerique [6] Demoſtheni facultatem hujus rei defuiſſe credunt: [7] Ciceroni modum. Nec videri poteſt noluiſſe Demoſthenes, cujus [8] pauca admodum *dicta*, nec ſane cæteris ejus virtutibus reſpondentia,

Cum riſus ſæpenumero graves ſolvat affectus, & ad affectuum rationem referatur, de eo tradendum fuit. Primum igitur, quantum valeat, docet; mox, quam difficile ſit apte riſum movere; deinde, quibus appelletur nominibus; poſtremo, ex quibus ducatur locis. TURNEB. Ambroſ. lib. 1. Offic. præcepta de jocandi diſciplina ab Eccleſiaſtica regula abhorrere putat. Et tamen 3. Reg. inducitur Helias ſolitarius ille & bonus Baalis ſacerdotes deridens. Laur. Vall. PITHOEUS. Multa elegantia de joco & riſu conſcripſit Matthæus Delius Hamburgenſis quatuor libris de arte jocandi, qui in parte II. Deliciarum Germanorum Poëtarum exſtant. Refert etiam Cicero lib. II. de Orat. cap. 54 Græcos libros de ridiculis ſcriptos ſe multos vidiſſe. ALMELOV.

1. *Quæ riſum judicis.*] *Quæ riſu judicis movendo*; Voſſ. ſecund.

2. *Et aliquando etiam reficit.*] Unde aliquando præcipiunt rhetores, ut, cum judex adverſarii longa oratione fuerit fatigatus, a nobis ipſo ſtatim exordio opportuno quodam joco reficiatur. TURNEB.

3. *A fatigatione renovat.*] *Renovare*, hoc loco eſt, *reficere*, vel *recreare*. Id Cn. Matius uno verbo *recentare* diceret. Nonius: *Recentari honeſte poſitum pro novari* (ſive renovari) *quod eſt Græcis ἀνανεῶσθαι*. Matius in Mimiambis:

Jam jam albicaſcit Phœbus & recentatur.

Hine ῥαιχτησώτην *recentatum* apud Alex. Trallianum lib. II. 5. περὶ προσκομμάτων. COLOMES. De eleganti uſu verbi *novare* & *renovare* hoc ſenſu plura Heinſius ad Ovid. Epiſt. IV. 90. & ita Cicero pro Muræn. cap. 15. *ſe novis opibus copiiſque renovare*. Et Silius IV. 170.

——— renovaſque viros ad vulnera cantu.

in Voſſ. ſec. erat *vel fatigatione*. BURMAN.

4. *Maximi oratores.*] *Maxime*; V. C. Alm.

5. *Nam plerique.*] In riſu difficile eſt mediocritatem tenere: riſus Demoſtheni defuit: Ciceroni ſuperfuit. Si igitur oratores illi modum tenere non potuerunt, res eſt hæc perdifficilis. TURNEB. Apud quem etiam in Burmanniana editione peſſime legebatur *fuit* pro τῷ *defuit*. CAPPER.

6. *Demoſtheni facultatem defuiſſe.*] Ita docet etiam Longinus in opuſculo de *Sublimi* cap. 34. CAPPER.

7. *Ciceroni modum.*] Vide Lipſ. lib. II. Variar. cap. 17. ALMELOV.

8. *Pauca admodum dicta.*] *Dicta* ſunt dicteria, de quibus multa congerit Gebhard Crepund. lib. III. cap. 1. *Dicta* ſic vocantur per *ellipſim* pro τῷ acute dicta, bona dicta & ſalſa; Gallice *bons mots*. Ita Cicero II. de Orat.

palam oſtendunt, [9] non diſplicuiſſe illi jocos, ſed non contigiſſe. [10] Noſter vero, non ſolum [11] extra judicia, ſed in ipſis etiam orationibus, habitus eſt nimius riſus affectator. Mihi quidem, ſive id recte judico, ſive amore immodico præcipui in eloquentia [12] viri labor, mira quædam videtur in eo fuiſſe urbanitas. Nam & in ſermone quotidiano multa, & [13] in *altercationibus*, & interrogandis teſtibus plura, quam quiſquam, dixit facete; & illa ipſa, quæ ſunt in Verrem dicta frigidius, aliis aſſignavit, & teſtimonii loco poſuit: ut, quo ſunt magis vulgaria, eo ſit credibilius, illa ab oratore non ficta, ſed paſſim eſſe jactata. [14] Utinam Quintus, & libertus ejus Tiro, aut alius quiſquis fuit, qui tres hac de re libros edidit, parcius *dictorum* numero indulſiſſent, & plus judicii in eligendis, quam in congerendis ſtudii adhibuiſſent: [15] minus objectus calumniantibus foret: qui tamen nunc quoque, ut in omni ejus ingenio, facilius quid rejici, quam quid adjici poſſit, invenient. Affert autem ſummam rei difficultatem; primum, [16] quod ridiculum dictum plerumque falſum eſt, [17] hoc ſemper humile, ſæpe [18] ex induſtria depravatum; præterea [19] nunquam honorificum; tum varia hominum [20] judicia in eo, quia non ratione

Dicere aiunt Ennium flammam a ſapiente facilius ore in ardente opprimi, quam bona dicta teneas; hæc ſcilicet bona dicta, quæ ſalſa ſint. Nam ea dicta appellantur jam proprio nomine. CAPP.

9. *Non diſplicuiſſe illi jocos.*] Cicer. Orat. cap. 26. tamen ait, Demoſthenem facetum fuiſſe, ſed non dicacem. TURNEB.

10. *Noſter vero.*] Unde Cato illum appellavit *ridiculum Conſulem* in judicio Murænæ: ab inimicis vero appellabatur *ſcurra conſularis.* Macrobius Ciceronem ait in *cauſſa* Flacci *unico ridiculo* victoriam obtinuiſſe. TURNEB. Hæc verba quis unquam ſuſpecta habeat? MS. Palat. Codex tamen aliam integramque lectionem nobis præit. Legit quippe: *Noſter vero non ſolum extra judicia, ſed in ipſis etiam orationibus habitus eſt mimis riſus affectatior. Mimi* proprie illi γελωτοποιοί, qui dicacitate affectata, ac nimia populum argumentorum Tragicorum feſſum recreabant. Apud Petronium Arbitrum, *mimicus riſus: Omnia mimico riſu exſonuerant.* Idem paulo poſt: *Ideoque nec Mercenarius ad raptum ferramentum expaveras, nec Eumolpus interpellaverat mortem mimicam.* Fabius hoc capite: *Oratori minime convenit diſtortus vultus geſtuſque, quæ in mimis rideri ſolent. Dicacitas enim ſcurrilis & ſcenica huic perſonæ alieniſſima eſt.* Idem libro undecimo Prooem. *Humiliora illa vitia, ſubmiſſa adulatio, affectata ſcurrilitas, in rebus ac verbis parum modeſtis vilis pudor, in omni negotio neglecta auctoritas: quæ fere accidunt eis, qui nimium aut blandi eſſe, aut ridiculi volunt.* Idem libro ſexto, capite III. *Sed hæc tamen non debent eſſe mimica.* Ibidem: *Cum videatur autem res levis, & quæ a ſcurris, mimis, inſipientibus denique ſæpe moveatur.* Traduxerunt eo nomine non leviter Ciceronem inimici, quibus & *Scurra Conſularis* audire coactus eſt. Gebhardus lib. 1. Crepund. 1. Videatur & Macrobius lib. II. cap. I. Saturn. Ludovicus Creſollius, Vacat. Autum. lib. 1. cap. 10. pag. 28. PAREUS. *Affectatior* eſt quoque in V. C. Alm. ineptam tamen Gebhardi emendationem minime recipiendam cenſeo. Gallæus mallebat *mimici riſus affectator;* ut *mimicus riſus* Petronio dicitur: ſed vulgata non eſt ſolicitanda lectio. BURMAN.

11. *Extra judicia.*] Extra *cauſſas* forenſes, extra orationes generis *judicialis* habitas vel in foro ad Quirites, vel in Senatu ad Patres conſcriptos. CAPPER.

12. *Viri laboro.*] *Labor;* Voſſ. ſec. & recte; opponitur enim recto judicio, error; ita lib. x. cap. 1. de Horatio agens, *niſi labor ejus amore.* BURMAN.

13. *In altercationibus.*] Quid ſit *altercatio*, vide paulo infra ad cap. 5. CAPPER.

14. *Utinam Quintus.*] Tiro Tullius, Ciceronis libertus, tres libros edidit de jocis Ciceronianis. Macrobius tamen ait nonnullos exiſtimare libros a Cicerone conſcriptos fuiſſe. TURNEB. De Cicerone quis neſcit, conſularem eum ſcurram ab inimicis appellari ſolitum? quod in oratione etiam ſua Vatinius poſuit. PITHOEUS. Legendum, ut in veteribus: *Utinamque libertus ejus Tiro.* Neque enim libros illos quiſquam unquam ad Q. Ciceronem retulit. Muretus, Var. lect. lib. 19. cap. 6. pag. 1228. Macrobius, Saturn. lib. II. cap. 1. PAREUS. *Utinamque libertus ejus Tiro;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Andr. & margines Steph. Sich. Baſil. Francius quoque fratrem Ciceronis Quintum intelligi putat, & conjiciebat: *Utinam frater Quintus & libertus.*

15. *Minus objectus calumniantibus.*] *Minus objectus locus;* Ald. Baſil. *minus objectus ab his locus;* MS. Bodl. & Obrecht. forte *minus objectus jocis calumniantium foret;* *jocus* enim & *locus* paſſim confunduntur in codicibus. Vide Ovid. IV. Faſt. 868. & Phædr. prolog. lib. II. & ita apud Valerium Maxim. lib. VII. cap. VIII. §. 9. *quid hoc joco inhoneſtius?* pro *loco* recte viri docti reſtituerunt. BURMAN. Cujus hoc quidem in loco probare conjecturam minime poſſum. Quis enim fando unquam audivit calumniantium jocos? certe neque jocus eſt calumnia, neque calumniantes jocari amant. Igitur hîc optime quadrat, quod paulo ſupra dixit Burmannus: *ſolicitanda non eſt vulgata lectio.* CAPPER.

16. *Quod ridiculum dictum plerumque falſum eſt.*] Muretus *falſum* legit, non, ut vulgo, *ſalſum;* ut & illud quod ſequitur, hoc modo: *Neque hoc ab ullo ſatis explicari puto, licet multi tentaverint, unde riſus; qui non ſolum facto aliquo dictove, ſed interdum quodam etiam corporis tactu arceſſitur.* Hoc enim (inquit) ipſum eſt, quod negat a quoquam ſatis explicatum; *unde riſus*, hoc eſt, quæ ſit riſus origo. Variar. Lection. lib. XIX. cap. 6. PAREUS. *Falſum;* Voſſ. ſec. Locat. Steph. Baſil. Gryph. Vidov. Oxon. Obrecht. *falſum eſt, at ſemper humile;* Vallæ lib. *laſcivum* Dan. forte, *ſalſum eſt, ad hoc ſæpe humile.* BURMAN. Lugduno-Batavienſis editor & Rollinus cum quibuſdam editionibus habent; *plerumque ſalſum eſt:* ſed omnino legi debet *falſum.* Nam res ita ſe habet, ut omne ridiculum ſemper quidem ſit ſalſum, plerumque vero falſum. Hoc facile probari poteſt ex pluribus cum Tullii, tum Fabii locis; hic enim in hujus ipſius capitis progreſſu ſic loquitur: *Ridiculum eſt omne, quod aperte fingitur.* Et paulo poſt: *Omnis ſalſe dicendi ratio in eo eſt, ut aliter, quam eſt rectum verumque, dicatur: quod fit totum fingendis, aut noſtris, aut alienis perſuaſionibus, aut dicendo, quod fieri non poteſt.* Tullius vero II. *de Orat.* num. 241. de facetiis in re [aliæ enim ſunt in verbis:] *Sive*, inquit, *habeas vere quod narrare poſſis, quod tamen eſt mendaciunculis aſpergendum; ſive fingas.... in re eſt item ridiculum, quod ex quadam depravata imitatione ſumi ſolet, &c.* CAPPER.

17. *Hoc ſemper humile.*] An τὸ *hoc* poſitum eſt pro τῷ *ideo*, διὰ τοῦτο, hanc ob cauſſam? &c. CAPPER.

18. *Ex induſtria depravatum.*] Alludere videtur Fabius ad illa verba Ciceronis II. *de Orat.* num. 242. *Eſt item ridiculum, quod ex quadam depravata imitatione ſumi ſolet, ut idem Craſſus;* per tuam nobilitatem, per veſtram familiam, &c. CAPPER.

19. *Nunquam honorificum.*] Ei videlicet, in quem jacitur dicterium, ei quem aliquis deridendum ſalſo quopiam dicto propinat, ut patet ex ſequentibus, ubi ſic legitur: *Illi qui hoc propoſuerat, conſentanea fuit illa diviſio, ut dictorum urbanorum alia ſeria, alia jocoſa, alia media faceret..: mihi etiam jocoſa quædam videntur poſſe non ſatis urbane referri.... ſeria partitur* [Marſus homo eruditiſſimus] *in tria genera, honorificum, contumelioſum, medium. Honorifici ponit exemplum Ciceronis pro Ligario apud Cæſarem:* qui nihil ſoles oblivisci niſi injurias; *& contumelioſi, quod Attico ſcripſit de Pompeio & Cæſare:* habeo quem fugiam, quem ſequar non habeo; *& medii, quod ἀποφθεγματικὸν vocat, &c.* Doctiſſimus Rollinus interpretatur *honorificum ipſi ſcilicet oratori:* ſed utra ſit explicatio ad Fabii mentem accommodatior, lectoris æqui judicio permittam. CAPPER.

20. *Judicia in eo.*] τῷ ridiculo videlicet. CAPPER.

aliqua, [21] ſed motu quodam, [22] neſcio an enarrabili, judicatur. [23] Neque hoc ab ullo ſatis explicari puto, licet multi tentaverint, unde riſus; * qui non ſolum facto aliquo dictove, [24] ſed interdum quodam etiam corporis * tactu laceſſitur. Præterea [25] non una ratione moveri ſolet. Neque enim acute tantum ac venuſte, ſed ſtulte, iracunde, timide dicta aut facta [26] ridentur. Ideoque anceps ejus rei ratio eſt, quod [27] a deriſu non procul abeſt riſus. [28] Habet enim, ut Cicero dicit, ſedem in *deformitate aliqua & turpitudine*; quæ, cum in aliis demonſtrantur, urbanitas; cum [29] in ipſum dicentem recidunt, ſtultitia vocatur. [30] Cum videatur autem [31] res levis, & quæ a ſcurris, mimis, inſipientibus denique ſæpe moveatur; [32] tamen habet vim neſcio an imperioſiſſimam, & cui repugnari minime poteſt. [33] Erumpit enim etiam invitis ſæpe; nec [34] vultus modo ac vocis [35] exprimit confeſſionem; ſed totum corpus vi ſua concutit. Rerum autem ſæpe (ut dixi) maximarum momenta vertit, [36] cum odium iramque frequentiſſime frangat. Documento ſunt juvenes Tarentini, qui multa de Pyrrho rege ſecurius inter cœnam locuti, [37] cum rationem facti repoſcerentur, & neque negari res, neque defendi poſſet, riſu ſunt & opportuno joco elapſi. Namque unus ex his: *Immo*, inquit, *niſi lagena defeciſſet, occidiſſemus te.* Eaque urbanitate tota eſt invidia criminis diſſoluta. [38] Verum hoc, quidquid eſt, ut non auſim

21. *Sed motu quodam.*] *Sed motu animi quodam*; MSS. Bodl. Alm. Colbert. Voſſ. ſec. Andr. Par. Locat. Ald. Baſil. Colin. Vidov. *Motu quodam.*] Id eſt, animi affectu ἤθει, vel πάθει CAPPER.

22. *Neſcio an errabili.*] *Enarrabili* caſtigate legitur. REGIUS.

23. *Neque hoc.*] Cicero lib. II. *de Oratore*, unde hæc omnia ſumpſit Fabius, ait, Democritum diu inveſtigaſſe riſus cauſſas, multaque de riſu ſcripſiſſe: plerique tamen riſus cauſſas referunt ad ſplenem, alii ad præcordia: unde milites quidam trajectis enſe præcordiis riſu periciunt. TURNEB. *Neque hoc ab ulla.*] *ab ullo* eſſe legendum, notius eſt, quam ut ſit admonendum. REGIUS. *Neque enim hoc ab ullo*; V. C. Alm. Ald. *neque enim ab ullo*; Andr. Ven. Francius volebat, *neque hoc ab ullo ſatis explicari poſſe puto.* BURMAN. *Neque ſatis explicari puto, licet multi tentaverint, unde riſus: qui.*] In vulgat. editionib. *neque .... ſatis explicari puto, liset multi tentaverint. Unde riſus quidem:* ſed eam ſecuti ſumus lectionem, quam adſtruit eruditiſſimus & ſagaciſſimus Muretus lib. XIX. variar. lection. cap. 6. ipſum lector conſulet. CAPPER.

24. *Sed interdum quodam etiam corporis tractu laceſſitur.*] R litera eraſa, *tactu* & *laceſſatur*, mihi legendum videtur. REGIUS. Nugæ hæc lectio, & vanior frivolis illis vitreis, quæ ſulphuratis permutantur. Lege: *Interdum quodam etiam corporis tractu laceſſitur.* Ubi Aldus quoque, ſive ipſe Naugeerus fuit, *laceſſitur* illud, in *arceſſitur* tranſpolat licenter, ſi ſine libris. GEBHARD. Crepund. lib. III. cap. I. *corporis tractu*; MSS Alm. Voſſ. ſec. Baſil. Gryph. *arceſſitur*; Ald. Colin. Sichard. verbum *laceſſitur* non fuiſſe in vetuſto codice teſtatur: ego vero corporis illum *tactum* non intelligo, ſed *tractum* recte legi puto, id eſt, indecorum motum. * Ut *tractus* ſerpentibus tribuit Claudianus præf. in Rufin. 7. & III. Conſ. Honor. 141. ita & homo contorquens corpus poteſt videri imitari ſerpentum tractus: ſic *trahere vultum* Ovidius Pont. IV. I. 5. * qui indecore tractus riſum excitare poteſt: *trahere corpus, membra*, paſſim de fatigatis ægris & ſenibus dicitur: *corporis jactu* Francius conjiciebat: *laceſſitur* etiam probum; *arceſſere* enim de eo, qui frigidos jocos longe petit, dicitur; ſed *laceſſere*, qui indecoro habitu, aut facto dictove provocat dicaces, & *movet* riſum, ut mox ait, & Phædrus præfatione ſua, & Cicero ſæpe dixit: ita *laceſſere bella*, Virgil. XI. 254. ubi etiam in quibuſdam codicibus inveni *arceſſere*; & ſæpe Lucretius pro *movere*, aut *commovere* poſuit. Vide Pincieri Parerg. lib. II. cap. 10. BURMAN. Sed Raphaëlis Regii, Mureti, Vaſcoſanr. Stephani, Lugduno-Bataviens. & Rollini lectionem eo lubentius amplexi ſumus, quod τὸ *tactus* illum corporis titillatum ſignificare poſſit, quo vel invitis riſus movetur: hoc certe confirmat Plinius lib. XI. cap. 37. *In eadem*, inquit, *præcipua hilaritatis ſedes, quod titillatu maxime intelligitur alarum, ad quas ſubit, non alibi tenuiore cute humana, ideo ſcabendi dulcedine ibi proxima. Ob hoc in præliis gladiatorumque ſpectaculis mortem cum riſu trajecta præcordia attulerunt.* CAPPER.

25. *Non ut narratione.*] Corruptus hic quidem eſt locus, utpote ex quo nihil integri ſenſus elici poteſt. Sed quo modo emendari poſſit, mihi ſane non liquet: niſi forte ita corrigamus: *præterea non una ratione moveri ſoleat:* ſic autem eſſe legendum aperte, quæ ſequuntur, indicio ſunt. REGIUS.

26. *Rodentur*] Id eſt, riſum aliis movent.

27. *A deriſu non procul abeſt riſus.*] Riſus eſt, cum noſtris acute dictis riſum aliis movemus: deriſus eſt, cum noſtris frigide aut ſtulte dictis deridendos nos ipſi aliis propinamus. CAPPER. *Quod a deriſu.*] *Quia*; Voſſ. ſecund.

28. *Habet enim.*] Cicero II. *de Orat.* cap. 58. ait ridiculum oriri a deformitate aliqua & turpitudine, quæ modo turpi * nunquam enunrietur: quæ eadem eſt Ariſt. ſententia; nam hæc vel ſola ridentur, vel maxime ridentur. TURNEB. In quo legebatur *tanquam* pro *nunquam*. CAPPER.

29. *In ipſum dicentem.*] *In ipſos dicentis*; Voſſ. ſec.

30. *Cum videatur.*] *Cum videtur*; Voſſ. ſec.

31. *Res levis.*] Cicero: *leve eſt*, inquit, *totum hoc, movere riſum.* TURNEB. Ciceronis locus eſt in II. *de Orat.* num. 218. CAPPER.

32. *Tum habet vim.*] *Tamen* ut loco *tum* particulæ reponatur, *cum*, pro *quamvis* cum ſubjunctivo juncta, manifeſte expoſcit: *repugnari* etiam, non *repugnare* eſt legendum. REGIUS. *Tum*; Voſſ. ſec.

33. *Erumpit etiam invitus ſæpe, &c.*] Cum ſuperioris dicti hæc ſit ratio, *enim* loco *etiam*, & *invitis* mihi legendum videtur. REGIUS. Iſocrates ad Demonic. hunc riſum προπετῆ vocat, *effrenatum & immodeſtum.* Plato lib. V. de leg. ἐξαίσιον, *profuſum & intempeſtivum*, cui opponit εὐσχημονεῖν, *decori habitus modeſtiam:* alias nominat ἰσχυρόν, ab eoque ait fieri in corpore ἰσχυρὰν μεταβολήν, *vehementem quamdam mutationem.* Qua de re egregie diſſerit Ludovicus Creſollius, Vacat. Autumn. lib. II. cap. 7. ſect. II. PAREUS. *Erumpit etiam invitus*; Voſſ. ſecund. Locat. *erumpit etiam invitis*; Ald. Vaſcoſ. Steph. Baſil. Colin.

34. *Nec ſultus ope.*] Tres illæ voces redundant. Barbara quædam enunciatio effecerat, ut *nec ſultus*, pro *nec vultus*, ſcriberetur. Quæ corrupta ſcriptura fulta eſt poſtea ope alicujus, qui de ſuo addidit illud *ope.* Sic ſæpe *ſeritas* invaſit in locum *veritatis*; *ſenus* in locum *Veneris*, aliaque ad eumdem modum: quod autem ſubjungit, ridiculo ſæpe maximarum rerum momenta verti, concordat cum Horatio, cujus illud eſt, lib. I. Sat. X. 14.

——— ridiculum acri
Fortius ac melius magnas plerumque ſecat res.

MURET. Variar. Lection. lib. XIX. cap. 6. hæ tres voces non reperiuntur in Aldino codice, nec in editionib Gryph. Colin. nec Vidovæi: recepit tamen Obrecht. BURMAN.

35. *Exprimit confeſſionem.*] Auditores cogit, ut ſuum ridendi ſenſum exprimant non vultu ſolum ac voce, ſed totius etiam corporis motu & concuſſione. CAPPER.

36. *Cum odium.*] *Ut eum odium*; Obrecht.

37. *Cum rationem facti repoſceret.*] Caſtigate in quibuſdam exemplaribus *repoſcerentur*, legitur: hoc autem & Val. Maxim. lib. V. cap. I. ext. 3. celebr. REGIUS. Vide Plutarch. in Pyrrho. TURNEB. *Repoſceret*; Locat.

38. *Verum hoc.*] Cæſar & Antonius apud Ciceronem II. *de Orat.* cap. 54 aiunt ridiculi nullam eſſe artem, ac Græcos reprehendunt, qui, cum hac de re libros ſcrip-

dicere carere [39] omnino arte, [40] quia nonnullam obſervationem habet, ſuntque ad id pertinentia & a Græcis, & a Latinis compoſita præcepta; ita plane affirmo, præcipue [41] poſitum eſſe [42] in natura & in occaſione: porro natura non tantum in hoc valet, ut acutior quis atque habilior ſit ad inveniendum; (nam id ſane [43] doctrina poſſet augeri) ſed ineſt [44] proprius quibuſdam decor in habitu atque vultu, ut eadem illa minus, dicente alio, [45] videantur urbana eſſe. Occaſioni vero & in rebus eſt tanta vis, ut ſæpe adjuti ea non indocti modo, ſed etiam ruſtici ſalſe dicant [46] in eum, quiſquis aliquid dixerit prior. Sunt enim longe venuſtiora omnia in reſpondendo, quam in provocando. [47] Accedit difficultati, quod ejus rei nulla exercitatio eſt, nulli præceptores. Utique in conviviis & ſermonibus multi dicaces; [48] ſed quia in hoc uſu quotidiano proficimus. Oratoria urbanitas rara, [49] nec ex arte propria, ſed ad hanc conſuetudinem [50] accommodata. [51] Nihil autem vetabat & componi materias in hoc idoneas, ut [52] controverſiæ permixtis ſalibus fingerentur; vel res proponi ſingulas ad juvenum talem exercitationem. [53] Quin illæ ipſæ, quæ [54] *Dicta* ſunt, ac vocantur, quas certis diebus feſtæ licentiæ dicere ſolebamus, [55] ſi paulum adhibita ratione fingerentur, aut aliquid in his ſerium quoque eſſet admixtum, plurimum [56] poterunt utilitatis afferre: quæ nunc juvenum, vel ſibi ludentium exercitatio eſt. [57] Pluribus autem nominibus in eadem re vulgo utimur: [58] quæ tamen ſi diducas, ſuam propriam quamdam vim oſtendent. Nam & [59] *urbanitas* dicitur; qua quidem ſignificari video ſermonem [60] præ ſe ferentem in verbis & ſono & uſu proprium quemdam [61] guſtum Urbis, & ſumptam ex converſatione doctorum [62] taci-

ſiſſent, oſtenderunt ſuam inſulſitatem. Cicero tamen poſtea locos tradit, ex quibus ſales eruantur, ut videatur aliqua eſſe hac in re obſervatio. Conſtat certe (ut inquit Rodolph. lib. III.) hæc facultas natura primum, quæ, cum in omni re multum, in hoc plurimum poteſt; deinde, quod proximum eſt, crebro uſu: ſunt tamen etiam tradita ejus præcepta, quatenus tradi præceptis poteſt, quorum auctores Cicero & Quinctilianus. TURNEB.

39. *Omni arte.*] Pro *omni* fortaſſe *omnino* rectius legeretur. REGIUS. *Omni*; Locat.

40. *Quia nullam obſervationem habet.*] *Non* adverbium adſcribendum eſſe, ut ex duabus negationibus affirmatio una efficiatur, facile ex ipſo percipitur ſenſu, hoc modo; *quia nonnullam.* REGIUS. *Quia nullam*; Locat. *Quia nonnullam obſervationem habet.*] Ars enim eſt eorum obſervatio, quæ bene acta fuerint, quæ quavis in re proſpere cuipiam ſuccesſerint. Vide Ciceronem lib. I. & II. *de Orat.* CAPPER.

41. *In natura & occaſione.*] *Et in occaſione*; V. C. Alm. & puto ex more Fabii recte; ſed quem ſæpe librarii mutarunt. Lib. I. cap. 10. *Niſi forte in carminibus tantum, & in canticis exigitur ſtructura.* Lib. II. cap. ult. *nihil eſt, quod non in cauſſam, aut in quæſtionem cadat.* Lib. III. cap. 5. *Eſſe quæſtiones, aut in ſcripto, aut in non ſcripto.* Paulo poſt: *Poſſunt in rebus, & in verbis.* Lib. III. cap. 8. *Emolumentum non in utilitate aliqua, ſed in ſola laude conſiſtit.* Quibus omnibus fere locis ſemel modo quidam codices τὸ *in* habent. Et ita τὸ *ad* iterari a Fabio docuimus ad lib. IV. cap. 2. BURMAN.

42. *Poſitum eſſe.*] *Eſſe* non habet Voſſ. ſec.

43. *Doctrina poſſit augeri.*] *Poſſet* rectius legitur, quam *poſſit*: *in* quoque præpoſitio ut adſcribatur, judicio aurium ſentitur, ut legatur; *in habitu, atque vultu.* REGIUS. *Decor habitu*; Voſſ. ſec. Locat. male. Vide quæ notavimus ad lib. II. cap. 7.

44. *Proprius quibuſdam.*] Id eſt, feſtivus & non tetricus: unde & Martialis lib. VII. Epiſt. 24. canit:

Nec grata eſt facies, cui gelaſinus abeſt.

Porro, auctore Suida, gelaſinus eam apud Græcos ſonat lineam, quæ ſub ipſo mento velut canalis apparet in hominibus gratioſis, dum rident; nimirum vocabulo facto ἀπὸ τοῦ γελάω, *rideo.* MOSELLAN.

45. *Videantur urbana eſſe.*] *Urbana eſſe videantur*; Voſſ. ſec. numero Ciceroniano. BURMAN.

46. *Et in eo quis aliquid dicitur prior.*] Corrupte hic, ſed ne alibi quidem correcte legitur hoc modo: *Et in eo quiſquis aliquid dixerit prior*: Mihi vero loco *&* copulæ, *ut* particula reponenda, ac loco illius *in* præpoſitionis *eum*, & *eo* pronomen expungendum videtur hoc modo: *utcum quis aliquid dixerit prior.* Neque non video etiam, *ut in eo qui aliquid dixerit prior*, poſſe legi. Videtur autem eſſe occaſionis exemplum. Hoc idem autem & Cicero lib. II. *de Orat.* cap. 56. ſcribit: *Omnino*, inquit, *probabiliora ſunt; quæ laceſſiti dicimus, quam quæ priores; nam & ingenii celeritas major eſt, quæ apparet in reſpondendo, & humanitatis eſt reſponſio.* REGIUS. *Et in eo quiſquis dixerit aliquid prior*; Ald. marg. Baſil. & Steph. *ut cum quis aliquid d. p.* Baſil.

47. *Accedit difficultati.*] Dicteria, quæ vulgo in conviviis uſurpantur, efficere poſſunt hominem dicacem, non etiam urbanum; eſt enim dicacitas in brevi dicto, urbanitas vero in toto orationis corpore. TURNEB.

48. *Sed quia in hoc.*] *Sed* non habet V. C. Alm. non male, ſi, ut Rollinus fecit, ita diſtinguamus: *multi dicaces, quia in hoc uſu proficimus. Oratoria*, &c. poſſet & legi, *& in hoc uſu*, &c. BURMAN.

49. *Nec ex arte propria.*] *Parte*; Vallæ liber MSS. Bodl. Bal. Alm. Voſſ. ſec. Andr.

50. *Accommodata.*] *Commendata*; Vallæ liber & Voſſ. ſecund.

51. *Nihil autem vetabat.*] Cujuſcemodi eſt materia illa, quæ tractatur a Seneca in ludo *de morte Claudii Imperatoris*, & ab Eraſmo *in Moria*, & a Luciano *in muſca & judicio vocalium.* TURNEB. *Vetabit*, conjiciebat Aſcenſius.

52. *Controverſia.*] *Cauſſæ* forenſes, quas Sophiſtæ, ſive Declamatores in ſcholis tractarent. CAPPER.

53. *Quin illæ ipſæ.*] Quibuſdam feſtis, ut Bacchanalibus & Saturnalibus, ſolebant inter ſe contendere, propoſito interim præmio, quis urbanius diceret ac venuſtius, pluribuſque ſalibus uteretur: illa tamen conſuetudo ſene jam Fabio quotidie fiebat a juvenibus. TURNEB. *Illa ipſa quæ dicta ſunt*; Gryph. *Illæ ipſæ.*] Res, vel materiæ; id eſt, facetiæ ſermonis continui (Cicero *cavillationes* vocat II. *de Orat.* num 117.) facetæ narrationes. CAPPER.

54. *Dicta ſunt, ac vocantur.*] *Dictorum* nomine, quid ſit intelligendum, vidimus in notis ad hujus capitis initium. CAPPER.

55. *Si paulum.*] *Si paululum*; Voſſ. ſec.

56. *Poterunt.*] *Poterant*; V. C. Alm. Locat. Steph. Colin. Obrecht.

57. *Pluribus nominibus.*] Hæc nomina quibus eadem res (τὸ riſum movens) exprimitur, ſunt numero ſeptem; urbanitas, venuſtum, ſalſum, facetum, jocus, dicacitas, ridiculum. CAPPER.

58. *Quæ tamen ſi deducas.*] *Diducas* (id eſt, ſepares) legendum eſt. REGIUS. *Si diducas.*] Si dividas, & ſigillatim diviſa explices. CAPPER.

59. *Urbanitas.*] Legeſis Ariſtotelem *Ethic.* lib. IV. cap. 14. Et *magnor. moral.* lib. I. cap. 31. ALMELOV.

60. *Præ ſe ferentem.*] *Præferentem*; Vall. lib. V. C. Alm. Locat.

61. *Guſtum.*] *Geſtum*; Vallæ lib.

62. *Tacitam eruditionem.*] Hoc eſt, diſſimulatam, modeſtam; non eam, quæ ſe ſtatim ipſa prodat & venditet. CAPPER.

tam eruditionem, denique cui contraria ſit ruſticitas. *Venuſtum* eſſe, quod [63] cum gratia quadam & venere dicatur, apparet. [64] *Salſum* in conſuetudine pro ridiculo tantum accipimus: natura non utique hoc eſt (quanquam & ridicula oporteat eſſe ſalſa;) nam & [65] Cicero, [66] *omne quod ſalſum ſit*, ait *eſſe Atticorum*; non quia ſunt maxime ad riſum compoſiti: [67] & Catullus, cum dicit:

[68] *Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis*,

non hoc dicit, nihil in corpore ejus eſſe ridiculum. *Salſum* igitur erit, quod non erit inſulſum, velut quoddam ſimplex orationis condimentum, [69] quod ſentitur latente judicio, & velut palatum excitat, quod & a tædio defendit orationem. [70] Sane ut ille in cibis paulo liberalius aſperſus, ſi tamen non ſit immodicus, affert aliquid propriæ voluptatis; ita hi quoque in dicendo habent quiddam, quod nobis faciat audiendi ſitim. [71] *Facetum* quoque non tantum circa ridicula opinor conſiſtere.

63 *Cum gratia ex Venere dictum.*] Caſtigate in aliis quibusdam exemplaribus legitur *&*, & *dicatur* hoc modo: *quod cum gratia quadam & venere dicatur.* REGIUS. *Cum gratia quadam & venere dictum*; Ven. Locat.

64. *Salſum.*] Sic Plinius ſcribit lib. XXXI. cap. 7. *Vita paulo humanior ſine ſale degi non poteſt; adeoque neceſſarium eſt elementum, ut intellectus tranſierit ad animi voluptates: ſales enim appellantur; omniſque voluptas, lepos, hilaritas hoc nomine conſtat.* TURNEB. Soſicrates apud Athen. lib. VI. cap. 17. dicit, * Phaeſtiis proprium eſſe, ut pueri in dicendis ſalibus exerceantur. ALMEL.

65. *Cicero.*] II. *de Orat.* cap. 54.

66. *Omne quod ſalſum.*] Infra noſter in hoc capite: *Qualis apud Græcos Atticiſmos ille redolens Athenarum proprium ſaporem.* Confirmat hoc Demetrius Phalereus de Elocutione pag. 107. Edit. Oxon. ἡ γὰρ Ἀττικὴ γλῶσσα συνεστραμμένον τι ἔχει καὶ δημοτικὸν, καὶ ταῖς τοιαύταις εὐτραπελίαις πρέπον: *Lingua enim Attica rotundum quiddam habet & populare, & hujuſcemodi urbanitatibus aptum.* Philoſtr. in vita Scopeliani lib. I. de Sophiſt. Ionicis hiſce verbis tribuit προσφυὲς μὲν γὰρ τοῖς Ἰωνικοῖς τὸ ἀστεΐζεσθαι: *Ionicis enim a natura inſitum eſt urbanitate uti.* ALMEL. In Ciceronis loco ex Oratore cap. 26. legitur, *quidquid eſt ſalſum, aut ſalubre.*

67. *Et Catullus cum dicit.*] Budæus in Commentariis Linguæ Græcæ miratur ſic hallucinatum eſſe Fabium, ut *ſalem* in verſu Catulliano acceperit pro *ridiculo*, cum potius ſignificet venuſtatem, gratiam, & elegantiam: cæterum, ſi ſenſum propius inſpicias, locus videbitur corruptus, atque ita legendus erit: *Non hoc dicit, nihil eſſe, &c.* ſic enim ſibi conſentiet Fabius. TURNEB.

68. *Nulla in tam magno corpore mica ſalis.*] Quinctilianus nihil in corpore ejus eſſe ridiculum exponit. Ego, cum illius venia, nihil in corpore ejus eſſe gratiæ ac veneris. Sales enim appellantur omnis vitæ lepos, & ſumma hilaritas; Græcis ἅλες idem plerumque ſignant. Plutarchus in Sympoſiac. κινδυνεύουσι γὰρ οἱ ἅλες τῶν ἄλλων ὄψων ὄψον εἶναι, καὶ ἥδυσμα· διὸ καὶ χάριτας ἔνιοι προσαγορεύουσιν αὐτούς. Non ſum ignarus ab Eraſmo Quinctilianum defendi. BRODÆUS, lib. VI. cap. 12. legendum eſt: *Et Catullus cum dicit:*

Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis,

non hoc dicit, nihil in corpore ejus eſſe ridiculum. Vulgo detracta negatio Fabium ipſum ridiculum facit. MURET. XIX. Var. Lect. cap. 6. Vide & Creſol. Vacat. Autumn. lib. II. cap. VIII. ſect. 4. pag. 270. PAREUS. Hic immerentem Fabium culpat magnus Budæus pag. 61. Commentariorum Linguæ Græcæ edit. Pariſienſis. Quis enim non primo ſtatim intuitu intercidiſſe negativam advertat? *ſalſum* omne ait Fabius *ridiculum* haberi; nec eſſe tamen; neque iſta ἀντιστρέφεσθαι: ridiculum quidem omne ſalſum eſſe debere; at non ſalſum omne ſtatim & ridiculum eſſe. Inſtat in Atticis, quorum peculiaris dictio *ſalſa* Ciceroni cenſeatur, cum tamen riſui illi minus indulgeant. Inſtat in Catullo, qui, cum *nec micam ſalis* eſſe *in magno corpore* dixerit, non hoc voluit, nihil eſſe in illius corpore ridiculi: legendum itaque *non hoc dicit*, ut habet Eraſmus Adagio *ſalſitudo non ineſt illi*, ſive ex Codice MS. ſive ex conjectura. Poſt Eraſmum idem animadverterunt Muretus Var. Lect. XIX. cap. 6. & Gatakerus in Cinno, part. 2. pag. 435. COLOMES. Voſſius ad hoc Catulli Epigramma 86. viros doctos non intellexiſſe Quinctilianum credit; cum *ridiculus* non tantum is ſit, qui riſu dignus eſt, ſed & iſte, qui alios jocis & facetiis ſuis facit ridere, ut erant Attici ridiculi, id eſt, urbani: ita paſſim apud Plautum, Ciceronem & alios *ridiculum*, pro ſalſo & γελωτοποιῷ poſitum. In veteri Codice Alm. Colin. & marg. Baſil. erat *non hoc dicit: non dicit*; Gryph. Ego vero puto recte negationem addi, *non hoc dicit*; oſtendere enim vult Quinctilianus male ſuo tempore vocem *ſalſum* tantum pro ridiculo ſumi; cum olim pro eo, quod non inſulſum erat, ſed condimento quodam leporis & gratiæ commendatum erat, poneretur. Hoc probat primum ex Cicerone, qui *ſalſum* Atticis tribuit, non quia erant ad riſum compoſiti, ut ſcurræ & paraſiti, qui ridiculi erant, non ſalſi, ſed gravitatem ſalibus ſuis miſcebant; deinde ex Catullo, qui non hoc vult dicere, nihil eſſe ridiculum in tam magno corpore; ineptus enim hic eſſet ſenſus, ſed in corpore hoc, per omnia membra pulcherrimo, nihil ineſſe gratiæ, argutiæ, leporis, ut recte Victorius lib. XII. Var. Lect. cap. 13. explicat: oſtendit ergo tempore Catulli *ſal*, & *ſalſum*, aliud quid ſignificaſſe, atque ſuo ævo, quo tantum *ridiculum* notabat. Gallæus conjiciebat: *hoc dicit, nihil in corpore ejus eſſe non ridiculum*, vel *non eſſe ridiculum*. BURMAN.

69. *Quod ſentitur latente judicio, & velut palatum excitat, quod & a tædio.*] Hanc lectionem amplectimur, auctoritate Codicis MS. Bodl. Edit. Ald. Pariſ. Vaſc. & Steph. ejecta illa altera, quæ viſa eſt minus accurata: *Quod ſentitur latente judicio velut palato, & a tædio defendit orationem.* Quid enim magis accommodari poteſt ad condimenti ſimilitudinem (qua utitur Fabius) quam dictio ea, *& velut palatum excitat.* GIBSON. Ita & Locat. Gryph. Colin. Obrecht. & Baſileenſis, niſi quod ille, *quod* omiſſo, legat *& a tædio. Velut palato, excitatque & a tædio*; Voſſ. ſec. Lugd. edit. altera tamen lectio defendi poſſet ex illis Ciceronis II. *de Nat. Deor.* 18. *Epicurus dum palato judicat*, &c. ita & *guſtare palato.* Ovid. IV. Faſt. 533. BURMAN.

70. *Sane tamen ut ille.*] Pro *ut ille*, lege *ut ſal*: paulo poſt pro *ita hi*, lege *ita ſales*; ut ad oram codicis ſui notabat Rev. Parens. COLOMES. Odioſa in hac periodo illa repetitio particulæ *tamen*; neque habet Voſſ. ſec. ideoque malim primo loco delere, vel legere; *ſane tam ut ille, &c. ita hi, &c.* BURMAN. Cujus quidem emendatio, quod ad priorem partem attinet, a nobis admiſſa eſt, utpote, quam Voſſiani codicis fulciret auctoritas. Et certe τὸ *tamen* huc perperam intruſum fuiſſe videtur ex illo, quod ſequitur; *ſi tamen non ſit immodicus.* Nam ſcribas imperitos viciniam vocem ita ſæpe iteraſſe ſciunt, qui MSS. codices evolverunt. Sed Colomeſii emendationem omnino reſpuimus; quoniam in pronomine τῷ *ille* facile ſubintelligi poteſt τὸ *ſal* ex præcedentibus τοῖς *ſalſum, ſalſa, ſalis, ſalſum*: immo, etiamſi τὸ *ſalſum* tantummodo legeretur in antecedentibus, potuiſſet Fabius τὸ *ille* ita ſcribere, ut τὸ *ſal* ſubintelligeret; hujus enim locutionis exempla ſcriptores antiqui ſuppeditant. Salluſt. in Catilin. *Antea conjuravere pauci, in quibus Catilina; de qua quam breviſſime potero, dicam*: ubi ex verbo *conjuravere* facile ſuppletur τὸ *de qua conjuratione.* Cicero I. *Philipp. Ut natum te eſſe cives tui gaudeant; ſine quo nec beatus eſſe quiſquam poteſt*; hoc eſt, gaudeant gaudium ſine quo, &c. idem lib. VII. Epiſt. ad Curion. *Præfiniiſti quo ne pluris emerem*, quaſi ſcripſiſſet; præfiniiſti modum, finem, pretium, &c. quo ne plus emerem: quo refertur & illud Livii lib. XXXIV. *Cautum erat, quo ne plus auri & argenti facti .... haberemus.* CAPPER.

71. *Facetum.*] Multis in locis Cicero *facetum* uſurpat pro urbanitate, uti per totam orationem elegantia illa extendatur, differatque a dicacite. TURNEB. De voce *facetus* vid. Donat. ad Terent. Eun. III. 1. 37. & Torrent. ad Horat. I. Sat. II. 26. Cicer. I. *de Offic.* 29. ineptus vero

Neque enim diceret Horatius, [72] *Facetum carminis genus natura conceſſum eſſe Virgilio.* Decoris hanc magis, & excultæ cujuſdam elegantiæ appellationem puto. Ideoque in epiſtolis Cicero hæc Bruti refert verba: [73] *Næ illi ſunt pedes faceti, ac deliciis ingredienti* [74] *molles.* Quod convenit cum illo Horatiano:

——— Molle atque facetum
Virgilio

[75] *Jocum* vero accipimus, quod eſt contrarium ſerio. Nam & fingere, & terrere, & promittere, interim jocus eſt. [76] *Dicacitas* ſine dubio a dicendo, [77] quod eſt omni generi commune, ducta eſt: proprie tamen ſignificat ſermonem [78] cum riſu aliquos inceſſentem. [79] Ideo Demoſthenem urbanum fuiſſe dicunt, dicacem negant. Proprium autem materiæ, de qua nunc loquimur, eſt *ridiculum.* Ideoque hæc tota diſputatio a Græcis περὶ γελοίου inſcribitur. [80] Ejus prima diviſio traditur eadem, quæ eſt [81] omnis orationis, ut ſit poſitum in rebus, aut in verbis. Uſus autem [82] maxime ſimplex. Aut enim ex aliis riſum petimus, aut ex nobis, aut [83] ex rebus mediis. [84] Aliena aut reprehendimus, aut refutamus, aut [85] elevamus, aut [86] repercutimus, aut eludimus. [87] Noſtra, ridicula indicamus, &, [88] ut verbo Ciceronis utar, dicimus *aliqua ſubabſurda.* Namque eadem, quæ, ſi imprudentibus excidant, ſtulta ſunt; [89] ſi ſimulamus, venuſta creduntur. Tertium eſt genus, [90] ut idem dicit, [91] in *decipiendis exſpectationibus*, [92] dictis aliter accipiendis, cæteriſque, quæ neutram perſonam contingunt; ideoque a me media dicuntur. Item ridicula [93] aut dicimus, aut facimus. Facto riſus conciliatur, interim admixta gravitate; ut [94] Marcus Cœlius prætor, cum ſellam ejus curulem [95] conſul Iſauricus fregiſſet, alteram poſuit loris intentam (dicebatur autem Cos. a patre aliquando cæſus flagris;) interim ſine reſpectu pudoris; [96] ut in illa pyxide Cœliana, quod neque oratori, neque ulli gravi

Hoelzinus, qui ad Apollon. Rhet. IV. 1072. *facetum*, quaſi *facietum*, cujus χάριεν προσώπου eſt, dictum vult. BURMAN. *Facetum* non tantum circa ridicula conſiſtere docet etiam Tullius II. *de Orat.* num. 251. his verbis: *Hoc etiam animadvertendum non eſſe omnia ridicula, faceta, &c.* ubi vide Strebæum. pag. 97. CAPPER.

72. *Facetum Catonis genus.*] Quid ſibi velit *Catonis* mentio, hoc loco, non video. Quare, loco *Catonis*, ſenſus exigit, ut legatur, *orationis;* ſicque legendum eſſe facile ex Horat. ſermone decimo lib. I. verſ. 44. percipitur:

——— molle atque facetum
Virgilio annuerunt gaudentes rure Camenæ.

REGIUS. *Catonis;* Locat. *orationis;* marg. Vidov. latet aliquid. BURMAN.

73. *Næ illi.*] *Ne ulli;* Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Baſil. Vaſcoſ. Gryph. Steph.

74. *Molles.*] *Mollius;* Locat. Ald. Steph. Par. Baſil. Gryph. Colin. *delicatius ingredienti molles* Aſcenſius volebat, non male, ut *greſſu delicato & languido.* Phædr. lib. V. fab. I. & ita *molliter ire.* Propert. lib. II. Eleg. 12. ubi vide Paſſerat.

75. *Jocum vero.*] Tamen jocus duplex ponitur a Cicer. I. *Offic.* petulans & illiberalis: alter vero liberalis & gratus, qualis eſt in Plauto, antiqua comœdia, & libris Socraticorum. TURNEB.

76. *Dicacitas a dicendo.*] Vide Barthii Adverſar. lib. 51. cap. 16. pag. 2418. PAREUS.

77. *Quæ eſt omni.*] *Quod* recte in quibuſdam legitur exemplaribus. REGIUS. *Quæ;* Locat.

78. *Cum riſu aliquos inceſſentem.*] Ita Codex. MS. Bodl. Edit. Andr. Ald. Sich. Par. & Steph. *aliquo* nonnulli. Quod ſi genium linguæ Latinæ reſpiciamus, videbimus verbum *inceſſere* non temere ſine caſu accuſandi uſurpari. GIBSON. *Aliquoi;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht.

79. *Ideo Demoſthenem urbanum.*] Hoc ex Cicer. in *Orat.* ſumptum eſt: idem etiam ſcribit ad Brutum. Demoſthenes autem urbanus eſt, quia in perpetuitate dicendi ſuavis eſt, non autem dicteriis & ſcommatibus jaciendis. TURNEB.

80. *Etenim prima diviſio.*] Cum nullius propoſitionis ratio aſſignatur, illa particula *etenim* mihi redundare videtur. *Ejus* autem genitivus loco *etenim* adſcribendus. REGIUS. *Etenim;* Locat. Voſſ. ſec.

81. *Omnis orationis.*] Omnis enim oratio in res & verba dividitur. TURNEB.

82. *Maxime ſimplex.*] Francius conjiciebat, *minime ſimplex.* Quæ conjectura non eſt reſpuenda; ſequitur enim non ſimplex, ſed multiplex τοῦ γελοίου ridiculi diviſio, itemque ſubdiviſio multas in ſpecies. CAPPER.

83. *Ex rebus mediis.*] Medias res vocat, quæ neutram perſonam tangunt, hoc eſt, neque illam, quæ loquitur, neque illam, quam alloquimur. Ita ſe ipſe Fabius mox explicabit. CAPPER.

84. *Aliena autem reprehendimus.*] *Aut* loco *autem* legendum eſſe, aperte ex ſenſu percipitur. REGIUS. *Autem;* Voſſ. ſec.

85. *Elevamus.*] Extenuamus, diminuimus, deprimimus. CAPPER.

86. *Repercutimus.*] In adverſarium jocantem, deridentemve retorquemus. CAPPER.

87. *Noſtra ridicula.*] *A* vocali in *e* converſa, *ridicule* legendum videtur. REGIUS. *Ridicule;* Ald. Colin. *Ridicule* etiam legit Pearc. ad Ciceron. II. *de Orat.* 70. quem vide. BURMAN. *Noſtra ridicula indicamus.*] Ipſi dedita opera ridicula quædam & ſubabſurda dicimus, aut in dictis factiſve noſtris tale aliquid ineſſe diſſimulanter fatemur. ROLLIN.

88. *Ut verbo Ciceronis utar.*] Lib. II. *de Orat.* cap. 67. *Sunt etiam illa ſubabſurda, ſed eo ipſo nomine ſæpe ridicula, non ſolum mimis propoſita, ſed etiam quodammodo nobis, &c.* TURNEB.

89. *Si ſimulamus.*] Si quadam utamur *ironia.* Nam εἰρωνεία eſt ſimulatio. CAPPER.

90. *Ut idem dicit.*] Ciceronis locus eſt in II. *de Orat.* num. 289. CAPPER.

91. *In decipiendis expectationibus.*] Quod Græci vocant, τὸ παρὰ προσδοκίαν, & παρ' ὑπόνοιαν. Vide præſertim Scholiaſten Ariſtophanis. CAPPER.

92. *Dictis aliter accipiendis.*] Quod fere contingit in ἀμφιβολίαις, ambiguis dictionibus. CAPPER.

93. *Aut dicimus, aut facimus.*] *Aut facimus, aut dicimus;* Voſſ. ſecund. Obrecht.

94. *M. Cœlius prætor.*] *Marcus Cæcilius prætor;* MS. Bodl. Andr. Ald. Sich. Par. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. ſed *M. Cœlius* legendum, qui Prætor fuit A. U. C. DCCV. quo anno & Iſauricus fuit conſul: ſed Cœlius, abrogato magiſtratu, urbe pulſus, quia a Cæſaris partibus defecerat. Vide Pighii Annales ad d. annum; qui & a Dione male *Cæcilium* vocari notavit. BURMAN.

95. *Conſul Iſauricus.*] De Servilio ait, qui Iſauricus eſt appellatus a domitis Iſauris populis Pamphyliæ: is autem aliquando a patre loris cæſus fuerat, quod illi exprobravit Cœlius, cum intendiſſet ſellam loris. TURNEB.

96. *Ut in illa apodixi Cœliana.*] *Pyxide Cœliana*, legendum eſſe, aperte ex Oratione Ciceronis pro Cœlio cap.

viro conveniat. [97] Idem autem de vultu geſtuque ridiculo dictum ſit; in quibus eſt quidem [98] ſumma gratia; [99] ſed major, cum captare riſum non videntur; [100] nihil enim ex iis, quæ dicuntur ſalſa, dicitur ſalſius. [101] Quanquam autem gratiæ plurimum *dictis* ſeveritas affert, [102] ſitque ridiculum id ipſum, quia, qui [103] dicit, non ridet; eſt tamen interim [104] & aſpectus & habitus oris & geſtus non inurbanus, cum iis modus contingit. Id porro, quod dicitur, aut eſt [105] laſcivum & hilare, qualia Galbæ pleraque; aut contumelioſum, qualia nuper [106] Junii Baſſi; aut aſperum, qualia Caſſii Severi; aut lene, qualia Domitii Afri. Refert, his ubi quis utatur. Nam [107] in conviviis & quotidiano ſermone laſciva humilibus, hilaria omnibus conveniunt. [108] Ludere nunquam velimus, longeque abſit propoſitum illud: *Potius amicum, quam* [109] *dictum perdidi.* [110] In hac quidem [111] pugna forenſi malim mihi lenibus interdicere: [112] quanquam & contumelioſe & aſpere dicere in adverſarios

25. & ſeqq. percipitur. REGIUS. Pyxidem aiebat a Cœlio datam eſſe Clodiæ, quam ſecuta ſit turpiſſima & fœdiſſima fabula: ea autem a Cicerone non eſt commemorata in ea defenſione. TURNEB.

97. *Idem autem ſi vultu.*] Recte in quibuſdam exemplaribus *de vultu* legitur, *ſi* eraſa. REGIUS. *Idem autem, ſi vultu geſtuque ridiculo dictum ſit;* Locat. Ven. Par. Vaſc. Steph. Vidov.

98. *Summa gratia.*] *Summa* non habet Vallæ liber.

99. *Sed major cum, &c.*] *Sed majorem captare riſum non videtur;* Ald. *ſed major cum. c. r. n. videtur;* V. C. Alm. *ſed majorem c. r. n. videntur;* marg. Baſil.

100. *Nihil enim ex iis, quæ dicunt ſalſa, dicuntur inſulſius.*] Ita quidem corruptus eſt hic locus, ut, quod maxime approbat Fabius, damnare videatur. Quo namque pacto nihil eo ſit inſulſius, cui major quam cæteris gratia ineſt? fieri certe non poteſt: errores autem tolli poſſe videntur, ſi & *dicuntur* paſſive, & *dicitur* ſingulariter & *ſalſius*, non *inſulſius* legatur, hoc modo; *nihil enim ex iis quæ dicuntur ſalſa, dicitur ſalſius.* REGIUS. *Nihil enim e. i. q. dicunt ſalſa, dicunt inſulſius;* Voſſ. ſecund. Colon. Sich. Baſil. marg. Gryph. *ex iis quæ dicuntur ſalſa, dicitur inſulſius;* V. C. Alm. Andr. Locat. Ven. Par. Gryph. Colin. Obrecht. *ex iis, quæ ſalſa dicuntur, inſulſius;* Ald. locus certe corruptus, & in quo nullum ſenſum video, qui cohæreat cum præcedentibus: velle vero puto Quinctilianum, nihil eſſe inſulſius hominibus illis, qui ſemper captant riſum, etiamſi dicant ſalſa; & contra nihil ſalſius, ubi non affectant vel captant riſum: quare forte legendum; *nihil enim eſt iis, quæ dicuntur ſalſa, ubi ſic dicitur, ſalſius: ſic* abſorptum fuit a prima ſyllaba *dic* vocis *dicitur;* vel *nihil eſt iis, qui dicunt ſalſa, ubi ſic dicunt, inſulſius;* vel *nihil enim eſt iis, qui captant ſalſa, inſulſius:* ſed latet adhuc ulcus. BURMAN. *Quæ dicuntur ſalſe.* ROLLIN. Quæ quidem lectio improbari non debet, etſi vir doctus unde illam hauſerit, non indicavit. CAPPER.

101. *Quanquam autem.*] *Autem* non habet Voſſ. ſecund.

102. *Sitque ridiculum.*] *Fitque ridiculum;* MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht.

103. *Dicit, non ridet.*] *Dicit illa, non ridet;* Ald. Baſil.

104. *Et aſpectus.*] *Et* non habet Voſſ. ſecund.

105. *Laſcivum & hilare.*] *Laſcivum, aut hilare;* V. C. Alm. Locat. Steph. Vaſc. Colin.

106. *Jani Baſſi.*] Junius Baſſus Orator fuit egregius: quare *Junii Baſſi* puto legendum: horum autem Oratorum, de quibus hoc loco Fabius meminit, nulla aut ſcripta, aut dicta exſtant: quare talia fuiſſe, qualia Fabius ait, credamus. REGIUS. Nos mox de eo agemus. BURMAN.

107. *In conviviis & quotidiano ſermone.*] MS. Palat. *nam in convictibus;* Gloſſarium: *convictor* & *convivator* συμβιωτὴς, συνεστιάτωρ. Item *convivor* συζῶ, συνεστιῶμαι. GEBHARDUS, Crepund. lib. III. cap. I. *convictibus* etiam V. C. Alm. Andr. Ald. Par. Vaſc. Stephan. Baſil. Colin. Oxon. Obrecht. ſed alii *conviviis*, quod præfero; cum quia noſter ipſe hoc ipſo capite jam dixit: *utique in conviviis & ſermonibus multi dicaces*, & circa finem dicet: *urbanus homo erit, cujus multa bene dicta reſponſaque erunt, & qui in ſermonibus, circulis, conviviis, item in concionibus, omni denique loco ridicule commodeque dicet;* tum quia alii ſcriptores, ubi agunt de *dictis*, & iis, quæ vulgo jactantur, ſemper conviviorum & circulorum, nunquam convictuum (quæ vox latius patet) meminerunt. Cicero II. ad Att. 18. *Eſt in circulis, eſt in conviviis ſermo liberior.* Livius lib. XXXII. 20. *Ubi illa certamina animorum ſunt, quibus in conviviis & circulis vix manibus temperabatis?* lib. XLIV. 22. *in omnibus circulis, atque etiam, ſi diis placet, in conviviis ſunt, qui exercitus in Macedoniam ducant:* lib. XXXIV. 57. *& primo in circulis conviviisque celebrata ſermonibus res eſt.* Tacit. III. Ann. 54. *nec ignoro in conviviis & circulis incuſari iſta*, & ita paſſim alii: præterea paſſim ridicula & jocoſa in conviviis jactata legimus, & Auguſtum in epulo permiſiſſe, imo exegiſſe jocandi licentiam, dicit Sueton. cap. 98 & de Veſpaſiano cap. 22. *Super cœnam multa joco tranſigebat; erat enim dicacitatis plurimæ, & ſic ſcurrilis ac ſordidæ, ut ne prætextatis quidem verbis abſtineret.* BURMANNUS. *In conviviis.*] Eleganter etiam hic locus tractatur apud Plutarch. in Sympoſ. lib. I. quæſt I. circa finem, ubi de quæſtionibus convivalibus agit; & apud Macrob. lib. VII. Saturn. cap. 3. ALMEL.

108. *Ludere nunquam velimus.*] In convictu, quando cum amicis erimus, cavere debemus, ne eos dictis noſtris inceſſamus; nam illa dicacitas ſæpenumero amicitias diſſolvit: hinc proverbium eſt vulgare, *potius amicum, quam dictum, perdidi:* de his qui jocorum intemperantia amicos petunt, cumque dicterium perdere nolint & reticere, perdunt amicum, fuſius *Cicero* 2. *de Orat.* TURNEB. Sed quid hoc, an non ubi ridicula dicimus, *ludimus?* ſi liceat jocari, certe licet ludere, quod idem notare eſt nonniſi mum: vidit hoc Gallæus, qui conjiciebat: *ludere ſi unquam velimus, longe abſit propoſitum illud:* ſed ego minori mutatione legendum puto, *lædere nunquam velimus*, quod convenit ſequentibus, *potius amicum, quam dictum perdidi:* hæc vero verba paſſim librarios confudiſſe apparet ex Ovid. III. Am. III. 4. *lædere* autem eſt proprie detrahere alicui oratione, aut invehi in aliquem. Manut. ad Ciceron. *Divinat.* cap. I. & ita de dicteriis utitur hac voce Sueton. Cæſ. 49. Tiber. 58. & mox noſter, *quem lædere ſit pernicioſum*, & alibi paſſim: poſtea vidi & Rollinum *lædere* conjeciſſe. BURMAN. Rollini Burmannique conjectura ſatis habet probabilitatis, & jam a decem annis τὸ *lædere* adſcripſeram ad mei exemplaris marginem: ſed contra fidem τῶν MSS. & editionum mutare quidpiam religio fuit, cum aliunde ſuus editioni vulgatæ ſenſus conſtare poſſit. CAPPER.

109. *Dictum perdidi.*] *Perdendi;* Muretus lib. XIX. Var. lect. 6. Parum abfuit quin hanc eruditiſſimi Mureti emendationem ipſum in textum inducerem: abſtinui tamen ob rationes in nota proxime ſuperiori allatas. CAPPER.

110. *In hac quidem pugna forenſi.*] Ut illa: *& quidem quo melius emptum ſcias, comparavis hunc fundum Servilia deducta Tertia*, &c. Apud Macrobium & Gellium. BURMAN.

111. *Pugna forenſium malim mihi lenibus interdicere.*] Corrupte in quibuſdam exemplaribus non *interdicere;* ſed *uti licere* legitur. *Forenſi* autem loco *forenſium* mihi videtur eſſe legendum, hoc modo: *in hac quidem pugna forenſi malim mihi lenibus interdicere*, ut ſubintelligatur, quam amicum perdere. REGIUS. *Forenſium* & *uti licere;* MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Ald. Andr. *forenſium* & *interdicere;* Locat. *forenſi* & *uti licere;* Baſil. Sichard. puto autem legendum: *in hac quidem pugna forenſi etiam malim mihi lenibus interdicere:* illud *etiam* latuit in ultima ſyllaba *forenſium.* BURMANNUS. *Malim mihi lenibus interdicere.*] Malim abſtinere etiam a lenibus jocis, quibus poſſet quiſpiam offendi. ROLLIN.

112. *Nonnunquam & contumelioſe.*] *Quanquam* ut legatur, loco illarum negationum, *nonnunquam*, ſenſus expoſcit integritas. REGIUS. *Nonnunquam;* Voſſ. ſecund.

permiſſum eſt; cum accuſare etiam palam, & [113] caput alterius juſte petere conceſſum ſit. [114] Sed hîc quoque tamen inhumana videri ſolet fortunæ inſectatio; vel quia culpa caret; vel [115] quia recidere etiam in ipſos, qui objecerunt, poteſt. Primum itaque conſiderandum eſt, [116] & quis, & in qua *cauſſa*, & apud quem, & in quem, & quid dicat. [117] Oratori minime convenit diſtortus vultus, geſtuſque, quæ in mimis rideri ſolent. [118] Dicacitas etiam ſcurrilis & ſcenica huic perſonæ alieniſſima eſt. Obſcœnitas vero non a verbis tantum abeſſe debet, ſed etiam a ſignificatione. Nam ſi quando objici poteſt, non in omni loco exprobranda eſt. Oratorem præterea ut dicere urbane volo; ita videri affectare id, plane nolo. Quapropter ne dicet quidem ſalſe, quoties poterit, [119] & *dictum* potius aliquando perdet, quam minuet auctoritatem. [120] Nec accuſatorem autem atroci in *cauſſa*, nec patronum in miſerabili jocantem feret quiſquam. Sunt etiam judices quidam triſtiores, quam ut riſum libenter patiantur. Solet interim accidere, ut id, quod in adverſarium dicimus, aut [121] in judicem conveniat, [122] aut in noſtrum quoque litigatorem: quanquam aliqui reperiuntur, qui ne id quidem, quod in ipſos recidere poſſit, evitent: [123] quod fecit Longus Sulpitius, qui, cum ipſe fœdiſſimus eſſet, [124] eum, contra quem [125] judicio liberali [126] aderat, ne faciem quidem habere liberi hominis dixit: cui reſpondens Domitius Afer: *Et tu*, inquit, *ex animi ſententia, Longe?* [127] *qui malam faciem habet, liber non eſt?* Vitandum etiam, ne petulans, ne ſuperbum, [128] ne loco, ne tempore alienum, [129] ne præparatum & domo allatum videatur, quod dicimus. Nam adverſus miſeros, ſicut ſupra dixeram, inhumanus eſt jocus. Sed quidam ita ſunt receptæ auctoritatis [130] & notæ verecundiæ, ut nocitura ſit in eos dicendi petulantia. Nam de amicis jam præceptum eſt. Illud non ad orandi fere conſilium, [131] ſed ad omnia pertinet, ne laceſſat hoc modo, quem lædere ſit pericu-

113. *Juſte petere.*] *Inviſe petere;* marg Baſil. *Caput alterius petere.*] Id eſt, alicui litem intendere in materia, ut aiunt, *criminali*, in re capitali ubi ſcilicet vita ipſa in periculum adducitur. CAPPER.

114. *Sed hic quoque.*[Cicero in *Orat.* præcipit, in facinoroſos ridiculo non eſſe utendum, ſi quidem majore vi ſunt vulnerandi; nec item in miſerabiles, quoniam inhumana videtur calamitatis exprobratio. TURNEB. Unde Gregor. Nazianz. in tetraſtichis:

Μὴ ἀσφάλεια μὴ ὀνειδίζειν τύχας.

Sic Senatus de Ducetio apud Diodor. Siculum lib XI. cap. 91. *Non enim quid meritus fuerit Ducetius, ſed quid agere deceat Syracuſanos, ſpectandum eſſe. Interficere enim a fortuna profligatum haud æquum eſſe, ac pietatis erga Deos & humanitatis erga ſupplices jus tueri.* Quid? nec ſervo licitum fuiſſe ſervitutem exprobrare, notat Meurſius auctor. Philol. cap. 22. Vide P. Axemi notas ad Phædr. lib. I. fab. 9. ALMELOV.

115. *Quia redire etiam.*] Sic quidem legitur: ſed *recidere* ſenſui ac loquendi conſuetudini maxime convenire videtur. REGIUS. *Redire;* V. C. Alm. Locat.

116. *Et quis & in qua cauſſa.*] *Et quis, in qua cauſſa:* V. C. Alm. Locat. Baſil. *& quis, & qua cauſſa;* Ald. Steph. Colin. Vidov. & ita Regius reponebat.

117. *Oratori minime convenit, &c.*] Idem præcipit Cicero lib. II. *de Oratore*, ubi vitandam eſſe ait imitationem mimorum ethologorum, & diſtortum vultum ſannionum. TURNEB.

118. *Dicacitas etiam, &c.*] Hoc etiam ex Cicer. in *Oratore. Illud*, inquit, *admonemus, ridiculo ſic uſurum oratorem, ut nec nimis frequens, nec ſcurrile ſit, nec ſubobſcœnum, nec mimicum, &c.* quæ ſeq. TURNEBUS.

119 *Et dictum potius.*] Quid ſit hic τὸ *dictum*, vide in notis ad hujus capitis initium. CAPPER.

120 *Nec accuſatorem.*] Cicero in *Orat.* præcipit, utendum eſſe ridiculo in his rebus, quæ neque magnum habent odium, neque miſerationem: unde traducit ſuum præceptum Fabius: *Ea*, inquit, *facillime luduntur, quæ neque odio magno, neque miſericordia maxima digna ſunt.* TURNEB. *Accuſatorem autem.*] Illa particula *autem*, offendit: credo autem latere *ludentem* aut *ridentem*, vel ſimile verbum. Francius volebat *nec accuſatorem unquam*, &c. BURMANNUS.

121. *In judicem conveniat.*] Quale illud eſt apud Ciceron. in *Orat. Puſillus teſtis proceſſit. Licet*, inquit, *rogare, Philippus? Tum quæſitor properans modo breviter. Hic ille, non accuſabis, &c.* TURNEB.

122. *Aut noſtrum quoque.*] *In* præpoſitio adſcribatur, ut legatur; *aut in noſtrum.* REGIUS. *In* deeſt in Voſſ. prim. male, ut modo notavimus. BURMAN.

123. *Cum Sulpitius Longus.*] De hoc joco videndus Juſtus Lipſius, Var. Lect. lib. I. cap. I. PAREUS.

124. *Ad eum contra.*] *Ad* propoſitio mihi expungenda videtur, & *habere*, non *haberi* legendum, hoc modo: *Eum c. q. j. l. a. ne faciem quidem habere liberi hominis.* Extrinſecus autem verbum *dixit*, quod frequentiſſime eleganter prætermittitur, ſubaudiendum eſt. REGIUS. *Ad eum;* Locat. qui & *dixit* omittit.

125. *Judicio liberali.*] Ubi quæritur utrum aliquis liber, an ſervus habendus ſit: aliàs dicitur *cauſſa* liberalis & *aſſertio.* Vide ad cap. 2. libri V. CAPPER.

126. *Aderat.*] Favebat, operam præſtabat tanquam advocatus. Vide Aſcon. Pedian. in Ciceron. *Divination.* CAPPER.

127. *Qui malam faciem.*] Ita Domitius Afer retorſit dictum in Sulpitium Longum, qui eadem ratione liber non eſſet, cum turpiſſimus foret. TURNEB.

128. *Ne loco, ne tempori.*] Non multum diſſident hæc verba Clementis Alex. Pædag. lib. II. cap 5. Οὔτε γὰρ ἀεὶ γελαστέον, ἄμετρον γάρ· οὔτε πρεσβυτέρων, ἢ τινων ἑτέρων αἰδοῦς ἀξίων παρόντων· εἰ μὴ ἄρα τι αὐτοὶ εἰς τὸ διαχέαι ἡμᾶς χαριεντίσωνται· οὔτε μὴν πρὸς τοὺς τυχόντας γελαστέον, οὐδὲ μὴν πᾶσιν, οὐδὲ ἐπὶ πᾶσιν. *Neque enim eſt ſemper ridendum, eſt enim immoderatum: neque ſi adſint ſeniores, vel aliqui quos æquum eſt revereri: niſi forte ipſi quoque, ut nos exhilarent, urbane aliquid & lepide dixerint: ſed neque apud quoslibet ridendum, neque in omni loco, ſed neque omnibus, neque propter omnia.* ALMELOV. *Ne tempore alienum.*] *Tempori*, ut ſit dandi caſus, mihi legendum videtur; nam *alienum* interdum cum *ablativo* cum *a* vel *ab* præpoſitionibus copulatur, interdum cum *dativo.* REGIUS. *Tempori;* Locat. Steph. Gryph. Colin. Oxon. Obrecht. ſed & *alienus* cum *ablativo*, ſine præpoſitione, jungitur ſæpe a Cicerone, ut *de Prov. conſ.* VIII. *alienum dignitate imperii.* IX. ad famil. 14. *& tamen non alienum dignitate tua:* ubi vide Gebh. XIII. 26. *ſi non alienum tua dignitate putabis eſſe:* ita & Ovidio reddidit Heinſ. IX. Metam. 326.

Te tamen, o genetrix, alienæ ſanguine veſtro
Rapta movet facies.

noſter tamen lib. I. procem. dixit, *nihil exiſtimem arti oratoriæ alienum;* & lib. II. 2. *ſevere inſtitutis ſcholis aliena;* ubi dubium, an *dativus*, an *ablativus.* BURMAN.

129. *Ne præparatum & domo allatum.*] *Ne domo al.* Locat. Ald. *Domo allatum.*] Vide Ciceron. II. *de Orat.* capp. 60. & 63. ALMEL.

130. *Et notæ.*] *Ac notæ.* Ald.

131. *Sed ad omnes pertinet.*] Non *omnes*, ſed *omnia*, legendum eſſe, facile eſt videre. REGIUS. Ad *omnes;* Lo-

loſum,

loſum; ne aut inimicitiæ graves inſequantur, aut turpis ſatisfactio. [132] Male etiam dicitur, quod in plures convenit, ſi aut nationes totæ inceſſantur, aut ordines, aut conditio, aut ſtudia multorum. Ea, quæ dicit vir bonus, omnia, [133] ſalva dignitate ac verecundia, decent. Nimium enim riſus precium eſt, ſi probitatis impendio conſtat. Unde autem concilietur riſus, & quibus ex locis peti ſoleat, difficilimum eſt dicere. Nam, ſi ſpecies omnes perſequi velimus, nec modum reperiemus, & fruſtra laborabimus. [134] Neque enim numeroſi minus ſunt *loci*, [135] ex quibus hæc *dicta*, quam illi, ex quibus eæ, quas *ſententias* vocamus, ducuntur, neque alii. Nam hîc quoque eſt *inventio* & *elocutio*, atque ipſius *elocutionis* vis, alia in verbis, alia in figuris. [136] Riſus igitur oriuntur, [137] aut ex corpore ejus, in quem dicimus; aut ex animo, qui factis ab eo dictiſque colligitur; aut ex his, quæ ſunt extra poſita. Intra hæc enim eſt omnis vituperatio; quæ, ſi gravius [138] poſita ſit, ſeria eſt; ſi levius, ridicula. Hæc aut oſtenduntur, aut narrantur [139] aut *dicto* notantur. Rarum eſt autem, ut [140] oculis ſubjicere contingat; [141] ut fecit C. Julius, qui, cum [142] Helmio Manciæ ſæpius obſtrepenti ſibi diceret, [143] *Jam oſtendam qualis ſis*; iſque plane inſtaret interrogatione, [144] qualem ſe tandem oſtenſurus eſſet, digito demonſtravit imaginem [145] Galli [146] in ſcuto Mariano Cimbrico pictam, cui [147] Mancia tum ſimillimus eſt viſus. Tabernæ autem erant circa forum, ac ſcutum illud ſigni gratia poſitum. [148] Narrare, quæ falſa ſint, in primis eſt ſubtile & oratorium; ut Cicero pro Cluentio narrat de [149] Cepaſio atque Fabritio, [150] ac Marcus Cœlius de illa [151] C.

cat. Par. Vaſc. *ad homines;* MSS. Alm. Voſſ. ſecund. marg. Vaſc. Steph. Baſil. Sich. *ne laceſſatur* etiam malebat Gallæus: quæ ſane lectio minime ſpernenda eſt. CAPPER.

132. *Male etiam dicitur.*] Videtur tamen contra hoc præceptum feciſſe Cicero; nam pro Fonteio, contra Gallos dixit; pro Flacco, adverſus Græcos & Aſianos: ſed id expreſſum eſt neceſſitate judicii. TURNEB.

133. *Salſa dignitate.*] *Salva*, pro *ſalſa*, recte in quibuſdam legitur exemplaribus. REGIUS. *Salſa*; marg. Baſil.

134. *Neque enim numeroſi.*] Julius quoque Cæſar apud Ciceronem II. *de Orat.* non ex aliis ait locis duci jocos atque *ſententias*; hoc tamen intereſſe, quod *ſententiæ* in rebus honeſtis, graviter dictis; joci in turpibus & quaſi turpiculis ponantur. Denique joci ducuntur ab omnibus *locis topicis*, & aliis quibuſdam, quos hoc cap. enumerabit. TURNEB. Quid ſibi velit commentator ille cum ſuis *locis topicis*, aſſequi conjectura non poſſum; nam *loci topici*, τοπικοὶ, eſſent *loci locales*: quo quid abſurdius? an ſcripſerat *locis logicis*, id eſt, dialecticis? utrum erravit ipſe, an ejus exſcriptor? Davus ſum, non Oedipus. CAPP.

135. *Ex quibus hæc ducta.*] *Dicta* legendum eſſe, non *ducta*, acutius intuenti patet. *Eæ* vero, non eas, legendum eſſe, nemo non videt: hoc autem ex ſecundo *de Oratore* cap. 61. ut pleraque alia, ſumptum eleganter per alia verba ſuum efficit Fabius: ſic autem apud Ciceronem legitur: *Sed hoc mementote, quoſcumque locos attingam, unde ridicula ducuntur, ex iiſdem locis fere etiam graves ſententias poſſe duci.* REGIUS. *Sententias*, τὰς γνώμας, id eſt, ſententioſa dicta; non autem τὰς διανοίας, quæ quaſlibet mentis cogitationes ſignificant. CAPPER.

136. *Riſus igitur oriuntur.*] Quemadmodum laudem & vituperationem in hos tres locos dividebat lib. IV. ita quoque hic merito dividit jocos, cum præſertim magna ex parte comparati ſint ad inceſſendum, vituperandum, illudendum: ab his quoque locis ducuntur fere omnes *ſententiæ*. TURNEB.

137. *Aut in corpore.*] *Ex corpore;* in quibuſdam exemplaribus recte ſcribitur. REGIUS. Verba contracta ex Cicerone II. *de Orat.* cap. 59. ALMEL.

138. *Poſita ſit, ſevera ſit, ſi levius.*] Mendis non vacat hic locus, quæ ſic tolli poſſe videntur, ſi, pro *ſevera*, *ſeria* legatur, & *eſt* loco *ſit*, & *ſin* loco *ſi* conjunctionis iterum poſitæ, hoc modo: *quæ ſi gravius poſita ſit, ſeria eſt; ſin levius, ridicula.* REGIUS. *Severa eſt;* MSS. Bodl. Alm. Ven. Andr. Obrecht. marg. Sich. Baſil. Steph. *ſevera ſit, ſi levius;* Locat. *ſeria ſit, ſi levius;* Ald. Baſil. Gryph. Vidov.

139. *Aut dicto notantur.*] *Digito notantur;* MSS. Bodl. Bal. Obrecht.

140. *Oculis ſubjicere.*] *Ut* adſcribatur, ne ſenſus minus integer videatur; ſic enim in quibuſdam legitur exemplaribus: *rarum eſt autem, ut oculis.* REGIUS.

141. *Ut fecit C. Julius.*] Hic jocus ducitur ab imagine, ut ait Cicero 2. *de Orat.* quæ trahitur a deformitate rei turpioris, referturque ad ſimilitudinem. Cæterum quod Julio attribuit Cicero lib. II. *de Orat.* 266. & Fabius, Plinius tribuit Craſſo oratori lib. XXXV. cap. 4. TURNEB.

142. *Helmio Manciæ.*] *Helio Mancipi;* Ven. Locat. *Helvio Mancipi;* cod. Colbert. Ald. Colon. Sich. *Helvio Manciæ;* Gryph. Vidov. Glandorpius *Helvium Manciam* legit, & eumdem ſuſpicatur, qui L. Helvius Lamia dicitur; vel, ut ille mavult, L. Ælius, cujus Cicero ibidem cap. 262. meminit: quod non puto, ut & male *Mancipem* in quibuſdam legi; nam *Manciam* fuiſſe cognomen, ex *Curtilia Mancia*, a Plinio lib. VIII. Epiſt. 18. memorato, apparet; & apud Gruter. DCCLXVIII. 3. *Caſſius Mancia* occurrit: nomen vero *Helmius* an rectum ſit, dubito, & an non potius *Helvius*, vel *Helius* ſcribendum. BURMAN.

143. *Etiam oſtendam.*] *Jam* loco illius *etiam* ut legatur, ſenſus expoſcit. REGIUS. *Etiam;* MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. ſed & repetitum ex ultima ſyllaba τοῦ *diceret* fuit.

144. *Qualem ſe tamen.*] *Tandem*, non *tamen*, eſſe legendum, facile cenſebit, qui non ignorat, *tandem* affectui atque indignationi interdum ſervire; quique ſecundum *de Oratore*, unde hæc ſumuntur, diligenter legit. REGIUS.

145. *Galli.*] Gallum autem, non hominem, intellige; obſtreperum enim animal natura, & clamoribus ingratum. SICHARD. Non puto, ſed hominis; nam Cicero Gallum illum diſtortum, ejecta lingua & buccis fluentibus, Plinius exerentem linguam pictum fuiſſe dicunt, quæ animali non conveniunt. Turnebus in Jocos Ciceronianos pag. 212. putat, Gallum illum fuiſſe, qui cum Torquato pugnavit, & linguam exſerebat, teſte Livio lib. VII. cap. 10. Cicero etiam ſub novis, ſcilicet Roſtris, Plinius ſub veteribus picturam hanc fuiſſe ait, & non in ſcuto Cimbrico, ſed in tabula pictum Gallum ait. BURMANNUS.

146. *In ſcuto Mariano Cimbrico.*] *In ſcuto Cimbrico;* Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Baſil.

147. *Cui Mancia.*] *Manceps;* MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſecund. Colbert. Andr. Ven. Locat. Ald. Colon. Sich.

148. *Narrare quæ falſa ſint.*] Non tamen dumtaxat narrationes falſæ pertinent ad jocos, ſed etiam veræ, ſi modo ſunt lepidæ: huc referuntur apologi, fabulæ, & hiſtoriæ quædam. TURNEB. *Salſa ſint;* Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. & hoc verum puto; non enim exempla, quæ ſubjicit, falſæ narrationis ſunt; ſed ſalſæ & facetæ. BURMAN. Cujus opinio eo magis arridet, quod eam firmet Fabius in ſequentibus, ubi ait: *a Cicerone ſic eſt Fabritii fuga illa condita;* ſalſum enim dicitur τὸ ſale conditum. CAPPER.

149. *Cepaſio.*] Cap. 21. *citatur reus, agitur cauſſa*, &c.

150. *Aut M. Cœlius.*] *Ac* copula loco *aut* mihi videtur reponenda. REGIUS. *Aut;* Voſſ. ſecund.

151. *C. Lælii.*] *D. Lælii;* Voſſ. ſecund. ſed C. Lælium fuiſſe Quæſtorem Siciliæ, & clam abiiſſe in Siciliam, ut collegam præoccuparet, cum quo illi de ſorte erat controverſia, an Syracuſanam, an Lilybætanam obtineret, oſtendit ex hoc loco Pighius in Annal. ad A.U.C. DCXCIX. BURMAN.

Lælii collegæque ejus in provinciam feſtinantium contentione. [152] Sed in his omnibus cum elegans & venuſta exigitur tota [153] *expoſitio*, [154] tum id eſt feſtiviſſimum, quod adjicit orator. Nam & a Cicerone ſic eſt Fabritii fuga illa [155] condîta. Itaque cum calliſſime ſe putaret dicere, & cum illa verba graviſſima ex intimo artificio deprompſiſſet: *Reſpicite, judices, hominum fortunas,* [156] *reſpicite varios duroſque caſus, reſpicite C. Fabritii ſenectutem:* cum hoc, *reſpicite*, ornandæ orationis cauſſa ſæpe dixiſſet, *reſpexit ipſe:* at Fabritius a ſubſelliis demiſſo capite diſceſſerat, & cætera, quæ adjecit; nam eſt notus locus: cum in re hoc ſolum eſſet, *Fabritium a judicio receſſiſſe.* Et Cœlius cum omnia venuſtiſſime finxit, [157] tum illud ultimum: *Sic ſubſecutus quomodo tranſierit, utrum rate, an piſcatorio navigio, nemo ſciebat.* [158] *Siculi quidem, ut ſunt laſcivi & dicaces, aiebant* [159] *in delphino ſediſſe, & ſic tanquam Ariona tranſvectum.* [160] In narrando autem Cicero conſiſtere facetias putat, [161] dicacitatem in jaciendo. Mire fuit in hoc genere venuſtus Afer Domitius, cujus orationibus complures hujuſmodi narrationes inſertæ reperiuntur: ſed dictorum [162] quoque ab eodem urbane ſunt editi libri. Illud quoque genus eſt poſitum non [163] in hac veluti jaculatione verborum, & incluſa breviter urbanitate; ſed in quodam longiore actu: quod de Craſſo [164] contra Brutum Cicero in ſecundo de Oratore libro, [165] & aliis quibuſdam locis narrat. Nam, cum Brutus [166] in accuſatione [167] Cn. Planci [168] ex duobus lectoribus oſtendiſſet, contraria L. Craſſum [169] patronum ejus in Oratione, quam [170] de Colonia Narbonenſi habuerat, ſuaſiſſe iis, quæ [171] de lege Servilia [172] dixerat, tres [173] excitavit & ipſe lectores, hiſque [174] patris ejus dialogos dedit legendos: quorum cum

152. *Sed in his omnibus.*] *Sed in omnibus*; Voſſ. ſecund.

153. *Expoſitio.*] Id eſt, *narratio*; ut probavimus ad cap. 2. lib. IV. CAPPER.

154. *Tum id feſtiviſſimum.*] *Eſt* verbum recte in quibuſdam exemplaribus adſcriptum legitur, hoc modo: *tum id eſt feſtiviſſimum.* REGIUS. Ita V. C. Alm. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Oxon. Obrecht. *tum id ſit*, Francius malebat. BURMAN.

155. *Credita.*] Sic quidem legitur, ſed *credita* nihil ad propoſitum: *condita* vero, penultima producta, ſenſui quam pulcherrime mihi convenire videtur: quare *condita*, vel repugnantibus exemplaribus, videtur eſſe reponendum. REGIUS. Recte; nam *condita* eſt ſale & facetiis adſperſa, & hinc confirmatur antea legendum eſſe, *narrare quæ ſalſa ſint;* ſimpliciter enim poterat dixiſſe, *Fabritium a judicio receſſiſſe*: ſed his condimentis ornavit narrationem Cicero. BURMAN.

156. *Reſpicite varios duroſque caſus.*] Hæc deerant in V. C. Alm. Locat. Ald. & Regius notat in ſuis exemplaribus deſiderari: in Voſſ. ſecund. erat: *reſpicite*, inquit, *hominum fortunas, reſpicite C. Fabritii ſen.* in Cicerone vero legitur *dubios caſus*: quæ harum vocum permutatio ſolemnis, & de qua ad Val. Flac. VI. 545. & Ovid. VII. Epiſt. 116. amplius agemus. BURMAN.

157. *Tum illud ultimum ſic.*] *Hic* loco illius *ſic* corrupte in quibuſdam legitur exemplaribus, ut ad illud verbum *tranſierit*, quod ſequitur, referatur. Initium enim ſenſus videtur eſſe: *ſubſecutus, quo modo tranſierit.* REGIUS. *Illud ultimum hic*; Locat. *tum illud ultimum. Hic ſubſecutus;* Obrecht. ut ſint, *hic ſubſecutus*, verba Cœlii. Puto Cœlium antea narraſſe, præceſſiſſe collegam, deinde Lælium feſtinatiſſimo itinere ſubſecutum, ut præveniret; cujus feſtinationem cum deſcripſiſſet, tandem addit: *ſic ſubſecutus, quomodo tranſierit*; & *ſubſequi*, notat clandeſtinum ejus iter: quare hinc verba Cœlii incipienda exiſtimo. BURMAN.

158. *Siculi quidem.*] Malebat Francius, *Siculi quidam.*

159. *In delphino ſediſſe.*] Arion, ut refert Herodotus lib. primo, cum Tarento trajiceret Corinthum, a nautis in mare præcipitatus eſt; ſed exceptus tergo delphini in Tænarum uſque eſt vectus. TURNEB.

160. *In narrando autem.*] Cicero in *Oratore ad Brutum*, ſalium duo genera eſſe dicit; unum facetiarum; alterum dicacitatis: utroque orator utitur, ſed altero in narrando aliquid venuſte, altero in jaciendo mittendoque ridiculo. TURNEBUS.

161. *Dicacitatem in faciendo.*] Hunc locum depravatum eſſe, neminem puto non videre; quo namque modo dicacitas *in faciendo* a Cicerone conſiſtere dicatur? cum, ut paulo ante vidimus, a dicendo deducatur, & ſignificet ſermonem cum riſu aliquos inceſſentem: quare forſitan legendum eſt a *jaciendo*, quod facile ex iis, quæ mox inferuntur, colligi poteſt: *hac veluti jaculatione verborum*; & ex Cicerone etiam percipi poteſt. REGIUS. Aſcenſius tranſponenda putat, ut in *narrando dicacitatem, in faciendo faceтias conſiſtere*, Cicero putet: *in faciendo*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. male. Vide ad Petron. cap. CIX. ubi *jacere* & *jaculari dicta* illuſtratur.

162. *Quoque ab eorum.*] *Ab eodem* legendum eſſe conſtat. REGIUS.

163. *In hac veluti jaculatione verborum.*] Scribe ex MS. Palat. *In h. v. j. dictorum.* Vide paulo ante & Gebhard. Crepund. libr. III. cap. I. PAREUS. *Dictorum* etiam V. C. Alm. ſic *jaculari dicta* Petron. CIX. ubi vide; & ita capio illa Juvenalis Sat. VII. 193.

Felix, orator quoque maximus, & jaculator.

ſed quia præceſſit modo *dictorum*, non auſus fui *verborum* expungere. BURMAN.

164. *Contra Brutum.*] Hic Brutus eſt alterius Bruti juriſconſulti filius, qui (ut docet Cicero lib. II. *Off.* & *in Bruto*) male audiebat, quod frequenter accuſaret; idem etiam dilapidarat bona patria. TURNEB. Vide lib. II. *de Orat.* capp. 54. & 55.

165. *Et aliis quibuſdam locis.*] In oratione pro Cluentio, cap. 51. *Ego vero in iſto genere libentius cum multorum, tum hominis eloquentiſſimi & ſapientiſſimi L. Craſſi auct. &c.* quæ ſeq. TURNEB.

166. *In accuſatione Planci.*] In oratione, qua Plancium Brutus accuſavit. CAPPER.

167. *Cn. Planci.*] *L. Plancius* a Cicerone pro Cluent. 51. ſed *Cn.* in lib. II. *de Orat.* 54. dicitur. BURMAN.

168. *Ex duobus.*] *Excitatis*; Pith. *Ex duobus lectoribus.*] Clarius ipſe Cicero II. *de Orat.* 223. *Cum Brutus duos lectores excitaſſet, & alteri de colonia Narbonenſi Craſſi orationem legendam dediſſet, alteri de Lege Servilia; & cum contraria inter ſe de Republica capita* (id eſt, orationis particulas de Senatus & equitum auctoritate in judiciis) *contuliſſet, noſter hic* (Craſſus) *faceтiſſime tres patris Bruti de jure Civili libellos tribus legendos dedit.* CAPPER.

169. *Patronum ejus.*] Videlicet Plancii. CAPPER.

170. *De Colonia Narbon.*] Ut ex oratione pro Cluentio colligi poteſt, cum lex ferebatur, ne Martius Narbo Colonia deduceretur, eam legem Craſſus diſſuaſit, in eaque oratione multa dixit adverſus ſenatores. Idem legem Serviliam, quam tulerat Servilius Cæpio, ſuaſit: in qua oratione magnopere ſenatores laudavit. Hæc duo capita, ut diverſa inter ſe, comparavit Brutus: meminit & Cicero lib. *de Clar. Oratoribus.* TURNEB.

171. *De Lege Servilia.*] Lex fuit Servilia, quam promulgavit Servilius Cæpio, qui a Cimbris victus eſt: ea lege ab equitibus ad Senatum judicia transferebantur. CAPPER.

172. *Dixerit.*] *I* vocali in *a* converſa, *dixerat* eſt legendum. REGIUS. *Dixerit*; Voſſ. ſecund. Locat. Ald.

173. *Excitavit ipſe.*] Craſſus ipſe juſſit, fecit ſurgere ad legendum. CAPPER.

174. *Patris ejus.*] Pater Bruti optimus fuit juriſconſul-

[175] in Privernati unus, alter in Albano, tertius in Tiburti ſermonem habitum complecteretur, requirebat, ubi eſſent eæ poſſeſſiones. Omnes autem illas Brutus vendiderat; &, [176] cum paterna mancipare prædia, [177] turpis habebatur. Similis in [178] apologis quoque & quibuſdam etiam interim hiſtoriis [179] exponendis gratia conſequi ſolet. [180] Sed acutior eſt illa, atque velocior in urbanitate brevitas. Cujus quidem duplex eſt forma, dicendi, ac reſpondendi: ſed ratio communis [181] in parte. [182] Nihil enim in laceſſendo dici poteſt, quod non etiam [183] in repercutiendo. At propria quædam ſunt reſpondentium: illa etiam ira concitati afferre ſolent: hæc plerumque [184] in *altercatione*, aut in [185] rogandis teſtibus requiruntur. Cum ſint autem loci plures, ex quibus dicta [186] ridicula ducantur, repetendum eſt mihi, non omnes eos oratoribus convenire. In primis autem ex *amphibolia*, neque illa obſcura, [187] quæ Atellanæ more captent, nec qualia vulgo jactantur a viliſſimo quoque, converſa in maledictum fere ambiguitate. [188] Ne illa quidem, quæ Ciceroni aliquando, ſed non [189] in agendo, exciderunt, [190] ut dixi; cum is candidatus, qui [191] coqui filius habebatur, coram eo [192] ſuffragium ab alio peteret: [193] *Ego quoque tibi jure favebo*. Non quia excludenda ſint omnino verba, duos ſenſus ſignificantia; ſed quia [194] raro belle reſpondeant, niſi cum prorſus rebus ipſis adjuvantur. [195] Quare non hoc modo pene & ipſum ſcurrile Ciceronis eſt in eumdem, de quo ſupra dixi, Iſauricum: *Miror quid ſit, quod pater tuus, homo conſtantiſſimus*, [196] *te nobis varium reliquit*: ſed illud ex eodem genere præclarum, cum objiceret Miloni accuſator in argumentum factarum Clodio inſidiarum, *Quod Bovillas ante horam nonam devertiſſet*,

tus, ac de jure civili ſeptem libros reliquit, ut meminit Pomponius *de origine juris* TURNEB.

175. *In Privernati .... in Albano .... in Tiburti.*] Subauditur ubique τῷ *fundo* vel *agro*. CAPPER.

176. *Cum mancipares.*] Venderet, alienaret, (ut vulgo aiunt) prædiorum mancipium ſeu dominium ad alios per venditionem transferret. CAPPER.

177. *Turpis habebatur.*] Nam decoctores in magna erant infamia: unde Adrianus Imperator (ut refert Spartianus) eos jubebat *catamidiari* publice: eſt autem *mancipare*, abalienare & vendere: unde *res mancupi* appellantur, quæ a noſtro dominio poſſunt abalienari. TURNEB.

178. *Apologis.*] Qualis illa eſt Demoſthenis pro Ariſtide fabula de Megarenſium aſino feſtiviſſima, qua ſibi male affectos judices attentos reddidit. TURNEB.

179 *Exponendis gratia.*] *Exponendi gratia*; V. C. Alm. Ald. Baſil.

180. *Sed acutior eſt illa.*] *Sed acutior etiam illa*; Voſſ. ſecund.

181. *In parte.*] *In partem*; V. C. Alm. Obrecht.

182. *Nihil enim, quod in laceſſendo dici poteſt, non etiam.*] *Quod* relativum ex alieno in ſuum locum videtur transferendum, hoc modo: *nihil enim in laceſſendo dici poteſt, quod non, &c.* REGIUS. *Quod in l. d. p. non etiam*; Voſſ. ſecund. Locat.

183. *In repercutiendo.*] Quod non etiam dici poſſit in retorquendo illo ſcommate ſeu dicterio. CAPPER.

184. *In altercatione.*] Quæ quid ſit, vide cap. 5. CAPPER.

185. *Rogandis teſtibus.*] Hoc eſt, interrogandis. CAPPER.

186. *Ridicula ducantur.*] *Ducuntur*; Obrecht.

187. *Quæ Atellanæ more.*] *Atellanico*, *Atellanæve* legendum mihi videtur. REGIUS. Atellanæ fabulæ Latinæ, ut ait Diomedes, dictis jocularibus refertæ, ab Atella Oſcorum urbe appellatæ: ſimiles fere ſunt ſatyricis fabulis Græcorum. TURNEB. *Atellanio*; Voſſ. ſecund. & Vall. liber, unde *Attellanico*. Aſcenſ. *quæ Atellani in ore habent*, conjiciebat Gallæus. *Atellanarum more* malebat Francius: forte *Atellani more captant*; quæ Actores, ſcilicet, Atellani ſolent captare; nam ita *more* abſolute poni, pro *de more*, te docebunt Heinſii notæ in Phæd. I. 12. BURMAN.

188. *Ne illa quidem, &c.*] Qualia enumerantur a Plutarcho in ejus vita, A. Gellio, & Macrobio, aliiſque auctoribus. TURNEB.

189. *In Agendo.*] Supple, *cauſſas* forenſes, in forenſibus *actionibus*, in orationibus habendis, pronunciandis. CAPP.

190. *Ut dixi.*] *Ut cum is candidatus*, Gallæus legebat.

191. *Coquus.*] *Coci*; V. C. Alm. Locat. Ald.

192. *Suffragium ab eo peteret.*] Pro *eo*, recte *alio* in quibuſdam legitur exemplaribus, hoc modo: *ſuffragium ab alio peteret.* REGIUS

193. *Ego quoque, &c.*] *Jure* ablativus mihi non videtur adſcribendus, id quod in quibuſdam legitur exemplaribus, ut ex *jure* verbo ambiguo potius, quam ex *quoque* copula, joci lepiditatem Cicero ſit venatus. Cum enim *jure*, *merito* frequenter ſignificet, *de jure* carnium Ciceronem intellexiſſe volunt, quo patrem coquum candidati exprobraret: ſed mihi hoc nimium ſcurrile, & a Ciceronis lepore alienum videtur: ſine *jure* autem illo etiam in vetuſto exemplari legitur. REGIUS. Amphibolia eſt in dictione *Jure*; alludit enim ad illa *juſcula*, quæ condiuntur a coquis: aiunt etiam alii, ambiguitatem eſſe in dictione *quoque*, quæ nomen eſſe poteſt, & conjunctio: ſed prior ſenſus convenientior eſt, ut opinor. De alio item dicit Cicero: *optimo jure magiſtratum es adeptus.* TURNEB. Hic jocus eſt in ambigua pronunciatione *q*, qua veteres non aliter fere ac *c* proferebant. Donatus in Adelphis Act. III. ſc. 3 hujus joci mentionem faciens ſic ait: *Et Ciceronis dictum refertur in eum, qui coqui filius ſecum cauſſas agebat*: tu quoque aderas huic cauſſæ; *nam apud veteres coquus non per c literam, ſed per q ſcribebatur.* SICH. Vide Menag. Amœn. cap. XXXI. ALMEL. *Jure* non habent MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. Gryph. Colin. Vidov.

194. *Raro belle reſpondeant.*] Pro *bello*, quis non videat *belle* legendum eſſe? REGIUS.

195. *Quare.*] Dan. *Quale*: ſed Gallæus ſcribebat: *quare hoc modo & ipſum ſcurrile Ciceronis eſt*; & *modo non* in margine per *pene* a Gloſſatore expoſitum eſſe cenſet.

196. *Te nobis varium reliquit.*] *Vari* appellantur puſtulæ, quæ in toto corpore, præſertimque facie, naſci ſolent, quaſdamque in vultu cavitates facere, *verolas* vulgo vocant. Inde *varius homo* dicitur, per ambiguitatem, vel *inconſtans*, vel *illis cavitatibus deformis*. TURNEB. *Varium* dicit, quia cæſus flagris a patre Conſul Iſauricus dicebatur, ut ante retulit, non quia varis, id eſt, maculis diſtinctus eſſet, ac paſſim omnes interpretati ſunt. PHILAND. Gallæus conjiciebat timide *ſparſus*; credo in animo habens illa Terent. Heaut. Act. V. ſc. 5. *ſparſo ore*: ſed ita nulla eſſet oppoſitio inter *conſtantiſſimus* & *ſparſus*: quare *varius* retinendum puto, & *amphiboliam* eſſe in duplici vocis ſignificatione; quod & *varius* animo, ſive levis eſſet; & *varius* ore, ſive maculis inſignis, ut recte Regius & alii. Vide & Munker. ad Hygin. fab. CCXXIII. qui vero a *varis*, id eſt, maculis deducunt, inde poſſent refelli, quod prima ſyllaba in *varus* ſit longa, ut ex Lucani lib. IV. 439.

Aut dum diſpoſitis attollat retia varis
Venator.

ubi *vari* ſunt furcillæ ligneæ. Voſſius a βαλιὸς deducit in *Etymologico*, quem vide & de hoc Quinctiliani loco. *Varius* ergo hic eſt *lentiginoſi oris*, ut Val. Max. lib. I. cap. 7. ext. 6. dicit & Sammon XII.

Livida ſi maculet faciem lentigo decoram.

neque tamen improbo Philandri interpretationem, quam firmat locus Plauti Milit. II. II. 61. *niſi quidem hic agitari mavis variis virgis.* BURMAN.

ut exſpectaret, dum Clodius a villa ſua exiret, & identidem interrogaret, *quo tempore Clodius occiſus eſſet,* [197] reſpondit, *Sero.* Quod vel ſolum ſufficit, [198] ut hoc genus non totum repudietur. [199] Nec plura modo ſignificari ſolent, ſed etiam diverſa; ut [200] Nero de ſervo peſſimo dixit, [201] *Nulli apud ſe plus fidei haberi, nihil ei* [202] *neque occluſum, neque obſignatum eſſe.* Pervenit res uſque ad ænigma; [203] quale eſt Ciceronis in Plætorium Fonteii accuſatorem, cujus matrem dixit, *dum vixiſſet,* [204] *ludum; poſtquam mortua eſſet, magiſtros habuiſſe.* Dicebantur autem, dum vixit, infames feminæ ad eam convenire ſolitæ: poſt mortem ejus bona venibant. Quanquam hîc *ludus* per *tranſlationem* dictus eſt, *magiſtri* per ambiguitatem. [205] In *metalepſin* quoque [206] cadit ratio *dictorum*; ut Fabius Maximus, incuſans [207] Auguſti congiariorum, quæ amicis dabantur, exiguitatem, *heminaria eſſe* dixit. [208] Nam, *congiarium* cum ſit commune liberalitatis atque menſuræ, a menſura ducta imminutio eſt rerum. [209] Et hæc tam frigida, [210] quam eſt nominum fictio, adjectis, detractis, mutatis literis; ut *Aciſculum*, quia eſſet pactus, *Paciſculum*; & *Placidum* nomine, quia is acerbus natura eſſet, *Acidum*; & *Tullium*, cum fur eſſet, *Tollium* dictos invenio: ſed hæc eadem genera commodius in rebus, quam in nominibus reſpondent. Afer enim ve-

197. *Reſpondit, ſero.*] Quidnam in hoc nomine ambiguitatis? an & tarde ſignificat *ſero*, cum eſt adverbium; & *veſperi*, cum ſit ablativi caſus hujus nominis *ſerum?* quod ut eleganter pro ultima diei hora ponitur, ita *ſero* adverbium barbare ab iis uſurpatur, qui ſalutantes *bonum ſero* dicunt: quibus ego reſpondere conſuevi *malum cito*, ut, qui precantur, ut ſero bonis frui poſſim, cito ipſi malum experiantur. REGIUS. Vel quod veſperi interfectus ſit, vel quod utile fuiſſet reip. tam nefarium civem multo antea interfectum eſſe: ſimile fere Cicero in epiſt. ad Atticum, lib. VII. Ep. 21. *Veni Capuam ad nonas Februarii, ita ut juſſerant Coſſ. Eo die Lentulus venit ſero: alter Cos. omnino non venit.* TURNEB. *Serum* vocatur extrema pars diei, ut veſper prima noctis. Vide Cerd. ad Virgil. XII. Æneid. 864.

198. *Ut hoc genus.*] Id eſt, hoc genus facetiarum, quæ petuntur ex *amphibolia.* CAPPER.

199. *Nec plura modo.*] Servis, quorum nobis perſpecta eſt probitas & fides, nihil claudimus: at *improbi* ſervi omnia, quantumvis occluſa, ſolent aperire: antiqui autem cibum & potum annuli ſignaculo a rapina vendicabant. Sumptum hoc ex II. lib *de Orat.* TURNEB.

200. *Nero.*] Imperatori Neroni hoc dictum non eſſe attribuendum, aperte ex Cicerone II. *de Orat.* 61. percipitur. REGIUS. Turnebus ad jocos Ciceronis pag. 207. illius Neronis, qui contra Annibalem rem egregie geſſit, putat: ſed in uno codice Ciceronis pro *Neronianum*, repperit *Nævianum*, ut a Nævio Poëta ſumptum ſit, quod fortaſſe verius credit: ſed Quinctiliani auctoritate refelli poteſt. BURMAN. Cum Imperatori Neroni adſcribendum non eſſe hoc dictum Raphael Regius probarit, attribuendum videtur alteri ex duobus Neronibus clariſſimis; quorum unus fuit Caius Claudius Nero Conſul cum Marco Livio Salinatore: alter Tiberius Claudius Nero Conſul cum Marco Servilio Gemino: utrum tamen alterum ex his, an alium dicat, certo definire non poſſum: hoc Cicero deſumpſerat ex Lucilio Poëta & ex Catonis originibus, quorum quidem operum nonniſi fragmenta hodie ſuperſunt, e quibus de re propoſita certi nihil ſtabilire queas. CAPPER.

201. *Nulli apud ſe.*] *Nullis;* V. C. Alm.

202. *Neque occluſum, neque obſignatum.*] *Neque incluſum neque obſignatum;* Griph. Vidov. marg. Baſil. *neque occluſum neque ſignatum;* V. C. Alm. Ald. Baſil.

203. *Quæ eſt Ciceronis.*] *Quale* ut legatur, ſenſus expoſcit. REGIUS.

204. *Ludum, &c.*] *Magiſtros* ſcilicet anctionis, qui bona ejus ſub haſta vendiderint; nam, ut colligitur ex uno & altero loco Epiſtolarum Ciceronis ad Atticum, qui præerant haſtæ, ſub qua bona venibant, *magiſtri* appellabantur: quo referunt quidam & Ciceronis locum ex lib. VII. ad fam. 25. *Sed heus tu manum de tabula, magiſter adeſt, citius quam putaramus;* ſignificat enim Dictatorem Cæſarem adfore, qui proſcriptorum bona ſub haſta divendat; &, ne quemquam ſua laude fraudemus, primus, quod equidem ſciam, hunc locum Fabii illuſtravit Ludovicus Cælius lib. XXI. Lect. Antiq. cap. 17. MOSEL. *Ludum* (teſte Aſconio) Romani quamcumque ſcholam appellant: hic vero ſignificat veluti proſtibulum, quo conveniunt infames mulieres: *magiſtri* vero dicuntur illi, qui haſtæ auctioni præſunt, ut ſæpe alias apud Ciceronem. TURNEB. Romani eos, qui bonis alicujus vendendis præerant, ut creditoribus ſolveretur, vel cum aliquid ſub haſta veniret, *magiſtros* vocabant. Cicero ad Attic. lib. VI. Epiſt. 1. *de poſſeſſionibus hereditatium & poſſidendis bonis, magiſtriſque faciendis, vendendis: quæ ex edicto & poſtulari, & fieri ſolent.* SICHARD. Hunc jocum Scipio ad Apulei. Apolog. n. 74. explicat vivam meretricem capturas feciſſe & diſcipulos habuiſſe, quaſi ludo meretricio aperto; ea mortua creditores ejus bona ex edicto poſſediſſe, &, creato magiſtro, ea proſcripſiſſe & vendidiſſe. De *magiſtris* plura vide apud Cujac. ad lib. LIX. de V. S. C. & Scip. Gentil. in Origin. in voce *magiſter.* BURMAN. Ciceronis locus a Sichardo laudatus in Græviana editione ſic legitur: *de hereditatum poſſeſſionibus, de bonis poſſidendis, magiſtris faciendis, vendendis: qua ex edicto*, &c. CAPPER.

205. *In Metalepſin.*] *Metalepſis*, ἡ μετάληψις, *eſt* tropi *ſpecies, qua per gradus* homonymiæ *ad propriam ſignificationem deſcenditur* (Soſipater Chariſius tom. 1. Grammat. veter. p. 244.) vel *eſt per tranſſumptionem dictionum, proprietatis dilatio* [an *declaratio?*] *ut*, ſpeluncis abdidit atris; *ab* atris *enim nigra intelliguntur; ex* nigris, *tenebras habentes; & per hoc in præceps profundæ* (Diomedes ibid. pag. 451.) Sic etiam hoc in loco, ex τῷ *heminario* intelligimus dimidiam ſextarii partem; ex ſextariis, modo ſex fuerint, congium; ex hoc congiarium in genere menſuræ; ex hoc *congiarium* munus. *Metalepſin* pluribus exponet Fabius lib. VIII. cap. 6. de *tropis.* CAPPER.

206. *Cadit ratio.*] *Cadit eadem ratio;* MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Andr. Ald. Baſil.

207. *Auguſtæ congiariorum, q. a. d. heminariam.*] Depravatum hunc locum eſſe pauci admodum animadverterunt, cum duobus & maximis quidem flagitiis ſit inquinatus, quæ mihi ſic tolli poſſe videntur, ſi loco *Auguſtæ*, *Auguſti*, & *heminaria*, *m* litera de fine eraſa legatur; ut enim *congiarium* a *congio* menſuræ genere deducitur, ſic ab *hemina* itidem menſura *heminarium* derivatur. REGIUS. Sipontinus Pontifex in Commentatiis Linguæ Latinæ hoc loco *heminam* legit: porro *hemina* vocabulum a Græcis ortum dimidiatum ſextarium ſonat: ſed utraque lectio probabilis. MOSELLAN. Dona, quæ princeps militibus largitur, *donativum* appellare ſolemus, ut ejus liberalitatem in populum & amicos *congiarium*: quæ appellatio unde ducta eſt, quia initio *congii* olei & vini dabantur: *congius* autem ſextaria ſex capit, *hemina* dimidium ſextarii. Igitur ab imminutione menſuræ ſignificavit exiguitatem liberalitatis. TURNEB.

208. *Nam congiarium commune l. a. m. a. m. d. imminutione rerum.*] Ne hæc quidem verbi explanatio erroribus vacua eſt: ſic autem emendari poſſe videtur, ut *cum* particula ac *ſit* verbum adſcribatur, & *imminutio* legatur, ultima ſyllaba in *eſt* verbum converſa hoc modo: *nam cum congiarium commune ſit li. a m. a. menſura ducta imminutio eſt rerum.* REGIUS.

209. *Et tam frigida.*] *Hæc* pronomen adſcribendum hoc modo, *& hæc tam frigida.* REGIUS. *Et tam frigida;* Voſſ. ſecund.

210. *Quam eſt nominum fictio.*] Vocat *paronomaſiam* Cicero lib. II. *de Orat.* quando ex nominis alluſione jocum captamus. TURNEB. De alluſionibus illis ad nomina jam lib. V. cap. 10. aliquid diximus. Vide de illis Barth. ad Claud. præfat. III. conſ. Hon. & Menag. Antibail. cap. XLVIII.

nuſte [211] Manlium Suram, multum [212] in agendo diſcurſantem, ſalientem, manus jactantem, togam dejicientem, & reponentem, [213] *non agere* dixit, *ſed ſatagere.* Eſt enim dictum per ſe urbanum, *ſatagere*, etiam ſi nulla ſubſit alterius verbi ſimilitudo. Fiunt & [214] detracta & adjecta *aſpiratione*, & [215] binis conjunctis verbis ſimiliter ſæpius frigida, aliquando tamen recipienda. Eademque conditio eſt in iis, quæ [216] a nominibus trahuntur. [217] Multa ex hoc Cicero in Verrem, ſed ut ab aliis dicta; modo *futurum*, [218] *ut omnia verreret*, cum diceretur *Verres*; [219] modo *Herculi, quem expilaverat*, [220] *moleſtiorem apro Erymanthio fuiſſe*; modo *malum Sacerdotem*, [221] *qui tam nequam verrem reliquiſſet*; quia Sacerdoti Verres ſucceſſerat. [222] Præbet tamen aliquando occaſionem quædam felicitas [223] hoc quoque genere bene utendi; ut [224] pro Cæcina Cicero in teſtem Sex. Clodium Phormionem: *Nec minus niger*, inquit, *nec minus confidens, quam ille Terentianus eſt Phormio.* Acriora igitur ſunt & elegantiora, quæ trahuntur ex vi rerum. In his maxime valet ſimilitudo, ſi tamen [225] ad aliquid inferius leviuſque referatur; [226] qua jam veteres illi jocabantur, qui [227] Lentulum *Spintherem*, & Scipionem [228] *Serapionem* eſſe dixerunt. Sed ea non ab hominibus modo petitur, verum etiam ab animalibus; ut nobis pueris [229] Junius Baſſus, homo in primis dicax, *Aſi-*

BURMAN. in poſtrema Turnebiani Commentatoris nota perperam confunditur *nominum fictio*, quæ ipſa eſt ὀνοματοποιΐα ſecundum Fabium lib. VIII. cap. 6. cum nominis alluſione, quam Græci Rhetores vocant παρονομασίαν, Quinctilianus *agnominationem* lib. IX. cap. 3. Ὀνοματοποιΐας ſive *nominum fictionis* exempla hæc ponit Fabius, *mugitus*, *ſibilus*, *fullaturit*, *proſcripturit*, &c. παρονομασίας vero ſeu *agnominationis* (quam ex vicinia quadam prædicti nominis fieri dicit) exempla hoc ipſo in loco attulit: cenſet ergo Rhetor noſter jocos, qui ex *paronomaſia* petantur, tam frigidos eſſe, quam qui ex *onomatopœia* duci poſſunt. CAPPER.

211. *Manlium.*] *Manilium* legendum eſſe, in Lugdunenſi editione monemur. Apud Plin. lib. XVIII. cap. 16. in quibuſdam editionibus *Sura Manlius*, in aliis *Manilius* dicitur: ſed an idem ille ſit, dubito. *Mallium* habet Voſſ. ſecund. BURMAN.

212. *In agendo.*] Videlicet in agenda quapiam forenſi *cauſſa*, in *actione* forenſi. CAPPER.

213. *Non agere dixit, ſed ſatagere.*] *Satagere* dicitur, qui negotium aliquod magna anxietate & cura conficit: *agere* vero, qui *cauſſam* tuetur. Igitur non *agebat* ille, ſed *ſatagebat.* TURNEB.

214. *Detracta & adjecta aſpiratione.*] Verbi gratia, ſi dicas: *major eſt homini fides habenda, quam omini*: vel contra. CAPPER.

215. *Binis conjunctis.*] Verbi gratia, ſi quemquam ſtulte ſapientem, Græca compoſitione *μωρόσοφον* dixeris: quo vocabulo uſus eſt Eraſmus *declamatione* ſtultitiæ: huc pertinent, quæ per contrarietatem dicimus, *ſanctam jactantiam*, *divitem paupertatem*, &c. MOSELL.

216. *A nominibus.*] Subauditur τοῖς *propriis*; nam apud Philologos veteres ὄνομα ſeu *nomen* peculiari quodam ſenſu de proprio nomine uſurpatur. CAPPER.

217. *Multa ex hoc.*] Id eſt, multa ex hoc facetiarum, ſæpe quidem frigidarum, genere Cicero protulit. CAPPER.

218. *Ut omnia verteret, cum diceretur ei verres.*] *Verreret* legendum, ac *ei* dativus videtur, ut redundans, expungendus. REGIUS. *Verteret*; Voſſ. ſecund.

219. *Modo Herculem ei q.*] Perverſus mihi videtur hic ſenſus; neque enim Hercules Verri, ſed contra Verres Herculi, quem expilavit, fuit moleſtus. Quare, vel exemplaribus refragantibus, corrigamus, ut & *Herculi* & *cum* legamus hoc modo: *modo Herculi eum, quem expilaverat.* REGIUS. *Herculem ei*; Locat. Vide IV. Verrin. Ciceron. num. 44.

220. *Moleſtiorem apro.*] Aper enim & verres idem fere ſignificant. CAPPER.

221. *Qui tam nequam Verrem reliquiſſet.*] Nam in Sicilia colitur Ceres, cui immolantur porci. TURNEB. Vide lib. I. in Verr. 46.

222. *Præbet tamen.*] Ut illud Cicer. pro Cluentio, cap. 26. *Atque etiam ipſe conditor totius negotii Guttam aſperſit huic Bulbo: itaque minime amarus is viſus eſt, qui aliquid ex ejus ſermone ſpeculæ deguſtarat.* TURNEB.

223. *Hoc quoque genere.*] *Genere* non habent MSS. Alm. Voſſ. ſecund.

224. *Pro Cæcina.*] Cap. 10.

225. *Ad aliquid inferius leviuſque.*] Si tamen ſimilitudo referatur ad aliquid inferius & levius ea re, quæ comparatur; ut in allatis exemplis Junius Baſſus comparatur cum aſino, Auguſtus cum elephanto, &c. cujus quidem ratio hæc eſſe videtur, quod tunc fiat quidam tranſitus a ſtylo gravi & ſerio ad ludicrum, a grandi ad humilem. Hic porro tranſitus cum eadem in locutione fiat, quamdam veluti dictionum *antiperiſtaſin*, ut aiunt, neceſſario efficit, & conſequenter aliquam voluptatem parit. CAPPER.

226. *Quæ jam veteres illi, &c.*] *Qua*, e vocali craſa, & *Scrapionem*, non *Syrationem*, legendum eſſe contenderim; nam, ut *qua* legatur ſenſus expoſcit: *Serapionem* autem vocatum fuiſſe Scipionem, teſtatur Valer. Maxim. lib. IX. cap. XIV. ex. 3. REGIUS. *Quæ jam veteres*; MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſecund. Andr. *quia*; Steph. Roign. *quemadmodum*; Ald. marg. Baſil.

227. *Lentulum Spintherem.*] Si quidem, qui longi ſunt, & per hoc tardi, proprio vocabulo *Lentuli* dicuntur: ſed aurum lentum dicimus, quod in longas laminas deduci poſſit: itaque ad eam ſimilitudinem Lentulum olim vocatum ſimplices Romani *Spintherem* dixerunt: porro *Spinther* ſtimulum ſignificat oblongum capitatum, quo mulieres veſtes lineas affigunt: Græcis autem σπινθὴρ flammam ſignificat. MOSELLANUS.

228. *Serapionem.*] Indicat Feſtus Pompeius Nævii carmen citans, deformes & immundas anus olim *Serapias* dici ſolitas; nimirum vocabulo factitio a ſono, quem id hominum genus ſcreando edit: hinc conjicio & Scipionem per jocum *Serapionem* appellatum. Nam quod codices *Serapionem* habent, neque in re, neque in voce Scipioni convenit. MOSELLANUS. Scipio ideo *Serapio* appellabatur, quia perſimilis erat ei ſuarii cujuſdam negotiatoris ſervus. Hermolaus tamen Barbarus hoc loco *Scrtionem* legit; ſicque legendum in Plinio contendit lib. VII. cap. 12. male tamen. Itidem Lentulus *Spinther* vocabatur, quia ſimilis illi erat mimus ſecundarum & tertiarum Pamphilus Spinther. Vide Plinium lib. VII. cap. 12. & Vall. lib. IX. TURNEB. Vide Cicer. VI. ad Attic. 1. PHILANDER. Quem ſuarium ex Plinio Turnebianus vocat, cum Valerius Maximus lib. IX. cap. 14. num. 3. victimarium appellat. CAPPER.

229. *Junius Baſſus, homo in primis dicax, Aſinus albus vocabatur.*] Hujus dicti gratia non pellucet, neque ſe oſtendit nobis duntaxat, quorum oculis obducta quædam caligo eſt: ſed conemur, ut argutiam ejus eruamus, & eripiamus hominibus eam, qua primi diu laboravimus, hujus dicti inſcitiam. Ridiculum quidem, ut e Cicerone & Ariſtotele notum eſt, ſedem conſtat habere in quadam deformitate & ineptiis. Hominem porro ineptum *Aſinum* vocari a Latinis, vel unius Terentii locus fidem fecerit ex Eunucho, III. 5. v. 50.

Flabellum tenere te aſinum tantum.

Contra quod jucundum, fauſtum, proſperum, lepidum, *album* dici, de coloris illius jucunditate & pulchritudine, nemini paulo doctiori eſt ignotum. Hinc *albæ aves.* Perſius Sat. I.

——————*ſint omnia protinus alba.*

Qui igitur ridiculus erat propter ineptiolas ridiculorum, *aſinus* dicebatur: ſed idem propter jucunditatem, *albus*; quod ea diceret, quæ jucunda & grata & probata hominibus eſſent, & placerent. TURNEB. Adverſ. XXVIII. 35.

nus albus vocabatur. Et Sarmentus, [230] ſeu Publius Bleſſus, Junium, hominem nigrum, & macrum [231] & pandum, [232] *fibulam ferream* dixit. Quod nunc riſus petendi genus frequentiſſimum eſt. Adhibetur autem ſimilitudo interim palam, [233] interim inſeri ſolet *parabolæ*: cujus eſt generis id Auguſti, qui militi libellum timide porrigenti: *Noli*, inquit, *dubitare*, [234] *tanquam aſſem elephanto des.* Sunt quædam [235] etiam veriſimilia: [236] unde Vatinius, cum reus, agente in eum Calvo, candido frontem ſudario tergeret, idque ipſum accuſator in invidiam vocaret: *Quamvis reus ſum*, inquit, [237] *& panem candidum edo.* Adhuc eſt [238] ſubtilior illa ex ſimili *tranſlatio*, cum quod [239] in alia re fieri ſolet, in aliam mutuamur. Ea dicatur ſane *fictio*; ut Chryſippus, cum in triumpho Cæſaris [240] eborea oppida eſſent tranſlata, & poſt dies paucos [241] Fabii Maximi lignea, [242] *thecas eſſe oppidorum Cæſaris* dixit. [243] Et Pedo [244] de Mirmillone, qui Retiarium conſequebatur, nec feriebat: *Vivum*, inquit, *ca-*

PAREUS. *Aſinum* paſſim uſurpant Veteres pro *ſtupido*, *bardo & inepto*: unde Baſſus *aſinus* appellabatur, quia inepte erat dicax: additur *albus*, propter notabile vitium; id enim prodigioſum eſt. TURNEB. Non accedo Turnebo Baſſum *Aſinum album* * dictum ob dicacitatem; cum dicacitas certe ſit ingenii minime ſtupidi & aſinini; & ineptiora ſunt, quæ de coloris albi jucunditate adduntur, quam ut refutari mereantur; & Aſinum ſtupiditatis fuiſſe opprobrium, docet alius jocus Scipionis de Metello apud Ciceronem II. de Orat. cap. 60. Fabius autem cum hoc exemplum adducat appellationum contumelioſarum, quæ ex ſimilitudine formæ vel corporis cum animalibus ducuntur, manifeſtum eſſe puto, illum *Aſinum album* dictum, quia facie ſua, vel auribus, vel alio membro aſini figuram referebat; & forte *albus*, quia, cum aſini ſint murino colore, vel nigro, vel maculoſo, teſte Columel. lib. VI. 37. ille albo vel pallido colore erat. Gallæus quoque aſinum ab auribus grandibus dictum volebat. Hunc vero *Junium Baſſum*, & ſupra hoc cap. contumelioſo dicendi genere uſum tradit: dubito vero an non *Julius Baſſus* dicendus, quo nomine apud Plin. lib. IV. 9. & lib. X. 64. eſt Proconſul Bithyniæ, defenſus a Plinio: ſed quia ſe puero hunc floruiſſe dicit, eo paulo videtur antiquior. Sed ſub Tiberio *C. Julius Baſſus* memoratur in lapide apud Gruter. CCXXXV. 8. & ſub Veſpaſiano *L. Julius Baſſus* pag. CCXLI. quo nomine & alius in marmoribus Felſineis pag. 539. quem titulum repetit Fabret. pag. 172. verbis quibuſdam aliter poſitis; qui & alium habet in lapide, pag. 77. & *Julii Baſſi*, qui ſub Auguſto vixit, & de re medica ſcripſit Græce, Plinius lib. XX. & XXI. & alibi, & Scribonius Largus compoſ. 121. meminerunt, ubi videndus Rhodius: ex quibus apparet *Juliorum* hoc cognomen fuiſſe: nullum vero ex *Juniis* ita appellatum reperire potui. Vocandum etiam cenſet *Julium Baſſum* Schott. de claris apud Senec. Rhetoribus: mox alium jocum ejuſdem in Domitiam Paſſieni referet Fabius. *Julius Baſſus* qui ſub Auguſto vixit, eſt *C. Julius Baſſus*, qui & memoratur Plinio lib. VII. cap. 53. Vide Cagnat. Variar. Obſervation. lib. II. cap. 15. BURMAN.

230. *Seu Publius Bleſſus.*] *Sarmentum* dictum fuiſſe etiam *Publium Bleſſum* hinc colligeretur, quod tamen verum non puto: ſed hunc jocum jactatum, vel a Sarmento illo ſcurra, vel a Publio Syro mimo, in *Junium Blæſum*: quare legerem, *& Sarmentus, ſeu Publius, Blæſum Junium, hominem, &c. Junius* vero *Blæſus* memoratur Tacito lib. I. cap. 16. 18. & 21. & aliis locis ſub Auguſto & Tiberio; cujus pater hic indicari potuit, qui ſub Cæſare, cujus tempore Publius mimus, & Sarmentus ſcurra, Horatii carmine, lib. I. Satyr. V. nobilitatus, floruere, vixerit. *Bleſſus* vero cognomen depravatum eſſe puto: errarunt vero librarii, quia cognomen hic nomini erat præpoſitum, quod millies obſervare licet apud veteres. Vide Rhod. ad Scribon. Larg. compoſ. 121. BURMAN.

231. *Et pandum.*] Hoc eſt, curvum, incurvum. CAPPER.

232. *Fibulam ferream dixit.*] *Fibula* appellatur batillus ex aliqua materia, quo quidpiam connectitur: ſunt autem illæ *fibulæ* incurvæ. Similitudinem igitur habebat cum fibula ferrea Junius. TURNEB. Quod pandus eſſet ſive incurvus figuram fibulæ; quod macer, tenuitatem; quod niger, ferri colorem exprimebat. Ferrar. Part. II. de Re veſt. lib. I. cap. 17. ubi & de *Spinthere* agit.

233. *Interim ſerio ſolet.*] Corruptus eſſe hic ſenſus manifeſte videtur; *palam* enim & *ſerio* ſunt diſparata, neque ullam inter ſe habent relationem, quam *interim* adverbium expoſcit. Quare *ſerio* forſitan eſt eradendum, ac loco ejus *inſeri* verbum totidem ſyllabarum reponendum. REGIUS. *Interim ſerio*: Voſſ. ſec. Locat.

234. *Tanquam aſſem elephanto des.*] Plinius ait, ita manſuetos eſſe elephantes, ut ſtipem, quam populus dederit, accipiant proboſcide: cum tamen aliquis ſtipem porrigit elephanto, non mediocriter timet: eſt igitur ductus jocus ab illo ludicro. TURNEB. Vide Sueton. Aug. 53. & Macrob. II. Saturn. 4. quem locum notaverat etiam Colomeſius.

235. *Etiam veriſimilia.*] *Ut veriſimilia*: V. C. Alm. *ſunt quædam veriſimilia*; Voſſ. ſec.

236. *Unde Vatinius quum.*] *Unde Vatinius dixit hoc dictum, cum reus*: MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Alm. Andr. Locat. Ald. Sich. Baſil. Gryph. Vidov.

237. *Et panem candidum edo.*] Non ſolum candido ſudario tergeo faciem, ſed panem etiam candidum edo. Inde ductus eſt jocus, quia illi, qui in reatu erant, mutatis veſtibus atrum induebant amictum; ac, ut toto corpore ſqualidi viderentur, efficiebant. *Candidus* dicitur panis, cui ater eſt contrarius, quem *cibarium* appellat Cicero V. Tuſcul. 35. TURNEB. Senſum recte vidit Turnebus; ſed tetigiſſe Calvum videtur Vatinius, quaſi ille atrum panem voraret, & ita paupertatem & ſordes illi exprobraſſe; nam panem atrum fuiſſe paupertatis indicium, ex Terent. Eunuch. IV. V. 17. apparet: *ſordidum* vocat Plaut. Aſin. I. II. 16. & *ſecundum* Horat. II. Epiſt. I. 123. *Et* hic ponitur pro *tamen*, vel *etiam*. Quamvis ſim reus, tamen panem candidum edo: ita Horat. II. 123.

Cum ſibi quiſque timet, quanquam eſt intactus, & odit.

ubi Acro *&*, *tamen* interpretatur; vel pro *etiam*, ut ſæpe: *&* plus aliquid ſignificare, quam *etiam*, & ſingularem *emphaſim* habere recte notavit Broukh. ad Propert. II. Eleg. XIX. 32. qui ideo minime, ut inſipidæ acrimoniæ & luſcitioſus, traduci merebatur ab iis, qui, dum talia in aliis culpent, ſæpe circa leviora & nugaciora ſubtiles videri volunt. BURMAN.

238. *Subtilior illa ſimili.*] *Ex* præpoſitio adſcribenda, ut *ex ſimili* legatur. REGIUS. *Ex* non habet Locat.

239. *In alia re.*] *In altera re*: Voſſ. ſec.

240. *Eborea oppida.*] Conſuetudo erat, ut in triumpho ſimulacra urbium & regionum captarum ferrentur. Unde Cicero lib. II. *Offic.* ait, *Maſſiliam in Cæſaris triumpho fuiſſe per urbem portatam.* TURNEBUS. Vide Sueton. Cæſ. cap. 37. Vell. Paterc. II. 56. *Eborea.*] *Eburnea*: Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

241. *Fabii.*] Qui legatus Cæſaris cum Pedio triumphavit. Vide Dion. lib. XLIV. pag. 235. ubi dicit illorum triumphum multis riſum excitaſſe propter lignea ſimulacra. Chryſippum autem hunc ſuſpicor fuiſſe illum Chryſippum Vettium, Cyri architecti libertum, & ipſum architectum, cui hic jocus optime convenit, & cujus meminit Cicero lib. VII. *ad Famil.* Epiſt. 14. unde apparet illum in Gallia fuiſſe, & forte in comitatu Cæſaris. Hujus opera & ipſe Cicero in ædificando uſus eſt, ut patet ex lib. XIV. ad Att. 9. BURMAN.

242. *Thetas eſſe.*] *Thecas* legendum eſſe, facile eſt videre. REGIUS.

243. *Et Pedo.*] C. Pædonis poëtæ meminit Fabius alibi, ejuſque vitam perſcripſit Crinitus. TURNEB.

244. *De Mirmillone.*] *Mirmillo* dicitur gladiator, qui armaturam habet Gallicam, & in galea piſcem geſtat: cum hoc committitur alter gladiator, qui dicitur *Retiarius*; nam habet rete. TURNEB.

pere vult. Jungitur *amphiboliæ* ſimilitudo; [245] ut L. Galba [246] pilam negligenter petenti: *Sic*, inquit, [247] *petis*, [248] *tanquam Cæſaris candidatus.* Nam illud *petis* ambiguum eſt, ſecuritas ſimilis. Quod hactenus oſtendiſſe ſatis eſt. Cæterum frequentiſſima [249] aliorum generum cum aliis mixtura eſt; eaque optima, quæ [250] ex pluribus conſtat. Eadem diſſimilium ratio eſt. Hinc eques Romanus, ad quem in ſpectaculis bibentem cum miſiſſet Auguſtus, qui ei diceret; [251] *Ego ſi prandere volo, domum eo:* [252] *Tu enim*, inquit, *non times ne locum perdas.* [253] Ex contrario non una ſpecies. [254] Neque enim eodem modo dixit Auguſtus præfecto, quem [255] ignominia notabat, ſubinde interponenti precibus, *Quid reſpondebo patri meo?* [256] *Dic me tibi diſplicuiſſe*; quo [257] Galba, penulam roganti, *Non poſſum* [258] *commodare, domi maneo*; cum cœnaculum ejus perplueret. Tertium adhuc illud (ſi quidem, ut ne auctorem ponam, verecun-

245. *Ut L. Galba.*] *Aulus*; Ald. Sich. marg. Baſil. *A.* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Colbert. Ald. Andr. Sich. Glandorp. in Onomaſtico Serv. Sulpicium Galbam Imperatoris avum fuiſſe credit: ſed prænomen turbat, & potius patrem Imperatoris, intelligerem, qui magis ingenio, quod tamen male habitabat, & ſalibus floruit, (quorum noſter ſæpe meminit) & qui hoc potius dicere potuit, quam ejus avus; quia candidati Cæſaris magis ſub Auguſto, quam Julio Cæſare, dici & celebrari cœperunt; & ideo legerem hic *C. Galba*, pro *L.* quo prænomine nullus ex gente Sulpitia mihi cognitus. Hoc certe malo, quam ut L. Galbam quemdam cum Eraſmo & aliis fingam, qui nobilis ſcurra ſub Cæſare fuit, & Sarmento jungitur a Juvenale Sat. v. 4. & *vilis* dicitur. Scholiaſtes enim ibi *Gabba* legit, quod Heinſio tam in Juvenali, quam Mart. lib. I. 41. & X. 101. probabatur. Sed ſi jam ibi *Galba* legendum ſit, & fuerit talis ſcurra; unde, quæſo, ipſi prænomen *Lucii* fuiſſe didicerunt, niſi ex hoc Fabii loco? quem de honeſtiore Galba agere ipſum prænomen indicat, quod in ſcurra certe omiſiſſet: ſed hæc latius excutiendi hic locus non eſt. BURMAN.

246. *Pilam negligenter.*] *Qui pilam*; V. C. Alm. Locat. Andr. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Sich. Par. Colin. Vidov.

247. *Petis.*] Ambiguitas, quia & *petis* honores, & *petis* pilam, proprio in eo ludo verbo; ut *repetere pilam.* Petron. 27.

248. *Tanquam Cæſaris candidatus.*] Dicebantur quidam *candidati principis, vel Cæſaris*; illi nimirum magiſtratuum petitores, quos Cæſar commendabat populo, quibuſcum nonnunquam ſolebat civiliter prehenſare populum per tribus & centurias. Illi igitur ob commendationem & gratiam Cæſaris negligentes erant in prehenſando & ambiendo, quia ſciebant populum nihil facturum contra voluntatem Cæſaris. Vide plura apud Budæum in *Pand.* TURNEB. Origo hujus nominis venit a facto Cæſaris, cum comitia cum populo partitus eſſet. Suet. Cæſ. 41. quod & Auguſt. imitatus. Suet. Auguſt. cap. 56. ita & Velleius ſe & fratrem Cæſaris candidatos dixit fuiſſe lib. II. cap. 124. ſed ſublatis deinde populi comitiis, candidati Cæſaris, vel Principis dicti Quæſtores. Ulpianus lib. unic. ff. de Off. Quæſt. apud Gruter. pag. 352. 5. & 421. 3. & alibi paſſim.

249. *Aliorum generum cum aliis mixtura eſt.*] Varia variarum facetiarum genera poſſunt invicem permiſceri. CAPPER.

250. *Ex pluribus conſtat.*] *Conſtant* malebat Francius, ſed nihil opus; referri enim debet ad *mixturam*, quæ optima, ſi ex pluribus conſtat.

251. *Ego ſi prandere, &c.*] Olim apud Romanos non erat probroſum in propatulo cœnare, ut docet Valerius *de inſtitutis antiquis*: poſtea tamen, cum invaluiſſet luxuria, dedecoroſum fuit. TURNEB. Poſtea Equitibus data decem numiſmata ad bibendum in theatris, Martialis lib. I. Epiſt. XI. oſtendit: ad quem vide Scriverium & alios Commentatores. BURMAN.

252. *Tu enim non times.*] Illa conjunctio *enim*, ut ſupervacua, mihi videtur expungenda. REGIUS. Quanquam ſatis defendi, cum Aſcenſio, poſſit hæc particula, ut qua ita in aſſeveratione uti ſæpe ſolent Veteres; corruptum tamen locum eſſe ſuſpicionem injicit margo Baſileenſis editionis, ubi notatur diverſa lectio: *tu omnium, inquit, non times*: & ita Philander legendum cenſebat: vitium autem ortum ex compendioſa ſcriptura, qua *n* litera ſæpe pro *enim*, & etiam pro *unus*, ponebatur: legendum vero puto: *tu unus omnium, inquit, non times, ne locum perdas*; joco mordaci in Auguſti tyrannidem, & ambiguitate in voce *locum* eleganti, quæ in republica ſummam dignitatem & imperium notat: quod colligitur ex ſimili joco Senatoris cujuſdam, qui Auguſto verba facienti dixit: *Contradicerem tibi, ſi locum haberem.* Cujus dicti acumen vide Caſaubonum recte explicantem ad Suet. Auguſt. 53. & ita Juvenal. Sat. X. 110. de Cæſare: *Summus nempe locus, nulla non arte petitus.* Tacit. II. Annal. 33. *Diſtinctos Senatus & equitum cenſus, ut locis, ordinibus, dignationibus antiſtent*: & ita non male vetus Interpres Act. Apoſt. I. 25 κλῆρον τῆς διακονίας, *locum* reddidit: niſi legerit ille τόπον, quod ibi in quibuſdam exemplaribus reperitur: ſed eo ſenſu Græce τόπον dici neſcio. *Unus* vero *omnium* eleganter, & ex veteri formula pro *ſolus, maximus, præcipuus*, Cicero IV. ad Fam. 13. *Nigidio uni omnium doctiſſimo & ſanctiſſimo*, pro quo & *unus ex omnibus.* Idem lib. V. Epiſt. 16. & III. Catilin. 7. & Propert. II. 22. ubi vide Paſſerat. & ita *unus* ſimpliciter, de quo ad lib. XI. I. agemus. BURMAN.

253. *Ex contrario.*] *E contrario*; Locat. Ald. & alii.

254. *Neque enim eodem.*] Hoc Auguſti apophthegma non dictum eſſe in præfectum, ſed in Herennium adoleſcentem vitiis notabilem, ſcribit Macrob. lib. II. *Saturnal.* cap. 4. erat autem illa miſſio ignominioſa, quæ fiebat ob militis vitium. TURNEB.

255. *Ignominia notabat.*] *Mittebat*; V. C. Alm. Obt. marg. Baſil. non male; nam ignominioſa certe fuit miſſio, non propria notatio: legendum vero, *cum ignominia mittebat*, puto. BURMAN.

256. *Dic me tibi diſplicuiſſe.*] Cum contra ille Præfectus Auguſto revera diſplicuiſſet. CAPPER.

257. *Galba penulam roganti.*] Paulo poſt: *Galba penulam roganti reſpondit: non pluit? non eſt opus tibi: ſi pluit, ipſe utar.* Penula eſt veſtis ſpiſſa, vel, ut loquitur Septimius lib. de Corona militis, graviſſima, qua adverſus pluviam maxime Veteres uti ſolebant. Juvenalis Satyra 5.

> ——— *fremeret ſæva cum grandine vernus*
> *Juppiter, & multo ſtillaret penula nimbo.*

Inde Varroni petitus jocus apud Nonium cap. 14 *Non eſt quærenda homini, qui habet virtutem, penula in imbri.* Contra plane, quam Lucilius Satyr. lib. XV. apud eumdem:

> *Penula, ſi quæris, cantherius, ſervus, ſegeſtre,*
> *Utilior mihi, quam ſapiens.*

Certe etiam ſapienti, vel in imbre, vel in frigore, Stoïcis ipſis fatentibus, ſaltem utilis futura eſt; cum, ut Philo de Provid. apud Euſeb. lib. VIII. Præp. cap. ult. οὐδὲ γὰρ ὅτι τὸν σοφὸν, εἰ ἐν ὑπαίθρῳ διάγει, καθυβρίζεσθαι· βορέου δὲ ψυχροῦ καταπνέοντος, ῥιγοῦν πιεσθῆναι ἢ ψύχει. COLOMESIUS. An Galba hic idem ſit, quem modo memoravit Fabius, dubito; quia hic mentio *cœnaculi*, quæ habitatio pauperiorum, ut notum eſt, & ex Sueton. Vitell. 7. quare forte C. Galba Imperatoris frater intelligi poteſt, qui, attritis facultatibus, dicitur urbe ceſſiſſe Suetonio Galb. III. & ideo forte meritoſio cœnaculo coactus habitare; & ita jocus eſſet duplex in voce *domi*, qua jam carebat, in cœnaculo habitans; nam hæc diverſa, ut apud Petron. cap. 38. *C. Pompeius cœnaculum locat, ipſe enim domum emit*: ſed fortaſſe legendum eſt *domi mane*, ut interroganti penulam, illuſerit & juſſerit domi manere, quaſi non opus tunc eſſet penula, cum tamen *ejus* (id eſt interrogantis) cœnaculum perplueret, nec minus ibi, quam in publico, penula opus haberet: ita ut ille, qui rogabat penulam, habitaverit in cœnaculo, & pauper fuerit, & penulam commodari ſibi petierit: penulis autem uſos in pluvia docet Ferrar. part. II. de Re veſt. lib. II. cap. 2. BURMAN.

258. *Commodare.*] *Commendare*; V. C. Alm. quod qui defendere velit, is videat, quæ ad Phædr. lib. I. 17. notaverunt viri docti.

dia ipſius facit:) *Libidinoſior es*, [259] *quam ullus ſpado*: [260] quo ſine dubio & opinio decipitur, ſed ex contrario. Et hoc ex eodem *loco* eſt, ſed nulli priorum ſimile, quod dixit [261] Marcus Veſtinius, [262] cum ei nunciatum eſſet: [263] *Aliquando deſinet putere.* Onerabo librum exemplis, ſimilemque iis, qui riſus gratia componuntur, efficiam, ſi perſequi voluero ſingula veterum. Ex omnibus argumentorum *locis* eadem [264] occaſio eſt. Nam & [265] *finitione* uſus eſt [266] Auguſtus de pantomimis duobus, qui alternis geſtibus contendebant; cum eorum alterum *ſaltatorem* dixit, alterum *interpellatorem.* Et [267] *partitione* Galba; cum penulam roganti reſpondit: [268] *Non pluit, non eſt opus tibi: ſi pluit,* [269] *ipſe utar.* Proinde genere, ſpecie, propriis, differentibus, [270] jugatis, [271] adjunctis, conſequentibus, antecedentibus, repugnantibus, cauſſis, effectis, [272] comparatione parium, majorum, minorum [273] ſimilis materia præbetur. [274] Sicut in *tropos* quoque omnes [275] cadunt. [276] An non plurima καθ' ὑπερβολὴν di-

259. *Quam ullus ſpado.*] Cum ſpado libidinoſus eſſe non poſſit, quippe quod caſtratus & exectus ſit. Et Eunuchi, ut eſt apud Terentium, Eunuch. IV. III. 23.

Sunt magni amatores mulierum, ſed nihil poſſunt.

TURNEB.

260. *Quod ſine dubio.*] *Quo*, *d* litera expuncta, legatur. REGIUS.

261. *Marcus Veſtinius.*] Lege *Feſtivius, cum ei renuntiatum eſſet, aliquando deſinet pluere.* MOSELLANUS.

262. *Cum ei nuntiatum eſſet.*] *Renunciatum;* Baſil. & marg. Steph.

263. *Aliquando deſinet putere.*] Huic quidem ſenſui aliqua deeſſe video; ſed quæ ea ſint, divinare mihi non licet. REGIUS. Locum corruptum nemo dubitat; ſed qui reſtituere conetur, itidem eſt nemo. Nos certe citra præjudicium aliorum legendum cenſemus: *Cum ei renuntiatum eſſet, aliquando deſinere pluere;* nam *renuntiare alicui*, pro eo, quod eſt repulſam pati, apud Latinos frequens eſt. Porro *pluere* uſurpari pro eo, quod eſt adverſam fortunam ſentire, teſtari poteſt Horatius, cum huc velut alludens lib. II. Od. 10. canit:

Sperat infeſtis, metuit ſecundis
Alteram ſortem bene præparatum
Pectus, informes hyemes reducit
Juppiter.

& alter hoc velut exponens ſic ſcribit:

Fidere, Batte, decet, melius cras forſan habebit:
Spes eſt in vivis: non eſt ſpes ulla ſepultis,
Et quandoque pluit Deus, & quandoque ſerenat.

MOSELLANUS.

Sunt qui magnum comperiſſe putant, cum pro *putere*, *pluere* ſupponant; cum *pluvia* pro re adverſa aliquando ponatur, ſed nihil ad rem; non enim in propoſito, ſed in reſponſo, *dicti* vis eſt. Quod quia Fabius præ nimia verecundia tacet, nimirum obſcœnum erat. Dico *præ nimia;* quia, licet obſcœnum, honeſtis tamen verbis explicatum ſic oportuit, ut ſaltem intelligatur, aut non propoſitum: ut vero conjicere poſſum, reſpondit: *alvum evacuat*, qua repleta animam fœtentem continere nequiverit; aut, ubi caprire, ſeu hircilare deſinam, etiam putere deſinam. Facile eſſet invenire honeſtius reſponſum, niſi Fabius ipſe, qui per *apoſiopeſin* rem ſubticet, innuat turpiſſimum; dicere enim potuit *odores feram*, quod ſolent fœtentes. Unde Martialis:

Non bene olet, qui bene ſemper olet. ASCENS.

Scribe, *cum ei renuntiatum eſſet*, id eſt, cum paſſus eſſet in magiſtratu petendo repulſam, *aliquando deſinet pluere*, id eſt, fortuna deſinet mihi adverſari; nam id ſignificat pluere, ut Græcis ſuum ὕειν PHILAND. Locus eſt corruptus. *Putere*, id eſt, eſſe putida: dicit autem de muliere, quod de ſe intellexit; id eſt, *deſinam aliquando ego illi eſſe putidus, & illi aliquando placebo.* Moſellanus tamen legit *pluere*, aliumque efficit ſenſum, pro eo quod eſt, non ſemper adverſam fortunam ſentire, alludens ad hoc Horat.

Et quandoque pluit Deus, & quandoque ſerenat.

TURNEB.

Locus adeo conclamatus, ut nec Æſculapius cum Machaone, nec tota Aſclepiadarum cohors ei mederi queat. COLOMES. *Pluere* in marg. Steph. & Vaſc. in marginibus vero Baſil. & Vidov. notatur *nuntiatum*, ſcilicet probrum, vel fœdum facinus, vel lucrum: ego nihil hic video, adeo meræ ſunt tenebræ: niſi intelligatur nuntiatam fuiſſe mortem alicujus, qui, dum viveret, putere ſolebat, quem nunc deſinere aliquando putere per jocum dixerit. Major forte lux appareret, ſi, quis ille M. Veſtinius fuiſſet, conſtaret: reperio autem L. Veſtinum Equeſtris ordinis virum, ſed auctoritate & fama inter proceres, apud Tacit. IV. Hiſt. 52. ubi de eo Lipſius. Alter *Atticus Veſtinus* lib. XV. Ann. 52. memoratur, cui acre ingenium fuiſſe ait, & quem cap. 68. dicit ſæpe *aſperis facetiis illuſiſſe Neroni:* unde forte ad eum referri hoc dictum poſſet, & legi *M. Veſtinus.* Meminit ejus etiam Suet. Neron. 3. 35. hunc autem Marcum prænomine fuiſſe docuit egregie ex Phlegonte Noriſius in Epiſtola Conſulari ad A. 818. & Diſſert. I. cap. 13. de Epoch. Syro-Maced. qui etiam de hoc M. Veſtino Attico Conſule hoc dictum capit, & filium L. Veſtini fuiſſe, & ex Colonia Vienneuſi ortum docet. Vide & Ryck. ad Tacit. XV. Ann. 48. Qua ſpecie autem Genti Juliæ Veſtinum adſcribant Onuphrius & Glandorpius, videant ipſi. Lucius etiam Veſtinus memoratur in marmore Oxonienſi XXVIII. pag. 94. quod & Reineſ. expreſſit Cl. II. inſ. 68. ſub Hadriano. Parum autem refert, an *nuntiatum*, an *renuntiatum* legas; cum & renuntiari de alicujus obitu eodem modo, ut nuntiari, dicamus; ſed *renuntiare alicui*, pro repulſam pati, ego nunquam audivi, neque legi: *renuntiare* alicui amicitiam, repudium & ſimilia paſſim occurrunt: deeſſe autem hic nomen proprium viri credo, & illud *re* in *renuntiatum* mutandum in *de*, hoc modo: *Cum ei de cadavere* (alicujus, cujus nomen excidit) *nuntiatum eſſet, aliquando deſinet putere:* ut ſit acumen in eo, quod, cum cadavera facilius puteant, quam corpora viventium, hic moriens deſierit putere, cum alii incipiant: ſi quis melius conjecerit, facile meam conjecturam deſeram. Francius conjiciebat *aliquando deſines putare.* BURMAN. In Aſcenſii nota, pro *hircilare* legendum mihi videtur *hirquitallire.* Vide Feſtum in *hirquitallus*, & Cenſorinum cap. 4. de die Natali. CAPPER.

264. *Occaſio eſt.*] Supple, jocandi, dicteria jaciendi, &c. CAPPER.

265. *Finitione uſus eſt.*] Alludit ad argumenti *locum a definitione.* CAPPER.

266. *Auguſtus de Pantomimis.*] *Pantomimus* appellatur omnium perſonarum imitator & effictor. Jocus in eo, quia aliud eſt officium ſaltatoris, aliud mimi: alter igitur *Pantomimus* nimia geſticulatione utebatur, ut ſaltare videretur: alter ineptus erat, ac ſaltationem interrumpebat, & interpellabat. TURNEB.

267. *Partitione.*] Alludit ad argumenti *locum a diviſione*, ſeu *partitione.* CAPPER.

268. *Non.*] Dan. *Si non.*

269. *Ipſe utar.*] Cum enim cœnaculum meum perpluat, penula opus habebo ad arcendam pluviam. CAPPER.

270. *Jugatis.*] Vulgo dicitur *locus a conjugatis.* CAPPER.

271. *Adjunctis.*] Vulgo vocatur *locus a circumſtantiis.* CAPPER.

272. *Comparatione parium, majorum, minorum.*] Dicunt Rhetores comparationem *a pari, a majori ad minus, a minori ad majus.* CAPPER.

273. *Similis materia.*] Supple, jocandi, dicteria proferendi, &c. CAPPER.

274. *Sicut in tropos.*] Francius malebat, *ſic & in tropos.*

275. *Cadunt.*] Supple, genera facetiarum, ſeu dicteriorum. CAPPER.

276. *An non plurima dicuntur.*] Hunc quoque locum depravatum eſſe, cum ex ſenſu ipſo, tum ex libro II. *de Oratore* cap. 66. facile perſpici poteſt; nam Cicero hunc eumdem locum exponens, ita ſcribit: *Etiam illa, quæ minuendi, aut augendi cauſſa ad incredibilem admirationem efferuntur?*

cuntur?

cuntur? quale refert Cicero de Memmio homine prælongo, *caput eum ad* [277] *fornicem Fabii* [278] *offendiſſe.* Et quod [279] P. Oppius dixit de genere Lentulorum, cum aſſidue minores parentibus liberi eſſent, [280] *in naſcendo* [281] *decreſcere genus Lentulorum.* [282] Interim utrumque. Quid *ironia?* nonne etiam [283] quæ ſit veriſſima, joci prope genus eſt? [284] Qua urbane uſus eſt Afer, cum [285] Didio Gallo, qui provinciam ambitioſiſſime petierat, deinde, impetrata ea, tanquam coactus querebatur: *Age* (inquit) *aliquid,* & [286] *reipublicæ cauſſa elabora.* Quaque [287] Cicero uſus eſt, cum, Vatinii morte nunciata, cujus parum certus dicebatur auctor: *Interim,* inquit, [288] *uſura fruar.* Idem per *allegoriam* M. Cœlium melius objicientem crimina, quam defendentem, [289] *Bonam dextram, malam ſiniſtram habere* dicebat. [290] *Emphaſi* Livius dixit,

runtur: velut tu, Craſſe, in concione ita ſibi ipſum magnum videri Memmium, ut in forum deſcendens caput ad fornicem Fabii demitteret. Ex his Ciceronis verbis hunc ſenſum ſic emendandum conjecto, ut Græce καθ' ὑπερβολὴν adſcribatur. Græca enim a librariis fere literarum Græcarum imperitis facilius prætermitti ſolent. *Quale* præterea, non *quæ* legendum videtur, hoc modo: *An non plurima per hyperbolen dicuntur, quale refert Cicero, &c.* REGIUS. Deſunt illa καθ' ὑπερβολὴν in MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat *per hyperbolen;* Ald. *& quæ refert;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald.

277. *Fornicem Fabii.*] Fornix Fabii in via ſacra erat ad regiam, ut docet Aſconius: ædificatus eſt in cenſura a Fabio, qui vicerat Allobrogas. Porro Ciceronis ſententiam aliquantulum immutat Fabius; Memmium enim Cicero dixit, *ita magnum fuiſſe, ut, in forum deſcendens, caput ad fornicem Fabii demitteret.* In quo forte ridicule ratio eſt. Id enim ſtultis hominibus, quod anſeribus innatum eſt, ut per januam tranſeuntes caput demittant, quantumcumque altum ſit limen januæ ſuperius. TURNEB. *Ad fornicem.*] Supple, arcus triumphalis. CAPPER.

278. *Offendiſſe.*] Quod genus eſt *hyperboles* amplificantis. CAPPER.

279. *P. Oppius.*] *D. Oppius;* V. C. Alm. Steph. Roign. ſed *P. Oppius* apud Cicer. III. *Philip.* 10. legitur in optimis codicibus, qui forte hic a Fabio indicatur. BURMAN.

280. *In naſcendo.*] *In* deeſt in V. C. Alm. *Naſcendo. Interim utrumque.*] Quid ſibi velint hæc duo ultima verba, mihi non percipitur. Sed omnino ſupervacua videntur, niſi quod locum joci ejus, quem de genere Lentulorum P. Oppius dixit, occupaſſe videntur; *dictum* namque illud ita corruptum, atque confuſum eſt, ut ſenſus non habeatur. REGIUS. Conſtat ex Plinio Hiſtor. Natural. lib. XVIII. cap. 3. item Macrobii Saturnalibus, complura Romanorum nomina a leguminibus mutuo eſſe aſſumpta: ſic a *fabis* dicti *Fabii;* a *piſis, Piſones;* a *cicere, Cicerones;* a *lente, Lentuli.* Suſpicatur ergo P. Moſellanus, dicterium, de quo hic Fabius agit, per jocum revocaſſe Lentulorum humilitatem ad ipſius familiæ originem, nimirum, quæ debeatur minutiſſimo leguminis generi *lenti,* a quo non degenerarent *Lentuli.* Qualecumque autem hoc fuit dicterium, per intolerandam alicujus librarii ſupinitatem omiſſum eſt. PAREUS. In aliis auctoribus ſic legitur hoc *dictum: vere genus eſſe Lentulorum. Lentuli* enim appellati ſunt a lente, quod eſt genus leguminis exigui; ac certe hic locus corruptus eſſe videtur, ſuntque hæc verba, *decreſcere genus Lentulorum,* ab interpretibus addita. TURNEB. Verba illa, *decreſcere genus Lentulorum,* deſunt in MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. & aliis. Aſcenſius vero jactat, ſe auſum fuiſſe apponere, *decreſcit genus Lentulorum.* Obrechtus edidit, *naſcendo decreſcere genus Lentulorum.* Glandorpius in Onomaſtico, in *P. Oppio* legit, *cum aſſidue minores parentibus liberi eſſent; in naſcendo, inquit, intermuntur.* Sed ſi *interimuntur,* qua ratione ſupereſſet genus Lentulorum non video: verum tamen viam oſtendiſſe Glandorpium ad hujus loci medicinam tentandam puto; & *in naſcendo* initium fuiſſe dicti P. Oppii certum mihi eſt; ſi enim hæc præcedentibus cohæreant, abſurda ſcripſiſſet Fabius, cum in naſcendo ſemper, & omnium liberi ſint minores parentibus; ſed indicare voluit Oppius in naſcendo aliquid factum, quare non potuerint excreſcere ad eam ſtaturam, qua parentes conſpiciebantur. Quomodo autem reſtitui debeat, ignorare me fateor; ſed ad veras *lentes,* unde *Lentuli* dicti, alludi, quæ, ut ingrandeſcant, auctores rei ruſticæ præcipiunt, illas debere, antequam ſerantur, fimo arido permiſceri, & cum ita quatuor aut quinque diebus requieverint, ſpargi. Colum. II. 10. Pallad. III. tit. 4 ut ergo, ſi negligantur talia in ſatione lentium, exiguæ proveniunt, ita ſuſpicor Oppium aliquid in Lentulorum procreatione deeſſe, dixiſſe; quo fieret, ut minores parentibus eſſent. Gallæus conjiciebat legendum, *in naſcendo decreſcere,* quaſi dictum eſſet, ut ἀντίθετον, *creſcendo decreſcere,* & voces *genus Lentulorum,* ut gloſſema delebat: ſed quid tunc faciemus τοῖς *interim utrumque,* quæ voces in omnibus codicibus extant, cogitent acutiores. BURMAN.

281. *Decreſcere.*] Quod genus eſſet *hyperboles* attenuantis. CAPPER.

282. *Interim utrumque.*] Hoc eſt, aliquando in eodem ſcommate adhibetur utrumque genus *hyperboles,* amplificantis videlicet, & attenuantis, ſeu deminutivæ. CAPPER.

283. *Quale ſit veriſſime loci.*] Emendate in quibuſdam exemplaribus *veriſſima,* & *joci* legitur. Hoc vero & Cicero II. *de Orat.* 67. præcipit, cum inquit: *Urbana etiam diſſimulatio eſt, cum alia dicuntur, ac ſentias.* REGIUS. *Veriſſime loci;* Locat. *joci proprie;* marg. Baſil.

284. *Quam urbane uſus.*] Ut *qua* legatur, ſenſus expoſcit, quamvis exemplaria nobis non adſtipulentur. REGIUS. Obtemperare liceret codicibus, & legere per interrogationem: *Quam urbane uſus eſt* (ſcilicet *ironia*) *Afer?* niſi mox ſequeretur: *Quaque Cicero uſus eſt.* BURMAN.

285. *Didio Gallo.*] Hic a Tacito ſæpe memoratus, & Dux belli contra Mithridatem Boſporanum fuit lib. XII. 15. deinde Britanniæ (quam forte hic provinciam intelligit) præfectus ibid. cap. 40. Dictus, ut credit Ryckius ad Tacit. XIV. 29. *A. Didius Avitus Gallus.* BURMAN.

286. *Reipublicæ cauſſa elabora.*] Senſus hic fortaſſe ſit, ut, cum Didius quereretur de onere magiſtratus publice difficulter impetrati: *Age, inquit Afer, aliquid, & reipublicæ cauſſa elabora.* q. d. reipublicæ cauſſa petere voluiſti, labora igitur illius cauſſa, cum ſciret ſe commodi, non reip. cauſſa petiiſſe. TURNEBUS. Francius malebat *allabora;* ſed mihi nihil mutandum videtur, & ſenſum eſſe; tui commodi cauſſa per magnam ambitionem elaboraſti & effeciſti, ut tibi provincia daretur; nunc etiam reip. cauſſa aliquid elabora, & provinciam, licet difficilem, ita adminiſtres, ut inde ad rempubl. emolumentum aliquod perveniat: ita *elaboratum Imperium,* Juſt. I. 2. Neron. cap. 115. *hoc opere elaborato,* Suet. Auguſt. 64. *nihil æque elaboravit,* ut codices Torrentii. Plin. XXXIV. 3. *ſuperficiem elaborare.* Horat. III. Od. I. *elaborare ſaporem;* & paſſim alii. BURMAN.

287. *Cicero uſus ſit.*] *Eſt* videtur legendum, ne modi diſſimiles copulentur. REGIUS. *Quaque Cicero luſit;* Voſſ. ſec. & Colbert. eleganter.

288. *Uſura fruar.*] Hoc eſt, ex hoc nuncio fructum, id eſt, voluptatem capiam. Plutarchus in Apophthegm. adjicit, cum poſtea accepiſſet Vatinium non eſſe mortuum, Ciceronem dixiſſe: *male pereat, qui male mentitus eſt.* TURNEB. Ita Cicero lib. VI. ad Famil. 12. *nec ſum tam ſtultus, ut te uſura falſi gaudii frui velim.*

289. *Bonam dextram.*] *Metaphora* eſt a militibus ducta, quorum arma ſunt gladius & clypeus: gladio adoriuntur hoſtem, clypeo ſe tuentur: itaque clypeum comparavit defenſioni, gladium accuſationi. TURNEB.

290. *Emphaſia Julius dixit.*] *Emphaſi* legendum eſt; ſed ne ſic quidem mihi percipitur hoc *dictum:* deſcribit vero *emphaſim* ipſe Fabius lib. IX. cap. 3. REGIUS. *Emphaſis* eſſe videtur, quia maxime augetur prodigii magnitudo; debuit enim cote ferrum obtundi: quanquam, ſi hiſtoriam Livii ſequamur, nullus apparet jocus. Quid ſi Fabius innuat Livium familiari colloquio hunc jocum uſurpaſſe hoc forte modo: *cum aliquis colaphum intuliſſet, ſuamque manum oblaeſiſſet?* TURNEB. *Emphaſia Julius;* Voſſ. ſec. Locat. *Emphaſi Julius;* Ald. Vidov. *cum Emphaſi Livius,* Francius volebat. *Emphaſi.*] Attamen apud Fabium lib. IX. cap. 2. *Emphaſis* eſt figura τῆς διανοίας, ſententiæ, non autem *tropus,* ut hic innuitur: ſed in *troporum* & figurarum doctrina Fabius non ubique ſibi conſtare videtur, ut etiam alibi

[291] ferro cotem Accium Navium incidiſſe. *Figuras* quoque [292] mentis, quæ σχήματα διανοίας dicuntur, [293] res eadem recipit omnes; in quas nonnulli diviſerunt ſpecies *dictorum.* Nam & [294] interrogamus, & dubitamus, & affirmamus, & minamur, & optamus. [295] Quædam, ut miſerantes, & quædam, ut iraſcentes, dicimus. Ridiculum eſt autem omne, [296] quod aperte fingitur. Stulta reprehendere facillimum eſt; nam per ſe ſunt ridicula. Sed rem urbanam facit [297] aliqua ex nobis adjectio. Stulte interrogaverat exeuntem de theatro Carpathium [298] Tityus Maximus, an ſpectaſſet: fecit Carpathius dubitationem ejus ſtultiorem [299] dicendo: *Non, ſed* [300] *in orcheſtra pila luſi.* Refutatio cum ſit in negando, [301] redarguendo, defendendo, elevando, [302] ridicule negavit [303] Manius Curius. [304] Nam, cum ejus accuſator, in ſipario, omnibus locis, aut nudum eum in nervo, aut ab amicis redemptum [305] ex alea pinxiſſet: [306] *Ergo ego* (inquit) *nunquam vici.* Redarguimus [307] interim aperte; ut Cicero [308] Vibium Curium, multum de annis ætatis ſuæ mentientem: *Tum ergo, cum una declamabamus, non eras natus.* [309] Interim & ſimulata aſſenſione; ut idem [310] Fa-

notavimus; quia, cum ex multorum variorumque opinione ſcripſerit, fieri non potuit, ut idem ubique tradiderit: adde quod de *tropis*, & de figuris jam non agat ex profeſſo. CAPPER.

291. *Ferrum cotem Accium Nævium.*] *Julius dixit ferrum Tatium incidiſſe;* ſic Raphaëlis codex: *ferrum ductitium incidiſſe;* ſic Aldinus: *ferrum Accium Navium incidiſſe:* ſic Vallenſis. Ego lego: *Emphaſi Livius dixit* (idque libro primo) *ferro cotem Accium Navium incidiſſe*, in quibus verbis non eſt ridendi argumentum, niſi aliquid addatur; quale ſit, *tu nequis chalybe caput uxoris rumpere.* ASCENS. Notum quidem eſt, hiſtoriam illam de cote a Navio inciſa exſtare apud Livium lib. 1. Sed quæro, quam tandem hic Fabius *emphaſin* videat; aut quid omnino hiſtoria hæc ad id, quod hic agitur, pertineat? Neque puto id quemquam videre poſſe, niſi, qui ita perſpicax ſit, ut id etiam, quod nuſquam eſt, videat. In veteribus membranis hoc modo legitur: *Emphaſis A. Villius dixit, ferrum in cotem incidiſſe.* Hoc nec verius, nec melius quicquam. MURETUS, Var. lect. XIX. 6. *Ferrum intactum Navium incidiſſe;* marg. Sich. Baſil. *ferrum Accium Navium incidiſſe*; Par. Vidov. *ferrum Tatium incidiſſe;* Locat. in V. C. Alm. omnia turbata fuiſſe notaverat Francius; in Voſſiano ſec. lacuna erat hoc modo: *ferrum in .... incidiſſe:* locus depoſitus, nec ſine ope codicis melioris ſanandus. BURMAN. In relatis Mureti verbis pro τῷ *emphaſis* legendum mihi videtur *emphaſi.* CAPPER.

292. *Mentis.*] Alias dicuntur vulgo figuræ ſententiarum, & ſic a verborum, ſeu dictionum figuris diſtinguuntur. CAPPER.

293. *Res eadem.*] Nempe facetiarum ratio & methodus. CAPPER.

294. *Interrogamus, dubitamus, ... optamus.*] Supple, in facetiis, in jaciendis dicteriis & ſcommatibus: atqui interrogatio, dubitatio, comminatio, optatio, &c. totidem ſunt ſententiarum figuræ, quæ ad movendos affectus pertinent. CAPPER.

295. *Quædam.*] Supple, faceta, urbana, ridicula, &c. CAPPER.

296. *Quod aperte fingitur.*] *Quod a parte fingitur*; V. C. Alm. forte, *quod apte fingitur.*

297. *Aliquam nobis abjectio.*] *Adjectio* ut legatur, ſenſus expoſcit. REGIUS.

298. *Tityus maximus.*] Alii *Tyrius* PASSERAT.

299. *Dicendo, ſed in.*] *Non* negandi adverbium mihi adſcribendum videtur, quamvis exemplaria diſſentiant, ut legatur *non; ſed in orcheſtra.* REGIUS. *Non* ignorant MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat.

300. *In orcheſtra.*] *Orcheſtra*, id eſt, ſaltatorium, locus eſt juxta ſcenam, unde ſpectabant ſenatores: in *orcheſtra* autem ſaltatores ſolent geſticulari, nec illic pila luditur. TURNEB.

301. *In arguendo.*] *In* præpoſitione expuncta, *redarguendo* legendum eſſe, aperte, quæ ſequuntur, demonſtrant. REGIUS. *In arguendo;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat.

302. *Ridicule negavit.*] Id eſt, jocoſam, facetam, urbanam negandi rationem & methodum adhibuit. CAPPER.

303. *Manius Curius.*] V. C. Alm. Ald. Vaſc. Steph. Gryph. Vidov. *Curius Manius;* marg. Baſil.

304. *Nam & cum ejus.*] *Et* copula, ut ſenſui oneroſa, expungatur. *Siparium* autem, ut inquit Sext. Pompeius genus eſt veli minuti, quod populo objiciebatur, dum fabularum actus commutantur: in nervo autem eſſe dicuntur, qui vincti & ligati ſunt. REGIUS. *Nam & cum;* Voſſ. ſec. *in ſimpario;* Oxon. Lugdun. in Feſto legitur, *ſiparium genus veli mimicum*, ut & Donat. de Tragœd. & Comœd. Schol. Juven. Sat. VIII. 186. *Velum ſub quo latent paradoxi, cum in ſcenam prodeunt, aut* * *hoſpitium mimi, aut quod appellatur comicum:* a *ſupparo* autem diſtingui debet *ſiparium;* illud enim veſtimentum muliebre eſſe erudite oſtendit ampl. Cuperus lib. IV. Obſerv. cap. 17. valde præterea dubito, an hic locus ſit integer; quis enim ferat aliquem pingere *in ſipario omnibus locis?* Si in *ſipario*, certe in uno tantum loco: an *ſiparia* vero plura ubique ſuſpendiſſe accuſator dicetur? cogitent doctiores. BURMAN. In loco, quem e ſcholiaſte Juvenalis adduxit Burmannus, duo erant incommoda; primo enim legebatur *hoſtium* pro τῷ *hoſpitium;* ſecundo ne γρῦ quidem de hac voce *paradoxi*, quam exponere non eſt cuivis in proclivi: meam igitur Philologorum judicio conjecturam ſubjicio. *Paradoxi*, vel potius *paradoxonicæ*, παραδοξονῖκαι, vocabantur, qui eadem die lucta & *pancratio* vicerant. Auctor Plutarchus in comparat. Cimonis & Luculli, ubi ſic habet: ὥσπερ τῶν ἀθλητῶν τοὺς ἡμέρᾳ μιᾷ πάλῃ ἅμα (perperam editum eſt μιᾷ) καὶ παγκρατίῳ στεφανουμένους ἔθει τινὶ παραδοξονίκας, (male editum fuerat per *hypodiaſtolen* παρὰ δόξαν νίκας) καλοῦσι. Sic Euſebius Cæſarienſ. pag. 298. edit. Valeſ. παραδόξους vocat, clariſſimos quoſdam Chriſtianæ Religionis athletas & martyres. Sic Fortunatianus Rhetor pag. 297. Rhetor. Pithœan. ait Olympionicas, & cæteros victores ſacrorum certaminum *paradoxos* vocari magis conſuetudine, quam ratione. Fruſtra eſt igitur eruditus Dacerius in nova Plutarchi verſione Gallica, ubi pro παραδοξονίκας legere mallet περιοδονίκας. Hujus opinioni favere miror doctiſſimum Fraguerium, qui & illa Plutarchi verba ἔθει τινὶ ſubdititia eſſe putavit: ſed quam parum probabiliter, vel ex uno unius Fortunatiani Rhetoris loco ſatis conſtare poteſt. De his plura in nova Latini Theſauri editione dicemus. CAPPER.

305. *Ex alea.*] *Ex alia*; Steph. errore operarum, ut puto.

306. *Ergo ego nunquam vici.*] Quum enim in aleæ ludo fortuna dominetur, vix fieri poſſit, quin aliquando vicerit, qui tam ſæpe ludendo perdiderit. TURNEB.

307. *Interim aperte.*] *Interim apte;* Voſſ. ſec.

308. *Vibium Curium.*] Hunc Glandorpius illum a Cæſare lib. 1. Comment. Bel. Civil. 24. memoratum putat, ubi perperam *Bivius* vocatur; ut in notis ad d. l. & in Onomaſtico notavit; & ejus meminiſſe Ciceronem ad Att. IX. Epiſt. 6. ubi alii *Curtium* legunt: meminit & Vibii inepti Poëtæ lib. 11. ad Att. 20. qui an idem ſit, poſſit dubitari; quia cum Cicerone declamavit. BURMAN.

309. *Interim ut ſimulata.*] *Et* copula, loco *ut*, eſt reponenda. REGIUS. *Ut*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat.

310. *Fabiæ Dolabellæ.*] Vel uxori, ſeu filiæ Dolabellæ, ut *Deiphobe Glauci, & Hectoris Andromache*: quod dicendi genus ut poëtis familiare, ita oratoribus fere ignotum eſt. TURNEB. Certe uxoris; ſi enim filia, Cornelia vocanda eſſet; & ita mox *Domitia Paſſieni*: non tamen ignotum hoc loquendi genus eſſe Oratoribus, ut patris nomen, omiſſa voce *filius*, vel *filia*, ponant, docet Gronov. ad Liv. XXVIII. 12. & ita Cicero lib. IX. ad fam. Ep. 10. *Sophia Septimiæ*, ſcilicet filia: ſed familiarior illa locutio de uxoribus. BURMAN.

biæ Dolabellæ dicenti, triginta ſe annos habere: *Verum eſt*, inquit, *nam* [311] *hoc jam viginti annis audio.* Belle interim ſubjicitur pro eo quod neges, aliud mordacius; ut Junius Baſſus, querente Domitia Paſſieni, quod, incuſans ejus ſordes, *calceos eam veteres* diceret *vendere ſolere: Non mehercule*, inquit, *hoc unquam dixi*, [312] *ſed emere te ſolere.* Defenſionem imitatus eſt eques Romanus, qui objicienti Auguſto, quod patrimonium comediſſet: *Meum*, inquit, *putavi.* Elevandi ratio eſt duplex, ut aut veniam quis, aut jactantiam minuat; [313] quemadmodum C. Cæſar Pomponio oſtendenti vulnus ore exceptum in ſeditione Sulpitiana, quod ipſe ſe paſſum pro Cæſare pugnantem gloriabatur: *Nunquam fugiens reſpexeris*, inquit. Aut crimen objectum; ut Cicero objurgantibus, quod ſexagenarius [314] Publiliam virginem duxiſſet: [315] *Cras mulier erit*, inquit. Hoc genus *dicti*, *conſequens* vocant quidam, atque illi [316] ſimile, quo Cicero Curionem ſemper ab excuſatione ætatis incipientem, [317] *facilius quotidie proœmium habere* dixit; quia iſta natura ſequi & cohærere videantur. Sed elevandi genus eſt etiam [318] cauſſarum relatio, [319] qua Cicero eſt uſus in Vatinium, qui pedibus æger, cum vellet videri commodioris valetudinis factus, & diceret ſe jam bina millia paſſuum ambulare: [320] *Dies hi*, inquit, *longiores ſunt.* Et Auguſtus nuntiantibus Tarraconenſibus palmam in ara ejus enatam: *Apparet*, inquit, *quam ſæpe* [321] *accendatis.* [322] Tranſtulit crimen Caſſius Severus. Nam cum objurgaretur a prætore, quod advocati ejus [323] L. Varo Epicureo, Cæſaris amico, convicium feciſſent: *Neſcio*, inquit, *qui conviciati ſint*; & [324] *puto Stoïcos fuiſſe.* [325] Repercutiendi multa ſunt genera; venuſtiſſimum, quod etiam ſimilitudine aliqua verbi adjuvatur; [326] ut Trachalus dicenti [327] Suillio, *Si hoc ita eſt, is in exilium: Si non eſt ita*,

311. *Hoc jam viginti.*] *Hoc illam viginti*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Ald. ut ſit *ellipſis* τȣ͂ *dicere. Viginti annos* etiam Voſſ. ſecund. quæ quidem lectio contemni non poteſt, cum ſit Grammaticorum regulis omnino conſentanea. CAPPER.

312. *Sed emere ſe ſolere.*] *Sed dixi emere te ſolere*; V. C. Alm. Locat. Ald. Obrecht. Hanc quidem lectionem Burmannus in ſua Quinctiliani editione ſecutus fuerat: ſed qui ad facetum urbanumque dicendi genus animum appulerit, is mecum fatebitur τȣ͂ *dixi* geminati *ellipſin* magis, quam *pleonaſmum*, hiſce locutionibus convenire. CAPPER.

313. *Quemadmodum C. Cæſar*, &c.] Macrob. lib. II. Saturn. hoc *dictum* attribuit Auguſto Cæſari: Fabius vero tribuere videtur illi C. Julio Cæſari, qui vixit tempore Craſſi Oratoris, & in lib. *de Orat.* diſputat; ejus enim ætate P. Sulpitius maximam excitavit ſeditionem in republica. TURNEB.

314. *Popiliam.*] *Publiam*; Ald. *Publiliam* vocat ipſe Cicero XII. ad Att. 32. ubi vide Boſium: quod & cl. Almel. adnotaverat, qui *Popliliam*, ut *poplicolam* pro *publicolam*, dici a Plutarcho credit, & hic ita legendum cenſet. *Publia* in argumento Epiſt. XIV. lib. IV. ad famil. dicitur: & ita Glandorp. in *Onomaſtico*: ſed *Publilius* ſocer Ciceronis etiam lib. XII. ad Att. 7. memoratur, ut recte Boſius, ubi etiam *Publius* in quibuſdam codicibus. BURMAN.

315. *Cras mulier erit.*] Ex hoc loco colligit Valla, *mulierem* eſſe, quæ nupſerit. Caius tamen juriſconſultus nomine *mulieris*, etiam virginem intelligit viri potentem. TURNEB.

316. *Simile & quo Cicero.*] *Simile, quod Cicero*; Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Baſil. Vidov. *ſimile quo*; Gryph. Colin. Stephan. Vaſcoſ.

317. *Facilius quotidie*, &c.] Nam quotidie provehebatur ætas, & exercitatio aſſidua eorumdem *exordiorum* facultatem augebat. TURNEB. Vide verum Turnebum lib. XXVIII. Adverſarior. cap. 35. ubi hæc fuſius quidem, ſed eodem ſenſu exponit. CAPPER.

318. *Cauſſarum relatio.*] Figuræ genus eſt, cui nomen αἰτιολογία. Vide Rutilium Lupum in Rhetorib. Pithœan. pag. 12. CAPPER.

319. *Quia Cicero eſt uſus.*] *Qua* legendum eſt, *i* vocali craſa. REGIUS.

320. *Dies longiores ſunt.*] Hoc etiam *dictum* Macrob. * attribuit Auguſto lib. II. cap. 4. jocus autem eſt ex eo, quod prolixiori tempore plus itineris ſolemus emetiri. TURNEB. *Dies hi, inquit*; Voſſ. ſecund. Ald. Baſil. & marg. Vidov. quod recte videtur, & ex genio linguæ Latinæ: *hi dies*, *hi menſes*, intelliguntur proximi nobis, ut omnibus notum. Vide quæ nos olim ad Petron. cap. 38. notavimus: oſtenderat quoque Regium particula *enim*, quam expungi volebat. BURMAN. *Dies enim, inquit, longiores ſunt.* Vaſcoſ. Stephan. Lugduno-Batav. Hoc porro dictum ſic refert Macrob. loco cit. τῳ Cæſar: *non miror*, inquit; *dies aliquanto ſunt longiores.* Cæterum Burmannus in referendo Macrobii loco duas haſce dictiones *attribuit Auguſto* prætermiſerat: quæ ſane omiſſio Commentatoris Turnebiani ſenſum obſcuriorem reddebat. CAPPER.

321. *Accendatis.*] Auguſto etiam vivo decreti ſunt honores divini, decretæ ſunt aræ: cæterum palma felicitatis eſt & victoriæ ſignum: id tamen alioſum retulit Auguſtus, nimirum ad negligentiam Tarraconenſium, qui nunquam in illa ara ſacrificarent; alioqui enim palma non creviſſet. TURNEB. Hunc Auguſti jocum politiſſime illuſtravit Galliæ noſtræ ſummum decus Balzacius, Diſſertatione 34 ad ampliſſimum Conrartum. COLOMES. Vide de hac ſubito enata palma Dion. pag. 25. Ed. N. Steph. ubi hæc de Julio Cæſare narrantur, quod confirmat ipſe Cæſar lib. III. de bell. Civil. 105. Item Trallibus in templo Victoriæ, ubi Cæſaris ſtatuam conſecraverant, palma per eos dies in tecto inter coagmenta lapidum ex pavimento exſtitiſſe oſtendebatur. ALMEL. Hinc colorem duxiſſe puto Ovidium lib. III. Faſt. 727. ad Bacchum:

Ante tuos ortus aræ ſine honore fuerunt,
Liber, & in gelidis herba reperta focis.

Tarraconenſes tamen, minime hoc joco repreſſi, poſt Auguſti mortem, aram hanc, ex qua palma enata fuit, nummis ſuis impreſſere, ut Ant. Aug. Dialog. II. & Harduin. in nummis antiquis notarunt, & exhibet etiam Vaillant. in nummis Coloniarum ſub Auguſto. BURMAN.

322. *Tranſtulit crimen.*] Uſus τῆς μεταστάσεως, *remotione*, ſeu *tranſlatione*, quæ ſimul & quidam *ſtatus* eſt *qualitatis aſſumptivæ* (de qua fuſe ad lib. III. cap. 6. & ad lib. VII. cap. 4.) & figuræ ſpecies, quam exponit Aquila Romanus in Rhetorib. Pithœan. pag. 16. CAPPER.

323. *L. Varro.*] *Varo*; V. C. Alm. Baſil. Steph. Gryph. Vidov. Oxon. Obrecht. & ita legendum eſt.

324. *Puto Stoicos fuiſſe.*] Cauſſa joci eſt ex eo, quod Stoici & Epicurei inter ſe ſimultates gerunt, propter dogmatis diſcrimen. Stoïci enim virtutem aſſerunt, Epicurei voluptatem. TURNEB. Francius malebat, *ſed puto.*

325. *Repercutiendi.*] Retorquendi τὰ dicteria in eos ipſos, qui ea in nos jecerint. CAPPER.

326. *Ut Tracallatus.*] Locat. *Thracallus*; Steph. Colin. *Trachalus*; Obrecht.

327. *Suellio.*] *Dicenti Suellio*; Obrecht. in cujus ſecundis. Ego, licet *Suellio* apud Gruterum occurrat, *Suillio* præferrem cum Vallenſi libro, quod nomen notum ex *Suillio*, cui Ovidius ſcribit ex Ponto lib. IV. Epiſt. 8. & de quo agit Ryckius ad Tacit. XIII. Ann. 42. qui cum eumdem credit, qui ſub Claudio Conſul fuit cum C. Antiſtio (vide ad Tacit. XII. Ann. 15.) & qui a Plin. lib. VII. 5. memoratur, ubi vide Harduin. ſed mihi diverſi fuiſſe videntur. Nam Conſul M. Suillius. alter P. vocatur: neque, ille Ovidii gener, an ad hoc uſque tempus vitam

[328] *redii*, inquit. Eluſit Caſſius Severus objiciente quodam, quod ei domo ſua Proculeius interdixiſſet, reſpondendo: [329] *Numquid ego illuc accedo?* Sic eluditur & ridiculum ridiculo, ut divus Auguſtus, cum ei Galli torquem aureum centum pondo dediſſent, & Dolabella per jocum, tentans tamen joci ſui eventum, dixiſſet, *Imperator*, [330] *torque me dona*: [331] *Malo te*, inquit, *civica donare.* Mendacium quoque mendacio; ut [332] Galba, dicente quodam, victoriato ſe uno in Sicilia quinque pedes longam murænam emiſſe: *Nihil*, inquit, *mirum*; *nam ibi tam longæ naſcuntur, ut iis piſcatores* [333] *pro reſtibus utantur.* Contraria eſt neganti confeſſionis ſimulatio; ſed ipſa quoque multum habet urbanitatis. Sic Afer, cum ageret contra libertum Claudii Cæſaris, & ex diverſo quidam [334] conditionis ejuſdem, cujus erat litigator, exclamaſſet, *Præterea tu ſemper in libertos Cæſaris dicis?* [335] *Nec mehercule*, inquit, *quidquam proficio.* [336] Cui vicinum eſt, non negare, quod objicitur, cum & id palam falſum eſt, & inde materia bene reſpondendi datur; ut [337] Catulus dicenti Philippo, *Quid latras?* [338] *Furem video*, inquit. In ſe dicere, non eſt fere niſi ſcurrarum, & in oratore utique minime probabile. Quod fieri totidem modis, quot in alios, poteſt. Ideoque hoc, quamvis frequens ſit, tranſeo. Illud vero, [339] etiamſi ridiculum, indignum tamen eſt [340] homine liberali, quod aut turpiter, aut impotenter dicitur: quod feciſſe quemdam ſcio, qui humiliori libere adverſus ſe loquenti: [341] *Colaphum*, inquit, *tibi ducam*, & *formulam*

produxerit, affirmare audeo: ſed intelligo illum, qui in exilium pulſus in inſulas Baleares fuit (Tacit. XIII. 44.) in quem hoc *dictum* quadrare poteſt; ſi ſtatuamus Galerium Trachalum, cujus ingenio Otho in rebus urbanis uti credebatur (Tacit. I. Hiſtor. ult.) & qui per Galeriam uxorem Vitellii poſtea ſervatus fuit (lib. II. Hiſt. 60.) hoc reſpondiſſe Suillio: cujus *dicti* acumen magis conſtaret, ſi res, quam hic ſub verbis, *ſi ita eſt*, tegit, apertius fuiſſet explicita. De Trachalo alium jocum habet lib. VIII. cap. 5. & de ejus voce ſuper omnes Tragœdos, vide infr. lib. X. capp. I. & XII. 5. & 10. cognomen vero *Trachali*, ut Feſtus ait, a ſuperiori parte muricum & purpuræ traxit. Græci enim Τραχήλους vocant Spondylos conchyliorum, ut docuit Salmaſ. Exercit. Plin. 942. & Τραχήλους a Petron. cap. 130. *cochlearum cervices* dici egregie oſtendit Caſaub. ad Athen. lib. III. cap. 10. & auctor Etymol. M. ſe in Rhetorico Lexico reperiſſe dicit Τράχηλος σημαίνει τι τῶν θαλασσίων πορφυρῶν: quæ eadem tradit Phavorinus; & Τράχηλος & Τραχηλία dicebantur minutæ & ſuperiores partes carnis, ſive victimarum, ut docet Scholiaſt. Ariſtoph. in Veſpis v. 962. ex quibus jam apparet, hic *Trachalum* eſſe ſcribendum: quanquam in lapidea tabula apud Gruter. CCC. I. ſcribatur *Galerius Thrachalus*. BURMAN. Græcum pronomen relativum τι, quod in Burmanniana editione, atque adeo in ipſo Etymologici auctore deerat, ex Phavorini Lexico ſupplevimus. CAPPER.

328. *Redii.*] *Redis*; MSS. Alm. Ald. Baſil. Colin. Obrecht. marg. Colon. Sich. Vidov.

329. *Numquid ergo illuc.*] *Ego*, *r* expuncta, legendum eſt; *numquid* enim illud ſatis indignationis præ ſe ferre videtur. REGIUS. *Nunquam*; Ald. *ergo*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. quod mihi non diſplicet: *quid opus eſt me interdicere domo, cum ego non accedam.* Proculeius vero ille ab Horatio II. od. 2. celebratus; & Caſſius Severus etiam Epod. 6. & ab Ovidio, ex Pont. epiſt. 8. ut cenſet Glandorpius, & Schottus de claris apud Senecam Rhetoribus, ubi plura de hoc Caſſio: an vero idem Proculejus, cujus Proculeianum illud vulgare narrat Rutil. Lupus, de figur. ſentent. pag. 2. non definio. Vide Torrent. ad Horatii d. l. ſed ex indulgentia, qua etiam ab Horatio celebratur erga fratres, non abſimilis videtur: obiit ille Proculeius poto gypſo (Plin. XXXVI. 24.) BURMAN.

330. *Torque me dona.*] Joci cauſſa pendet ex re militari; nam equitibus externis & auxiliaribus, qui bene ſe geſſerant in bello, torques aurei dabantur, ut Romanis argentei: addebantur etiam ſimplæ annonæ, aut duplæ. Inde torquati ſimplares & duplares apud Vegetium dicuntur. TURNEB.

331. *Malo te civica*, &c.] Jocus eſt ex eo, quod *civica corona* his dabatur, qui civem in prœlio ſervaſſent: erat autem ex quernis frondibus aut ilignis. TURNEB. Explicatur hic locus fuſius a Caſaub. ad Suet. Aug. 24. ALMEL.

332. *Galba dicente quadam victoria eſſe uno.*] Depravatum hunc locum quidam ſe correxiſſe putantes unius literæ immutatione, nihil emendationis penitus attulerunt. In quibuſdam enim codicibus *aſſe*, loco illius *eſſe*, legitur: ſed ne una quidem menda ſic mihi videtur eſſe ſublata. Neque enim rectius *aſſe*, quam *eſſe* legi contenderim: illi duo *ablativi* nonne penitus ſupervacui, atque a ſenſu alieni videntur? Quanam igitur ratione corrigendus hic ſenſus? mihi quidem ſuper hoc diu ac ſæpe cogitanti recta tandem, ni fallor, lectio occurrit; nam *quodam*, pro *quadam* ſcribendum, & pro *victoria* legendum *victoriato*, & in infinitivo *eſſe* primam ſyllabam puto expungendam, ut legatur, vel refragantibus omnibus, quæ ego quidem viderim, exemplaribus hoc modo: *Ut Galba dicente quodam, victoriato ſe uno in Sicilia*, &c. *Victoriatus* autem, ut apud Plinium lib. XXXIII. cap. 3. legitur: *nummus cum victoriæ ſigno percuſſus.* REGIUS. *Victoria aſſe uno*; Voſſ. ſecund.

333. *Pro teſtibus cingantur.*] *Reſtibus* puto ego eſſe legendum, non *teſtibus*, neque *veſtibus*, ut quidam corrigere ſe credentes, depravarunt. *Reſtes* vero funes dicuntur craſſiores, quibus piſcatores præcipue uti conſueverunt: *utantur* præterea magis, quam *cingantur*, legendum eſt. REGIUS. *Cingantur*; MSS. Bodl. Voſſ. ſecund. Ven. Locat. Sich. Baſil. Ald. Gryph. Obrecht.

334. *Conditionis ejuſdem civium.*] Correcte in quibuſdam legitur exemplaribus hoc modo: & *ex diverſo quidam conditionis ejuſdem, cujus erat litigator.* REGIUS. *Ejuſdem civium*; V. C. Alm. *Conditionis ejuſdem, cujus*, &c.] Eamdem vitæ ſortitus conditionem, quam habebat ille litigator, adverſus quem Afer agebat; hoc eſt, æque libertus, atque ille litigator. CAPPER.

335. *Nec quicquam proficio.*] Vel quia illi, contra quos dico, ſemper *cauſſam* obtinent, ſemper abſolvuntur; vel quia non mutant malos mores. TURNEB.

336. *Cum vitium eſt non negare.*] Hoc quoque præceptum ita eſt depravatum, ut integer ſenſus elici nullo modo poſſit, niſi corrigatur hoc modo, ut *cui*, loco illius *cum*, & *vicinum*, non *vitium*, legatur. REGIUS. *Cum vitium eſt*; Locat. *Cui vitium eſt*; Voſſ. ſecund.

337. *Catulus.*] *Catullus*; Voſſ. ſecund.

338. *Furem video.*] Hoc non videtur retorqueri in Philippum; nec enim veriſimile eſt, eum furem fuiſſe: debet igitur referri ad eum hominem, quem tum in *cauſſa* forte defendebat Philippus. Vide Ciceron. II. *de Orat.* cap. 54. TURNEBUS.

339. *Etiam ſi ridiculum.*] *Ridiculum eſt*; Locat. Ald. Vidov.

340. *Homine liberali.*] *Tolerabili*; MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſecund. Andr. Ven. Locat. Ald. *ridiculum & indignum, tamen eſt homini tolerabile*; Colin. ſecutus Aſcenſii ſententiam: ita *tolerabilis homo.* Terent. Heaut. I. II. 34. ubi vide Guiet. BURMAN.

341. *Colophum ubi ducam.*] *Colaphum* legendum eſſe patet. *Colaphum* autem *ducere*, eſt pugno aliquem percutere. *Formulam* vero *ſcribere* eſt, quod nunc vulgo dicitur libellum mittere. REGIUS. *Colaphum ducere* Fabius dixit, quod Gellius appellat uno verbo *depalmare*: at *ſcribere formulam* eſt actionem intendere & formulam, in juſque vocare: dicitur etiam *dicam ſcribere.* TURNEB. Hæc ratio loquendi alienior & inſolentior eſt. Sed ita loquutos fuiſſe vulgo, credibile eſt, præſertim cum eodem ſenſu *ducere pugnum* legamus. Ulpian. lib. IV. ff. de injuriis: *Si cum ſervo * pugnum ducere vellem, in proximo * teſtantem percuſſerim.*

ſcribam, quod caput durum habeas. Hic enim dubium eſt, utrum ridere audientes, an indignari debuerint. Supereſt genus [342] decipiendi opinione, aut dicta aliter intelligendi, quæ ſunt in omni hac materia vel venuſtiſſima. Inopinatum & a laceſſente poni ſolet; quale eſt, [343] quod refert Cicero: [344] *Quid huic abeſt, niſi res & virtus?* Aut illud Afri: *Homo in agendis cauſſis* [345] *optime veſtitus.* Et in occurrendo; ut Cicero, audita falſa Vatinii morte, cum Ovinium libertum ejus interrogaſſet, *Recte ne omnia?* dicenti, *Recte:* [346] *Mortuus eſt?* inquit. [347] Plurimus autem circa ſimulationem, & diſſimulationem riſus eſt, quæ ſunt vicina, & prope eadem; ſed [348] ſimulatio eſt certam opinionem animi ſui imitantis; diſſimulatio, aliena parum ſe intelligere fingentis. Simulavit [349] Afer, qui, cum, [350] in *cauſſa* ſubinde [351] dicentibus *Celſinam dicere*, cognoviſſet quod erat potens femina: *Quis eſt*, inquit, *iſte?* Celſinam enim videri ſibi virum finxit. Diſſimulavit Cicero, cum [352] Sex. Annalis teſtis reum læſiſſet, & inſtaret identidem accuſator ei; *Dic M. Tulli,* [353] *numquid potes de Sexto*

HADRIAN. TURNEB. Adverſ. lib. XXVIII. cap. 31. Vide de hoc loquendi genere viros doctos ad Phædr. V. 3. & Petron. 57. ſenſus autem eſt; ducam tibi colaphum, & quia caput durum habes, & ideo tu non ſentis: ſed ego manum præ duritia capitis inde læſam refero, tibi litem intendam; quia *commitigare tibi caput* nequeo, ut loquitur Terent. Eun. V. 8. male expoſuiſſe mihi videtur Aſcenſius, qui *impotentiam* in eo conſtitiſſe putat, quia ex formula illa diſcere poſſet, quomodo cum potente loqui debeat, quod neſciret, quia caput durum & diſciplinæ minime capax haberet: inepte. Impotentia eſt, quod infirmiorem & humiliorem colaphis contundit, & tanquam ipſe injuriam, a duritie capitis læſam manum referens, accepiſſet, dicam præterea ſcripturum ſe minatur: hæc vero optime illuſtrantur ex Terentii Adelph. Act. II. ſcen. 1. & 2. ubi Sannioni, referenti caput plus quam quingentis colaphis tuber, lis præterea intentatur. Quare impotentiam ipſi objicit his verbis: *regnumne hic poſſides Æſchine?* & reliqua. BURMAN. Hic certe diligentia deſideratur Burmanni, qui Turnebi & Pandectarum locum tam depravate retulerit, ut vix poſſit intelligi. Primo enim Ulpiano attribuit, quod Paulo debebat attribuere; deinde pronomen τὸ *meo* prætermiſit; denique per *hyphen* ſcripſit *teſtantem*, cum per *hypodiaſtolen* ſcribere *te ſtantem* debuiſſet. Igitur totus hic locus ita erat concipiendus: *Paul. lib.* IV. ff. de injuriis: *Si tum ſervo meo pugnum ducere vellem, in proximo te ſtantem percuſſeram; injuriarum non teneor.* Fateor quidem in Argentinenſi Turnebianorum Adverſariorum editione (1599.) eoſdem errores occurrere; ſed exſcriptoribus vel Typographis potius quam ipſi Turnebo eos attribuendos exiſtimo. Ut ut eſt, Burmannus inemendata hujuſmodi loca relinquere non debuerat. CAPP.

342. *Decipiendi opinione.*] Hi joci Græcis παρ' προσδοκίαν vocantur; quibus Cicero admodum delectabatur. Vide Manut. ad lib. VII. ad famil. 32. & Douz. ad Plaut. Pſeudol. II. 1. 6. & commentatores ad Phædr. lib. V. fab. II. verſ. 10. Barth XI. Adverſ. 22. & forte hic legendum eſſet *decipiendi opinionem*, ſcilicet audientium, qui, cum exſpectant verbum, quod ex præcedentibus jam animo præceperunt, præter opinionem aliud audiunt. BURMAN. Qui addere poterat aut etiam debebat, hujuſmodi jocos a Græcis etiam appellari παρ' ὑπόνοιαν, ut ex Ariſtophanis præſertim Scholiaſte patet. CAPPER.

343. *Quod refert.*] *Fecit*; margo Baſil.

344. *Quid huic abeſt.*] Hoc item Ciceron. eſt II. *de Orat.* cap. 70. Priora in laude & commendatione ponuntur: ſed exceptio, quæ præter opinionem additur, efficit inſignem vituperationem: dicitur autem de pauperrimis & flagitioſiſſimis, quibus nihil magis deeſt, quam res & virtus. *Res* enim pro divitiis ſæpe dicitur, ut apud eumdem Ciceron. hoc in joco, cap. 67. *homo fatuus, poſtquam rem habere cœpit, mortuus eſt.* TURNEB.

345. *Optime veſtitus.*] *Veſtitus* præter expectationem eſt dictum: dicendum enim erat, *optime exercitatus*, aut *optime verſatus*, aut *optime paratus.* TURNEB.

346. *Mortuus eſt.*] Cicero *recte* illud referebat ad Vatinii mortem, quam ſibi utilem putabat; libertus contra ad Vatinii ſalutem. TURNEB.

347. *Plurimus autem circa ſimulationem riſus eſt.*] Duo hic verba incuria librariorum omiſſa reponenda videntur hoc modo: *Plurimus autem circa ſimulationem, & diſſimulationem riſus eſt*, ut ſatis indicant, quæ ſequuntur. REGIUS. *Et diſſimulationem* non habent MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. *Circa ſimulationem & diſſimulationem.*] Simulamus, cum habere nos, aut intelligere fingimus, quod tamen non habemus, neque intelligimus: diſſimulamus, cum non habere nos fingimus, neque intelligere, quod revera tamen habemus aut intelligimus. CAPPER.

348. *Simulatio eſt ..... imitantis.*] Ejus qui imitetur certam animi ſui opinionem, qui fingat habere ſe certam de re quapiam opinionem, quam tamen non habet; ubi τὸ *certam* ſignificare videtur τὸ ἀκριβῆ & ἀναμφισβήτητον, *accuratam*, *indubitatam*; opponitur enim τῷ aliena parum ſe intelligere fingenti. Cæterum in editione Campani, pro τῷ *certam*, legitur *circa.* CAPPER.

349. *Afer, cum in cauſſa ſubinde dicentibus Celſinam dicere.*] Aut *dicere* videtur expungendum, neque enim habet quo referatur; aut certe *diceret* eſt legendum. REGIUS. *Afer qui, cum alii*; ſed *qui* omittunt MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Sich. Par. Steph. Gryph. Colin. Vidov. deinde *dicentibus Celſinam dicere cognoviſſet, quæ erat potens*; Ald. Vidov. *cum (in cauſſa ſubinde dicentibus Celſinam dicere) cognoviſſet quod erat*; Gryph. *cum in c. ſ. d. Celſinam dicere cognoviſſet (quæ erat potens femina) quis*; Voſſ. ſec. Baſil. *ſubinde dicentibus celſinam diceret, cognoviſſet, quæ*; Colin. *ſubinde dicentibus, Celſinam dicens cognoviſſes, quæ erat*; Vaſc. Steph. Roign. *ſubinde dicentibus Celſinam, de re cognoviſſes, quæ erat*; V. C. Alm. *ſubinde dicentibus, Celſinam dicere, cognoviſſet, quod erat*; Obrecht. corruptus certe locus; neque enim ſtribliginem illam *cognoviſſet, quod erat potens*, Quinctiliano libenter tribuerem: forte ex veſtigiis codicis Almeloveniani legendum: *Qui, cum in cauſſa ſubinde dicentibus, de ea re (vel de re) Celſinam cognoviſſe, quæ erat potens femina: quis eſt, inquit, iſte*: ut diverſæ partis advocati Celſinam ut teſtem, & quæ de ea re cognoviſſet, adduxerint: ita *cognoſcere de aliquo* ſæpe Cicero, pro certum eſſe, ſcire rem, dixit: in *dicto* autem Afri τὸ *iſte* contemtum indicat, quaſi vilis & humilis eſſet vir, ut milites ita poni ſolet. Vide ad Petron. cap. IX. *ditem* ridicule tuetur Aſcenſ. quod, quia cognomen Plutonis eſt, maſculum eſſe ſimulare Afer poterat. BURMAN. Cujus emendatio ſatis haberet probabilitatis, niſi particulam *cum* ſervaret; hæc enim, ſi τὸ *cognoviſſet* in τὸ *cognoviſſe* mutetur, quomodo ſtare poſſit, vix ac ne vix quidem intelligo. Huic incommodo mederetur qui legeret: *Qui, cum in* cauſſa *ſubinde dicentibus Celſinam dicere cognoviſſet, quæ erat potens femina*; vel ſervato relativo τῷ *quod*, ſed adhibita *parentheſi* hunc in modum: *Qui, cum in* cauſſa *ſ. d. c. dicere cognoviſſet (quod erat potens femina)* &c. CAPPER.

350. *In cauſſa.*] In agenda *cauſſa*, cum *cauſſa* in foro ageretur. CAPPER.

351. *Dicentibus.*] Supple τὸ *quibuſdam*, vel *nonnullis.* CAPPER.

352. *Sex. Annalis.*] Hunc *Sex. Julium Annalem* dictum Glandorpius notat. dubito annon *Sex. Villius Annalis*; cognomen enim *Annalis* adhæſit Villiis, a L. Villio Trib. pl. qui legem annalem de magiſtratibus tulit, ut auctor eſt Livius lib. XL. 43. & ita *L. Villius. L. F. Pom. Annalis ſcribendo adfuit auctoritati perſcriptæ*, apud Cœlium Epiſt. ad Ciceron. lib. VIII. Ep. 8. qui forte eſt. L. Villius Annalis, qui Prætor fuit an. 609. & a Triumviris proſcriptus, & prodente ipſo filio occiſus (Val. Max. IX cap. XI. ex 6.) ubi etiam quidam codices *Tullium*, vel *Julium* exhibent: ſed recte emendavit Pighius in annalibus, & ad Valer. d. l. & forte hic eſt *Sex. Villius, Milonis familiaris*, cujus Cicero meminit lib. II. Ep. 6. ubi alii *Sex. Julium*, alii *Servilium*, habent. *Annalis* ſine alio nomine meminit & lib. III. ad Q. Fr. Ep. 1. BURMAN.

353. *Inquis potes.*] *Numquid*, ut in quibuſdam exemplaribus ſcriptum eſt, legatur. REGIUS. *Inquit*, Locat.

Annali? Verſus tunc dicere cœpit [354] de libro Ennii annali ſexto:

Qui potis [355] *ingentis cauſſas evolvere belli.*

Cui ſine dubio frequentiſſimam dat occaſionem ambiguitas; ut [356] Cæcilio, qui [357] conſultori dicenti, [358] *Navem dividere volo: Perdes*, inquit. Sed averti intellectus etiam aliter ſolet, cum ab aſperioribus [359] ad leniora [360] deflectitur; ut qui interrogatus, quid ſentiret de eo, qui in adulterio [361] deprehenſus eſſet, [362] *Tardum fuiſſe* reſpondit. [363] Ei confine eſt, quod dicitur [364] per ſuſpicionem; quale illud [365] apud Ciceronem, querenti, quod uxor ſua [366] e fico ſe ſuſpendiſſet: *Rogo, des mihi ſurculum ex illa arbore, ut inſeram.* [367] Intelligitur enim, quod non dicitur. Et hercle omnis ſalſe dicendi ratio in eo eſt, [368] ut aliter, quam eſt rectum verumque, dicatur. Quod fit totum fingendis aut noſtris, aut alienis perſuaſionibus; aut dicendo, quod fieri non poteſt. [369] Aliena finxit Juba, qui querenti, quod [370] ab equo ſuo eſſet aſperſus: *Quid tu*, inquit, *me* [371] *Hippocentaurum putas?* [372] Sua C. Caſſius, qui militi ſine gladio [373] decurrenti: *Heus commilito*, [374] *pugno bene uteris*, inquit. Et Galba de piſcibus, qui cum pridie ex parte [375] adeſi, & verſati poſtero die appoſiti eſſent: *Feſtinemus*, *alii* [376] *ſubcœnant*, inquit. [377] Tertium illud Ciceronis (ut dixi) adverſus Curium; fieri enim certe non poterat, [378] ut, cum declamaret, natus non eſſet. Eſt & illa ex *ironia* fictio, qua uſus eſt C. Cæſar. Nam, cum teſtis diceret, a reo femina ſua ferro petita, & eſſet [379] facilis [380] reprehenſio, cur illam potiſſimum

354. *De libro Ennii Annali ſexto.*] *Annali* omittit Steph. Francius mallet etiam *e libro*.

355. *Ingentis cauſſas.*] *Oras* ſcriptum fuiſſe apud Ennium, non *cauſſas*, docent omnia exemplaria Virgilii (lib. IX. 528.) quem cum Ennio committit Macrobius lib VI. I. Vide Merulam ad Enn. pag. 384. & Column. pag. 64.

356. *Caſſelio.*] Legendum ex V. C. *Cæcilio*: is eſt Sextus Cæcilius juriſconſultus, de quo Gellius lib. XX. cap. I. COLOMESIUS. *Caſcelio* legebat Scipio Gent. lib. I. Parerg. cap. 38. de quo vide Menag. Amœn. Jur. cap. 8. & Bertrand. Vit. Juriſperit. pag. 253. *Caſſio Cælio*; MSS. Bodl. Voſſ. ſecund. Audr. Colomeſii lectionem eo ſecuti ſumus, quod eam Macrobii auctoritas in loco mox afferendo confirmet. CAPPER.

357. *Conſultatori.*] *Conſultori* legendum eſt. REGIUS. *Conſultor* autem hic dicitur, qui conſilium petit, capit, &c. alias apud Salluſtium in Jugurtha Conſultor vocatur, qui dat conſilium: en ipſa tibi verba: *ab eo petit, ut fautor conſultorque ſibi adſit.* CAPPER.

358. *Navem dividere volo.*] Macrobius Theodoſius Saturnal. lib. II. cap. 6. *Mercatori, quemadmodum cum ſocio navim divideret interroganti, reſpondiſſe traditur Cæcilius: navim ſi dividis, nec tu, nec ſocius habebitis.* Ambiguitas eſt in voce *navis*, quæ ab interrogante pro navis onere ſumitur; a reſpondente non item. COLOMES. *Perdes* legendum: aliter atque olim ad Petron. cap. XLVIII. ubi vitio memoriæ hoc Varroni dictum tribuimus. BURMAN. Conſultor intelligebat de dividenda navis æſtimatione, Caſſelius (vel potius Cæcilius) de dividendo navis corpore. Quod Labeonem, qui Antiocho bellum ſuperaverat, feciſſe, auctor eſt Valer. Maxim. lib. VII. de *Dictis*; qui icto fœdere, cum dimidiam navium partem habere debuiſſet, dimidias omnes ſecuit, ut tota cum claſſe privaret. TURNEB.

359. *Ad leniora.*] *Leviora*; Ald. Baſil.

360. *Deflectitur.*] *Inde flectitur*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Baſil.

361. *Deprehenſus.*] Proprium in hac re verbum eſſe docet Ramirez de Prado ad Mart. I. 35. ALMELOV.

362. *Tardum fuiſſe reſpondit.*] Alter exiſtimabat illum judicaturum ac reſponſurum, gravi pœna adulterum eſſe afficiendum: aliorſum tamen intellectum avertit; *tardum* enim eſſe dixit, qui non fugiſſet, antequam deprehenderetur. Et hoc Cicero II. *de Orat.* ſicut & hoc, quod mox ſequitur. TURNEB. Nullus mihi lepor in hoc dicto eſſe videtur, ſi tantum *tardum*, qui non fugiſſet, intelligamus: ſed ... ita ambiguitas eſt in dicto, ut ſimul tardum ad venerem, & frigidum intelligat, & tardum ad fugam; & miror Strebæum ad Cicer. II. *de Orat.* cap. 68. hunc ſenſum, quem quibuſdam in mentem veniſſe notat, repudiaſſe: certe ita *tardum* Donatus explicat ad Ter. Eun. V. ſcen. ult. Plaut. Caſin. vide II. 10. *tardus eſſe illico capi.* Columel. X. 109.

Excitat ut veneri tardos eruca maritos.

Vide Barth. III. Adverſ. 4. altero autem ſenſu, de tardo ad fugam, utitur Val. Flac. III. 547.

Ille animos, tarduſque fuga, longumque reſiſtens,

Sollicitat. BURMANNUS.

363. *Et confine eſt.*] Loco & copulæ, *ei* dativus mihi videtur reponendus. REGIUS. *Et*, Voſſ. ſecund.

364. *Per ſuſpicionem.*] Quod Græci vocant *κατ' ὑπόνοιαν*, ut liquet ex Ariſtophanis Græco Scholiaſte, qui hanc loquendi formulam non ſemel uſurpavit. CAPPER.

365. *Apud Ciceronem.*] Lib. II. *de Orat.* 69. ubi legitur: *amabo te, da mihi ex iſta arbore, quos ſeram, ſurculos.*

366. *E ficu ſe ſuſpendiſſe.*] *Seſe*; V. C. Alm. *de ficu* Cicero.

367. *Intelligitur enim.*] Nam intelligitur odium uxoris: optat igitur maritus ſurculum, ut inde ſe in poſterum uxor ſuſpendat. TURNEB.

368. *Ut aliter, quam eſt ... verum dicatur.*] Sic dixerat ſupra Fabius paulo poſt initium cap. *ridiculum dictum plerumque falſum eſt* CAPPER.

369. *Aliena.*] Id eſt alienam perſuaſionem, opinionem, &c. finxit aliquid ab alio cogitari. CAPPER.

370. *Ab equo ſuo aſperſus.*] Sic quidem recte legitur: corrupte autem *ſputo*, ut quidam depravarunt; neque enim ſputum dicto quod ſubjicitur, congruit; quo Juba innuit, quemdam de ſe injuſte queri, quamvis ab equo ſuo ſit aſperſus, cum hippocentaurus non ſit. REGIUS.

371. *Hippocentaurum.*] Fingunt Poëtæ, Hippocentauros monſtra fuiſſe in Theſſalia, quorum pars ſuperior eſſet humana, inferior equina: ſignificavit igitur Juba, in ſua non eſſe poteſtate prohibere, ne equus aſpergeret, neque id ſibi vitio vertendum eſſe; non enim erat unum corpus equi & Jubæ, quemadmodum eſt unum corpus Hippocentauri. TURNEB.

372. *Sua C. Caſſius.*] *Sic C. Caſſius*; Ald. Baſil. *Sua Caſſius.*] Suam, ſeu quaſi ſuam ipſius perſuaſionem & opinionem. Finxit quidpiam a ſe ipſo cogitari, quod dicebat ſcilicet. CAPPER.

373. *Decurrenti.*] Emendate *diſcurrenti* mihi legi videtur. REGIUS. *Decurrenti*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Vidov. Obrecht. & recte puto, unde *decurſiones* militares.

374. *Pugno bene uteris.*] Finxit ſibi eſſe perſuaſum, militem, qui currebat, ad pugnam ire; cumque gladio careret, cum pugno uſurum. TURNEB.

375. *Adeſi.*] Et hic admonuit Badius, legendum *adeſti*, vel *adeſi*, ab *adedo*, non *aduſti*: id, quod oſtendit, quod ſequitur, *alii ſubcœnant*; nam pars altera piſcium comeſta erat; ſed iidem facete verſati erant. PHILAND. *Aduſti*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Vidov.

376. *Subcœnant.*] Id eſt, ſub triclinio averſam & verſatam partem piſcium edunt: male *ſubcomedunt* in Menagianis adduci, notatum eſt in tomo IV. pag. 156.

377. *Tertium.*] Id eſt, tertii generis, non tertium *dictum*; nam quartum eſt numero. GALLÆUS.

378. *Ut cum declamaret, natus.*] *Ut declamaret, & natus non eſſet*; Voſſ. ſec. Obrecht.

379. *Facilius.*] *Facilis* legendum eſſe, nemo non videt. REGIUS. *Facilis reprehenſio*, aut quod reus *teſtem* interficere noluiſſet, aut quod ex illa parte ſignificari poſſet teſtis libido. TURNEB.

380. *Reſponſio.*] *Reprehenſio*; Voſſ. ſec. Ald. & omnes fere.

partem corporis vulnerare voluiſſet: *Quid enim faceret*, inquit, *cum tu galeam & loricam haberes?* Vel [381] optima eſt ſimulatio contra ſimulantem; qualis illa Domitii Afri fuit. [382] Vetus habebat teſtamentum, & unus ex amicis recentioribus, ſperans aliquid ex mutatione tabularum, [383] falſam tabulam intulerat, conſulens eum, [384] an primipilaris ei teſtamento ſuaderet ordinare ſuprema judicia: [385] *Noli*, inquit, *facere:* [386] *offendis illum.* Jucundiſſima ſunt autem [387] ex his omnibus lenia, & (ut ſic dixerim) [388] boni ſtomachi; [389] ut Afer ingrato litigatori, conſpectum ejus vitanti in foro, per nomenclatorem miſſum ad eum: [390] *Amas me*, inquit, *quod te non vidi.* Et diſpenſatori, qui, [391] cum ad reliqua non reſponderet, dicebat ſubinde, *Non comedi panem, & aquam bibo:* [392] *Paſce, & redde quod debes.* Quæ

381. *Optima eſt ſimulatio contra ſimulationem, &c.*] Eſt hic locus ſubobſcurus; ſed poteſt *primipilari* teſtamentum bifariam accipi; vel pro eo teſtamento, quo miles, herede primipilari inſtituto, commilitonibus partem bonorum legavit; vel pro teſtamento, quo primipilaris Imperatorem ſcripſit heredem, amicis legata dedit: utrovis modo accipias, clara mens hujus captatoris. CASAUB. Ad Suet. Calig. cap. 38. *ſimulatio contra ſimulantem;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Andr. Locat. Par. Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht. Caſaubono fere præluſiſſe videtur verus Turnebus in Adverſar. lib. XXVIII. cap. 35. ubi ſic habet: *Eſt apud eundem eodem etiam capite captator quidam Domitio Afro falſam tabulam & ſimulatam inferens, fingenſque ſe velle teſtamentum facere, cum tabulam in manu haberet: is Afrum rogat, an ſibi conſulat formula teſtamenti primipilarium ordinare ſuprema judicia; id eſt, teſtamentum facere. Cum ſimulationem hominis, & captationem percepiſſet Afer:* Noli, *inquit*, primipilaris teſtamento ordinare ſuprema judicia, offendes enim. *Non minus ſimulate reſpondens, & ſe captari intelligens; nam teſtamenta primipilarium fere imperatoribus, a quibus promoti fuerant & ditati, & amicis, & benemeritis aliquid honoris cauſſa legabant. Sæpe etiam Imperatores heredes faciebant: itaque captator ille conſulens Afrum, ſimulabat ſe teſtamento ei aliquod legatum velle relinquere, ut Afer, mutato veteri teſtamento, viciſſim ei aliquid legaret. Ut igitur argutia joci intelligatur, qualia dixi, fuiſſe primipilarium teſtamenta, exiſtimandum eſt: quod & e Suetonio ſuſpicari licet in Caligula*, cap. 38. qua quidem Turnebi expoſitione nihil opinor afferri poſſe veriſimilius. CAPPER.

382. *Vetus habebat teſtam.*] Plinius Cæcilius in Epiſt. lib. VIII. 18. ad Ruſinum, ait Domitium Afrum teſtamentum improbaſſe, quod decimo octavo ante anno feciſſet, in quo Lucanum & Tullum Domitios fratres heredes ſcripſerat & adoptarat. De hoc teſtamento loqui videtur Fabius. TURNEB.

383. *Falſam tabulam.*] *Fabulam;* Voſſ. ſec Locat. *fabulam intulerat;* Obrecht.

384. *An primipilaris ei teſtator.*] Quid ſibi velit *teſtator* hoc loco, non liquet mihi: certe nihil ſenſui confert. Quare non *teſtator*, ſed *teſtamento*, mihi legendum videtur. REGIUS. *Et teſtator;* Voſſ. ſec. Locat. *an primipilaris ſeni teſtato ſuaderet;* Obrecht. locus corruptiſſimus, & in quo ego nullum ſenſum video: forte ſcripſit, *an, ni primipilaris ei teſtamento ſua daret, ordinaret ſuprema judicia.* Et ita ſpeciem fingo; fuiſſe huic captatori primipilarem quemdam cognatum, ad quem, ſi inteſtatus diſcederet, bona pervenirent; ſed nunc conſulebat Domitium Afrum, an, niſi primipilaris ſe quoque heredem faceret, ipſe teſtamentum conderet, non addens in cujus emolumentum; ſed hoc divinandum Afro relinquebat, ut ille ſpem conciperet ſe heredem ſcriptum iri ab hoc amico recenti, ſi vicem illi redderet, & novas tabulas faceret, quibus illum heredem relinqueret. BURMAN. Sed vide paulo ſupra Caſauboni, & veri Turnebi explicationes Burmanniana longe probabiliores. CAPPER. *Primipilaris.*] *Primipilus* apud Romanos dicitur, qui, in prima cohorte legionis, quadringentis præeſt militibus, diciturque *legionis caput.* TURNEB.

385. *Noli, inquit, facere.*] Alia ſimulatione Domitius captatorem eluſit; illi enim ſuaſit, ne teſtamentum faceret, cum id alter non rogaſſet: detexit igitur hominis fucos & captationem. TURNEB.

386. *Offendis illum.*] Turnebus in Adverſar. lib. XXVII. cap. 35. legiſſe videtur, *offendes enim.* Vide paulo ſupra, ubi difficilis hujus loci expoſitionem a Turnebo allatam retulimus. CAPPER.

387. *Et ex his omnibus levia.*] *Et* copula videtur expungenda; ac *lenia*, non *levia*, legendum. REGIUS. *Lævia;* Locat.

388. *Boni ſtomachi.*] Id eſt, *boni ſtomachi*, quod eſt leve, gratum, & ſuave; *mali ſtomachi*, quod eſt acerbum, aſperum, ingratum. *Metaphora* eſt ducta ab his, quæ in ventriculo & ſtomacho concoquuntur. Et hoc Cicero II. *de Orat.* TURNEB.

389. *Ut aperiam de ingrato litigatori.*] Corrupto huic loco ſic mihi emendatio afferri poſſe videtur, ut *aperiam* verbum, ac *de* præpoſitio expungantur, & *Afer* eorum loco reponatur, ut legatur: *ut Afer ingrato litigatori.* Domitii namque Afri dictis hoc quoque perquam ſimile videtur. REGIUS. *Aperiam de ingrato;* Locat. *ut Afer .... e ingrato;* Voſſ. ſec.

390. *Amas me.*] Exprobravit illi ingratitudinem, quod bene meriti conſpectum fugeret, ne gratias agere cogeretur. TURNEB. *Amare* hic in joco Domitii Afri novitate jucunda & amœna uſurpatur. Nam cum is, quem defenderat, ejus conſpectum vitaſſet, ubi poſtea ipſum convenit, *Amas*, inquit, *me, quod te non vidi.* Id eſt, gratum mihi feciſti; Adverſar. lib. XX. cap. 27. TURNEB. Recte Turnebus explicat, eo ipſo mihi gratias refers, quod non cogar hominem tam ingratum videre. Ita Terentius ſæpe utitur verbo *amare.* Eunuch. I. II. 106.

Merito te amo,

id eſt, gratiam habeo. III. 2. 3.

Ecquid nos amas de fiducia iſta?

Plaut. Pœn. I. II. 42.

Ergo amo te. BURMAN.

391. *Cum reliqua non reſponderet.*] *Ad* præpoſitio mihi adſcribenda videtur, ut *ad reliqua* legatur. REGIUS. Legit Eraſmus, *cum ad reliqua:* quæ lectio verior eſſe videtur; *reliqua* enim dicuntur, quando non tantum eſt expenſum, quantum acceptum; unde *reliquatores.* TURNEB. *Cum aliqua non reſp.* Voſſ. ſec. Salmaſius ad Spartian. Hadr. cap. 7. quem Obrechtus ſequitur, & ut Locat. jam edidit: *cum reliqua non reſponderent*, vel *reſponderet:* ſed egregie refutavit ejus ſententiam Gronovius lib. II. Obſerv. cap. 4.

392. *Paſce, & redde quod debes.*] Frigidiora hæc ſunt hyeme Gallicana, niſi aliter conſtituas ex MS. Palat. hoc modo: *Paſſer redde quod debes.* Servorum enim potare aquam. Unde Ovidius:

Ne tibi perpetuo ſerva bibatur aqua.

ſicut & avium, canum. Martialis:

Et bibis abjecto cum cane pronus aquam.

Erit ergo *Paſſer* convitium in hominem tenuis victus, & aquæ potorem. Hinc *paſſerinum prandium* Pomponio dictum, pro tenui, notat Adrian. Turnebus, Adverſar. lib. XXIX. cap. 23.

* *Ut te objectes fruſtatim paſſerinum prandium, &c.*

Tali ratione Theocritus tenui victu & aquæ potu ſe delectantem cicadæ comparat:

Πρῶκας σιτίζεται, ὥσπερ ὁ τέττιξ.

Aqua enim viliſſima, quia ejus copia ubique obvia. Horat. lib. I. Sat. V.

———— venit viliſſima rerum,
Hic aqua.

Ovid. VI. Metam.

———— uſus communis aquarum eſt,
Nec ſolem proprium natura, nec aera fecit,
Nec tenues undas ————

Hinc interpretor apud Varronem *prandium caninum*, pro viliſſimo. Nam illis aqua intrito furfuraceo pane vita: *Non vides, inquit, apud Mneſtheum ſcribi; tria genera eſſe vini, nigrum, album, medium, quod vocant, κιῤῥὸν, id eſt, gilvum; & novum, vetus, medium; & efficere nigrum virus, album urinam, medium πέψιν; novum refrigerare, vetus calfacere, medium vero eſſe prandium caninum.* GEBHARD. lib. III. cap. I. *Paſſer & redde;* V. C. Alm. *Paſſer redde;* Voſſ. ſecund. Andr. ita quoque Salmaſius: ſed facilius hoc in Gebhardo, quam in Salmaſio, ferendum judicat Gronovius; quia dicto loco *paſcere* idem, quod convivium dare,

[393] ὑπαγωγὰς vocant. [394] Eſt gratus jocus, qui minus exprobrat, quam poteſt; ut idem dicenti candidato, *Semper domum tuam colui*, cum poſſet palam negare: *Credo*, inquit, *& verum eſt.* Interim de ſe dicere ridiculum eſt; &, quod in alium, [395] abſentem ſi diceret, [396] urbanum non eſſet, quoniam ipſi palam exprobratur, movet riſum; quale Auguſti eſt, cum ab eo miles neſcio quid improbe peteret, veniret contra [397] Martianus, quem ſuſpicabatur & ipſum aliquid injuſte rogaturum: *Non magis*, inquit, *faciam*, *commilito*, *quæ petis*, *quam quod Martianus a me petiturus eſt.* Adjuvant urbanitatem & verſus commode poſiti, ſeu [398] toti, ut ſunt: quod adeo facile eſt, ut [399] Ovidius ex *tetraſticho* Macri carmine librum in malos poëtas [400] compoſuerit: quod fit gratius, ſi qua etiam ambiguitate conditur; ut Cicero [401] in Accium, hominem callidum & verſutum, cum is in quadam *cauſſa* ſuſpectus eſſet: [402] *Niſi qua Ulyſſes rate* [403] *evaſit Laërtius.* [404] Seu verbis ex parte mutatis; ut in eum, qui, cum antea ſtultiſſimus eſſet habitus, poſt acceptam hereditatem primus ſententiam rogabatur: [405] *Cujus hereditas eſt*, *quam vocant ſapientiam*, [406] pro illo, *facultas eſt.* Seu [407] ficti notis ver-

vel lautius epulari, ſignificaret. Vide & de verbo *paſcere* ad Petron. cap. LVII. Obrechtus edidit, *paſcere & redde*, quod etiam conjecerat Francius; ſed eo omnis lepos *dicti* perit, quem recte explicuit Gronovius [lib. II. Obſervat. cap. 4.] BURMANNUS. Cujus hæc verba, *ſed eo omnis lepos dicti perit*, pertinere non poſſunt ad illam Obrechti & Francii lectionem *paſcere & redde*; nam, ſive legas *paſcere & redde*, ſive malis *paſce & redde*, idem utrobique ſenſus erit. Et certe Turnebus in Adverſar. lib XXIX. cap. 12. τὸ *paſcere* uſurpari pro τῷ *veſci*, probavit ex illo præſertim Spartiani loco [in Adrian.] *ad deprehendendas obſonatorum fraudes cum plurimis ſumentibus paſceret.* Malim igitur Burmanni ἀπόφασιν ad Gebhardi & Salmaſii referre lectionem, quæ ſic habet: *Paſſer redde quod debes.* CAPPER.

393. *Ὑπαγωγὰς vocant.*] Quod, qui iis utitur, quodammodo *ſubigit* eum, quem ridet. TURNEB. *Quæ ὑπόθετα vocant*; Obrecht. Utinam Obrechti Commentarii lucem vidiſſent, quibus rationem emendationis ſuæ reddidiſſet. Sed nos ſervamus vulgatam lectionem, cum ὑπαγωγὰς recte ſe habere putemus; qua voce *deceptiones* notatur: ita in antiquis Gloſſis ὑπαγωγὴ *captio* vertitur: & apud Polluc. lib. IV. Sect. 50. inter voces, quæ notant fraudes, dolos, ὑπαγωγὴ recenſetur: & Suidas ὑπαγωγαὶ, *ἀπάται*: & ita ὑπάγειν pro decipere, inducere in fraudem. Eurip. Andr. 428.

> Προὔτεινα παιδὸς θάνατον, ᾧ σ' ὑπήγαγον
> Ἐς χεῖρας ἐλθεῖν τὰς ἐμὰς ἐπὶ σφαγήν.
> *Propoſui filii mortem, qua te inducerem,*
> *Ut venires in meas manus ad necem.*

BURMAN.

394. *Et gratus locus.*] L mutata in *i*, *&* *gratus jocus* legendum. REGIUS. *Eſt gratus jocus*; V. C. Alm. Ald. Steph. & omnes fere. *Locus*; Voſſ. ſec. Locat.

395. *Si abſentem diceret.*] *Si in abſentem*; Francius. *Diceretur*; Obrecht. Particulam *ſi* proprum in locum unde avulſa erat, reſtituimus: quamvis ex illa *metatheſi* nullum ſenſui damnum immineret. CAPPER.

396. *Urbanum non eſſet.*] *Non erat*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Gryph. Baſil. Colin. Vidov.

397. *Martianus.*] Memoratur *Granius Martianus* Senator ſub Tiberio apud Tacit. Annal. lib. VI. cap. 38. Sed illum ſenem fuiſſe oportuit; quia hic Auguſtus militem *commilitonis* titulo ornat, quod eum feciſſe poſt bella civilia negat Suetonius, cap. 25. niſi hic in communi ſermone præter ſolitum blandum Auguſtum dicamus; cum Suetonius abſtinuiſſe hoc vocabulo in concionibus & edictis, ſcribat. BURMAN.

398. *Tot ut ſunt.*] *Toti* legendum eſſe, facile ex ipſo percipitur ſenſu. REGIUS. *Tot*; V. C. Alm. Locat.

399. *Ovidius ex tetraſticho.*] Gyrald. dialogo IV. Poëtarum: *Periit Ovidii liber, quem in malos Poëtas ediderat, ut ex Fabio colligimus: etſi noſter amicus grammaticus conſtanter hoc perneget, verbaque Fabii transferat ad illud Priapeiorum Epigramma*:

> *Quid fruſtra quereris, colone, mecum?*

Quod factum putat contra Macri Poëtæ tetraſtichon parum lepidum. COLOMES. Fuiſſe videtur hic liber Ovidii ex centonibus Macri compoſitus, quo luſu Auſonius, & poſtea alii * laſcivierunt. *Tetraſticho carmine.*] Verſibus ita diſpoſitis, ut verſus quatuor unam ſententiam ſemper finiant. Sic fere ſe habent *diſticha* nomine Catonis vulgata, ubi duo verſus unam ſententiam continent. Supina fuit hic Abbatis *de Pure* negligentia, qui Gallice vertit; *d'un ſeul quatrain de Macer, Ovide a fait un livre*: ſed longior & moleſtior ego ſim, ſi vel multeſimam hujus interpretis errorum partem recenſere velim. CAPPER.

400. *Compoſuit.*] *Ut* conjunctio cum ſubjunctivum expoſcat, *compoſuerit* eſt legendum. REGIUS.

401. *In Accium.*] In *Marcium*; MSS. Palat. *Martium*; Voſſ. ſec. & GEBHARDUS. II. Crep. 18. *in Arrium*; Par. Baſil. forte verſus ille ex Accii aliqua Tragœdia, ut legi poſſet: *Cicero ex Accio in hominem callidum.* Niſi ſit in *Arrium* illum, quem ridet Catullus carm. LXXXV. ubi quidam codices *Arctius*: ſed hæc incerta. BURMAN.

402. *Niſi qua Ulyſſes, &c.*] Verſus hic eſt ex aliqua Tragœdia. Senſus eſſet, *Ulyſſem dolis Cyclope excæcato, & nave conſcenſa periculum evaſiſſe: eumdem ſua calliditate evaſiſſe Charybdim, & Scyllam*: ſic etiam elapſum eſſe Accium dolis. TURNEB.

403. *Intervaſit Lentius.*] Emendate in quibuſdam codicibus legitur, *rate evaſit Laërtius.* REGIUS. *Intervaſit Laërtius*; V. C. Alm. *arte evaſit*; alii.

404. *Vel verbis ex parte mutatis.*] Eodem plane ſenſu Tullius II. *de Orat.* num. 257. *vel paululum immutatus* [verſus,] quæ proprie παρῳδία vocari ſolet. CAPPER.

405. *Cujus hereditas eſſet quam.*] *Eſt*, non *eſſet*, facile expoſitio, quæ ſequitur, oſtendit, *pro illo, facilitas eſt.* Exponit autem Fabius, quo modo verba ſint ex parte mutata; verſus namque, ut conjectare poſſum (neque enim non ignoro unde ſit ſumptum) ſic erat ſcriptus:

> *Cujus facilitas eſt, quam vocant ſapientiam.*

Pro illo autem *facilitas*, ſubjicitur *hereditas.* REGIUS. Verſus eſt alicujus Tragici:

> *Cujus facultas, quam vocant ſapientiam*:

quem Cicero immutavit, quia ſtultus ille, partis divitiis, jam ſapiens habebatur, quaſi divitiæ parerent ſapientiam. TURNEB. *Cujus facultas eſſet*; Voſſ. ſec.

406. *Pro illo facultas eſt.*] *Facilitas*; V. C. Alm. marg. Vidov. & ſic legebat etiam Regius.

407. *Fictis notis verſibus.*] Vel *novis verſibus* legendum, quos ipſi ſcilicet pro tempore fingemus, quemadmodum, auctore Dionyſio Halicarn. ipſi Iſocrati in orationibus plus quinquaginta exciderunt; nec defuerunt, qui aliquot apud Ciceronem obſervarunt. Et Livius Hiſtorias ſuas ab hemiſtichio Heroïco incepit, id quod ipſe Fabius obſervavit in nono. Vel totum illud *fictis notis verſibus*, tanquam ſuppoſititium a gloſſematario quopiam adſcriptum, eradendum; quia præter notos verſus fingere, nihil aliud eſt, quam quod ſupra dixit, eos ponere verbis ex parte mutatis. Deinde nullum adjicit exemplum, per quod huic membro locus eſſe poſſit: tamen, quod ſequitur de proverbio, aptiſſime cohæret cum eo, quod proxime præceſſit, *cujus hereditas eſt, quam jam vocant ſapientiam.* MOSELLANUS. Scribe *novis verſibus.* Cicero enim dicit, verſum facete interponi, vel, ut eſt, vel paululum immutatum, vel aliquam partem verſus. Addit & Quinctil. poſſe a nobis fingi *novos*, id eſt, aſſumptos. Obiter emendabis Cicer. *de Orat.* II. 64. de verſibus interpoſitis, cum paſſim in codicibus omnibus legatur, *Si tacete*, ſcribe *St*; eſt enim apud Terentium in Phorm. *St*, index ſilentii. Eum locum Ciceronis, a nobis animadverſum, poſtea emendavit Badius. PHILAND. Meus recte & vere, *ſeu ficti notis verſibus ſimiles, quod παρῳδία dicitur*: hoc ſi quis forte non ſatis intelligit, conſulat Athenæum. MURETUS. Lib. XIX. Var. Lect. 6. *ſeu fictis notis verſibus*;

ſibus

ſibus ſimiles, quod *παρῳδία* dicitur; & proverbia opportune aptata, [408] ut de homine nequam lapſo, &, ut allevaretur, roganti: [409] *Tollat te, qui non novit.* Ex hiſtoria etiam [410] ducere urbanitatem, eruditum; ut Cicero fecit, cum ei teſtem in judicio Verris roganti dixiſſet Hortenſius, [411] *Non intelligo hæc ænigmata: Atqui debes*, inquit, *cum* [412] *Sphingem domi habeas.* Acceperat autem ille a Verre Sphingem æneam magnæ pecuniæ. Subabſurda illa conſtant [413] ſtultis ſimili imitatione, & quæ, niſi fingantur, ſtulta ſunt; ut qui, mirantibus, quod humile candelabrum emiſſet: [414] *Pranſorium erit*, inquit. Sed illa ſimilia abſurdis ſunt acria, quæ tanquam ſine ratione dicta [415] feruntur; ut ſervus Dolabellæ, [416] cum interrogaretur, an dominus ejus auctionem propoſuiſſet: [417] *Domum*, inquit, *vendidit.* Deprehenſi interim pudorem ſuum [418] ridiculo aliquo explicant; ut qui teſtem, dicentem ſe a reo vulneratum, interrogaverat, an [419] cicatrices haberet; cum ille ingentem in femore oſtendiſſet: [420] *Latus*, inquit, *oportuit.* [421] Contumeliis quoque uti belle datur; ut

Locat. Ald. Sich. Colin. Vidov. *ſeu ficti notis verſibus ſimiles, quod;* Andr. *ſeu ficti votis verſibus ſimiles;* Voſſ. ſecund. *ſeu fictis notis verſibus ſimileſque παρῳδία dicitur:* V. C. Alm. Mureti lectionem ſecutus Obrecht. locus certe corruptus; deſiderari enim tertium genus jocorum ex verſibus *aliquam partem * verſis*, ut Cicero ait, manifeſtum eſt: quare ex Mureti & Almel. codicibus legi poſſet, *ſeu ficti, & notis verſibus ſimiles, quod παρῳδία dicitur.* Sed tunc incommodum accidit, quod nullum ſubjiciatur exemplum, & præcedens *cujus hereditas, &c.* vera ſit *παρῳδία.* Quare puto Quinctilianum hæc ad duo genera redegiſſe, & *verſus paululum mutatos*, & *aliquam partem * verſos*, pro iiſdem habuiſſe: ideo fortaſſe legendum continuato ſenſu, *cujus hereditas, &c. pro illo facultas eſt, ceu fictis novis verſibus. Simileque eſt, quod παρῳδία dicitur. Et proverbia:* ita tertium Ciceronis genus ſubjicit ſecundo a ſe poſito. Rogatus autem erat ſtultiſſimus ille his verbis, *cujus hereditas, &c.* quaſi illi verſus ficti eſſent & novi in ejus honorem, cum revera eſſet *παρῳδία.* BURMAN. A quo miror non admiſſam fuiſſe Mureti lectionem, quæ firmari poteſt eo, quod *παρῳδία* dicatur, tum de verſibus, quorum verba ex parte mutantur; ſive, ut Cicero ait, qui paululum immutantur; tum de verſibus, qui ſimiles notis finguntur. Nullum igitur occurrit in Mureti lectione incommodum: grave autem occurrit in ea, quam Burmannus propoſuerat; nam *παρῳδία* diſtingueretur a verſibus paululum immutatis, ſeu quorum verba ex parte mutantur, itemque ab iis, qui finguntur ſimiles notis. Cæterum edition. Vaſcoſ. Stephan. & Lugduno-Batav. habent: *Seu fictis novis verſibus. Simile eſt, quod παροιμία dicitur, & proverbia:* quæ quidem lectio ex Raphaëlis Regii emendatione orta eſt: ſed eam quis poſſit admittere? verbo dicam: diſtinguit *τὴν παροιμίαν* a proverbio, cum ſint unum & idem. Porro in Burmanni nota ſpiſſus eſt error, & eo, qui Criticorum in album referri velit, indignus. Quid enim, amabo vos, hæc ſibi volunt? *Ex verſibus aliquam partem verſis, ut Cicero ait .... & verſus aliquam partem verſos:* ubinam ſic loquitur Cicero? num in eo, quem, Burmanne, indicas, loco ex II. *de Oratore?* At en ipſa tibi Tullii verba num. 257. *Sæpe verſus facete interponitur, vel ut eſt, vel paululum immutatus; aut aliqua pars verſus.* Ergo hac ſaltem vice Ciceronem ipſum non legeras: ſed ubi *verſus* iſtos tuos *aliquam partem verſos* inveniſti? num in hac Philandri, quam refers, nota? *Cicero dicit verſum facete interponi, vel ut eſt, vel paululum immutatum, vel aliquam partem verſus:* quod ſi ita eſt, legiſti quidem Philandrum, ſed non intellexiſti. Arbitratus es vocabulum *τὸ verſus* eſſe participium paſſivum, ſicque Philandrum, vel invitum ſolœciſare coegiſti. Eſt autem *τὸ verſus* nomen ſubſtantivum in ſingulari genitivo quartæ declinationis. Jam vero, quid hoc Κριτικῆς eſt? Ciceronem allegare, quem non legeris, & Philandrum, quem legeris, non intelligere? Quanto ſatius fuiſſet auctores, quos citas, attentius legere, & quos legis, intellectu aſſequi; quam iſtud in Arcadiam novam iter *κατ' ὄναρ*, vel *καθ' ὕπαρ* ſuſcipere, & ſuſceptum famoſo poëmate narrare? CAPPER.

408. *Ut homine in aquam lapſo.*] *De* præpoſitio ad ſenſus integritatem adſcribenda videtur, ut legatur *de homine*, &c. eſt autem hoc proverbium in plano dictum, ut Horatius lib. I. Epiſt. XVII. 58.

Nec ſemel irriſus triviis attollere curat
Fracto crure planum, licet illi plurima manet
Lacryma, per ſanctum juratus dicat Oſirim
Credite, non ludo, crudeles tollite claudum;
Quære peregrinum, vicinia rauca reclamat.

REGIUS. *Ut homine in aquam;* Locat. *ut homine quam lapſo;* V. C. Alm. Colbert. *ut homini nequam lapſo;* Voſſ. ſec. ſuſpecta illa *in aquam lapſo:* ſed legendum ex codice Francii, repetita ultima ſyllaba vocis *homine: ut homine nequam lapſo, &, ut allevaretur, roganti,* (vel *rogante,*) *tollat te: nequam* eſt ille *planus* Horatii, qui ſe lapſum & crus fregiſſe ſimulabat, & tollentes ludibrio habebat, donec, cum bona fide crus fregiſſet, fidem non invenit, auxilium implorans; ut recte Eraſmus explicuit, pag. 618. neque enim fingi poteſt hos ludos præbuiſſe in aquam ſe ſæpius projiciendo; neque tunc vox *tollat* eſſet apta; ſed, *extrahat*, dicendum foret; nam, ut recte Lambinus ad Horatii locum, *tollere*, eſt curru, rheda tollere; & Vavaſſ. de vi & uſu quorumdam verborum, pag. 65. & noſter variavit cum *allevare*, quod idem ſæpe notat, quod *tollere*, ut lib. I. cap. II. *Vidi multos, quorum ſuperciliis ad ſingulos vocis conatus allevarentur.* Vid. Vall. Elegantiar. lib. V. cap. 81. BURMAN. Lectionem, quam Francii codex offerebat, eo lubentius amplexi ſumus, quod ipſius veſtigia in codd. Almelov. Colbert. & Voſſ. ſecund. clare ſatis appareant: præter quam quod Horatianæ narrationi magis congruit. CAPPER.

409. *Tollat te, qui non novit.*] Proverbium eſt, quod concinne uſurpamus, cum ſignificamus alicujus dolos nobis eſſe compertos, neque ab illo nobis imponi poſſe. Vide Eraſm. Chiliad. TURNEB.

410. *Docere urbanitatem.*] Ne hic quidem locus mihi probatur. Fabium enim non *docere*, ſed *ducere*, ſcriptum reliquiſſe contenderim; elegantiſſimus namque erit ſenſus, ſi legatur: *Ex hiſtoria etiam ducere urbanitatem, eruditum.* REGIUS.

411. *Non intelligo.*] Plutarch. vita Ciceron. pag. 864. qui eburneam Sphingem fuiſſe dicit.

412. *Sphingem æneam.*] Ductus eſt jocus a fabula Thebanæ Sphingis, quæ ænigmata proponebat viatoribus & prætereuntibus: hoc in Plutarch. apophthegm. TURNEB.

413. *Stultiſſimi imitatione.*] *Stultiſſimi* nihil ſenſui congruit. *Stultis* autem *ſimili imitatione*, fortaſſe legendum eſt. REGIUS. *Stultiſſimi;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat.

414. *Pranſorium erit.*] Humile candelabrum non ita diffundit lucem: itaque noctu pene eſt inutile: dixit igitur fore *pranſorium*, quum ipſo meridie lucerna non egeamus. TURNEB.

415. *Feruntur.*] *Ferunt;* V. C. Alm.

416. *Cum interrogaretur.*] *Cum interrogaret;* V. C. Alm. Locat. Ald.

417. *Domum vendidit.*] Sic acerbe notavit herum ſervus, ſignificans illum jam omnia bona vendidiſſe. Solent ſiquidem ultimæ venundari ædes, quas aliquis incolat. TURNEB.

418. *Ridiculo aliquo.*] *Ridiculo alio, quo explicant;* V. C. Alm.

419. *Cicatrices.*] *Cicatricem;* V. C. Alm.

420. *Latus, inquit, opportunius.*] Emendate in quibuſdam *oportuit* legitur, ut intelligatur *latus oportuit vulnerari.* REGIUS. Significavit illum teſtem non eſſe dignum tantulo vulnere, ſed lethali & mortifero; vel quod latera, non femora, facilius concuti ſoleant: quare in lateribus potius erant oſtendendæ cicatrices, quam in femoribus, quod cum ſuperiore dicto convenit; vel ad *pudorem* hæc referenda. TURNEBUS. *Opportunius;* MSS. Bodl. Voſſ. ſecund. Ven. Locat. Vaſc. Obrecht. plurimæ vero edit. in marg. *opportunum;* V. C. Alm.

421. *Iis quoque uti.*] Quo referatur illud *iis*, ingenue fateor me non percipere; forſitan vero pro *iis* legendum

[422] Hiſpo, [423] objicienti bis acerba crimina accuſatori: *Mentiris*, inquit. Et [424] Fulvius propinquus Legato interroganti, [425] an in tabulis, quas proferebat, chirographus eſſet: [426] *Et verus*, inquit, *domine*. Has aut accepi ſpecies, aut inveni frequentiſſimas, ex quibus ridicula ducerentur: ſed repetam neceſſe eſt, infinitas eſſe, tam ſalſe dicendi, quam ſevere; quas præſtat perſona, locus, tempus, caſus denique, qui eſt maxime varius. Itaque hæc, ne omiſiſſe viderer, attigi: illa autem, quæ de uſu ipſo & modo jocandi complexus ſum, [427] adeo infirma, ſed plane neceſſaria. [428] His adjicit Domitius Marſus, qui de urbanitate diligentiſſime ſcripſit, quædam non ridicula, ſed cuilibet ſeveriſſimæ orationi convenientia, eleganter dicta, & proprio quodam lepôre jucunda: quæ ſunt quidem urbana, ſed riſum tamen non habent. Neque enim ei de riſu, ſed de urbanitate eſt opus inſtitutum, quam propriam [429] eſſe noſtræ civitatis ait; & ſero ſic intelligi cœptam, [430] poſtquam Urbis appellationem, etiam ſi nomen proprium non adjiceretur, Romam tamen accipi ſit receptum. [431] Eamque ſic finit: *Urbanitas eſt virtus quædam in breve dictum coacta, & apta ad delectandos movendoſque homines in omnem affectum, maxime idonea ad reſiſtendum, vel laceſſendum, prout quæque res ac perſona deſiderat.* [432] Cui ſi brevitatis exceptionem detraxeris, omnes orationis virtutes complexa ſit. [433] Nam ſic conſtat rebus & perſonis: quod in utriſque oporteat, dicere, perfectæ eloquentiæ eſt. Cur autem brevem eam eſſe voluerit, neſcio quidem. At, quam in eodem libro dicat fuiſſe & in multis, narrandi urbanitatem paulo poſt ita finit, Catonis (ut ait) opinionem ſequutus: *Urbanus homo erit, cujus multa bene dicta reſponſaque erunt;* [434] *& qui in ſermonibus, circulis, conviviis, item in concionibus, omni denique loco* [435] *ridicule*

eſt *jurgiis*, vel *conviciis*. Exempla quidem, quæ ſubjiciuntur, convicia ſunt; ut *mentiris*, & *domine*. REGIUS. *Iis*; Locat. Ald. ſed aliæ editiones *contumeliis*: niſi quod in marg. Baſil. *jurgiis* alibi legi, notatur.

422. *Hiſpo.*] Nullus dubito, quin fuerit hic Romanus Hiſpo, inter declamatores a Seneca memoratus, & cujus ingenium Tacitus deſcribit lib. I. Annal. 74. fuit & Terentius Hiſpo, cujus meminit Cicero lib. XIII. fam. 65. qui forte fuit propinquus Terentiæ Ciceronis: unde ad Att. XI. 10. neceſſarium ſuum vocat. Ejus etiam lib. XIV. Epiſt. 1. mentionem fieri veroſimile eſt, ubi Manutius hujus Hiſponis apud Fabium mentionem injicit. BURMAN.

423. *Objicienti bis ardore.*] Pro *ardore*, *acerba*, in quibuſdam legitur codicibus. REGIUS. *Objicienti bis ardore*; Locat. Voſſ. *objicienti eliſa tempore crimina*; Obrecht.

424. *Fulvius.*] Forte fuit Fulvius Sparſus, de quo Seneca in declamationibus. Vide Schott. de claris apud Senec. Rhetor.

425. *An in tabulis.*] Ex ambiguitate forſan riſum quæſivit, cui locum dat *etymologia*; ſiquidem chirographus eſt ſcriptura cujuſvis manus, etiamſi uſus eſt pro ſcriptura, quam quis propriis digitis exaravit, quod genus Juriſconſulti συγγραφὴν dicunt. Auſonio certe Theodoſius Auguſtus ſcribens, αὐτόγραφον vocat. MOSELLAN. Cujus explicationem in ſequenti nota Burmannus ex quodam Salmaſii libro egregie refellit. CAPPER.

426. *Et verus domine.*] Contumelia eſt in verbo *domine*; vocem enim illam exiſtimabant Romani tyrannicam: quocirca Auguſtus vetuit ne *dominus* appellaretur; & Domitianus, cum ipſe tyrannus eſſet, ſe *dominum* & *deum* appellari juſſit. TURNEB. Si in *domini* voce eſt contumelia, altera erit in *verus*, quaſi objiceret ipſi falſum, quo aliquando uſus eſſet; nam quod Moſellanus quærit eam in vocis chirographi *etymologia*, puto falſum eſſe; & ſyngrapham a chirographo toto cœlo diſtare notum eſt, & pluribus demonſtratum a Salmaſio de modo uſurarum cap. X. ubi & pag. 423. docet chirographum tabulam dici, ut hîc videtur. BURMAN.

427. *Adeo infirma.*] R litera expuncta, *infima* mihi legendum videtur. REGIUS.

428. *His adjicit Domitius.*] Præter ſuperiora ridicula, quamdam ponit Domitius Marſus ſeriam urbanitatem, quæ venuſtas eſt quædam & ſuavitas, qua oratio quoque gravis conditur: neque tamen uſquequaque adſtipulabitur Fab. Marſo. TURNEB. De Domitio Marſo pluribus agit diligentiſſimus Broukhuſius ad Tibul. lib. IV. Eleg. 15. ubi & fragmenta quædam ejus collegit, inter quæ miror nullam libri ejus de urbanitate mentionem fieri. BURMAN.

429. *Eſſe noſtræ civitatis.*] *Ait* verbum, ut adſcribatur, ſenſus expoſcit. REGIUS. *Ait* non habent MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. *Noſtræ civitatis.*] Romanæ videlicet; ſicut ὁ ἀστεισμὸς ab ἄστει Athenis dictus eſt; eo quod hanc urbem peculiari nomine & κατ' ἐξοχὴν vocarent ἄστυ. CAPPER.

430. *Poſtquam Urbis appellationem.*] Quemadmodum *Urbs* per *antonomaſiam* ſignificat *Romam*, ita quoque *urbanitas* proprie ſignificat lepiditatem ſermonis urbis Romæ, non aliorum oppidorum; ut *Atticiſmus* elegantiam ſermonis Athenarum. TURNEB.

431. *Eamque ſic finit.*] *Eamque finit*; Voſſ. ſec.

432. *Cui ſi brevitatis, &c.*] Male adjecit definitioni *brevitatis exceptionem*, cum præſertim urbanitas, non ſolum in *dicto* brevi conſpiciatur, ſed interdum etiam in longa expoſitione. TURNEB. Francius malebat, *quæ ſi, &c. complexa ſit*, vel *qua complexus ſit*. BURMAN. *Si brevitatis exceptionem detraxeris.*] Hoc eſt, eo excepto, quod urbanitatem ait eſſe virtutem in breve dictum coactam. CAPPER.

433. *Nam ſicut iſta rebus & perſonis quod.*] Corruptus hic ſenſus quanam ratione emendari poſſit, mihi ſane non occurrit. REGIUS. Hic locus a nemine, quod ſciam, hactenus reſtitutus, utcumque poterit corrigi, ſi in hunc modum legatur: *Nam ſic dicere, ut iſta rebus & perſonis conveniant, quod in utriſque oportet, perfectæ eloquentiæ eſt.* Aut, ſi propius ruinam lectionis imitari volueris, ſic ordina: *Nam ſicut iſta rebus & perſonis conveniant, quod in utriſque oportet, dicere, perfectæ eloquentiæ eſt.* MOSEL. *Nam ſicut iſtis rebus & perſonis*; MS. Bodl. Andr. Locat. Ald. Sich. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *Nam ſicut iſta rebus & perſonis, & quod in utriſque oporteat, dicere, perfectæ eloquentiæ eſt*; Vaſcoſ. Steph. Voſſ. ſecund. *Nam ſic conſtat rebus & perſonis*; Lugdun. Oxon. Obrecht. marg. Steph. & Chevallonii. Legerem: *Nam, ſi conſtat rebus & perſonis, quod in utriſque oporteat, dicere, perfectæ eloquentiæ eſt.* Si urbanitas his duabus partibus abſolvitur, quod in utriſque oportet ſtatuere, & in eloquentia, & in urbanitate, eſt ea definitio perfectæ eloquentiæ, non tantum urbanitatis. BURMAN. Sed nihil opus eſt ea, quam Burmannus proponit, mutatione; nam Fabii ſenſus intellectu facilis eſt hunc in modum: *Nam ſic*, id eſt, hac poſita urbanitatis definitione, *conſtat* urbanitas *rebus & perſonis; dicere* porro, *quod oporteat in utriſque*, id eſt, in rebus & in perſonis, hoc demum *perfectæ eloquentiæ eſt*: igitur urbanitas *omnes orationis virtutes complexa erit*. CAPPER.

434. *Et quod in ſermonibus.*] *Et qui*, non *quod*, aperte legendum eſſe conſtat. REGIUS.

435. *Ridicule dicet.*] Hoc eſt, facete & ſatis ingenioſe; ut auditoribus riſum moveat. CAPPER.

commodeque dicet. [436] Riſus erunt, quicumque hæc faciet, orator. [437] Quas ſi recipimus *finitiones*, quidquid bene dicetur & urbane, *dicti* nomen accipiet. Cæterum illi, qui hoc propoſuerat, conſentanea fuit illa diviſio, ut dictorum urbanorum alia ſeria, alia jocoſa, alia media faceret. [438] Nam eadem eſt omnium bene dictorum. Verum mihi etiam jocoſa quædam videntur poſſe non ſatis urbane referri. Nam meo quidem judicio illa eſt *urbanitas, in qua nihil abſonum, nihil agreſte, nihil inconditum, nihil peregrinum, neque ſenſu, neque verbis, neque ore geſtuve poſſit deprehendi:* ut non tam ſit in ſingulis *dictis*, quam [439] in toto colore dicendi; qualis apud Græcos [440] * Ἀττικισμὸς ille redolens Athenarum proprium ſaporem. Ne tamen judicium Marſi, hominis eruditiſſimi, ſubtraham, ſeria partitur in tria genera, honorificum, contumelioſum, medium. Et honorifici ponit exemplum [441] Ciceronis quoque pro Ligario apud Cæſarem: [442] *Qui nihil ſoles oblivisci, niſi injurias.* Et contumelioſi, quod Attico ſcripſit de Pompeio & Cæſare: [443] *Habeo, quem fugiam; quem ſequar, non habeo.* Et medii, quod ἀποφθεγματικὸν vocat, [444] & eſt, cum ita dixit: [445] *Neque gravem mortem accidere forti viro poſſe, neque immaturam conſulari, neque miſeram ſapienti.* Quæ omnia ſunt optime dicta: ſed cur proprie nomen urbanitatis accipiant, non video. Quod ſi [446] non * ſolum totus (ut mihi videtur) orationis color meretur, ſed etiam ſingulis *dictis* tribuendum eſt; illa potius urbana eſſe dixerim, [447] quæ ſunt generis ejuſdem, quæ ridicula dicuntur, & tamen ridicula non ſunt; ut [448] de Pollione Aſinio, ſeriis jociſque pariter accommodato, dictum eſt, [449] *Eſſe eum omnium horarum.* Et de actore facile dicente ex tempore, [450] *Ingenium eum in numerato ha-*

436. *Riſus erunt quicumque.*] *Erit* in quibuſdam legitur codicibus: ſed ne ſic quidem mendæ tolluntur. Quo autem modo removeri poſſint, mihi non liquet, niſi forte *quæcumque* legantur. REGIUS. Forte *viſus erit, quicumque hæc faciet, orator*: eo ſenſu, ut, ſecundum hanc urbanitatis definitionem, quicumque ita ſe geſſerit, videri poſſit orator: debent autem hæc verba continuari cum præcedentibus, quemadmodum Obrechtus videtur cenſuiſſe, ut Cato, & Marſus eum ſecutus, dicat, *qui in ſermonibus, &c. commode dicet, viſus erit orator*; vel, ſi verba hæc Fabii, & ejus de hac definitione judicium eſſe velimus, quod forte præſtat, referenda ad principium periodi: *At cum in eodem libro dicat, &c. viſus erit, quicumque hæc faciat, orator.* BURMAN. Cujus conjectura hoc quidem in loco non videtur admittenda; neque enim orator præciſe hic quæritur; ſed urbanus homo, qui riſum auditoribus movere ingenioſe poſſit: ergo τὸ *riſus erunt* vel *erit* ſervandum eſt hoc ſenſu: *quicumque orator hæc faciet*, is riſum excitabit: quotieſcumque *orator* aliquis *hæc faciet*, toties ridebunt auditores. Eſt præterea grave incommodum in illa Burmanni παραδιορθώσει; hanc enim Fabio affingit opinionem, ut, quicumque facete dicat, is protinus ſit orator: quod a Fabii mente quantum abhorreat, nemo non videt. CAPPER.

437. *Quaſi recipimus finitiones.*] *Quas ſi* legendum, ita ſenſu exigente. REGIUS. Fabius Marſi definitionem, ut plura, quam oporteret, comprehendentem reprehendit; atque *urbanitatem* poſitam eſſe in libero orationis lepore ac ſuavi colore; aut, ſi redigenda eſt ad brevitatem illam, ex genere ridiculorum eſſe, quæ tamen ridicula non ſint. TURNEB.

438. *Nam eadem eſt.*] *Eſt eadem*; edit. Obrecht.

439. *In toto colore dicendi.*] In tota dicendi forma, quam Hermogenes ἰδέαν vocat, nos hodie *ſtylum* vulgo dicimus; pſeudo-Demetrius ille Phalereus ἑρμηνείαν; Proclus in *Chreſtomathia* (vide Photii Bibliothecam cod. 239.) πλάσμα; Cornificius ad Herenn. *figuram*; Quinctilian. lib. XII. cap. 10. *dicendi genus.* Quanquam, ut mihi quidem videtur, τὸ *color* hoc in loco non tam proprie ſtylum ſignificat, quam ſtyli proprietatem & affectionem, quæ totam orationis formam faciat urbanam. De variis τοῦ *color* ſignificationibus apud Rhetoras, & apud ipſum Fabium, vide notas ad cap. 2. lib. IV. CAPPER.

440. *Atticiſmos ille reddens.*] Quamvis *reddens* fere legatur, & recte legi videatur; ego tamen non *reddens*, ſed *redolens*, legendum eſſe contenderim. *Atticiſmos* autem linguæ Atticæ proprietas elegantiaque dicitur. REGIUS. *Reddens*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. infra lib. XII. cap. 10. *Saporem Atticum*, peregrino opponit. De *olere* & *redolere* vide infr. ad lib. VIII. cap. 1. Ἀττικισμὸς Græcis literis ut excuderetur, curavimus; nam Latine ſcriberetur *Atticiſmus.* Vide Ciceronis Epiſtol. ad Attic. lib. IV. epiſt. 17. ubi legitur in Græviana editione, Ἀττικισμός. CAPPER.

441. *Ciceronis quoque.*] *Quoque* copula, ut otioſa, mihi videtur expungenda. REGIUS. *Ciceronis quod*; Voſſ. ſec. Obrecht.

442. *Qui nihil ſoles oblivisci, &c.*] Nihil honorificentius dici potuit; ſimul enim memoriam ingeniumque Cæſaris commendat, & clementiam, quæ duæ virtutes fuerunt in Cæſare præſtantiſſimæ, ut meminit Plin. lib. VII. TURNEB. Eſt in Orat. pro Ligar. cap. 12.

443. *Habeo quem fugiam.*] Vel ſignificat utrumque, Cæſarem & Pompeium eſſe fugiendum, ut qui contenderent de ambitione principatus; vel ſignificat, fugiendum Cæſarem, ut patriæ hoſtem, neque protinus ſequendum Pompeium, cujus partibus diffidebat. Cicero hoc utitur lib. Epiſt. ad Attic. 8. Epiſt. 7. TURNEB. Meminit & Plutarch. in Apophthegm. & Macrob. lib. II. cap. 3. PHILAND.

444. *Et eſt ita cum dixerit.*] Depravatus eſt hic locus, qui ſic emendari poſſe videtur, ſi *ita cum* particulæ poſtponatur, ac *dixit* legatur hoc modo: *& eſt, cum ita dixit.* REGIUS. *Et eſt ita cum dixerit*: Locat. *& eſt ita cum dixit*; Ald.

445. *Neque gravem.*] Cicer. IV. Catilin. 2. qui habet, *neque turpis mors forti viro accidere poteſt.*

446. *Non ſolum totus.*] *Solum* non habent MSS. Alm. Voſſ ſec. Locat. Ald. Baſil. Obrecht. BURMAN. Ex aliarum & præſertim Vaſcoſ. Steph. Lugduno-Batav. editionum fide, τὸ *ſolum* reſtituimus, eo quod ſic oratio eſſet Quinctilianæo candori magis conſentanea. CAPPER.

447. *Quæ ſunt generis ejuſdem, quæ ridicula dicuntur.*] Sic intelligo quaſi ſcripſiſſet Fabius: *Quæ ſunt generis ejuſdem, atque ea, quæ ridicula dicuntur, &c.* CAPPER.

448. *De Pollione Aſinio.*] *Ut* adverbium mihi adſcribendum videtur; ſic enim nihil deerit. Exemplis namque declarat Fabius, nonnulla eſſe urbana, quæ tamen non ſint ridicula. REGIUS. *Ut* non habent. Voſſ. ſecund. Locatel.

449. *Eſſe eum omnium horarum.*] Sic appellatur, qui ſe his accommodat, quibuſcumque agit, atque inter remiſſos eſt facetus, inter ſeveros ſerius, facilitate quadam naturæ, & proprietate. TURNEB. Sic Tiberius Auguſtus apud Suetonium cap. 42. duos profitetur ſe in familia habere omnium horarum homines, cum quibus jucundiſſime conſuetudinem habeat. Cujuſmodi autem debeat eſſe ſeriis jociſque accommodatus, feliciſſime tradit Noctium Atticarum ſcriptor, lib. XII. cap. 4. Et in eumdem uſum multa comportavit Eraſmus, qui proverbium ex hoc dicterio fecit. MOSELL. Sic Cicer. *de Orat.* II. 67. Mummium *cuivis tempori hominem* eſſe dictum, a C. Publicio ſcribit.

450. *Ingenium eum in numerato habere.*] Hoc Auguſtus de Vinutio. Vide Senec. in Declamat. alii tamen ſcribunt *Vincium.* PHILAND. Sic commendatur extemporalis facultas: ducta eſt *metaphora* a locupletibus viris, qui pecuniam habent præſentem, numeratam, atque in promptu;

bere. Etiam Pompeii, quod refert Marſus, in Ciceronem, [451] diffidentem partibus: [452] *Tranſi ad Cæſarem*, [453] *me timebis.* Erat enim, ſi de re minore, aut alio animo, [454] aut denique non ab ipſo dictum fuiſſet, quod poſſet inter ridicula numerari. Etiam illud, quod Cicero [455] Cerelliæ ſcripſit, reddens rationem, cur illa C. Cæſaris tempora tam patienter toleraret: [456] *Hæc aut animo Catonis ferenda ſunt, aut Ciceronis ſtomacho.* [457] Stomachus enim ille habet aliquid joco ſimile. Hæc, quæ movebant, diſſimulanda mihi non fuerunt: in quibus ut erraverim, legentes tamen [458] non decepi; indicata diverſa opinione, quam ſequi magis probantibus liberum eſt.

ut actor ille ſemper ad manum habebat, quæ dicenda erant ex tempore. TURNEB. Eleganter Senec. procem. lib. IV. controv. de Q. Haterio nobili oratore: *Tanta*, inquit, *illi velocitas orationis, ut vitium fieret: itaque Divus Auguſtus optime dixit: Haterius noſter ſuſſlaminandus eſt.* Divus Hieronymus, Epiſtola ad Pammachium, Auguſti illud dictum de Atcio refert, quem etiam *ingenium in numerato habere* aiebat. Verum Hieronymi locum corruptum puto, & legendum *Haterius*, pro *Ateius.* Mendoſior vero Quinctilianus hic; nam & ibi, pro *de Actore*, *de Haterio* ſcribendum erat. TORRENTIUS Ad Horat. lib. III. Od. 10. Vide Schott. de Claris apud Senec. Rhet. in *Vinicio de doctore;* Steph. Torrentii quidem emendatio, qua pro *Actore* legebat *Haterio*, maxime arridebat: eam tamen contra omnium MSS. & Editionum fidem non auſi ſumus in textum introducere; cum præſertim idem homo & *Actor* eſſe, & *Haterius* dici potuerit; vel hoc dictum de utroque, ſi diverſi fuerint, uſurpari. CAPPER.

451. *Diffidentem ejus partibus.*] *Ejus* non habent MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Baſil. Obrecht. & puto elegantius; *partes* enim ſæpe abſolutæ dicebant Pompeii. Flor. IV. 2. *Totus Senatus in partibus*, & alii paſſim. BURMAN.

452. *Tranſi ad Cæſarem.*] Alludit dicterium hoc ad ſententiam veriſſimam, qua aliena nobis ſemper magis placere, quam noſtra, dicuntur; quam feliciter extulit, qui dixit:

Vicinumque pecus grandius uber habet.

uſque adeo noſtri pœnitet. Atque hujus argumenti ſententiam Flaccus conſcripſit in lib. 1. Satyr. 1. MOSELLAN. Quia Cicero quotidie dicebat, ſe timere Cæſarem & ejus copias, Pompeius dixit: tranſi ad eum, tunc me timebis, qui ſemper hoſtes & adverſarios times.

453. *Me timebis.*] Ideo hoc dicit Pompeius, quia aſſidue Ciceronis ſcommatibus inceſſebatur. Vide Macrob. lib. II. Saturn. TURNEB.

454. *Aut denique jam ab ipſo.*] *Jam* particulæ loco, negandi adverbium recte in aliis ſcriptum eſt quibuſdam exemplaribus, hoc modo: *aut denique non ab ipſo.* REGIUS.

455. *Coreliæ ſcripſit.*] Nuſquam apud Ciceronem *Coreliam* legi. *Cereliæ* meminit lib. Epiſt. 13. non itaque nos erraſſe putamus, qui cum Ald. *Cereliæ* legimus. SICHARD. *Coteliæ;* Ven. Locat. Colon. *Corelliæ;* MS. Bodl. *Coreliæ:* Voſſ. ſec. *Cereliæ;* Obrecht. editio. *Cerellia* & *Carellia* & *Carelia* apud Ciceronem lib. XII. XIII. & XIV. ad Atticum ſcribitur. Vide de ea Corrad. ad lib. XII. 51. *Cerelli* multi ſub Imperatore Severo a Spart. cap. 13. memorantur: apud Gruter. pag. CCXLI. *Q. Cerellus Dux;* & *Cerellia* apud Reineſ. XIV. 33. qui plures ejus nominis in Indice habet. BURMAN.

456. *Hæc aut animo Catonis.*] Significat aut abrumpendam eſſe vitam, quo pacto Cato Uticenſis, ne in Cæſaris manus veniret, mortem ſibi conſcivit; aut concoquenda hæc eſſe atque diſſimulanda. *Metaphora* eſt ducta a ſtomacho, qui cibos plerumque acerbos & ingratos concoquit. TURNEB.

457. *Stomachus enim ille.*] *Illic*, non *ille*, ut legatur, verus exigit ſenſus. REGIUS.

458. *Non decepi.*] *Non decipi indicata & diverſa;* V. C. Alm.

CAPUT IV.

[1] *De altercatione.*

[2] ALTERCATIONIS præcepta poterant videri tunc inchoanda, cum omnia, quæ ad continuam orationem pertinent, peregiſſem; nam eſt uſus ejus ordine ultimus. Sed, cum ſit poſita in ſola *inventione*, neque habere *diſpoſitionem* poſſit, nec *elocutionis* ornamenta magnopere deſideret, aut circa *memoriam* & *pronuntiationem* laboret; [3] prius quam ſecundam quinque partium, [4] hanc, quæ tota [5] ex prima pendet, tractaturus non alieno loco videor: quam ſcriptores [6] ideo fortaſſe alii reliquerunt, quia ſatis [7] cæteris præceptis [8] in

1. *De Altercatione.*] Rationem reddit quamobrem hoc loco de *altercatione* agat, quæ eſt concertatio quædam contentioſa more dialogi, quæ fieri ſolet ab utriuſque partis patrono poſt perpetuam *actionem.* Fabius quoque *altercationes* ſcripſerat, quas in ſuas manus veniſſe ſcribit Rodolphus. TURNEB.

2. *Altercationis.*] *Altercatio* eſt concertatiuncula interrogationibus & reſponſionibus conſtans; vel, ut mox dicet Fabius, *brevis & conciſa actio.* Hæc opponitur *actioni* continuæ & perpetuæ, quæ interpellationibus adverſarii non interrumpitur. Luculentum *altercationis* exemplum habes in Epiſt. 16. lib. 1. ad Attic. CAPPER.

3. *Priuſque ſecundam.*] *Quam* loco *que* copulæ, quis non videat eſſe legendum? REGIUS. *Priuſquam.*] Supple, tractem; idque per *zeugma* ex conſequenti τῷ *tractaturus.* CAPPER. *Secundam.*] Rhetorices partem, quæ *diſpoſitio* dicitur, & de qua mox lib. VII. CAPPER.

4. *Hanc.*] *Altercationem* videlicet. CAPPER.

5. *Ex prima.*] Rhetorices parte, quæ *inventio* appellatur. CAPPER.

6. *Ideo fortaſſe alii.*] *Alii fortaſſe ideo:* Obrecht. editio. *Alii reliquerunt.*] Ariſtoteles tamen hac de re nonnulla ſcripſit lib. III. Rhetoric. cap. 18. ubi de ἐρωτήσει & ἀποκρίσει, interrogatione & reſponſione. CAPPER.

7. *Cæteris perceptis.*] *Præceptis:* V. C. Alm. Locat. Ald. Gryph. Steph. Sich. Baſil. Vidov. Colin. Obrecht. in cod. Voſſ. ſecund. legitur *aliis.*

8. *In hac quoque.*] *In hanc;* V. C. Alm. Locat. Ald. Par. Vaſc. Steph. Gryph. Baſil. Colin. Vidov. Obrecht.

hanc quoque videbatur eſſe [9] proſpectum. Conſtat enim [10] aut *intentione*, [11] aut *depulſione*, [12] de quibus ſatis traditum eſt; quia, quidquid in *actione* perpetua circa probationes utile eſt, [13] idem in hac brevi atque conciſa proſit, neceſſe eſt. Neque alia dicuntur in *altercatione*, ſed aliter, aut interrogando, aut reſpondendo. [14] Cujus rei fere omnis obſervatio in illo teſtium loco excuſſa nobis eſt. Tamen, quia latius hoc opus aggreſſi ſumus, neque perfectus orator ſine hac virtute dici poteſt, paululum impendamus huic quoque peculiaris operæ; quæ quidem in quibuſdam *cauſſis* ad victoriam vel plurimum valet. [15] Nam, ut in *qualitate* generali, in qua rectene factum quid, an contra ſit, quæritur, [16] perpetua dominatur oratio, & [17] quæſtionem *finitionis* * *actio* plerumque ſatis explicat, & omnia pene, in quibus de facto conſtat, [18] aut *conjectura* artificiali ratione colligitur; ita in iis *cauſſis* (quæ ſunt frequentiſſimæ) quæ vel ſolis [19] extra artem probationibus, vel [20] mixtis continentur, âſperrima [21] in hac parte dimicatio eſt, nec alibi dixeris [22] magis mucrone pugnari. Nam & firmiſſima quæque memoriæ judicis inculcanda ſunt, [23] & præſtandum, quidquid in *actione* promiſimus, & refellenda mendacia. Nuſquam eſt denique, [24] qui cognoſcit, intentior. Nec immerito quidam, quanquam in dicendo mediocres, hac tamen altercandi præſtantia meruerunt nomen patronorum. [25] At quidam [26] litigatoribus ſuis illum modo ambitioſum declamandi ſudorem præſtitiſſe contenti, [27] cum turba laudantium deſtituunt ſubſellia, [28] pugnamque illam decretoriam imperitis ac ſæpe [29] pul-

9. *Perfectum.*] In quibuſdam exemplaribus legitur *perſpectum*: ſed mihi recte *proſpectum* legendum eſſe videtur, ut intelligamus eſſe *proviſum*; *proſpicere* enim ſignificat *providere*. REGIUS. *Perfectum*; Locat. Ald. Baſil. *proſpectum*; Steph. Gryph. Colin. Obrecht. *perſpectum*; V. C. Alm.

10. *Aut intentione.*] Hoc eſt accuſatione, quam actor intendit. CAPPER.

11. *Aut depulſione.*] Id éſt, refutatione ſeu defenſione, qua reus accuſationem depellit. CAPPER.

12. *De quibus ſatis.*] Lib. III. cap. 9.

13. *Id & in hac brevi, &c.*] *Idem in hac brevi*; V. C. Alm. Locat. Ald. Vaſcoſ. Steph. Gryph. Colin. Vidov. hinc collegerat Agricola errare illos, qui perpetuam orationem Rhetoribus tribuerent, conciſam Dialecticis: ſed eſto in quadam orationis Rhetoricæ particula ſit interdum aliquid ad dialecticum dicendi genus pertinens; num continuo ruit ſtabilitum a veteribus inter utramque orationem diſcrimen? CAPPER.

14. *Cujus rei.*] Vide lib. V. cap. 7.

15. *Nam ut in qualitate.*] In quæſtione *qualitatis* & *finitionis*, *altercatio* locum non habet; ſed in quæſtione *conjecturali*, quæ probationibus confirmatur inartificialibus: poteſt tamen accidere nonnunquam, ut in illis quæſtionibus *altercatione* ſit opus, ſi oratio perpetua non ſatis expoſuerit *cauſſam*. TURNEB. *In qualitate generali.*] Id eſt generali *ſtatu qualitatis*, ſive, ut vulgo loquimur, in quæſtionibus juris vel de jure; alludit enim Fabius ad generales illos quæſtionum oratoriarum *ſtatus*, qui dicuntur *conjecturæ*, *qualitatis*, *definitionis*, &c. de quibus fuſe lib. III. cap. 6. CAPPER.

16. *Perpetua donatur.*] *Dominatur* legendum eſſe, facile eſt videre. REGIUS. *Donatur*; V. C. Alm.

17. *Quæſtionem finitionis.*] Generalem illum *ſtatum*, qui *definitivus* dicitur, ubi quæritur, quo nomine rem vel factum debeamus appellare. CAPPER. *Finitionis, actionis.*] *Finitionis actio*; marg. Steph. Roign. Vaſcoſ. quod verum puto. BURMAN. in cod. Voſſ. ſecund. habetur: *actiones plerumque ſatis explicant.* Lectionem, quam exhibent editiones Roignii, Vaſcoſani & Steph. margo, eo lubentius amplexi ſumus, quod hic τὸ *actio* ſignificet orationem continuam & perpetuam, ut poſt aliquot lineas: *quicquid in actione promiſimus.* CAPPER.

18. *Aut conjectura.*] Hoc eſt, *ſtatus conjecturalis* (vulgo facti quæſtio) tractatur. CAPPER.

19. *Extra artem probationibus.*] Ἀτέχνοις, inartificialibus, de quibus lib. V. cap. 2. & ſequentib. CAPPER.

20. *Mixtis.*] Id eſt, partim artificialibus, partim inartificialibus. CAPPER.

21. *In hac parte.*] Quæ dicitur *altercatio*. CAPPER.

22. *Magis mucrone pugnari.*] Liv. lib. II. 46. *Cum pilis inter primam feſtinationem abjectis, magis quam emiſſis, pugna jam in manus, jam ad gladios, ubi Mars eſt atrociſſimus, venerat.* PITHOEUS. Livius eodem libro cap. 30. *ubi ad manum veniſſet hoſtis, tum coortos tota vi gladiis rem gerere.*

23. *Et præſtandum.*] *Etiam præſtandum*; Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov.

24. *Qui cognoſcit.*] Hoc eſt, judex. CAPPER.

25. *At quidam.*] Reprehendit quoſdam ſui temporis patronos, qui, cum ad oſtentationem *cauſſas* dicerent, gloriam ferebant nonnullam perpetua oratione; in altercationibus vero imperiti erant. TURNEB.

26. *Litigatoribus uſi ullum modo.*] Depravatum hunc eſſe locum, facile ex eo quoque percipi poteſt, quod duobus modis legitur; ſed neutro recte, ut mihi quidem videtur. Quidam enim, loco illius *uſi*, *vix* legentes, putant ſe correxiſſe: quod an ſint aſſecuti, doctorum eſto judicium. Mihi quidem illud *vix* ſenſui repugnare videtur: forſan vero ſic eſt corrigendum, ut *ſuis*, non *uſi*, & *illum*, non *ullum* legatur hoc modo: *At quidam litigatoribus ſuis, illum modo declamandi ſudorem præſtitiſſe contenti.* REGIUS *Litigatoribus uſi*; MSS. Bodl. Bal. Andr. marg. Sich. Baſil. *uſi ullum*; Locat. *Declamandi ſudorem.*] Horat. I. Sat. X. 28.

Cum Pedius cauſſas exſudet.

Joh. Sariſb. IV. 11. *& in eo declamatores in ancipiti materia ſæpius deſudaſſe.* Vide ad Petron. cap. 3. & 44. BURMAN.

27. *Cum turba.*] *Tum turba*; Voſſ. ſecund.

28. *Pugnamque illam decertoriam.*] *Decertatoriam* legendum mihi videtur, non *decertoriam*, ut in quibuſdam legitur codicibus. REGIUS. In aliis legitur *decretoriam*, quæ lectio etiam probabilis eſt, quia *altercatio* maxime decernit de victoria: ſic appellantur a Plinio *decretoria ſidera*, quæ pollicentur aut copiam, aut inopiam frugum. TURNEB. *Decretoriam.* PITHOEUS. Nicolaus Faber, vir in omni antiquitate, Eccleſiaſtica præſertim, verſatiſſimus, ad Senecæ Controverſ. pag. 170. edit. 1613. legendum cenſet e vett. libris *decretoriam*, id eſt, veram ac ſeriam. COLOMES. *Decretoriam*; MS. Bodl. Andr. Vaſcoſ. marg. *decertoriam*; Locat. marg. Steph. *decretoria* pugna eſt, quæ rem decernit & terminat. Vide Gron. ad Liv. XXVIII. 14. ſed *decertatoria* eſt vehemens, quæ in altercationibus conſiſtit, ut *concertatorium* genus Cicer. *de Clar. Orat.* 83. dixit: quid autem præferendum ſit, dubito; utraque enim lectio facile defendi poteſt: *decretoria* magis tamen placet ob locum fere ſimilem lib. X. cap. 5. ubi *exercendum decretoriis* eſſe docet futurum oratorem; ubi plura dicemus. BURMAN. Ex Turnebiani Commentatoris, Pithœi, Nicolai Fabri, Colomeſii, Burmannique notis patet, quam merito curaverimus, ut τὸ *decretoriam* in ipſo Fabii textu poneretur. CAPPER.

29. *Puellatæ turbæ.*] *Pullatæ*, *e* vocali de medio expuncta, legendum. *Pullatam* autem turbam, *pragmaticos* vocat. Nam oratores purpurati incedebant. REGIUS. *Pullatam* appellamus *turbam*, ipſos imperitos; vulgus enim Romæ olim demiſſis togis *pullum* induerat *amiclum*: hic tamen intelliguntur *pragmatici*; oratores enim erant *purpurati*. TURNEB. Plin. lib. VII. Epiſt. 17. ad Celerem: *Nam illos quoque ſordidos pullatoſque reveremur.* PITHOEUS. Neſcio unde Regius & Turnebus noverint, oratores fuiſſe *purpuratos*; cum togatos, id eſt, candida & pura toga indutos fuiſſe conſtet; &, ſi qui purpuram habuiſſe leguntur, hoc in tunica erat, ut apparet ex illis, quibus jus lati clavi eſſet, vel qui tantum anguſto clavo contenti

latæ turbæ relinquunt. [30] Itaque videas alios [31] plerumque judiciis privatis [32] ad *actiones* vocari, alios [33] ad probationes. Quæ ſi dividenda ſunt officia, [34] hoc certe magis neceſſarium eſt; pudendumque dictu, ſi [35] plus litigantibus proſunt minores. [36] In publicis certe judiciis vox illa præconis, præter patronos, ipſum, qui egerit, citat. Opus eſt igitur in primis ingenio veloci ac mobili, animo præſenti & acri. Non enim cogitandum, ſed dicendum ſtatim eſt, & prope [37] ſub conatu adverſarii, [38] manus erigenda. Quare cum in omni parte [39] hujuſce officii plurimum facit, totas non diligenter modo, ſed etiam [40] familiariter noſſe *cauſſas*; tum in *altercatione* maxime neceſſarium eſt, omnium perſonarum, inſtrumentorum, temporum, locorum habere notitiam: [41] alioqui & tacendum eſt ſæpe, & [42] aliis ſubjicientibus, plerumque ſtudio loquendi fatue modo accedendum: [43] quo nonnun-

eſſe debebant, ut noſter lib. XII. cap. 3. ſed prætextatos fuiſſe oratores (hi enim proprie *purpurati* dici poſſent) non ſcio: *pullata* autem turba, eſt plebs, ex qua erant auditores & ſpectatores in judiciis. Vide Sueton. Aug. 40. & 44. ubi Caſaub. & Ferrar. de re veſt. I. cap. 35. BURMAN.

30. *Itaque.*] *Ideoque*: Voſſ. ſecund.

31. *Plerumque inſidiis.*] Varia eſt hujus loci lectio; *inſidiis* autem nullus eſt in hoc ſenſu locus: in quibuſdam exemplaribus mendoſe legitur *ſubſelliis*: mihi *judiciis* maxime ſenſui convenire videtur, eoque magis, quod *judiciis* parum ab *inſidiis* numero ſimilitudineque literarum diſtat: &, ut ſemel finiam, *judiciis* legendum eſſe, ex iis, quæ ſequuntur, aperte colligitur: cum enim duo ſint genera judiciorum, publicum, & privatum, utriuſque meminit Fabius: *ad actiones* quoque minus bene mihi legi videtur: *ad altercationes* vero fortaſſe eſt legendum, ſicque ſenſus integritas expoſcit. REGIUS. *Inſidiis*; Vallæ liber, Locat. margo Baſil. Voſſ. ſec. *ad altercationes*; Ald. Par. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

32. *Ad actiones.*] Ad orationes perpetuas & continuas; Gallice *les plaidoyers.* CAPPER.

33. *Ad probationes.*] *Ad probationem*; Locat. Ald. Gryph. Baſil. Colin. Vidov. & conſequenter ad *altercationem*, quæ in *probationibus* præſertim locum habet; nam, ut ait in præcedentibus: *Cum ſit* [altercatio] *poſita in ſola* inventione .... *quidquid in actione perpetua circa probationes utile eſt, idem in hac brevi atque conciſa proſit, neceſſe eſt* .... *in iis* cauſſis (*quæ ſunt frequentiſſimæ*) *quæ vel ſolis extra artem* probationibus *vel mixtis continentur, aſperrima in hac parte dimicatio eſt*: unde neceſſaria non erat illa Raphaëlis Regii emendatio, ſecundum quam, pro τῷ *ad actiones*, legitur *ad altercationes* in quibuſdam editionibus. Vide ad finem hujus capitis. CAPPER.

34. *Hoc certe.*] Officium probandi in *altercatione.* CAPPER.

35. *Plus litigatoribus.*] *Plus litigantibus*; MSS. Bodl. Alm. Andr. Locat. Par. Vaſc. Steph. Sich. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht. & Voſſ. ſec.

36. *In publicis.*] In publicis judiciis, poſt peroratam utrimque *cauſſam*, præco ſolet patronos ad *altercationem* vocare; cumque plures ſint alicujus *cauſſæ* patroni, tamen actorem *cauſſæ* nominatim citat: ut illi videatur turpe, ſi altercari non poſſit. TURNEB.

37. *Sub conatu.*] Vide lib. I. cap. 12.

38. *Manus erigenda.*] *Metaphora* ducta eſt a gladiatoribus, qui, ſimul atque adverſarius ictum minatur, manum ſolet erigere ad ſuſtinendum. TURNEB. *Exigenda*; MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Alm. Andr. Locat. Ald. Sich. Par. Baſil. quod & probat Gebh. II. Crepund. 3. & exponit, extra togam movere ac librare: ſed *erigere manum*, eſt, tollere ad ictum inferendum, & paratum eſſe, dum modo conatur adhuc adverſarius: ita *erigere rabiem* dixit Stat. VII. Theb. 671. ubi & Claudianum ita locutum notat Barthius: & *erigere iras* Sil. IV. 180. ubi nihil mutandum: & ita legendum apud Statium lib. IV. Silv. IV. 79. ex MSS. *fractas ubi Veſbius erigit iras*; imitatio eſt enim Virgilii ex III. Æn. 575.

Interdum ſcopulos, avulſaque viſcera montis
Erigit eructans.

ubi etiam *egerit* quidam libri: idem eodem libro 423.

Sorbet in abruptum fluctus, rurſuſque ſub auras
Erigit.

& ibi *egerit* in quibuſdam: *exigere* vero, ſi dicatur, ut *exigere gladium*, *tela*, &c. notaret, jam ictum inferre & infligere. Vide Gron. ad Senec. Conſol. ad Marc. 16. ſed *erigere* eſt in altum tollere. Vide Heinſ. ad Val. Flac. I. 157.

Validis fixam erigit unguibus agnam.

expedire nudas manus hoc vocat Petron. cap. CVIII. BURMAN.

* 39. *Hujuſce officii.*] Oratorii & forenſis. CAPPER.

40. *Familiariter nos noſſe cauſſas.*] *Nos* pronomen hoc loco nec compoſitionis ratio admittit, neque ſenſui eſt neceſſarium. REGIUS. *Nos noſſe*; V. C. Alm. Locat. Ald.

41. *Alioqui & tacendum eſt, ergo ſæpe & aliis ſubjicientibus, plerumque autem ſtudio loquendi.*] Hic locus adeo eſt corruptus, ut nullus integer ſenſus percipi poſſit: ſic tamen mihi corrigi poſſe videtur, ſi *ergo* & *autem* conjunctiones expungantur, & diſtinctio mutetur hoc modo: *alioqui & tacendum eſt ſæpe, & aliis ſubjicientibus plerumque ſtudio loquendi fatue modo accedendum.* REGIUS. *Ergo*, & *autem* habent V. C. Alm. Locat.

42. *Aliis ſubjicientibus.*] Quod faciebant ii, quos Aſconius Pedianus appellat proprie *advocatos.* Horum erat amicis in foro periclitantibus jus ſuggerere, &c. CAPP.

43. *Quod nonnunquam accidit in noſtra crudelitate aliena ſtultitia erubeſcamus.*] Hunc quoque locum eſſe depravatum, hinc facile cognoſci poteſt, quod non uno legitur modo; in quibuſdam enim exemplaribus ſic eſt ſcriptum: *quod nonnunquam accidit, ut noſtra credulitate, aliena ſtultitia erubeſcamus*: ſed ne ſic quidem mendæ ſunt depulſæ. Mihi vero hoc modo emendari poſſe videtur, ut *in* pro *niſi* loco *in* præpoſitionis legatur, ac *credulitate* hoc modo: *quod nunquam accidit, ni noſtra credulitate, aliena ſtultitia erubeſcamus.* REGIUS. *Aliena ſtudia erubeſcamus*; cum altercator *cauſſam* penitus perſpectam non habet, ſi quis fautor aut *pragmaticus*, benevolus quidem, ſed parum *cauſſæ* gnarus, aliquid ſuggerat, fidem interdum habebit *altercator*; neque enim refragari volumus iis, quos nobis eſſe benevolos ſcimus. TURNEB. Ut Regius, habent Locat. Colin. & marg. Baſil. & Gryph. niſi quod omittat *noſtra*. *Quod nunquam accidit in noſtra credulitate, aliena ſtultitia erubeſcamus*; V. C. Alm. *quod nonnunquam accidit, ut in noſtra credulitate, aliena ſtultitia erubeſcamus*; Ald. *quod nunquam* etiam MSS. Bal. Andr. Ven. *aliena ſtudia*; Stephan. Vaſcoſ. marg. Baſil. Lugd. Voſſ. ſec. *quo nonnunquam accidit, ut in noſtra credulitate* (*cruditate*; Obrecht.) *aliena ſtudia erubeſcamus*; Oxon. Obrecht. depoſitus certe locus; ſed qui forte ita totus conſtitui poſſet: *alioqui & tacendum eſt ſæpe, &* (vel *aut*) *aliis ſubjicientibus plerumque ſtudio loquendi fatuis accedendum: quo nonnunquam accidit, ut in noſtra ruditate aliena ſtultitia erubeſcamus.* Singula videamus: ſi deſtituamur notitia perſonarum, inſtrumentorum, &c. etſi ingenio valemus, tacendum ſæpe eſt; aut, ſi aliis ſubjicientibus, ſtudio loquendi tamen altercari velimus, fatuorum dictatis eſt parendum & obediendum: quo accidit, ut, cum rudes ſimus & ignari perſonarum, &c. in pudorem demur ob alienam ſtultitiam, tota difficultas fuit in illa locutione, *fatui modo accedendum*, quod nihil ſignificat: ejecimus autem *modo*; & *fatuis accedere* idem eſt, quod illis ſubjicientibus parere, & ea, quæ nobis ſubjiciunt, dicere; *accedere* enim pro obedire, alicui aſſentire, recte & Latine dicitur; ut noſter lib. IX. 4. *accedo in pleriſque Ciceroni*; & ita Donatus explicat illa Terent. Adelph. III. 2. 52. *Accedo, ut melius dicas*; *ut conſentiam.* Stat. I. Achil. 363.

Accedit dictis pater.

Perſius. Sat. I. verſ. 5.

——— *non, ſi quid turbida Roma*
Elevet, accedas.

Suet. Oth. IV. *Acceſſit Galbæ conatibus.* Neque tantum ſententiæ alicujus accedere, ſed etiam quaſi imperio alicujus ſe ſubjicere notat: quod huc egregie facit, ut ex fatuorum dictatis pendeamus, & illis obnoxii ſimus: ita apud Stat. VIII. Theb. 366.

quam accidit, ut in noſtra credulitate aliena ſtultitia erubeſcamus. [44] Neque tantum hoc ipſis monitoribus clareſcit: quidam faciunt aperte, [45] quod rixemur. Videas enim pleroſque ira percitos exclamantes, ut judex audiat, [46] contrarium id eſſe, [47] quod admoneatur, ſciatque ille, qui [48] pronunciaturus eſt in *cauſſa*, malum quod tacetur. Quare bonus altercator vitio iracundiæ careat. Nullus enim rationi [49] magis obſtat affectus, [50] & fert extra *cauſſam*, & plerumque deformia convicia facere, ac mereri cogit, & ipſos nonnunquam judices [51] incitat. Melior moderatio, ac nonnunquam etiam patientia. Neque enim refutanda tantum, quæ e contrario dicuntur; ſed contemnenda, elevanda, ridenda ſunt; nec uſquam [52] plus loci reperit urbanitas: [53] odium mordet & pudor: contra turbantes audendum, & [54] impudentiæ fortiter reſiſtendum. Sunt enim quidam [55] præduri in hoc oris, ut obſtrepant ingenti clamore, & medios ſermones intercipiant, & omnia [56] tumultu confundant: quos ut non imitari, ſic acriter propulſare oportebit: & ipſorum improbitas retundenda, & judices vel præſidentes magiſtratus appellandi frequenter, ut loquendi vices ſerventur. [57] Nam eſt res animi jacentis, & mollis ſupra modum frontis, [58] fallitque plerumque, quod probitas vocatur, quæ eſt imbecillitas. [59] Valet autem

——— *netdum acceſſere regenti.*

explicat vetus Scholiaſtes Barthii, qui & ipſe aliis locis illuſtrat. ad lib. x. 180. Idem Poëta II. Achil. 21.

Accedunt juſſi.

aut ergo tacendum eſt, aut fatuis obediendum, qui cum ſtulta nobis ſubjiciunt, erubeſcimus ſæpe aliena ſtultitia: *ſtudium loquendi*, etiam eleganter dictum, ut apud Ovidium Ep. VI. 39.

Singula dum narrat, ſtudio curſuque loquendi
Detegit ingenio vulnera facta ſuo.

Erubeſcere vero cum quarto caſu hoc exemplo conſtrui in lexicis notatur, ſi ſcilicet *ſtudia* legatur, neque damno hanc obſervationem: ſed etiam ſexto caſu gaudere notum eſt, ut Ovid. IV. Triſt. III. 64.

Num legis Evadnen erubuiſſe viro.

Ibidem. 350.

Qua potuit Tydeus erubuiſſe nurn.

ubi tamen codices quidam *quam nurum*. Apud Valer. Max. lib. IV. III. §. 7. Codices optimi: *ne eam ſupellectilem faſtidiant, qua tunc conſul non erubuit*, alii *quam*, alii *quæ viri*. BURMAN. Cujus quidem emendatio neceſſaria non erat; nam Fabii verba conſtrui ſic & intelligi poſſunt: *Solummodo aſſentiendum fatue eſt aliis ſubjicientibus, idque præ nimio noſtro loquendi ſtudio*, &c. *in noſtra credulitate*, id eſt, ob nimiam noſtram credulitatem, quia nimis creduli ſumus aliis ſubjicientibus, &c. ergo non erat cur τὸ *fatuis* pro τῷ *fatue*, & *ruditate* pro *credulitate* Burmannus legeret: non erat etiam cur hunc locum vocaret *depoſitum*. CAPPER.

44. *Neque tantum his ipſis.*] Ne hinc quidem ſenſus integer elicietur, niſi, pro *his*, *hoc* legatur. *Monitores* autem eos accipiamus, quos Græci *pragmaticos* vocant, qui jura ac fori conſuetudines oratoribus ſubmiſſa voce ſuppeditabant: quibus non eſſe fidendum Fabius ait, quod non contenti ipſi ſcire, in quibus erret orator, efficiunt clamantes, ut judices quoque idem percipiant. REGIUS. *Monitores* appellat *pragmaticos*, *formularios*, & *leguleios*, homines peritos rationis & conſuetudinis forenſis, qui patronis & altercatoribus jus ſuggerunt. TURNEB. *His*; V. C. Alm. Locat. Ald. Voſſ. ſec. *neque tamen his*; Baſil. *neque tantum lis*; Obrecht. optime ſane, ſi modo continua oratione legatur: *erubeſcamus, neque tamen lis his monitoribus clareſcat*; ut & in pudorem demur, neque tamen quidquam ad *cauſſæ* illuſtrationem proficiamus: poſſet etiam legi: *neque tantum hæc ex ipſis monitoribus clareſcit: ſed quidam faciunt, ut aperte rixemur*: hæc ſcilicet ſtultitia non tantum inſignis & notabilis fit, monitoribus talibus verba ſubjicientibus; ſed & quidam faciunt, ut in turpes rixas eamus. *Monitores* autem dictos in ſcena, qui hiſtrionibus verba ſubjiciebant, notiſſimum eſt: unde & pro nomenclatoribus, & hinc ſervi *monitores*, de quibus omnia obvia: ſic monitores inter ruſticos ſervos etiam recenſet Juriſconſultus lib. VIII. ff. de inſtr. & inſtr. legato, qui honoratiores reliquis: huc autem pertinet lib. XI. 2. *& admoneri & ad libellum reſpicere vitioſum*. BURMAN. Cujus interpretatio & bona eſt, & ſtare poteſt, etiamſi neque in textum inducas τὴν *ex*, quæ facile ſubaudiri poteſt; neque τὸ *quod* in τὸ *ut* commutes. CAPPER.

45. *Quod rixemur.*] Rixa eſt vitioſa & plena iracundiæ *altercatio*: bonus *altercator* caret iracundia. Igitur aliud eſt rixa, & aliud *altercatio*. CAPPER.

46. *Contrarium id eſſe.*] Supple, *cauſſæ* quæ defenditur. CAPPER.

47. *Quod admoneatur.*] *Admoneant*; V. C. Alm. *Admoneatur.*] Malus ille *altercator*, qui ſtultis iratiſve monitoribus credulus eſt. CAPPER.

48. *Pronunciaturus in cauſſa, malum quod tacetur.*] Ita diſtinguenda cum optimis editionibus: male Stephanus & recentiores, *pronunciaturus, in cauſſa malum*, &c. nam *pronuntiare in cauſſa*, eſt ut *ſedere in cauſſa* Petron. cap. 14. & Aſcon. argum. divin. *injurati judices in hac cauſſa ſedeant.* BURMANNUS.

49. *Magis obſtat.*] Cicer. *Tuſc. Quæſt.* IV. 36. *Iratos proprie dicimus de poteſtate exiiſſe, id eſt, de conſilio, de ratione, de mente.* PHILAND.

50. *Et fere extra cauſſam.*] *Fere* quidem ſic legitur, quamvis ſenſui nihil congruat: mihi autem, loco ejus, *fert* verbum belliſſime quadrare videtur, cum præſertim una dumtaxat litera in ſimillimam immutetur hoc modo: *& fert extra cauſſam*; iracundia enim hominem a propoſito ſæpenumero deducit. REGIUS. *Fere*; V. C. Alm. Voſſ. ſec. Locat. ſed recte Regio obtemperarunt editores; verbum enim *fert*, proprie impetum illum, quem ira & aliæ affectiones excitant, notat. Cicer. pro Quinct. cap. II. *Id Sex. Nævius non faceret, qui uſque eo fervet feturque avaritia*: pro Cluent. 70. *At quæ mater? quam cæcam crudelitate & ſcelere ferri videtis.* Horat. I. Sat. IV. 30.

——— *Quin per mala præceps*
Fertur.

& ita paſſim alii. Vide & ſupr. lib. V. cap. II. BURMAN.

51. *Incitat.*] *Irritat*; PASSER. *concitat*; Baſil.

52. *Plus loci recipit.*] Pro illo *recipis*, ſi legeretur *reperit*, magis & ſenſui, & rationi dicendi conveniret. REGIUS. *Recepit*; V. C. Alm. *recipit*; Locat. Voſſ. ſec.

53. *Odium mordet.*] Forte *odium tardet & pudor: contra turbantes audendum*, ut dicat, ſi quid in *altercatione* dicatur ex odio profectum, aut quod pudorem incutiat, quia turpe eſt, ne ſimus præcipites, ſed lenti & tardi, ne ex odio ſævire, vel conſcientia agitari videamur: ſed ſi nos de ſtatu velit dejicere & turbare altercator, audendum eſt, & acriter repellendus adverſarius; nam *turbare* proprium verbum in concertationibus, ut docuimus lib. IV. cap. 5. BURMAN.

54. *Impudentiæ.*] *Et impudentiæ*; V. C. Alm. Locat. Ald. Steph. & alii.

55. *Præduri in hoc oris.*] Appellat *os prædurum*, ſummam impudentiam & inverecundiam. Contrarium mox ſubnectet; nam *mollem* uſurpabit *frontem* pro reverentibus, & verecundis: ratio eſt, quia in vultu & in fronte antiqui pudorem & impudentiam poſuerunt. TURNEB.

56. *Tumultu confundant.*] *In tumultu*; MS. Bodl. Andr. *in tumultum*; MS. Bal. Voſſ. ſec.

57. *Non eſt res, &c.*] Niſi corrigatur hic locus, inter ſe repugnantia continere videbitur. Imbecillitas namque eſt animi jacentis: quare, loco *non* adverbii, *nam* copula videtur reponenda: aliud autem aliquid quoque huic ſenſui mihi deeſſe videtur; neque enim hinc percipitur, quæ ſit *res* animi jacentis. REGIUS. Fortaſſe τὸ *res* expungendum: *eſt animi jacentis, &c. quod probitas vocatur.* BURMAN.

58. *Fallitque plerumque.*] *Fallitque verum.* Voſſ. ſec.

59. *Valet autem ut.*] *In* præpoſitio, loco *ut*, legatur, ut

in *altercatione* plurimum acumen, quod ſine dubio ex arte non venit; natura enim non docetur; arte tamen adjuvatur. In qua præcipuum eſt, ſemper id in oculis habere, de quo quæritur, [60] & quod volumus [61] efficere; quia [62] propoſitum tenentes [63] in rixam non ibimus, [64] nec *cauſſæ* debita tempora conviciando conteremus, gaudebimuſque, ſi hoc adverſarius facit. [65] Omnia tempora fere parata ſunt meditatis diligenter, quæ [66] aut ex adverſo dici, aut reſponderi a nobis poſſint. [67] Nonnunquam tamen ſolet hoc quoque eſſe artis genus, ut quædam [68] in *actione* diſſimulata, ſubito [69] in altercando proferantur: & [70] inopinatis eruptionibus, [71] & ex inſidiis [72] citiſſimo facto ſimillimum. [73] Id autem tum faciendum, cum eſt aliquid, cui reſponderi non ſtatim poſſit: [74] potuerat autem, ſi tempus [75] ad diſponendum fuiſſet. Nam quod [76] fideliter firmum eſt, [77] a primis ſtatim *actionibus* arripere optimum eſt, quo ſæpius diutiuſque dicatur. Illud vix ſaltem præcipiendum videtur, ne turbidus & clamoſus tantum ſit altercator, & [78] quales fere ſunt, [79] qui literas neſciunt. Nam [80] improbitas, licet adverſario moleſta ſit, judici inviſa eſt. Nocet etiam [81] diu pugnare in iis, [82] quæ obtinere non poſſis. Nam ubi vinci neceſſe eſt, expedit cedere; quia, ſive plura ſunt, de quibus quæritur, facilior erit in cæteris fides; ſive unum, [83] mitior ſolet irrogari pœna verecundiæ. Nam [84] culpam præſertim deprehenſam, pertinaciter tueri, culpa altera eſt. [85] Dum ſtat acies, [86] multi in re conſilii atque artis eſt, ut errantem adverſarium trahas, & ire quam longiſſime cogas, ut vana interim ſpe exſultet. Ideo quædam bene diſſimulantur inſtrumenta. Inſtant enim, [87] & ſæpe diſcrimen omne committunt, quod deeſſe nobis putant, & faciunt probationibus noſtris auctoritatem poſtulando. Expedit etiam dare aliquid adverſario, quod pro ſe putet, [88] quod apprehendens, majus aliquid cogatur dimittere; duas interim res proponere, [89] quarum utramlibet male ſit electurus,

in quibuſdam recte exemplaribus eſt ſcriptum. REGIUS. Quoniam in *altercatione* vel omnia dicuntur ex tempore, vel pleraque, perſpicacitate ingenii, & acumine imprimis eſt opus: quæ virtus efficit, ut momento argumenta & probationes excogitare poſſimus, aut argumentorum ſolutiones: hæc virtus ab Ariſtotelis interprete *ſolertia* vocatur, quæ eſt in prompta *medii* excogitatione, eamque requirit a demonſtratore. TURNEB.

60. *Et quod volumus.*] *Volumus* legatur. REGIUS.

61. *Efficere.*] ἰσχυρίζεσθαι, efficacibus argumentis probare, demonſtrare. CAPPER.

62. *Propoſitum tenentes.*] Ne latum quidem unguem diſcedentes ab eo, quod probare volumus. CAPPER.

63. *In rixam non ibimus.*] Quomodo rixa differat ab *altercatione*, in ſuperioribus notis dictum eſt. CAPPER.

64. *Nec cauſſa debita.*] *Cauſſæ* legatur. REGIUS. *Ne cauſſæ*; V. C. Alm. *Nec cauſſæ debita tempora, &c.*] Alludit ad id, quod olim actoribus præſtituebatur certum ſpacium in *cauſſis* agendis: ſic in *cauſſa* Miloniana actori datæ ſunt horæ duæ, patrono vero tres, quod forte valebat etiam in *altercatione*. TURNEB.

65. *Omnia tempora.*] *Tempora* deleri vult Rollinus, & putat hanc vocem e ſuperiore verſu ſeu linea huc irrepſiſſe: doctiſſimi viri ſententiæ lubens accedo. CAPPER.

66. *Aut adverſo.*] *Ex* præpoſitio adſcribenda, ut *ex adverſo* legatur, id quod in quibuſdam exemplaribus ſcriptum invenitur. REGIUS. Non habet *ex* Locat. *queque aut ex adverſa*; Ald. Baſil. Voſſ. ſec.

67. *Nonnunquam tamen dici ſolet.*] *Nonnunquam tamen ſolet hoc quoque eſſe artis genus*; MSS. Bodl. Bal. Alm. & omnes fere editi.

68. *In actione.*] In oratione continua & perpetua, neque mutuis *altercationibus* interrupta. CAPPER.

69. *In altercando.*] *In altercatione*; Ald. Baſil.

70. *Inopinatis eruptionibus.*] *Metaphora* ducta eſt ab oppidanis obſeſſis, qui nonnunquam manu facta ex oppido erumpunt, hoſteſque inopinantes adoriuntur. TURNEB. Sic ſupra dixit *irruptione pugnandum eſt.* Francius volebat *ut inopinatis.*

71. *Et ex inſidiis.*] *Aut* Locat. Ald. Baſil. Voſſ. ſec.

72. *Citiſſimo facto.*] Non videtur mihi locus ſanus eſſe; quid enim, quæſo, *citiſſimum factum* ſignificat? *citiſſime factis* conjiciebat Rollinus: ſed forte deeſt vox, ut *citiſſimo impetu*, vel *incurſui facto*. Gallæus conjiciebat *citiſſimo furto*, quod & mihi in mentem venerat: ita *furta belli* notiſſima ſunt, & *furtum* & *factum* ſæpe confundi a librariis notaveram, apud Ciceron. IV. Verr. 51. Ovid. IV. Faſt. 582. & V. 233. ſed neſcio quo modo hic vix placet *citiſſimum furtum*; cum de vi & eruptione agatur. BURM.

73. *Id autem tum faciendum.*] *Tantum faciendum*; Gryph. Steph. Colin. Vidov. *tum faciendum eſt*; Locat. Ald. Baſil. *tandem faciendum*; Par. Vaſc.

74. *Potuerat autem.*] *Potuerit*; Obrecht. Voſſ. ſec.

75. *Ad diſponendum.*] *Ad reſpondendum* ſenſus integritas expoſcit. REGIUS.

76. *Fideliter firmum.*] *Fidele & firmum.* FRANCIUS. *Fideliter.*] πιστῶς, ita probabiliter, ut fidem mereatur. CAPPER.

77. *A primis actionibus.*] Orationes illas continuas & perpetuas intellige, quæ *altercationem* præcedunt. CAPPER.

78. *Quales fere ſunt.*] *Quales facti ſunt*; V. C. Alm. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Aſcenſius conjiciebat *fatui.*

79. *Qui literas neſciunt.*] Οἱ ἀγράμματοι, ignari, imperiti, omnis eruditionis expertes, literarum plane rudes, CAPPER.

80. *Improbitas.*] Importunitas & audacia illorum *altercatorum*, qui turbidi clamoſique ſunt. CAPPER.

81. *Diu pugnare.*] *Diu pugna*; V. C. Alm. Locat. Ald. Baſil. Vidov. Voſſ. ſec.

82. *Quæ obtinere.*] In quibus adverſarium vincere, ſuperare, non poſſis; ubi ſuperior illo fieri nequeas. CAPPER.

83. *Mitior ſolet.*] *Minor*; marg. Baſil.

84. *Culpam præſertim deprehenſam.*] Vide Joan. Druſ. Apophth. lib. II. n. 39.

Bis peccat, qui crimen negat.

P. Syrus.

Factum tacendo (f. tuendo) crimen facis acrius;
Geminat peccatum, quem delicti non pudet. ALMEL.

85. *Dum ſtat acies.*] *Metaphora* eſt ducta a re militari, cum utrimque acerrime decertatur, victoria neutram in partem inclinante. TURNEB.

86. *Multi in re conſilii.*] *In rem*; Voſſ. ſec.

87. *Et ſæpe diſcrimen omne.*] Sic appellat rem totam in ſummum periculum adducere; ut, cum dicit adverſarius ſeſe non recuſare, quin ipſe *cauſſa* cadat, ſi tu proferre aliquod inſtrumentum poſſis. *Idem.* Hæc locutio ex jure videtur ſumpta, ubi *multam committere*, *edictum committere*, & ſimilia ſæpe occurrunt: de quibus vide Cælii Calcag. lib. XIII. Epiſt. I.

88. *Quod apprehendens, minus, majus.*] *Minus*, ut otioſum ac prorſus ſuperfluum, mihi videtur expungendum. REGIUS. *Minus* habet Locat.

89. *Quarum utramlibet.*] *Quarum utramlibet eligat, male ſit electurus.* FRANCIUS.

quod in *altercatione* ſit potentius, quam in *actione*; quia [90] in illa nobis ipſi reſpondemus, [91] in hac adverſarium quaſi confeſſum tenemus. Eſt in primis acuti, videre quo judex dicto moveatur, quid reſpuat: quod [92] ex vultu ſæpiſſime, & aliquando etiam dicto aliquo factove ejus deprehenditur. Et inſtare proficientibus; & ab iis, quæ non adjuvant, quam molliſſime pedem oportet referre. Faciunt hoc medici quoque, ut remedia [93] perinde perſeverent adhibere, vel deſinant, ut illa recipi, vel reſpui vident. [94] Nonnunquam, ſi rem evolvere propoſitam facile non ſit, inferenda eſt alia quæſtio; atque in eam, ſi fieri poteſt, judex avocandus. Quid enim, cum reſpondere non poſſis, agendum eſt, niſi ut aliud invenias, cui adverſarius reſpondere non poſſit? In plerisque judex eſt avocandus, ut dixi: [95] qui circa teſtes eſt locus, & perſonis modo diſtat, [96] quod hîc patronorum inter ſe certamen, [97] illic pugna inter teſtem & patronum. [98] Exercitatio vero hujus rei longe facilior. Nam eſt utiliſſimum, frequenter cum aliquo, qui ſit ſtudiorum eorumdem, ſumere materiam vel veræ, vel etiam fictæ controverſiæ, & diverſas partes *altercationis* modo tueri: quod idem etiam [99] in ſimplici genere quæſtionum fieri poteſt. Ne illud quidem ignorare advocatum volo, quo quæque ordine probatio ſit apud judices proferenda: cujus rei eadem in argumentis ratio eſt, [100] ut potentiſſima prima, [101] & ſumma ponantur. Illa enim ad credendum præparant judicem; hæc ad pronuntiandum.

90. *In illa.*] In *actione*, ſive oratione continua & perpetua; ubi vides ut τὸ pronomen *illa* ad propius vocabulum referatur: alia exempla congeſta ſunt in Budæi Commentar. & in Sanctii Minerv. CAPPER.

91. *In hac.*] In *altercatione*, de qua toto hoc capite: unde & τὸ pronomen *hac* ad remotius verbum pertinet. CAPPER.

92. *Ex vultu.*] *Et vultu*; V. C. Alm.

93. *Proinde perſeverent.*] *Perinde* legendum ſit: an *proinde*, facile (cum plurimum differant) ex ſenſu percipitur; ut jam quoque ſæpius diximus. REGIUS.

94. *Nonnunquam ſi rem.*] Hæc eſt ſolutio, de qua ſæpenumero diximus; quæ fit *per compenſationem*, cum aliquid non ſolvimus, ſed aliud objicimus. TURNEB. *Rem evolvere.*] Explicare, expedire, ſolvere, &c. CAPPER.

95. *Qui circa teſtes eſt locus.*] Hic locus ita erroribus eſt confuſus, ut mihi quidem nec percipi, nec corrigi poſſit. REGIUS. Nam docuit lib. v. cap. de teſtimoniis, ſæpenumero teſtem eſſe extra *cauſſam* avocandum. TURNEB. *Qui circa teſtes eſt locus & perſonis modo diſtat*; Gryph. Steph. Colin. *qui circa teſtes locus perſonis modo diſtat*; Obrecht.

96. *Quod hic.*] In *altercatione* videlicet, ubi *cauſſarum* patroni brevibus interrogatiunculis & reſponſionibus inter ſe certare ſolent. CAPPER.

97. *Illic.*] In loco qui circa teſtes eſt, ubi de teſtibus interrogandis aut refellendis agitur. CAPPER.

98. *Exercitio vero.*] Ut *exercitatio* legatur, ne admonendum eſt quidem. REGIUS.

99. *In ſimplici genere quæſtionum.*] Lib. III. cap. x: *cauſſa* dicitur ſimplex, quæ unius rei controverſia conſtat. CAPPER.

100. *Ut potentiſſima.*] Τὰ δυνατώτατα, quæ ſunt ad obtinendam *cauſſam* validiſſima. CAPPER.

101. *Et ſumma.*] Vide Ciceron. de *partionib.* cap. 8. ALMELOV. *Summa* vero dixit Fabius pro τῷ *ultima* vel *extrema*. CAPPER.

CAPUT V.

[1] *De judicio & conſilio.*

HIS pro noſtra facultate tractatis, non dubitaſſem tranſire protinus ad *diſpoſitionem*, quæ ordine ipſo ſequitur: niſi vererer, ne, quoniam fuerunt, [2] qui *judicium inventioni* ſubjungerent, præteriſſe hunc locum quibuſdam viderer, qui mea quidem opinione adeo partibus operis hujus omnibus connexus ac mixtus eſt, ut ne a ſententiis quidem aut verbis ſaltem ſingulis poſſit ſeparari; [3] nec magis arte traditur, [4] quam guſtus, aut odor. Ideoque nos, quid in quaque re ſequendum cavendumque ſit, [5] docebimus, ut ad ea *judicium* dirigatur. [6] Præci-

1. *De judicio & conſilio.*] Eloquentia maxime pendèt a prudentia, cujus partes ſunt *judicium & conſilium*; quæ quanquam finitima ſunt, hoc tamen differunt, quod *judicium* eſt in rebus inventu facilioribus, & quaſi ſe oſtendentibus; *conſilium* in occultis, retruſioribus, & dubiis. De quo vide Cicer. *in Orat. ad Brutum* & Eraſm. in *Eccleſ.* lib. I TURNEB.

2. *Qui judicium inventioni ſubjungerent.*] Tanquam ſpeciem generi, vel partem toti. CAPPER.

3. *Nec magis arte traditur, &c.*] *Judicium* certe pendet a naturali oratoris ingenio, & a rerum perſonarumque circumſtantiis. CAPPER.

4. *Quam guſtus aut odor.*] Vix mihi temperavi, quin continenter hic adſcriberem quæ poſt lineas aliquot ſequuntur; *referatur oportet ad ſenſus, qui non docentur.* Veteri conjecturæ meæ vires addebat eruditus Rollinus, qui hæc verba hunc in locum reſtituenda eſſe annoravit: ſed contra MSS. & editionum fidem mutare quidpiam religioni nobis fuit, & quid expedire nobis videretur, annotare ſatis habuimus. CAPPER.

5. *Docebimus.*] *Docemus ac deinceps docebimus*; MSS. Bodl. Alm. Andr. Locat. Ald. Par. Baſil. Colin. Vidov.

6. *Præciplam communia.*] Non verba tantum hoc loco, ſed verſus quoque ipſi ſunt tranſpoſiti ac perturbati: ſic autem ſunt in ordinem redigendi: *Præcipiam igitur, ne, effici quod non poteſt, aggrediamur; ut contraria vitemus, & communia, ne quid*, &c. REGIUS. *Præcipiam igitur*; Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. BURMAN. In Campani editione legitur: *præcipuam igitur rem, ſine qua effici nil poteſt, aggrediamur*: quæ lectio contemnenda non eſt. CAP-

pium igitur, ne, quod effici non poteſt, aggrediamur; ut contraria vitemus, & communia; ne quid in eloquendo corruptum obſcurumque ſit, [7] referatur oportet ad ſenſus, qui non docentur. Nec multum a *judicio* credo diſtare [8] *conſilium*; [9] niſi quod illud oſtendentibus ſe rebus adhibetur; hoc latentibus, & aut omnino nondum repertis, aut dubiis; [10] & quod *judicium* frequentiſſime certum eſt; *conſilium* vero eſt ratio quædam alte petita, & plerumque plura perpendens & comparans, habenſque in ſe & *inventionem*, & *judicationem*. [11] Sed ne hæc quidem præcepta in univerſum ſpectanda ſunt; nam [12] ex re ſumitur, [13] cui locus [14] ante *actionem* eſt frequenter. Nam Cicero ſummo *conſilio* videtur [15] in Verrem vel contrahere tempora dicendi maluiſſe, quam in eum annum, quo erat Quint. Hortenſius conſul futurus, incidere. [16] Et in ipſis *actionibus* [17] primum ac potentiſſimum obtinet locum. Nam quid dicendum, quid tacendum, [18] quid diffitendum ſit, [19] exigere, *conſilii* eſt; [20] negare ſit ſatius, an defendere; ubi *proœmio* utendum, & quali; narrandumne, & quo modo; [21] jure prius pugnandum, [22] an æquo; [23] qui ſit ordo utiliſſimus; [24] tum omnes *colores*, aſpere an leniter, an etiam ſubmiſſe loqui expediat. Sed hæc quoque, ut quiſque paſſus eſt locus, monuimus; idemque in reliqua parte faciemus: pauca tamen exempli gratia ponam, quibus manifeſtius appareat, quid ſit, quod demonſtrari poſſe præceptis non arbitror. Laudatur *conſilium* [25] Demoſthenis, quod, cum ſuaderet bellum Athenienſibus parum id proſpere expertis, nihil adhuc factum eſſe [26] ratione monſtrat; poterat enim emendari negligentia. [27] At ſi nihil eſſet erratum, melioris in poſterum ſpei non erat ratio. [28] Idem, cum offenſam vereretur, ſi objurgaret populi ſegnitiem, in aſſerenda libertate reipublicæ, majorum laude uti maluit, [29] qui eam fortiſſime adminiſtraſſent. [30] Nam & faciles habuit aures, & natura ſequebatur, [31] ut meliora probantes pejorum pœniteret. Ciceronis quidem vel una pro Cluentio quamlibet multis exemplis [32] ſuffecerit ora-

PER. *Ne, quod non effici poteſt, aggrediamur.*] Quam appoſite Horatius de indoctis Art. Poët. 150.

——— *Et quæ*
Deſperat tractata niteſcere poſſe, relinquit. ALMEL.

7. *Referatur oportet ad ſenſus, qui non docentur.*] Verba hæc e proprio loco avulſa, & huc intruſa fuiſſe, fatebitur (opinor) quiſquis fuerit in Quinctiliani operis lectione verſatus: qua de re quid ſentiremus, in ſuperiore nota declaravimus ad illa verba: *quam guſtus aut odor.* CAPPER.

8. *Conſilium.*] De *conſilio* quatenus etiam ad *figuratas controverſias* pertinet, plura ſuppeditant Curius Fortunatianus pag. 40. 41. Rhetor. Pithœan. & Martianus Capella pag. 154. edition. Grot. CAPPER.

9. *Niſi quod illud oſtendentibus rebus.*] *Se* pronomen adſcribendum mihi videtur (etſi facile ſuppleri poſſit) hoc modo: *oſtendentibus ſe rebus.* REGIUS. *Se* non habent V. C. Alm. Locat. *e rebus.* Voſſ. ſec.

10. *Et quod judicium.*] *Et judicium*; Locat. Ald. Baſil. Obrechr. Voſſ. ſec.

11. *Sed ne hæc quidem.*] Significat *in conſilio*, & *judicio* non ſatis eſſe univerſales præceptiones; cum ſubinde pro ratione circumſtantiarum varientur. TURNEB.

12. *Ex re ſumitur.*] *Conſilium* ſumitur prout ſe habet res, de qua oratio hadenda eſt. CAPPER.

13. *Cujus locus.*] *Cui* mihi magis placet, quam *cujus.* REGIUS. *Cujus*; Locat. Voſſ. ſec.

14. *Ante actionem.*] *Dictionem*, manus viri docti in margine Edit. Gryph. Fabii ſenſus hic eſt: *antequam pronuncietur oratio.* CAPPER.

15. *In Verrem vel contrahere tempora.*] Agebat Verres omni ratione, ut *cauſſa* differretur uſque poſt Calendas Januarias; cum jam Hortenſius Verris patronus magiſtratum iniſſet: quod cum intelligeret Cicero, perpetuam orationem omiſit, & *altercatione* dumtaxat uti voluit. TURNEB. Cujus tamen opinio quadamtenus temperanda eſt per ea, quæ ſcripſit Aſconius Pedianus in argumento primæ action. Verrin: *Hoc*, inquit, *commentus eſt rationis* [Tullius] *ut orationem longam prætermitteret, neque in criminibus declamatione cumulandis tempus abſumeret; ſed tantummodo citaret teſtes ad unumquodque crimen expoſitum, & eos Hortenſio interrogandos daret: qua arte ita eſt fatigatus Hortenſius, ut nihil contra quod diceret, inveniret; ipſe etiam Verres deſperato patrocinio, ſua ſponte diſcederet in exilium.* CAPPER.

16. *Et ipſis actionibus.*] *In* præpoſitio mihi adſcribenda videtur, ut legatur: *& in ipſis actionibus.* REGIUS. *Id in ipſis.* FRANCIUS. *In* non habet V. C. Alm. *Id in ipſis*; Voſſ. ſec. *In actionibus.*] In habendis aut pronunciandis orationibus. CAPPER.

17. *Primum ac potiſſimum*] *Potentiſſimum*; V. C. Alm. Ald. Baſil. Gryph. Steph. Colin. Vidov. Voſſ. ſec. Oxon. Obr. ſolemni in his libris permutatione. BURMAN.

18. *Quid diffidendum.*] Sic quidem recte legi putatur: ſed ego unius literæ mutatione *diffitendum* contenderim eſſe emendandum, quamvis exemplaria huic meæ emendationi non accedant: eſt autem *diffiteri* negare ac non fateri. REGIUS. *Diffidendum*; V. C. Alm. Locat. *differendum*; marg. Steph. Voſſ. ſec.

19. *Exigere.*] Perpendere, &, ut vulgo aiunt, examinare. CAPPER.

20. *Negare ſit ſatis.*] *Satius* emendate in quibuſdam legitur exemplaribus. REGIUS. *Satis*; V. C. Alm. Locat.

21. *Jure prius.*] Hoc eſt, ſtricto jure, quod Græci vocant ἀκριβοδίκαιον. CAPPER.

22. *An æquo.* An ex æquo & bono, an τῇ ἐπιεικείᾳ quæ ſummi ſtrictique juris eſt remiſſio. CAPPER.

23. *Quid ſit ordo.*] *Qui ſit*; V. C. Alm. Locat. Ald. & reliquæ editiones.

24. *Tum omnes colores.*] Supple, conſilii eſt exigere & perpendere omnes orationis formas, colores, quos nunc *ſtylos* appellant, Hermogenes ἰδέας, Proclus apud Photium πλάσματα: de variis & *color* ſignificatibus apud Rhetoras diximus ad cap. 2. lib. IV. CAPPER.

25. *Demoſthenis.*] Olynthiaca II. PHILANDER.

26. *Ratione.*] Εὐλόγως, eo modo, qui rectæ rationi eſſet conſentaneus. CAPPER.

27. *Ac ſi nihil.*] *At* particulam ſenſus exigit, non *ac*, ut ſuperiori adverſetur; & *ſpei*, loco *rei*, legendum videtur. REGIUS. *Ac* & *rei*; Locat. *ac*; Ald. Voſſ. ſec.

28. *Idem cum.*] Olynthiaca III. PHILAND. Hæc ſumpta ſunt ex Dionyſio Halicarnaſſeo cap. de *figuratis cauſſis.* TURNEB.

29. *Qui eam fortiſſime.*] *Qui rem*; V. C. Alm. Andr. Locat. Ald. Steph. Baſil. Par. Vaſc Sich. Gryph. Colin. Vidov. parum refert; nam & *adminiſtrare rempubl.* recte dicitur: ita Livius XXXVIII. 48. & alia etiam; ut *factum adminiſtratum*, Val. Max. I. IV. I. Vide Munker. ad Hygin. Poët. Aſtron. II. cap. 4. BURMAN.

30. *Nam faciles.*] *Et* copula eleganter adſcripta eſt in aliis exemplaribus: *a* vero præpoſitio eſt eradenda hoc modo: *nam & faciles habuit aures, & natura ſequebatur.* REGIUS. Et *a natura*; Ald. Baſil.

31. *Ut meliora probantes pejorum pœniteret.*] Supple, τοὺς Athenienſes. CAPPER.

32. *Suffecerit.*] *Sufficeret*; Locat. Ald. Baſil. Gryph. Steph. Colin. Vidov. Voſſ. ſec.

tio. [33] Nam quod in eo *conſilium* maxime mirer? primamne [34] *expoſitionem*, [35] quæ matri, cujus filium premebat auctoritas, abſtulit fidem? an quod idem corrupti judicii crimen transferre [36] in adverſarium maluit, quam negare propter *inveteratam* (ut ipſe dicit) [37] *infamiam*? an quod in re invidioſa [38] legis auxilio noviſſime eſt uſus? quo genere defenſionis etiam offendiſſet nondum [39] præmollitas judicum mentes; an quod ſeipſum invito Cluentio facere teſtatus eſt? Quid pro Milone? quod non ante narravit, quam præjudiciis [40] omnibus reum liberaret? quod inſidiarum invidiam in Clodium vertit? quanquam re vera fuerat pugna fortuita: quod factum & laudavit, & tamen voluntatem Milonis removit? quod [41] illi preces non dedit, & in earum locum ipſe ſucceſſit? Infinitum eſt enumerare, [42] ut Cottæ detraxerit auctoritatem; [43] ut pro Ligario ſe oppoſuerit; [44] Cornelium [45] ipſa confeſſionis fiducia eripuerit. Illud dicere ſatis habeo, nihil eſſe non modo in orando, ſed in omni vita, prius *conſilio*; fruſtraque ſine eo tradi cæteras artes, pluſque vel ſine doctrina prudentiam, quam ſine prudentia facere doctrinam; [46] aptare etiam orationem locis, temporibus, perſonis, eſſe ejuſdem virtutis. Sed hîc quia latius fuſus eſt locus, mixtuſque cum *elocutione*, tractabitur, cum præcipere [47] de apte dicendo cœperimus.

33. *Nam quid in eo.*] *Quod* legendum eſſe, nemo non videt. REGIUS.

34. *Expoſitionem.*] Id eſt, *narrationem*, quæ ſæpius expoſitionis nomine indicatur, ut ſupra patuit ad cap. 2. lib. IV. CAPPER.

35. *Quæ matri.*] *Qua*; V. C. Alm. Andr. Locat. Ald. Vaſc. Baſil. Gryph. Colin. Steph. Obrecht.

36. *In adverſarium.*] Oppianicum, qui Cluentium ipſe veneno necandum per Fabricium curaverat. Vide argumentum Cluentianæ; nam Oppianicus judices ſuos per Stalenum unum e judicibus pecunia corrumpere conatus erat: ſed aliter evenire multo intellexit. Stalenus enim datam ab Oppianico pecuniam ſervavit domi, nec exteris judicibus diſtribuit. CAPPER.

37. *Infamiam.*] *Invidiam*; marg. Vaſc. & Steph. *inveterata invidia* legitur apud Ciceronem pro Cluentio cap. 1.

38. *Legis auxilio.*] Legem intelligit Semproniam (a Caio Sempronio Graccho latam) qua nonniſi Magiſtratus & Senatores tenebantur, non autem Equites, quorum e numero erat Cluentius. Hinc Cluentius nolebat ſe legis verbis defendi, ne qua ſuſpicio eſſet ipſum revera nocentem eſſe; cui Tullius primo quidem morem geſſit: poſtea tamen & noviſſime defendit eum ex ipſis legis Semproniæ verbis. Lege Cluentianam Ciceronis orationem num. 52. & ſequent. Edition. Græv. CAPPER.

39. *Præmollitas.*] *Præmolitas*; Locat. Ald. Voſſ. ſec.

40. *Omnibus rerum.*] *Reum* legendum eſſe qui non videt, inſtruendus Grammaticis reddatur. REGIUS.

41. *Illi preces non dedit, in earum locum ipſe ſucceſſit.*] Precantem Milonem non induxit, ipſe perſonam ſuſtinuit & pro Milone deprecantis. CAPPER.

42. *Ut Cottæ detraxerit auctoritatem.*] Oppius quæſtor fuit Cottæ, qui cum Lucullo Conſul adverſus Mithridatem infeliciter pugnavit. Cotta Oppium a ſe removit ob inſidiarum metum, ut ait Dion lib. XLVI. Oppio crimini datum eſt, quod de militum cibariis detraxiſſet: quod crimen ipſius Cottæ teſtimonio firmabatur. Ergo elevanda erat Cottæ auctoritas: hoc ipſum Cicero facit, eo præcipue quod argueretur Oppius exercitum largiendo corrumpere voluiſſe: igitur non detrahebat de militum cibariis. Vide Ciceron. oration. fragmenta, & Fabium lib. V. cap. 3. lib. 10. capp. 1. & 10. lib. 11. cap. 2. CAPPER.

43. *Ut pro Ligario ſe oppoſuerit.*] Tuberoni, qui Ligarium accuſabat, quod in Africa fuiſſet & in diverſis a Cæſare partibus Pompeianis: atqui & ipſe Tubero accuſator & Cicero patronus eaſdem illas Pompeii partes fuerant ſecuti: quibus tamen Cæſar ignoverat. CAPPER.

44. *Cornelium eripuerit.*] E damnationis periculo: vide Tullianar. oration. fragmenta. Fabius alludit ad id quod, cum Cornelius Tribunus plebis legem ferre vellet ne quis legibus ſolveretur, niſi de ea re ad populum eſſet relatum; & alter Tribunus plebis Servilius Globulus obſiſteret; ipſe Cornelius legem ſuam e codice legit: quod quidem erat contra receptum morem (nam Præco legebat ſubjiciente Scriba.) Cicero lectum codicem non negavit, rem ipſam faſſus eſt; ſed pernegavit inde conſequi deminutam fuiſſe Tribunitiam Majeſtatem. Vide Aſconii Pediani argumentum Cornelianæ in fragment. Ciceronian. CAPPER.

45. *Ipſa confeſſionis fiducia.*] Nam confeſſus eſt Cornelium in concione codicem legiſſe, non ut legem perferret, ſed ut recognoſceret. TURNEB.

46. *Aptare etiam.*] *Apparet etiam orationem accommodare locis*; Andr. Par. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Vidov. Voſſ. ſec. *apparet etiam orationem locis*; V. C. Alm.

47. *De apte dicendo.*] Vide cap. 1. lib. XI. CAPPER.

M. FAB. QUINCTILIANI
DE
INSTITUTIONE
ORATORIA
LIBER SEPTIMUS.

PRÆFATIO.

De diſpoſitionis utilitate.

I. DE *inventione* (ut arbitror) ſatis dictum eſt. Neque enim [1] ea demum, quæ ad docendum pertinent, exſecuti ſumus; [2] verum etiam motus animorum tractavimus. [3] Sed, ut opera exſtruentibus ſatis non eſt, ſaxa atque materiam, & cætera ædificanti utilia congerere, niſi diſponendis iis collocandiſque artificum manus adhibeatur; ſic in dicendo quamlibet abundans rerum copia cumulum tantum [4] habeat atque congeſtum, [5] niſi illas eadem [6] *diſpoſitio* in ordinem [7] digeſtas, atque inter ſe commiſſas devinxerit. Nec immerito [8] ſecunda quinque partium poſita eſt, cum ſine ea prior nihil valeat. Neque enim, quanquam fuſis omnibus membris, ſtatua ſit, [9] niſi * collocentur; &, ſi quam in corporibus noſtris aliorumve animalium partem permutes atque transferas, licet habeat eadem omnia, prodigium ſit tamen. Et artus etiam [10] leviter loco moti perdunt, quo [11] viguerunt, uſum; & turbati exercitus ſibi ipſi ſunt impedimento. [12] Nec mihi videntur errare, qui ipſam rerum naturam ſtare ordine putant, quo confuſo,

Totus hic liber attribuitur *diſpoſitioni*: cum tamen lib. III. de generis *demonſtrativi* & *deliberativi diſpoſitione* dixerit, hoc libro agit de *diſpoſitione* generis *judicialis*, docetque, quis eſſe debeat ordo *propoſitionum*, *quæſtionum*, & *capitum*: ſed, cum unuſquiſque *ſtatus* proprios habeat *locos* & propria *capita*, idcirco de ſingulis *ſtatibus* fuit agendum. TURNEB. Quædam capitis præſcriptio de *diviſione* ſeu *parenchireſi*, quod verbum exponitur a Turnebo lib. XII. cap. II. Attamen in textu Quinctiliani non potui reperire. Pro hoc VII. lib. vide Sulpitii Inſtitutiones. ANONYM. Sed quiſquis hujus ultimæ notæ fuit auctor, is παρεγχείρησιν cum diviſione perperam confudit: quodnam porro & quantum inter utramque diſcrimen intercedat, pluribus explicuimus ad cap. 4. lib. I. & ad cap. 6. lib. II. CAPPER.

1. *Ea demum.*] Id eſt, *ſolum*, *tantum*. Vide ad lib. II. cap. 15.

2. *Verum etiam motus animorum.*] Atque ita Ciceronem eſt ſequutus Fabius, qui *inventionem* in duas partes diviſit, *fidem* & *motum*. TURNEB. *Etiam motus animorum tractavimus.*] Non ſolum τοὺς λόγους, argumenta e ratione petita, quæ facem intellectui præbent, ut recte judicare poſſit, tractavimus; ſed etiam τὰ ἤθη, *mores* ſeu *leniores affectus*; & τὰ πάθη, *affectus vehementiores*, quæ voluntatem ad favendum iis, pro quibus dicimus, movent. CAPPER.

3. *Sed ut opera, &c.*] Similitudo eſt ducta ab architectura: cæterum ita eſt accipiendum, *inventionem* eſſe quaſi vice materiæ, *diſpoſitionem* vice formæ: materia per ſe eſt indigeſta, ſed a forma expolitur. TURNEB.

4. *Habeat.*] *Habet* malebat Francius.

5. *Niſi illas eaſdem.*] *Eadem*; V. C. Alm. Locat. Ald. & omnes fere, præter Lugd. & Obrecht. *niſi illa*; Voſſ. ſecund.

6. *Diſpoſitio in ordinem.*] Varro lib. VI. pag. 57. de Ling. Lat. *Ut olitor diſſerit in areas ſui cujuſque generis res; ſic in oratione qui facit, diſertus.* L. Columella lib. XII. cap. 2. de Villica: *Quis dubitet, nihil eſſe pulchrius in omni ratione vitæ diſpoſitione, atque ordine. Quod etiam ludicris ſpectaculis licet ſæpe cognoſcere*, &c. PITHOEUS.

7. *Digeſtas atque commiſſas.*] In cod. Voſſ. ſec. legitur *digeſta atque commiſſa. Commiſſas.*] *Committere* verbum proprium architectorum, duo vel ſaxa vel ligna inter ſe coaptata conſtringentium, idque vel interfuſa calce in ipſam rimam, vel ferro impacto in utrumque, vel bitumine, vel quovis alio ferrumine: hinc *commiſſura* dicitur ipſa conjunctio, atque ea pars, qua ſic duo inter ſe committuntur: hæc ex Vitruvio. MOSELLANUS.

8. *Secunda quinque partium.*] Cum Rhetoricæ quinque ſint partes, *inventio*, *diſpoſitio*, *elocutio*, *memoria*, & *pronunciatio*, ſecundum inter eas locum obtinet *diſpoſitio*. CAPPER.

9. *Niſi collocetur.*] Scribe *collocentur*, id eſt, niſi committantur. PHILAND.

10. *Leviter.*] *Leniter*; MS. Bodl. Andr. ſed jam Regius correxit.

11. *Viguerunt.*] *Viguerint*; Voſſ. ſec.

12. *Nec mihi videntur errare.*] Aiunt plerique philoſophi, omnia olim conturbata & confuſa fuiſſe in *chao*; poſtea in ordinem digeſta, pulcherrimam hanc orbis deſcriptionem effeciſſe; aiuntque futurum, ut aliquando in eamdem molem omnia rurſus confundantur. Plato quoque in Timæo, omnia in orbe ſummo ordine diſtributa a Deo deſcribit. TURNEB.

[13] peritura ſint omnia. Sic oratio carens hac virtute, tumultuetur neceſſe eſt, & ſine rectore [14] fluitet, nec cohæreat ſibi; multa repetat, multa tranſeat, velut nocte in ignotis locis errans; nec initio, nec fine propoſito, caſum potius, quam conſilium, ſequatur. Quapropter totus hic liber ſerviat [15] *diſpoſitioni*, [16] quæ quidem ſi [17] certa aliqua via tradi in omnes materias ullo modo poſſet, non tam paucis contigiſſet. Sed, cum infinitæ litium formæ fuerint, futuræque ſint, & tot ſeculis nulla reperta ſit *cauſſa*, quæ eſſet tota alteri ſimilis, [18] ſapiat oportet actor, & vigilet, & inveniat, & judicet, & conſilium a ſeipſo petat. Neque inficias eo, quædam eſſe, quæ demonſtrari poſſint, eaque non omittam.

13. *Peritura ſunt.*] *Sint* legendum eſſe, ne admonendum quidem eſt. REGIUS.

14. *Fluitet.*] Id eſt, nihil habeat firmi, quo inſiſtat; & nullum certum finem, quo dirigatur: *metaphora* a navi, rectore orbata, quæ fluctu maris aufertur; ut Cicero pro Sext. cap. 20. eleganter utitur: ſic *fluitantia tela*, Stat. v. Theb. 378. ubi vide Barth. & ad Claud. I. in Rufin. verſ. 4. BURMAN.

15. *Diſpoſitioni.*] *Diviſioni*; MSS. Bodl. Bal. Alm. Andr. Voſſ. ſec.

16. *Quæ quidem ſi certa, &c.*] Colligit ex hoc loco Rodolphus, Fabium exiſtimaſſe *diſpoſitionis* præcepta non poſſe tradi; cum alia atque alia *diſpoſitio* debeat eſſe, pro varietate litis: hunc tamen locum aliter accipiemus, ut exiſtimet Fabius, poſſe univerſales & generales tradi *diſpoſitionis* præceptiones, neque tamen eas ſatis eſſe, ſed quamdam petendam *diſpoſitionem* a litis proprietate, ut de argumentis quoque diximus. TURNEB.

17. *Certe aliqua vi.*] *Via*, *a* vocali adſcripta, legendum eſt. REGIUS. *Vi*; V. C. Alm. Locat. Ald.

18. *Sapiat Actor.*] Subintellige, *cauſſarum* forenſium, &c. CAPPER.

CAPUT PRIMUM:

De diſpoſitione facienda.

[1] SIT igitur (ut ſupra ſignificavi) [2] *diviſio*, rerum plurium in ſingulas; *partitio*, ſingularum in partes, diſcretus ordo, & recta [3] quædam collocatio prioribus ſequentia annectens; *diſpoſitio*, utilis rerum ac partium in locos diſtributio. Sed meminerimus, ipſam *diſpoſitionem* plerumque utilitate mutari, nec eamdem ſemper primam quæſtionem ex utraque parte tractandam. Cujus rei, ut cætera exempla prætercam, Demoſthenes quoque atque Æſchines poſſunt eſſe documento, [4] in judicio Cteſiphontis diverſum ſecuti ordinem; [5] cum accuſator a jure, quo videbatur potentior, cœperit; [6] patronus omnia, vel pene omnia ante jus poſuerit, quibus judicem quæſtioni legum præpararet. [7] Aliud enim alio docere prius expedit: alioqui ſemper petitoris arbitrio diceretur: [8] denique in accuſatione mu-

Primum generalia quædam præcepta de quæſtionum ac propoſitionum *diſpoſitione* ponit; deinde quo pacto in ſingulis *ſtatibus* diponi debeant, explicat. Cæterum de *diviſione* hoc loco agit, quoniam illa totius orationis *diſpoſitionem* oſtendit. Rodolphus Agricola id ita videtur accipere, quia de *diviſione capitum* in *ſtatibus* ſit acturus. TURNEB.

1. *Sit igitur.*] Cohæret hoc caput in MSS. præfationi: ſed jam Regius diſtinguendum eſſe docuit.

2. *Diviſio .... partitio.*] Cicero in *Topicis* num. 28. & 31. *diviſionem* a *partitione* ita ſecernit, ut hæc ſit totius in ſuas partes, vel in ſua membra, ut corporis in caput, pedes, manus, &c. illa vero ſit generis in ſuas ſpecies, vel formas: & tamen, quod mirere, idem ibidem tria hæc, *legem*, *morem*, *æquitatem* numero 28. facit ut totidem membra *partitionis*: & num. 31. ut totidem ſpecies ejuſdem generis. An erat Tullius ῥητορικώτερος, quam διαλεκτικώτερος? CAPPER.

3. *Quædam & locatio.*] *Et* copula tollenda, & *col* ſyllaba loco ejus adſcribenda, ut *collocatio* legatur. Exponit vero Fabius differentiam, quæ eſt inter *diviſionem* & *partitionem*, quam etiam lib. v. ex Ciceronis ſententia attigit; nam *diviſio* eſt generis in ſpecies; *partitio* autem eſt totius in partes diſtributio. Docte ergo *diviſio* eſſe dicitur rerum plurium in ſingulas diſcretus ordo; *partitio* autem ſingularum in partes: de ea vero *diviſione* copioſiſſime in hoc libro diſſerit Fabius, quam Græci, tum διαίρεσιν, tum παρεγχείρησιν vocant; nam ſingularum *conſtitutionum* quæſtiones in proprios *locos* dividit, quibus unaquæque controverſia explicatur: qua nihil utilius, magiſque neceſſarium declamare volentibus tradi poteſt. Quanquam Georgius Trapezuntius de hac *diviſione* Latinorum neminem verbum feciſſe ſcribit, cum de ea toto volumine Quinctilianus diligentiſſime præcipiat. Cæterum ita ſunt depravata, ut minime ſit mirandum, ſi Trapezuntius, homo Græcus, ea percipere non potuit, quæ ne a Latinis quidem intelligerentur, niſi mendæ forent ſublatæ. REGIUS. *Rerum plurium in ſingulas; partitio, ſingularum in partes diſcretus ordo;* Vaſc. & hanc diſtinctionem probat Sichardus, quia conſentit cum Ciceronis traditione: forte legendum eſt: *diviſio rerum plurium in ſingulas, ut partitio ſingularum in partes, diſcretus ordo. Locatio* autem V. C. Alm. Lugdun. Oxon. Obrecht. *collatio*: Par. Steph. reliquæ vero *collocatio*. BURMAN. In ſuperiori Raphaelis Regii notâ male confunditur ἡ διαίρεσις cum τῇ παρεγχειρήσει. Harum diſcrimen expoſuimus in notis ad cap. 4. lib. I. & ad cap. 6. lib. II. CAPPER.

4. *In judicio Cteſiphontis.*] Lege orationes & Æſchinis contra Cteſiphontem, & Demoſthenis pro Cteſiphonte, ſeu *de Corona*. CAPPER.

5. *Cum accuſator a jure, &c.*] Initio Æſchines has duas leges tractat, neminem coronandum eſſe, niſi rationes reddiderit; coronamque dandam, vel in concione, vel in curia, non autem in theatro, ut fecit Cteſiphon; demum de vita Demoſthenis dixit. Demoſthenes autem primum de rebus a ſe geſtis, deinde de jure. TURNEB.

6. *Patronus omnia.*] *Patronus contra omnia;* Obr. *Omnia vel pene.*] *Vel* abeſt a V. C. Alm.

7. *Aliud enim alio docere.*] In aliis ſic legitur: *aliud enim alii docere prius expedit*, ut ſit ſenſus, aliquid utile eſſe petitori, ſi primo loco ponatur; aliud *defenſori*. TURNEB. *Aliud enim alii dicere prius expedit;* Obrecht. curis ſecundis. BURMAN.

8. *Denique in accuſatione, ut vacuum ſe uterque defendat; &c.*] Ego aliquid in hoc ſenſu deſidero, quod in exem-

tua, cum ſe uterque defendat, priuſquam adverſarium arguat, omnium rerum neceſſe eſt [9] ordinem eſſe diverſum. [10] Igitur quid ego ſim ſecutus, quod partim præceptis, partim uſurpatum ratione cognoveram, promam; nec unquam diſſimulavi. [11] Erat mihi curæ in controverſiis forenſibus noſſe omnia, quæ in *cauſſa* verſarentur. Nam in ſchola certa ſunt, & pauca, & ante declamationem exponuntur, quæ θέματα Græci vocant, [12] Cicero *propoſita.* Cum hæc in conſpectu quodammodo collocaveram, non minus pro adverſa parte, quam pro mea, cogitabam. Et primum (quod non difficile dictu eſt, ſed tamen ante omnia intuendum) conſtituebam, [13] quid utraque pars vellet efficere, tum per quid, hoc modo. Cogitabam quid primum petitor diceret. Id aut confeſſum erat, aut controverſum. [14] Si confeſſum, non poterat ibi eſſe quæſtio. Tranſibam ergo ad reſponſum partis alterius: idem intuebar: nonnunquam etiam, [15] quod inde obtinebatur, confeſſum erat. [16] Ubi primum cœperat non convenire, quæſtio oriebatur. Id tale eſt: *Occidiſti hominem, occidi:* convenit. Tranſeo. Rationem reddere debet reus, quare occiderit: *Adulterum*, inquit, *cum adultera occidere licet:* legem eſſe certum eſt. Tertium jam aliquid videndum eſt, in quo pugna conſiſtat: *Non fuerunt adulteri; fuerunt:* quæſtio. De facto ambigitur: [17] *conjectura* eſt. [18] Interim vero & tertium confeſſum eſt, adulteros fuiſſe: *Sed tibi*, inquit accuſator, *illos non licuit occidere;* [19] *exſul enim eras*, [20] *& ignominioſus:* de jure quæritur. At ſi protinus dicenti, *occidiſti*, reſpondeatur, *non occidi*; ſtatim pugna eſt. Sic explorandum eſt, ubi controverſia incipiat, & conſiderari debet, quæ primam quæſtionem facit. [21] *Intentio* ſimplex, *Occidit* [22] *Saturninum Rabirius*; [23] conjuncta, *Lege de ſicariis commiſit L. Varenus.* Nam C. [24] Varenum occidendo, & Cn.

plaribus non invenitur, quodque hactenus huic loco neceſſarium eſſe minime eſt animadverſum: quod ſane quam grande flagitium eſt, cum nullus integer ſanuſve ſenſus, niſi id, quod deeſt, adſcribatur, elici poſſit. Quo namque modo in accuſatione neceſſe eſt rerum ordinem eſſe diverſum, ut vacuum ſe uterque defendat, priuſquam adverſarium arguat? Certe hoc non eſt neceſſe, cum defenſor accuſatoris ordinem in reſpondendo ſequi interdum pulcherrime poſſit. Quonam igitur pacto corrigendus hic locus? an *mutua* nomen, ut in diſputationibus illis noſtris, quæ circumferuntur, diximus, eſt adſcribendum? nam in mutua accuſatione, quæ ἀντικατηγορία dicitur, neceſſe eſt ordinem eſſe diverſum: quare *mutua*, vel refragantibus exemplaribus, adſcribendum mihi videtur. REGIUS. *Mutua accuſatio* Græcis ἀντικατηγορία, quaſi dicas *recriminationem*, de qua lib. III. cap. 12. & hujus libri cap. 2. cui non abſimile, quod ἀντέγκλημα dicitur, cum omnis noſtra defenſio conſtat ejus accuſatione, qui vindicatur, ut paulopoſt cap. 4. dicit. PHILAND. In *anticategoria*, id eſt, *recriminatione* & mutua accuſatione, contraria eſt utriuſque partis *diſpoſitio*; ut, ſi objicias mihi homicidium, ego tibi ſacrilegium; prius ego dicam de homicidio, ut me purgem; tu prius de ſacrilegio. TURNEB. *In accuſatione, ut vacuum ſe uterque defendat*; MSS. Bodl. Alm. Andr. *in mutua accuſatione, ut vacuum ſe uterque*; Ald. Sich. *in accuſatione mutua, ut ſe uterque*; Gryph. Steph. Colin. Vidov. *in accuſatione mutua cum ſe uterque*; Obrecht. *mutua* non eſſe in veteri exemplari, & in aliis *vacuum* deeſſe notavit etiam Sichardus: ſed nos Obrechti lectionem veram putamus, cum ex illis, *ut vacuum* recte conficitur; ſi enim *m* præponatur, erit *mutuacuum*, pro *mutua cum*: cum vero non intelligerent librarii illud, *ut vacuum*, omiſerunt *vacuum*, & *ut* retinuerunt. BURMAN.

9. *Ordinem eſſe diverſum.*] *Diviſum*; Vallæ lib. & Voſſ. ſecund.

10. *Igitur quid ego ſum ſecutus p. p. p. uſurpatum ratione.*] Mendis non vacat hic locus, quum ſenſus videatur apertus. Emendatur autem, ſi *ſim* legatur, & *quod* adſcribatur, hoc modo: *Itaque quid ego ſim ſecutus, quod partim præceptis, partim uſurpatum ratione cognoveram, promam.* REGIUS. *Igitur quod ego ſum ſecutus partim, &c.* Locatel. *igitur quod ego ſum ſecutus, qui partim*; Ald. *igitur quod ipſe ſum ſecutus, quod partim*; Vallæ lib.

11. *Erat mihi curæ, &c.*] Cum *diſpoſitio* tota pendeat ab ipſo *ſtatu*, ac utriuſque partis firmamentis & adjumentis, idcirco hac de re tractat Fabius, ut inde diſponendi rationem eruat. TURNEB.

12. *Cicero propoſita.*] In Topicis 21. Θέσιν *propoſitum* vertit.

13. *Quid utraque pars vellet efficere.*] Prius illud refertur ad id, quod adverſarius obtinere vult; ut Cicero vult obtinere, *jure cæſum Clodium*: poſterius ad firmamenta & adjumenta refertur, quibus probamus, quod efficere volumus; ut Cicero docet, *inſidiatorem eſſe Clodium.* TURNEBUS.

14. *Si non confeſſum, poterat ibi.*] Sic quidem, & publice quoque legitur; ſed non ſine maximo errore, qui ſane ex iis, quæ ſequuntur, facile deprehenditur: *Tranſibam*, inquit, *ad reſponſum partis alterius.* Quid enim opus eſt tranſire, ſi ibi poteſt eſſe quæſtio? quæſtionis namque pars altera utrique parti ſemper eſt tuenda. Quare illud *non*, in tertium locum mihi videtur transferendum, hoc modo: *Si confeſſum, non poterat ibi eſſe quæſtio.* REGIUS. *Si non confeſſum, poterat*; Locat. Voſſ. ſec.

15. *Quod inde obtinebatur.*] *Objiciebatur*; Vallæ lib. & Voſſ. ſec.

16. *Ubi primum cœperat.*] Habendum eſt in memoria, quod diximus libro tertio, a Fabio *ſtatum* non poni in illa prima quæſtiuncula, ſed in ſumma judicatione: quanquam cæteri rhetores *ſtatum* ponunt in prima quæſtione. TURNEB.

17. *Conjectura eſt.*] Quæſtionis *ſtatus* eſt *conjecturalis.* CAPPER.

18. *Interim & ego tertium.*] *Ergo* legendum eſſe, ac illi copulæ *&* præponendum, facile eſt videre, hoc modo: *Interim ergo & tertium confeſſum eſt.* REGIUS. *Interdum*; nonnulli. *Interim & ego*; V. C. Alm. Locat. & Voſſ. ſecund. *interim vero &*; Steph. Roign. Oxon. Obrecht.

19. *Exul enim eras.*] Exul enim, cui interdictum eſt aqua & igni, amittit civitatem & civitatis jura: ignominioſus quoque multa jura amittit: oritur igitur *ſtatus* legalis, *an lex Julia, qua conceditur, ut adulter cum adultera occidatur, id permittat ignominioſo & exuli.* TURNEB. *Exlex eras*; Voſſ. ſec.

20. *Et ignominioſus.*] *Ut*; V. C. Alm. dicitur autem *ignominioſus*, qui aliqua publice notatus eſt infamia. CAPPER.

21. *Intentio ſimplex.*] Iſta huc pertinent, ut doceat, quam *diſpoſitionem* ſequi debeat accuſator in ſimplici *intentione* & conjuncta: cumque *intentioni* aliquid opponat defenſor, oſtendet Fabius quæ *diſpoſitio* ſit in defenſione ſimplici, aut in defenſione conjuncta. TURNEB. *Intentio.*] Id eſt, accuſatio. CAPPER.

22. *Saturninum.*] De hac cæde eſt oratio Ciceronis pro Rabirio.

23. *Conjuncta.*] Hic diſtinguendum; ſcilicet quæſtio eſt: exemplum hujus infertur, *lege de ſicariis commiſit.* Eſt autem hæc peculiaris Juriſconſultorum locutio *lege committere*, hoc eſt, *in legem.* REGIUS. Eodem fere ſenſu Varro lib. II. de Re Ruſt. dixit: *lege mulctam committere.* CAPPER.

24. *Varenum occidendo*] Vide fragmenta Tullianæ orationis pro Vareno tom. 7. edition. Grævianæ. CAPPER.

vulnerando, & Salarium item occidendo, cadit. Nam ſic [25] diverſæ propoſitiones erunt: quod idem [26] de petitionibus dictum ſit. Verum ex conjuncta propoſitione plures eſſe quæſtiones, ac *ſtatus* poſſunt, [27] ſi aliud negat reus, [28] aliud defendit, [29] aliud jure *actionis* excludit. In quo genere [30] agenti eſt diſpiciendum, [31] quid quoque loco diluat. Quod pertinet [32] ad actorem, non plane diſſentio a Celſo, qui ſine dubio Ciceronem eſt ſecutus. [33] Inſtat tamen huic parti vehementius, ut putet, [34] primo firmum aliquid eſſe ponendum, [35] ſummo firmiſſimum, imbecilliora medio; quia & initio movendus ſit judex, & ſummo impellendus. At pro reo plerumque graviſſimum quidque primum [36] movendum eſt, ne illud ſpectans judex reliquorum defenſioni ſit averſior. Interim tamen & hoc mutabitur, [37] ſi leviora illa palam falſa erunt, [38] graviſſimi defenſio difficilior: ut, detracta prius accuſatoribus fide, [39] aggrediamur ultimum, jam judicibus omnia vana eſſe credentibus. Opus erit tamen præfatione, qua & [40] ratio reddatur dilati criminis, & promittatur defenſio; ne id, quod non ſtatim diluemus, timere videamur. Anteactæ vitæ crimina plerumque [41] prima purganda ſunt; ut id, de quo laturus eſt ſententiam judex, audire propitius incipiat. Sed hoc quoque pro Vareno [42] Cicero in ultimum diſtulit; non quid frequentiſſime, ſed quid tum expediret, intuitus. [43] Cum ſimplex *intentio* erit, [44] videndum eſt, an unum aliquid reſpondeamus, an plura. [45] Si unum, [46] in re quæſtionem inſtituamus, an in ſcripto. [47] Si in re, negandum ſit, quod objicitur, [48] an tuendum. Si in ſcripto, in qua ſpecie juris pugna ſit; & in ea [49] de verbis, an voluntate quæratur. Id ita conſequemur, ſi intuiti fuerimus, quæ ſit lex, quæ litem faciat, hoc eſt, qua judicium ſit conſtitutum. [50] Nam quædam [51] in *ſcholaſticis* ponuntur ad conjungendam modo actæ rei ſeriem; [52] ut: *Pater expoſitum qui agnoverit, ſolutis alimentis recipiat. Minus dicto audientem filium liceat abdicare. Qui expoſi-*

25. *Diverſæ propoſitiones erunt.*] Hoc capite *propoſitiones* accipere debemus pro accuſatoris *objectionibus* & *intentionibus*, quæ proponuntur, ut apparet ex ſequentibus, cum ait: *Ubi multa contra unam propoſitionem dicimus, &c.* TURNEB.

26. *De petitionibus.*] Sunt autem *petitiones* in *cauſſis* privatis, *accuſationes* in publicis. TURNEB.

27. *Si aliud negat reus.*] Qui *ſtatus* quæſtionis eſſet *conjecturalis*, ſive *inficialis*. CAPPER.

28. *Aliud defendit.*] Qui *ſtatus* eſſet *qualitatis*, aut *abſolutus*, aut *aſſumptivus*. CAPPER.

29. *Aliud a jure actionis.*] *A* præpoſitio mihi excludenda ex hoc contextu videtur; tunc enim jure *actionis* excludimus crimen, quod neque negari, neque defendi poteſt, cum aliquo juris remedio elabimur, ut non videatur jure *actio* intendi, ut in tertio Fabius ait. REGIUS. *A jure actionis;* MS. Bodl. Locat. Ald. Baſil. Voſſ. ſecund. *Jure actionis excludit.*] Qui *ſtatus* eſſet *tranſlativus*, de quo vide infra cap. 5. CAPPER.

30. *Agenti.*] *Agendi;* MSS. Bodl. Alm. & Voſſ. ſecund. Andr. Sich. Baſil. Colin. *& agenti eſt deſpiciendum;* Ald.

31. *Quid quoque loco.*] *Quid quo loco;* Vallæ liber, ſed ſciolus ſubſcripſerat *quove*. *Quid quo;* Steph. Roign. ita & lib. IV. 2. *Ut quid quo loco proſit, oſtendam.* Ubi etiam *quid quoque* ſubſtitutum notat Regius multis locis; & ad finem hujus capitis, *quæ in quem ſtatum frequentiſſime incidant;* ubi & *quæ in quemque* legitur. Salluſt. Catil. 23. *quæ quo modo audierat;* ubi alii *quæ & quo modo*, alii *quæque quo modo*. BURMAN.

32. *Ad doctorem.*] Quidam *doctorem* in *actorem* commutant, & recte quidem; nam *actor* proprie dicitur, qui prior agit, ſive ſit accuſator, ſive petitor. REGIUS. *Doctorem;* V. C. Alm. Locat. Voſſ. ſecund.

33. *Inſtat tamen huic.*] Cornelius Celſus in hoc *diſpoſitionis* præcepto erravit; putavit enim hanc diſponendi rationem utilem eſſe non ſolum accuſatori, ſed etiam defenſori. Fabius accuſatori utilem putat. TURNEB. *Inſtat enim;* Voſſ. ſecund.

34. *Primo .... medio, &c.*] Supple, loco. CAPPER.

35. *Summo.*] Id eſt, ultimo loco. CAPPER.

36. *Movendum eſt.*] *Diluendum eſt;* marg. Colon. quod probat Aſcenſius, vel *amovendum:* ſequitur hic Aſcenſium Rollinus, & *amovendum* legi mallet.

37. *Si leviora illa.*] Supple, objecta crimina. CAPPER.

38. *Graviſſimi.*] Objecti criminis. CAPPER.

39. *Aggrediamur ultimum.*] Graviſſimum illud crimen ab accuſatore objectum, ut illud idem diluamus, refutemus, &c. CAPPER.

40. *Ratio reddatur dilati criminis.*] Cur videlicet objecti criminis refutationem, ſeu depulſionem diſtulerimus. CAPPER.

41. *Prima impugnanda.*] Ne huic ſenſui contraria ſint, quæ ſequuntur, pro *impugnanda*, *pugnanda* legendum. REGIUS. *Impugnanda;* MS. Bodl. Andr. Voſſ. ſec. *primum impugnanda;* marg. Sich. Baſil.

42. *Cicero.*] Ut pro Muræna.

43. *Cum ſimplex intentio eſt.*] Nunc Fabius docet, quid agere debeat defenſor, ut optime diſponat; nam quæ antea de defenſore dixit, huc pertinebant, ut refutaretur Celſi opinio. TURNEB. *Intentio eſt.*] *Erit;* V. C. Alm. Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Oxon. Obrecht.

44. *Videndum eſt, an unum.*] *Videndum eſt unum;* V. C. Alm. nec male: ita & mox ter omittit primo loco *an*. Vide Heinſium ad II. Faſt. 394. & IV. 7. Ciaccon. ad Sall. Cat. 31.

45. *Si unum, jure quæſtionem.*] Pro *jure*, in quibuſdam exemplaribus *in re* emendate legitur. REGIUS. *Jure;* marg. Baſil.

46. *In re quæſtionem inſtituamus, an in ſcripto.*] Alludit nunc Fabius ad primariam *ſtatuum* generalium diviſionem, ſecundum quam alii ſunt *de re* & vocantur λογικοί, *rationales*; alii *de ſcripto*, & dicuntur νομικοί, *legales*. De his vide quæ ſupra notavimus ad lib. III. cap. 5. & 6. CAPPER.

47. *Si jure negandum ſit q. o. aut tuendum.*] *In re* hic quoque legendum eſt, & *an*, loco *aut*. REGIUS. *Negandum ſit, quod objicitur, &c.*] Prius illud membrum duos complectitur *ſtatus*, *conjecturam*, & *finitionem;* nam in *finitione* quoque negamus hoc eſſe factum: ſic uſurpat Fabius lib. V. TURNEB.

48. *An tuendum.*] Tanquam recte & jure factum, idque per *ſtatum qualitatis abſolutum*, vel ſaltem *aſſumptivum*, cujus quatuor ſpecies & alibi expoſuimus ad cap. 6. lib. III. & rurſus exponemus ad cap. 4. hujus libri. CAPPER.

49. *De verbis ac voluntate.*] *An*, loco *ac* copulæ, legatur. REGIUS. *An de voluntate;* Obrecht. hic porro Fabius reſpicit ad unam *legalium* quatuor *ſtatuum* ſpeciem, cui nomen περὶ ῥητοῦ καὶ διανοίας, *de ſcripto & ſententia*, ſeu *voluntate*. Vide infra ad caput VI. CAPPER.

50. *Nam quædam.*] Supple, leges, ut patet ex inſequenti exemplo. CAPPER.

51. *In ſcholaſticis.*] Subauditur, controverſiis, aut *declamationibus*, μελέταις. CAPPER.

52. *Ut pater.*] *Ut puta;* marg. Baſil.

tum [53] *recepit*, [54] *imperat ei nuptias locupletis propinqui:* [55] *ille ducere vult filiam pauperis educatoris.* [56] Lex de expoſitis ad affectum pertinet, judicium pendet ex lege abdicationis. Nec tamen ſemper ex una lege quæſtio eſt, [57] ut in ἀντινομίᾳ. His ſpectatis apparebit, circa quæ pugna ſit. Conjuncta defenſio eſt; qualis [58] pro Rabirio: [59] *Si occidiſſet, recte feciſſet; ſed non occidit.* Ubi vero multa contra unam propoſitionem dicimus, cogitandum eſt primum, quidquid dici poteſt; tum ex his, quo quidque loco dici expediat, ordinandum. In quo non idem ſentio, quod de propoſitionibus paulo ante, [60] quodque de argumentis probationum loco conceſſi, aliquando nos incipere a firmioribus. Nam [61] vis quæſtionum [62] ſemper creſcere debet, & ad potentiſſima ab infirmiſſimis pervenire, ſive ſunt ejuſdem generis, ſive diverſi. [63] Juris autem quæſtiones ſolent eſſe nonnunquam ex aliis atque aliis [64] conflictationibus: facti ſemper idem [65] ſpectant: in utroque genere ſimilis ordo eſt. Sed prius de diſſimilibus, ex quibus infirmiſſimum quidque primum tractari oportet. Ideoque quaſdam quæſtiones exſecuti donare ſolemus, & concedere. Neque enim tranſire ad alias poſſumus, niſi omiſſis prioribus. Quod ipſum ita fieri oportet, non ut damnaſſe eas videamur, ſed omiſiſſe, quia poſſimus etiam ſine eis vincere. *Procurator alicujus pecuniam petit ex fœnore hereditario:* poteſt incidere quæſtio, *an huic eſſe procuratorem liceat.* Finge nos, poſtquam [66] tractavimus, remittere, vel etiam [67] convinci: quæretur, [68] *an ei, cujus nomine litigatur, procuratorem habendi ſit jus.* [69] Diſcedamus hinc quoque; [70] recipit materia quæſtionem, [71] *an ille, cujus nomine agi-*

53. *Recepit.*] *Recipit:* Obrecht. & Voſſ. ſecund.

54. *Imperat nuptias locupletis.*] Jubet, ut receptus filius uxorem ducat filiam locupletis. CAPPER.

55. *Ille ducere vult.*] *Deducere:* V. C. Alm. quod efficacius, ut invito patre in ejus domum deducere velle intelligatur: & ita hoc verbo Terentius utitur Adelph. IV. v. 60. & Hecyr. I. II. 60. Ovid. III. Faſt. 689.

Gaudet amans thalamoſque parat; deducitur illuc
Anna tegens vultus, ut nova nupta, ſuos.

& Plautus, aliique paſſim. BURMAN.

56. *Lex de expoſitis, &c.*] Lex prior nihil attinet ad judicii conſtitutionem: dumtaxat utrique parti eſt utilis ad affectum; nam pater dicet, ſe expoſitum recepiſſe: filius, dum expoſitus fuerit, ſe a paupere educatum fuiſſe: hinc affectus erit. TURNEB.

57. *Ut in ἀντινομίᾳ.*] Id eſt, in legum contrarietate. Sic autem vocatur unus e quatuor *ſtatibus legalibus*, ubi duæ ſaltem leges contrariæ inter ſe conferuntur & committuntur, ut judicium fiat utra utri prævalere debeat. Vide infra ad cap. 7. hujus libri. CAPPER.

58. *Pro Rabirio.*] Perduellionis reo, idque ob cædem Saturnini. CAPPER.

59. *Si occidiſſet, &c.* Eſt *antiparaſtaſis* & *enſtaſis*, in quibus ſervanda eſt hæc diſpoſitio; ut *antiparaſtaſis*, quæ infirmior eſt, prior collocetur: *enſtaſis*, quæ firmior, poſterior. Hermog. tamen lib. III. *de Inventione*, nunc priorem *enſtaſim*, nunc poſteriorem collocandam putat. TURNEB. Sed *enſtaſeos* & *antiparaſtaſeos* nominibus hoc in loco abutitur pſeudo-Turnebus; hæc enim *ſtatus abſolutæ qualitatis* capita non a reo ſolent adhiberi; ſed ab accuſatore, qui τὴν rei defenſionem ſic refellere conatur; per ἔνστασιν quidem, *tibi non licuit occidere:* per ἀντιπαράστασιν vero, *etiam ſi tibi licuiſſet occidere; at non hoc in loco, neque hoc tempore, &c.* Vide Hermogen. *Partition.* §. 7. & lib. III. *de Invent.* cap. 5. itemque Sulpicium Victorem in Rhetorib. Pithœan. pagg. 262. 263. 266. 267. ubi ἡ ἔνστασις Latine vertitur *negatio*, & ἀντιπαράστασις *oppoſitum:* pro quo Georgius Trapezuntinus male vertit *obſiſtentiam*; & pejus etiam Gaſpar Laurentius, *depulſionem.* CAPPER.

60. *Quodque de argumentis probationum loco.*] Quid ſibi vult illud *probationum loco?* nonne omnia argumenta ſunt loco probationum, ac potius probationes? An ſic eſt intelligendum, *loco probationum*, id eſt, ubi de probationibus eſt pertractatum; nam in lib. v. cap. 12. hoc idem tradit Fabius: *Quæſitum etiam, potentiſſima argumenta primone ponenda ſint loco, &c.* REGIUS. Suſpicor hoc, *probationum loco*, majoris lucis gratia a quopiam ſtudioſo olim annotatum, videlicet ut ſciretur, quo loco a Fabio conceſſum hoc de argumentis diſponendis. Neque enim mos eſt Fabio, ad plenum adeo & ſolicite repetere, quo quid loco dictum ſit. MOSELL.

61. *Jus quæſtionum.*] *Vis* legatur, ut poteſtas, firmitaſque intelligatur. REGIUS.

62. *Semper creſcere debet.*] *Semper* omittunt; MS. Bal. Andr. Par. Colin. *jus quæſtionum percreſcere debet:* Locat. *vis q. percreſcere debet*; Ald. Sich. Voſſ. ſecund. ſed illud verbum *percreſcere*, præterquam quod minus bene congruat, auctoritate caret: legitur quidem apud Seren. Sammon. cap. 36.

Avulſamque vetus rurſus percreſcere ſilvam.

ubi quidam codices *procreſcere*, alii *crebreſcere*: ſed certum mihi eſt, ſcripſiſſe Serenum *ſuccreſcere*, ut recte Stephanus: ſed prima ſyllaba abſorpta fuit ab ultima τοῦ *rurſus*, ut hic *per* ex *ſemper* adhæſit τῷ *creſcere*. BURMAN.

63. *Juris autem quæſtiones.*] Juris quæſtiones appellat *quæſtiones legales*, in quibus etiam complectitur *tranſlationem:* variæ ſunt autem quæſtiones illæ, atque alio & alio *cauſſam* deflectunt, ac nonnunquam *intentionem* eludunt, quod non fit in *quæſtionibus facti:* nam inter ſe conſpirant, & eodem tendunt. TURNEB.

64. *Conflictationibus.*] *Conflictionibus:* Locat. Ald. Obrecht. Voſſ. ſecund.

65. *Spectant.*] *Spectat:* Locat. Ald. Voſſ. ſecund.

66. *Tractavimus remittere.*] *Eam* adſcribamus, ut in aliis legitur exemplaribus; ut hic quoque legatur, *eam remittere.* REGIUS. *Eam* habet V. C. Alm. *tractavimus eam, remittere:* Ald. *finge nos (poſtquam tractavimus ea) remittere:* Baſil. & Voſſ. ſecund. ſed puto rectius ſive *ea*, ſive *eam*, omitti, & *tractare* hic abſolute poni; proprium enim hoc ſeculo verbum erat Juriſconſultorum, qui, cum anxie excuterent quæſtiones juris, aut de iis diſputabant, *tractare* dicebantur; ut egregie oſtendit Valeſius ad Amm. Marc. XXVIII. 4. ita mox, *quæ tractata faciliorem judicem faciant.* Juriſconſulti vero hoc verbum a Philoſophis ſumſerunt, quibus Cicero aliquoties id tribuit. Vide *Orat.* 21. & II. *de Orat.* 41. Serv. ad Virg. VII. Æneid. 204 deinde Eccleſiæ patres ad homilias ſuas traduxiſſe docuit cl. Grævius ad Cicer. IX. ad fam. 22. vid. & infr. lib. XI. I. & alibi. BURMAN. *Remittere.*] Gratis adverſario concedere: quomodo in ſcholis Logici dicunt, *tranſeat.* CAPPER.

67. *Convinci.*] Validis probationibus convictos adverſario concedere. CAPPER.

68. *An ei procuratorem habendi ſit jus.*] Nam, cum olim omnes *actiones* eſſent legitimæ, nemini pro altero agere in judicio licebat; nec niſi certis quibuſdam perſonis fas erat habere ſuæ litis procuratorem, idque in *cauſſis* dumtaxat civilibus & pecuniariis; non vero in *criminalibus:* tres tamen caſus excipiebantur, in quibus receptum erat, ut quis pro alio agere poſſet, videlicet pro populo, pro libertate, pro tutela: immo quartus caſus iis adjectus eſt ex lege Hoſtilia, nempe in *actione* furti, eorum nomine, qui apud hoſtes eſſent. Plura vide apud Juriſconſultos ad Tit. x. lib. IV. Inſtitut. Juſtinian. CAPPER.

69. *Diſcedamus hinc quoque.*] Ex hoc controverſiæ puncto diſcedamus, hunc etiam litis articulum adverſario concedamus. CAPPER.

70. *Recipit materia quæſtionem.*] *Recipit natura:* MSS. Bodl. Alm. Andr. Venet. Locat. Ald. marg. Baſil.

71. *An ille heres ſit.*] An ſit heres ex aliqua ſaltem por-

tur,

tur, heres ſit fœneratoris, an [72] *ex aſſe heres.* Hæc quoque conceſſa ſint; quæretur, *an debeatur.* Contra, [73] nemo tam demens fuerit, ut id, quod firmiſſimum duxerit ſe habere, remittat, & ad leviora tranſcendat. [74] Huic in ſchola ſimile eſt: *Non abdicabis adoptatum;* [75] *ut hunc quoque, non virum fortem; ut & fortem, non quicumque voluntati tuæ non paruerit; & ut in alia omnia ſubjectus ſit, non propter opinionem; & ut propter opinionem, non propter talem opinionem.* Hæc juris quæſtionum differentia eſt. In factis autem ad idem tendentia ſunt plura, ex quibus aliqua citra ſummam quæſtionem [76] remitti ſolent; ut, ſi is, [77] cum quo furti agitur, dicat: *Proba te habuiſſe,* [78] *proba perdidiſſe, proba furto perdidiſſe, proba mea fraude.* Priora enim remitti poſſunt: [79] ultimum non poteſt. [80] Solebam & hoc facere præcipue; ut vel [81] ab ultima ſpecie (nam ea fere eſt, quæ continet *cauſſam*) retrorſum quærerem uſque ad primam generalem quæſtionem; vel a genere ad extremam ſpeciem deſcenderem, etiam [82] in *ſuaſoriis*; ut deliberat Numa; *an regnum offerentibus Romanis recipiat.* [83] Primum id eſt genus, *an regnandum, an in civitate aliena, an Romæ, an laturi ſint Romani talem regem.* Similiter & in controverſiis: [84] *Optet enim vir fortis alienam uxorem.* Ultima ſpecies eſt, *an optare poſſit alienam uxorem.* Generale eſt, *an, quidquid optaverit, accipere debeat;* inde [85] *an ex privato, an nuptias,* [86] *an maritum habentem.* [87] Sed hoc non, quemadmodum dicitur, ita & quæritur. Primum enim occurrit fere, quod eſt ultimum dicendum; ut hoc: *Non debes alienam uxorem optare.* [88] Ideoque diviſionem perdit feſtinatio. Non oportet igitur [89] offerentibus ſe contentum eſſe: [90] quæratur aliquid, quod eſt ultra, [91] *ſi ne viduam quidem:* adhuc plus, *ſi nihil ex privato:* [92] ultimum retrorſum, [93] quod idem a capite primum eſt, [94] *ſi nihil iniquum.* Itaque propoſitione viſa, quod eſt facillimum, cogitemus, ſi fieri poteſt, quid naturale ſit primum reſponderi. Id, ſi tanquam res agatur, &

tione; verbi gratia, ex ſemiſſe, ex triente, ex quadrante, &c. CAPPER.

72. *Ex aſſe heres.*] Solent appellare juriſconſulti *aſſem*, totam hereditatem; quoniam illa more aſſis in duodecim partes dividitur: ſi igitur non eſſet *ex aſſe heres* ille, a quo petitur, eludere petitionem poſſet, quod non huic, ſed aliis heredibus ſolvere deberet fœnus. TURNEB. Duæ ſunt diſtinctæ quæſtiones, primo enim quæremus, an heres ſit: ſi hoc probetur, porro quæremus, *an ex aſſe heres ſit*: unde addit, *hæc conceſſa ſint.*

73. *Nemo tam demens fuerit, ut cum id, quod firmiſſimum duxerit ſe habere, & remittat illud, & leviora tranſcendat.*] Mendis ſcatet hic ſenſus, qui ſic quidem tolli videntur, ſi *cum* ac *&* conjunctiones, atque *illud* pronomen expungantur, *ad* vero præpoſitio adſcribatur hoc modo: *Contra nemo tam demens fuerit, ut id, quod firmiſſimum duxerit ſe habere, remittat, & ad leviora tranſcendat.* REGIUS. *Cum, &,* atque *illud* omiſſis, *ad* habent V. C. Alm. Locat. *ut etiam id quod*; Gryph. Vidov.

74. *Huic in ſchola ſimile eſt: Non abdicabis adoptatum; ut hunc quoque, non virum fortem; ut & fortem, non quicumque voluntati ejus non paruerit; & ut in alia omnia ſubjectus ſit, non propter opinionem & ut propter opinionem, non propter talem opinionem.*] Ita editt. Steph. Vaſcoſ. & aliæ, niſi quod *voluntati tuæ* habeant. *Ut hunc quoque non virum fortem; & fortem, ut n. q. v. tuæ non p. ut in alia o. ſ. ſ. n. p. opinionem, non propter t. o.* Ald. *Et ut in alia omn. ſ. ſ. n. p. optionem; & ut propter optionem, n. p. t. optionem*; Obrecht. *num propter talem opinionem*; marg. Baſil. BURM. Raphaëlis Regii notam reſecuimus, quia Fabii locum, quem illuſtrare & emendare conabatur, obſcurabat potius & inquinabat. Sic enim legi volebat ille Philologus: *Et fortem; ut non quicumque voluntati tuæ non paruerit; & qui non paruerit, ut non in alia omnia ſubjectus ſit; non propter opinionem, ut non propter talem opinionem*: quæ ſane lectio totam hanc *periochen* fœde perturbaret. CAPPER.

75. *Ut hunc quoque.*] Id eſt, quamvis hunc quoque, adoptatum ſcilicet, abdicares, &c. Nam in hac tota periodo particula *ut* ſumitur pro τῷ *quamvis*. CAPPER.

76. *Remitti ſolent.*] Hoc eſt, adverſario gratis concedi. CAPPER.

77. *Cum quo furti agitur.*] Subintellige; judicio, vel actione, &c. is cui lis intenditur ob factum furtum. CAPPER.

78. *Proba perdidiſſe.*] *Proba te perdidiſſe*, & mox *te furto perdidiſſe, te mea fraude*; Locat. Ald. Baſil. Colin. Oxon. Obrecht.

79. *Ultima non poſſunt.*] Rectius in quibuſdam legitur exemplaribus, *ultimum non poteſt*; omnes enim quæſtiones remitti poſſunt præter ultimam. REGIUS. *Ultima non poſſunt*; V. C. Alm. Locat. Baſil. Gryph.

80. *Solebam & hoc facere.*] Quoniam ſæpenumero ſolent oratores *hypotheſin* revocare *ad theſin*, ſcire oportet, quo id pacto ſit faciendum; tum quomodo omnes illæ quæſtiones ſint diſponendæ: huc pertinent ea, quæ a Rodolpho ſcribuntur lib. II. de multiplicatione unius quæſtionis in plures. TURNEB.

81. *Ab ultima ſpecie.*] Speciem infimam vocant Logici: hæc eſt *hypotheſis*, ſeu quæſtio circumſtantiis veſtita; *ſpeciem* ſimpliciter vocant Juriſconſulti Latini: Græci Ἡμα. CAPPER.

82. *In ſuaſoriis.*] Subintellige, orationibus, *cauſſis*, *hypotheſibus*, *declamationibus*, quæ ſunt in genere *ſuaſorio* ſeu *deliberativo*. CAPPER.

83. *Primum idem genus ad regnandum.*] *Id eſt*, non *idem*, & *an* loco *ad* præpoſitionis legendum eſt hoc modo: *Primum id eſt genus, an regnandum*: hoc autem idem & Ariſtoteles *Topicor.* II. cenſet eſſe faciendum. REGIUS.

84. *Optet vir fortis.*] Ὁ ἀριστεὺς, qui rem ſtrenue geſſiſſet in bello, eximia quædam præmii loco poterat optare ſeu eligere, & conſequi. CAPPER.

85. *An ex privato.*] An aliquid ex privatorum bonis optare ſeu eligere poſſit, & accipere debeat. CAPPER.

86. *An maritum habentem.*] An mulierem quæ maritum habeat, poſſit is uxorem ſibi accipere. CAPPER. *Maritum habentem.*] *Habentis*; V. C. Alm.

87. *Sed hoc non.*] In oratione non eodem modo diſponuntur quæſtiones, ut in inveſtigando ſolent nobis occurrere; occurrit enim fere prima *hypotheſis*, quæ *cauſſam* continet; at illa ultimo loco collocanda eſt, præpoſitis minoribus quæſtionibus. TURNEB.

88. *Ideoque diviſionem.*] Quando feſtinamus, *hypotheſis*, quæ *cauſſam* continet, ſola ſe nobis offert: reliquæ autem quæſtiones, quæ ab illa pendent, ac minores ſunt, a nobis non videntur: unde *diviſione* uti non poſſumus. TURNEB.

89. *Offerentibus ſe.*] Obviis quæſtionibus, quæ ſe nobis primæ offerunt ad inveſtigandum. CAPPER.

90. *Quæret, aliquid ultra.*] *T* litera expuncta, *quære*, in quibuſdam recte legitur exemplaribus. REGIUS. *Quæret*; V. C. Alm. *quæret aliquid ne ultra ſit, ne viduam q.* Loc. *quære aliquid ne ultra ſit, ne viduam quidem*; Ald.

91. *Si ne viduam quidem.*] *Ne ultra ſit, ne viduam quidem*; MS. Bodl.

92. *Ultimum retrorſum.*] Retrogradiendo a ſingularibus ad generalia inſtituatur ultima hæc quæſtio, an vir ille fortis nihil iniquum optare poſſit, aut debeat. CAPPER.

93. *Quod idem a capite primum eſt.*] Quæ prima & generalis eſt quæſtio, ſi deſcendamus a ſummis ad infima, a generalibus ad ſpecialia. CAPPER.

94. *Si nihil iniquum.*] *Si* non habent Locat. Ald.

FFf

nobis ipſis reſpondendi neceſſitas ſit, intueri voluerimus, occurrit. Si id non contigerit, ſeponamus id, quod primum ſe obtulerit, & ipſi nobiſcum ſic loquamur: *Quid, ſi hoc non eſſet?* id iterum, & tertium, & dum nihil ſit reliqui. [95] Ita inferiora quoque ſcrutabimur, quæ tractata faciliorem nobis judicem in ſumma quæſtione facient. Non diſſimile huic eſt & illud præceptum, [96] ut a communibus ad propria veniamus. Fere enim communia generalia ſunt. [97] Commune eſt, *tyrannum occidit*; [98] proprium, *virum tamen tyrannum occidit, mulier occidit, uxor occidit.* [99] Solebam & excerpere, quid mihi cum adverſario conveniret, ſi modo id pro me erat; nec ſolum [100] premere confeſſionem, ſed [101] partiendo multiplicare; ut in illa controverſia: Dux, qui competitorem patrem in ſuffragiis vicerat, captus eſt: euntes [102] ad redimendum eum legati, obvium habuerunt patrem, revertentem ab hoſtibus: is legatis dixit, *Sero itis.* [103] Excuſſerunt illi patrem, & aurum in ſinu ejus invenerunt: ipſi perſeverarunt ire, quo intenderant: invenerunt [104] ducem cruci fixum, cujus vox fuit, *Cavete proditorem.* Reus eſt pater. [105] Quæ conveniunt? *Proditio* [106] *nobis prodita eſt, & prodita a duce, quærimus proditorem:* [107] *te iiſſe ad hoſtes fateris, &* [108] *iiſſe clam, & ab his incolumem rediiſſe, aurum retuliſſe, & aurum occultum habuiſſe.* Nam quod fecit, id nonnunquam potentius fit in propoſitione; quæ [109] ſi animos occuparit, prope aures ipſi defenſioni præcluduntur. In totum autem [110] congregatio criminum accuſantem adjuvat, ſeparatio defendentem. [111] Solebam id, quod fieri & in argumentis dixi, in tota facere materia; ut [112] propoſitis, extra quæ nihil eſſet, omnibus, deinde cæteris remotis, ſolum id ſupereſſet, quod credi volebam; ut [113] in prævaricationum criminibus: *Ut abſolvatur reus, aut innocentia ipſius fit, aut* [114] *interveniente* [115] *aliqua poteſtate, aut vi, aut corrupto judicio, aut difficultate probationis,* [116] *aut prævaricatione: nocentem fuiſſe confiteris, nulla poteſtas obſtitit, nulla vis, corruptum judicium non quereris, nulla probandi difficultas fuit: quid ſupereſt, niſi ut prævaricatio fuerit?* [117] Si omnia amoliri non poteram, tamen plura amoliebar: *Hominem*

95. *Ita inferiora.*] *Itaque*; Locat. Andr. Ald. Par. Sich. Gryph. Colin. Vidov. *Inferiora ſcrutabimur.*] Quæſtiones minus principales, acceſſorias, incidentes, τῆς minoris momenti; ad *cauſam* tamen principalem quadamtenus pertinentes; hic enim τὸ *inferiora* opponitur τῇ *ſumma quæſtione*, quæ eſt primaria, præcipua, &c. CAPPER.

96. *Ut a communibus.*] *Ut* deeſt in V. C. Alm.

97. *Commune tyrannum.*] Quamvis *eſt* verbum eleganter ſæpenumero omittatur, tamen hoc loco mihi adſcribendum videtur, ut legamus: *commune eſt.* REGIUS.

98. *Proprium Viriatum tyrannum.*] Aldus hoc loco paulo curioſior pro *Virum*, quod eſt in antiquis exemplis, ſubjecit *Viriatum*, proprium tyranni nomen: malo ego antiquam lectionem, cum propter codicum conſenſum, tum vero maxime, quod ſubjicitur, *mulier occidit, uxor occidit*; quoniam dubium non eſt, quin *uxor*, ad *virum tyrannum*, referatur. MOSELLAN. In aliis codicibus legitur, *virum tamen tyrannum*, quæ lectio forte eſt probabilior, ut alludat ad hiſtoriam. Nam Thebe Alexandrum, Pheræorum tyrannum, maritum ſuum interfecit; nec obeſſe debet, quod nomen ſit generale; ſolent enim plerumque declamatores generalibus uti nominibus loco propriorum; & alioqui, ſi *Viriatum* legas, non ſatis quadrat exemplum. Fuit enim *Viriatus* latro Luſitanus, qui exercitum coëgit, totamque Luſitaniam populatus eſt, demum a Romanis ſuperatus. TURNEB. *Virum tamen*; MSS. Bodl. Bal. Alm. Ven. Locat. Oxon. Obrecht. marg. Vaſc. Steph. & hoc rectum eſſe ſequentia docent, *mulier occidit, uxor occidit.*

99. *Solebam & excerpere.*] Hæc eſt ſpecies *diviſionis*, quæ *ſejunctio* dicitur a Trapezuntio; cum oſtendimus, in quo nobis conveniat cum adverſario, in quo non conveniat: cæterum hoc præceptum partim *inventionis eſt*, partim *diſpoſitionis*, cujus ſpecies eſt *diviſio.* TURNEB.

100. *Premere confeſſionem.*] Urgere confitentem reum, reo inſtare vehementius ex ipſa ipſius confeſſione. CAPPER.

101. *Partiendo multiplicare.*] Τῆς τοῦ Rei confeſſionem dilatare, amplificare per multa capita. CAPPER.

102. *Ad redimendum eum.*] Τὸ *eum* non habet Edit. Obrecht.

103. *Excuſſerunt.*] Id eſt, in veſtibus & toto corpore perſcrutati ſunt. Val. Max. III. 1. §. 2. *Eum poſtea ad Syllam excuſſum ſemper adduxit.* Plin. VII. 26. *A janitore ſemper excuſſa*; ubi vide Hard. & ita ad Petron. cap. 128. notavimus teſtes etiam *excuti.* BURMAN.

104. *Ducem crucifixum.*] Separandam vocem eſſe puto *cruci fixum*: nemo enim veterum *crucifigere* dixit. Vide cl. Græv. ad Sueton. Domit. 10. & Munker. ad Hygin. fab. 194. BURMAN.

105. *Quæ conveniunt?*] Quænam ſunt in confeſſo ex utraque parte? quænam accuſatori conveniunt cum reo? CAPPER.

106. *Nobis prodita eſt, & prodita a duce.*] *Prædicta eſt & prædicta*; V. C. Alm. Ald. *prodita eſt & prædicta a duce*; MSS. Bodl. Bal. Sich. Baſil.

107. *Te iiſſe.*] *Iſſe* bis; V. C. Alm. Locat. Ald.

108. *Iiſſe claret.*] *Clam* adverbium ſenſus expoſcit: verbum vero *claret* aſpernatur. REGIUS. *Claret*; V. C. Alm. Locat. marg. Baſil.

109. *Si animos occuparit.*] *Occuparit* mihi legendum videtur. REGIUS. *Occuparit*; Ald. Baſil. Steph. Gryph. Colin. Vidov. Oxon. Obrecht.

110. *Congregatio criminum.*] Hoc eſt, capitum accuſationis; nam *crimina* proprie dicuntur accuſationis capita, Gallice, *les griefs.*, *les chefs d'accuſation.* CAPPER.

111. *Solebam id, quod.*] Quemadmodum in argumentis aliquando ratiocinamur *per remotionem*, ut docuit Fab. lib. v. ita quoque argumentamur in tota *cauſa*, & *capita* omnia occupamus, quibus ſe tueri potuiſſet adverſarius, eaque removemus & refellimus: hoc quoque præceptum partim *inventionis* eſt, partim *diſpoſitionis.* TURNEBUS.

112. *Propoſitis, extra quæ nihil eſſet, omnibus.*] Sic quidem recte legi pleriſque videtur: ego vero *ut* particulam adſcriberem; & *ſupereſſet*, non *ſupereſſe* legendum hoc modo: *ut propoſitis, extra quæ nihil eſſet, omnibus.* REGIUS. *Ut* non habet Locat. qui & mox *ſupereſſe.*

113. *In prævaricationum criminibus.*] Prævaricari dicitur, qui veras probationes & accuſationes omittit, falſas autem probationes & rei defenſiones admittit & colludit cum reo: prævaricatores, inquit Ulpianus, eos appellamus, qui *cauſſam* adverſariis ſuis donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt, &c. plura vide apud juriſconſultos. CAPPER.

114. *Intus veniente.*] *Interveniente aliqua poteſtate* legendum eſſe, quis non videt? REGIUS.

115. *Aliqua poteſtate.*] Summa poteſtate, ut Imperatoris vel Regis, qui reum abſolvat. CAPPER

116. *Aut prævaricatione.*] Quanquam JCti diſcrimen faciant inter *prævaricationem*, *calumniam* & *tergiverſationem*; tamen hoc loco *prævaricationem* accipit Fabius generaliter, ut & *tergiverſationem* includat: alioqui non procedit Fabii argumentatio, videlicet non omnibus propoſitis, quibus fiat, ut quis reus abſolvatur. MOSELLANUS.

117. *Si omnia amoliri.*] Fabius tamen lib. v. ait peri-

occiſum eſſe conſtat; non in ſolitudine, ut a latronibus ſuſpicer; non prædæ gratia, quia inſpoliatus eſt; non hereditatis ſpe, quia pauper fuit: odium igitur in cauſſa: quis inimicus? [118] Quæ res autem faciliorem diviſioni viam præſtat, eadem *inventioni* quoque. Excutere, [119] quidquid dicitur, [120] prodeſt, & velut [121] rejectione facta, ad optimum pervenire. Accuſatur Milo, quod Clodium occiderit: aut fecit, aut non. Optimum erat negare: ſi non poteſt, occidit: ergo aut jure, aut injuria. [122] Utique jure: aut voluntate igitur, aut neceſſitate (nam ignorantia prætendi non poteſt.) Voluntas anceps eſt: ſed [123] quia ita id homines putant, adjungenda defenſio, ut id pro Repub. fuerit. Neceſſitate: ſubita igitur pugna, non præparata: alter igitur inſidiatus eſt. Uter? profecto Clodius. Videſne, ut ipſa rerum neceſſitas deducat ad defenſionem? Adhuc: *Aut utique voluit occidere inſidiatorem Clodium, aut non.* Tutius, ſi noluit. *Fecerunt ergo ſervi Milonis, neque jubente, neque ſciente Milone.* Ad hæc tam timida defenſio detrahit auctoritatem illi, qua recte dicebamus occiſum. [124] Adjicitur, *Quod ſuos quiſque ſervos in tali re facere voluiſſet.* Hoc eo eſt utilius, quod ſæpe [125] nihil placet, & aliquid dicendum eſt. Intueamur ergo omnia: ita apparebit aut id, quod optimum eſt; aut id, quod minime malum. Propoſitione aliquando adverſarii utendum; & eſſe nonnunquam communem eam, [126] ſuo loco dictum eſt. [127] Multis millibus verſuum ſcio apud quoſdam eſſe quæſitum, quomodo inveniremus, [128] utra pars deberet prior dicere: quod in foro, vel [129] atrocitate formularum, vel modo petitionum, vel [130] noviſſime ſorte dijudicatur. In ſchola quæri nihil attinet; cum in declamationibus iiſdem narrare, & contradictiones ſolvere, [131] tam ab actore, [132] quam a defenſore conceſſum ſit. Sed in plurimis controverſiis ne inveniri quidem poteſt; ut in illa: *Qui tres liberos habebat, oratorem, philoſophum,* [133] *& medicum, teſtamento quatuor partes fecit, & ſingulas ſingulis dedit: unam ejus eſſe voluit, qui eſſet utiliſſimus civitati.* Contendunt, quis primus [134] dicat: incertum eſt: *propoſitio* tamen certa. Ab eo enim, cujus perſonam tuebimur, incipiendum erit. Et hæc quidem de dividendo in univerſum præcipi poſſunt. [135] At quomodo inveniemus etiam illas occultiores quæſtiones? ſcilicet quomodo [136] ſententias, verba, figuras,

culoſum hoc eſſe genus: ſi quid omittatur, cum riſu res tota ſolvitur: hic tamen aliquid omitti poſſe in remotione innuit. TURNEB.

118. *Quæ res autem.*] Superiorem illam rationem, qua *diviſionem* inveſtigabamus, ait etiam prodeſſe *inventioni*; quia ſenſim excutiendo aliud atque aliud, tandem invenimus, quod eſt utiliſſimum nobis: cæterum *rejectionem facere* dixit per *metaphoram*; nam poſtquam prætor judices erat ſortitus, utrique permittebatur parti, quos vellet, judices rejicere. TURNEB.

119. *Quidquid dicitur.*] *Quidquid dici poteſt*; V. C. Alm. Locat.

120. *Poteſt.*] Dan. *Prodeſt*; quomodo & Rollinus.

121. *Rejectione facta.*] Similitudo ex judiciis ſumpta eſt, ubi, cum judices ſuſpecti ſunt, rejiciuntur partim a reo, partim ab actore. REGIUS.

122. *Utique jure.*] Edition. Vaſcoſ. & Stephan. habent *utque jure*; hoc eſt, *& poſito, quod jure occideris.* CAPPER.

123. *Quia ita id homines.*] *Quia ita homines*; V.C. Alm. & Edit. Obrecht. *Id homines putant.*] Romani putant ita ſe rem habere, ut Clodium occidere Milo voluerit. CAPPER.

124. *Adjicitur.*] *Adjicietur*; Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht.

125. *Nihil placet.*] Patrono, qui nullam rectam reperit legitimæ defenſionis viam. CAPPER.

126. *Suo loco dictum eſt.*] Scilicet cap. IV. libr. 4. CAPPER.

127. *Scio multis millibus verſuum.*] Hoc enim quadamtenus ad *diſpoſitionem* pertinet, ut ſcias utra pars prior dicere debeat; quoniam alia eſt *diſpoſitio capitum*, & *diviſio* ipſius actoris; alia defenſoris. TURNEB. *Verſuum.*] Sic olim vocabant lineas, quibus librorum paginæ conſtant: igitur τὸ *multis millibus verſuum* idem ſignificat, quod *pluribus libri paginis, amplo tractatu, fuſiori oratione aut ſcriptione.* CAPPER.

128. *Utra pars deberet prior.*] In ea demum hoc præceptum eſt judicia, in quibus incertum eſt, utra pars prior agere debeat: tria vero ea eſſe dicuntur tum ab aliis, tum a Caio JCto. leg. 13. ff. de Judiciis; *Familiæ erciſcundæ, communi dividundo, & finium regundorum*: Ulpianus autem ſubjicit, cum ambo provocant, ſorte eſſe diſcernendum. Quænam autem eſſet ea atrocitas formularum, oſtendit Juſtinianus libro 11. codicis titulo 58. *de formulis & impetrationibus actionum ſublatis.* REGIUS.

129. *Atrocitate formularum.*] Formulæ olim apud Romanos erant certæ verborum conceptiones in actionibus, a quibus ſi quis vel una ſyllaba deſciviſſet, *cauſſa* cecidiſſet & formula: has formulas in codice ſuſtulit Juſtinianus. TURNEB.

130. *Noviſſime ſorte dijudicatur.*] *Antiqui* (ut refert Servius in illud Virgil. Æneid. VI. 431. *Nec vero hæ ſine ſorte datæ, ſine judice ſedes*) *non audiebant cauſſas, niſi ſorte ordinatas; nam tempore, quo agebantur cauſſæ, conveniebant omnes, & ex ſorte dierum ordinem capiebant, quo poſt diem trigeſimum ſuas cauſſas exſequebantur.* PHILAND.

131. *Tam ab actore, quam a defenſore.*] Cum actor ita narravit, ut expedit defenſori, defenſor *expoſitionibus* debet ſuperſedere: præterea in *cauſſis* forenſibus actor primis *actionibus contradictiones* ſolvere non poteſt, quia ab adverſario nihil eſt adhuc dictum; contra defenſor poteſt: ita aliquid in orationis *diſpoſitione* immutatur, nihil tamen in *declamatione*, quia majorem habet libertatem. TURNEB. *Quam a poſſeſſore*; MSS. Bodl. Alm. Andr. Locat. Ald. Sich. Colon. Baſil. Gryph. Vidov. Colin. marg. Steph. Vaſc. Aſcenſius malebat *a propulſore* vel *defenſore*.

132. *Quam a poſſeſſore.*] *Defenſore* alii. Poſſeſſor alioqui ſumitur quandoque pro eo, cujus conditio melior eſt, quique lite fruitur, & *actionem* ſuſtinere cogitur, &, ne de poſſeſſione deturbetur, ſe defendit. SICHARD.

133. *Et medicum.*] *Et* deeſt in V. C. Alm. & Ed. Obr.

134. *Dicat.*] *Dicatur.* PASSERAT.

135. *At quomodo inveniemus?*] Cum interrogatione eſt legendum: huic autem quæſtioni ſtatim reſponſum infert. REGIUS. Quemadmodum lib. V. in argumentis docuit, præcepta communia locoſque *topicos* non ſatis inſtruere oratorem, niſi etiam argumenta erueret ex proprietate litis; ita quoque *diſpoſitio* non ſatis inſtruitur præceptis communibus, ſuntque ex litis proprietate eruendæ quædam occultæ quæſtiones, optimeque digerendæ: eſt autem hoc præceptum & *inventionis* & *diſpoſitionis*. TURNEB. In cujus nota non poſſum non improbare τὸ *locos topicos*; hoc enim idem ſonat, quod *locos locales*: quæ locutio maxime videtur incongrua. CAPPER.

136. *Sententias.*] τὰς διανοίας, *les penſées*; non autem τὰς γνώμας, *les ſentences*. Hic enim verbis opponuntur. CAPPER.

[137] colores; ingenio, cura, exercitatione. Non tamen fere unquam, niſi imprudentem fugerint, ſi (ut dixi) naturam ſequi ducem velit. Sed plerique, eloquentiæ famam affectantes, contenti ſunt locis ſpecioſis modo, vel nihil ad probationem conferentibus. [138] Alii nihil vitantes, ea, quæ in oculos incurrunt, exquirenda putant. Quod quo facilius appareat, unam de ſchola controverſiam, [139] non ita ſane difficilem aut novam, [140] proponam in exemplum: [141] *Qui reo proditionis patri non affuerit, exheres ſit: proditionis damnatus, cum advocato exulet. Reo proditionis patri diſertus filius affuit, ruſticus non affuit: damnatus abiit cum advocato in exilium. Ruſticus* [142] *cum fortiter feciſſet, præmii nomine impetravit reſtitutionem patris, & fratris. Pater reverſus inteſtatus deceſſit:* [143] *petit ruſticus partem bonorum, orator totum ſibi vendicat.* Hic illi eloquentes, quibuſque nos, [144] circa lites raras [145] ſolicitiores, ridiculi videmur, [146] invadent perſonas favorabiles. [147] *Actio* pro ruſtico contra diſertum, pro viro forti [148] contra imbellem, pro reſtitutore contra ingratum, pro eo, qui parte contentus ſit, contra eum, qui fratri nihil dare ex paternis velit. Quæ omnia ſunt in materia, & multum juvant, victoriam tamen [149] non tradunt. In hac quærentur [150] ſententiæ, [151] ſi fieri poterit, præcipites, vel obſcuræ. Nam ea nunc virtus eſt, [152] ut pulchre fuerit cum materia, [153] tumultu & clamore tranſactum. Illi vero, quibus propoſitum quidem melius, ſed [154] cura in proximo eſt, hæc [155] velut innatan-

137. *Colores.*] Τὰς τοῦ λόγου ἰδέας, τῷ πλάσματι, varios dicendi characteres, vulgo *ſtylos*: ſic lib. VI. cap. 5. *Tum omnes colores: aſpere, an leniter, an etiam ſubmiſſe loqui expediat*: quot modis τὸ *color* ſumatur in Rhetorum ſcriptis, diximus ad cap. 2. libr. IV. CAPPER.

138. *Alii nihil vitare, ac quæ in oculos occurrunt, exquirendo putant.*] Corruptus hic mihi ſenſus videtur; non quod pro *exquirendo* non appareat legendum eſſe *exquirenda*; ſed quia pro illo infinito *vitare*, ſenſus integritas *vitantes*, & *ea* pro *ac* copula, exigere videtur hoc modo: *Alii, nihil vitantes, ea, quæ in oculis occurrunt, exquirenda putant.* REGIUS. *Vitare ac quæ in oculos occurrunt*; Locat. reliquæ, ut Regius correxit, niſi quod *incurrans*; Baſil. Gryph. Steph. Colin. Vidov. Oxon. *alii nihil invitia re, ea quæ in oculos incurrunt, exquirenda putant*; Obrecht. *Nihil vitantes.*] Nullum delectum facientes; nihil quantum vis vulgare vitantes: at malim legere *rimantes*. ROLLIN.

139. *Non ita ſane difficilem.*] *Non ita ſane difficillimam*; Vallæ lib. Locat. Ald. Baſil.

140. *Proponam in exemplum.*] *Exponam ceu exemplum*; marg. Baſil.

141. *Qui non affuerit.*] Qui non tulerit opem in judicio, ſaltem tanqnam advocatus: de differentia inter advocatum & oratorem, vide Aſconium Pedianum in Ciceron. Verrin. CAPPER.

142. *Cum fortiter feciſſet.*] Ἀριστεύσας, cum rem ſtrenue geſſiſſet in bello. CAPPER.

143. *Petit ruſticus partem bonorum.*] Nam ex jure civili *inteſtatorum* bona & hereditates deferuntur ad agnatos. TURNEB.

144. *Circa lites raras.*] *Circa lites paratas*; Obrecht. quod ſi codice confirmetur, recipiendum putarem; nam circa lites raras ſolicitum eſſe, nihil habet ridiculi; ſed circa *paratas*, id eſt, faciles, & quotidianas: ita *parata lata*, ſupr. lib. II. cap. 2. ubi vide. BURMAN.

145. *Solicitiores.*] Hunc videtur habere ſenſum, ut, quia ſolicitiores ſunt & plus temporis impendunt in excutiendis litibus, rariores *cauſſas* agant, quam cæteri. ROLLIN.

146. *Invadent perſonas favorabiles.*] Aſſument ſibi defendendas ejuſmodi perſonas, quarum *cauſſa* favorabilior videatur. CAPPER.

147. *Actio pro ruſtico.*] *Actio* quidem legitur; ſed *ago* forſitan mihi rectius legeretur, aut *Actio eſt mihi*. REGIUS. Intelligitur *eſt*, aut *oritur*. ASCENS.

148. *Contra imbellem.*] *Imbecillem*; Andr. Steph. marg. Baſil.

149. *Non tradunt.*] *Trahunt*; V. C. Alm.

150. *Sententiæ præcipites.*] *Præcipites* appellat *ſententias*, numeroſas & copioſas, ideoque ſæpenumero inconſultas & tumultuoſas: quod genus orationis frequens erat tempore Fabii. TURNEB.

151. *Si fieri poterit.*] *Potuerit*; Ald.

152. *Ut pulchre fuerit.*] *Et pulchre*; V. C. Alm. Locat. Colin. Obrecht. marg. Baſil. vix capio hæc verba; nam *cum materia tranſactum*, notare debet, finem impoſitum eſſe; ut Tacit. Agric. 34. *Tranſigite cum expeditionibus.* Cicer. III. Catil. 6. *Atque illud, quod faciendum primum fuit, factum atque tranſactum eſt.* Sic *tranſacta re*, Ter. Adel. II. IV. 22. forte, *& pulchre fuerit, cui cum materia, tumultu & clamore tranſactum eſt*, hoc eſt, is egregie videtur rem egiſſe, qui ſolo clamoſe & tumultu omnia impleverit, & ita quaſi tranſegerit cum *cauſſa* & materia, id eſt, finem impoſuerit, quaſi nihil eſſet reliqui; cum alii, *quibus melius eſt propoſitum*, accuratius omnia excutient, nec ſatisfactum materiæ putabunt tam levi opera, & clamoſa oratione; nam qui naturam ſequetur, cogitationem in omnes partes dimittet. Sic & ita eleganter *furere* hos clamatores dicit, ut *furioſam vociferationem* dixit, lib. II. cap. 10. *furiis inquietari, qui clamant*, Petron. cap. 1. & ita *inſanire*, Terent. Adel. IV. 7. *non clamas? non inſanis?* & Petron. cap. 3. *cum inſanientibus furere.* Vide Cicer. Brut. 80. BURMANNUS. Eamdem Fabii ſententiam clarius expreſſam habes lib. IV. cap. 2. his verbis: *Quæ virtus negligitur a plurimis, qui ad clamorem diſpoſitæ vel etiam forte circumfuſæ multitudinis compoſiti non ferunt illud intentionis ſilentium; nec ſibi diſerti videntur, niſi omnia tumultu ac vociferatione concuſſerint*, &c. CAPPER.

153. *Tumultu & clamore.*] Tumultum hic & clamorem, intelligo audientium acclamationem, atque item applauſum, ſive id in ſchola declamantibus contingat, ſive in foro orantibus: qui mos Quinctiliani ſeculo, atque item hujus diſcipuli Plinii junioris uſque adeo invaluit, ut Plinius de hac re præceptum in Epiſtolis dicat: *Scito eum peſſime dicere, cui quam maxime fuerit applauſum;* * *quod videlicet quæ erudita ſint, a paucis, hoc eſt eruditis, judicari queant; vulgus autem non tam judicium, quo caret, quam affectuum ſequitur impetum.* MOSELLANUS. Cave putes hunc integrum & ſolidum eſſe Plinii locum; nam hæc ſola ſunt verba Plinii lib. II. Epiſt. 14. *Scito eum peſſime dicere, qui laudabitur maxime.* Cætera Moſellani ſunt, qui Plinianam ſententiam & paraphraſi expreſſit, & *ætiologia* quadam amplificavit, id eſt, rationes, quibus illa fulciri poſſet, attulit: hic certe Burmanni ſolertia, vel ſaltem diligentia deſideratur. Sic etiam ſupra pag. 131. column. dextr. hic 87. quemdam locum tanquam Plinii charactere Italico excudendum curavit, quanquam verba ſunt Moſellani, qui Plinianæ epiſtolæ argumentum exponit: quod cum lectorem illic non monuerimus, hic monere voluimus. CAPPER.

154. *Cura in proximo eſt.*] Vel ait, prope ſimilem eſſe curam utrique oratori; vel hos *in proximo poſita* videre, id eſt, in oculos incurrentia: ducta *metaphora* a luſcitioſis, qui *myopes* dicuntur, videntque dumtaxat oculis admota. TURNEB.

155. *Velut innatantia.*] *Innatantia* dixit more Græco; pro manifeſtis, & in ipſa ſuperficie eminentibus. Vide Bud. *in Comment. linguæ Græcæ*. TURNEB. Budæus pag. 1056. docet *innatare* Græco verbo ἐπιπολάζειν reſpondere, quo de iis quæ in ſuperficie conſpiciuntur, utuntur; & ita Columell. IV. de Re Ruſt. cap. 1. *innatantes radices vitium ſummo ſolo* dicit; & ſic quoque more Græcorum Fabium locutum Philander notavit: hinc & ἐπιπολάζειν dicuntur ea, quæ frequentia & obvia ſunt; ut ſæpe Lucianus utitur. Vide Lambin. ad Horat. II. Sat. VII. verſ. 7 & Ælian. lib. IV. 10. de Pericle illum optaſſe μηδὲν αὐτῷ

tia videbunt; excuſatum eſſe ruſticum, [156] qui non interfuerit judicio, nihil collaturus patri; ſed ne diſertum quidem habere, quod imputet reo, cum is damnatus ſit; dignum eſſe hereditate reſtitutorem, [157] non avarum; impium, ingratum, qui dividere nolit cum fratre, [158] eoque ſic merito. [159] Quæſtionem quoque illam primam [160] *ſcripti & voluntatis*, [161] qua non expugnata, non ſit ſequentibus locus. At qui naturam ſequetur, illa cogitabit profecto, primo hoc dicturum ruſticum, *Pater inteſtatus duos nos filios reliquit*, [162] *partem jure gentium peto.* Quis tam imperitus, quis tam procul a literis, quin ſic incipiat, etiam ſi neſcierit, quid ſit propoſitio? [163] Hanc communem omnium legem leviter adornabit, ut juſtam. [164] Nempe ſequetur, ut quæramus, quid huic tam æquæ poſtulationi reſpondeatur. At id manifeſtum eſt. Lex eſt, *quæ jubet exheredem eſſe eum, qui patri proditionis reo non affuerit: tu autem non affuiſti.* Hanc propoſitionem neceſſario ſequitur legis laudatio, & ejus, qui non affuerit, vituperatio. Adhuc verſamur in confeſſis: redeat animus ad petitorem: [165] numquid non hoc cogitet neceſſe eſt, [166] niſi qui ſit plane hebes? *Si lex obſtat, nulla lis eſt, inane judicium eſt:* [167] atqui & legem eſſe, & hoc, quod ea puniat, a ruſtico factum, extra dubitationem eſt. Quid ergo dicemus? *Ruſticus eram.* Sed lex erat, omnes complectitur: nihil proderit. Quæramus ergo, num infirmari in aliqua parte lex poſſit. Quid aliud (ſæpius dicam) natura permittit, quam ut, cum verba contra ſint, [168] de voluntate quæratur? Generalis igitur quæſtio, *verbis, an voluntate ſit ſtandum.* Sed enim in commune de jure omni diſputandum ſemper, nec unquam ſatis judicatum eſt. [169] Quærendum igitur in hac ipſa, qua conſiſtimus, an aliquid inveniri poſſit, quod ſcripto adverſetur. *Ergo quiſquis non affuerit, exheres erit? quiſquis, ſine exceptione?* Jam ſe illa vel ultro offerent argumenta: [170] *Filius infans & æger non affuit, & qui aberat, & qui militabat, & qui in legatione erat.* Jam multum acti eſt: poſſet aliquis non affuiſſe, & heres eſſe. [171] Tranſeat nunc idem ille, qui cogitavit, ut ait Cicero, [172] *tibicinis Latini modo*, ad diſertum: [173] *Ut iſta conce-*

ῥῆμα ἐπικελεύσαι τοιοῦτον, ὅπερ ἂν ἔμελλεν ἐκλεγομένῳ τὸν δῆμον: quod recte cl. Perizon. explicat, ne *ultro occurreret ipſi verbum tale*: utitur & Fabius hoc verbo *innatare* lib. x. 7. *Innatans illa verborum facilitas in altum reducetur.* BURMAN.

156. *Qui non interfuerit.*] *Quod non;* marg. Baſil.

157. *Non avarum.*] *Non* ignorant. V. C. Alm. & Ed. Obrecht.

158. *Eoque ſic merito.*] Et quidem cum eo fratre, qui tantum in patrem fratremque beneficium, reſtitutionem videlicet in patriam, contulerit. CAPPER.

159. *Quæſtionem quoque illam.*] Supple ex præcedentibus, *videbunt inſtitui poſſe.* CAPPER.

160. *Scripti & voluntatis.*] Lex eſt, ut filius, qui patri non adfuerit, exheres ſit; adverſus quam nitetur ſententia, quod intelligatur dumtaxat de his, qui in judicio prodeſſe poſſint. TURNEB. Hic igitur Fabius alludit ad unum e quatuor *ſtatibus legalibus*, qui Græce quidem vocatur περὶ τοῦ ῥητοῦ καὶ τῆς διανοίας, Latine vero nunc *ſcripti & voluntatis*, alias *de ſcripto & ſententia*: quo de ſtatu ſpecialiter agetur in cap. 6. hujus libri. CAPPER.

161. *Qua non expugnata.*] *Qua nunc eſt pugna, & qua non expugnata;* marg. Sich. Baſil. *qua nunc expugnata;* Gryph. Colin. Vidov. cæterum τὸ *qua* non refertur ad τὸ *voluntatis*; ſed ad τὸ *quæſtionem illam primam.* CAPPER.

162. *Partem jure gentium.*] Fratribus æqualis eſt portio hereditatis patris ab inteſtato defuncti. Vide lib. 1. ff. §. 1. ſi tabul. Teſt. null. & Authent. *in ſucceſſione* C. de ſuis & legit. & novel. 118. ALMEL. *Jure Gentium.*] Jus gentium illud eſt, quod commune eſt inter omnes gentes, quæ certis quibuſdam legibus utuntur: an & quomodo differat a jure naturali, vide juriſconſultos ad Juſtinianæas Inſtitution. lib. 1. tit. 1. §. 4. & tit. 2. §. 1. & 2. CAPPER.

163. *Hanc communem omnium legem adornabit ut juſtam.*] Hic mihi videtur diſtinguendum, ac *leviter* adverbium adſcribendum (quamvis in quibuſdam exemplaribus *leniter* legatur) hoc modo: *hanc communem omnium legem leviter adornabit, ut juſtam.* REGIUS. *Leniter;* Ald. Vidov. ſed omittit Locat.

164. *Nempe ſequetur, ut quæramus.*] Ego hoc ſenſus initium eſſe puto, & quidem corruptum, non autem clauſulam ſenſus prioris, ut plerique parum certe diligenter intuentes ſibi perſuadent. Facile vero ſic corrigitur, ut *ſequetur*, non *ſequatur*, ac *ut*, loco adverſativæ particulæ ſcribatur hoc modo; *nempe ſequetur, ut quæramus, quid huic tam æquæ poſtulationi reſpondeatur*: ſic autem ſenſus apertus eſt; nam poſt inventam ac exornatam *propoſitionem* tam juſtam, conſequens eſt, ut quæramus, quid ei poſſet reſponderi. REGIUS.

165. *Numquid non hoc cogitet.*] *Nam aliud hic non cogitet.* Ald.

166. *Niſi quia plane hebes.*] Loco *quia*, *quis* eſt legendum. REGIUS.

167. *Atque & legem.*] *Atqui* legendum. REGIUS

168. *De voluntate.*] Subauditur *Legiſlatoris*; atque hoc eſt, quod vulgo dicimus, legis aut legiſlatoris *intentionem* eſſe ſpectandam. CAPPER.

169. *Quærendum in hac.*] In quibuſdam exemplaribus recte mihi adſcriptum videtur *igitur*, hoc modo: *quærendum igitur.* REGIUS.

170. *Filius infans & æger, &c.*] Sunt hæc exempla ficta, quæ dicuntur a Fabio argumenta per *hypotheſin*, quibus nihil poteſt eſſe firmius ad oppugnandum *ſcriptum*, ut docuit lib. v. TURNEB. *Et infans filius eſt, & non affuit, & qui aberat;* Locat. *& æger filius eſt, & non affuit, & qui;* Ald.

171. *Tranſeat ille qui cogitavit .... ad diſertum.*] Qui hæc in gratiam ruſtici cogitavit, jam tranſeat in partes diſerti. ROLLIN.

172. *Tibicini Latini modo.*] *Tibicinis* legendum eſſe, extra dubitationem eſt: hoc autem Cicero ait in oratione pro Muræna cap. 12. Juriſperitos irridens. Tibicines vero Latini a tibiis dextris tranſibant ad ſiniſtras; tibiarum namque apud priſcos aliæ dextræ, aliæ vocabantur ſiniſtræ, ut in Terentium Donatus ſcribit. REGIUS. Tibicines in comœdiis Latinis & togatis tranſire ſolent a ſiniſtris tibiis ad dextras: hic per *metaphoram* proverbialem ſignificavit Fab. tranſitum ab una parte ad alteram, ut a ruſtico ad diſertum: eſt autem imitatio Ciceroniana. TURNEB. At cl. Grævius ad d. l. Ciceronis explicat hunc tibicinis modum eſſe, quem præſtabant hiſtrionibus in ſcena, cum modos facerent, & modo ſubmiſſius, modo contentius canendo ad hunc, vel illum hiſtrionem ſe converterent, & dicendi agendique rationem ſuo cantu oſtenderent & moderarentur; æque ut Juriſconſulti, agendi rationem præſcribebant ſuis formulis: *Ite viam, redite viam.*

173. *Ut ita concedam.*] *Ut iſtas* V. C. Alm. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Steph. Colin. Vidov. Oxon. Obrecht. ſenſus autem hic eſt; quamvis iſta quæ, contra legis verba profers, tibi concederem, &c. CAPPER.

dam: tu nec infans es, nec æger eras, [174] *nec abſuiſti, nec militaſti, nec in legatione fuiſti.* [175] Non aliud occurrit, quam illud: *Sed ruſticus ſum.* [176] Contra, quod palam eſt, dicet: [177] *Ut agere non potueris,* [178] *aſſidere potuiſti*: & verum eſt. Quare [179] redeundum eſt ruſtico ad animum legumlatoris: *Impietatem punire voluit, ego autem impius non ſum.* [180] Contra quæ diſertus: [181] *Tu impie feciſti*, inquit, *cum exheredationem meruiſti: licet te poſtea vel pœnitentia, vel ambitus,* [182] *ad hoc genus optionis adduxerit. Præterea, propter te damnatus eſt pater.* [183] *Videbaris enim de* cauſſa *pronuntiaſſe.* Ad hæc ruſticus: [184] *Tu vero in cauſſa damnationis fuiſti, multos offenderas,* [185] *inimicitias * domui contraxeras.* [186] Hæc *conjecturalia*: [187] illud quoque, quod [188] *coloris* loco ruſticus dicit, *patris fuiſſe* [189] *tale conſilium, ne univerſam domum* [190] *periculo ſubjiceret.* Hæc prima [191] quæſtione *ſcripti & voluntatis* continentur. Intendamus ultra animum, videamuſque, an aliquid inveniri præterea poſſit, [192] quo id modo fiat. Sedulo imitor quærentem, ut quærere doceam; &, omiſſo [193] ſpecioſiore illo ſtyli genere, ad utilitatem me ſummitto diſcentium. Omnes adhuc quæſtiones ex perſona petitoris ipſius [194] duximus: cur non aliquid circa patrem quærimus? [195] Dictum vero eſt: *Cui quis non affuerit, exheres erit.* Cur non conamur [196] & hîc quærere, [197] *num cuicumque non affuerit?* Facimus hoc ſæpe in iis controverſiis, in quibus [198] petuntur in vincula, qui parentes ſuos non alunt: [199] *an eum, qui teſtimonium in filium * peregrinitatis reum dixit? an eum qui filium lenoni vendidit?* In hoc, de quo loquimur, patre [200] quid apprehendi poteſt? *Damnatus eſt.* [201] Numquid igitur lex ad abſolutos tan-

174. *Nec affuiſti.*] *Abſuiſti* legendum. REGIUS. *Adſuiſti*; V. C. Alm.

175. *Non aliud occurrit.*] *Num aliud*; V. C. Alm. Baſil. Obrecht. *non aliud*; Vaſcoſ. Steph. Lugduno-Batav.

176. *Contra, quod palam eſt.*] Nam, cum lex dicit *advocatum*, non ſolum intelligit oratorem, verum etiam illum, qui præſens eſt in judicio ad favorem. TURNEB.

177. *Ut agere non potueris.*] Etſi non potueris in foro *cauſſam* agere tanquam orator, &c. CAPPER.

178. *Aſſidere potuiſti.*] Intereſſe, adeſſe præſens, & reum patrem tua ſaltem præſentia juvare. CAPPER.

179. *Redeundum eſt ruſtico.*] Τὸ *eſt* deeſt in ed. Obrecht.

180. *Contraque diſertus.*] *Quæ* ſcribatur, ut relativum ſit, non copula. REGIUS.

181. *Tu impie.*] *Tum*; V. C. Alm.

182. *Ad hoc genus optionis.*] Lex enim erat in eorum gratiam, qui fortiter in bello feciſſent: hujuſmodi legem Fabius refert infra cap. 7. his verbis: *Vir fortis optato, quæ volet.* CAPPER.

183. *Videbas enim.*] *Videbaris* ſine controverſia legendum eſt. REGIUS.

184. *Tu vero cauſſa.*] *Tu vero in cauſſa*; MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Vaſcoſ. Steph. Gryph. Baſil. Colin. Vidov. *In cauſſa damnationis fuiſti.*] In cauſſa fuiſti, cur proditionis reus pater damnatus fuerit. CAPPER.

185. *Inimicitias domi.*] *Domus*; V. C. Alm. *domui*; Voſſ. ſec. Steph. Obrecht.

186. *Hæc conjecturalia.*] Hoc eſt, pertinent ad *ſtatum conjecturalem*, ubi videlicet de facto quopiam, vel de pluribus factis agitur, utrum diſertus ille re ipſa multos offenderit, necne; utrum inimicitias domui contraxerit, necne. CAPPER.

187. *Illud quoque.*] Subauditur, *conjecturale eſt*, & pertinet ad *ſtatum conjecturalem* ſive quæſtionem de facto; nam, ut docebit Fabius cap. ſequenti, *conjectura omnis aut de re, aut de animo eſt.* CAPPER.

188. *Coloris loco.*] *Color* hic dicitur quicquid ad *cauſſa* dubiæ ac difficilis defenſionem adhibetur. Græci Rhetores modo *τὴν τῆς αἰτίας μετάθεσιν* vocant, modo *τὴν πιθανὴν ἀπολογίαν*; Latini autem *cauſſæ derivationem*, & *veriſimilem probationem*: varios hujus vocabuli *color* ſignificatus vide ad cap. 2. lib. IV. CAPPER.

189. *Tale conſilium.*] Τὸ *tale* non habet Obrecht.

190. *Periculo ſubjiceret.*] Subintelligitur, exilii. CAPPER.

191. *Quæſtione ſcripti & voluntatis.*] Reſpicit Quinctilianus ad illum *ſtatum legalem*, quem Græci *περὶ τοῦ ῥητοῦ καὶ τῆς διανοίας* appellant, Latini *de ſcripto & ſententia.* Vide cap. 6. hujus libri. CAPPER.

192. *Quo id modo fiat.*] Legendum putem: *& quo id modo fiat.* ROLLIN.

193. *Specioſiore illo genere.*] *Styli* genitivo ſenſus indigere videtur: id quod tamen in quibuſdam legitur exemplaribus hoc modo: *omitto ſpecioſiore illo ſtyli genere.* REGIUS. *Styli* omittunt Locat. Obrecht. Voſſ. ſec. & Alm.

194. *Diximus.*] *Ut duximus* legamus, ſenſus expoſcit. REGIUS. *Diximus*; V. C. Alm.

195. *Dictum vero eſt.*] Ut ſupra quoque inceperat a generali quæſtione; ſic etiam hic incipit, & demum deſcendit ad ſpeciem. TURNEB. *Dictum nempe eſt.* Obrecht.

196. *Et hic quærere.*] *Sic quærere*; V. C. Alm. Locat.

197. *Num cuicumque.*] *Num cuicumque quis non*; Obrecht.

198. *Petumur in vincula.*] Petitur, ut in carcerem illi conjiciantur. CAPPER.

199. *Ut eum qui teſtimonium in filium peregrinantis dixit, eum qui, &c.*] Depravatus quidem hic locus eſt, tametſi pleriſque non videatur: quid namque ſibi vult illud *peregrinantis?* Nimirum *impietatis* locum mihi occupaſſe videtur, eoque expellendum, ac ejus loco *impietatis* reponendum: ſed ne ſic quidem integer ſenſus mihi eſſe videtur; illa enim *ut* particula, ſenſum nihil adjuvans, & ipſa alterius locum forſitan invaſit: quare expungenda mihi videtur, & *an* dubitativa conjunctio, loco ejus, reponenda, & iterato adſcribenda hoc modo: *an eum, qui teſtimonium in filium impietatis reum dixit? an eum qui lenoni filium vendidit*; ut intelligamus, an qui non alunt eum parentem, qui teſtimonium in filium impietatis reum dixit, ſint vinciendi. Tunc enim videretur iniquum; quia non aluiſſet patrem in ſe adeo crudelem. Idem dicatur de eo, qui filium lenoni vendidit; indignus enim videtur, qui a filio alatur. REGIUS. *Ut eum qui teſtimonium in filium peregrinantis reum dixit eum qui*; Locat. *an eum qui t. i. f. peregrinitatis reum, eum qui*; Ald. & Obrecht. & ita Colb. & marg. Baſil. niſi quod *eumque qui filium lenoni*; & certe illud *peregrinitatis*, quod & in Voſſ. ſec. non abſurdum videtur. Ita Sueton. (Claud. 15.) etiam *peregrinitatis reum* dixit. Neque obſtare poſſet, quod, ſi pater civis ſit, etiam filius videri debeat; cum patris conditionem ſequi debeat. Nam in novis civibus poterat contingere, ut pater jus civitatis conſequeretur, non vero filii; niſi ſimul jura cognationis & patriæ poteſtatis impetraſſet: de quo egimus in diſſertatione de vectigalibus Populi Romani cap. XI. ſi tamen in vetuſtis codicibus MSS. non qui recentioris notæ ſunt, exſtaret *impietatis*, facile reciperem: ſed * vereor, ut ſit a Regii, vel alicujus alterius emendatione: an vero *eum qui*, vel *eam quæ* legatur, parum referre arbitror. BURMAN. Lectionem, quam exhibent editiones Ald. & Obr. codd. Colbert. Voſſ. ſec. & margo Baſil. eo lubentius amplexi ſumus, quod nonnulla ejus veſtigia exſtent in Edit. Locatel. V. C. Almel. & in Laurent. Vallæ libro, ubi legitur *peregrinantis reum.* Cæterum in Burmanni nota vereor ut ſatis Latinum ſit hoc loquendi genus, *ſed vereor, ut ſit a Regii .... emendatione*: cum enim Burmannus hoc vocabulum [*impietatis*] in Fabiano textu minus probet, utpote quod a Regii emendatione, ſicuti revera eſt, eſſe ſuſpicetur; Latine dicendum fuerat: *Vereor ne ſit a Regii emendatione.* CAPP. *An eum qui teſtimonium.*] An petetur in vincula, qui non aluerit eum parentem ſuum, qui teſtimonium, &c. CAPPER.

200. *Quod apprehendi.*] *Quid* legendum eſſe, certum eſt. REGIUS. *Quod*; Voſſ. ſec. Locat. Ald.

201. *Nunquid igitur lex.*] Dicet ruſticus, hanc legem, *filius ſi proditionis reo patri non adfuerit, exheres ſit*, intelli-

tum patres pertinet? dura prima fronte quæſtio. Non deſperemus: credibile eſt, hoc voluiſſe legumlatorem, ne auxilia liberorum innocentibus deeſſent. Sed hoc dicere ruſtico verecundum eſt, quia innocentem fuiſſe patrem fatetur. Dat aliud [202] argumentum controverſiæ: *Damnatus proditionis, cum advocato exſulet.* [203] Vix videtur poſſe fieri, [204] ut pœna filio eadem, patri & ſi affuerit, & ſi non affuerit, conſtituta ſit. [205] Præterea lex ad exſules nulla pertinet. Non ergo credibile eſt, [206] de non advocato damnati ſcriptum. * An poſſint enim bona eſſe ulla [207] exſulis, ſcholaſticus in utraque parte dubium facit. Diſertus & [208] verbis inhærebit, in quibus nulla exceptio eſt; & propter hoc ipſum pœnam eſſe conſtitutam eis, [209] qui non affuerint, ne periculo exſilii deterreantur [210] ab advocatione, & ruſticum innocenti non affuiſſe dicet. Illud protinus non indignum, quod adnotetur, poſſe ex uno *ſtatu* duas generales fieri quæſtiones, [211] *An quiſquis*, [212] *An cuicumque.* Hæc ex duabus perſonis quæſita ſunt. E tertia autem, quæ eſt adverſarii, nulla oriri quæſtio poteſt; quia nulla fit ei [213] de ſua parte controverſia. Nondum tamen cura deficiat. [214] Iſta enim omnia dici poſſent, etiam [215] non reſtituto patre. Nec ſtatim eo tendamus, quod occurrit ultro, *a ruſtico reſtitutum.* Qui id ſubtiliter quæret, aliquid ſpectabit ultra. Nam, ut [216] genus ſpecies ſequitur, ita ſpeciem genus præcedit. Fingamus ergo ab alio reſtitutum; [217] *ratiocinativa* atque *collectiva* quæſtio orietur, *an*

gendam eſſe ita, ſi pater abſolutus fuerit, non ſi damnatus; atque ita ſe exheredem eſſe non debere, cum pater damnatus fuerit. TURNEB.

202. *Argumentum controverſiæ.*] *Controverſia* legatur. REGIUS. *Controverſia*; Ald. Sich. Baſil. Par. Steph. Gryph. Colin. Vidov. ſed *controverſiæ* tuetur Aſcenſius: dat (ſcil. lex) argumentum controverſiæ. Subaudiri poſſet etiam Græcus articulus τὸ neutrius generis, id eſt, quod ſequitur; ſive lex concepta ſequentibus verbis, &c. Igitur neceſſaria non erat Raphaëlis Regii emendatio. CAPPER.

203. *Vix videtur poſſe fieri.*] Vix videtur fieri poſſe, ut debeat ſimiliter infligi pœna ei, qui adfuerit, aut non adfuerit. Eadem autem pœna eſt bonorum amiſſio; nam exſul bona perdit, & exheres bona quoque perdit. TURNEBUS.

204. *Ut pœna filio in eodem patre.*] Ita quidem legitur; ſed, ut ego ſentio, vitioſe; nullus enim inde ſenſus integer elici poteſt: ſic autem emendari poſſe videtur, ut *in* præpoſitio expungatur, ac *eadem* pro *eodem*, & *patri* pro *patre* legatur hoc modo: *Vix videtur poſſe fieri, ut pœna filio eadem, patri & ſi affuerit, & ſi non affuerit.* REGIUS. *Ut pœna filio in eodem patre*; V. C. Alm. Voſſ. ſec. Locat. quam lectionem tuetur Aſcenſius; quia non videtur veroſimile, legumlatorem voluiſſe, ut obliget aliquem ad ea, quæ fieri non poſſunt; qualia ſunt adeſſe & non adeſſe patri proditionis reo: ſi vero reo patri adeſt, exſulat cum eo: ſi non adeſt, exheres fit: non igitur eadem pœna filio, ſed diverſa in eodem patre.

205. *Præterea lex ad exſules.*] Exſul ita capite diminuitur, ut civitatis jus perdat, ac proinde reliqua quoque jura: cum igitur ſcribitur in lege, *qui patris proditionis reo, &c.* non debet intelligi de damnato patre, id eſt, exſule, ad quem nulla lex pertinet, ſed de abſoluto. TURNEB.

206. *De advocato.*] Pleriſque hic nulla eſſe menda videtur. Quod ſi eſt, hic ſenſus nihil ruſticum juvat: quid enim ad ruſticum, ſi non ſit ſcriptum de advocato damnati, cum ipſe non fuerit advocatus. Quare mihi multa rimanti *non* particula iterato adſcribenda videtur, *de non advocato*; ſic namque optime defenditur ruſticus; nihil enim videtur ea lex, qua cavetur, ut, qui patri proditionis reo non adfuerit, exheres ſit, nocere ei, qui patri proditionis damnato non adfuit; ea namque lex eos ſolum punit, qui patri non adſunt, ſi abſolvatur. REGIUS. *De advocato*; MSS. Bodl Alm. Voſſ. ſec. Locat. Andr. Sich. *Credibile eſt non advocato*; Oxon. Obrecht. ut ſit dativus. *De non advocato damnati ſcriptum.*] Credibile non eſt eam legem ſcriptam fuiſſe de illo filio, qui non adfuerit tanquam advocatus patri reo & damnato. CAPPER.

207. *Exſulis ſcholaſtica in utraque.*] Ne hic quidem ſenſus integer mihi ſanuſque videtur: quid enim *ſcholaſtica* hoc loco faciat, non video. Quod ſi paulo longius a dictionum ſimilitudine mihi recedere permitteretur, pro *ſcholaſtica*, *ruſticus*, ut ſenſus exigere videtur, ſcribendum eſſe affirmarem. Exſulum vero bona publicari ſcribit Calliſtratus lib. 1. ff. de bonis damnat. & Papinianus lib. 1. ff. de interdict. & relig. REGIUS. *Scholaſtica*; V. C. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Venet. marg. Colon. *ſcholaſticus*; Andr. Hanc autem lectionem ſecuti ſumus pluribus de cauſſis. Nam primo quidem Andreana editio facta eſt anno 1470. quo prima omnium a Campano procurata prodiit. 2°. τὸ *ruſticus* e ſola Raphaëlis Regii conjectura erat. 3°. in quibuſdam MSS. & editionib. legitur *ſcholaſtica*, quod ex τοῦ *ſcholaſticus* natum videtur. 4°. non magis *ruſticus*, quam diſertus dubium facit, *an poſſint bona eſſe ulla exſulis*. 5°. denique τὸ *ſcholaſticus* declamatorem ſignificat, qui fictas *cauſſas* in utramque partem agit: quod ex antiquis multi tradunt. Plin. lib. 11. epiſt. 3. *Scholaſticus tantum eſt, quo genere hominum nihil aut ſimplicius, aut ſincerius, aut melius; nos enim qui in foro, veriſque litibus terimur, multum malitiæ, quamvis nolimus, adjicimus. Schola & auditorium & ficta* cauſſa *res inermis, innoxia eſt*, &c. Sulpicius Severus Dialog. 1. *Cum ſis ſcholaſticus, hoc ipſum quaſi ſcholaſticus artificioſe facis, ut excuſes imperitiam qui exuberas eloquentia.* Auctor Dialogi de cauſſis corruptæ eloquent. num. 15. *Si quis alius Epheſum vel Mitylenas ſcholaſticorum clamoribus quatit*; & numero 35. *Adoleſcentuli noſtri deducuntur in ſcenas ſcholaſticorum, qui Rhetores vocantur*, &c. Sueton. de Albutio: *Declamavit vario modo ſplendide atque ornate, tum ne uſquequaque ſcholaſticus exiſtimaretur, circumciſe, & ſordide, & tantum non trivialibus verbis.* Vide & Senecam præfat. lib. 111. Controverſ. CAPPER.

208. *Verbis inhærebit.*] Τῷ ῥητῷ conceptis, &, ut aiunt, formalibus legis ipſius verbis. CAPPER.

209. *Qui non adfuerint.*] *Affuerunt*; Locat. Ald.

210. *Ab advocatione.*] A præſtanda ſua tanquam advocatorum opera in judiciis. CAPPER.

211. *An quiſquis.*] An quiſquis filius non affuerit patri reo tanquam advocatus. CAPPER.

212. *An cuicumque.*] An cuicumque patri reo, tum damnato, tum abſoluto, non adfuerit filius. CAPPER.

213. *De ſua parte.*] De parte, quam ex paterna hereditate vult capere. CAPPER.

214. *Iſta enim omnia.*] Hæ quæſtiones petuntur a conſequenti tempore & adjunctis: cæterum, ut antea dixit, non oportet ſubſiſtere in ea quæſtione, quæ prima ſe offerat; quod enim primum offertur, ſæpenumero ultimum dicitur: ut igitur antea fecit, deſcendet a genere ad ultimam ſpeciem. TURNEB.

215. *Non reſtituto.*] *Non* deeſt in V. C. Alm.

216. *Genus ſpeciem ſequitur.*] *Species* aperte conſtat eſſe legendum; ſpecies namque genus ſequitur, non contra ſpeciem genus; ut enim, ſi homo eſt, animal eſt; ita non continuo, ſi eſt animal, eſt homo. REGIUS. *Species*; Voſſ. ſec. Ald. Steph. Colin. Vidov. & Vallæ liber.

217. *Ratiocinativa atque collectiva quæſtio.*] Συλλογιστικὴ ςάσις vel ζήτησις, quæ cap. 8. hujus libri vocatur *ſyllogiſmus*. Eſt autem ſpecies *ſtatus legalis*, in qua lex ad caſus & ad perſonas ſimiles quidem, ſed legis verbis non comprehenſas extenditur, ut ſi in matricidam afferatur lex in parricidas lata: hoc autem in Fabii loco *ſyllogiſtici ſtatus* hæc eſt ſpecies, an lex de ſublatione & abolitione præteriti judicii extendenda ſit ad reſtitutionem, an exſulis reſtitutio in patriam eumdem habere debeat effectum, quem haberet ſublatio & abolitio judicii. Hoc eodem fere ſenſu

reſtitutio [218] *pro ſublatione judicii ſit*, & [219] *perinde valeat, ac ſi judicium non fuiſſet.* [220] Ubi tentabit ruſticus dicere, ne impetrare quidem aliter potuiſſe ſuorum [221] reſtitutionem uno præmio, [222] niſi patre, perinde ac ſi accuſatus non eſſet, revocato: quæ res [223] advocati quoque pœnam, tanquam is non affuiſſet, remiſerit. [224] Tum veniemus ad id, quod primum occurrebat, *a ruſtico reſtitutum eſſe patrem.* [225] Ubi rurſus ratiocinamur, [226] *An reſtitutor accipi debeat pro advocato*, [227] quando id præſtiterit, quod advocatus petiit; nec improbum ſit, pro ſimili accipi, quod plus eſt. Reliqua [228] jam æquitatis ſunt, *utrius juſtius ſit deſiderium.* [229] Id ipſum adhuc dividitur, etiam ſi uterque ſibi totum vendicaret, nunc utique, [230] cum alter ſemiſſem, alter univerſa, fratre excluſo. Sed, his tractatis, etiam magnum momentum habet apud judices patris memoria, cum præſertim de bonis ejus quæratur. [231] Erit ergo *conjectura; qua mente pater inteſtatus deceſſerit.* [232] Sed ea pertinet ad *qualitatem*, quæ [233] alterius *ſtatus* inſtrumentum eſt. Plerumque autem in fine *cauſſarum* de æquitate tractabitur, quia [234] nihil libentius judices audiunt. Aliquando tamen hunc ordinem [235] mutabit utilitas: ut, ſi [236] in jure minus fiduciæ erit, [237] æquitate judicem præparemus. Nihil habui amplius, quod in univerſum præciperem. Nunc eamus per ſingulas *cauſſarum judicialium* partes, quas ut perſequi ad ultimam ſpeciem, id eſt, ad ſingulas lites controverſiaſque non poſſum; [238] ita de generalibus ſcribere licet, ut, [239] quæ in quem *ſtatum* frequentiſſime [240] incidant, tradam. Et quia natura prima quæſtio eſt, *factumne ſit*, [241] ab hac ordiar.

Juriſconſulti vocant *actionem utilem*, quæ datur non ex conceptis, &, ut aiunt, fotmalibus legis verbis; ſed per quamdam ſimilitudinem & conſequentiam. CAPPER.

218. *Pro ſublatione judicii ſtet.*] *Sit* recte in quibuſdam legitur exemplaribus. REGIUS. *Stet;* MSS. Bodl. Bal. Voſſ. ſec. Andr. Locat. Ald. marg. Baſil. Colon. Sich.

219. *Proinde valeat.*] *Proinde* expungatur, ac *perinde* legatur. REGIUS.

220. *Ubi tentavit.*] *Tentabit* legendum. REGIUS.

221. *Reſtitutionem præmio.*] Quia dumtaxat uno præmio potuiſſet reſtituere patrem, non etiam advocatum. TURNEB.

222. *Niſi patre perinde, &c.*] Hoc ait ideo, quia, qui revocantur, in integrum reſtituuntur, & priſtina omnia jura recipiunt: quod perinde eſt, ac ſi non fuiſſent antea accuſati. TURNEB. *Perinde ac ſi accuſatus.*] *Proinde;* V. C. Alm.

223. *Advocati quoque pœnam.*] Illius fratris, qui adfuerat patri reo tanquam advocatus, ideoque cum patre damnato ſimul exſulaverat. CAPPER.

224. *Tunc veniemus.*] *Venimus;* V. C. Alm. Voſſ. ſec. Andr. Locat. Ald. Vaſc. Steph.

225. *Ubi rurſus.*] *Unde r.* Voſſ. ſec.

226. *An ruſticus.*] *Ruſticus* omittitur in V. C. Alm. Voſſ. ſec. Andr. Locat. Ald. Par. Vaſc. Steph. Obrecht.

227. *Quando id præſtiterit.*] *Quum id præſt.* Obrecht.

228. *Jam æquitatis eſt.*] *Sunt* videtur eſſe legendum. REGIUS. *Æquitatis ſunt.*] Τῆς ἐπιεικείας, ejus quod eſt ex æquo & bono potius, quam ex jure ſtricto. CAPPER.

229. *Id ipſum adhuc dividitur.*] Τὸ *utrius ſit deſiderium juſtius* bifariam intelligitur. 1°. etiamſi uterque totam hereditatem ſibi vindicaret, ruſtici deſiderium juſtius videretur. 2°. quum ruſticus ſemiſſem, ſeu dimidiam hereditatis partem ſolummodo capere velit, diſertus autem univerſam, ſane ruſtici juſtius eſſe deſiderium apparet. CAPPER.

230. *Cum alter ſemiſſem.*] Hoc eſt, dimidiam hereditatis partem ſibi vindicet; nam hereditas tota vocatur *as*: hinc heres *ex aſſe*, qui ſolus heres eſt. CAPPER.

231. *Erit conjectura, qua mente pater.*] *Status* erit *conjecturalis*, ſeu facti quæſtio de animo, de mente, atque (ut aiunt) de intentione patris; nam, ut mox dicet Fabius initio cap. ſequent. *conjectura omnis, aut de re, aut de animo eſt.* CAPPER.

232. *Sed ea pertinet.*] Pleraque quæſtionem habent in *qualitate*, quæ tamen *conjectura* probantur; ac viciſſim in *conjectura* pleraque, quæ probantur *qualitate*. Hic enim dicemus, idcirco patrem teſtamentum non feciſſe, quod juſtum & æquum putaret, utrumque æquali hereditatis portione potiri, maximeque reſtitutorem. TURNEB. Illam veluti cognationem, quam oratoriarum quæſtionum *ſtatus* inter ſe habent: ἐπιπλοκὴν τῶν στάσεων appellat Syrianus Hermogenis interpres pag. 29. Græcor. Rhetor. edition. Ald. tom. 2. CAPPER.

233. *Alterius ſtatus inſtrumentum eſt.*] Sic etiam lib III. cap. 6. *quod pertinere ad conjecturæ & qualitatis inſtrumenta video.* Ubi vide quæ paucula notavimus. CAPPER.

234. *Nihil libentius judices audiunt.*] Tunc enim ſibi liberiores in ferenda ſententia videntur, & legis rigore minus obligati. CAPPER.

235. *Mutavit.*] *Mutabit* ſenſus expoſcit. REGIUS. *Mutavit;* V. C. Alm.

236. *In jure.*] In ſtricto rigidoque jure, quod ἀκριβοδίκαιον Græci dicunt. CAPPER.

237. *Æquitate præparemus.*] Τῇ ἐπιεικείᾳ, id eſt, remiſſione ſummi juris, & benigna legis interpretatione. CAPPER.

238. *Ita in generalibus.*] *In* præpoſitio mihi eradenda videtur, ac loco ejus *de* adſcribenda hoc modo, *de generalibus.* REGIUS. V. C. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. habent *ita in.*

239. *Quæ in quem.*] *In quemque;* MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Ald. Sich. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht.

240. *Incidant.*] *Incidunt;* editio Obrecht.

241. *Ab hoc ordiar.*] *Ab hac* eſſe legendum, ne admonitu quidem dignum eſt. REGIUS. *Ab hoc;* Locat. marg. Vidov. *ab hoc exordiar;* Voſſ. ſec.

CAPUT

CAPUT II.

De conjectura.

[1] CONJECTURA omnis, aut de re, aut de animo eſt. Utriuſque tria tempora, præteritum, præſens, futurum. De re & [2] generales quæſtiones ſunt, [3] & definitæ, id eſt, & quæ non [4] continentur, & quæ continentur. [5] De animo quæri non poteſt, niſi ubi perſona eſt, & de facto conſtat. Ergo cum de re agitur, aut *quid factum ſit*, in dubium venit, aut *quid fiat*, aut *quid ſit futurum*; ut in generalibus, [6] *an atomorum concurſu mundus ſit effectus, an providentia regatur*, [7] *an ſit aliquando caſurus*. In definitis: *an parricidium commiſerit* [8] *Roſcius: an regnum affecter* [9] *Manlius:* [10] *an recte Verrem ſit accuſaturus* [11] *Q. Cæcilius*. [12] In judiciis præteritum tempus maxime valet. Nemo enim accuſat, niſi quæ facta ſunt. Nam, & quæ fiant, & quæ futura ſint, ex præteritis colliguntur. [13] Quæritur & unde quid ortum; ut, *peſtilentia, ira deûm, an intemperie cœli, an corruptis aquis, an noxio terræ halitu*. Et quæ cauſſa facti; ut, *quare ad Trojam* [14] *quinquaginta reges navigaverint; jurejurando adacti, an exemplo moti, an gratificantes Atridis:* quæ duo genera non multum inter ſe diſtant. Ea vero, quæ ſunt præſentis temporis, ſi non argumentis, quæ neceſſe eſt præceſſiſſe, ſed oculis deprehendenda ſunt, [15] non egent *conjectura*; [16] ut ſi apud Lacedæmonios quæratur, *an Athenis muri fiant*. Sed & illud [17] poteſt videri extra hoc [18] propoſitum *conjecturæ* genus, cum de aliquo homine quæritur, [19] quis ſit; ut eſt quæſitum contra Urbiniæ heredes, *ſi is, qui* [20] *tanquam filius petebat bona, Cluſinius* [21] *Figulus eſſet, an Soſipater*. Nam & [22] ſubſtantia ejus ſub oculos venit, ut non poſſit quæri, *an ſit*; [23] quomodo ultra oceanum, [24] nec *quid ſit*, nec *quale ſit*, ſed *an quid ſit*. Verum hoc quoque genus III.

1. *Conjectura.*] Ideo Fabius lib. III. male illos opinari dixit, qui *ſtatum conjecturalem* appellant *ſtatum facti*; quia quæritur hic etiam *de animo*. TURNEB. *Conjectura omnis.*] Id eſt, *ſtatus conjecturalis*, ſeu facti quæſtio, in qua inquiritur an res ſit, fuerit, futurave ſit. Varia *ſtatus* hujus nomina vide in noſtris ad lib. III. cap. 6. notis. CAPPER.

2. *Generales quæſtiones.*] Θέσεις a Græcis vocantur. CAPPER.

3. *Et definitæ.*] Quocirca falluntur, qui exiſtimant, *ſtatus* ipſos eſſe dumtaxat in *hypotheſi*, non etiam in *theſi*. TURNEB. *Definitæ.*] Quas Græci ὑποθέσεις appellant. CAPPER.

4. *Continentur.*] Supple, variis rei circumſtantiis, cujuſmodi ſunt, *quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando*. CAPPER.

5. *De animo quæri poteſt.*] In quibuſdam exemplaribus recte negatio adſcripta eſt hoc modo: *de animo quæri non poteſt*. REGIUS.

6. *An atomorum concurſu, &c.*] Hæc opinio eſt Democriti, quam poſtea interpolavit Epicurus. Is enim exiſtimavit, fortuito corporum inſecabilium concurſu conditum eſſe mundum. TURNEB.

7. *An ſi aliquando.*] *Sit* legatur. REGIUS. Democritus & Epicurus aliquando caſurum mundum putant: putat etiam Heraclitus. Ariſtoteles æternum exiſtimat. TURNEB.

8. *Roſcius.*] Vide Ciceronis orationem pro Roſcio Amerino. CAPPER.

9. *Manlius.*] Manlius, qui Capitolium defendit, cum obæratos & nexos paſſim ſolveret, incidit in ſuſpicionem affectati regni, eſtque de ſaxo Tarpeio præcipitatus. TURNEB.

10. *An recte.*] Hæc quidem quæſtio, ut poſterius docebit Fabius, ſedem habet in *qualitate*: colligitur tamen *conjectura*. TURNEB.

11. *Q. Cæcilius.*] Vide Ciceronis *Divinationem*, quæ habitis in Verrem orationibus præmittitur. CAPPER.

12. *In judiciis.*] In orationibus, quæ ad *judiciale* genus pertinent. CAPPER.

13. *Quæritur & unde.*] Hæc ex Cicerone ducta ſunt; is enim *conjecturæ* rationem dividit in, *An ſit, Unde ortum ſit, Quæ cauſſa effecerit*: quæ duo prope eadem ſunt: addit quartum *de commutatione rei*, quod, quia vix in forum cadere poſſit, a Fabio eſt omiſſum. TURNEB.

14. *Quinquaginta reges.*] Dares tamen Phrygius ait, ſexaginta reges navigaſſe ad Troiam, illicque duxiſſe mille centum & quadraginta naves. TURNEB.

15. *Non egent conjectura.*] Non egent *ſtatu* illo *conjecturali*, opus non habent ut inſtituatur quæſtio *conjecturalis*, quæ tractetur & probetur argumentis ex facultate & ex voluntate ductis, ut vulgo fieri ſolet; hæc enim poſſunt ſola oculorum inſpectione dijudicari. CAPPER.

16. *Ut ſi apud Lacedæmonios.*] Cum Athenienſes Medicis bellis magnam comparaſſent ſibi laudem, de cingendis mœnibus Athenas cogitarunt: quod opus poſtea a Lacedæmoniis eſt impeditum, quibus ſuſpecta erat Athenienſium potentia: nihilominus tamen fraude Themiſtoclis opus eſt perfectum. TURNEB. Vide Juſtin. II. 15. & vitam Themiſtoclis in Cornelio Nepote.

17. *Poteſt videri extra hoc.*] *Poteſt videri extra hæc poſitum* e. g. Voſſ. ſec.

18. *Propoſitum conjecturæ genus.*] Hoc eſt, quæſtionis, vel *ſtatus conjecturalis*, in quo de præſenti tempore agatur. CAPPER.

19. *Quid ſit.*] *Quis* legendum, non *quid*, conſtat. Neque enim ambigitur, an homo ſit quiſquam, ſed id demum, quis ſit, an Figulus, ao Soſipater. REGIUS. *Quid ſit;* Locat.

20. *Tanquam filius.*] Subauditur, ipſius Urbiniæ.

21. *Figulus.*] Scribe *Cluſinius Figulus, an Soſipater*. PHILANDER. *Cluſinius* non agnoſcunt MSS. Alm. Voſſ. ſec. Andr. Locat. Ald. Colon. Baſil. Gryph Colo. Vidov.

22. *Subſtantia.*] Οὐσία, id eſt, exiſtentia. CAPPER.

23. *Quomodo ultra Oceanum.*] Hoc dicit propter Alexandrum, qui deliberarit de trajiciendo Oceano, ut alias terras, aliumque mundum inveniret, quem ſubjugaret. TURNEB. *Quomodo an ultra Oc.* Voſſ. ſec. Obrecht.

24. *Nec quid ſit, nec quale ſit, ſed quis ſit.*] Paulo ante *quid*, loco *quis*; nunc *quis*, loco *quid*, perverſe ſcriptum eſt: ſed ne ſic quidem mendis purgatus eſt locus. *An* namque particula poſt *ſed* conjunctionem collocanda, ut legatur: *Quomodo ultra Oceanum, nec quid ſit, nec quale ſit, ſed an quid ſit*. Ac ne cui ſibi ipſi Fabius repugnare videatur, hoc ultimum *quid* ponitur pro *aliquid*: illud prius pro definitione. REGIUS. *Sed quis ſit;* V. C. Alm Locat. Ald.

litis ex præterito pendet, *an hic ſit ex Urbinia natus Cluſinius Figulus.* Fuerunt autem tales [25] noſtris etiam temporibus controverſiæ, atque aliquæ in meum quoque patrocinium inciderunt. [26] Animi *conjectura* non dubie in omnia tempora cadit: [27] *Qua mente Ligarius in Africa fuerit: Qua mente* [28] *Pyrrhus fœdus petat: Quomodo laturus ſit Cæſar,* [29] *ſi Ptolemæus Pompeium occiderit.* Quæritur [30] per *conjecturam* & quantitas & qualitas [31] circa modum, ſpeciem, [32] numerum: [33] *An ſol major quam terra:* [34] *Luna globoſa, an plana, an acuta:* [35] *Unus mundus, an plures.* Itemque extra [36] naturales quæſtiones: *Majus bellum Trojanum,* [37] *an Peloponneſiacum: Qualis clypeus Achillis:* [38] *An unus Hercules.* In iis autem, quæ accuſatione ac defenſione conſtant, unum eſt genus, in quo quæritur & de facto, & de auctore. Quod interim conjunctam quæſtionem habet, & utrumque pariter negatur; [39] interim ſeparatam, cum & factum ſit, necne, &, ſi de facto conſtet, a quo factum ſit, ambigitur. Ipſum quoque factum aliquando ſimplicem quæſtionem habet, *an homo perierit*; aliquando duplicem, *veneno, an cruditate perierit.* Alterum eſt genus de facto tantum, cum, ſi id certum ſit, non poteſt de auctore dubitari. Tertium de auctore tantum, cum factum conſtat, ſed, a quo factum ſit, in controverſiam venit. Et, quod tertio loco poſui, non eſt ſimplex. Aut enim reus feciſſe tantummodo ſe negat, aut alium feciſſe dicit. Sed ne in alterum quidem transferendi criminis una forma eſt. [40] Interdum enim ſubſtituitur mutua accuſatio, quam Græci *ἀντικατηγορίαν* vocant, noſtrorum quidam [41] *concertativam.* Interdum in aliquam perſonam, quæ extra diſcrimen judicii eſt, transfertur, & alias certam, alias incertam. [42] Et cum in certam, aut [43] in extrariam, aut [44] in ipſius, qui periit, voluntatem. In quibus ſimilis, atque in *ἀντικατηγορίᾳ,* perſonarum, cauſſarum, [45] cæterorum comparatio eſt; ut Cicero [46] pro Vareno [47] in familiam Ancharianam; [48] pro Scauro circa mortem Boſtaris in matrem avertens crimen, facit. Eſt etiam illud huic contrarium comparationis genus, in quo uter-

25. *Noſtris etiam.*] *Etiam noſtris*; Obrecht.

26. *Animi conjectura.*] Hoc eſt, quæſtionis oratoriæ *ſtatus conjecturalis*, quo inquiritur de animo, mente, conſilio, propoſito alicujus hominis. CAPPER.

27. *Qua mente Ligarius, &c.*] Tamen hæ quæſtiones videntur potius referri debere ad *qualitatem*, quam ad *conjecturam*: in illis enim *de qualitate* quæritur: ſed tamen, quia *qualitas* illa conjecturis & ſuſpicionibus colligitur, ad *conjecturam* referri poteſt: ſic Fabius interpretatur cap. de *qualitate.* TURNEB. *Ligarius in Africa.*] Vide Ciceronis orationem pro Ligario.

28. *Pyrrhus fœdus petat.*] Supple, Romanorum, vel cum Romanis.

29. *Si Ptolemæus.*] Vide Cæſarem de Bello Civili lib. III. circa finem. CAPPER.

30. *Per conjecturam & qualitatem circa modum.*] Aſteriſco notandus hic locus, niſi corrigatur; nullus enim integer ſenſus elici poteſt. Quod ſi *qualitas* legeretur, pro *qualitatem*, perſpicuus fuerit ſenſus *Qualitatem* autem accipiamus quodcumque accidens, quo quidem modo quantitatem quoque complectitur: quod aperte, quæ ſubjiciuntur, exempla declarant. REGIUS. *Per conjecturam & qualitas circa modum;* V. C. Alm. *per conjecturam qualitas*; Ald. *per conjecturam & qualitatem*; Voſſ. ſec. Locat. Hæc autem verba *per conjecturam*, idem ſignificant, quod per quæſtionem, ſeu *ſtatum conjecturalem*, hoc eſt, de facto, ut loqui amant. CAPPER.

31. *Circa modum.*] Id eſt, quantitatem continuam, ſeu menſuram. CAPPER.

32. *Numerum.*] Quæ quantitas diſcreta ſolet appellari. CAPPER.

33. *An ſol major quam terra.*] Eratoſthenes Mathematicus colligit, ſolem eſſe vicies ſepties majorem terra. TURNEB.

34. *Luna globoſa.*] Mathematici omnes putant lunam & cæteras ſtellas in orbem eſſe globatas. TURNEB.

35. *Unus mundus.*] Ariſtoteles exiſtimavit, unicum eſſe mundum; Democritus atque Epicurus infinitos quotidie naſcentes & intereuntes. TURNEB.

36. *Naturales quæſtiones.*] *Τὰς φυσικὰς*, quæ ad rerum phyſicarum, ſeu naturalium conſiderationem pertinent. CAPPER.

37. *An Peloponnenſium.*] *Peloponneſiacum* mihi videtur eſſe legendum: hoc autem in principio ſtatim ſui operis Thucydides tradit. REGIUS. Thucydides in præfatione libri primi comparat bellum Peloponneſiacum cum Troiano, multiſque conjecturis colligit, Peloponneſiacum eſſe majus. TURNEB. *Peloponnenſium*; V. C. Alm. Locat. Ald. *Peloponnenſes* etiam dixit Juſtin. lib. III. cap. 6.

38. *An unus Hercules.*] Cicero lib. III. *de Natura Deorum* colligit, ſex fuiſſe Hercules. TURNEB.

39. *Interim ſeparatum.*] *Separatam*, ut ad quæſtionem referatur, legendum. REGIUS.

40. *Interdum enim.*] *Anticategoria* finitimum eſt, quod appellatur *ἀντίγκλημα*, quando ſcilicet tota noſtra defenſio conſtat alterius inſectatione: at in *anticategoria* a nobis crimen rejicimus, & alteri intendimus. TURNEB. Hoc diſtant *ἀντικατηγορία, mutua accuſatio*, & *ἀντίγκλημα, relatio*, quod in *ἀντικατηγορίᾳ* litigatores, vel idem crimen invicem intentant, vel aliud atque aliud, ut docet Fabius lib. III. cap. 10. in *ἀντεγκλήματι* autem omnis noſtra defenſio conſtat ejus accuſatione, qui vindicatur (id eſt, pro quo ultionem & pœnas a reo exigit accuſator) ut, *occiſus eſt, ſed latro: exſectus eſt, ſed raptor.* CAPPER.

41. *Concertativam.*] Supple, quæſtionem, *cauſſam*, *hypotheſin.* Vide Sulpicium Victorem in Rhetorib. Pithœan. pag. 244. CAPPER.

42. *Et cum incertam aut in extrariam vitam.*] Errores quidem hujus loci facile deprehenduntur; ſed quonam pacto poſſint emendari, non ita apparet. Quod ſi *vitam* expungere nobis permitteremus, ut otioſam, facile reliqua corrigerentur. Nam *in certam* diviſim, & *perit* loco illius *petit*, cum cædis ſit exemplum, videtur legendum: (incertæ autem perſonæ idcirco nullum ſubjicit exemplum, quod nullam recipit diviſionem, nullamque præ ſe fert difficultatem) hoc modo: *Et cum in certam, aut in extrariam, aut in ipſius, qui perit, voluntatem.* REGIUS. *Incertam aut in extrariam vitam*; Locat. *incertam aut in extrariam, aut*; Colin. Vidov. *& cum in certam, aut in extrariam, invitam, aut in*; Obrecht.

43. *In extrariam.*] Hoc eſt, in voluntatem alterius ab eo, qui mali quidpiam paſſus fuerit. CAPPER.

44. *In ipſius qui periit, voluntatem.*] Si verbi gratia ipſe ſibi mortem conſciverit. CAPPER. *Qui perit.*] *Petit*; Voſſ. ſec. Andr. Ald. Vidov. marg. Sich. Baſil. *periit*; Gryph. Steph. Colin. Oxon. Obrecht.

45. *Certorum comparatio.*] *Cæterorum* emendate in quibuſdam legitur exemplaribus. REGIUS. *Cæterorum* deeſt in Voſſ. ſecund.

46. *Pro Vareno.*] Vide Ciceronian. oration. fragmenta. CAPPER.

47. *In familiam Ancharianam.*] Subauditur, *avertens crimen.* CAPPER.

48. *Pro Scauro.*] Vide Ciceronian. orationum fragmenta. CAPPER.

que a ſe factum eſſe dicit; & illud, in quo non perſonæ inter ſe, ſed ipſæ res colliduntur, id eſt, non *uter fecerit*, [49] ſed *utrum factum ſit*. Cum de facto & de auctore conſtat, [50] de animo quæri poteſt. [51] Nunc de ſingulis. [52] Cum pariter utrumque negatur, hoc modo: *Adulterium non commiſi: Tyrannidem non affectavi.* In cædis ac veneficii *cauſſis* frequens eſt illa diviſio, *Non eſt factum*, &, ſi eſt factum, *ego non feci.* [53] Sed cum dicimus, *Proba hominem occiſum*, accuſatoris tantum partes ſunt: a reo nihil dici contra, præter aliquas fortaſſe ſuſpiciones, poteſt, quas ſpargere quam maxime varie oportebit; [54] quia, ſi unum aliquid affirmaris, probandum eſt, aut *cauſſa* periclitandum. [55] Nam, ut, cum inter id, quod ab adverſario, & id, quod a nobis propoſitum eſt, quæritur, videtur utique alterum verum; [56] ita ex adverſo unum eſt, quo defendimur; reliquum eſt; quo premimur. [57] At cum quærimus de ambiguis ſignis cruditatis & veneni, nihil tertium eſt; ideoque utraque pars, quod propoſuit, tuetur. [58] Interim autem [59] ex re quæritur, *veneficium fuerit, an cruditas*; [60] cum aliqua ex ipſa [61] citra perſonam quoque argumenta ducuntur. Refert enim, [62] convivium præceſſerit, an triſtitia; [63] labor, an otium; vigilia, an quies. Ætas quoque [64] ejus, qui perierit, diſcrimen facit. Intereſt, ſubito defecerit, an longiore valetudine conſumptus ſit. [65] Liberior adhuc in utramque partem diſputatio, ſi tantum ſubita mors in quæſtionem venit. Interim ex perſona probatio rei petitur: ut propterea credibile ſit, venenum fuiſſe, quia credibile eſt, ab hoc factum veneficium: vel contra. Cum vero de reo & de facto quæritur, naturalis ordo eſt, ut prius factum eſſe accuſator probet, deinde a reo factum. [66] Si tamen plures [67] in perſonam probationes habuerit, convertet hunc ordinem. Defenſor autem prius negabit eſſe factum, quia, ſi in hac parte vicerit, reliqua non neceſſe habet dicere: [68] victo ſupereſt, [69] ut tueri ſe poſſit. Illic quoque, ubi de

49. *Sed utrum factum ſit.*] Exemplum paulo poſt aſſeretur de data a quopiam potione, utrum remedium fuerit, an venenum: cæterum poſt τὸ *factum ſit*, ſubaudire oportet *quæritur*, *inquiritur*, &c. CAPPER.

50. *De animo.*] De conſilio, de propoſito, &, ut vulgo aiunt, de intentione ipſius agentis. CAPPER.

51. *Nunc de ſingulis.*] Hic eſt diſtinguendum, ut extrinſecus *tractandum eſt*, vel ſimile verbum ſubaudiatur. REGIUS. *Nunc de ſingulis*, diviſionem ſuperiorem exemplis explicat, docetque quo pacto in ſingulis diſponere debeamus & tractare: eſt igitur legendum: *Nunc de ſingulis, cum pariter utrumque negatur*; nam in hac propoſitione, *Adulterium non commiſi*, ſimul factum negatur, ſcilicet adulterium; ſimul auctor, quod non commiſeris adulterium. TURNEB.

52. *Cum pariter negatur, hoc modo.*] Quamvis ſic legi ſolitum ſit, mihi tamen corruptus hic locus videtur. Qui quidem, ut ego ſentio, ita poteſt emendari, ſi *utrumque* adſcribatur, & legatur, *cum pariter utrumque negatur*: ſic autem eſſe legendum, facile ex iis, quæ paulo ante præcepit Fabius, colligi poteſt: *in iis autem*, inquit, *quæ accuſatione & defenſione conſtant, &c. & utrumque pariter negatur*: ſic igitur hic quoque legendum; ſingulis enim membris factæ diviſionis exempla ſubjiciuntur. REGIUS. *Utrumque* non habent MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat.

53. *Sed cum dicimus.*] In ſeparata defenſione, cum negamus eſſe factum, idque probandum dicimus, tum maxime ſunt partes accuſatoris, ut probet: nobis erunt quædam ſuſpiciones variæ ac diverſæ; quia unam dumtaxat ſi tuebimur, & unum aliquid dicemus, niſi probare id potuerimus, *cauſſa* cademus. TURNEB.

54. *Quia.*] Alii, *Quod*.

55. *Nam ut cum.*] Duplex eſſe poteſt ſenſus, ſi *ex adverſo* legas hoc modo: *In illa defenſione, cum unum aliquid affirmamus, illo nos tuemur, cum tamen firmiorem haberemus defenſionem in multis, quæ nos premunt, quoniam a nobis relinquuntur*: ſin autem legatur, *e converſo*, ut in antiquis codicibus, melior erit ſenſus hoc modo: *In illa quæſtione ſeparata, etſi membrum prius everſum fuerit ab adverſario, ſupererit unum, quo nos tuebimur.* TURNEB.

56. *Ita ex averſo quo defendimur.*] *Adverſo*, pro *averſo*, conſtat quidem eſſe legendum: ſed ne ſic quidem e ſenſu tollitur obſcuritas, quæ ex depravationibus oritur, niſi *unum*, ac *eſt* verbum adſcribatur hoc modo: *Ita ex adverſo unum eſt, quo defendimur, reliquum, quo premimur.* REGIUS. *Ita ex diverſo unum eſt, quo*; Baſil. *ita ex adverſo quoque defendere reliquum eſt, quo premimur*; Obrecht.

57. *At quum quærimus.*] Cum objicitur tibi veneficium, dicere potes, *veneficium non eſt factum*, &, ſi factum eſt, ego non feci: at cum ita te defendis, ut neges hominem veneficio periiſſe, ſed cruditate, hoc ſemper tueri debes, ut firmiſſimum, neque tertium adjicere, etſi veneficio perierit, abs te non interfectum eſſe. TURNEB. Alii, *Ut*.

58. *Interim autem.*] In hujuſcemodi quæſtione argumenta ducentur primum a re citra perſonæ circumſtantiam, poſtea vero etiam a perſona. TURNEB.

59. *Ex re quæritur.*] Quæſtio inſtituitur ex re ipſa, quæ contigit, ſeu facta eſt, remota perſonæ conſideratione. CAPPER.

60. *Cum ex aliqua ipſa.*] Hic verba dumtaxat tranſpoſita ſunt, quæ ſic in ordinem rediguntur: *cum ex ipſa aliqua circa perſonam.* REGIUS. *Ex aliqua ipſa*; Locat. *ex ipſa aliqua*; Ald. Vidov. Colin.

61. *Citra perſonam.*] Citra ullam perſonæ conſiderationem, nullo ad perſonam ipſam habito reſpectu. CAPPER.

62. *Convivium præceſſerit, an triſtitia.*] Deeſt membrum id, quod refertur ad triſtitiam. Quare ſcribe: *refert enim convivium præceſſerit lætitia, an triſtitia.* Eſt enim *lætitia*, ut dicit Cicero IV. *Tuſcul.* 6. *ſine ratione animi elatio*, cum ſcilicet inaniter & effuſe animus exultat. PHILAND.

63. *Laborantium.*] Quid ſibi velit hoc loco *laborantium*, mihi non liquet: ſenſum certe perturbat. Quare non eradendum quidem, ſed in tria verba mihi videtur diſtinguendum, *o* vocali dumtaxat adſcripta hoc modo, *labor an otium*; ſic enim pulcherrime cum ſequentibus quadrat; tametſi exemplaria, quæ quidem ego viderim, huic emendationi refragentur. REGIUS. *Laborantium vigilia*; V. C. Alm. Voſſ. ſec. Locat.

64. *Ejus qui perierit.*] *Ejus qui periit*; V. C. Alm. *periit*; Voſſ. ſec. Obrecht.

65. *Liberior adhuc.*] Nam cum ſubita mors eſt, major eſt adhuc dubitatio, an veneficium ſit, an cruditas; ac proinde liberior diſputatio, ſi quidem & veneficium & cruditas ſtatim poſſunt hominem ſuffocare. TURNEB. *Liberior tamen adhuc*; Ald. Colin.

66. *Si tamen plures.*] Hoc modo, ut doceat multis ſuſpicionibus & conjecturis veriſimile eſſe a reo factum, deinde etiam factum: alioqui ſi tractaret ita, ut diceret ſtatim a reo eſſe factum, non eſſet locus poſteriori membro. TURNEB.

67. *In perſonam.*] *In perſona*; Voſſ. ſec. Ald. Obrecht.

68. *Victo ſupereſt.*] Supple, *defenſori*. Si defenſor hac in parte victus fuerit, & coactus rem factam fuiſſe confiteri, tunc illi ſupereſt, &c. CAPPER.

69. *Ut tueri ſe poſſit.*] Ut factum ipſum poſſit defendere, tanquam jure fecerit, & recte egerit: qui *ſtatus* erit qua-

facto tantum controverſia eſt, quod ſi probetur, non poſſit de auctore dubitari, ſimiliter argumenta & ex perſona, & ex re ducuntur, ſed in unam facti quæſtionem; ſicut in illa controverſia (utendum eſt enim & his exemplis, quæ ſunt diſcentibus magis familiaria:) *Abdicatus medicinæ ſtuduit. Cum pater ejus ægrotaret, deſperantibus de eo cæteris medicis, adhibitus, ſanaturum ſe dixit, ſi is potionem a ſe datam bibiſſet. Pater, acceptæ* [70] *potionis epota parte, dixit, venenum ſibi datum: filius quod reliquum erat exhauſit: pater deceſſit: ille parricidii reus eſt.* Manifeſtum eſt, [71] quis potionem dederit, nulla quæſtio de auctore: [72] tantum, *an fuerit venenum*, ex argumentis a perſona ductis colligetur. Supereſt tertium, in quo factum eſſe conſtat aliquid: a quo ſit factum, quæritur. [73] Ejus rei ſupervacuum eſt ponere exemplum, cum plurima ſint hujuſmodi judicia; [74] ut, ſi hominem occiſum eſſe, manifeſtum eſt; vel ſacrilegium commiſſum; is autem, qui [75] arguitur feciſſe, neget; ex hoc naſcitur ἀντικατηγορία. [76] Utique hoc factum eſſe convenit, quod duo invicem objiciunt. [77] In quo quidem genere *cauſſarum* admonet Celſus, fieri id in foro non poſſe: quod neminem ignorare arbitror. [78] De uno enim reo conſilium cogitur; [79] &, ſi qui ſunt, [80] qui invicem accuſent, alterum [81] judicium præferre neceſſe eſt. Apollodorus quoque ἀντικατηγορίαν duas eſſe controverſias dixit; & ſunt revera ſecundum forenſe jus duæ lites. Poteſt tamen hoc genus [82] in cognitionem venire Senatus, aut Principis. [83] Sed in judicio quoque nihil intereſt *actionum*, utrum ſimul de utroque pronuntietur, [84] an de uno ſeorſum. Quo in genere ſemper prior debebit eſſe defenſio. Primum, quia natura potior eſt ſalus noſtra, quam adverſarii pernicies. Deinde, quod plus habebimus in accuſatione auctoritatis, ſi prius de innocentia noſtra conſtiterit. [85] Poſtremo, quod ita demum duplex *cauſſa* erit. Nam qui [86] dicit, *ego non occidi*, habet reliquam partem, ut dicat, *tu occidiſti*. At qui dicit, *tu occidiſti*, ſupervacuum habet poſtea dicere, *ego non occidi*. [87] Hæ porro *actiones* conſtant comparatione: ipſa comparatio non una via ducitur. Aut enim totam *cauſſam* noſtram cum tota adverſarii *cauſſa* componimus; aut ſingula argumenta cum ſingulis. Quorum utrum ſit faciendum, non poteſt, niſi ex ipſius litis utilitate cognoſci; ut Cicero ſingula pro Vareno comparat [88] in primo crimine. [89] Eſt enim ſuperior, cum perſona alieni

ſtatis abſolutæ, vel *aſſumptivæ*, de qua capite ſequenti. CAPPER.

70. *Potionis epota parte.*] *P. pota parte*; Voſſ. ſec.

71. *Qui potionem dederit, quæ ſi veneni fuit, nulla.*] Parum acute intuenti hic quidem mendis carere videtur, eoque hactenus corrupte fuit lectus; nam illa quatuor verba, *quæ ſi veneni fuit*, non modo ſenſum non juvare, ſed magno quoque impedimento eſſe videntur, ne ipſum plane percipiamus: cum igitur penitus ſupervacua ſint, vel refragantibus exemplaribus eradenda ſunt, ut legatur: *Manifeſtum qui potionem dederit, nulla quæſtio de auctore.* REGIUS. *Quæ ſi veneni fuit* habent MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſec. Andr. Locat. Ald. Sich. Baſil.

72. *Tantum an fuerit.*] *Tamen*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. marg. Baſil. *Fuerit venenum.*] *Venenum fuerit*; edit. Obrecht.

73. *Ejus rei ſupervacuum.*] *Cujus rei*; edit. Obrecht.

74. *Ut ſi hominem.*] *Ut hominem occiſum eſſe manifeſtum ſit, aut ſacrilegium*; edit. Obrecht. MS. Alm. Voſſ. ſec. niſi quod *vel ſacrilegium* habet.

75. *Arguitur feciſſe, neget.*] *Arguitur, neget*; edit. Obrecht.

76. *Utique hoc factum.*] *Utique enim factum*; V. C. Alm.

77. *In quo quidem.*] In judiciis publicis prætor de una lege & uno reo cognoſcere ſolet: cum igitur in *anticategoria* uterque alterum accuſet, atque uterque fiat reus, ea ſpecies in *cauſſas* forenſes non cadit, quæ adſtringuntur certis formulis: tamen ita cadere poſſit *anticategoria* in forum, ſi crimen rejicias in adverſarios, neque reos facias; ut in *cauſſa* Roſcii. TURNEB.

78. *De uno reo.*] *Enim* conjunctio, incuria librariorum omiſſa, reponenda; ſic enim in quibuſdam exemplaribus quoque legitur: *de uno enim reo conſilium cogitur. Cogere* namque *conſilium*, eſt judices ad judicandum congregare. REGIUS. *Enim* non habet Voſſ. ſec.

79. *Etiam & ſi.*] *Etiam* copula, cum a ſenſu non agnoſcatur, expungenda videtur. REGIUS.

80. *Qui invicem accuſant.*] *Se* pronomen adſcribendum. REGIUS. *Qui ſe invicem*; Locat. Ald. Baſil.

81. *Alterum judicium præferre.*] Cum duæ lites inſtitui tunc poſſint; una, in qua Petrus v. g. erit actor, Paulus reus; altera, in qua Paulus erit actor, Petrus reus; neceſſe eſt ut altera lis alteri præferatur. CAPP. *Judicium perferre.*] *Preferre*; MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſec. Ald. Locat. Par. Sich. Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Oxon. *proferre*; Obrecht.

82. *In cognitionem venire Senatus.*] In judicium: ita ut non jam delectorum judicum conſeſſus, ſed Senatus ipſe de mota lite ſententiam ferat. CAPPER.

83. *Sed in judicio.*] Judicia publica certis legum *actionibus* inſtituuntur: quæ res nihil impedit *anticategoriam*, cum *actio* non mutetur, cum utrobique ſit earum *actio*. TURNEB.

84. *An etiamſi de uno fertur.*] Hunc ſenſum corruptum eſſe patet: quonam pacto autem ſit emendandus difficile videtur: fortaſſe autem ſic corrigeretur, ſi loco illius copulæ *etiamſi*, *ſententia* legatur, & *feratur*, hoc modo: *an etiam ſententia de uno feratur.* REGIUS. *An etiam ſi de uno fertur*; MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. *an etiam ſi de uno ſententia feratur*; Sich. Baſil. *an ſententia ſi de uno feratur*; Ald.

85. *Poſtremo.*] *Poſtremum*; edit. Obrecht.

86. *Dicit, ego non occidi, habet reliquam partem, ut dicat, tu occidiſti, ſupervacuum habet poſtea dicere, ego non occidi.*] Manifeſte hic aliquid ſenſui neceſſarium deeſt: quod ut a librario prætermitteretur, illud verbum ſæpius repetitum in cauſſa fuit: mihi vero hæ quinque dictiones hoc in loco deſiderantur, *at, qui dixit, tu occidiſti*: itaque a Fabio ſcriptum fuiſſe puto: *Nam qui dicit, ego non occidi, habet reliquam partem, ut dicat, tu occidiſti. At qui dicit, tu occidiſti, ſupervacuum habet poſtea dicere, ego non occidi.* REGIUS. *At qui dicit, tu occidiſti*, non ſunt in MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat.

87. *Hæ porro actiones.*] Hoc quoque præceptum pertinet ad collocationem & diſpoſitionem: docuimus autem lib. III. *anticategoriam* ſpeciem eſſe *cauſſæ comparativæ*: ita autem appellatur *cauſſa*, cum non ſimpliciter quæritur, ſed ex comparatione rerum & perſonarum. TURNEB.

88. *In primo crimine.*] In primo capite accuſationis; nam apud veteres τὸ *crimen* ſæpius accuſationem ipſam ſignificat. CAPPER.

89. *Eſt enim ſuperior perſona alieni c. p. m. t. compararetur.*] *Cum* particula adſcribenda, & *comparetur* legendum hoc modo: *ſuperior, cum perſona alieni cum p. m. t. comparetur.* REGIUS. *Cum* omittit Locat. Cæterum in τῷ *ſuperior*

cum perſona matris temere comparetur. Quare optimum eſt, [90] ſi fieri poterit, ut ſingula vincantur a ſingulis. Sed ſi quando, [91] in partibus laborabimus, univerſitate pugnandum eſt: ſive invicem accuſant, ſive crimen reus citra accuſationem in adverſarium vertit; ut Roſcius in accuſatores ſuos, quamvis reos non feciſſet: ſive in ipſos, [92] quos ſua manu periiſſe dicemus, factum deflectitur: non aliter quam in iis, quæ mutuam accuſationem habent, utriuſque partis argumenta inter ſe comparantur. Id autem genus, de quo noviſſime dixi, non ſolum in ſcholis ſæpe tractatur, ſed etiam in foro. Nam id eſt in *cauſſa* [93] Nævii Aproniani ſolum quæſitum, [94] *præcipitatane eſſet ab eo uxor, an ſe ipſa ſua ſponte jeciſſet.* [95] Quam *actionem* equidem ſolam in hoc tempus [96] emiſeram, [97] quod ipſum feciſſe ductum juvenili cupiditate gloriæ fateor. Nam ceteræ, quæ ſub nomine meo feruntur, negligentia excipientium in quæſtum [98] notariorum corruptæ, minimam partem mei habent. [99] Eſt & alia duplex *conjectura*, [100] huic ἀντικατηγορία non diverſa, de præmiis; ut in illa controverſia: [101] *Tyrannus ſuſpicatus a medico ſuo datum ſibi venenum, torſit eum;*

ſubauditur, Varenus, aut Vareni *cauſſa*. CAPPER.

90. *Si fieri poterit.*] *Si fieri potuerit*; Voſſ. ſecund.

91. *In partibus laborabimus.*] *Laboramus*; Voſſ. ſecund. Jam vero in *his partibus* & *univerſitate* ſubintelligitur, *argumentorum noſtrorum*, ut patet ex ſequentibus, ubi ſic legitur: *utriuſque partis argumenta inter ſe comparantur*: adde quod paulo ſupra dixerat Fabius, *aut ſingula argumenta cum ſingulis* [componimus.] CAPPER.

92. *Quos ſua manu.*] *In ſua manu*; Steph. Roign.

93. *Nævii Aproniani.*] Doctiſſimus Lipſius hunc locum, tanquam ſimilem hiſtoriam continentem, referens ad Tacit. IV. Ann. 21. legit *Nonii Aproniani.* Nos quoque ejus exemplum imitabimur vice verſa Taciti locum adſcribendo: *Per idem tempus Plautius Silvanus Prætor incertis cauſſis Aproniam conjugem in præceps jecit; tractuſque ad Cæſarem a L. Apronio ſocero, turbata mente reſpondit, tanquam ipſe ſomno gravis, atque eo ignarus, & uxor ſponte mortem ſumſiſſet.* De hoc Plautio Silvano vide lapidem apud Lipſium. d. l. ALMELOV. *Appiniani*; Locat. Ald. Baſil. *Arpiniani*; Voſſ. ſec. Andr. & ita Glandorpius in Onomaſtico ſuo hunc vocat: ſed puto cum Lipſio legendum *Apronianus*, quod nomen circa hæc tempora Romæ ſatis celebre: ita *C. Vipſtanum Apronianum* Conſulem ſæpe Tacito memoratum ſcimus. (Vide lib. XIV. Annal. cap. I. & ibi Ryck. & I. Hiſt. 76. ubi Gronov.) qui & ſæpe in lapidibus veterum, præſertim Fratrum Arvalium, occurrit: ſic & *Caſſius Apronianus* ſub Hadriano, quem Dionis Caſſii patrem & Conſulem facit Glandorpius ann. 876. ſed ille *C. Ventidius Apronianus* fuit; & Dion patrem ſuum præfuiſſe Ciliciæ dicit, non fuiſſe Conſulem, Epitom. lib. LXIX. ſed qui ex correctione virorum doctorum *Apronianus* Conſul cum Bradua legitur, apud Gruter. pag. XVI. 9. forte eſt *Caſſius Apronianus*, ut etiam in indice Gruteri notatum; vix enim video, qua ratione pater Caſſii ſub Hadriano potuerit Conſul eſſe, cum filius ſub Alexandro demum Severo floruerit, niſi cum Glandorpio ſtatuamus potius avum fuiſſe, & illum Caſſium Apronianum Conſulem ann. 944. patrem Dionis ſtatuamus ſub Commodo. Præterea *Apronianus* quidam memoratur in leg. 28. §. 8. ff. de liberat. legat. & plurimi *Aproniani* in lapidibus; ut apud Gruter. CXI. 3. *L. Minucius Apronianus*, ut legendum eſſe, non *Munatius*, apparet ex lapide, quem profert P. de Marca in Marca Hiſpan. lib. II. cap. 16. & alios *Aproniani* in indice Gruteri eſt videre. Ceterum Glandorpius, ſibi non conſtans, hic legendum *Nonium Apronianum* cenſet in *Noniis*: ſed nihil affert, quo firmet hanc conjecturam: nos, licet hunc dictum fuiſſe *Nævium*, aut *Nonium*, ignoremus, nihil temere mutandum cenſemus; niſi forte legendum ſit, *in cauſſa Aproniæ Plautii ſolum quæſitum*; nam eamdem eſſe *cauſſam*, quam Tacitus narrat, mihi eſt perſuaſiſſimum. BURMAN.

94. *Præcipitatane.*] *Præcipitata eſſet*; V. C. Alm. & recte; nam & ſupra notavimus; primo loco eleganter *an*, vel *ne* omitti, & ſæpius infra adhuc occurret.

95. *Cujus actionem.*] Sic quidem recte legi videtur, ut *cujus cauſſæ* intelligatur: ſed *quam* rectius legeretur hoc modo: *Quam actionem*, hoc eſt, quam orationem: quamvis *actio*, pronuntiatio quoque dicitur. REGIUS. *Cujus*; Locat. *cujus actionem equidem ſolam*; Voſſ. ſec.

96. *Emiſeram.*] Supple, in lucem, in vulgus edideram, publici juris feceram, ut ab omnibus legi poſſet. CAPP.

97. *Quod ipſum effeciſſe ſeductum.*] *Me* adſcribendum, & *feciſſe*, non *effeciſſe*, legendum puto. REGIUS. *Ipſum effeciſſe*; Locat. *meipſum feciſſe*; marg. Baſil. *quod me feciſſe*; Voſſ. ſec. *ipſum me feciſſe*; Obrecht. ſed fruſtra; recte *ipſum* enim *feciſſe*, non addita voce *me*, quam eleganter omitti ſolere, ex Virgil. I. Eclog. 9. docuit jam Aſcenſius:

Ille meas errare boves, ut cernis, & ipſum
Ludere, quæ vellem, calamo permiſit agreſti.

Et ita noſter lib. XI. I. *Nam ipſos erubeſcere, etiam cum ab aliis laudabimur, decet*; ubi etiam Aſcenſius hoc obſervat; ſed gravior menda obſedit omnes fere editiones. Quis enim credat, elegantiſſimum ſcriptorem, *ſe ſeductum juvenili cupiditate gloriæ* hoc feciſſe, ſcripſiſſe? abſit longe a cultiſſimo Fabio inquinatio illa ſermonis Latini; *ſeducere* enim eſt ſeorſum a turba aliquem ducere, ut notiſſimum; nec niſi Theologis uſitatum hoc verbum pro *corrumpere*, &c. quare Aldinæ editioni auſcultaſſe oportuerat, quæ recte, *feciſſe ductum juvenili cupiditate*, habet: nimirum ultimam ſyllabam *ſe feciſſe* geminavit, ... qui de *ſeductore* diabolo cogitabat: *duci* vero *gloria*, *laude*, &c. paſſim apud Ciceronem & alios occurrit. II. Verr. 58. *ſi quis eorum honore & gloria ducitur.* Ovid. XIV. 229.

——————— *prædæque cupidine ducti.*

& X. 182. in quibuſdam MSS.

——————— *ductuſque cupidine ludi.*

Vide Heinſ. ad lib. VIII. 123. nam modus non eſſet exemplorum. Simile autem commiſſum librariorum impoſuit viro erudito Ryckio, ut crederet ab ipſo Tacit. II. Hiſt. 90. proficiſci potuiſſe, *ſine veri falſique diſcrimine ſolita adulatione ſeductum*; cum certe *s*, ultima litera vocis *adulationes*, adhæſit ſequenti voci *eductum*; nam *adulationes edoctum* optimi codices habent. Quod vero idem vir doctus putet *ſeducere*, pro *ad errandum inducere*, occurrere apud Ulpianum lib. III. §. 5. ff. de liber. Hom. exh. inſigniter errat; ibi enim pro *in ſecretum locum ducere*, recta & vera ſignificatione ponitur: *ſed quid ſi volentem quidem retineat, non tamen ſine calliditate circumventum, vel ſeductum, vel ſollicitatum*, id eſt, ſeorſim ductum: aliter bis idem diceret. Vide cl. Græv. ad Cicer. pro Muræn. cap. 24. BURMAN.

98. *Notariorum.*] Τῶν ταχυγράφων, qui habitas orationes notis excipiebant. CAPPER.

99. *Eſt & alia duplex.*] Diximus lib. III. cap. X. per *abuſionem* petitiones etiam diverſas appellari *anticategoriam*, ut hoc loco: quanquam forte locus legi debet *ſine negatione*, ut in vetuſtis codicibus; cum præſertim antea dixerit, *etiam illud huic contrarium*, &c. TURNEB. *Eſt & ipſa duplex*; Voſſ. ſec. *Duplex conjectura.*] *Status conjecturalis* duplex & implexus, qui duas facti quæſtiones complectitur. CAPPER.

100. *Huic ἀντικατηγορία diverſa.*] Dativus ille Græcus cum Latino pronomine eſt copulatus. *Non* autem negandi adverbium, ut integer veruſque ſenſus habeatur, mihi videtur adſcribendum, quamvis exempla refragentur, hoc modo: *huic ἀντικατηγορία non diverſa*: ſic autem eſſe legendum facile, quæ ſequuntur, oſtendunt: *nam ut illic*, inquit, *factum in adverſarium transferentium, ita hic ſibi vindicantium*, &c. REGIUS. *Non* ignorant MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Obrecht. ſed Raphaelis Regii lectionem firmat, quod legitur lib. III. cap. X. *Adjecerunt mutuam accuſationem, quæ ἀντικατηγορία vocatur: aliis videlicet ſuccedere hanc quoque comparativo generi exiſtimantibus, cui ſimilis erit petitionum*, &c. *ſed ſi & ipſum vocari debet ἀντικατηγορία (nam proprio caret nomine) duo erunt genera ejus: alterum*, &c. *cui & petitionum conditio par eſt.* CAPPER.

101. *Tyrannus ſuſpicatus.*] Vide Sopatrum in Græcis Rhetorib. edition. Aldin. tom. 2. pag. 187. CAPPER.

&, cum id dediſſe [102] *ſe negaret, arceſſit alterum medicum: ille datum ei venenum dixit; ſed ſe* [103] *antidotum daturum: & dedit ei potionem, qua epota tyrannus deceſſit. De præmio duo medici contendunt.* [104] Nam ut illic factum in adverſarium transferentium, [105] ita hic ſibi [106] vindicantium perſonæ, cauſſæ, facultates, tempora, inſtrumenta, teſtimonia comparantur. Illud quoque, * etiamſi non eſt ἀντικατηγορία, ſimili tamen ratione tractatur, in quo citra accuſationem quæritur, *utrum factum ſit.* Utraque enim pars [107] *expoſitionem* ſuam habet, atque eam tuetur; ut in lite Urbiniana petitor dicit, [108] *Cluſinium Figulum filium Urbiniæ, acie victa, in qua ſteterat, fugiſſe; jactatumque caſibus variis, retentum etiam a rege, tandem in Italiam ac patriam ſuam* [109] *Marginos veniſſe, atque ibi agnoſci.* Pollio contra, *ſerviſſe eum Piſauri dominis duobus, medicinam factitaſſe, manumiſſum alienæ ſe familiæ venali immiſcuiſſe, ac rogantem,* [110] *ut eis ſerviret, emptum.* [111] Nonne tota lis conſtat duarum *cauſſarum* comparatione, & [112] *conjectura* duplici atque diverſa? Quæ autem accuſantium atque defendentium, eadem petentium & inficiantium ratio eſt. [113] Ducitur *conjectura* primum a præteritis. In his ſunt perſonæ, [114] cauſſæ, [115] conſilia. Nam is ordo eſt, ut facere voluerit, potuerit, fecerit. Ideoque intuendum ante omnia, qualis ſit, de quo agitur. Accuſatoris autem eſt efficere, ut, [116] ſi quid objecerit, non ſolum turpe ſit, [117] ſed etiam crimini, de quo eſt judicium, quam maxime conveniat. Nam, ſi reum cædis, impudicum vel adulterum vocet, [118] lædat quidem infamia: minus tamen hoc ad fidem valeat, quam ſi audacem, petulantem, crudelem, temerarium oſtenderit. Patrono, [119] ſi fieri poterit, id agendum eſt, ut objecta vel neget, vel defendat, vel minuat: [120] proximum eſt, ut [121] a præſenti quæſtione ſeparet. Sunt enim pleraque non ſolum diſſimilia, ſed etiam aliquando contraria; ut ſi reus furti, [122] prodigus dicatur, aut negligens. Neque enim videtur in eumdem [123] & contemptus pecuniæ, & cupiditas cadere. Si deerunt hæc remedia, ad illa declinandum eſt, non de hoc quæri; nec eum, qui aliquando peccaverit, utique commiſiſſe omnia; & hanc fiduciam fuiſſe accuſatoribus falſa objiciendi, quod læſum & vulneratum reum ſperavere [124] hac invidia opprimi poſſe. [125] Alia propoſitio eſt accuſatoris, [126] contra quam *loci* oriuntur ſæpe a perſona. Et

102. *Se negaret.*] *Semper negaret*: V. C. Alm. *is dediſſe ſe negaret*; Voſſ. ſecund. & edit. Obrecht. & ita malebat Francius.

103. *Antiodotum.*] *Antidotum* ſcribendum. REGIUS.

104. *Nam ut illic.*] Et *anticategoria* & hæc duplex *conjectura* efficiunt *cauſſam comparativam*, quæ tractatur contentione circumſtantiarum perſonæ, & facti. TURNEB. *Illic.*] In caſu ἀντικατηγορίας τῆς proprie dictæ, de qua paulo ſupra. CAPPER.

105. *Ita hic.*] In caſu duplicis hujus *conjecturæ*, ſeu *ſtatus conjecturalis*, de quo jam loquor. CAPPER.

106. *Vindicantium.*] Subauditur, præmium ob rem præclare geſtam. CAPPER.

107. *Expoſitionem.*] Id eſt, facti alicujus narrationem. Nam, ut ſupra patuit, narrationi ſæpe nomen *expoſitionis* tribuitur. Vide ad cap. 2. lib. IV. CAPPER.

108. *Eluſinium.*] *Cluſinium* in quibuſdam recte legitur exemplaribus. Ejus autem litis actiones non exſtant. REGIUS. *Cluſinum*: Locat.

109. *Marginos veniſſe.*] Ignotus mihi locus ille; neque in Italia tali nomine urbem reperire potui. *Marcina* in Picentinis fuit, de qua Cluver. Ital. antiq. lib. IV. cap. 6. forte aliud nomen latet: an *Hernicos?* BURMAN.

110. *Ut eis ſerviret.*] *Uti ſerviret*: Obrecht.

111. *Nonne tota lis.*] *Conjectura* duplex perfecta eſt, quando de duabus perſonis, & de duabus rebus eſt quæſtio. Duplex autem imperfecta; aut cum de duabus rebus, non de perſona; aut cum de perſonis, non de re eſt quæſtio. TURNEB.

112. *Conjectura duplici.*] Duplici *ſtatu conjecturali*, qui duas facti quæſtiones contineat. CAPPER.

113. *Ducitur conjectura.*] Capita *conjecturæ* complectitur, eorumque diſpoſitionem. Primum caput eſt voluntas, quæ colligitur a perſonis, cauſſis, & conſiliis; deinde poſſibilitas, quæ colligitur a loco, tempore, & occaſione; poſtremum caput eſt, *An fecerit*, quod colligitur ab adjunctis, quæ conſiderantur in tempore præſenti, & futuro. TURNEB.

114. *Cauſſa.*] Rhetores hodie vocant *impulſionem* (ex Cicer. lib. II. *de Invent.*) Hæc continet cauſſas, rationes, affectus, &c. quibus, quis ad faciendum impelli potuerit: unde voluntas aliquid faciendi colligitur. CAPPER.

115. *Conſilia.*] Hodie appellant *ſyllogiſmum* & ratiocinationem. (ex Cicer. lib. II. *de Invent.*) Hæc pars continet finem, quem quis proponere ſibi & facile conſequi potuerit: unde etiam aliquid faciendi voluntas colligitur. Hinc illud Caſſianum, *cui bono*, &c. De quo vide Ciceronem in Miloniana. CAPPER.

116. *Si quid objecerit.*] Hic & paulopoſt peculiarem ſenſum verbi *objicere* animadvertas, velim. Significat enim aliquem jam reum factum conviciis & maledictis, quæ anteacta ex vita repetantur, inceſſere. CAPPER.

117. *Sed etiam crimini, &c.*] Argumenta, quæ ducuntur a perſona, hujuſcemodi eſſe debent, ut conducant ad ſceleris probationem, nec a ſcelere diſſideant. TURNEB.

118. *Lædat quidem.*] *Lædes q.* Voſſ. ſec.

119. *Si fieri poterit.*] *Si fieri potuerit*; Voſſ. ſecund. Obrecht.

120. *Proximum eſt ut.*] Quaſi dicat Fabius: ſi prima via non ſucceſſit, aggredietur hac altera, ut, &c. CAPP.

121. *A præſenti quæſtione ſeparet.*] Oſtendat ea, quæ objiciuntur, & ingeruntur convicia, maledicta, &c. non eſſe ad rem, ad præſentem quæſtionem non pertinere, immo in contrarium valere; ut, ſi reus furti dicatur prodigus. CAPP.

122. *Prodigus aut negligens.*] Hinc videmus, eſſe differentiam inter *prodigum* & *negligentem*; *prodigus* enim, qui ſine modo effundit pecuniam; *negligens*, qui rem familiarem parum curat, &, ut Terent. Phorm. V. III. 6.

—————indiligenter tutatur bona:

cui opponitur *diligens*. Vide cl. Græv. ad Cicer. III. ad Famil. 8. niſi quod hic, quia de jure agitur, *negligens* poſſet capi de non ſtudioſo lucri, aut cupido acquirendi: ita Terent. Adelph. II. III.

Pecuniam negligere in loco, maximum interdum eſt lucrum. BURMAN.

123. *Et contemtus.*] *Et* non habet Ald.

124. *Hic invidia.*] *Hac* legendum eſſe, ne dubium quidem ullum. REGIUS.

125. *Alia propoſitio.*] Ut, ſi accuſator diceret a Roſcio perpetratum parricidium, defenſor locum haberet ad ſolutionem, quod incredibile ſit a filio patrem interfectum. TURNEB.

126. *Contra quam loci oriuntur ſæpe a perſona, prior dicit argumenta defenſor, & interim.*] Sic quidem recte legi videtur; ſed quatuor hæc verba *prior dicit argumenta defenſor*,

interim generaliter, *Incredibile eſſe* [127] *a filio patrem, ab uxore virum occiſum, ab imperatore proditam hoſtibus patriam*: [128] facile reſpondetur; vel quod omnia ſcelera in malos cadant, ideoque ſæpe [129] deprehenſa ſint; vel quod [130] indignum ſit, crimina ipſa atrocitate defendi. [131] Interim proprie, [132] quod eſt varium. Nam [133] dignitas & tuetur reum, & nonnunquam ipſa in argumentum facti convertitur, tanquam inde fuerit ſpes impunitatis: [134] ſed perinde paupertas, humilitas, opes, ut cuique ingenio vis eſt, [135] in diverſum trahuntur. [136] Probi vero mores, [137] & anteactæ vitæ integritas, nunquam non plurimum profuerint. [138] Si nihil objicietur, [139] patronus quidem in hoc vehementer incumbet: accuſator autem ad præſentem quæſtionem, de qua ſola judicium ſit, [140] cognitionem [141] alligabit, dicens neminem non aliquando cœpiſſe peccare, [142] nec per ἐγκαίνια ducendum ſcelus primum. [143] Hoc in reſpondendo. [144] Sic autem præparabit [145] *actione* prima judicum animos, ut noluiſſe potius [146] objicere, quam non potuiſſe, credatur. Eoque ſatius eſt, omni ſe anteactæ vitæ abſtinere convicio, quam levibus aut frivolis, aut manifeſto falſis reum inceſſere, quia fides cæteris detrahitur: &, [147] qui nihil objicit, omiſiſſe credi poteſt maledicta, tanquam ſupervacua: qui vana congerit, confitetur vanum in anteactis argumentum, in quibus vinci, quam tacere, maluerit. Cætera, quæ a perſonis duci ſolent, in argumentorum *locis* expoſuimus. Proxima eſt [148] ex cauſſis probatio, in quibus hæc maxime ſpectantur, ira, odium, metus, cupiditas, ſpes; nam reliqua [149] in has ſpecies cadunt. [150] Quorum ſi quid in reum conveniet, accuſato-

contenderim ab imperitorum aliquo a margine in contextum fuiſſe tranſcripta: certe perturbant ſenſum alias perſpicuum: obliniantur ergo: loci vero illi ſunt, qui a Fabio ſubjiciuntur, & generales & ſpeciales. REGIUS. *Prior duci argumenta defenſor* habent MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Ven. Locat. *a perſona & interim generaliter*, (*prior duci argumenta defenſor*) *incredibile*; Sich. Baſil. *loci oriuntur; ſæpe a perſona prior duci argumenta defenſor: & interim*; Obrecht. quem ſecutus fuerat Burmannus. Sed Raphaëlis Regii lectionem, quam exhibent editiones Vaſcoſani, Stephani, Lugduno-Batav. &c. ideo alteri prætulimus, quod longe commodiorem ſenſum præ ſe ferret. CAPPER.

127. *A filio virum occiſum.* Et ſenſus *patrem* exigit pro *viro*, & ita in quibuſdam legitur exemplaribus: ſed *ab uxore* quoque adſcribendum videtur, ut legamus *a filio patrem, ab uxore virum occiſum.* REGIUS. *A filio virum occiſum*; V. C. Alm. Locat. *a filio patrem occiſum, ab imperatore*, &c. Voſſ. ſec.

128. *Facile reſpondetur, &c.*] Circumſtantiæ perſonarum aut generales ſunt, quæ in communitate tractantur; aut ſpeciales, quæ particulariter in unoquoque conſpiciuntur. TURNEB.

129. *Deprehenſa ſint.*] Certis argumentis, ipſaque rerum experientia palam comprobata, & velut in flagranti delicto comprehenſa detectaque, &c. CAPPER.

130. *Indignum ſit.*] *Vel quod ingenium ſit, crimina ipſa atrocitate defendi*; Vallæ liber, & Locatel.

131. *Interim proprie.*] Τὸ *proprie* refertur ad illud quod præcedit: *interim generaliter*, &c. CAPPER.

132. *Quod eſt varium.*] Quod pluribus variiſque modis fieri poteſt. CAPPER.

133. *Dignitas & tuetur.*] *Dignitas perſonæ tuetur*; Ed. Obrecht.

134. *Sed proinde paupertas.*] Ubique fere in exemplaribus *perinde* in illud *proinde*, cum longe differant, eſt permutatum. *Perinde* enim hic quoque legendum eſt. REGIUS. *Sed proinde*; Voſſ. ſec. *ſed* ignorat Obrecht.

135. *In diverſum trahuntur.*] In diverſum effectum; vel enim ad facitandam accuſationem; vel contra ad ſuſcipiendam defenſionem trahuntur. CAPPER.

136. *Probi vero mores.*] *Probatu vero mores*; Voſſ. ſec.

137. *Et anteactæ.*] *Et* non habent Voſſ. ſecund. Loc. Ald.

138. *Si nihil objicietur.*] Si reo nihil aliunde objiciatur præter præſens crimen, in hoc patronus vehementer incumbet & diutius immorabitur, ut etiam a præſenti crimine liberum immunemque reum eſſe oſtendat, cum ad cætera quod attinet, ſit plane inſons. CAPPER.

139. *Patronus.*] Ut pro L. Muræna.

140. *Cognitionem.*] *Cauſſæ* cognitionem, judicium, rei controverſæ dijudicationem, &c. CAPPER.

141. *Allegabit.*] *Alligabit*; V. C. Alm. Voſſ. ſec. Obrecht. & Vallæ liber, recte; ita enim & loquitur lib. VIII. I. & alibi. Vide ad declamationem I.

142. *Nec pro ἐγκαίνια.*] Si ἐγκαίνια legendum eſt, ea præpoſitio *pro* omnino eſt expungenda; nam ἐγκαίνια duntaxat in plurali declinantur: dicuntur autem templorum dedicationes, aut earum celebritates. REGIUS. Haud ſcio an hic locus ſit corruptus: tamen hic effici poteſt ſenſus, ut *non debeat crimen impune eſſe primum peccanti*; nam ἐγκαίνια dicuntur *celebritates*, quæ ſiunt in dedicatione templorum, quibus maxima permittitur licentia. In aliis codicibus abſque præpoſitione, hoc ſenſu: *primum ſcelus non eſſe habendum pro re nova, & fortaſſe aliud ſcelus præceſſiſſe*; nam ἐγκαίνια dicuntur celebritates ex innovatione templorum. TURNEB. Latet hic neſcio quid argutum & eruditum, quod e verbi proprietate puto eruendum. *Encænia* enim ferias ſignificant, quæ novo operi facto dicandoque conſecratæ ſunt. Sic publicæ bibliothecæ dedicabantur, ædes ſacræ, opera publica, etiam ſtatuæ. Papinius Statius lib. I. Sylvar. de equo Domitiani: *cæterum hos verſus indulgentiſſimo Imperatori poſtero die, quam dedicarat opus, tradere juſſus ſum.* ENCÆNIA autem illa publice palamque magno hominum conventu agitabantur celebrabanturque: at vero maleficia, & ſcelera clam perpetrantur; nihilque in iis æque ac conſcios & teſtes oculos homines reformidant; ea certe per *encænia* non ducunt, nec publicant. TURNEB. lib. XII. Adverſ. II. *Pro ἐγκαίνια*; Locatel. Ald. Baſil. Voſſ. ſec. & edit. Campan. *nec per encainia ducendum ſcelus primum*; V. C. Alm. *dicens neminem, mali quando cœpiſſent, ſpectare, nec projcenia ducendum ſcelus primum*; Obrecht. Gallæus conjiciebat, *neminem non aliquando cœpiſſe peccare, nec pro ἐγκαινίῳ* (vel Latinis literis *pro encænio*) *ducendum ſcelus primum*; & *pro encænio*, *pro tyrocinio* explicat. Aſcenſius explicat *per encænia ducere*, id eſt, per feſta dedicationum ac rem ſacram & impunem: forte ſcripſit, *nec per encomia ducendum ſcelus primum*, hoc eſt, primum illud ſcelus non eſſe ducendum per laudes vitæ anteactæ & probos mores; ſed ſolum per ſe eſſe ſpectandum, omiſſa vitæ prioris commemoratione; quia nemo non aliquando cœpit peccare. BURMAN. Sed hæc Burmanniana explicandi ratio nodum ſecat potius, quam ſolvit: jam vero quis unquam fando audivit *ducere ſcelus per encomia*, *ducere ſcelus per laudes vitæ*? CAPPER.

143. *Hoc in reſpondendo.*] Senſus eſt, *accuſatorem uti poſſe hoc loco ſecunda actione, quâ reſpondet orationi defenſoris*. TURNEB. *Hæc in r.* Voſſ. ſec. ed. Obrecht.

144. *Sic autem præparabit.*] Vide hac de re Scip. Gentilis Commentar. in Apolog. Apulei. pag. 30. &c. BURMANNUS.

145. *Actione prima.*] Nam, ut alibi notavimus, eamdem *cauſſam* pluribus & diverſis *actionibus* ſive orationibus agebant: exemplum eſt in Tullii Verrinis. CAPPER.

146. *Objicere.*] Specialem hujus verbi ſenſum paulo ſupra expoſuimus. CAPPER.

147. *Quia nihil objicit.*] *Qui* legatur. REGIUS.

148. *Ex cauſſis probatio.*] Hanc Cicero, ut multo præſtantiſſimam, ſic etiam firmiſſimam putat: quare Sulpitius victricem probationem vocat. SICHARD.

149. *In has ſpecies.*] *In horum ſpecies*; V. C. Alm. Obt.

150. *Quorum ſi quid.*] Accuſator primum de *cauſſis* di-

ris eſt efficere, [151] ad quidquid faciendum cauſſæ valere videantur, eaſque, quas in argumentum ſumet, augere. Si minus, illuc conferenda eſt oratio; aut aliquas fortaſſe latentes fuiſſe, aut nihil ad rem pertinere, cur fecerit, ſi fecit; aut etiam dignius eſſe odio ſcelus, [152] quod non habuerit cauſſam. Patronus vero, quoties poterit, inſtabit huic loco, ut nihil credibile ſit factum eſſe [153] ſine cauſſa. Quod Cicero vehementiſſime [154] multis orationibus tractat; præcipue tamen pro Vareno, qui [155] omnibus malis premebatur; nam & damnatus eſt. At [156] ſi proponitur, cur factum ſit, aut falſam cauſſam, aut levem, aut ignotam [157] reo dicet. Poſſunt eſſe aliquæ interim ignotæ: [158] *an heredem habuerit: an accuſaturus fuerit eum, a quo dicitur occiſus.* Si [159] alia defecerint, non utique [160] ſpectandas eſſe cauſſas. Nam [161] quem poſſe reperiri, qui non metuat, oderit, [162] ſperet? plurimos tamen hæc, ſalva innocentia, facere. Neque illud eſt omittendum, non omnes cauſſas in omnibus perſonis valere. Nam, ut alicui ſit furandi cauſſa paupertas, non erit idem [163] in T. Curio Fabricioque momentum. De cauſſa prius, an de perſona dicendum ſit, quæritur; varieque eſt ab oratoribus factum. A Cicerone etiam prælatæ [164] frequentiſſime cauſſæ. [165] Sed mihi, ſi neutro litis conditio præponderet, ſecundum naturam videtur incipere a perſona. [166] Nam hoc magis generale eſt, rectiorque diviſio: [167] *aut in nullo crimen credibile: aut in hoc.* Poteſt tamen idipſum, [168] ſicut pleraque, vertere utilitas. Nec tantum cauſſæ voluntatis ſunt quærendæ; ſed interim & erroris, ut ebrietas, [169] & ignorantia. [170] Nam, ut hæc in *qualitate* crimen elevant, ita [171] in *conjectura* premunt.

cet generaliter, quantum illæ valeant ad effectum gignendum; poſtmodum accedet ad illam *cauſſam* qua nititur, eamque augebit, ut major eſſe videatur ſtimulus efficiendi. TURNEB.

151. *Ad quidquid faciendum.*] Francius malebat ad *quid*, vel *quidnam faciendum.*

152. *Quod non habuerit cauſſam.*] Tunc enim reus peccaſſe gratis & ex pura malitia videbitur: quod ſummum ſcelus eſt. CAPPER.

153. *Sine cauſſa.*] Nam, ut vulgo aiunt, nemo gratis malus eſt. CAPPER.

154. *Multis orationibus.*] *In* præpoſitio adſcribenda videtur. REGIUS. *In multis*; Ald. Colin.

155. *In omnibus malis.*] *In* præpoſitio otioſa in ſenſum ſuperiorem transferatur. REGIUS. *In omnibus malis*; Locat. *in omnibus, publicis malis premebatur*; Obrecht.

156. *Si proponitur.*] Ab accuſatore videlicet. CAPPER.

157. *Pro reo dicet.*] Non a Fabio, ſed ab eorum aliquo, ſibi qui omnia arrogant, atque immutare, nulla, cur id faciunt, reddita ratione, permittunt, præpoſitionem *pro* fuiſſe adſcriptam contenderim; qui enim Quinctilianus ſic ſcripſiſſet, cum inſulſiſſimus appareat ſenſus: quis namque patronus non pro reo dicit? profecto nemo; cum etiam patroni, qui prævaricantur, ſe pro reo dicere ſimulent. Ne igitur Fabio tales ineptiæ adſcribantur, præpoſitio ipſa prorſus, ut ſenſus veritatem integritatemque confundens, eradatur; emendateque ſic legatur, *reo dicet*; cauſſis enim ſic quoque reſpondere ſolemus, cum dicimus eas ignotas fuiſſe reo; neque enim quiſquam ea cauſſa movetur ad aliquid faciendum, quam ignorat. REGIUS. *Pro reo*; V. C. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Baſil. *Dicet.*] Patronus, ὁ τῦ rei defenſor. CAPPER.

158. *An heredem habuerit.*] Romani ſæpenumero multo ante mortem teſtamenta faciebant: ſi igitur accuſator hominem interfectum dixerit propterea, quod alium, quam reum, heredem inſtituerit, aut adeo ipſum reum, dicere poteris ignotam hanc reo fuiſſe cauſſam. TURNEB.

159. *Alia defecerint.*] Supple, defenſionis momenta & adminicula. CAPPER.

160. *Spectandas eſſe.*] Supple, dicet patronus. CAPP.

161. *Quem poſſe reperiri?*] Subauditur, *dicet quiſpiam*: eſt obliqua locutio, pro hac directa, *quis reperiri poſſet?* CAPPER.

162. *Speret.*] Niſi vererer, ne cui videar audacior, huic ſenſui duo verba *iraſcatur*, & *cupiat* cenſerem eſſe adſcribenda, ut omnes hujuſmodi affectus comprehenderetur. Cum interrogatione autem ſine controverſia legendum eſt. REGIUS. Aldus addit ex correctione Raphaelis, *iraſcatur, cupiat*, ut totidem enumerentur perturbationes, quot enumeraverit ſupra. TURNEB. *Speret, iraſcatur, cupiat*; Baſil.

163. *In T. Curio.*] *In Curio*; Voſſ. ſec. ed. Obrecht.

164. *Frequentiſſime cauſſæ.*] *Frequenter*; V. C. Alm. Locat. Ald.

165. *Sed mihi, ſi neutro litis.*] *Mihi, ſine utro litis*; V. C. Alm. forte *ſed mihi, niſi utro litis conditio præponderet.* BURM.

166. *Nam hoc magis.*] Quærere poſſis quamobrem generalius eſſe dicat caput, quod a perſona proficiſcitur, cum præſertim ipſa perſona nihil ſit ſpecialibus: ſed mea ſententia id referendum eſt ad factum; nam ſi a perſona incipias, ſubinde per reliqua capita progrediendo, propius aſſumptiva factum contingimus. TURNEB. In cujus notam perperam intruſum fuiſſe videtur τὸ *aſſumptiva.* Hæc enim vox hoc quidem in loco nullum menti ſenſum exhibet; ſed pertinet ad proxime ſequentem Turnebiani Commentarii articulum, qui ſic habet: *Nam ut hæc in qualitate.*] Nam in *ſtatu qualitatis* ſæpenumero utimur conceſſione, &c. (ubi ſic legendum erat: *aſſumptiva*; nam in *ſtatu qualitatis* ſæpenumero, &c.) Vide quæ ibi annotavimus. CAPPER.

167. *Aut nullum crimen credibile, aut hoc.*] Invitus equidem facio, ut quidquam immutem, vereorque, ne mihi id vitio vertatur: ſed cum, ſi, quid ſentiam, oſtendero, liberum tamen unicuique relinquatur judicium, amore pulcherrimi operis non gravabor omnem illorum ſubire calumniam. Hæc quidem diviſio, *aut nullum crimen credibile, aut hoc*, mendis parum acute intuenti carere videtur. Ego vero non ad perſonam referri, ut vult Fabius, ſed ad rem facile contenderim. Quid enim ad perſonam, ſi aut nullum crimen credibile eſt, aut hoc? profecto nihil: quare fortaſſe *in nullo*, & *in hoc*, vel refragantibus exemplaribus, eſt legendum hoc modo: *aut in nullo crimen credibile: aut in hoc.* Sic enim manifeſte ad perſonam hæc referetur diviſio. REGIUS. *Aut nullum crimen credibile, aut hoc*; Voſſ. ſec. Locat. marg. Baſil.

168. *Sicut plerumque.*] Cum *plerumque* ſit adverbium, ſenſus autem nomen exigat; *pleraque*, etiam refragantibus exemplaribus, legendum eſſe, affirmarim. REGIUS. *Plerumque*; Voſſ. ſec.

169. *Et ignorantia.*] Τὸ & non habet editio Obrecht.

170. *Nam ut hæc in qualitate.*] Nam in *ſtatu qualitatis* ſæpenumero utimur *conceſſione*, ab ignorantia, imprudentia, ebrietate: quæ quidem res efficit, ut veniam mereamur: contra in *conjectura* hæc multum valent ad probandum; ut ſi quis adulterium neget, dicaſque eum, quod ebrius eſſet, adulterium commiſiſſe. TURNEB. Cujus nota ſic incipere deberet: *aſſumptiva*; nam in *ſtatu qualitatis* ſæpenumero utimur *conceſſione*, &c. Fabius enim nunc agit de illo *ſtatu qualitatis*, in quo crimen elevatur: hoc autem fit in *qualitate aſſumptiva*, non in *abſoluta*, ut ſatis patet ex iis, quæ notavimus ad cap. 6. lib. III. ubi varia variorum Rhetorum de *ſtatibus* ſyſtemata expoſuimus. Cæterum hæc vox *aſſumptiva* ſuo loco avulſa fuit, & in ſuperiorem Turnebiani Commentatoris notam male tranſlata. Vide quæ ſupra ſcripſimus ad illa Quinctiliani verba: *nam hoc magis.* CAPPER. *In qualitate.*] In *ſtatu qualitatis aſſumptivæ*, ubi criminis, quod negare non poſſumus, culpam aut a nobis in alios transferre, aut ſaltem minuere variis modis conamur: τὸ *qualitas* in Rhetorum ſcriptis eſt quæſtio de jure. CAPPER.

171. *In conjectura premunt.*] Baſil. marg. *opprimunt* τὸ

Et

Et perſona quidem neſcio an unquam, [172] utique in uno actu * rei, poſſit incidere, de qua [173] neutra pars dicat: de cauſſis frequenter quæri nihil attinet, ut in adulteriis, [174] in furtis; quia illas per ſe ipſa crimina ſecum habent. Poſt hæc intuenda videntur & conſilia, quæ late patent; an credibile ſit, reum ſperare, id [175] a ſe ſcelus effici poſſe; an [176] ignorari, cum feciſſet; an etiam, [177] ſi ignoratum non eſſet, abſolvi, vel pœna levi tranſigi, vel tardiore, vel ex qua minus incommodi conſecuturus, quam ex facto gaudii videretur; an etiam [178] tanti putaverit, pœnam ſubire. Poſt hæc; [179] an alio tempore, & aliter facere, vel facilius, vel ſecurius potuerit; ut dicit Cicero pro Milone, enumerans plurimas occaſiones, quibus ab eo Clodius impune occidi potuerit. Præterea; cur potiſſimum [180] in illo loco, illo tempore, illo modo ſit aggreſſus (qui & ipſe diligentiſſime tractatur pro eodem *locus*;) an etiam, ſi nulla ratione [181] ductus eſt, impetu raptus ſit, & [182] abſque ſententia; nam vulgo dicitur, *Scelera non habere conſilium*; an etiam conſuetudine peccandi [183] ſit allectus. Excuſſa prima parte, an voluerit, ſequitur, an potuerit. [184] Hic tractatur locus, tempus; ut furtum in loco clauſo vel recluſo, frequenti vel ſolo; tempore vel diurno, cum teſtes plures; vel nocturno, cum major difficultas. Inſpiciuntur utique [185] difficultates, & occaſiones, quæ ſunt plurimæ, ideoque exemplis non egent. Hic ſequens *locus* talis eſt, ut, ſi fieri non potuit, ſublata lis ſit; ſi potuit, ſequatur quæſtio, *an fecerit*. Sed hæc etiam [186] ad animi *conjecturam* pertinent; [187] nam & ex his colligitur, [188] *an ſperaverit*. Ideo ſpectari debent & [189] inſtrumenta, ut Clodii ac Milonis comitatus. [190] Quæſtio, *an fecerit*, [191] incipit a ſecundo tempore, id

conjectura Latinis Rhetoribus eſt quæſtio de facto. CAPPER. *Premunt.*] Urgent reum, maximam ad convincendum reum vim habent, argumentorum pondus adaugent. CAPPER.

172. *Utique in uno actu.*] *Utique in vero actus;* Obrecht. *In actu rei.*] In cauſſa forenſi agenda & audienda. Gallice, *dans une audience*: ſic lib. x. cap. 1. dixit: *atteritur quotidiano actu forenſi ingenia*: ſic *actus rerum* in Sueton. Auguſt. 32. & Claud. 23. in Plin. lib. ix. epiſt. 25. *nunc me rerum actus modice; ſed tamen diſtringit.* Sed lib. x. in epiſt. Trajani ad Plin. de Chriſtianis, (*Actus* eſt ipſa ratio, ipſe modus dicendi juris; vulgo *la procedure*:) *Actum quem debuiſti in excutiendis cauſſis eorum, qui Chriſtiani ad te delati fuerant, ſecutus es.* CAPPER.

173. *Neutra pars.*] Hermogenes tamen in lib. *de ſtatibus*, quaſdam ait eſſe *cauſſas*, in quibus perſona tractari non poteſt, cum ſcilicet utrimque eſt æqualis & par; ut, *ſi duo juvenes divites ſeſe aliquo de re mutuo accuſent.* TURNEBUS.

174. *In furtis.*] *Tò in* ignorat ed. Obrecht.

175. *A ſe ſcelus effici, &c.*] Hi duo *loci* appellantur a Cornificio *ſpecies efficiendi, & ſpecies celandi*; ſolent enim nos impellere ad maleficia. TURNEB. *Sperare vel a ſe ſcelus effici*; Voſſ. ſec.

176. *Ignorari cum feciſſet.*] *Ignorari cum feciſſe;* Obrecht.

177. *Si ignoratum eſſet.*] Emendatę in aliis exemplaribus legitur, *non eſſet.* REGIUS.

178. *Tanti putaverit.*] *Tanti putavit;* Voſſ. ſec.

179. *An alio tempore.*] Hic locus appellatur a Cornificio *collatio*, quando omnes agendi facultates comparamus. TURNEB.

180. *In illo loco.*] *Illo loco;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht.

181. *Ductus eſt impetu.*] Ratione enim ducimur, impetu rapimur: ſic Ovidius & rationem & impetum opponit *Remed. amor.* 10.

Et, quod nunc ratio eſt, impetus ante fuit.

182. *Abſque ſententia.*] Sine certo conſilio & propoſito, non de induſtria, non ex prævia conſiderataque aliquid faciendi cogitatione, ut Cicero loquitur lib. II. de *Invent.* CAPPER.

183. *Sit allectus.*] *Sit affectus;* Voſſ. ſecund. *ſit allatus;* Obrecht.

184. *Hic tractatur locus.*] Hic *locus* pendet ab occaſione & opportunitate, quam a loco & tempore petimus, cæteriſque inſtrumentis. TURNEB.

185. *Difficultates, occaſiones.*] *Et* copula adſcribenda videtur. REGIUS. Omittit Locat.

186. *Ad animi conjecturam.*] Ad *ſtatum conjecturalem* de animo, mente, conſilio, de intentione (ut vulgo aiunt) agentis: ubi notare operæ pretium eſt hoc vocabulo *conjectura* quæſtionem facti ſeu de facto apud Latinos Rhetores & maxime apud Fabium noſtrum deſignari. CAPPER.

187. *Nam ex his collig.*] Quando quæritur *de animi conjectura*, ab opportunitate aut difficultate ſuſpiciones colligimus, *an aliquis voluerit, & ſperaverit.* TURNEB.

188. *An ſperaverit.*] An ſperaverit *id a ſe ſcelus effici poſſe*, ut mox dicebat Fabius. CAPPER.

189. *Inſtrumenta.*] *Tà σκεύη*, apparatus, quælibet agendi adminicula, auxilia; vernacule, *l'appareil, l'attirail*, &c. CAPPER.

190. *Quæſtio an fecerit.*] Duo ſuperiores loci, *an voluerit, & an potuerit*, pertinent ad præteritum tempus: *præteritum* autem appellamus, quod factum præceſſit, ut *futurum*, quod factum eſt inſecutum: ad hunc autem locum maxime pertinet *adjunctorum ratio.* TURNEB.

191. *Incipit a ſecundo tempore, id eſt præſenti, ac deinde conjuncto.*] Etſi præceptum hoc mendis carere videtur, ſi tamen ſibi conſtare Fabius cenſendus eſt, paulo confuſius deprehendetur. *Conjunctum* namque tempus, cum alibi, tum in quinto, ubi de probatione artificiali diſſerit, pro præſenti accipit; hic aliud eſſe a præſenti ſentire videtur; nec ſatis patet, quod tempus *conjuncto* attribuat. Quod ſi *inſequenti* illud, quod ex intervallo ſubjicitur, *conjuncto* adſcriberetur, & ſenſus perſpicuus eſſet, & Fabius candidus hic quoque eſſe videretur. Cum enim *conjunctum* tempus pro præſenti proprie ponatur, utpote quod & præterito & futuro jungatur, tamen pro futuro quoque poni poteſt; nam futurum præſenti adhæret. Quare mihi videtur Fabius, ut *ſecundum* pro præſenti, ita *conjunctum* pro inſequenti expoſuiſſe, ſimulque eorum exempla ſubjeciſſe hoc modo: *Quæſtio, an fecerit, incipit a ſecundo tempore, id eſt, præſenti; ac deinde a conjuncto, hoc eſt, inſequenti: quorum ſunt ſonus, clamor & ſimilia*: ſic autem eſſe legendum etiam ille genitivus *quorum* aperte oſtendit: præſens vero tempus ſcite Fabius vocat *ſecundum*; nam præteritum primum eſſe dicitur, inſtans ſecundum, futurum tertium. REGIUS. *Incipit ſecundo;* Steph. Roign. *hoc eſt, inſequenti* non habent Locat. Ald. Baſil. *deinde conjuncto, quorum ſunt ſonus, clamor, gemitus. Inſequenti latitatio, metus*, &c. Voſſ. ſec. Obrecht. non quidem male: ſed puto reſpicere Fabium ad ea, quæ tradidit lib. v. cap. 10. *Sed tempus ſubtilius quidam, quam neceſſe erat, diviſerunt; ut eſſet juncti, ſonus auditus eſt; adhærentis, clamor ſublatus eſt; inſequentis illa, latuiſti*, &c. ubi legendum, *ſecundum tempus ſubtilius diviſerunt*, ut oſtendimus: hujus ſecundi temporis diviſione recepta, jam exempla trium partium addunt in cumulum: quare legerem: *Quæſtio, an fecerit, incipit a ſecundo tempore, id eſt conjuncto, adhærenti & inſequenti: quorum ſunt ſonus, clamor, gemitus, &c.* ut illa, *id eſt præſenti*, ſint gloſſema, & expunctum fuerit *adhærentis*, unde *ac dehinc* formatum: exempla vero ſunt trium illarum partium temporis: ita *ſonus* conjuncti, *clamor & gemitus* adhærentis, *latitatio*, *metus* inſequentis: niſi forte, etiam ex veſtigiis Argentor. & Alm. codicis, legi poſſet: *Quæſtio, an fecerit, incipit a ſecundo tempore, id eſt*

eſt, præſenti; ac deinde conjuncto, hoc eſt, inſequenti: quorum ſunt ſonus, clamor, gemitus, latitatio, metus, ſimilia. [192] His accedunt ſigna, de quibus tractatum eſt. Verba etiam & facta, quæque anteceſſerunt, quæque inſecuta ſunt. Hæc aut noſtra ſunt, aut aliena. Sed [193] verba magis nocent, aut minus. Magis nocent, & minus proſunt noſtra, quam aliena: magis proſunt, & minus nocent aliena, quam noſtra. Facta autem interim magis proſunt noſtra, interim aliena; ut, ſi quid, quod pro nobis ſit, adverſarius fecit. Semper vero magis nocent noſtra, quam aliena. Eſt & illa in verbis differentia, quod aut aperta ſunt, aut dubia. Seu noſtra ſeu aliena ſunt, infirmiora [194] in utrumque ſint neceſſe eſt dubia: [195] tamen noſtra ſæpe magis nocent; ut in illa controverſia: Interrogatus filius, ubi eſſet pater, dixit, *Ubicumque eſt, vivit*: at ille in puteo mortuus eſt inventus. Aliena, quæ ſunt dubia, nunquam poſſunt nocere, niſi aut incerto auctore, aut mortuo. Nocte audita eſt vox: [196] *Caveto tyrannicidam*; & [197] interrogatus, cujus veneno moreretur, reſpondit: *Non expedit tibi ſcire.* Nam ſi eſt qui poſſit interrogari, ſolvet ambiguitatem. Cum autem [198] dicta factaque noſtra defendi [199] ſolo animo poſſint, aliena varie refutantur. [200] De uno quidem maxime genere [201] *conjecturalium* controverſiarum locuti videmur, & in omnes aliquid [202] de his cadit. [203] Nam depoſiti, furti, creditæ pecuniæ, & a facultatibus argumenta veniunt, an fuerit, quod deponeretur; & a perſonis, an illum depoſuiſſe apud hunc, [204] vel huic credidiſſe credibile ſit; an petitorem calumniari; [205] an reum inficiatorem eſſe, [206] vel furem. Sed etiam in furti reo, ſicut in cædis, [207] quæritur de facto, & de auctore. [208] Crediti & depoſiti [209] duæ ſunt quæſtiones, ſed nonnunquam junctæ, *an datum ſit*, [210] *an redditum.* Habent aliquid proprii, adulterii *cauſſæ*; [211] quod plerumque duorum [212] diſcrimen eſt, & de utriuſque vita dicendum: quanquam & id quæritur, an utrumque pariter defendi oporteat. Cujus rei conſilium naſcetur ex *cauſſa.* Nam, ſi adjuvabit pars altera, conjungam: ſi nocebit, ſeparabo. Ne quis autem mihi putet temere excidiſſe, quod plerumque duorum * diſcrimen eſſe adulterium, non ſemper, dixerim: poteſt accuſari ſola mulier [213] incerti adulterii. Munera domi inventa ſunt;

præſenti, ac conjuncto, quorum ſunt ſonus, clamor, gemitus; ac deinde inſequenti, latitatio, metus: quidquid ſit, reſpicere ad triplicem diviſionem præſentis temporis, ſupra lib. v. cap. 10. traditam, certum eſt. BURMAN.

192. *His accedunt*] *Accidunt*; Ald.

193. *Verba magis nocent, aut minus: magis proſunt noſtra, quam aliena: magis proſunt & minus nocent aliena, quam noſtra.*] Ita depravatus eſt hic locus, ut apparet, ut falſa ac contraria ſint, quæ ex iſtis colliguntur ſenſibus; ſine controverſia namque falſum eſt noſtra verba magis prodeſſe, quam aliena: alioqui ſtatim non ſubjiceretur: *magis proſunt & minus nocent aliena, quam noſtra.* Quare minime miror, ſi pauci admodum e Profeſſoribus hoc opus legere aggreſſi, perlegere ab auditoribus deſerti potuerunt; cum fere plures corrupti ſenſus deprehendantur eſſe, quam integri habeantur: ſed mihi diutius ſcrutanti ſic tandem emendari poſſe videtur, ſi tria hæc verba adſcribantur *nocent & minus*, ut legatur: *Sed verba magis nocent aut minus: magis nocent & minus proſunt noſtra, quam aliena: magis proſunt & minus nocent aliena, quam noſtra.* Ita namque & perſpicuus & integer eſt ſenſus; nec ignoro in aliis exemplaribus ſic legi, ut falſa præcipere Fabius coarguatur. REGIUS. *Magis proſunt noſtra quam aliena*; Locat.

194. *In utrumque.*] Ad hoc ut poſſint, vel noceant. CAPPER.

195. *Tamen noſtra ſæpe nobis nocent.*] Pro *nobis* legendum eſt *magis.* REGIUS. *Nobis*; V. C. Alm. Locat. marg. Baſil.

196. *Caveto tyrannicidam.*] *Cavete tyrannidem*; Voſſ. ſec. Obrecht. marg. Vidov.

197. *Interrogatus cujus veneno moreretur.*] Ille, cujus vox erat audita, interrogatus a tyranno, cujuſnam veneno moreretur ipſe tyrannus, &c. CAPPER.

198. *Dicta factaque noſtratia.*] Legendum mihi videtur *noſtra.* REGIUS. *Noſtratia*; Voſſ. ſec. Locat.

199. *Solo animo.*] Quatenus ea fecerimus dixerimuſve bono animo, bona mente, bono conſilio, &c. CAPPER.

200. *De uno quidem.*] Quæ antea præcepit Fabius, magna ex parte intelligebantur de *cauſſis* cædis: nunc autem exequitur, quod eſt pollicitus; nam lites & controverſias in ſuos revocat *ſtatus*, & in ſuos *locos.* TURNEB. *Quidem maxime.*] *Maximo*; V. C Alm.

201. *Conjecturalium.*] Quæ verſantur in *ſtatu conjecturali*; ubi ſcilicet de facto quopiam quæſtio inſtituitur. CAPP.

202. *De his cadit.*] *Ex his*; V. C. Alm. Obrecht.

203. *Nam depoſiti.*] *Actio* eſt *depoſiti*, quando id, quod fidei tuæ eſt commiſſum, repetitur: porro hæ omnes controverſiæ frequenter in *conjecturam* ideo cadunt, quia nulla poſſunt honeſta ratione defendi: ut tantum ſuperſit inficiatio. TURNEB.

204. *Vel huic credidiſſe.*] *Vel hunc*; Andr. Locat. Ald. marg. Baſil.

205. *An reum.*] Eum ipſum, a quo repetit quis pecuniam creditam vel depoſitum, & quem hoc nomine in judicium vocat: a Cicerone dicitur *is unde petitur.* CAPPER.

206. *Vel furem.*] *An furem*; Voſſ. ſec.

207. *Quæritur de facto, & de auctore.*] Nam poterit uti hac diviſione: *furtum non factum*: &, *ſi tamen eſt factum, non ego feci*: qua quidem diviſione antea utebatur Fab. in *cauſſa* cædis. TURNEB.

208. *Crediti.*] Creditæ pecuniæ, quam quis alteri mutuam dedit. CAPPER.

209. *Duæ quæſtiones, ſed nunquam junctæ.*] Hic ſenſus mihi emendatione indigere videtur, eoque eſt obſcurior, ac minus verus, cum nonnumquam junctæ eſſe poſſint illæ duæ quæſtiones, *an datum ſit*, *an redditum*: ſic autem corrigi poteſt, ut *ſunt* verbum, ac *non* negandi adverbium adſcribatur hoc modo: *Crediti & depoſiti duæ ſunt quæſtiones, ſed nonnunquam junctæ.* REGIUS. *Nonnunquam junctæ* ſi quidem legemus, ita tractabitur quæſtio: *non depoſuiſti: certe reddidi.* In vetuſtis codicibus aliter legitur, *ſed nunquam junctæ*, videturque melior eſſe ſenſus; nam in depoſito quæri poteſt aliquando, an depoſueris, deinde an redditum ſit depoſitum; vix tamen ſimul. TURNEB. *Sed nunquam junctæ*; MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. Andr.

210. *An redditum.* [*An creditum*; Voſſ. ſec.

211. *Quod plerumque duorum, &c.*] Idcirco duo ſunt defendendi in adulterii crimine, quia lex pariter adulterum & adulteram punit, nec ſinit adulterum ſine adultera interfici & puniri. TURNEB.

212. *Crimen eſſe.*] *Diſcrimen eſſe*; Voſſ. ſec. quam quidem lectionem vulgatæ illi *crimen* eo prætulimus, quod ipſius Fabii verbis innitatur; ait enim paulo ſupra: *quod plerumque duorum diſcrimen eſt.* CAPPER.

213. *Incerti adulterii.*] Hoc eſt commiſſi cum incerto viro. CAPPER.

[214] pecunia, cujus auctor non exſtat; [215] codicilli, dubium ad quem ſcripti. [216] In falſo quoque ratio ſimilis; [217] aut enim plures in culpam vocantur, aut unus. Et ſcriptor quidem ſemper tueri [218] ſignatorem neceſſe habet, ſignator ſcriptorem non ſemper; nam & decipi potuit. Is autem, qui hos adhibuiſſe, & cui id factum dicitur, & ſcriptorem & ſignatores defendet. Iidem argumentorum *loci* in *cauſſis* proditionis, & affectatæ tyrannidis. [219] Verum illa ſcholarum conſuetudo ituris in forum poteſt nocere; quod omnia, quæ in *themate* non ſunt, pro nobis ducimus. Adulterium objicis: *quis teſtis? quis index? quod pretium? quis conſcius?* Venenum: *ubi emi? a quo? quando? quanti? per quem dedi?* Pro reo tyrannidis affectatæ: *ubi ſunt arma? quos contraxi ſatellites?* Neque hæc nego eſſe dicenda, & ipſis utendum pro parte ſuſcepta. Nam & in foro, [220] ſi quando adverſarius probare non poterit, deſiderabo. Sed in foro tantum illam facultatem olim deſideravimus, ubi non fere *cauſſa* agitur, [221] ut non aliquid ex his, aut plura ponantur: (huic ſimile eſt, quod in *epilogis* quidam, quibus volunt, liberos, parentes, nutrices accommodant) niſi quod magis conceſſeris ea, quæ non ſint poſita, deſiderare, quam [222] dicere. [223] De animo quomodo quæratur, ſatis dictum eſt; cum ita diviſerimus, *an voluerit*, *an potuerit*, *an fecerit*. [224] Nam qua via tractatur, *an voluerit*; eadem, *quo animo fecerit*. Id enim eſt, *an malefacere voluerit*. [225] Ordo quoque rerum aut affert, aut detrahit fidem: multo ſcilicet magis, res prout congruunt, aut repugnant. Sed hæc niſi in ipſo complexu *cauſſarum* non deprehenduntur. Quærendum tamen ſemper, [226] quid cui connectatur, & [227] quid cui conſentiat.

214. *Pecunia, cujus auctor exſtat.*] *Non* particula ſenſui eſt neceſſaria, ut legatur; *non exſtat*. REGIUS. *Pecunia, ejus auctor*; Voſſ. ſec.

215. *Codicilli.*] *Codicillos* appellat libellos amatorios, & epiſtolas amatorie ſcriptas, cujuſcemodi *duplices* & *triplices* Latini appellant. TURNEB.

216. *In falſo quoque.*] *Crimen eſt falſi*, quando ſcripta vel tabulæ adulterantur, ſupponuntur, depravantur: punitur hoc crimen graviter *lege Cornelia de falſis*. TURNEB.

217. *Aut enim plures.*] *Aut plures*; Voſſ. ſec.

218. *Signatorem.*] *Signator* dicitur teſtis, qui ſuo ſigillo ſcriptum quodpiam obſignat. CAPPER.

219. *Verum illa ſchol. &c.*] *Declamatores* reprehendit, qui tranſlatitiis utuntur *locis*, nec a *themate* & litis proprietate ductis: verbi cauſſa, ab Hermogene *locus conjecturalis* ponitur probationum expetitio, quo ſemper fere Rhetores utuntur: cum tamen hic *locus* raro cadat in *cauſſas* forenſes, debeatque *declamatio* eſſe meditatio *cauſſarum* forenſium. TURNEB.

220. *Si quando.*] *In foro, ubi adverſarius*; Voſſ. ſec.

221. *Ut non.*] Id eſt, *quin*: unde patet quam immerito Burmannus hunc Fabri locum ſolicitare tentaverit: immo dum vulgatam lectionem voluit invertere, pervertit. Quis enim Fabium ſic unquam locutum fuiſſe credat? *in foro, ſi quando adverſarius probare non poterit, tantum illam facultatem olim deſideravimus.* Nonne ſecundum Latinitatis regulam dicendum foret? *ſi quando adverſarius probare non poterat*, (vel *non poſſet*) *illam facultatem olim deſideravimus*. CAPPER.

222. *Dicere.*] Alii, *Adjicere*.

223. *De animo.*] De mente, de conſilio, de propoſito, de *intentione*, ut vulgo loquuntur. CAPPER.

224. *Nam qua via tractatur, &c.*] Non tamen ſolum huic *conjecturæ* utilis eſt locus *an voluerit*, ſed etiam *an potuerit*. Inde enim (ut antea docuit Fab.) colligitur *an ſperaverit*. TURNEB.

225. *Ordo quoque.*] Præter ſuperiora *diſpoſitionis* præcepta, ait ordinem eſſe quemdam cujuſque rei proprium & nativum, qui pendet a naturali quodam rei ductu, nec poteſt ullis comprehendi præceptis. Hac de re pauca ſcripſit in cap. *de narrat.* TURNEB.

226. *Quid cuique connectatur.*] *Quid cui congruat*, Latine eleganterque dici, ſæpius jam dixi: quare hic quoque *quid cui*, non *cuique*, *connectatur* legatur. REGIUS. *Cuique*; Locat. Ald. Baſil. Colin. Gryph. Obrecht. *quod cuique*; Voſſ. ſecund.

227. *Quid cui conſentiat.*] *Quid cuique*; Locat. Ald. Colin. Vidov. & *quid conſentiat*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Obrecht.

CAPUT III.

De finitione.

SEQUITUR [1] *conjecturam* [2] *finitio.* Nam, qui non poteſt dicere nihil feciſſe, proximum habebit, ut dicat, non id feciſſe, [3] quod objicitur. [4] Itaque plerumque legibus iiſdem, quibus *conjectura*, verſatur, [5] defenſionis tantum genere mutato; ut in furtis, depoſitis, adulteriis. [6] Nam quemadmodum dicimus, *non feci furtum*, *non accepi depoſitum*, *non commiſi adulterium*; ita, *non eſt hoc furtum*, [7] *non eſt hoc depoſitum*, *non eſt hoc adulterium.* Interim [8] a *qualitate* ad *finitionem* deſcenditur; [9] ut in *actionibus* dementiæ, malæ tractationis, [10] reipubl. læſæ. In quibus ſi recte facta eſſe, quæ objiciuntur, dici non poteſt, illud [11] ſuccurrit: *Non eſt hoc dementem eſſe*, *male tractare*, *rempublicam lædere.* [12] *Finitio* igitur eſt rei propoſitæ propria & dilucida & breviter comprehenſa verbis enuntiatio. [13] Conſtat maxime, ſicut eſt dictum, *genere*, *ſpecie*, [14] *differentibus*, [15] *propriis*; ut ſi finias equum (noto enim maxime utar exemplo) genus eſt *animal*; [16] ſpecies, *mortale*; differentia, *irrationale* (nam & homo mortale erat;) [17] proprium, *hinniens.* Hæc adhibetur orationi [18] in pluribus *cauſſis.* Nam tum eſt certum de nomine, ſed quæritur, quæ res ei ſubjicienda ſit: tum res eſt [19] manifeſta, ſed de nomine non con-

1. *Conjecturam.*] Hoc eſt, *conjecturalem ſtatum*, ſive quæſtionem de facto. CAPPER.

2. *Finitio.*] *Status definitivus*, ubi quid ſit res vel actio, & quo nomine appellanda, inquiritur. Herennianus Rhetor, & alii quidam vocant *definitionem*; Julius Severianus in Rhetorib. Pithœan. pag. 307. *finem*; nonnulli *quæſtionem de eodem atque alio*; alii *quæſtionem de nomine* [rei actionive imponendo;] Theodorus περὶ ἰδιότητος, *de proprietate* (vide principia Rhetorices Aurelio Auguſtino attributa pag. 294. Rhetor. Pithœan.) Donatus ad Terent. Eunuch. *cauſſam finalem*, idque habito reſpectu ad Græcam locutionem σκοπὸν ὀρεκτικὸν, vel ὀρεκτικόν. CAPPER.

3. *Quod objicitur.*] *Objiciatur*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. quod Aſcenſius non probat, quia exit plenus verſus, *ut dicat*, *non id feciſſe*, *quod objiciatur*: ſed plures ſæpe ſcriptoribus verſus excidiſſe jam a multis notatum eſt.

4. *Itaque pluribus legibus idem*, *quibus.*] Sic quidem hactenus, & a clariſſimis Profeſſoribus lectum eſt: verum, ut mihi videtur, non ſine flagitiis, quibus totus confunditur ſenſus: ea vero mihi diligenter intuenti ſic tolli poſſe videntur, ſi pro *pluribus*, *plerumque*, ac *iiſdem*, non *idem*, legatur hoc modo: *Itaque plerumque legibus iiſdem*, *quibus conjectura*, *verſatur.* REGIUS. *Itaque pluribus legibus iiſdem*; V. C. Alm. *itaque pluribus legibus idem*; Voſſ. ſec. Locat. marg. Baſil.

5. *Defenſionis tantum genere mutato.*] Nam *in conjectura* ſimpliciter factum negatur; *in finitione* dumtaxat facti appellatio: quocirca defenſionis genus mutatur. TURNEB.

6. *Nam quemadmodum.*] *Non enim quemadmodum*; Colon. Vaſcoſ. Steph.

7. *Non eſt hoc depoſitum.*] *Non eſt mutatio*; Voſſ. ſec. *non eſt hæc mutatio*; Ald. Colin. *non eſt hoc depoſitum*, *ſed mutatio*; Baſil. & Aſcenſius. Sed Sichardus notat in margine hæc verba, *ſed mutatio*, in pleriſque exemplaribus deſiderari, & videri poſſe ab interpretante adjecta. *Non eſt hoc depoſitum*, *non eſt hæc mutatio*; Vidov.

8. *A qualitate.*] A ſtatu *qualitatis*, de quo Fabius aget cap. ſequenti: *ſtatus* ille vulgo appellatur *juris quæſtio.* CAPP.

9. *Ut in actionibus dementiæ.*] Ex lege Athenienſium parentes, qui paulo negligentius rem familiarem adminiſtrabant, ab ejus adminiſtratione removebantur: ſic filii Sophoclis Sophoclem dementiæ accuſarunt. *Actio* autem *malæ tractationis* actio eſt uxoria, quando ait uxor, ſe a marito male affici, ideoque vult divertere, recepta dote. TURNEB.

10. *Reipublicæ læſæ.*] Quod alias dicitur crimen majeſtatis, & ſubauditur τὸ læſæ vel deminutæ. CAPPER.

11. *Succurrit non eſſe male tractare remp. verbis lædere.*] Sic quidem legitur, ſed corrupte, ut pleraque alia. Exempla enim exponit Fabius, quo pacto a *qualitate* ad *finitionem* deſcendatur, ſuperiuſque expoſita repetit exempla: quare mihi tria hæc verba videntur adſcribenda, *hoc dementem eſſe*, ac ille ablativus *verbis* ab aliquo imperitorum adjectus, obliniendus, ut legatur: *non eſt hoc dementem eſſe*, *male tractare*, *remp. lædere.* Sic enim ſingula ſingulis ſuperius poſitis reſpondebunt: ex quo illud quoque apparet, illum *verbis* ablativum ab aliquo indocto quidem, ſed temerario fuiſſe adjectum, qui *remp.* ad illud *male tractare*, non ad *lædere* putavit referendum. REGIUS. *Non eſt male tractare*, *remp. verbis lædere*; Voſſ. ſec. Locat. *non eſt male tractare*, *remp. lædere*; V. C. Alm. *non eſt hoc dementem eſſe*, *male tractare*, *remp. verbis lædere*; MSS. Bodl. Andr. Ald. Sich. Baſil. Aſcenſius repeti vult negativam *non*: *non eſt hoc dementem eſſe*, *non eſt hoc male tractare*, *non eſt hoc remp. lædere.*

12. *Finitio igitur rei propoſitæ propria.*] *Eſt* verbum mihi videtur adſcribendum; &, pro *compreſſa*, *comprehenſa* legendum. REGIUS. Cicero I. *de Orat.* cap. 42. *Eſt definitio earum rerum*, *quæ ſunt ejus rei propriæ*, *quam definire volumus*, *brevis & circumſcripta quædam explicatio*: & in *Topicis* cap. 5. *Definitio eſt oratio*, *quæ id*, *quod definitur*, *explicat quid ſit.* PHILAND. *Compreſſa*; Locat. & Voſſ. ſec. qui neque *eſt* habet.

13. *Conſtat maxime.*] Docuit Fab. lib. v. his *finitionem* conſtare: in quo ſane Ariſtoteli refragatur, qui *definitionem* ſolo *genere* & *differentia* conſtare putat: ſed Ariſtoteles de philoſophica eſt loquutus. Boetius quoque in libello de definitione ait, *definitionem* conſtare quinque illis, quæ *prædicabilia* vulgo appellantur. TURNEB.

14. *Differentibus.*] Vel differentiis, ut nunc loqui ſolent. CAPPER.

15. *Propriis.*] Logici ſuis in definitionibus conficiendis τὰ *propria* non admittunt; quia diſtinguunt accuratius inter naturam rei (quam definitio exponit) & rei proprietates, quas exhibet deſcriptio ſive definitio minus accurata: verum, ut Logici ſtrictius & preſſius, ita Rhetores latius & liberius loquuntur. Logica eſt inſtar manus in pugnum contractæ; Rhetorica inſtar manus in palmam dilatatæ. CAPPER.

16. *Species*, *mortale.*] Id ex opinione Platonis; exiſtimat enim ſtellas & corpora cœleſtia non ſolum animalia eſſe immortalia, ſed etiam deos. TURNEB.

17. *Proprium hinniens.*] Pleriſque recentiorum Philoſophorum videretur τὸ *hinniens* non eſſe tantummodo equi *proprium*, ſed *eſſentialem* (ut aiunt) differentiam, *ſpecificam* & maxime propriam: & ſane oratorum definitiones dialecticam ad amuſſim non ſemper exiguntur. CAPPER.

18. *In pluribus cauſſis.*] *In* præpoſitio eradatur, ut intelligatur propter plures *cauſſas.* REGIUS. Omittit Stephanus τὸ *in.*

19. *Manifeſta & quod nomine conſtat.*] Hic eſt diſtin-

ſtat. [20] De re cum dubium eſt, interim [21] *conjectura* eſt; ut ſi quæratur, *quid ſit Deus*. Nam qui id neget, [22] Deum eſſe ſpiritum omnibus partibus immixtum, non hoc dicat, falſam eſſe illius divinæ naturæ appellationem; ſicut Epicurus, qui [23] humanam ei formam, locumque inter mundos dedit; ſed [24] nomine uterque uno utitur; utrum ſit in re, [25] *conjectat*. Interim [26] *qualitas* tractatur; ut quid ſit *rhetorice*, vis perſuadendi, [27] an bene dicendi ſcientia. Quod genus eſt in judiciis frequentiſſimum. Sic enim quæritur, *an deprehenſus in lupanari cum aliena uxore adulter ſit*; quia non de appellatione, ſed [28] de vi facti ejus ambigitur, [29] an omnino peccarit. Nam ſi peccavit, non poteſt aliud eſſe, quam adulter. [30] Diverſum eſt genus, cum controverſia conſiſtit in nomine, quod pendet ex ſcripto, nec verſatur in judiciis, niſi propter verba, quæ [31] litem generant: *An, qui ſe interficit, homicida ſit: An, qui tyrannum in mortem compulit, tyrannicida: An carmina magorum, veneficium*. Res enim manifeſta eſt, [32] ſciturque, non idem eſſe occidere ſe, quod alium; non idem occidere tyrannum, quod compellere ad mortem; non idem carmina, ac mortiferam potionem: quæritur tamen, an eodem nomine appellanda ſint. [33] Quanquam autem diſſentire vix audeo a Cicerone, qui [34] permultos ſecutus auctores, dicit *finitionem* eſſe [35] *de eodem, & de altero* ([36] ſemper enim neganti aliquod eſſe nomen, dicendum, quid ſit potius;) [37] tamen in eamdem tres habeo velut ſpecies. [38] Nam interim ſic convenit quærere, *an habendum ſit adulterium in lupanari*. Cum hoc negamus, non neceſſe eſt dicere, quid id vocetur, quia [39] totum crimen inficiamur. [40] Interim quæritur,

guendum: adeo vero corruptus locus hic eſt, ut vix poſſit emendari: non quin ſenſus ex ſequentibus ſaltem non percipiatur, ſed quod, quibus verbis ſit explicandus, non liquet. Idem namque ſenſus pluribus modis exprimi poteſt, ut hic; nam tum ſic explicaretur: *tum res eſt manifeſta, ſed, quo nomine appellanda ſit, non conſtat*; tum ſic: *ſed de nomine non conſtat*: quod quidem mihi magis probatur; nam in definitione interdum de nomine, interdum de re quæritur; cum enim conſtat de nomine, quæſtio eſt de re; cum res eſt certa, quæritur de nomine: eſt ergo bimembris hæc diviſio: quare, loco illius copulæ *&*, legatur *ſed*; loco illius *quod*, reponatur *de* præpoſitio, ac *non* negativa particula adſcribatur hoc modo: *ſed de nomine non conſtat*. REGIUS. *Et quod nomine conſtat*; V. C. Alm. Locat.

20. *De re dubium eſt, interim conjectura eſt.*] Huic ſenſui mihi aliquid deeſſe videtur, quo connecti poſſit. Neque enim ſunt plures ſenſus: ſic autem corrigi poteſt, ſi *cum* adverbium in principio adſcribatur hoc modo: *cum de re dubium eſt*; alterum namque membrum aſſignatæ diviſionis exponitur. REGIUS *Quando de nomine conſtat, de re dubium eſt interim*, &c. Obrecht. *de re dubium eſt*; Voſſ. ſec.

21. *Conjectura eſt.*] Quædam ſpecies ſit *ſtatus conjecturalis*, quo quæritur, non quidem an exiſtat Deus, ſed utrum re vera ſit merus ſpiritus, (quæ ſola ſententia recta ſanaque eſt) an corporeus, qualem ſomniabant Epicurei: eſt autem hic *ſtatus conjecturalis* κατά τι ſecundum quemdam ſenſum, non ἁπλῶς ſimpliciter & abſolute; ubi vides etiam quomodo *ſtatus definitivus* aliquid habeat cum *conjecturali* affinitatis. CAPPER.

22. *Deum eſſe ſpiritum.*] Hæc opinio Pythagoræ eſt; is enim exiſtimavit, Deum eſſe quemdam ſpiritum per omnia commeantem: ſic Virg. *Principio cœlum & terras, &c.* TURNEB. Ex Æneid. VI. 724.

23. *Humanam ei formam.*] Epicurus (ut ſcribit Cicer. lib. primo *de natura deorum*) μονογράμμους eſſe dicit deos, humana tamen figura, eoſque locavit in *intermundiis*, id eſt, vacuis ſpatiis inter mundos, quos plures exiſtimabat. TURNEB.

24. *Nomine uterque uno.*] *Sed* particula ut adſcribatur, elegantiæ ratio expoſcit. REGIUS. Non habent τὸ *ſed* V. C. Alm. Locat. Obrecht.

25. *Conjectat.*] In tractanda hujuſmodi quæſtione utitur ea *ſtatus conjecturalis* ſpecie, quam mox explicabamus. CAPPER.

26. *Qualitas tractatur.*] Phyſice ſaltem & logice ſumpta, ſi non rhetorice & moraliter conſiderata. CAPPER.

27. *Ac bene dicendi.*] *An* loco *ac* copulæ legendum eſſe, ne admonitione quidem dignum eſt. REGIUS.

28. *De vi facti ejus.*] De natura, proprietate, & qualitate facti ejus. CAPPER.

29. *An omnino peccarit.*] Habito reſpectu ad leges humanas & civiles, in foro (ut aiunt) externo, in *foro fori*, adeo ut ſit a magiſtratu puniendus; nam, habito reſpectu ad legem divinam, in foro interno, in *foro poli*, certum eſt hujuſmodi hominem graviter peccaſſe. CAPPER.

30. *Diverſum eſt genus.*] Sæpenumero tamen a verbis ſcripti oritur controverſia: quæ res pleroſque impulit, ut Cornificium, uti *finitionem ſtatibus legalibus* annumerarent: Fabio tamen eſt *rationalis*, quanquam lib. III. eam eſſe dixit partim verborum, partim rerum. TURNEB.

31. *Litem generant.*] *Litem faciunt*; V. C. Alm. Locat. Ald. Baſil. Colin. Obrecht.

32. *Sciturque.*] *Scitur quoque*; Locat. Ald. Baſil. *ſciturque non idem eſſe occidere tyrannum, quod compellere, &c.* omiſſis reliquis Voſſ. ſec.

33. *Quanquam haud diſſentire.*] *Haud* negationem expungendam, ac, loco ejus, *autem* copulam reponendam, facile ſenſus ipſe declarat. Hoc vero in *Topicis* cap. 23. Cicero præcepit his verbis: *Ad definitionem autem pertinet ratio ac ſcientia dividendi: atque huic generi finitimum eſt illud, quod appellari de eodem & altero diximus, quod genus forma quædam definitionis eſt. Si enim quæratur, idemne ſit pertinacia & perſeverantia, definitionibus judicandum eſt*. REGIUS. Nihil erat cauſſæ, quamobrem deberet Ciceronem reprehendere Fabius; nec enim Cicero in *Top.* ait in omni *finitione* quæri *de eodem & alio*, ſed hanc eſſe unam *definitionis* formam: eſt autem ea, quæ a dialecticis dicitur *per differentiam*. TURNEB. De *definitione* τῇ *per differentiam*, deque aliis *definitionum* ſpeciebus lege Iſidorum Hiſpalenſ. lib. II. Origin. fol. 16. W. CAPPER.

34. *Permultos ſecutus.*] *Multos*; V. C. Alm.

35. *De eodem & de altero.*] Subauditur *nomine*, ut patet cum ex hoc loco, tum ex ſequenti ubi legitur: *hac* [definitione] *quæritur an idem ſit hujus rei nomen, quod alterius*; & paulo infra: *quæritur an huic crimini nomen quod eſt in lege, conveniat*: quomodo autem hæc loquendi formula *de eodem & de altero* ad *ſtatum definitivum* pertineat, vide in principiis Rhetorices Aurelio Auguſtino attributis pag. 294. Rhetor. Pithœan. CAPPER.

36. *Semper neganti.*] Cum ſit initium *parentheſeos*, *enim* conjunctio adſcribenda videtur hoc modo: *ſemper enim neganti*. REGIUS. *Enim* non habet Locat.

37. *Tamen eamdem.*] Hæc quidem oratio ut congrua defendi non poteſt, niſi *in* præpoſitio adſcribatur, ut *in eamdem* legatur. REGIUS. *Semper enim negando aliquid eſſe nomen, dicendum quid ſit potius: tamen in eamdem tres*, &c. Obrecht. ſed, ut dicam quod ſentio, legendum mihi videtur *in eadem*, ſupple τῇ *definitione*: quanquam contra librorum editorum & MSS. fidem nihil mutare auſus ſum. CAPPER.

38. *Nam interim ſic convenit.*] Hæc ſpecies appellatur ab Hermogene *definitio ſimplex*; ſit enim citra nominis ſubſtitutionem; ſed alia atque alia affertur definitio, id eſt, ὁριςμὸς & ἀνθορισμός. TURNEB.

39. *Totum crimen inficiamur.*] Hæc inficiatio quo ſenſu intelligi poſſit & debeat, paulo ſupra diximus in notis ad illa Fabii verba: *ambigitur an omnino peccarit*. CAPPER.

40. *Interim quæritur, an hoc furtum, &c.*] Hæc ſpecies

[41] *an hoc furtum, an ſacrilegium*: [42] non quin ſufficiat non eſſe ſacrilegium, ſed quia neceſſe ſit dicere, quid ſit aliud: quo in loco utrumque finiendum eſt. [43] Interim quæritur in rebus ſpecie diverſis, *an & hoc eodem modo ſit appellandum*, cum res utraque habeat ſuum nomen, ut [44] *amatorium, venenum.* [45] In omnibus autem hujus generis litibus quæritur, *an etiam hoc*; quia nomen, de quo ambigitur, utique in alia re certum eſt. *Sacrilegium eſt, rem ſacram de templo ſurripere; num & privatam? Adulterium, cum aliena uxore domi coire; an & in lupanari? Tyrannicidium, occidere tyrannum; an etiam in mortem compellere?* [46] Ideoque συλλογισμὸς, de quo [47] poſtea dicam, velut [48] infirmior eſt *finitio*; [49] quia in hac quæritur, *an idem ſit hujus rei nomen, quod alterius*; [50] in illo, *an perinde habenda ſit hæc, atque illa.* [51] Eſt & talis *finitionum* diverſitas, ut quidam ſentiunt, [52] num idem diverſis verbis comprehendatur; ut *rhetorice*, bene dicendi ſcientia; & eadem, bene inveniendi, & bene enuntiandi, & dicendi ſecundum virtutem orationis; & dicendi, [53] quid ſit officii. Atque providendum, [54] ut, ſi ſenſu non pugnent, [55] comprehenſione diſſentiant. Sed de his [56] diſputatur, non litigatur. Opus eſt aliquando *finitione* [57] obſcurioribus & ignotioribus verbis; ut quid ſit [58] *clarigatio, proletarius.* [59] Erit

eſt *definitionis* duplicis Hermogeni, ab eoque appellatur ἀντονομάζων, id eſt, *pronominans*; quia loco nominis nomen aliud ſubſtituimus. TURNEB. *Furtum, an ſacrilegium*; Vaſcoſ. Steph. Lugduno-Batav. Obrecht.

41. *An hoc furtum.*] Id eſt, an hoc quod factum eſſe conſtat, aut ſaltem a reo conceditur, furti nomine ſit, an ſacrilegii appellandum. CAPPER.

42. *Non quia ſufficiat.*] *Non quin ſufficiat*; MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſec. Andr. Ald. Colon. Pariſ. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht.

43. *Interim quæritur in rebus.*] Hæc ſpecies ab Hermogene appellatur *definitio per ſyllepſim*, id eſt, per comprehenſionem: differt a ſecunda, quia in ſecunda alterum nomen rejicitur, alterum retinetur: in hac utrumque comprehenditur ab altera parte. TURNEB.

44. *Amatorium.*] An etiam amatorium τὸ φίλτρον veneni nomine vocandum ſit. CAPPER.

45. *In omnibus hujus.*] Recte in quibuſdam exemplaribus particula *autem* eſt adſcripta hoc modo: *In omnibus autem hujus*, &c. REGIUS. Apud Hermogenem præterea ſunt aliæ tres *finitiones*, quas omiſit Fabius. TURNEB. Tres illæ definitiones Hermogenianæ ſunt hujuſmodi. 1°. ὁ κατὰ πρόσωπα διπλοῦς, *definitio duplex ſecundum perſonas.* 2°. ὁ ἐμπίπτων, *definitio incidens.* 3°. οἱ δύο καλούμενοι ὅροι, *definitiones quæ vocantur geminæ.* Harum autem exempla profert Græcus ille Rhetor in *partitionibus* §. 6. circa finem, quo lectorem ſtudioſum mittere ſatis habeo. CAPPER.

46. *Ideoque συλλογισμός.*] Maxima eſt affinitas inter *finitionem* & *ſyllogiſmum*; ideoque cum *definitionem* tueri non poſſumus, ſtatim ad *ratiocinationem* delabimur; ut, ſi non poſſimus dicere idem eſſe *nomen*, rem tamen ſimilem eſſe oſtendemus. TURNEB. Συλλογισμός.] Eſt quædam *ſtatuum* vel quæſtionum *legalium* ſpecies, quam Fabius modo *ſyllogiſmum*, modo ratiocinationem, modo *ratiocinativam* & *collectivam* quæſtionem appellat. CAPPER.

47. *Poſtea dicam.*] Capite VIII.

48. *Infirmior eſt finitio.*] Idem infra docet cap. 8. *ſæpe ſi finitio infirma eſt, in ſyllogiſmum delabitur.* CAPPER.

49. *Quia hac quæritur.*] *Hac quæritur*; V. C. Alm. Par. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. *quia in hac*: MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Andr. Locat. Ald. Colon. Baſil. Vidov. Obrecht.

50. *Illo, an proinde.*] Præpoſitio *in*, ſenſui neceſſaria, mihi videtur adſcribenda, ac *perinde* legendum hoc modo: *in illo, an perinde habenda ſit hæc atque illa.* REGIUS. *In* non habent V. C. Alm. Locat. Baſil. Gryph. Colin. Obrecht. Oxon. *proinde*; V. C. Alm.

51. *Eſt & talis finitionum.*] Dialectici agnoſcunt etiam quindecim *finitionum* genera: cum igitur ita diverſe res eadem finiatur, quærunt ac diſputant contentioſiſſime, eodemne modo res hac diverſitate definiatur: ſed hoc nihil ad oratorem pertinet; nam hac de *cauſſa* lis nunquam oritur in foro. TURNEB. Quindecim illa definitionum genera exponit & exemplis illuſtrat Iſidorus Hiſpalenſis Origin. lib. II. cap. 29. fol. 16. W. edition. Sonnii 1580. CAPPER.

52. *Num iiſdem verbis comprehendatur.*] Niſi corrigatur hic locus, quæ ſequuntur exempla, nequaquam ſenſui convenire videbuntur; neque enim plures Rhetoricæ definitiones iiſdem aſſignantur verbis. Quare aut *diverſis*, aut certe *variis* ſentio adſcribendum, ac *idem* pro *iiſdem* legendum: *definitionum* præterea loco *diviſionum* ſenſus exposcit; cum non de diviſione, ſed de *definitione* tractetur. REGIUS. *Num iiſdem verbis comprehendatur*; Voſſ. ſec. Locat.

53. *Quid ſit officii.*] *Quod ſit of.* Obrecht. *Officii.*] Τοῦ καθήκοντος: adeo ut Rhetorica ſit ſcientia dicendi quid ſit officii, ſeu quodnam ſit officium, quid civilis officii ratio poſtulet: hoc autem ad Rhetoricam pertinere, patet præſertim ex *deliberativo* & *judiciali* genere. CAPPER.

54. *Ut ſi ſenſu non pugnat.*] *Pugnant* legendum eſſe, ne admonendum quidem eſt: ſed aliud quoque hic mihi ſenſus deſiderare videtur. *An* enim particula loco *ut*, & *diſſentiant* recte legerentur hoc modo: *an, ſi ſenſu non pugnant, comprehenſione diſſentiant.* REGIUS. *Ut ſi ſenſu non pugnant c. diſſentiant*; Voſſ. ſec. marg. Baſil. *ut ſi ſ. n. pugnat c. diſſentiunt*; Locat. *ut ſi ſ. n. pugnent*; Oxon. Obrecht. *Non pugnent.*] Supple, diverſæ definitiones ejuſdem rei. CAPPER.

55. *Comprehenſione.*] Supple, *verborum*; nam Fabius mox dicebat: *num idem diverſis verbis comprehendatur*: quod quidem ideo annotavi, quia interpres quidam Gallicus, cui nomen *de Pure*, τὸ *comprehenſione* de humanæ mentis actione intellexit, & ſic vertit: *Que ce qui n'a point de repugnance dans le ſens, n'en ait pas non plus dans notre intelligence.* Hoccine vertere eſt, an pervertere? CAPPER.

56. *Diſputatur, non litigatur.*] De his *definitionum* diverſitatibus diſputant in ſcholis Logici ſeu Dialectici & Grammatici: ſed de iiſdem non litigant in foro cauſidici, oratores, &c. CAPPER.

57. *Obſcurioribus verbis.*] Hæc verba ſunt in *dativo* caſu: quod non annotaſſem, niſi hoc in loco animadvertiſſem graviter peccatum fuiſſe a Gallico interprete recentiori (l'Abbé Gedoyn) qui vertit: *Il y a des definitions qui ſont neceſſairement conçues en termes obſcurs*: quaſi τὸ obſcurioribus verbis eſſent in *ablativo*. CAPPER.

58. *Clarigatio.*] *Clarigare* eſt res raptas clara voce repetere, ut aperte colligitur ex Plinio lib. XXII. cap. 2. & Servio ad Virg. IX. Æneid. 53. REGIUS. *Clarigatio* dicta a clara voce, qua utebatur pater patratus, ut alii, a *clero*, hoc eſt ſorte; nam bellica ſorte hoſtiles agros invadebant, unde Græcis κληρονόμοι dicti, qui jure bona defuncti ſortiuntur. SICHARD. *Ut quid ſit clarigatio, proletarius*; Obrecht. quod recepimus, quia exempla verborum obſcuriorum duo poſuiſſe videtur; ut in ſequentibus *penus*, & *litus*. BURMAN. Quid ſit propie clarigatio, luculentius exponit Servius ad illud Æneid. IX.

——— *& jaculum intorquens emittit in auras*
Principium pugnæ:

ubi ſic habet: *Hoc de Romana ſolemnitate tractum eſt; quum enim volebant bellum indicere, pater patratus, hoc eſt princeps Fecialium proficiſcebatur ad hoſtium fines, & præfatus quædam ſolemnia clara voce dicebat ſe bellum indicere propter certas cauſſas, & hæc clarigatio dicebatur a claritate vocis: poſt quam clarigationem, haſta in eorum fines immiſſa, indicabatur jam pugnæ principium.* Sed clarigatio præter dictam ſignificationem accipitur etiam pro exactione nummaria, maxime quæ Principis aut Reipublicæ edicto conceditur adverſus eos, qui legi pœnali non paruerint: ſic apud Tit. Liv. lib. VIII. *In Veliternos, quod toties rebellaſſent, graviter ſævitum: muri dejecti, Senatus inde abductus, juſſique trans Tiberim habitare, ut ejus, qui cis Tiberim deprehenſus eſſet, uſque ad mille pondo clarigatio eſſet, nec priuſquam ære perſoluto is, qui cepiſſet, extra vincula captum haberet.* CAPPER.

59. *Erat ut interim notis nomine verbis.*] Cur hic ſenſus

& interim notis nomine verbis; ut [60] *quid ſit penus*, [61] *quid litus*. Quæ [62] varietas efficit, ut eam [63] quidam *conjecturæ*, [64] quidam *qualitati*, quidam [65] *legitimis* quæſtionibus [66] ſubjecerint. [67] Quibuſdam ne placuit quidem omnino ſubtilis hæc, & [68] ad morem Dialecticorum [69] formata concluſio, ut in diſputationibus potius per argumenta verborum cavillatrix, quam in oratoris officio multum allatura momenti. Licet enim valeat [70] * in ſermone tantum, [71] ut conſtrictum in vinculis ſuis habeat eum, qui reſponſurus eſt, & vel tacere, vel etiam invitum id, quod ſit contra, cogat fateri; non eadem eſt tamen ejus in *cauſſis* utilitas. Perſuadendum enim [72] judici eſt, qui, etiamſi verbis devinctus eſt, tamen, [73] niſi ipſi rei acceſſerit, tacitus diſſentiet. [74] Agenti vero quæ tanta eſt hujus [75] præciſæ comprehenſionis neceſſitas? An, ſi non dixero, *homo eſt animal* [76] *rationale mortale*, non potero, expoſitis tot corporis animique proprietatibus, latius oratione ducta, vel a Diis eum, vel [77] a mutis diſcernere? Quid? quod [78] nec uno modo definitur [79] res eadem, ſed latiore, va-

perceptu eſt difficilis? Nempe quia eſt corruptus: emendatur autem, *ſi erit*, loco illius *erat*, ac *&* copula etiam loco, *ut* reponatur hoc modo: *erit & interim*, &c. nam interdum opus eſt *finitione* etiam verbis quoad appellationem notis, quoad ſignificationem vero obſcuris: qualia ſunt, quæ ſubjiciuntur. Nam & *penus* & *litus* cum nomine nota ſint, non parvam tamen circa res ipſas habent differentiam: unde Grammaticus ille apud A. Gellium lib. IV. cap. I. profitetur ingenue, ſe ignorare *penoris* definitionem, cum verbum ipſum ſibi non ignotum eſſe contendat. Eſt autem *penus*, quidquid in annuum reponitur victum: unde *pennarium* penus repoſitorium dicitur. Ulpianus leg. 3. ff. de penu legat. *penu legata continentur, quæ eſui potuique ſunt*: *litus* vero eſt, ut ait Celſus lib. XCVI. de V. S. *quouſque maximus hybernus fluctus a mari pervenit, idque M. Tullium, cum arbiter eſſet, primum conſtituiſſe ait.* REGIUS. *Proletarius*: *interim notis nomine verbis*; *ut*, &c. Obrecht. τὸ *quoad* Regii barbarum eſt. CAPP.

60. *Quid ſit penus.*] Penus, ut legitur, apud Aul. Gell. lib. IV. *eſt omne eſculentum aut poculentum, quod patris, liberorum, & familiæ cauſſa paratum eſt; nam quæ ad edendum bibendumque ſingulos in dies parantur, penus non ſunt; ſed ea potius quæ hujus generis, longe uſionis gratia contrahuntur & reconduntur, ex eo quod non in promptu ſint, ſed intus & penitus habeantur, penus dicta ſunt.* CAPPER.

61. *Quid litus.*] Quid ſit litus ex veterum ſententia, vide ad lib. V. cap. ultim. CAPPER.

62. *Varietas efficiat.*] *Effecit*; ac *eam*, pro *ea*, legendum eſſe, facile ex ipſo percipitur ſenſu. REGIUS. *Effecit* reliqui fere omnes.

63. *Quidam conjecturæ.*] *Statui conjecturali*, ſeu quæſtioni de facto. CAPPER.

64. *Quidam qualitati.*] *Statui qualitatis*, ſeu quæſtioni de jure: unde patet inter tres hoſce *ſtatus rationales* aliquid eſſe affinitatis: de cæterorum *ſtatuum* affinitate vide infra cap. 10. hujus libri. CAPPER.

65. *Legitimis quæſtionibus.*] *Legalibus* quæſtionibus, ut τῇ ἀμφιβολίᾳ, *ambiguitati*; τῷ περὶ ῥητοῦ καὶ διανοίας, quæſtioni, *de ſcripto & ſententia*; τῷ συλλογισμῷ, *ratiocinationi*: ait enim paulo ſupra *ſyllogiſmum* eſſe infirmiorem *finitionem*: de his aget Fabius capp. 6. 8. 9. cæterum *quæſtionibus* potius dixit quam *ſtatus*; quia nonnulli veteres *ſtatum* proprie de τοῖς λογικοῖς, *rationalibus*; quæſtionem vero de τοῖς νομικοῖς, *legalibus* dici volebant, ut liquet ex cap. 6. lib. III. CAPPER.

66. *Subjecerint.*] Tanquam ſpeciem generi. CAPPER.

67. *Quibuſdam ne placuit quidem, &c.*] Adi, ſi vacat, Jan. Gebhard. Crepund. lib. I. cap. II. pag. 6.

68. *Ad morem dial.*] *Ad modum dial.* Voſſ. ſec.

69. *Formata concluſio.*] Definitio certorum conceptorumque verborum quaſi vinculis conſtricta, concluſa, &c. CAPPER.

70. *In ſermone.*] In ſermone familiari, aut etiam dialectico; non autem oratorio & forenſi. CAPPER.

71. *Ut conſtrictum in vinculis ſuis habeat eum qui reſponſurus eſt, vel carcere vel etiam &c. ſubtilitas.*] Invitus quidem facio, ſæpius dicam, ut aliquid immutem: ſed ubi ſenſus laborat, acumenque & elegantia Fabii periclitatur, ei quoquo modo ſuccurrendum videtur; cum præſertim quidam ita invertant, ut & ipſi ridiculi ſint, & Fabii dicta obſcuriora fiant; ſic enim in quibuſdam exemplaribus legitur: *ut conſtrictum in vinculis ſuis non habeat eum, qui reſponſurus ſit, vel crucem, vel etiam uncum id, quod ſit contra, cogat fateri: non eadem tamen eſt ejus in cauſſis utilitas.*] Quid enim ad hunc ſenſum *crux* & *uncus*? mihi certe & riſum & ſtomachum movent: in hujus vero loci emendationem primum *&* copula eſt adſcribenda, & duo illa verba *carcere* & *ſubtilitas*, etiam refragantibus exemplaribus, mihi videntur immutanda, non quidem in diſſimilia, ſed ſimillima verba; pro *carcere* enim *tacere*, & *utilitas*, non *ſubtilitas* a ſenſus integritate exiguntur hoc modo: *& vel tacere, vel etiam invitum id, quod ſit contra, cogat fateri: non eadem eſt tamen ejus in cauſſis utilitas.* REGIUS. *Carcere*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. *conſtrictum vinculis*; Obrecht.

72. *Judici eſt, qui etiamſi verbis devictus eſt.*] N litera adſcripta *devinctus* pulcherrime ſenſum cuſtodit; dialectica namque acumina colligare, ac devincire diſputantes videntur. REGIUS. *Qui* non habet V. C. Alm. *devictus*; Voſſ. ſec. Locat. ſed vehementer dubito an, ut adverſarium conſtrictum tenemus, ita & judex poſſet dici *devinciri verbis*: præterea non recte verbum *devinctus* reſpondebit ſequenti *diſſentiet*; cum in eadem manendum eſſe videri poſſet *metaphora*, & dicendum: etiamſi verbis *devinctus* eſt, ſe *expediet*, *exſolvet*, vel ſimile quid: quare mihi *devictus*, vel potius *evictus eſt*, magis placet, ut indicetur oratione & facundia judicem eſſe victum & motum. ſed tamen rei æquitate reluctante tacitum diſſentire: ſic *dicendo*, *ſermone*, *rebus*, *&c. vincere*, pro *evincere*, & perſuadere argumentis noſter procemio libri primi; & paſſim alii, ut docuerunt Lambin. ad Lucret. II. 747. Græv. ad Cicer. Paradox. IV. & ad III. Verr. 16. *Evincere* vero frequentiſſime ita poni docuit idem Græv. ad I. Verr. I. & Heinſ. ad Ovid. III. Faſt. 680. & Barth. ad Stat. VII. 558. apud quem Poëtam lib. IX. 840. etiam *devicta pudore* legitur, quamvis ibi & Barth. & Gronov. *evicta* reponant: ſic & apud Terent. Hecyr. I. II. 92. antiquæ editiones,

animus partim uxoris miſericordia
Devictus, partim victus hujus injuriis.

Ubi nunc *devinctus*, quod tamen convenire ſequenti verbo *elapſus* videri poſſet. BURMAN.

73. *Niſi ipſi rei acceſſerit.*] Niſi ipſi rei, quam probandam ſuſcipis, aſſenſum præbere voluerit, & revera præbuerit. CAPPER.

74. *Agenti vero.*] Significat Fabius, oratorem non debere breviter definire, & ea lege, quam præſcribunt Dialectici, ſed *finitione* multo pleniori & copioſiori utendum eſſe: cujuſmodi ſunt *deſcriptiones*, quibus potius utuntur oratores. TURNEB. Participium τὸ *agenti* ſic intellige, quaſi ſcripſiſſet Fabius: *oratori cauſſas forenſes agenti.* CAPPER.

75. *Præciſæ comprehenſionis.*] Definitionis videlicet, quæ certis & ad logicum rigorem, ſive ad dialecticam amuſſim conceptis verbis comprehenſa fuerit. CAPPER.

76. *Rationale mortale.*] *Mortale rationale*; Obrecht. Vide ut hominis definitioni τὸ *mortale* addiderint veteres; hominem enim ſuis a Diis hoc addimento diſtinguere ſe poſſe arbitrabantur. Vide Porphyrii *iſagogen.* CAPPER.

77. *A mutis.*] A brutis animantibus, quæ vel nullam vocem habent, vel, ſi quam habere videantur, ea non eſt, ut in homine, articulata. Unde Poëtis homines dicuntur *Μέροπες*, quod vocem articulatam, diſtinctamque ſortiti fuerint; nam *μείρω*, eſt *divido*, *diſtinguo*: ὄψ ὀπὸς autem eſt *vox*. CAPPER.

78. *Nec uno modo.*] *Non uno*; Ald.

79. *Res eadem, ut facit Cicero. Quid enim vulgo univerſos latiore varioque tractatu, ut omnes.*] Quid mihi hoc loco ſit faciendum ignoro; nam ut aliquis inde ſenſus eliciatur, aut adjicienda quædam, aut ſaltem hæc quatuor verba: *Quid enim vulgo univerſos*, expungenda videntur. Sed cum facilius ſit, quæ ſupervacua apparent, expungere, quam,

rioque tractatu ; ut facit Cicero , ut omnes oratores plerumque fecerunt. Rariſſimâ enim apud eos reperietur illa ex conſuetudine philoſophorum ducta ſervitus [80] (eſt enim certe ſervitus) ad certa ſe verba adſtringendi. Idque faciendum in libris [81] Ciceronis de *Oratore* vetat M. Antonius. Nam eſt etiam periculoſum; cum, ſi [82] uno in verbo ſit erratum, tota *cauſſa* cecidiſſe videamur: optimaque eſt illa media via , qua utitur Cicero [83] pro Cæcina , ut res proponatur , verba non periclitentur : *Etenim* , [84] *Recuperatores , non ea ſola vis eſt , quæ ad corpus noſtrum vitamque pervenit , ſed etiam multo major ea , quæ , periculo mortis injecto , formidine animum perterritum loco ſæpe* [85] *& certo de ſtatu demovet.* Aut cum *finitionem* præcedit probatio; ut in [86] *Philippicis* Cicero Servium Sulpitium occiſum ab Antonio [87] colligit, & in clauſula demum [88] ita finit : *Is ei profecto mortem attulit* , [89] *qui cauſſa mortis fuit.* Non negaverim tamen

quæ ſunt adſcribenda , divinare ; eadem quatuor verba tranſverſo calamo allinantur , atque *ſed* copula interim adſcribatur , ac tria illa verba , *ut facit Cicero* , poſt *tractatu* adſcribantur (dum emendatius aliquod exemplar inveniatur) hoc modo : *res eadem , ſed latiore varioque tractatu , ut facit Cicero , ut omnes oratores plerumque fecerunt.* REGIUS. *Res eadem, ut facit Cicero. Quid enim vulgo univerſos , & latiore , &c.* V. C. Alm. Voſſ. ſec. Locat. niſi quud Voſſ. & Locatel. omittant τὸ *&* ante *latiore*. *Res eadem , ſed latiore varioque tractatu ; ut facit Cicero , ut omnes oratores ;* Obr. Aſcenſius malebat : *ut facit Cicero. Quid enim? uti videmus in ſcholis univerſos latiore varieque tractatu , ut omnes , &c.* *Res eadem , ſed latiore varioque tractatu , ut facit Cicero. Quid enim vulgo univerſos : ſed latiore varioque tractatu , ut omnes ;* Baſil. Corruptum eſſe locum conſtat : ſed ego Quinctilianum de duplici ratione variandi definitiones agere puto , quarum prima uſitata præter cæteros Ciceroni , altera etiam Ciceroni , & omnibus fere oratoribus frequentata. Cicero ſæpe rem eamdem non uno modo definire ſolebat ; alii etiam longis ambagibus , & tractatu vario & lato deſcribere , vel , ut Cicero inquit II. *de Orat.* 25. *omni copia dicendi dilatare* amabant. Quare mallem , MSS. veſtigiis preſſius inſiſtens , legere hoc modo : *Quid? quod nec uno modo definitur res eadem , ut facit Cicero (quid enim vulgo univerſos) ſed & latiore varioque tractatu , ut omnes oratores plerumque fecerunt ;* ut Ciceronem eximat turbæ, & ſolum ſufficere oſtendat , & *vulgo* pro *produco* , *aſſero* , capiat : quid enim ad teſtimonium cito univerſos , cum Cicero ſufficiat , ut pateat licere variare definitiones , & ſe ſervituti Philoſophorum eripere ? nam Ciceronem ab aliis oratoribus hic eſſe diſtinguendum , quod non fit in vulgari lectione , inde patet , quod ille definitionem *brevem & circumſcriptam explicationem rei* eſſe velit lib. I. *de Orat.* cap. 42. non vero latiore & vario tractatu , ut alii maluerint , res deſcribere amet : *vulgare* vero eleganter ita dicitur pro celebrare , in ora hominum mittere. Valer. Flac. IV. Arg. 419.

Boſporon hinc veteres errantis nomine divæ
Vulgavere.

& v. 74.

——— *feſta vulgatum nocte Lyæi*
Callichoron.

Ovid. I. Metam. 164.

——— *facto nondum vulgata recenti.*

Horat. I. Epiſt. XIX. 33.

Hunc ego , non alio dictum prius ore , Latinus
Vulgavi fidicen.

& ita paſſim ille & alii : quod notari debuit , quia depravatio hujus loci videtur inde orta , quod vocem *vulgo* , cum in obliquo caſu a *vulgus* caperent , neque inde commodus exiret ſenſus , ejecerint cum cæteris adjunctis : *tractatu* vero dictum eodem ſenſu , quo ſupra *tractare* docnimus paſſim uſurpari : quamvis aliquis poſſet præferre τὸ *tractu* : de quo egimus ad lib. V. cap. 8. BURMAN. Sed in hac Burmanni lectione plura ſunt incommoda , quam ut eam poſſit quis admittere; 1°. enim *vulgare* , pro τῷ *citare & in teſtimonium aſſerre* , verbum eſt Fabio , cæteriſque ſaltem orationis proſæ ſcriptoribus inſolens , ne dicam prorſus ignotum ; neque hanc ſignificationem ſatis demonſtrant , quæ ſolis e Poëtis attulit ; 2°. ſi Fabius verbum τὸ *vulgare* huc ſenſu voluiſſet uſurpare , dixiſſet potius , *quid vulgabo , quid vulgem , &c.* 3°. tentat Burmannus Ciceronem turbæ eximere , & a cæteris oratoribus eo diſtinguere , quod hi latiore varioque tractatu , ſive tractu res deſcribere ament , ille vero definitionem brevem & circumſcriptam explicationem rei eſſe velit. Atqui hac ipſa in nota Cicero turbæ immiſcetur , neque ullo ab cæteris oratoribus intervallo ſeparatur : *Ego* , inquit Burmannus , *Quinctilianum de duplici ratione variandi definitionem agere puto , quarum prima uſitata præter cæteros Ciceroni , altera etiam Ciceroni & omnibus fere oratoribus frequentata* : ruit igitur fictitium illud Ciceronem inter & cæteros oratores diſcrimen. His aliiſque de cauſſis rejecta Burmanni lectione , Raphaelis Regii emendationem , quam exhibent editiones Vaſcoſ. Stephan. Lugduno-Batav. &c. ſecuti ſumus. CAPPER.

80. *Eſt enim certe ſervitus.*] *Certa* ; V. C. Alm. Locat. Ald. ſed Baſileenſis editio omnia hæc (*eſt enim certe ſervitus ad certa ſe verba adſtringendi*) parentheſi includit. (*Eſt enim ſervitus*) *ad certa* ; Voſſ. ſec.

81. *Ciceronis de Oratore.*] Vide præcipue lib. II. *de Orat.* cap 25.

82. *Uno in verbo.*] *Uno verbo* ; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Obrecht. forte recte. Ita Ovid. II. Amor. 16. II.

——— *verbo peccavimus uno.*

83. *Pro Cæcina.*] Vide cap. 15. & ſeqq.

84. *Recuperatoris.*] Imperiti alicujus temeritate factum eſt , ut *recuperatores* in *recuperatoris* immutetur ; cum eſſe caſum vocativum , ex Ciceronis oratione aperte colligatur. REGIUS. *Recuperatores* erant judices , qui a Prætore privatis in controverſiis dabantur. Hos a *recuperando* dictos aiunt , quod per eos ſuum quiſque jus recuperare poſſet ; vel quod de bonorum inique ablatorum recuperatione æſtimandiſque injuriis cognoſcerent. CAPPER.

85. *Et certo ſtatu dimovet.*] *Certo de ſtatu* ; Ald. Baſil. Colin. & apud Ciceronem ita legitur. *Dimovet*] *Demovet* ; V. C. Alm. & ita emendatiſſimæ Ciceronis editiones : ſed in Paradox. I. editur , *ea* (voluptas) *quo eſt maior , eo magis mentem e ſua ſede & ſtatu dimovet.* Apud Horat. I. Od. I. ſimilis diverſitas , ubi tamen Lambinus *demoveas* præfert ; & , licet parum referre putem , magis * tamen in *demovere* inclino , præcipue ſi præpoſitio *de* addatur , ut hic *de ſtatu demovere* , quia eleganter veteres eaſdem ſæpe præpoſitiones addere ſolebant verbis ex iiſdem compoſitis : quod Auguſtum feciſſe teſtatur Sueton. cap. 86. & ita noſter ſæpe τῷ *ineſſe* jungit præpoſitionem *in* , ut vidimus ad lib II. 17. ſic *adire ad aliquem* , Terentius , Nepos , & alii : & ita Cicer. action prima in Verr. 17. *ut ne quis te de vera & certa poſſit ſententia demovere* : & ſic quoque additur *ex* vel *a* , ut apud Cicer. pro Cluent. 15. *a cauſſa demovere* : & Terent. Adelph. II. I. 16.

Cave nunc jam oculos a meis oculis quoquam demoveas tuos :

ita enim legendum eſſe docet Horatius , qui lib. IV. Od. 5.

Curvo nec faciem litore demovet.

ut recte Lambinus & Cruquius : & hoc ratio etiam docet ; *dimovere* eſt enim rem ita movere , ut in diverſas partes quaſi abeat , & ſcindatur : ita *dimota unda* , Ovid. IV. Metam. 708. & Epiſt. XIX. 48. de natante , vel nave ſcindente aquas : *glebam dimovere aratro* , idem lib. V. Metam. 341. *ora dimovere* , cum loquimur , V. Faſt. 638. & ſimilia : ſed *animum dimovere* ſignificaret dividere , in diverſum trahere : quare hic *demovere* legendum eſt , ut ſemper in aliis locis , ubi dejicitur quis , aut demovetur loco ; nam idem quod dejicere & deturbare notat , ut patet ex Nonio , qui *deturbare* , explicat per *dejicere , demovere.* BURMAN.

86. *Philippicis.*] Oratione IX. cap. 3.

87. *Colligit*] Συλλογίζεται , id eſt , ratiocinatione quadam concludit , infert , &c. CAPPER.

88. *Ita finit.*] Sic definit τὸν homicidam : quid ſit homicidam eſſe , hac definitione declarat. CAPPER.

89. *Qui cauſſa mortis.*] Hoc idem & JCti decernunt. Julian. lib. 51. ff. ad Leg. Aquiliam. Et Ulpianus Leg. 15. ff. ad Leg. Cornel. de Sicariis. REGIUS.

[90] hæc quoque, [91] ut expediet *cauſſæ*, eſſe facienda; &, ſi quando firma comprehendi poterit, [92] & brevi complexu verborum *finitio*, eſſe id [93] tum elegans, tum etiam fortiſſimum, ſi modo erit illa inexpugnabilis. [94] Ejus certus ordo eſt, *quid ſit*, [95] *an hoc ſit*; & in hoc fere labor major eſt, ut *finitionem* confirmes, [96] quam ut in rem *finitionem* applices. [97] In eo, *quid ſit*, duplex opus eſt. Nam & noſtra confirmanda eſt, & adverſæ partis deſtruenda *finitio*. Ideoque in ſchola, [98] ubi nobis ipſis fingimus [99] *contradictionem*, [100] duos ponere debemus *fines*, quales utrimque eſſe optimi poterunt. [101] At in foro providendum, num forte ſupercua, & nihil ad *cauſſam* pertinens, an ambigua, an contraria, [102] an communis ſit *finitio*: quorum [103] nihil accidere, niſi [104] agentis culpa, poteſt. Ut recte autem finiamus, ita fiet, ſi prius in animo conſtituerimus, quid velimus efficere. Sic enim accommodari ad voluntatem verba poterunt. Atque ut a notiſſimo exemplo, quo ſit res lucidior, non recedamus: *Qui privatam pecuniam de templo* [105] *ſurripuit, ſacrilegii reus eſt.* Culpa manifeſta: quæſtio eſt, an huic crimini nomen, quod eſt in lege, conveniat. Ergo ambigitur, an hoc ſacrilegium ſit. [106] Accuſator, quia de templo ſit ſurrepta pecunia, utitur hoc nomine. Reus, quia privatam ſurripuerit, negat eſſe ſacrilegium; ſed furtum fatetur. Actor ergo ita finiet: *Sacrilegium eſt ſurripere aliquid* [107] *de ſacro.* [108] Reus ita finiet: *Sacrilegium eſt ſurripere aliquid ſacri.* Uterque alterius *finitionem* impugnat. [109] Ea duobus generibus evertitur, ſi aut falſa eſt, aut parum plena. Nam illud tertium, niſi ſtultis, non accidit, ut nihil ad quæſtionem pertineat. Falſa eſt, ſi dicas: *Equus eſt animal rationale*; nam eſt equus animal, ſed irrationale. [110] Quod autem commune cum alio eſt, definet eſſe proprium. Hic reus falſam dicit eſſe *finitionem* accuſatoris: [111] accuſator autem non poteſt dicere [112] falſam rei. Nam eſt *ſacrilegium, ſurripere aliquid ſacri.* Dicit parum plenam; adjiciendum enim, [113] *aut ex ſacro.* Maximus autem uſus, in approbando refellendoque

90. *Hæc quoque .... eſſe facienda.*] Hoc eſt, ad certa conceptaque verba, Logicorum more, definitiones rerum adſtringere. CAPPER.

91. *Ut expedit cauſſæ.*] *Ut expediet*: MSS. Alm. Voſſ. ſec. Obrecht.

92. *Et brevi.*] *Et* non habet V. C. Alm.

93. *Tum elegans.*] *Cum elegans*: Voſſ. ſec.

94. *Ejus certus ordo eſt.*] *Diſpoſitionem* capitum *finitionis* & tractationem ponit Boetius aliquanto fuſius; ait enim primum definiendum eſſe, mox *definitionem* confirmandam, deinde adverſarii *finitionem* infirmandam, poſtremo *finitionem* noſtram ad ſpeciem deducendam & applicandam. TURNEB. Vide Boetii opuſculum de *definitione* pag. 648 & ſequent. edition. Baſil. 1546. CAPPER.

95. *An hoc ſit.*] Ex hac parte *ſtatus definitionis* aliquam cum *conjecturali* habere videtur affinitatem; tunc enim quæritur an τὸ ὅτι res ſit quod ipſam eſſe dicimus. CAPPER.

96. *Quam in rem finitionem applices.*] *Ut* particula eleganter huic adverbio *quam* ſubjicitur, cum non ad nomen, ſed ad verbum refertur. Quare hoc loco quoque & Fabii elegantia *ut* particulam expoſcit, & ita in quibuſdam exemplaribus legitur: *quam ut in rem finitionem applices.* REGIUS. *Quam in rem*; Voſſ. ſec. Locat. Baſil. *quam ut finitionem applices*; Ald. *quam ut in finitionem applices*: V. C. Alm.

97. *In eo quid ſit.*] Alludere Fabius videtur ad Græcam locutionem ἐν τῷ τί ἐςι, quæ Dialecticis & Ariſtoteli præſertim familiariſſima eſt. CAPPER.

98. *Ubi nobis ipſis.*] *Nobis ipſi*; V. C. Alm.

99. *Contradictionem.*] Vulgo dicimus oppoſitiones & *objectiones* ex parte adverſarii. CAPPER.

100. *Duos fines.*] Duas afferre *definitiones*: hinc Donatus in Terentii Eunuchum Act. v. ſcen. 5. v. 18. *cauſſam finalem* vocat, quam Fabius & alii *ſtatus definitivi* nomine indicarunt. Non leviter hic erraverat Abbas *de Pure*, qui vertit, *etablir deux fins*: ſed nullus finis eſſet, ſi omnes illius interpretis παρερμηνείας vellem recenſere. CAPPER.

101. *An in foro.*] Ut *at in foro* legatur, ſenſus expoſcit. REGIUS. In foro tractat quædam *finitionis* vitia, quæ tamen non ſunt ejus dumtaxat propria, ſed etiam argumentorum reliquorum, ut eſt apud Ciceronem in lib. *de Inventione.* TURNEB.

102. *An communis.*] Rei controverſæ cum aliis rebus. Nam, ut ait paulo infra, *quod commune cum alio eſt, deſinet eſſe proprium.* CAPPER.

103. *Nihil non accidere.*] *Nihil accidere, niſi agentis culpa poteſt*: MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Par. Colin. Vidov. Obrecht. Alteram lectionem his conceptam verbis: *quorum nihil non accidere agentis culpa poteſt*, exhibent editiones Vaſcoſ. Steph. Lugduno-Batav. &c. cui nec ſua probabilitas deeſt. CAPPER.

104. *Agentis.*] Hoc eſt, oratoris, qui forenſes *cauſſas* agit. CAPPER.

105. *Surripuit.*] *Surripit*: Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin.

106. *Accuſator.*] Accuſator *finitionem* ſacrilegii ſumit a loco, re omiſſa: reus autem *finitionem* ducit a re, loco omiſſo: juriſconſulti tamen deciderunt hanc controverſiam poſterioribus ſeculis, dixeruntque, commune eſſe furtum, ſi quis rem privatam de loco ſacro ſurripiat: exiſtimant tamen hoc factum aliquanto gravius eſſe puniendum. TURNEB. Vide Leg. 5. Digeſt. ad Legem Jul. pecul. ſed contrarium ſtatuitur in Jure Canonico XVII. quæſt. 4. cap. *Quiſquis.* CAPPER.

107. *De ſacro.*] Supple, loco, id eſt, de templo, non autem aliquid ſacri, ſeu de ſacris rebus; nam ſi de rebus Deo conſecratis aliquid ſurripuiſſet, manifeſte ſacrilegus foret. CAPPER.

108. *Reus ita finiet.*] *Reus ſic finiet*: Voſſ. ſec.

109. *Ea duobus generibus.*] *Finitio* adverſarii (ut ait Boëtius) biſariam impugnatur, vel a vitiis definitionis, vel cum *finitionem* quidem concedimus, ſed noſtram meliorem comparamus & contendimus: poſterius membrum omiſit Fabius. Porro vitia *finitionis* ſunt, ſi amplius complectitur, vel ſi minus; aut ſi falſa eſt: addit Cicero, ſi *definitio* eſt turpis, aut inutilis. TURNEB.

110. *Quod autem commune.*] De parum plena *definitione* hoc dicitur; niſi enim ſit propria *definitio* rei definitæ, parum plena eſt, atque imperfecta, neque cum re definita converti poteſt, id quod imprimis exigitur in *definitione.* REGIUS.

111. *Accuſator autem poteſt.*] Niſi *non* adſcribatur, ratio, quæ ſubjicitur, repugnare propoſitioni videbitur. Eſt enim ſacrilegium ſine controverſia, ſurripere aliquid ſacri: utrum autem ſit ſacrilegium de ſacro res privatas ſurripere, Severus & Antoninus imperatores, ut ſcribit Martianus leg. 5. ff. Leg. Jul. peculat. declararunt: & Paulus leg. 9. ff. eod. REGIUS. *Non* omittit Locat. Cæterum hac de re aliud in antiquo jure civili definitur, aliud in canonico, ut paulo ſupra notavimus. CAPPER.

112. *Falſam rei.*] *Falſam eſſe rei*: Ald.

113. *Aut ex ſacro.*] *Aut de ſacro*: Voſſ. ſec.

[114] *fine*, [115] *propriorum* ac [116] *differentium*, nonnunquam etiam *etymologiæ*. Quæ tamen omnia, ſicut in cæteris, confirmat [117] æquitas, nonnunquam [118] etiam *conjectura* mentis. *Etymologia* maxime rara eſt: [119] *Quid enim eſt aliud* tumultus, *niſi perturbatio tanta, ut major timor oriatur? Unde etiam nomen ductum eſt tumultus.* Circa *propria* ac *differentia* magna ſubtilitas; ut cum quæritur, [120] an *addictus*, quem lex ſervire, donec ſolverit, jubet, ſervus ſit. Altera pars finit ita: *Servus eſt, qui eſt jure in ſervitute.* Altera: *Qui in ſervitute eſt eo jure, quo ſervus*; aut, ut antiqui dixerunt, qui *ſervitutem ſervit.* [121] Quæ *finitio*, etiamſi diſtat aliquo, niſi tamen *propriis* & *differentibus* adjuvetur, inanis eſt. Dicet enim adverſarius, ſervire eum ſervitutem; aut eo jure, [122] quo ſervum. Videamus ergo *propria* [123] *differentia*que liberorum, quæ [124] libro quinto leviter in tranſitu attigeram. Servus, cum manumittitur, [125] fit libertinus: *addictus*, recepta libertate, eſt ingenuus. Servus [126] invito domino libertatem non conſequetur: *addictus* ſolvendo, citra voluntatem domini, conſequetur. [127] Ad ſervum nulla lex pertinet: *addictus* legem habet. [128] *Propria* liberi, quæ nemo habet, niſi liber, [129] prænomen, nomen, cognomen, [130] tribum: habet hæc *addictus*. [131] Excuſſo *quid ſit*, prope peracta eſt quæſtio, [132] *an hoc ſit*. Id enim agimus, ut ſit *cauſſæ* noſtræ conveniens [133] *finitio*. Potentiſſima autem eſt [134] in ea *qualitas*, an amor, an inſania. Huc pertinebunt probationes, [135] quas Cicero dicit [136] proprias eſſe *finitionis, ex antecedentibus, conſequentibus, repugnantibus, adjunctis cauſſis*, [137] *effectis, ſimilibus*: de quorum argumentorum natura [138] dictum eſt. Breviter autem pro Cæcina Cicero *initia, cauſſas, effecta, antecedentia, conſequentia* complexus eſt: *Quid*

114. *Fine.*] Hoc eſt, *definitione, quæ τῷ τοῦ finis* nomine ſæpius apud Rhetoras deſignatur. CAPPER.

115. *Propriorum.*] Quid ſit *τὸ proprium*, & quot modis dicatur, vide apud Dialecticos. CAPPER.

116. *Differentium.*] *Differentiarum* dicerent hujus ætatis Dialectici. CAPPER.

117. *Æquitas.*] Ἐπιείκεια, hoc eſt, benigna ſtricti juris interpretatio. CAPPER.

118. *Etiam conjectura.*] *Et conjectura:* V. C. Alm. *Conjectura mentis.*] Tractatio *ſtatus conjecturalis* de mente, de animo ejus, qui aliquid fecit, &c. *ſtatus* autem *conjecturalis* quæſtionem facti ſignificat, ut jam aliquoties annotavi. Vide cap. 2. initium, ubi ſic habet Fabius: *Conjectura omnis, aut de re, aut de animo eſt.*] CAPPER.

119. *Quid enim eſt aliud.*] Ex octava Ciceronis Philippica cap. 1. ſumptum eſt *etymologiæ* exemplum. REGIUS.

120. *An addictus, quem lex, &c.*] Cicer. pro Flacco: *Heraclides quidam Hermippo addictus eſt, cum judicatum non faceret.* PITHOEUS. Vide ſupra lib. III. cap. 6. Debitores creditoribus, donec ſolviſſent, in quoddam ſervitutis genus addicebantur: unde *addicti* & *nexi* vocabantur. Plura vide apud Tit. Liv. & cæteros τῶν Ῥωμαϊκῶν ſcriptores. CAPPER.

121. *Quæ finitio, etiam ſi diſtat aliquo.*] Ita quidem legitur, ſed citra ullum ſenſum Fabio dignum. Quare duo verba mihi videntur corrigenda, ut, pro illo *diſtat*, *conſtat*; &, pro *aliquo*, legatur *æquo*, hoc modo: *quæ finitio etiam ſi conſtat æquo.* REGIUS. *Etiam ſi diſtat aliquo;* MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſec. Vallæ. Locat. Colon. Obrecht. marg. Baſil. Raphaelis Regii emendatio, quam ſecuti ſunt Vaſcoſ. Stephan. Lugduno-Batav. editt. &c. neceſſaria non erat. CAPPER.

122. *Quo ſervum videamus.*] Diſtinctio, minus ſcite appoſita, totum perturbat hunc ſenſum; *videamus* enim ad ſequentis ſenſus initium eſt rejiciendum. REGIUS.

123. *Differentiaque liberorum.*] *Liberorum* non habet V. C. Alm.

124. *Libro quinto.*] Hæc omittunt Voſſ. ſec. & Obrecht. Vide lib. V. cap. X.

125. *Fit libertinus.*] Poſſet quis forte ſuſpicari legendum eſſe *libertus;* quia *libertinus* proprie dicitur ὁ τοῦ liberti filius: ſed οἱ liberti quoque vocantur aliquando *libertini* per oppoſitionem τοῖς ingenuis. CAPPER.

126. *Invito domino non conſequetur.*] Et ſenſus *libertatem* adſcribi poſcit, & ita in quibuſdam legitur exemplaribus. Sed mihi alter ſenſus maxime neceſſarius in omnibus exemplaribus. Sed mihi alter ſenſus maxime neceſſarius in omnibus exemplaribus, quæ quidem ego legerim, prætermiſſus hic deeſſe videtur: cum enim Fabius differentiam inter *addictum* & ſervum exponat, ſi ſervus invito domino non poteſt conſequi libertatem, *addictus* ſane etiam invito domino eam conſequetur ſolvendo: hoc autem verbum *conſequetur* repetitum erroris cauſſa fuiſſe videtur; ita namque a Fabio ſcriptum forſitan fuiſſe: *Servus invito domino libertatem non conſequetur. Addictus ſolvendo citra voluntatem domini conſequetur.* REGIUS. Non habebant illa a Regio addita MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. nec Vallæ liber.

127. *Ad ſervum nulla, &c.*] *Servi*, ex ſententia juriſconſultorum, *caput non habent*: quocirca jus civile ad eos non pertinet, cum cives non ſint, nec proinde lex ulla. TURNEB.

128. *Propria liberi.*] Servi olim nomen ſuorum herorum habebant, ut docet Plinius: unde dicebantur *Marcipores*, *Publipores*; id eſt, ſervi Publii, aut Marci; aut certe nomen intelligit ipſius familiæ & gentis, quod deerat ſervis. TURNEBUS. Accuratius Alex. ab Alex dier. Genial. lib. V. cap. 4. ubi & de ſervis & *addictis*. ALMELOV.

129. *Prænomen, nomen, cognomen.*] Prænomen eſt, verbi gratia, *Marcus*, nomen *Tullius*, cognomen *Cicero*. CAPPER.

130. *Tribum.*] Romanus populus in triginta quinque tribus olim dividebatur, quarum nobiliores erant ruſticæ; urbanæ vero ignobiliores. Cauſſam affert alicubi Titus Livius. CAPPER.

131. *Excuſo quid ſit.*] *Excuſſo* ſcribendum, ne videatur eſſe verbum, cum ſit participium. REGIUS. *Excuſſo quid ſit.*] Τῷ quid ſit, perpenſo diligenter; expenſa quæſtione illa, videlicet quid ſit res. CAPPER.

132. *An hoc ſit.*] An res definita hoc ipſum ſit, quod eam eſſe noſtra in definitione declaravimus. CAPPER.

133. *Finitio potentiſſima*] Male hic quoque adhibita diſtinctione confunditur ſenſus. *Potentiſſima* enim ſequentis ſenſus eſt initium. REGIUS.

134. *In ea qualitas, an amor.*] Potentiſſima eſt in ea definitione facienda conſideratio qualitatis; cum quæritur an verbi gratia amor, an inſania hunc hominem ad agendum impulerit; an ejus actio ſit inſana, an ex amore profecta: ubi vides agi de ipſius actionis qualitate, quæ, quamvis proxime & directe non conſtituat proprie dictum *qualitatis ſtatum*, ad eum tamen quadamtenus pertinet, ut infra dicetur ad cap. 4. hujus libri. CAPPER.

135. *Quas Cicero dicit.*] Ex Cicerone aliter hic locus eſt legendus: *conſequentibus, repugnantibus, adjunctis, cauſſis, & effectis;* ut *adjunctum* non ſit *loci* nomen, ſed nomen adjectivum: alioqui *locus ab adjunctis* proprius eſt *conjecturæ*, non *finitionis*. TURNEB. Vide Ciceron. *Topica* circa fin. ubi abunde reperies unde Turnebiani Commentatoris notam ad hunc quidem locum probare poſſis. CAPPER.

136. *Proprias eſſe finitiones.*] *Finitionis* legendum eſſe, ne admonitione quidem dignum eſſe videtur. REGIUS. Hoc Cicero in *Topicis*. Scribe autem *finitionis*, caſu genitivo; ſunt enim *loci* quæſtionis *de eodem & altero*. PHILAND. *Finitiones:* MSS. Alm. Locat. Ald.

137. *Effectis.*] *Effectibus:* Voſſ. ſec.

138. *Dictum eſt.*] Lib. V. cap. 10.

igitur [139] *fugiebant? propter metum. Quid metuebant? vim videlicet. Poteſtis igitur principia negare, cum extrema* [140] *conceditis?* [141] Sed ſimilitudine quoque uſus eſt: *Quæ vis in bello appellatur,* [142] *ea in otio non appellabitur?* [143] Sed etiam *ex contrario* argumenta ducuntur; ut ſi quæratur *an* [144] *amatorium, venenum ſit, necne*; quia venenum, amatorium non ſit. Illud alterum genus, quo ſit manifeſtius adoleſcentibus meis, (meos enim ſemper adoleſcentes putabo) hic quoque [145] fictæ controverſiæ utar exemplo: *Juvenes, qui convivere ſolebant, conſtituerunt ut* [146] *in litore cœnarent. Unius, qui cœnæ defuerat,* [147] *nomen tumulo, quem exſtruxerant, inſcripſerunt. Pater ejus, a tranſmarina peregrinatione cum ad litus idem appuliſſet, lecto nomine ſuſpendit ſe.* Dicuntur hi cauſſa mortis fuiſſe. Hic *finitio* eſt Accuſatoris: *Per quem factum eſt, ut quis perierit, cauſſa mortis eſt.* Rei eſt: *Qui fecit quid ſciens, per quod* [148] *perire homini neceſſe eſſet.* Remota [149] *finitione*, accuſatori ſat eſt dicere: *Cauſſa mortis fuiſtis;* [150] *per vos enim factum eſt, ut homo periret; quia, niſi vos illud feciſſetis, viveret.* [151] Contra non ſtatim, per quem factum eſt, ut quis periret, is damnari debet, ut accuſator, teſtis, judex rei capitalis. Nec undecumque cauſſa fluxit, ibi culpa eſt; [152] ut ſi cui quis profectionem ſuaſerit, [153] ut ad amicum accedat trans mare, & is naufragio perierit; ad cœnam invitarit, & is cruditate illic contracta deceſſerit. Nec fuit in cauſſa mortis ſolum adoleſcentium factum; ſed credulitas ſenis, & in dolore ferundo infirmitas; denique, ſi fortior fuiſſet aut prudentior, viveret. Nec mala mente fecerunt; & ille potuit vel [154] ex loco tumuli, vel ex opere tumultuario ſuſpicari non eſſe monumentum. Qui ergo puniri debent? in quibus omnia ſunt homicidæ, præter manum. Eſt interim certa *finitio*, de qua inter utramque partem convenit; ut Cicero dicit: [155] *Majeſtas eſt in imperio, atque in omni populi Romani dignitate.* Quæritur tamen, an majeſtas minuta ſit; ut [156] in *cauſſa* Cornelii quæſitum eſt. Sed hîc etiam ſimilis videri poteſt [157] *finitivæ*: tamen, [158] quia de *finitione* non ambigitur, [159] *judicatio* [160] eſt *qualitas*, atque ad eum potius *ſtatum* reducenda, [161] ad cujus forte

139. *Fugiebant, quid metuebant.*] Duo verba hic adſcribenda eſſe, & ex oratione Ciceronis (pro Cæcina cap. 15.) percipitur, & ita in quibuſdam exemplaribus legitur: *Quid igitur fugiebant? propter metum.* REGIUS. Omittunt illa MS. Bodl. Ven. Locat.

140. *Conceditis.*] *Concedatis*: MSS. Alm. Voſſ. ſec.

141. *Sed ſimilibus quoque.*] *Sed ſimilitudine quoque*; MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſec. Andr. Locat. Ald. Par. Colin. Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. Vidov. Obr.

142. *Ea in loco non.*] Pro *loco*, *otio* mihi legendum videtur, atque ita Ciceronem ſcriptum reliquiſſe puto. REGIUS. Eſt ex cap. 15.

143. *Sed ex contrario.*] *Sed etiam ex contrario*; V. C. Alm. Obrecht.

144. *Amatorium.*] Supple, poculentum: φίλτρον Græci dicunt. CAPPER.

145. *Fictæ controverſiæ.*] Quam vulgo *declamationem* Latini Rhetores, Græci μελέτην appellant. CAPPER.

146. *In litore cœnarent.*] Ut ſolebant veteres, cum genio indulgere vellent, locum late maris arbitrum eligere: unde Ἀκτάζειν apud Græcos. Vide cl. Grævium ad Ciceronem v. Verr. cap. 25. & 31. ad ix. ad Famil. Epiſt. 6. & Lipſ. ad Tacit. III. Hiſt. 64. & Epigramma lepidum in Anthol. lib. II. cap. 47. pag. 250. hinc paſſim *amœna litora* celebrantur. Vide Pacat. paneg. Theod. cap. 9. BURMAN.

147. *Nomen tumulo inſcripſerant.*] Quaſi revera mortuus eſſet, qui ad conſtitutum convivium non veniſſet, cum vita illis videretur genio indulgere, ut pluribus docuerunt viri eruditi ad Petron. cap. XXXIV. & XLIV. & Marcil. ad Perſ. Sat. I. v. 8. BURMAN.

148. *Perire homini neceſſe eſſet.*] Subauditur, is eſt cauſſa mortis. CAPPER. *Neceſſe eſt.*] *Neceſſe eſſet*; Vaſc. Steph. Lugduno-Batav. Obrecht.

149. *Finitione accuſatoris ſat eſt dicere.*] *Accuſatori*, litera s eraſa, legendum. REGIUS. *Accuſatoris eſt*; Voſſ. ſecund. Colbert.

150. *Per vos enim factum eſt.*] *Actum eſt*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Colb. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin.

151. *Contra.*] Supple, dicet reus, vel rei patronus. CAPPER.

152. *Ut ſi cui quis.*] *Ut ſi quis*; Locat. Ald.

153. *Ut ad amicum acceſſeris.*] A vocali adſcripta, *aut*, loco illius *ut*, mihi legendum videtur; nam & is, qui ſuaſit profectionem, & amicus, ad quem quis trans mare acceſſit, cauſſa mortis videri poſſunt; cum tamen nequaquam ſint. REGIUS. *Ut ad amicum*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Vaſc. Steph. Roign. Gryph. Colin. Vidov. Oxon. Obrecht. *accedat* etiam Vaſcoſ. Stephan. Roign. Vidov. Oxon. Obrecht.

154. *Ex loco tumuli.*] *Ex loco tumulum*: MS. Bodl. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Par. Vaſc. Steph. Colon. Colin. & ita legendum cenſeo; nam ex loco colligere poterat, eſſe tumulum alicujus naufragio ejecti, non filii, qui remanſerat domi, nec ſe commiſerat mari; ideoque, ſi ſua morte domi obiiſſet, illatus fuiſſet monumento, non tumulo: ſi vero legamus *ex loco tumuli*, poterat eſſe fallax hoc indicium; nam & ſepulchra in litoribus fuiſſe ſæpe erecta illud, quod de Annibale narrat Liv. xxx. 35. oſtendit, & plura ſunt ubique obvia: ſed certior eſt ex tumultuario opere ſuſpicio, quia ejectos naufragio in litus ſolebant lapidibus & terra tralatitia humanitate operire. De quo more vide ad Petron. cap. CXIV. quæ adnotarunt viri docti: & ita duplici indicio, ex loco, & opere poterat colligere tumulum, non monumentum eſſe; nam proprie *tumulus* dicebatur ita temere congeſta arena, vel terra. Vide Serv. ad Virgil. Æneid. III. 2. & alios ad VI. 505. BURMAN. Qui ad totius orationis contextum, & præſertim ad geminatam particulam *vel* attenderit, is mecum fatebitur eam præferri oportere lectionem, quæ in quibuſdam antiquis editionibus occurrit, & ſic habet: *vel ex loco tumuli*, prout etiam legitur in Lugduno-Batav. edit. quæ *Variorum* nomine ſolet indicari. CAPPER.

155. *Majeſtas eſt in imperio.*] Præterea apud Ciceron. *in Partit.* cap. 30. legitur: *Majeſtas eſt imperii, atque in omni populi Romani dignitate.*

156. *In cauſſa Cornelii.*] Vide Ciceronian. oration. fragmenta. CAPP.

157. *Finitivæ.*] Subintelligitur *quæſtioni*, vel *cauſſæ*, vel *hypotheſi*, &c. & *ſtatus* ipſe *definitivus* indicatur. CAPP.

158. *Quia definitione.*] *De finitione* diviſim legendum. REGIUS. *Definitione*: Locat. *De finitione non ambigitur.*] Hoc eſt, de definitione illius criminis, quod vocant minutæ, vel læſæ Majeſtatis. CAPPER.

159. *Judicatio.*] Τὸ κρινόμενον, quod idem fere eſt ac *ſtatus*, ſaltem ſecundum Fabii ſententiam, quam expoſuit cap. XI. lib. III. CAPPER.

160. *Eſt qualitas.*] *Qualitatis*: MSS. Alm. Obr.

161. *Ad ejus forte quidem.*] Loco *ejus* legendum eſt *cujus*; & *quadam*, pro illo *quidem*, hoc modo: *ad cujus forte quadam venimus mentionem.* REGIUS. *Quidem*; Voſſ. ſec. Locat. marg. Baſil. *quamdam*: Obrecht. *Forte quadam.*] Tam

quadam venimus mentionem : [162] ſed & erat ordine proximus locus.

enim dicitur *ſors fortis*, quam *ſors fortis* : hinc *forte fortuna*, pro τῷ *forte & fortuna*, per figuram, quam Grammatici vocant ἐκ παραλλήλου, ubi ſubintelligitur ὅλως, ut patet ex Euſtathio ad Iliad. ξ pag. 984. en tibi doctiſſimi Commentatoris verba : τὸ δ᾽ ὀχμάζουσι καὶ τὸ κεκλῆσθαι ἄκοιτιν, ἢ αὐτῆς ἐνταῦθά ἐστιν, ἐκ παραλλήλου ὅλως ; hoc eſt, hæc verba ὀχμάζουσι & τὸ κεκλῆσθαι ἄκοιτιν eumdem menti ſenſum exhibent ex poſitione, quam *parallelam* appellant. CAPPER.

162. *Sed & erat.*] *Sed erat ;* Voſſ. ſec.

CAPUT IV.

De [1] *qualitate.*

V. [2] EST autem *qualitas* alia de ſummo genere, atque ea quidem non ſimplex. Nam & qualis ſit cujuſque rei natura, & quæ forma, quæritur : *an immortalis anima : an humana ſpecie Deus* ; [3] & de magnitudine ac numero : *quantus ſol* : [4] *an unus mundus.* Quæ omnia [5] *conjectura* quidem colliguntur, quæſtionem tamen habent [6] in eo, *qualia ſint.* Hæc & [7] in *ſuaſoriis* [8] aliquando tractari ſolent ; [9] ut ſi Cæſar deliberet, *an Britanniam impugnet ; quæ ſit Oceani natura ; an Britannia inſula*, (nam [10] tum ignorabatur) *quanta in ea terra, quo numero militum aggredienda*, in conſilium ferendum ſit. Eidem [11] *qualitati* ſuccedunt facienda, ac non facienda ; appetenda, vitanda : [12] quæ in *ſuaſorias* quidem maxime cadunt, ſed [13] in controverſiis quoque ſunt frequentia : hac ſola differentia, quia illic de futuris, hîc de factis agitur. [14] Item *demonſtrativæ* partis omnia ſunt in hoc *ſtatu* : factum eſſe conſtat : quale ſit factum, quæritur. Lis eſt omnis aut de præmio, aut de pœna, aut de quantitate. [15] Igitur primum genus *cauſſæ*, aut ſimplex, aut *comparativum.* Illic quid æquum, hîc quid æquius, aut quid æquiſſimum ſit, excutitur. Cum de pœna judicium eſt, a parte [16] ejus, qui *cauſſam* dicit, [17] aut defenſio eſt criminis, [18] aut imminutio, [19] aut excuſatio, aut, ut quidam putant, [20] *deprecatio.*

1. *Qualitate.*] *Qualitas* & ποιότης & ποσότης ſignificat. ANONYM. Sed hæc neſcio cujus nota, niſi benignæ interpretationis ope molliatur, incautis lectoribus erit fraudi ; neque enim qualitas ποσότητα (*quantitatem*) ſignificat : dicit quidem Fabius *hæc omnia* [etiam τὰ de magnitudine ac numero] *quæſtionem habere in eo qualia ſint* ; verum ſic intelligendus eſt : *Quæ pertinent ad quantitatem*, hoc eſt, *rei magnitudinem vel numerum, ea ſpecialem quæſtionis oratoriæ* ſtatum *non conſtituunt, ſed ad* ſtatum qualitatis *revocantur.* CAPPER.

2. *Eſt autem qualitas.*] *Qualitas de ſummo genere* eſt, in qua quæritur de tota rei natura : adjicit ei etiam quantitatem Fab. Hæc quæſtio non ſolet cadere in *cauſſas* forenſes : alia eſt quæſtio de rebus *qualitati* ſubjectis, ut de honeſto & turpi, de utili & inutili, juſto & injuſto : hæc quæſtio in *cauſſas deliberativas, demonſtrativas, judiciales* ſæpe cadit. TURNEB.

3. *Et de magnitudine ac numero.*] Fabius enim quantitatem ipſam qualitati ſubjicit & ad *ſtatum qualitatis* revocat, ut patet ex ſequentibus, ubi ait in hoc ipſo cap. *Hic eſt ille qui a quibuſdam dicitur ſtatus quantitatis ; ſed ea ex qualitate facti conſtituitur, eoque nobis ſub hoc eſſe ſtatu videtur* ; & paulo poſt, *quantitas .... plerumque eidem* [qualitati] *ſubjacet.* CAPPER.

4. *Et an unus mundus.*] Copula *&*, ut redundans, expungenda videtur. REGIUS. *Et* habent Voſſ. ſec. Locat. Baſil. Gryph. Vidov.

5. *Conjectura quidem.*] Igitur eadem quæſtio ſimul pertinet ad *ſtatum conjecturalem* & ad *ſtatum qualitatis* ; ſed diverſo modo : ſic ſupra cap. 2. *quæritur per conjecturam & quantitas & qualitas* : jam notavimus aliquid eſſe inter quoſdam *ſtatus* affinitatis. CAPPER.

6. *In eo qualia ſint.*] Græci felicius ἐν τῷ ποῖά ἐστι. CAPP.

7. *In ſuaſoriis.*] Subauditur, orationibus, *cauſſis*, hypotheſibus, quæ ſcilicet in *ſuaſorio* ſeu *deliberativo* genere verſantur. CAPPER.

8. *Aliquando tractari.*] *Aliquando* deeſt in Voſſ. ſec. & Obr. *tangi* ; marg. Sich. Baſil.

9. *Ut ſi Cæſar.*] Cæſar, cum in Galliis eſſet, reſque gereret, naves exſtruxit, ac in Britanniam trajecit, hactenus fama & nomine dumtaxat cognitam : Britannos aliquot præliis afflixit, regique tributum impoſuit, & obſides imperavit. TURNEB. *Ut Cæſar* ; Voſſ. ſec.

10. *Tunc ignorabatur.*] Atqui ipſe Cæſar ſæpiſſime inſulam vocat, & lib. v. de Bell. Gal. capp 12. & 13. deſcribit, ut triquetram : ſed ſuis temporibus adulari voluit, cum a Domitiano in formam provinciæ redacta fuit, & ſimul Agricolæ hanc gloriam tribuere, quo Britanniæ præfecto, primum circumnavigata fuit, & ita plane conſtitit eſſe inſulam. Vide Tacit. vit. Agric. cap. 10. & Dion. Caſſ. lib. LXVI. pag. 754. Locat. & Aldus vero ita diſtinguunt : *an Britannia inſula ; nam tum ignorabatur quanta in ea terra.* BURM.

11. *Qualitati ſuccedunt.*] *Statui qualitatis* tanquam generi ſuo ſubjiciuntur, ut totidem ſpecies. CAPPER.

12. *Quæ in ſuaſorias.*] Vide quæ mox notabamus ad illud, *in ſuaſoriis.* CAPPER.

13. *In controverſiis.*] Ἐν τοῖς ἀγῶσι, in orationibus & *cauſſis*, quæ ad *judiciale* genus pertinent. CAPPER.

14. *Item demonſtrativæ.*] *Deliberativa* materia & *demonſtrativa* maxime continetur *qualitate* : alii tamen *ſtatus* in eas *cauſſas* cadere poſſunt, ut docuit Fab. lib. III. Trapezuntius certe exiſtimat *ſtatum pragmaticum*, in quo de faciendo vel non faciendo quæritur, ſemper cadere in *deliberativam* materiam. TURNEB. *Demonſtrativæ partis omnia.*] Omnia quæ ſpectant ad genus orationis *demonſtrativum*, ubi de laude aut vituperatione agitur. CAPPER.

15. *Igitur primum.*] *Igitur* non habet Voſſ. ſec.

16. *Ejus qui cauſſam dicit.*] Τοῦ ἀπολογουμένου, ἢ φεύγοντος, rei vel accuſati. CAPPER.

17. *Aut defenſio eſt criminis.*] Per *ſtatum qualitatis abſolutum* de quo, mox aget Fabius. CAPPER.

18. *Aut imminutio.*] *Statum* quantitatis quidam vocant, ut patet ex ſequentibus, ubi ſic legitur : *videndum an minui culpa poſſit : hic eſt ille qui a quibuſdam dicitur* ſtatus *quantitatis.* CAPPER.

19. *Aut excuſatio.*] Per *ſtatum qualitatis aſſumptivum*, de quo paulo poſt fiet mentio. CAPPER.

20. *Aut deprecatio.*] Ab aliis dicitur conceſſio, *ſtatus venialis* ; Græce συγγνώμη. Vide Hermogenis *partitiones.* CAPPER.

Defenſio longe potentiſſima eſt, qua ipſum factum, quod objicitur, dicimus honeſtum eſſe: *Abdicatur aliquis, quod invito patre militarit, honores petierit, uxorem duxerit:* tuemur, quod fecimus. Partem hanc [21] vocant Hermagorei κατ' ἀντίληψιν, [22] ad intellectum id nomen referentes. Latine ad verbum [23] tranſlatam non invenio: *abſolutam* appellant. Sed enim de re ſola quæſtio, juſta ſit ea, necne: [24] juſtum omne continetur natura, vel [25] conſtitutione. Natura, [26] quod ſit ſecundum cujuſque rei dignitatem. Hæc ſunt pietas, fides, continentia, [27] & talia. Adjiciunt & [28] id, quod ſit par: verum id non temere intuendum eſt. [29] Nam & vis contra vim, [30] & talio nihil habent adverſum eum, qui prior fecit, injuſtitiæ; & non, quoniam res pares ſunt, etiam id eſt juſtum, quod anteceſſit. Illa utrimque juſta, eadem lex, eadem conditio; ac [31] forſitan ne ſint quidem paria, quæ ulla parte ſunt diſſimilia. [32] Conſtitutio eſt in lege, more, judicato, pacto. Alterum eſt defenſionis genus, in quo factum per ſe improbabile aſſumptis extrinſecus auxiliis tuemur: [33] id vocant [34]* κατ' ἀντίθεσιν. [35] Latini hoc quoque non ad verbum [36] transferunt; *aſſumptiva* enim dicitur *cauſſa.* In quo genere fortiſſimum eſt, ſi crimen cauſſa facti tuemur; qualis eſt [37] defenſio Oreſtis, oratio Milonis. [38] Ἀντέγκλημα dicitur, quia omnis noſtra defenſio conſtat ejus accuſatione, [39] qui vindicatur: *Occiſus eſt, ſed latro:* [40] *exſectus, ſed raptor.*

21. *Vocant Hermagorei* κατ' ἀντίληψιν.] Qui ita ſcribendum putant, non recte intellectum accipiunt; nam *intellectus* non ſolum pro parte illa animæ principali ponitur, ſed pro ſignificatione quoque frequentiſſime accipitur, ut hoc loco: quare ii mihi maxime probantur, qui κατ' ἀντίληψιν eſſe ſcribendum ſentiunt; nam ἀντίληψις ad verbum Latine exprimi non poteſt. Transferetur autem *ſuſceptio contra aliquem*; hoc enim ſtatu id, quod nobis objicitur, ita ſuſcipimus, ut juſtum oſtendamus, nullo extrinſecus aſſumpto remedio; ideoque a Latinis *abſoluta* vocatur: ſola vero omnium *ſtatuum qualitas* in varias ſpecies ſeparatur; nam neque *conjectura*, neque *finitio* ſpecies habent, ſed modis quibuſdam diſtinguuntur. REGIUS. Sic quoque appellat Hermogenes, qui in multis eſt imitatus Hermagoram: ἀντίληψις verti poteſt ad verbum *defenſio*, quoniam factum ſimpliciter defendimus: Latini *abſolutam* vocant *qualitatem*, quia abſolute & ſimpliciter factum tuemur. TURNEB. κατ' ἀντίληψιν; Voſſ. ſec. Andr.

22. *Ad intellectum referentes.*] Hoc nomen ἀντίληψις, quod *contraſumptionem* ſignificat, intelligunt Hermagorei non de corporea quapiam actione ſeu ſumptione, ſed de actione mentis & intellectus, qui, rem controverſam tuendo, aliter & contra ſumat, quam adverſarius. CAPPER.

23. *Tranſlatum non invenio.*] *Tranſlatam non invenio, abſoluta appellatur*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Obrecht. *tranſlatam n. i. abſolutam appellant*; Vidov. Steph. Gryph. Oxon.

24. *Juſtum omne.*] Juſtum eſt natura, jus illud naturale, quod noſtris animis ſponte eſt inſitum: juſtum conſtitutione jus eſt illud, quod hominum inſtitutione & legibus continetur: docet ergo Fab. quænam eſſe debeat tractatio in *qualitate abſoluta.* TURNEB.

25. *Conſtitutione.*] Τῷ ἔθει, hominum inſtituto, & ordinatione libera. CAPPER.

26. *Quod ſit ſecundum ejuſque rei.*] *Cujuſque* legendum eſſe patet. REGIUS. *Fit*; V. C. Alm. Locat. Ald. Colin. *natura quod ſecundum*; Baſil.

27. *Et alia.*] *Et talia*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Vaſcoſ. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht.

28. *Id quod ſit perverſum.*] Quomodo *perverſum* iis, quæ natura ſunt juſta, adjici poſſit, viderint ii, qui nihil in iſtis exemplaribus, perinde atque ipſorum auctorum manu ſcriptis, immutandum putant. Ego vero ab inſtituto non recedens hunc quoque ſenſum, citra omnem dubitationem corruptum, me emendaſſe credo; non enim perverſum, ſed *par; verum*, ita ut *verum* ſequentis ſenſus initium ſit, legendum procul dubio affirmarim: ſic autem legendum eſſe, & ſequentia facile indicant, & ex Ciceronis II. *Rhetor.* cap. 22. aperte colligitur, ubi juris partes itidem enumerantur, inter quas *par.* REGIUS. *Perverſum*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. *par adverſum, id non*; Ald. Baſil.

29. *Nam & vis.*] Vis contra vim par exiſtimatur: male tamen; nam qui prior vim infert, magis peccat; nec, ſi magiſtratus aliquis vim illam pari repulerit, effecerit, ut non prior ille, qui vim fecit, peccaverit: forte tamen hoc loco *talio* commode legi poſſit, quam induxerat lex duodecim tabularum apud Romanos: ejus ea eſt ratio, ut, ſi oculum erueris, oculus tibi eruatur. TURNEB.

30. *Et talia.*] *Et talio, nihil habent adverſum eum, qui prior fecit, injuſtitiæ*; Obrecht. in cæteris fere edition. legitur: *& talia nihil habent adverſum eum, qui prior fecit injuſte.* CAPPER.

31. *Forſitan ne ſint.*] *Nec ſint*; Locat. Ald.

32. *Conſtitutio.*] Vel eſt *conjecturalis*, vel *legitima*, vel *juridicialis*; de quibus vide Cornific. ad Heren. lib. I. cap. 11. ALMEL. Sed hac quidem in locutione non agitur de oratoriarum quæſtionum conſtitutionibus, neque de *ſtatibus*; verum de eo quod conſtitutione, τῷ ἔθει, id eſt, humano inſtituto, ſeu hominum ordinatione juſtum eſt, de legibus (ut aiunt) *poſitivis*, quatenus a jure & lege naturali diſtinguuntur: quod ſatis patet ex antecedentibus & ex totius Fabianæ orationis contextu; ſic enim habet paulo ſupra: *juſtum omne continetur natura, vel conſtitutione.* Si doctiſſimus Almelovenius ad intelligendam veterum Rhetorum *technologiam* animum appuliſſet, hunc in errorem nunquam potuiſſet impingere. Vel unus hic locus abunde probat, quo verborum *technicorum* ignoratio viros etiam eruditos perducere ſoleat. CAPPER.

33. *Id vocant.*] Appellant ἀντίθεσιν, id eſt, *oppoſitionem*, προσληπτικήν, propterea quod adverſus factum improbabile, quod objicitur, aliquid extrinſecus opponimus. TURNEB. Sed neſcio unde Turnebianus ille Commentator didicerit hunc *ſtatum* a Græcis προσληπτικὴν appellari; hæc enim vox neque in Hermogene, neque in Græcis ejus interpretibus, neque in aliis, quos quidem legerim, Rhetoribus invenitur: formari tamen potuit a recentioribus Græculis, qui Latinorum *aſſumptivam* exprimere voluerint. CAPPER.

34. Κατ' ἀντίθεσιν.] MSS. Bodl. Alm. Par. Vaſcoſ. Stephan. Gryph. Vidov. marg. Baſil. κατ' ἄθεσιν; Obrecht. προσληπτικήν; cod. Voſſ. ſecund. marg. Vaſcoſ. & Steph. κατ' ἀντίληψιν; Ald. marg. Baſil. Sich. προσληπτικήν; edit. Burman: ſed omnes hujuſmodi pravæ & depravatæ lectiones ex verborum *technicorum* ignorantia oriuntur; certo enim certius eſt hic legendum eſſe κατ' ἀντίθεσιν, ut ſupra κατ' ἀντίληψιν. Et ſane *ſtatus qualitatis aſſumptivæ* ab Hermogene paſſim ἀντίθεσις, & aliquando ἀντιθετική appellatur. Præterea, ſi *ſtatus* ille diceretur προσληπτικὴ ςάσις, Latini ad verbum tranſtuliſſent *aſſumptivam cauſſam*: atqui contrarium diſerte aſſerit Fabius: *Latini*, inquit, *hoc quoque non ad verbum transferunt*; aſſumptiva *enim dicitur* cauſſa. CAPPER.

35. *Latine hoc.*] *Latini* legendum eſt. REGIUS. *Latine*; Locat. Ald. Obr.

36. *Transferunt.*] *Tranſtulerunt*; Voſſ. ſec. Obr.

37. *Defenſio Oreſtis.*] *Defenſio facti Oreſtis*; manus viri docti in marg. edit. Gryph.

38. Ἀντέγκλημα.] Ἀντέγκλημα verti poteſt *recriminatio*, a Latinis vertitur *relatio criminis*, quia criminis cauſſa retorquetur in eum, qui paſſus eſt. TURNEB. Herennianus Rhetor *tranſlationem* vocat. CAPPER.

39. *Qui vindicatur.*] Pro quo ultionem, ſeu pœnas a reo repetit, exigit accuſator. CAPPER.

40. *Exſectus.*] Cautum eſt jure civili, ne quis eunuchus fiat: id etiam poſtea vetitum eſt canonibus ſanctorum patrum. TURNEB. *Excæcatus*; MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Sich. Baſil.

[41] Eſt & illa ex cauſſis facti ducta defenſio [42] priori contraria, in qua neque factum ipſum per ſe, ut [43] in *abſoluta* quæſtione, defenditur; neque ex contrario facto, ſed [44] ex aliqua utilitate aut reipub. aut hominum multorum, aut etiam ipſius adverſarii, nonnumquam & noſtra, ſi modo id erit, quod facere noſtra cauſſa fas ſit: quod ſub [45] extrario accuſatore & legibus agente prodeſſe nunquam poteſt; in domeſticis diſceptationibus poteſt. Nam & filiis pater, [46] in judicio abdicationis; & maritus uxori, ſi malæ tractationis accuſabitur; & patri [47] filius, ſi dementiæ *cauſſa* erit, non inverecunde dicet, [48] multum ſua interfuiſſe. In quo tamen [49] incommoda vitantis melior, quam [50] commoda petentis, eſt *cauſſa*. Quibus ſimilia etiam [51] in vera rerum quæſtione tractantur. Nam quæ in ſcholis abdicatorum, [52] hæc in foro exheredatorum a parentibus, & bona [53] apud * Centumviros repetentium ratio eſt; quæ illic [54] malæ tractationis, hîc [55] rei uxoriæ, cum quæritur, [56] utrius culpa divortium factum ſit; quæ illic dementiæ, hîc [57] petendi curatoris. [58] Subjacet utilitati etiam illa defenſio, [59] *ſi pejus aliquid futurum fuit.* Nam in comparatione malorum boni locum obtinet levius; ut ſi Mancinus fœdus Numantinum ſic defendat, quod periturus, niſi id factum eſſet, fuerit exercitus Romanus. Hoc genus [60] ἀντίςασις Græce nominatur, *comparativum* noſtri vocant. Hæc circa defenſionem facti: quæ, ſi neque per ſe ipſam, neque adhibitis auxiliis dabitur, proximum eſt, in alium transferre crimen, ſi poſſumus. Ideoque [61] etiam in hos, qui jam ſcripti

41. *Eſt & ita.*] *Eſt & illa*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Vidov. Vaſcoſ. Steph. Oxon. Obrecht.

42. *Priori eſt contraria.*] *Eſt* verbum iterato poſitum eradatur, ne ſenſum confundat. REGIUS. *Eſt*; Voſſ. ſecund.

43. *In abſoluta quæſtione.*] Hoc eſt, *in ſtatu qualitatis abſoluta*, vel *abſoluto*, qui & *abſoluta qualitas* aliquando appellatur. CAPPER.

44 *In aliqua utilitate.*] Legendum *ex aliqua*. REGIUS. *in aliqua*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat.

45. *Extraneo accuſatore.*] Alii *extrario* legunt. *Extrarius* autem accuſator qui eſt, multi quærunt. Ego eum dici puto, qui non ſit familiaris ac domeſticus: id quod aperte, quæ inferuntur, declarant. REGIUS. *Extrarium* appellat accuſatorem, qui nobis conſanguineus non eſt, non domeſticus, non familiaris: *lege agere* vocat, ex legum præſcripto *actionem* intendere, aut aliquid petere. TURNEB. *Extrario*; V. C. Alm. Vallæ lib. Steph. Colin. alii *extraneo*: quæ voces ſæpe confuſæ: male vero quoſdam *extrarium* rejicere docuit Torrent. ad Suet. Veſp. 5.

46. *In judicio abdicationis.*] Vulgo, in *cauſſa*, ſeu lite exheredationis CAPPER.

47. *Filio ſi dementiæ.*] Hic ſenſus mihi videtur depravatus; nam, ut ſtatim ſubjicit Fabius, parentes in ſcholis interdum a filiis dementiæ accuſari fingebantur. Quo igitur modo pater filio dicet, ſua interfuiſſe, dementem ſe fuiſſe. Quapropter ego puto *patri* adſcribendum, &, pro *filio*, *filius* legendum hoc modo: *filius patri, ſi dementia cauſſa erit.* REGIUS. *Filio ſi*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. de dementiæ crimine vide Scip. Gentil. ad Apulei. Apolog. pag. 190. *Si dementiæ cauſſa erit.*] Si filius patri litem intendat quaſi dementi aut furioſo, qui curatore bonorum indigeat. CAPPER.

48. *Multum ſua interfuiſſe.*] Ipſum enim quod intereſt, dupliciter accipitur, ejus qui incommoda vitat, & qui petit commoda. PITHOEUS.

49 *Incommoda vitantis.*] Τῦ φεύγοντος, id eſt, rei, ſeu defenſoris. CAPPER.

50. *Commoda petentis.*] Vulgo petitoris, actoris, &c. CAPPER.

51. *In vera rerum quæſtione.*] In *cauſſis* veris & forenſibus, non autem fictis & ſcholaſticis, quas vulgo *declamationes* vocant. CAPPER.

52. *Hæc in foro.*] Francius malebat *hic*.

53. *Apud conſules repentinum.*] Qui non videt *repetentium* legendum eſſe, utilius Grammaticæ, quam Rhetoricæ ſtuderet. REGIUS. Nam Conſules plerumque de gravioribus cognoſcebant: paulo poſt ipſe teſtatur exheredationem pertinere ad Centumvirorum judicium. SICHARD *Repentinum*; Locat. unde error natus: *repetentium raro eſt*; Voſſ. ſec. *proconſules*; margo Sich. Pro τῷ *Conſules* hic legendum eſſe *Centumviros* jam olim conjecerat Cujacius, Obſervation. lib. IX. cap. 13. doctiſſimi viri conjecturam firmat, quod paulo poſt legitur: *Si exheredatum a ſe filium pater teſtatus fuerit .... omnis quæſtio, an huic delicto pater debuerit ignoſcere, & Centumviri tribuere debeant veniam.* Præterea de exheredatione cognoſcebant Centumviri, ut patet e Sibrandi Siccama opuſculo de judicio Centumvirali. Prava illa lectio *Conſules* oriri potuit e compendiaria hujuſmodi ſcriptura CV [Centumviros] pro qua ſcriba imperitus forte legit CN [Conſules.] Vide quæ hoc de loco in præfatione ad hanc Quinctiliani editionem ſcripſimus. CAPPER.

54. *Malæ tractationis.*] Judicium, ſeu lis *malæ tractationis* erat *actio*, qua uxor divortium petebat & rem dotemve ſuam repetebat eo nomine, quod pravos mariti ſui mores ferre non poſſet, quod male tractaretur a viro, &c. unde appellatur aliter *actio rei uxoriæ*, & aliquando *actio de moribus*. CAPPER.

55. *Rei uxoriæ.*] Quæſtio eſt *rei uxoriæ*, cum facto divortio diſceptatur apud judices de dote; nam ſi mulieris culpa factum eſt divortium, pars dotis remanet apud virum; ſin viri culpa, integra dos recipitur a muliere. TURNEBUS.

56. *Utrius culpa divortium factum.*] Boët. *Judicium uxoriæ rei eſt, quotiens poſt divortium de dote contentio eſt.* PITHOEUS.

57. *Petendi curatoris.*] Furioſi & dementes in perpetua ſunt cura, neque unquam ſuorum bonorum ſunt domini: curatores autem dicuntur, qui tanquam tutores adultis præficiuntur. TURNEB.

58. *Subjacet utilitati.*] Non ſolum eſt in comparatione collatio boni majoris, verum etiam mali minoris; nam malum minus, ſi cum graviore comparetur, videtur habere boni momentum. TURNEB. Horum autem verborum *ſubjacet utilitati*, ſenſus eſt hujuſmodi: ad illam defenſionis rationem, quæ ex utilitate repetitur, pertinet ut ſpecies ad ſuum genus. CAPPER.

59. *Si pejus aliquid.*] *Si ſpei aliquid*; MSS. Bal. Voſſ. ſec. Colb. Andr. Ald.

60. Ἀντίςασις.] Ne iſta quidem dictio a Latinis transfertur ad verbum: dici tamen poteſt *obſtantia*, quoniam comparato bono obſtamus, & reſiſtimus: vox tamen Latina perfectius exponit *ſtatus* vim. TURNEB. Sed hoc in loco ἀντίςασις non eſt ab ἱςάναι, quatenus *ſtare* ſignificat: verum fit ab ἱςάναι, quatenus *pendere*, *penſare*, *librare* denotat. Igitur Latine dici poſſet *contrapenſio*, *contralibratio*, *contrapenſatio*, vel *compenſatio*, ut loquuntur quidam Latini Rhetores; inter cæteros Marius Victorinus expoſitione in 2. libr. Ciceron. *Rhetoric.* ſeu *de Invent.* pag. 212. Rhetor. Pithœan. & Sulpitius Victor ibid. pag. 267. Cicero & alii *comparationem* dicere maluerunt. Fabii ætate *genus comparativum* vocabant. CAPPER.

61. *Etiam in hos, qui jam ſcripti ſunt.*] *Etiam in hoc, quod jam ſcriptum ſit, viſa*; marg. Baſil. *etiam in hos, qui jam deſcripti ſunt ſtatus*; Obrecht.

ſunt, *ſtatus* viſa eſt cadere [62] *tranſlatio.* Interdum ergo culpa [63] in hominem relegatur; [64] ut ſi Gracchus, reus fœderis Numantini, cujus metu leges populares tuliſſe in Tribunatu videtur, miſſum ſe ab imperatore ſuo diceret. Interim derivatur in rem; ut ſi is, qui teſtamento quid juſſus non fecerit, dicat per leges id fieri non potuiſſe. [65] Hoc *μετάστασιν* dicunt. [66] Excluſis quoque his, *excuſatio* ſupereſt. Ea eſt aut ignorantiæ; ut ſi quis [67] fugitivo ſtigmata ſcripſerit, [68] eoque ingenuo judicato, neget ſciſſe ſe liberum eum fuiſſe. Aut neceſſitatis; [69] ut, cum miles ad commeatus diem non affuit, [70] dicit ſe fluminibus interclusum, aut valetudine. Fortuna quoque ſæpe ſubſtituitur culpæ: nonnunquam male feciſſe nos, ſed bono animo dicimus. Utriuſque rei multa & manifeſta exempla ſunt. Idcirco non eſt eorum neceſſaria expoſitio. Si omnia, quæ ſupra ſcripta ſunt, deerunt, videndum [71] an minui culpa poſſit. Hîc eſt ille, qui [72] a quibuſdam dicitur [73] *ſtatus quantitatis.* Sed ea, cum ſit aut pœnæ, aut honoris, ex *qualitate* facti conſtituitur; eoque nobis ſub hoc eſſe *ſtatu* videtur; ſicut [74] ejus quoque, quæ ad numerum refertur a Græcis; [75] nam & * *πηλικότητα*, & *ποσότητα* dicunt; nos utrumque [76] eadem appellatione complectimur. [77] Ultima eſt *deprecatio:* quod genus *cauſſæ* pleriqne negarunt in judicium unquam venire. Quin Cicero quoque [78] pro Quinto Ligario idem teſtari videtur, cum dicit: *Cauſſas, Cæſar, egi multas,* [79] *& quidem tecum, dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum: certe nunquam hoc modo. Ignoſcite, judices, erravit, lapſus eſt, non putavit, ſi unquam poſthac*, & cætera. In Senatu vero, & apud populum, & apud Prin-

62. *Tranſlatio.*] *Tranſlatio criminis*, quæ *μετάστασις* dicitur ab Hermagora & Hermogene, eſt cum crimen transferimus in rem extraneam aut perſonam: eſt & alia *tranſlatio*, quæ eludit actionem & transfert; de qua non agimus hoc loco. TURNEB. Innuit hic Turnebianus *Tranſlationem* a Fabio nunc uſurpari longe alio ſenſu, quam dum ſumitur pro *tranſlativa illa cauſæ* conſtitutione, quæ a Græcis *μετάληψις* appellatur: ſed Fabius ubi de oratoriarum quæſtionum *ſtatibus* agit, *tranſlationem* eodem ſemper ſenſu intelligit, quatenus videlicet τὴν Græcorum *μετάληψιν* exprimit: ad hanc autem quadamtenus pertinere videtur etiam ἡ *μετάστασις*, quam Latini Rhetores vulgo *remotionem* vocant, (Aquila Romanus pag. 16. Rhetor. Pithœan. *tranſmotionem* vertit) ut patet ex ſequentibus ejuſdem Quinctiliani locis lib. III. cap. 6. *nec ignoro fuiſſe quoſdam, qui* tranſlationem *in* rationali *quoque genere ponerent hoc modo*: hominem occidi juſſus ab imperatore, &c. & ibidem paulo ſupra: *In illas quoque tranſlativas quæſtiones incidit*, [τὸ ad aliquid] *an . . . jus agendi ſit contra hunc*, &c. CAPPER.

63. *In hominem relegatur.* Ita & locutus præfat. lib. VI.

64. *Ut ſi Gracchus.*] Numantini cum Mancino pacem facere noluerunt, niſi legato Tiberio Graccho; uſque adeo Numantini eum amabant: hoc nomine accuſatus eſt Romæ Tiberius: ſed ope Scipionis & populi averſa eſt tota accuſatio a Graccho ad Mancinum. TURNEB.

65. *Hoc μετάστασιν.*] *μετάθεσιν*; Andr. Ald. marg. Baſil. tum *vocant*, pro *dicunt*; Obrecht. ſed illa lectio, quæ *μετάθεσιν* exhibet, iis intoleranda prorſus videbitur, qui Græcos Rhetoras & præſertim Hermogenem vel primoribus, ut aiunt, labris deguſtarint; *ſtatus* enim, de quo hic agitur, Græcis conſtanter dicitur *μετάστασις*, Latinis *remotio*: *μετάθεσις* autem aliud omnino ſignificat, & ei attribuitur, qui ſpecioſo quodam nomine ac titulo crimen ſibi objectum prætexit. Fortunatianus pag. 56. vocat *derivationem cauſſæ*; Donatus in Terent. Phormion. act. 2. ſcen. 1. *tranſlationem cauſæ facti*; Sulpicius Victor pagg. 250 251. *derivationem*, & hujuſmodi exemplum profert: *Si reus ſit dives adoleſcens affectatæ tyrannidis, quod arcem prætteriens fleat . . . dicat adoleſcens nunc uſque ſe neſcire quod fortia illam præteriret; ſed aliquando, quia ſic rerum ſuarum ratio depoſcat; nec ſolum ſe, ſed multos eà commeare; tum autem flere, quia ſibi veniat in mentem, quam multa ex illo loco plerumque accedunt civitati*: erravit igitur graviter Gaſpar Laurentius Hermogenis interpres, qui *μετάστασιν* cum *μετάθεσιν* confudit: ſed plures alios in errores impegit, quibus Latina Hermogenis verſio deturpata eſt. CAPPER.

66. *Excluſis quoque his, &c.*] Appellat Fab. *excuſationem*, quam cæteri Rhetores appellant *purgationem*, cum fatemur nos male feciſſe; ſed tamen rejicimus culpam aut in fortunam, aut imprudentiam, aut neceſſitatem. TURNEB.

67. *Fugitivo ſtigmata.*] Notæ quædam in fronte fugitivis inurebantur; ſed & Thraces nobiles frontem ſuam compungebant ſtigmatibus: id in liberum facere non licebat ex jure civili. TURNEB. Vide ad Petron capp. CIII. & CV.

68. *Eo quoque ingenuo.*] *Que* copulam expoſcit ſenſus, ſicque in aliis legitur exemplaribus: *eoque ingenuo judicato, neget ſciſſe ſe liberum eum fuiſſe.* REGIUS. Et ita Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Vaſcoſ. Steph.

69. *Ut cum miles.*] Miles, qui non adeſt ad diem commeatus, graviſſime punitur, ut emanſor & deſertor. TURNEB. Commeatus ex Donato eſt ex aliqua commoratione temporalis abſceſſus: ſecundum Vallam eſt facultas ad tempus a militia recedendi, quam militi præbet Imperator, cundique quo velit, ad præſcriptum diem reverſuro. CAPPER.

70. *Dicit ſe.*] *Dicat* legendum. Vide lib. XLIX. §. 7. ff. de re milit. REGIUS.

71. *An minui.*] *An imminui*; V. C. Alm.

72. *A quibuſdam dicitur.*] *Dicitur fieri ſtatus*; Locat. Baſil. Obrecht.

73. *Status quantitatis.*] Fab. lib. III. ſcripſit Theodorum ac plerosque rhetoras Græcos *ſtatum* poſuiſſe *quantitatis*, ejuſque duplicis, continuæ, & diſcretæ: *quantitatem* tamen Fab. ſubjicit *qualitati*. TURNEB.

74. *Ejus quæ ad numerum refertur.*] Hoc eſt, ſicut & *ſtatus* illius quantitatis, quæ ad numerum refertur; nam quantitas duplex eſt; altera continua, qua reſpondetur ad quæſtionem quantus eſt, & *πηλικότης* dicitur; altera diſcreta, qua reſpondetur ad quæſtionem quam multus, quotus eſt, & *ποσότης* vocatur. CAPPER.

75. *Nam & * πηλικότητα.*] Huc uſque legebatur ſpiſſo cum errore *ποιότητα*, quod a nullo emendatum fuiſſe miror; nam *ποιότης* eſt *qualitas*; hic autem de quantitate agitur, quæ duplex eſt; videlicet ἡ *πηλικότης*, *continua*; & ἡ *ποσότης*, *diſcreta.* Fabius Lib. III. cap. 6. dixit *quantum, & quam multum.* Fortunatianus pagg. 72. 73. Rhetor. Pithœan. ſedulo diſtinguit *ποσότητα*, & *πηλικότητα* ſeu *πηλικότητα*: tum ſubjungit: *πηλικότητος quot ſunt genera? tria. μακρὸν, βραχὺ, μέσον*; id eſt, longum, breve, & mediocre. CAPPER.

76. *Eadem appellatione.*] *Eadem appellatione una comp.* Ald.

77. *Ultima eſt deprecatio.*] Duplex eſt *deprecatio*; altera in qua poſita eſt tota *cauſſa*: ea locum non habet apud eos judices, qui ex legum præſcripto judicant; altera eſt, quæ eſt pars *cauſæ*, ac ſubſtituitur defenſioni fere ſemper ante concluſionem aut in concluſione: ea locum habet ſæpenumero in *cauſſis* forenſibus. TURNEB. Deprecatio a Latinis Rhetoribus alias dicitur ſtatus venialis, & conceſſio; a Græcis autem *συγγνώμη* & *στάσις ἄχρωμος*, id eſt, *ſtatus coloris expers.* Reus enim feciſſe ſe, quod accuſator objicit, fatetur, neque ullam facti excuſationem affert. CAPPER.

78. *Pro Ligario.*] Cap. 10.

79. *Et quidem tecum.*] *Equidem tecum*; Voſſ. ſec.

cipem, & ubicumque [80] juris clementia eſt, habet locum *deprecatio*. In qua plurimum valet, ex ipſo, qui reus eſt, hæc tria in vita præcedere; ſi innocens, ſi bene meritus, ſi ſpes in futurum innocenter victuri, & in aliquo uſu futuri; præterea, ſi vel aliis incommodis, vel præſenti periculo, vel pœnitentia videatur ſatis pœnarum dediſſe. [81] Extra, nobilitas, dignitas, propinqui, amici. In eo tamen, [82] qui cognoſcit, plurimum ponendum, ſi laus eum miſericordis potius, quam reprehenſio [83] diſſoluti, conſecutura eſt. Verum & in judiciis, etiamſi non toto genere *cauſſæ*, tamen ex parte magna hic locus ſæpe tractatur. Nam & [84] diviſio frequens eſt, etiam ſi feciſſet, ignoſcendum fuiſſe; idque [85] in *cauſſis* dubiis ſæpe prævaluit; & *epilogi* omnes [86] in eadem fere materia verſari ſolent. Sed nonnunquam etiam reus hîc totius ſummam conſtituit, [87] ſi exheredatum a ſe filium pater teſtatus fuerit [88] elogio, propterea quod is meretricem amaverit. Nam omnis hîc quæſtio, an huic delicto pater debuerit ignoſcere, & Centumviri tribuere debeant veniam. Sed etiam [89] in *formulis*, cum [90] pœnariæ ſunt *actiones*, [91] nos ita *cauſſam* partimur, [92] an commiſſa ſit pœna, an exigi debeat. Id autem, quod illi viderunt, verum eſt, reum a judicibus hoc defenſionis modo liberari non poſſe. De præmiis autem quæruntur duo: *an ullo ſit dignus*, qui petit, *an tanto*: ex duobus, *uter dignior*: ex pluribus, *quis digniſſimus*. Quorum tractatus ex ipſo meritorum genere ducuntur. Et intuebimur non rem tantum, ſive alleganda, ſive comparanda erit; ſed perſonam quoque. Nam & multum intereſt, tyrannum juvenis occiderit, an ſenex; vir, an femina; alienus, an conjunctus. Et locum multipliciter, in civitate tyrannis aſſueta, an libera ſemper; in arce, an domi. Et quomodo factum ſit, [93] ferro, an veneno. Et quo tempore, bello, an pace; an cum depoſiturus eſſet eam poteſtatem, an cum aliquid novi ſceleris auſurus. [94] Habetur in meritis [95] gratia periculum quoque, ac difficultas. Similiter liberalitas a quo profecta ſit, refert. Nam in paupere gratior, quam in divite; dante beneficium, quam reddente; [96] patre, quam orbo. Item quam rem dederit, & quo tempore, & quo animo, id eſt, [97] num in aliquam ſpem ſuam, ſimiliter alia. [98] Et ideo *qualitas*, maxima oratoris recipit opera; quia in utramque partem plurimum eſt ingenio loci, nec uſquam tantum affectus valent. [99] Nam *conjectura* extrinſecus quoque adductas frequenter probationes

80. *Juris clementia.*] Ἡ ἐπιείκεια ſtricti juris remiſſio. CAPPER.

81. *Extra.*] Hoc eſt, extra ipſum reum occurrent hæc, quæ ipſi proderunt, ſcilicet, &c. nam *τὸ extra* opponitur *τῷ ex ipſo qui reus ſit*. CAPPER.

82. *Qui cognoſcit.*] Qui de *cauſſa* & rei cognoſcit, qui de reo ſententiam laturus eſt. CAPPER.

83. *Diſſoluti.*] Judicis, qui ſit in jure dicundo remiſſior, negligentior, ignavior: hinc Ciceroni judicium diſſolutum, perditum, nummarium, &c. Vide 5. Verrin. CAPPER.

84. *Diviſio frequens eſt.*] Duo enim pro reo dicuntur; 1°. non feciſſe; 2°. etiam ſi feciſſet, ignoſcendum eſſe. Igitur eſt ibi quoddam diviſionis genus. CAPPER.

85. *In cauſſis dubiis.*] Dubiis argumentis, factumne, an non factum eſſet.

86. *In eadem materia.*] In deprecatione τῇ συγγνώμῃ, in *ſtatu veniali*. CAPPER.

87. *Si exheredatum a ſe filium.*] Poſſunt liberi a parentibus exheredari, ſi flagitioſe vivant: liberi tamen præteriti teſtamento, aut exheredati, poſt mortem patris habent *actionem* inofficioſi teſtamenti. TURNEB.

88. *Elogio.*] *Elogium* eſt teſtificatio de aliquo, ſive ignominiæ ſive honoris cauſſa; ignominiæ, ut hoc loco; honoris, ut M. Tullius 1. *Tuſc.* 14. *Quid elogia ſepulchrorum.* REGIUS. Vide ad Petron. cap. LIII.

89. *In formulis.*] In *formulis actionum* forenſium, quæ certis quibuſdam & ſolemnibus verbis concipiebantur. CAPPER.

90. *Pœnariæ ſint actionis.*] *Sunt*, & *actiones* mihi legendum videtur hoc modo: *cum pœnaria ſunt actiones. Formulæ* autem ſunt, quæ modo *libelli*, modo *querelæ* a vulgo dicuntur: unde *formulares* harum conſcriptores appellantur. REGIUS. *Cum pœnariæ ſint actionis*; Locat. *cum pœnaria ſit actio*; Vall. lib. Voſſ. ſec. *cum pœnariæ ſunt actionis*; Obrecht. Cæterum *actiones pœnariæ* ſunt, quas Juriſconſulti vulgo *pœnales* vocant, & quibus pœnam commiſſam perſequimur; ubi unum id petitur, ut reus puniatur. CAPPER.

91. *Nos ita.*] *Nos* deeſt in V. C. Alm.

92. *An commiſſa ſit pœna.*] *Committere pœnam*, locutio eſt & phraſis juriſconſultorum, qua ſignificant aliquid eſſe factum, propter quod irrogari debeat pœna. TURNEB.

93. *Ferro an veneno.*] *An ferro*; Locat. Ald. Colin. ſed nihil opus geminare hanc particulam, ut jam ſæpe vidimus.

94. *Habetur in meritis.*] *Habentur in meritis gratia periculum quoque ac*; Obrecht.

95. *Gratia.*] Qua quis valebat apud tyrannum. CAPPER.

96. *Patre quia morbo.*] Corrupte quidem ſic legitur: ſed ne ab iis quidem emendatur, qui, pro *morbo*, legunt *avunculo*: corrigetur vero ſi, pro *quia*, ſcribatur quam; ſcribatur & *orbo*, *m* litera de *morbo* expuncta, hoc modo: *Patre, quam orbo*; nam liberalitas multo gratior eſt in patre, quam in orbo, utpote qui filiis careat. REGIUS.

97. *Non in aliquam.*] *Num*, ita expoſcente ſenſu, mihi legendum videtur. REGIUS. *Non*; Voſſ. ſec.

98. *Et ideo qualitas.*] *Qualitas* maxime eſt oratoria, ideoque Hermogenes in omnibus *ſtatibus* ponit *qualitatem communem* ad amplificandum: denique a *qualitate* pendent omnes *loci* communes. TURNEB.

99. *Etiam conjectura, &c. ſumit quale quidque videatur.*] Hi ſenſus mihi depravati videntur; eo obſcuriores ſunt: ſed quonam modo emendari poſſunt, nunc mihi non occurrit, niſi fortaſſis, *nam* particulam, pro illa *etiam*, putemus ſcribendam, ac *ut* particulam adſcribendam, hoc modo: *ut quale quidque videatur*: ſignificat autem Fabius majore opus eſſe eloquentia in *qualitate*, quam in *conjectura* tractanda. REGIUS. *Etiam*; MSS. Bal. Voſſ. ſecund. Obrecht. deinde *& quale*; Steph. Leidenſ. Oxon. Obrecht. omittit vero V. C. Alm. Vel ex una Raphaëlis Regii nota liquet ab antiquiſſimis editionibus abfuiſſe particulam *&*, quæ ſenſum conturbat, & in *τὸ at* potius commutanda videretur. Hic enim Fabius *ſtatum qualitatis* opponit *conjecturali*: cum autem *τὸ at* facile ſubintelligi poſſit e ſubjecta materia, vetuſtiſſimas editiones hoc loco ſequi maluimus, quam vel *τὸ ut* a Raphaële Regio intruſum, vel *τὸ &*, quod in cæteris editionibus apparet, admittere: nec monuiſſe pigeat hoc vocabulo (*conjectura*) deſignari *ſtatum conjecturalem*, ſive, ut vulgo loquimur, quæſtionem facti. CAPPER.

habet,

habet, & argumenta ex materia ſumit: & [100] quale quidque videatur, [101] eloquentiæ opus eſt: hîc regnat, hîc imperat, hîc ſola vincit. [102] Huic parti [103] ſubjungit Virginius *cauſſas* abdicationis, [104] dementiæ, malæ tractationis, [105] orbarum nuptias indicentium. [106] Nam & judicium fere ſic accidit, inventique ſunt, qui has [107] materias *officiorum* vocarent. Sed alios quoque nonnunquam hæ leges recipiunt *ſtatus*. Nam & *conjectura* eſt aliquando in pleriſque horum, cum ſe vel non feciſſe, vel bona mente feciſſe contendunt. Cujus generis exempla ſunt multa. Et quid ſit dementia, ac mala tractatio, finitur. [108] Nam juris quæſtiones plerumque leges præcurrere ſolent; &, ex quibus cauſſis [109] non fiat, ſtatutum ([110] quod tamen facto defendi non poterit, jure nitetur;) [111] & quot, & quibus cauſſis abdicare non liceat, & in quæ crimina malæ tractationis *actio* non detur, & cui accuſare dementiæ non permittatur. [112] Abdicationum formæ ſunt duæ; altera criminis perfecti, ut ſi abdicetur raptor, adulter; [113] altera imperfecti, velut pendentis, & adhuc in conditione poſiti; quales ſunt,

100. *Quale quidque videatur.*] Id eſt, ut hæc vel illa res talis, ſeu tali qualitate prædita videatur, &c. CAPPER.

101. *Eloquentiæ opus.*] *Eloquentia* ; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Colin. Gryph. Vidov. *eſt opus*; Obrecht.

102. *Huic parti.*] Quod in *conjectura* fecit, ut controverſias *ſtatui* applicaret, idem nunc quoque exequitur in *qualitate*; ſed tamen Virginium reprehendit, qui has *cauſſas* in *qualitatem* ſemper cadere exiſtimavit, cum frequenter in alios quoque *ſtatus* incidant. TURNEB.

103. *Subjungit.*] Huic generali *ſtatui qualitatis* tanquam generi ſubjicit *cauſſas* ſeu controverſias abdicationis, &c. quaſi totidem *ſtatus* hujuſce ſpecies. CAPPER.

104. *Clementiæ.*] *Dementiæ* legendum eſſe, ne admonitione quidem dignum eſt; quod autem ait ultimo loco, de jure priſco ſumptum eſt; nam orbæ olim, cui liberet ex cognatis, nuptias indicebant, ut aperte ex Phormione Terentii percipi poteſt. REGIUS.

105. *Orbarum nuptias indicentium.*] *Thema* eſt *declamatorium* ex lege Athenienſium ſumptum; poterat enim apud Athenienſes orba propinquum in conjugium petere, ut apparet ex Phormione Terentii. TURNEB.

106. *Nam & judicium fere.*] *Nam & fere ſic accidit*; V. C. Alm. Vallæ lib. Locat.

107. *Materias officiorum.*] Idcirco vocantur *materiæ officiorum*, propterea quod a faciendis & non faciendis pendent, maximeque a propinquitatis & affinitatis pietate. TURNEB.

108. *Nam juris leges plerumque quæſtiones.*] Hic ſenſus, ingenue fateor, mihi non percipitur: corruptus autem videtur; nam *juris* genitivus nihil ſenſum juvat, niſi ad quæſtiones referatur, ut legatur: *Nam juris quæſtiones plerumque leges præcurrere ſolent.* REGIUS. Forte ſic legendum: *Nam juris plerumque quæſtiones præcurrere ſolent*, hoc ſenſu, ut, antequam tractetur *ſtatus qualitatis*, *ſtatum* aliquem *legalem* exequamur, an videlicet ita ſit lex accipienda: ſin hanc ſequemur lectionem, *leges* accipiemus pro *controverſiis*, quæ a lege abdicationis, dementiæ, malæ tractationis proficiſcuntur. TURNEB. *Nam juris plerumque quæſtiones præcurrere ſolent*; Obrecht. mihi quoque valde ſuſpecta eſt dictio hæc *leges*, utpote ſuperflua & ſenſum turbans; quam lubens etiam tollerem, niſi MSS. codicum & antiquarum editionum obſtaret auctoritas. CAPPER.

109. *Non fiat ſtatum.*] *Status* quidem in aliis legitur exemplaribus; ſed ne ſic quidem mihi integer perſpicuuſque videtur hic ſenſus: *ſtatutum* autem contenderim eſſe legendum, ut intelligatur ſtatutum eſſe, ex quibus cauſſis mala tractatio non fiat. REGIUS. *Non fiant ſtatus*; MSS. Bal. Alm. Voſſ. ſec. Vallæ, Colb. Andr. marg. Sich. Steph. Vaſc, Baſil. & *cauſſæ ex quibus non ſit ſtatutum*; Obrecht. *ex quibus cauſſis non fiat, ſtatutum*; Vidov.

110. *Quod tamen facto defendi non poterit, jure nitetur.*] Hoc eſt, quæ *cauſſa* defendi non poterit per ipſius facti genus, naturam, qualitatem, &c. ea defendetur per generales quæſtiones juris, vel potius cavillationes, de quibus paulo poſt ita loquitur Fabius: *Ubi juris loco quæri ſolet an*, &c. & infra: *Hinc moventur quidem mille juris cavillationes.* Sic etiam cap. 5. hujus libri: *Qui neque feciſſe ſe negabit, neque aliud eſſe quod fecerit, dicet, neque factum defendet; neceſſe eſt in ſuo jure conſiſtat: in quo plerumque actionis eſt quæſtio:* & lib. XII. cap. 2. *Cum alia jure ſummoveantur vel transferantur*: quibus in locis τὸ *jus* non ipſum *ſtatum qualitatis* deſignat, ſed quamdam *ſtatus tranſlativi* ſpeciem, ſeu potius ipſam *actionis* quæſtionem, de qua pluribus agetur cap. 5. huc etiam refer quod paulo ſupra legitur: *Nam juris quæſtiones plerumque leges præcurrere ſolent*; neque enim τὰ *juris quæſtiones* directe & proprie *ſtatum qualitatis* indicant. Vide ad cap. 10. libr. V. quæ de quinque τοῦ *juris* ſignificatibus annotavi: nec mirum videatur quod τὸ *facto* ſic expoſuerim, *per ipſius facti genus, naturam, qualitatem*, &c. nam in ſequentibus eodem ſenſu Quinctilianus ita ſcribit: *Plurimum tamen eſt in eo, quale ſit factum .... in facto tamen plurimum inſt.* CAPPER.

111. *Et quot, & quibus.*] *Et quod, & quibus cauſſis abdicare non liceat, & in quæ crimina malæ tractationis actio non detur*; Obrecht quod partim recipimus: ſed mallemus, *& quos, & quibus cauſſis abdicare non liceat*, ut quæratur quos filios liceat abdicare, ſcilicet contumaces, & qui non parent. BURMAN.

112. *Abdicationum formæ ſunt duæ, &c.*] Solebant Græci filios ſuos ob delictum aliquod abdicare, atque e conſpectu removere; & tum filii dicebantur ἐκκήρυκτοι τοῦ γένους. Quum autem cum patre in gratiam redirent, ἀναλαμβάνεσθαι εἰς τὸ γένος. Qui mos neque Romanis ignotus fuit; atque hæc erat abdicatio criminis imperfecti: qua de re heic agit Fabius noſter, & eruditiſſimus Iſaacus Caſaubonus ad Diogenem Laërtium lib. I. ſect. 94. Joh. Meurſius, Comment. ad Lycophr. v. 450. PAREUS. Neſcio an ſatis manifeſtum ſit, Romanis etiam fuiſſe uſitatam abdicationem, cum nullum exemplum proferant viri eruditi, quod doceat, Græcorum abdicationi reſpondere Romanam; & ſi qui ſint, qui voce illa *abdicationis* uſi fuerint, improprie cenſendi ſunt eſſe locuti: ſic quod Suet. Aug. 65. dicit *abdicatum Agrippam*, id de relegatione, vel, ut Plinius vocat lib. VII. 45. *abegatione* intelligendum, quam emancipatio comitatur, ut ita ex jure patriæ poteſtatis exeuntes, privarentur jure ſuccedendi; nam ob delicta emancipari potuiſſe docet Theophil. ad §. 3. Inſt. de adopt. & rus relegaſſe liberos, docent exempla Manlii apud Cicer. I. de Off. 31. & Senec. III. de Benef. 37. & Sex. Roſc. Amerini apud. Cicer. pro S. Roſc. 15. imo etiam exilio damnaſſe ex Seneci I. de Clem. 15. conſtat. & ita *abdicare* pro exheredare utitur Valer. Max. lib. V. cap. VII. ex. 2. ex quo loco Connanus lib. II. comm. cap. 13. in adoptivis filiis abdicationem in uſu fuiſſe credit. Denique clare in lib. VI. C. de patria poteſtate dicitur, abdicationem Romanis legibus non comprobari: ubi errare interpretes, qui putant, ibi abrogari abdicationem antea uſitatam, dudum viri docti oſtenderunt: cæterum miror, viros doctos etiam hoc loco Quinctiliani uſos, ut probarent abdicationem Romanis fuiſſe uſitatam, cum clariſſime pateat, has *cauſſas* a Græcis petitas & exercitationis gratia in ſcholis propoſitas; nam ipſe paulo ante dixit: *quæ in ſcholis abdicatorum, hæc in foro exheredatorum, quæ illic malæ tractationis, hic rei uxoriæ, &c.* Et ita in *declamationibus* fere materias ab uſu remotas præſcribebant, de quo toties Fabius & Petronius initio Satyricon queruntur, &c. BURMAN.

113. *Altera imperfecti.*] Appellat *imperfectum crimen*, quod adhuc eſt in ipſo actu, atque etiamnum fit, quod appellat *pendens*, ea ratione qua dicimus *reos pendentes*, qui adhuc ſunt in reatu, quanquam eorum *cauſſa* nondum eſt ad abſolutionem, aut ad condemnationem perducta. TURNEB. De reis pendentibus notum ex Commentatoribus ad Sueton. Claud. IX. & Dom. IX. ſed non opus inde arceſſere, cum omnia imperfecta, dubia & incerta, ut hic crimen, recte *pendere* dicantur: ita Silius V. 191.

Horreſco ut pendente malo.

ubi nihil opus *impendente*, quod Heinſius malebat: ſic apud Virgil. IV. Æneid. verſ. 88.

Pendent opera interrupta.

in quibus abdicatur filius, [114] qui non pareat patri. Illa ſemper aſperam abdicantis *actionem* habet [115] (immutabile eſt enim, quod factum eſt;) hæc ex parte blandam, & ſuadenti ſimilem (mavult enim pater corrigere, quam abdicare;) [116] at pro filiis [117] in utroque genere ſummiſſam, & ad ſatisfaciendum compoſitam. A quo diſſenſuros ſcio, qui libenter [118] patris *figuram* lædunt: quod non auſim dicere numquam eſſe faciendum [119] (poteſt enim materia incidere, quæ hoc exigat;) [120] certe vitandum eſt, [121] quoties aliter agi poteſt. Sed de *figuris* [122] alio libro tractabimus. Non diſſimiles autem abdicationum *actionibus* ſunt *malæ tractationis actiones.* [123] Nam & ipſæ habent eamdem in accuſationibus moderationem. *Dementiæ* quoque [124] judicia, [125] aut propter id, quod factum eſt, aut propter id, quod adhuc fieri, vel non fieri poteſt, inſtituuntur; & actor in eo, quod factum eſt, [126] liberum habet impetum: ſic tamen, ut factum accuſet, ipſius patris tanquam valetudine lapſi, miſereatur: in eo vero, cujus libera mutatio eſt, diu roget & ſuadeat, & noviſſime [127] dementiam rationi queratur obſtare, non mores; quos quanto magis in præteritum laudaverit, tanto facilius probabit morbo eſſe mutatos. [128] Reus, quoties *cauſſa* patietur, debebit eſſe in defenſione moderatus, quia fere [129] ira, contentio, & concitatio furori [130] ſunt ſimilia.

ſic *ſomnus pendere* dicitur Propertio lib. IV. Eleg. 7. Ovid. VIII. Metam. 12.

Et pendebat adhuc belli fortuna.

vide etiam quæ ad Petron. cap. LXXXIX. notavimus: *poſitum* vero *in conditione* locutio eſt Juriſconſultis frequens: ſed illa me fere moveret, ut mox legerem, *abdicatur filius, ſi non pareat patri*; *ſi* enim particula eſt, quæ conditionem deſignare ſolet. BURMAN.

114. *Qui non pareat.*] *Quia*; V. C. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Baſil. Colin. Obrecht.

115. *Immutabile eſt enim, quod factum eſt.*] Non quod abdicatio revocari non poſſit (fit enim inter vivos;) ſed quod factum illud, propter quod facta eſt abdicatio, infectum fieri nequeat. CAPPER.

116. *Et pro filiis .... ſummiſſam, &c.*] Sed ſuſceptæ pro filiis *cauſſæ* ſummiſſam habent *actionem* ſeu orationem, & ad ſatisfaciendum compoſitam. *Actionem* dico. quia filius tunc fit actor, & patri litem intendit, tanquam is injuria ipſum abdicarit. CAPPER.

117. *In utroque genere.*] Subauditur, abdicationis, perfectæ ſcilicet & imperfectæ. CAPPER.

118. *Patris figuram.*] *Figuram* appellat Fabius quamdam orationis formam, quæ ſimulationem & colorem quemdam habet: fit autem plerumque, cum per quamdam ſuſpicionem, quod non dicimus, accipi volumus; ut pater ſimulat ſe malle filium corrigere, quam abdicare. Hac de re Fabius aget lib. IX. pluribus. TURNEB. In toto Fabii opere non eſt fere locus hoc difficilior, quem ut plane intelligas; 1°. Nota *figuræ* nomine non eas hic intelligi, quas vulgo vocant ſententiarum & verborum *figuras* τὰ τῆς διανοίας καὶ τῆς λέξεως σχήματα, ſed *figuratum* illum ſermonem, quem Græci ἐσχηματισμένον λόγον, de quo Dionyſius Halicarnaſſ. opuſcula duo conſcripſit, Latini vero *figuratas* controverſias appellant. Eſt autem ejuſmodi ſermo (inquit Fabius lib. IX. cap. 2.) *in quo per quamdam ſuſpicionem* [ὑπόνοιαν dixit Dionyſius Halicarnaſſ.] *quod non dicimus, accipi volumus, non utique contrarium, ut in εἰρωνείᾳ, ſed aliud latens & auditori quaſi inveniendum .... ejus triplex eſt uſus; unus, ſi dicere palam parum tutum eſt; alter, ſi non decet; tertius, qui venuſtatis modo gratia adhibetur, & ipſa novitate & varietate magis, quam ſi relatio recta ſit, delectat.* 2°. Per τὰ *figuram patris* intelligit Quinctilianus *figuratum* illum ſermonem patris in ſecunda abdicationis forma, quæ criminis erat imperfecti, quæque abdicantis *actionem* habebat ex parte blandam & ſuadenti ſimilem, qua malebat pater filium corrigere, quam reapſe abdicare: quod pertinet ad ſecundum *figurati* ſermonis ſeu *figuratæ* controverſiæ genus mox expoſitum, in quo per quamdam ſuſpicionem, id quod non dicimus, (quia non deceret hoc aperte dicere) accipi tamen volumus. Pater enim filium corrigere mavult, quam abdicare; etiamſi hanc voluntatem ejus oratio non aperte declaret. 3°. Τὸ *lædere figuram patris* in hoc Fabii loco ſignificat [ut ait lib. IX. cap. 2.] contra patris *figuram*, id eſt, *figuratum* ſermonem ſeu *figuratam* controverſiam reſpondere, eam quaſi quodam ictu & inflicta ex diverſo plaga lædere, læſam aperire, eam ſicut latens quoddam vitium reſcindere, eam denique diluere, refellere, refutare, evertere, &c. Cæterum τὰ *figuram* & *figuratum* eodem ſenſu adhibuerunt Martianus Capella lib. V. pag. 153. de *ductu*; Julius Rufinianus pag. 35. & Curius Fortunatianus pagg. 41. 42. Rhetor. Pithœan. CAPPER.

119. *Poteſt materia incidere, quæ hoc exigat.*] Caſus illos, in quibus contra *figuratas* cujuſpiam orationes directe & aperte reſpondere oporteat, exponit Quinctilianus lib. IX. cap. 2. ubi ſic habet: *Quæſitum eſt quomodo contra figuras reſponderi oporteat; & quidam ſemper ex diverſo aperiendas putaverunt, ſicut latentia vitia reſcinduntur, idque ſane frequentiſſime faciendum eſt. Aliter enim dilui objecta non poſſunt, utique cum quæſtio in eo conſiſtit quod figuræ petunt: at, cum maledicta ſunt tantum, non intelligere interim bonæ conſcientiæ eſt; atque etiam, cum fuerint crebriores figuræ, quam ut diſſimulari poſſint, poſtulandum eſt, ut illud neſcio quid quod adverſarii obliquis ſententiis ſignificare voluerunt, ſi fiducia ſit, objiciant palam; aut certe non exigant, ut quod ipſi non audent dicere, id judices non modo intelligant, ſed etiam credant: utilis etiam aliquando diſſimulatio eſt; ut in eo qui, cum eſſet contra eum dictum*, jura per patroni tui cineres, *paratum ſe eſſe reſpondit; & judex conditione uſus eſt, clamante multum advocato* ſchemata *de rerum natura tolli, ut protinus etiam præceptum ſit, ejuſmodi figuris utendum temere non eſſe.* Hæc ad eruendum loci difficillimi ſenſum aliquid conferre poſſe exiſtimavi. CAPPER.

120. *Cæterum videndum eſt.*] *Certe vitandum eſt*; Obrecht. *certe videndum eſt*; MSS. Bal. Voſſ. ſec. Alm. marg. Sich. Baſil. ſic permutantur hæc verba etiam lib. VIII. cap. 2. in editionib. Vaſcoſ. Steph. & Lugduno-Batav. legitur: *cæterum videndum eſt*: quæ lectio damnari non poteſt. CAPPER.

121. *Quoties aliter agi poteſt.*] Aliter quam aperte, palam, & directe lædendo, evertendo, refellendo *figuram* patris ſeu *figuratum* patris ſermonem, quo filium, quem abdicare velle videtur, revera vult ſolummodo corrigere. CAPPER.

122. *Alio libro tractavimus.*] In libro IX. de figuris ac figuratis controverſiis diſſerit Fabius. Quare *tractabimus* legendum: pater autem ea utitur *figura* in abdicando filio, ut ſimulet, ſe malle illum corrigere, quam abdicare. REGIUS. *In alio libro*; Locat. Ald. Colin. Vidov. *alio in libro*; Baſil. *alio loco*; Obrecht.

123. *Nam & ipſa.*] *Ipſæ* mihi legendum videtur. REGIUS. *Ipſam*; Locat. Ald.

124. *Judicia.*] Lites, *cauſſæ*, forenſes controverſiæ, *actiones*, &c. CAPPER.

125. *Aut propter id, quod adhuc fieri.*] Ex iis, quæ ſequuntur, apparet, primum diviſionis membrum librariorum incuria omiſſum, eſſe adſcribendum, ut legatur: *aut propter id quod factum eſt, aut propter id quod adhuc fieri, vel non fieri poteſt.* REGIUS. Omittunt Voſſ. ſec. Locat.

126. *Liberum habet impetum.*] Libere exſpatiatur, oratione ſua liberius excurrit, &c. CAPPER.

127. *Dementiam rationi queratur obſtare, non mores.*] Dementiam præſentem, non mores præteritos. CAPPER.

128. *Reus quoties, &c.*] Pater, qui dementiæ accuſatur, oratione ſubmiſſa & moderata uti debet; quia, ſi in affectus vehementes prorumperet, oratione ſe jugularet, ac ſe furioſum oſtenderet; eſt enim affectus gravior ſimilis furori. TURNEB.

129. *Ira, contentio, & concitatio.*] *Contentio* abeſt a MSS. Alm. Voſſ. ſec. Andr. Locat. Ald. Par. Obrecht.

130. *Sunt ſimilia.*] Rarius eſt, duobus vel tribus præcedentibus feminini generis vocabulis ſubjicere adjecti-

Omnibus his commune eſt, quod Rei non ſemper [131] defenſione facti, [132] ſed excuſatione [133] ac venia frequenter utuntur. [134] Eſt enim domeſtica diſceptatio, in [135] qua & ſemel peccaſſe, & per errorem, & levius, quam objiciatur, [136] abſolutioni nonnumquam ſufficit. Sed alia quoque multa controverſiarum genera [137] in *qualitatem* cadunt. [138] *Injuriarum*; [139] quanquam enim reus [140] aliquando feciſſe negat, plerumque tamen [141] hæc *actio* facto [142] atque animo continetur. [143] *De accuſatore conſtituendo*, quæ [144] judicia *divinationes* vocantur: in quo genere Cicero quidem, (qui [145] mandantibus ſociis Verrem accuſabat) [146] hac uſus eſt diviſione: [147] *ſpectandum a quo maxime* [148] *agi velint hi, quorum de ultione quæritur: a quo minime velit is, qui accuſatur*: [149] frequentiſſimæ tamen hæ ſunt quæſtiones: *uter majores cauſſas habeat, uter plus* [150] *induſtriæ aut virium ſit allaturus ad accuſandum*, [151] *uter id meliore fide facturus*. *Tutelæ* præterea; [152] in quo judicio ſolet quæri: *an alia de re*, [153] *quam de calculis, cognoſci oporteat*: [154] *an fides præſtari debeat tantum, non etiam conſilium & eventus*. [155] Cui ſimile eſt, [156] *male geſtæ procurationis*: [157] in foro, [158] *negotiorum geſtorum*; nam &

vum neutrius: ſic tamen & noſter lib. VI. cap. 2 *Quidam commendationem atque excuſationem propria hujus officii putaverunt, nec abnuo eſſe iſta in hac parte, ſed non concedo ut ſola ſint*: & lib. XI. 2. ex MSS. *prope ſola diviſio & compoſitio*. Salluſt. Catil. 31. *Ex ſumma lætitia atque laſcivia, quæ diuturna quies pepererat*. Columel. VIII. 2. *Niſi quod rutilam galeam & criſtam capite gerit, quæ utraque ſunt in Meleagride cærulea*. lib. XIII. §. 4. ff. de teſt. milit. *Servo libertas ſimul & hereditas data, quæ utraque ad eum pervenire teſtatorem voluiſſe, negari non poteſt*. BURMAN.

131. *Defenſione facti.*] Per *ſtatum qualitatis abſolutum*, quo bene ac juſte feciſſe nos contendimus. CAPPER.

132. *Sed excuſatione.*] Per *ſtatum qualitatis aſſumptivum*, quo culpam in alios refundimus, vel peccati cauſſam neceſſitati, fortunæ, caſui, &c. attribuimus: *remotionem* vulgo, & quandoque *purgationem* Rhetores appellant. CAPPER.

133. *Ac venia.*] Per *ſtatum qualitatis aſſumptivum*, qui *venialis* & *conceſſio*, & *deprecatio* vocari ſolet. CAPPER.

134. *Eſt enim domeſtica.*] Antea docuit Fabius, *deprecationem* per ſe in forum non cadere: nunc tamen ait, quamdam veluti ſuperioris dicti interpretationem, eam *in cauſſas* domeſticas cadere interdum: quales ſunt inter filium & patrem, maritum & uxorem. TURNEB.

135. *Qua & ſemel.*] *In qua*; V. C. Alm. Locat. Ald. Baſil. Colin. Vidov. Obrecht.

136. *Abſolutio nonnunquam.*] Niſi *abſolutioni* legatur, nullus hinc ſenſus elicitur; nam ad abſolvendum, & error, & levitas criminis, & ſemel dumtaxat peccaſſe in domeſtica diſceptatione ſufficit. REGIUS. *Abſolutio*; Voſſ. ſec. Locat.

137. *In qualitatem.*] Id eſt, in eum quæſtionis oratoriæ *ſtatum*, qui *qualitatis* vel *qualitas* dicitur: quæſtionem juris vulgo vocant. CAPPER.

138. *Injuriarum.*] *Controverſia* ſuppleatur; enumerat namque Fabius alias quoque controverſias, quæ in *qualitate* verſantur. Frequentius tamen *actio* injuriarum *conjecturalis* eſt; factæ enim fere negantur; interdum tamen ex facti qualitate animique dijudicantur. REGIUS. In injuriis plerumque eſt *qualitas*, ut quando quæritur *factumne illud ſit injurioſum*: plerumque quoque *de animo* quæritur; nam injuria conſtat affectione facientis: unde impubes & furioſus injuriam non faciunt. TURNEBUS. Injuriam appellant omne damnum culpa datum: ſit autem injuria re, vel verbis. Plura vide apud juriſperitos. CAPPER.

139. *Quanquam enim reus, &c.*] Furti item; cum facto enim etiam animum furis furtum exigit lib. XLI. §. 1. ff. ad L. Aquiliam. PITHOEUS.

140. *Aliquando feciſſe negat.*] Qui *ſtatus* quæſtionis dicitur *infitialis* & ſæpius *conjecturalis*; vernacule, *queſtion de fait*. CAPPER.

141. *Hæc actio facto .... continetur.*] Facti genere, natura, qualitate: unde ad *ſtatum qualitatis* pertinet: ſic & paulo infra: *plurimum eſt in eo, quale ſit factum*. CAPPER.

142. *Atque animo.*] Quali conſilio, quali mente; voluntate quidpiam factum fuerit: quod ad *ſtatum qualitatis* pertinere videtur. CAPPER.

143. *De accuſatore conſtituendo.*] Subauditur, *controverſia in qualitatem cadit*: quod etiam ſubaudiendum erit in ſequentibus genitivis, *tutelæ*, *male geſtæ procurationis*, *inſcripti maleficii*, *male geſtæ legationis*, *reipublicæ læſæ*, *ingrati*, &c. CAPPER.

144. *Judicia divinationis.*] Sic quidem pleriſque recte legi videtur, ſed *divinationes* ego contenderim eſſe legendum; nam judicia, in quibus de conſtituendo agitur accuſatore, *divinationes* idcirco vocantur, ut inquit Pedianus in argumento ad Divinationem, *quod res agatur ſine teſtibus, & ſine tabulis, &, his remotis, argumenta ſola ſequantur judices, & quaſi divinent*. REGIUS. *Divinationis*; Voſſ. ſecund.

145. *Mandantibus ſociis.*] Sicilienſibus videlicet. CAPP.

146. *Hac uſus eſt diviſione.*] Vide Ciceronis Divination. de accuſatore in Verr. num. 3. edition. Græv. CAPP.

147. *Spectandumque quid maxime.*] *Que* copula, ut otioſa ac ſenſui oneroſa, prorſus videtur eradenda, & loco illius *quod*, *a quo* alii legendum, aperte ex prima Ciceronis in Verrem *actione* patet. REGIUS. *Spectandum quid maxime*; Locat. *ſpectandumque quid*; MSS. Colb. Voſſ. ſec. marg. Baſil.

148. *Agi velint.*] Subauditur, *ſuam cauſſam*. CAPP.

149. *Frequentiſſime.*] *Frequentiſſime*; Obrecht.

150. *Induſtriæ aut virium.*] *An virium*; V. C. Alm.

151. *Uter id meliore fide ſit allaturus.*] Senſui non congruit *allaturus*: expungatur itaque, ac, loco ejus, id quod in quibuſdam legitur exemplaribus, *facturus* reponatur. REGIUS. *Allaturus*; Locat. *meliore fide facturus*; V. C. Alm. Baſil. Gryph. Oxon. Obrecht. *ſit facturus*; Vaſcoſ. Steph.

152. *In quo judicio ſolet quæri.*] Id eſt, juris loco ante omnia ſolet quæri, ut ſeſe loquitur paulo poſt; ubi τὸ *juris loco* quamdam *tranſlativi ſtatus* ſpeciem ſive *actionis* quæſtionem ſignificat, quæ principali judicio præmittatur. Vide quæ ſupra notavimus ad illa Fabii verba: *quod facto defendi non poteris, jure nitetur*. CAPPER.

153. *Quam de calculis.*] Subauditur, *ſubducendis*, de ineundis ſubducendiſque rationibus, quas tutor pupillo debet reddere; nam in computando calculis utebantur; vernacule, *rendre ſes comptes*. CAPPER.

154. *An fides præſtari.*] *An fidem præſtare d. t. n. e. e. & eventum*; V. C. Alm. & Voſſ. ſec. (niſi quod *eventus*) Andr. Ald. Vaſcoſ. Steph. Gryph. Colin. Vidov. *fidem præſtare d. t. n. e. e. & eventus*; Locat. Baſil. apud Ciceronem in *Top. fidem præſtare* interpretantur pro *ſatisdare & fidejuſſores præbere*: hic tamen ſimpliciter accipiendum eſt pro *fideliter ſeſe gerere in alicujus rei adminiſtratione*; quomodo apud Ciceronem quoque optime acciperetur. TURNEB. Apud Cicer. V. ad fam. 11. *fidem, quam dederis, præſtabo*, eſt, ſervabo, quæ ipſi promiſeris: ut & apud Nep. Thraſyb. 3. *& id, quod pollicitus erat, præſtitit*: & in Oratione pro Cæcina cap. 2. *Profiterer ſatis idoneum me eſſe defenſorem, propterea quod fidem meam diligentiamque præſtarem*, eſt, probarem, exhiberem: & ita tutor *fidem præſtat* in *Topicis* cap. 10. *præſtare* vero *conſilium & eventum*, eſt in ſe recipere, ſi quid male eveniat ex conſilio: ita ad Attic. XVI. 7. *Etiam ſi te auctore, quid debet; qui conſilium dat, præſtare præter fidem?* & ita paſſim Juriſconſulti. BURMAN.

155. *Cui ſimile eſt, &c.*] Supple, τὸ controverſiæ genus. CAPPER.

156. *Male geſtæ procur.*] Quam *actionem* Rhetores *male geſtæ procurationis* appellant; πραγματικοὶ (verſantes in foro) *negotiorum geſtorum & mandati*. PITHOEUS.

157. *In foro.*] *Quæ in foro negotiorum geſtorum etiam, & mandati actio eſt*; Obrecht.

158. *Negotiorum geſtorum.*] *Actio eſt negotiorum geſtorum*, ut tradunt juriſconſulti, quando aliquis ultro, vel neceſ-

mandati *actio* eſt. Præter hæc finguntur in ſcholis & [159] *inſcripti* * *maleficii*; in quibus aut hoc quæritur, *an inſcriptum ſit*; aut hoc, *an maleficium ſit*; raro utrumque. [160] *Malæ geſtæ legationis* apud Græcos & [161] veris *cauſſis* frequens: ubi [162] juris loco quæri ſolet, *an omnino aliter agere, quam mandatum ſit, liceat: & quouſque ſit legatus*; [163] quoniam alii renuntiando ſunt, [164] ut in Heio, qui teſtimonium in Verrem dixerat poſt perlatam legationem. Plurimum tamen eſt in eo, [165] quale ſit factum. * [166] *Reipublicæ læſæ*: hinc moventur quidem mille juris cavillationes: *quid ſit rempub. lædere*; *& læſeritne, an profuerit*; *& ab ipſo, an propter*

ſitate quadam, abſentis negotia ſine mandato ſuſcipit. TURNEB.

159. *Scripti maleficii.*] *Scriptum maleficium* videtur appellare, carmen quoddam magicum in aliquem compoſitum: nam & *maleficas* appellamus *mulieres*, incantatrices: forte id accipi poſſit de *famoſis libellis*. Quidam interpretantur *ſcriptum maleficium*, turpem librum, quemadmodum aiunt Ovidium in exilium eſſe miſſum, quod laſcivos amorum libros ſcripſiſſet: ſed hæc interpretatio non placet. TURNEB. Immo hæ omnes Turnebiani Commentatoris & ceterorum interpretationes a re propoſita ſunt prorſus alienæ, & ſuos auctores in ſubjecta materia hoſpites ac peregrinos fuiſſe demonſtrant; certo enim certius eſt hic legendum eſſe: *inſcripti maleficii .... an inſcriptum ſit.* Nam Græci Rhetores ἄγραφα ἀδικήματα [*inſcripta maleficia*] vocant τὰ περὶ ὧν νόμος οὐ γέγραπται, ea de quibus nulla ſpecialis erat ſcripta lex, quorum tamen *actio* læſis perſonis dabatur, ut docent Heſychius & Suidas. Cyrus etiam Rhetor in Græc. Rhetorib. Aldin. edition. tom. 1. pag. 458. ἄγραφον ἀδίκημα memorat. Sic & Latini Rhetores *inſcripti maleficii* crebram mentionem faciunt. Auctor declamationum, quæ Quinctiliano adſcribuntur, in titulo declamat. 252. *accuſat pauper divitem* inſcripti maleficii. In declamationis ejuſdem *ſermone*, (id eſt, Magiſtri oratiuncula, qua Rhetorices auditoribus declamationis habitæ vel habendæ naturam & capita præcipua exponit; vel ſuam de habita & habenda declamatione ſententiam aperit:) *Pleraque controverſiæ ſub hac lege poſitæ duas quæſtiones habent*, an inſcriptum ſit quod objicitur, & an maleficium ſit: *non ſemper utramque*; *quoniam fere ubi de* inſcripto *conſtat, quæri ſolet de* maleficio: *ſi de* maleficio *convenit, in controverſiam venit*, an inſcriptum ſit. *Quæremus ergo*, an inſcriptum ſit, & an hujus maleficium ſit: qui locus Fabiano plane ſimilis eſt. In ipſa vero declamatione ſtatim ab initio: inſcripti maleficii *agitur, cum maximam partem defenſionis adverſarius in hoc ducat, ut* inſcriptum *eſſe* maleficium *neget*. Declamat. 344. inſcripti maleficii *ſit actio*... *agi: pauper cum divite* inſcripti maleficii [ſupple, *actione, judicio*, &c.] inſcriptum *eſſe id quod objicitur, non negatur.* Declamat. 370. inſcripti maleficii *ſit actio* .... inſcripti maleficii *reus eſt .... non eſt, inquit*, inſcriptum; *quia certa lege comprehenſum eſt.* In excerptis controverſ. Senecæ lib. v. controverſia prima hunc titulum habet: Inſcripti maleficii *ſit actio*, &c. hinc juris & Philologiæ conſultiſſimus Cujacius obſervation. lib. IX. cap. 13. ait *inſcripti maleficii* actionem in ſchola dici, quæ *Stellionatus* in foro dicatur. Eſt autem *Stellionatus* omne fraudis & doli genus, quod non habet propriam ex ulla lege *actionem*, & tamen vindicatur. CAPPER.

160. *Male geſtæ legationis.*] Græcis dicitur παραπρεσβεία, quo titulo exſtat Demoſthenis adverſus Æſchinem oratio. CAPPER.

161. *Veris cauſſis.*] Veris litibus, judiciis, *actionibus*, quæ in foro ſolent inſtitui; idque per *antitheſin* ad fictitias *cauſſas*, quæ in ſcholis agitari ſolebant, & *declamationes* vulgo dicebantur. CAPPER.

162. *Juris loco quæri ſolet.*] De horum verborum ſenſu lege, quæ paulo ſupra notavimus ad illa verba: *in quo judicio ſolet quæri.* CAPPER.

163. *Quoniam alii in renuntiando ſint.*] Mihi, ingenue fateor, non percipitur hic ſenſus: niſi fortaſſis *alii* legatur, ut intelligamus alios eſſe a legatis eos, qui referunt & renuntiant ſenatui aut populo ea, quæ in legatione geſſerunt; tunc enim non ſunt legati, ſed privati. REGIUS. Locus eſt ſumptus ex IV. in Verr. nam Heius a Mamertinis Romam miſſus legatus, ut Verrem laudaret, poſt laudationem dixit adverſus Verrem, publicis Mamertinorum operis ædificatam Verri navem. TURNEB. *quoniam alii in renuntiando.* V. C. Alm. Par. Vaſc. Stephan. forte legendum, *quoniam alii renuntiando fiunt*, id eſt, poſt renuntiationem non legati, ſed privati habentur; controverſia enim hic proponitur, quouſque legatus ſit: an donec modo pertulerit legationem; ut Heius, qui ex Sicilia miſſus, poſtquam pertulerat legationem, & Verrem laudaverat, deinde teſtimonium in Verrem dixit: an vero donec renuntiaverit; & ita quæritur, an Heius non prius debuerit in Siciliam redire, & renuntiare legationem iis, qui eum miſerant, & tunc redire Romam, ut in Verrem teſtimonium diceret; obſervanda enim differentia inter *perferre legationem*, id eſt, mandata exſequi apud eos, ad quos miſſus eſt legatus; & *renuntiare*, id eſt, referre ad eos, a quibus miſſus eſt: medio igitur tempore inter perlatam & renuntiatam legationem quæſtio eſt, an ſit adhuc legatus. Ita Sulpitius *legationem renuntiare non potuit*; mortuus enim in legatione; Cicer. Philip. IX. 1. Livius XXXV. 32. *Thoas primus in eo concilio renuntiavit legationem.* XXXIX. 33. *Q. Cæcilius, M. Bæbius, & T. Sempronius legationem renuntiaverunt.* lib XXXVIII. 18. *Precantibus legatis, ut domum renuntiarent, poteſtas facta.* Juſtin. XXIV. 5. *Renuntiata legatione riſere Galli. Perferre* vero *legationem*, ut *mandata, nuntium* & ſimilia dicitur: ſic & noſter lib. III. cap. 14. *mandamus, renuntiamus.* BURMAN.

164. *Ut in hoc.*] *Ut in eo*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. *ut is qui*; Gryph. Colin. Vidov. Steph. *& in Heio*; V. C. Alm. lege *ut in Heio*; ejus enim paſſim mentio in IV. Verrin. cap. 2. & v. paſſim; qui, cum legatus publice eſſet ad laudandum Verrem, privatim confugit ad judices. lib. IV. cap. 8.

165. *Quale ſit factum.*] In editione Variorum Lugduno-Batav. atque in ipſa Burmanniana peſſime legebatur: *Quale ſit factum Reipublicæ læſæ*, abſque ulla inter τὸ *factum* & τὸ *Reipublicæ* interpunctione: quæ tamen omnino neceſſaria eſt; ut vel inde conſtare poteſt, quod Fabius hoc loco multa controverſiarum genera *qualitatis* ad *ſtatum* pertinentia enumeret his verbis: *Sed alia quoque multa controverſiarum genera in* qualitatem *cadunt. Injuriarum .... de accuſatore conſtituendo .... tutelæ .... male geſtæ procurationis .... inſcripti maleficii .... male geſtæ legationis .... Reipublicæ læſæ .... ingrati .... injuſti repudii*, &c. igitur τὸ *Reipublicæ læſæ* conſtrui non debet cum τῷ *quale ſit factum*; ſed membri alterius eſt initium. Noſtra hæc annotatio eo magis neceſſaria videbatur, quod Gallicus interpres Gedoynus malam interpunctionem κατὰ πόδα ſecutus fuerat. Ceterum editiones Vaſcoſ. & Stephan. rectam interpunctionem exhibent. CAPPER.

166. *Reipublicæ læſæ.*] *Rempublicam lædere* dicebatur, qui aliquid committebat contra communem utilitatem; ut ille Corvus apud Senec. Suaſor. II. qui accuſatus fuit Reipublicæ læſæ, propter declamationem, cujus argumentum erat, *liberos non eſſe tollendos*: qui locus cum exercuerit interpretes, & corruptiſſimus ſit, hac occaſione excutiendus erit. Verba Senecæ ſunt: *Hic eſt Corvus, qui cum tentaret ſcholam Romæ ſummo illi, qui Judæos ſubegerat, declamavit controverſiam de ea, quæ apud matronas diſſerebat, liberos non eſſe tollendos, & ob hoc accuſatur Reipublicæ læſæ.* Verba illa, *qui cum tentaret ſcholam Romæ ſummo illi*, nullum ſenſum efficere manifeſtum eſt: recte autem hic de Herode agi vidit cl. Schultingius, qui pro *ſummo*, *Idumæo* repoſuit, ingenioſe admodum: ſed nihilominus locutio illa *tentare ſcholam alicui*, ineptam facit ſententiam. Quare legendum puto: *Hic eſt Corvus, qui, cum venditaret ſe olim Romæ Idumæo illi, qui Judæos ſubegerat, declamavit controverſiam de ea, quæ apud matronas diſſerebat, liberos non eſſe tollendos*, &c. *venditare ſe alicui* eleganter dictum, & Ciceroni, Nepoti, Juſtino, noſtro etiam, & aliis ſæpe uſitatum: ex *ſcholam* fecimus *ſe olim*, parva immutatione: hic ergo Corvus, ut gratiam Herodis, qui filios ſuos & infantes Bethlemiticos occiderat, captaret, fictam quamdam controverſiam declamavit de muliere, quæ apud matronas diſſerebat, & aliis perſuadere conata erat, non eſſe tollendos liberos; nam ipſe Corvus non apud matronas declamavit; ſed ſibi argumentum ſumſit, de muliere, quæ tam pernicioſa conabatur Reipublicæ matronis perſuadere: unde ejus ſtupor intelligitur; nam dum ſe venditaret Herodi, in legem Papiam Poppæam de maritandis ordinibus ire ſe non videbat: ergo accuſatur Reipublicæ læſæ. BURMAN.

ipſum læſa ſit? [167] in facto tamen [168] plurimum ineſt. [169] *Ingrati* quoque: in quo genere quæritur, *an* [170] *is, cum quo agitur, acceperit beneficium?* quod raro negandum eſt; ingratus eſt enim, qui negat: *an, quantum acceperit, reddiderit?* [171] *an protinus, qui non reddiderit, ingratus ſit? an potuerit reddere? an id, quod exigebatur, debuerit? quo animo ſit?* [172] Simpliciores illæ, [173] *injuſti repudii*: ſub qua lege controverſiæ illud proprium habent, quod [174] a parte accuſantis defenſio eſt, & defendentis accuſatio. [175] Præterea cum quis [176] rationem mortis [177] in Senatu reddit; ubi una quæſtio eſt juris, [178] *an is demum prohibendus ſit, qui mori vult, ut ſe legum actionibus ſubtrahat*; cætera *qualitatis*. Finguntur & teſtamenta, in quibus de ſola [179] quæratur voluntate; ut in controverſia, quam ſupra expoſui, in qua de parte patrimonii quarta, quam pater [180] digniſſimo ex filiis reliquerat, contendunt philoſophus, medicus, orator. [181] Quod item accidit, [182] ſi orbæ nuptias vindicant pares gradu, & ſi inter propinquos [183] de idoneo quæratur. Sed nec omnes mihi perſequi materias in animo eſt (fingi enim adhuc poſſunt;) nec communes ſunt earum quæſtiones, quia [184] poſitionibus mutantur. Hoc tantum admiror, [185] Flavium, cujus [186] apud me merito ſumma eſt auctoritas, cum artem ſcholæ tantum componeret, tam anguſte materiam *qualitatis* terminaſſe. [187] Quantitas quoque (ut dixi) etiamſi non ſemper, tamen [188] plerumque eidem ſubjacet, [189] ſeu modi eſt, [190] ſeu numeri. Sed modus aliquando conſtat æſtimatione facti, *quanta ſit culpa, quantumve beneficium*; aliquando jure, cum id in controverſiam venit, qua quis lege puniendus, vel honorandus ſit: [191] *Stuprator an decem millia dare debeat?* quæ pœna huic crimini conſtituta eſt: *an, quia ſtupratus ſe ſuſpendit, capite puniri, tanquam cauſſa mortis?* Quo in genere falluntur, qui ita dicunt, [192] tan-

167. *In facto.*] In facti genere, natura, qualitate: unde ad *ſtatum qualitatis* pertinet. Sic paulo ſupra: *plurimum eſt in eo, quale ſit factum.* CAPPER.

168. *Plurimum ineſt.*] *Eſt*; MSS. Alm. Voſſ. ſec Locat. Obrecht. male; nam τῷ *ineſſe* noſtrum ſæpe ſolere addere præpoſitionem *in*, vidimus ad lib. II. cap. 17.

169. *Ingrati.*] Ejus nempe, qui de ſe benemeritum contemnit. Hæc autem *actio* naſcitur ex ingrati delicto, & ad revocandas res donatas datur, quibus indignum ſe ipſe fecit is, qui acceperat. CAPPER.

170. *Is cum quo agitur.*] Is, cui lis intenditur, qui accuſatur, ὁ φεύγων, reus. CAPPER.

171. *An protinus, qui non reddiderit.*] *Qui reddiderit*; Steph. Roign. *cui non reddiderit*; Baſil. *qui non reddidit*; Ald. Obrecht.

172. *Simpliciores illæ.*] Subauditur, *controverſiæ*, vel *actiones.* CAPPER.

173. *Injuſti repudii.*] *Injuſti repudii eſt actio*, quando uxor virum in judicium vocat, aitque, ſe injuria repudiatam fuiſſe; atque ideo dotem repetit: cum igitur agit in maritum, tuetur probitatem ſuam: at maritus, cum oſtendit ſe juſte repudiaſſe, accuſat uxorem. TURNEB.

174. *A patre accuſantis.*] *A parte*, ſine ulla dubitatione legendum. REGIUS. *Aperte*; Voſſ. ſec. Pone ab uxore virum accuſari, quod is eam injuſte repudiarit: tunc uxor erit accuſans: & tamen ipſius uxoris erit defenſio. Nam ſe ipſa defendet, palamque facere conabitur nullam eſſe juſtam cauſſam, cur a viro fuerit repudiata. Contra maritus, qui hac in controverſia locum defendentis tenere videtur, ipſe tamen uxorem ultro accuſabit, & cauſſas afferet, cur eam jure ac merito repudiarit. CAPPER.

175. *Præterea cum.*] *Thema* hoc *declamatorium* eſt ductum a Maſſilienſium lege, apud quos venenum publice ſervabatur, quod haurire licebat ei, qui in Senatu rationem mortis ſuæ reddidiſſet. Vide Valer. lib. II. cap. 6. exempl. 7. TURNEB.

176. *Rationem mortis reddit.*] Quod Græci Rhetores dicunt ἑαυτὸν ἀποσφάξειν. Fortunatianus in Rhetorib. Pithœan. pag. 50. vertit, *reddere cauſſas voluntariæ mortis*; ipſe Quinctilianus lib. XI. cap. I. *jus mortis petere ab Senatu.* CAPPER.

177. *In ſenatum.*] *In ſenatu* legendum eſſe, ne admonendum quidem eſt: *reddit*, ut præſentis ſit temporis, mihi legendum videtur. REGIUS. *Reddidit*; Locat. Ald. *in ſenatum*; Andr. Ald.

178. *Se legum actionibus.*] *Se legum ſanctionibus ſubtrahat*; Voſſ. ſec. quod non eſt de nihilo.

179. *Quæratur voluntate.*] *Quæritur*; Ald.

180. *Digniſſimo ex filiis.*] *Civitati utiliſſimo ex filiis*; Colon. quod repetitum ex hac controverſia lib. VII. cap. I.

181. *Quod idem.*] *Item*, non *idem*, mihi legendum videtur. REGIUS. *Idem*; MSS Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Obrecht. *item*; Vaſcoſ. Steph. Lugduno-Batav.

182. *Si orbæ nuptias indicant.*] Hoc *thema declamatorium* eſt ductum ex lege Athenienſium, apud quos appellatur ἐπίκληρος virgo, quæ ſola hereditatem obtinet, cum ſit orba: jus autem erat ut cognati & propinqui ejus nuptias peterent. TURNEBUS. *Si orbæ nuptias vendicant*; Voſſ. ſecund.

183. *De idoneo quæratur.*] Supple, marito futuro τῆς ἐπικλήρου, heredis orbæ. CAPPER.

184. *Poſitionibus.*] *Hypotheſibus* variis, & circumſtantiis adjunctis. CAPPER.

185. *Flavium.*] Quiſnam is fuerit Flavius, qui tam anguſte *qualitatis* materiam terminavit, non memini me legiſſe. REGIUS. Vide lib. II. cap. 14.

186. *Apud me.*] *Apud me* deerat in Voſſ. ſec.

187. *Quantitas quoque.*] Nonnulli Rhetores *quantitatem* a *qualitate* ſeparant, Fab. cum *qualitate* conjungit: quod tamen ita eſt accipiendum, ut in *quantitate* nonnunquam de *conjectura* quæratur, etſi ſæpius ad *qualitatem* eſt referenda. TURNEB.

188. *Plerumque recte tamen eidem ſubjacet.*] *Plerumque* iterato poſitum, ac illud *recte* adverbium mihi videtur eradendum (redundat enim, ac nihil ſenſum adjuvat) hoc modo: *Quantitas quoque (ut dixi) plerumque, etiamſi non ſemper, tamen eidem ſubjacet.* REGIUS. *Plerumque* repetunt Voſſ. ſec. Locat. Ald. Gryph. Steph. Colin. Obrecht. ſed quidam conjiciunt in parentheſin (*ut dixi plerumque*;) quidam disjungunt (*ut dixi*) *plerumque. Quantitas quoque* (*ut frequenter dixi*) *etiamſi non ſemper, tamen plerumque*; Baſil. *recte*, habent Locat. Ald. *recte tamen ſubjacet*; Voſſ. ſec. *Eidem ſubjacet.*] Hoc eſt, ſubjicitur *ſtatui qualitatis*, ut generi ſpecies. CAPPER.

189. *Seu modi eſt.*] *Seu modus eſt, ſeu numerus*; Voſſ. ſec. *modum* autem Fabius vocat eam ſpeciem quantitatis, quæ in ſcholis *continua* dicitur, vel ſimpliciter magnitudo: eodem ſenſu Horatius *modum agri* dixit 2. ſerm. Sat. 6. CAPPER.

190. *Seu numeri.*] Quantitatem *diſcretam* in ſcholis appellant. CAPPER.

191. *Stuprator an decem, &c.*] Phraſis hæc eſt Latinis peculiaris, in qua ſubintelligere debemus *aſſium*, vel *æris*: hæc autem ſumma efficit centum *coronatos.* TURNEB. *An* abeſt a MS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. *decem millia an dare*; Voſſ. ſec. *an ſtuprator*; Baſil.

192. *Tanquam inter duas leges quæratur.*] Utra utri prævalere debeat, utra potius utendum ſit adverſus reum: quæ quidem quæſtio eſſet una *legalium ſtatuum* ſpecies, cui nomen ἀντινομία, [*leges contrariæ*] de qua infra cap. 7. nam, ut docet ibi Fabius, leges *colliduntur & confligunt*, *aut pares inter ſe, aut diverſæ, aut ſimiles, aut dubiæ*, hoc

quam inter duas leges quæratur. [193] Nam de decem millibus nulla controverſia eſt; quæ [194] nec petuntur. Judicium redditur, *an reus cauſſa ſit mortis?* [195] In *conjecturam* quoque eadem ſpecies cadit: quum, *perpetuo, an quinquennali ſit exilio multandus*, in controverſiam venerit: *num prudens cædem commiſerit*, quæritur. [196] Illa quoque, quæ ex numero ducitur, pendet ex jure: *an* [197] *Thraſybulo triginta præmia debeantur*: &, cum duo fures pecuniam abſtulerunt, [198] *ſeparatim quadruplum quiſque, an duplum debeat?* [199] Sed hîc factum quoque æſtimatur, & tamen jus ipſum pendet ex *qualitate.*

eſt, quæ duas habent partes & duo capita: *neque vero eſt unquam lex legi contraria jure ipſo; quia, ſi diverſum jus eſſet, alterum altero abrogaretur*: ſed leges diverſæ & in ſpeciem contrariæ *caſu tantum & eventu colliduntur.* CAPPER.

193. *Nam de decem millibus.*] *Nam in decem;* Voſſ. ſecund. Obrecht.

194. *Nec petuntur.*] *Non petuntur;* Obrecht.

195. *In conjecturam eadem ſpecies cadit.*] Id eſt, in *ſtatum conjecturalem*, ſive facti quæſtionem, cadit eadem ſpecies *quantitatis*, quam *τοῦ πόσου* Fabius vocat. Cum enim in controverſiam venerit utrum aliquis reus perpetuo, an quinquennali ſit exilio multandus; tum quæritur num is cædem prudens, ſciens, & de induſtria commiſerit: quæ poſterior quæſtio ad *ſtatum* conjecturalem, ſive ad quæſtionem de facto utique pertinet. CAPPER.

196. *Illa quoque, &c.*] Illa ſpecies quantitatis, quam vulgo *diſcretam* appellamus. CAPPER.

197. *Thraſybulo.*] Qui ſuſtulit triginta tyrannos, qui a Lacedæmoniis urbi Athenarum impoſiti fuerant: pendet autem controverſia ex lege, quæ tyrannicidæ præmium decernit. TURNEB.

198. *Separatim quadruplum.*] Ex jure civili fur manifeſtarius quadruplum ſolvere debet, non manifeſtarius dumtaxat duplum. Si duo igitur, cum furarentur pecuniam, deprehenſi ſunt, quæſtio eſt, *an uterque quadruplum ſolvere debeat.* TURNEB.

199. *Sed hic factum.*] *Sed factum;* Voſſ. ſec.

CAPUT V.

De actionis quæſtione.

VI. QUI neque [1] feciſſe ſe negabit, [2] neque aliud eſſe, quod fecerit, dicet, [3] neque factum defendet, neceſſe eſt, [4] in ſuo jure conſiſtat: in quo plerumque *actionis* eſt quæſtio, quæ non ſemper eadem eſt, ut quidam putaverunt. Nam & [5] judicium antecedit; qualia ſunt [6] præturæ curioſa conſilia, cum de jure accuſatoris ambigitur; & in ipſis frequentiſſime judiciis verſatur. [7] Eſt enim duplex ejus diſceptationis conditio, quod aut [8] *intentio* aut [9] *præſcriptio* habet controverſiam. [10] Ac fuerunt, [11] qui *præſcriptionis ſtatum* facerent, tanquam

Non eſt ſibi contrarius Fabius; quanquam enim lib. III. *tranſlationis ſtatum* ſuſtulit, quem nunc inducere videtur, quaſi immemor ſui; non tamen inducit ut *ſtatum* principalem, ſed ut quæſtionem quamdam & *ſtatum* minorem. Ejus duplex eſt conditio; nam aut *tranſlatio* fit ante conſtitutum judicium; ut, *ſi mecum litem conteſtari velis, dicamque te non habere jus in me agendi;* nonnunquam vero non ante ipſum judicium, ſed in ipſo judicio verſatur, ut in oratione pro Cluentio. TURNEB.

1. *Feciſſe ſe negavit.*] *Negabit*, ne diſſimilia copulentur tempora, mihi legendum videtur. Qui vero hoc caput inſcripſerunt *de qualitate judiciali*, in manifeſtum lapſi ſunt errorem; cum de *actionis* quæſtione, quæ ab aliis *tranſlatio* quoque appellatur, hoc loco tractet Quinctilianus. REGIUS. *Negabit.*] Per *ſtatum conjecturalem*, qui alias *infitialis* dicitur, & vulgo facti quæſtio. CAPPER.

2. *Neque aliud eſſe dicet.*] Per *ſtatum* quæſtionis *definitivum.* CAPPER.

3. *Neque factum defendet.*] Per *ſtatum qualitatis* [vulgo juris quæſtionem] & præſertim *abſolutum.* CAPPER.

4. *In ſuo jure.*] Jure videlicet excludendæ *actionis*, quæ ſibi intenditur: hoc autem *ſtatus*, vel quæſtionis genus apud Rhetoras *tranſlatio* quidem ſæpius, & interdum *præſcriptio*; hic autem *actionis* quæſtio appellatur. CAPPER.

5. *Judicium antecedit.*] Aliquid verborum ſenſus integritati deeſſe videtur. Adſcribendas autem has particulas puto, *nam &*, ut bimembris ſit diviſio hoc modo: *nam & judicium antecedit, & in ipſis fr. judiciis verſatur.* Interdum namque *actionis* quæſtio præcedit judicium, cum quæritur utrum quis agere poſſit; hoc enim ante determinat prætor, quam judicium inſtituatur: interdum in ipſis verſatur, hoc eſt, una cum principali *cauſſa* tractatur. REGIUS. *Nam &* abeſt a Voſſ. ſec. Locat.

6. *Præturæ curioſa conſilia.*] Judicia hic diſtinguuntur a Præturæ conſiliis. Nam Prætor ipſe proprie loquendo judex non erat; ſed conſtituta demum *actione* & litis formula dabat judices, qui de controverſa re cognoſcerent, & ſententiam ferrent, qua lata rem judicatam executioni demandari jubebat: ergo judicia ſunt actus judicum a Prætore datorum: ſed Præturæ conſilia ſunt Prætoris actus, quibus definit utrum intendendæ *actioni* ſit locus, necne, qua ſpecie *actionis* & formula ſit utendum, quibus judicibus, quo tempore, quo loco, quo modo ſit de re controverſa cognoſcendum & judicandum. Porro hujuſmodi conſilia Fabius *curioſa* vocat, hoc eſt, moleſta, negotiis plena, & fere plus æquo accurata, exactiora, &c. CAPPER.

7. *Eſt enim duplex.*] Alciatus juriſconſultus hunc locum ſic interpretatur; *Exceptio* eſt *intentionis*, quando aliquid opponitur transferendo, quod directo *intentioni* repugnat: eſt autem *præſcriptio*, cum non recte perimitur *intentio*, ſed aliquo caſu limitatur & reſtringitur. TURNEBUS.

8. *Intentio.*] Supple, litis; & ea ſe tenet ex parte actoris, ſeu petitoris. CAPPER.

9. *Præſcriptio.*] Id eſt, exceptio, qua reus actoris *intentionem* indirecte repellit. Ea igitur ſe tenet ex parte τοῦ rei. CAPPER.

10. *Ac fuerunt.*] Vel ex hoc liquet, Fabio non eſſe ſtatum *tranſlationem*, ſed dumtaxat quæſtionem quamdam: itaque in *præſcriptione* reperiuntur omnes *ſtatus legales.* Vide Fab. lib. III. cap. 6. *An non præſcriptiones, &c.* TURNEB.

11. *Qui præſcriptionis ſtatum.*] Ut aut de nomine, aut ſcripto & ſententia, vel ratiocinatione quæratur, deinde *ſtatus* ex quæſtione oriatur. PITHOEUS. Quæ profert hic Pithœus, ipſa ipſius Fabii verba ſunt, quæ lib. III. cap. 6. leguntur. CAPPER.

ea non iiſdem omnibus, quibus cæteræ leges, [12] quæſtionibus [13] contineretur. [14] Cum ex *præſcriptione* lis pendet, [15] de ipſa re quæri non eſt neceſſe. [16] Ignominioſo patri filius [17] præſcribit: de eo ſolo judicatio eſt, [18] *an liceat*. Quoties tamen poterimus, efficiendum eſt, [19] ut de re quoque [20] bene ſentiat. Sic enim juri noſtro libentius indulgebit; [21] ut in ſponſionibus, quæ ex *interdictis* fiunt, etiamſi non proprietatis eſt quæſtio, ſed tantum poſſeſſionis; tamen, non ſolum poſſediſſe nos, ſed etiam noſtrum poſſediſſe, docere oportebit. Sed frequentius etiam quæritur de *intentione*. [22] *Vir fortis optet*, [23] *quod volet*: nego illi dandum, quidquid optaverit: [24] non habeo *præſcriptionem*; ſed tamen [25] *voluntate* contra verba, *præſcriptionis* modo, utor. [26] In utroque autem genere [27] *ſtatus* [28] idem fit. [29] Porro lex omnis [30] aut tribuit, aut adimit, aut punit, aut jubet, aut vetat, aut permittit. [31] Litem habet, [32] aut propter ſe ipſam, [33] aut propter alteram. Quæſtio eſt aut [34] in *ſcripto*, aut [35] in *voluntate*. In *ſcripto*, aut apertum eſt, aut obſcurum, aut [36] ambiguum. Quod de legibus dico, idem accipi volo de teſtamentis, pactis, [37] ſtipulationibus, [38] omni

12. *Quæſtionibus.*] Nam ex novo Quinctiliani ſyſtemate de *ſtatibus*, quod ad lib. III. cap. 6. expoſuimus, *οἱ ſtatus legales* quæſtionum potius nomine, quam τῷ τοῦ *ſtatus*, appellandi ſunt. CAPPER.

13. *Continerentur.*] *Contineretur* legendum, ut ad *præſcriptionem* referatur. REGIUS.

14. *Cum ex præſcriptione.*] In *præſcriptione*, cum ex circumſtantia & aliquo caſu fiat *intentionis* eluſio; ſi voles, *de intentione*, quæ principalem continet *cauſſam*, nihil dices; ſed dumtaxat de circumſtantia, quæ *tranſlationem* continet; ut ſi ignominioſus pater vellet te abdicare, ejus *actionem* ſubmoveres, quia ignominioſus eſſet; de ſola, ſi velles, ignominia diceres, non de abdicatione. TURNEB.

15. *De ipſa requiri non eſt neceſſe.*] Male percipitur hic ſenſus, ut qui ſit depravatus. Quo namque modo de *præſcriptione* non quæritur, ſi de ipſa *præſcriptione* lis pendet? ita namque oppoſitis frontibus ſibi ipſi repugnaret hoc loco Fabius: ſic vero corrigi poſſe puto, ſi *quæri* legatur, & *re* ab ipſo verbo ſeparetur hoc modo: *de ipſa re quæri non eſt neceſſe*: ſic autem eſſe legendum aperte exemplum, quod ſubjicitur, oſtendit; ſi enim filius ignominioſo patri præſcribit, quod ipſi agere non liceat, nihil neceſſe eſt quærere de crimine, quod pater in filium intendit; ſed de hoc ſolo judicatio eſt, an ignominioſo agere liceat. REGIUS.

16. *Ignominioſo filius præſcribit, de eo loco judicatio.*] Non nihil mihi verborum ad hujus perfectionem ſenſus deſideratur. Et *patri* quidem puto adſcribendum, pro *loco* autem *ſolo* legendum hoc modo: *ignominioſo patri filius præſcribit, de eo ſolo judicatio eſt.* Quod ſi cui fortaſſe nimis audax videor, is nihil aut mutando, aut adjiciendo, ſenſum Fabii acumini convenientem eliciat. REGIUS. *Patri* abeſt a MSS. Alm. Voſſ. ſec. Vallæ lib. Locat. neque admodum neceſſaria vox eſt, cum ex filio intelligatur pater: *loco* etiam MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat.

17. *Præſcribit.*] Id eſt, utitur *præſcriptione*, ſeu exceptione legibus inducta, qua patris *intentionem*, ſive intentatam ſibi a patre litem & *actionem* repellit. CAPPER.

18. *An liceat.*] Plena locutio exſtat lib. III. cap. 6. his concepta verbis: *Non recte agis, ignominioſus: quæritur ... an agere ignominioſo liceat .... non habes jus abdicandi, quia ignominioſo non eſt actio, &c.* igitur horum verborum, *an liceat* ſenſus eſt: *an ignominioſo patri liceat in filium agere, ipſumque abdicare.* Fabii mentem aſſecutus non eſt Gallicus interpres Gedoynus, qui vertit: *eſt-il vray que ce pere ſoit notté d'infamie?* quaſi Latine ſcriptum fuiſſet: *an hic pater ſit revera ignominioſus?* CAPPER.

19. *Ut de reo quoque bene ſentiat.*] Ex ſuperiorum corruptione hic ſenſus eſt depravatus. Facile autem corrigitur, ſi *re* legatur. REGIUS. *De re;* Voſſ. ſec. Locat.

20. *Bene ſentiat.*] Judex, ad quem Prætor litigantes mittit. CAPPER.

21. *Ut in ſponſionibus.*] Sic quidem legitur; ſed pro *ſponſionibus*, forte *poſſeſſionibus* eſt legendum; frequentiſſime enim *præſcriptiones* circa poſſeſſiones longi temporis verſantur. REGIUS. *Interdicta prætoria* ſæpenumero fiunt de poſſeſſionibus, ut docet Juſtinianus: igitur, ſi quis abs te petat fundum, utariſque *præſcriptione*, dicens non poſſe in te *actionem* hoc nomine inſtitui, quod diu fundum poſſederis; optimum tamen erit, ut etiam te *proprietarium* oſtendas, nec ſolum te poſſeſſionis jure tuearis. TURNEB. *Poſſeſſionibus;* Ald. Sich. Baſil. Vaſc. Steph. ſed in horum duorum marg. *ſponſionibus*.

22. *Vir fortis.*] Ὁ ἀριστεύσας, qui rem præclare geſſit in bello, &c. CAPPER.

23. *Quid volet.*] *Quidquid*, vel certe *quod volet*, legendum. REGIUS. *Quid;* Locat. *quæ;* Vallæ lib. MSS. Alm. Voſſ. ſec. Ald. Baſil. *quidquid;* Steph. Gryph. Colin. Vidov. *quod;* Obr.

24. *Non habeo præſcriptionem.*] *Formalem* intellige, quæ in lege conceptis verbis exprimatur. CAPPER.

25. *Voluntate contra verba .... utor.*] Τῇ διανοίᾳ κατὰ τοῦ ῥητοῦ, hoc eſt, voluntate & mente legiſlatoris utor contra ipſa legis verba, contra legis literam: quo ſenſu dixit B. Paulus 2. Corinth. 3. v. 6. *Litera occidit, ſpiritus autem vivificat.* CAPPER.

26. *In utroque autem genere.*] Ex hoc quoque loco apparet, non in *tranſlatione* eſſe *ſtatum*, ſed *ſtatum* exoriri ex cauſſis *tranſlationis*. Itaque in eam *tranſlationem*, quæ *intentionis* oppugnatione conſtat, cadunt quatuor *ſtatus legales*, ut in *præſcriptionem*. TURNEB. Dixit autem Fabius *in utroque genere*; id eſt, ſive ipſa *intentio*, ſive *præſcriptio* controverſiam habeat. CAPPER.

27. *Status.*] Videlicet *tranſlationis*, quem hic Fabius vocat *actionis* quæſtionem. CAPPER.

28. *Idem fit.*] Rectius in quibuſdam exemplaribus *fit* legitur. REGIUS.

29. *Porro lex omnis.*] Hæc præcepta præparationem habent quamdam ad *ſtatus legales*: pertinent tamen quadamtenus ad *actionis* quæſtionem, quoniam ea a jure ducitur. TURNEB.

30. *Aut tribuit, aut adimit.*] Lege juris civilis Pandectas, lib. 1. tit. 3. §. 7. ex Modeſtino, & Ciceron. 2. *de Invent.* 143 CAPPER.

31. *Litem habet.*] Lex habet litem, controverſiam movet, movendæ controverſiæ, ſeu liti præbet occaſionem. CAPPER.

32. *Aut propter ſeipſam, aut propter alteram quæſtionem.*] Ita quidem legitur, ſed mendoſe, ut mihi videtur; non enim *quæſtionem*, ſed *quæſtio eſt*, contenderim eſſe legendum, ita ut ſenſus ſit initium. Nam lex, aut propter ſe ipſam, aut propter alteram legem, habet litem, id quod in contrariis accidit legibus: quæſtio autem in *legitimis* controverſiis, aut eſt in ſcripto, aut in voluntate. REGIUS. *Propter alteram quæſtionem;* MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. Sich. Baſil.

33. *Propter alteram.*] Legem diverſam aut contrariam, qui ſecundus eſt *legalium ſtatuum*, & ἀντινομία dicitur. Vide infra ad cap. 7. CAPPER.

34. *In ſcripto.*] Τῷ ῥητῷ, legis litera, ſeu conceptis verbis CAPPER.

35. *In voluntate.*] Τῇ διανοίᾳ, de legiſlatoris mente, conſilio, &, ut vulgo aiunt, *intentione;* unde primus & tertius emergunt *ſtatus legales*, de quibus cap. 6. & 8. CAPPER.

36. *Ambiguum.*] Qui quartus eſt *legalis ſtatus*, & ἀμφιβολίας nomine appellatur. Vide infra ad cap. 9. CAPPER.

37. *Stipulationibus.*] Stipulatio, inquit Pomponius Juriſconſultus, eſt verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum facturumve ſe, quod interrogatus eſt, reſponderit: eſt autem firmiſſimum adſtringendæ obligationis vinculum a jure civili inventum; & a ſimplici differt promiſſione, quæ neque ejus, cui promittitur, interrogationem, neque promittentis ipſius reſponſionem exigit. CAPPER.

38. *Omni denique ſcripto; idem de voce.*] Hanc in rem vide quæ ad cap. 5. lib. III. ex luculentis Syriani, So-

denique ſcripto; idem de voce. Et [39] quoniam quatuor hujus generis [40] quæſtiones vel *ſtatus* facimus, ſingulos percurram.

patri, & Marcellini (qui Græca in Hermogenis Rhetoricam Scholia ſcripſere) teſtimoniis annotavi. Cæterum hic *τὸ de voce* ſignificat verba ore prolata, nec ſcripto mandata. CAPP.

39. *Quoniam quatuor.*] Videlicet 1°. περὶ ῥητοῦ καὶ διανοίας, de ſcripto & voluntate; 2°. ἀντινομίας, de contrariis legibus; 3°. συλλογισμοῦ, ratiocinationis [cum verba legis ad caſus lege non expreſſos ratiocinando extendimus;] 4°. ἀμφιβολίας, ambiguitatis: qui *ſtatus legales* non obſcure ſignificantur in Digeſt. lib. 1. tit. 3. adeo ut §. 12. exhibeatur συλλογισμός; 15. ἀντινομία; 17. & 18. ῥητὸν καὶ διάνοια; 19. ἀμφιβολία. CAPP.

40. *Quæſtiones vel* ſtatus.] Nam legales hujuſmodi controverſias, alii quæſtionum, ut Fabius; alii *ſtatuum* nomine appellarunt. CAPP.

CAPUT VI.

De ſtatu ex ſcripto & voluntate.

VII. SCRIPTI *& voluntatis* frequentiſſima [1] inter conſultos quæſtio eſt, & pars magna [2] controverſiæ juris hinc pendet: quo minus id in ſcholis accidere mirum eſt, ubi etiam ex induſtria fingitur. Ejus genus unum eſt, in quo & de *ſcripto* & *de voluntate* quæritur. [3] Id tum accidit, cum eſt in lege aliqua obſcuritas, [4] & in ea aut uterque ſuam interpretationem confirmat, aut adverſarii ſubvertit; ut hîc: *Fur [5] quadruplum ſolvat: duo ſurripuerunt pariter decem millia, petuntur ab utroque quadragena: illi poſtulant, ut vicena conferant.* [6] Nam & Actor dicit, hoc eſſe quadruplum, quod petat: & Rei hoc, quod offerant. Voluntas quoque utrimque defenditur; [7] aut cum [8] de altero intellectu certum eſt, de altero dubium: *Ex meretrice natus ne concionetur: quæ filium habebat, proſtare cœpit. Prohibetur adoleſcens concione.* Nam de ejus filio, quæ ante partum meretrix fuit, certum eſt: an eadem hujus cauſſa ſit, dubium eſt; [9] quia ex hac natus, & hæc meretrix eſt. [10] Solet & illud quæri, quo referatur, quod ſcriptum eſt: *Bis de eadem re ne ſit actio*, id eſt, [11] hoc *bis* ad actorem, [12] an ad *actionem.* Hæc eſt jure obſcuro. Alterum genus eſt ex manifeſto: quod [13] qui ſolum viderunt, [14] hunc *ſtatum plani & voluntatis* appellaverunt. In hoc altera pars *ſcripto* nititur, altera *voluntate.* Sed contra *ſcriptum*

1. *Inter conſultos.*] *Juris* genitivus, vel *jure* ablativus videtur adſcribendus, ut legamus *juriſconſultos.* REGIUS. Sed & *conſultum* dixit Ovidius lib. 1. Amor. XIII. 19. & 1. Art. 83. & alii.

2. *Controverſiæ juris.*] *Controverſi juris*; V. C. Alm.

3. *Id accidit.*] *Id tum accidit;* MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Par. Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht.

4. *Et in ea.*] *Et* abeſt a MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. mox *& adverſarii;* Voſſ. ſec.

5. *Quadruplum.*] Hæc lex corrupta eſt, aut, quæ inferuntur, depravata ſunt judicanda. Neque enim vicena millia recte computanti decem millium quadruplum unquam videbuntur. Quare non *quadruplum*, ſed *duplum* mihi legendum eſſe videtur; ſic enim & quadragena Actor recte petet, cum ſingulos vicena ſolvere debere ex lege ſentiat, & Rei vicena decem millium, quæ ſurripuerunt, duplum eſſe contendunt: de fure autem non manifeſto, qui duplum dumtaxat ſolvere cogebatur, hæc lex lata eſſe videtur. Fures enim manifeſti quadruplum reddebant. REGIUS. Nihil mutandum eſſe patet & ex ſequentibus, & ex fine capitis IV. nam actor ab utroque quadruplum petebat, quod iniquum eſſe fures contenderunt; quia ita octaplum haberet, ſed ſinguli volebant conferre duplum; ut ita exiret quadruplum, quod lex volebat; non enim ſinguli decem millia, ſed *pariter* ſurripuerant; & hoc conſtitutum eſt lib. 1. C. de condict. furtiv. ſed hoc in condictione obtinet, ubi ſinguli quidem in ſolidum tenentur: ſed ſi unus ſatisfaciat, alter liberatur: ergo ſi uterque duplum conferat, ſatisfactum eſt domino rei furtivæ; ſed legi, quæ pœnam furi ſtatuit, nequaquam; quia uterque pœna furti æque tenetur: recte quoque Aſcenſius improbavit Regii correctionem. BURMAN.

6. *Nam & actor.*] Hæc uſque ad *voluntas* deerant in Voſſ. ſec.

7. *Aut cum de.*] Hoc genus diſcrepat ab altero, quod illic uterque intellectus in dubium revocabatur: hic alter eſt confeſſus, alter autem vocatur in dubium, & controverſiam efficit. TURNEB.

8. *De altero intellectu.*] Id eſt, de uno ſenſu legis, quæ controverſiæ locum dedit. CAPP.

9. *Quia ex hac natus, & hæc meretrix eſt.*] Hæc ratio quidem aperte falſa eſt, aliquidque verborum in ea deſideratur: forſitan autem hæc ſunt adſcribenda, *antequam eſſet*, illo verbo *eſt* eraſo, hoc modo: *quia ex hac natus, antequam meretrix eſſet.* REGIUS. *Antequam meretrix eſſet;* Ald. & marg. Baſil. Sed nihil mutandum; nam eſt exemplum alterius intellectus, de quo dubium erat: de eo, qui natus ex meretrice, quæ ante partum quæſtum fecerat, certum eſt: de alio, qui etiam natus ex meretrice, ſed quæ poſtea proſtare cœperat, dubium, an lex ad hanc ſpeciem ſit extendenda.

10. *Solet & illud.*] Hinc dubitatio oritur, quia duplex eſſe poteſt ſenſus; aut enim ſignificatur eumdem bis in aliquem eſſe non poſſe * actorem; aut bis in eumdem actionem non eſſe iterandam. TURNEB.

11. *Hoc bis ad actorem.*] Hoc ſenſu: idem actor non bis in eumdem agat, non bis litem intendat eidem eadem de re. CAPP.

12. *An ad actionem.* Hoc ſenſu: eadem *actio* non bis eidem intendatur eadem de re, neque ab eodem actore, neque a diverſis actoribus. CAPP.

13. *Qui ſolum viderunt.*] *Quod* relativum hic ſenſus exigere videtur, ut legatur hoc modo: *Quod qui ſolum viderunt.* REGIUS. *Qui ſolum;* Voſſ. ſec. Locat.

14. *Hunc ſtatum plani.*] Id eſt, τοῦ plane, diſerte, manifeſte, expreſſe (vulgo, *terminis formalibus*) in lege aliove quopiam inſtrumento ſcripti; ubi notabit ſtudioſus lector & peculiarem τοῦ *plani* ſignificatum, & ſpeciale nomen τοῦ *ſtatus* illius, quem Græci περὶ ῥητοῦ καὶ διανοίας, Latini *de ſcripto & voluntate* ſolent appellare. CAPP.

tribus

tribus generibus occurritur. Unum eſt, in quo id ſervari ſemper non poſſe, [15] ex ipſo patet: *Liberi parentes alant, aut vinciantur.* Non enim alligabitur infans. [16] Hinc erit ad alia tranſitus, & diviſio: [17] *num quiſquis non aluerit? num hic?* [18] Propter hoc proponunt quidam tale genus controverſiarum, in quo nullum argumentum eſt, quod ex lege ipſa peti poſſit; ſed de eo tantum, de quo lis eſt, quærendum ſit. *Peregrinus, ſi murum aſcenderit, capite puniatur. Cum hoſtes murum aſcendiſſent, peregrinus* [19] *eos depulit: petitur ad ſupplicium.* Non erunt hîc ſeparatæ quæſtiones, [20] *an quiſquis? an hic?* quia nullum poteſt afferri argumentum contra *ſcriptum* vehementius eo, quod in lite eſt; ſed hoc tantum, [21] *an ne ſervandæ quidem civitatis cauſſa.* [22] Ergo & æquitate, & [23] *voluntate* pugnandum. [24] Fieri tamen poteſt, ut ex aliis legibus exempla ducamus, per quæ appareat, ſemper ſtari *ſcripto* non poſſe; ut Cicero pro Cæcina fecit. Tertium, cum in ipſis verbis legis reperimus aliquid, per quod probemus, aliud legumlatorem voluiſſe; ut in hac controverſia: *Qui nocte cum ferro* [25] *deprehenſus fuerit, alligetur: cum annulo ferreo inventum magiſtratus alligavit.* Hic quia eſt verbum in lege *deprehenſus*, ſatis etiam ſignificatum videtur, non contineri lege, niſi noxium ferrum. [26] Sed ut qui *voluntate* nitetur, *ſcriptum*, quoties poterit, infirmare debebit; [27] ita qui *ſcriptum* tuebitur, adjuvare ſe etiam *voluntate* tentabit. In teſtamentis & illa accidunt, ut voluntas manifeſta ſit, [28] ſcriptum nihil ſit; ut in [29] judicio Curiano, in quo nota L. Craſſi & Scævolæ fuit contentio. [30] *Subſtitutus heres erat, ſi poſtumus* [31] *ante tutelæ ſuæ annos deceſſiſſet.* [32] *Non eſt natus: propinqui bona ſibi vendicabant.* Quis dubitaret, quin ea voluntas fuiſſet teſtantis, [33] ut is non nato filio heres eſſet, [34] qui mortuo? [35] ſed hoc non ſcripſerat. [36] Id quoque, quod huic contrarium eſt, accidit nuper; ut eſſet ſcriptum quod appareret [37] ſcriptorem noluiſſe: *Qui* [38] *ſeſtertiûm numûm quinque millia legaverat, cum emendaret teſtamentum, ſublatis ſeſtertiis numis,* [39] *argenti pondo poſuit, quinque millia* [40] *remanſerunt.* [41] Apparuit tamen [42] quinque pondo dari voluiſſe, [43] quia ille in argento legato modus

15. *Ex ipſo patet ſemper.*] Huic quidem ſenſui nihil deeſt, quod ſit neceſſarium; ſed *ſemper* e ſuo loco in alienum videtur eſſe tranſlatum; ſic namque opinor ponendum; *unum eſt, in quo id ſervari ſemper non poſſe ex ipſo patet.* REGIUS. Poſtponit Locat. *unum eſt in quo ipſo patet ſervari ſemper non poſſe;* V. C. Alm.

16. *Hinc erit ad alia, &c.*] Docet rationem diſpoſitionis in hac quæſtione: quam tamen celeriter percurrit, quoniam de ea fuſius eſt locutus primo cap. lib. VII. eſtque illic generalia præcepta complexus. TURNEB. *Hic erit;* Voſſ. ſec.

17. *Nam quiſquis non aluerit, non hic.*] *Num*, loco illarum *nam* ac *non* particularum, legendum eſſe, ex ipſo facile percipitur ſenſu, ut ſit diviſio: *num quiſquis non aluerit? num hic? de quo agitur,* ſubintelligamus. REGIUS. *Non hic;* Locat. *an quiſquis non aluerit, an hic;* Ald. *nam quiſquis;* Voſſ. ſec.

18. *Propter hoc.*] In ſuperiore exemplo ab ipſa lege & extrinſecus duci poterant quæſtiones generales, ut, *non quiſquis aluerit:* in hac autem controverſia quæſtio generalis a lege duci non poteſt, quia lex ipſa ſatis circumſcribit rem. TURNEB. *Num hic; propter hoc? Proponunt quidam;* Obrecht. *num propter*, omiſſo τῷ *proponunt*; Vallæ liber & marg. Vidov. *num hic propter hoc quidam*; V. C. Alm.

19. *Eos depulit.*] *Eo depulit;* Voſſ. ſec.

20. *An quiſque, an hic.*] *Quiſquis*, non *quiſque*, ut legatur, ſenſus expoſcit. REGIUS. *Quiſque;* Locat. Ald.

21. *An ne ſervandæ quidem.*] An non liceat cuiquam murum aſcendere, &c. CAPPER.

22. *Ergo & æquitate.*] *Ergo & ſi quid eſt ex voluntate p.* Voſſ. ſec. *Æquitate.*] Τῇ ἐπιεικείᾳ, quæ benigna eſt & commoda legis interpretatio, ſive ſummi ſtrictique juris remiſſio. CAPPER.

23. *Voluntate.*] Mente, conſilio, propoſito; ſive, ut vulgo aiunt, *intentione* legis, aut potius legiſlatoris. CAPPER.

24. *Fieri tamen poteſt.*] Locus eſt hic frequentiſſimus adverſus *ſcriptum*, ut exemplis fictis doceamus, *ſcripto* ſtari non poſſe: ſed illa exempla, vel a lege ducentur, de qua controverſia eſt, vel ab aliis extrinſecus legibus: in hac autem controverſia ab aliis legibus, non ab ipſa lege, ut diximus. TURNEB.

25. *Deprehenſus.*] Hinc aperte colligitur, *deprehendi* de vetitis proprie dici. REGIUS. Verbum *deprehendi* apud Latinos in malam ſemper partem accipitur, cum quis ſcilicet in ſcelere, aut facinore deprehenditur; inde igitur colligitur ſententia legiſlatoris. TURNEB.

26. *Sed & ut qui voluntate.*] Illa & copula mihi videtur, ut redundans, eradenda. REGIUS. *Sed & ut;* Locat. *ſed & voluntate;* Voſſ. ſec.

27. *Ita qui ſcriptum.*] *Ita* deeſt in Voſſ. ſecund.

28. *Scriptum nihil ſit.*] Hoc eſt, de re controverſa nihil expreſſe, &, quod in ſcholis aiunt, *formaliter* ſcriptum ſit in teſtamento. CAPPER.

29. *Judicio Curiano.*] Quo expertus eſt Manius Curius adverſus propinquos Coponii, qui Manium Curium ſubſtituerat heredem. Vide Ciceron. II. *de Orat.* 140. Nam in Burmanniana editione perperam legebatur I. *de Orat.* 39. CAPPER.

30 *Subſtitutus heres.*] Hæc eſt *ſubſtitutio pupillaris*, quando primo heredi alius ſubſtituitur heres, ſi mortuus fuerit ante pubertatis annos. TURNEB. Subſtitutus autem heres erat Manius Curius a Coponio teſtatore. Vide Ciceron. loco mox indicato. CAPPER.

31. *Ante tutelæ ſuæ annos.*] Antequam ſui juris eſſet, antequam pubertatis annos attigiſſet. CAPPER.

32 *Non eſt natus.*] Filius teſtatori Coponio. CAPPER.

33. *Ut is non nato filio.*] Ut Manius Curius heres eſſet, ſi Coponio teſtatori non eſſet natus filius poſtumus. CAPPER.

34. *Qui mortuo.*] Qui futurus eſſet heres, ſi mortuus eſſet filius ille poſtumus, & quidem ante pubertatis annos. CAPPER.

35. *Sed hoc non.*] *Sed non ſcripſerat*; Voſſ. ſecund. Obrecht.

36. *Id quoque.*] *Sic quoque;* Obr.

37. *Scriptorem.*] Supple, *teſtamenti*; hoc eſt, teſtatorem. CAPPER.

38. *Seſtertiûm nummûm.*] Hæc ſumma efficit centum viginti *coronatos.* TURNEB.

39. *Argenti pondo.*] Hæc ſumma efficit quinquaginta millia *coronatorum*: igitur ex magnitudine ſummæ collecta eſt teſtatoris voluntas. TURNEB. *Argenti pondere poſuit, quinque millia manſerunt*; V. C. Alm. puto legendum *argenti pondo repoſuit.*

40. *Remanſerunt.*] *Manſerunt*; Voſſ. ſec.

41. *Apparuit tamen.*] Poſſet hoc ſimili exemplo illuſtrari; ut ſi quis quinquaginta voluit legare, & centum ſcripti ſunt, quinquaginta debentur. lib. xv. ff. de legat. I.

42. *Quinque pondo.*] Hæc ſumma efficit quinquaginta *coronatos*: nam libram argenti, ſive pondo pro decem *coronatis* accipimus. TURNEB.

43. *Quia ille.*] *Quia*, aut certe *quod*, procul dubio le-

[44] & inauditus erat, & incredibilis. Sub hoc etiam *ſtatu* generales ſunt quæſtiones: [45] *ſcripto, an voluntate ſtandum ſit: quæ fuerit ſcribentis voluntas.* [46] Tractatus [47] omnes *qualitatis* aut *conjecturæ*, de quibus ſatis dictum arbitror.

gendum. REGIUS. *Ille in argento legato modus.*] Altera illa quantitas argenti legati, (nempe quinque millia pondo,) erat inaudita & incredibilis. CAPPER.

44. *Et inauditus.*] *Et* deeſt in Voſſ. ſec.

45. *Scripto, an voluntate.*] *Scripti & voluntatis* quæſtio ſine dubio *qualitate* aut *conjectura* continetur. PITHOEUS.

46. *Tractatus.*] Alii, *ſtatus*: forte *hi ſtatus*. FRANCIUS.

47. *Omnes qualitatis aut conjecturæ.*] Omnes illi tractatus, vel quæſtiones pertinent ad ſtatum *qualitatis*, vel ad *conjecturalem*: nam quæſtio hæc, utrum *ſcripto*, an *voluntate* ſtandum ſit, ad *ſtatum qualitatis* manifeſte revocatur; illa vero, quænam ſcribentis, teſtatoriſve voluntas fuerit, ad *conjecturalem ſtatum*, ſaltem ſecundum Quinctiliani ſententiam cap. 2. & alibi expreſſam. CAPPER. *Omnes qualitatis.*] *Omnis*; Voſſ. ſec.

CAPUT VII.

De contrariis legibus.

VIII. PROXIMUM eſt de *legibus contrariis* dicere, quia [1] inter omnes artium [2] ſcriptores conſtat, [3] in *antinomia* duos eſſe *ſcripti* & *voluntatis ſtatus*, neque immerito; quia, cum lex legi obſtet, [4] utrimque contra *ſcriptum* dicitur, & quæſtio eſt de *voluntate*; in utraque id ambigitur, an utique [5] illa lege ſit utendum. Omnibus autem manifeſtum eſt, [6] nunquam eſſe legem legi contrariam jure ipſo; quia, [7] ſi diverſum jus eſſet, alterum altero abrogaretur; ſed eas caſu collidi, & eventu. Colliduntur autem aut pares inter ſe; ut ſi optio tyrannicidæ & viri fortis [8] comparentur, utrique data, quod velit, petendi poteſtate; hic meritorum, temporis, præmii collatio eſt. [9] Aut ſecum ipſæ, ut [10] duorum fortium, [11] duorum tyrannicidarum, duarum raptarum: in quibus non poteſt eſſe alia quæſtio, quam temporis, *utra prior ſit*: [12] aut qualitatis, *utra juſtior ſit petitio.* Diverſæ quoque leges confligunt, [13] aut ſimiles. Diverſæ, quibus etiam citra adverſam legem contradici poſſit; ut in hac controverſia: [14] *Magiſtratus ab arce ne diſcedat: Vir fortis optato, quæ*

Cum in *antinomia* utraque pars legem afferat ſuam, duplex eſt *ſcriptum*; ſed pro ſententia legis obſervanda, utriuſque quoque oppugnatur: eſt igitur duplex *ſcriptum* & *ſententia.* TURNEB.

1. *Inter omnes artium, &c.*] Supple, *oratoriarum*: ut patet ex iis, quæ notavimus ad cap. 1. lib. III. CAPPER.

2. *Scriptores conſiſtit.*] *Conſtat* legendum eſſe, non *conſiſtit*, etiam ſi exemplaria quædam nobis non adſtipularentur, ex ſenſu tamen ipſo facile perciperemus. REGIUS. *Conſtitit*; Obrecht.

3. *In antinomia.*] Ἀντινομίᾳ, hoc eſt, legum conflictu, colliſione, & quaſi contrarietate: qui *ſtatus* unus eſt e quatuor *legalibus.* CAPPER.

4. *Utrimque contra ſcriptum.*] Duo ſunt duorum *ſcriptorum*, duarumque *voluntatum ſtatus.* PITHOEUS. *Et utrimque*; Obrecht.

5. *Illa lege.*] *Ita lege*; Obrecht.

6. *Nunquam eſſe legem legi contrariam.*] Juriſperiti quoque hodie aiunt, nullam eſſe in jure civili *antinomiam*: quod teſtatur etiam Juſtinianus. Budæus tamen & Laurentius Valla leges quaſdam eſſe contrarias probant, ut in illis colligendis dormitaverit Trebonianus. Cæterum ſi lex legi contraria eſt, altera alteram neceſſario abrogat; eratque curæ Athenienſibus, ne quid eſſet legi contrarium. TURNEB. Hanc Turnebiani Commentatoris annotationem, quæ a ſuo loco perperam avulſa fuerat, propriam in ſedem reſtituimus. CAPPER.

7. *Si diverſum juſſiſſet.*] Corrupte *juſſiſſet* mihi legi videtur: *jus eſſet* vero pulcherrime quadrat; ſicque exiſtimo eſſe legendum. REGIUS. *Juſſiſſet*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat.

8. *Comparentur.*] *Comparetur*; Locat.

9. *Aut ſecum ipſæ.*] Eſt enim lex apud declamatores, *ut rapta eligat raptoris indotata nuptias, aut mortem*: ſi quis igitur eadem nocte duas rapuerit, quarum altera nuptias optet, altera mortem, *ἀντινομία* erit. TURNEB.

10. *Duorum fortium.*] Si comparentur inter ſe duorum fortium virorum optiones, qui ſcilicet bellicam rem ſtrenue ac præclare geſſiſſent, ideoque ſecundum latam legem optarent, ſeu eligerent, quod ſibi libuiſſet. CAPPER.

11. *Duorum Tyrannicidarum, raptarum.*] *Duarum* quoque mihi adſcribendum videtur, ut legatur, *duarum raptarum*; in ſcholis namque frequens erat hæc controverſia: *Rapta raptoris aut mortem aut indotatas nuptias eligat. Quidam intempeſta nocte rapuit duas, quarum altera mortem, altera indotatas nuptias mavult.* REGIUS. *Duarum* abeſt a V. C. Alm. Locat. Baſil. quæ tamen in marg. *duarum.* Aſcenſius mallet per *Zeugma*: *duorum fortium, Tyrannicidarum, raptarum*: ut intellectu repetatur *duorum*, vel *duarum.*

12. *An qualitas utra iſtorum ſit petitio.*] *Aut* copulam, loco *an* particulæ, reponendam quidem eſſe, & *qualitatis* legendum facile conſtat: ſed mihi in hoc ſenſu adhuc aliquid deſideratur, & *juſtior*, loco *iſtorum*, legendum videtur, hoc modo: *aut qualitatis, utra ſit juſtior petitio.* REGIUS. *An qualitas utra iſtorum*; Locat.

13. *Aut ſimiles aut duæ.*] Sic quidem legitur, ſed corrupte; *aut* namque disjunctiva particula inter oppoſita dumtaxat ab eruditis, non inter diſparata prorſus ſolet collocari: *ſimiles* autem & *duæ* aperte diſparata prorſus ſolet collocari: *ſimiles* autem & *duæ* aperte diſparata ſignificant. Quare *aut* conjunctio iterato poſita linenda videtur, ac non *duæ*, ſed *diverſæ* eſt legendum, ut ſit initium ſenſus hoc modo: *aut ſimiles. Diverſæ quibus*, &c. ut intelligamus *diverſas* a Fabio repeti, quo earum exempla ſubjiciat; nam & diverſarum & ſimilium legum exempla inferuntur. REGIUS. *Aut ſimiles aut duæ*; Voſſ. ſec. Locat. marg. Baſil. *Diverſæ.*] *Diverſas* appellat *leges*, quæ, etiamſi non habeant legem oppoſitam; tamen, quod attinet ad *ſcriptum*, oppugnari poſſunt contrariis argumentis: porro *antinomiæ* exemplum erit, ſi magiſtratus, qui fortiter fecit, petat, ut ab arce diſcedat. TURNEB.

14. *Magiſtratus.*] Στρατηγὸς, hoc eſt, Prætor, vel Dux exercitus; Gallice *Gouverneur de place.* Nam olim magiſtratus erant militares, ut & urbani: immo Romanorum Dictatores & Conſules magiſtratus erant urbani ſimul & militares, ut vel ex uno Tit. Livio ſatis patet. CAPPER.

volet : [15] vel aliæ nulla obſtante quæri poteſt, *an, quidquid optarit, accipere debeat* : [16] & a magiſtratu multa dicentur, quibus *ſcriptum* expugnatur : *Si incendium in arce fuerit, ſi* [17] *in hoſtes decurrendum.* Similes, [18] contra quas nihil opponi poteſt, niſi lex altera: [19] *Tyrannicidæ imago in gymnaſio ponatur* : contra, *Mulieris imago in gymnaſio ne ponatur. Mulier tyrannum occidit.* Nam neque mulieris imago ullo alio caſu poni poteſt, [20] neque tyrannicidæ ullo alio caſu ſummoveri. Impares ſunt, cum alteri [21] multa ſunt, quæ opponi poſſunt; [22] alteri nihil, niſi quod in lite eſt; ut cum vir fortis [23] impunitatem deſertoris petit. Nam contra legem viri fortis (ut ſupra oſtendi) multa dicuntur; adverſus deſertores ſcripta non poteſt, [24] niſi optione, ſubverti. Item [25] aut confeſſum eſt ex utraque parte jus, aut dubium. Si confeſſum eſt, hæc fere quæruntur : [26] *Utra lex potentior* ; [27] *ad deos pertineat, an ad homines* ; [28] *ad rempublicam, an ad privatos* ; *de honore, an de pœna* ; *de magnis rebus, an de parvis* ; [29] *permittat, an vetet, an imperet.* [30] Solet tractari & *utra ſit antiquior,* [31] & (velut * potentiſſimum) *utra minus perdat* ; ut in deſertore, & viro forti ; [32] quod illo non occiſo lex tota tollatur; occiſo, ſit reliqua viro forti alia optio. Plurimum tamen eſt in hoc, [33] *utrum fieri ſit melius,* [34] *atque æquius* : de quo nihil præcipi, niſi propoſita materia, poteſt. Si dubium, [35] aut alteri, aut invicem utrique

15. *Vel alia nulla obſtante.*] Licet ita repoſuerim ex ſententia Raphaëlis; dubitem tamen an potius ſic legam : *Hic nulla alia obſtante quæri poteſt, an, quidquid optarit, accipere debeat : at in magiſtratu, &c.* id eſt, in controverſia de magiſtratu multa dicentur, &c. ASCENS. Verba hæc *vel alia nulla obſtante*, quæ deſunt in MS. Bal. & Sich. Vaſc. Steph. Baſil non fuiſſe in vetuſtis, quibus uſi ſunt, codicibus ſignificant.

16. *Et in magiſtratu.*] Ita corrupte legitur : mihi vero *a magiſtratu*, hoc eſt, *pro magiſtratu*, emendandum videtur; nam pro magiſtratu, qui contra legem ex arce diſceſſerat, ea omnia, quæ ſubjiciuntur, dici poſſent. REGIUS. *Et in mag.* Voſſ. ſec.

17. *In hoſtes recurrendum.*] Recte Obrechtus : *ſi in hoſtes decurrendum.* Ex arce enim & locis editis *decurritur*, non *recurritur.* Virgil. II. Æneid. 41.

Laocoon ardens ſumma decurrit ab arce.

Val. Flac. I. 255.

Jamque aderat ſummo decurrens vertice Chiron.

III. 125.

Turbata Phlegyas decurrit ab arce.

& 591.

——— *& intento decurrit montibus arcu.*

& ita paſſim alii. BURMANNUS.

18. *Contra quas nihil.*] Huic ſenſui mihi aliquid deeſſe videtur, & forſitan *ſimiles* adſcribendum foret hoc modo : *Similes, contra quas.* Expoſuit enim Fabius, quo modo diverſæ leges confligant : hoc loco oſtendit, quo modo ſimiles leges pugnent, quod quidem aperte ex eo, quod infert, exemplo colligitur : quamvis illud quoque fuit depravatum. REGIUS. *Similes* non habent Voſſ. ſec. Locat. nec Vallæ liber, nec Baſil. niſi in margine, nec Aſcenſius neceſſarium putat.

19. *Tyrannicidæ imago in gymnaſii ne ponatur. Mulier tyrannum occidit.*] Confuſus eſt adeo hic locus, quamvis ut integer a plerique legatur, ut, quæ ſequuntur ad hanc *cauſſam* pertinentia, intelligi non poſſint, niſi corrigatur. Qui autem emendari poſſit, cum altera legum tota hic deſit, altera mendis non careat? An, quæ lex adeſt, ita emendanda eſt, ut illud prohibentis adverbium eradatur hoc modo? *Tyrannicidæ imago in gymnaſio ponatur* : quæ vero prætermiſſa librariorum incuria deeſt, talis mihi exiſtimatur fuiſſe : *mulieris imago in gymnaſio ne ponatur* : verbum autem *ponatur* repetitum erroris cauſſam fuiſſe affirmarim. *Contra* autem adverbium etiam videtur adſcribendum, hocque modo legendum : *Tyrannicidæ i. i. g. ponatur* ; *contra mulieris i. i. g. n. ponatur.* REGIUS. Deerant hæc, *contra mulieris imago in gymnaſio ne ponatur*, in V. C. Alm. Locat. in Vallæ libro erant in margine, ſed eadem manu, adſcripta. *In gymnaſio non ponatur* ; Voſſ. ſec. *Tyrannicidæ imago.*] Hæc lex pertinet ad fortitudinem hominum excitandam. Nam in gymnaſiis exercentur juvenes & athletæ, quibus exemplum poteſt eſſe fortitudinis ſtatua tyrannicidæ : contra vero mulieris imago non ponitur in gymnaſio, ut tollatur omnis inde mollitia & laſcivia, quæ ſolent animos effeminare : ſunt autem hæ leges *declamatoriæ.* TURNEB.

20. *Neque Tyrannicidæ.*] Hoc de femina dici notat Aſcenſius.

21. *Multa ſunt, quæ opponi.*] *Multa opponi poſſunt* ; Voſſ. ſec. Ald. *multa, quæ opponi* ; Obrecht.

22. *Alteri ſi nihil niſi*] *Si* particula, ut ſenſum perturbans, expungatur, ut legatur : *alteri nihil, niſi quod in lite eſt.* REGIUS. *alteri nihil ſit, niſi quod* ; Obrecht.

23. *Impunitatem deſertoris.*] *Deſertor* eſt (ut inquit Modeſtinus) qui diu evagatus tandem in caſtra reducitur. Puniuntur autem deſertores ſæpenumero capitali pœna : *emanſor* dicitur, qui ſponte revertitur. TURNEB. *Deſertoris petit.*] *Appetit* ; marg. Baſil.

24. *Niſi optionem ſubvertit.*] Nullus fere ſenſus eſt in hoc capite, qui mendis prorſus careat : hic autem ita eſt depravatus, ut nihil percipi poſſit, niſi hoc modo corrigatur : *niſi optione ſubverti.* REGIUS. *Niſi optionem ſubvertit* ; Vallæ liber. Voſſ. ſec. Locat. *Optione.*] Quæ viro forti datur, ut nimirum optet, ſive eligat quæcumque volet. CAPPER.

25. *Aut confeſſum eſt.*] *Aut conceſſum* ; Obrecht.

26. *Utra lex potentior.*] Hæc ad tractationem pertinent, qua cognita, facile intelligitur diſponendi ratio ex ſuperioribus præceptis. Valet igitur legum comparatio; lex enim, quæ pertinet ad deos *aut ad rempublicam*, magis eſt ſervanda, quam quæ pertinet ad homines : hujuſmodi igitur erit tractatio in hoc *ſtatu.* TURNEB.

27. *Ad deos.*] *An ad deos* ; Voſſ. ſec.

28. *Ad rempubl. an ad privatos.*] *Rempublicam, an privatos* ; Voſſ. ſec. Obrecht. male, ut jam ſæpe notavimus, cum repetere amet præpoſitiones Fab. Vide ſupr. ad cap. 6.

29. *Permittet.*] *Permittat*, ut modi conveniant, legendum eſſe patet. REGIUS. *Permittat, an vetet.*] Lex, quæ vetat aut imperat, ſemper eſt potentior, quam ea, quæ permittit aut tribuit : in tractando igitur eſt habenda ratio hujus comparationis. TURNEB.

30. *Solet tractari.*] Videtur innuere Fabius, potentiorem eſſe legem antiquiorem nova; cum tamen aliter ſentiant juriſconſulti, apud quos ſequentes conſtitutiones abrogant legem antiquam; & alioqui apud antiquos dicebantur abrogationes, quando lex contraria ferebatur ſuperiori ad eam tollendam : addit Fabius præceptum de abrogatione & derogatione. TURNEB.

31. *Et velut potentiſſima.*] *Sed velut potentiſſimum* ; Vallæ liber, Voſſ. ſec. *& velut potentiſſimum* ; Obrecht. quam lectionem eo lubentius alteri prætulimus, quod poſterius τὸ *&* conſtrui debeat cum τῷ *utra minus perdat*, ſicut τὸ prius *&* cum τῷ *utra ſit antiquior* conſtruebatur : præterea tractat hic Fabius peculiare huic *legali ſtatui* caput, quod ſic expreſſit Hermogenes opuſculo de *ſtatibus*, ſection. 12. Ἐπὶ τάξεις [illegible] τὸ ἴδιον μᾶλλον ἀντινομίας κεφάλαιον· οἷον, πότερον τὸ [illegible] πότερον τὸ [illegible], οἷον, ποτέρα [illegible] ; id eſt : *Ad hæc eſt etiam magis proprium* antinomiæ *caput hujuſmodi : utra lex alteram contineat : & utra in altera contineatur, hoc ſenſu : utro facto neutra lex evertatur.* Hic Rhetoris Græci locus lectionem, quam adoptavimus, luculenter illuſtrat & confirmat : eam denique juvat quod dicetur in fine cap. VIII. *ſed de æquo tractatus potentiſſimi.* CAPPER.

32. *Quod illo non.*] *Quomodo illo* ; marg. Baſil.

33. *Utrum ſit melius, atque æquius.*] Habito reſpectu ad juris naturalis clementiam potius, quam ad juris civilis aſperitatem; huc enim pertinet illud apud Juriſperitos decantatum : *ex æquo & bono, quod æquius melius*, &c. CAPPER.

34. *Atque æquius.*] *An æquius* ; Voſſ. ſec.

35. *Aut alteri aut utrique.*] Supple, *litigantium parti* ;

de jure [36] ſit controverſia; ut in re tali: [37] *Patri in filium, patrono in libertum manus injectio ſit:* [38] *Liberti heredem ſequantur.* [39] *Liberti filium quidam fecit heredem,* [40] *invicem petitur* [41] *manus injectio,* [42] *& patronus* [43] *negat, jus patris illi fuiſſe,* [44] *quia ipſe in manu patroni fuerit.* [45] Duplices leges, ſicut duæ, colliduntur; ut: *Nothus ante legitimum natus,* [46] *legitimus ſit:* [47] *poſt legitimum, tantum civis.* Quod de legibus, idem de Senatuſconſultis dictum: [48] quæ ſi aut inter ſe pugnent, aut obſtent legibus, [49] non tamen aliud ſit ejus *ſtatus* nomen.

nam dixerat paulo ſupra: *aut confeſſum eſt ex utraque parte jus, aut dubium.* CAPPER.

36. *Sit controverſia.*] *Fit*; Locat. Ald.

37. *Patri in filium, &c.*] *Manum injicere* eſt juriſconſultis, non expectata judicis auctoritate aut poteſtate, rem, ut ſibi debitam aut propriam, vindicare, quod lingua vernacula dicimus *ſaiſir*. Porro ex jure Romano patres magnam habent in filios poteſtatem, ut apparet ex titulo *de patria poteſtate.* TURNEB. Hæc autem loquendi formula *manus injectio* tracta eſt ex Leg. XII. Tabular. ubi legitur: *Æris confeſſis rebuſque judicatis triginta dies juſti ſunto; poſt deinde manus injectio*; atque hæc erat Græcorum ἀνδροληψία, de qua lege Harpocrationem, & Budæum, qui in notis ad eumdem laudatur. Gallice de rebus quidem *ſaiſie* dicitur; de perſonis vero *priſe de corps*. CAPPER.

38. *Liberti heredem ſequantur.*] Οἱ liberti τοῦ defuncti ad heredem pertineant, ut cætera defuncti bona & jura: ſic heredium in jure dicitur agellus, qui heredem ſequitur. CAPPER. *Sequantur.*] *Sequuntur*; V. C. Alm.

39. *Liberti filium.*] Idem enim eſt patronus & liberti filius; libertus & patroni pater. PITHOEUS. Igitur hæc ſpecies ita fingi poteſt: quidam patronus filium liberti ſui fecit heredem. CAPPER.

40. *Invicem petitur manus injectio.*] Id eſt, pater & filius invicem ſeu mutuo petunt alter in alterum *manus injectionem.* Pater quidem in filium, quia ex lege: *Patri in filium manus injectio ſit:* contra filius in patrem, quem ſic alloqui poſſet: *Ex lege*, patrono in libertum manus injectio ſit. *Atqui ego ſum heres patroni tui, in cujus univerſa jura ſucceſſi; & ſic libertus meus nunc es ex altera illa lege:* Liberti heredem ſequantur. *Ergo licet natura pater meus ſis; tamen jure civili quaſi meus libertus es, quia re ipſa libertus eras ejus, cujus ego ſum heres: itaque jure civili ſum patronus tuus, & conſequenter mihi in te* manus injectio *eſt ſecundum legem illam*: Patrono in libertum manus injectio ſit. CAPPER.

41. *Manus injectio.*] Serv. in illud, *injecere manum*: manus injectio dicitur, quotiens nulla judicis auctoritate expectata, rem nobis debitam vindicamus. TURNEB. Virgilii verſus eſt Æneid. X. 419. CAPPER.

42. *Et patronus.*] Novus patronus, nempe liberti filius, qui, cum factus fuerit defuncti heres, ideo patronus eſt omnium defuncti libertorum, ſicque ſui patris, quem defunctus manu miſerat. CAPPER.

43. *Negat jus patris illi fuiſſe.*] *Illi*, hoc eſt, patri ſuo, dum ſervus erat defuncti; nam, ut aliunde notum eſt, Romanorum ſervi patriam in ſuos filios poteſtatem non habebant; ſervorum filii erant in ipſius domini manu ſeu poteſtate: hoc autem filii argumentum longe validius erit, ſi ponas patrem illum eodem teſtamento fuiſſe manu miſſum, quo ipſius filius a teſtatore fuerit heres inſtitutus. CAPPER.

44. *Quia ipſe in manu patroni fuerit.*] Nam pater ille, quamdiu ſervus fuit, erat in poteſtate teſtatoris, qui cum manu mittendo factus eſt ejus patronus prior: manu miſſus autem & factus libertus recidit in manum ſeu poteſtatem poſterioris patroni, videlicet filii, quem teſtator heredem inſtituit. Vide ſuperioris notæ finem. CAPPER.

45. *Duplices leges ſunt ſicut duæ.*] *Sunt* verbum, ut ſenſui moleſtum, eradatur, ut legatur: *Duplices leges, ſicut duæ, colliduntur*: duplices autem leges dicuntur, quæ in duo membra dividuntur; qualis ea eſt, quæ ſubjicitur: *Nothus*, &c. REGIUS. Dicuntur autem duplices per *antitheſin* ad duas leges diverſas, & ad duas contrarias, & ad duas pares aut ſimiles, de quibus dictum eſt ſupra. Vide Hermogenem in opuſculo de *ſtatibus* pagg 15. 16. 17. edit. Gaſpar. Laurent. & Græcos ejuſdem Rhetoris interpretes in Aldin. Rhetor. Græc. tom. 2. pagg. 107. 108. ubi eadem, quæ hic a Fabio, traduntur. CAPPER.

46. *Legitimus ſit.*] Lib. III. cap. 6. circa finem eadem lex ita refertur: *Legitimus filius ſit*, &c. Vide quæ ibi paucula notavimus. CAPPER.

47. *Poſt legitimum.*] *Poſt vero legitimum*; Baſil.

48. *Quæ ſic aut inter ſe.*] Ut ſenſus percipi poſſit, *ſi* legatur, non *ſic*. REGIUS. *Sic*; Voſſ. ſec.

49. *Non tamen aliud . . . . ſtatus nomen.*] Nam *legalis* ille *ſtatus* dicetur ſemper ἀντινομία, id eſt, legum contrarietas. CAPPER.

CAPUT VIII.

De ſyllogiſmo, ſeu ratiocinatione

[1] SYLLOGISMUS [2] habet aliquid ſimile *ſcripto* & *voluntati*, quia IX.
ſemper [3] pars in eo altera *ſcripto* nititur; ſed hoc intereſt, quod [4] illic contra *ſcriptum* dicitur, [5] hic ſuper *ſcriptum*; illic, qui verba defendit, hoc agit, ut fiat utique, quod ſcriptum eſt; [6] hîc, ne aliud, quam ſcriptum eſt. [7] Ejus nonnulla etiam [8] cum *finitione* conjunctio. Nam ſæpe ſi *finitio* infirma eſt, in *ſyllogiſmum* delabitur. Sit enim lex: *Venefica capite puniatur.* [9] *Sæpe ſecubanti* [10] *amatorium dedit, eumdem repudiavit: per propinquos rogata ut rediret, non eſt reverſa: ſuſpendit ſe maritus. Mulier veneficii rea eſt.* Fortiſſima eſt *actio* dicentis amatorium, venenum eſſe. Id erit *finitio*; quæ ſi parum valebit, fiet *ſyllogiſmus*; ad quem, velut remiſſa priore contentione, veniemus: *an perinde puniri debeat, ac ſi virum veneno necaſſet?* Ergo hic *ſtatus* ducit ex eo, quod ſcriptum eſt, id quod incertum eſt: [11] quod quoniam ratiocinatione colligitur, *ratiocinativus* dicitur. In has autem fere ſpecies venit, [12] an, quod ſemel jus eſt, [13] idem & ſæpius? [14] *Inceſti damnata, & præci-*

1. *Syllogiſmus.*] *Syllogiſmus* eſt, cum res, quæ in controverſiam deducitur, *ſcripto* caret; tamen ex ſimilitudine *ſcripto* applicatur: cæterum quoniam illa applicatio conſtat *ratiocinatione*, factum eſt, ut diceretur *ſyllogiſmus*, id eſt, ratiocinatio. TURNEB. Hoc in loco *ſyllogiſmus* dicitur ille *ſtatus*, qui ex eo quod in lege diſerte ſcriptum eſt, rem controverſam ſive aliquid ad eam pertinens deducit, infert, colligit; & ſic verba legis ad caſus in lege non expreſſos extendit. Quoniam autem id ratiocinando colligitur, Fabius hunc *ſtatum* modo *ſyllogiſmum*, modo *ratiocinationem*, & modo *collectivum* vocat; idque Græcorum exemplo, qui συλλογισμὸν & συλλογιστικὴν στάσιν appellarunt. Herennianus eloquentiæ magiſter ſemel nominavit *cauſſam rationalem*: quæ locutio ut peculiaris eſt, ita & iis demum ſubobſcura, qui Rhetoricas veterum artes vel nequaquam, vel a primo tantum limine ſalutarint: cæterum *legalis* hic Rhetorum *ſtatus* multum habet affinitatis cum illis *actionibus*, quas Juriſconſulti *utiles* appellare, & *τοῖς directis* ſolent opponere, quoniam non recta ex verbis legis deſcendunt, ſed quaſi ex obliquo, & ex latiori legum interpretatione. Huc etiam referri poteſt quod iidem Juris doctores paſſim dicunt *argumentum legis*; verbi gratia, *idque argumento legis ſi quis tertiæ Digeſt. de jure Codicillorum.* Denique in Digeſt. lib. 1. tit. 3. leg. 12. exſtat præclara Juliani ſententia, quæ, quid ſit hic veterum Rhetorum *ſyllogiſmus*, egregie declarat. En ipſa tibi Juriſconſulti verba: *Non poſſunt omnes articuli ſingillatim aut legibus aut ſenatus-conſultis comprehendi: ſed cum in aliqua cauſſa ſententia eorum manifeſta eſt, is qui juriſdictioni præeſt, ad ſimilia procedere, atque ita jus dicere debet.* CAPPER.

2. *Habet aliquid ſimile ſcripto & voluntati.*] Τῷ ῥητῷ καὶ τῇ διανοίᾳ. Vide quæ notavimus ad cap. 6. de *ſtatu* ex *ſcripto* & *voluntate*. Lege ſis etiam cap. 10. ubi exponit Fabius quænam ſit inter *ſtatus* cognatio. CAPPER.

3. *Pars . . . altera.*] Supple, litigantium. CAPPER.

4. *Illic contra ſcriptum.*] Hoc eſt, in eo *legali ſtatu*, qui dicitur ex *ſcripto* & *voluntate*, de quo Fabius cap. 6. egit. CAPPER.

5. *Hic ſupra ſcriptum.*] *Super* legendum eſſe, facile conſentiet, qui ſcierit *ſupra* & *infra* ad locum referri. REGIUS. *Supra:* Voſſ. ſec. Locat. Horum porro verborum, *hic ſuper ſcriptum*, ſenſus eſt hujuſmodi: ſed hoc in *ſtatu legali*, cui nomen *ſyllogiſmus*, habetur oratio, inſtituitur *actio* forenſis ſuper id, quod in lege ſcriptum eſt, ſeu præter id, quod diſerte & conceptis verbis in lege ſcriptum eſt, ut nempe verba legis ad caſus etiam lege non expreſſos protendantur. Neque vero novum aut inſolens videatur τὸ *ſuper* hoc in loco ſignificari *præter*; ea enim ſignificatio & probari poteſt ex ſequentibus ubi legitur: *adverſa pars contendit, ne fiat aliud quam quod ſcriptum eſt:* & apud bonos Latinitatis auctores invenitur. Tit. Liv. lib. 11. *Obſeſſaque urbs foret, ſuper bellum annona premente, ni Horatius Conſul ex Volſcis eſſet revocatus.* Sueton. in Vitell. 13. *Famoſiſſima ſuper cæteras fuit cœna ei data adventitia a fratre:* & in Tiber. 55. *ſuper veteres amicos ac familiares*, &c. immo Livius ſcripſit *ſuper quam quod* pro τὸ *præter quam quod:* libro videlicet 7. Bell. Pun. *Marcellus etiam adverſo rumore eſſe, ſuper quam quod primo male pugnaverat.* CAPPER.

6. *Hic ne aliquid.*] *Hic nequaquam aliud:* marg. Baſil.

7. *Ejus nonnulla.*] Maxima eſt affinitas inter *ſyllogiſmum* & *finitionem: finitio* colligit utriuſque rei idem eſſe nomen; *ſyllogiſmus* colligit rem utramque ex æquo eſſe æſtimandam. Quocirca, cum *finitionem* obtinere non poſſumus, ad rerum æqualitatem deſcendimus & paritatem, id eſt, *ſyllogiſmum.* TURNEB. *Ei nonnulla;* V. C. Alm.

8. *Cum finitione conjectio.*] Ut legatur *conjunctio*, ne admonendum quidem videtur. REGIUS. *Conjectio:* Vall. lib. Voſſ. ſec. *cognatio:* Ald. Colon. Colin. *connexio:* Aſcenſ. Obrecht.

9. *Sæpe perſcrutandi.*] Ita vulgo habetur, cum in optimo quodam exemplari lectum ſit *ſæpe ſeparati*. Nec inauditum eſt, ſeparationem pro divortio non modo ſumi, ſed pro contentione illa animorum, quæ in cauſſa eſt, ut haud bene conveniat ſubinde in conjugio. SICHARD. *Spe perſcrutandi;* MSS. Bodl. Par. marg. Steph. Vaſc. *ſæpe ſeparanti;* Voſſ. ſec. Locat. Andr. Ald. Colon. Colin. Vidov. marg. Steph. Vaſcoſ. *Spe perſeverandi amatorium dedit: repudiavit;* Obrecht. mihi *ſæpe ſecubanti* placet; per ſecubitum enim ſe alieniorem oſtendebat maritus. Quare illa, ut ad priſtinum amorem revocaret, amatorium dedit; deinde repudiat maritum, qui ex amatorio in inſaniam vel morbum mentis incidens ſe ſuſpendit. BURMAN.

10. *Amatorium dedit.*] Supple, *poculum:* vulgo *philtrum* dicitur ex voce Græca φίλτρον: quoniam autem ad amoris inſaniam impellit, ideo *amatorium virus* appellavit Plinius lib. VIII. cap. 22. CAPPER.

11. *Quod quoniam ratione colligitur.*] *Ratiocinatione*, ut puto, legendum eſt; nam ſyllogiſmus Græce, Latine *ratiocinatio* dicitur. REGIUS. *Ratione:* MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Locat. Colon. *ratione colligitur, ratiocinatio dicitur:* Ald. *idque quoniam ratione:* Obrecht.

12. *An, quod ſemel jus eſt.*] An quod lege ſtatutum, cautum, permiſſum eſt, ut ſemel fiat. CAPPER.

13. *Idem & ſæpius.*] An jus ſit aut licitum, hoc idem ſæpius etiam facere. CAPPER.

14. *Inceſti damnata.*] Olim inceſti damnatæ apud Romanos vel defodiebantur, vel ſæpenumero de ſaxo Tarpeio præcipitabantur: quæ ſolemnis erat apud Rom. pœna. TURNEB. Lex hæc ficta in ſcholis; inceſta enim virgo Veſtalis (de hac enim agitur) viva defodiebatur: ſed quia talis caſus in eo ſupplicio fingi non apte poterat, ſubſtituerunt Scholaſtici, ut de ſaxo præcipitetur. Vid. Senec. 1. controverſ. 3. & ibi N. Faber. & Schulting. BURMAN.

pitata de ſaxo, [15] *vixit : repetitur*. [16] An, quod in uno, & in pluribus? *Qui duos uno tempore tyrannos occidit, duo præmia petit*. An, quod ante, & poſtea? *Raptor profugit, rapta nupſit, reverſo illo* [17] *petit optionem*. An, quod in toto, idem in parte? [18] *Aratrum accipere pignori non licet:* [19] *vomerem accepit*. An, quod in parte, idem in toto? [20] *Lanas vehere Tarento non licet: oves vexit*. [21] In his *ſyllogiſmis*, *ſcripto* alter nititur; alter [22] non ſatis cautum eſſe dicit. *Poſtulo ut præcipitetur inceſta, lex eſt*; & rapta optionem petit; & [23] in ove lanæ ſunt; [24] ſimiliter alia. Sed quia reſponderi poteſt: *Non eſt ſcriptum*, [25] *ut ſæpius præcipitetur damnata*, [26] *aut quandocumque rapta* [27] *optet, aut tyrannicida duo præmia accipiat*, [28] *nihil de vomere cautum, nihil de ovibus*; ex eo, quod manifeſtum, colligitur, quod dubium eſt. [29] Majoris pugnæ eſt, ex *ſcripto* ducere, quod ſcriptum [30] non eſt: *Qui patrem occiderit, culeo inſuatur: matrem occidit:* [31] *Ex domo in jus educere ne liceat:* [32] *tabernaculis eduxit*. In hoc genere hæc quæruntur: [33] *An, quoties propria lex non eſt, ſimili ſit utendum? An id, de quo agitur, ei, de quo ſcriptum eſt, ſimile ſit*. [34] Simile autem & majus eſt, & par, & minus. In illo priore, *an ſatis lege cautum ſit*, [35] *an &, ſi parum cautum eſt*, [36] *hac ſit utendum?* In utroque de voluntate legumlatoris: ſed de æquo tractatus potentiſſimi.

15. *Vixit : repetitur.*] *Viva repetitur;* Ald. Baſil. *repetitur* vero eſt iterum accuſatur, turſus ad pœnam petitur: ſic & utitur hoc verbo Sueton. Aug. XXXII. Domit. VIII. & IX. BURMAN.

16. *An quod in uno .... an quod ante .... an quod in toto, &c.*] An, quod jus eſt, ſeu lege cautum, permiſſumve facere, &c. CAPPER.

17. *Petit optionem.*] Reſpicit ad veterem illam raptarum legem: *Rapta raptoris mortem vel indotatas nuptias optet.* Auctor opuſculi *de cauſſis corruptæ eloquentiæ* num. 35. *vocat vitiatarum electiones.* CAPPER.

18. *Aratrum accipere.*] Juris clementia eſt cautum, ne id quod creditori minimo eſſet emolumento, debitori vero maximo detrimento, in pignus cedat: cujuſmodi eſt aratrum, quo ſolent agricolæ magna ex parte vitam tolerare, & familiam ſuſtinere. TURNEBUS. *Accipere pignore;* Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Colin. Vidov. Obrecht. ſed *pignori accipere* eſt frequens apud JCtos. Vide lib. XVI. ff. de ſerv. lib. XIX. de pignor. lib. XXXIV. §. 2. eod. & paſſ.

19. *Vomerem accepit*] *Accepit;* Voſſ. ſec. Vaſcoſ. Steph. quæ lectio priori videtur antecellere. Fabius enim cætera exempla temporis præteriti verbis extulit. CAPPER.

20. *Lanas vehere Tarento.*] Columella lib. II. ait pecus Græcum, quod Tarentinum dicitur, molliſſimam & delicatiſſimam ferre lanam: quo igitur tempore Tarentini florebant, neque Romanis erant ſubditi, cum eſſent cultus delicatioris ſtudioſiores, hanc tulerunt legem, vel certe hæc lex ficta eſt a declamatoribus. TURNEB. Sic Trimalchio arietes a Tarento emerat apud Petron. cap. XXXVIII. ubi vide. In codice vero Alm. erat *lanat evehere Tarento.*

21. *In his ſyllogiſmis e ſcripto nititur, alter ſatis cautum eſſe dicit*] Depravatus hic locus ſic emendari poſſe videtur, ſi & *ſyllogiſmis*, ut ſit caſus ablativi legatur, & *e* præpoſitio, ut ſuperflua, expuncta, & *alter* dictio iterum adſcribatur, & *non* negandi adverbium, hoc modo: *In his ſyllogiſmis ſcripto alter nititur, alter non ſatis cautum eſſe dicit:* ſic autem legendum eſſe aperte, quæ inferuntur, exempla declarant; nam accuſator ſcripto nititur, cum inquit, *poſtulo ut præcipitetur inceſta; lex eſt enim quæ hoc jubet.* Defenſor contra non ſatis cautum eſſe ait, cum in lege ſcriptum non ſit, ut damnata bis præcipitetur. REGIUS. *E ſcripto nititur, alter ſatis cautum;* Locat.

22. *Non ſatis cautum eſſe.*] Supple, *lege*; quaſi lex non ſatis caverit, non ſatis multos caſus expreſſerit, &c. CAPPER.

23. *In ove lanæ ſunt.*] Ut pars in toto: unde *ſyllogiſmus* fit hujuſmodi: *lanas vehere Tarento non licet: ergo nec oves.* CAPPER.

24. *Similiter alias.*] Expuncta *s* littera, *alia* legendum eſt. REGIUS. *Alias;* Voſſ. ſec.

25. *Ut vivus præcipitetur damnatus*] Corrigant mihi hunc locum, velim, qui nihil putant in exemplaribus immutandum; cum *vivus* nec ſenſui congruat, nec legi, qua jubetur, ut damnatæ inceſti de ſaxo præcipitentur: quare non *vivus*, ſed *bis* & *damnata* mihi legendum videtur hoc modo: *ut bis præcipitetur damnata.* REGIUS. *Vivus præcipitetur damnatus;* Locat. *ſæpius præcipitetur damnatus;* Vall. lib. *bis præcipitetur damnata;* Ald. Baſil. marg. Colon Vaſcoſ. Steph. *vis præcipitetur;* V. C. Alm. ſed *ſæpius* majori invidiæ reſpondere mihi videtur.

26. *Aut quandoque rapta.*] Legatur *quando.* REGIUS. *Quandoque;* Voſſ. ſec.

27. *Optet.*] Optionem faciat, & raptoris nuptias aut ipſius mortem eligat. CAPPER.

28. *Nihil de vomere cautum.*] Lege expreſſum, ſancitum, permiſſumve fuit. CAPPER.

29. *Majoris pugnæ eſt.*] In ſuperioribus exemplis colligebatur quidem, quod ſcriptum non erat, ex *ſcripto*; ſed tamen id, quod ſcriptum non videbatur, quadamtenus *ſcripto* comprehenſum videbatur; ut oves aliquatenus comprehenſæ videntur in lege de lanis: at hic nullo modo continetur quod *ſcriptum* eſt; ſed ſimilitudine dumtaxat colligitur. TURNEB.

30. *Non eſt, qui patrem.*] *Non eſt. An quia hoc, & hoc; qui patrem;* Ven. Locat. Ald. Colon. Sich. Pat. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *an quia hac;* MS. Bodl.

31. *Ex domo in jus.*] Caius juriſconſultus leg. 18. ff. *de in jus vocando*, ait, non licere aliquem domo in jus rapere, propterea quod domus unicuique receptaculum eſt & refugium: ſi quis igitur id faciat, vim inferre videtur. TURNEB. Vide Ræward. de diverſ. reg. jur. n. 103. pag. 345. ALMELOV.

32. *Tabernaculis eduxit.*] *Extra tabernacula;* MSS. Bodl. Bal. Voſſ. ſec. Alm. Locat. Ald. Colon. Sich. Baſil. *tabernaculo eduxit;* Obrecht.

33. *An quoties.*] Julianus juriſconſultus leg. 12. ff. de legibus ait, de ſingulis rebus non ſatis poſſe caveri legibus: quocirca, ſi quid acciderit, quod lege comprehenſum non eſſe videatur, procedendum eſſe ſimilitudine ad judicandum cenſet. TURNEB.

34. *Simile autem & majus eſt.*] Tò ſimile triplex eſt; unum eſt ſimile ſed majus; alterum eſt ſimile ac par; tertium eſt ſimile, ſed minus. Hinc triplex argumentum a comparatione ducitur, a pari, a majori ad minus, a minori ad majus. CAPPER.

35. *An etſi parum.*] *An ſi parum;* Steph.

36. *Et hoc ſit utendum.*] *Et* copula expungenda, & *hac* pro *hoc* legendum videtur, ut ad legem referatur. REGIUS. *Et hoc ſit;* Voſſ. ſec. Locat. & Vallæ lib. quod defendit Aſcenſ. ſcilicet *hoc jure.*

CAPUT IX.

De ambiguo, ſeu amphibolia.

[1] AMPHIBOLIÆ [2] ſpecies ſunt innumerabiles: [3] adeo ut philoſophorum quibuſdam [4] nullum videatur eſſe verbum, quod non plura ſignificet: [5] genera admodum pauca. [6] Aut enim vocibus accidit ſingulis, aut conjunctis. Singula afferunt errorem, cum pluribus rebus [7] aut hominibus eadem appellatio eſt, ([8] ὁμωνυμία dicitur) ut *Gallus*. Utrum enim avem, an gentem, [9] an nomen, an [10] fortunam corporis ſignificet, incertum eſt; & *Ajax*, Telamonis, an Oilei filius. Verba quoque quædam diverſos intellectus habent, [11] ut *cerno*: quæ ambiguitas plurimis modis accidit. Unde fere lites, præcipue ex teſtamentis; cum de libertate, aut etiam de hereditate contendunt ii, quibus idem nomen eſt; aut, *quid ſit legatum*, quæritur. Alterum eſt, in quo [12] alia integro verbo ſignificatio eſt, [13] alia diviſo; [14] ut *ingenua*, [15] & *armamentum*, [16] & *corvinum*, ineptæ ſane cavillationes: [17] ex quo tamen Græci controverſias ducunt: inde [18] αὐλητρὶς illa vulgata, cum quæritur, [19] *utrum aula, quæ ter ceciderit*, [20] aut *tibicina, ſi ceciderit, debeat publicari.* [21] Tertia eſt ex compoſitis; ut ſi quis corpus ſuum in occulto loco poni jubeat, [22] circaque monumentum [23] multum agri ab heredibus in tutelam ci- X.

1. *Amphiboliæ.*] *Amphibologiæ*; MSS. Bodl. Alm. Andr. Locat. Ald. Sich. Gryph. Baſil. Colin. & ita ſæpius hoc capite: ſed perperam omnino. Cum enim dicatur a Græcis *ἀμφιβολία*, & *ἀμφιλογία*, palam eſt *amphiboliam*, aut *amphilogiam* ſcribi oportere. CAPPER.

2. *Species ſunt innumerabiles.*] Hic videtur Fabius appellare ſpecies, quæ noſtris in ſcholis *individua* vocari ſolent. CAPPER.

3. *Adeo ut philoſoph.*] Chryſippus philoſophus (ut ſcribit Gellius in Noctibus Atticis lib. XI. 12.) nullum exiſtimavit eſſe verbum, quod non in plures trahi intellectus poſſit: contra Diodorus, cognomento *Cronus*, nullum exiſtimavit eſſe verbum ambiguum. TURNEB.

4. *Nullum videatur eſſe verbum.*] A. Gell. lib. XI. cap. 12. * *Egeſippus ait, omne verbum ambiguum eſſe natura.* REGIUS. Τὸ *eſſe* non habet Obr. in ſuperiore Raphaëlis Regii nota pro τῷ *Egeſippus*, erat ſcribendum *Chryſippus*: ut ex allato Aul. Gell. loco ſatis conſtat: hic autem error utrum ipſi Regio, an ejus exſcriptoribus, an Typographicis Operis attribuendus ſit, expendere nec vacat, nec magni refert. CAPPER.

5. *Genera admodum pauca.*] *Genera* vocat, quæ nunc *ſpecies* vulgo appellantur. CAPPER.

6. *Aut enim vocibus.*] Boetius apud Latinos hanc ponit differentiam, ut *ambiguitatem* eſſe putet in verborum conjunctione; *homonymiam* vero, id eſt, *æquivocationem*, in verbis ſingulis: tamen Fabius utramque rationem *ambiguitatis* complectitur nomine. TURNEB.

7. *Aut etiam hominibus.*] *Etiam* abeſt a MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Colin. Obr.

8. *Ὁμωνυμία dicitur.*] In ſcholis paſſim dicitur *æquivocatio*: Plinius lib. XXIV. cap. 14. *nominum communionem* dixit. CAPPER.

9. *An nomen.*] Nomen ſcilicet proprium alicujus hominis, ut *Ælius Gallus*. Nam, ut alibi quoque notavimus, τὸ *nomen* per ſe ſignificat nomen proprium, quatenus ab *appellativo* diſtinguitur. CAPPER.

10. *Fortunam corporis.*] Hoc eſt, an caſtrati dicantur; nam Gallis, hoc eſt, Cybeles ſacerdotibus, teſticuli teſta Samia excidi ſolebant. REGIUS. Hoc *damnum amiſſi corporis* vocat Phædr. III. fab. II. & *fortunæ delictum*, quia ſine ſua culpa infans caſtratus erat.

11. *Ut cerno.*] *Cernere farinam, cernere bello, cernere hereditatem.* PITHOEUS.

12. *Alia integro verbo.*] Quod Grammatici veteres ὑφ' ἓν vocant, & formam ejus hanc faciunt ‿; ut in *ante* ‿ *malorum*, & *ſemper* ‿ *lenitas*. Vide Diomedem pag. 429. Donatum pag. 1742. & Maximum Victorinum. pag. 1943. CAPPER.

13. *Alia diviſo.*] Antiqui Grammaticæ artis magiſtri *diaſtolen* appellarunt, quam ſic finiebant: Diaſtole, *dextra pars eſt quædam circuli ad imam literam*, &c. Vide ſcriptores in ſuperiore nota laudatos: recentiores *hypodiaſtolen*, & *hypoſtigmen* eodem ſenſu dixerunt. Sic apud Græcos diſtinguuntur ὅτι *quia*, & ὅ, τι *quidnam, quicquid*; ὅτι *quando*, & ὅ, τι & *ille qui*. CAPPER.

14. *Ut ingenua.*] Nam aliud eſt *ingenua puella* per ὑφ' ἕν, *hyphen*; & aliud *in genua* per διαστολήν, *diaſtolen*. CAPPER.

15. *Et armamentum.*] Aliud enim ſignificat τὸ *armamentum*; aliud τὸ *arma, mentum*. CAPPER.

16. *Et Corvinum.*] Aliud ſonant τὸ *cor, vinum*; aliud, τὸ *corvinum*, ſive hoc ſit adjectivum a τῷ *corvus*, ſive pertineat ad nomen proprium *Corvinus*, quod Valerio illi Romano tributum fuit. CAPPER.

17. *Ex qua tamen.*] *Quo* mihi legendum videtur. REGIUS. Hæc autem lex in ſcholis fingebatur.

18. *Αὐλητρὶς ſi ceciderit publicetur.*] Quam publicare cum vellent, ipſa de tibicina ſcriptam eſſe legem negat; ſed de aula, quæ ter cecidit: hoc autem exemplo & Diogenes Laërtius utitur in vita Zenonis Cittiei lib. VII. ſect. 62. REGIUS. Videantur Leopard. Emendat. lib. II. cap. 4. & Gataker. in *Cinno* part. II. pag. 428. & 431. COLOMES. & Menag. ad d. Laërtii locum; qui notat & aliam a Theone notatam fuiſſe *amphibologiam*. In αὐλητρὶς πεσοῦσα, quaſi & πὶς ἔσω. Nam αι & ι eumdem faciebant ſonum: unde & in illis Martialis lib. XIV. 65.

——— *pro puero pes erit ipſe tibi.*

Amphiboliam reperit Voſſius ad Catull. pag. 291. & ita jam correxerat Salmaſ. ad Lamprid. Alex. Sever. cap. XL. *publicari* autem mulier dicebatur, quæ ad quæſtum meretricium damnabatur. Vide Guilel. Forn. lib. III. ſelect. cap. 21. & Rod. Forn. rer. quotid. lib. VI. cap. 16. BURMAN.

19. *Utrum aula quæ ter ceciderit.*] Per *diaſtolen*, Græce diceretur, αὐλὴ τρὶς πεσοῦσα. CAPPER.

20. *Aut tibicina.*] *An* ſ. Voſſ. ſec. Obrecht. *Tibicina ſi ceciderit.*] Per *hyphen* ſcribendum eſſet, αὐλητρὶς πεσοῦσα. CAPPER.

21. *Tertia eſt.*] Species hæc a ſuperiore differt, quod in illa ſimplices dictiones dividuntur; hic autem vel compoſitæ dividuntur, vel certe componuntur. TURNEB.

22. *Circaque monumentum.*] *Circa quod monumentum*; Voſſ. ſec.

23. *Multum agri ab heredibus .... leget.*] Hoc eſt, magnam agri partem per modum legati relinquat præſtandam, ſeu dandam ab heredibus: ita ut heredes illi partem eam agri relinquere, ſeu ad ſervandos mortui cineres dare debeant. CAPPER.

nerum ([24] ut ſolet) leget, [25] *ſit latus occultum.* Sic [26] apud Græcos contendit [27] Λέων & Παντελέων, cum ſcriptura dubia eſt, bona omnia Λέοντι, an [28] bona Παντελέοντι relicta ſint. [29] In conjunctis plus ambiguitatis. Fit autem [30] per *caſus*; ut:

[31] *Aio te, Æacida, Romanos vincere poſſe.*

[32] Per collocationem, ubi dubium eſt, quid quo referri oporteat; ac frequentiſſime cum id, quod medium eſt, utrimque poſſit trahi; ut de Troïlo [33] Virgilius:

Lora tenens tamen.....

Hic, *utrum quod teneat lora; an, quamvis teneat, tamen trahatur*, quæri poteſt. Unde controverſia illa: *Teſtamento quidam juſſit poni ſtatuam auream haſtam tenentem.* Quæritur, *ſtatua haſtam tenens aurea eſſe debeat, an haſta eſſe aurea in ſtatua alterius materiæ.* [34] Fit per flexum idem magis:

24. *Ut ſolet*] *Ut ſolent;* Voſſ. ſecund. Obrecht. ſed nihil opus: ſic paſſim *ſolet fieri.* Vide ad Petron. XLIX. & ſup. IV. 2.

25. *Sit litus occaſio cultum.*] Hic locus non ſolum indiget aſteriſco, ſed Fabii quoque ipſius auxilio; nam ita corruptus eſt, ut verus ſenſus, integerque non percipiatur: niſi forſitan, pro illo *litus*, ſcribatur *latus*, & *occaſio* eradatur, ac, loco ejus, *hoc* reponatur hoc modo: *ſit latus hoc cultum*, ut intelligamus, *amphibologiam* eſſe in illis *hoc cultum*; aliud enim ſignificat ſi conjunctim, aliud ſi diviſim legatur: ſed citra *aſpirationem* priſcorum more, ac potius imperitorum, ſcriptum fuiſſe videtur. REGIUS. Vel ex hoc loco apparet, non robuſte pronunciatas fuiſſe ab antiquis *aſpirationes*, atque adeo in ſcribendo, vel ab illis omiſſas fuiſſe, vel tenui ſaltem apice in vertice fuiſſe notatas; nam alioqui non eſſet ambiguitas. TURNEB. *Sit litus occultum;* V. C. Alm. marg. Vaſc. Steph. *ſit litus hoc cultum*; Andr. Ald. Colon. Par. Sich. Baſil. Gryph. *ſit ſitus oſſario cultus*; Obrecht. utinam fata nobis non invidiſſent viri egregii commentarios, quibus hujus lectionis rationem ſine dubio nobis reddidiſſet: ſed nunc in hac emendatione nihil ambigui: imo vix ſenſum video. Neque enim ulla vox hic compoſita, neque quæ dividi poteſt, aut ejus particula alteri adjici, ut ita *amphibologiam* faciat: niſi velit ultimam literam *o*, ſi jungatur cum ſeq. *cultus* facere hunc ſenſum, *ſit ſitus oſſari occultus*: quod certe obſcurius, divinandum foret nimis. Nam & *oſſari* pro *oſſarii*, & *occultus* dictum foret: præterea in ambiguis uterque ſenſus debet percipi: quid vero eſt, *ſit ſitus oſſario cultus*? ſine dubio reſpicit ad teſtamentorum morem, quibus, ut cineres & oſſa inviolata manerent, nec facile moverentur, locum ſepulturæ alienari vetabant, aut *heredem ſequi*. Vide quæ nos & alii ad Petron. cap. 71. Præterea ex illo Petronii loco apparet, teſtatores etiam de ornamentis ſepulchrorum ſæpe caviſſe; unde ille: *omne genus pomorum circa cineres ſuos & vinearum largiter eſſe volebat; quia inſulſum erat, vivo quidem domos cultas eſſe; non curari eas, ubi diutius nobis habitandum eſt.* Et ita ad culturam legari pecuniam ex lapide ibidem oſtendimus, & in indice Gruteri XVII. paſſim cuſtodiæ cauſſa horti agri & tabernæ adjectæ ſepulchris leguntur: quare Regii emendatio recipi poſſit, ut inter cætera voluerit ſepulchri latus cultum eſſe: quare ita ſcripſerit, *ſit latus hoc cultum*: quod poteſt capi, ſi conjungantur voces, *ſit latus occultum*: ſed quia hinc non videtur compos voti fieri poſſe, ut corpus ſuum in occulto loco poneretur, forte melius legi poſſet, *ſit latus oſſarii hoc cultum*: *oc* autem, ut Regius ſuſpicatur, pro *hoc* fuit ſcriptum; ut in inſcriptione Gothica apud Gruter. MLIII. 11. OC OPUS: ſed hæ meræ hallucinationes: certior medicina exſpectari debet a bono codice. BURMAN. Eſt quod mirer viros doctos Raphaelem Regium & Burmannum in ſuperioribus notis vocem hanc *amphibologiam*, cum τῶν βαρβαριζόντων vulgo uſurpaſſe; nam, ut ad initium hujus capitis annotavimus, *amphiboliam*, aut *amphilogiam* dicere debuiſſent. CAPPER.

26. *Apud Græcos.*] Qua de re legeſis Hermogenem in *Partition.* ſeu opuſculo de quæſtionum oratoriarum *ſtatibus* ſect. 4. ubi *ſpeciem* hanc ita proponit: δύο ἔχων τις παῖδας Λέων & Παντελέων· τελευτῶν διέθετο οὕτως· ἐχέτω τὰ ἐμὰ Παντελέων· & ἑκάτερος ἀντιποιεῖται πάντων· ὁ μὲν ὑφ' ἓν ἀναγινώσκων Πανταλέων, ὁ δὲ διαιρῶν πάντα, εἶτα Λέων; id eſt, quidam duos habebat filios, quorum alter Leo vocabatur, alter Pantaleo; moriens ita cavit ſuo teſtamento, habeat mea Πανταλέων. Uterque omnia ſibi vindicat; alter quidem legens per *hyphen* Πανταλέων, alter vero per *diæreſin* πάντα [*omnia*] & deinde Λέων *Leo*. CAPPER.

27. *Leon Pantaleon.*] *Et* copula mihi adſcribenda videtur, & *relicta ſint.* REGIUS *Contendit Leon, cum ſcriptura dubia;* Voſſ. ſec. aliæ editiones Græcis literis exhibent. Ex hoc loco contendit Brodæus lib. VI. Miſcel. 12. veteres non appoſuiſſe accentus dictionibus, quia alioqui nulla in ſcriptura eſſet ambiguitas; ſi enim disjunctim ſcriberetur πάντα Λέοντι, bis accentus erat ponendus; ſi Παντελέοντι, ſemel modo. Quod non nominato Brodæo etiam monuit Henninius diſſert. de accentib. Gr. I. §. 49. *Pantaleon* autem quidam Tyrannus Piſatilis, id eſt, Piſis oriundus, ex Nævio memoratur a Feſto in *Piſatilis*, quem Scaliger ex Strabone lib. VIII. pag. 362. obſervavit fuiſſe Omphalionis filium, qui in bello Meſſeniaco dux Piſatarum fuit contra Lacedæmonios, cum Tyrtæus poeta dux Lacedæmoniorum eſſet, & illum occupaſſe Tyrannidem Piſæ ſcribit Pauſan. lib. VI. cap. 21. & Βασιλέα vocat cap ſequenti, ubi & Damophon & Pyrrhus ejus filii memorantur. Alius *Pantaleon* legatus *Ætolorum* apud Polybium in excerptis legat. pag. 802. & lib. IV. Hiſt. pag. 312. memoratur; & *Pantaleon* Ætoliæ princeps a Livio refertur XLII. 15. ita ut nomen hoc familiare Græcis fuerit. BURMAN.

28. *Bona Πανταλέοντι.*] Τὸ *Bona* non habet Obrecht.

29. *In conjunctis.*] Supple, *vocabulis*; hoc eſt, in integra periodo, aut etiam in membro periodico. CAPPER.

30. *Per caſus.*] Cum ſcilicet duo, vel plura nomina ſunt in eodem caſu, ſicque *amphiboliam* pariunt. CAPPER.

31. *Aio te Æacida.*] Verſus eſt Ennianus de Pyrrho Epirotarum rege; ſcribit enim Pyrrhum Ennius in Annalibus Apollinem conſuluiſſe de belli eventu, quod adverſus Romanos erat geſturus, hocque reſponſum tuliſſe. TURNEB. Ennii verſus legitur apud Ciceronem II. *de Divinat.* quo ſane in verſu occurrit ambiguitas; neſcias enim utrum Pyrrhus oriundus ab Æaco Romanos victurus ſit; an Romani Pyrrhum oriundum ab Æaco victuri ſint. CAPPER.

32. *Per collocationem.*] *Per collocationem* legendum eſſe, facile ex iis, quæ ſequuntur, colligitur. REGIUS. *Collocutionem*; Locat.

33. *Virgilius.*] Lib. 1. Æneïd. 477.

34. *Fit per flexum.*] *Flexum* commutationem vocis accipimus. Nam ubi diſtinguendum eſt, vox in pronuntiando flecti ſolet; ut ſi quis recte pronuntiet hunc verſum. *Quinquaginta*, &c. poſt *centum* flectat vocem: alias ſenſus confunderetur, videreturque Achilles centum occidiſſe eo in loco, in quo dumtaxat quinquaginta erant, quod fieri non poteſt; idcircoque Fabius *inde* particulam verſui interpoſuit, ut aperte doceat, ubi vox ſit flectenda. REGIUS. Raphaelis Regii ſententiæ, quam Burmannus probavit, accedere non poſſum; quatenus particulam hanc *inde* interpoſitam laudato verſui fuiſſe a Fabio exiſtimarunt, ut aperte doceret, ubi vox inflectenda eſſet, ſicque ambiguitas emendaretur. Nam primo quidem Fabius his verbis: *fit per flexum idem magis*, non docet quomodo ambiguitas vitetur; ſed potius, qua ratione fiat. Et certe non niſi poſt aliquot lineas emendandæ antiquitatis modum ſic tradit: *Verum id quod ex his primum eſt, mutatione caſuum; ſequens diviſione verborum, aut tranſlatione emendatur; tertium adjectione.* Deinde vero Latinus hic Rhetor Latino verſu Græcum illum expreſſit, qui legitur in Ariſtot. Sophiſtic. Elench. lib. 1. cap. 4.

Πεντήκοντ' ἀνδρῶν ἑκατὸν λίπε δῖος Ἀχιλλεύς.

Solveretur autem Latinus verſus ablato τῷ *inde*, quod a Quinctiliano tollendæ ambiguitatis gratia interpoſitum fuiſſe Raphael Regius, & Burmannus arbitrantur. Et ſane, ſicut Fabius τὸ *ubi*, conficiendi verſus, non vitandæ *amphi-*

[35] *Quinquaginta*

[35] *Quinquaginta ubi erant centum inde occidit Achilles.*

Sæpe, [36] utri duorum antecedentium ſermo ſubjunctus ſit, in dubio eſt; unde eſt controverſia: *Heres meus uxori meæ dare* [37] *damnas eſto argenti, quod elegerit, pondo centum.* Uter eligat, quæritur. Verum id, [38] quod ex his primum eſt, mutatione caſuum; [39] ſequens, [40] diviſione verborum, [41] aut tranſlatione emendatur; [42] tertium adjectione. *Accuſativi* geminatione facta *amphibolia* ſolvitur *ablativo*; ut illud: *Lachetem audivi percuſſiſſe Demeam*, fiat, *a Lachete percuſſum Demeam.* [43] Sed *ablativo* ipſi, ut in primo diximus, ineſt naturalis *amphibolia*:

——— *Cœlo decurrit aperto*;

utrum per apertum cœlum; [44] an cum apertum eſſet. [45] Diviſio reſpiratione & mora conſtat: *Statuam*, deinde *auream haſtam*; vel *ſtatuam auream*, deinde, *haſtam*: adjectio talis eſt, *argentum* [46] *quod elegerit ipſe*, ut heres intelligatur: [47] vel *ipſa*, ut uxor. Adjectione facta *amphibolia*, [48] qualis ſit, [49] *Nos flentes illos deprehendimus*, detractione ſolvetur. Pluribus verbis emendandum, ubi eſt id, quod, quo referatur, dubium eſt; & ipſum eſt ambiguum: *Heres meus dare illi damnas eſto* [50] *omnia ſua.* In quod genus incidit [51] Cicero loquens [52] de C. Fannio: *Is* [53] *ſoceri inſtituto, quem, quia coop-*

bolia cauſſa; ita & τὸ *inde* adjecit: adeo ut harum particularum, quæ *protaſin* quamdam & *apodoſin* hic faciunt, abeſſe neutra ſine verſus diſpendio poſſit. *Flexum.*] Hoc eſt, per variam vocis inflexionem, ſeu commutationem. Nam in *hypoſtigme* ſemper vox aliquantiſper flectitur, mutatur, & a *monotonia*, quam vocant, deflectit. In ſingulis *inciſis* & *membris* fit aliqua vocis flexio, ſive mutatio: in allato autem verſu *flexus* ille duobus modis fieri poteſt. Primo quidem ſic:

Quinquaginta, ubi erant centum, inde occidit Achilles:

qui *flexus* verum menti ſenſum exhibet. Secundo hunc in modum:

Quinquaginta ubi erant, centum inde occidit Achilles;

ſed hic *flexus* manifeſtam falſitatem præſe ferret. CAPPER.

35. *Quinquaginta ubi erant centum inde occidit Achilles.*] Græcus verſus exſtat apud Ariſtot. ſophiſt. elench. lib. I. cap. 4.

Πεντήκοντ' ἀνδρῶν ἑκατὸν λίπε δῖος Ἀχιλλεύς.

Ad quem reſpexiſſe mihi videtur Vincentius Bellovacenſis in Speculo doctrinali, lib. III. cap. 93. ubi ſic habet: *Tertio modo hoc idem* [ſcilicet amphibolia] *contingit, quando aliquod nomen cum alio nomine poteſt conjungi vere, vel ab eodem dividi falſe: ut hoc nomen* centum *in exemplo Ariſtotelis:*

Centum quinquaginta virorum reliquit Achilles.

Itaque ſecundum diviſionem poteſt fieri paralogiſmus, quoties a conjunctim dato infertur diviſim. Igitur putavit hic auctor ex verſu, quem Ariſtoteles attulit, duos hoſce ſenſus erui poſſe; 1°. *centum & quinquaginta virorum reliquit Achilles* (quod verum eſſe poteſt;) 2°. *de quinquaginta viris centum reliquit Achilles* (quod evidenter falſum eſt:) uter autem verſus Ariſtotelici ſententiam aptius expreſſerit, Fabius an Vincentius Bellovacenſis, hic non diſputo. CAPPER.

36. *Utri duorum antecedentium ſermo ſubjunctus ſit.*] Id eſt, ad utram duarum perſonarum, quæ antecedunt, ſequens dictio pertineat; ut propoſita in ſpecie dubitatur utrum τὸ *elegerit*, pertineat, referatur, &c. ad τὸ *heres*, an ad τὸ *uxor*. CAPPER.

37. *Damnas eſto.*] Frequentiſſime quidem apud JCtos ſic legitur *damnas eſto*, ſed nequaquam Latine. Quare & hic & illic puto eorum culpa, qui notas antiquorum non perceperunt, pro illo *damnatus* eſſe ſcriptum. Notis autem priſcos ſcripſiſſe, JCtorum opera præſertim, teſtis eſt Juſtinianus, qui hoc fieri edita conſtitutione vetat. REGIUS. *Damnas* verbum eſt Juriſconſultorum, pro *damnatus*, quo utitur Juſtinianus Inſtit. de legatis: ſed & in Pandectis tit. eodem, ne putemus tot loca mendoſa eſſe. PHILAND. Dictio hæc *Damnas* elegantiſſime uſurpatur a Juriſconſultis: cujus uſus manavit a duodecim tabulis, quæ antiquis conſcriptæ ſunt verbis: eſt igitur, *damnatus ſit*, & *cogatur*. TURNEB. Hæc itaque familiaris Juriſconſultorum locutio quamdam legati ſpeciem ſignificat, quam vocant *legatum per damnationem*; cum videlicet heres obligatur, ea lege tenetur & quaſi damnatur, ut certam aliquam rem ex bonis hereditatis legatario det, ſeu habere permittat. CAPPER.

38. *Quod ex his primum eſt.*] Primum *amphiboliæ* genus, quod fit per caſus; ut,

Aio te, Æacida, Romanos vincere poſſe. CAPPER.

39. *Sequens.*] Secundum *amphiboliæ* genus, quod fit per collocationem vocabulorum, vel per orationis periodicæ flexum, ſive inflexionem, emendatur apta vocabulorum diviſione per *hypoſtigmen* (vulgo dicimus *virgulam*) vel etiam per vocabulorum tranſlationem, ſeu tranſpoſitionem. CAPPER.

40. *Diviſione verborum.*] Ut in allato Virgilii verſu, ſi apponas *hypoſtigmen*, ſeu virgulam ante, vel poſt τὸ *tamen*. CAPPER.

41. *Aut tranſlatione.*] Ut in illo verſu:

Quinquaginta ubi erant centum occidit Achilles.

Amphibolia tolletur, ſi vel diſtinguas poſt τὸ *quinquaginta*, itemque poſt τὸ *centum*, vel quædam verba tranſponantur hoc pacto:

Ubi centum erant, inde quinquaginta occidit Achilles. CAPPER.

42. *Tertium adjectione.*] Hoc eſt, tertii generis *amphibolia*, ubi dubium eſt ad utram perſonam vocabulum aliquod referatur, ut in τῷ *heres meus uxori meæ dare damnas eſto argenti, quod elegerit, pondo centum*, emendatur adjectione; ut hic ſi addas τὸ *ipſe*, vel τὸ *ipſa* poſt verbum τὸ *elegerit*. CAPPER.

43. *Sed ablativo ipſi.*] Multis accipitur modis *ablativus* apud Latinos: quocirca non defuerunt, qui ob varietatem ſignificationis ipſius *ablativi*, ponerent ſeptimum caſum & octavum. Vide Fab. cap. 7. lib. I. TURNEB.

44. *An cum apertum eſſet.*] Loco *eſſet*, mihi *eſt* legendum videtur. REGIUS. Alii *an cum cœlum apertum eſſet*; Obr. *eſſet apertum*. Cæterum laudatus hic verſus non exſtat apud Virgilium, & ex alio Poëta videtur eſſe deſumptus. Legitur apud Virgil. Æneïd. v. verſ. 212.

——— *Pelago decurrit aperto.* CAPPER.

45. *Diviſio.*] Græci vocant ὑποστιγμὴν reſpirationis & cujuſdam in pronuntiando moræ notam: nos *virgulam* dicere ſolemus. CAPPER.

46. *Quod elegerit.*] *Quod voluerit*; Voſſ. ſecund. Obrecht.

47. *Vel ipſa uxor.*] *Ut* particula mihi iterato videtur adſcribenda hoc modo: *vel ipſa, ut uxor.* REGIUS. *Vel ipſa uxor*; Locat.

48. *Qualis ſit.*] *Qualis ſit*; Voſſ. ſec.

49. *Nos flentes.*] Si enim detracta fuerit particula *nos*, ſublata fuerit ambiguitas. TURNEB.

50. *Omnia ſua.*] Dubium eſt, quo referatur τὸ *ſua*; utrum ad τὸ *heres*; an ad τὸ *illi*: præterea hoc ipſum vocabulum *ſua* eſt ambiguum. Nam multa & diverſa ſignificare poteſt, ut ſua bona, prædia, mancipia, ædificia, vaſa: quæ omnes *amphiboliæ* non niſi pluribus verbis poſſunt emendari. CAPPER.

51. *Cicero.*] In Bruto: quanquam immerito notatus Cicero a Quinctiliano. PHILAND.

52. *De C. Fannii ſoceri inſtituto.*] *Loquens de C. Fannio. Is ſoceri*; Voſſ. ſec. Ald. quod recepimus; nam in vulgata nullus eſt ſenſus, neque Cicero de inſtituto ſoceri Fannii loquitur, ſed de C. Fannio, & ejus verba ita incipiunt: *is ſoceri*, &c.

53. *Soceri.*] Soceri ſui, qui Lælius vocabatur. CAPPER.

tatus in Augurum collegium non erat, non admodum diligebat; præſertim [54] *cum ille Q. Scævolam* [55] *ſibi minorem natu generum prætuliſſet, &c.* [56] Nam id *ſibi*, & ad ſocerum referri, & ad Fannium poteſt. Productio quoque in ſcripto, [57] & correptio in dubio relicta, cauſſa eſt ambiguitatis, ut in hoc, *Cato*; [58] aliud enim oſtendit brevis ſecunda ſyllaba *caſu nominativo*; aliud eadem ſyllaba producta *caſu dativo*, aut *ablativo.* Plurimæ præterea ſunt aliæ ſpecies, quas perſequi nihil neceſſe eſt. Nec refert quo modo facta ſit *amphibolia*, aut quo reſolvatur. Duas enim res ſignificari manifeſtum eſt; & quod ad *ſcriptum* vocemve pertinet, [59] in utramque par eſt partem. Ideoque fruſtra præcipitur, ut in hoc *ſtatu* vocem ipſam ad noſtram partem conemur vertere. [60] Nam, ſi id fieri poteſt, [61] *amphibolia* non eſt. *Amphiboliæ* autem omnis in his erit quæſtio; aliquando uter ſit ſecundum naturam magis ſermo; ſemper utrum ſit æquius; utrum is, qui ſic ſcripſit, [62] ac ſic dixit, ſic voluerit. [63] Quarum in utramque partem ſatis ex his, quæ [64] de *conjectura* & *qualitate* diximus, præceptum eſt.

54. *Cum ille.*] Lælius Fannii ſocer. Vide Ciceronis Brutum num. 101. CAPPER.

55. *Sibi minorem, &c.*] Budæus in Commentariis linguæ Græcæ hoc loco taxat Fabium, aitque, & apud Græcos & apud Latinos non tam diligenter ſervari *reciprocationis* rationem, facileque in loco Ciceroniano ſenſum intelligi. TURNEB.

56. *Nam id ſibi.*] *Id* deeſt in V. C. Alm. Obrecht.

57. *Et correctio.*] *Correptio* a corripiendo, ut productioni opponatur, aperte legendum eſt. Quid autem eſt, quod ait *in ſcripto* Fabius? cum in voce id magis evenire poſſe videatur. Neque enim voce diſcernimus, quantæ ſint ſyllabæ primæ, & nominativi *Cato*, & dativi *Cato*. Sed apud priſcos, ut in primo quoque diximus, facile ſola pronuntiatione vocales longæ diſtinguebantur a brevibus: in ſcripto autem, niſi apice notarentur, difficulter poſſunt diſcerni; ut *Catŏ*, quando nominativus eſt, contracto apice notatur; quando dativus, alio & longiore, hoc modo *Catō*. REGIUS. Nam *Catus* apud Romanos (ut docet Plutarchus) ſignificat *aſtutum* & *prudentem*, quique multum rerum uſu & experientia valet: unde *Catones* dicti. TURNEB. In ſuperiore Raphaëlis Regii nota perperam confunditur *apex* cum accentu, aut etiam cum quantitate. Nam ille *apex* erat nota longæ tantum ſyllabæ hunc in modum *malus*, ut ad lib. 1. capp. 5. & 7. demonſtravimus. CAPPER.

58. *Alium enim oſtendit brevis ſ. ſ. c. n. plurimæ.*] *Aliud* videtur legendum, & alius ſenſus librariorum negligentia prætermiſſus, qui in quibuſdam legitur exemplaribus, eſt reponendus hoc modo: *Aliud e. o. b. ſ. ſ. c. nominativo; aliud eadem ſyllaba producta caſu dativo aut ablativo. Catus* autem, unde & *Cato*, prudentem ſignificare notum eſt. *Catus* vero producit primam, *Cato* eamdem corripit. REGIUS. *Alium*; Voſſ. ſec. Locat. Fallitur Regius, qui hic de primæ ſyllabæ quantitate agi putat; illa enim in utraque voce *Catus* & *Cato* eſt brevis, ut ex hoc Ennii verſu.

*Egregie * cordatus homo, catus Æliu' Sextus;*

& altero ejuſdem,

Jam cata ſigna feræ ſonitum dare voce parabant;

& Horatii, & aliorum patet: ſed de ſecunda in *Cato* agitur, quæ varia eſt in utraque voce. In Burmanniana editione perperam excuſum fuerat *condictus*, pro τῷ *cordatus*, quod legitur in Ciceron. 1. *de Orat.* & in 1. *Tuſculan.* quæſtion. CAPPER.

59. *In utramque parem partem.*] Quamvis ita legatur, niſi tamen corrigatur hic locus, ſenſus percipi integer nequaquam poteſt. Emendatur autem, ſi *parem*, in *par eſt*, ut ſint duæ dictiones, convertamus hoc modo: *in utramque par eſt partem.* REGIUS. *Parem partem*; Voſſ ſec.

60. *Nam ſi id fieri poteſt.*] Non eſt *amphibolia*, niſi par eſt in utramque partem ſenſus: qui igitur præcipiunt, ut oſtendamus in hoc *ſtatu*, dictionem dumtaxat noſtro convenire ſenſui, hoc ipſo tollunt *amphiboliam*, id eſt, ſenſus geminationem. TURNEB.

61. *Amphibolia non eſt.*] *Amphibolia eſt*; Voſſ. ſec.

62. *Ac ſi dixit.*] *Sic* legendum eſſe, facile eſt ex ipſo ſenſu videre. REGIUS.

63. *Quarum.*] Vel *amphiboliarum*, vel partium, ad quas accommodari ſermo *amphibolicus* poſſit. CAPPER.

64 *De conjectura & qualitate.*] Vide ad capp. 2. & 4. hujus libri. CAPPER.

CAPUT X.

Quæ ſit inter ſtatus cognatio, & quæ diverſitas.

EST autem quædam inter hos *ſtatus* [1] cognatio. Nam & in *finitione*, quæ ſit [2] voluntas nominis, quæritur; [3] & in *ſyllogiſmo*, [4] qui ſecundus a *finitione ſtatus* eſt, [5] ſpectatur, quid voluerit ſcriptor; & [6] ex *contrariis legibus* duos eſſe *ſcripti* & *voluntatis ſtatus* apparet. Rurſus & *finitio* quodammodo eſt *amphibolia*, [7] cum in duas partes diducatur [8] intellectus nominis. [9] *Scriptum* & *voluntas* habet in verbis [10] vocis quæſtionem: [11] quod idem in *antinomia* petitur. [12] Ideoque omnia hæc quidam *ſcriptum* & *voluntatem* [13] eſſe dixerunt; alii in *ſcripto* & *voluntate* [14] *amphiboliam* eſſe, quæ facit quæſtionem. Sed diſtincta ſunt. [15] Aliud eſt enim obſcurum jus, aliud ambiguum. [16] Igitur *finitio* in natura ipſa nominis quæſtionem habet generalem, & quæ eſſe etiam citra complexum *cauſſæ* poſſit: *Scriptum* & *voluntas* de eo diſputat verbo, quod eſt in lege: *Syllogiſmus* de eo, quod non eſt. *Amphiboliæ* lis [17] in diverſum trahit: *Legum contrariarum* ex diverſo pugna eſt. Neque immerito & recepta eſt a doctiſſimis hæc differentia, & apud plurimos ac prudentiſſimos durat. [18] Et de hoc quidem genere [19] diſceptationis, etiamſi non omnia tradi, tamen aliqua potuerunt. Sunt alia, quæ, niſi propoſita, de qua dicendum eſt, materia, [20] viam docendi non præbeant. Non enim cauſſa univerſa [21] in quæſtiones XI.

Hoc capite de *ſtatuum legalium* cognatione & diverſitate ſcribit; deinde ad præcepta *diſpoſitionis* revertitur; docetque potiſſimum *diſpoſitionem* ſolis præceptis haberi non poſſe, ſed natura, arte, & exercitatione. TURNEB.

1. *Cognatio.*] Ἐπιπλοκὴν τῶν στάσεων, id eſt, mutuam *ſtatuum* implicationem vocant Syrianus unus e Græcis Hermogenis interpretibus in Aldin. edition. tom 2. pag. 29. & Georgius Diæretes (quem e Regio MSS. cod. 2759. deſcribendum curavi) in Hermogen. περὶ πραγματικῆς, *de ſtatu negotiali*, ante τῶν κεφαλαίων *capitum* expoſitionem. CAPPER.

2. *Voluntas nominis.*] Hoc eſt, ſenſus, ſignificatio, &, ut aiunt antiqui Rhetores Latini, ſignificantia: qua ratione *ſtatus definitivus* cognationem habet cum eo *legali ſtatu*, qui dicitur *ſcripti & voluntatis*, de quo ſupra cap. 6. CAPPER.

3. *Et in ſyllogiſmo.*] *Syllogiſmum* ſecundum a *finitione* ponit (opinor) hac de cauſſa; quia, ſi *finitionem* obtinere non poſſumus, proximum eſt, ut in *ſyllogiſmum* labamur, tanquam in ſecundum adjumentum. TURNEB. *Ut in ſyllog.* Voſſ. ſec.

4. *Qui ſecundus a finitione ſtatus eſt.*] Non quod in generali *ſtatuum* diviſione *ſyllogiſmus definitivum ſtatum* immediate ſequatur (quod contra patuit) ſed quod, poſita quapiam forenſi controverſia, quaſi locum teneat, vices gerat ac ſuppleat *ſtatus definitivi*, ſitque velut alter *ſtatus definitivus* in certis quibuſdam *cauſſis*, & oratoriis *hypotheſibus*; verbi gratia, *an furtum rei privatæ in templo ſit ſacrilegium, an poculum amatorium ſit venenum?* Orator ſeu actor utitur primum quidem *ſtatu definitivo*, ut illud eſſe ſacrilegium, & hoc venenum probet; ſed ſi *ſtatus* hic ad *cauſſam* obtinendam, ad convincendum reum non valeat, tunc actori ſuccurret ſecundus a *finitione ſtatus*, id eſt, ſyllogiſmus; cujus ope legem de ſacrilegiis & veneficiis ad privatæ pecuniæ in templo ſurreptæ, & poculi amatorii caſus extendere conabitur. Et hæc quidem interpretatio facile probatur ex iis, quæ Fabius tradidit cap. 8. ubi ſic habet: *Eius (ſyllogiſmi) nonnulla cum* finitione *conjunctio: Nam ſæpe ſi* finitio *infirma eſt, in* ſyllogiſmum *delabitur .... ſi* finitio *parum valebit, fiet* ſyllogiſmus *ad quem, remiſſa priore contentione, veniemus*, &c. cujus rei exempla Rhetor noſter ibidem profert. CAPPER.

5. *Status eſt quo ſpectatur.*] *Quo* ablativus, ut ſupervacuus, mihi videtur eradendus, tametſi in omnibus exemplaribus ita legatur. Quo autem modo *ſyllogiſmus* ſit a *finitione* ſecundus, mihi non liquet; nam ordine ipſo *finitionem qualitas* ſequitur: niſi dicamus vi ac poteſtate *ſyllogiſmum* a *finitione* eſſe ſecundum; nam ubi *definitio* infirma eſt, in *ſyllogiſmum* delabitur, ut paulo ante viſum eſt. REGIUS. *Quo ſpectatur*; Voſſ. ſec. Locat. *Spectatur quid voluerit ſcriptor.*] Quia verba legis ad caſus lege non expreſſos extenduntur, idque legiſlatoris mentem interpretando: qua ratione *ſtatus* ille *ſyllogiſticus* quandam cognationem habet cum eo, qui vocatur *ſcripti & voluntatis*. Vide ad cap. 6. hujus libri. CAPPER.

6. *Ex contrariis legibus.*] Id eſt, ex eo *ſtatu legali*, qui a Græcis ἀντινομία, & a Latinis legum contrarietas, colliſio, conflictus, &c. appellatur. Vide cap. 7. CAPPER.

7. *Cum in duas partes deducatur.*] *Cum ad duas partes deducatur*; Vallæ lib. & marg. Baſil.

8. *Intellectus nominis.*] Lege quæ paulo ſupra notavimus ad illa Fabii verba: *voluntas nominis*. CAPPER.

9. *Scriptum & voluntas.*] Hoc eſt, primus ille *ſtatus legalis*, quem Græci περὶ ῥητοῦ καὶ διανοίας, Latini *de ſcripto & voluntate legis* appellarunt. CAPPER.

10. *Vocis quæſtionem.*] Quæſtionem de voce, de ſenſu vocis, & ſic ad *ſtatum amphiboliæ* quodammodo pertinet. CAPPER.

11. *Quod idem antinomia.*] *In* præpoſitio mihi adſcribenda videtur, hoc modo: *quod idem in antinomia petitur*. REGIUS. Non habent *in* MSS. Alm. Voſſ. ſec. *Quod idem.*] Scilicet vocis vel de voce quæſtio, quæ ad *amphiboliæ ſtatum* refertur. CAPPER.

12. *Ideoque omnia.*] In hac eſſe videtur ſententia Cicero libro ſecundo *de Oratore* cap. 26. nam *ambiguum* ſubjicit *qualitati*, atque ab *ambiguo* pendere omnes quæſtiones *legitimas*. TURNEB.

13. *Eſſe dixerunt.*] *Duxerunt*; marg. Baſil.

14. *Amphiboliam eſſe.*] Hoc in capite *amphibolia* ſignificat *legalem* illum *ſtatum*, qui Græce ἀμφιβολία, Latine *ambiguitas* appellatur: lege cap. 9. hujus libri. CAPPER.

15. *Aliud obſcurum jus, aliud ambiguum.*] De jure obſcuro vide ſupra cap. 6. (ubi de *legali ſtatu ex ſcripto & voluntate.*) De jure autem ambiguo lege cap. 9. (ubi de *legali ſtatu*, cui nomen *amphibolia*) & utriuſque diſcrimen intelliges. CAPPER.

16. *Igitur finitio.*] Fabius quoque docuit lib. III. cap. 6. *finitione* nihil niſi in univerſum quæri, & comprehendi. TURNEB.

17. *In diverſum trahit.*] Id eſt, in diverſum ſenſum trahit legis verba, idque propter dictionum *homonymiam*, ſive, ut vulgo in ſcholis aiunt, *æquivocationem*. CAPPER.

18. *Et de hoc.*] Tota hæc periodus ad *ſunt alia*, deerat in Voſſ. ſec.

19. *Diſpoſitionis.*] *Diſceptationis*; MSS. Bodl. Bal. Andr. Locat. Ald. Steph. Par. Vaſc. Gryph. Colin. Vidov. Obr. marg. Sich. Baſil.

20. *Viam docendi.*] *Viam dicendi.*; Voſſ. ſec.

21. *In quæſtiones ac locos ducenda.*] *Deducenda*, hoc eſt, di-

ac *locos* diducenda eſt: ſed hæ ipſæ partes habent rurſus ordinem ſuum. Nam & in *proœmio* primum eſt aliquid, & ſecundum, ac deinceps. Et quæſtio omnis ac *locus* habet ſuam diſpoſitionem, [22] ut *theſes* etiam ſimplices. Niſi forte ſatis erit dividendi peritus, qui controverſiam [23] in hæc diduxerit, [24] *an omne præmium* [25] *viro forti dandum ſit, an* [26] *ex privato?* [27] *an nuptiæ*, [28] *an ea, quæ nupta ſit*, [29] *an hæc?* deinde, cum fuerit de prima quæſtione dicendum, paſſim, & ut quidque in mentem veniet, miſcuerit; non primum in ea ſcierit eſſe tractandum, *verbis legis ſtandum ſit*, [30] *an voluntate?* hujus ipſius particulæ aliquod initium fecerit; deinde, proxima ſubnectens, ſtruxerit orationem; ut, pars hominis eſt manus, [31] ejus, digiti, [32] illorum quoque, articuli. [33] Eſt & hoc, quod ſcriptor demonſtrare non poſſit, niſi certa, definitaque materia. Sed [34] quid una faciat, aut altera? [35] quin immo centum ac mille, in re infinita, atque materia? Præceptoris eſt, in alio atque alio genere quotidie oſtendere, quis ordo ſit rerum, & quæ copulatio; ut paulatim fiat uſus, & ad ſimilia tranſitus. [36] Tradi enim omnia, quæ ars efficit, non poſſunt. Nam quis pictor omnia, quæ in rerum natura ſunt, adumbrare didicit? ſed, [37] percepta ſemel imitandi ratione, aſſimulabit, quidquid acceperit. [38] Quid enim? non faber vaſculum aliquod, quale nunquam viderat, [39] facit? Quædam vero non docentium ſunt, ſed diſcentium. [40] Nam & medicus, quid in quoque [41] valetudinis genere faciendum ſit, [42] quid quibus ſignis providendum, docebit: [43] vim ſentiendi pulſus venarum, caloris

videnda, mihi legendum videtur. REGIUS. Fabius hoc libro locutus eſt de *locorum* ac quæſtionum diviſione & diſpoſitione, nec tamen ſatis eſt complexus diſpoſitionis præcepta; quia, cum tractantur quæſtiones ac *loci*, opus eſt alia rurſum diſpoſitione, quia ſatis ſcripto tradi non poteſt. TURNEB. *Ducenda;* Locat. *non enim cauſſa diverſa in q. a. l. ducenda eſt;* Voſſ. ſec.

22. *Simplices. Si forte ſatis erit dividendi peritus, qui controverſias in hæc dixerit*, an omne.] Hic locus quidem procul dubio ita eſt depravatus atque confuſus, ut neque ſenſus elici, neque facile mihi corrigi poſſit, citra unius ſaltem verbi immutationem; nam & *dixerit* forſitan in *diduxerit* eſt commutandum, & *ac* copula adſcribenda, ut inde longa illa periodus inchoetur hoc modo: *Ac ſi forte ſatis erit dividendi peritus, qui controverſiam in hæc diduxerit*, an omne præmium, *&c. miſcuerit?* cum interrogatione quidem, quæ in negationem reſolvitur, mihi claudendum eſſe videtur, perinde ac ſi dicat: *qui peritus fuerit dividendi, nihil miſcebit: ſed omnia ordinate dicet.* REGIUS. *Simplices, ſi forte ſatis, &c. in hæc dixerit;* V. C. Alm. Locat. *ſi forte;* MSS Bodl. Andr. *ut theſis etiam ſimplex: ſi forte;* Ald. *An ſic forte;* Steph. Colin. *niſi forte;* Obrecht. reliquæ edit. *ac ſi forte. Ut theſes etiam ſimplices.*] *Theſis* ſimplex eſt quæſtio generalis, quæ nullas continet circumſtantias; ut, *an accedendum ſit ad rempublicam.* Differt ab *hypotheſi*, ſeu quæſtione particulari & pluribus veſtita circumſtantiis; ut, *an Catoni hoc tempore, hac ratione, his auxiliis, accedendum ſit ad rempublicam.* CAPPER.

23. *In hæc diduxerit.*] *In hoc duxerit;* Voſſ. ſec.

24. *An omne præmium.*] Hæc eſt diviſio, de qua locutus eſt primo cap. cum docebat, deſcendendum nonnunquam a ſummo genere ad imam ſpeciem. TURNEB.

25. *Viro forti.*] Τῷ ἀριστῖ vel ἀριστεύσαντι, ei qui bellicam rem præclare geſſerit. CAPPER.

26. *Ex privato.*] Ex cujuſdam privati bonis, non autem reipublicæ. CAPPER.

27. *An nuptiæ.*] An concedendæ ſint illi nuptiæ inſtar præmii. CAPPER.

28. *An ea quæ nupta ſit.*] An mulier quæpiam inde finite ſed jam nupta, danda illi & in matrimonium collocanda, idque pro bellicæ fortitudinis præmio. CAPPER.

29. *An hæc.*] An hæc vel illa ſingularis mulier nupta, &c. CAPPER.

30. *An voluntate.*] Mente, conſilio, propoſito legis, vel potius legiſlatoris. CAPPER.

31. *Ejus, digiti.*] Digiti ſunt partes ejus, nempe manus. CAPPER.

32. *Illorum quoque, articuli.*] articuli ſunt partes digitorum. CAPPER.

33. *Eſt & hoc.*] Docuit antea Fabius primo cap. bonam *diſpoſitionis* partem præceptis non poſſe comprehendi; ut hæc quoque pars, de qua loquimur, in artem redigi non poteſt, ſed maxime conſtat natura & exercitatione. TURNEB. Pro τῷ *eſt & hoc*, legitur in V. C. Alm. *hoc eſt.*

34. *Quid una faciat.*] *Faciet;* V. C. Alm.

35. *Quinimo centum ac mille in re finita, quæ materia præceptoris eſt.*] Hic quoque ſenſus flagitiis non vacat, quibus ita implicatur, ut non percipiatur. Nam & duo in eo verba corrupte leguntur, & diſtinctione ſublata diverſi confunduntur ſenſus. Illi namque dictioni *finita*, *in* præpoſitio eſt adſcribenda, ut *infinita* legatur, ac, loco illius *quæ* relativi, *atque* copula mihi videtur reponenda: itaque diſtinguendum, ut & cum interrogatione legatur, & ille *præceptoris* genitivus ſequentis ſenſus initium conſtituat, hoc modo: *Quinimo centum ac mille in re infinita atque materia.* REGIUS. *In re finita, quæ materia præceptoris;* Voſſ. ſec. Locat. In Rolliniana editione deſunt τὸ *atque materia*, neque videntur admodum neceſſaria: immo ex illis præcedentibus *definitaque materia* per exſcriptorum incuriam repetita fuiſſe, poſſet quis non immerito ſuſpicari: ſed abſque librorum editor. & MSS. auctoritate vulgatam lectionem ſolicitare auſus non ſum. CAPPER.

36. *Tradi enim omnia.*] Hæc mihi deſumpta ex Cicer. lib. II *de Orat.* cap. 6. videntur, ubi inquit: *Neque eſt omnino ars ulla, in qua omnia, quæ illa arte effici poſſunt, a doctore tradantur*, &c. ALMELOV.

37. *Percepta imitandi.*] *Semel* recte in quibuſdam legitur exemplaribus, hoc modo. *ſemel percepta:* tertia vero a fine ſyllaba hujus verbi *aſſimilabit* per *u* ſcribenda *aſſimulabit;* *aſſimilare* namque per *i*, Latinum non eſt. REGIUS. *Sed percepta ſemel;* Locat. Ald. Steph. Colin. Gryph. Baſil. Vidov. Oxon. Obrecht. *ſed præcepta ſemel;* Voſſ. ſec. *percepta ſemel mutandi;* marg. Baſil. Gryph. recte autem Regius *adſimulabit* ſcribendum eſſe docet; nec debuerat dubitare Aſcenſius; nam nos quoque *ſimilare* & *adſimilare* Latine dici non putamus, de quo latius ad Ovidii lib. III. Metam. 158. agemus. BURMAN. Sed hujuſmodi controverſia non majoris eſſe momenti videtur, quam illa; utrum *optumus*, *maxumus*, &c. an *optimus*, *maximus*, &c. ſcribi oporteat. Vide ſupra lib. 1. cap. 7. de orthographia, & Velium Longum in veterib. Grammatic. a Putſchio editis pagg. 2228. 2235. CAPPER.

38. *Quis enim non faber.*] *Quid enim? non faber;* Ald. *Quis non faber;* Obrecht. ſed elegantior Aldi lectio, quæ valde blanditur mihi. Petron. cap. LXXIV. *Quid enim? inquit, ambubaja me non miſit?* Horat. 1. Sat. 1. *quid enim? concurritur.* BURMAN.

39. *Facit.*] *Fecit;* V. C. Alm. *viderit;* etiam Voſſ. ſec.

40. *Nam & medicus.*] *Nam medicus;* Voſſ. ſec.

41. *Valetudinis.*] Supple, malæ, adverſæ; nam τὸ *valetudo*, etiamſi ſolum ponatur, ſæpe morbum & ægrotationem ſignificat. CAPPER.

42. *Quid quibusve ſignis.*] *Ve* particula otioſa ac ſupervacua mihi videtur expungenda. REGIUS. *Quibusve;* Locat. Ald. *quibusque;* MS. Alm. Voſſ. ſec. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

43. *Vim ex caloris motus.*] Diſtinguunt alii *vim ſentiendi, pulſus venarum, caloris, motus. Coloris diſtantia quæ cuique;* Vall. lib. & *meatus* in genitivo: *meatus*, etiam Voſſ. ſec. Francius malebat *ſpiritus meatus, coloris diſtantia.*

motus, ſpiritus meatum, coloris diſtantiam, [44] quæ ſua cujuſque ſunt, ingenium dabit. Quare plurima [45] petamus a nobis; & cum cauſſis deliberemus, cogitemuſque, homines ante [46] inveniſſe artem, quam docuiſſe. [47] Illa enim potentiſſima eſt, quæque vere dicitur [48] *œconomica* [49] totius *cauſſæ diſpoſitio*, quæ conſtitui, niſi velut [50] in re præſenti, non poteſt; ubi aſſumendum *proœmium*, ubi omittendum; ubi utendum [51] *expoſitione* continua, ubi partita; ubi ab initiis incipiendum, ubi [52] more Homerico [53] a mediis, vel ultimis; ubi omnino [54] non exponendum; quando a noſtris, quando ab adverſariorum propoſitionibus incipiamus; quando a firmiſſimis probationibus, quando a levioribus; quando in *cauſſa* [55] proponendæ *proœmiis* quæſtiones, qua præparatione præmuniendæ; quid judicis animus accipere poſſit ſtatim dictum, quo paulatim deducendus; ſingulis, an [56] univerſis opponenda refutatio; reſervandi *perorationi*, an [57] per totam orationem diffundendi affectus; [58] de jure prius, an [59] de æquitate dicendum; an anteacta crimina, an de quibus judicium eſt, prius objicere vel diluere conveniat; ſi multiplices *cauſſæ* erunt, quis ordo faciendus, quæ teſtimonia, tabulæve, cujuſque generis [60] in *actione* recitandæ, quæ reſervandæ. Hæc eſt velut imperatoria virtus copias ſuas [61] partientis ad caſus præliorum; retinentis partes [62] propter caſtella tuenda, cuſtodiendaſve urbes, petendos commeatus, obſidenda itinera; mari denique ac terra dividentis. Sed hæc [63] in oratione præſtat omnia, cui affuerint natura, doctrina, ſtudium. Quare nemo exſpectet, ut alieno tantum labore ſit diſertus. [64] Vigilandum ducat, iterum enitendum, pallendum: eſt facienda [65] ſua cuique vis, uſus, ſua ratio: non reſpiciendum ad hæc, ſed in promptu habenda: nec tanquam tradita, ſed tanquam innata. Nam viam demonſtrare [66] velociter ars poteſt, ſi qua eſt: verum ars ſatis præſtat, ſi copias eloquentiæ ponit in medio: noſtrum eſt uti eis ſcire. [67] Reliqua partium eſt demum *diſpoſitio*: & in his ipſis primus aliquis [68] ſenſus, & ſecundus, & tertius: qui non modo, ut ſint ordine collocati, [69] elaborandum eſt, ſed ut inter ſe juncti, atque ita cohærentes, ne commiſſura pelluceat: [70] corpus ſit, non membra. Quod ita con-

44. *Quæ ſua cujuſque.*] *Quæ ſui cuiuſque ſunt, ingenium non dabit*; V. C. Alm. non male, ſi *ſua* legatur. Fabii ſenſus eſſe videtur hujuſmodi: *quæ ſingula uniuſcujuſque ſunt ægroti propria.* CAPPER.

45. *Petimus a nobis & deliberamus.*] *Petamus & deliberemus* emendate a quibuſdam legitur. REGIUS.

46. *Inveniſſe artem.*] Quod nullo modo mirandum; *cum non* [illegible]*is, aut ex duabus, ſed ex multis animi perceptionibus con*[illegible] Cicer. *Acad. quæſt.* II. 7. ALMELOV. Vide lib. VIII. proœm.

47. *Illa enim,*] Artificialis eſt quædam *diſpoſitio*, de qua antea fere ſemper Fabius: alia eſt quæ pendet a proprietate cujuſque *thematis*, ideoque ſæpe artificialem immutat diſpoſitionem: hæc *œconomia* dicitur, ſive *œconomica diſpoſitio*, id eſt, diſpenſatrix, cujus bona pars nullo modo comprehendi poteſt præceptis. TURNEB.

48. *Oeconomica.*] Victorinus lib. Rhet. ad Silonem œconomicam dicit *artificialem diſpoſitionem*; Mart. Capella *diſpenſationem* vocat. PHILAND.

49. *Totius cauſſæ diſpoſitio.*] *Totius theſis diſpoſitio*; Andr.

50. *In re præſenti.*] Hoc eſt, niſi velut inſpecta & oculis perſpecta ipſa re & materia, de qua hic & nunc agitur: *metaphora* ducta eſt a forenſi conſuetudine, qua litigantes ipſique judices aliquando ſe conferebant ad rem controverſam, puta ad agrum, ad domum, ut de controverſia planius & melius judicare poſſent, quam ſi ſolis teſtibus & tabulis res ageretur; nam

Segnius irritant animos demiſſa per aurem,
Quam quæ ſunt oculis ſubjecta fidelibus, &c.

ut belle canit Horatius in Arte Poëtic. verſ. 180. CAPPER.

51. *Expoſitione.*] Id eſt, narratione; ut patuit ad cap. 2. lib. IV. CAPPER.

52. *More Homerico.*] Poëtæ, ut docet Macrob. in Saturnalibus, ſolent ſæpenumero a mediis incipere, deinde captata occaſione, quod omiſſum eſt, inferere; ut Virgilius incepit a profectione ex Sicilia; Homerus Odyſſeam incepit a medio, nimirum a navigatione Ulyſſis ab Ogygia inſula; Iliadem vero ab ultimis incepit, id eſt, a decimo anno belli Trojani. TURNEB.

53. *E mediis.*] *A mediis* legendum eſſe patet. REGIUS. *E mediis*; Locat. Voſſ. ſec.

54. *Non exponendum.*] Ubi non ſit narrandum, non ſit adhibenda ea orationis pars, quæ *narratio* appellatur. CAPP.

55. *Proponendæ proœmiis.*] Vel addendum videtur τὸ *in*, vel certe ſubintelligendum eſt: cæterum Tullius in Milonianæ *proœmiis* quaſdam quæſtiones propoſuit. CAPP.

56. *Univerſis opponendi.*] *Opponenda* legendum eſt. REGIUS.

57. *Per totam orationem.*] *Per totam actionem*; MSS. Bodl. Bal. Sich. Obrechr. marg. Gryph.

58. *De jure prius.*] De ſummo ſtrictoque jure, de rigore juris. CAPPER.

59. *De æquitate.*] De æquo & bono, de ſummi ſtrictique juris remiſſione, quam Græci ἐπιείκειαν vocant. CAPP.

60. *In actione recitandæ.*] *In actione tractandæ*; Voſſ. ſec. *Recitandæ.*] Id eſt, *legendæ*; nam apud veteres τὸ *recitare*, non eſt aliquid memoriter pronunciare. CAPPER.

61. *Partientis.*] Hoc participium conſtruitur cum ſubintellecto genitivo *Imperatoris*, qui τῇ δυνάμει in τῇ *imperatoria virtus*, continetur: eadem figura dixit Homerus Iliad. β. 54.

Νεστορέῃ παρὰ νηῒ Πυλοιγενέος βασιλῆος

apud navem Neſtoream Regis Pylo nati. CAPPER.

62. *Propter caſtella.*] *Per caſtella*; MS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald.

63. *In oratione præſtat, cui omnia affuerint.*] Sic quidem parum acute intuenti recte legi videtur; quamvis & verba tranſpoſita ſint, & minus integer ſenſus; neque enim omnia illi recte adeſſe dicentur, qui hiſce tribus ſit peritus, natura, doctrina, ſtudio. Quare omnia ante illud *cui* relativum collocanda videntur hoc modo: *Sed hæc in oratione præſtet omnia, cui affuerint.* REGIUS. *In oratione præſtant, cum omnia*; MSS. Bodl. Bal. Sich. *hæc in oratione præſtat, cui omnia*; Voſſ. ſec. *in oratione præſtavit*; V. C. Alm. forte pro *præſtabit.*

64. *Vigilandum ducat.*] *Dicat*; V. C. Alm. & mox *pollendum*; Voſſ. ſec.

65. *Sua cuique vis, uſus, ratio.*] *Vis, ſua ratio*; V. C. Alm. Locat. Ald. Steph. Colin. Vidov.

66. *Poteſt velocitas, ſi qua eſt.*] *Velocitas* quidem legitur; ſed parum mihi ſenſui convenire videtur: forte *velociter ars poteſt.* REGIUS. *Poteſt velocitas*; Voſſ. ſec. Locat.

67. *Reliqua enim artium.*] Corruptus mihi videtur hic ſenſus; nam illa particula *enim* redundare videtur, eoque oblinenda, & *partium* legendum. REGIUS. *Reliqua enim artium*; Locat. *reliqua artium*; MS. Alm. Voſſ. ſec. *Partium diſpoſitio.*] Quaſi dicat: hactenus de generali & univerſim ſumpta diſpoſitione diximus. Reſtat alia diſpoſitio, quæ partium eſt, explicanda. CAPPER.

68. *Senſus.*] Διάνοια, *une penſée.* CAPPER.

69. *Elaborandum.*] *Laborandum*; V. C. Alm. *collati elaborandum*; Voſſ. ſec.

70. *Corpus ſit.*] Sit oratio quaſi quoddam compoſitum & coagmentatum corpus, non membra divulſa, aut In-

tinget; ſi &, [71] quid in quoque conveniat, viderimus; [72] & ut verba verbis applicemus, non pugnantia, ſed quæ invicem complectantur. [73] Ita res diverſæ diſtantibus ex locis quaſi invicem ignotæ non collidentur, ſed aliqua ſocietate cum [74] prioribus ac ſequentibus ſe, copulaque tenebunt; ac videbitur non ſolum compoſita oratio, ſed etiam continua. Verum longius fortaſſe progredior fallente tranſitu, & a *diſpoſitione* ad *elocutionis* præcepta labor: quod proximus liber inchoabit.

xata, non ſcopæ diſſolutæ, &c. CAPPER.

71. *Quid in quoque.*] *Quid in quaque*; Locat. Ald. quid quaque; Voſſ. ſec.

72. *Et ut verba verbis applicemus.*] Hoc loco Fab. etiam *diſpoſitionem* ponit in verbis; debita enim verborum collocatio & junctura diſpoſitione quadam conſtat: eſt hoc tamen magis *elocutionis*, ut paulo poſt Fabius ſignificabit. TURNEB.

73. *Ita res non diverſæ.*] *Non* mihi juxta verbum collocandum videtur, *non collidentur*. REGIUS. *Res non diverſæ*; MSS. Bodl. Bal. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil Gryph. *ita res diverſæ, &c. collidentur*, omiſſo *non*; Vidov. *colligantur* etiam Voſſ ſec.

74. *Sed non prioribus a. ſ. ſe copula tenebunt.*] Depravatus hic ſenſus ſic emendari poteſt, ſi duæ illæ particulæ *ſed non* eradantur, ac loco earum *cum* & *ac* reponantur hoc modo: *ſed aliqua ſocietate cum prioribus ac ſequentibus ſe copulaque tenebunt.* REGIUS. *Sed non prioribus*; Locat. *Copulaque.*] *Copula*; Locat. Ald. *copulas*; Baſil. Gryph.

M. FAB. QUINCTILIANI
DE
INSTITUTIONE
ORATORIA
LIBER OCTAVUS.

PROOEMIUM.

HIS fere, quæ in proximos quinque libros collata ſunt, ratio [1] inveniendi, atque [2] inventa diſponendi, [3] continetur; quam ut [4] per omnes numeros penitus cognoſcere, [5] ad ſummam ſcientiæ neceſſarium eſt; [6] ita incipientibus brevius ac ſimplicius tradi magis convenit. Aut enim difficultate inſtitutionis [7] tam numeroſæ atque perplexæ deterreri ſolent; aut eo tempore, quo præcipue [8] alenda ingenia, [9] atque indulgentia quadam enutrienda ſunt, aſperiorum tractatu rerum atteruntur; aut, [10] ſi hæc ſola didicerint, ſatis ſe ad eloquentiam inſtructos arbitrantur; [11] aut, quaſi ad certas quaſdam dicendi leges alligati, conatum omnem reformidant. [12] Unde exiſtimant accidiſſe, ut, [13] qui diligentiſſimi artium ſcriptores extiterunt, ab eloquentia [14] longiſſime fuerint. Via tamen opus eſt incipien-

Quatuor his deinceps libris *elocutionis* præcepta complectitur. Hac autem præfatione oſtendit, quo pacto *inventio* & *diſpoſitio* ſit docenda; repetit, quæ hactenus præcepit *de inventione & diſpoſitione*; deinde *ad elocutionem* tranſit, cujus utilitatem & difficultatem oſtendit; poſtremo vitia quædam pravæ *elocutionis* notat. TURNEB.

1. *Inveniendi.*] Subintellige, argumenta rei, quam tractamus, probandæ idonea: quæ pars eſt *Rhetoricæ* prima. CAPPER.

2. *Inventa diſponendi.*] Inventa ſcilicet argumenta, ſeu probationum momenta diſponendi: quæ pars eſt *Rhetoricæ* ſecunda. CAPPER.

3. *Continentur.*] *Continetur* legendum eſſe, ne admonitione quidem dignum videtur. REGIUS. *Continentur*; Locat. Ald.

4. *Per omnes numeros.*] Hæc phraſis ducta eſt ab opinione Pythagoræ, qui exiſtimavit omnia conſtare numeris, & numeris perfici: unde, quod abſolutum eſt, dicitur habere ſuos numeros. TURNEB.

5. *Et ad ſummam.*] *Et* copula, ut otioſa & ſenſum turbans, videtur expungenda. REGIUS.

6. *Ita incipientibus.*] *Elocutio* ac cæteræ partes accuratius tradi debent, non item *inventio* & *diſpoſitio*; nam hæ ut natura ſunt priores, ita priores docentur: ſed tum auditores ſunt rudes: quocirca ſimplicius ſunt docendæ hæ partes. TURNEB.

7. *Tam innumeroſæ.*] *In* particula expungatur, ut *numeroſæ* legatur. REGIUS. Bona hæc lectio in ſpeciem; ſed interius neque ſincera neque nativa. Præceſſit quidem, *per omnes numeros penitus cognoſcere*; ſed quis credat, inde ſic traxiſſe & rapuiſſe hoc Fabium? Ex veſtigiis MS. Palat. indubitate legendum: *Aut enim difficultate inſtitutionis tam ſinuoſæ atque perplexæ deterreri ſolent.* Optime: *ſinuoſum*, quicquid per multos ſinus, multaſque ambages producit ac detinet. Ipſe Fabius lib. 11. cap. 4. *Interim admonere illud ſatis eſt, ut ſit ea neque arida prorſus atque jejuna; (nam quid opus erat tantum ſtudiis laboris impendere, ſi res nudas atque inornatas indicare ſatis videretur?) neque rurſus ſinuoſa & arceſſitis* (ita legendum ex MS.) *deſcriptionibus, in quas plerique imitatione Poëticæ licentia ducuntur, laſciva.* Onomaſticum: *ſinuo*, κολπόω: *ſinuoſus*, κολπώδης. GEBHARDUS. lib. III. Crep. cap. 8.

8. *Alenda ingenia.*] *Colenda*; MS. Bodl. marg. Sich. Baſil. ſed nihil muta; nam ita ſæpe Fabius utitur voce *alere* lib. 1. cap. 2. *firmiores in literis profectus alit æmulatio* cap. 3. *hic erit alendus ambitu*: & alibi. BURMAN.

9. *Atque indulgentia.*] Hæc deſunt in Voſſ. ſec.

10. *Si hæc ſola didicerunt.*] *Didicerint* legendum eſſe, ne admonendum quidem eſt. REGIUS.

11. *Aut quaſi ad certas.*] Fabius lib. II. diligenter ſcripſit, quatenus ſit arti inhærendum; ait enim ſæpenumero naturam nos ſequi oportere, ac ſæpenumero ob utilitatem *cauſſæ* omittendam eſſe docuit præceptorum rationem, ſi refragaretur. TURNEB.

12. *Unde exiſtimant.*] Id videtur propter Hermagoram dixiſſe, qui artem *rhetoricam* infinitis præceptorum minutiis, ſed tamen ut legibus, eſt complexus: unde antea nimiam ejus diligentiam vituperabat. Huic vitio videtur etiam Hermogenes apud Græcos obnoxius; eſt enim diligentior in inveniendis & tradendis præceptis, quam deceat. TURNEB. Iniquum hoc Turnebiani Commentatoris judicium plus ſatis probat Hermogenis libros ab eo vel lectos non fuiſſe, vel ſaltem minus intellectos; nam Tarſenſis ille Rhetor de eloquentia eloquentiſſime ſcripſit, ut mecum fatebuntur, quicumque illius *Partitiones* de oratoriarum quæſtionum *ſtatibus*, quatuor *de inventione* libros, duos *de formis orationum*, & unum περὶ μεθόδου δεινότητος, non levi ac deſultoria, ſed ſeria diligentique mentis intentione perlegerint. Et certe Muſonius ille philoſophus celebris lectiones Hermogenis magna cum admiratione audiebat: ad eundem audiendum excitatus fuit M. Antoninus princeps doctus & in doctos liberalis. Docebat tamen Hermogenes annos quindecim natus, ut ex Philoſtrato Suidas refert, & decimo octavo ætatis anno de arte oratoria ſcripſiſſe dicitur. CAPPER.

13. *Qui diligentiſſimi artium ſcriptores.*] Carneades apud Ciceronem lib. 1. *de Oratore* PITHOEUS. Cæterum in τῷ *artium* ſubintellige τὸ *rhetoricarum*, vel *oratoriarum*, ut jam ſupra monuimus. CAPPER.

14. *Longiſſime fuerint.*] Elegans hæc & rarior locutio, pro conſueta, *longiſſime abfuerint.* Vide Schefſer. ad Juſtin. lib. 11. cap. 5. infr. cap. 3. *An quiſquam tam procul a concipiendis imaginibus rerum abeſt?*

de jure [36] ſit controverſia; ut in re tali: [37] *Patri in filium, patrono in libertum manus injectio ſit:* [38] *Liberti heredem ſequantur.* [39] *Liberti filium quidam fecit heredem,* [40] *invicem petitur* [41] *manus injectio,* [42] *& patronus* [43] *negat, jus patris illi fuiſſe,* [44] *quia ipſe in manu patroni fuerit.* [45] Duplices leges, ſicut duæ, colliduntur; ut: *Nothus ante legitimum natus,* [46] *legitimus ſit:* [47] *poſt legitimum, tantum civis.* Quod de legibus, idem de Senatuſconſultis dictum: [48] quæ ſi aut inter ſe pugnent, aut obſtent legibus, [49] non tamen aliud ſit ejus *ſtatus* nomen.

nam dixerat paulo ſupra: *aut confeſſum eſt ex utraque parte jus, aut dubium.* CAPPER.

36. *Sit controverſia.*] *Fit*; Locat. Ald.

37. *Patri in filium, &c.*] *Manum injicere* eſt juriſconſultis, non expectata judicis auctoritate aut poteſtate, rem, ut ſibi debitam aut propriam, vindicare, quod lingua vernacula dicimus *ſaiſir.* Porro ex jure Romano patres magnam habent in filios poteſtatem, ut apparet ex titulo *de patria poteſtate.* TURNEB. Hæc autem loquendi formula *manus injectio* tracta eſt ex Leg. XII. Tabular. ubi legitur: *Æris confeſſis rebuſque judicatis triginta dies juſti ſunto; poſt deinde manus injectio*; atque hæc erat Græcorum ἀνδροληψία, de qua lege Harpocrationem, & Budæum, qui in notis ad eumdem laudatur. Gallice de rebus quidem *ſaiſie* dicitur; de perſonis vero *priſe de corps.* CAPPER.

38. *Liberti heredem ſequantur.*] Οἱ liberti τοῦ defuncti ad heredem pertineant, ut cætera defuncti bona & jura: ſic heredium in jure dicitur agellus, qui heredem ſequitur. CAPPER. *Sequantur.*] *Sequuntur*; V. C. Alm.

39. *Liberti filium.*] Idem enim eſt patronus & liberti filius; libertus & patroni pater. PITHOEUS. Igitur hæc ſpecies ita fingi poteſt: quidam patronus filium liberti ſui fecit heredem. CAPPER.

40. *Invicem petitur manus injectio.*] Id eſt, pater & filius invicem ſeu mutuo petunt alter in alterum *manus injectionem.* Pater quidem in filium, quia ex lege: *Patri in filium manus injectio ſit:* contra filius in patrem, quem ſic alloqui poſſet: *Ex lege*, patrono in libertum manus injectio ſit. *Atqui ego ſum heres patroni tui, in cujus univerſa jura ſucceſſi; & ſic libertus meus nunc es ex altera illa lege:* Liberti heredem ſequantur. *Ergo licet natura pater meus ſis; tamen jure civili quaſi meus libertus es, quia re ipſa libertus eras ejus, cujus ego ſum heres: itaque jure civili ſum patronus tuus, & conſequenter mihi in te* manus injectio *eſt ſecundum legem illam:* Patrono in libertum manus injectio ſit. CAPPER.

41. *Manus injectio.*] Serv. in illud, *injecere manum*: manus injectio dicitur, quotiens nulla judicis auctoritate expectata, rem nobis debitam vindicamus. TURNEB. Virgilii verſus eſt Æneid. X. 419. CAPPER.

42. *Et patronus.*] Novus patronus, nempe liberti filius, qui, cum factus fuerit defuncti heres, ideo patronus eſt omnium defuncti libertorum, ſicque ſui patris, quem defunctus manu miſerat. CAPPER.

43. *Negat jus patris illi fuiſſe.*] *Illi*, hoc eſt, patri ſuo, dum ſervus erat defuncti; nam, ut aliunde notum eſt, Romanorum ſervi patriam in ſuos filios poteſtatem non habebant; ſervorum filii erant in ipſius domini manu ſeu poteſtate: hoc autem filii argumentum longe validius erit, ſi ponas patrem illum eodem teſtamento fuiſſe manu miſſum, quo ipſius filius a teſtatore fuerit heres inſtitutus. CAPPER.

44. *Quia ipſe in manu patroni fuerit.*] Nam pater ille, quamdiu ſervus fuit, erat in poteſtate teſtatoris, qui cum manu mittendo factus eſt ejus patronus prior: manu miſſus autem & factus libertus recidit in manum ſeu poteſtatem poſterioris patroni, videlicet filii, quem teſtator heredem inſtituit. Vide ſuperioris notæ finem. CAPPER.

45. *Duplices leges ſunt ſicut duæ.*] *Sunt* verbum, ut ſenſui moleſtum, eradatur, ut legatur: *Duplices leges, ſicut duæ, colliduntur*: duplices autem leges dicuntur, quæ in duo membra dividuntur; qualis ea eſt, quæ ſubjicitur: *Nothus,* &c. REGIUS. Dicuntur autem duplices per *antitheſin* ad duas leges diverſas, & ad duas contrarias, & ad duas pares aut ſimiles, de quibus dictum eſt ſupra. Vide Hermogenem in opuſculo de *ſtatibus* pagg. 15. 16. 17. edit. Gaſpar. Laurent. & Græcos ejuſdem Rhetoris interpretes in Aldin. Rhetor. Græc. tom. 2. pagg. 107. 108. ubi eadem, quæ hic a Fabio, traduntur. CAPPER.

46. *Legitimus ſit.*] Lib. III. cap. 6. circa finem eadem lex ita refertur: *Legitimus filius ſit*, &c. Vide quæ ibi paucula notavimus. CAPPER.

47. *Poſt legitimum.*] *Poſt vero legitimum*; Baſil.

48. *Quæ ſic aut inter ſe.*] Ut ſenſus percipi poſſit, *ſi* legatur, non *ſic.* REGIUS. *Sic*; Voſſ. ſec.

49. *Non tamen aliud . . . .* ſtatus *nomen.*] Nam *legalis* ille *ſtatus* dicetur ſemper ἀντινομία, id eſt, legum contrarietas. CAPPER.

CAPUT VIII.

De ſyllogiſmo, ſeu ratiocinatione

[1] SYLLOGISMUS [2] habet aliquid ſimile *ſcripto* & *voluntati*, quia ſemper [3] pars in eo altera *ſcripto* nititur; ſed hoc intereſt, quod [4] illic contra *ſcriptum* dicitur, [5] hic ſuper *ſcriptum*; illic, qui verba defendit, hoc agit, ut fiat utique, quod ſcriptum eſt; [6] hic, ne aliud, quam ſcriptum eſt. [7] Ejus nonnulla etiam [8] cum *finitione* conjunctio. Nam ſæpe ſi *finitio* infirma eſt, in *ſyllogiſmum* delabitur. Sit enim lex: *Venefica capite puniatur.* [9] *Sæpe ſecubanti* [10] *amatorium dedit, eumdem repudiavit: per propinquos rogata ut rediret, non eſt reverſa: ſuſpendit ſe maritus. Mulier veneficii rea eſt.* Fortiſſima eſt *actio* dicentis amatorium, venenum eſſe. Id erit *finitio*; quæ ſi parum valebit, fiet *ſyllogiſmus*; ad quem, velut remiſſa priore contentione, veniemus: *an perinde puniri debeat, ac ſi virum veneno necaſſet?* Ergo hic *ſtatus* ducit ex eo, quod ſcriptum eſt, id quod incertum eſt: [11] quod quoniam ratiocinatione colligitur, *ratiocinativus* dicitur. In has autem fere ſpecies venit, [12] an, quod ſemel jus eſt, [13] idem & ſæpius? [14] *Inceſti damnata, & præci-* IX.

1. *Syllogiſmus.*] *Syllogiſmus* eſt, cum res, quæ in controverſiam deducitur, *ſcripto* caret; tamen ex ſimilitudine *ſcripto* applicatur: cæterum quoniam illa applicatio conſtat *ratiocinatione*, factum eſt, ut diceretur *ſyllogiſmus*, id eſt, ratiocinatio. TURNEB. Hoc in loco *ſyllogiſmus* dicitur ille *ſtatus*, qui ex eo quod in lege diſerte ſcriptum eſt, rem controverſam ſive aliquid ad eam pertinens deducit, infert, colligit; & ſic verba legis ad caſus in lege non expreſſos extendit. Quoniam autem id ratiocinando colligitur, Fabius hunc *ſtatum* modo *ſyllogiſmum*, modo *ratiocinationem*, & modo *collectivum* vocat; idque Græcorum exemplo, qui συλλογισμὸν & συλλογιστικὴν στάσιν appellarunt. Herennianus eloquentiæ magiſter ſemel nominavit *cauſſam rationalem*: quæ locutio ut peculiaris eſt, ita & iis demum ſubobſcura, qui Rhetoricas veterum artes vel nequaquam, vel a primo tantum limine ſalutarint: cæterum *legalis* hic Rhetorum *ſtatus* multum habet affinitatis cum illis *actionibus*, quas Juriſconſulti *utiles* appellare, & *veris directis* ſolent opponere, quoniam non recta ex verbis legis deſcendunt, ſed quaſi ex obliquo, & ex latiori legum interpretatione. Huc etiam referri poteſt quod iidem Juris doctores paſſim dicunt *argumentum legis*; verbi gratia, *idque argumento legis ſi quis tertiæ Digeſt. de jure Codicillorum.* Denique in Digeſt. lib. 1. tit. 3. leg. 12. exſtat præclara Juliani ſententia, quæ, quid ſit hic veterum Rhetorum *ſyllogiſmus*, egregie declarat. En ipſa tibi Juriſconſulti verba: *Non poſſunt omnes articuli ſingillatim aut legibus aut ſenatus-conſultis comprehendi: ſed cum in aliqua cauſſa ſententia eorum manifeſta eſt, is qui juriſdictioni præeſt, ad ſimilia procedere, atque ita jus dicere debet.* CAPPER.

2. *Habet aliquid ſimile ſcripto & voluntati.*] Τῷ ῥητῷ καὶ τῇ διανοίᾳ. Vide quæ notavimus ad cap. 6. de *ſtatu* ex *ſcripto* & *voluntate*. Lege ſis etiam cap. 10. ubi exponit Fabius quænam ſit inter *ſtatus* cognatio. CAPPER.

3. *Pars . . . altera.*] Supple, litigantium. CAPPER.

4. *Illic contra ſcriptum.*] Hoc eſt, in eo *legali ſtatu*, qui dicitur ex *ſcripto* & *voluntate*, de quo Fabius cap. 6. egit. CAPPER.

5. *Hic ſupra ſcriptum.*] *Super* legendum eſſe, facile conſentiet, qui ſcierit *ſupra* & *infra* ad locum referri. REGIUS. *Supra*; Voſſ. ſec. Locat. Horum porro verborum, *hic ſuper ſcriptum*, ſenſus eſt hujuſmodi: ſed hoc in *ſtatu legali*, cui nomen *ſyllogiſmus*, habetur oratio, inſtituitur *actio* forenſis ſuper id, quod in lege ſcriptum eſt. ſeu præter id, quod diſerte & conceptis verbis in lege ſcriptum eſt, ut nempe verba legis ad caſus etiam lege non expreſſos protendantur. Neque vero novum aut inſolens videatur τὸ *ſuper* hoc in loco ſignificari *præter*; ea enim ſignificatio & probari poteſt ex ſequentibus ubi legitur: *adverſa pars contendit, ne fiat aliud quam quod ſcriptum eſt*; & apud bonos Latinitatis auctores invenitur. Tit. Liv. lib. 11. *Obſeſſaque urbs foret, ſuper bellum annona premente, ni Horatius Conſul ex Volſcis eſſet revocatus.* Sueton. in Vitell. 13. *Famoſiſſima ſuper cæteras fuit cœna ei data adventitia a fratre*; & in Tiber. 55. *ſuper veteres amicos ac familiares*, &c. immo Livius ſcripſit *ſuper quam quod* pro τῷ *præter quam quod*; libro videlicet 7. Bell. Pun. *Marcellus etiam adverſo rumore eſſe, ſuper quam quod primo male pugnaverat.* CAPPER.

6. *Hic ne aliquid.*] *Hic nequaquam aliud*; marg. Baſil.

7. *Ejus nonnulla.*] Maxima eſt affinitas inter *ſyllogiſmum* & *finitionem*; *finitio* colligit utriuſque rei idem eſſe nomen; *ſyllogiſmus* colligit rem utramque ex æquo eſſe æſtimandam. Quocirca, cum *finitionem* obtinere non poſſumus, ad rerum æqualitatem deſcendimus & paritatem, id eſt, *ſyllogiſmum.* TURNEB. *Ei nonnulla*; V. C. Alm.

8. *Cum finitione conjectio.*] Ut legatur *conjunctio*, ne admonendum quidem videtur. REGIUS. *Conjectio*; Vall. lib. Voſſ. ſec. *cognatio*; Ald. Colon. Colin. *connexio*; Aſcenſ. Obrecht.

9. *Sæpe perſcrutandi.*] Ita vulgo habetur, cum in optimo quodam exemplari lectum ſit *ſæpe ſeparati.* Nec inauditum eſt, ſeparationem pro divortio non modo ſumi, ſed pro contentione illa animorum, quæ in cauſſa eſt, ut haud bene conveniat ſubinde in conjugio. SICHARD. *Spe perſcrutandi*; MSS. Bodl. Par. marg. Steph. Vaſc. *ſæpe ſeparanti*; Voſſ. ſec. Locat. Andr. Ald. Colon. Colin. Vidov. marg. Steph. Vaſcoſ. *Spe perſeverandi amatorium dedit: repudiavit*; Obrecht. mihi *ſæpe ſecubanti* placet; per ſecubitum enim ſe alieniorem oſtendebat maritus. Quare illa, ut ad priſtinum amorem revocaret, amatorium dedit; deinde repudiat maritum, qui ex amatorio in inſaniam vel morbum mentis incidens ſe ſuſpendit. BURMAN.

10. *Amatorium dedit.*] Supple, *poculum*; vulgo *philtrum* dicitur ex voce Græca φίλτρον: quoniam autem ad amoris inſaniam impellit, ideo *amatorium virus* appellavit Plinius lib. VIII. cap. 22. CAPPER.

11. *Quod quoniam ratione colligitur.*] *Ratiocinatione*, ut puto, legendum eſt; nam ſyllogiſmus Græce, Latine *ratiocinatio* dicitur. REGIUS. *Ratione*; MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Locat. Colon. *ratione colligitur, ratiocinatio dicitur*; Ald. *idque quoniam ratione*; Obrecht.

12. *An, quod ſemel jus eſt.*] An quod lege ſtatutum, cautum, permiſſum eſt, ut ſemel fiat. CAPPER.

13. *Idem & ſæpius.*] An jus ſit aut licitum, hoc idem ſæpius etiam facere. CAPPER.

14. *Inceſti damnata.*] Olim inceſti damnatæ apud Romanos vel defodiebantur, vel ſæpenumero de ſaxo Tarpeio præcipitabantur: quæ ſolemnis erat apud Rom. pœna. TURNEB. Lex hæc ficta in ſcholis; inceſta enim virgo Veſtalis (de hac enim agitur) viva defodiebatur: ſed quia talis caſus in eo ſupplicio fingi non apte poterat, ſubſtituerunt Scholaſtici, ut de ſaxo præcipitetur. Vid. Senec. 1. controverſ. 3. & ibi N. Faber. & Schulting. BURMAN.

pitata de ſaxo, [15] *vixit : repetitur.* [16] An, quod in uno, & in pluribus? *Qui duos uno tempore tyrannos occidit, duo præmia petit.* An, quod ante, & poſtea? *Raptor profugit, rapta nupſit, reverſo illo* [17] *petit optionem.* An, quod in toto, idem in parte? [18] *Aratrum accipere pignori non licet:* [19] *vomerem accepit.* An, quod in parte, idem in toto? [20] *Lanas vehere Tarento non licet: oves vexit.* [21] In his *ſyllogiſmis*, *ſcripto* alter nititur; alter [22] non ſatis cautum eſſe dicit. *Poſtulo ut præcipitetur inceſta, lex eſt*; & rapta optionem petit; & [23] in ove lanæ ſunt; [24] ſimiliter alia. Sed quia reſponderi poteſt: *Non eſt ſcriptum*, [25] *ut ſæpius præcipitetur damnata*, [26] *aut quandocumque rapta* [27] *optet*, *aut tyrannicida duo præmia accipiat*, [28] *nihil de vomere cautum*, *nihil de ovibus*; ex eo, quod manifeſtum, colligitur, quod dubium eſt. [29] Majoris pugnæ eſt, ex *ſcripto* ducere, quod ſcriptum [30] non eſt: *Qui patrem occiderit, culeo inſuatur: matrem occidit:* [31] *Ex domo in jus educere ne liceat:* [32] *tabernaculis eduxit.* In hoc genere hæc quæruntur: [33] *An, quoties propria lex non eſt, ſimili ſit utendum? An id, de quo agitur, ei, de quo ſcriptum eſt, ſimile ſit.* [34] Simile autem & majus eſt, & par, & minus. In illo priore, *an ſatis lege cautum ſit*, [35] *an &, ſi parum cautum eſt*, [36] *hac ſit utendum?* In utroque de voluntate legumlatoris: ſed de æquo tractatus potentiſſimi.

15. *Vixit : repetitur.*] *Viva repetitur*; Ald. Baſil. *repetitur* vero eſt iterum accuſatur, rurſus ad pœnam petitur: ſic & utitur hoc verbo Sueton. Aug. XXXII. Domit. VIII. & IX. BURMAN.

16. *An quod in uno .... an quod ante .... an quod in toto, &c.*] An, quod jus eſt, ſeu lege cautum, permiſſumve facere, &c. CAPPER.

17. *Petit optionem.*] Reſpicit ad veterem illam raptarum legem: *Rapta raptoris mortem vel indotatas nuptias optet.* Auctor opuſculi *de cauſſis corruptæ eloquentiæ* num. 35. *vocat vitiatarum electiones.* CAPPER.

18. *Aratrum accipere.*] Juris clementia eſt cautum, ne id quod creditori minimo eſſet emolumento, debitori vero maximo detrimento, in pignus cedat: cujuſmodi eſt aratrum, quo ſolent agricolæ magna ex parte vitam tolerare, & familiam ſuſtinere. TURNEBUS. *Accipere pignore*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Colin. Vidov. Obrecht. ſed *pignori accipere* eſt frequens apud JCtos. Vide lib. XVI. ff. de ſerv. lib. XIX. de pignor. lib. XXXIV. §. 2. eod. & paſſ.

19. *Vomerem accepit.*] *Accepit*; Voſſ. ſec. Vaſcoſ. Steph. quæ lectio priori videtur antecellere. Fabius enim cætera exempla temporis præteriti verbis extulit. CAPPER.

20. *Lanas vehere Tarento.*] Columella lib. II. ait pecus Græcum, quod Tarentinum dicitur, molliſſimam & delicatiſſimam ferre lanam: quo igitur tempore Tarentini florebant, neque Romanis erant ſubditi, cum eſſent cultus deliratioris ſtudioſiores, hanc tulerunt legem, vel certe hæc lex ficta eſt a declamatoribus. TURNEB. Sic Trimalchio arietes a Tarento emerat apud Petron. cap. XXXVIII. ubi vide. In codice vero Alm. erat *lanas evehere Tarento.*

21. *In his ſyllogiſmis e ſcripto nititur, alter ſatis cautum eſſe dicit*] Depravatus hic locus ſic emendari poſſe videtur, ſi & *ſyllogiſmis*, ut ſit caſus ablativi legatur, & *e* prępoſitio, ut ſuperflua, expuncta, & *alter* dictio iterum adſcribatur, & *non* negandi adverbium, hoc modo: *In his ſyllogiſmis ſcripto alter nititur, alter non ſatis cautum eſſe dicit*: ſic autem legendum eſſe aperte, quæ inferuntur, exempla declarant; nam accuſator ſcripto nititur, cum inquit, *poſtulo ut præcipitetur inceſta; lex eſt enim qua hoc jubet.* Defenſor contra non ſatis cautum eſſe ait, cum in lege ſcriptum non ſit, ut damnata bis præcipitetur. REGIUS. *E ſcripto nititur, alter ſatis cautum*; Locat.

22. *Non ſatis cautum eſſe.*] Supple, *lege*; quaſi lex non ſatis caverit, non ſatis multos caſus expreſſerit, &c. CAPPER.

23. *In ove lanæ ſunt.*] Ut pars in toto: unde *ſyllogiſmus* fit hujuſmodi: *Lanas vehere Tarento non licet: ergo nec oves.* CAPPER.

24. *Similiter alias.*] Expuncta *s* litera, *alia* legendum eſt. REGIUS. *Alias*; Voſſ. ſec.

25. *Ut vivus præcipitetur damnatus.*] Corrigant mihi hunc locum, velim, qui nihil putant in exemplaribus immutandum; cum *vivus* nec ſenſui congruat, nec legi, qua jubetur, ut damnatæ inceſti de ſaxo præcipitentur: quare non *vivus*, ſed *bis* & *damnata* mihi legendum videtur hoc modo: *ut bis præcipitetur damnata.* REGIUS. *Vivus præcipitetur damnatus*; Locat. *ſæpius præcipitetur damnatus*; Vall. lib. *bis præcipitetur damnata*; Ald. Baſil. marg. Colon. Vaſcoſ. Steph. *vis præcipitetur*; V. C. Alm. ſed *ſæpius* majori invidiæ reſpondere mihi videtur.

26. *Aut quandoque rapta.*] Legatur *quando.* REGIUS. *Quandoque*; Voſſ. ſec.

27. *Optet.*] Optionem faciat, & raptoris nuptias aut ipſius mortem eligat. CAPPER.

28. *Nihil de vomere cautum.*] Lege expreſſum, ſancitum, permiſſumve fuit. CAPPER.

29. *Majoris pugnæ eſt.*] In ſuperioribus exemplis colligebatur quidem, quod ſcriptum non erat, ex *ſcripipto*; ſed tamen id, quod ſcriptum non videbatur, quadamtenus *ſcripto* comprehenſum videbatur; ut oves aliquatenus comprehenſæ videntur in lege de lanis: at hic nullo modo continetur quod *ſcriptum* eſt; ſed ſimilitudine dumtaxat colligitur. TURNEB.

30. *Non eſt, qui patrem.*] *Non eſt. An quia hoc, & hoc; qui patrem*; Ven. Locat. Ald. Colon. Sich. Par. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *an quia hæc*; MS. Bodl.

31. *Ex domo in jus.*] Caius juriſconſultus leg. 18. ff. *de in jus vocando*, ait, non licere aliquem domo in jus rapere, propterea quod domus unicuique receptaculum eſt & refugium: ſi quis igitur id faciat, vim inferre videtur. TURNEB. Vide Rævard. de diverſ. reg. jur. n. 103. pag. 345. ALMELOV.

32. *Tabernaculis eduxit.*] *Extra tabernacula*; MSS. Bodl. Bal. Voſſ. ſec. Alm. Locat. Ald. Colon. Sich. Baſil. *tabernaculo eduxit*; Obrecht.

33. *An quoties.*] Julianus juriſconſultus leg. 12. ff. de legibus ait, de ſingulis rebus non ſatis poſſe caveri legibus: quocirca, ſi quid acciderit, quod lege comprehenſum non eſſe videatur, procedendum eſſe ſimilitudine ad judicandum cenſet. TURNEB.

34. *Simile autem & majus eſt.*] Tὸ ſimile triplex eſt; unum eſt ſimile ſed majus; alterum eſt ſimile ac par; tertium eſt ſimile, ſed minus. Hinc triplex argumentum a comparatione ducitur, a pari, a majori ad minus, a minori ad majus. CAPPER.

35. *An etſi parum.*] *An ſi parum*; Steph.

36. *Et hoc ſit utendum.*] *Et* copula expungenda, & *hac* pro *hoc* legendum videtur, ut ad legem referatur. REGIUS. *Et hoc ſit*; Voſſ. ſec. Locat. & Vallæ lib. quod defendit Aſcenſ. ſcilicet *hoc jure.*

CAPUT IX.

De ambiguo, ſeu amphibolia.

X. [1] AMPHIBOLIÆ [2] ſpecies ſunt innumerabiles: [3] adeo ut philoſophorum quibuſdam [4] nullum videatur eſſe verbum, quod non plura ſignificet: [5] genera admodum pauca. [6] Aut enim vocibus accidit ſingulis, aut conjunctis. Singula afferunt errorem, cum pluribus rebus [7] aut hominibus eadem appellatio eſt, ([8] ὁμωνυμία dicitur) ut *Gallus*. Utrum enim avem, an gentem, [9] an nomen, an [10] fortunam corporis ſignificet, incertum eſt; & *Ajax*, Telamonis, an Oilei filius. Verba quoque quædam diverſos intellectus habent, [11] ut *cerno:* quæ ambiguitas plurimis modis accidit. Unde fere lites, præcipue ex teſtamentis; cum de libertate, aut etiam de hereditate contendunt ii, quibus idem nomen eſt; aut, *quid ſit legatum*, quæritur. Alterum eſt, in quo [12] alia integro verbo ſignificatio eſt, [13] alia diviſo; [14] ut *ingenua*, [15] & *armamentum*, [16] & *corvinum*, ineptæ ſane cavillationes: [17] ex quo tamen Græci controverſias ducunt: inde [18] αὐλητρὶς illa vulgata, cum quæritur, [19] *utrum aula, quæ ter ceciderit*, [20] aut *tibicina, ſi ceciderit, debeat publicari.* [21] Tertia eſt ex compoſitis; ut ſi quis corpus ſuum in occulto loco poni jubeat, [22] circaque monumentum [23] multum agri ab heredibus in tutelam ci-

1. *Amphiboliæ.*] *Amphibologiæ;* MSS. Bodl. Alm. Andr. Locat. Ald. Sich. Gryph. Baſil. Colin. & ita ſæpius hoc capite: ſed perperam omnino. Cum enim dicatur a Græcis ἀμφιβολία, & ἀμφιλογία, palam eſt *amphiboliam*, aut *amphilogiam* ſcribi oportere. CAPPER.

2. *Species ſunt innumerabiles.*] Hic videtur Fabius appellare ſpecies, quæ noſtris in ſcholis *individua* vocari ſolent. CAPPER.

3. *Adeo ut philoſoph.*] Chryſippus philoſophus (ut ſcribit Gellius in Noctibus Atticis lib. XI. 12.) nullum exiſtimavit eſſe verbum, quod non in plures trahi intellectus poſſit: contra Diodorus, cognomento *Cronus*, nullum exiſtimavit eſſe verbum ambiguum. TURNEB.

4. *Nullum videatur eſſe verbum.*] A. Gell. lib. XI. cap. 12. * *Egeſippus ait, omne verbum ambiguum eſſe natura.* REGIUS. Tò *eſſe* non habet Obr. in ſuperiore Raphaelis Regii nota pro τῷ *Egeſippus*, erat ſcribendum *Chryſippus;* ut ex allato Aul. Gell. loco ſatis conſtat: hic autem error utrum ipſi Regio, an ejus exſcriptoribus, an Typographicis Operis attribuendus ſit, expendere nec vacat, nec magni refert. CAPPER.

5. *Genera admodum pauca.*] *Genera* vocat, quæ nunc *ſpecies* vulgo appellantur. CAPPER.

6. *Aut enim vocibus.*] Boetius apud Latinos hanc ponit differentiam, ut *ambiguitatem* eſſe putet in verborum conjunctione; *homonymiam* vero, id eſt, *æquivocationem*, in verbis ſingulis: tamen Fabius utramque rationem *ambiguitatis* complectitur nomine. TURNEB.

7. *Aut etiam hominibus.*] *Etiam* abeſt a MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Colin. Obr.

8. *Ὁμωνυμία dicitur.*] In ſcholis paſſim dicitur *æquivocatio*: Plinius lib. XXIV. cap. 14. *nominum communionem* dixit. CAPPER.

9. *An nomen.*] Nomen ſcilicet proprium alicujus hominis, ut *Ælius Gallus*. Nam, ut alibi quoque notavimus, τὸ *nomen* per ſe ſignificat nomen proprium, quatenus ab *appellativo* diſtinguitur. CAPPER.

10. *Fortunam corporis.*] Hoc eſt, an caſtrati dicantur; nam Gallis, hoc eſt, Cybeles ſacerdotibus, teſticuli teſta Samia excidi ſolebant. REGIUS. Hoc *damnum amiſſi corporis* vocat Phædr. III. fab. II. & *fortunæ delictum*, quia ſine ſua culpa infans caſtratus erat.

11. *Ut cerno.*] *Cernere farinam, cernere bello, cernere hereditatem.* PITHOEUS.

12. *Alia integro verbo.*] Quod Grammatici veteres ὑφ' ἕν vocant, & formam ejus hanc faciunt ⌒; ut in *ante* ⌒ *malorum*, & *ſemper* ⌒ *lenitas*. Vide Diomedem pag. 429. Donatum pag. 1742. & Maximum Victorinum. pag. 1943. CAPPER.

13. *Alia diviſo.*] Antiqui Grammaticæ artis magiſtri *diaſtolen* appellarunt, quam ſic finiebant: Diaſtole, *dextra pars eſt quædam circuli ad imam literam, &c.* Vide ſcriptores in ſuperiore nota laudatos: recentiores *hypodiaſtolen*, & *hypoſtigmen* eodem ſenſu dixerunt. Sic apud Græcos diſtinguuntur ὅτι *quia*, & ὅ, τι *quidnam, quicquid;* ὅτε *quando*, & ὅ, τε *& ille qui*. CAPPER.

14. *Ut ingenua.*] Nam aliud eſt *ingenua puella* per ὑφ' ἕν, *hyphen;* & aliud *in genua* per διαστολήν, *diaſtolen*. CAPPER.

15. *Et armamentum.*] Aliud enim ſignificat τὸ *armamentum;* aliud τὰ *arma, mentum*. CAPPER.

16. *Et Corvinum.*] Aliud ſonat τὸ *cor, vinum;* aliud τὸ *corvinum*, ſive hoc ſit adjectivum a τῷ *corvus*, ſive pertineat ad nomen proprium *Corvinus*, quod Valerio illi Romano tributum fuit. CAPPER.

17. *Ex qua tamen.*] *Quo* mihi legendum videtur. REGIUS. Hæc autem lex in ſcholis fingebatur.

18. *Αὐλητρὶς ſi ceciderit publicetur.*] Quam publicare cum vellent, ipſa de tibicina ſcriptam eſſe legem negat; ſed de aula, quæ ter cecidit: hoc autem exemplo & Diogenes Laërtius utitur in vita Zenonis Cittici lib. VII. ſect. 62. REGIUS. Videantur Leopard. Emendat. lib. II. cap. 4. & Gataker. in *Cinno* part. II. pag. 428. & 431. COLOMES. & Menag. ad d. Laërtii locum; qui notat & aliam a Theone notatam fuiſſe *amphibologiam*. In αὐλητρὶς πεσοῦσα, quaſi & παῖς ἦν. Nam αι & ε eumdem faciebant ſonum: unde & in illis Martialis lib. XIV. 65.

——— *pro puero pes erit ipſe tibi.*

Amphiboliam reperit Voſſius ad Catull. pag. 291. & ita jam correxerat Salmaſ. ad Lamprid. Alex. Sever. cap. XL. *publicari* autem mulier dicebatur, quæ ad quæſtum meretricium damnabatur. Vide Guilel. Forn. lib. III. ſelect. cap. 21. & Rod. Forn. rer. quotid. lib. VI. cap. 16. BURMAN.

19. *Utrum aula quæ ter ceciderit.*] Per *diaſtolen*, Græce diceretur, αὐλὴ τρὶς πεσοῦσα. CAPPER.

20. *Aut tibicina.*] *An t.* Voſſ. ſec. Obrecht. *Tibicina ſi ceciderit.*] Per *hyphen* ſcribendum eſſet, αὐλητρὶς πεσοῦσα. CAPPER.

21. *Tertia eſt.*] Species hæc a ſuperiore differt, quod in illa ſimplices dictiones dividuntur; hic autem vel compoſitæ dividuntur, vel certe componuntur. TURNEB.

22. *Circaque monumentum.*] *Circa quod monumentum;* Voſſ. ſec.

23. *Multum agri ab heredibus .... leget.*] Hoc eſt, magnam agri partem per modum legati relinquat præſtandam, ſeu dandam ab heredibus: ita ut heredes illi partem eam agri relinquere, ſeu ad ſervandos mortui cineres dare debeant. CAPPER.

nerum ([24] ut ſolet) leget, [25] *ſit latus occultum.* Sic [26] apud Græcos contendit [27] Λέων & Πανταλέων, cum ſcriptura dubia eſt, bona omnia Λέοντι, an [28] bona Πανταλέοντι relicta ſint. [29] In conjunctis plus ambiguitatis. Fit autem [30] per *caſus*; ut:

[31] *Aio te, Æacida, Romanos vincere poſſe.*

[32] Per collocationem, ubi dubium eſt, quid quo referri oporteat; ac frequentiſſime cum id, quod medium eſt, utrimque poſſit trahi; ut de Troïlo [33] Virgilius:

Lora tenens tamen.....

Hic, *utrum quod teneat lora; an, quamvis teneat, tamen trahatur*, quæri poteſt. Unde controverſia illa: *Teſtamento quidam juſſit poni ſtatuam auream haſtam tenentem.* Quæritur, *ſtatua haſtam tenens aurea eſſe debeat, an haſta eſſe aurea in ſtatua alterius materiæ.* [34] Fit per flexum idem magis:

24. *Ut ſolet*] *Ut ſolent*; Voſſ. ſecund. Obrecht. ſed nihil opus: ſic paſſim *ſolet fieri*. Vide ad Petron. XLIX. & ſup. IV. 2.

25. *Sit litus occaſio cultum.*] Hic locus non ſolum indiget aſteriſco, ſed Fabii quoque ipſius auxilio; nam ita corruptus eſt, ut verus ſenſus, integerque non percipiatur: niſi forſitan, pro illo *litus*, ſcribatur *latus*, & *occaſio* eradatur, ac, loco ejus, *hoc* reponatur hoc modo: *ſit latus hoc cultum*, ut intelligamus, *amphibologiam* eſſe in illis *hoc cultum*; aliud enim ſignificat ſi conjunctim, aliud ſi diviſim legatur: ſed citra *aſpirationem* priſcorum more, ac potius imperitorum, ſcriptum fuiſſe videtur. REGIUS. Vel ex hoc loco apparet, non robuſte pronunciatas fuiſſe ab antiquis *aſpirationes*, atque adeo in ſcribendo, vel ab illis omiſſas fuiſſe, vel tenui ſaltem apice in vertice fuiſſe notatas; nam alioqui non eſſet ambiguitas. TURNEB. *Sit litus occultum*; V. C. Alm. marg. Vaſc. Steph. *ſit litus hoc cultum*; Andr. Ald. Colon. Par. Sich. Baſil. Gryph. *ſit ſitus oſſario cultus*; Obrecht. utinam fata nobis non invidiſſent viri egregii commentarios, quibus hujus lectionis rationem ſine dubio nobis reddidiſſet: ſed nunc in hac emendatione nihil ambigui: imo vix ſenſum video. Neque enim ulla vox hic compoſita, neque quæ dividi poteſt, aut ejus particula alteri adjici, ut ita *amphibologiam* faciat: niſi velit ultimam literam *o*, ſi jungatur cum ſeq. *cultus* facere hunc ſenſum, *ſit ſitus oſſari occultus*: quod certe obſcurius, divinandum foret nimis. Nam & *oſſari* pro *oſſarii*, & *occultus* dictum foret: præterea in ambiguis uterque ſenſus debet percipi: quid vero eſt, *ſit ſitus oſſario cultus*? ſine dubio reſpicit ad teſtamentorum morem, quibus, ut cineres & oſſa inviolata manerent, nec facile moverentur, locum ſepulturæ alienari vetabant, aut *heredem ſequi*. Vide quæ nos & alii ad Petron. cap. 71. Præterea ex illo Petronii loco apparet, teſtatores etiam de ornamentis ſepulchrorum ſæpe caviſſe; unde ille: *omne genus pomorum circa cineres ſuos & vinearum largiter eſſe volebat; quia inſulſum erat, vivo quidem domos cultas eſſe; non curari eas, ubi diutius nobis habitandum eſt.* Et ita ad culturam legari pecuniam ex lapide ibidem oſtendimus, & in indice Gruteri XVII. paſſim cuſtodiæ cauſſa horti agri & tabernæ adjectæ ſepulchris leguntur: quare Regii emendatio recipi poſſit, ut inter cætera voluerit ſepulchri latus cultum eſſe: quare ita ſcripſerit, *ſit latus hoc cultum*: quod poteſt capi, ſi conjungantur voces, *ſit latus occultum*: ſed quia hinc non videtur compos voti fieri poſſe, ut corpus ſuum in occulto loco poneretur, forte melius legi poſſet, *ſit latus oſſarii hoc cultum*: *oc* autem, ut Regius ſuſpicatur, pro *hoc* fuit ſcriptum; ut in inſcriptione Gothica apud Gruter. MLIII. II. OC OPUS: ſed hæ meræ hallucinationes: certior medicina exſpectari debet a bono codice. BURMAN. Eſt quod mirer viros doctos Raphaëlem Regium & Burmannum in ſuperioribus notis vocem hanc *amphibologiam*, cum τῶν βαρβαριζόντων vulgo uſurpaſſe; nam, ut ad initium hujus capitis annotavimus, *amphiboliam*, aut *amphilogiam* dicere debuiſſent. CAPPER.

26. *Apud Græcos.*] Qua de re legeſis Hermogenem in *Partition.* ſeu opuſculo de quæſtionum oratoriarum *ſtatibus* ſect. 4. ubi *ſpeciem* hanc ita proponit: δύο ὄντων τῳ παίδες Λέων καὶ Πανταλέων· τελευτῶν διέθετο οὕτως· ἐχέτω τὰ ἐμὰ Πανταλέων· καὶ ἑκάτερος ἀντιποιεῖται πάντων· ὁ μὲν ὑφ' ἓν ἀναγινώσκων Πανταλέων, ὁ δὲ διαιρῶν πάντα, εἶτα Λέων; id eſt, quidam duos habebat filios, quorum alter Leo vocabatur, alter Pantaleo; moriens ita cavit ſuo teſtamento, habeat mea Πανταλέων. Uterque omnia ſibi vindicat; alter quidem legens per *hyphen* Πανταλέων, alter vero per *diaſtolen* πάντα [*omnia*] & deinde Λέων *Leo.* CAPPER.

27. *Leon Pantaleon.*] *Et* copula mihi adſcribenda videtur, & *relicta ſint.* REGIUS *Contendit Leon, cum ſcriptura dubia*; Voſſ. ſec. aliæ editiones Græcis literis exhibent. Ex hoc loco contendit Brodæus lib. VI. Miſcel. 12. veteres non appoſuiſſe accentus dictionibus, quia alioqui nulla in ſcriptura eſſet ambiguitas; ſi enim disjunctim ſcriberetur πάντα Λέοντι, bis accentus erat ponendus; ſi Πανταλέοντι, ſemel modo. Quod non nominato Brodæo etiam monuit Henninius diſſert. de accentib. Gr. l. §. 49. *Pantaleon* autem quidam Tyrannus Piſatilis, id eſt, Piſis oriundus, ex Nævio memoratur a Feſto in *Piſatilis*, quem Scaliger ex Strabone lib. VIII. pag. 362. obſervavit fuiſſe Omphalionis filium, qui in bello Meſſeniaco dux Piſatarum fuit contra Lacedæmonios, cum Tyrtæus poeta dux Lacedæmoniorum eſſet, & illum occupaſſe Tyrannidem Piſæ ſcribit Pauſan. lib. VI. cap. 21. & Βασιλέα vocat cap. ſequenti, ubi & Damophon & Pyrrhus ejus filii memorantur. Alius *Pantaleon* legatus *Ætolorum* apud Polybium in excerptis legat. pag. 802. & lib. IV. Hiſt. pag. 312. memoratur; & *Pantaleon* Ætoliæ princeps a Livio refertur XLII. 15. ita ut nomen hoc familiare Græcis fuerit. BURMAN.

28. *Bona Πανταλέοντι.*] Τὸ *Bona* non habet Obrecht.

29. *In conjunctis.*] Supple, *vocabulis*; hoc eſt, in integra periodo, aut etiam in membro periodico. CAPPER.

30. *Per caſus.*] Cum ſcilicet duo, vel plura nomina ſunt in eodem caſu, ſicque *amphiboliam* pariunt. CAPPER.

31. *Aio te Æacida.*] Verſus eſt Ennianus de Pyrrho Epirotarum rege; ſcribit enim Pyrrhum Ennius in Annalibus Apollinem conſuluiſſe de belli eventu, quod adverſus Romanos erat geſturus, hocque reſponſum tuliſſe. TURNEB. Ennii verſus legitur apud Ciceronem II. *de Divinat.* quo ſane in verſu occurrit ambiguitas; neſcias enim utrum Pyrrhus oriundus ab Æaco Romanos victurus ſit; an Romani Pyrrhum oriundum ab Æaco victuri ſint. CAPPER.

32. *Per collocationem.*] *Per collocationem* legendum eſſe, facile ex iis, quæ ſequuntur, colligitur. REGIUS. *Collocutionem*; Locat.

33. *Virgilius.*] Lib. I. Æneid. 477.

34. *Fit per flexum.*] *Flexum* commutationem vocis accipimus. Nam ubi diſtinguendum eſt, vox in pronuntiando flecti ſolet; ut ſi quis recte pronuntiet hunc verſum. *Quinquaginta*, &c. poſt *centum* flectat vocem: alias ſenſus confunderetur, videreturque Achilles centum occidiſſe eo in loco, in quo dumtaxat quinquaginta erant, quod fieri non poteſt; idcircoque Fabius *inde* particulam verſui interpoſuit, ut aperte doceat, ubi vox ſit flectenda. REGIUS. Raphaelis Regii ſententiæ, quam Burmannus probavit, accedere non poſſum; quatenus particulam hanc *inde* interpoſitam laudato verſui fuiſſe a Fabio exiſtimarunt, ut aperte doceret, ubi vox inflectenda eſſet, ſicque ambiguitas emendaretur. Nam primo quidem Fabius his verbis: *fit per flexum idem magis*, non docet quomodo ambiguitas vitetur; ſed potius, qua ratione fiat. Et certe non niſi poſt aliquot lineas emendandæ antiquitatis modum ſic tradit: *Verum id quod ex his primum eſt, mutatione caſuum; ſequens diviſione verborum, aut tranſlatione emendatur; tertium adjectione.* Deinde vero Latinus hic Rhetor Latino verſu Græcum illum expreſſit, qui legitur in Ariſtot. Sophiſtic. Elench. lib. I. cap. 4.

Πεντήκοντ' ἀνδρῶν ἑκατὸν λίπε δῖος Ἀχιλλεύς.

Solveretur autem Latinus verſus ablato τῷ *inde*, quod a Quinctiliano tollendæ ambiguitatis gratia interpoſitum fuiſſe Raphael Regius, & Burmannus arbitrantur. Et ſane, ſicut Fabius τὸ *ubi*, conficiendi verſus, non vitandæ *amphi-*

[35] *Quinquaginta*

[35] *Quinquaginta ubi erant cencum inde occidit Achilles.*

Sæpe, [36] utri duorum antecedentium ſermo ſubjunctus ſit, in dubio eſt; unde eſt controverſia: *Heres meus uxori meæ dare* [37] *damnas eſto argenti, quod elegerit, pondo centum.* Uter eligat, quæritur. Verum id, [38] quod ex his primum eſt, mutatione caſuum; [39] ſequens, [40] diviſione verborum, [41] aut tranſlatione emendatur; [42] tertium adjectione. *Accuſativi* geminatione facta *amphibolia* ſolvitur *ablativo*; ut illud: *Lachetem audivi percuſſiſſe Demeam*, fiat, *a Lachete percuſſum Demeam.* [43] Sed *ablativo* ipſi, ut in primo diximus, ineſt naturalis *amphibolia*:

——— *Cœlo decurrit aperto*;

utrum per apertum cœlum; [44] an cum apertum eſſet. [45] Diviſio reſpiratione & mora conſtat: *Statuam*, deinde *auream haſtam*; vel *ſtatuam auream*, deinde, *haſtam*: adjectio talis eſt, *argentum* [46] *quod elegerit ipſe*, ut heres intelligatur: [47] vel *ipſa*, ut uxor. Adjectione facta *amphibolia*, [48] qualis ſit, [49] *Nos flentes illos deprehendimus*, detractione ſolvetur. Pluribus verbis emendandum, ubi eſt id, quod, quo referatur, dubium eſt; & ipſum eſt ambiguum: *Heres meus dare illi damnas eſto* [50] *omnia ſua.* In quod genus incidit [51] Cicero loquens [52] de C. Fannio: *Is* [53] *ſoceri inſtituto, quem, quia coop-*

boliæ cauſſa; ita & τὸ *inde* adjecit: adeo ut harum particularum, quæ *protaſin* quamdam & *apodoſin* hic faciunt, abeſſe neutra ſine verſûs diſpendio poſſit. *Flexum.*] Hoc eſt, per variam vocis inflexionem, ſeu commutationem. Nam in *hypoſtigme* ſemper vox aliquantiſper flectitur, mutatur, & a *monotonia*, quam vocant, deflectit. In ſingulis *inciſis* & *membris* fit aliqua vocis flexio, ſive mutatio: in allato autem verſu *flexus* ille duobus modis fieri poteſt. Primo quidem ſic:

Quinquaginta, ubi erant centum, inde occidit Achilles:

qui *flexus* verum menti ſenſum exhibet. Secundo hunc in modum:

Quinquaginta ubi erant, centum inde occidit Achilles;

ſed hic *flexus* manifeſtam falſitatem præſe ferret. CAPPER.

35. *Quinquaginta ubi erant centum inde occidit Achilles.*] Græcus verſus extat apud Ariſtot. ſophiſt. elench. lib. 1. cap. 4.

Πεντήκοντ' ἀνδρῶν ἑκατὸν λίπε δῖος Ἀχιλλεύς.

Ad quem reſpexiſſe mihi videtur Vincentius Bellovacenſis in Speculo doctrinali, lib. III. cap. 93. ubi ſic habet: *Tertio modo hoc idem* [ſcilicet amphibolia] *contingit, quando aliquod nomen cum alio nomine poteſt conjungi vere, vel ab eodem dividi falſe; ut hoc nomen* centum *in exemplo Ariſtotelis:*

Centum quinquaginta virorum reliquit Achilles.

Itaque ſecundum diviſionem poteſt fieri paralogiſmus, quoties a conjunctim dato infertur diviſim. Igitur putavit hic auctor ex verſu, quem Ariſtoteles attulit, duos hoſce ſenſus erui poſſe; 1°. *centum & quinquaginta virorum reliquit Achilles* (quod verum eſſe poteſt;) 2°. *de quinquaginta viris centum reliquit Achilles* (quod evidenter falſum eſt:) uter autem verſus Ariſtotelici ſententiam aptius expreſſerit, Fabius an Vincentius Bellovacenſis, hic non diſputo. CAPPER.

36. *Utri duorum antecedentium ſermo ſubjunctus ſit.*] Id eſt, ad utram duarum perſonarum, quæ antecedunt, ſequens dictio pertineat; ut propoſita in ſpecie dubitatur utrum τὸ *elegerit*, pertineat, referatur, &c. ad τὸ *heres*, an ad τὸ *uxor.* CAPPER.

37. *Damnas eſto.*] Frequentiſſime quidem apud JCtos ſic legitur *damnas eſto*, ſed nequaquam Latine. Quare & hic & illic puto eorum culpa, qui notas antiquorum non perceperunt, pro illo *damnatus* eſſe ſcriptum. Notis autem priſcos ſcripſiſſe, JCtorum opera præſertim, teſtis eſt Juſtinianus, qui hoc fieri edita conſtitutione vetat. REGIUS. *Damnas* verbum eſt Juriſconſultorum, pro *damnatus*, quo utitur Juſtinianus Inſtit. de legatis: ſed & in Pandectis tit. eodem, ne putemus tot loca mendoſa eſſe. PHILAND. Dictio hæc *Damnas* elegantiſſime uſurpatur a Juriſconſultis: cujus uſus manavit a duodecim tabulis, quæ antiquis conſcriptæ ſunt verbis: eſt igitur, *damnatus ſit*, & *cogatur.* TURNEB. Hæc itaque familiaris Juriſconſultorum locutio quamdam legati ſpeciem ſignificat, quam vocant *legatum per damnationem*; cum videlicet heres obligatur, ea lege tenetur & quaſi damnatur, ut certam aliquam rem ex bonis hereditariis legatario det, ſeu habere permittat. CAPPER.

38. *Quod ex his primum eſt.*] Primum *amphiboliæ* genus, quod fit per caſus; ut,

Aio te, Æacida, Romanos vincere poſſe. CAPPER.

39. *Sequens.*] Secundum *amphiboliæ* genus, quod fit per collocationem vocabulorum, vel per orationis periodicæ flexum, ſive inflexionem, emendatur apta vocabulorum diviſione per *hypoſtigmen* (vulgo dicimus *virgulam*) vel etiam per vocabulorum tranſlationem, ſeu tranſpoſitionem. CAPPER.

40. *Diviſione verborum.*] Ut in allato Virgilii verſu, ſi apponas *hypoſtigmen*, ſeu virgulam ante, vel poſt τὸ *tamen.* CAPPER.

41. *Aut tranſlatione.*] Ut in illo verſu:

Quinquaginta ubi erant centum occidit Achilles.

Amphibolia tolletur, ſi vel diſtinguas poſt τὸ *quinquaginta*, itemque poſt τὸ *centum*, vel quædam verba tranſponantur hoc pacto:

Ubi centum erant, inde quinquaginta occidit Achilles. CAPPER.

42. *Tertium adjectione.*] Hoc eſt, tertii generis *amphibolia*, ubi dubium eſt ad utram perſonam vocabulum aliquod referatur, ut in τῷ *heres meus uxori meæ dare damnas eſto argenti, quod elegerit, pondo centum*, emendatur adjectione; ut hic ſi addas τὸ *ipſe*, vel τὸ *ipſa* poſt verbum τὸ *elegerit.* CAPPER.

43. *Sed ablativo ipſi.*] Multis accipitur modis *ablativus* apud Latinos: quocirca non defuerunt, qui ob varietatem ſignificationis ipſius *ablativi*, ponerent ſeptimum *caſum* & octavum. Vide Fab. cap. 7. lib. 1. TURNEB.

44. *An cum apertum eſſet.*] Loco *eſſet*, mihi *eſt* legendum videtur. REGIUS. Alii *an cum cœlum apertum eſſet*; Obr. *eſſet apertum.* Cæterum laudatus hic verſus non exſtat apud Virgilium, & ex alio Poeta videtur eſſe deſumptus. Legitur apud Virgil. Æneid. v. verſ. 212.

——— *Pelago decurrit aperto.* CAPPER.

45. *Diviſio.*] Græci vocant [illegible] reſpirationis & cujuſdam in pronuntiando moræ notam: nos *virgulam* dicere ſolemus. CAPPER.

46. *Quod elegerit.*] *Quod voluerit*; Voſſ. ſecund. Obrecht.

47. *Vel ipſa uxor.*] *Ut* particula mihi iterato videtur adſcribenda hoc modo: *vel ipſa, ut uxor.* REGIUS. *Vel ipſa uxor*; Locat.

48. *Qnalis ſit.*] *Qualis fit*; Voſſ. ſec.

49. *Nos flentes.*] Si enim detracta fuerit particula *nos*, ſublata fuerit ambiguitas. TURNEB.

50. *Omnia ſua.*] Dubium eſt, quo referatur τὸ *ſua*; utrum ad τὸ *heres*; an ad τὸ *illi*: præterea hoc ipſum vocabulum *ſua* eſt ambiguum. Nam multa & diverſa ſignificare poteſt, ut ſua bona, prædia, mancipia, ædificia, vaſa: quæ omnes *amphiboliæ* non niſi pluribus verbis poſſunt emendari. CAPPER.

51. *Cicero.*] In Bruto: quanquam immerito notatus Cicero a Quinctiliano. PHILAND.

52. *De C. Fannii ſoceri inſtituto.*] *Loquens de C. Fannio. Is ſoceri*; Voſſ. ſec. Ald. quod recepimus; nam in vulgata nullus eſt ſenſus, neque Cicero de inſtituto ſoceri Fannii loquitur, ſed de C. Fannio, & ejus verba ita incipiunt: *is ſoceri*, &c.

53. *Soceri.*] Soceri ſui, qui Lælius vocabatur. CAPPER.

tatus in Augurum collegium non erat, non admodum diligebat; præſertim [54] *cum ille Q. Scævolam* [55] *ſibi minorem natu generum prætuliſſet, &c.* [56] Nam id *ſibi*, & ad ſocerum referri, & ad Fannium poteſt. Productio quoque in ſcripto, [57] & correptio in dubio relicta, cauſſa eſt ambiguitatis, ut in hoc, *Cato*; [58] aliud enim oſtendit brevis ſecunda ſyllaba *caſu nominativo*; aliud eadem ſyllaba producta *caſu dativo*, aut *ablativo*. Plurimæ præterea ſunt aliæ ſpecies, quas perſequi nihil neceſſe eſt. Nec refert quo modo facta ſit *amphibolia*, aut quo reſolvatur. Duas enim res ſignificari manifeſtum eſt; & quod ad *ſcriptum* vocemve pertinet, [59] in utramque par eſt partem. Ideoque fruſtra præcipitur, ut in hoc *ſtatu* vocem ipſam ad noſtram partem conemur vertere. [60] Nam, ſi id fieri poteſt, [61] *amphibolia* non eſt. *Amphiboliæ* autem omnis in his erit quæſtio; aliquando uter ſit ſecundum naturam magis ſermo; ſemper utrum ſit æquius; utrum is, qui ſic ſcripſit, [62] ac ſic dixit, ſic voluerit. [63] Quarum in utramque partem ſatis ex his, quæ [64] de *conjectura* & *qualitate* diximus, præceptum eſt.

54. *Cum ille.*] Lælius Fannii ſocer. Vide Ciceronis Brutum num. 101. CAPPER.

55. *Sibi minorem, &c.*] Budæus in Commentariis linguæ Græcæ hoc loco taxat Fabium, aitque, & apud Græcos & apud Latinos non tam diligenter ſervari *reciprocationis* rationem, facileque in loco Ciceroniano ſenſum intelligi. TURNEB.

56. *Nam id ſibi.*] *Id* deeſt in V. C. Alm. Obrecht.

57. *Et correctio.*] *Correptio* a corripiendo, ut productioni opponatur, aperte legendum eſt. Quid autem eſt, quod ait *in ſcripto* Fabius? cum in voce id magis evenire poſſe videatur. Neque enim voce diſcernimus, quantæ ſint ſyllabæ primæ, & nominativi *Cato*, & dativi *Cato*. Sed apud priſcos, ut in primo quoque diximus, facile ſola pronuntiatione vocales longæ diſtinguebantur a brevibus: in ſcripto autem, niſi apice notarentur, difficulter poſſunt diſcerni; ut *Catŏ*, quando nominativus eſt, contracto apice notatur; quando dativus, alio & longiore, hoc modo *Catō*. REGIUS. Nam *Catus* apud Romanos (ut docet Plutarchus) ſignificat *aſtutum* & *prudentem*, quique multum rerum uſu & experientia valet: unde *Catones* dicti. TURNEB. In ſuperiore Raphaëlis Regii nota perperam confunditur *apex* cum accentu, aut etiam cum quantitate. Nam ille *apex* erat nota longæ tantum ſyllabæ hunc in modum *malus*, ut ad lib. 1. capp. 5. & 7. demonſtravimus. CAPPER.

58. *Alium enim oſtendit brevis ſ. ſ. c. n. plurimæ.*] *Aliud* videtur legendum, & alius ſenſus librariorum negligentia prætermiſſus, qui in quibuſdam legitur exemplaribus, eſt reponendus hoc modo: *Aliud e. o. b. ſ. ſ. c. nominativo; aliud eadem ſyllaba producta caſu dativo aut ablativo. Catus* autem, unde & *Cato*, prudentem ſignificare notum eſt. *Catus* vero producit primam, *Cato* eamdem corripit. REGIUS. *Alium*; Voſſ. ſec. Locat. Fallitur Regius, qui hic de primæ ſyllabæ quantitate agi putat; illa enim in utraque voce *Catus* & *Cato* eſt brevis, ut ex hoc Ennii verſu.

*Egregie * cordatus homo, catus Ælius' Sextus;*

& altero ejuſdem,

Jam cata ſigna fera ſonitum dare voce parabant;

& Horatii, & aliorum patet: ſed de ſecunda in *Cato* agitur, quæ varia eſt in utraque voce. In Burmanniana editione perperam excuſum fuerat *condictus*, pro τῷ *cordatus*, quod legitur in Ciceron. 1. *de Orat.* & in 1. *Tuſculan.* quæſtion. CAPPER.

59. *In utramque parem partem.*] Quamvis ita legatur, niſi tamen corrigatur hic locus, ſenſus percipi integer nequaquam poteſt. Emendatur autem, ſi *parem*, in *par eſt*, ut ſint duæ dictiones, convertamus hoc modo: *in utramque par eſt partem.* REGIUS. *Parem partem;* Voſſ ſec.

60. *Nam ſi id fieri poteſt.*] Non eſt *amphibolia*, niſi par eſt in utramque partem ſenſus: qui igitur præcipiunt, ut oſtendamus in hoc *ſtatu*, dictionem dumtaxat noſtro convenire ſenſui, hoc ipſo tollunt *amphiboliam*, id eſt, ſenſus geminationem. TURNEB.

61. *Amphibolia non eſt.*] *Amphibolia eſt*; Voſſ. ſec.

62. *Ac ſi dixit.*] *Sic* legendum eſſe, facile eſt ex ipſo ſenſu videre. REGIUS.

63. *Quarum.*] Vel *amphiboliarum*, vel partium, ad quas accommodari ſermo *amphibolicus* poſſit. CAPPER.

64. *De conjectura & qualitate.*] Vide ad capp. 2. & 4. hujus libri. CAPPER.

CAPUT X.

Quæ ſit inter ſtatus cognatio, & quæ diverſitas.

EST autem quædam inter hos *ſtatus* [1] cognatio. Nam & in *finitio-* XI.
ne, quæ ſit [2] voluntas nominis, quæritur; [3] & in *ſyllogiſmo*, [4] qui ſecundus a *finitione ſtatus* eſt, [5] ſpectatur, quid voluerit ſcriptor; & [6] ex *contrariis legibus* duos eſſe *ſcripti* & *voluntatis ſtatus* apparet. Rurſus & *finitio* quodammodo eſt *amphibolia*, [7] cum in duas partes diducatur [8] intellectus nominis. [9] *Scriptum* & *voluntas* habet in verbis [10] vocis quæſtionem: [11] quod idem in *antinomia* petitur. [12] Ideoque omnia hæc quidam *ſcriptum* & *voluntatem* [13] eſſe dixerunt; alii in *ſcripto* & *voluntate* [14] *amphiboliam* eſſe, quæ facit quæſtionem. Sed diſtincta ſunt. [15] Aliud eſt enim obſcurum jus, aliud ambiguum. [16] Igitur *finitio* in natura ipſa nominis quæſtionem habet generalem, & quæ eſſe etiam citra complexum *cauſſæ* poſſit: *Scriptum* & *voluntas* de eo diſputat verbo, quod eſt in lege: *Syllogiſmus* de eo, quod non eſt. *Amphiboliæ* lis [17] in diverſum trahit: *Legum contrariarum* ex diverſo pugna eſt. Neque immerito & recepta eſt a doctiſſimis hæc differentia, & apud plurimos ac prudentiſſimos durat. [18] Et de hoc quidem genere [19] diſceptationis, etiamſi non omnia tradi, tamen aliqua potuerunt. Sunt alia, quæ, niſi propoſita, de qua dicendum eſt, materia, [20] viam docendi non præbeant. Non enim *cauſſa* univerſa [21] in quæſtiones

Hoc capite de *ſtatuum legalium* cognatione & diverſitate ſcribit; deinde ad præcepta *diſpoſitionis* revertitur; docetque potiſſimum *diſpoſitionem* ſolis præceptis haberi non poſſe, ſed natura, arte, & exercitatione. TURNEB.

1. *Cognatio.*] Ἐπιπλοκὴν τῶν στάσεων, id eſt, mutuam *ſtatuum* implicationem vocant Syrianus unus e Græcis Hermogenis interpretibus in Aldin. edition. tom 2. pag. 29. & Georgius Diæretes (quem e Regio MSS. cod. 2759. deſcribendum curavi) in Hermogen. περὶ πραγματικῆς, *de ſtatu negotiali*, ante τῶν κεφαλαίων *capitum* expoſitionem. CAPPER.

2. *Voluntas nominis.*] Hoc eſt, ſenſus, ſignificatio, &, ut aiunt antiqui Rhetores Latini, ſignificantia: qua ratione *ſtatus definitivus* cognationem habet cum eo *legali ſtatu*, qui dicitur *ſcripti & voluntatis*, de quo ſupra cap. 6. CAPPER.

3. *Et in ſyllogiſmo.*] *Syllogiſmum* ſecundum a *finitione* ponit (opinor) hac de cauſſa; quia, ſi *finitionem* obtinere non poſſumus, proximum eſt, ut in *ſyllogiſmum* labamur, tanquam in ſecundum adjumentum. TURNEB. *Ut in ſylleg.* Voſſ. ſec.

4. *Qui ſecundus a finitione ſtatus eſt.*] Non quod in generali *ſtatuum* diviſione *ſyllogiſmus* definitivum *ſtatum* immediate ſequatur (quod contra patuit) ſed quod, poſita quapiam forenſi controverſia, quaſi locum teneat, vices gerat ac ſuppleat *ſtatus definitivi*, ſitque velut alter *ſtatus definitivus* in certis quibuſdam *cauſſis*, & oratoriis *hypotheſibus*; verbi gratia, *an furtum rei privatæ in templo ſit ſacrilegium, an poculum amatorium ſit venenum?* Orator ſeu actor utitur primum quidem *ſtatu definitivo*, ut illud eſſe ſacrilegium, & hoc venenum probet; ſed ſi *ſtatus* hic ad *cauſſam* obtinendam, ad convincendum reum non valeat, tunc actori ſuccurret ſecundus a *finitione ſtatus*, id eſt, ſyllogiſmus; cujus ope legem de ſacrilegiis & veneficiis ad privatæ pecuniæ in templo ſurreptæ, & poculi amatorii caſus extendere conabitur. Et hæc quidem interpretatio facile probatur ex iis, quæ Fabius tradidit cap. 8. ubi ſic habet: *Ejus (ſyllogiſmi) nonnulla cum* finitione *conjunctio: Nam ſæpe ſi* finitio *infirma eſt, in* ſyllogiſmum *delabitur .... ſi* finitio *parum valebit, fiet* ſyllogiſmus *ad quem, remiſſa priore contentione, veniemus*, &c. cujus rei exempla Rhetor noſter ibidem profert. CAPPER.

5. *Status eſt quo ſpectatur.*] *Quo* ablativus, ut ſupervacuus, mihi videtur eradendus, tametſi in omnibus exemplaribus ita legatur. Quo autem modo *ſyllogiſmus* ſit a *finitione* ſecundus, mihi non liquet; nam ordine ipſo *finitionem qualitas* ſequitur: niſi dicamus vi ac poteſtate *ſyllogiſmum* a *finitione* eſſe ſecundum; nam ubi *definitio* infirma eſt, in *ſyllogiſmum* delabitur, ut paulo ante viſum eſt. REGIUS. *Quo ſpectatur*; Voſſ. ſec. Locat. *Spectatur quid voluerit ſcriptor.*] Quia verba legis ad caſus lege non expreſſos extenduntur, idque legiſlatoris mentem interpretando: qua ratione *ſtatus* ille *ſyllogiſticus* quamdam cognationem habet cum eo, qui vocatur *ſcripti & voluntatis.* Vide ad cap. 6. hujus libri. CAPPER.

6. *Ex contrariis legibus.*] Id eſt, ex eo *ſtatu legali*, qui a Græcis ἀντινομία, & a Latinis legum contrarietas, colliſio, conflictus, &c. appellatur. Vide cap. 7. CAPPER.

7. *Cum in duas partes diducatur.*] *Cum ad duas partes deducatur*; Vallæ lib. & marg. Baſil.

8. *Intellectus nominis.*] Lege quæ paulo ſupra notavimus ad illa Fabii verba: *voluntas nominis.* CAPPER.

9. *Scriptum & voluntas.*] Hoc eſt, primus ille *ſtatus legalis*, quem Græci περὶ ῥητοῦ καὶ διανοίας, Latini *de ſcripto & voluntate legis* appellarunt. CAPPER.

10. *Vocis quæſtionem.*] Quæſtionem de voce, de ſenſu vocis, & ſic ad *ſtatum amphiboliæ* quodammodo pertinet. CAPPER.

11. *Quod idem antinomia.*] *In* præpoſitio mihi adſcribenda videtur, hoc modo: *quod idem in antinomia petitur.* REGIUS. Non habent *in* MSS. Alm. Voſſ. ſec. *Quod idem.*] Scilicet vocis vel de voce quæſtio, quæ ad *amphiboliæ ſtatum* refertur. CAPPER.

12. *Ideoque omnia.*] In hac eſſe videtur ſententia Cicero libro ſecundo *de Oratore* cap. 26. nam *ambiguum* ſubjicit *qualitati*, atque ab *ambiguo* pendere omnes quæſtiones *legitimas.* TURNEB.

13. *Eſſe dixerunt.*] *Duxerunt*; marg. Baſil.

14. *Amphiboliam eſſe.*] Hoc in capite *amphibolia* ſignificat *legalem* illum *ſtatum*, qui Græce ἀμφιβολία, Latine *ambiguitas* appellatur: lege cap. 9. hujus libri. CAPPER.

15. *Aliud obſcurum jus, aliud ambiguum.*] De jure obſcuro vide ſupra cap. 6. (ubi de *legali ſtatu ex ſcripto & voluntate.*) De jure autem ambiguo lege cap. 9. (ubi de *legali ſtatu*, cui nomen *amphibolia*) & utriuſque diſcrimen intelliges. CAPPER.

16. *Igitur finitio.*] Fabius quoque docuit lib. III. cap. 6. *finitione* nihil niſi in univerſum quæri, & comprehendi. TURNEB.

17. *In diverſum trahit.*] Id eſt, in diverſum ſenſum trahit legis verba, idque propter dictionum *homonymiam*, ſive, ut vulgo in ſcholis aiunt, *æquivocationem.* CAPPER.

18. *Et de hoc.*] Tota hæc periodus ad *ſunt alia*, deerat in Voſſ. ſec.

19. *Diſpoſitionis.*] *Diſceptationis*; MSS. Bodl. Bal. Andr. Locat. Ald. Steph. Par. Vaſc. Gryph. Colin. Vidov. Obr. marg. Sich. Baſil.

20. *Viam docendi.*] *Viam dicendi.*; Voſſ. ſec.

21. *In quæſtiones ac locos ducenda*] *Deducenda*, hoc eſt, di-

ac *locos* diducenda eſt : ſed hæ ipſæ partes habent rurſus ordinem ſuum. Nam & in *prooemio* primum eſt aliquid, & ſecundum, ac deinceps. Et quæſtio omnis ac *locus* habet ſuam diſpoſitionem, [22] ut *theſes* etiam ſimplices. Niſi forte ſatis erit dividendi peritus, qui controverſiam [23] in hæc diduxerit, [24] *an omne præmium* [25] *viro forti dandum ſit*, *an* [26] *ex privato?* [27] *an nuptiæ*, [28] *an ea, quæ nupta ſit*, [29] *an hæc?* deinde, cum fuerit de prima quæſtione dicendum, paſſim, & ut quidque in mentem veniet, miſcuerit; non primum in ea ſcierit eſſe tractandum, *verbis legis ſtandum ſit*, [30] *an voluntate?* hujus ipſius particulæ aliquod initium fecerit; deinde, proxima ſubnectens, ſtruxerit orationem; ut, pars hominis eſt manus, [31] ejus, digiti, [32] illorum quoque, articuli. [33] Eſt & hoc, quod ſcriptor demonſtrare non poſſit, niſi certa, definitaque materia. Sed [34] quid una faciat, aut altera? [35] quin immo centum ac mille, in re infinita, atque materia? Præceptoris eſt, in alio atque alio genere quotidie oſtendere, quis ordo ſit rerum, & quæ copulatio; ut paulatim fiat uſus, & ad ſimilia tranſitus. [36] Tradi enim omnia, quæ ars efficit, non poſſunt. Nam quis pictor omnia, quæ in rerum natura ſunt, adumbrare didicit? ſed, [37] percepta ſemel imitandi ratione, aſſimulabit, quidquid acceperit. [38] Quid enim? non faber vaſculum aliquod, quale nunquam viderat, [39] facit? Quædam vero non docentium ſunt, ſed diſcentium. [40] Nam & medicus, quid in quoque [41] valetudinis genere faciendum ſit, [42] quid quibus ſignis providendum, docebit: [43] vim ſentiendi pulſus venarum, caloris

videnda, mihi legendum videtur. REGIUS. Fabius hoc libro locutus eſt de *locorum* ac quæſtionum diviſione & diſpoſitione, nec tamen ſatis eſt complexus diſpoſitionis præcepta; quia, cum tractantur quæſtiones ac *loci*, opus eſt alia rurſum diſpoſitione, quia ſatis ſcripto tradi non poteſt. TURNEB. *Ducenda;* Locat. *non enim cauſſa diverſa in q. a. l. ducenda eſt;* Voſſ. ſec.

22. *Simplices. Si forte ſatis erit dividendi peritus, qui controverſias in hæc dixerit*, an omne.] Hic locus quidem procul dubio ita eſt depravatus atque confuſus, ut neque ſenſus elici, neque facile mihi corrigi poſſit, citra unius ſaltem verbi immutationem; nam & *dixerit* forſitan in *diduxerit* eſt commutandum, & *ac* copula adſcribenda, ut inde longa illa periodus inchoetur hoc modo: *Ac ſi forte ſatis erit dividendi peritus, qui controverſiam in hæc diduxerit*, an omne præmium, *&c. miſcuerit?* cum interrogatione quidem, quæ in negationem reſolvitur, mihi claudendum eſſe videtur, perinde ac ſi dicat: *qui peritus fuerit dividendi, nihil miſcebit: ſed omnia ordinate dicet.* REGIUS. *Simplices, ſi forte ſatis, &c. in hæc dixerit;* V. C. Alm. Locat. *ſi forte;* MSS Bodl. Andr. *ut theſis etiam ſimplex: ſi forte;* Ald. *An ſic forte;* Steph. Colin. *niſi forte;* Obrecht. reliquæ edit. *ac ſi forte. Ut theſes etiam ſimplices.*] *Theſis* ſimplex eſt quæſtio generalis, quæ nullas continet circumſtantias; ut, *an accedendum ſit ad rempublicam.* Differt ab *hypotheſi*, ſeu quæſtione particulari & pluribus veſtita circumſtantiis; ut, *an Catoni hoc tempore, hac ratione, his auxiliis, accedendum ſit ad rempublicam.* CAPPER.

23. *In hæc diduxerit.*] *In hoc duxerit;* Voſſ. ſec.

24. *An omne præmium.*] Hæc eſt diviſio, de qua locutus eſt primo cap. cum docebat, deſcendendum nonnunquam a ſummo genere ad imam ſpeciem. TURNEB.

25. *Viro forti.*] Τῷ ἀριστεῖ vel ἀριστεύσαντι, ei qui bellicam rem præclare geſſerit. CAPPER.

26. *Ex privato.*] Ex cujuſdam privati bonis, non autem reipublicæ. CAPPER.

27. *An nuptiæ.*] An concedendæ ſint illi nuptiæ inſtar præmii. CAPPER.

28. *An ea quæ nupta ſit.*] An mulier quæpiam inde finite ſed jam nupta, danda illi & in matrimonium collocanda, idque pro bellicæ fortitudinis præmio. CAPPER.

29. *An hæc.*] An hæc vel illa ſingularis mulier nupta, &c. CAPPER.

30. *An voluntate.*] Mente, conſilio, propoſito legis, vel potius legiſlatoris. CAPPER.

31. *Ejus, digiti.*] Digiti ſunt partes ejus, nempe manus. CAPPER.

32. *Illorum quoque, articuli.*] articuli ſunt partes digitorum. CAPPER.

33. *Eſt & hoc.*] Docuit antea Fabius primo cap. bonam *diſpoſitionis* partem præceptis non poſſe comprehendi; ut hæc quoque pars, de qua loquimur, in artem redigi non poteſt, ſed maxime conſtat natura & exercitatione. TURNEB. Pro τῷ *eſt & hoc*, legitur in V. C. Alm. *hoc eſt.*

34. *Quid una faciat.*] *Faciet;* V. C. Alm.

35. *Quinimo centum ac mille in re finita, qua materia præceptoris eſt.*] Hic quoque ſenſus flagitus non vacat, quibus ita implicatur, ut non percipiatur. Nam & duo in eo verba corrupte leguntur, & diſtinctione ſublata diverſi confunduntur ſenſus. Illi namque dictioni *finita*, *in* præpoſitio eſt adſcribenda, ut *infinita* legatur, ac, loco illius *qua* relativi, *atque* copula mihi videtur reponenda: itaque diſtinguendum, ut & cum interrogatione legatur, & ille *præceptoris* genitivus ſequentis ſenſus initium conſtituat, hoc modo: *Quinimo centum ac mille in re infinita atque materia.* REGIUS. *In re finita, quæ materia præceptoris;* Voſſ. ſec. Locat. In Rolliniana editione deſunt τὰ *atque materia*, neque videntur admodum neceſſaria: immo ex illis præcedentibus *definitaque materia* per exſcriptorum incuriam repetita fuiſſe, poſſet quis non immerito ſuſpicari: ſed abſque librorum editor. & MSS. auctoritate vulgatam lectionem ſolicitare auſus non ſum. CAPPER.

36. *Tradi enim omnia.*] Hæc mihi deſumpta ex Cicer. lib. II *de Orat.* cap. 6. videntur, ubi inquit: *Neque eſt omnino ars ulla, in qua omnia, quæ illa arte effici poſſunt, a doctore tradantur*, &c. ALMELOV.

37. *Percepta imitandi.*] *Semel* recte in quibuſdam legitur exemplaribus, hoc modo, *ſemel percepta:* tertia vero a fine ſyllaba hujus verbi *aſſimilabit* per *u* ſcribenda *aſſimulabit;* *aſſimilare* namque per *i*, Latinum non eſt. REGIUS. *Sed percepta ſemel;* Locat. Ald. Steph. Colin. Gryph. Baſil. Vidov. Oxon. Obrecht. *ſed præcepta ſemel;* Voſſ. ſec. *percepta ſemel mutandi;* marg Baſil. Gryph. recte autem Regius *adſimulabit* ſcribendum eſſe docet; nec debuerat dubitare Aſcenſius; nam nos quoque *ſimilare* & *adſimilare* Latine dici non putamus, de quo latius ad Ovidii lib. III. Metam. 158. agemus. BURMAN. Sed hujuſmodi controverſia non majoris eſſe momenti videtur, quam illa; utrum *optumus, maxumus*, &c. an *optimus, maximus*, &c. ſcribi oporteat. Vide ſupra lib. I. cap. 7. de orthographia, & Velium Longum in veterib. Grammatic. a Putſchio editis pagg. 2228. 2235. CAPPER.

38. *Quis enim non faber.*] *Quid enim? non faber;* Ald. *Quis non faber;* Obrecht. ſed elegantior Aldi lectio, quæ valde blanditur mihi. Petron. cap. LXXIV. *Quid enim? inquit, ambubaja me non miſit?* Horat. I. Sat. I. *quid enim? concurritur.* BURMAN.

39. *Facit.*] *Fecit;* V. C. Alm. *viderit;* etiam Voſſ. ſec.

40. *Nam & medicus.*] *Nam medicus;* Voſſ. ſec.

41. *Valetudinis.*] Supple, malæ, adverſæ; nam τὸ *valetudo*, etiamſi ſolum ponatur, ſæpe morbum & ægrotationem ſignificat. CAPPER.

42. *Quid quibuſve ſignis.*] *Ve* particula otioſa ac ſupervacua mihi videtur expungenda. REGIUS. *Quibuſve;* Locat. Ald. *quibuſque;* MS. Alm. Voſſ. ſec. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

43. *Vim ex caloris motus.*] Diſtinguunt alii *vim ſentiendi, pulſus venarum, caloris, motus. Coloris diſtantia quæ cuique;* Vall. lib. & *meatus* in genitivo: *meatus*, etiam Voſſ. ſec. Francius malebat *ſpiritus meatus, coloris diſtantia.*

motus, ſpiritus meatum, coloris diſtantiam, [44] quæ ſua cujuſque ſunt, ingenium dabit. Quare plurima [45] petamus a nobis, & cum cauſſis deliberemus, cogitemuſque, homines ante [46] inveniſſe artem, quam docuiſſe. [47] Illa enim potentiſſima eſt, quæque vere dicitur [48] *œconomica* [49] totius *cauſſæ diſpoſitio*, quæ conſtitui, niſi velut [50] in re præſenti, non poteſt; ubi aſſumendum *proœmium*, ubi omittendum; ubi utendum [51] *expoſitione* continua, ubi partita; ubi ab initiis incipiendum, ubi [52] more Homerico [53] a mediis, vel ultimis; ubi omnino [54] non exponendum; quando a noſtris, quando ab adverſariorum propoſitionibus incipiamus; quando a firmiſſimis probationibus, quando a levioribus; quando in *cauſſa* [55] proponendæ *proœmiis* quæſtiones, qua præparatione præmuniendæ; quid judicis animus accipere poſſit ſtatim dictum, quo paulatim deducendus; ſingulis, an [56] univerſis opponenda refutatio; reſervandi *perorationi*, an [57] per totam orationem diffundendi affectus; [58] de jure prius, an [59] de æquitate dicendum; an anteacta crimina, an de quibus judicium eſt, prius objicere vel diluere conveniat; ſi multiplices *cauſſæ* erunt, quis ordo faciendus, quæ teſtimonia, tabulæve, cujuſque generis [60] in *actione* recitandæ, quæ reſervandæ. Hæc eſt velut imperatoria virtus copias ſuas [61] partientis ad caſus præliorum; retinentis partes [62] propter caſtella tuenda, cuſtodiendaſve urbes, petendos commeatus, obſidenda itinera; mari denique ac terra dividentis. Sed hæc [63] in oratione præſtat omnia, cui affuerint natura, doctrina, ſtudium. Quare nemo exſpectet, ut alieno tantum labore ſit diſertus. [64] Vigilandum ducat, iterum enitendum, pallendum: eſt facienda [65] ſua cuique vis, uſus, ſua ratio: non reſpiciendum ad hæc, ſed in promptu habenda: nec tanquam tradita, ſed tanquam innata. Nam viam demonſtrare [66] velociter ars poteſt, ſi qua eſt: verum ars ſatis præſtat, ſi copias eloquentiæ ponit in medio: noſtrum eſt uti eis ſcire. [67] Reliqua partium eſt demum *diſpoſitio*: & in his ipſis primus aliquis [68] ſenſus, & ſecundus, & tertius: qui non modo, ut ſint ordine collocati, [69] elaborandum eſt, ſed ut inter ſe juncti, atque ita cohærentes, ne commiſſura pelluceat: [70] corpus ſit, non membra. Quod ita con-

44. *Quæ ſua cujuſque.*] *Quæ ſui cujuſque ſunt, ingenium non dabit*; V. C. Alm. non male, ſi *ſua* legatur. Fabii ſenſus eſſe videtur hujuſmodi: *quæ ſingula uniuſcujuſque ſunt agroti propria.* CAPPER.

45. *Petimus a nobis & deliberamus.*] *Petamus* & *deliberemus* emendate a quibuſdam legitur. REGIUS.

46. *Inveniſſe artem.*] Quod nullo modo mirandum; *enim non* [illegible]*a, aut ex duabus, ſed ex multis animi perceptionibus co*[illegible] Cicer. *Acad. quæſt.* II. 7. ALMELOV. Vide lib. VIII. proœm.

47. *Illa enim,*] Artificialis eſt quædam *diſpoſitio*, de qua antea fere ſemper Fabius: alia eſt quæ pendet a proprietate cujuſque *thematis*, ideoque ſæpe artificialem immutat diſpoſitionem: hæc *œconomia* dicitur, ſive *œconomica diſpoſitio*, id eſt, diſpenſatrix, cujus bona pars nullo modo comprehendi poteſt præceptis. TURNEB.

48. *Oeconomica.*] Victorinus lib. Rhet. ad Silonem œconomicam dicit *artificialem diſpoſitionem*; Mart. Capella *diſpenſationem* vocat. PHILAND.

49. *Totius cauſſæ diſpoſitio.*] *Totius theſis diſpoſitio*; Andr.

50. *In re præſenti.*] Hoc eſt, niſi velut inſpecta & oculis perſpecta ipſa re & materia, de qua hic & nunc agitur: *metaphora* ducta eſt a forenſi conſuetudine, qua litigantes ipſique judices aliquando ſe conferebant ad rem controverſiam, puta ad agrum, ad domum, ut de controverſia planius & melius judicare poſſent, quam ſi ſolis teſtibus & tabulis res ageretur; nam

Segnius irritant animos demiſſa per aurem,
Quam quæ ſunt oculis ſubjecta fidelibus, &c.

ut belle canit Horatius in Arte Poetic. verſ. 180. CAPPER.

51. *Expoſitione.*] Id eſt, narratione; ut patuit ad cap. 2. lib. IV. CAPPER.

52. *More Homerico.*] Poëtæ, ut docet Macrob. in Saturnalibus, ſolent ſæpenumero a mediis incipere, deinde captata occaſione, quod omiſſum eſt, inſerere; ut Virgilius incepit a profectione ex Sicilia; Homerus Odyſſeam incepit a medio, nimirum a navigatione Ulyſſis ab Ogygia inſula; Iliadem vero ab ultimis incepit, id eſt, a decimo anno belli Trojani. TURNEB.

53. *E mediis.*] *A mediis* legendum eſſe patet. REGIUS. *E mediis*; Locat. Voſſ. ſec.

54. *Non exponendum.*] Ubi non ſit narrandum, non ſit adhibenda ea orationis pars, quæ *narratio* appellatur. CAPP.

55. *Proponendæ proœmiis.*] Vel addendum videtur τὸ *in*, vel certe ſubintelligendum eſt: cæterum Tullius in Miloniana *proœmiis* quaſdam quæſtiones propoſuit. CAPP.

56. *Univerſis opponendi.*] *Opponenda* legendum eſt. REGIUS.

57. *Per totam orationem.*] *Per totam actionem*; MSS. Bodl. Bal. Sich. Obrecht. marg. Gryph.

58. *De jure prius.*] De ſummo ſtrictoque jure, de rigore juris. CAPPER.

59. *De æquitate.*] De æquo & bono, de ſummi ſtrictique juris remiſſione, quam Græci *ἐπιείκειαν* vocant. CAPP.

60. *In actione recitandæ.*] *In actione tractandæ*; Voſſ. ſec. *Recitandæ.*] Id eſt, *legendæ*; nam apud veteres τὸ *recitare*, non eſt aliquid memoriter pronunciare. CAPPER.

61. *Partientis.*] Hoc participium conſtruitur cum ſubintellecto genitivo *Imperatoris*, qui τῇ *δυνάμει* in τῷ *imperatoria virtus*, continetur: eadem figura dixit Homerus Iliad. β. 54.

Νεστορέῃ παρὰ νηῒ Πυλοιγενέος βασιλῆος

apud navem Neſtoream Regis Pylo nati. CAPPER.

62. *Propter caſtella.*] *Per caſtella*; MS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald.

63. *In oratione præſtat, cui omnia affuerint.*] Sic quidem parum acute intuenti recte legi videtur; quamvis & verba tranſpoſita ſint, & minus integer ſenſus; neque enim omnia illi recte adeſſe dicentur, qui hiſce tribus ſit peritus, natura, doctrina, ſtudio. Quare omnia ante illud *cui* relativum collocanda videntur hoc modo: *Sed hæc in oratione præſtet omnia, cui affuerint.* REGIUS. *In oratione præſtant, cum omnia*; MSS. Bodl. Bal. Sich. *hæc in oratione præſtat, cui omnia*; Voſſ. ſec. *in oratione præſtavit*; V. C. Alm. forte pro *præſtabit*.

64. *Vigilandum ducat.*] *Dicat*; V. C. Alm. & mox *pollendum*; Voſſ. ſec.

65. *Sua cuique vis, uſus, ratio.*] *Vis, ſua ratio*; V. C. Alm. Locat. Ald. Steph. Colin. Vidov.

66. *Poteſt velocitas, ſi qua eſt.*] *Velocitas* quidem legitur; ſed parum mihi ſenſui convenire videtur: forte *velociter ars poteſt.* REGIUS. *Poteſt velocitas*; Voſſ. ſec. Locat.

67. *Reliqua enim artium.*] Corruptus mihi videtur hic ſenſus; nam illa particula *enim* redundare videtur, eoque oblinenda, & *partium* legendum. REGIUS. *Reliqua enim artium*; Locat. *reliqua artium*; MS. Alm. Voſſ. ſec. *Partium diſpoſitio.*] Quaſi dicat: hactenus de generali & univerſim ſumpta diſpoſitione diximus. Reſtat alia diſpoſitio, quæ partium eſt, explicanda. CAPPER.

68. *Senſus.*] *Διάνοια*, *une penſée.* CAPPER.

69. *Elaborandum.*] *Laborandum*; V. C. Alm. *collati elaborandum*; Voſſ. ſec.

70. *Corpus ſit.*] Sit oratio quaſi quoddam compoſitum & coagmentatum corpus, non membra divulſa, aut lu-

tinget; ſi &, [71] quid in quoque conveniat, viderimus; [72] & ut verba verbis applicemus, non pugnantia, ſed quæ invicem complectantur. [73] Ita res diverſæ diſtantibus ex locis quaſi invicem ignotæ non collidentur, ſed aliqua ſocietate cum [74] prioribus ac ſequentibus ſe, copulaque tenebunt; ac videbitur non ſolum compoſita oratio, ſed etiam continua. Verum longius fortaſſe progredior fallente tranſitu, & a *diſpoſitione* ad *elocutionis* præcepta labor: quod proximus liber inchoabit.

xata, non ſcopæ diſſolutæ, &c. CAPPER.

71. *Quid in quoque.*] *Quid in quaque*; Locat. Ald. quid quaque; Voſſ. ſec.

72. *Et ut verba verbis applicemus.*] Hoc loco Fab. etiam *diſpoſitionem* ponit in verbis; debita enim verborum collocatio & junctura diſpoſitione quadam conſtat: eſt hoc tamen magis *elocutionis*, ut paulo poſt Fabius ſignificabit. TURNEB.

73. *Ita res non diverſæ.*] *Non* mihi juxta verbum collocandum videtur, *non collidentur.* REGIUS. *Res non diverſæ*; MSS. Bodl. Bal. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil Gryph. *ita res diverſæ*, *&c. collidentur*, omiſſo *non*; Vidov. *colligantur* etiam Voſſ ſec.

74. *Sed non prioribus a. ſ. ſe copula tenebunt.*] Depravatus hic ſenſus ſic emendari poteſt, ſi duæ illæ particulæ *ſed non* eradantur, ac loco earum *cum* & *ac* reponantur hoc modo: *ſed aliqua ſocietate cum prioribus ac ſequentibus ſe copulaque tenebunt.* REGIUS. *Sed non prioribus*; Locat. *Copulaque.*] *Copula*; Locat. Ald. *copulas*; Baſil. Gryph.

M. FAB. QUINCTILIANI DE INSTITUTIONE ORATORIA

LIBER OCTAVUS.

PROOEMIUM.

HIS fere, quæ in proximos quinque libros collata ſunt, ratio [1] inveniendi, atque [2] inventa diſponendi, [3] continetur; quam ut [4] per omnes numeros penitus cognoſcere, [5] ad ſummam ſcientiæ neceſſarium eſt; [6] ita incipientibus brevius ac ſimplicius tradi magis convenit. Aut enim difficultate inſtitutionis [7] tam numeroſæ atque perplexæ deterreri ſolent; aut eo tempore, quo præcipue [8] alenda ingenia, [9] atque indulgentia quadam enutrienda ſunt, aſperiorum tractatu rerum atteruntur; aut, [10] ſi hæc ſola didicerint, ſatis ſe ad eloquentiam inſtructos arbitrantur; [11] aut, quaſi ad certas quaſdam dicendi leges alligati, conatum omnem reformidant. [12] Unde exiſtimant accidiſſe, ut, [13] qui diligentiſſimi artium ſcriptores extiterunt, ab eloquentia [14] longiſſime fuerint. Via tamen opus eſt incipien-

Quatuor his deinceps libris *elocutionis* præcepta complectitur. Hac autem præfatione oſtendit, quo pacto *inventio & diſpoſitio* ſit docenda; repetit, quæ hactenus præcepit *de inventione & diſpoſitione*; deinde *ad elocutionem* tranſit, cujus utilitatem & difficultatem oſtendit; poſtremo vitia quædam *pravæ elocutionis* notat. TURNEB.

1. *Inveniendi.*] Subintellige, argumenta rei, quam tractamus, probandæ idonea: quæ pars eſt *Rhetoricæ* prima. CAPPER.

2. *Inventa diſponendi.*] Inventa ſcilicet argumenta, ſeu probationum momenta diſponendi: quæ pars eſt *Rhetoricæ* ſecunda. CAPPER.

3. *Continentur.*] *Continetur* legendum eſſe, ne admonitione quidem dignum videtur. REGIUS. *Continentur*; Locat. Ald.

4. *Per omnes numeros.*] Hæc phraſis ducta eſt ab opinione Pythagoræ, qui exiſtimavit omnia conſtare numeris, & numeris perfici: unde, quod abſolutum eſt, dicitur habere ſuos numeros. TURNEB.

5. *Et ad ſummam.*] *Et* copula, ut otioſa & ſenſum turbans, videtur expungenda. REGIUS.

6. *Ita incipientibus.*] *Elocutio* ac cæteræ partes accuratius tradi debent, non item *inventio* & *diſpoſitio*; nam hæ ut natura ſunt priores, ita priores docentur: ſed tum auditores ſunt rudes: quocirca ſimplicius ſunt docendæ hæ partes. TURNEB.

7. *Tam innumeroſæ.*] *In* particula expungatur, ut *numeroſæ* legatur. REGIUS. Bona hæc lectio in ſpeciem; ſed interius neque ſincera neque nativa. Præceſſit quidem, *per omnes numeros penitus cognoſcere*; ſed quis credat, inde ſic traxiſſe & rapuiſſe hoc Fabium? Ex veſtigiis MS. Palat. indubitate legendum: *Aut enim difficultate inſtitutionis tam ſinuoſæ atque perplexæ deterreri ſolent.* Optime: *ſinuoſum*, quicquid per multos ſinus, multaſque ambages producit ac detinet. Ipſe Fabius lib. 11. cap. 4. *Interim admonere illud ſatis eſt, ut ſit ea neque arida prorſus atque jejuna; (nam quid opus erat tantum ſtudiis laboris impendere, ſi res nudas atque inornatas indicare ſatis videretur?) neque rurſus ſinuoſa & arceſſitis* (ita legendum ex MS.) *deſcriptionibus, in quas plerique imitatione Poëticæ licentiæ ducuntur, laſciva.* Onomaſticum: *ſinuo*, κολπόω: *ſinuoſus*, κολπώδης. GEBHARDUS. lib. III. Crep. cap. 8.

8. *Alenda ingenia.*] *Colenda*; MS. Bodl. marg. Sich. Baſil. ſed nihil muta; nam ita ſæpe Fabius utitur voce *alere* lib. 1. cap. 2. *firmiores in literis profectus alit æmulatio* cap. 3. *hic erit alendus ambitu*: & alibi. BURMAN.

9. *Atque indulgentia*] Hæc deſunt in Voſſ. ſec.

10. *Si hæc ſola didicerunt.*] *Didicerint* legendum eſſe, ne admonendum quidem eſt. REGIUS.

11. *Aut quaſi ad certas.*] Fabius lib. 11. diligenter ſcripſit, quatenus ſit arti inhærendum; ait enim ſæpenumero naturam nos ſequi oportere, ac ſæpenumero ob utilitatem *cauſæ* omittendam eſſe docuit præceptorum rationem, ſi refragaretur. TURNEB.

12. *Unde exiſtimant.*] Id videtur propter Hermagoram dixiſſe, qui artem *rhetoricam* infinitis præceptorum minutiis, ſed tamen ut legibus, eſt complexus: unde antea nimiam ejus diligentiam vituperabat. Huic vitio videtur etiam Hermogenes apud Græcos obnoxius; eſt enim diligentior in inveniendis & tradendis præceptis, quam deceat. TURNEB. Iniquum hoc Turnebiani Commentatoris judicium plus ſatis probat Hermogenis libros ab eo vel lectos non fuiſſe, vel ſaltem minus intellectos; nam Tarſenſis ille Rhetor de eloquentia eloquentiſſime ſcripſit, ut mecum fatebuntur, quicumque illius *Partitiones* de oratoriarum quæſtionum *ſtatibus*, quatuor *de inventione* libros, duos *de formis orationum*, & unum περὶ μεθόδου δεινότητος, non levi ac deſultoria, ſed ſeria diligentique mentis intentione perlegerint. Et certe Muſonius ille philoſophus celebris lectiones Hermogenis magna cum admiratione audiebat: ad eundem audiendum excitatus fuit M. Antoninus princeps doctus & in doctos liberalis. Docebat tamen Hermogenes annos quindecim natus, ut ex Philoſtrato Suidas refert, & decimo octavo ætatis anno de arte oratoria ſcripſiſſe dicitur. CAPPER.

13. *Qui diligentiſſimi artium ſcriptores.*] Carneades apud Ciceronem lib. 1. *de Oratore* PITHOLUS. Cæterum in τῷ *artium* ſubintellige τὸ *rhetoricarum*, vel *oratoriarum*, ut jam ſupra monuimus. CAPPER.

14. *Longiſſime fuerint.*] Elegans hæc & rarior locutio, pro conſueta, *longiſſime abfuerint.* Vide Scheffer. ad Juſtin. lib. 11. cap. 5. infr. cap. 3. *An quiſquam tam procul a concipiendis imaginibus rerum abſit?*

tibus, ſed ea plana, & cum ad ingrediendum, tum ad demonſtrandum expedita. [15] Eligat itaque peritus ille præceptor ex omnibus optima, & tradat ea demum in præſentia, quæ placent, remota refutandi cætera mora. Sequuntur enim diſcipuli, [16] quo duxeris. Mox cum robore diſcendi [17] creſcet etiam eruditio. Iidem primo ſolum iter credant eſſe, in quod inducentur, mox illud cognituri etiam optimum. [18] Sunt autem neque obſcura, [19] neque ad percipiendum difficilia, [20] quæ ſcriptores diverſis opinionibus pertinaciter tuendis involverunt. [21] Itaque in toto artis hujuſce tractatu [22] difficilius eſt judicare, quid doceas, quam, cum judicaris, docere: præcipueque [23] in duabus his partibus perquam ſunt pauca, circa quæ, ſi [24] is qui inſtituetur, non repugnaverit, pronum ad cætera habiturus eſt curſum. [25] Nempe enim [26] plurimum in hoc laboris exhauſimus, ut oſtenderemus *rhetoricen* bene dicendi ſcientiam, & utilem, & artem, & virtutem eſſe; materiam ejus res omnes, de quibus dicendum eſſet. [27] Tum & eas in tribus fere generibus, *demonſtrativo*, *deliberativo*, *judiciali*que reperiri. Orationem porro omnem conſtare rebus, & verbis. In rebus intuendam *inventionem*; in verbis *elocutionem*; [28] in utriſque [29] *collocationem*: quæ *memoria* complecteretur, [30] *actio* commendaret. Oratoris officium, [31] docendi, [32] movendi, [33] delectandi partibus contineri. Ex quibus ad docendum, [34] *expoſitio* & *argumentatio*; ad movendum, affectus pertinerent: quos per omnem quidem *cauſſam*, ſed maxime tamen [35] in ingreſſu, ac fine dominari. [36] Nam delectationem, quamvis in utroque ſit eorum, magis tamen proprias in *elocutione* partes habere. Quæſtiones alias [37] infinitas, alias [38] finitas, quæ perſonis, locis, temporibus continerentur. [39] In omni porro materia tria eſſe quærenda, [40] *an ſit*, [41] *quid ſit*, [42] *quale ſit.*

15. *Eligat itaque.*] Agricola lib. III. cum de *diſpoſitione* agit, eam eſſe optimam ait artium tradendarum methodum, ut initio opiniones malæ refutentur: quod perpetuo facit Ariſt. & Galenus. Id tamen non probat in inſtitutione rudiorum Fabius. TURNEB.

16. *Quo duxeris.*] *Qui vexeris; mox cum robore dicendi;* V.C. Alm. *quo rexeris;* Obrecht. *quo vexeris;* Voſſ. ſecund. marg. Baſil. ſed male; *ſequi* enim & *ducere*, inter ſe congruere & reſpondere docuimus ad lib. II. cap. I4. BURMAN.

17. *Creſcet.*] *Creſcit*; edit. Obrecht.

18. *Sunt autem.*] *Inventionis & diſpoſitionis* præcepta per ſe facilia ſunt: ſed obſcurata ſunt a ſcriptoribus artium, qui quotidie præcepta alia, atque alia inveniebant, & nonnunquam recta mutabant, ut aliquid viderentur inveniſſe. Fabius tamen huic reprehenſioni obnoxius videtur, qui lib. III. tot opiniones congeſſerit, quæ non tam explicabant rem, quam involvebant. TURNEB. Nec melius, nec æquius de Fabio nunc judicat pſeudo-Turnebus ille, quam de Hermogene antea judicarat. Si Philologicis in rebus, & præſertim in antiqua Græcorum Latinorumque Rhetorum *Technologia* minus hoſpes ac peregrinus fuiſſet, non utique in tam graves & tam multos impegiſſet errores, quos identidem detectos refellimus; nec tam ingratum ſe Quinctiliano præbuiſſet, qui tantam in referendis expendendiſque veterum de arte *rhetorica* ſententiis diligentiam adhibuit, & de regina rerum eloquentia ſic bene meritus eſt, ut Latinorum ſaltem Rhetorum princeps jure merito habeatur. CAPPER.

19. *Neque ad præcipiendum.*] *Percipiendum* ſenſui convenire, ne admonendum quidem eſſet, niſi *præcipiendum* legeretur. REGIUS. *Præcipiendum;* Locat.

20. *Quæ ſcriptores, &c.*] Hoc de juris interpretibus dici vere poteſt. PITHOEUS.

21. *Itaque in toto.*] In variis & diverſis opinionibus opus eſt judicio ad eligendum, quod ſit optimum: quod autem optimum, id eſt docendum: ſed, cum artis præcepta optima ſint pauca, facile eſt docere: cum autem infinita ſint tradita ab auctoribus, difficile eſt judicare, quæ optima. TURNEB.

22. *Difficilius eſt judicare.*] *Eſt* non habet. V. C. Alm.

23. *In duabus his partibus.*] *Inventione & diſpoſitione*, quas eloquentiæ magiſtri tanquam duas primas artis *rhetoricæ* partes huc uſque ſpectaverunt CAPPER.

24. *Is qui inſtituetur.*] *Inſtituitur*; Locat. Ald. Colin. Obrecht.

25. *Nempe enim.*] *Anacephalæoſis* eſt eorum, quæ tractavit ſuperioribus quinque libris: neque tamen in enumerando ſequitur ordinem traditionis, ſed opportunitatem connexionis. TURNEB.

26. *Plurimum in hoc laboris exhauſimus.*] *Ironice* loqui videtur Fabius; nam ait in ſequentibus: *Plus exigunt laboris & curæ quæ ſequuntur: hinc enim jam* elocutionis *rationem tractabimus, partem operis, ut inter omnes oratores convenit, difficillimam. Nam & Marcus Antonius*, &c. CAPPER.

27. *Tum & eas in tribus.*] *Tum &* non habet V. C. Alm. *tum* deeſt in Voſſ. ſec.

28. *In utriſque.*] *In utraque;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald ſed paſſim noſter & alii hac voce in plurali utuntur.

29. *Collocationem.*] Secutus eſt Cicer. in *Partit.* cap. I. eſt enim collocatio duplex, quædam verborum, quædam rerum: rerum collocatio eſt *diſpoſitio*, verborum autem apta eſt compoſitio, quæ ſubjungitur *elocutioni*. TURNEB. *Collationem;* Lugdun. & Oxon. Sed vitioſe, ut mihi videtur: immo Typographicas in operas cauſſa hujus erroris eſt forte refundenda. CAPPER.

30. *Actio.*] Quæ alias *pronunciatio* dicitur, Græcis ὑπόκρισις. CAPPER.

31. *Docendi.*] Per *narrationem* & *confirmationem*, ſeu argumentorum explicationem. CAPPER.

32. *Movendi.*] Per affectus illos vehementiores, quos Græci πάθη vocant. CAPPER.

33. *Delectandi.*] Delectamus primo quidem per leniores illos affectus (τὰ ἤθη, quomodo exponunt Cicero & Fabius) quibus nobis auditores conciliamus, ut fuſe docet Tullius I. *de Orat.* his verbis: *Orationis tres ſunt rationes, una conciliandorum hominum, altera docendorum, tertia concitandorum. Harum prima lenitatem orationis, ſecunda acumen, tertia vim deſiderat. Nam neceſſe eſt, ut, qui nobis cauſſam adjudicaturus ſit, aut inclinatione voluntatis propendeat in nos, aut defenſionis argumentis adducatur, aut animi perturbatione cogatur.* Delectamus ſecundo per venuſtam ornatamque *elocutionem*, ut hic diſerte Fabius affirmat. CAPPER.

34. *Expoſitio.*] Id eſt, *narratio*, quæ ſecunda pars eſt orationis in genere *judiciali*. CAPPER.

35. *In ingreſſu, ac fine.*] In ingreſſu quidem, ſeu *exordio* dominantur affectus leniores τὰ ἤθη; in fine autem, ſeu *epilogo* vehementiores, τὰ πάθη. CAPPER.

36. *Nam delectationem.*] Delectatio ipſa etiam eſt in docendo, & in ipſo motu: maxime tamen in orationis genere, ut in illo charactere, qui dicitur *floridus*, in quo eſt mira orationis ſuavitas & elegantia: quæ res efficit delectationem. TURNEB.

37. *Infinitas* [Quæ nullis veſtitæ ſunt circumſtantiis, & θέσεις appellari ſolent. CAPP.

38. *Finitas.*] Quas ὑποθέσεις vocant. CAPPER.

39. *In omni porro materia.*] Hoc intelligendum eſt non ſolum in materia definita, ſed etiam infinita: quod ex hoc Fabii loco apparet, & ex Cicerone conſtat: quanquam nonnulli *ſtatum* dumtaxat quærendum putant in *hypotheſi*. TURNEB.

40. *An ſit.*] Qui *ſtatus* eſt *conjecturalis*, ut Rhetores loqui amant. CAPPER.

41. *Quid ſit.*] Qui *ſtatus definitivus* appellatur. CAPPER.

42. *Quale ſit.*] Qui *ſtatus* a Rhetoribus *qualitas*, vulgo *quæſtio juris* vocari ſolet. CAPPER.

le ſit. His adjiciebamus, [43] *demonſtrativam* laude ac vituperatione conſtare. [44] In ea, quæ ab ipſo, de quo diceremus, quæ poſt eum acta eſſent, intuendum. [45] Hoc opus tractatu honeſtorum utiliumque conſtare. [46] *Suaſoriis* accedere tertiam partem [47] ex *conjectura*, *poſſet ne* [48] *fieri*, *& an eſſet futurum*, de quo deliberaretur. Hic præcipue diximus ſpectandum, *quis*, *apud quem*, *quid* diceret. [49] *Judicialium cauſſarum* alias in ſingulis, alias in pluribus controverſiis conſiſtere; [50] & in quibuſdam [51] ſufficere modo [52] *intentionem*, [53] modo *depulſionem*; porro *depulſionem* omnem inficiatione duplici, [54] *factumne*, *&* [55] *an hoc factum eſſet*; præterea [56] defenſione ac [57] *tranſlatione* conſtare. [58] Quæſtionem, aut ex facto, aut ex ſcripto eſſe. Ex facto; [59] de rerum fide, [60] proprietate, qualitate. [61] Ex ſcripto; de verborum vi, [62] aut voluntate: in quibus vis [63] tum *cauſſarum*, tum *actionum* inſpici ſoleat, quæque aut [64] *ſcripti &*

43. *Demonſtrativam.*] Materiam videlicet, *hypotheſin*, partem, &c. CAPPER.

44. *In ea, quæ ab ipſo.*] *In ea, quæ ante ipſum de quo*; Voſſ. ſec.

45. *Hoc opus.*] Reprehendit enim Fabius eos, qui *demonſtrativum* genus terminaſſent honeſtate: illi tamen defendi poterunt, quod ſint id complexi, quod maxime frequens eſt in laudatione, & vituperatione. TURNEB.

46. *Suaſoriis.*] Locos *deliberativæ* materiæ dixit, honeſtum, utile, poſſibile: ſed *poſſibile* dicere non eſt auſus, propterea quod durior eſt appellatio, ut docuit lib. III. TURNEB. Cæterum in τοῖς *ſuaſoriis* ſubauditur τὸ orationibus, vel materiis, vel *hypotheſibus*, &c. CAPPER.

47. *Ex conjectura.*] Tertiam partem petitam ex *ſtatu conjecturali*, ubi quæritur, *an res fieri poſſit*, *an re ipſa futura ſit*. Nam, ut docuit Fabius lib. VII. cap. 2. initio, *conjectura*, ſeu *ſtatus conjecturalis* habet tria tempora, præteritum, præſens, & futurum. CAPPER.

48. *Fieri, & an eſſet.*] *Fieri an eſſet*; Voſſ. ſec.

49. *Judicialium cauſſarum.*] Significat *cauſſas judiciales* eſſe duplices, quaſdam *ſimplices*, quaſdam *conjunctas*: ſimplices ſunt una de re, conjunctæ de pluribus. TURNEB.

50. *Et in quibuſdam intentionem, modo depulſionem; porro omnem inficiatione duplici.*] Adeo corruptus confuſuſque eſt hic locus, ut fulgenti ſole, nedum aſteriſco indigere videatur. Nullus enim ſenſus prorſus elici poteſt, niſi corrigatur: quod quonam pacto fieri poſſit citra omnium fere verborum immutationem, non video. Tantum vero mihi permittere non auſim, cum præſertim nullum viderim exemplar, in quo non ita legatur. Vereor enim, ne, cum unum immuto verbum, quibuſdam videar audacior, quibus hunc locum aperte depravatum ſine immutatione corrigendum relinquo. REGIUS. Hunc locum incurabilem & a Raphaële depoſitum, ad Vallenſe exemplar reſtituimus, ut parum deeſſe videatur ab integritate: ſic legendum puto: *Et in quibuſdam ſufficere modo intentionem, modo depulſionem; porro depulſionem omnem inficiatione duplici, factum ne, & an hoc factum eſſet; præterea defenſione & detractatione conſtare*: ideo autem in principio ſic lego, quia lib. III. cap. 9. de partibus *cauſſarum judicialium*, ſic ſcripſit: *Nunc de judiciali genere, quod eſt præcipue multiplex, ſed officiis conſtat duobus, intentionis ac depulſionis*: pro *altercatione* autem repoſui *detractationem*, quia ſic in Vallenſi eſt. ASCENS. Hoc intelligendum eſt hoc modo: quaſdam *cauſſas judiciales*, ut *conjecturales*, ad conſtitutionem egere duntaxat *intentione & depulſione* prima, cum præſertim ſint aliæ *cauſſæ*, ut *ſtatus qualitatis*, quæ flagitent *rationem & firmamentum*: itaque alterum *Modo* videtur elidendum, eſtque adjicienda *Et* particula. TURNEB. *Et, in quibuſdam intentionem, modo depulſionem: porro omnem inficiatione duplici*; MSS. Bodl. Alm. Ande. Ven. Locat. Ald. *& in quibuſdam intentionem; modo depulſionem: porro depulſionem omnem inficiatione*; Obrecht. *conſiſtere porro omnem inficiatione duplici*, omiſſis reliquis; Voſſ. ſecund.

51. *Sufficere modo intentionem, &c.*] Nam aliquando etiam a parte accuſantis defenſio eſt, & defendentis accuſatio, ut ſupra patuit ad cap. 4. lib. VII. CAPPER.

52. *Intentionem.*] Id eſt, accuſationem. CAPPER.

53. *Modo depulſionem.*] Id eſt, refutationem, ſeu τὴν τοῦ rei defenſionem, qua ſibi objecta crimina depellit a ſe, refellit, &c. CAPPER.

54. *Factumne.*] An id, quod crimini datur, ſit revera factum: qui *ſtatus conjecturalis* dicitur, & vulgo *facti quæſtio*. CAPPER.

55. *An hoc factum eſſet.*] An hoc, quod factum eſſe confitemur, hoc ſit nomine appellandum, quo accuſator appellat; an ſurrepta in templo pecunia privata, furti tantum; an etiam ſacrilegii reum faciat: qui *ſtatus* vocatur *definitivus*. CAPPER.

56. *Defenſione.*] Per *ſtatum qualitatis abſolutum*, vel *aſſumptivum*, de quo ſupra & maxime ad cap. 6. libri tertii. CAPPER.

57. *Tranſlatione.*] *Altercatione* quidem legitur, ſed non ſine flagitio, ut ego quidem ſentio. Neque enim *depulſio* unquam *altercatione* conſtat, quod notius eſt, quam ut ſit exponendum: quare pro *altercatione*, aut *actione*, aut *tranſlatione*, ut exiſtimem legendum eſſe, faciunt ea, quæ in tertio volumine cap. 6. ſunt præcepta: *Nam, ut in defenſione, inquit, potiſſimum incipiam, longe fortiſſima tuendi ſe ratio eſt, ſi quod objicitur, negari poteſt; proxima ſi non id, quod objicitur, factum eſſe dicitur; tertia honeſtiſſima, qua recte factum defenditur. Quibus ſi deficimur, ultima ſupereſt aliquo juris adjutorio elabendi, ut non videatur jure actio intendi: hinc illæ quæſtiones, ſive actionis, ſive tranſlationis.* Ex quibus aperte conſtat, *depulſionem* nunquam *altercatione*; interdum *actione tranſlationeve* conſtare. REGIUS. *Altercatione*; Ven. Locat. Ald. *detractatione*; Voſſ. ſec. & cod. Vallenſ. ut teſtatur Aſcenſius, qui ſic etiam in textu repoſuerat: ſed hanc vocem nuſpiam reperire potui: error forſitan ſcribarum fuerit, qui τὸ *detractatione* pro τῷ *detrectatione* ſcribere potuerunt: quanquam ne hæc quidem vox huic loco ſit accommodata; nam *detrectatio* negationem, recuſationem, &c. ſignificat: qui ſenſus in præcedenti τῷ *inficiatione* jam continebatur, & in ταυτολογίαν caderet. Cæterum hoc vocabulo τῷ *tranſlatione* deſignatur *ſtatus* ille *tranſlativus*, quo *actio* ipſa, ſive accuſatio repellitur, dum reus negat accuſatori jus eſſe, ut ipſum hoc tempore, hoc loco, hac lege, his judicibus accuſet. Alias vocatur *exceptio* judicii declinatoria, præſcriptio, *actionis* quæſtio. Videad cap. 5. libr. VII. CAPPER.

58. *Quæſtionem aut ex ſcripto eſſe, aut ex facto; de rerum fide.*] Sic quidem legitur: ſed mihi *in* præpoſitio cum *facto* reponenda videtur, ut inde initium ſumat ſenſus hoc modo: *In facto de rerum fide*, &c. cum ex facto conſtat *cauſſa*, interdum quæritur de rerum fide ac probatione, *an ſit factum aliquid*, eaque erit *conjectura*; interdum de proprietate, in qua explicanda definitio eſt neceſſaria; interdum, *an jure aliquid ſit factum*, in quo eſt *qualitas*. REGIUS. *Quæſtionem aut ex ſcripto eſſe, aut ex facto. De rerum fide*; Voſſ. ſec. Locat.

59. *De fide.*] Τῇ πίστει, πιθανότητι, de facienda fide, de argumentis, quibus fidem faciamus rem ita contigiſſe, ita ſe habere: qui *ſtatus* eſt *conjecturalis*. Legeſis Fabium lib. VII. cap. 2. CAPPER.

60. *Proprietate.*] *Proprietatem* appellat *finitivum ſtatum*, propterea quod definitio explicat rei proprietatem & vocabuli: ſic lib. III. cap. 6. dixit a quibuſdam *ſtatum finitivum* vocari *ſtatum proprietatis*. TURNEB.

61. *Ex ſcripto.*] Verba hæc univerſaliter ſunt accipienda; quemadmodum dixit in cap. de *actione* lib. VII. omnem *ſtatum legalem* quæſtionem habere in *ſcripto*, aut *voluntate*. Quod ſequitur, ita eſt intelligendum, *cauſſas omnes legales* illic habere diſceptationem, deinde omnem *tranſlationem* eiſdem *ſtatibus legalibus* contineri, ut docuimus lib. VII. TURNEB.

62. *Aut voluntate.*] De conſilio, mente, animo, & (ut aiunt) *intentione* legiſlatorum, teſtatorum, paciſcentium, ſtipulantium, & cæterorum, qui ſcriptis aliquid mandari jubent. CAPPER.

63. *Tum cauſſarum, tum actionum.*] *Cauſſæ* proprie loquendo ſunt quælibet *hypotheſes* oratoriæ in quolibet genere, ſive *demonſtrativo*, ſive *deliberativo*, ſive *judiciali*: *actiones* vero ſunt *cauſſæ* forenſes, ſeu *hypotheſes*, in genere *judiciali*, ſive verſentur circa materiam, ut aiunt, *criminalem*, ſive verſentur circa materiam civilem: quæ proprie *controverſia* vocatur, ut patet ex illo Ciceronis pro Cæcina: *Omnia judicia, aut diſtrahendarum controverſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſſa reperta ſunt.* CAPPER.

64. *Scripti & voluntatis.*] Alludit ad *ſtatum legalem*, qui

voluntatis, aut [65] *ratiocinativæ*, aut [66] *ambiguitatis*, [67] aut *legum contrariarum* ſpecie continetur. In omni porro *cauſſa judiciali* quinque eſſe partes: quarum *exordio* conciliari audientem, [68] *narratione cauſſam* proponi, *confirmatione* roborari, *refutatione* diſſolvi, *peroratione* aut memoriam judicis refici, aut animos moveri. His argumentandi & [69] afficiendi *locos*, & quibus generibus concitari, placari, [70] reſolvi judices oportet, adjecimus. [71] Acceſſit ratio diviſionis. Credere modo, qui diſcet, velit, certam quamdam viam eſſe, in qua multa etiam ſine doctrina præſtare debeat [72] per ſe ipſa natura: ut hæc, de quibus dixi, non tam inventa a præceptoribus, quam, cum fierent, obſervata eſſe videantur. [73] Plus exigunt laboris & curæ, quæ ſequuntur. [74] Hinc enim jam *elocutionis* rationem tractabimus, partem operis, ut inter omnes oratores convenit, difficillimam. [75] Nam & M. Antonius, cujus ſupra habuimus mentionem, [76] ait *a ſe diſertos viſos eſſe multos, eloquentem autem neminem.* [77] *Diſertis* ſatis putat, dicere quæ oporteat; ornate autem dicere, [78] proprium eſſe *eloquentiſſimi*. Quæ virtus ſi uſque ad eum in nullo reperta eſt, [79] ac ne in ipſo quidem, aut L. Craſſo, [80] certum eſt & in his & in prioribus eam deſideratam, quia difficillima fuit. Et Marcus Tullius *inventionem* quidem ac *diſpoſitionem* prudentis hominis putat; *eloquentiam*, oratoris. [81] Ideoque præcipue circa partis hujus præcepta elaboravit. Quod eum merito feciſſe, etiam ipſo rei, de qua loquimur, nomine palam declaratur. *Eloqui* enim hoc eſt, omnia, quæ mente conceperis, promere, atque [82] ad audientes perferre: ſine quo ſupervacua ſunt priora, & [83] ſimilia gladio

dicitur *de ſcripto* & *voluntate*, περὶ ῥητοῦ καὶ διανοίας. Vide cap. 6 lib. VII. CAPPER.

65. *Ratiocinativæ.*] Supple, *cauſæ*, vel quæſtionis, &c. reſpicit ad *ſtatum legalem*, quem Græci vocant συλλογισμὸν, Latini *ratiocinativum*, *ratiocinationem*, *collectionem*, *collectivum*. Vide cap. 8. lib. VII. CAPPER.

66. *Ambiguitatis, aut legum contrariarum.*] Duos *legales* innuit *ſtatus*, qui Græce dicuntur Ἀμφιβολία, & Ἀντινομία. De his actum eſt lib. VII. capp. 7. & 9. CAPPER.

67. *Aut rerum contrariarum.*] Loco *rerum*, *legum* mihi reponendum videtur. REGIUS. *Rerum*; MSS. Bal. Voſſ. ſec. Ven. Locat.

68. *Narratione propoſita confirmari refutationem, aut memoriam.*] Hic quoque locus depravatus eſt, quamvis pleriſque integer videatur. Quinque autem hæc vel ſimilia verba videntur adſcribenda, *cauſſam*, *proponi*, *confirmatione*, *diſſolvi*, *peroratione* hoc modo: *Exordio conciliari audientem, cauſſam narratione proponi, confirmatione propoſita confirmari, confutatione diſſolvi, peroratione aut memoriam, &c.* REGIUS. *Narratione propoſita confirmari, refutatione aut memoriam refici, aut animos*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Ven. Locat. Aldus ſecutus Regium, niſi quod τὸ *judicis* omittat, quod & Obrechtus fecit, in reliquis ſequens lectionem, quam & nos ſecuti ſumus, quæ eſt in Vaſcoſ. Steph. Baſil. Colin. Gryph. Vidov. & aliis.

69. *Afficiendi.*] Τὸ afficere hoc loco eſt, auditorum, vel judicium animos concitare, commovere τοῖς πάθεσιν, affectibus, ad certos quoſdam affectus pertrahere. CAPPER.

70. *Reſolvi judices oportet.*] Pars hæc poſtrema videtur pertinere ad caput riſus, quo maxime reſolvitur judex & auditor; atque huic interpretationi videtur ſubſcribere ordo tractationis. TURNEB. Recte de riſu hæc accipit Turnebus, quod verbum *reſolvi* indicat, & ita lib. IV. cap. 2. recepimus hoc verbum ex MSS. *ad reſolvendos judices aliqua urbanitate*: ſic *ſolvi a lætitia, gaudio*, &c. dici notavimus ad Petron cap. CXXXI. ſic *reſolvere curas, metus* & ſimilia dixerunt Virgil. I. Georg. 302. Valer. Flac. IV. 704. & alii. Adde, quæ Heinſius ad Ovid. Epiſt. XIII. 110. adducit, quamvis ab eo in loci Ovidiani interpretatione diſſentire cogamur. BURMAN. Itaque τὸ *reſolvi*, ſignificat liberari ab affectibus, & tranquillum ad ſtatum mentis revocari, reſtitui, &c. CAPPER.

71. *Acceſſit ratio diviſionis.*] *Diviſionem* appellat diſtributionem *thematis* & *cauſſæ* in capita ſua, quæ res diſpoſitionem orationis efficit: ea dicitur περιεγχείρησις, de qua præcepit lib. VII. cap. I. Fabius. TURNEB. Sed jam plus ſemel notavimus τὴν περιεγχείρησιν, cum διαιρέσει, *diviſione*, a pſeudo-Turnebo perperam confundi: quomodo autem inter ſe diſtinguantur, expoſuimus ad cap. 6. lib. II. CAPPER.

72. *Per ſe ipſa.*] *Per ipſam naturam*; Voſſ. ſec.

73. *Plus exigunt laboris.*] Hic quidam initium faciunt capitis primi, quod fatue & ſtulte eos feciſſe Regius dicit: ſed Aſcenſius nihil flagitii admiſiſſe putat: ſed nos Regium & optimas editiones ſequimur: licet in MSS. Alm. & Voſſ. ſec. hic etiam nova ſectio inciperet. BURMAN.

74. *Hinc enim jam.*] *Hinc jam*; Voſſ. ſec.

75. *Nam & M. Antonius.*] M. Antonius libellum quemdam de eloquentia imperfectum reliquit, in quo ſcripſit ſe *diſertos* multos vidiſſe, *eloquentem* neminem: *diſertum* interpretabatur, qui apud mediocres homines poſſet ex communi ratione acute & dilucide diſputare: *eloquentem* vero, qui omnia magnificentius augere poſſet & ornare, reſque omnes teneret, quæ ad eloquentiam pertinent. TURNEB. Hoc apud Ciceron. dicit lib. I. *de Orat.* 21. & refertur etiam in libro *de Orat.* cap. 5. PHILAND. Vide & Plin. lib. V. Epiſt. 20. ALMELOV.

76. *Ait a ſe.*] *Cum ais a ſe*; Andr. Ald. Colin. *cum a ſe*; MS. Bodl.

77. *Diſertis ſatis.*] *Diſertos*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat.

78. *Proprium eſt eloquentiſſimi.*] *Eſſe*, ut legatur, ex ipſo ſenſu facile apparet. REGIUS. *Eſt*; Voſſ. ſecund. Locat.

79. *Ac ne quidem, aut.*] Cum inter *ne* & *quidem* ſemper ſoleat aliquid verborum interponi, duo verba, quæ in quibuſdam exemplaribus leguntur, hic videntur adſcribenda, ut legatur: *Ac ne in ipſo quidem.* REGIUS. *Ac ne quidem aut Lucio*; Locat. *ac ne ipſo quidem*; Voſſ. ſec.

80. *Certum eſt & in his.*] *Tum eſt &*; V. C. Alm. *tum eſt & his & prioribus etiam deſiderata*; Voſſ. ſec. marg. Baſil. *certum eſt & his & prioribus eam deſideratam*; Locat.

81. *Ideoque præcipue circa partis hujus elaboravit.*] *Præcepta* in quibuſdam exemplaribus emendate legitur hoc modo: *circa præcepta partis hujus.* In *Oratore* cap. 14. ſic inquit Cicero: *Nam & invenire & judicare quid dicas, magna illa quidem ſunt, & tanquam animi inſtar in corpore, ſed propria magis prudentiæ, quam eloquentiæ.* REGIUS. Ut in *Oratore* ad Brutum; nam omiſſis cæteris rhetoricæ partibus dumtaxat illic *elocutionem* tractavit. TURNEB.

82. *Ad audientes perferre.*] *Perferre* deeſt in Voſſ. ſec.

83. *Similia gladio condito, atque intra vaginam ſuam hærenti.*] Idem eſt *gladius conditus*, atque *intra vaginam hærens*. Quæ, malum! hæc ταυτολογία? Legendum omnino: *Similia gladio condito, atque intra vaginam ſuam hebenti.* Tranſſumpſit hæc in Florida Apuleius: *Profecto, ut gladius uſu ſplendeſcit, ſitu rubiginat; ita vox in vagina ſilentii condita diutino torpore hebetatur. Conditus gladius* contrarius *nudo*. Calpurnius:

——— *inſanos clementia condidit enſes.*

Statius vocat *includere*, lib. II. Theb. verſ. 533.

Obſtupuit viſis: ibat tamen, horrida tantum
Spicula, & incluſum capulo tenus admovet enſem.

Idem *adſtringere*, lib. III. Theb. verſ. 446.

——— *motos capulis adſtringeret enſes.*

Lib. II.

——— *exſertum dimitteret enſem.*

Eleganter Valerius Maximus lib. VIII. cap. 9. *Miſſi enim a ſæviſſimis ducibus milites ad M. Antonium obtruncandum, ſermone ejus obſtupefacti diſtrictos iam & vibrantes gladios cruore vacuos vaginis reddiderunt.* Gebhard. lib. III. Crep. cap. 8.

condito, atque intra vaginam ſuam hærenti. [84] Hoc itaque maxime docetur: hoc [85] nullus niſi arte aſſequi poteſt: [86] huc ſtudium adhibendum: [87] hoc exercitatio petit, hoc imitatio: [88] hic omnis ætas conſumitur: [89] hoc maxime orator oratore præſtantior: [90] hoc genera ipſa dicendi alia aliis potiora. Neque enim [91] Aſiani, aut quocumque alio genere corrupti, [92] res non viderunt, aut eas non collocaverunt; neque, [93] quos *aridos* vocamus, ſtulti, aut in *cauſſis* cæci fuerunt; [94] ſed his judicium in eloquendo ac [95] modus; [96] illis vires defuerunt: ut appareat [97] in hoc & vitium, & virtutem eſſe dicendi. [98] Non ideo tamen ſola eſt [99] agenda cura verborum. Occurram enim neceſſe eſt, & velut in veſtibulo protinus apprehenſuris hanc confeſſionem meam, reſiſtam iis, qui, omiſſa rerum (qui nervi ſunt in *cauſſis*) diligentia, quodam inani circa voces ſtudio ſeneſcunt, idque faciunt gratia decoris: quod eſt in dicendo, mea quidem opinione, pulcherrimum, ſed cum ſequitur, non cum affectatur. [100] Corpora ſana, & integri ſanguinis, & exercitatione firmata, ex iiſdem his [101] ſpeciem accipiunt, ex quibus vires; namque & colorata, & adſtricta, & [102] la-

ubi plura. Hæc autem mera eſt calumnia & corrigendi prurigo; ſi enim argutari libet, (licet hæc, ut vocat Gebhardus, ταυτολογία facile defendi poſſet, ſi idem notaret,) ponere jure poſſumus, minime idem eſſe *gladium conditum*, atque *intra vaginam hærentem*: *conditus* enim poteſt intelligi repoſitus in loco remoto, ubi ponere ſolemus res, quibus quotidie uti non ſolemus; *in vagina hærens* poteſt etiam accincto & parato militi eſſe ad manum; ut Horatius de Satirico ſuo ſcribendi genere lib. II. Sat. I. 39.

——— ſed hic ſtylus haud petet ultro
Quemquam animantem, & me veluti cuſtodiet enſis
Vagina tectus, quem cur diſtringere coner
Tutus ab infeſtis latronibus?

& ita *conditum* gladium diverſum eſſe a *vagina tecto*, poteſt etiam colligi ex eodem lib. I. Epiſt. I. verſ. 11.

Quid verum atque decens curo, & rogo, & omnis in hoc ſum,
Condo & compono, quæ mox depromere poſſim.

Condo tanquam in horreis, & ibi ordine certo ita *compono*, ut inde, ubi res exigit, depromere poſſim; ſic enim illa capienda, ut lib. XIV. Od. 14.

Te cæde gaudentes Sicambri
Compoſitis venerantur armis.

Id eſt, repoſitis, conditis; quia non amplius illis uti volunt; & ita apud Ovid. II. Art. Am. 463. legendum eſſe docebimus:

Illic compoſitis habitat concordia telis.

non, ut vulgo, *depoſitis*: reſpicit enim ad morem, quo, bellis finitis, arma condi ſolerent in templis deorum, vel in horreis: unde & *latere enſes* dixit Senec. Herc. fur. 931. & quis non Poëtarum, ubi in pace laudanda luxuriat: ſed & verbum *condere* hoc notat præcipue: ſic *condi ancilia*, poſtquam mota eſſent, dici vulgo notiſſimum; & hoc verbum in hac re proprium eſſe, etiam ex frumento & ſimilibus, quæ conduntur in horreis ad uſum, patet Horat. I. od. I.

——— ſi proprio condidit horreo,
Quidquid de Libycis verritur areis.

& lib. II. Epiſt. I. verſ. 140.

Condita poſt frumenta.

Cicer. II. Ver. 2. *id non apud eos naſci, ſed domi noſtræ conditum jam putaremus*; & ita paſſim apud JCtos *conditi fructus*, & *condita* abſolute dicuntur. Ita mox *facultatem acquiſitam & repoſitam* dicet. Adde jam ineleganter admodum & nullo exemplo dici gladium *intra vaginam ſuam hebere*, qui ſi hebes eſſet, non vagina indigeret, quæ demum ad acutos tegendos inventa eſt: neque puto ex exemplis, quæ producit, *hebere* pro *hebeſcere* aut *hebetari*, id eſt hebetem fieri, ſumi, probari poſſe, cum notet hebetem eſſe: *hærere* autem *intra vaginam* eleganter dicitur, qui non ſtringitur aut educitur. BURMAN.

84. *Hoc itaque.*] Locus eſt per congeriem, partim *ab efficientibus*, partim *a fine*. TURNEB.

85. *Nullum niſi arte aſſequi poſſe.*] Caſtigate in quibuſdam exemplaribus legitur: *hoc nullus niſi arte aſſequi poteſt*. REGIUS.

86. *Huc ſtudium adhibendum.*] *Huic* legendum videtur. REGIUS. Ita Ald. Colin. *Hoc ſtudium*; Baſil. & Vallenſ. liber: ſed emendatum erat *huic*. *Hic*; Voſſ. ſec. reliquæ editiones *huc*. Ovid. II. Amor. 13. 15.

Huc adhibe vultus, & in una parce duobus.

& lib. II. eleg. I.

Ad mea formoſæ vultus adhibete puellæ.

mox tamen dicit: *& huic adhibuerit artem collocandi*. BURMANNUS.

87. *Hoc exercitatio petit.*] Aſcenſius admodum hic æſtuat, & tandem legit: *hoc petit exercitationem, hoc imitationem*; ſed male. Hoc, ſcilicet eloquendi facilitatem & elegantiam, petit exercitatio, & imitatio; in hoc ſolum intendit.

88. *Hic omnis ætas.*] *Hoc omnis ætas*; Voſſ. ſec.

89. *Hoc maxime.*] Hac re, dote, virtute, ſcilicet elocutione. CAPPER.

90. *Hæc genera ipſa dicendi.*] *Hoc*, ut ablativi ſit caſus, non *hæc*, eſt legendum. Genera autem dicendi varia ſunt, ut ipſe in duodecimo cap. 10. exponit; neque enim putandum eſt, Fabium de tribus dicendi figuris, quæ & genera dicuntur, ſentire; cum illæ in ſuo quæque genere perfectæ ſint. REGIUS. Hoc non accipiendum eſt de tribus characteribus; (ſunt enim omnes probabiles, quanquam præſtantiſſimus eſt omnium ſublimis:) ſed accipiendum eſt de peculiari cujuſque dicendi genere, & collatione boni characteris cum pravo, ut Attici cum Aſiano. TURNEB.

91. *Aſiani.*] Oratores videlicet, qui Aſianum dicendi genus adhibuerunt. CAPPER.

92. *Res non viderunt.*] Caruerunt *inventione* rerum & argumentorum; itemque *diſpoſitione*: quæ primæ ſunt artis oratoriæ partes. CAPPER.

93. *Quos aridos vocamus.*] Significare videtur aliquos, qui ſe *Atticos* appellari volebant, qui, quia videbant Lyſiam oratorem Atticum tenuem eſſe, jejunitatem orationis & ariditatem conſectabantur; idque putabant eſſe maxime Atticum: eos reprehendit Cicero in *Oratore* ad Brutum. TURNEB.

94. *Sed his.*] Aſianis oratoribus; nam, ut alias quoque notavimus, τὸ *hic* pronomen ad *ſubjectum* remotius aliquando refertur. CAPPER.

95. *Modus.*] Mediocritas.

96. *Illis.*] Aridis oratoribus, qui ſunt e diametro Aſianis oppoſiti. CAPPER.

97. *In hoc & vitium, &c.*] Id eſt, in τῷ eloqui, in τῇ elocutione. CAPPER.

98. *Non ideo tamen.*] Nunc vitia quædam pravæ *elocutionis* arguit, primumque ait malam eſſe *elocutionem*, quæ plena eſt verborum, & inanis rerum: id autem facit per *prolepſin*, quia videbatur contempſiſſe *inventionem* & res in *elocutionis* commendatione. TURNEB.

99. *Agenda cura verborum.*] Vide ad lib. V. cap. 6.

100. *Corpora ſana.*] Comparat *inventionem* viribus, *elocutionem* venuſto colori. Quemadmodum igitur bonus color ſequitur ultro robur & bonam valetudinem; ita *elocutio inventionem* ſequi debet, non affectari. TURNEBUS. *Corpora ſua*; Voſſ. ſec. forte ſcripſerit *corpora ſui & integri ſanguinis*: ut lib. II. cap. 5. *non ſuo colore nitidi*; ubi vide quæ notavimus: ſi vero ſunt *ſui coloris*, ſana eſſe corpora ſatis intelliguntur; & ita mox *cernuntur ſuo lumine*: *integer* autem *ſanguis* ut apud Virgil. II. Æneid. 638.

——— vos o, quibus integer ævi
Sanguis, ait, ſolidæque ſuo ſtant robore vires.

ubi vide interpretes. Multus eſt Petronius in hac cum corpore ſui & integri coloris, orationis comparatione, in initio Satirici ſui. BURMAN.

101. *Speciem accipiunt.*] Hoc eſt formam, pulchritudinem, &c. CAPPER.

102. *Lacertis expreſſa.*] Videri poſſet legendum eſſe *lacertis expreſſis*, ex cap. III. hujus libri, ubi ait: *Pulcher*

certis expreſſa ſunt ; ſed eadem ſi quis vulſa atque fucata muliebriter comat, fœdiſſima ſunt [103] ipſo formæ labore. [104] Et *cultus conceſſus atque magnificus addit hominibus*, ut Græco verſu teſtatum eſt, *auctoritatem*: [105] at muliebris & luxurioſus, non corpus exornat, ſed detegit mentem. [106] Similiter illa tranſlucida & verſicolor quorumdam *elocutio* res ipſas effeminat, [107] quæ illo verborum habitu veſtiuntur. [108] Curam ergo verborum, rerum volo eſſe ſolicitudinem. [109] Nam plerumque [110] optima rebus cohærent, & cernuntur ſuo lumine : at nos quærimus illa, tanquam lateant ſemper, [111] ſeque ſubducant. Ita [112] nunquam putamus circa id eſſe, de quo dicendum eſt : ſed ex aliis locis petimus, & inventis vim afferimus. Majore animo aggredienda eloquentia eſt : [113] quæ, ſi toto corpore valet, ungues polire, & [114] capillum reponere, [115] non exiſtimabit ad curam ſuam pertinere. Sed evenit plerumque, [116] ut hac diligentia deterior etiam fiat oratio. Primum, quia ſunt optima minime arceſſita, & ſimplicibus atque ab ipſa veritate profectis ſimilia. Nam illa, [117] quæ curam fatentur, & ficta atque compoſita videri etiam volunt, nec gratiam conſequuntur, & fidem amittunt, [118] propter id, quod ſenſus obumbrant, [119] & velut læto grami-

aſpectu ſit Athleta, cujus lacertos exercitatio expreſſit : ſed & ſervari poteſt vulgata lectio, ut ſint *expreſſa lacertis corpora*, quæ præcipuum robur ex lacertis oſtendunt, qui validi, & quaſi exſtantes nervis ſpeciem roboris reliqui corporis exprimunt & oſtendunt, ut ſit in lacertis quaſi imago roboris totius corporis. Ita *arma & pocula expreſſa caſus*, de quibus Heinſ. ad Val. Fl. lib. 1. 491. agit, & de ſignis cælatis recte explicat. Ita *expreſſus omnibus membris infans*, lib. 11. cap. 4. cui nihil deeſt ; & lib. vi. præf. *expreſſa proprietas omnium literarum* : ſic *expreſſa verba* lib. 1. cap 11. & *expreſſæ literæ*, quas *oppreſſis* opponit Cicero 1. de Off. 37. Ita *corpora expreſſa lacertis* ergo ſunt, quorum vires maxime ex lacertis, qui ſe omnium oculis ingerunt, ut validiſſimi, & ſtatim percipiuntur ; nam ipſum verbum *exprimere* de artificibus proprie dicitur : hinc *expreſſum* eſt idem, quod ad veritatem & naturam ſimulatur, ut *expreſſa imago*, *effigies*, &c. millies Ciceroni & aliis dicitur; & hinc conjungit cum *ſolido* & *concreto* Cicero 1. *de Nat. Deorum* 27. *Ne ſpecies ſit quædam Deorum, quæ nihil habeat concreti, nihil ſolidi, nihil expreſſi, nihil eminentis* : nihilominus tamen locutionem hanc *expreſſa lacertis* audaciorem eſſe cenſeo, & mallem, ſi ita ferret conſuetudo Fabii, legere *expreſſa lacertos*, ut eſſet Græciſmus, qualis in locis Valerii Flacci lib. 1. 398. & 11. 655. *Adſtricta* vero corpora ſunt ſolida, quæ *fluentibus* opponuntur : *metaphora* a medicis ſumpta, qui *fluere* corpus dicunt, cum nimium dejicit alvus. Celſ. lib. 1. præfat. Unde & *fluxi* dicuntur molles & ſoluti : & contra *aſtringi* & *adſtricta alvus* paſſim apud medicos veteres occurrit. Sic & glacie *adſtringitur* fluens ante aqua : de quo vide Heinſ. ad Claud. lib. 11. de Rapt. præf. v. 18. BURMAN.

103. *Ipſo formæ labore.*] *Ipſa forma laborem & cultus conceſſos, eque magnificos addit hominibus, ut Græci verſus teſtatum eſt auctoritate* ; marg. Baſil. *magnificos* habet & Voſſ. ſecund.

104. *Et cultus.*] Alludit ad proverbium, *Veſtis virum facit*, quo ſignificamus ipſum ornatum magnificentiam quamdam & auctoritatem hominibus addere : exiſtimat Eraſmus a Fabio ſignificari verſum quemdam Homericum, quem Nauſicaa de Ulyſſe dixit. TURNEB. Odyſ. ζ. 29.

> Ἐκ γάρ τοι τούτων φάτις ἀνθρώπους ἀναβαίνει
> Ἐσθλή.

quem & adducit Cæl. Rhodigin. lib. xvi. cap. 9.

105. *At muliebris.*] Unde Ovidius lib. 1. de Art. Am. 509.

> *Forma viros neglecta decet.*

& Phædra Hippolyto Epiſt. iv. 75.

> *Sint procul a nobis juvenes, ut femina, compti ;*
> *Fine coli modico forma virilis amat.* PHILAND.

106. *Similiter illa.*] Alluſit ad veſtem Coam, quæ eadem dicitur *Bombycina*, quæ ex ſerico ita tenui eſt, ut tranſluceat. Eſt etiam ſericum verſicolor, quod ſubinde nobis alium atque alium ſolet decepto viſu colorem præbere. TURNEB.

107. *Quæ illo verborum.*] *Quæque illo v. h. veſtiantur* ; Voſſ. ſec.

108. *Curam verborum.*] Hinc apparet, plus ſignificare *ſolicitudinem* ; *cura* enim eſt diligens meditatio, labor in expoliendo, ſed ſine ægritudine, moleſtia, aut nimio angore : quæ eſt *ſolicitudo* : adeo vicinæ hæ ſunt. Aliam tradit differentiam Donatus ad Terent. Phorm. 111. iv. 1. *Cura eſt in ſpe bonorum, ſolicitudo in metu malorum* : ita lib. iv. cap. 2. *nihil videatur fictum, nihil ſolicitum.* BURMAN.

109. *Nam plerumque.*] Reprehendit *cacozelos*, qui prava affectatione nunquam propriis utuntur verbis, ſed acceſſitis & novatis. Eos homines (ut docet Tranquillus cap. 86.) contemnebat Auguſtus, qui arbitrabatur optimum eleganter loqui, non moleſte. TURNEB.

110. *Optime rebus cohærent.*] *Optima* legendum eſt, ut ad *verba* referatur. REGIUS. *Optime* ; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Eodem ſenſu dicet mox : *quaſi vero ſit ulla verborum, niſi rei cohærentium, virtus.* CAPPER.

111. *Seque ſubducant.*] *Seducant* ; Baſil.

112. *Nunquam putamus circa id eſſe, &c.*] Nunquam putamus optima verba non procul abeſſe, circa rem ipſam eſſe, & ipſi rei, de qua dicendum eſt, proxima. CAPPER.

113. *Quæ ſi toto.*] Si eloquentia ſana eſt & optima, ita ornatus habebit rationem, ut virilitas quædam appareat & majeſtas, non *lenocinium* : eſt autem plane *lenocinium*, ita phalerata & fucata uti elocutione. Dixit autem *capillum reponere*, pro molliter capillos diſcriminare & diſponere, quod eſt nimium molle. TURNEB.

114. *Capillum reponere.*] *Componere* ; Obrecht. & hoc quidem recte dici puto ; ſed contra codices hic minime recipiendum ; *reponere* enim eſt, turbatos capillos iterum cum cura diſponere, ut Ovid. 1. Amor. viii. 68.

> *Pone recompoſitas in ſtatione comas.*

quanquam, quia in lib. xi. cap. 3. tam negligentiam, quam nimiam circa capillum quoque curam culpat, mallem hic *reponere*, pro *ſæpe ponere*, capere, ut poſitas jam comas, ſolicite non eſſe iterum iterumque fingendas & formandas dicat, quod erat mollium : & ita illa compoſita ex *re* ſæpe notant iteratum actum. Horat. Art. Poet. 150.

> *Fabula quæ poſci vult, & ſpectata reponi.*

& ita *repetere* pro *iterum accuſare*, vidimus lib. vii. cap. 8. reſpicere autem Fabium puto ad illa Horatii de Art. Poet. 32.

> *Æmilium circa ludum faber imus & ungues*
> *Exprimet, & molles imitabitur ære capillos :*
> *Infelix operis ſumma, quia ponere totum*
> *Neſciet.*

Quod & Cl. Almelovenium crediſſe puto, qui in margine notaverat. Vide Horat. de Art. Poet. mox demonſtrato loco. BURMAN.

115. *Non exiſtimavit.*] *Exiſtimat* mihi videtur eſſe legendum. REGIUS. *Exiſtimavis* ; Voſſ. ſec. Locat. *exiſtimatis* Ald. Gryph. Colin. Vidov. Vaſcoſ. Steph. Rollin.

116. *Ut hac diligent. deterior.*] Ita picturæ officere illam diligentiam notavit Plin. cap. 10. lib xxxv. cum refert, Apellem dixiſſe, ſe Protegene uno præſtare, quod manum ille de tabula neſciret tollere ; memorabili præcepto : *Nocere ſæpe nimiam diligentiam.* Ariſtoteles, quod & Scalig. monet in Cardan. Exerc. 88. n. 11. docet in 1. *Topicorum*, *Verbis utendum neque ſuperſtitioſe, neque ſupine.* PASSER. Hoc accidit Tiberio, qui *adſectatione & moroſitate nimia obſcurabat ſtylum, ut aliquanto ex tempore, quam a cura, præſtantior haberetur.* Suet. cap. 70. Cæterum MSS. Voſſ. ſec. Alm. Locat. Ald. habent, *ut in hoc diligentia.*

117. *Quæ curam fatentur.*] Quæ præ ſe ferunt & manifeſte declarant maximam ab oratore adhibitam fuiſſe verborum curam. CAPPER.

118. *Propter id.*] *Præter* conjiciebat Rollinus.

119. *Et velut læto gramine, &c.*] *Metaphora* eſt ducta a

ne ſata ſtrangulant. [120] Nam &, quod recte dici poteſt, [121] circumimus amore verborum; &, quod ſatis dictum eſt, repetimus; &, quod uno verbo patet, pluribus oneramus; & pleraque [122] ſignificare melius putamus, quam dicere. Quid? quod nihil jam proprium placet, dum parum creditur diſertum, [123] quod & alius dixiſſet? A corruptiſſimo quoque poëtarum figuras, ſeu [124] *tranſlationes* mutuamur: [125] tum demum ingenioſi ſcilicet, ſi ad intelligendos nos opus ſit ingenio. Atqui ſatis aperte Cicero præceperat, *in dicendo vitium vel maximum eſſe, a vulgari genere orationis, atque* [126] *a conſuetudine communis ſenſus abhorrere.* [127] Sed ille durus, atque ineruditus: nos melius, quibus ſordent omnia, [128] quæ natura dictavit: [129] qui non ornamenta quærimus, ſed lenocinia. Quaſi vero [130] ſit ulla verborum, niſi rei cohærentium, virtus: [131] quæ ut propria ſint, & dilucida, & ornata, & apte collocentur, ſi tota vita laborandum eſt, omnis ſtudiorum fructus amiſſus eſt. [132] Atque pleroſque videas hærentes circa ſingula, & dum inveniunt, & dum inventa ponderant, ac dimetiuntur. [133] Quod etiam ſi idcirco fieret, ut ſemper [134] optimis uterentur, abominanda tamen hæc infelicitas erat, quæ & curſum dicendi refrenat, & [135] calorem cogitationis exſtinguit mora [136] & diffidentia. [137] Miſer enim & (ut ſic dicam) pauper orator eſt, qui nullum verbum æquo animo perdere poteſt. Sed ne perdet quidem, qui [138] rationem loquendi primum cognoverit; tum lectione multa & idonea copioſam ſibi verborum ſupellectilem compararit, & huic adhibuerit artem collocandi; deinde hæc omnia exercitatione plurima roborarit, ut ſemper in promptu ſint, & ante oculos. [139] Namque & hoc qui fecerit, [140] ei res cum nominibus ſuis

luxuria; ſolent enim ſæpenumero pravæ ſuccreſcere herbæ tanta copia, ut ſtrangulent ſata; quemadmodum multitudo illa verborum accerſitorum ſolet ſententiam obſcurare, & perdere. TURNEBUS. *Gramen* hic pro omni noxia herba; ut Ovid. IV. Pont. XIV. 13.

Gramina cultus ager, frigus minus odit hirundo.

120. *Nam & quod.*] Ab illis *cacozelis* uſurpantur pravæ *periphraſes*, ſupervacuæ repetitiones, vanæ *periſſologiæ*, & obſcuræ *emphaſes*; cum tamen id, quod breviter denuntiant, eſſet pluribus enuntiandum & explicandum. TURNEB. *Recte dici*, hic eſt *aperte*, *ſimpliciter*, ut lib. VI. cap. 1. *recta repetitio*: metaphora ab itinere & via deſumpta, ut patet ex ſequenti *circumire*; ſic enim & *recte ire*, *tendere*, pro *recta*, dixiſſe veteres, notat Valeſ. ad Amm. Marcel. XV. 7. alio ſenſu *recte ducere*, apud Terentium & alios occurrit. BURMAN.

121. *Circumimus.*] Circuitione (ut cum Terentio loquar) utimur in iis exponendis. CAPPER.

122. *Significare.*] Hoc eſt, obliqua & indirecta oratione per quamdam alluſionem innuere: Græci *σχηματίζειν* & *ἐσχηματισμένον λόγον* vocant: Latini *figuratam orationem*, de qua fuſe Quinctilianus lib. IX. cap. 2. vel *τὸ ſignificare* hoc loco eſt figuram adhibere dictam *ἔμφασιν*, *emphaſin*, id eſt, plus quam dixeris, aut etiam ejus quod non dixeris, ſignificationem; nam, ut docet Fabius cap. 3. hujus libri: *Ejus* [*τῆς ἐμφάσεως*] *duæ ſunt ſpecies; altera quæ plus ſignificat, quam dicit; altera quæ etiam id, quod non dicit.* CAPPER.

123. *Quod & alius dixiſſet.*] *Quod & aliis alius dixiſſet*; Voſſ. ſec.

124. *Tranſlationes.*] Vulgo *metaphoras*, *μεταφορὰς* dicunt. CAPPER.

125. *Tum demum ingenioſi.*] *Videmur* verbum puto eſſe adſcribendum hoc modo: *tum demum ingenioſi videmur.* REGIUS. In Vallenſi libro erat ſupraſcriptum *ſumus. Ingenioſi ſcilicet, ſi ad intelligendos opus ſit ingenio.*] Eumdem errorem magnus ille magiſter eloquentiæ Fabius infra cap. 2. hujus libri multis reprehendit. Et Dionyſius quoque Halicarnaſſæus graviſſimam adverſus id genus moriones ſententiam profert. Ait enim hoc facere, *ὑπὸ ὀψιμαθίας καὶ ἀπειροκαλίας, τῆς αἰσχίστης τῶν παθῶν πραγματευομένους.* Vide Iſ. Caſaubon. Comment. ad Perſ. Sat. 1. PAREUS.

126. *A conſuetudine communis ſenſus.*] Hic quoque locus alicujus inerudîti temeritate eſt depravatus, qui mihi hac indigere correctione videtur, ut *communi*, litera *s* eraſa, ac *ſenſus* expungatur. Sic autem eſſe corrigendum, facile ex prologo *de Oratore* cap. 3. colligitur, ubi ſic Cicero inquit: *In dicendo autem vitium vel maximum eſt, a vulgari atque a communi conſuetudine abhorrere.* REGIUS. Neſcio quibus codicibus Ciceronis ſit uſus Regius. Certe, ut Fabius citat, hodie legitur in optimis editionibus: niſi quod Manutii editio perperam omittat *vitium*, quaſi Cicero hoc dicendi genus laudaret: *ſenſum* vero *communem* recte dixit, ut & lib. 1. cap. 3. Vide ad Phædr. 1. fab. 7. BURMAN.

127. *Sed ille & durus atque ineruditus.*] *Et* copula aut expungenda, aut loco *atque* iterum eſt adſcribenda hoc modo: *ſed ille & durus, & ineruditus.* Eſt vero pulchra *ironia*, qua ſignificatur a Cicerone non eſſe recedendum. REGIUS. Quanquam iſta ſunt *ironicws* accipienda, tamen hac de cauſa dicuntur, quia *cacozeli* illi, qui tempore Fabii erant, Ciceronem exiſtimabant *durum* & *impolitum*; quemadmodum, apud Tacitum, illum eſſe dicit Aper. TURNEB. Non ſatis *expolitum* & *ſplendentem* certe Ciceronem ab Apro dici verum eſt cap. 22. *Dial. de Orator.* ſed *durum* non inveni: quo elogio ornat Aſinium Pollionem cap. 21. *ſed ille durus atque*; Baſil. Gryph. Vidov. Obrecht. *ſed ille & durus atque*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Steph.

128. *Quæ natura dictavit.*] *Ditavit*; V. C. Alm. Locat. & Vallæ lib. marg. Vidov.

129. *Qui non ornamenta.*] *Quia non*; ed. Obrecht.

130. *Sit illa verborum.*] Pro *illa*, legatur *ulla*, ita ſenſu exigente. REGIUS. *Quaſi vero ſit verborum, niſi*; Voſſ. ſecund.

131. *Quæ ut propria ſint.*] Alios etiam reprehendit, qui mire occupantur in verbis eligendis & collocandis, & periodis circumducendis; illi enim, cum maximus ſit eloquentiæ fructus in *extemporalitate*, nunquam poterunt ex tempore dicere. TURNEB.

132. *Atque pleroſque.*] *Atqui* Rollinus malebat: ſed millies hac particula ita utitur Fabius. BURMAN.

133. *Quod ſi idcirco.*] *Etiam* copula adſcribenda eſſe videtur, ut legatur: *Quod etiam ſi*: ſic autem legendum eſſe, facile ex iis, quæ ſequuntur, apparet. REGIUS. *Etiam* non habent V. C. Alm. Locat. Ald. Baſil. *quæ ſi idcirco fierent*; Voſſ. ſec. *quod etiamſi idcirco fieret*; Obrecht, & alii.

134. *Optimis uterentur.*] *Optimis uteremur*; Voſſ. ſec.

135. *Calorem cogitationis.*] *Calorem dicendi*, MS. Bal.

136. *Et diffidentia.*] *Et differentia*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald.

137. *Miſer enim.*] Hoc adjecit per *epiphonema*; illi enim, qui ita ſunt curioſi verborum exploratores, ſi, verbi alicujus (ut arbitrantur) elegantiſſimi loco, aliud poſuerint, verbum illud ſe perdidiſſe putant: ſed interim tamen, dum ita verba ponderant, oſtendunt ſuam paupertatem & penuriam. TURNEB.

138. *Rationem loquendi.*] *Rationem eloquendi*; Voſſ. ſec.

139. *Namque & hoc.*] *Namque hoc*; Voſſ. ſec.

140. *Sibi res cum nominibus ſuis occurrerent.*] Cum *ſui* pronomine nunquam *tranſitive*, ſed aut reciproce aut *retranſitive* Latine loquentes utantur, *ſibi* dativus videtur eradendus, ac *ei*, ipſius loco, reponendus, & *occurrent* legendum. REGIUS. *Sibi*, & *occurrerent*; Locat. *ſic res occurrent* V. C. Alm. *ſibi r. c. n. ſ.* occurrent. Voſſ. ſec. *Nominibus.*] Id eſt, vocabulis: ita ſæpius apud Græcos *τὸ ὄνομα*, *nomen*, quamlibet orationis partem ſignificat: Latini contra *τὸ verbum* de quacumque orationis parte frequentius uſurpare ſolent. CAPPER. *Suis.*] Hoc eſt, propriis & rei ſignificandæ convenientibus. CAPPER.

occurrent. Sed opus eſt ſtudio præcedente, & acquiſita facultate, & quaſi repoſita. Namquè iſta quærendi, [141] judicandi, comparandi anxietas, dum diſcimus, adhibenda eſt, non [142] cum dicimus. [143] Alioqui, ſicut qui patrimonium non pararunt, ſubinde quærunt; ita in oratione, [144] qui non ſatis laborarunt. [145] Si præparata vis dicendi fuerit, erunt in officio, ſic ut non ad requiſita reſpondere, ſed ut ſemper ſenſibus inhærere videantur, [146] atque, ut umbra corpus, ſequi. Tamen in hac ipſa cura [147] eſt aliquid ſatis. Nam cum Latina, [148] ſignificantia, ornata, [149] apte ſint collocata, quid amplius laboremus? Quibuſdam tamen nullus finis [150] calumniandi eſt, & cum ſingulis pene ſyllabis commorandi: qui, etiam cum optima [151] ſint reperta, quærunt aliquid, quod ſit magis antiquum, remotum, inopinatum: nec intelligunt, jacere ſenſus in oratione, in qua verba laudantur. Sit igitur cura *elocutionis* quam maxima, dum ſciamus tamen, nihil verborum cauſſa eſſe faciendum, cum [112] verba ipſa rerum gratia [113] ſint reperta: quorum ea ſunt maxime [114] probabilia, quæ ſenſum animi noſtri optime promunt, atque in animis judicum, [115] quod volumus, efficiunt. Ea debent præſtare ſine dubio & admirabilem, & jucundam orationem. Verum admirabilem non ſic, quomodo prodigia miramur; & jucundam orationem, [116] non deformi voluptate, ſed cum laude ad dignitatem conjuncta.

141. *Indicandi.*] Loco *indicandi, judicandi* eſt legendum; nam inventis judicium ſolet adhiberi. REGIUS. *Indicandi*; V. C. Alm.

142. *Quum dicimus.*] *Dum*; V. C. Alm.

143. *Alioqui ſicut qui patrimonium.*] *Alioqui ſic qui patrimonium non pararunt ſub diem quærant*; V. C. Alm. *ſicut qui, &c. ſub diem*; Locat. Ald. quod temere repudiandum non puto; eſt enim *ſub diem*, ipſo die, quo dicere debent, & tempore inſtante. Suet. Calig. 17. *defunctus ſub Kal. diem*. Ita *ſub noctem*. Prop. IV. I. 115. & paſſim alii.

144. *Qui non ſatis laborarunt, ſi, &c.*] Lectio vetus eſt hujuſmodi: *Qui non ſatis laborarunt: ſin præparata vis dicendi fuerit, erit in officio, ut ad requiſita reſpondeat, ſed ut ſemper ſenſibus inhærere videatur: at ut umbra corpus ſequitur.* Atque is erit ſenſus: ſi præparatum fuerit præceptum *elocutionis*, erit hujuſmodi, ut non diu ſit requirendum, quid dicere debeas, ſed ut ultro ſententiam ſequatur verborum *elocutio*. TURNEB. *Non ſatis laboravit*; V. C. Alm. *laborant*; Voſſ. ſec.

145. *Si præparata vis dicendi fuerit.*] Negandi adverbium hic ſenſus mihi exigere videtur, ut legamus *dicendi non fuerit*. REGIUS. Lectio editionum Aldinæ, Pariſienſis, Vaſcoſani, ac Stephani vera (opinor) & genuina, loco etiam, quem occupat, admodum accommodata. Præcipit enim Fabius, acquirendam eſſe ſummam in eloquendo facultatem, quæ nos, ubicumque ſimus, quicquid agamus, comitetur. Quod ſi fiat, omnia nobis præſto erunt. Sin vero negligatur, ſi præparata vis dicendi non fuerit, erimus inofficioſi, & amicis prorſus inutiles. Videant autem eruditi, an non altera ea lectio ſit tolerabilis: *Ita in oratione, qui non ſatis laborarunt. Si præparata vis dicendi fuerit, erunt in officio*, &c. Ultima verba in mentem meam revocant alium Quinctiliani locum, in quo roboratam conſuetudine ſcribendi facultatem *familiæ bene inſtitutæ* comparat, qua ſinguli *in officio ſunt*, & ad ſuum quiſque munus ſponte accingitur. GIBSON. *Non* deeſt in MSS. Alm. Voſſ. prim. *erunt inofficioſi ut non*; omnes fere editi: niſi quod quidam *non ut*. *Officioſi* etiam MSS. Bodl. Alm. Daniel. legebat *in officio verba, ſic ut non in officio: ſic non ut requiſiti*; Voſſ. ſec. mihi placeret maxime Turnebi lectio: ſed quia illam nuſquam reperi, prætuli maxime Leidenſem, quæ & in Vallenſi libro fuit: *Si præparata vis dicendi fuerit, erunt in officio* (ſcil. verba) *ſic ut non, &c.* quam lectionem recte ex ſimili loco Fabii Gibſon tolerabilem judicavit: locus ille eſt lib. X. cap. 3. *Paulatim res facilius ſe oſtendent, verba reſpondebunt, compoſitio ſequetur: cuncta denique, ut in familia bene inſtituta, in officio erunt.* Locutionem vero deſumptam eſſe puto a ſervis, quorum quidam *officium* (ita honeſto vocabulo *miniſterium* vocabant) domino, alii *artificium* præſtabant: quæ differentia paſſim in juris voluminibus occurrit: vide lib. LXV. §. 1. ff. de leg. 3. lib. XXIV. ff. de manum. teſtam. & alibi: in familia ergo bene inſtituta unuſquiſque ſervus partes ſuas debebat ſtrenue obire, ut atrienſis, cubicularius, diſpenſator, &c. qui *in officio eſſe* dicebantur. Sic Petron. cap. XXXI. de pueris, qui paronychia tollerent: *Ac ne in hoc quidem tam moleſto tacebant officio* cap. XXVI. *Gitona ſervile officium libentiſſime tuentem uſque hoc, jubemus in balneo ſequi*: ita cap. XXX. & LVI. *puer ſuper hoc officium poſitus*: & hinc *officioſus puer* eid. cap. LXXIV. & *officioſus* in balneo capſarius, cap. XCII. & ita poſtea in aulis Imperatorum *officia* fuere diverſa. Ut enim olim privati hæc officia ſervis; ita poſtea Cæſares purpuratis ſuis mandabant. Ita quidam *ex officio admiſſionis*; Suet. Veſp. 14. quem ſervum, vel libertum fuiſſe credibile eſt; & cap. 21. *omnium officiorum breviaria*, id eſt, *officioſorum*; & ita paſſim in inſcriptionibus. Sic & in aliis *in officio eſſe* dicuntur, qui id faciunt, quod, ut facerent, officium eorum eſt, ut recte cl. Schultingius explicat illa apud Senec. Contr. II. 9. *per annos duodecim in officio fui*. Hoc ergo vult, omnes eloquentiæ partes, ſi præparata antea vis dicendi fuerit, fore in officio ſuo, & oratori miniſtraturas; & præcipue verba, quæ ſe ſponte offerent, non reſpondebunt, ubi anxie requiſiveris; ſed ubi res inventæ ſunt, illis inhærebunt, &, ut umbra corpus, ſequentur. BURMAN.

146. *Atque ut umbra corpus ſequi.*] *Sequitur*; MS. Bodl. Andr. Ald. Colon. Par. Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. Vidov. quorum multi initium novæ periodi hinc faciunt. *Atque eos ut umbra corpus ſequi*; Voſſ. ſec.

147. *Eſt aliquid ſatis.*] Hoc eſt, modum ſeu mediocritatem in ipſa verborum cura oportet adhibere: quo fere ſenſu dixit Horatius I. Sermon. Sat. I. verſ. 106.

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit conſiſtere rectum. CAPPER.

148. *Significantia.*] Ἐμφαντικά. Fabius alibi vocat verba propria, & valde ſignificantia. CAPPER.

149. *Apte ſint collocata.*] *Cum apte ſint collocata*; V. C. Alm. *cum apte ſunt collata*; Voſſ. ſec. *tum apte*; Baſil. Gryph. Vidov. *cum apte ſunt collocata*; Obrecht.

150. *Calumniandi.*] Τοῦ διαβάλλειν, hoc eſt, vituperandi, reprehendendi, culpandi, &c. CAPPER.

151. *Sint reperta.*] *Sunt*; Obrecht.

152. *Verba ipſa rerum gratia.*] Scilicet ad exprimendas & ſignificandas res: quod innuit Auguſtin. de Doctrina Chriſt. lib. I. cap. 2. *Sunt alia ſigna, quorum omnis uſus in ſignificando eſt; ſicuti ſunt verba. Nemo enim utitur verbis, niſi aliquid ſignificandi gratia.* Hinc Cicero verba *rerum notas* dixit in *Topicis* cap. 8. ALMELOV.

153. *Sint reperta.*] *Reperta ſint*; Obrecht.

154. *Probabilia.*] Δόκιμα, probanda, eruditorum approbatione digna. Cap. 3. *τὸ probabile* hoc ferme ſenſu ſic definit ex Cicerone: *Probabile Cicero id genus dicit, quod non plus minuſve eſt, quam decet.* CAPPER.

155. *Quod volumus efficiunt.*] *Quod nos volumus efficiunt. Ea debent p. facere ſine dubio admirabilem & jucundam orationem, non ſic quomodo*; V. C. Alm. *quod nos volumus ea debent efficere ſine dubio & admirabilem orationem. Non ſic quomodo*; Voſſ. ſec. *ea debent efficere*; marg. Baſil. forte *perficere*.

156. *Non deformi voluntate.*] *Voluptate* legendum eſſe videtur. REGIUS. *Voluntate*; V. C. Alm. *miramur & jucunda non deformi voluptate*; Voſſ. ſec.

CAPUT PRIMUM.

Quæ in elocutione ſpectanda.

IGITUR quam Græci φράσιν vocant, Latine dicimus *elocutionem*. Eam [1] ſpectamus in verbis aut ſingulis, aut conjunctis. [2] In ſingulis intuendum eſt, [3] ut ſint Latina, perſpicua, [4] ornata, & ad id, quod efficere volumus, accommodata. In conjunctis, [5] ut emendata, [6] ut collocata, ut [7] figurata. Sed ea, quæ de ratione Latine atque emendate loquendi fuerunt dicenda, in libro primo, cum de *grammatice* loqueremur, exſecuti ſumus. Verum illic tantum, ne vitioſa eſſent, [8] præcepimus: hîc non alienum eſt admonere, ut ſint quam minime peregrina, [9] & externa. [10] Multos enim, quibus loquendi ratio non deſit, [11] invenias: quos [12] curioſe potius loqui dixeris, quam Latine: quomodo & illa Attica [13] anus [14] Theophraſtum, hominem alioqui diſertiſſimum, annotata unius [15] affectatione verbi, hoſpitem dixit: nec alio ſe id deprehendiſſe interrogata reſpondit, quam quod nimium Attice loqueretur. [16] Et in Tito Livio, miræ facundiæ viro, putat ineſſe Pollio Aſinius [17] quamdam *Patavinitatem*. Quare, ſi fieri poteſt, & verba omnia, & vox, [18] hujus alumnum urbis I.

Hoc caput ſuperioribus connectebatur in MSS. Alm. Voſſ. ſec. & ante Regium ita fuiſſe editum, ex ejus notis apparet.

1. *Spectamus in verbis.*] *Spectamus verbis*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Colin.

2. *In ſingulis intuendum, &c.*] Quartum membrum lib. primo omittebat, quod a Theophraſto tamen ponebatur, qui quidem ait apte dicendum eſſe; nam id ipſum ſubjicitur ornatui. Eſt autem annotandum, perſpicuitatem & ornatum in ſingulis potiſſimum verbis eſſe; ſed tamen conſpici etiam in conjunctis, ut docebit Fabius. TURNEB.

3. *Ut ſint Latina, perſpicua, ornata.*] Ita fere Cicero 3. *de Orat.* 37. *Ut Latine, ut plane, ut ornate, ut ad id, quodcumque agetur, apte congruenterque dicamus.* Herennianus Rhetor tres etiam *elocutionis* partes facit, *elegantiam* (quæ continet Latinitatem & perſpicuitatem) *compoſitionem*, & *dignitatem*, quæ *tropos* & figuras complectitur. Sic etiam Ariſtotel. III. Rhetoric. cap. 2. ait τὴν λέξεως ἀρετὴν eſſe, τὸ εἶναι σαφῆ, κεκοσμημένην, πρέπουσαν, quibus cap. 5. addit τὸ Ἑλληνίζειν. Hoc quinque partibus conſtat, & loquendi genus efficit, quod Fabius hic vocat *emendatum*. CAPPER.

4. *Ornata.*] Quod eſt *dignitatis*. Quidnam porro ſit verborum ornatus, exponet cap. 3. ornatus continet præſertim *amplificationem, ſententias, tropos*, figuras, & verbis tum ſingulis, tum conjunctis convenit. CAPPER.

5. *Ut emendata.*] Quod eſt Latinitatis. Vide Ciceron. 3. *de Orat.* a numero 37. ad 48. CAPPER.

6. *Ut collocata.*] Quod eſt compoſitionis: de qua lege cap. 4. lib. IX. CAPPER.

7. *Figurata.*] Per figuras, videlicet τῆς διανοίας ſententiæ, & τοῦ λόγου, vel τῆς λέξεως verborum: neque audiendus hic quidem Voſſius, qui lib. IV. inſtit. orat. pag. 82. per τὰ *figurata* voluit *tropos* intelligi, quaſi vero Fabius figuras cum *tropis* confudiſſet, qui ſpeciale caput (1. lib. IX.) ſic inſcripſit: *Quo differant figuræ a tropis.* Vulgaris eſt ille, ſed recentiorum Rhetorum error, qui figuras a *tropis* non ſatis diſtinxerunt: eos in Philologicis obſervationibus identidem refellemus. CAPPER.

8. *Præcepimus.*] In editionib. Lugduno-Batav. Burmann. &c. legebatur *præcipimus*: cui lectioni eam prætulimus, quam editiones Locarel. Gryph. Vaſcoſ. Stephan. Rollin. &c. exhibent, & Francius altera meliorem eſſe judicabat. CAPPER.

9. *Et extrema.*] *Externa* legendum eſſe, facile ex ipſo ſenſu percipitur. REGIUS. *Admonere peregrina & externa*; Voſſ. ſec.

10. *Multos enim, &c.*] Tertullianus, Apuleius, Capella, Macrobius. PITHOEUS.

11. *Inveniam.*] *Invenias* legendum eſſe, ne admonitione quidem dignum eſt. REGIUS *Inveniam*; Voſſ. ſec. *invenies*; Vidov. male. Vide ad Ovid. Nucem, 58.

12. *Curioſe.*] Ita Petron. cap. XLVI. *Eſt & alter, non quidem doctus, ſed curioſus, qui plus docet, quam ſcit*; ubi vide adnotata.

13. *Anus illa.*] De illa Cicero in *Bruto*, cap. XLVI. REGIUS.

14. *Theophraſtum.*] Hic Theophraſtus Leſbius erat; ſed Athenis Ariſtotelem audivit, atque ex divina facundia *Theophraſtus* eſt appellatus, cum antea *Tyrtamus* diceretur. TURNEB. De eadem, ni fallor, Plinius Epiſt. Præfatoria in Hiſtoriam naturalem: *Cum vero*, inquit, *neſciam adverſus Theophraſtum hominem in eloquentia tantum, ut nomen divinum inde invenerit, ſcripſiſſe etiam feminam, & proverbium inde natum, Suſpendio arborem eligendi.* Fuit hæc meretrix Leontium, Tullio teſte lib. 1. *de Nat. Deorum* 33. COLOMES. atqui Cicero aniculam fuiſſe, quæ venales res haberet, a qua cum quid emere vellet Theophraſtus, & Atticam elocutionem affectaret, deprehenſus fuit peregrinus: hanc vero olera, vel neſcio quid vendentem, ſcripſiſſe contra Theophraſtum quis credat? Leontium vero, amicam Epicuri, Philoſophiæ cum vacaſſet, ſectam ſuam defendiſſe, probabile eſt. BURMAN.

15. *Affectione verbi.*] *Affectatione* legendum, & *deprehendiſſe rogata*. REGIUS.

16. *Et in Tito.*] *Et Tito*; Voſſ. ſec. male, ut jam ſæpius notavimus.

17. *Quamdam Patavinitatem.*] Id eſt, quamdam *phraſin*, quæ redolebat potius *Patavium*, quam Romam: ſic Philelphus dixit Quinctilianum redolere *Hiſpanitatem*. TURNEB. Vide ad lib. 1. cap. 5. De Titi Livii Patavinitate diſſertationem ſatis amplam conſcripſit vir eruditus Daniel Georgius Morhofius, ubi de illius ſermone, libris, deperditorum ſpe vel exigua vel nulla, monumentis, æmulis, criminatoribus pleniſſime videtur egiſſe. Lectorem eo remittere ſatis habemus. Vide ſis etiam quæ ſupra notata ſunt ad illa lib. 1. cap. 5. verba: *quemadmodum Pollio deprehendit in Livio Patavinitatem.* CAPPER.

18. *Hujus alumnum orbis oleant.*] Emendate in quibuſdam exemplaribus ſic legitur, *hujus alumna urbis eſſe debet.* REGIUS. Ita marg. Sich. *hujus alumna urbis eſſe debent*; Colon. Baſil. *hujus alumnum verbis ſolet*; V. C. Alm. *hujus alumnum verbis eſſe oleat*; Voſſ. ſec. *hujus alumnum urbis redoleant*; Obrecht. quod feciſſe credo, quia Ciceronem ita locutum ſciebat: ſed nos codices ſequimur: neque minus τῷ *olere* ita uſum Ciceronem didicimus; reſpicere enim noſtrum certum eſt ad lib. III. *de Orat.* cap. 12. *Quare cum ſit quædam certa vox Romani generis, urbiſque propria, in qua nihil offendi, nihil diſplicere, nihil animadverti poſſit, nihil ſonare aut olere peregrinum, hanc ſequamur*: & cap. 25. *magis laudari, quod ceram, quam quod crocum olere videantur.* Sic & lib. 1. de Nat. Deorum cap. 26. *nihil enim olet* (Epicurus) *ex Academia, nihil ex Lyceo, nihil ne e puerilibus quidem diſciplinis.* Varro lib. IV. de L. L. pag. 20. *ea re*

oleant : [19] ut oratio Romana plane videatur, non [20] civitate donata.

Sabinorum linguam olent. BURMAN. *Urbis.*] Romæ videlicet.

19. *Ut oratio Romana, &c.*] Nazarius in Paneg. *Neque enim ignoro, quanto inferiora noſtra ſint ingenia Romanis; ſi quidem Latine & diſerte loqui illis ingeneratum eſt, nobis elaboratum.* ASCENS. Non eſt ex Nazarii, ſed incerti panegyrico VIII. cap. 1.

20. *Civitate donata.*] *Metaphora* eſt ducta a civibus naturalibus, & *adſcriptitiis*, qui in civitatem recipiuntur. TURNEB.

CAPUT II.

De perſpicuitate.

II. PERSPICUITAS in verbis [1] præcipuam habet [2] proprietatem: ſed proprietas ipſa [3] non ſimpliciter accipitur. [4] Primus enim intellectus eſt, ſua cujuſque rei appellatio: qua non ſemper [5] utimur. Nam & obſcœna vitabimus, & ſordida, & humilia. Sunt autem humilia infra dignitatem rerum, aut [6] ordinis. In quo vitio cavendo non mediocriter quidam errare ſolent, qui omnia, [7] quæ ſunt in uſu, etiamſi *cauſſæ* neceſſitas poſtulet, reformidant; ut ille, qui [8] in actione [9] *Ibericas herbas*, ſe ſolo [10] nequicquam intelligente, dicebat; niſi irridens hanc vanitatem Caſſius Severus, *ſpartum* eum dicere velle indicaſſet. Nec video, quare clarus orator [11] *duratos muria piſces* nitidius eſſe crediderit, quam ipſum [12] id, quod vitabat. [13] In hac autem proprietatis ſpecie, quæ nominibus ipſis cujuſque rei utitur, nulla virtus eſt: atque ei contrarium eſt [14] vitium id, quod apud nos *improprium*, ἄκυρον apud Græcos vocatur; quale eſt,

——— *tantum* [15] *ſperare dolorem.*

Aut, quod in oratione [16] Dolabellæ emendatum a Cicerone annotavi, [17] *Mortem*

1. *Præcipuam.*] *Præcipua*; Voſſ. ſec. Stephan.

2. *Proprietatem.*] Sic paulo poſt: *nobis prima ſit virtus perſpicuitas; propria verba*, &c. CAPPER.

3. *Non ſimpliciter accipitur.*] Hoc vocabulum (*proprietas*) non ſimplici neque unico ſenſu eſt accipiendum; huic enim ſeptem fere ſenſus a Fabio tribuuntur, ut in hujus capitis decurſu patebit. CAPPER.

4. *Primus intellectus eſt ſua, &c.*] Hic eſt primus ſenſus, hæc eſt prima ſignificatio hujus vocabuli *proprietas*; ut nempe ſit ſua & propria cujuſlibet rei appellatio. CAPPER.

5. *Utimur.*] *Utemur* mallet Aſcenſius.

6. *Ordinis.*] Infra dignitatem perſonarum, coram quibus agitur. ROLLIN.

7. *Quæ ſunt ſine uſu.*] Sic quidem legitur; ſed non ſine menda, ut puto. Loco enim *ſine*, *in* reponendum videtur hoc modo: *quæ ſunt in uſu.* Nam quoſdam verba, quæ in quotidiano uſu, refugere ait. Meæ autem correctioni exemplum quoque quod infert, quamvis ſit corruptum, adſtipulatur. REGIUS. *Quæ ſunt ſine uſu*; MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Andr. Locat. *ſine cultu* conjiciebat Aſcenſius.

8. *In actione.*] Inter agendam *cauſſam.* CAPPER.

9. *Ibericas herbas.*] *Spartum* frutex eſt nexilis & vitilis, geniſtæ ſimilis, frequentiſſimus in Hiſpania, teſte Plinio. Unde, cum orator *ſpartum*, ut humilem dictionem, vitaret, per circumlocutionem appellavit *herbam Hiſpanicam.* TURNEB. Diverſimode hunc locum explicant & emendant Franciſcus Robortellus, Lamp. Crit. Part. 2. pag. 18. & adverſus illum Carolus Sigonius ibidem pag. 146. Quos quicumque conciliarit, erit mihi magnus Apollo. PAREUS. *Herbas herbaſſe ſe ſolo*, legiſſe Camerarium adfirmat Robortellus, & inde legebat *Iberica herbat æquaſſe ſe ſolo*, quod refutat Sigonius, & recte mea ſententia; vanitas enim erat in eo, quod reformidans voce *ſpartum uti*, quæ in uſu erat, *Ibericas herbas* dicebat, quod ipſe ſolus orator intelligebat, unde nulla utilitas, reliquis non intelligentibus, redibat: cæterum de *ſparto* plurima habet Melch. Guilandinus de papyro pag. 137. lectio autem illa *herbas herbaſſe ſe ſolo* in Baſileenſi editione in margine legitur, quod Camerario tribuit Robortellus: ſed ego Sichardi eſſe puto: in Voſſ. ſec. erat: *herbas herbaſſe ſolo nequaquam intelligerent*: puto adhuc ulcus latere. BURMAN.

10. *Nequaquam intelligente.*] *Nequaquam* negandi adverbium ſenſus reſpuit, *nequicquam* vero amplectitur; ſicque a Fabio ſcriptum fuiſſe crediderim. REGIUS. *Nequaquam*; Locat. forte *ſe ſolo, nec quoquam intelligente.*

11. *Duratos muria piſces.*] *Duratos injuria piſces*; Voſſ. ſec. Cum *ſalſamenta* nollet dicere, ita forte locutus eſt, ut recte Regius: de muria vero multis Mercurialis lib. II. Var. lect. cap. 26. & Schott. III. obſ. 5. *duratos* autem dictos piſces, non quia duri erant, ſed ſale duro, ſive muria dura conditi erant, vult Salmaſ. Exercit. Plin. pag. 245. ubi Mercurialem & Turnebum refutat: ego tamen etiam duratos piſces fuiſſe puto, id eſt duros tempore, quo ſaliti fuerant, factos; quia ſalſamenta molliri debebant aqua & macerari, antequam poſſent comedi, ut vel ex Terent. Adelph. act. III. ſcen. 3. patet. *Muriam* vero Syriacam eſſe vocem vult Acro ad Horat. II. Sat. IV. 15. Quis vero ille Orator fuerit, ignotum: in Leidenſi editione ad hæc verba adducitur Gellius lib. XVII. in quo tamen nihil reperi, quod huc faciat; ſed ejus libri cap. 3. de *ſparto* agitur: ſed ſæpe in illa editione, ſupina admodum negligentia ab editore curata, notæ ſubjiciuntur, quæ alia ſpectant, quam illa, quibus ſubjiciuntur. BURMAN.

12. *Id quod vitabat.*] *Id quod videbat*; MSS. Bodl. Bal. Voſſ. ſec. Andr. *videbatur*; marg. Sich.

13. *In hac autem.*] Non eſt virtus proprietate verborum uti, ſed ingens eſt flagitium improprie loqui: tamen apud Diomedem grammaticum *Cyriologia*, id eſt, locutionis proprietas, virtus orationis numeratur: cui *Acyrologia* opponitur: ſed Diomedes intelligit excultam & elegantem orationem: aliter autem Fabius. TURNEB.

14. *Vitium id quod apud vos.*] *Vitium & apud nos*; Voſſ. ſec. *vitium: id apud nos*; Obrecht.

15. *Sperare dolorem.*] Virgil. IV. Æneid. 419. PHILAND. Pro τῷ *timere.* CAPPER.

16. *Dolabellæ.*] *Dolobellæ*; Locat. Vide Cæl. Rhodig. Antiq. Lect. XIX. 2. & Dauſq. Orthog. in hoc nomine.

17. *Mortem ferre, aut qualia n. l. a. q. quorum eſt decernere verba ceciderunt.*] Ingenue fateor; hæc improprietas mihi in his exemplis non percipitur. Nam *mortem ferre* cur proprie non dicatur, non video, cum & Terentius, & Oratores fere hoc genere locutionis utantur: *Ejus mor-*

ferre;

ferre; aut [18] qualia nunc laudantur a quibuſdam, quorum eſt, [19] *de cruce decernere, verba ceciderunt.* Non tamen, quidquid non erit proprium, protinus & improprii vitio laborabit; quia primum omnium multa ſunt & Græce & Latine [20] non denominata. Nam & qui jaculum emittit, *jaculari* dicitur; [21] qui pilum aut ſudem, appellatione privatim ſibi aſſignata caret; &, ut [22] *lapidare* quid ſit, manifeſtum eſt, [23] ita glebarum reſtarumque jactus non habet nomen. Unde *abuſio*, quæ κατάχρησις dicitur, neceſſaria. [24] *Tranſlatio* quoque, in qua vel maximus eſt orationis ornatus, verba [25] non ſuis rebus accommodat. Quare proprietas non ad nomen, ſed ad vim ſignificandi refertur; nec auditu, ſed intellectu perpendenda eſt. [26] Secundo modo dicitur proprium inter plura, quæ ſunt ejuſdem nominis, [27] id, unde cætera ducta ſunt; [28] ut *vertex* eſt contorta in ſe aqua, vel quidquid aliud ſimiliter vertitur: inde propter flexum capillorum, [29] pars eſt ſumma capitis: & [30] ex hoc, quod eſt in montibus eminentiſſimum: recte, inquam, dixeris hæc omnia *vertices*; [31] proprie tamen, unde initium eſt. [32] Sic *ſoleæ* & *turdi* piſces, & cætera. [33] Tertius eſt huic diverſus modus, cum res communis pluribus, [34] in uno aliquo habet nomen exi-

tem fert tam familiariter. Quare hic quoque locus fortaſſe corruptus eſt: quod ut credam, efficit, quod in quibuſdam exemplaribus, pro illo *decernere*, legitur *de cruce verba ceciderant*: hic vero locus iis relinquatur corrigendus, qui nihil putant in exemplaribus eſſe mutandum. REGIUS. Videtur *Dolabella* dixiſſe *mortem ferre* pro *mori*. quæ locutio eſt impropria: alioqui *mortem ferre*, pro *alterius mortem æquo animo pati*, Latinum eſt & proprium. TURNEB. *Morem ferre* conjecerat Aſcenſius, dictumque pro *morem gerere*: & ita in marg. Vaſc. & Steph. forte *mortem ferre* dixerunt illi, pro *afferre*, vel *inferre*: quod proprium & uſitatum.

18. *Qualia nunc laudantur.*] *Qualia nomina laudantur*: Voſſ. ſec. marg. Baſil.

19. *De cruce verba ceciderunt.*] Videtur inde eſſe locutio propria, quod illi ſignificare voluerint, alicui per dolorem tormentorum verba temere excidiſſe: in aliis codicibus legitur, *decernere ab uſu ceciderunt*: nam *decernere* olim ſignificabat *pugnare* & *confligere*. TURNEB. Locutio ea, Quinctiliani temporibus uſitata, quid ſibi velit, non ſatis equidem intelligo. Sed tamen auctoritate Codicis MS. Bodleiani, ac editorum Andreæ, Aldi, Sichardi, Pariſienſis, Vaſcoſani, Stephanique, abjecto vocabulo *decernere*, quod in nonnullos Codices irrepſerat, videor mihi locum hunc nativæ ſuæ puritati reſtituiſſe. Editio Lugdunenſis legit *de cruce decernere, verba ceciderunt*. GIBSON. Aſcenſius putat mentem & ordinem hunc eſſe: *mortem ferre: aut qualia nunc laudantur a quibuſdam, quorum* (ſcilicet verborum, quæ nunc laudantur) *unum eſt decernere, ceciderunt*, ſcilicet ab uſu, vel laude carent. Et aliquid cum vidiſſe puto: ſed legendum forte, *quorum eſt de cornice, cornicari, quæ verba ceciderunt*: ut reſpiciat Perſium, qui hac voce utitur Satira v. 12. etiam irridens ineptos Poëtas, qui verba antiqua & inſueta eligebant: pro *de cruce*, *de cornice* habent editionum Baſil. Vidov. Gryph. margines: *decernere* vero eſt pro *cornicari*, ut notius, repoſitum: illud vero verbum poſtea Chriſtiani ſcriptores avide arripuerunt. Vide Cangii Gloſſar. Latin. in hac voce. *Quæ verba ceciderunt*, etiam Francius conjecerat, & reſpici ad illa Horatii Art. Poët. 70.

Multa renaſcentur, quæ jam cecidere; cadentque,
Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet uſus.

& de cruce verba ceciderunt: Voſſ. ſec. Alm. & plures editiones. BURMAN. In marginib. edition. Vaſcoſ. & Steph. legitur, *decernere, ab uſu ceciderunt*. CAPPER.

20. *Non denominata.*] Ulp. lib. IV. ff. de præſc. verb. *Natura rerum inductum eſt, ut plura ſint negotia, quam vocabula.* PITHOEUS. Francius malebat, *nondum nominata*, quod minime neceſſe.

21. *Qui pilam aut ſudem.*] Forte pro *pila*, *pilum* legi poſſet, quod eſt nomen *teli & miſſilis*, ſicque quadraret cum *ſude*: quanquam *pilam jaculari* pro *mittere*, dicere poſſumus. TURNEB. Certiſſimam emendationem puto *pilum* pro *pilam*, ut habent Voſſ. ſec. & multæ editiones, ideoque recepi. BURMAN.

22. *Lapidare.*] Græci dicunt λιθάζειν & λιθοβολεῖν; a *lapido lapidationem* dixit Cicero in Verr. IV. 44. & pro Sylla 5. PHILAND. Capit hic eo ſenſu, quo olim veteres uſi ſunt, pro lapides mittere, conjicere, aut lapidibus pugnare; unde & *lapidatio* apud Ciceronem reperitur: quamvis *lapidare hominem* non dici putet Sylvius ad Cicer. pro Sull. cap. 5. qui Livium ſæpe pro *lapidibus pluere* poſuiſſe notat: ſed Petronius & Suetonius poſtea aliter uſi fuere, ut *lapidare* cadaver, pro lapidibus tegere, *lapidare templa*, &c. BURMAN.

23. *Ita glebarum.*] *In glebarum*; Voſſ. ſec.

24. *Tranſlatio.*] Vulgo *metaphora* dicitur ex voce Græca μεταφορά. CAPPER.

25. *Non ſuis.*] Id eſt, quibus proprie, per ſe, & ex natura ſua non conveniunt. CAPPER.

26. *Secundo modo.*] Quædam dictiones ſunt *homonymæ*, quæ varias habent ſignificationes, ab una tamen per ſimilitudinem & *analogiam* profectas, dicunturque *homonyma analoga*. TURNEB.

27. *Et unde cætera dicta ſunt.*] Loco *&* copulæ recte in quibuſdam exemplaribus *id* legitur, &, *i* vocali converſa in *u*, *ducta* hoc modo: *ejuſdem nominis id, unde cætera ducta ſunt.* REGIUS. *Et unde cætera dicta ſunt*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. *id unde cætera dicta*; etiam V. C. Alm. Baſil.

28. *Ut vertex.*] Soſipater Chariſius *verticem* a vorando, *verticem* a vertendo dicta putat. PHILAND. *Vortex*; Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin Vidov. ſed recte Aſcenſius notat ſcribendum *vertex*; agit enim de eodem vocabulo diverſas res modo quodam proprio ſignificante: illa autem varie ſcribendi ratio, *vertex* & *vortex*, a Grammaticorum obſcura diligentia, qui diſtinguere ita vocabuli ſignificationes volebant, profecta eſt; vel etiam quia olim *vortere* pro *vertere* ſolebant dicere, ut *homo*, *hemo*, &c. vide Dauſq. Orthogr. in hac voce. BURMANNUS. De varia ſcriptura & *vertex* ita Fabius ipſe lib. 1. cap. 7. *Quid dicam vortices & vorſus, cæteraque ad eum modum, quæ primo Scipio Africanus in e literam ſecundam vertiſſe dicitur?* CAPPER.

29. *Pars eſt ſumma.*] *Pars ſumma*; Voſſ. ſec.

30. *Ex hoc inquam in montibus.*] Sic quidem legitur, ſed forſitan mendoſe; nam illud *inquam* nihil ſenſui convenit: ſic autem fortaſſe poſſet emendari, ſi illam *ex* præpoſitionem in *&* copulam ei ſimilem converteremus, &, loco illius *inquam*, *quod* relativum, cum *eſt* verbo ſcriberemus hoc modo: *& hoc, quod eſt in montibus.* REGIUS. *Ex hoc inquam in montibus*; Voſſ. ſec. Locat. qui poſtea omiſſo *inquam* habent *recte dixeris*, ut & Ald. *quod eſt ex hoc in montibus*; Ald. *& ex hoc, quod eſt in montibus*; Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Oxon. Obrecht. *& ex hac, quod*; Vall. lib. Aſcenſius malebat; *inde propter flexum capillorum, partem ſummam capitis, & ex hac, q. e. i. m. eminentiſſimum, recte dixeris vertices.*

31. *Proprie tamen, unde initium eſt.*] Illud tamen proprie *verticem* dixeris, unde tanquam a ſuo principio deducuntur cæteræ ſignificationes quaſi ſecundariæ. CAPPER.

32. *Sic ſolea & turdi.*] *Solea* piſcis eſt planus, a ſimilitudine *ſoleæ* pedis noſtri: *turdus* quoque piſcis eſt ſaxatilis, a ſimilitudine *turdi* avis. TURNEB. *Sicut ſole contorti piſces*; marg. Baſil. *ſic ſole contorti piſces*; MS. Bal. marg. Sich. *ſicut ſolea & turdi piſces*; Voſſ. ſec.

33. *Tertius eſt.*] *Et tertius eſt*; Voſſ. ſec.

34. *In uno aliquo.*] *In uno loco*; Voſſ. ſec.

mium ; ut carmen funebre, [35] proprie *Nænia* ; & [36] tabernaculum ducis, *Augurale*. Item quod commune eſt & aliis nomen, [37] intellectu alicui rei [38] peculiariter tribuitur ; [39] ut *urbem*, Romam accipimus ; & [40] *venales*, novitios ; & [41] *Corinthia*, æra ; cum ſint urbes aliæ quoque, & venalia multa, & tam aurum & argentum, quam æs, Corinthium. Sed ne in his quidem [42] virtus oratoris inſpicitur. At illud jam non mediocriter probandum, quod hoc etiam laudari modo ſolet, ut proprie dictum, id eſt, quo nihil inveniri poſſit ſignificantius ; [43] ut Cato dixit, *C. Cæſarem ad evertendam rempublicam ſobrium acceſſiſſe* ; ut Virgilius [44] *deductum carmen* ; & Horatius [45] *acrem tibiam*, [46] *Annibalemque dirum*. In quo modo illud quoque eſt a quibuſdam traditum proprii genus ex *appoſitis*, quæ [47] *Epitheta* dicuntur ; ut, [48]. *dulce muſtum* ; &, *cum* [49] *dentibus albis* : de quo genere [50] alio loco dicendum eſt. Etiam quæ bene tranſlata ſunt, [51] propria dici ſolent. Interim autem, quæ ſunt [52] in quoque genere

35. *Proprie mania.*] Ut *nænia* legatur, ſenſus ipſe expoſcit. *Nænia* enim proprie dicitur carmen, quod in funere cantatur, cum carmen ipſum pluribus ſit commune. REGIUS. *Næniam* Diomedes apud Romanos id carmen eſſe ait, *quod cum lamentatione extremum atque ultimum mortuo adcanitur.* PHILAND. *Nænia* carmen eſt omne inconditum & quadamtenus ineptum ; ſed ex proprietate & quadam *antonomaſia* carmen funebre. Sic *Auguſtale* omnium ducum dicitur tabernaculum, potiſſimum tamen & per excellentiam, Auguſti papilio. TURNEB. Planctus hi inutiles & vani a commentatore vetere in Horatii lib. II. od. I. accuratiſſime deſcribuntur : dicitur & *carmen ſomnolentum*, de quo eumdem conſule ad lib. III. od. 28. Quæ autem carmen illud cantabat mulier, Præfica dicebatur uſque ad bellum Punicum. Vide fragm. Varronis pag. 66. Nænia autem Dea cantatur in funeribus ſenum, ejuſdem Varronis fragm. pag. 50. *Catabaucaleſes* vocantur lactantium nutricum cantilenæ Athenæo lib. XIV. 3. ALMELOV. Græca vox eſt καταβαυκαλήσεις a nomine βαυκὸς vel βαύκαλος, quod mollem, jucundum, delicatum ſignificat. CAPPER.

36. *Tabernaculum ducit, Auguſtale.*] Lipſius lib. V. de milit. Rom. dial. 2. *Prætorium Auguſtea ætas Auguſtale dixit, ut quidem in Fabio lego, ſed ſolo. Poteſt ab Auguſtis ita dictum eſſe, qui in eo tendebant ; ſed exemplum tamen ejus verbi, aut uſurpationem, mirum nuſquam inveniri.* Hæc veriſſime Belgii ocellus. COLOMES. Meminit ejuſdem Cælius Rhodig. Antiq. lect. lib. VIII. cap. 2. Dion Nicæus ex Xiphilino in vita Tiberii pag. 101. Edit. Rob. Steph. Πάντα δὲ τὰ πεπτωκότα τῆς Ῥώμης ἀνακτησάμενος (αὐτὸς γὰρ οὐδὲν τι καινὸν ἐκ καινῆς πλὴν τοῦ Αὐγουστείου κατεσκευάσατο) οὐδὲν αὐτῶν ἰδιώσατο : *Cumque reſtituiſſet* (Tiberius) *ædificia, quæ in urbe corruerant* (*nullum enim novum præter Auguſtale extruxit*) *nullum ſibi vindicavit.* ALMELOV. Sed deceptus eſt vir doctiſſimus ab interprete Latino, non enim *Auguſtale*, ſed *Auguſteum* vertendum erat, id eſt, Templum Auguſti, quod longe diverſum ab hoc Auguſtali Fabii noſtri. Illud enim in urbe, hoc in caſtris : ita *Cæſareum*, *Jaſoneum*, *Heræum*, & ſimilia templa dicta : mirum certe eſt, nuſquam hujus ſignificationis & *Auguſtalis* exemplum occurrere. Quare mihi adblanditur lectio V. C. Alm. qui hic *Augurale* habet ; ita enim & pars Prætorii, & etiam totum prætorium dictum fuiſſe, patet ex iis, quæ ex Schelio ad Taciti lib. II. Ann. 13. adducuntur, ubi etiam quidam *Auguſtale* pro *Augurali* ſupponere voluerunt, ab ipſo Lipſio etiam rejecti, quem & vide ad lib. XV. 30. & Rutgerſ. lib. III. Var. lect. cap. 20. & ita hic legendum eſſe, jam ſuſpicatus fuit vir illuſtris & genere & doctrina Schelius in Hygin. pag. 53. quod nunc egregie codex antiquus confirmat : hoc autem *Augurale* in caſtris erat ad ſimilitudinem alterius in urbe, cujus meminit Varro lib. IV. de L. L. pag. 16. ut Scaliger recte correxit ex Feſto, qui *Auguraculum* vocat, ubi augures publice auſpicarentur. *Auguratorium* ab aliis dicitur, & in lapide apud Gruter. pag. CXXVIII. 4. quare in urbe *Auguraculum* vel *Auguratorium* (quod in Capitolio erat, unde & *arx* vocatur Ciceroni lib. III. de offic. cap. 16. ubi vide cl. Græv.) in caſtris *Augurale* dictum puto : an autem de hoc *Augurali* capiendus locus Senecæ de Tranq. animi cap. XI. nondum diſpicere potui ; cum ſit ille, ut puto, corruptiſſimus. BURMAN.

37. *Intellectu.*] Quod ad ſenſum, quod ad ſignificationem attinet. CAPPER.

38. *Peculiariter tribuitur.*] *Peculiariter attribuit* ; Voſſ. ſec.

39. *Ut urbem Romam accip.*] Quemadmodum Græci ἄστυ, unde & *aſtui*, Athenas accipiunt ; ita Romani *Urbem*, Romam, unde & *Urbani* dicti. Unde illud Virgilii Eclog. I. *Urbem, quam dicunt Romam.* PHILANDER. Vide Joh. Savaron. ad Sidonii lib. I. Epiſt. 6. pag. 41. PAREUS. Hanc loquendi formulam novitii Rhetores *Antonomaſiæ* nomine appellant ; ſed nullo veterum exemplo, ut dicemus ad cap. 6. libri VIII. *ſynecdochen* generis vocare deberent. CAPPER.

40. *Venales.*] Licet enim omnes res venales, & equi & animalia, &c. proprie tamen de ſervis novitiis hæc vox dicitur, unde & *venaliciarii*, mangones : de quibus vide ad Petron. cap. XXIX.

41. *Corinthia æra.*] At videtur æs Corinthium proprium quid habuiſſe, ex auri argentique, ex incendio ejus urbis, mixtura. PITHOEUS. Vide Plin. XXIV. cap. 2. PHILAND. De Corinthio ære omnia vulgata, ideoque Regii notam hic lucrifecimus.

42. *Virtus Oratoris inſpicitur.*] *Conſpicitur* ; marg. Baſil.

43. *Ut Cato dixit Caium Cæſarem.*] Scribit Tranquillus cap. LIII. Cæſarem vini parciſſimum fuiſſe, ut dixerit Cato, ſolum Cæſarem ſobrium acceſſiſſe ad evertendam rempub. In nomine *ſobrii* proprietas eſt ; ſignificatur enim magna cura, diligentia, & proviſio, qualis eſſe ſolet in ſobriis. TURNEB.

44. *Deductum carmen.*] Eclog. VI. 5. Macrob. Saturn. VI. *deductum* interpretatur tenue & ſubtile. PHILAND. Ita *deducta oratio* ; lib. IV. cap. I.

45. *Acrem tibiam.*] Lib. I. Od. 12. cum enim *acer* de pluribus dicatur, &, ut Servius ad Virg. I. Æneid. 220. *acer* ſit in unamquamque rem vegetus & nimius, nullum ſignificantius ſtudio & ardori ſuo celebrandi Auguſtum *epitheton* reperire potuit Horatius hoc *acri*. BURMAN.

46. *Annibalemque dirum.*] Lib. II. Od. 12. & III. Od. 6. quæ vox *dirus* efficaciſſima ; notat enim animi quamdam vehementiam, cum furore, ſcelere, crudelitate, & pernicie aliorum conjunctam : unde & *dirus Afer* lib. IV. od. 4. ſic *dirus* Numitor Ovid. IV. faſt. 53. *diræ* Furiæ ; vide Acron. ad Horat. I. od. 2. Virgil. IV. 473. & paſſim. Servius autem ad Virg. III. Æneid. 235. docet vocem eſſe Sabinorum & Umbrorum, qui *dira* vocabant, quæ Romani *mala* : hinc vero apparet, male *durus* ſæpe in locis jam laudatis reponi, licet ex MSS. a quibuſdam. BURMAN.

47. *Epitheta.*] Sed hoc proprii genus Poëtis magis convenit, quam Oratoribus, apud quos *epitheta*, ſi nihil efficiunt, redundant ; ut docet Fabius cap. 6. CAPPER.

48. *Dulce muſtum.*] Virgil. I. Georg. 295.

49. *Dentibus albis.*] Virg. XI. Æneid. 681. talia *epitheta*, affinia ipſi rei & propria, ſæpe apud Poëtas occurrunt, ut *demens furor*, de quo vide Paſſerat. ad Prop. I. XIII. pag. 204. ſic *taciturna ſilentia*, Ovid. II. Art. 505. ut *muta*, IV. Met. 433. & VII. 184. *pavidus metus*, idem II. Art. 88. II. Met. 66. VIII. 630. *mæſtus dolor*, Sil. V. 600. antiquiores magis adhuc in his laſcivierunt, ut Lucretius dixit *ſonitum ſonantem* lib. I. 816. ubi vide Lamb. ſic & Ariſtophanes βίον βιῶναι in Pluto Act. I. ſcen. 2. verſ. 140. dixit : ſed in his omnibus acri opus eſt judicio, nec extra carmen facile uſurpandum, ne inepti videamur. BURMAN.

50. *Alio loco.*] *Alibi dicendum eſt* ; Baſil. Gryph. Vidov. infra nempe cap. VI. hujus libri.

51. *Propria dici ſolent.*] Si non primario & ex natura rei, ſecundario ſaltem, & ex uſu habituque diuturno, qui fere in naturam vertitur. Hinc facile ſolves, quod Fabio Strebæus objicit in opuſculo de verborum electiou. fol. 42. verſo. CAPPER.

52. *In quoque genere præcipua.*] *In quoque præcipua* ; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Colin.

præcipua, proprii locum accipiunt; ut Fabius inter plures imperatorias virtutes *Cunctator* eſt appellatus. [53] Poſſunt videri [54] verba, quæ plus ſignificant, quam eloquuntur, in parte ponenda perſpicuitatis; intellectum enim adjuvant. [55] Ego autem libentius [56] *emphaſin* retulerim [57] ad ornatum orationis; quia non, ut intelligatur, efficit, ſed [58] ut plus intelligatur. [59] At obſcuritas fit etiam verbis ab uſu remotis; ut ſi [60] commentarios quis pontificum, & [61] vetuſtiſſima fœdera, & exoletos ſcrutatus auctores, id ipſum petat [62] ex his, ut, quæ inde contraxerit, non intelligantur. Hinc enim aliqui famam eruditionis affectant, ut quædam ſoli ſcire videantur. [63] Fallunt etiam verba vel [64] regionibus quibuſdam magis familiaria, vel artium propria; ut [65] *Atabulus* ventus; & [66] *navis Saccaria*; & [67] *In malaco fanum*. Quæ vel vitanda apud judicem ignarum ſignificationum earum, vel interpretanda ſunt; ſicut in his, quæ [68] *homonyma* dicuntur, ut [69] *Taurus* animal ſit, an mons, an ſignum in cœlo, [70] an

53. *Poſſunt videri.*] Quando minus eloquimur, & plus tamen intelligitur, ſit *emphaſis*; quæ, quanquam ad proprietatem referri videtur, tamen potius ad ornatum eſt redigenda. TURNEB.

54. *Verba quæ plus ſignificant.*] Atque hæc eſt decantata illa *emphaſis*, de qua tot & toties loquuntur. CAPPER.

55. *Ego autem libentius.*] *Ego tamen libentius*; V. C. Alm.

56. *Emphaſin.*] τὴν ἔμφασιν: genus eſt figuræ, qua verba plus ſignificant, quam ſonant. CAPPER.

57. *Ad ornatum.*] De quo Fabius aget capite ſequenti. CAPPER.

58. *Ut intelligatur, efficiat.*] *Efficit*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Baſil. Vaſcoſ. Steph. Roign. Obrecht.

59. *At obſcuritas fit, &c.*] Hieronymus in Ezechielem cap. 13. *Rhetor Victorinus dicebat obſcuritatem ex tribus fieri, rei magnitudine, doctoris imperitia, audientis duritia.* PASSERAT. *At* non habet Voſſ. ſec.

60. *Commentarios.*] Commentarii pontificum de religione tractabant; ſed ab ipſo uſque Numa erant inchoati, & deinceps alii atque alii ab antiquis pontificibus ſcripti. TURNEB.

61. *Vetuſtiſſima.*] Vide antiquas Romanorum Regum leges, duodecim tabularum fragmenta, & cætera veteris Latiniſmi monumenta ad calcem Dionyſii Halicarnaſſ. edition. Wechel. itemque apud Aul. Gell. CAPPER.

62. *Ex hiſque inde contraxerit quæ non intelliguntur.*] Corrupte quidem ſic mihi legi videtur. Forſitan autem loco illorum *ex* & *his*, *ea* pronomen bene reponeretur, ac *u* in *a* converſa *intelligantur* legeretur hoc modo: *eaque inde contraxerit, quæ non intelligantur.* REGIUS. *Ex hiſque inde contraxerit, quæ non intelligantur*; Locat. *eaque inde contraxerit q. n. intelligantur*; Ald. *Ut quæ inde contraxerit, non intelligantur*, reliquæ. BURMAN.

63. *Fallunt etiam.*] Hæc verba ſunt referenda inter ea, quæ dicuntur *gloſſæ* & *gloſſemata*; nam propter obſcuritatem egent interpretatione: de his dictum eſt lib. 1. TURNEB. Gell. cap. 10. lib. 1. Vide Suet. in Aug. cap. 86. Amm. Marcell. lib. XXX. cap. IV. Vide Cælium. lib. III. cap. 15. PAREUS. *Fallunt enim*; Voſſ. ſecund. *Fallunt* autem hoc loco ſumitur pro τῷ *ignorantur*; *auditorum lectorumve notitiam fugiunt.* CAPPER.

64. *Religionibus quibuſdam.*] *Religionibus* quidem legitur, ſed flagitioſe, ut ego quidem puto. Nam *regionibus* legendum eſſe, facile exempla declarant. Neque enim *Atabulus*, aut *navis ſaccaria* nomina ſunt religionibus familiaria, ſed regionibus atque artibus. Nam *Atabulus* ventus eſt Apuliæ familiaris, quod nocumentum adferat ἀπὸ τοῦ ἄτην βάλλειν. *Navis* vero *ſaccaria* a vehendis ſaccis denominata eſſe videtur. REGIUS. *Religionibus*; MSS. Voſſ. ſec. Locat. ſed in codice Almel. reliqua illa, *vel artium propria, ut Atabulus ventus, & navis ſaccaria*, aberant.

65. *Atabulus ventus.*] Hic proprius Apuliæ, de quo Plin. XVII. 24. Senec. IV. nat. quæſt. Horat. 1. Sat. v. 77.

Incipit ex illo montes Appulia notos
Oſtentare mihi, quos torret Atabulus.

Gell. II. cap. 22. PHILAND. Vide Joh. Savaron. ad Sidon. Apol. lib. 1. Epiſt. 5. pag. 35.

66. *Navis Saccaria.*] A *ſaccis*, unde *ſaccariam facere* dixit Apulei. lib. 1. de Aſino. Ulpian. ff. de extraord. crimin. leg. 7. *Saccularios* dicit, *qui, vetitas in ſaccis artes exercentes, partem ſubducunt, partem ſubtrahunt.* PHILAND. *Navis Saccaria* explicatur ab interpretibus, quæ *ſaccos fert*: ſed putem potius eam eſſe, quæ in *ſaccis fert ſpecies aromaticas*. Apuleius quoque dixit *ſaccarium facere*, pro *exercere* (ut interpretantur) *ſaccorum negociationem*: alii referunt etiam *ad ſaccarum*. TURNEB. Obſcurum & ignotum nobis id navis genus; nam *ſaccariam* neque *a ſaccis*, neque a *ſaccaro* dici recte puto. Neque in tanta diverſitate navium, quæ apud alias gentes alia nomina habebant, ut adhuc hodie, facilius rationem hujus appellationis dari poſſe credo, quam illius *Cybeæ* apud Ciceronem in Verrinis.

67. *In malacho fanum.*] Hoc quoque exemplum, ut mihi videtur, corruptum iis relinquamus corrigendum, qui nihil ab exemplaribus putant recedendum: mihi certe, ingenue fateor, nec percipi, nec corrigi poteſt. REGIUS. Hoc dictum abiit in proverbium: eſt autem ductum vel a medicina, vel ab arte *phyſiognomonum*; etenim ſic aiunt carnis mollitiem ſignificare animi ſanitatem & ingenii acrimoniam. Nam *malacum* lingua Græca ſignificat molle. In aliis ſic legitur, & *maliba pro inſano*; nam Lucilius Poëta (ut apparet ex Nonio) *malibam* poſuit pro *inſano*. TURNEB. *Et in alio loco ſane*; Voſſ. ſec. & *maliba pro inſano*; marg. Gryph. ut volebat Philander. *In malaco ſanum* alii, niſi quod Lugd. *fanum*. *Et Inmalaco, ſane*; Obrechtus, quod utinam nobis explicuiſſet; nam nihil hic intelligo; niſi quod ſingularem & propriam vocem Coſanorum, ſive urbis Coſæ incolarum, ſuſpicor latere. Forte hoc modo, *immala Coſanorum*: de priori voce nolo contendere, cum nihil videam: ſed ultima ſyllaba τοῦ *malaco* addenda τῷ *ſanum*, ut ſit *Coſanum* vocabulum, ſicut *Atabulus* Apulorum; uſitatum hoc nautis Apulis; illud eis, qui in portu Coſano verſabantur: forte etiam hic latet vocabulum peregrinum, ſive Celticum; adhuc enim hodie nobis *mal*, pro ſtolido vel inſano dicitur, ut ſit *mal Coſanum*. *Coſa* enim forte originis Gallicæ ſive Celticæ: ſed hoc eſt hariolari. Hunc quoque locum multis ambagibus explicat Cæl. Rhodig. Antiq. lect. VI. cap. 1. & ex Peripateticorum ſcholis exponit in carnis mollicie & raritate ſummam intelligi mentis ſanitatem. Aſcenſius primum de molli veſtitu; mox de eo, qui in navigatione maris tranquilli ſanus eſt, & non nauſeat. BURMAN.

68. *Homonyma dicuntur.*] *Vocantur*; V. C. Alm. Hæc ſunt, quæ in ſcholis *æquivoca* ſolent appellari. CAPPER.

69. *Taurus animal.*] Diomedes lib. II. cap. de *amphibologia*: *Cum*, inquit, *Taurum nec ſcias utrum de armento, an obſcœnam corporis partem, an montem, qui eſt in Cilicia, an qui eſt in ſideribus, taurum dicamus.* COLOMES. Vide, quæ nos olim ad Petron. cap. XXV. notavimus. BURMAN. In ſuperiore Colomeſii nota quædam ſunt emendatione digna. Nam primo pro *amphibologia* legendum eſt *amphibolia* vel *amphilogia*, ut pluribus alibi declaratum eſt. Deinde pro τοῖς *cum*, inquit, *taurum nec ſcias utrum*, &c. reponendum videtur: *cum*, inquit, *dicimus taurum, neſcias utrum*, &c. In ipſo, fateor, Diomede, prout etiam exſtat in Putſchiana editione legitur, *amphibologia* & *nec ſcias*; verum alia multa ſunt apud veteres illos Grammaticos, quæ medicam Philologorum manum jampridem deſiderant expectantque. Jam aliquot locis medicinam facere conati ſumus, & porro pergemus, ſi quando ſpes affulgeat fore, ut ad communem reipublicæ literariæ utilitatem illi Grammaticarum artium magiſtri denuo typis excudantur. CAPPER.

70. *An nomen hominis.*] *Tauri* nomine plures fuerunt; Pacuvius *Taurus*, cujus meminit Macrobius Theodoſius Saturnal. lib. II. cap. 4. *Taurus* Philoſophus Platonicus, de quo Gellius & Suidas. His adde Palladium Rutilium *Taurum* Æmilianum, qui de R. R. ſcripſit; *Taurum* præfectum, de quo Severus Sulpitius Hiſt. lib. II. & alios multos, quos, brevitati ſtudentes, omittimus. COLOMES. *Taurus* etiam Nelei filius memoratur Schol. Apollon. lib. 1. v. 156. ſed celebriores omnibus fuere Statilii *Tauri*, quorum T. Statilius *Taurus* Conſul cum Auguſto, cu-

nomen hominis, [71] an radix arboris, [72] niſi diſtinctum, non intelligitur. [73] Plus tamen eſt obſcuritatis in contextu & continuatione ſermonis, & plures modi. Quare nec ſit tam longus, ut eum proſequi non poſſit intentio; [74] nec trajectione tam tardus, [75] ut in *hyperbaton* finis ejus differatur. Quibus [76] adhuc pejor eſt [77] mixtura verborum; qualis in illo verſu:

[78] *Saxa vocant Itali* [79] *mediis quæ in fluctibus, aras.*

Etiam [80] *interjectione* (qua & oratores & hiſtorici frequenter utuntur, ut medio ſermone aliquem inſerant ſenſum) impediri ſolet intellectus, niſi, quod interponitur, breve eſt. Nam Virgilius illo loco, quo [81] pullum equinum deſcribit, cum dixiſſet:

[82] *Nec vanos horret ſtrepitus,.....*

[83] compluribus inſertis alia figura, quinto demum [84] verſu redit:

——— *Tum, ſiqua ſonum procul arma dedere,*
Stare loco neſcit......

Vitanda in primis ambiguitas, non hæc ſolum, de cujus genere ſupra dictum eſt, quæ incertum [85] intellectum facit; ut, [86] *Chremetem audivi percuſſiſſe Demeam*; [87] ſed illa quoque, quæ, etiamſi turbare non poteſt ſenſum, in idem tamen verborum vitium incidit; ut ſi quis dicat, [88] *viſum a ſe hominem librum ſcribentem.* Nam, etiamſi librum ab homine ſcribi pateat, male tamen [89] compoſuerat, feceratque ambiguum, quantum in ipſo fuit. [90] Eſt etiam in quibuſdam turba inanium verborum, qui, dum communem loquendi morem reformidant, ducti ſpecie nitoris, [91] circumeunt

jus & Horatius lib. I. Epiſt. V. & Suetonius meminerunt in Aug. 29. & cujus filia Statilia Meſſalina Neronis tertia uxor; Suet. Ner. 35. & forte filius M. Statil. *Taurus* Conſul apud Grut. MXLI. 10 forte & ab his deſcendit T. Statilius *Taurus* qui ſub Trajano & Hadriano vixit, & ſæpe in Pandectis memoratur; ut leg. 25. ff. de ſervit. Præd. Ruſt. & apud Gruter. pag. CXXVI. qui an idem ſit, qui Statilius Severus dicitur in lib. XXIV. ff. de Teſt. milit. & Catilius Severus §. 1. Inſt. eod. & Plin. lib. I. Epiſt. 22. nunc diſquirendi locus non eſt. T. Statilium *Taurum* Præfectum fabrorum habet lapis apud cl. Reineſ. VIII. 41. plures *Tauros* index Gruteri ſuppeditabit. BURMANNUS.

71. *An radix arboris.*] Præter has *Tauri* nominis ſignificationes, alias nos edocet Plinius, apud quem *Taurus* ſumitur pro Ardea ſtellari, quam Gallice vocamus *Butor*, quod Bovis mugitum edere quodammodo videatur. Apud eumdem lib. XXX. 5. *Tauri* vocantur Scarabæi terreſtres ricino ſimiles, quibus nomen cornicula dedere. *Tauri* voce etiam utitur Feſtus (ut ſupra Diomedes) pro parte obſcœna; ſic enim in *ſolitaurilibus* ſcribit: *Atque harum hoſtiarum omnium* (Tauri videlicet, Arietis Verris) *immolati ſunt tauri, quæ pars cæditur in caſtratione.* COLOMESIUS. *Taurus* etiam Plinio & Solino unus ex tribus alveis, quibus aditur Alexandria, de quibus vide Salmaſ. Exercit. Plin. pag. 340. quanquam ille malit *Taphros.* Unde autem Colomeſius hauſerit ardeam ſtellarem, ſive aſteriam, *Taurum* a Plinio dici, neſcio; niſi ex Bellonio, quem eo nomine refutat Harduinus ad Plin. X. cap. 42. ubi inter minimas aves *taurum* ita vocari aliquam in Arelatenſi agro narrat. BURMAN.

72. *Niſi diſtinctum non intelligitur.*] Niſi variæ hujus vocabuli ſignificationes diſtinguantur: unde patet, quam recta ſit illa Dialecticorum regula: *Æquivoca ſunt prius dividenda, quam definienda.* CAPPER.

73. *Plus tamen eſt.*] *Eſt* non habet Voſſ. ſec.

74. *Nec transjectio tarda, ut i. h. f. e. differatur.*] Duabus literis eraſis, *trajectio* & *deferatur* mihi legendum videtur. REGIUS. *Nec transjectio tarda ut, &c. differatur*; Locat. Ald. *nec trajectione tarde*; Vall. lib. *nec trajecti intra domum hyperbaton finis ejus differatur*; V. C. Alm. *deferatur*; etiam Colin. *nec transjectione tarda in hyperbaton f. e. d.* Voſſ. ſec. *Trajectione.*] Intelligit tranſpoſitionem verborum, quæ, ſi longius transferantur, ſenſum obſcurum efficiunt. ROLLIN.

75. *Ut in Hyperbaton.*] *Hyperbaton* tranſgreſſio eſt, quæ verborum perturbat ordinem: tamen (ut ait Cornificius) aliquando poteſt uſurpari, ſi obſcuritatem non addit orationi, & eam efficit numeroſiorem. Species ejus ſunt quinque, *anaſtrophe, tmeſis, parentheſis, ſynchyſis* & *hyſterologia.* TURNEB. Non omnem *hyperbati* uſum a Fabio damnari, patet ex illo cap. 6. loco, ubi ſic legitur: *At cum decoris gratia diſtrahitur longius verbum, proprie* hyperbati *tenet nomen; ut*: Animadverti, judices, omnem accuſatoris orationem in duas diviſam eſſe partes. CAPPER.

76. *Adhuc prior eſt.*] *Pejor* legendum eſſe contenderim, quamvis *prior* in exemplaribus deprehendatur; nam mixtura verborum & confuſio pejor eſt, & magis obſcurat orationem, quam trajectio. REGIUS. Hoc eſt, quæ dicitur *ſynchyſis*, id eſt, *confuſio*, quæ miſcendo verba & confundendo obſcuritatem parit. Reperitur dumtaxat apud Poëtas, nunquam apud Oratores. TURNEB. *Prior*; Locat.

77. *Mixtura.*] Σύγχυσις, quæ una eſt ex *hyperbati* ſpeciebus: ea frequenter utitur Horatius, ut notavit & probavit Rutgerſius. CAPPER.

78. *Saxa.*] Virgil. I. Æneid 109.

79. *Mediis quæ, &c.*] Rectus verborum ordo eſt hujuſmodi: *quæ ſaxa in mediis fluctibus Itali vocant aras.* CAPPER.

80. *Interjectione.*] Quæ vulgo vocatur *parentheſis*, *Græcis* διὰ μέσου. CAPPER.

81. *Pullum equinum.*] *Pulus* equinus per ſimplex *l* ſcribitur; πῶλος enim a Græcis dicitur. *Pullus* vero gallinæ per duplex. REGIUS. *Pulum*; Locat.

82. *Nec vanos.*] Lib. III. Georg. 84.

83. *Compluribus inſertis alia figura, quinto demum, &c.*] In vulgaris editionibus ita interpungebatur: *compluribus inſertis, alia figura*, &c. ſed noſtram interpunctionem ſatis firmat, quod Virgiliana *interjectio* ſeu *parentheſis* ab his verbis incipiat: *illi ardua cervix*, &c. ubi alia eſt, quam in præcedentibus, loquendi figura ſive ſtructura orationis per verbum *ſubſtantivum* & *dativum* perſonæ. Hæc igitur verba *alia figura* referuntur ad participium τῷ *inſertis*, nec ab eo per *hypodiaſtolen* ſeparanda ſunt. CAPPER.

84. *Verſu redit.*] *Verſu redditur; ſi qua*, &c. Voſſ. ſec.

85. *Intellectum.*] Id eſt verborum ſenſum, ſignificationem. CAPPER.

86. *Chremetem.*] *Lachetem* dicit ſupra lib. VII. cap. 9. de ambiguo.

87. *Sed illa quoque.* Hanc ambiguitatem vitare ſane debemus, priorem quidem ſemper, poſteriorem ſæpenumero; nam alioqui & Cicero & magni auctores in eam inciderunt. TURNEB.

88. *Viſum a ſe hominem librum ſcribentem.*] Chifletius in vita Ammiani Marcellini ita collocat, *viſum a ſe librum hominem ſcribentem*, me minime refragante.

89. *Compoſuerat.*] *Compoſuerit, feceritque*; V. C. Alm.

90. *Eſt etiam.*] Productiores periodi, quæ uno ſpiritu pronunciari non poſſunt, ipſo vitio in obſcuritatem inciderunt. TURNEB.

91. *Circumeunt.*] Id eſt circuitione verborum τῇ περιφράσει, circumlocutione utuntur in omnibus. CAPPER.

omnia copioſa loquacitate, quæ dicere volunt; ipſam deinde illam [92] ſeriem cum alia ſimili jungentes, miſcenteſque, ultra quam ullus [93] ſpiritus [94] durare poſſit, extendunt. [95] In hoc malum etiam a quibuſdam laboratur; neque id novum vitium eſt, cum jam apud [96] Titum Livium inveniam, fuiſſe præceptorem aliquem, qui diſcipulos *obſcurare*, quæ dicerent, juberet, Græco verbo utens, [97] *σκότισον*. Unde illa ſcilicet egregia laudatio: *Tanto melior: ne ego quidem intellexi.* Alii, [98] brevitatis æmuli, neceſſaria quoque orationi ſubtrahunt verba; &, velut ſatis ſit ſcire ipſos, quæ dicere velint, quantum ad alios pertineat, [99] nihil putant. At ego [100] otioſum ſermonem dixerim, quem auditor [101] ſuo ingenio non intelligit. Quidam, [102] emutatis in perverſum dictis, de figuris idem vitium conſequuntur. Peſſima vero ſunt [103] *ἀδιανόητα*, hoc eſt, quæ verbis aperta [104] occultos ſenſus habent; ut, [105] *Conductus eſt cæcus ſecus viam ſtare*; & [106] qui ſuos artus morſu [107] laceraſſet, fingitur in ſcholis *ſupra ſe cubaſſe*. Ingenioſa hæc & fortia, ut ex ancipiti diſerta credantur, perficiunt. [108] At pervaſit quidem jam multos iſta perſuaſio, ut id jam demum eleganter atque exquiſite dictum putent, quod interpretandum ſit. Sed auditoribus etiam nonnullis [109] grata ſunt hæc, quæ, cum intellexerint, acumine ſuo delectantur, & gaudent,

92. *Seriem.*] Verborum ſcilicet, vel orationis. CAPPER.

93. *Spiritus.*] Πνεῦμα, vulgo reſpiratio. CAPPER.

94. *Durare poſſit oſtendit.*] *Oſtendunt*, qui non videt legendum eſſe, is ſe ad grammatices rudimenta conferat perdiſcenda. REGIUS. *Extendunt* omnes ſcripti & editi; ſed *excedunt*; marg. Sich. & Baſil.

95. *In hoc malum a quibuſdam laboratur.*] Illuſtrat hanc elegantem locutionem Gronovius ad Senecam de tranquill. animi. cap. 1. BURMAN.

96. *Titum Livium.*] In epiſtola illa, credo, ad filium, de qua lib. x. cap. 1. noſter.

97. *Σκότισον.*] Non uno modo *σκοτίζουσιν* auctores. Alii enim conciſius, & paulo obſcurius ſcribunt, uti Ariſtoteles in libris Acroamaticis, de quibus Gellius lib. xx. cap. 5. alii mentem ſuam de induſtria quibuſdam quaſi foliis regunt, ut Heraclitus inde *σκοτεινὸς* dictus, Lycophron, ac Perſius. De Lycophrone & Perſio hæc legis apud Vigenerium libro de Zypheris Gallice ſcripto, pag. 12. & ſeq. *Il faudroit pour mon regard, ſcier le livre de Trithème par le beau milieu, comme quelqu'un fit autrefois le poème de la Caſſandre de Lycophron, pour voir ce qu'il y avoit au dedans, puiſqu'on n'y pouvoit rien diſcerner par le dehors; ou bien, comme on dit auſſi avoir fait S. Hieroſme des Satires de Perſe, dont ne pouvant aſſez bien comprendre à ſon gré les énigmes & les obſcuritez; intellectoris* (ex Ovidio lib. iv. Triſt. Eleg. 10.) *ignibus ille dedit.* Alii denique ſingularibus artium terminis utuntur, quos non niſi filii doctrinæ capiunt, quales ſunt Medici, Chymici, &c. COLOMES. Cæterum verbi Græci *σκότισον* ſenſus hic eſt: *obſcurum redde* [ſermonem tuum.] CAPPER.

98. *Brevitatis æmuli.*] *Brevitatem æmulari*; V. C. Alm. forte *æmulati*.

99. *Nihil putant.*] Nihil penſi habent, non curant ut alii etiam poſſint intelligere. CAPPER.

100. *Otioſum ſermonem.*] *Sermonem* appellat *otioſum* Fabius eum, qui vanus eſt, nihilque aliis ſignificat, cum non intelligatur. In antiquo codice legitur, *quem auditor ſuo ingenio intelligit*; poteſtque ſic ſenſus conſtare, ut malus ſit ille ſermo, qui ſua facilitate non ſit pervius, ſed ad intellectum egeat magno auditoris ingenio. TURNEB.

101. *Ingenio ſuo intelligit.*] *Non* particulam negativam hic mihi ſenſus exigere videtur, ut legamus *non intelligit.* Otioſus namque ſermo dicitur, qui non percipitur, utpote qui nihil in auditorum animis operetur. REGIUS. *Non* deeſt in MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Obrecht. male vero Turnebus & Aſcenſius *ſuo ingenio intelligere* tentant explicare: *ſuo ingenio non intelligere*, eſt, ſponte, nullo explicante, non capere prompte, quid velit ſermo: ſic *alieno ingenio* formare orationes dixit Sueton. Domit. 20. Ovid. Ep. vi. 40.

Detegit ingenio vulnera facta ſuo.

ubi plura dicemus: *otioſus* vero *ſermo* dictus eſt ut lib. 11. cap. 10. de ineptis declamationibus: *Et hæc quidem otioſa tantum*: & ita alibi loqui amat. Vide ad lib. 1. cap. 1. BURMAN.

102. *Emutatis.*] Rarius hoc verbum: ſed utitur & Manil. verſ. 149.

——— *Appoſitis caput emutare capillis.*

quod male mutat Barth. xxiv. Adv. 19. ſola conjectura ductus, in *caput emptum ornare*; quia *emutare* vile & plebeium verbum cenſet; cum ipſe lib. iv. cap. 3. melius expoſuiſſet. BURMAN. *De figuris idem vitium conſequuntur.*] Hoc eſt, figuras ipſas, quibus perperam abutuntur, in idem orationis vitium, obſcuritatem videlicet, pervertunt. CAPPER.

103. *'Αδιανόητα.*] 'Αδιανόητα nimis dicta pervertunt: ſunt autem *non intelligibilia*, propter ſententiam pene ænigmaticam; ut exempla, quæ a Fabio ponuntur, quorum vix poteſt erui ſenſus, cum ipſe non expoſuerit. TURNEB.

104. *Occultos ſenſus habent.*] *Occulto ſenſu ſunt*; Obrecht.

105. *Conductus eſt cæcus.*] Aut quod pretio ſit in viam ductus cæcus, ut aliquem obſervaret, quod ridiculum eſt ab abſurdo; aut quod cum aliis ductus ſit, ut ſtipem exigeret: forte vero latitat ſenſus aliquis abſtruſior. TURNEB. *conductus eſt cæcus ſecũm viam*; V. C. Alm. hoc eſt *ſecundum viam*, id eſt juxta: *conductus eſt* (quod verbum & duplicem ſenſum habere Aſcenſius notat, vel pretio conductus eſt) *ſtare*, per Græciſmum, pro *ut ſtaret*, *ſecundum viam*, ad ſtipem mendicandam, ut recte exponit Voſſ. de Analog. lib. iv. cap. 22. Sed hæc gloſſatoris interpretatio erat; nam ſcripſerat ille obſcurus *ſecus viam*, pro *ſecundum viam*, ut ita eſſet *παρονομασία* in *cæcus*, & *ſecus*. *Secus* autem pro *ſecundum* vel *juxta*, vulgus uſurpare, & novum eſſe & ſordidum, dicit Chariſius lib. 1. inſt. Gram. Sed defendit Pincier. in *Parerg.* lib. iv. 31. qui Perottum de ſuo addidiſſe *ſecus viam*, ſine auctore, ſcribit, cum ille hunc Fabii locum potuerit ante oculos habere; ut eum etiam adduxit Vavaſſ. de vi & uſu verbor. pag. 101. Adverbium tamen eſſe, non præpoſitionem, Sanctius lib. 1. cap. 16. & ad eum cl. Perizonius affirmant, & *ellipſin* hic eſſe ſtatuendam, ut ſit *ſecus ad viam*: obſcuritas vero nulla in his verbis mihi videtur, præter quam in pronuntiando *παρονομασία* illa facit: niſi lateat obſcurior ſenſus, qui ex verbis præcedentibus vel ſequentibus, ſi illa nobis relicta eſſent, poſſet deprehendi: ſic forte in ſequenti exemplo argutia eſt, in *ſecubaſſe*; quod vel conjunctim capi poterat, *fingitur in ſcholis ſupra ſecubaſſe*, id eſt, ſeorſim cubaſſe: vel *ſupra ſe cubaſſe*: ut *ſupra aliquem cubare* dictum ſit, ut in tricliniis Petron. xxxvi. qui *ſupra me accumbebat*, & paſſim: quanquam, ut ingenue fateor, vix hujus dicti obſcuri vim percipiam. Aſcenſius explicat, ut canis, qui os lacerat, ſupra illud cubat; ita qui in cubitum erectum incumbens ſuos artus lacerat, ſupra ſe cubat: aliud argutum dictum de hoc eodem, cui membra ſua laceranti pater venenum dedit, credunt interpretes infra cap. 5. *cubaſſe* vero pro *cubuiſſe* dixiſſe Fabium, notavit Voſſ. lib. iii. de Analog. cap. 20. BURMAN.

106. *Qui ſuos artus.*] *Quæ*; Locat.

107. *Laceraſſe fingitur, in ſcholis ſupra.*] Lege: *& qui ſuos artus morſu laceraſſet, fingitur in ſcholis.* PHILAND. *Laceraſſe*; Voſſ. ſec.

108. *At pervaſit quidem jam multos iſta perſuaſio.*] Pro *pervaſit* legit edit. Lugdunenſis *perſuaſit*, lapſu quidem intolerabili. Quis enim credat, Rhetorem, ut diſertiſſimum, ita in verbis maxime curioſum, ea locutionis fœditate ſermonem latinum inquinare voluiſſe? GIBSON. *Perſuaſit* etiam in V. C. Alm. Locat. Ald. ſed reliquæ omnes recte *pervaſit*; ut Cicero, & optimus quiſque Latinitatis auctor, loqui ſolent.

109. *Grata ſunt hæc.*] *Grata hæc*; Voſſ. ſec. & mox *delectant* malebat Francius.

non quaſi audiverint, ſed quaſi invenerint. Nobis prima ſit virtus [110] perſpicuitas; propria verba, [111] rectus ordo, non in longum dilata [112] concluſio; [113] nihil neque deſit, neque ſuperfluat. Ita ſermo & doctis [114] probabilis, & planus imperitis erit. [115] Hæc eſt eloquendi obſervatio. Nam rerum perſpicuitas quo modo præſtanda ſit, [116] diximus in præceptis *narrationis*. Similis autem ratio eſt in omnibus. Nam ſi neque pauciora, quam oportet, neque plura, neque inordinata aut indiſtincta dixerimus, erunt dilucida, & negligenter quoque audientibus aperta; quia [117] id ipſum in conſilio eſt habendum, non ſemper tam eſſe acrem judicis intentionem, ut obſcuritatem [118] apud ſe ipſe diſcutiat, & tenebris orationis inferat quoddam intelligentiæ ſuæ lumen; ſed multis eum frequenter [119] cogitationibus avocari; niſi tam clara fuerint quæ dicemus, ut in animum ejus oratio, ut ſol in oculos, etiamſi in eam non [120] intendatur, incurrat. [121] Quare, non ut intelligere poſſit, ſed ne omnino poſſit non intelligere, curandum. Propter quod etiam [122] repetimus ſæpe, quæ non ſatis percepiſſe [123] eos, qui cognoſcunt, putamus: [124] *Quæ cauſſa utique noſtra culpa dicta obſcurius eſt; qua cauſſa ad planiora & communia magis verba deſcendimus*; cum id ipſum optime fiat, quod nos [125] aliquando non optime feciſſe ſimulamus.

110. *Perſpicuitas.*] *Perſpicuitatis;* Locat. Ald. Gryph. Colin. Vaſcoſ. Steph. Vidor.

111. *Rectus ordo.*] Verborum ſit rectus ordo, *parentheſibus* longis aut frequentioribus non implicetur, *anaſtrophis*, *ſynchyſibus*, aliiſve *hyperbati* formis non perturbetur. CAPPER.

112. *Concluſio.*] Id eſt, periodi clauſula non longius quam par eſt, differatur. CAPPER.

113. *Nihil deſit, neque ſuperfluat.*] Neque tamen eas *pleonaſmorum* & *ellipſeon* ſpecies, quas bonorum ſcriptorum uſus approbavit, improbat Fabius, qui ſolos figurarum abuſus hic & alibi damnat, ut paſſim ipſe profitetur. CAPPER.

114. *Probabilis.*] Δόκιμος, εὐδόκιμος, *approbatione dignus*; non vero πιθανός, *credibilis*, *veriſimilis*, &c. nam, ut e Cicerone referet cap. ſeq. *Probabile ducitur id, quod non plus minuſve eſt, quam decet.* CAPPER.

115. *Hæc eſt eloquendi.*] *Hæc eloquendi*; V. C. Alm.

116. *Diximus.*] Lib. IV. 2. de *narratione*.

117. *Id ipſum in conſilio eſt habendum.*] Animadvertendum eſt, & diligenti maturaque obſervatione perpendendum; cum deliberamus de cujuſdam ſtyli ſeu elocutionis ratione ac certa methodo, id ante omnia cogitandum eſt, ſcilicet *non ſemper tum eſſe acrem judicis intentionem*, &c. quo fere ſenſu Alexander apud Quint. Curtium lib. III. de Dario dicebat: *fortunam meam in conſilio habuit*; id eſt, ex malo rerum mearum ſtatu, quid ſibi agendum eſſet, deliberavit. CAPPER.

118. *Apud ſe ipſam diſcutiat.*] Ut *ipſe* legatur, & ſenſus & ratio exigit: *quoddam* præterea, non *quiddam*, legendum eſſe patet. REGIUS. *Apud ſe ipſa;* MSS. Voſſ. ſec. & Vallæ lib. *apud ſe ipſam*; Locat.

119. *Cogitationibus avocari; niſi.*] *Avocari neceſſe eſt, niſi;* Ald.

120. *Intendatur.*] Abſolute hoc verbum poni, multis docuit Heinſ. ad Valer. Flac. VII. 114.

121. *Quare non.*] Non tam affectanda eſt perſpicuitas, quam vitanda eſt obſcuritas: quanquam qui obſcuritatem vitavit, dilucidus erit: ſed ita pronunciavit Fabius arguiſſimam ſententiam. TURNEB.

122. *Reperimus.*] *Repetimus* legendum eſſe, facile ex ipſo percipitur ſenſu. REGIUS.

123. *Eos qui cognoſcunt.*] Judices qui de cauſſa, quam agimus, cognituri ſedent & ſententiam laturi. CAPPER.

124. *Quæ cauſſa.*] Verba ſunt oratoris id repetentis; quod dictum eſt aliquanto obſcurius. TURNEB.

125. *Aliquando.*] *Aliquid;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Val. lib.

CAPUT III.

De ornatu.

III. VENIO nunc [1] ad ornatum: in quo ſine dubio plus, quam in cæteris dicendi partibus, ſibi [2] indulget orator. Nam emendate quidem [3] ac dilucide dicentium tenue præmium eſt, [4] magiſque vitiis carere, quam ut aliquam magnam virtutem adeptus eſſe videaris. *Inventio* cum imperitis ſæpe communis: *diſpoſitio* modicæ doctrinæ credi poteſt: [5] & quæ ſunt artes altiores, plerumque occultantur, ut artes ſint: denique omnia hæc ad utilitatem *cauſſarum* ſolam referenda ſunt. Cultu vero atque ornatu ſe quoque commendat ipſe, qui dicit, & in cæteris judicium doctorum, in hoc vero etiam popularem laudem petit. [6] Nec fortibus modo, ſed etiam fulgentibus armis præliatus in *cauſſa* eſt [7] Ci-

Rodolphus Agricola oratorem ait a cæteris maxime ornatu differre, quod idem Fabius innuit: eſt autem ornatus poſitus in ſingulis verbis, aut conjunctis; tum in *tropis*, *figuris*, *ſententiis*, *amplificationibus*, apta collocatione & compoſitione: de quibus omnibus eſt deinceps acturus Fabius. TURNEB.

1. *Ad ornatum.*] De quo vide Ciceron. III. *de Orat.* 91-104. & 147-170. *in Orat.* 75-86. ROLLIN.

2. *Indulget orator.*] *Orator indulget;* Obrecht.

3. *Ac dilucide.*] *Ac lucide;* V. C. Alm. & Vallæ liber.

4. *Magiſque vitiis.*] Francius volebat *magis ut vitiis carere*.

5. *Et quæ ſunt artes.*] Artificium, quod adhibetur ad orationis *œconomiam*, & *cauſſæ* utilitatem, latere debet; quia (ut ait Fabius) *ars deſinit, cum apparet:* at vero orator perſæpe orationis cultum & ornatum oſtentat. TURNEB.

6. *Nec fortibus modo.*] Arma fortia ſunt τὰ rationum momenta & argumenta; fulgentia vero, τὰ orationis ornamenta. CAPPER.

7. *Cicero Cornelii.*] Ambiguum eſt, idne ſit intelligendum de *cauſſa* Cornelii illius, qui proditionis accuſatus fuit; an vero de *cauſſa* Cornelii Balbi; ſi quidem utrobique miram præſtitit eloquentiam & ornatum Cicero. TURNEB. Ego pro C. Cornelio, qui majeſtatis imminutæ fuit

cero Cornelii: [8] qui non aſſecutus eſſet, [9] docendo judicem tantum, & [10] utiliter demum, ac [11] Latine, perſpicueque dicendo, ut populus Romanus admirationem ſuam non acclamatione tantum, ſed etiam plauſu confiteretur. Sublimitas profecto, & magnificentia, & nitor, & auctoritas expreſſit [12] illum fragorem. Nec tam inſolita laus eſſet proſecuta dicentem, ſi uſitata, & cæteris ſimilis fuiſſet oratio. Atque ego illos credo, qui aderant, nec ſenſiſſe, quid facerent, nec ſponte judicioque plauſiſſe, [13] ſed velut mente captos, &, quo eſſent in loco, ignaros erupiſſe in hunc voluntatis affectum. Sed ne *cauſſæ* quidem [14] parum confert idem hic orationis ornatus. Nam qui libenter audiunt, & magis attendunt, & facilius credunt; plerumque ipſa delectatione capiuntur; nonnunquam admiratione auferuntur. [15] Nam & ferrum affert oculis terroris aliquid, & fulmina ipſa non tam nos [16] confunderent, ſi vis eorum tantum, [17] non etiam ipſe fulgor timeretur. Recteque Cicero his ipſis [18] ad Brutum verbis quadam in epiſtola ſcribit: *Nam eloquentiam, quæ admirationem non habet, nullam judico.* [19] Ariſtoteles [20] quoque eamdem petendam maxime putat. Sed hic ornatus (repetam enim) [21] virilis, fortis, & ſanctus ſit: nec effeminatam [22] levitatem, nec fuco eminentem [23] colorem amet: ſanguine & viribus niteat. Hoc autem adeo verum eſt, ut, cum [24] in hac maxime parte ſint [25] vicina virtutibus vitia, etiam qui vitiis utuntur, [26] virtutis tamen his nomen imponant. Quare [27] nemo ex corruptis dicat, me inimicum eſſe [28] culte dicentibus. [29] Non nego hanc eſſe vir-

accuſatus, orationem, intelligi puto, quæ maximo applauſu populi excepta eſt. Et certe popularis maxime hæc erat *cauſſa*: cum Balbi, de quo Regius capit, in privati hominis jure verſaretur: cæterum, *præliatus eſt in cauſſa Cornelii Cicero*, habet Ald.

8. *Cujus ſecutus eſſet.*] Varie hic locus legitur in exemplaribus: qua ex re facile colligitur eſſe corruptum; in aliis namque legitur *cum conſecutus*; hic vero *cujus ſecutus.* Quorum neutrum ſenſui convenire videtur. Quod ſi leviter immutandis verbis emendare depravata licet, *cujus* loco, duæ dictiones *qui non*, cum ſyllaba *as*, mihi adſcribendæ videntur hoc modo: *Qui non aſſecutus eſſet*, &c. Sic enim perſpicuus eſt ſenſus, nec quicquam verborum tollitur, quæ oblita ac potius eraſa in quibuſdam exemplaribus ſenſum minus aptum, minuſque abſolutum reddunt. Quidam enim vir inſignis, cum aliter hunc locum corrigere neſciret, decem verba ex hoc ſenſu eradere ſibi permiſit, quod quidem nimium eſt magnæ arrogantiæ. Sic enim legit: *Conſecutus dicendo, ut populus Romanus admirationem ſuam non acclamatione tantum, ſed etiam plauſu confiteretur.* Hoc vero mihi non corrigere, ſed corrumpere libros videtur. Regius. *Nec conſecutus eſſet docendo*, &c. Ald. *qui non aſſecutus eſſet docendo*, &c. Vidov. Steph. Baſil. *qui non aſſecutus eſt docendo*; Colin. *cum ſecutus* (pro *aſſecutus*) *eſſet dicendo, ut populus Romanus*, &c. MS. Bodl. *conſecutus eſſet dicendo, ut P. R.* &c. MSS. Alm. Voſſ. ſec. *cum aſſecutus eſſet dicendo, ut P. R.* Obrecht. marg. Sich. Baſil. *conſecutus dicendo*; Andr. non auſus fui tot verba expungere: quæ, licet abeſſe poſſent, non tamen plane ſupervacua mihi videntur, & otioſa. Burman.

9. *Docendo judicem tantum.*] Si ſolummodo judicem validis argumentis (quæ materia eſt *inventionis* oratoriæ) docuiſſet. Capper.

10. *Utiliter demum.*] Id eſt, ſolummodo utiliter ad *cauſſam* obtinendam; nam τὸ *demum* in Fabio ſæpe pro τῷ *ſolum* uſurpatur. Capper.

11. *Latine, perſpicueque dicendo.*] Si Latine & perſpicue ſolummodo dixiſſet; ſi ejus oratio duas tantum priores *elocutionis* dotes, latinitatem videlicet & perſpicuitatem habuiſſet; ſed ornatu (quæ tertia eſt & præcipua virtus *elocutionis*) caruiſſet. Capp.

12. *Illum fragorem.*] Hoc eſt, acclamationem & plauſum, de quibus paulo ſupra. Capp.

13. *Sed velut mente.*] *Sed* deeſt in Voſſ. ſecund.

14. *Parum conferat.*] *Confert* legendum eſt. Regius. *Conferat*; Voſſ. ſec. Locat.

15. *Nam & ferrum affert oculis.*] Vide Vegetium libr. II. cap. 14. & noſtrum lib. X. cap. 1. Jan. Gebhard. Crepund. lib. III. cap. 2. pag. 107. Pareus. Cæterum hic τὸ *ferrum* eſt gladius, enſis ex ferro, &c.

16. *Confunderent.*] Conturbarent, perturbarent.

17. *Non etiam ipſe fulgor.*] Antiqui fulgura & fulminum fulgorem ſummopere timuerunt, ſolebantque ea *poppyſmis* (ut ait Plinius) adorare; opinor, quo averterent malum Turneb. *Fulgor tantum timeretur.*] *Tantum* iterato poſitum, ut redundans, omnino eradatur. Regius.

18. *Ad Brutum.*] Eſt ex epiſtolis ad Brutum fragmentum: *quadam epiſtola*; Voſſ. ſec. Obrecht.

19. *Ariſtoteles*] Maxime Rhetor. ad Theodecten, & ad Alexandrum. Philand.

20. *Quoque eamdem.*] *Eamdem* non habet V. C. Alm.

21. *Virilis.*] *Viri, ſed fortis*; Voſſ. ſecund. *& fortis*; Obrecht.

22. *Levitatem.*] Τὴν λειότητα, non vero τὴν κουφότητα intellige. Capp.

23. *Colorem manet.*] Sic quidem legitur, præterquam quod in quibuſdam exemplaribus ſcriptum eſt, *& fucco eminentium colorum manet*, ſed corrupte. Neque enim copula *&* diſſimiles caſus connectere ſolet. Hic vero unius verbi levi immutatione corrigitur hic ſenſus, qui nullo pacto a ſolœciſmo defendi antea poterat. *Manare* namque, cum abſolutum ſit, cum accuſativo citra præpoſitionem jungeretur, quod vix Poëtæ permitteretur, nedum oratori. Quare, loco illius *manet*, hoc verbum *amet* reponatur, *levitatem* etiam pro *lenitatem*, ac, loco illius copulæ *&*, *nec* locetur, hoc modo: *nec effeminatam levitatem, nec fuco eminentem colorem amet.* Eſt enim tranſlatio a mulieribus ſumpta, quæ & vellendo corpora molliora levioraque reddunt, & fucando rubicundiora Regius. *Et fuco e. c. amet*; Voſſ. ſec. *& fuco em. col. manet*; Locat. Ald. *nec fuco eminentem colorem habeat*; marg. Baſil. *& fuco eminentium colorem amet*; Obrecht. Ego *eminentem colorem* minime mutarem; ſimiliter enim Petronius cap. CXVIII. *Curandum ne ſententiæ emineant extra corpus orationis, ſed intexto veſtibus colore niteant*: & ita *eminentiora*, quibus *reductiora* opponuntur, in pictura noſter laudat lib. XI. cap. 3. ubi vide & Jun. de Pictur. lib. III. cap. 3. Burman.

24. *In hac maxime parte.*] *Maxima*; Voſſ. ſec.

25. *Vicina virtutibus vitia.*] Quæ una cum virtutibus irrumpunt; quia mala bonis adhærent, & in animis hominum potentiora ſunt. Vide Lact. lib. I. cap. 20. Juven. Sat. XIV.

Fallit enim vitium ſpecie virtutis, & umbra.

nec abs re Ovid. de Remed. 323.

Et mala ſunt vicina bonis: errore ſub illo
Pro vitio virtus crimina ſæpe tulit.

Baſilius M. de vera virginitate: *Proxima enim, & velut contiguis januis Gentiles quoque aiunt vitia eſſe virtutibus.* Almelov.

26. *Virtutis nomen imponant.*] Cognata his ſunt verba Lactantii lib. I. cap. 18. de primis Diis: *Qui inanis gloriæ ſpecie capti, ſceleribus ſuis nomen virtutis imponunt.* Turneb.

27. *Nemo ex corruptis.*] Corruptos vocat, qui ſententiolas & acumina ſectando nimia cultus affectatione, & quaſi muliebribus lenociniis, veræ & maſculæ eloquentiæ dignitatem corruperant: quod vitium ætate Fabii maxime invaluerat. Rollin.

28. *Culte dicentibus.*] *Dicentibus* legatur. Regius.

29. *Non nego hanc.*] *Non hanc eſſe virtutem*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. & ante Regium etiam ita legebatur. Fa-

turem ; ſed [30] illis eam non tribuo. [31] An ego fundum cultiorem putem, in quo mihi quis oſtenderit lilia & violas, & amœnos [32] fontes ſurgentes, quam ubi plena meſſis, aut graves fructu vites erunt? [33] Sterilem platanum, [34] tonſaſque myrtos, quam [35] maritam ulmum & uberes oleas præoptaverim? [36] Habeant illa divites: licet. Quid eſſent, ſi aliud nihil haberent? [37] Nullusne ergo etiam fructiferis adhibendus eſt decor? quis negat? Nam & in ordinem certaque intervalla [38] redigam eas arbores. [39] Quid enim illo quincunce ſpecioſius, qui, in quamcumque partem ſpectaveris, rectus eſt? Sed protinus in id quoque prodeſt, ut terræ ſuccum [40] æqualiter [41] trahant. Surgentia in altum cacumina oleæ ferro coërcebo : [42] in orbem ſe formoſius fundet, & protinus fructum ramis [43] pluribus feret. [44] Decentior equus, cujus [45] adſtricta ſunt ilia ; [46] ſed idem velocior. Pulcher aſpectu [47] ſit athleta, cujus [48] lacertos exercitatio expreſſit; [49] idem certamini paratior. [50] Nunquam vera [51] ſpecies ab utilitate dividitur. Sed hoc quidem diſcernere, modici judicii eſt. [52] Illud obſervatione dignius, quod hic ipſe [53] honeſtus ornatus pro materiæ genere

bii ſenſus eſt: τὸ culte & ornate dicere, non nego unam eſſe ex oratoris virtutibus. CAPPER.

30. *Illis.*] Corruptis oratoribus, quos eruditus Rollinus nativis coloribus mox depingebat. CAPPER.

31. *An ego fundam.*] Eos, quos appellant *hortos Adonidis & hortos coronamentarios*, comparat laſcivæ & nimis cultæ *elocutioni :* fundos autem fructuoſos compatat ornatui virili. TURNEB.

32. *Fontes ſurgentes.*] *Scaturientes;* Baſil.

33. *Sterilem platanum.*] Olim platanus, alioqui ſterilis, in deliciis tamen habebatur Magnatum, propter ſolam umbram. Vide Plinium lib. XII. 1. TURNEBUS. Virgil. II. Georg. 70. *ſteriles platanos* vocat. PHILAND. ut & Ovid. de Nuc.

At poſtquam platanis, ſteriles prabentibus umbras,
Uberior quavis arbore venit honos.

34. *Tonſæ myrti.*] Id eſt, quarum folia & rami nimis luxuriantes amputantur, ut elegantem præbeant ſpeciem; ut Horat. IV. Od. 4.

Duris ut Ilex tonſa bipennibus.

Errare enim Matium lib. I. opinion. cap. 3. putamus, qui *tonſas valles* interpretatur *ſylvoſas, denſas, herboſas :* cum ſint, ut recte Servius ad IV. Georg. 27. 7. non ſylvoſæ, ſed in quibus falce frondes ſunt reſectæ, ut ita *tonſis mantilia villis* I. Æneid. 702. quorum longiores villi deciſi ſunt, & *tonſa olivæ folia.* III. Georg. 21. & *tonſæ novales* ibid. v. 71. & paſſim ita *tondere* prata & herbas pecora dicuntur. *Myrtos tonſas* autem opponit *intonſis*, ut Statius lib. IV. ſilv. 7. vocat, quæ fructus ferebant, & ex quarum baccis vinum myrtites fiebat. Vide Columel. XII. 38. ex ligno autem haſtæ & alia, cum tonſæ tantum ad ſpeciem eſſent. BURMAN.

35. *Maritam ulmum.*] *Maritam* appellant, quia ulmis vites adjunguntur, ut docet Virgil. in Georg. I. 2. PHILAND. Catul. Carm. Nup.

At ſi forte eadem eſt ulmo conjuncta marito, &c.

ALMELOV. Ita contra *calebs platanus.* Horatio II. Od 15. ubi vide Scholiaſtas.

36. *Habeant illa divites: licet. Quid eſſent, ſi &c.*] Lectorem non celabo aliam, quæ horum verborum eſſe poſſet, interpunctionem hujuſmodi : *habeant illa divites : licet quid eſſent?* &c. quaſi ſcripſiſſet Fabius, *quanquam quid eſſent?* cui quidem interpunctioni plurimum favent editiones Vaſc. Steph. Rollin. CAPPER.

37. *Nulluſne ergo etiam.*] *Etiam* deeſt in Voſſ. ſec.

38. *Redigam eas arbores.*] Ita MSS. Bodl. Alm. Andr. Ald. Par. Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Oxon. Obrecht. qui tamen in curis ſecundis *meas*, ut Voſſ. ſec. & Leidenſis editio : ſed male ; reſpicit enim *fructiferas*, quæ, licet non ad deambulationem, ut infructuoſæ arbores (vid. leg. XIII. §. 4. ff. de uſufr.) ſint poſitæ, tamen ordine certo & decore ponendæ ſunt : *m* litera repetita ex ultima ſyllaba verbi *redigam*. BURMAN.

39. *Quid illo quincunce ſpecioſius, quid in q. p. ſ. rectius eſt.*] *Enim* particula mihi videtur adſcribenda, & *qui*, litera *d* eraſa, & *rectus*, vocali *i* expuncta, ut legatur, ſenſus expoſcit: *Quid enim illo quincunce ſpecioſius, qui, in q. p. ſ. rectus eſt. Quincunx* autem hoc loco dicitur ſpatium quinque unciarum, quod inter hortorum arbores relinqui conſuerit, ut & Xenoph. in Cyrop. & Cicer. in Senect. cap. XVII. teſtantur. *Uncia* enim non ſolum ponderibus, ſed etiam menſuris adhibetur: hæc autem de ſecundo Virgil. Georg. 284. ſumpta videntur :

Omnia ſint paribus numeris dimenſa viarum,
Non animum modo uti paſcat proſpectus inanem :
Sed quia non aliter vires dabit omnibus aquas
Terra. REGIUS.

Quincunx eſt, cum ita arbores conſeruntur, ut primus ordo cum ſecundo efficiat *quincuncialem formam, id eſt, formam V literæ Latinæ :* tum autem & directi verſus ſunt, & æqualia intervalla : eſt autem hic locus expreſſus ex loco Virgiliano. TURNEB. *Quid, in quamc. p. ſ. rectius eſt?* Ald. Baſil. Colin. quæ lectio mihi minime diſplicet : *vineam in quincuncem diſponere*, dixit & Columel. lib. III. cap. 13.

40. *Æqualiter.*] *Æqualitate*; V. C. Alm.

41. *Trahant.*] Arbores illæ fructiferæ in quincuncem diſpoſitæ.

42. *In orbem ſe fundant.*] *Fundet* mihi legendum videtur, ut modi ſimiles & numeri copulentur. REGIUS. *Ferro coërcendo in orbem ſ. f. fundant*; Locat.

43. *Pluribus feret.*] *Pluribus & feret;* Voſſ. ſec. forte *efferet.*

44. *Decentior equus.*] Xenophon in *Oeconomico*, & Cicero in *Catone.*

45. *Adſtrictus ilia.*] *Adſtricta* legendum eſſe, ne admonitione quidem dignum videtur : *ſunt* vero verbum eſt adſcribendum hoc modo : *cujus adſtricta ſunt ilia.* REGIUS. *Cujus adſtrictus ilia;* Locat. *cujus adſtricta ilia*; Voſſ. ſecund. Columel. lib. VI. cap. 29. inter ea, quæ in forma equi requirit, numerat *ventrem ſubſtrictum.* Vide Cerdam ad Virgil. III. Georg. 80. & ita *ſuccincta pineta;* Ovid. XV. 603. ubi vide Heinſ.

46. *Si idem velocior.*] *Sed idem;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Par. Vaſc. Steph. Obrecht. quod placet : non intellexerunt vim particulæ *ſed* librarii, qui putabant, ea poſita, aliquid demi & imminui ex iis, quæ præceſſerant. Si enim dixiſſet, *non decentior, ſed velocior*, recte iis proceſſiſſe oratio videri poterat : ſed ignari antiquæ elegantiæ, *ſi* ſuppoſuerunt; *ſed* enim hic pro *ſed etiam* ponitur, & elegans *ellipſis* eſt particularum *non modo* in præcedentibus, ut integer ſit ſenſus : *non modo decentior equus, cujus ſunt ilia adſtricta, ſed idem velocior.* De qua vide egregie Victor. ad Cicer. III. ad Att. 15. *ſed* pro *ſed etiam* ſæpe a Cicerone quoque poni, docuit Manut. ad Cicer. I. ad Famil. 6. BURMAN.

47. *Sit athleta.*] *Si*; Baſil.

48. *Lacertos expreſſit.*] Vide ſupr. ad cap. I. hujus libri, lib. XII. cap. 10. dixit *lacertos exercitatione conſtringere.*

49. *Idem certamini.*] *Sed idem* Vaſcoſ. recte, ut in præcedenti exemplo.

50. *Nunquam vera ſpecies.*] *Nunquam vero ſpecies*; MS. Bodl. Vaſc. Steph. marg. Sich. Baſil. *mera ſpecies*; V C. Alm. & Locat. fortaſſe recte : ut, ſi nihil aliud, niſi ſola ſpecies, adſit, non ſufficiat, ſed ea cum utilitate debeat eſſe conjuncta. De voce *merus* vide Pincier. parerg. lib. IV. capp. 43. & 44. & ita *verus* & *merus* in MSS. confundi, patet ex notis Jureti ad Symmach. I. Epiſt. 25. BURMAN.

51. *Species.*] Τὸ εἶδος, decor. CAPPER.

52. *Illud obſervatione dignius.*] Docet ornatum variari pro *cauſſarum* ratione; alium ſiquidem flagitat *cauſſa demonſtrativa*, alium *cauſſa deliberativa.* Ait præterea in ipſis *cauſſis* ornatum variari pro re ; res enim tenuis alium poſtulat ornatum, gravis alium. TURNEBUS.

53. *Honeſtus orator materiæ genere.*] Ut *ornatus*, non *orator*, legatur, ac *pro* præpoſitio adſcribatur, ſenſus expoſcit hoc modo : *Quod hic ipſe honeſtus ornatus pro materiæ genere*, &c. REGIUS. *Honeſtus orator materiæ*; Locat. *honeſtus*

[54] debet eſſe variatus. Atque, ut a prima diviſione ordiar, non idem demonſtrativis, & deliberativis, & judicialibus cauſſis conveniet. [55] Namque illud genus, [56] oſtentationi compoſitum, ſolam petit audientium voluptatem; ideoque [57] omnes dicendi artes aperit, ornatumque orationis exponit; ut qui non inſidietur, nec ad victoriam, [58] ſed ad ſolum finem laudis & gloriæ tendat. Quare quidquid erit [59] ſententiis populare, verbis nitidum, figuris jucundum, [60] tranſlationibus magnificum, [61] compoſitione elaboratum, velut [62] inſtitor quidam eloquentiæ, intuendum, & pene pertractandum dabit. Nam eventus ad ipſum, non ad cauſſam, refertur. At, [63] ubi res agitur, & vera dimicatio eſt, [64] ultimus ſit famæ locus. [65] Præterea [66] non debet quiſquam, ubi maxima rerum momenta verſantur, de verbis eſſe ſolicitus. Neque hoc eo pertinet, ut [67] in his nullus ſit ornatus; ſed uti preſſior & ſeverior, [68] eo minus confeſſus, præcipue [69] ad materiam accommodatus. Nam & [70] ſuadendo ſublimius aliquid ſenatus, concitatius populus, & in judiciis publicæ capitaleſque cauſſæ poſcunt accuratius dicendi genus. [71] At privatum conſilium cauſſaſque [72] paucorum, ut frequenter accidit, calculorum, purus ſermo, & diſſimilis curæ magis decuerit. [73] An non pudeat certam creditam pecuniam [74] periodis poſtulare? [75] aut circa ſtillicidia [76] affici? [77] aut in mancipii redhibitione ſudare? Sed ad propoſitum. [78] Et quoniam orationis tam ornatus, quam perſpicuitas, aut in ſingulis verbis eſt, [79] aut in pluribus poſitus; quid ſeparata, quid conjuncta exigant, conſideremus. Quanquam rectiſſime traditum eſt, perſpicuitatem propriis, ornatum [80] tranſlatis verbis magis

ornator materiæ.; Voſſ. ſec. *honeſtus oratori genere debet*; V. C. Alm. forte abſorpta una fuit vox ob affinitatem literarum, & legendum: *Quod hic ipſe honeſtus ornatus oratori pro materiæ genere debet eſſe variatus.* BURMAN.

54. *Debet eſſe variatus.*] *Decet variatus*; Obrecht.

55. *Namque illud genus.*] *Epidicticum genus*, quod ad ſolam comparatum eſt oſtentationem, liberrimum admittit ornatum, ut docuit Fabius lib. III. Unde Ariſtoteles in hoc potiſſimum genere putat educandos eos, qui ad eloquentiam aſpirant. Generi autem *epidictico* magna ex parte *demonſtrativum* ſubjicitur. TURNEB.

56. *Oſtentationis compoſitum.*] *Oſtentationi* legatur. *Demonſtrativum* autem genus ad oſtentationem maxime videtur eſſe comparatum. REGIUS.

57. *Omnes dicendi artes.*] *Dicendo*; Voſſ. ſec.

58. *Sed ad ſolum finem laudis & gloriæ tendat*] Ita nos: ita & omnes codices ſaniores. *Sed ad ſolam fidem laudis & gloriæ tendat*, editionis Lugdunenſis lectio: digna omnino, quæ rejiciatur, cum neque ſenſum habet, nec auctoritatem. GIBSON.

59. *Sententiis populare.*] Ταῖς διανοίαις δημοτικὸν, vulgare, quod ad ſenſus & mentis conceptus attinet, communi omnium intellectui accommodatum. CAPPER.

60. *Tranſlationibus.*] Ταῖς μεταφοραῖς, *metaphoris*, immo & cæteris *tropis*. CAPPER.

61. *Compoſitione.*] Τῇ τῶν ὀνομάτων συνθέσει (ut loquitur Dionyſius Halicarnaſſ. in peculiari de hac re opuſculo) id eſt, apta vocabulorum collocatione. CAPPER.

62. *Inſtitor.*] Elegans hæc comparatio, qua & utitur infr. lib. XI. 1. Quo ſpectarunt jam præcedentia illa verba: *Artes aperit*, & *ornatum exponit*, & nunc *intuendum*, & *pene pertractandum dabit.* Ita enim merces ſuas exponere, & emptores allicere ſolebant inſtitores. Ovidius I. Art. 421.

Inſtitor ad dominam veniet diſcinctus ementem,
Expediet merces, teque ſedente, ſuas.
Quas illa inſpicias, ſapere ut videare, rogabit, &c.

Illud vero *pertractare* ſpectat etiam mangones, qui exponebant nudas ancillas, ut inſpicerent & pertractarent emtores: quo reſpicit Sueton. Aug. 69. *Et conditiones quæſitas per amicos, qui matres familias & adultas ætate virgines denudarent, atque perſpicerent, tanquam Thoranio mangone vendente.* Ubi vide Caſaub. BURMAN.

63. *Ubi res agitur & vera dimicatio eſt.*] Cum oratio in genere *deliberativo* habetur, ubi agitur de gravis momenti negotio; itemque in genere *judiciali*, ubi actor & reus de bonis & ipſa vita dimicant. CAPPER.

64. *Ultimus ſit famæ locus.*] Famæ ſuæ rationem poſtremo demum habeat orator. In edition. Steph & Rollin. pro τῷ *ſit*, legitur *ſit* eum leviſſimo ſenſus diſcrimine. CAPP.

65. *Propterea.*] *Præterea*; Vallæ lib. Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht. & ita jam Philander emendavit.

66. *Non debet quidem.*] *Quidem* ſane in aliis quoque legitur exemplaribus: ſed, *quiſquam* ut legatur, ſenſus expoſcit. REGIUS. *Non debet quidem*; V. C. Alm. *non debet quidem*; Voſſ. ſec. Locat.

67. *In his.*] In orationibus generis *deliberativi*, vel etiam *judicialis*, ubi (ut ait Fabius) *res agitur & vera dimicatio eſt.* CAPPER.

68. *Eo minus.*] *Eo* Rollino ſupervacuum, & ex ſuperiori verſu irrepſiſſe videtur: *& minus*; Obrecht.

69. *Ad materiam accommodatus.*] *Præcipue materia accommodatus*; V. C. Alm. forte pro *materiæ*.

70. *Suadendo.*] In *ſuaſoriis*, ſeu *deliberativi* generis oratione. CAPPER.

71. *Ad privatum conſilium cauſſas paucorum.*] Unius literæ immutatione ſæpenumero totus confunditur ſenſus; niſi enim *At* legatur, & particula *que* adſcribatur, integer ſenſus non percipitur, hoc modo: *At privatum conſilium cauſſaſque.* REGIUS. Hæc porro verba *privatum conſilium* deſignant *ſuaſorii* generis orationem, quæ ad privatum quempiam dirigatur. CAPPER.

72. *Paucorum calculorum.*] Ubi pauci ſunt judices, qui ſuffragium ferant.

73. *An non pudeat.*] *At*; Voſſ. ſec.

74. *Periodis poſtulare.*] *Oratione periodis conſuta poſtulare*; marg. Baſil.

75. *Aut circa ſtillicidia.*] Cicer. *Orat.* cap. 12. *Quam enim indecorum eſt, de ſtillicidiis cum apud unum judicem dicas, ampliſſimis verbis, & locis uti communibus; de majeſtate vero populi Romani, ſubmiſſe & ſubtiliter?* Videtur ex ſcriptoribus antiquis Romanis, quotidianam litem fuiſſe ex ſtillicidio. Vide & Martial. VI. Epig. 19. Lactant. lib. de falſa religione cap. 1. ALMELOV.

76. *Affici.* Animi affectibus commoveri. CAPPER.

77. *Aut mancipia redhibitione ſuadere.* Hoc ita depravatum eſt, ut nullus integer ſenſus eliciatur. Quid enim eſt, *mancipia redhibitione ſuadere?* ſic autem mihi corrigendum videtur, ut *in* præpoſitio adſcribatur, & *a* vocali in *i* converſa, *mancipii*, legatur; *ſuadere* expungatur, ac, ejus loco, *ſudare*, haud diſſimile verbum, reponatur hoc modo: *Aut in mancipii redhibitione ſudare*, hoc eſt, in agendo tanta uti vehementia, ut ſudorem emittas. REGIUS. Leg. *aut in mancipii redhibitione ſudare*: quid ſit autem *redhibere*, habes leg. 21. ff. de ædilit. ed. PHILANDER. *Aut mancipia redhibitione ſuadere*; Locatel. *aut mancipii r. ſudare*; Voſſ. ſecund. *in mancipiis redhibitione ſuadere*; V. C. Alm. Ita *ſudare* & *ſuadere* permutari in codicibus Lucretii lib. I. 173. notavit Lambin. & Claudiani III. Conſ. Hon. 146. Heinſius: *ſudare* vero proprium declamatoribus eſſe, vidimus ad Petron. cap. III. & XLIV. *Redhibitione.*] Redhibitio *eſt ex ædilitio edicto, cum quis tibi vendidit ſervum vitioſum aut morboſum, petiſque ut tibi precium reddat, & ſervum recipiat.* TURNEB.

78 *Et quoniam.*] *Et* deeſt in Voſſ. ſec.

79. *Aut in pluribus poſitus.*] Licet proxime præcedat *perſpicuitas*, prævalet tamen maſculinum genus, de quo ad Ovid. IV. Met. 177. latius agemus. BURMAN.

80. *Tranſlatis verbis.*] Id eſt, *metaphorice* ſeu *tropice* ſumptis. CAPPER.

egere : [81] ſciamus inornatum eſſe, quod ſit improprium. [82] Sed cum idem frequentiſſime [83] plura ſignificent, quod *συνωνυμία* vocatur, jam ſunt [84] aliis alia honeſtiora, ſublimiora, nitidiora, jucundiora, vocaliora. [85] Nam ut ſyllabæ e literis melius ſonantibus clariores ſunt, [86] ita verba e ſyllabis magis vocalia; &, [87] quo plus quæque ſpiritus habet, [88] auditu pulchrior. Et quod facit ſyllabarum, idem verborum quoque inter ſe copulatio, ut aliud alii junctum melius ſonet. [89] Diverſus eſt tamen uſus. Nam [90] rebus atrocibus verba etiam ipſo auditu aſpera magis [91] conveniunt. In univerſum quidem, [92] optima ſimplicium creduntur, quæ aut [93] maxime exclamant, aut ſono ſunt jucundiſſima. Et honeſta quidem turpibus potiora ſemper, [94] nec ſordidis unquam [95] in oratione erudita locus. Clara illa atque ſublimia [96] plerumque materiæ modo cernenda ſunt. [97] Quod enim alibi magnificum, tumidum alibi. [98] Et quæ humilia circa res magnas, apta circa minores videntur. [99] Et ſicut in oratione nitida [100] notabile eſt humilius verbum, & velut macula; ita [101] a ſermone tenui ſublime nitidumque diſcordat, fitque corruptum, quia [102] in plano tumet. Quædam non tam ratione, quam ſenſu judicantur; ut illud,

[103] ——— *Cæſa jungebant fœdera porca*

fecit elegans, fictio nominis: quod ſi fuiſſet *porco*, vile erat: in quibuſdam ratio ma-

81. *Sciamus inornatum eſſe.*] Proprietas maxime ad perſpicuitatem pertinet: eadem tamen facit orationem ornatam: quod apparet ex contrario, quia improprium facit orationem inornatam. TURNEB.

82. *Sed cum idem.*] Cum propria verba plura ſunt, rem eandem ſignificantia, quæ *polyonyma* & *ſynonyma* vocantur, pertinet ad ornatum, ut habeatur verborum delectus: hoc autem præceptum ſumptum eſt ex *Part.* Cicer. TURNEB.

83. *Plura ſignificet.*] *Significent* eſt legendum, ut intelligamus idem a pluribus ſignificari, quæ *ſynonyma* dicuntur. REGIUS. Idem Philander notavit.

84. *Aliis alia honeſtiora.*] Vide Ciceron. in *Partitionibus.* PHILAND. *Alia* omittit V. C. Alm.

85. *Nam ut ſyllaba*] Verborum vocalitas, gravitas, ſublimitas pendet a literis & ſyllabis, ut docet Dionyſius Halicarn. Eodem quoque modo compoſitionis dignitas pendet a dictionum ſuavitate, & apta copulatione & collocatione. TURNEB.

86. *Ita verba e ſyllabis.*] Hoc eſt, ita etiam vocabula, ſi e ſyllabis melius ſonantibus componantur, fiunt magis vocalia. CAPPER.

87. *Quo plus quæque ſpiritus habet.*] Syllaba quo plus habet pronunciationis, ſoni, vocalitatis, eo fit pulchrior auditu. Hic τὸ ſpiritus eſt aëris pulſus, qui vocem ipſam & ſonum efficit: hinc *verbum* dicitur quaſi *verberatio* aëris. CAPPER.

88. *Auditu pulchrius.*] Aut *auditur*, aut, quod magis probo, *pulchrior* mihi legendum videtur. REGIUS. *Pulchrius* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat.

89. *Diverſus eſt tamen uſus.*] Hic monet Fabius, varium eſſe horum verborum uſum pro materiæ ratione: itaque nonnunquam *aſpera* verba quadrant, nonnunquam clara, nonnunquam humilia, ſemper tamen honeſta conveniunt. TURNEB *Tamen eſt;* Obrecht.

90. *Rebus atrocibus verba ipſo auditu aſpera.* Sic apud Virgil. Æneïd. III. 658.

Monſtrum horrendum, informe, &c.

& apud Homerum Odyſſ. ἰῶτα 71.

Τείχεα τε πτερυγέεσσι διέσχισεν ἲς ἀνέμοιο.

CAPPER.

91. *Conveniunt.*] *Convenient;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

92. *Optima ſimplicium.*] Ea ſunt propria vel nativa, ut alibi auctor vocat, quæ nec ſine cauſſa hic *optima* dicit: Ἕκαστον γὰρ δὴ ἴδιον τι, καλόν ἐστι: *quod uniuſcujuſque rei proprium eſt, id pulchrum eſt.* Lucian. de conſcrib. Hiſtor. ALMELOV.

93. *Quæ aut maxime exclamant, aut ſono ſunt jucundiſſima.*] Hæc deerant in MSS. Ald. & Voſſ. ſec. in quo præterea deſiderantur *& honeſta quidem;* ſed legitur *quibus turpibus. Maxime exclamant.*] Id eſt, vocaliſſima ſunt, maxime ſonora, &c. CAPPER.

94. *Nec ſordidis.*] Supr. cap. 2. *nam & obſcœna vitabimus, & ſordida, & humilia.* ALMEL.

95. *In oratione erudita.*] *In oratione edita;* Voſſ. ſec.

96. *Plerumque materia cernenda.*] *Modo* ut adſcribatur, ſenſus expoſcit; & ita in quibuſdam legitur exemplaribus, ut ſit *materiæ modo.* REGIUS. Non habent *modo;* V. C. Alm. Locat. In Voſſ. ſec. tota hæc periodus *clara &c. ſunt,* deſiderabatur. *Cernenda ſunt.*] Ex rerum, quæ tractantur, natura & qualitate dijudicanda ſunt & æſtimanda. CAPPER.

97. *Quod enim.*] *Enim* deeſt in Voſſ. ſec. *Quod enim alibi.*] *Enim* non eſt in MSS. Alm. Voſſ. ſec.

98. *Et quo humilia.*] *Quæ* legendum eſſe, ne admonendum quidem videtur. REGIUS.

99. *Et ſicut in oratione.*] Orationi opponit ſermonem. PITHOEUS. Vide lib. I. cap. 2. in fin.

100. *Notabile.*] De hoc verbo vide Caſaub. ad Sueton. Cæſ. XLV. qui notat frequens fuiſſe poſterioris ævi ſcriptoribus: ſed hic in malam partem, pro quod notari & reprehendi meretur, ſumitur, ut & aliquoties Tacitus utitur: ſimiliter fere Sueton. Aug. 87. *Quotidiano ſermone quædam frequenter & notabiliter uſurpare.* Uſus tamen & Cicero lib. V. Epiſt. 12. *ſi vero exitu notabili concluduntur:* & Ovid. I. Met. 169.

Lactea nomen habet, candore notabilis ipſo.

BURMAN.

Dicitur itaque hic *notabile*, quaſi nota cenſoria dignum. CAPPER.

101. *A ſermone tenui.*] A ſtylo, ut aiunt, ſimplici. CAPPER.

102. *In plano tumet.*] Τὰς ἐξοχὰς, *eminentias* facit in loco plano, æquo, æquabili, &c. CAPPER.

103. *Caſa jungebant fœdera porca*] Humile fuiſſet, ſi *porco* dixiſſet, quanquam Servius exiſtimat abuſum eſſe Virgilium nomine. Nam *porcus* in fœderibus cæditur, *non porca:* ſed forte reſpexit ſuccidaneam hoſtiam, quia ſi *mas* non litabat, immolabatur *femina.* TURNEB. Servius in eum locum: *Falſo ait* Porca; *nam ad hoc genus ſacrificii porcus adhibebatur. Ergo aut uſurpavit genus pro genere; ut:* timidi venient ad pocula damæ. PITHOEUS. Eſt ex lib. VIII. 641. & Erythræus in Indice notavit, Feſtum etiam in voce, *Porci effigies*, porca cæſa firmata fœdera fuiſſe, docuiſſe. Vide & Taubmanni notas. Et ita Porphyr. ad Horat. I. od. 14.

Seu poſcat agna, ſive malit hædo.

attende feminino genere agnam maluiſſe dicere, quam agnum; ſecundum illud Virgilii: & cæſa jungebant fœdera porca. *Neſcio enim quomodo quædam elocutiones per femininum genus gratiores fiunt.* Quod vero Turnebus propter ſuccidaneam hoſtiam notat hoc fieri, fruſtra eſt, licet & ita Torr. ad Horat. Epod. IX. 22. ubi *intactas boves* dixit; cum melior ſit altera ratio, quam idem adducit Torrentius, Poetas feminino genere uti, ubi de hoſtiis ſermo eſt, licet agant de animali maſculo. Sic & Ovid. II. Faſt. 655. ex MSS.

Spargitur & cæſa communis terminus agna,
Nec queritur, lactens cum ſibi porca datur.

Sed & alias ſæpe animalia feminino genere efferunt; & ita *cerva* cum cornibus intelligenda, apud Valer Flac. VI. 70 ubi nos aliquando pluribus. BURMAN. Forte etiam τὸ *porca* elegantius eſt τῷ *porco*, quia litera hæc [A] vocalior & ſoni jucundioris, quam τὸ O. qua de re lege ſis Dionyſium Halicarnaſſ. in opuſculo *περὶ τῆς τῶν ὀνομάτων συνθέσεως, de vocabulorum collocatione.* CAPPER.

nifeſta eſt. Riſimus, & merito, nuper poëtam, qui dixerat:

[104] *Prætextam in ciſta mures roſere camilli.*

At Virgilii miramur illud:

——— *Sæpe exiguus mus.*

Nam *epitheton* [*exiguus*,] [105] aptum proprium effecit, ne plus exſpectaremus, & caſus ſingularis magis decuit, & clauſula ipſa unius ſyllabæ, non uſitata, addidit gratiam. [106] Imitatus eſt itaque utrumque Horatius:

[107] ——— *Naſcetur ridiculus mus.*

Nec augenda ſemper oratio, ſed [108] ſubmittenda nonnunquam eſt. Vim rebus [109] aliquando & ipſa verborum humilitas affert. An, cum [110] dicit in Piſonem Cicero, [111] *Cum tibi tota cognatio in ſarraco advehatur*, incidiſſe videtur in ſordidum nomen, non eo contemptum hominis, [112] quem deſtructum volebat, auxiſſe? Et alibi: *Caput opponis, cum eo* [113] *coniſcans.* [114] Unde interim grati idiotis joci; qualis eſt ille apud M. Tullium: [115] *Puſio, qui cum majore ſorore* [116] *cubitabat.* Et, [117] *Cn. Flavius, qui cornicum oculos confixit.* Et pro Milone illud: [118] *Heus ubi Ruſcio?* &, pro Vareno:

104. *Prætextam.*] Peccavit ille Poëta dupliciter, tum quod incidit in *amphibolium*, tum quod in re gravi, nomine eſt uſus humili. Igitur aliquo *epitheto* humilitatem nominis debuit ſublevare; quemadmodum viciſſim Virgilius, cum rem ſubtilem & tenuem deſcriberet, addito *epitheto* tenuiorem fecit & humiliorem. TURNEB. Ridiculus erat Poëta ideo, quod mures *camillos* vocaret, cum *camilli* ſint pueri, & ideo parvi & exigui; cum Virgilius rectius & ſine ſtulta adfectatione *exiguus mus* dixerit. Scalig. ad Feſtum in voce *Camilli* citat *prætextum*, niſi ſit error Operarum. Nam *prætextam* etiam Servius ad Virgil. I. Georg. 181. ubi idem obſervat, quod hic Fabius. BURMANNUS.

105. *Aptum proprium.*] *Aptatum proprium*; Obrecht.

106. *Imitatus eſt utrumque.*] Tum quod ad *caſum* ſingularem attinet, tum quod ad unius ſyllabæ clauſulam. CAPPER.

107. *Naſcetur.*] Art. Poët 139.

108. *Submittenda.*] Deprimenda, extenuanda per verborum humilitatem. CAPPER.

109. *Aliquando & ipſa*] *Aliquando ipſa*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald Obrecht.

110. *Dicit in Piſonem Cicero.*[Exſtat quidem hæc oratio; ſed mutilato tamen initio, cujus particulæ in Ciceronianarum orationum fragmentis reperiuntur. CAPPER.

111. *Cum tibi tota, &c.*] *Sarracum* appellant vehiculum, quo graviora geſtantur onera: eſt autem verbum ſordidum & mechanicum: ſed ita amplificavit turpitudinem Piſonis, qui omnia bona abliguriiſſet, ut totam familiam cum ſupellectile uno curru veheret. TURNEB. *In ſerraco*; Locat. Ald. Colin. Gryph. De *ſarraco* late agit Scheffer. libr. II. de re vehic. cap. 31. ubi refutat Turnebum, qui mechanicum eſſe verbum notavit, cum ſit peregrinum & barbarum, & ipſum genus vehiculi, quo non elegantiores, ſed agreſtes utebantur, qui plauſtris & ſarracis omnem familiam vehebant, ut ex Tibul. I. XI. 51. docet

Ruſticus e lucoque vehit, male ſobrius ipſe
Uxorem plauſtro progeniemque domum.

Cæterum MSS. Alm. Voſſ. ſec. habebant, *cognatio ſarraco advehatur.* BURMAN. His adde Siſennam qui lib. IV. Hiſtor. ſic ſcribit apud Nonium Marcellum: *Impedimenta collocant omnia, conſtruunt carros, & ſarraca crebra diſponunt*; & Fortunatianum, cujus hæc ſunt verba pag. 70. Rhetor. Pithœan. *Vulgaria ergo quæ ſunt? quibus utitur vulgus, id eſt, indocti ſine ratione atque lectione. Nam ſunt quædam verba, quæ, quamvis obſoleta ſint, tamen vitanda non ſunt, ſi nimium propria ſunt, & illis melius expeditur oratio; ut Marcus Tullius &* ſarracum (perperam editum erat *ſerracum*) *&* .... ſcalas *dicere non dubitavit.* CAPPER.

112. *Quem deſtructum volebat.*] Ita loquitur & Val. Max. lib. VI. cap. III. ext. 3. *ut ad Xerxis, quem paulo ante deſtruxerat, non debitam ſibi miſericordiam perfugere neceſſe haberet. Deſtruere regnum* ſæpe Juſtinus, & noſter *deſtruere teſtes*: de quo ad lib. II. cap. 17. BURMAN.

113. *Coniſcans.*] Verbum hoc opilionum eſt, a Comicis tamen uſurpatum, & a Cicerone quoque. Dicitur autem de arietibus, cum adverſis cornibus & frontibus incurrunt. Dicitur etiam *arietare.* TURNEB. Scribe *cum eo coniſcans*, quod ſolent arietes, cum frontem fronti opponunt. PHILAND. *Coniſcans*; MS. Bold. Andr. Venet. Ald. Colin. Gryph. *caput oppoſitionis cum eo coniſcans*; Voſſ. ſec. *toniſcans*; MS. Bal. marg. Sich. Baſil. *corniſcans*; Baſil. De hoc verbo vide Bochart. Hieroz. part. I. lib. II. cap. 46. & Creech. ad Lucret. II. 320. ubi tamen Lambinus *coruſcant*, vel potius *coruſſant* defendit; a quo non alienus quoque G. Junius in Indice; Becman. de Origin. Ling. Lat. in *Cinis* a Græco *κόνις*; ut ſit in pulvere verſari, ut athletæ ſolebant, quod & ſequitur Martinius, & Voſſius in Etymolog. quia pecudes ludentes ac concertantes aëra pulvere implent. BURMAN.

114 *Unde interim grati idiotis de quo qualis eſt ille apud.*] Aut hic aliquid ſenſus neceſſarium deeſt, aut certe duæ hæ dictiones *de quo* ſunt expungendæ. REGIUS. *Unde in Timocratis dictis, de quo, qualis eſt ille*; Vallæ lib. Voſſ. ſec. Ald. & marg. Vidov. (qui & *in cornicariis dictis*) & marg. Baſil. niſi quod *Timocrates* habet.

115. *Puſio.*] Pro Cœlio cap. 15.

116. *Dormitabat.*] *Cubitabat* recte in aliis legitur exemplaribus; ſic enim Cicero REGIUS. Dictio & humilis eſt & turpis: habet tamen ambiguitatem. Nam ita ſignificatur puellus & catamitus. TURNEB. *Cubitavit*; Stephan.

117. *Fabius qui.*] Ita quidem legitur; ſed *Flavius* legendum eſſe, facile ex oratione pro Muræna, cap. XI. unde hæc ſumpta ſunt, colligi poteſt. REGIUS. Scribe *& Cn. Flavius*: cornicum autem oculos configere, eſt vafros homines calliditate ſuperare. PHILAND. Videtur proverbium fuiſſe vulgare idiotarum atque ipſius plebis. Eſt autem proverbii ſenſus, ſeſe præſtare aliqua in re aliis peritiorem & callidiorem. Exiſtimat Eraſmus ortum ab aliquo apologo; neque tamen, qui ſit, commemorat. TURNEB. *Et Fabius qui*; Voſſ. ſec. forte ortum proverbium a magis & ſagis, quæ cornicum oculos effodiebant, magni & efficacis uſus eos credentes in rebus magicis. Vide Broukh. ad Prop. IV. v. 16. Utitur & hoc prov. Macrob. VII. Sat. 5. BURM. *Et Cn. Flavius.*] De hoc luculentum exſtat Pomponii in enchiridio teſtimonium, quod hodieque legitur in Pandectis titulo de origine juris: *Deinde ex his legibus actiones compoſitæ ſunt, quibus inter ſe homines diſceptarent, quas actiones ne populus, ut vellet, inſtitueret, certas ſolemneſque eſſe voluerunt, & appellabatur hæc pars juris, legis actiones; & ita eodem pene tempore tria hæc jura nata ſunt. Leges XII. tabularum; ex his fluere cœpit jus civile; ex iiſdem legis actiones compoſitæ ſunt. Omnium tamen harum & interpretandi ſcientia & actiones apud Collegium Pontificum erant, ex quibus conſtituebatur quis quoque anno præeſſet privatis; & populus prope centum annos hac conſuetudine uſus eſt. Poſtea cum Appius Claudius diſpoſuiſſet, & ad formam redegiſſet has actiones, Cneius Flavius ſcriba ejus libertini filius ſurreptum librum populo tradidit; & adeo gratum id munus populo fuit, ut Tribunus plebis fieret & Senator, & Ædilis curulis. Hinc liber, qui actiones continet, appellatur jus civile Flavianum.* CAPPER.

118. *Heu tu Ruſio.*] *Heus & Ruſio* legatur. Eſt autem nomen ſervi, qui per quæſtionem de cæde Clodii interrogatur. REGIUS. *Heus tu, Ruſcio*; Ven. Ald. Gryph. Baſil. & ita apud Ciceron. pro Milon. cap. XXII. nunc editur; quanquam varient admodum ſcripti & editi codices. *Heus tu puſio*; Voſſ. ſec.

[119] *Erutius Antoniaſter.* Id tamen [120] in *declamationibus* eſt notabilius, laudarique me puero ſolebat: [121] *Da patri panem*; & in eodem: *Etiam canem paſcis.* Res quidem præcipue in ſcholis anceps, ſed frequenter cauſſa riſus, nunc utique, cum [122] hæc exercitatio, procul a veritate ſejuncta, [123] laboret incredibili verborum faſtidio, [124] ac ſibi magnam partem ſermonis [125] abſciderit. Cum ſint autem verba propria, [126] ficta, [127] *tranſlata*; propriis dignitatem dat antiquitas. Namque & ſanctiorem & magis admirabilem [128] faciunt orationem, quibus non quilibet fuerat [129] uſurus; eoque ornamento acerrimi judicii P. [130] Virgilius [131] unice eſt uſus. *Olli* enim, [132] & *quianam*, & [133] *mis*, & [134] *pone*, [135] pellucent & aſpergunt illam, quæ etiam in picturis [136] eſt gratiſſima, vetuſtatis [137] inimitabilem arti auctoritatem. Sed [138] utendum modo, nec ex ultimis tenebris repetenda. Satis eſt vetus [139] *Quæſo*: quid neceſſe eſt dicere? *Oppido*, quo ſunt uſi paululum tempore noſtro ſuperiores, vereor [140] ut jam non ferat quiſquam: certe [141] *Antigerio*, cujus eadem ſignificatio eſt, nemo, niſi ambitioſus, utetur. [142] *Ærumnas* quid opus eſt? tanquam parum ſit, [143] ſi dicatur *labor*.

119. *Et Erutius * Antoniaſter.*] Ex oratione pro Vareno ſumptum eſt hoc exemplum, ut ait Priſcianus. Nomina autem hujuſmodi terminationis, & ſimilitudinem & imitationem ſignificant, quæ quidem humilia ac vulgaria ſunt. REGIUS. *Pro Vareno*, quod addunt alii, non agnoſcunt MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſec. Ven. Locat. Ald. Sich. Vaſc. Stheph. Baſil. Colin. Vidov. pro *Erutius*, Baſil. marg. *Cornutus.* Vide orationis pro Vareno fragmenta in fragment. Ciceron.

120. *Cum in declamationibus.*] *Cum* particula, ut ceſſans & otioſa, expungatur. REGIUS.

121. *Da patri panem.*] Videntur eſſe verba cujuſdam declamatoris, qui petebat ex lege, ut filius dives patrem aleret: unde ſubjecit, etiam *canem paſcis.* Debes igitur paſcere patrem: quanquam *canis* allegorice accipi poteſt pro adulatoribus & paraſitis, quos nutriebat filius. TURNEB. Egregie hæc illuſtrantur illis Petronii cap. LVII. *viginti ventres paſco, & canem*; ubi vide.

122. *Hæc exercitatio.*] Scholaſticas *declamationes*, τὰς μελέτας (exercitationes) intelligit, in quibus controverſiæ ad libitum finguntur. CAPPER.

123. *Laboret verborum faſtidio.*] In verborum delectu delicatior ſit & faſtidioſior. CAPPER.

124. *Ac ſi magnam partem.*] Loco *ſi*, *ſibi* videtur reponendum, ſicque in quibuſdam exemplaribus legitur. REGIUS. *Ac ſi magnam*; Locat. *ac magnam*; Ald.

125. *Abſciderit.*] *Aſciverit*; marg. Baſil.

126. *Ficta.*] Ab oratore ipſo recens facta. CAPPER.

127. *Tranſlata.*] Vulgo *metaphorica.* CAPPER.

128. *Facit orationem.*] Scribe *faciunt.* PHILAND. *Facit*; Voſſ. ſec.

129. *Uſus.*] Ne hic quidem ſenſus integer habetur, niſi *uſurus* legatur, non *uſus*; hoc eſt, quibus quilibet uti auſus non fuiſſet. REGIUS. *Uſus*; Locat. *Fuerat uſurus.*] *Fuerit*; V. C. Alm. *quibus non quibuſlibet fuit uſus*; Voſſ. ſecund.

130. *Virgilius.*] *Vergilius*; Locat. Baſil. Gryph. Colin. & ita fere ſemper.

131. *Unice eſt uſus.*] *Maxime*; Vaſc.

132. *Et quianam.*] Non placet, quod Jovianus Pontanus legit *quinam* diſſyllabum. Vide ejus dialogum *Actium.* PHILAND.

133. *Mis.*] *Et mi*; Steph. *mis* apud Virgilium non occurrere jam notavit Aſcenſius, qui ideo etiam *mi* conjiciebat: ſed Ennium *mis* pro *mei* uſum notat Priſcianus lib. XIII. pag. 955. Columna vero ad Enn. II. annal, pro *meis* dictum putat; & ſic apud Plautum quoque Trin. IV. 1. 3. quidam legunt. *Quos penes mei poteſtas, bonis mis quid foret, & meæ vitæ.* Qui *mi* legunt, ex Virgilio producunt lib. VI. 104. ubi vide Serv. & Pier. BURMAN.

134. *Pone.*] *Pone* antiqua præpoſitio pro *poſt*. Pone *nos recede*, Plaut. ſed apud Virgilium hoc ſenſu non occurrit. *Pone* adverbium pro *retro*, non inuſitatum. ROLLIN.

135. *Pellucent & adſpergunt.*] *Pollucent aſpergunt*; Locat. *pellucent ad ſpargendam illam*; MS. Bodl. Andr. Obrecht. *ad aſpergendum illam*; Colon. *ad aſpergendam illam*; Vall. liber, Sich. Baſil.

136. *Eſt graviſſima.*] Ita quidem legitur; ſed unius literæ mutatione ſi legeretur *gratiſſima*, magis ſenſus conveniret. REGIUS. *Graviſſima*; Vall. lib. Locat. *eſt*, *graviſſima vetuſtas*; Voſſ. ſec.

137. *Imitabilem.*] Ita Vallæ liber & Locat. ſed *inimitabilem* Aldus, & poſt eum fere omnes. *Admirabilem*; marg. Baſil. *inimitabilem*; Voſſ. ſec. an pro *immutabilem*?

138. *Utendum modo.*] Hac in re modum ſeu mediocritatem oportet adhibere. CAPPER.

139. *Vetus quæſo, quid neceſſe eſt quæſo dicere.*] Corrupte quidem ſic legitur; nam *quæſo* verbum, iterum adſcriptum, videtur expungendum hoc modo: *ſatis eſt vetus* quæſo; *quid dicere neceſſe eſt?* REGIUS. *Satis eſt vetus, quæſo, quid neceſſe eſt quæſo dicere*; Vall. lib. Locat. *ſatis eſt vetus, quæſo, quid neceſſe eſt dicere?* Ald. Vaſc. Steph. *ſatis eſt vetus, quid neceſſe quæſo dicere oppido*; Obrecht. ut non de τοῦ *quæſo* agatur, ſed de *ſatis* & *oppido*. Cum olim *ſatis* uterentur, poſtea eo ſenſu *oppido*: ſed non hæc ita capienda, quaſi nova ſit vox *oppido*; cum non modo paululum ſuperiores tempore Fabii, ſed longe antiquiores, Cicero, Terentius, Plautus, Catullus & alii uſi fuerint: ſed intelligendum eſt, poſtea repudiatam fuiſſe vocem, ſed quam iterum cœperunt in uſum revocare paulo ante Fabii tempora, & uti pro *ſatis*, *valde*, *multum*. BURMAN. Raphaelis Regii, libri Vallenſis, editionum Ald. Vaſcoſ. Steph. & Lugduno-Batav. ſcripturam, ſive interpunctionem Obrechtina & Burmanniana meliorem ideo maxime judicavimus, quod hoc in loco vetuſta verba Fabius, aut ſupervacanea exiſtimet, aut ſuſpecta habeat, aut ab uſu communi excludat hoc ordine: τὸ quæſo *ſatis eſt vetus* (utpote ab obſoleto *quæſere*) ideoque ſupervacaneum videtur: *Quid neceſſe eſt dicere?* nonne ſuppetunt τὸ *rogo*, *obſecro*, *precor*, *amabo*? τὸ *oppido* vetuſtius eſt, ideoque ſuſpectum: *Vereor ut jam non ferat quiſquam*: τὸ *Antigerio* autem vetuſtiſſimum eſt, & ab uſu loquentium excidit: *Nemo niſi ambitioſus utetur*: horum porro nihil in τὸ *ſatis* cadit, cui nemo unquam vetuſtatem ullam potuit objicere. Cæterum in Burmanni nota illud occurrit incommodi, quod particulam *ſed* intra ſex fere linearum ſpatium quinquies uſurparit. CAPPER.

140. *Ut jam non ferat.*] *Jam nos ferat*; V. C. Alm. *jam nos fuerat*; Voſſ. ſec. Hoc quidem ex loco particulam *non* delendam eſſe contendit Perizonius in ſuis ad Sanctii Minervam notis. Doctiſſimi viri conjecturam quadamtenus firmant codd. Almelov. & Voſſ. ſecund. in quibus pro τοῦ *non* legitur *nos*: ſi quid tamen contra tot editos & MSS. libros mutandum videretur, & τὸ *non* relinquere, & *ne* pro τοῦ *ut* legere mallem. Vide Perizonii notas ad Sanctii Minervam, ubi allatis a Sanctio ad inflectendam Grammaticorum regulam exemplis reſpondet. CAPPER.

141. *Antigerio*] Hoc enim pro *valde*, & pro *ſtatim* utebantur, quaſi antequam res gereretur. SICHARD. Hic locus docet, temere Barth. lib. XXXVII. Adv. 21. in Feſto pro *valde*. *Vade* reponere, quaſi *antigerio* hoc notaret. Vide & de hac voce Merulam ad Enn. pag. 85. BURMAN.

142. *Ærumnas quid opus eſt.*] Atqui hoc vocabulo opus ſibi putavit Tullius, qui in *Paradoxis* cap. II. Oratione poſt reditum in Senat. cap. 14. lib. II. de Finib. cap. ult. & aliis aliquot locis uſus eſt, ut notat præſtantiſſimus Voſſius Inſtit. Orat. part. II. lib. IV. cap. 7. COLOMES. Uſus eſt & Ovidius ſæpe, ut in Ibin. 119.

Sitque, quod eſt rarum, ſolito defecta favore
Ærumnæ facies invidioſa tuæ.

& IV. Triſt. 6.

Triſtior eſt etiam præſens ærumna priore.

& alii præterea plurimi: quid vero propriæ notent *ærumnæ*, Vide apud Schefter. lib. II. de re vehic. cap 2. BURMAN.

143. *Si dicatur quod horridum reor, &c.*] Hic locus ita depravatus eſt & confuſus, ut nec recte percipiatur, nec facile corrigi poſſit. REGIUS. Corrige in hunc modum, *ærumnas quid opus, tanquam parum ſit ſi dicatur labor, hor-*

Horridum, *reor*: tolerabile, *autumo*: [144] tragicum, *prolem ducendam*: *univerſam ejus proſapiam*, inſulſum. Quid multa? totus prope mutatus eſt ſermo. Quædam tamen adhuc vetera vetuſtate ipſa gratius nitent: [145] quædam etiam neceſſario interim ſumuntur, [146] *nuncupare*, & *fari*: & multa alia etiam audientibus grata inferi poſſunt: ſed ita demum, ſi non appareat affectatio, [147] in quam mirifice Virgilius:

> [148] * *Hemitomiorum amator iſte verborum,*
> [149] *Iſte iſte rhetor; namque quatinus totus*
> [150] *Thucydides Britannus* [151] *Atticæ febres,*
> [152] *Tau Gallicum, min * ipſum, & al * ei illiſit.*
> *Ita omnia iſta verba* [153] *miſcuit fratri.*

ridum reor, &c. ita ut legam, facit Cicer. II. de finib. *majores labores non fugiendos, triſtiſſimo tamen verbo ærumnas etiam nominaverunt*: quare hic pro *quod* repoſui *labor*. PHILAND. *Si dicatur quod horridum reor*; Locat. Ald. Colin. Gryph. ſed recte jam emendatum in optimis editionibus, *ſi dicatur labor. Horridum reor, &c. Horridum reor.*] Neſcio an hic judicio Fabii ſtandum; nam hoc verbo, ne de Terentio & antiquioribus agam, Cicero ſæpius utitur ut lib. II. *de Offic.* 9. & I. *Academ.* 7. & alibi, qui & lib. III. *de Orat.* 38. poëticum eſſe quidem vocabulum, ſed tamen loco poſitum grandiorem & antiquiorem orationem facere judicat: ſæpiſſime Ovidius, qui maxime ab horridis vocabulis abſtinuit, uſus. Ut Epiſt. XVII. 148. 149. XVIII. 132. I. Triſt. I. 82. VI. 24. & alibi paſſim. Virgilius etiam VI. 690. IX. 253. X. 608. ſed horrorem illum forte Fabius ex duplicata illa litera canina ſibi finxit. BURM.

144. *Tragicum, prolem ducendam, &c.*] *Dicendam*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. *dicendo*; Gryph. Baſil. & in marg. *ducendum*; *dicere* Vidov. *tragicum* prolem, *ſed* eruam univerſam ejus proſapiam, *inſulſum*; Obrecht. quod valde placet. BURMAN. *Prolem .... proſapiam.*] Ipſe Cicero III. *de Orat.* & *de univerſo* hæc vocabula poëſim & antiquitatem ſapere exiſtimat. CAPPER.

145. *Quædam eſſe neceſſario.*] *Etiam*, non *eſſe*, legatur. REGIUS.

146. *Enuncupare, & fari, & multa alia etiam audientibus inferi.*] *Emancipare* quidem vetus eſt verbum, ſed quo neceſſario utimur. Quare *emancipare* potius, quam *enuncupare* legendum videtur, ac *quo* copula, & aut *grata* adſcribendum, aut *audentibus*, *i* vocali eraſa, legendum, hoc modo: *Emancipari, & fari, multaque alia etiam audentibus grata inferi poſſunt.* REGIUS. *Enuncupare*, omiſſo τοῦ *grata*; Locat. omittunt etiam *grata*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. *enuncupare*; Ms. Budl. marg. Sich. Baſil. Colin. *emancipare*; Sich. Baſil. Par. Vaſc. Steph. Gryph. *emancipari*; Ald. *nuncupari*; Vidov. *enuncupare*; Leid. *enuncupare*, *effari*; Obrecht. Ego *enuncupare* quemquam uſum ignoro: ſed *nuncupare*, vel *nuncupari*, & *effari*, præter auctoritatem Ciceronis in lib. III. *de Orat.* cap. 38. ideo eſſe neceſſaria verba puto, quia & in teſtamentis, & in votis, quæ voce, non ſcripto, concipiebantur, iis carere non poſſumus: *emancipari* vero hic locum non habet, quia ſequenti *fari* non eſt affine, quod tamen voluit Fabius: *effari* vero rectius puto, quam *fari*, quia itidem ejus verbi uſus neceſſarius in auguriis. Vide Cicer. XIII. ad Att. 42. & ibi Comment. Serv. ad Virgil. III. Æneïd. 463. & VI. 197. non ergo uti debemus his verbis, niſi in illis rebus, quarum ſunt propria. BURMAN.

147. *In qua mirifice Virgilius eſt.*] *Eſt* non habent Ald. Baſil. Gryph. Steph. *in quo mirificus Virgilius eſt* malebat Francius. *Virgilius & Corinthiorum*, &c. Voſſ. ſec. Locat. Colin. Vidov. *in quam mirifice Virgilius*; Locat. Obrecht. quod probo, ſed non cum Aſcenſio intelligerem, in quam incidit, ſed ut ſit, in quam affectationem compoſuit illud epigramma; procul enim ipſe Virgilius ab omni adfectatione fuit: quod ſenſiſſe tamen etiam videtur Aſcenſius, qui dubitat, num *Virginius*, pro *Virgilio* legendum ſit. BURMAN.

148. *Hornitiorum.*] Totus hic locus adeo eſt confuſus, ut nullus ſenſus elici poſſit: ſunt autem verba Cimbri cujuſdam, a quo fratrem occiſum hoc jocoſo dicto Cicero notavit: *Cimber Germanum occidit.* REGIUS. Legunt alii, *Corinthiorum*, ac intelligunt verba parum pura, neque ſatis Græca; etenim Corinthii, qui Achaiam incolebant, non ſatis laute loquebantur: alii tamen interpretantur verba delicata & fucata nimis. Si *Hormethiorum* legamus, intelligemus verba antiqua & priſca, quæ Cimber rhetor cacozelus eruebat ex *Ethicis* Callimachi; illic enim (ut ait interpres Sophoclis) multa ſunt vetuſta vocabula. TURNEB. Erudite hos verſus emendat Joſ. Scaliger, Comment. in Catalect. Virgilii pag. 220. &c. Et de iiſdem agit Turneb. Adverſar. lib. XXVII. cap. 29. pag. 1037. Joh. Baptiſta Pius Annotat. cap. 43. pag. 455. Lamp. Crit. Part. I. PAREUS. Scalig *Rhetor metrorum*, vel *meiorum amator*. Turnebus *Hermetiorum*, ut ſint ab Ætiis, (* Αἰτίοις) Callimachi ſumpta. Voſſius ad Pomp. Mel. lib. III. cap. 3. *Hormechiorum*, ut ſint vocabula barbara, ab Hermionibus populo Germaniæ, qui & *Hermechiones*, *Hermechii* & *Hormechii*. Salmaſ. ad Solin. pag. 814. *Tumentiorum amator verborum*: ſed hæc omnia ſomnia & hariolationes: mihi *Corinthiorum*, quod habent MSS. Alm. Voſſ. ſec. Ald. Baſil & Pithœus in Catal. pag. 76. & Obrechtus receperunt, (quamvis quidam eorum & præponunt, quod natum ex *eſt*, ut quidam *Virgilius eſt* habent) placet, & explicarem cum Pio, quia nova veteribus (vel etiam peregrina Latinis) miſcet, ut in ære Corinthio triplicis metalli erat mixtura; non blanda, ut Laidis meretricis Corinthiæ, ut Aſcenſius volebat, qui in toto hoc carmine exponendo admodum ineptit. BURMANNUS. Longe melius expoſuiſſe Joſeph Scaliger videtur, poſt cujus ingenioſas & ſubtiles conjecturas nihil habeo, quod probabilius afferre poſſim. Igitur, quam lectionem in ſuis ad Virgilii Catalecta commentariis pag. 220. propoſuit, eam nos lubenter amplexi ſumus, niſi, quod pro initio illo

> *Rhetor meiorum amator iſte verborum.*

Non potuimus non admittere ſolertem æque ac felicem illuſtriſſimi Academici Bern. Monetæ [*de la Monnoye*] conjecturam, qua vir ille politioris literaturæ peritiſſimus primum verſum ſic legebat:

> *Hemitomiorum amator iſte verborum.*

Et certe τὸ *Hemitomiorum*, ἡμιτομίων, non multum ab illo Scaligeri τοῦ *meiorum*, ſi quidem ſenſus ratio habeatur, abludit: aliunde vero ſatis congruit cum illis Auſonii verſibus, qui ad Virgilianos evidenter alludunt.

> *Dic quid ſignificent Catalecta Maronis in his*, Al;
> *Et quod Celtarum poſuit non lucidius*, Tau;
> *Et quod Germano miſtum male lethiferum*, Min.

Nam *Al*, *Tau*, & *Min*, ſunt quaſi verba Hemitomia, ἡμιτόμια; hoc eſt, dimidiata τῶν Allium, Taurum, Minium. CAPPER.

149. *Iſte iſte rhetor.*] Hic verſus non erat in MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Obr.

150 *Thucydides Britannus.*] Sic hominem irridet, ut linguæ Atticæ ignarum, cujus peritiſſimus fuit Thucydides ſcriptor hiſtoriarum. Barbarum igitur innuit, cum eum appellat Thucydidem e Britannia & Anglia. TURNEB. *Thucydides Tyrannus*; Ald. Sich. Baſil. Colin. Gryph. Vaſc. marg. Steph. Scaliger & legi poſſe *Thucydidis Tyrannus* credebat, ut & Aſcenſ. qui de Piſiſtrato accepit.

151. *Atticæ febres.*] *Fepres*; Locat. *febris* in Catul. Scal. & Pith.

152. *Tau Gallicum.*] Litera *T* præ ſe fert ſimilitudinem crucis & furcæ: ſed idcirco addit Gallicum, ut ſignificaret eam crucis ſimilitudinem, cujus eſt uſus in Gallia, & ut oſtenderet illum imperitum eſſe linguæ Græcæ, qui neſciret *Tau* Græcum, ſed *tau Gallicum*. TURNEB. *Thau* (*Gallicum enim*) & *ſpina male illi ſit*; Voſſ. ſec. Locat. *T. g. mina & ſpina, male illi ſit*; Baſil. Gryph. Colin. *min ipſe ſil al illiſit*; Pith. *min ipſum & al ei illiſit*; Scaliger, *ſpina ipſemet male illiſit*; Edit. Catal. Pith. *min, al, ſpina male illiſit*; Obrecht. *min, ſil & al male illiſit*; Salmaſ. ad Solin. pag. 1157. novæ edit. 814. hic mihi meræ ſunt tenebræ. BURMAN. Hanc tamen caliginem ut aliquantulum diſcutias, lege ac perpende quæ Joſeph. Scaliger de hoc epigrammate Virgiliano ingenioſiſſime ſcripſit Commentar. in Virgilii *Catalecta* pag. 220. CAPPER.

153. *Miſcuit fratri.*] *Miſcuit. Frater Cimbri hic fuit*; Voſſ. ſecund.

Cimber hic fuit, a quo fratrem necatum hoc [154] Ciceronis dicto notatum eſt : *Germanum Cimber occidit.* Nec minus noto Salluſtius epigrammate inceſſitur:

[155] *Et verba* [156] *antiqui multum furate Catonis*
Criſpe, Jugurthinæ conditor hiſtoriæ.

[157] Odioſa cura. [158] Nam eſt cuilibet facilis; [159] & hoc peſſima, quod rei ſtudioſus non verba rebus aptavit; ſed res extrinſecus [160] arceſſit, quibus hæc verba conveniant. [161] Fingere, ut primo libro dixi, Græcis [162] magis conceſſum eſt, qui ſonis etiam quibuſdam & affectibus non dubitaverunt nomina aptare; [163] non alia libertate, quam qua illi primi homines rebus appellationes dederunt. Noſtri autem, [164] in jungendo aut derivando paulum aliquid auſi, vix in hoc ſatis recipiuntur. Nam memini juvenis admodum [165] inter Pomponium & Senecam etiam præfationibus eſſe tractatum, an [166] *gradus eliminat*, [167] apud Accium in Tragœdia, dici oportuiſſet. At veteres ne *expectorat* quidem timuerunt. [168] Et ſane ejuſdem notæ eſt, [169] *exanimat.* [170] At in tractu & declinatione talia ſunt, qualia [171] apud Ciceronem *beatitas* & *beatitudo*, quæ dura quidem ſentit eſſe; verumtamen uſu putat poſſe molliri. Nec a verbis modo, ſed a nominibus quoque, derivata ſunt quædam; ut a Cicerone [172] *Sallaturit*; & ab Aſinio *Fimbriaturit* & *Figulaturit.*

154. *Ciceronis.*] Philipp. XI. cap. 6. ejus Annii Cimbri, ut antiquarii & affectantis exoleta verba, meminit & Suet. Auguſt. 86. ubi vide Caſaub. BURMAN.

155. *Et verba.*] *O verba* corrigebat Francius.

156. *Antique multum furate.*] *Antiqui* legendum eſſe, qui non videt, ſtudio Rhetorices relicto, ſe Grammaticis reddat inſtruendum. Salluſtium autem multa a Catone ſumſiſſe, ſcribit etiam Suetonius in Aug. cap. 86. Aſinius vero Pollio, ſi referenti A. Gellio lib. X. cap. 26. credimus, Salluſtium reprehenſione dignum dicit, quod in primo Hiſtoriarum eos, qui maris tranſitum fecerunt, *tranſgreſſos* appellavit, quos *transfretaſſe* dici ſolitum eſt. REGIUS.

157. *Odioſa cura.*] *Antiquarii* ſummopere peccant, quia non aptant verba rebus, ſed res verbis; ut enim antiquo aliquo poſſint uti verbo, ſententiam immutant, ut verbum arceſſant. TURNEB. *Cura.*] Diligentiæ affectatio in conquirendis vetuſtiſſimorum ſcriptorum vocabulis. CAPPER.

158. *Nam eſt cuilibet facilis.*] *Et cuilibet*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund.

159. *Et hoc peſſimum.*] *Peſſima* rectius in quibuſdam legitur exemplaribus, ut ad curam referatur, quæ propter hoc eſt peſſima. REGIUS. *Peſſimum*; Locat. *peſſimum quia*; Voſſ. ſec.

160. *Arceſſit.*] Malebat Francius *arceſſivit.*

161. *Fingere.*] De fictis nunc agit, quæ reperta dicuntur & novata, primumque de imitatione; ſic enim Cic. *onomatopoeiam* appellat, quæ eſt nominis fictio, ſonum aliquem aut affectum exprimens: de ea egit lib. I. cap. 6. TURNEBUS. Exemplo ſint illa Græcorum : σίζειν, λίγξε, φλοῖσβος, πάταγος, &c. CAPPER.

162. *Magis conceſſum.*] *Magis convenit*; marg. Sich. & Baſil.

163. *Non alia libertate, quam illi primi.*] Quamvis exemplaria refragentur, tamen *qua* ablativus videtur adſcribendus, ut legatur : *non alia libertate, quam, qua illi primi homines.* REGIUS. *Quam illi*; Voſſ. ſec. Locat.

164. *In jungendo.*] Per compoſitionem.

165. *Inter Pomponium.*] Hunc Pomponium Secundum puto, celebrem Oratorem & Poëtam, qui memoratur in Dialog. *de Orat.* cap. 13. & cujus vitam Plinius retuliſſe ſe ſcribit lib. XIV. cap. 4. ubi vatem appellat : quam vitam duobus libris abſolviſſe ſcribit Plinius minor lib. III. Epiſt. 5. Vide noſtrum lib. X. cap. 1. & alibi; & Ryck. ad Tacit. XII. 27. conſtructionem vero verborum non uſitatam *memini juvenis tractatum*, pro *me juvene tractatum* notat Rollinus : ſed dictum eſt, ut apud Ciceronem III. *de Offic.* 19. *audiebam puer*, & ſimilia, id eſt, cum puer eſſem; & apud noſtrum infr. cap. 5. hoc libro : *Clarum auctorem juvenis audivi*, ſcilicet *dicere.* BURMAN.

166. *Gradus eliminat.*] Joh. Savaro ad Sidon. lib. V. Epiſt. 3. Barthius Adverſar. lib. XXXV. cap. 3 PAREUS.

167. *Apud Accium.*] Hæc omittunt MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſec. Ven. Locat. Ald. Colon. Sich. Par. Baſil. Vidov. citat illa Accii in hac voce Nonius pag. 292. *Egredere, exi, ecfer te, elimina urbe*; & alia verba Accii in eadem voce pag. 39. ut & aliorum Poëtarum.

168. *Et ſane ejuſdem nocte eſt examinat.*] Legendum eſſe *notæ*, nemo ignorat. *Expectorare* vero eſt pectore ejicere, ut Nonius exponit. Accius in Phœniſſis : *Incurſant ultro a fortuna opibuſque omnibus deſertum, abjectum, afflictum ex animo expectorant.* Et Craſſus apud Ciceronem III. *de Orat.* 38. & 58. *tum pavor omnem ſapientiam mihi exanimato expectoravit.* REGIUS. Refert & Cicero lib. IV. *Tuſc. Diſp.* 8. ubi Daviſius, *ſapientiam mihi omnem ex animo expectorant*, legendum eſſe contendit.

169. *Exanimat.*] *Examinat*; Locat. Ald. Sich *exanimata*; MS. Bodl. *examinat ab animo*; Baſil. *exanimato* mallet Pearc. ad Ciceron. III. *de Orat.* 38.

170. *At in tracta*] *Tractu* legendum eſſe conſtat : *tractum* vero & *declinationem* hoc loco pro dictionum productione & derivatione accipimus. REGIUS. Varro lib. I. de Ling. Lat. *Primigenia dicuntur verba, ut lego, & cætera, quæ non ſunt ab aliquo verbo, ſed ſuas habent radices. Contra verba declinata ſunt, quæ ab alio oriuntur, ut a lego legis.* PITHOEUS. *Tractus* eſt derivatorum vocabulorum qualitas, qua protrahuntur, protenduntur, ſyllabis creſcunt : quo ſenſu Tullius *Topic.* dixit in τῷ *meditullium* eſſe vocabuli extenſionem. Græci dicunt παραγωγὴν, παραγόμενα, παρώνυμα. *Declinatio* autem eſt nominis derivatio a ſuo primitivo, ut *beatitas* & *beatitudo* a τῷ *beare* derivantur. Sic lib. II. cap. 15. idem Fabius *derivationem* vocavit τὴν formationem hujus vocabuli *ſuada*, quod Ennius ex τῷ *ſuadere*, ut Græcam vocem Πειθὼ exprimeret, effinxerat CAPPER.

171. *Apud Ciceronem.*] Lib. *de Natura Deorum* cap. 34. PHILANDER.

172. *Sullaturit & Aſinio fimbriatum & fibulatum.*] A nominibus propriis hæc puto derivata. *Figulatumque* idcirco eſſe legendum. Quod ſi *ſullaturis* a Sylla ſive Sulla, & *fimbriaturis* legeretur, cum eo conveniret, quod Cicero lib. X. ad Att. Epiſt. 10. ſcribit : *Noſter biennio ante cogitavit. Syllaturit animus ejus & proſcripturit.* Sic vero legendum eſſe, aperte ex iis colligitur, quæ Fabius ipſe refert paulo poſt cap. 6. ubi de *onomatopoeia* præcipit : *Vix*, inquit, *illa, quæ παραγόμενα vocant*, &c. *nobis permittimus, qualia ſunt ſullaturit, & proſcripturit.* REGIUS. Forte *fimbriaturit & figulaturit*; illud a Fimbria conſulari, cujus meminit Cicer. III. *Offic.* 19. & pro Roſc. Amer. 12. hoc autem a Figulo. PHILAND. Cicero in Epiſt. ad Att. *ſyllaturit* uſurpat & *proſcripturit* : derivatio eſt a *Sulla*, vel *Sylla*, qui cives Romanos proſcripſit. TURNEB. *Sullatum*; Locat. marg. Sich. Baſil. *ſyllatum ita Aſinio*; Voſſ. ſec. *ſubuculatum*; Ald. Colon. Sich. Vaſc. Colin. Vidov. deinde *fimbriatum & figulatum*; MSS. Bodl. Alm. Andr. Sich. Vaſc. Baſil. *fimbriatum & fibulatum*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Par. Steph. Colin. Vidov. illud *figulaturit*, ſi ita legendum eſſet, forte a Cluſinio Figulo tractum, contra quem *cauſſam* egit Aſinius. Vide ſupr. lib. VII. cap. 2. *Fimbriaturit* vero a C. Fimbria, homine audaciſſimo & inſaniſſimo, de quo Cicero pro Roſc. Amer. cap. 12. vel a C. Fimbria oratore, quem aſperum & maledicum fuiſſe in *Brut.* cap. 34. dicit, & cui oris pravitatem tribuit II. *de Orat.* 22. Quanquam, ut verum fatear, non hic agere Fabium puto de derivatis a nominibus propriis : ſed quia antea egerat de iis, quæ derivantur a verbis, hic de iis, quæ a nominibus, in genere ita dictis, loqui videtur : ut ita antiquæ lectiones *ſubuculatum* a *ſubucula*, quæ interior tunica; *fimbriatum* a *fimbria*, (qua voce & Sueton. Cæſ. 49. utitur;) *fibulatum*

[173] Multa ex Græco formata nova, ac plurima a [174] Sergio Flavio, quorum dura quædam admodum videntur, ut *ens* & [175] *eſſentia*: [176] quæ cur tantopere aſpernemur, nihil video, niſi quod iniqui judices adverſus nos ſumus, ideoque paupertate ſermonis laboramus. Quædam tamen perdurant. Nam & quæ vetera nunc ſunt, fuerunt olim nova; & quædam in uſu [177] perquam recentia, ut Meſſala primus *reatum*, [178] *munerarium* Auguſtus primus, dixerunt. [179] *Piraticam* quoque, ut [180] *muſicam* & *fabricam*, dici adhuc dubitabant mei præceptores. [181] *Favorem*, & *urbanum*, Cicero nova credit. [182] Nam & in epiſtola ad Brutum: *Eum*, inquit, *amorem, & eum* ([183] *ut hoc verbo utar*) *favorem in conſilium advocabo.* Et ad Appium Pulchrum: *Te hominem, non ſolum ſapientem, verum etiam* ([184] *ut nunc loquuntur*) [185] *urbanum.* [186] Idem putat a Terentio primum dictum eſſe *obſequium.* [187] Cæ-

a *fibula*. poſſent retineri; cum *fimbriaturit*, & *figulaturit*, nullius codicis auctoritate nitatur; neque enim puto tria derivata a veſtiaria re deſumpta, ita temere poſita, depravata eſſe; neque etiam, ut a Sulla & Fimbria, *ſullaturit* & *fimbriaturit* formari poteſt, ita ex Analogia ex *Figulo*, *Figulaturit* deduceretur; præſertim cum infra cap. 6. *Sullaturit & proſcripturit* adducat in illis, quæ [illegible] vocantur. BURMAN.

173. *Multa ex Græco.*] Permiſit quoque Cicero ut, cum e Græco vertimus, nomina innovemus, ac ipſe quoque innovavit. TURNEB.

174. *Sergio Flavioque dura, quemadmodum videntur utraque ens & entia.*] Corrupte quidem ſic legitur. Sed ita corrigi poteſt, ſi *quorum* genitivus adſcribatur, & *quem* accuſativus eradatur, ac, loco ejus, *quædam* nominativus reponatur, nec non *utraque* expungatur, *ut* adverbio adſcripto, hoc modo: *quorum dura quædam admodum videntur, ut ens, & entia.* REGIUS. Expunge conjunctionem *que*, ut ſit *a Sergio Flavio*, de quo lib. II. cap. 14. & lib III. cap 6. PHILAND. *a Sergio Flavioque dura, quemadmodum videntur, utraque ens & entia.* Locat. marg. Baſil. *a Sergio Flavioque, quorum dura quædam admodum videntur, ut ens & eſſentia*; Ald. Sich. Gryph. Colin. Vidov. *Sergio Flavio, quorum dura quemadmodum videntur*; Voſſ. ſec. de *Flavio* vide ad lib. II. cap. 14. pro quo etiam *Plauio* quidam legunt lib. III. cap. 6. ſed *Sergium Flavium* aliquem dictum fuiſſe vix credo, cum *Sergia* & *Flavia* gentes diverſæ fuerint: quare *Sergio Flavioque* præferrem, quanquam de illis nondum ſatis mihi conſtat. Libro quoque XI. 3. *Flavium Virginium* memorat, in quo etiam duo diverſarum gentium nomina concurrunt; cum *Flavii* & *Virginii* ſæpe alibi meminerit: licet ſequentibus ſeculis multa gentilia nomina coarcervata eſſe ſciamus: & hoc oſtenderunt Sirmond. ad Sidon. lib. I. prin. Fabret. inſcr. cap. III. pag. 203. BURMAN.

175 *Eſſentia.*] In vetuſtis ſcribitur *entia*, quæ lectio placet. Nam Flavius appellavit *eſſentiam* & *entiam*, ut docet Fabius cap. 14. lib. 2. TURNEB. Vide quæ jam annotata ſunt ad cap. 14. lib. II. & ad cap 6. lib III. cæterum τὸ *ens* reſpondet Græco vocabulo τῷ ὤν, vel ὄν; *eſſentia* vero τῷ οὐσία. CAPPER.

176. *Quæ cur tantopere aſpernemur.*] Pro *tantopere*, mendoſe & abſque omni colore *tantoque* legit editio Lugdunenſis. GIBSON. *Tanto opere*; MS. Bodl.

177. *Perquam recentia ut.*] *Perquam recenti aut*; V. C. Alm. *p. recenti, ut*; Voſſ. ſec.

178. *Numerarium.*] *Munerarium* emendate in aliis legitur exemplaribus. REGIUS. *Numerarium*; Locat. cæterum poſt *dixerunt*, in MSS. Alm. Voſſ. ſec. & Locat. Ald. Baſil. Colin. Vidov. legitur, *reatum nemo ante Meſſalam, numerarium* (*numeralium*; V. C. Alm.) *nemo ante Auguſtum dixerat*; odioſa repetitione; &, ut recte Regius judicat, e margine in contextum tranſlatis verbis. *Auguſtus primo dixit*; Voſſ. ſec. Cæterum *munerarius* dicitur, qui gladiatorium munus ſive ludum exhibet, ὁ ἀγωνοθέτης. CAPPER.

179. *Piraticam.*] Atqui ea voce jam Cicero orat. poſt. Red. in Senat. cap. 5. utitur, ut Philander notavit; & Trogi ſine dubio auctoritatem ſequens Juſtin. VIII. 3. aliique præterea.

180. *Muſicam & fabricam.*] *Et* non habent MSS. Alm. Voſſ. ſec.

181. *Favorem.*] Nunquam ea voce uſum Ciceronem niſi ſemel, ſine præfatione veniæ, notavit Vavaſſ. de vi & uſu quorumdam verborum pag. 74. pro Roſc. Com. 29. *quod ſtudium, quem favorem ſecum in ſcenam detulit Panurgus*: ſed & ibi proprie; nam theatri & ſcenæ vox erat, quæ applauſum & ſtudium populi notat; & hæc propria ejus ſignificatio, deinde ad alias acclamationes extenſa fuit. Ita Liv. I. 12. *Ille quidem, annuentibus ac vocantibus ſuis, favore multorum addito animo evadit*: quo ſenſu *favere* pro acclamare, applaudere, olim jam in uſu fuit; ſed inde derivata vox *favor* nova erat. BURMANNUS.

182. *Nam & in epiſtola.*] *Nam in epiſtola*; Obrecht.

183. *Ut in hoc verbo utar.*] *In* præpoſitio expungatur. REGIUS. *Ut in hoc*; Locat.

184. *Ut nunc loquuntur.*] *Loquimur*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. & ita in Ciceronis libris: quod & expreſſerunt Baſil. Gryph. Obrecht.

185. *Urbanum.*] Eſt ex lib. III. Epiſt fam. 8. ubi vide Manutium.: hac tamen voce ſæpe Cicero, ſine ulla præfatione veniæ, utitur, ut & *urbanitatis* hoc ſenſu.

186. *Idem putant.*] *Putat* legendum eſſe, nemo non videt. Hoc autem Cicero ait in Dialogo de Amicitia cap. 24. Quod quia falſum eſt, nam & Plautus & Nævius eo verbo uſi ſunt, idcirco Fabius inquit eum *putare*. Nam, qui putant, decipiuntur REGIUS. Defendit Ciceronem Pharraſius Epiſtol. quæſt. 58. non quod Cicero neſcierit, uſos ante Terentium eo vocabulo, ſed Nævii & Plauti auctoritatem non fuiſſe tantam, ut in uſum reciperetur, quod demum Terentii obtinuit auctoritate, & ideo Ciceronem Lælio hoc verbum tribuere, qui Terentiano verbo, ut ſuo, utebatur: novum ergo erat tempore Lælii, quem loquentem inducit Cicero, ſed Ciceronis ætate vulgatum & tritum, qui & ſæpiſſime utitur, nulla præfatione addita. Camerarium etiam in notis ad primam Tuſculanam Ciceronem defendiſſe, notat cl. Grævius ad Cicer. d. l. ubi Carol Langius eo verbo Lælium uſum vix audet credere, quia *obſequii* ſignificatio obſcœna fuerit, ad quod probandum profert ex Ovid. Faſtis, VI. 485.

Arſerat obſequio Semele Jovis.

Ubi nihil minus notat; quum, ſi ea ſignificatione ſumatur, non Jupiter Semelæ, ſed illa Jovi obſequium deberet præſtare: ſed quia Jupiter Semeles voluntati & precibus, quibus eum fatigaverat, ut eadem ſpecie ſecum coiret, qua Junonem cognoſcere ſolebat, obſequutus fuerat, fulmine fuit correpta. Sic enim idem Poeta lib. III. 292.

Læta malo nimiumque potens, perituraque amantis
Obſequio Semele.

Neque etiam ea vocis hujus ſignificatio ex lib. II. Art. am. 181. & ſeqq. ubi bis terve repetita, deſumitur; ſed idem notat, quod apud Terentium, nimirum accommodationem ad alterius voluntatem, qua nihil, niſi quod gratum eſſe ſcimus, dicimus & facimus, ut aſſentatores ſolent: ex his tamen Ovidii locis hanc vocis ſignificationem arripuit Pareus in Lexico critico, & alii Lexicographi: ſed rectius feciſſent, ſi eam auctoritate Columellæ firmaſſent, qui ita de equis loquitur lib. VI. cap. 27. *Nam, ubi admotus ſpre tentavit obſequium, femina abducitur, & jam patientiori generoſior equus imponitur*; & cap. 37. *Id ne fiat, degener & vulgaris aſellus admovetur, qui ſollicitet obſequia feminæ, neque is tamen inire ſinitur.* Petron. cap. CXIII. *Nec domus ſupercilium induebat, ſed amici quærebat obſequium*, hoc eſt, tentabat pudicitiam Vide & Voſſ. Inſtit. Orat. lib. IV. cap. I. §. 8. BURMAN.

187. *Cæcilius ad Siſennam.*] Tranſeant hæc interpretes, ut ſana & integra; ſed ego vereor, ne corrupta ſint; ſi enim Cæcilius Comicus intelligendus ſit, ille mortuus eſt anno poſt Ennium, qui obiit Conſ. Q. Marcio Philippo II. & Cn. Cervilio Cæpione, A. U. C. 584. Siſenna vero bello Numantino (quod ab A. U. C. 612. & ſeqq. geſtum fuit,) juvenis erat, teſte Velleio. Paterc. lib. II. 9. Vide Voſſ. de Hiſtor. Latin. lib I. cap. 10. quo ergo pacto ad eum ſcribere potuit Cæcilius ultra triginta annos ante ejus juventutem mortuus? in V. C. Alm. & Voſſ. ſec. erat *Cæcilius a Siſenna*, Colinæus ediderat *Cæcilius ad Ciſennam.* Quare nullus dubito, quin legendum ſit *Cæcilius ac Siſenna*, ut uterque uſus hac locutione fuerit;

cilius ad Siſennam: [188] *Albenti cœlo.* [189] *Cervicem* videtur Hortenſius primus dixiſſe; nam veteres [190] pluraliter appellabant. Audendum itaque. Neque enim accedo Celſo, qui ab oratore [191] verba fingi vetat. Nam cum ſint eorum alia [192] (ut dicit Cicero) [193] nativa, id eſt, quæ ſignificata ſunt [194] primo ſenſu; alia reperta, quæ ex his facta ſunt, [195] ut jam nobis [196] ponere alia, quam quæ illi rudes homines primique fecerunt, fas non ſit: [197] at derivare, flectere, conjungere, quod natis poſtea conceſſum eſt, quando deſiit licere? Et, ſi quid [198] periculoſius finxiſſe [199] videbimur, quibuſdam remediis [200] præmuniendum eſt; *Ut ita dicam*; *Si licet dicere*; *Quodammodo*; [201] *Permitte mihi ſic uti.* Quod idem etiam in iis, quæ licentius tranſlata erunt proderit, quæ non tuto dici poſſunt. In quo non falli judicium noſtrum ſolicitudine ipſa manifeſtum erit. Qua de re Græcum erit illud elegantiſſimum, quo præcipitur ita, [202] προεπιπλήσσειν τῇ ὑπερβολῇ. [203] *Tranſlata* probari, niſi in contextu ſermonis, non poſſunt. [204] Itaque de ſingulis verbis ſatis dictum, quæ, [205] ut alio loco oſtendi, per ſe nullam virtutem habent. Sed ne [206] inornata ſunt quidem, niſi cum ſunt infra rei, de qua loquendum eſt, dignitatem: excepto, ſi obſcœna nudis nominibus enuntientur. [207] Quod viderint, qui non putant eſſe vitanda; quia nec ſit vox ulla natura turpis; &, ſi qua eſt rei deformitas, alia quoque appellatione quacumque ad intellectum eumdem nihilominus perveniat. Ego Romani pudoris more contentus, ut jam reſpondi talibus, verecundiam ſilentio vin-

niſi quis etiam (quia in Poëta nihil hoc miri eſſet, ſi is *albente cœlo* dixiſſet) malit legere *Cœlius ac Siſenna*, ut intelligatur *Cœlius Antipater*, qui paulo vetuſtior Siſenna fuit, & quem ſæpe cum *Cæcilio* hiſtorico Græco confundi docuit Voſſius lib. 1. de Hiſt. Lat. cap. 8. & qui fragmenta Cœlii Antipatri ab Urſino & aliis collecta inſpicere velit, reperiet, fere ubique ejus nomen cum *Cæcilio* confuſum fuiſſe; & ita inf. cap. 6. etiam dubia eſt ſcriptura, eumque hic reſtituendum eſſe ideo vero ſimilius puto, quia etiam Cæſar lib. 1. de bel. Civ. cap. 68. ut jam notavit Regius, & Auctor belli Africani cap. 80. *Albente cœlo* uſurparunt, quaſi per veſtigia veterum hiſtoricorum, non Poetarum, incedentes: non tamen vulgatam fuiſſe adhuc vocem, patet ex Servio, qui notat Virgilium uſurpaſſe hoc verbum *albet*, ad lib. XII. Æneïd. 37. poſt quem Ovidius, Valer. Flaccus, (& quis non?) uſi fuere. BURMAN.

188. *Albenti.*] Alii *Albeſcenti.*

189. *Cervicem.*] Hoc & Varro 1. de Analogia ſcribit his verbis: *Ab eo, quod alii dicunt cervices, id Hortenſius in Poëmatis cervix.* Ex quo aperte colligitur, Servium de hoc nomine falſa præcepiſſe, cum in 11. Æneid. 707. inquit: *Cervix in numero ſingulari collum ſignificat: ſi plurali utamur, ſuperbiam oſtendimus; ut in Verrinis, frange cervices.* REGIUS. Idem Servius ad lib. XI. Æneid. 496. *Quidam ſane* cervicibus *plurali numero ſecundum veteres dictum volunt, & Hortenſium primum ſingulari numero* cervicem (*unde Cicero* III. Verr. 19. cerviculam illam jactaturum) *tradunt dixiſſe. Frangere vero cervices* Cicero dixit in V. Verr. 42. ubi tamen multæ editiones *cervicem*, ut & Horatius dixit lib. II. od. 13. Sed in Vatin. cap. XI. *fregeriſne in carcere cervices ipſi illi Vettio:* ſed minime iſtis locis ſuperbiam ſignificare poteſt, ut vult Servius: ſed III. Verr. cap. 59. *qui erunt tantis cervicibus recuperatores*, recte notavit Hottomannus ſumi pro audacia, ut ſæpe alibi. BURMAN.

190. *Pluraliter appellabant.*] *Appellant*: MSS. Alm. Voſſ. ſecund.

191. *Verba fingi vetat.*] *Fingi* legendum eſſe, facile ex ſenſu, & ex iis, quæ ſequuntur, percipitur. REGIUS. *Jungi*: MSS. Bodl. Bal. Locat.

192. *Ut dicit Cicero.*] Lib. II. *de Orat.* 14. & *Partit.* cap. 5. *judicio Ciceronis*; Obrecht.

193. *Nativa.*] Hujuſmodi verba Varro lib. 5. de L. L. pag. 51. vocat *primigenia*, de quibus idem, quod & Cicero & Fabio, præcipit. REGIUS. *Nativa* ſunt verba, quæ prima impoſitione rem ſignificaverunt, quaſi cum ipſis rebus nata, & ad explicandum hominum ſenſum primo impoſita. TURNEB. Sunt illa verba vel nomina, quæ lege quadam naturæ indita ſunt rebus, ut loquitur Hippocrates de arte text. 3. Auguſtin. de Doctr. Chriſt. lib. IV. cap. 6. ALMELOV.

194. *Primo ſenſu, alia reperta, quæ ex his facta ſunt.*] Hæc omnia deerant in MSS. Alm. Voſſ. ſec.

195. *Ut jam.*] Elegans uſus particularum, pro *quamvis*: quo illuſtramus locum Ovidii in epigrammate ante Amorum libros:

Ut jam nulla tibi nos ſit legiſſe voluptas. BURMAN.

196 *Ponere alia, quam quæ.*] *Ponere aliqua quæ*: Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. *aliquam quam quæ*; V. C. Alm. *aliqua quod illi*: Voſſ. ſec. Vidov.

197. *At derivare.*] *Ac derivare*; Voſſ. ſec. & mox *quoniam deſiit.*

198. *Periculoſius finxiſſe.*] Reſpondent hiſce verba Dionyſii Longini de ſublimi genere dicendi ſectione XXXII. ubi Ariſtoteles & Theophraſtus lenimenta ſimilia audaciorum *tranſlationum* eſſe dicunt: αἱ γὰρ ὑποτιμήσεις, φασὶν, ἰῶνται τὰ τολμηρά. Ubi pro ὑποτιμήσεις Henricus Stephanus ἐπιτιμήσεις, aut προεπιτιμήσεις legendum cenſet: aliquando, ne dicam ſemper, etiam ubi verbo peregrino uti cogebantur, ſimilem formulam adhibebant. Sic Sueton. de Tiberio cap. LXXI. Sidon. Apoll. carm. XIII. præf. *Quarum talis ordo eſt, ut ſine plurimis novis verbis, quæ, præfata pace reliquorum eloquentium, tibi nota ſunt,* &c. ALMELOV.

199. *Videbimur.*] *Videmur*: Stephan.

200. *Præmuniendum eſt.*] *Præmunitionem* appellat, quam Græci προεπίπληξιν, id eſt, *præcaſtigationem*, quando durum vocabulum, poſita aliqua *parentheſi*, mollimus. TURNEBUS. Cicero III. *de Orat.* cap. 41. *Atque etiam, ſi vereare, ne paulo durior tranſlatio eſſe videatur, mollienda eſt præpoſito ſæpe verbo.* PHILAND.

201. *Permitte mihi ſic.*] *Permitte mihi ſic uti*; V. C. Alm. Obrecht. *permitte mihi ſic*: Locat. Ald. Baſil. Colin. Gryph. Vidov.

202. *Προεπιπλήσσειν.*] Deſumpta videntur hæc, ut acute Henr. Stephanus, ex Ariſtotelis lib. III. Rhetor. cap. 7. ALMELOV. Apud Ariſtotelem προεπιπλήσσειν legi annotavit Victorius ad lib. III. Rhet. pag. 694 Edit Baſil. qui *increpare ſibi* vertit, antequam illud, quod periculoſius eſſe intelligat, proferat. Græcorum verborum ſenſus eſt hujus modi: præmunire *hyperbolen* eique veniam deprecari, velut præveniendo caſtigationem & reprehenſionem. Ex Rollino.

203. *Tranſlata.*] Id eſt, *metaphorica* ſeu per *metaphoram* aliumve *tropum* uſurpata. CAPPER.

204. *Itaque ſingulis.*] *De* præpoſitionem ſenſus ſine controverſia exigit, ut *de ſingulis* legamus. REGIUS. Non habet *de* Locat.

205. *Ut alio loco oſtendi.*] Reſpicit ad lib. 1. cap. 5.

206. *Inornata quæ ſunt.*] Recte in exemplaribus quibuſdam *quæ* relativum non eſt adſcriptum. REGIUS. *Quæ ſunt*; Locat.

207. *Quod viderint, qui non putant eſſe vitandam.*] *Vitanda* legatur. Quidam autem e Philoſophis. hoc eſt Epicurei ac Cynici, unamquamque rem ſuo nomine appellandam cenſebant: id quod jocans Cicero in Epiſtolis ad Pætum ſcribit. REGIUS. Id ait propter Cynicos Philoſophos & Stoicos quoſdam, qui nullam in verbis turpitudinem eſſe dicebant, ſed in rebus dumtaxat, ut meminit Cicero lib. primo Off. cap. 35 & in epiſt. quadam ad Pætum. lib. IX. ad fam. 22. TURNEB. *Qua viderint*; Obrecht.

dicabo.

dicabo. Jam hinc igitur ad [208] conjuncti ſermonis rationem tranſeamus. Cujus ornatus [209] in hæc duo prima dividitur; [210] quam concipiamus *elocutionem*; [211] quo modo efferamus. Nam primum eſt, ut liqueat, augere quid velimus, an minuere; concitate dicere, an moderate; læte, an ſevere; abundanter, an preſſe; aſpere, an leniter; magnifice, an ſubtiliter; graviter, an urbane. Tum quo [212] *tranſlationis* genere, quibus figuris, qualibus ſententiis, quo modo, qua poſtremo collocatione id, quod intendimus, efficere poſſimus. Cæterum dicturus, quibus ornetur oratio, prius ea, quæ ſunt huic contraria laudi, attingam; nam *prima virtus eſt*, [213] *vitio carere.* [214] Igitur ante omnia ne ſperemus ornatam orationem fore, quæ probabilis non erit. Probabile autem [215] Cicero id genus dicit, quod non plus minuſve eſt, [216] quam decet. Non quia comi expolirique non debeat (nam & hæc ornatus pars eſt) ſed quia [217] vitium eſt ubique, quod nimium eſt. [218] Itaque vult eſſe auctoritatem & pondus in verbis, ſententias vel graves, vel aptas opinionibus hominum ac moribus. His enim ſalvis licet [219] aſſumere ea, [220] quibus illuſtrem fieri orationem putat. [221] Delectant [222] *tranſlata*, [223] *ſuperlata*, [224] *ad nomen adjuncta*, [225] * *duplicata*, *& idem ſignificantia*, [226] *ab ipſa actione atque ab imitatione rerum non abhorrentia.* Sed quoniam vitia prius [227] demonſtrare aggreſſi ſumus, vel hoc vitium ſit, [228] quod *κακόφατον* voca-

208. *Conjuncti ſermonis.*] Sermo conjunctus opponitur verbis ſingulis, de quibus mox agebat Fabius CAPPER.

209. *In hæc duo prima dividitur, &c.*] Confer hæc verba cum ſequentibus, ubi ſic legitur: *Eius* (ſc. ornati) *primi ſunt gradus in eo quod velis, exprimendo, concipiendoque.* CAPPER.

210. *Quam concipiamus elocutionem*] Prius membrum pertinet ad amplificationes & diminutiones, & ad tria characterum genera: poſterius vero ad *tropos* & figuras, *ſententias* & compoſitionem; his enim partibus continetur ornatus, qui poſitus eſt in ſermonis conjunctione. TURNEBUS.

211. *Quomodo.*] Francius volebat *& quomodo efferamus.*

212. *Tranſlationis.*] Id eſt, quibus *metaphoris*, aliiſve *tropis*. CAPPER.

213. *Vitio carere.*] Sententia eſt Horatiana lib. I. epiſt. I. 41.

Virtus eſt vitium fugere, & ſapientia prima
Stultitia caruiſſe REGIUS.

214. *Igitur ante omnia.*] Quaſdam orationis ponit virtutes, quæ & ſingulorum ſunt verborum, & conjunctorum: cæterum probabile hic non ponitur in re, ut in narratione, ſed in orationis forma, quæ ſit hujuſcemodi, ut probationem mereatur. BURMAN. Hic igitur λόγος *probabilis* non eſt ὁ πιθανός neque ὁ εἰκαστὸς vel εἰκώς, ſed ὁ δόκιμος vel εὐδόκιμος, & opponitur τῷ ἀδοκίμῳ, ei orationi. quam approbare nemo poſſit. Eodem ſenſu dixit paulo ſupra: *ita ſermo & doctis probabilis & planus imperitis erit*: & in proœmio hujus libri circa fin. *ea ſunt maxime probabilia, quæ ſenſum animi noſtri optime promunt.* CAPPER.

215. *Cicero id genus.*] In *Partitionibus.*

216. *Quam dicit.*] *Decet* reponendum, facile ex Ciceronis *partitionibus* cap. 6. ubi hoc præcipitur, colligitur. REGIUS. *Dicit*; Voſſ. ſec. Locat.

217. *Vitium eſt ubique, quod nimium eſt.*] Coincidit hoc cum Terentiano illo ex Andriæ principio, *ne quid nimis*: quod dictum Auſonius Cleobulo tribuit. Vide Iſidor. Peluſiotæ lib. v. epiſt. 73. & 413. Quod ad medica ita divus Hippocrates ſect. II. Aphor. 51. πᾶν γὰρ τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον: *Nam etiam omne multum naturæ eſt inimicum.* Confer & Aphor. 10. 3. & 4. ſect. II. de ſomnis & vigiliis. Senec. de Tranquil. Animi. cap. 9. *vitioſum eſt ubique, quod nimium eſt.* ALMELOV.

218 *Itaque in nobis auctoritatem in verbis.*] Hinc illam præpoſitionem *in* cum *nobis* ablativo eſſe eradendam, ac loco ejus *vult* verbum, etiam repugnantibus exemplaribus, reponendum, tum ex ſenſu, tum ex ipſis *Partitionibus* aperte cognoſcitur, hoc modo: *Itaque vult eſſe auctoritatem in verbis.* REGIUS. *Itaque in nobis auctoritatem*; Locat *in nobis eſſe auctoritatem, in verbis ſententias*; Voſſ. ſec. Colb. marg. Baſil. *itaque vult eſſe auctoritatem in verbis*; Ald. Gryph. Colin. Vidov. & reliqui addiderunt ex Cicerone *auctoritatem & pondus.*

219. *Aſſumere ea, quibus.*] *Aſſumere, quibus*; Obrecht edit.

220. *Quibus illuſtrem.*] Cicero in *Part.* cap. 6 *illuſtrem* vocat. orationem, quæ non ſolum perſpicua eſt, verum etiam ita evidens, ut rem ante oculos conſtituat: eſt autem illa, quæ *hypotypoſis* dicitur. TURNEB.

221. *Delectant.*] Hic locus (ut apparet ex Cicerone) eſt depravatus. Sic Cicero ſcribit: *illuſtris autem fit oratio, ſi verba gravitate delecta ponuntur, tranſlata, ſuperlata, &c.* Idem.

222. *Tranſlata.*] *Metaphorica* vel *tropica*, id eſt, quæ per *metaphoram* aliumve *tropum* uſurpantur. CAPPER.

223. *Superlata.*] Hoc eſt, *hyperbolica.* Sic enim apud eumdem Ciceron. 3. *de Orat. Tum augendi, minuendive cauſſa veritatis ſuperlatio*; & apud Herennianum Rhetorem lib. IV. *ſuperlatio eſt oratio ſuperans veritatem, alicuius augendi, minuendive cauſſa.* Alias τὸ *ſuperlatio* gradum, ut vocant, *ſuperlativum* indicat; ut in Soſipatro Chariſio pag. 90. veterum Grammatic. *ipſa*, inquit, *ſuperlatio per ſe prælationem omnium ſignificat*; & in Fabio noſtro lib. I. cap. 5. *per comparationes & ſuperlationes.* CAPPER.

224. *Ad nomen adjuncta.*] Ea ſunt, quæ vulgo *epitheta* vocantur. Nam τὸ *nomen* per ſe & abſolute poſitum de proprio nomine uſurpatur, ut ſupra patuit. De *epithetis* vide infra ad cap. 6. CAPPER.

225. *Duplicia.*] Quid ſibi hoc loco velint *ſupra lata*, & *duplicia* non video. REGIUS. Ita Locat. Ald. Baſil. *duplicia* etiam MSS. Bodl. Alm. Andr. *duplicia eadem ſignificantia*; Baſil. *duplicia* non agnoſcit Voſſ. ſec. ſed reliqui recte ex Cicerone *ſuperlata . . . duplicata. Duplicata* ſunt compoſita ex duobus verbis: ita Livius XXVII. II. *quos Androgynos vulgus* (*ut pleraque faciliore ad duplicanda verba Græco ſermone*) *appellat.* BURMAN. Cujus tamen interpretationi obſtat, quod hoc in loco Tullius non de Grammaticis, ſed de Rhetoricis verborum ornamentis agat. Itaque τὰ *duplicata* ſunt verba per *epizeuxin* figuram geminata; ut, *occidi, occidi autem*: & in Virgil. eclog. 2. *ah Corydon, Corydon*, &c. & ſane τὸ *duplicari* hoc ſenſu Tullius a Fabio lib. IX. cap. I. laudatus adhibuit: *cum aut duplicantur iteranturque verba* CAPPER.

226. *Ab ipſa actione atque ab imitatione.*] *Significantia, atque imitatione rerum non abhorrentia*; V. C. Alm. *ſign. atque ab imitatione r. n. a.* Voſſ. ſec. Baſil. Colin. & alii; *atque ab ipſa actione atque imitatione rerum non abhorrentia*; Cicero, qui locutione illa τὰς ὀνοματοποιΐας intelligit, hoc eſt eas vocabulorum fictiones, quæ rerum naturam ſono ipſo quadamtenus exhibent; ut λίγξε βιός, σίζε ὀφθαλμός, φλοῖσβος, *hinnire*, *mugire*, &c. CAPPER.

227. *Demonſtrare aggreſſi ſumus, vel hoc vitium ſit quod κακέμφατον.*] Hæc omnia aberant a V. C. Alm. *vel hoc vitium quod*; Voſſ. ſec.

228. *Quod κακέμφατον vocatur ſine mala conſuetudine.*] Loco *ſine* præpoſitionis legendum eſſe *ſive*, aperte ex altero, quod ſubjicitur. membro apparet: κακέμφατον autem id eſt vitium, quod vulgus Grammaticorum corrupte *cacephaton* vocat, interpretatur autem *male*, id eſt turpiter, dictum. Vitia autem ornatui contraria quinque eſſe dicuntur, *Cacophaton*, *Æſchrologia*, *Tapinoſis*, *Cacozelia*, *Cacoſyntheton*. *Cacophaton* quidem eſt vitio compoſitionis inverecunda ſuſpicio; ut illud apud Terent. Andr. V. 4. *arrige aures Pamphile*; & illud Virgilianum lib. VI. Æneid. 406. *At ramum hunc* (*aperit ramum qui veſte latebat.*) Sed Fabius ſub *Cacophati* nomine *Æſchrologiam* quoque complectitur. Eſt enim *Æſchrologia* vitio compoſitionis inverecunda oratio. aut

tur: ſive mala conſuetudine in obſcœnum intellectum ſermo detortus eſt; ut [229] *ductare exercitus*, & [230] *patrare bellum*, apud Salluſtium dicta ſancte & antique, [231] ridentur a nobis, ſi diis placet, quam culpam non ſcribentium quidem judico, ſed legentium; tamen vitanda, quatenus verba honeſta moribus perdidimus, & [232] evincentibus etiam vitiis cedendum eſt: ſive junctura deformiter ſonat; ut ſi *cum hominibus notis loqui* nos dicimus, niſi hoc ipſum *hominibus* medium ſit, [233] in præfata videmur incidere; quia ultima prioris ſyllabæ litera, quæ exprimi, [234] niſi labris coëuntibus, non poteſt, aut interſiſtere nos indecentiſſime cogit, aut continuata cum inſequente, in naturam ejus corrumpitur. [235] Aliæ conjunctiones aliquid ſimile faciunt, quas perſequi longum eſt, in eo vitio, quod [236] vitandum dicimus, commorantes. Sed diviſio quoque affert eamdem injuriam pudori; [237] ut ſi *intercapedinis* nomina-

compoſitio verborum obſcœnæ ſignificationis, aut unius verbi obſcœna ſignificatio, & pronuntiatio; ut *numerum cum navibus æquat*, Virg. I. Æneid. 193. & apud Salluſt. *ductabat exercitus*. REGIUS. Alii ſcribunt κακέμφατον, alii κακόφατον, alii κακέμφατον: res vero eodem redit. Vide Iſidor. Orig. lib. II. cap. 33. & Serv. in Virg. Æneid. I. 193. & II. 27. ALMELOV. Vide & eumdem ad I. Georg. 13. & III. Æneid. 203. Vide & Voſſ. Inſt. Orat. lib. IV. cap. II. §. 4. & cap. VI. §. 10. BURMAN. Qui neſcio quomodo corruptam in Regii notis vocem illam *Cacoſipitheton* aut non animadverterit, aut non emendarit. Eſt enim vox nihili *Cacoſipitheton*, pro qua ſcribendum eſt *Cacoſyntheton* ex Græco κακοσύνθετον, ut patet ex hoc loco Soſipatri Chariſii pag. 243. & Diomedis pag. 446. Veterum Grammat. Putſch. Κακοσύνθετον *eſt indecens ſtructura verborum; ut eſt,*

——— *verſaque juvencum.*
Terga fatigamus haſta.

Unde patet in eodem Diomede ibid. pag. 444. pro τῷ *Cacoſyndeton* legendum eſſe *cacoſyntheton*: ſed alia plura ſunt in illis veterum Grammaticorum libris loca, quæ & jam emendavimus, & ſuo tempore forſitan emendabimus. Quin immo Putſchiana illa veter. Grammatic. ſylloge poſſet aliorum quorumdam hactenus ineditorum opuſculis locupletari. Unum ſaltem laudabo Pompeium, cujus Latinam Grammaticam in Reg. biblioth. theſauro manuſcriptam legi, & τοῦ E longi ſonum τῷ τοῦ I. ſono apud veteres maxime vicinum fuiſſe, indidem demonſtravi. CAPPER.

229. *Ductare exercitum.*] Eſt apud Salluſt. Catil. cap. XI. *Cacophaton* vero in eo conſiſtit, quod *ductare* verbum ſit obſcœnæ ſignificationis, & proprie *ductari* ſcorta dicantur, cum ad libidinem abducuntur; ut recte Philander. Plaut. *Aſin.* I. III. 12. *ſolus ſi ductem, referre gratiam nunquam potes. Clear. ſolus ductato;* & Act. V. II. 13. *potes una, atque una amicam ductet decrepitus ſenex*; & alibi. Terent. *Phorm.* III. II. 15. *& meam ductes gratiis.* BURMAN.

230. *Patrare bellum.*] De his in notis meis ad Salluſtium pluribus agam, ut & in indice Lucretiano. Videatur etiam Caſp. Barth. lib. XXXV. Adv. cap. 4 PAREUS. Neque Cicero, neque Plautus, neque Livius, neque Cato, neque alii ab hoc verbo abſtinuere, nec ideo notari meruerunt: ſed omnis in Salluſtium reprehenſio recidit: quod ſæpe cum miratus fuerim, cœpi cogitare, nihil forte etiam turpe in ſolo verbo *patrare* eſſe poſitum; neque κακέμφατον eſſe, ſi quis, ut Livius, *facinus*; aut, ut Cicero, *promiſſa*; aut, ut Cato, *ſementem*, aut alia *patrare* dixerit: ſed, quod animadvertere neglexerunt huc uſque interpretes, turpitudinis dediſſe ſuſpicionem viſus eſt ineptis Criticis Salluſtius, quia junxerit hoc verbum cum nomine *bellum*, quæ & puſionem vel delicatum puerum notare poteſt: quæ ambiguitas κακέμφατον illud efficere videtur, eodem modo, ut apud Terentium in Eun. IV. 4. *conficere virginem*, κακέμφατον a multis eſſe creditur, quia ejus, ut Apuleius loquitur, *interfecta erat virginitas.* Num ergo & *conficere bellum* dicere non liceret? Solus ergo Salluſtius hic in crimen vocatur relictis aliis, qui ſine ulla ſuſpicione turpitudinis hoc verbo uſi ſunt: quanquam nec in Salluſtio *patrare incepta, conſilia*, & ſimilia culpaverunt, ſed tantum *bellum patrare*: quod cum fecerit quoque cum aliis, licet modeſtius hoc loco Fabius, infiniti inde Grammatici verbum ipſum *patrare* hoc nomine infamaverunt. Imo & apud Ciceronem *Divinat.* cap. 15. pro eo *peccare* ſuppoſuerunt, contra optimos codices, &, ut recte Gruterus cenſet, verbum minus efficax eleganti & efficaciſſimo ſubjecerunt. Ita & ſola ſuſpicione ducti Ciceroni abjudicant lib. I. ad Art. 14. & veteri Poetæ tribuunt. Cur non & ex lib. II. de Legib. 8. *operibus patratis* confoderunt? quia ſcilicet ibi ex antiqua formula leges concipit: in illo quoque Catulliano *expatrare*, nihil ego turpe video: ſed hæc omnia, ut recte Fabius hic docet, ſancte & antique dicta, ut & *bellum patrare*, ſed a male ingenioſis contra ſcribentis mentem in obſcœniorem ſenſum detorta ſunt. Quare nec Tacitus veritus ſui temporis cenſores, ſæpiſſime hac voce utitur, & etiam *bellum patrare* dixit lib. II. cap. 28. nec Frontinus erubuit dicere *victoriam patratam* lib. I. cap. XI. §. 2. licet & illo loco ejicere tentent Critici hoc malæ notæ verbum. Si enim, hoc ſtulto & puerili metu deterritis, nobis abſtinendum eſſet hac voce, quis auderet verbo *facere* uti, cujus tam multiplex uſus in obſcœnis ſignificandis erat? certe cum *facere* ſimpliciter, & *facere fortiter*, & *facere cum aliquo* honeſte dicantur, neque minus detorqueantur ad ſenſum nequiorem, de quo vide ad Petron. IX. & LXXXIX. idcone cavendum in illis κακέμφατον, ridiculi cauſſa forte excogitatum? ſed præcipue cum *omnia facere*, & *omnia facta* eodem ſenſu dicantur, quo *patrare* dici volunt, (de qua locutione videri poſſunt ea, quæ ad Petron. cap. XI. notantur) an quis veterum aut novorum Cacophati metu hac locutione abſtinuit, aut, ſi ſapit, abſtinebit? minime. Vide ad eumdem Petron. cap. CXV. Faceſſant ergo nimium curioſi in alienis verbis; &, ubi mens ſcriptoris caſta & pura ſit, ne invitis illis affingamus opprobria ſtyli turpis & obſcœni. BURMAN.

231. *Ridentibus, ſi diis placet.*] *Nobis*, aut *quibuſdam*, aut quid tale adſcribendum videtur. Neque enim *ridentibus* ad *Deos* refertur; verum illud *ſi diis placet* eſt *ironia* indignationis plena. Quare ſenſus exigere videtur, ut legatur *ridentibus nobis.* REGIUS.

232. *Evincentibus.*] *Vincentibus*; V. C. Alm.

233. *In præfata.*] Sipontinus legit *præfanda*, id eſt, *obſcœna*, quia illa non ſunt ſine *præfatione* & *venia* pronuncianda. TURNEB. Alii, *præfanda*, id eſt, quibus præfari convenit *honos ſit auribus*, vel *fœdum dictu*; ut apud Plin. lib. VII. cap. 51. PITHOEUS. *In præfanda* etiam MSS. Alm. Voſſ. ſec. & Obrecht. ſed ego vulgatam rectam puto. Nam intelligendum in *præfata vitia*, de quibus ante diximus, ut κακέμφατον. Senſus enim Quinctiliani, ut recte Aſcenſius vidit, & notaverat etiam Sciopp. in Gramm. Philoſoph. pag 197. eſt, in illa locutione, *cum hominibus notis loqui*, eſſe vitium hoc, ſi vox *hominibus* non poneretur media inter *cum* & *notis* ..... unde & veteres non *cum nobis*, ſed *nobiſcum* dicere inſtituerunt. Nolebant enim literam *n*, ſequi præpoſitionem *cum*, quia in compoſitionibus ſolebat tranſire in *n*. Vide Ciceron. *Orat.* cap. 45. & Serv. ad Virg. I. Æneid. 193. & ita Cicero nunquam dicit *cum nos*, ſed interponit ſemper aliquid, ut lib. II. *de Orat.* I. *cumque nos cum conſobrinis noſtris erudiremur*, non & *cum nos*. Sic neque *Dorica caſtra* probabant, quia ultima ſyllaba *ca* cum ſequentis vocis prima, *cacas* efferebat. Serv. ad Georg. II. 13. & Æneid. II. 27. & Weitz. ad Virgil. Copam, initio; *Syriſca caput*: ſed obſcuram hanc & ineptam diligentiam egregie refutavit Broukhuſius meus ad Tibul. I. I. 3. BURMAN.

234. *Niſi labris coëuntibus, &c. aut non cogitata c. i. in natura ejus corrumpitur.*] Mendæ ex hoc ſenſu tolluntur, ſi & *labris*, *o* vocali expuncta; & pro *cogitata*, *continuata*; & pro *natura*, *naturam* legatur. REGIUS. *Cogitata & in natura*; Locat.

235. *Aliæ conjunctiones.*] Ut hæc conjunctio, *Dorica caſtra*, incidit in *cacophaton* ex conjuctione: non tamen more ſuperioris, quæ ex conjunctione & obſcœnum reddebat vocabulum, & duram juncturam. TURNEB. *Aliæque*; V. C. Alm. Locat. Ald. Par. Vaſc. Steph. Colin.

236. *Vitandum dicimus.*] *Vitandum ſcimus*; Voſſ. ſec. Colb. marg. Baſil.

237. *Ut ſi intercapedines.*] *Intercapedinis* quidem, ut eſſet

tivo caſu quis utatur. Nec ſcripto modo id accidit, ſed etiam ſenſu plerique obſcœne intelligere, niſi caveris, cupiunt; ut apud [238] Ovidium,

Quæque latent, [239] *meliora putat:*

ac ex verbis, quæ longiſſime ab obſcœnitate abſunt, occaſionem turpitudinis rapere. Si quidem Celſus *cacophaton* apud Virgilium putat,

[240] *Incipiunt agitata tumeſcere:*

quod ſi recipias, nihil loqui tutum eſt. Deformitati proximum eſt humilitatis vitium, [241] ταπείνωσιν vocant, qua rei magnitudo vel dignitas minuitur; ut [242] *Saxea eſt verruca in ſummo montis vertice.* [243] Cui natura contrarium, ſed errore par eſt, [244] parvis dare excedentia modum nomina, niſi cum ex induſtria riſus inde captatur. Itaque nec parricidam, [245] *nequam* dixeris hominem; nec deditum forte meretrici, *nefarium:* quod alterum parum, alterum nimium eſt. Proinde quædam hebes, ſordida, jejuna, triſtis, ingrata, vilis oratio eſt. Quæ vitia facillime [246] fiunt manifeſta contrariis virtutibus. Nam primum acuto, ſecundum nitido, tertium copioſo, deinceps hilari, jucundo, [247] accurato diverſum eſt. [248] Vitanda & μείωσις, cum ſermoni quidem

genitivus, ſcripſit Fabius: ſed quorumdam perverſo judicio in nominativum pluralem genitivus ipſe fuit commutatus: quo modo ſi legatur, nullum eſt hoc exemplum. Quare citra ullum dubium, *intercapedinis* eſt legendum; nam *intercapedinis* nominativus eſt *intercapedo*, quem ſi quis divideret, ac priores tres ſyllabas efferret, deinde *pedo*, nimirum in obſcœnitatem incideret. *Pedo* enim per ſe verbum obſcœnum eſt. Quam obſcœnitatem Fabius vitans eum nominativum apponere in contextu noluit. REGIUS. Ex Ciceronis ad Pætum Epiſtola lib. IX. 22. erudita. *Quid enim? num honeſtum verbum eſt diviſio? at ineſt obſcœnum, cui reſpondet intercapedo.* Nempe propter finales ſyllabas *pedo* & *viſio*, quibus ſignificantur πέρδη & βδέω. Quæ primum animadverſa a Criticorum principe Scaligero. COLOMES. *Intercapedines*: Locat. *intercapedine*: Ald. Vide cl. Græv. ad Epiſtolam dictam Ciceronis.

238. *Ovidium.*] Lib. I. Metam. 502. ubi tamen legitur: *Si qua latent, meliora putat*: *meliora puta*; Locat.

239. *Meliora puta ex verbis quæ.*] Puto eſſe legendum, atque *ac* copula mihi adſcribenda videtur, ut ſit *ac ex verbis.* Eorum autem Ovidii verborum ſenſum perverſe quidam ad pudenda virginis Daphnes, quæ in primo Metam. deſcribitur, putant referendum; cum Ovidius non tam de parte corporis ſenſerit, quam de reliquis membris, quæ veſtibus tegebantur. REGIUS. *Ac* deeſt in MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald.

240. *Incipium agitata.*] I. Georg. 357. ea detorſiſſe in turpitudinem Capilupum, qui centones Virgilianos ſcripſit hoc modo,

Incipium agitata tumeſcere turpia membra,

notaverat Gallæus.

241. *Ταπείνωσιν.*] Eſt contra dignitatem magnæ rei humilis expoſitio; ut illud Horatianum I. od. 6. *Pelidæ ſtomachum cedere neſcii. Stomachus* enim, cum interdum pro levi indignatione ponatur, vehementem iram eo in loco ſignificat. Et Virgilii illud I. Æneid. 352.

Multa malus ſimulans, vana ſpe luſit amantem.

Sceleratus enim criminis atrocitati magis conveniſſet, quam *malus.* REGIUS.

242. *Ut ex ea verruca in ſummo.*] Sic quidem legitur in omnibus, quæ ego viderim, exemplaribus; ſed non ſine menda, ut ego quidem ſentio; nullus enim elicitur ſenſus. Fortaſſe autem loco *in* præpoſitionis *pro* reponenda, ut ſit *pro ſummo montis vertice*: nam ſi *verruca*, quæ eſt *caruncula* durior exſtans atque eminens in multorum corporibus, quam nunc vulgus *porrum* appellat, poneretur pro vertice montis ab aliquo, nimirum is in *tapinoſin* incideret. Videtur autem hoc exemplum de *Originibus* Catonis eſſe ſumptum. REGIUS. Exemplum hoc ſumptum eſt ex *Originibus* Catonis. Porro *verrucam* appellat editum tumulum: eſt autem *verruca* eminens in corpore humano caruncula. TURNEB. Vide Gell. III. 7. Voſſius vero excuſat Catonem lib. IV. Inſt. Orat. cap. VI. § 9. propter ſummam ſimilitudinem in hac *metaphora*, & quia humilitatis vitium *epitheto* (*ſaxea*) tollitur: eodem modo ut Servius obſervat, Virgilium lib. I. Æneid. 118. *in gurgite vaſto*, humilitatem ſermonis *epitheto* ſublevaſſe, addentem *vaſto*. Et cum de equo lib. II. 19. loqueretur *cavernas ingentes.* Vide & lib. III. 197. ſed in verbis apud Gellium *ſaxea* non legitur, quam vocem ſi addidiſſet, forte Fabii reprehenſionem effugiſſet: ſed humilitas eſt in ipſa voce *verruca*, quæ non elegantis uſus erat. Sic ταπείνωσιν in voce *Avunculus*, qua utitur Virgil. lib. III. Æneïd 343. acceperunt quidam; & in *ligno* lib. IX. 413. Ita nec *lucernas*, propter humilitatem, ſed *lychnos* dixerunt Heroïci Poëtæ, notante Lutatio ad Stat. I. Theb. 521. nec *panem*, ſed *Cererem.* Vide Barth. ad Stat. I. 524. Hinc & ſæpe genus ponunt, non ſpeciem; ut *avem*, *volucrem*, non *mergum*, *hirundinem*, & ſimilia, ut humilitatem vitent. Vide Serv. ad I. Georg. 394. IV. 254. VIII. 456. & alibi. Cæterum *ut ex ea eſt verruca* habent Locat. marg. Baſil. *ut ea eſt*; Voſſ. ſec. & cum infra lib. VIII. cap. 6. ubi idem exemplum proponitur, etiam Regius pro *ſaxea*. *ex ea* emendandum cenſeat, hic quoque ita recte cum antiquis editionibus legeretur, *ex ea* (ſcilicet *tapineſi*) *eſt verruca*, &c. ut Gellio & Fabio conveniat, & Voſſio omnis Catonem excuſandi prætextus dematur. BURMAN.

243. *Cui non contrarium.*] *Natura*, loco illius *non*, caſtigate in quibuſdam legitur exemplaribus. REGIUS. *Cui non*: Voſſ. ſec. Locat.

244. *Parvis dare.*] Hoc vitium poteſt appellari *auxeſis*, quoniam parvis rebus magnifica aptantur & gravia nomina. TURNEB.

245. *Nequam.*] Ratio, quia hoc proprie convenit in diſſolutum, qui libidine & luxuria diffluens ſua paternaque bona diſperdit; quales *nequam* frugalibus ſæpe opponit Cicero. vide III. Tuſcul. 8. & 17. & III. de fin. 8. & pro Font. 13 & ex formula interdicti Prætoris apparet apud Paulum lib. III. ſent. tit. 3. vide & Gell. VII. II. & Pincier. Parerg. lib. IV. cap 36. *Nefarius* vero de ſcelerato & perditæ audaciæ homine, ut parricida, ſicario, &c. proprie dicitur, ut paſſim apud Ciceronem & alios legitur: ita *nefaria* mulier, quæ inſidias filio molitur; Cicero pro Cluentio cap. 63. & 66. BURMAN. Cæterum probabilem & *nequam* etymologiam aſſignaſſe videtur Feſtus Pompeius his verbis: *Nequam, qui ne tanti quidem eſt, quam quod habetur minimi*: niſi quis cum Varrone lib IX. de Ling. Lat. malit dicere: *ut ex* non & volo, nolo; *ſic ex* ne & quicquam, *item media extrita ſyllaba, coactum eſt* nequam. Sic & Gallice dicimus *un vaut rien.* CAPPER.

246. *Fiunt manifeſta.*] *Fient*: Voſſ. ſec.

247. *Accurato diverſum eſt.*] Græciſmum quemdam ſapit hæc loquendi formula. Nam Græce dicitur διαφωνεῖ τὸ τῷ, διάφοροι ἴσο τοῖς ἐγένοντο, κλ. CAPPER.

248. *Vitatum & μείωσις.*] *Vitatur* legendum eſt, indeque inchoandus eſt ſenſus: *μείωσις* autem *minutio* transfertur. REGIUS. Μείωσις a Donato appellatur *ellipſis*, cum verbum aliquod neceſſarium orationi deeſt. Quod ſi obſcuritatem faciat *μείωσις*, vitioſa eſt: ſin minus, ad elegantiam & ornatum pertinet. Eſt & *μείωσις*, quæ *amplificationi* opponitur, de qua non loquimur. TURNEB. Verum quod hic Donato attribuit Pſeudo-Turnebus, unde hauſerit, neſcio. Nam Donati Grammaticam in Putſchiana ſylloge, & ejuſdem Commentarios in Terentium quantacumque cura evolverim, τὴν μείωσιν ab eo *ellipſin* appellatam fuiſſe nequaquam deprehendi. Unus, quod ſciam, Fabius τὸ τῆς μειώσεως nomen *ellipſi* dedit: unde pro *Donato* forte *Fabio* vel *Quintiliano* Turnebianus ille ſcripſerat. CAPPER.

deeſt aliquid, quo minus plenus ſit: quanquam id obſcuræ potius, quam inornatæ orationis vitium eſt. Sed hoc quoque cum a prudentibus fit, *ſchema* dici ſolet, ſicut [249] ταυτολογία, id eſt, ejuſdem verbi aut ſermonis iteratio. Hæc enim, quanquam non magnopere ſummis [250] auctoribus vitata, interim vitium videri poteſt: in quod ſæpe incidit etiam Cicero, [251] ſecurus tam parvæ obſervationis; ſicut hoc loco: *Non ſolum igitur illud judicium judicii ſimile, judices, non fuit.* Interim mutato nomine [252] ἐπανάληψις dicitur, [253] atque eſt & ipſum inter *ſchemata*: quorum exempla [254] illo loco [255] reddam, [256] quo virtutes erunt. Pejor hac [257] ὁμοιολογία eſt, quæ nulla varietatis gratia levat tædium, atque eſt [258] tota coloris unius, [259] quæ maxime deprehenditur carens arte oratoria, [260] eaque & in ſententiis, & figuris, & [261] compoſitione longa, non animis ſolum, ſed etiam auribus eſt ingratiſſima. Vitanda [262] μακρολογία, id eſt, longior, quam oporteat, ſermo; ut apud [263] Livium: *Legati, non impetrata pace, retro domum, unde venerant, abierunt.* [264] Sed huic vicina *periphraſis* virtus habetur. [265] Eſt & πλεονασμὸς vitium, cum ſupervacuis verbis oneratur oratio: [266] *Ego meis oculis vidi.* Satis eſt enim, *vidi.* Emendavit [267] hoc non inurbane [268] in Hirtio Cicero, [269] qui, [270] cum in Panſam declamans, [271] *filium a matre decem menſibus in utero latum eſſe* dixiſſet; *Quid? aliæ*, inquit, *in* [272] *penula ſolent ferre?* Non-

249. *Ταυτολογία.*] Ταυτολογία vana eſt ejuſdem verbi repetitio: ſi tamen repetitio illa apta eſt, appellatur *epanalepſis*, ſi idem caſus & eadem facies ſervatur. Quod ſi caſus mutentur, appellatur *traductio* & πλοκή. TURNEB. Vide lib. IX. cap. 3.

250. *Auctoribus uſitata.*] Niſi corrigatur hic ſenſus, videbitur Fabius ſibi ipſi eſſe contrarius: una autem *s* litera dumtaxat eraſa, facile emendari poteſt, ut vitata legatur, non *uſitata*. Exemplum autem, quod ſequitur, ex oratione Ciceronis pro Cluentio cap. 35. eſt ſumptum. REGIUS. Sed rectam interpunctionem excludere in Ciceronis verbis *tautologiam*, recte judicavit cl. Grævius; legendum enim: *non fuit igitur illud judicium; judicii ſimile, judices, non fuit. Uſitata* eſt in Locat. edit. *vitanda*; Voſſ. ſecund.

251. *Securus tam parvæ obſervationis.*] Hæc quoque locutio ad Græciſmum accedit: τηλικαύτης παρατηρήσεως ἀμελέστερος & ἄφροντις. Nam τὸ *ſecurus* eſt *ſeorſum a cura*, *ſine cura*, &c. CAPPER.

252. *Ἐπανάληψις dicitur.*] Hæc quidem vox repetitionem ſonat: ſed Rhetoribus aliis aliud ſignificat, ut patet ex Voſſio inſtit orat. lib. V. pagg. 276. & 289. itemque ex veterib. Grammatic. Putſch. qui tradunt τὴν ἐπανάληψιν, *epanalepſin*, proprie dictam eſſe vocabuli repetitionem, quæ fiat in principio & in fine ſententiæ ſeu verſus; ut,

Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo. Virgil. Eclog. 7.

ſed longe latiori ſenſu vocem hanc nunc uſurpat Fabius.

253. *Atque eſt & ipſum.*] Forte, *atque eſt id ipſum.* FRANCIUS.

254. *Illo loco.*] Videlicet lib. IX. cap. 3.

255. *Reddam.*] Ἀποδώσω, exhibebo, proferam, &c. CAPPER.

256. *Quo virtutes erunt.*] Ubi de *Schematibus* (figuris) loquar, quatenus orationem exornant, quatenus orationis virtutibus annumerari poſſunt. Nam apud Poëtas multa ſunt *ſchemata* (figuræ) quæ licentiam potius, quam virtutem præ ſe ferunt: immo Donatus pag. 1770. Grammatic. Putſch. vitii nomen illis imponere non dubitavit. CAPPER.

257. *Ὁμοιολογία.*] Ὁμοιολογία eſt oratio ſimilis, quæ eodem perpetuo tenore fuit, nec variatur ac diſtinguitur figuris, nec ſpeciem unquam mutat: nihil autem (ut docuit antea Fabius) in ratione dicendi poteſt eſſe odioſius ſimilitudine. TURNEB. *Pejor hac* deeſt in Voſſ. ſec.

258. *Tota coloris unius.*] *Tota dotis unius*; MSS Bodl. Voſſ. ſec. Andr.

259. *Quæ maxime.*] *Qua maxime*; edit. Obrecht.

260. *Eaque & in ſententiis.*] *Æque ut & ſententiis*; Voſſ. ſecund.

261. *Compoſitione longa.*] *Longe*; Voſſ. ſec.

262. *Μακρολογία.*] Μακρολογία, id eſt, prolixa oratio, eſt, cum orationi adjicitur ſenſus aliquis non neceſſarius. Huic opponitur βραχυλογία, id eſt, orationis brevitas, quæ etiam commendatur in narratione. TURNEB.

263. *Livium.*] Lib. VIII. ab urbe cond. PHILAND. Sic idem Livius lib. XXXVII. 19. *inſtaurare novum de integro bellum* dixit. Propert. I. eleg. 3.

Sed ſic hærebam fixis intentus ocellis.

ubi τρὶς τὸ αὐτό. Vide Paſſerat. Talem in Silio *Tautologiam* notat Barthius, lib. XIV. 615.

Serpis paſcendo creſcens Acheruſia peſtis.

in adverbiis idem ſignificantibus cumulandis frequens hæc obſervatio. Vide Paſſer. ad Prop. I. 9. pag. 185. & alios. BURMAN.

264. *Sed huic vicia.*] *Vicina* legendum eſſe, nemo ignorat. REGIUS.

265. *Eſt & πλεονασμός.*] Πλεονασμὸς perſæpe in vitium incidit: cum tamen aſſeverationis, aut amplificationis cauſſa adhibetur, virtutis habet locum; ut apud Ciceronem pro Milone: *Niſi oculis videritis*, TURNEB.

266. *Ego meis oculis vidi.*] Idem fere tradit lib. IX. cap. 3. Vide de ſimilibus locutionibus ad Sil. XVI. 645 eruditiſſimum Drakenborchium, quem tandem patria ſua intelligere cœpit; &, dum hæc ſcribo, doctrinæ ejus merita præmia deſtinavit, erudiendæ juventuti provinciam mandans, quam in Academiæ & literarum ſplendorem egregie adminiſtraturum ominamur. BURMAN.

267. *Hoc non inurbane.*] *Hoc etiam urbane*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Par. Baſil. Obrecht. *hoc & urbane*; Andr. *hoc enim urbane*; Colin.

268. *In Hirtio.*] Cicero jam ſenex pleroſque ex nobilibus Romanis rhetoricam docebat: itaque diſcipulos habuit Hirtium & Panſam, quos jam ætate grandiores ſolebat appellare *grandes prætextatos*. TURNEB. Scribe in *Hircio.* Nam Cicero diſcipulos habuit Hircium & Panſam, ut teſtatur lib. IX. Epiſt. & nos dicemus lib. XII. cap. 11. PHILAND. *In Hircium*; Locat. Ald. Colin. Vidov. Baſil. *in Hirtium*; Ald. *Hircium*; Locat. Baſil. Gryph. Colin. *in Hircio*; Vaſcoſ. Steph. Rollin.

269. *Qui.*] Videlicet Hirtius, vel Hircius, quomodo ſcribendum eſſe Philander cenſebat; neque enim τὸ *qui* ad Ciceronem referri poteſt: itaque pronomen relativum non ſemper ad nomen proxime ſuperius refertur. CAPPER.

270. *Cum paſſivum declamans filium.*] *Paſſienum* puto eſſe legendum. REGIUS. *Cum paſſivum*; Voſſ. ſec. Vall. lib. Locat. *cui cum in Panſam declamans*; Ald. (niſi quod *Pauſam* habet) Vidov. *Hircii cauſſa, cum Paſſienus declamans*; marg. Baſil.

271. *Filium a matre decem m. i. u. latum eſſe.*] *Filium matri decem menſibus in utero dixiſſet*; MS. Bodl. Andr. marg. Baſil. *filium matri d. m. in utero latum eſſe dixiſſet*; Obrecht. hæc de declamatione, quam magiſtro dicendi Cicerone ſolebat habere Hirtius, intelligenda. Vide Cicer. IX. ad Fam. 16.

272. *Penula.*] An *Perula?* ut Plaut. *in Vidulo.* Ita legitur adnotatum in editionis Lugdunenſis notis, quam eſſe Paſſeratii conjecturam notavit Gallæus, quia quid *penula* hic faciat non videbat, uſumque hac voce Senecam notat: ſed & Plaut. in Trucul. II. VI. 54. & Apuleius lib. V. Metam. & in Apolog. uſi ſunt. Neque plane rejiciendam hanc conjecturam cenſeo, cum nulla inter *uterum* & *penulam* ſit ſimilitudo: ſed *perula*, quæ ſacci ſpecies, apte utero gravidæ mulieris comparari poteſt. An vero hæc Ciceronis urbanitas vitio careat, dubitari poſſet; quia alii ita loqui non reformidarunt. Sic certe Ovidius lib. III. Metam. 268.

Concipit, id deerat, manifeſtaque crimina pleno

nunquam tamen [273] illud genus, cujus exemplum priore loco poſui, [274] affirmationis gratia adhibetur :

——— [275] *Vocemque his auribus hauſi.*

[276] At vitium erit, [277] quoties otioſum fuerit, & [278] ſupererit, [279] non cum adjicietur. Eſt etiam, quæ [280] περιεργία vocatur, [281] *ſupervacua* (ut ſic dixerim) *operoſitas*; ut a diligenti curioſus, [282] & a religione ſuperſtitio diſtat. Atque, ut ſemel finiam, [283] verbum omne, quod neque intellectum adjuvat, neque ornatum, vitioſum dici poteſt. [284] Κακόζηλον, id eſt, *mala affectatio*, per omne dicendi genus peccat. Nam & tumida, & exilia, & prædulcia, & abundantia, & arceſſita, & exſultantia, [285] ſub idem nomen cadunt. Denique κακόζηλον vocatur, [286] quidquid eſt ultra virtutem, quoties ingenium judicio caret, & ſpecie boni fallitur : omnium in eloquentia vitiorum peſſimum. [287] Nam, cætera cum vitentur, hoc petitur. Eſt autem totum in *elocutione*. Nam rerum vitia ſunt, ſtultum, commune, contrarium, ſupervacuum : corrupta oratio in verbis maxime impropriis, redundantibus, [288] comprehenſione obſcura, [289] compoſitione [290] fracta, [291] vocum ſimilium, aut ambiguarum puerili captatione conſiſtit. Eſt autem omne [292] κακόζηλον utique falſum, etiamſi non omne falſum κακόζηλον; ut cum dicitur aliter, quam ſe natura habet, & quam oportet, & quam ſat eſt. Totidem autem generibus corrumpitur oratio, quot ornatur. Sed de hac parte & [293] in alio a nobis opere plenius dictum eſt, & in hoc ſæpe [294] tractabitur, & adhuc [295] ſpargetur omnibus locis. Loquentes enim de ornatu, ſubinde, quæ ſunt vitanda, [296] ſimilia virtutibus vitia dicemus. [297] Sunt inornata & hæc;

Fert utero.

& lib. VIII. 133.

Diſſortemque utero fœtum tulit.

& lib. X. 469.

Plena patris thalamis excedit, & impia diro
Semina fert utero.

Neque Græcos abſtinuiſſe ab ſimili pleonaſmo apparet ex Evang. Lucæ I. 31. ubi dixit ὁ λήψῃ ἐν γαστρί, cum videatur ſufficere ὁ λήψῃ. Et ne quis Hebraiſmum ex ſimilibus locutionibus ex Veteri Teſtamento adductis eſſe contendat, ita ſciat & Hippocratem locutum Aphor. ſect. V. §. 46. ὁκόσαι παρὰ φύσιν παχεῖαι ἐοῦσαι μὴ ξυλλαμβάνουσιν ἐν τῇ γαστρί. Sic ἐν γαστρὶ ἔχειν dixit Artemidor. Oneir. lib. IV. cap. 85. & Scholiaſt. Eurip. Hec. 762. φέρει ὑπὸ ζώνης, exponit ἐν γαστρὶ ἔχει. BURMAN.

273. *Illud genus.*] Figuræ genus, cui nomen πλεονασμὸς, *pleonaſmus*. CAPPER.

274. *Affirmationis gratia.*] Hoc eſt, majoris & vehementioris affirmationis cauſſa, ut nempe res ἐμφατικώτερον, majori cum *emphaſi* enuncietur; tunc enim illa locutio *pleonaſtica* nonnullum animi affectum ſpecialem ſignificat, ſicque non eſt otioſa. CAPPER.

275. *Vocemque.*] Lib. IV. Æneid. 359. PHILAND.

276. *At vitium erit.*] *Tale vitium erit*; MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Colb. Andr.

277. *Quoties occiſum fuerit.*] *Otioſum* emendate quibuſdam legitur exemplaribus. REGIUS. *Occiſum*; Locat.

278. *Supererit.*] Superfluum, ſupervacaneum erit. CAPPER.

279. *Non cum adjicietur.*] *Non tamen adjicietur*; Voſſ. ſec. Cæterum Fabii verba ſic exponebat Rollinus : *Non erit vitium, cum adjicietur ex induſtria* : ſed malim ita exponere : non erit vitium, cum adjicietur majoris & vehementioris affirmationis gratia, ut res ἐμφατικώτερον affirmetur. Nam & poſſet adjici de induſtria, & perperam. CAPPER.

280. *Περιεργία.*] Περιεργία tam eſt in rebus, quam in verbis. Fit autem, cum nimia diligentia utimur; inde enim vel addendo, vel detrahendo, aut nimium excolendo, aut ſæpius mutando orationem vitiamus, & reddimus inornatam. *Periergiæ* vitium eſt in quibuſdam noſtri temporis, qui vix ulla dictione, aut ulla phraſi uti audent, niſi ſit Ciceroniana; alioqui enim arbitrarentur orationem inquinari. TURNEB.

281. *Cum ſupervacua (ut ſic dixerim) operoſitas.*] Aut *cum* præpoſitio eſt expungenda, aut *cura*, quod magis placet, adſcribenda, ut legatur : *cum ſupervacua cura (ut ſic dixerim) operoſitas*. REGIUS. *Cum ſupervacua, ut*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. forte ſcripſerit *cura ſupervacua, & (ut ſic dixerim) operoſitas*. Nam *cura* laudabilis eſt, ſed ideo addit *ſupervacuam*, quæ eſt περιεργία. Vide ad Præfat. hujus libri, ubi *curam verborum* requirit. *Operoſitas* vero, quia nova vox, præmunienda erat præfatione veniæ. Nam operoſi ſunt, qui nimia & ſupervacua cura ornant & colunt aliquid; ut eleganter de puellis Ovidius II. Amor. X. 5.

Utraque formoſa eſt, operoſæ cultibus ambæ.

ita *operoſa Minerva*. Horat. III. Od. 12. & paſſim ille, & alii. BURMAN.

282. *Et a religione.*] *Et religione*; V. C. Alm.

283. *Verbum omne.*] *Vel verbum omne*; Locat. Ald. *vel verborum omne*; Voſſ. ſec.

284. *Κακόζηλον.*] *Cacozelia* nullum eſt deterius vitium. Fit autem, cum mala affectatione id, quod vitioſiſſimum eſt, arbitramur elegantiſſimum & ornatiſſimum; ut ſi quis ſtylo & phraſi Apuleii uteretur. TURNEB.

285. *Sub idem nomen.*] Quod eſt κακόζηλον, *mala affectatio*. CAPPER.

286. *Quidquid eſt ultra virtutem.*] *Quod quidem ultra*; Voſſ. ſec.

287. *Nam cætera vitantur, hoc petitur.*] *Parum* adverbium emendate in quibuſdam eſt adſcriptum exemplaribus, hoc modo : *Nam cætera parum vitantur, hoc petitur*. REGIUS. Et ita MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſec. Andr. Colin. *nam cætera vitantur*; Locat. Ald. Par. Vidov. *cætera cum vitentur*; Pariſ. Gryph. Steph. Roign. Philand. Leid. Oxon. Obrecht.

288. *Comprehenſione obſcura.*] Ita legendum pro *compreſſione*. REGIUS. *Compreſſione*; MS. Bodl. Locatel. Ald. Obrecht. Cæterum *comprehenſio* hoc quidem in loco ipſum orationis ambitum, ſive periodum ſignificat. CAPPER.

289. *Compoſitione.*] Id eſt, vocabulorum collocatione. Vide Dionyſii Halicarnaſſ. opuſculum περὶ τῆς τῶν ὀνομάτων συνθέσεως. CAPPER.

290. *Fracta.*] Hoc eſt, molliori, effeminata, enervata. CAPPER.

291. *Vocum ſimilium.*] Aut intelligit *ſimiliter cadens* & *ſimiliter deſinens*, in quibus nimius eſt Apuleius ex prava affectatione; aut certe intelligit otioſam *ſynonymiam* & affectatam. TURNEB.

292. *Κακόζηλον utique falſum.*] Quia *cacozelia* malum imitatur ſpecie boni, falſa eſt : non tamen, ſi quid falſum, eſt protinus *cacozelum*; ut in tribus, quæ Fabius enumerat, quorum primum pertinet ad actionem orationis, ſecundum ad decorum, tertium ad modum. TURNEB.

293. *In alio opere.*] In libro de cauſſis corruptæ eloquentiæ. PHILAND. Cujus meminit in *proœmio* libri VI. & in ultimis verbis hujus libri. ALMELOV.

294. *Tractabitur.*] *Tractatur*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Colin.

295. *Spargitur.*] *Spargetur* mihi legendum videtur. REGIUS. *Spargitur*; Locat. Ald.

296. *Similia virtutibus.*] *Similia autem vir*; Voſſ. ſec. Franeus volebat *ſimilia enim virtutibus*.

297. *Sunt in ornatu & hoc.*] Depravatus hic locus facile corrigitur, ſi legatur *inornata & hæc*. REGIUS. *Sunt in ornatu & hoc*; Locat.

quod male diſpoſitum eſt, id [298] ἀνοικονόμητον; quod male figuratum, id ἀσχήματον; quod male collocatum, id [299] κακοσύνθετον vocant. Sed de diſpoſitione [300] diximus: de figuris & compoſitione dicemus. [301] Κοινισμὸς quoque appellatur quædam mixta [302] ex varia ratione linguarum oratio; ut ſi Atticis Dorica, Ionica, Æolica etiam dicta confundas. Cui ſimile vitium eſt apud nos, ſi quis ſublimia humilibus, [303] vetera novis, poëtica vulgaribus miſceat. Id enim tale eſt monſtrum, quale Horatius in prima parte libri de Arte poëtica fingit:

Humano capiti cervicem pictor equinam
Jungere ſi velit, ...

& cætera ex diverſis naturis ſubjiciat. [304] Ornatum eſt, quod perſpicuo ac probabili plus eſt. [305] Ejus primi ſunt gradus [306] in eo, quod velis, exprimendo, [307] concipiendoque; tertius, [308] qui hæc nitidiora faciat, quod proprie dixeris cultum. Itaque [309] ἐνάργειαν, cujus in præceptis *narrationis* feci mentionem, quia plus eſt evidentia, vel, ut alii dicunt, repræſentatio, quam perſpicuitas, & [310] illud quidem patet, [311] hæc [312] ſe quodammodo oſtendit, inter ornamenta ponamus. Magna virtus eſt, res, de quibus loquimur, clare, atque ut cerni videantur, enuntiare. Non enim ſatis efficit, neque, ut debet, [313] plene dominatur oratio, ſi uſque [314] ad aures volet, atque ea ſibi judex, de quibus cognoſcit, narrari credit, [315] non exprimi, & oculis mentis oſtendi. Sed, quoniam pluribus modis [316] accipi ſolet, non equidem in omnes [317] eam particulas ſecabo, [318] quarum ambitioſe a quibuſdam numerus augetur, ſed maxime neceſſarias attingam. [319] Eſt igitur unum genus, quo tota rerum imago quodammodo verbis depingitur:

[320] *Conſtitit in digitos extemplo arrectus uterque:*

& cætera, quæ nobis illam pugilum congredientium [321] faciem ita oſtendunt, ut non [322] clarior futura fuerit ſpectantibus. Plurimum in hoc genere, [323] ſicut in cæteris, eminet Cicero. [324] An quiſquam tam procul a concipiendis imaginibus rerum abeſt,

298. Ἀνοικονόμητον.] *Oeconomia* appellatur optima diſpoſitio, cum res artificioſe digeruntur; contrarium eſt illi hoc vitium: illa orationem ornat; hoc fœdat. TURNEB.

299. Κακοσύνθετον.] Hoc vitium eſt adverſus compoſitionem, quando mala junctura eſt & prava verborum ſtructura: ut autem compoſitio apta ornat, ita κακοσύνθετον dedecorat. TURNEB.

300. *Diximus.*] Lib. VII. cap. I. PHILAND.

301. Κοινισμός.] Κοινισμὸς, id eſt, *communio*, apud Græcos fit, cum dialecti vitioſe commiſcentur. Apud Latinos dialectorum non eſt varietas: tamen vitium erit ſimile, ſi quis temere miſceat humilia & grandia verba. TURNEB. σύραιμος; Ald. & Vallæ lib. Hinc fictitius ille *foræſmus*, qui legitur in Deſpauterii Grammatica pag. 712. ſed errorem hunc cum pluribus aliis, quibus Deſpauterianum opus alioqui præclarum deturpatur, indicabimus & refellemus ad lib. IX. cap. 3. ubi de illis Fabii verbis: *Tertia, quæ dicitur συνεζευγμένον.* CAPPER.

302. *Ex varia.*] *Et varia;* Voſſ. ſec.

303. *Vera novis.*] *Vetera* legendum eſſe, nemo non videt. REGIUS.

304. *Ornatum.*] Oratio poteſt eſſe perſpicua & probabilis, id eſt, nihil habere *plus minuſve, quam decet*, ut ex Cicerone paulo ante definitur, necdum eſſe ornata: id, quod duabus hiſce virtutibus adjicitur, efficit ornatum. ROLLIN.

305. *Primi ſunt gradus.*] *Plurimi;* Vaſc. *ejus primi gradus in eo, quod velis exprimi decentius, quod hæc nitidiora faciat;* MS. Bodl. Andr. Obrecht. *Ejus primi ſunt gradus in eo, quod.... tertius, &c.*] Id eſt, τὸ perſpicuum, & τὸ probabile ſunt primi gradus τοῦ *ornati*, cujus tertius gradus eſt ὁ cultus. CAPPER.

306. *In eo, quod velis exprimendo concipiendoque.*] Sic paulo ſupra dixerat Fabius: *Ornatus in hæc duo prima dividitur; quam concipiamus elocutionem; quomodo efferamus.* Unde firmatur eruditi Rollini conjectura, hic aliquid forte mendi ſubeſſe, inverſum eſſe ordinem; prius eſt enim rem concipere animo, quam verbis exprimere. CAPPER.

307. *Concipiendoque.*] Deeſt in V. C. Alm.

308. *Qui hæc.*] Nempe τὸ perſpicuum & τὸ probabile. CAPPER.

309. Ἐνάργειαν.] Ἐνάργεια, id eſt, evidentia, ita luculenter rem deſcribit, ut geri videatur, non deſcribi. Huic finitima eſt virtus ἐνέργεια, id eſt, efficacia, cujus officium eſt efficere, ut ea, quæ dicuntur, non videantur otioſa, ſed quaſi actuoſa. TURNEB. ἐνέργειαν; Ald. Baſil. Gryph. ſed male.

310. *Illud quidem patet.*] *Illud patet, hoc ſe;* V. C. Alm. *illud quidem patet, hoc ſe;* Voſſ. ſec. Obrecht. *Illud quidem.*] Τὸ perſpicuum, vel ἡ perſpicuitas: neque vero novum eſt τὸ *illud* ad proximam dictionem referri, & τὸ *hoc* ad remotiorem. Alibi alia ſtructuræ hujus exempla protulimus. CAPPER.

311. *Hoc.*] Id eſt, ἐνάργεια, evidentia: hanc Obrechti lectionem alteri, quæ τὸ *hæc* exhibet, ideo prætulimus, quod & Quinctilianæi ſermonis candori magis congruat, & quorumdam MSS auctoritate innitatur. CAPPER.

312. *Se quodammodo oſtendit.*] Sic ἐνάργειαν definit Aphthonii Scholiaſtes Anonymus (in Biblioth. Coiſlin.) ubi de *Narratione*, ἡ ἐνάργειά ἐστι λόγος ὑπ' ὄψιν ἄγων τὸ δηλούμενον. Evidentia eſt oratio declarandam rem ob oculos ponens. CAPPER.

313. *Plene dominatur.*] *Plane;* Andr. Obrecht.

314. *Ad aures volet.*] *Valet;* V. C. Alm.

315. *Non exprimi.*] *Imprimi* Francius malebat.

316. *Accipi ſolet.*] Ἡ ἐνάργεια, videlicet evidentia. CAPPER.

317. *Eam particulas locabo.*] Ita quidem legitur, ſed corrupte fortaſſis; nihil enim *locabo* illud ſenſui congruit. Quare loco illius contenderim, vel repugnantibus exemplaribus, *ſecabo* eſſe legendum; id enim & ſenſus & grammatica ratio expoſcit. REGIUS. *Locabo;* Locat. *ea particulas locabo;* Voſſ. ſec.

318. *Quorum ambitioſe.*] Legendum eſt *quarum*, ut ad particulas referatur. REGIUS. *Quorum;* MSS. Bodl. Bal. Voſſ. ſec. Loc. marg. Sich. Baſil.

319. *Eſt igitur unum.*] Primus *energiæ* modus eſt, cum rem non admodum copioſe deſcribimus, ſed ea tamen ſumimus, quæ maxime videantur actionem repræſentare; ſecundus enim modus fuſiorem habet deſcriptionem, & a pluribus circumſtantiis petitam. TURNEB.

320. *Conſtitit.*] Virgil. v. Æneid. 426.

321. *Faciem.*] *Aciem;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Andr. Locat. Ald. Ven. Baſil. Colin. ſed nihil muto. Stat. XI. 524. *hæc pugnæ facies:* ſed de his latius aliquando ad Valerium Flaccum agemus. BURMAN.

322. *Clarior futura fuerit.*] *Clarior fuerit;* Obrecht.

323. *Sicut in cæteris.*] *Sicut cæteris;* V. C. Alm.

324. *An quiſquam.*] Appellavit lib. VI. *euphantaſiôtum;*

ut, [325] cum illa in Verrem legit, [326] *Stetit ſoleatus prætor populi Romani cum pallio purpureo,* [327] *tunicaque talari, muliercula nixus, in litore,* non ſolum ipſum os intueri videatur, & locum, & habitum, ſed quædam etiam [328] ex iis, quæ dicta non ſunt, ſibi ipſe adſtruat? Ego certe mihi cernere videor & vultum, & oculos, & deformes utriuſque blanditias, & eorum, qui aderant, [329] tacitam averſationem, ac timidam verecundiam. [330] Interim ex pluribus efficitur [331] illa, quam conamur exprimere, facies; ut eſt [332] apud eumdem (namque ad omnium ornandi virtutum exempla vel unus [333] ſufficit) in deſcriptione convivii luxurioſi: [334] *Videbar videre alios intrantes, alios vero exeuntes,* [335] *quoſdam ex vino vacillantes, quoſdam* [336] *heſterna potatione oſcitantes.* [337] *Verſabatur inter hos Gallius unguentis oblitus, redimitus coronis. Humus erat immunda, lutulenta vino,* [338] *coronis languidulis, & ſpinis cooperta piſcium.* Quid [339] plus videret, [340] qui intraſſet? Sic urbium captarum creſcit miſeratio. Sine dubio enim, qui dicit *expugnatam* eſſe civitatem, complectitur omnia, quæcumque [341] talis fortuna recipit: ſed [342] in affectus minus penetrat brevis hic velut nuntius. At ſi aperias hæc, quæ verbo uno incluſa erant, [343] apparebunt & *fuſæ* [344] *per domos ac templa flammæ, &* [345] *ruentium tectorum fragor, & ex diverſis clamoribus unus quidam ſonus,* [346] *aliorum fuga incerta,*

qui optime imagines conciperet: cui contrarium eſſe dixit eum, *qui imagines non concipiat.* Solent autem imagines conducere, tum ut orator optime rem explicet, tum ut auditor facillime intelligat. Eſt autem mox dicturus etiam de *phantaſia* Fabius, quæ poſita eſt in concipiendis viſionibus & imaginibus. TURNEB. *An quiſquam procul;* V. C. Alm. *an quiſquam ita procul concipiendis i. r. abeſt;* Voſſ. ſec.

325. *Cum illam in Verrem.*] M litera expuncta, *illa* potius, quam *illam*, legendum eſſe videtur. REGIUS. *Cum in Verrem legit;* Voſſ. ſec.

326. *Stetit ſoleatus.*] Vide v. Verr. 33.

327. *Tunicaque talari*] *Tunicaque, muliercula n. i. l. n. ſolum ipſos intueri, videatur, & habitum;* V. C. Alm. *videatur & habitum;* Voſſ. ſec. Obrecht. qui & *ipſius os.*

328. *Ex iis, quæ dicta non ſunt, &c.*] Vetus exemplar hinc rurſus orditur. Vide cap. ult. lib. v. PITHOEUS. Hinc iterum incipiebant Voſſiani codices primus & tertius.

329. *Tacitam averſationem.*] *Obſervationem;* MSS. Joan. Voſſ. prim. tert. margines, Vaſc. Steph.

330. *Interim ex pluribus.*] Superior modus rem luculente deſcribit; hic autem adhibitis pluribus circumſtantiis. Eraſmus autem lib. 11. *Copiæ*, ſpeciem hanc locupletandæ orationis maximam putat, quam appellat *hypotypoſin*, & deſcriptionem; atque hæc Fabii exempla citat. TURNEB.

331. *Illa quam.*] *Illorum quam;* Voſſ. ſec.

332. *Apud eumdem.*] Pro Gallio, auctore Aquila Romano. PHILAND.

333. *Sufficit.*] *Sufficiat;* Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

334. *Videbar videre.*] Plenius hoc fragmentum eſt apud Aquilam de figuris ſententiarum & *elocutionis* pag. 14. quod jam comparavit olim Victor. lib. XXIII. Var. Lect. cap. 5. ubi & hæc verba illuſtrat. Cæterum ex Aquila hunc locum correxerunt, & ita, *videbar mihi videre,* &c. ediderunt Stephan. Par. Baſil. Gryph. Immo Colinæus præmiſit verba quædam, quæ hic nullus codex agnoſcit, *ut clamor, ut convicium mulierum, ut ſymphoniæ cantus: videbar:* &c. quod malo exemplo fit, cum toties jam viderimus, in citaudis ſcriptorum locis etiam veteres variaſſe: in veteri vero C. Alm. erat: *videbar videre alios intrantes, alios u exeuntes, quoſdam ex vino vacillantes, quoſdam heſterna ex potione oſcitantes, humus erat immunda,* &c. omiſſis mediis *verſabatur,* &c. quæ nec Voſſ. prim. tert. nec Locat. nec Ald. agnoſcunt: *alios exeuntes,* omiſſo *vero;* Voſſ. prim. tert. *quoſdam externa epotatione oſcitantes: humus erat;* Voſſ. prim. ſecund. *heſterna epotatione;* Voſſ. tert. *immunda* etiam deeſt in Aquila. Adducit partem hujus etiam Fabius lib XI. 3. BURMAN. Qui quam editionem Aquilæ habuerit, neſcio; nam in mea, quæ Pariſiis prodiit anno 1599. ex Biblioth. Pithœan. diſerte legitur: *Humus erat immunda.* Cæterum Aquilam rhetorem facile eſt vindicare ab illa Julii Scaligeri cenſura, quæ lib. 3. Poëtices cap. 37. ita concipitur: *Hunc προδιόρθωσιν recte nominanti; nam Aquila rhetor male poſuit pro hac exemplum ὑποτυπώσεως.* Quamvis enim in Aquila poſt τὴν προδιόρθωσιν ſuum exemplum, lacuna quædam appareat, in qua deſunt *epidiorthoſis, amphidiorthoſis, procatalepſis, hypexæreſis, ætiologia, ſynathroeſmus, & epimone;* in margine tamen & e regione allati a Fabio exempli legitur *leptologia.* Hoc porro exemplum non minus ad *leptologiam*, quam ad ὑποτύπωσιν pertinet, neque illud ad *prodiorthoſin* Aquila retulit. CAPPER.

335. *Quoſdam ex vino.*] *Partim ex v. v. partim heſterna;* Steph. Vaſc. Gryph. Baſil. Colin. Et ſic etiam habetur in Aquila edito Pariſiis 1599. ex Biblioth. Pith. CAPPER.

336. *Heſterna potione oſcitantes, huius erat.*] *Potatione* legendum eſſe, & *humus* loco *hujus* ex Oratione Ciceronis pro Gallio, unde hæc ſumpta ſunt, aperte colligitur; *coronis* quoque pro *cottonis* legatur. REGIUS. *humus lutulenta vinos* Voſſ. prim.

337. *Verſatur.*] *Verſabatur;* Steph. Vaſc. Gryph. Baſil. Colin.

338. *Coronis languidulis.*] Recte Victorius Plutarchum ἑώλους has vocaſſe notat; ut & Dion Chryſoſt. orat. IV. de Regno. pag. 77. στεφάνους τινὰς ἐστεφανωμένος ἑώλους dixit; & has *heſternas coronas* Poëtæ etiam vocant; ut, non advocato hoc Ciceronis loco, egregie docuit J. Brouckuſius ad Propert. II. XXV. 59. & ſic Ovidius III. am. VII. 66. dixit:

——— *membra*
Turpiter heſterna languidiora roſa.

Ubi quædam notabimus: ſed maxime huc quadrat locus Martialis, lib. IX. 62.

Heſterniſque rubens dejecta eſt herba coronis,
Atque ſuas potuit dicere nemo roſas.

qui locus torſit admodum interpretes, a quibus varie, & etiam inepte explicitus eſt. Propius acceſſit ad verum ſenſum Gruterus, in appendice notarum, qui *detecta* legit: ſed præterea mihi legendum videtur:

Heſterniſque rubens detecta eſt terra coronis.

ut velit, ſæpe poſtridie deprehenſam terram fuiſſe rubentem ex roſis heſternis, & a Faunis & Dryadibus projectis, & ita ſparſis, ut nemo illorum numinum poſſet ſuas roſas & coronas agnoſcere. *Detecta* eſt terra, a paſtoribus & ruſticis, mane eo venientibus & videntibus; ut detegere terram & inſulas nautæ dicuntur, cum primum vident. *Terra* vero & *herba* ſæpe a librariis confuſæ, ut apud Ovid. III. amor. XIII. 13. I. Faſt. 84. & alibi: ſi quis tamen *herbam,* pro gramineo ſolo velit, non acriter contenderim; ita enim Gruterum cepiſſe puto Ut autem *languidulas* coronas hic Fabius, ita *elanguere arborem* dixit Sueton. Galb. 1. BURMAN.

339. *Plus videret.*] *Vidiſſet* mallet Francius: ſed nihil opus.

340. *Qui intraſſet.*] *Qui intereſſet;* Ald. Colin. marg. Colon.

341. *Talis fortuna.*] *Talis formula;* Voſſ. prim.

342. *In affectus minus.*] *In affectibus;* V. C. Alm.

343. *Apparebunt & fuſæ.*] Ex quo hæc deſumta ſint, neſcio. Neque ex uno omnia, ſed ex pluribus collecta puto; nam ſimilia reperies apud Auctorem ad Herenn. lib. IV. cap. 39. & Senec. VII. de benef. 27. & alios: *effuſæ* vero habent Voſſ. ſec. Locat. Ald. Sich. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Roig. Vidov.

344. *Per modos.*] *Per domos* legendum eſſe, ne librarii quidem ignorant. REGIUS.

345. *Ruentium tectorum fragor.*] Ita Livius in Albæ expugnatione lib. I. cap. 29. *Jam fragor tectorum, quæ diruebantur, ultimis urbis partibus audiebatur:* ſimilia fere in capta urbe a Gallis lib. V. 42. *Fragor ruentium tectorum,* &c. BURMAN. *Fragor, & ex diverſis clamoribus.*] *Fragor, ex diverſis fragoribus unus;* V. C. Alm.

346. *Aliorum fuga.*] *Aliorum* deeſt in V. C. Alm.

[347] *alii in extremo complexu ſuorum cohærentes, & infantium feminarumque ploratus, & male uſque in illum diem* [348] *ſervati fato ſenes;* [349] *tum illa profanorum ſacrorumque direptio, efferentium prædas repetentiumque* [350] *diſcurſus, & acti ante ſuum quiſque prædonem catenati, & conata retinere infantem ſuum mater, &, ſicubi majus lucrum eſt, pugna inter victores.* Licet enim hæc omnia (ut dixi) complectatur everſio; minus eſt tamen [351] totum dicere, quam [352] omnia. [353] Conſequemur autem, [354] ut manifeſta ſint, ſi fuerint veriſimilia; & licebit etiam falſo adfingere, quidquid fieri ſolet. [355] Contingit eadem claritas etiam ex accidentibus:

[356] ——— *Mihi frigidus horror*
Membra quatit, gelidusque coït formidine ſanguis.

&

[357] ——— *Trepidæ matres preſſere ad pectora natos.*

Atque hujus ſummæ, judicio quidem meo, virtutis facillima eſt via. Naturam intueamur: hanc ſequamur. [358] Omnis eloquentia circa opera vitæ eſt, ad ſe refert quiſque, quæ audit; & id facillime accipiunt animi, [359] quod agnoſcunt. [360] Præclare vero ad inferendam rebus lucem repertæ ſunt [361] ſimilitudines; quarum aliæ ſunt, quæ probationis gratia inter argumenta ponuntur; aliæ ad exprimendam rerum imaginem compoſitæ, quod eſt hujus loci proprium:

[362] ——— *inde lupi ceu*
Raptores atra in nebula.

&

[363] *Avi ſimilis, quæ circum litora, circum*
Piſcoſos ſcopulos humilis volat æquora juxta.

Quo in genere [364] id eſt præcipue cuſtodiendum, ne id, quod ſimilitudinis [365] gratia adſcivimus, aut obſcurum ſit, aut ignotum. Debet enim, quod illuſtrandæ alterius rei gratia aſſumitur, ipſum eſſe clarius eo, quod [366] illuminat. [367] Quare ſane [368] poëtis quidem [369] permittamus hujuſmodi exempla:

[370] *Qualis, ubi hybernam Lyciam Xanthique fluenta*
Deſerit, aut Delon maternam inviſit, Apollo.

Non idem decebit oratorem, ut occultis aperta demonſtret. [371] Sed illud quoque, de quo in argumentis diximus, ſimilitudinis genus ornat orationem, [372] facitque ſublimem, floridam, jucundam, mirabilem. [373] Nam quo quæque longius petita eſt,

347. *Alii in extremo.*] *Alii extremo;* MSS. Alm. Voſſ. prim. ſec.

348. *Servati fato ſenes.*] Forte, *malo u. in i. d. ſ. fato;* ut *malum fatum, mala fata* apud Ovidium & alios. BURMAN.

349. *Tum profanorum.*] *Tum illa profanorum;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Steph. & omnes fere præter Leidenſem.

350. *Diſcurſus.*] *Decurſus;* Voſſ. prim. tert.

351. *Totum dicere.*] Καθόλυ generatim, in univerſum & paucis quidem verbis. CAPPER.

352. *Omnia,*] Τὰ πάντα, τὰ καθ' ἕκαστα, omnia & ſingula pluribus verbis exequi, omnes urbis direptæ circumſtantias, ut aiunt, ſigillatim & minutatim recenſere. CAPPER.

353. *Conſequemur autem.*] Poterit, inquit, illa deſcriptio fieri, ſi omnia, quæ veriſimile eſt in re eſſe, aut eſſe poſſe, perſequemur; nec enim dumtaxat in *energia*, cum adjicimus *adjuncta*, ponere debemus vera, ſed etiam quæ veri habeant ſimilitudinem. TURNEB. In cujus nota pro *energia*, legendum mihi videtur *enargia;* nam in fine demum hujus capitis de *energia, ἐνεργείας*, Fabius loquetur, qui de *enargia, ἐναργείας*, loqui etiamnum pergit. CAPPER.

354. *Ut manifeſta ſint.*] Ἐναργῆ, id eſt, *evidentia;* hic enim agit de ἐναργείας, rerum geſtarum evidentia vel repræſentatione, ut mox dicebat. CAPPER.

355. *Contingit eadem.*] *Contingit autem eadem;* Voſſ. prim.

356. *Mihi frigidus horror.*] Evidens eſt deſcriptio timoris ab accidentibus; nam in timore ſanguis fertur ad cor, parteſque interiores. Itaque partes exteriores apparent exſangues & frigidæ; & quia tum laborat facultas animalis, membra concutiuntur. Addidit coiſſe ſanguinem *hyperbolicôs*, ſed tamen ſatis veriſimiliter; id enim credebat, quia partes frigebant, quibus ſuppeditat ſanguis & ſpiritus calorem. TURNEB. Eſt ex III. Æneid. 29.

357. *Trepidæ.*] VII. Æneid. 518.

358. *Omnis eloquentia.*] *Elegantia;* Sich. Baſil. Colin. Gryph. Vidov. marg. Vaſc. Steph.

359. *Quod agnoſcunt.*] *Cognoſcunt;* Locat. Ald. Par. Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

360. *Præclare vero.*] Duplex eſt ſimilitudo; altera ad docendum & probandum refertur; altera vero ad expoliendum & ornandum: igitur ornatui ſubjicitur & *enargeæ*. TURNEB.

361. *Similitudines*] Similitudo eſt ſatietatis mater. Cicer. I. *de Invent.* 41. ALMELOV.

362. *Inde lupi ceu.*] Hæc ſimilitudo vocatur εἰκὼν a Græcis, a Latinis *imago*: eſt autem formæ cum forma collatio. TURNEB. Eſt ex lib. II. Æneid. 355.

363. *Avi ſimilis.*] IV. Æneid. 254. *miſit avi;* Sich. Baſil. Par. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Vidov.

364. *Idem præcipue.*] Nota ſubdiviſionis adſcribatur, ne *idem* legatur, ſed *id eſt*. REGIUS. *Idem;* Locat. Baſil. Par.

365. *Gratia adſcivimus.*] *Gratia aſſumitur, ipſum eſſe clarius*, omiſſis reliquis; Voſſ. ſec. *aſſumimus;* Voſſ. prim. tert.

366. *Illuminat.*] *Illuminatur;* ed. Obrecht.

367. *Quare ſane.*] *Quare Poëtis quidem permittamus ſane hujuſmodi exempla.* Cod. Bernenſ.

268. *Poëtis.*] Poëtæ ſolent nonnunquam eas ſimilitudines, quas ad illuſtrandum adhibent, ducere a rebus obſcuris aut ignotis: quod nunquam faciet orator. Nam poëta ſibi proponit doctum lectorem; orator raro ſolet habere doctum auditorem. TURNEB. *Sane* abeſt a Voſſ. prim. tert. Obrecht.

369. *Permittamus.*] *Permittimus;* ed. Obrecht.

370. *Qualis ubi.*] IV. Æneid. 143.

371. *Sed illud quoque.*] *Sed illius quoque;* Voſſ. ſec.

372. *Fecitque ſublimem.*] *Facit*, ne diverſa tempora jungantur, legendum eſt. REGIUS.

373. *Nam quo quæque longius.*] Hoc de *parabola* vide-

hoc

hoc plus affert novitatis, atque inexſpectata magis eſt. Illa vulgaria videri poſſunt, [374] & utilia tamen ad conciliandam fidem: *Ut terram cultu, ſic animum diſciplinis meliorem uberioremque fieri.* [375] Et, *ut medici abalienata morbis membra præcidunt, ita turpes ac pernicioſos, etiam ſi nobis ſanguine cohæreant, amputandos.* Jam ſublimius illud [376] pro Archia: *Saxa atque ſolitudines voci reſpondent, beſtiæ ſæpe immanes cantu flectuntur, atque conſiſtunt*, & cætera. Quod quidem genus a quibuſdam declamatoria maxime licentia corruptum eſt. [377] Nam & falſis utuntur, nec illa iis, [378] quibus tandem ſimilia videri volunt, applicant: quorum utrumque in iis eſt, quæ me juvene ubique [379] cantari ſolebant: *Magnorum fluminum* [380] *navigabiles fontes ſunt*: &, *Generoſioris arboris ſtatim planta cum fructu eſt.* In omni autem *parabola* aut præcedit [381] ſimilitudo, & res ſequitur; aut præcedit res, & ſimilitudo ſequitur. [382] Sed interim libera & ſeparata eſt: interim, quod longe optimum eſt, cum re, cujus eſt imago, connectitur, collatione invicem reſpondente, quod facit *redditio contraria*, quæ [383] *ἀνταπόδοσις* dicitur. Præcedit ſimilitudo illa, cujus modo feci mentionem:

——— inde lupi ceu
Raptores atra in nebula.

Sequitur in primo [384] *Georgicon*, poſt longam de bellis civilibus, [385] atque externis conqueſtionem:

Ut cum carceribus ſeſe effudère quadrigæ,
[386] *Addunt ſe in ſpatia; & fruſtra retinacula tendens*
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

[387] Sed hæc ſunt ſine *antapodoſi.* [388] *Redditio* autem illa rem utramque, quam comparat, [389] velut ſubjicit oculis, & pariter oſtendit. Cujus præclara apud Virgilium multa reperio exempla: [390] ſed oratoriis potius utendum eſt. Dicit Cicero [391] pro Murætur intelligendum, quæ ſimilitudo eſt paulo longius ducta. Petitur autem non ſolum ab hominibus, ſed etiam a mutis & inanimis. TURNEB.

374 *Et utilia tamen.*] *Et utilia tantum*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Baſil. Obrecht. Francius volebat *at utilia tamen.*

375. *Et ut medici, &c.*] Appellat Fabius *membra abalienata*, quæ exaruerunt, motum & ſenſum amiſerunt, ac plane emortua ſunt; ſolent enim illam gangrænam ſecare medici. TURNEB.

376. *Pro Archia.*] Cap. VIII. adducit & hoc lib. IX. cap. 4. ubi videtur culpare, ut & hic: ſed defendit Ciceronem Victor. XIII. Var. Lect. 16.

377. *Nam & falſis.*] Ex his duo vitia colligere poſſumus in ſimilitudine; cum rem aſſumimus falſam, aut ſimilitudinem cum negotio male connectimus: non quod ſit ſemper opus *antapodoſi*, ſed ſaltem rerum connexione & applicatione. TURNEB.

378. *Quibus tamen*] *Quibus tandem*; Voſſ. ſec. *tandem* vero non habent Voſſ. prim. tert.

379. *Cantare ſolebant.*] *Cantari* paſſivum ſenſus expoſcit. REGIUS.

380. *Navigabiles fontes.*] Hoc falſæ comparationis aptiſſimum exemplum; ex tenuibus enim ſæpiſſime fontibus, nec ſtatim navigabilibus, fluvii magni exiſtunt; ut de Nilo Pomp. Mela lib. 1. cap. 9. & Ovid. Remed. Am. 97.

Flumina pauca vides de magnis fontibus orta,
Plurima collectis multiplicantur aquis. BURMAN.

381. *Similitudo & res ſequitur.*] *Similitudo; res ſequitur*; Locat.

382. *Sed interim libera.*] Liberam appellat ſimilitudinem, quam Græci vocant *anantapodoton* (*ſine redditione*;) cum ſimilitudo tantum ponitur, neque additur aliquid, quod ſimilitudinem cum re prorſus comparet. Alteram autem facit ſimilitudinem cum *antapodoſi*; quando id adhibetur, quod ſimilitudinem prorſus cum re conferat. TURNEBUS.

383. *Ἀνταπόδοσις.*] Quemadmodum in ſimilitudine & comparatione dicitur *antapodoſis* (*redditio invicem reſpondens*;) ita quoque in periodo membrum appellatur, quod ſuperiori reſpondet. Unde *ἀνανταπόδοτον* dicitur, cum membrum aliquod neceſſarium periodo deeſt, ut docet Budæus. TURNEB. Nec ſolum *ἀνταπόδοσις* dicitur alterum illud comparationis membrum, quod hiſce particulis *ita*, *ſic*, &c. innoteſcit; ſed etiam aliquando *ἀπόδοσις* appellatur; primum vero membrum *πρότασις*. CAPPER.

384. *Georgicon.*] In fine.

385. *Aut extremis.*] *Atque* copula, loco *aut* disjunctionis eſſe videtur reponenda, ac pro *extremis* legendum *externis*, facile ex carminibus ipſis Virgilii colligitur. REGIUS. *Aut extremis*; Locat.

386. *Addunt ſe in ſpatia.*] *Addunt in ſpatio*; MSS. Alm. Voſſ. prim. tert. & ita vulgatos Virgilii codices habere notat Pierius, & Nicol. Heinſius editione ſua probavit. Alii, ut & Voſſ. ſec. *addunt in ſpatia*, quod amplexus Obrecht. Et ſane locutio hæc non obvia & vulgaris; cui comparari illa Ovidii lib. x. Metam. 207. poteſt,

——— quo ſe fortiſſimus heros
Addat in hunc florem. ———

licet non ſit plane ſimilis; ut & illa II. Art. Am. 672.

Aut ſera belligeras addite in arma manus.

& Val. Flac. VI. 181.

Nec dum clara quibus ſeſe Fuga mentibus addat.

ubi Fuga, ut Dea, a Poeta ponitur, quæ ſe mentibus immittit. Nam hanc puto vocis hujus *addere* in his locutionibus eſſe vim, ut *mittere*, *immittere ſe* notet. Poteſt & pro ſimplici *dare*, ut *dare ſe in rem* paſſim occurrit. Ita Virgil. IV. Georg. 528. *ſe jactu dedit æquor in altum.* XII. Æneid. 633. *teque hæc in bella dediſti*: & ita *in pedes ſe dare* Terentius, Plautus, & alii dixerunt; pro quo *conjicere ſe in pedes* Terent. Phorm. I. IV. 13. & ita Græci loquuntur. Act. XIX. 31. *δοῦναι ἑαυτὸν εἰς τὸ θέατρον*, Euripid. Iphig. Taur. 1353. *πόδα δ' ἔδοντες τὴν ξένην καθίσταν.* Vide quæ ad Sil. Ital. lib. III. 350. notarunt Nicol. Heinſius, & eruditiſſimus Drakenborchius. Præterea Servius notat, eſſe *tranſlationem*, non comparationem, quæ in fine vitioſa eſt: ſed ſine metu cenſuræ Grammaticæ Valerius Flaccus, exemplum Maronis ſecutus, librum tertium comparatione quoque finit: quod decentiſſime fieri, ex hoc Quinctiliani loco oſtendit Joh. Baptiſt. Pius Annot. poſter. cap. 103. & poſt eum Maſenius & Carrio ad Val. Flac. BURMANNUS.

387. *Sed hæc ſunt.*] *Sed ſunt*; Voſſ. tert. *ſed hæc ſint*; Voſſ. prim.

388. *Redditio autem illa rem.*] *Redditio autem rem*; Voſſ. prim. tert. Cæterum in *τῷ redditio* ſubintelligitur *contraria*; ſic enim paulo ſupra dicebat Fabius: *Quod facit redditio contraria quæ ἀνταπόδοσις dicitur.* Tas Græcorum *ἀνταποδόσεις* memorat etiam Diomedes unus e veterib. Grammatic. Putſch. pag. 432. & Latine vertit *redditivas*; ita enim ſcribit loco citato: *Diſtinguere autem oportet ante ſimilitudines, quas Græci παραβολὰς vocant; & ante redditivas, hoc eſt, ἀνταποδόσεις .... & ante tunc, ceſſante redditiva*, &c. CAPPER.

389. *Velut ſubjicit.*] Vocem *velut* non habet ed. Obr. alii ediderunt, *rem utramque comparat, & velut ſubjicit.*

390. *Sed oratoriis.*] *ſed oratoriis*; Voſſ. prim. tert.

391. *Pro Muræna.*] Cap. XIII.

na : [392] *Ut aiunt in Græcis artificibus eos* [393] *aulœdos eſſe, qui citharœdi fieri non potuerunt ;* [394] *ſic nos videmus, qui oratores evadere non potuerunt,* [395] *eos ad juris ſtudium devenire.* Illud [396] pro eodem, jam pene poëtico ſpiritu, ſed tamen [397] cum ſua *redditione*, quod eſt ad ornatum accommodatius : *Nam, ut tempeſtates ſæpe certo aliquo cœli ſigno commoventur,* [398] *ſæpe improviſo, nulla ex certa ratione, obſcura aliqua* [399] *ex cauſſa concitantur ; ſic in hac comitiorum tempeſtate populari ſæpe intelligas, quo ſigno commota ſit ; ſæpe ita obſcura eſt,* [400] *ut caſu excitata eſſe videatur.* [401] Sunt & illæ breves : [402] *Vagique per ſylvas ritu ferarum.* Et illud Ciceronis [403] in Clodium : [404] *Quo ex judicio,* [405] *velut ex incendio, nudus effugit.* Quibus ſimilia poſſunt cuicumque, etiam ex quotidiano ſermone, ſuccurrere. [406] Huic ſubjacet virtus non ſolum aperte ponendi rem ante oculos, [407] ſed circumciſe atque velociter. Ac merito laudatur [408] brevitas integra, [409] ſed ea minus præſtat, quoties nihil dicit, niſi quod neceſſe eſt : [410] βραχυλογίαν vocant, [411] quæ reddetur inter *ſchemata.* Eſt vero pulcherrima, cum plura paucis complectimur, [412] quale illud Salluſtii eſt : [413] *Mithridates corpore ingenti,*

392. *Ut aiunt in Græcis.*] Proverbium hoc uſurpatur a Latinis & Græcis, de his qui melioribus deſperatis ad viliora ſe conferunt. Cæterum appellat Græcos artifices, muſicos & ſcenicos homines, qui ab Ariſtotele Dionyſiaci artifices appellantur. TURNEB.

393. *Aulœdos.*] *Auletas* codices & editiones quædam Ciceronis ; ut & *non potuerint.*

394. *Sic nos videmus.*] *Sic nonnullos videmus.* Eſt apud Ciceronem, & ita Ald. & forte hic apud Fabium librarii ideo mutarunt, quia credebant, non recte, ſi *nonnullos* præcederet, *eos* ſequi : ſed jam ſatis ſuperque viri docti oſtenderunt, minime refugiſſe veteres illo pronomine, licet ſupervacuum videatur, ita uti. Vide plura apud Gronov. ad Liv. xxv. 27. Caſaub. ad Apolog. Apulei. pag. 129. qui & Græcis & Hebræis id familiare notat ; Barth. Adv. xxxII. 10. & Rupert. ad Salluſt. pag. 17. & ita ipſe Cicero in eadem oratione pro Muræn. cap. xII. *Prætor interea, &c. ei quoque carmen compoſitum eſt.* Ubi vide Lamb. lib. III. *de Orat.* 25. *cur ea, quæ maxime ſenſus noſtros impellunt voluptate, ab iis celerrime faſtidio quodam & ſatietate abalienemur.* Et ita apud Val. Max. I. I. 4. ejecerunt ignoratione hujus uſus vocem *eidem* : *Sulpicio inter ſacrificandum apex e capite prolapſus, eidem ſacerdotium abſtulit.* Ita enim Aldi, Gryphii, Stephani, & optimæ editiones : aliæ *eidem* omittunt. Græcis etiam auctoribus hoc librariorum ignorantia accidiſſe oſtendit celeberrimus Perizonius ad Ælian. lib. xII. Var. 52. ſimilem quoque locutionem infra videbimus ad lib. xI. I. BURMAN.

395. *Eos ad juris ſtudium divertere.*] Editio Lugdunenſis, aliæque haud paucæ pro *divertere* exhibent *devenire* ; minore ſane elegantia. *Divertunt* enim homines, cum, relicta una via, in aliam ſe conferunt : quid ergo accuratius & expreſſius dici poteſt, quam homines, rei oratoriæ ineptos, ad jus *divertere* ? Neque etiam video, quo modo, ſalva vocabuli proprietate, dicere potuit Fabius, *devenire* homines ad juris ſtudium, niſi & ipſe illud præcipue coluiſſet. Vocem tamen illam non rejeciſſemus, niſi nobis mutationem dictaſſent duo codices manu ſcripti, Bodleianus & Joannenſis, atque editus Andreæ. GIBSON. *Divertere* etiam V. C. Alm. & Obrecht : ſed mihi *devenire* præferendum videtur, non tantum, quia apud Ciceronem conſtans eſt omnium codicum lectio, ſed quia *divertere* non reſpondet præcedentibus ; qui enim non poſſunt fieri citharœdi, fieri poſſunt aulœdi ; qui non evadere poſſunt Oratores, devenire poſſunt ad juris ſtudium. Nam & ille, qui orator poteſt evadere, poteſt ſemper, ubi velit, & lubeat, divertere ad juris ſtudium, neque eo minus oratoris laudem conſequi : ſed ad juris ſtudium, ut facillimum, & quod intra triduum addiſci poteſt, aſpirare multi poſſunt, ad oratoris artem pauciſſimi : & hoc verbum *evadere* notat, quod eſt, ſummum, ut in monte verticem, in circo metam, &c. tangere : *devenire* autem *ad juris ſtudium* notat, illum debere in inferioribus ſubſiſtere ; nam minus eſt quam *pervenire* : quo verbo bis terve in *Proœm.* lib. I. utitur pro ad *ſummum pervenire* : *devenire* ergo poſſunt fere omnes ad juris ſtudium ; *evadere* vel *pervenire* ad oratoris laudem pauci. Egregie hæc illuſtrantur verbis his, ex *Proœm.* lib. I. *Eſt aliquid conſummatæ eloquentiæ, neque ad eam pervenire natura humani ingenii prohibet : quod ſi non contingat, altius tamen ibunt, qui ad ſumma nitentur, quam qui, præſumpta deſperatione, quo velint, evadendi, protinus circa ima ſubſtiterint* ; mox capite ſequenti : *ad ſummum pervenit, non nixu, ſed impetu.* Et ita *evadere*, pro adſcendendo ſuperare, ex veteri Scholiaſte exponit Barth. ad Stat. III. Theb. 468. & ita pro *præterire* ponit Ovidius III. Metam. 19.

Jam vada Cephiſi, Panopeſque evaſerat arva.

& ita Cicero paſſim utitur hac voce in diſciplinis, de iis, qui ad ſummum perveniunt ; de clar. Orat. 35. *Perfectus Epicureus evaſerat* ; cap. 87. *Pauci digni nomine evadunt, quos judicabat oratores non poſſe evadere* ; & alibi. Et verum eſſe, quod hic Cicero ait, conſtat ex ejus *Bruto*, ubi cum cap. 47. a ſummis oratoribus ſegregaſſet *dicentes*, & *ſedulos*, dicit Cn. Pompeium inter illos aliquem numerum obtinuiſſe ; ſed ejus fratrem Sextum *præſtantiſſimum ingenium contuliſſe ad ſummam juris civilis*, nec ulterius progreſſum ; ut & C. Bilienum, qui in jure etiam ſummus *evaſit*, ſed non in eloquentia. In Voſſ. ſec. erat *ad ſtudium juris deverare*, an pro *deerrare* ? BURMAN. Cujus ſententiam firmat, quod in Bernenſi codice legatur, *devenire*. CAPPER.

396. *Pro eodem.*] Cap. xvII.

397. *Cum ſua redditione.*] Ἀνταπόδοσις, quæ interdum etiam dicitur ſimpliciter ἀπόδοσις. CAPPER.

398. *Sæpe improviſo.*] *Ex improviſo* ; Locat. Andr. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

399. *Ex cauſſa concitantur.*] *Excitantur*, Ciceronis editiones : *ex cauſſa* deeſt in Voſſ. prim. mox *quo ſigno conjuncta ſit* ; Voſſ. tert.

400. *Ut ſine cauſſa excitata eſſe videatur.*] Ita noſtra editio, ſecuta codices MSS. Bodleianum, Baliolenſem, & Joannenſem ; editos item Andreæ, Aldi, atque Pariſ. *Caſu excitata*, editiones aliæ ; lectio ſatis idonea, quamque loco ſuo non moviſſem, niſi magni apud me ponderis eſſet trium codicum manuſcriptorum conſenſus. GIBSON. *Ut ſine cauſſa excitata* ; Locat. Baſil. Colin. Vidov. Gryph. Obr. *ut ſine cauſſa excita videatur* ; MSS. Alm. Voſſ. ſec.

401. *Sunt & illæ breves.*] Alia eſt diviſio ſimilitudinum ; nam quædam prolixiores ſunt, ut ſuperiores ; quædam breviores, & in duobus tribuſve poſitæ verbis, cujuſcemodi ſunt ſequentes. TURNEB.

402. *Vagique per ſylvas.*] *Vagi per ſylvas* ; MSS. Alm. Voſſ. prim. Obrecht.

403. *In Clodium.*] Vide Tullianarum orationum fragmenta. CAPPER.

404. *Quo ex judicio.*] Intelligit judicium, quod adverſus Clodium de ſacris Bonæ Deæ pollutis eſt conſtitutum ; nam corrupto pecunia judicio & ſubornatis falſis teſtibus Clodius evaſit. TURNEB.

405. *Velut ex incendio.*] *Velut incendio* ; Steph. Roign.

406. *Huic ſubjacet.*] *Subjecta eſt* ; MS. Bodl. Andr. Ald.

407. *Sed circumciſe.*] *Sed acute, circumciſe* ; ed. Obrecht.

408. *Brevitas integra.*] *Velocitas integra* ; MSS. Joan. Bal. Voſſ. prim. tert. & Bern.

409. *Sed eam minus præſtat.*] *Sed ea* ut legatur, ſenſus exigit. REGIUS. *Sed eam* ; Voſſ. prim. Locat.

410. *Βραχυλογίαν vocant.*] Eadem etiam appellatur βραχυέπεια, quæ fit, cum mira brevitate rem totam comprehendimus, ut nihil omittamus ; illa enim efficit orationem ornatiſſimam. TURNEB.

411. *Quæ reddetur.*] Ἀποδοθήσεται, exhibebitur, exponetur, explicabitur. CAPPER. *Quæ reddetur.*] *Quæ redditur* ; Voſſ. ſec.

412. *Quale illud Salluſtii.*] *Quale Salluſtii* ; MSS. Alm. Voſſ. omnes.

413. *Mithridates.*] *Metridates* ; Voſſ. prim.

[414] *perinde armatus.* [415] Hoc male imitantes [416] ſequitur obſcuritas. Vicina prædictæ, [417] ſed amplior virtus eſt [418] ἔμφασις, altiorem præbens intellectum, quam quem verba [419] per ſe ipſa declarant. Ejus duæ ſunt ſpecies; altera, quæ plus ſignificat, quam dicit; altera, quæ etiam [420] id, quod non dicit. Prior eſt & apud [421] Homerum, [422] cum Menelaus Graios in equo *ſediſſe* dicit; nam verbo uno [423] magnitudinem ejus oſtendit. Et apud [424] Virgilium:

Demiſſum lapſi per funem......

Nam ſic quoque altitudo demonſtrata eſt. Idem Cyclopa, [425] cum *jacuiſſe* [426] dicit *per antrum*, prodigioſum illud corpus ſpatio loci menſus eſt. [427] Sequens poſita eſt [428] in voce aut omnino ſuppreſſa, aut etiam [429] abſciſſa. Supprimitur vox, ut fecit [430] pro Ligario Cicero: [431] *Quod ſi in hac tanta tua fortuna* [432] *lenitas tanta non eſſet,* [433] *quantam tu per te, per te, inquam, obtines: intelligo, quid loquar.* Tacuit enim illud, quod nihilominus [434] accipimus, non deeſſe homines, [435] qui ad crudelitatem eum [436] impellerent. Abſcinditur per ἀποσιώπησιν, quæ, quoniam eſt figura, [437] reddetur ſuo loco. Eſt in vulgaribus quoque verbis *Emphaſis:* [438] *Virum eſſe oportet:* &, [439] *Homo eſt ille:* [440] &, *Vivendum eſt.* Adeo ſimilis eſt arti plerumque natura. Non tamen ſatis eloquentiæ eſt, ea, [441] de quibus dicat, clare atque evidenter oſtendere: ſed ſunt multi ac varii [442] excolendæ orationis modi. [443] Nam & ipſa illa ἀφέλεια ſim-

414. *Perinde armatus.*] *Proinde;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. *animatus* Lipſius & Douza ad fragmenta Salluſtii mallent: ſed Freinſhemius vulgatam retinet, quam recte etiam Douza explicuit. Hujus *Brachylogiæ* etiam exemplum eſt apud Florum lib. II. cap. 2. ut recte Salmaſius correxit: *atrox cælum, perinde ingenia.* BURMAN.

415. *Hoc male imitantes.*] *In hoc;* V. C. Alm.

416. *Sequitur obſcuritas vicina prædictæ; ſed amplior.*] Ita diſtinguitur in Locat. Ald. & antiquis editionibus: quod jam correxit Aſcenſius.

417. *Sed amplior.*] *Sed cumulatior;* ed. Obrecht.

418. Ἔμφασις.] Ἔμφασιν Cornificius lib. IV. vertit ſignificationem, *qua plus relinquitur in ſuſpicione, quam dicitur:* ejus multas facit ſpecies, *exſuperationem, ambiguum, conſequentiam, &c.* TURNEB.

419. *Per ſe ipſa declarant.*] *Deſiderant;* MSS. Joan. Voſſ. prim. tert.

420. *Id quod non dicit.*] Vide Tiberium Rhetorem in Demetrio Phaler. edition. Anglic. pag 190. CAPPER.

421. *Homerum.*] Odyſſ. VIII. quanquam non Menelaus, ſed Demodocus, neque in *equum aſcendiſſe*, ſed in *equo ſediſſe* dicit. PHILAND. Qui Fabio litem hic movere non debebat; nam etſi Odyſſ. Θ. 503. Demodocus hoc dicat; idem tamen Odyſſ. Δ. 272. Menelaus memorat: atque huc reſpicere Fabium exiſtimo. CAPPER.

422. *Cum Menelaus Graios in equum aſcendiſſe dicit.*] Ita editiones Aldina, Vaſcoſant, & Stephani: *in equum deſcendiſſe;* codices (quos noſtra ſecuta eſt) MSS. Bodleianus, Joannenſis, editique Andreæ. Quorum quidem utrumvis alteri illi facile præfero, *in equo ſediſſe.* Quis enim non videt equi Trojani magnitudinem indicari luculentius; ſive Græci in eum (ſcalis applicitis) *aſcendiſſe* dicantur; ſive etiam (per funes demiſſi) *deſcendiſſe*? Sed non eam lectionem prorſus audeo improbare, quoniam Fabius equi altitudinem verbis Virgilii (*demiſſum lapſi per funem*) poſtea exprimit: quæ videri quidem poſſunt excludere lectionem codicum MSS. *deſcendiſſe.* GIBSON. Ita & cod Bern. *in equum aſcendiſſe;* V. C. Alm. Locatel. Gryph. Colin. Vidov. *in equum deſcendiſſe;* Voſſ. omnes: *intra equum deſediſſe ait;* Obrecht. Hartung. locor. memor. decur. III. cap. 6. (ut Colomeſius notavit) duo ex Homero loca Odyſ. Δ. 272. & Θ. 503. profert, ex quibus *ſediſſe*, non *adſcendiſſe*, legendum eſſe probat. *Emphaſis* vero illa, quæ magnitudinem, non altitudinem, quam Virgilius indicat, equi oſtendit, eo augetur, quod dicat Menelaus: ἐν ἵππῳ ξεστῷ ἥμεθα πάντες ἄριστοι Ἀργείων, *ubi inſidebamus omnes principes Græcorum.* Unde ejus capacitas intelligitur, quod commodas tot viris ſedes dabat: quod reperit quidem Odyſ. Θ. 512. ubi & μέγαν ἵππον vocat: ſed exemplum *emphaſeos* tantum ex priore loco Homeri promit. BURMAN. Gibſonis lectioni locum dediſſe poteſt, quod in Odyſſ. Λ 522. Achilles dixit: εἰς ἵππον κατεβαίνομεν, *in equum deſcendimus;* ubi *emphaſin* etiam agnoſcit Plutarchus, ſive alius auctor opuſculi de figuris Homericis CAPPER.

423. *Magnitudinem.*] Id eſt, latitudinem: quare *ſediſſe*, non *aſcendiſſe*, legendum. PHILAND.

424. *Virgilium.*] Lib. II. Æneid. 262. *demiſſum;* Voſſ. prim. tert.

425. *Cum jacuiſſe.*] *Tum;* Voſſ. prim.

426. *Dicit per antrum.*] *Dixit;* Voſſ. tert. Obrecht. *per antrum immenſum;* Vaſc. Steph. eſt ex lib. III. 631. ubi quidam legunt *jacuitque per antrum immenſus*, alii *immenſum.* Vide Pier. & alios: ſi *emphaſis* vero in voce *immenſum* fit, mallem, ut ambiguitas vitetur, legere: *idem Cyclopa cum immenſum dicit, jacuiſſe per antrum.* BURMAN.

427. *Sequens poſita eſt.*] *Poſitum in;* Voſſ. omnes: *poſitum eſt;* Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

428. *In voce aut omnino ſuppreſſa, &c.*] *Supprimitur vox*, quæ nullo modo ponitur, atque ita fit ἀποσιώπησις, quod tamen *emphaſin* habet; *abſcinditur* autem, cum ſermo interrumpitur, & aliquid deeſt ad ſenſum abſolvendum: utramque ſpeciem *abſciſſionem* appellat Cornificius. TURNEBUS.

429. *Abſciſſa.*] *Abſciſa;* Voſſ. tert.

430. *Pro Ligario.*] Cap. V. ubi C. Cæſarem alloquitur.

431. *Quod ſi in hac tanta tua fortuna.*] *Quod ſi in tanta fortuna;* MSS. Alm. Voſſ. omnes. Locat. Baſil. Colin. Gryph. Vidov. *quod* non habet Ald. nec in Ciceronis codicibus eſt.

432. *Lenitas tanta.*] *Bonitas;* MS. Bodl. Alm. Voſſ. omn. Andr. Ven. Locat. Sich. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. cod. Bernenſ.

433. *Quantam tu per te, per te, inquam.*] Eorumdem verborum repetitione factum eſt, ut nonnulli codices Ciceronis locum polluerent & enervarent, rejecta duplicatione vocabulorum *per te.* GIBSON. *Per te, per te, inquam;* apud Ciceronem, & hic Voſſ. ſec. Ald. Gryph. Colin. Vidov. Oxon. Obrecht.

434. *Accipimus.*] Supple, mente, animo, id eſt, intelligimus. Ita Græci quoque ἐνδέχεσθαι dicunt, & ſubaudiunt τῷ νῷ, τῇ διανοίᾳ. Hinc ex Fabio cap. 6. hujus libri συνεκδοχὴν quidam vocant eam figuram, qua nonnihil in textu ſubintelligimus. *Ellipſin* vulgo appellant. CAPPER.

435. *Qui .... eum.*] Caium Julium Cæſarem. CAPP.

436. *Impellerent.*] *Impellant;* MSS. Alm. Voſſ. prim. tert. Obrecht.

437. *Reddetur ſuo loco.*] Vide quæ mox annotavimus ad ea Fabii verba: *quæ reddetur inter ſchemata.* CAPPER.

438. *Virum eſſe.*] Intelligitur virum eſſe fortem, etiam ſi non apponatur. REGIUS

439. *Homo eſt.*] Ita apud Terent. Adelph. I. II. 27. *Et tu illum tuum, ſi eſſes homo, ſineres nunc facere;* & V. VIII. II. *ſi tu ſis homo;* & ita alii ſæpe.

440. *Et videndum eſt.*] Hoc eſt *providendum.* REGIUS. Cum dicimus *vivendum eſt*, ſignificamus *vitam eſſe traducendam:* plus tamen intelligitur per *emphaſin*, ſcilicet *genio eſſe indulgendum, & in lætitia vivendum;* ut apud Catullum: *Vivamus mea Lesbia, atque amemus.* TURNEB. *Videndum eſt;* V. C. Alm. Locat. Baſil. marg. Gryph. male: ſed recte Turnebus explicuit. Vide ad Petron. cap. 34. & ſup. ad lib. VII. 3.

441. *De quibus dicat.*] *De quibus dicit;* Voſſ. ſec. Obrecht.

442. *Excolendæ.*] *Extollendæ;* Voſſ. ſec.

443. *Nam & ipſa illa ἀφέλεια.*] Ἀφέλεια ſimplex eſt

plex & inaffectata habet quemdam purum, qualis [444] etiam in feminis amatur, ornatum; & ſunt quædam [445] velut e tenui diligentia circa proprietatem ſignificationemque munditiæ. Alia copia locuples, alia floribus læta: virium non unum genus. Nam quidquid in ſuo genere ſatis effectum eſt, valet. [446] Præcipua tamen ejus opera δείνωσις in exaggeranda indignitate, & in cæteris altitudo quædam: [447] φαντασία in concipiendis viſionibus: [448] ἐξεργασία [449] in efficiendo velut opere propoſito: cui adjicitur ἐπεξεργασία, repetitio probationis ejuſdem, & cumulus ex abundanti. Ἐνέργεια [450] confinis his eſt, [451] ab agendo [452] ducta, & cujus propria ſit virtus, non eſſe, quæ dicuntur, otioſa. Eſt & amarum quiddam, [453] quod fere in contumelia eſt poſitum, [454] quale eſt Caſſii: *Quid facies,* [455] *cum in bona tua invaſero?* [456] *hoc eſt, cum te* [457] *docuero neſcire maledicere?* Et acre, ut illud Craſſi: *Ego te conſulem putem, cum tu me* [458] *non putes ſenatorem?* Sed vis oratoris omnis in augendo minuendoque conſiſtit. Utrique parti totidem modi, ex quibus præcipuos attingemus: reliqui ſimiles erunt. Sunt autem poſiti in rebus, & verbis. [459] Sed quæ ſit rerum inventio ac ratio, tractavimus: nunc quid *elocutio* attollat aut deprimat, dicendum.

& pura oratio, fluens quaſi ſponte naturæ, & nullam habens affectationem, qualis eſt apud Græcos in Xenophonte & Alcinoo. *Apheliæ* præcepta compoſuit rhetor Ariſtides. TURNEB. *Nam ipſa illa*; Voſſ. prim. ſec.

444. *Etiam feminis amatur.*] *In* præpoſitio mihi adſcribenda videtur, ut *in feminis* legatur. REGIUS.

445. *Velut e tenui.*] *Velut a tenui*; Voſſ. ſec.

446. *Præcipue tamen.*] Quamvis *præcipue* legatur; ego tamen, vel repugnantibus exemplaribus, *præcipua* contenderim eſſe legendum. REGIUS. Viribus ornatior fit oratio, ſed virium multæ ſpecies: præcipua δείνωσις, id eſt, *gravitas*, quæ eſt *oratio vim addens rebus indignis & invidioſis.* Eam quoque videtur ponere Fabius in quadam altitudine: niſi forte potius hic locus referatur ad aliam virium ſpeciem. Cæterum, quæ ſubjiciuntur, omnia ad vim referenda ſunt, tanquam ſpecies ad genus. TURNEB. *Præcipue*; Locat.

447. Φαντασίαν.] Φαντασία interdum ad *enargiam* refertur: tamen præter *enargiam* habet aliquid peculiare, quod poſitum eſt in ipſa vi; ut cum orator concipit alicujus rei ſimulachrum, ut magis judices moveat. TURNEB. Vide peculiare caput de Φαντασίαις in aureo Longini libello de ſublimitate ſermonis ſection. 15. CAPPER.

448. Ἐξεργασία.] Ἐξεργασία oratio eſt vehemens & acris, quæ efficaciter probat & colligit: alioqui ἐξεργασία appellatur *expoſitio*. Sed hoc loco non ita accipitur. TURNEB.

449. *In efficiendo velut.*] *In efficiendo opere*; Voſſ. prim.

450. *Confinis his eſt.*] *Iis eſt*; Locat. Ald. *his eſt enim ab ag.* Voſſ. prim. ſec. & Bern.

451. *Ab agendo.*] Fit enim ἐνέργεια ab ἔργον, *opus*; unde etiam ἐργάζεσθαι, *operari*, *agere*. CAPPER.

452. *Dicta & cujus.*] *Dicta cujus*; Voſſ. ſec. *ducta* deeſt in Voſſ. prim. ſec. *& cui*; Voſſ prim. *dicta, & cujus*; Obrecht. *dicta*; cod. Bern.

453. *Cum fere in contumelia.*] Emendate, loco illius *cum*, legitur *quod*, hoc modo: *quod fere in contumelia poſitum eſt.* REGIUS. *Quo id fere*; Voſſ. prim. Bern.

454. *Quale eſt Caſſii.*] *Quale Caſſii*; Locat. Ald. Baſil. Colin. Gryph. Vidov. Obrecht.

455. *Cum in bona.*] *Cum enim vi in bona tua invaſero*; marg. Baſil. *cum bona tua*; Voſſ. prim. *cum vi in bona*; ed. Obrecht.

456. *Hoc eſt.*] *Quod eſt*; V. C. Alm.

457. *Docuero neſcire maledicere.*] *Docuero maledicere*; V. C. Alm.

458. *Non putes ſenatorem.*] *Non putes eſſe ſenatorem*; Voſſ. prim. tert. Locat. Ald. Colin. *non putes me eſſe ſenatorem*; Voſſ. ſec. *conſulem putem, cum tu me*; Edition. Vaſcoſ. Steph. Lugduno-Batav. & Obrecht. quas lubens hic ſecutus ſum. Burmannus ediderat: *conſulem cum putem, tu me non putes Senatorem.* CAPPER.

459. *Et quæ ſit rerum.*] *Sed*, loco illius copulæ *&*, legitur caſtigate in quibuſdam exemplaribus. REGIUS. *Et quæ*; Voſſ. omn. Locat.

CAPUT IV.

De amplificatione.

IV. PRIMA eſt igitur amplificandi vel minuendi ſpecies in ipſo rei nomine; ut cum eum, [1] qui ſit *cæſus*, *occiſum*; eum, qui ſit *improbus*, *latronem*; contraque eum, [2] qui *pulſavit*, *attigiſſe*; qui *vulneravit*, *læſiſſe* dicimus. Utriuſque pariter exemplum eſt pro M. Cœlio: *Si vidua* [3] *libere, proterva petulanter, dives effuſe, libidinoſa meretricio more viveret, adulterum ego putarem, ſi quis hanc paulo liberius ſalutaſſet?* Nam & impudicam, *meretricem* vocavit; & eum, cui longior cum illa fuerat uſus, *liberius ſalutaſſe.* [4] Hoc genus increſcit, ac fit ma-

Amplificatio duplex eſt, *rerum*, & *elocutionis.* Amplificatio rerum petitur a *locis inventionis*, de quibus dictum eſt lib. v. Nunc autem Fabius amplificationem, quæ *elocutione* fit, tractat, ut mirari ſubeat, Eraſmum, cum in ſecundo commentario rerum copiam tractaret, has amplificationis ſpecies enumeraſſe, quaſi *rerum* eſſent, ac non *elocutionis*: quanquam amplificatio per comparationem magna ex parte rerum eſſe videtur. TURNEB.

1. *Qui ſit cæſus, occiſum.*] Hac utitur amplificatione Terentius Adelph. IV. 2. *Me pugnis miſerum, & iſtam pſaltriam uſque occidit*; ubi Donat. *Mire interjecit* miſerum, *& neceſſario* uſque *addidit, ut oſtenderet*, occidit, *nimiæ cædis verbum, non occiſionis intelligi oportere*: & mox: *non enim occiſus loquitur.* BURMAN.

2. *Qui pulſavit.*] Hanc μείωσιν, vel λιτότητα in voce *Tangere* notavit apud Horatium lib. III. Od. 3. Lambinus. Et ita *flagello tangere* idem lib. III. Od. 26. Et Plautus ſæpe pro percutere uſus hoc verbo: ſic *tangi fulmine*, vel *de cælo* dicebant; & ſimilia omnibus obvia.

3. *Libere, proterve, petulanter, &c. adulterium ego putarem.*] *Proterva*, non *proterve*; & *adulterum*, & *paulo*, pro *pauco* in oratione pro Cœlio cap. 16. emendate legitur. REGIUS.

4. *Hoc genus.*] Eraſmus ſecundo libro *Copiæ*, hanc ap-

nifeſtius, ſi ampliora verba cum ipſis nominibus, pro quibus ea poſituri ſumus, conferantur; ut Cicero [5] in Verrem: *Non enim furem, [6] ſed raptorem; non adulterum, ſed expugnatorem pudicitiæ; non ſacrilegum, ſed hoſtem ſacrorum religionumque; non ſicarium, ſed crudeliſſimum carnificem civium ſociorumque in veſtrum judicium [7] adduximus.* [8] Illo enim modo, [9] ut ſit multum; [10] hoc etiam, plus ut ſit, [11] efficitur. [12] Quatuor tamen maxime generibus video conſtare amplificationem, [13] incremento, comparatione, ratiocinatione, congerie. Incrementum eſt potentiſſimum, cum magna videntur, etiam quæ inferiora ſunt. [14] Id aut uno gradu fit, aut pluribus. Per id venitur non modo ad ſummum, ſed interim quodammodo ſupra ſummum. [15] Omnibus his ſufficit vel unum Ciceronis exemplum: *Facinus eſt [16] vincire civem Romanum, ſcelus verberare, [17] prope parricidium necare: quid dicam in crucem tollere?* Nam & ſi tantum *verberatus* eſſet, uno gradu increverat, ponendo etiam id eſſe *facinus*, quod erat inferius. Et ſi tantum *occiſus* eſſet, per plures gradus aſcenderat. Cum vero dixerit, *prope parricidium necare*, ſupra quod nihil eſt, adjecit: *quid dicam in crucem tollere?* ita, cum id, quod maximum eſt, occupaſſet, neceſſe erat in eo, quod ultra eſt, verba deficere. [18] Fit & aliter ſupra ſummum adjectio; ut apud Virgilium de Lauſo:

——— quo pulchrior alter
Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.

Summum eſt enim, *quo pulchrior alter non fuit*; [19] huic deinde aliquid [20] ſuprapoſitum eſt. Tertius quoque eſt modus, ad quem non per gradus itur, [21] ut quod non eſt plus quam maximum, ſed quo nihil majus eſt: *Matrem [22] tuam occidiſti. Quid dicam amplius? Matrem tuam occidiſti.* Nam & hoc augendi genus eſt, tantum aliquid efficere, ut non poſſit augeri. [23] Creſcit oratio minus aperte, ſed [24] neſcio an hoc ipſo efficacius, cum citra diſtinctionem [25] in contextu & curſu ſemper aliquid priore majus inſequitur; ut de vomitu in Antonium [26] Cicero: *In cœtu vero populi Romani, negotium publicum gerens, magiſter equitum.* Singula incrementum habent. Per ſe deforme, vel non in cœtu, vomere; in cœtu etiam, *non populi*; populi etiam, *non Romani*; vel ſi nullum *negotium* ageret, vel ſi non *publicum*; vel ſi non *magiſter equitum.* Sed alius divideret hæc, & circa ſingulos gradus moraretur: hic in ſublime [27] etiam currit, & ad ſummum [28] pervenit non nixu, ſed impetu. [29] Ve-

pellat *amplificationem per correctionem*, quando prius vocabulum tollitur, ut gravius ſubjiciatur. TURNEB.

5. *In Verrem.*] Lib. 1. cap. 3.

6. *Sed raptorem.*] *Ereptorem*; MSS. Alm. Voſſ. prim. tert. Bern. Ald. Colin. & ita in Cicerone hodie legitur.

7. *Adduximus.*] *Adducimus*: Voſſ. tert.

8. *Illo enim modo.*] Hoc eſt, prima illa amplificandi aut minuendi ſpecie, quæ eſt in ipſo rei nomine, &c. ut initio hujus capitis. CAPPER.

9. *Ut ſit multum.*] Subintellige, hoc quod dicimus. CAPP.

10. *Hoc etiam.*] Id eſt, hoc altero amplificandi modo, ubi *ampliora verba cum iis ipſis, pro quibus ea poſituri ſumus, conferuntur.* CAPPER.

11. *Efficitur.*] *Efficietur*; Voſſ. ſec.

12. *Quatuor tamen*] *Quatuor enim*; Ald.

13. *Incremento.*] Quando gravibus quibuſdam rem augemus; comparatione, cum ex eo, quod infra eſt, id augetur, quod eſt ſupra; ratiocinatione, cum aliud augetur. & ex eo animi collectione alterius intelligitur amplificatio; congerie, cum multa verba, aut multas ſententias eodem pertinentes congregamus. Ex his quædam non ſolum ad verba, ſed etiam ad res pertinent. TURNEB.

14. *Id autem uno gradu.*] Loco *autem* copulæ, *aut* disjunctio eſt reponenda. REGIUS. *Autem*; V. C. Alm. Locat. Steph.

15. *Omnibus.*] Id ait Cicero propter legem Semproniam & Portiam, quæ vetabant civem Romanum interfici, ſed permittebant in exilium mitti. TURNEB. Eſt ex v. Verr. 66.

16. *Vincire.*] *Vinciri, verberari, necari*, & *tollere* in Cicerone hodie legitur: & ita ediderunt Vaſcoſ. & Stephan. niſi quod *tolli* etiam habeat: ut etiam ex Cicerone Regius citavit, qui & *prope* omiſſum in quibuſdam exemplaribus eſſe notat; ut omiſit Locat.

17. *Prope parricidium necare.*] Eſt ſcriptum *necari*. PHILAND.

18. *Fit & aliter.*] Nam cum Virgil. VII. 649. Æneid. neminem Lauſo pulchriorem dixit, maximum eſt complexus; ſed data occaſione majus aliquid poſuit maximo, ut commendaret pulchritudinem Turni. Tum ſimilis eſt locus apud Homerum Iliados II. de Ajace Telamonio, quem præſtantiorem cæteris Græcis fuiſſe dicit, excepto Achille. TURNEB.

19. *Huic deinde.*] *Hic*: Locat.

20. *Suprapoſitum.*] *Superpoſitum*: Ald. Baſil.

21. *Ut quod non eſt.*] *Et quod*: Voſſ. omn. Locat. Colin. Vidov.

22. *Tuam occidiſti. Quid.*] *Tuam cecidiſti. Quid*; V. C. Alm. Locat. *cecidiſti* etiam bis habent Voſſ. prim. tert. in cod. Bernenſi legitur: *Matrem tuam, & quid dicam amplius? occidiſti.*

23. *Creſcit oratio.*] Alia ſpecies eſt incrementi, cum perpetua continuatione verba deinceps graviora ponuntur: non fit autem hæc amplificatio per diſtinctionem (ut fiebat in ſuperioribus exemplis) in *inciſa*, & diſtinctos gradus. TURNEB.

24. *Neſcio an hoc ipſo.*] Francius volebat, *neſcio an non hoc*: ſed nihil opus, ut ad lib. XII. cap. 11. videbimus. Et ſane τὸ *neſcio an* modeſtus eſt affirmandi modus, qui τῷ *fortaſſe* æquivalet. CAPPER.

25. *In contextu.*] *In textu*; V. C. Alm.

26. *Cicero.*] II. Philip. cap. 25.

27. *Etiam currit.*] *In ſublime incurret*: Voſſ. prim. tert.

28. *Non pervenit nixu & impetu.*] Mendoſe ita legitur; veruſque ſenſus non percipitur: ſic autem emendari poteſt, ut *non* negandi adverbium poſtponatur verbo, ac loco & copulæ, *ſed* adverſativa adſcribatur hoc modo: *& ad ſummum pervenit, non nixu, ſed impetu* REGIUS *Non pervenit nixu & impetu*: Locat. *non niſu*; V. C. Alm. Vidov. & ita Francius volebat.

29 *Verum ut hæc.*] Eraſmus amplificationem ex comparatione dupliciter fieri dixit; aut per fictionem, id eſt, *hypotheſin*, de qua Fabius dixit lib. v. aut per exempli collationem: exempla erunt apud Fabium paulo poſt. TURNEB.

rum ut hæc amplificatio in ſuperiora tendit; ita, quæ fit per comparationem, incrementum ex minoribus petit. Augendo enim, quod eſt infra, neceſſe eſt extollat id, quod ſupra poſitum eſt; ut idem, atque in eodem loco: [30] *Si hoc tibi inter cœnam, &* [31] *in illis immanibus poculis tuis accidiſſet, quis non turpe duceret? in cœtu vero populi Romani.* [32] Et in Catilinam: *Servi mehercle mei ſi me iſto pacto* [33] *metuerent, ut te metuunt omnes cives tui, domum meam relinquendam putarem.* Interim propoſito velut ſimili exemplo, efficiendum eſt, ut ſit majus id, quod a nobis exaggerandum eſt; [34] ut idem pro Cluentio, cum [35] expoſuiſſet, Mileſiam quamdam [36] a ſecundis heredibus pro abortu pecuniam accepiſſe: *Quanto eſt*, inquit, *Oppianicus in eadem injuria majore ſupplicio dignus? ſiquidem illa, cum ſuo corpori vim attuliſſet,* [37] *ſe ipſa cruciavit; hic autem idem illud effecit per alieni* [38] *corporis vim atque cruciatum.* Nec putet quiſquam hoc, quanquam eſt ſimile illi ex argumentis *loco*, quo majora ex minoribus colliguntur, idem eſſe. Illic enim probatio petitur, hîc amplificatio; ſicut in Oppianico [39] non id agitur in illa comparatione, ut ille male fecerit, ſed ut pejus. Eſt tamen quanquam diverſarum rerum quædam vicinia. [40] Repetam igitur hîc quoque idem, [41] quo ſum illic uſus, exemplum; ſed non in eumdem uſum. Nam hoc mihi oſtendendum eſt, augendi gratia non tota modo totis, ſed etiam partes partibus comparari; ſicut hoc loco: [42] *An vero vir ampliſſimus P. Scipio, pontifex maximus, Tib. Gracchum, mediocriter labefactantem ſtatum reipublicæ, privatus interfecit; Catilinam,* [43] *orbem terrarum cæde* [44] *atque incendio vaſtare cupientem, nos conſules perferemus?* Hîc & Catilina Graccho, & ſtatus reipublicæ orbi terrarum, & mediocris [45] labefactatio cædi & incendiis & vaſtationi, & privatus conſulibus comparatur: quæ ſi quis dilatare velit, [46] plenos ſingula locos habent. [47] Quas dixi *per ratiocinationem* fieri amplificationes, [48] videamus, an ſatis proprio verbo [49] ſignaverim. Nec ſum in hoc ſolicitus, dum res ipſa volentibus diſcere appareat. Hoc ſum tamen ſecutus, quod hæc amplificatio alibi poſita eſt, alibi valet; [50] &, ut aliud creſcat, [51] aliud augetur; [52] inde ad id, quod extolli volumus, [53] ratione ducitur. [54] Objecturus Antonio Cicero merum, & vomitum: [55] *Tu*, inquit, *iſtis faucibus, iſtis lateribus, iſta gladiatoria totius corporis firmitate.* [56] Quid fauces & latera ad ebrietatem? Minime ſunt otioſa. Nam reſpicientes ad hæc poſſumus æſtimare, quantum ille vini in Hippiæ nuptiis exhauſerit, quod [57] ferre & coquere non poſſet illa gladiatoria corporis [58] firmitate. Ergo ſi ex alio colligitur aliud, nec improprium, nec inuſitatum nomen eſt *ratiocinationis*; [59] ut

30. *Si hoc tibi.*] *Si inter cœnam, in ipſis tuis immanibus illis poculis, hoc tibi accidiſſet*, in Cicerone legitur.

31. *In illis in manibus p. t. a. quis non turpe duceretur.*] *Immanibus*, duplici *m* legendum eſſe, & *duceret*, ex ſecunda Philippica facile eſt videre. REGIUS.

32. *Et in Catilinam.*] *Sed in Catilinam*; Locat. *ſed & in Cat.* Ald. Par. Colin. Vidov. eſt ex 1. Catil. cap. 7.

33. *Metuerent.*] *Metuerint*; Voſſ. prim.

34. *Ut idem pro Cluentio.*] Nam Oppianicus prægnantem fratris uxorem una cum fœtu veneno ſuſtulit, ut hereditatem haberet. TURNEB.

35. *Expoſuiſſet moleſtiam quamdam.*] *Mileſiam*, in oratione Ciceronis cap. XI. inveniet ſcriptam, qui eam evolvet. REGIUS. *Mulierem quamdam*; Vallæ lib. Voſſ. ſecund. & Colbert.

36. *A ſecundis heredibus.*] Qui vulgo *ſubſtituti* dicuntur. CAPPER.

37. *Se ipſa cruciavit.*] *Se ipſam*; Voſſ. prim. tert. Locat. Ald.

38. *Corporis vim atque cruciatum.*] *Corporis mortem atque cruciatum*; Ald. Par. Colin. marg. Gryph. & ita in Cicerone hodie legitur, quanquam Sylvius *vim* præferat, ne ſit ordo rerum perverſus, quia cruciatus ſcilicet præcedere debet mortem: quaſi vero non frequens eſſet ὑστερολογία illa apud ſcriptores. Sic idem Cicero IV. Catil. 10. *Scipio, cujus conſilio atque virtute Annibal in Africam redire, atque ex Italia decedere coactus eſt.* Vide Gronov. ad Stat. X. Theb. 160. Voſſ. Inſtit. Orat. lib. IV. cap. 11. §. 5. BURMAN.

39. *Non id agitur in illa comparatione.*] *Non agitur hic comparatione*; cod. Bern.

40. *Repetam igitur hic.*] *Repetam itaque hic*; Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *repetam igitur hinc*; MSS. Alm. Voſſ. prim. *repetam hic quoque*; Voſſ. ſec.

41 *Quo ſum illic.*] *Quo ſim illic*; Voſſ. tert. *exemplo* etiam Voſſ. prim.

42. *An vero.*] Eſt ex Oratione 1. in Catil. cap. 1. *An vero ampliſſimus*; Voſſ. prim.

43. *Orbem terrarum.*] *Orbem terræ*; Cicero; & ita Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Colin.

44. *Atque incendio.*] *Incendiis*; Cicero. PHILAND.

45. *Labefactatio.*] *Labefactio*; Voſſ. prim.

46. *Per ſingula locos habent.*] *Habeat* ſingulariter procul dubio eſt legendum. REGIUS. *Per ſingula locos habent*; Locat. *habeat*; Ald. Baſil. Colin. Vidov. *plenos ſingula locos habent*; Vaſcoſ. Steph. Roign. Leid. Oxon. Obrecht.

47. *Quas dixi.*] Primum diſputat de appellatione, quam eſſe ait optimam, cum ex alio aliud colligatur, quod proprium eſt *ſyllogiſmi*. Hæc amplificatio magna ex parte ad rem pertinet: ſed catenus eſt *elocutionis*, qua ita enunciamus, ut non omnia, quæ intelliguntur, ponantur, ſed colligenda relinquantur. TURNEB. *Quos dixi*; Voſſ. prim.

48. *Videamus.*] *Viderimus*; V. C. Alm. & Bern.

49. *Signaverim.*] *Significaverim*; V. C. Alm. Andr. Locat. Ald. Par. Steph.

50. *Et ut aliud creſcat.*] *Et* non habent Locat. Ald. Baſil. Steph. Gryph. Colin. Vidov.

51. *Aliud augetur.*] Ita codd. Voſſ. prim. ſecund. & edit. Obrecht. Rollin. *augeatur*; Vaſcoſ. Stephan. Lugduno-Batav.

52. *Inde ad id.*] *Tamen ad id*; Voſſ. prim.

53. *Ratio deducitur.*] *Ratione deducitur*; Voſſ. prim. ſec. marg. Vaſc. *ratio adducitur*; Ald. *ratione ducitur*; MSS. Joan. Alm. Voſſ. tert. Obrecht. marg. Sich. Baſil. Steph. præterea *augetur tamen ad id*; Voſſ. prim.

54. *Objecturus Antonio Cicero merum & vomitum.*] Hæc non ſunt in V. C. Alm.

55. *Tu inquit.*] Ex 11. Philip. 25.

56. *Quid fauces.*] *Et fauces & latera ad ebrietatem minime ſunt otioſa*; marg. Baſil.

57. *Ferre & coquere.*] *Concoquere*; V. C. Alm.

58. *Firmitate.*] *Firmitas*; marg. Baſil.

59. *Ut quod ex eadem cauſſa, &c.*] Hoc eſt, ſicut improprium non eſt illud ratiocinationis nomen, quod eadem de cauſſa inter *ſtatus legales* habemus: hic autem reſpicit Fabius ad eum *legalem ſtatum*, qui vulgo *ſyllogiſmus* appel-

quod ex eadem cauſſa inter *ſlatus* [60] quoque habemus. [61] Sic & ex inſequentibus amplificatio ducitur. Si quidem tanta [62] vis fuit vini erumpentis, ut non caſum afferret aut voluntatem, ſed neceſſitatem, ubi minime deceret, vomendi; & [63] cibus non recens, ut accidere interim ſolet, redderetur, ſed qui uſque in poſterum diem [64] redundaret. Idem hoc præſtant, quæ anteceſſerunt. Nam cum Æolus a Junone rogatus,

> [65] ——— *cavum converſa cuſpide montem*
> *Impulit in latus, ac venti, velut agmine facto,*
> *Qua data porta, ruunt:*

apparet, quanta ſit futura tempeſtas. [66] Quid? cum res atrociſſimas, quaſque in ſummam ipſi extulimus invidiam, elevamus conſulto, quo graviora videantur, quæ ſecutura ſunt; ut a Cicerone factum eſt, [67] cum illa diceret: [68] *Levia ſunt hæc in hoc reo crimina. Metum virgarum* [69] *navarchus nobiliſſimæ civitatis pretio redemit:* [70] *humanum eſt. Alius,* [71] *ne ſecuri feriretur, pecuniam dedit: uſitatum eſt.* Nonne [72] uſus eſt ratiocinatione, qua colligerent audientes, quantum illud eſſet, quod inferebatur, cui comparata hæc, humana viderentur atque uſitata? [73] Sic quoque ſolet ex alio aliud augeri; ut cum Annibalis bellicis laudibus ampliatur virtus Scipionis. Et fortitudinem Gallorum Germanorumque miramur, quo ſit major C. Cæſaris gloria. Illud quoque eſt ex relatione ad aliquid, quod non ejus rei gratia [74] dictum videtur, amplificationis genus. [75] Non putant indignum Trojani principes, Graios Trojanoſque propter Helenæ ſpeciem tot mala, tanto temporis ſpatio, ſuſtinere: quænam igitur illa forma credenda eſt? Non enim hoc dicit Paris, [76] qui rapuit; non aliquis juvenis; [77] non unus e vulgo; ſed ſenes, & prudentiſſimi, & Priamo aſſidentes. Verum & ipſe rex, decenni bello exhauſtus, amiſſis tot liberis, [78] imminente ſummo diſcrimine, cui faciem illam, [79] ex qua tot lacrymarum origo fluxiſſet, inviſam at-

latur, & aliquando *ratiocinativus*, item *ratiocinativa* & *collectiva* quæſtio; quia, ut ait idem Rhetor lib. VII. cap. 8. *Ex eo, quod ſcriptum eſt, ratiocinatione colligitur, quod incertum eſt.* CAPPER.

60. *Quoque habemus.*] A vocali adſcripta, *habeamus* rectius legeretur. REGIUS. *Habeamus;* Ald. Colin.

61. *Sic & ex inſequentibus.*] Prima eſt ſpecies amplificationis per ratiocinationem ab inſequentibus, cum ex ratione eventus colligimus magnitudinem præcedentium; ut ſecunda eſt ſpecies, quando ex antecedentibus colligimus magnitudinem inſequentium. TURNEB.

62. *Vis fuerit.*] *Fuit* mihi legendum videtur. REGIUS. *Fuerit;* Locat. Baſil. Gryph.

63. *Cibus non recens.*] *Cibi non recentes, & redderentur & redundarent;* Voſſ. ſec. Obr. *ſed uſque in;* Voſſ. prim. tert. *ſed qui in poſterum;* Voſſ. ſec.

64. *Redundaret.*] Mallet Francius *redundarat.*

65. *Cavum.*] Eſt ex lib. I. Æneid. 81.

66. *Quid? cum res.*] Hic locus etiam ad comparationem referri poteſt: eſt tamen *ſyllogiſticus* ex eo, quod colligitur aliorum magnitudo ex eorum elevatione, quæ alioqui ſunt magna. TURNEB.

67. *Cum illa diceret.*] *Cum ita diceret;* Voſſ. ſecund. Colb.

68. *Levia ſunt hæc in hoc reo.*] Ex ſeptima Verrina manifeſte apparet, *crimina* hic eſſe adſcribendum hoc modo: *levia ſunt hæc in hoc reo crimina.* REGIUS. Non habent *crimina;* MSS. Alm. Voſſ. omn. Locat.

69. *Navarchus nobiliſſimæ.*] *Navarchus nobilis nobiliſſimæ civitatis;* Voſſ. prim. tert.

70. *Humanum eſt.*] *Eſt* non legitur apud Ciceronem. Vid. Verr. 44. in quibuſdam editionibus.

71. *Ne ſecuri feriretur.*] *Ne condemnaretur;* Cicero.

72. *Uſus eſt ratione.*] Pro *ratione*, mihi *ratiocinatione* legendum eſſe videtur. REGIUS. *Ratione;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. *qui colligerent;* Voſſ prim.

73. *Sic quoque.*] Hæc ratiocinatio eſt, cum ex alterius commendatione laus major redundat in aliam perſonam. TURNEB.

74. *Dictum videretur.*] *Re* ſyllaba expuncta, *videtur* legendum eſt. REGIUS. *Videretur;* MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat.

75. *Non putant indignum.*] Locus eſt ex III. Iliados verſ. 156. nam cum ſeniores ex Trojanis ex Scæa porta intuerentur exercitum Trojanorum & Græcorum, venit Helena, cujus admirati ſunt ſpeciem, & hæc dixerunt. TURNEB. Joh. Gebhard. Animadv. in Propert. lib. II. Eleg. 3. verſ. 40. pag. 164. PAREUS.

76. *Qui eam rapuit.*] *Qui rapuit;* MSS. Alm. Voſſ. prim. tert. Baſil. Gryph. Vidov. Obrecht. omittit *eam* editio Lugdunenſis: ſed inſeruimus noſtræ editioni, ad fidem editionum Aldin. Pariſ. Vaſc. Steph. GIBSON. Sed ita & Ovidius Epiſt. XVI. 151.

> *Quod rapuit laudo.*

& in declamat. II. Quinctil ex MS. Leid. *iterum tanquam rapturus exſilui.* Et neſcio quid elegantius ſonat, ſi omittatur hic pronomen. Sic apud Sueton. Cæſ. I. *Neque ut repudiaret, compelli a Dictatore Sulla ullo modo potuit;* ubi male *repudiaret illam*, contra codices quidam exhibent. Vide Caſaub. Idem cap. 4. *Cornelium Dolabellam repetundarum poſtulavit, abſolutoque Rhodum ſecedere ſtatuit;* pro *abſolutoque eo.* Othon. 8. *Ubinam Imperator eſſet requirentes, perruperunt in triclinium uſque, nec niſi viſo deſtiterunt.* Leg. 29. §. 7. ff. de liber. & poſt. *Si jam mortuo filio pronepotem inſtituat, redeatque mortuo* Et ita centies alii. Vide de ſimilibus *ellipſibus* Gronov. ad Liv. XXIII. 15. XXIV. 38. BURMAN.

77. *Non unus e vulgo.*] *Aut unus;* Voſſ. omn.

78. *Imminente.*] *Imminenti;* Voſſ. prim.

79. *Ex qua tot lacrymarum origo fluxiſſet.*] Elegantius & antiquius vocabulum loco pulſum ab effera inſcitia Correctorum: quod ex MS. Palat. cod. in avitam ac patriam poſſeſſionem reportavit nunquam ſine laude nominandus cl. Jan. Gebhardus, Crepund. lib. III. cap. 9. pag. 123. *Ex qua tot lacrymarum ora fluxiſſet. Ora* & *ingum* de fontium initiis, ſcaturigine ac capite. Gloſſarium: *Ora, πέρατα, πηγαὶ, ἀρχή.* Cæcilius:

> *Oram reperire nullam, qua me expediam, queo.*

Sic apud Ennium legunt:

> *Quei potis ingentis oras evolvere belli.*

Quanquam Quinctilianus lib. VI. *cauſſas legat.* Sed illud melius videtur cl. Gebhardo. PAREUS. In V. C. Alm. erat quoque *ori*, pro *origo*: ſed ineptum illud *ora* puto. Si jam enim demus, *oram* pro principio poni, quis ita Fabium uti voluiſſe perſuadebit, & Ennianis vocibus cultiſſimam dictionem fœdaſſe? ſed neque *oræ* norant principia, ſed omnes extremas partes ab initio ad finem alicujus rei; ut recte viri docti ad Virgil. IX. Æneid 528. ubi Ennium imitatur Maro. Sic *oræ veſtium, terrarum*, & aliarum rerum. Ita *oram clypei*, Sil. Ital. lib. XV. 754. *luminis oras* dixit Lucret. I. 23. ubi videndus Lambinus: ſed *oram lacrymarum*, eamque *fluere*, quis tolerare poteſt? niſi captator obſoletarum & rancidarum vocum, ut Gebhardus fuit, qui ex Gloſſario etiam producens *ora*, quaſi *ἀρχὴν* notet, fallitur; cum ibi ſit pluralis ab *os, oris.* Nam

que abominandam eſſe oportebat, & audit hæc, [80] & eam filiam appellans juxta ſe locat, & [81] excuſat etiam, atque ſibi eſſe malorum cauſſam negat. Nec mihi videtur in Sympoſio Plato, cum Alcibiadem confitentem de ſe, quid a Socrate pati voluerit, narrat, [82] ut illum culparet, hæc tradidiſſe; ſed ut Socratis invictam continentiam oſtenderet, quæ corrumpi ſpecioſiſſimi hominis tam [83] obvia voluptate non poſſet. Quin ex inſtrumento quoque heroum illorum magnitudo [84] æſtimanda nobis datur. [85] Ad hoc pertinet [86] clypeus Ajacis, [87] & haſta Pelias Achillis. Qua virtute egregie eſt uſus in Cyclope Virgilius. Nam [88] quod illud corpus mente concipiam, cujus

[89] *Trunca manum pinus regit?*

Quid? cum vix loricam duo multiplicem connixi humeris [90] ferrent, quantus [91] Demoleos, qui, [92] indutus eam,

——— *curſu palantes Troas agebat?*

Quid M. Tullius de M. Antonii luxuria tantum fingere ſaltem potuiſſet, quantum oſtendit dicendo: [93] *Conchyliatis Cn. Pompeii periſtromatis ſervorum in cellis ſtratos lectos videres?* Conchyliata periſtromata, [94] & Cn. Pompeii, & in cellis ſervorum; nihil dici poteſt [95] ultra; [96] & neceſſe eſt tamen infinito plus [97] in domino cogitare. Eſt hoc [98] ſimile illi, quod ἔμφασις dicitur; [99] ſed illa ex verbo, [100] hoc ex re conjecturam facit; tantoque plus valet, quanto res ipſa verbis eſt firmior. [101] Poteſt adſcribi amplificationi congeries quoque verborum, ac ſententiarum idem ſignificantium. Nam etiam ſi non per gradus aſcendant, tamen velut acervo quodam allevantur: [102] *Quid enim tuus ille, Tubero,* [103] *deſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat? cujus latus ille mucro* [104] *petebat? qui ſenſus erat armorum tuorum? quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi?* [105] *quid cupiebas? quid optabas?* [106] Simile eſt hoc figuræ, quam [107] συναθροισμὸν vocant: ſed illic plurium rerum eſt congeries, hîc unius [108] multiplicatio. [109] Hæc etiam creſcere ſolet verbis omnibus altius atque altius inſurgentibus:

ora, τύματα, πρόσωπα reddit gloſſator; & *ora* fluviorum, quid ſint, notum eſt. BURMAN.

80. *Et eam filiam.*] *Et eam familiarem appellans*; MS. Bodl. Andr. *ex familia*; V. C. Alm. ſed vulgata ex Homero firmatur, qui Iliad. γ. verſ. 162. φίλον τέκος vocat.

81. *Excuſat etiam ſibi, atque malorum.*] *Atque* copula ante illum dativum *ſibi* eſt transſerenda. REGIUS. *Excuſat etiam ſibi, atque*; MSS. Bodl. Alm. Voſſ. prim. ſec. & *etiam excuſat ſibi, atque*; MS. Joan.

82. *Non ut illum culparet.*] Corrupte quidem ſic legitur, quamvis non videatur; niſi enim illud *non* negandi adverbium de contextu tollatur, videbitur affirmare Fabius id, quod vult negare. REGIUS. *Non* eſt in Locat. *ut illum culparet vel tradidiſſe*; Voſſ. prim. tert.

83. *Obvia voluntate.*] Jan. Gebhard. Animadverſ. in Propertii lib. I. Eleg 9. pag. 137. PAREUS. *Voluptate*; Locat. Ald. Gryph. Colin. Vaſc. Steph. Vidov.

84. *Exiſtimanda.*] *Æſtimanda*, quam *exiſtimanda*, rectius legeretur. REGIUS. *Exiſtimanda*; Voſſ. prim. Locat. Vide ſupra ad lib. V. cap. 10.

85. *Ad hoc pertinet.*] *Huc pertinet*; Obrecht.

86. *Clypeus Ajacis.*] *Clypeum* habebat *ſeptemplicem Ajax*, quem nullus alius geſtare poſſet. Objecit eum hoſtibus (inquit Homerus) veluti turrim quamdam. Inde colligitur fortitudo *Ajacis*. TURNEBUS. Iliad. VI. PHILAND.

87. *Et haſta Pelias.*] *Pelias* haſta dicebatur a monte Pelio, quam nullus præter Achillem geſtare poterat. Nam Patroclus, cum induiſſet Achillis arma, haſtam tamen geſtare non potuit. TURNEB. Iliad. XVI. PHILAND. *Et Pelias Achillis*; MSS. Alm. Voſſ. prim. ſecund. & Vallæ liber.

88. *Quod illud corpus mente concipiam.*] Ita MS. Bodl. edit. Ven. Ald. Sich. Par. Steph. *mente*, ejiciunt nonnullæ, mendoſe proculdubio; hoc enim in loco iſtud vocabulum uſum quemdam peculiarem habet, quo Fabius de rerum imaginibus per earum deſcriptiones menti imprimendis diſſerit. GIBSON. Omiſit Lugdunenſis τὸ *mente*: habent vero Voſſ. omn. Alm.

89. *Trunca manum.*] Virgil. III. Æneid. 659. ubi alii *manu*. Vide Pier.

90. *Ferrent.*] *Ferunt*; MSS. Alm. Voſſ. prim. ſec. Locat. Ald.

91. *Demoleos.*] *Demoleus* apud Virgil. Æneid. V. 265. *Dua moleos*; Voſſ. prim. tert.

92. *Indutus eam.*] *Ea*; V. C. Alm. & Bern.

93. *Conchyliatis.*] II. Philipp. 27.

94. *Et Cn. Pompeii de ſervis & cellis nihil dici.*] *De* præpoſitio expungenda, ac, loco ejus, & copula; &, pro *ſervis*, *ſervorum*, & *in* præpoſitio adſcribenda videtur hoc modo: *Et Cn. Pompeii, & in ſervorum cellis; nihil*, &c. REGIUS. *De ſervis & cellis*; Voſſ. ſecund. Locat. Ald. & *lecti in cellis ſervorum*; Obrecht.

95. *Ultra infinito plus.*] Editiones aliquæ *ultra* iſtud non agnoſcunt. Et fateor quidem ſine illo Rhetoris mentem aperte ſatis repræſentari. Sed cum id oſtendant editiones Ven. Ald. Sich. Vaſc. Steph. quis dubitet, an ſit Fabii lectio genuina. GIBSON. Invenitur illud *ultra* in omnibus editionibus, quas vidi, præter Gryph. 1585. Leidenſem & Obrechti: & certe odioſa mihi repetitio vocis modo antecedentis videtur, quæ nec in Voſſianis codicibus exſtat. *Infinito plus* autem dictum, ut *infinito magis*: de quo ad lib. XI. 3.

96. *Et neceſſe eſt tamen.*] Edit. Obrecht. *Et eſt tamen neceſſe.*

97. *In domino cogitare.*] *In animo cogitare*; marg. Vaſc. Steph.

98. *Simile illi.*] *Simile eſt illi*; Voſſ. ſec.

99. *Sed illa.*] Scilicet ἔμφασις, *emphaſis*: quamvis hoc quidem in loco ſit propior; neque enim τὸ *illa* ſemper ad remotius refertur, ut jam aliquoties notavimus. CAPPER.

100. *Hoc ex re.*] Hoc amplificationis genus, quod fit per ratiocinationem. CAPPER.

101. *Poteſt adſcribi.*] *Congeries* eſt in congregatione verborum & ſententiarum eodem tendentium: ea a Græcis συναθροισμὸς appellatur. Fabius tamen *congeriem* ſeparat a *ſynathroeſmo*; ut *ſynathroeſmus* ſit in collectione diverſorum verborum, aut diverſarum ſententiarum; *congeries* in ſententiis multis, aut verbis idem ſignificantibus. TURNEB.

102. *Quid enim.*] Ex Cicer. pro Ligar. cap. 3.

103. *Diſtrictus.*] *Deſtrictus*; V. C. Alm. recte, ut alibi dictum.

104 *Petebatur.*] Active *petebat* in Cicerone legitur. REGIUS.

105. *Quid cupiebat?*] Hæc omiſit Obrecht.

106. *Simile eſt hoc.*] *Simile eſt figura*; V. C. Alm.

107. Συναθροισμὸν *vocant.*] Rutilius Lupus eodem prope modo συναθροισμὸν accipit, ponitque in verbis ſingulis & conjunctis. Sed quod de verbis dicit, accipi etiam poteſt de ſententia. TURNEB.

108. *Multiplicatio.*] *Amplificatio*; Voſſ. ſec.

109. *Hæc etiam creſcere ſolet verbis omnibus altius inſurgen-*

Aderat

Aderat [110] *janitor carceris, carnifex prætoris, mors terrorque ſociorum, &* [111] *civium Romanorum, lictor Sextius.* [112] Eadem fere eſt ratio minuendi. Nam totidem ſunt aſcendentibus, quot deſcendentibus, gradus. Ideoque uno ero exemplo contentus ejus loci, quo Cicero de oratione Rulli [113] hæc dicit: [114] *Pauci tamen, qui proximi adſtiterant, neſcio quid illum de lege Agraria voluiſſe dicere, ſuſpicabantur.* [115] Quod ſi ad intellectum referas, minutio eſt; ſi ad obſcuritatem, incrementum. Scio poſſe videri quibuſdam ſpeciem amplificationis *hyperbolen* quoque; nam & hæc [116] in utramque partem valet: [117] ſed quia excedit hoc nomen, in *tropos* differenda eſt. [118] Quos continuo ſubjungerem, niſi eſſet a cæteris ſeparata ratio dicendi, quæ conſtat non propriis, ſed *tranſlatis*. Demus ergo breviter hoc deſiderio jam pene publico, [119] ne omittamus [120] eum, quem plerique præcipuum ac pene ſolum putant, orationis ornatum.

tibus.] MS. Palat. longe venuſtius: *Hæc etiam creſcere ſolet verbis omnibus, altius atque altius inſurgentibus.* Sic lib. x. cap. 3. *Nam ut terra alte effoſſa*, &c. Lege, *terra altius effoſſa.* Eleganter Fabius (ad priora refert) dixerat paulo prius: *Nam etiam ſi non per gradus aſcendant, tamen quodam velut acervo allevantur* JAN. GEBHARD. Crepund. lib. III. cap. 8. pag. 123 In editione Lugdunenſi, contra omnium codicum fidem omittuntur *atque altius*, non ſine gravi quidem errore. Hæc enim præclare exprimunt mentem Fabii, orationem quaſi per gradus aſcendentem repræſentantis. GIBSON.

110. *Janitor carceris.*] *Et auctor carceris*; Voſſ. prim. tert.

111. *Civium Romanorum.*] *Romanorum* non eſt in Cicerone, ex cujus vid. Verr. 45. hæc deſumpta.

112. *Eadem fere eſt ratio minuendi.*] Minutio *μείωσις*, eſt in illo Ciceronis pro Ligario: *Scelus tu id vocas, Tubero... alii timorem appellant; qui gravius & durius, ſpem, cupiditatem, odium, pertinaciam; qui graviſſime, temeritatem; ſcelus præter te adhuc nemo.* CAPPER.

113. *Hæc dicit.*] *Hoc*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

114. *Pauci tamen.*] In Ciceronis Orat. in Rull. II. cap. 5. legitur: *Tamen ſi qui auctores in concione ſteterant, de lege Agraria neſcio quid voluiſſe dicere ſuſpicabantur*; & ita edidit Aldus. *Adſtiterunt*; V. C. Alm.

115. *Quod ſi ad intellectum.*] Hoc exemplo probat Fabius, ex eiſdem locis duci amplificationem & diminutionem, quia eodem in loco eſt utraque: illic autem Cicero notat obſcuram Rulli orationem. TURNEB. Si Tullius probare voluit non intellectum eſſe Rulium, minutio eſt: ſi obſcuritatem orationis exaggerare voluit, incrementum eſt. ROLLIN.

116. *In utramque partem.*] Id eſt, ad amplificandum, & ad minuendum. CAPPER.

117. *Sed quia excedit*] *Hyperbole* ultra verum & rei naturam excedit; & in hoc differt ab amplificatione. ROLLIN. Et certe Julius Rufinianus in Rhetorib. Pithœan. pag. 30. de *hyperbole* ſic habet: *Fit cum excedit veritatem ſententia.* CAPPER.

118. *Quos continuo ſubjungerem, &c.*] Ingenue fateor; hic ſenſus tametſi videtur perſpicuus, mihi parum percipitur. Forſitan autem aliquid flagitii hic quoque fuit admiſſum, quod iis relinquatur emendandum, qui ſe grandia in hoc opus commentaria edituros eſſe jactant. REGIUS.

119. *Ne omittamus.*] *Nec* mihi legendum videtur. REGIUS. *Ne*; Locat. Steph. Leid. Obrecht. Oxon.

120. *Eum... orationis ornatum.*] Qui nempe conſiſtit in *ſententiis*. ROLLIN.

CAPUT V.

De generibus ſententiarum.

1 SENTENTIAM veteres, quod animo ſenſiſſent, vocaverunt. Id cum eſt apud oratores frequentiſſimum, tum etiam in uſu quotidiano quaſdam reliquias habet. Nam & juraturi [2] *ex animi noſtri ſententia*, & gratulantes *ex ſententia* dicimus. Non raro tamen & ſic locuti ſunt, [3] ut *ſenſa* ſua dicerent; nam *ſenſus* corporis videbantur. Sed [4] conſuetudo jam tenuit, ut mente concepta [5] *ſenſus* vocaremus; lumina autem, præcipueque in clauſulis poſita, *ſententias*. Quæ minus crebra apud antiquos, noſtris temporibus modo carent. Ideoque mihi [6] & de generibus earum, & de uſu arbitror pauca dicenda. [7] Antiquiſſimæ ſunt, quæ proprie, quamvis omnibus idem ſit nomen, *ſententiæ* vocantur, quas Græci γνώμας V.

Initio quot modis *ſententia* accipiatur, explicat: deinde ſe loqui ait de ea ſententia, quæ lumen quoddam eſt orationis, & e communi vita ſumpta propoſitio, quæ adhortatur ad honeſtum & utile, aut a contrariis revocat. TURNEB.

1. *Sententiam.*] Sententia tribus accipitur modis; interdum enim ſententia dicitur id, quod animo ſentimus, interdum ſignificat decretum, ut cum a judice latam dicimus ſententiam; interdum ſententia eſt oratio ſumpta de vita, quæ, aut quid ſit, aut quid eſſe debeat in vita, breviter oſtendit Idcirco autem hæ ſententiæ dicuntur, quod decretis atque conſiliis ſimiles eſſe videntur. REGIUS.

2. *Ex animi noſtri ſententia.*] Ea videtur fuiſſe formula jurandi apud antiquos; unde ait Cicero *in Offic.* lib. III. cap. 29 *Non enim falſum jurare, pejerare eſt; ſed cum ex animi tui ſententia juraris.* TURNEBUS. Vide ad Petron. c. 109.

3. *Ut ſenſa ſua dicerent; nam ſenſus corporis.*] Sic apud Ciceronem *ſenſa mentis dicendo exprimere* (I. de Orat.) ergo *ſenſa* ſunt proprie *αἱ διάνοιαι*; ſenſus *αἱ αἰσθήσεις*, ad corpus pertinentes: etſi poſtea *τὸ ſenſus* verbum ad *τὴν διάνοιαν* quoque ſignificandam uſurpatum fuerit. CAPPER.

4. *Conſuetudo tenuit.*] Vid. ad lib. II. I.

5. *Senſus vocaremus.*] *Senſum*; Voſſ. prim. tert.

6. *Et de generibus.*] *Et* deeſt in Voſſ. ſec.

7. *Antiquiſſima ſunt.*] Quodcumque dictum argutius & paulo plauſibilius, tempore Fabii *ſententia* dicebatur: at vero apud antiquos *ſententia* dicebatur propoſitio vitæ utilis, de rebus honeſtis & utilibus: quæ quidem *ſententia* multum valet ad *parænesin* & ad conſilium dandum; unde appellationem ſortitur. TURNEB.

appellant: [8] utrumque autem nomen ex eo acceperunt, quod ſimiles ſunt conſiliis, aut decretis. Eſt autem [9] hæc vox [10] univerſalis, quæ etiam [11] citra complexum cauſſæ poſſit eſſe laudabilis; interim ad rem tantum [12] relata, ut: *Nihil eſt tam populare, quam bonitas*; interim ad perſonam, quale eſt Afri Domitii: *Princeps, qui vult omnia* [13] *ſcire, neceſſe habet* [14] *multa ignoſcere.* [15] Hanc quidam partem *enthymematis*, quidam initium, aut clauſulam *epichirematis* eſſe dixerunt: [16] & eſt aliquando, non tamen ſemper. Illud verius, eſſe eam aliquando ſimplicem, [17] ut ea, quam ſupra dixi; aliquando [18] ratione ſubjecta: [19] *Nam in omni certamine qui opulentior eſt, etiam ſi* [20] *accipit injuriam, tamen, quia plus poteſt, facere videtur*; nonnunquam duplicem: [21] *Obſequium amicos, veritas odium parit.* Sunt etiam, qui decem [22] genera fecerunt, ſed eo modo, quo fieri vel plura poſſunt, per interrogationem, [23] comparationem, inficiationem, [24] ſimilitudinem, [25] admirationem, & cætera hujuſmodi; per omnes enim figuras tractari poteſt. Illud notabile ex diverſis: [26] *Mors miſera non eſt, aditus ad mortem miſer eſt.* [27] Ac rectæ quidem ſunt tales: [28] *Tam deeſt avaro, quod habet, quam quod non habet.* Sed majorem vim accipiunt [29] commutatione figuræ; ut:

[30] *Uſque adeone mori miſerum eſt? .....*

[31] Acrius enim hoc, quam per ſe: *Mors miſera non eſt.* [32] Et tranſlatione a communi ad proprium. Nam cum ſit rectum: *Nocere facile eſt, prodeſſe difficile*; vehementius apud Ovidium Medea dicit:

[33] *Servare potui,* [34] *perdere an poſſim, rogas?*

8. *Utrumque.*] Id eſt, ἡ Latinorum ſententia, & ἡ Græcorum γνώμη. CAPPER.

9. *Hæc vox.*] Nempe ſententia, ἡ γνώμη, quod vocabulum ex præcedentibus facile ſuppleri & intelligi poteſt. CAPPER.

10. *Univerſalis.*] Sic Ariſtot. II. Rhetoric. cap. 21. ἔστι δὲ γνώμη ἀπόφανσις μὲν οὐ μέντοι περὶ τῶν καθ' ἕκαστον, ἀλλὰ καθόλου. CAPPER.

11. *Citra complexum cauſſæ.*] Etſi non habeat ſubjectam rationem, ut mox dicet. CAPPER.

12. *Relata, nihil eſt.*] *Ut* particula, qua in aſſignandis exemplis uti ſolemus, mihi adſcribenda videtur hoc modo: *ut, nihil eſt.* REGIUS. Omiſit eam Locat. *Nihil eſt.*] Pro Ligario cap. ult.

13. *Scire neceſſe habet.*] *Scire, habet multa ignoſcere:* Obrecht. ut *habet* ſit eo modo poſitum, quo illuſtravit Gronovius ad Stat. VIII. Theb. 515.

14. *Multa ignoſcere.*] *Cognoſcere:* Locat. Paſſeratium legiſſe, *qui vult omnia noſcere, neceſſe habet multa ignoſcere*, notat Gallæus, ut ſit jocus in *agnominatione*; & ita *ignoſcere*, pro *ignorare*, non credere, eſſet poſitum: de quo Paſſerat. ad Propert. II. Eleg. 2. ſed & pro pœnam remittere cum accuſativo conſtrui ſolet: ſic Quinct. declam. 2. *Ignoſcite malorum periculorum metus, ignoſcite humana diſcrimina*; & ita Plautus, & alii. BURMAN.

15. *Hanc quidam.*] *Sententia* pars eſt *enthymematis*; quia, ſi illi ratio ſubjiciatur, eſt integrum *enthymema*, ut docuit Fabius lib. V. At hæc *ſententia*, quæ eſt ex contrariis, efficit *enthymema ex repugnantibus*. Eſt nonnunquam etiam *ſententia* major propoſitio *epichirematis*, cum præſertim ſit indubitata: nonnunquam vero *epichirematis* additur clauſulæ, more *epiphonematis*: hoc tamen non eſt perpetuum. TURNEB. Nam omnis argumentatio propoſitionem primam, tanquam univerſalem quamdam ſententiam, habet; ut in nota illa Miloniana, *vim vi repellere licet.* SICHARD. Lege Ariſtotelem lib. II. Rhetoric. cap. 21. CAPPER.

16. *Et eſt aliquando, non tamen.*] *Et ſi al. n. t. ſ.* Voſſ. ſec. *& eſt aliquando ſimplex, ut ea, quam ſupra:* Baſil.

17. *Ut ea, quam ſupra dixi.*] In edition. Vaſcoſ. Steph. Lugduno-Batav. *ut eam;* ſed in Locat. Gryph. Colin. Obrecht. & Burman. *ut ea quam.* CAPPER.

18. *Ratione ſubjecta.*] Sic Ariſt. 2. Rhetor cap. 21. ἢ γὰρ μετ' ἐπιλόγου ἔσται, ἢ ἄνευ ἐπιλόγου. CAPPER.

19. *Nam in omni.*] Salluſt. in Jugurth. 10. PHILANDER.

20. *Accipit.*] *Suſcepit*; Voſſ. prim.

21. *Obſequium.*] Terent. Andr. I. 1. PHILAND.

22. *Genera fecerunt.*] *Fecerint:* V. C. Alm.

23. *Comparationem.*] *Per comparationem, per inficiationem:* Voſſ. prim. *per compar. infic.* tert.

24. *Similitudinem.*] Non eſt hæc vox in Colbert. Voſſ. omn.

25. *Admirationem.*] Non agnoſcit V. C. Alm.

26. *Mors miſera non eſt.*] *Sententia* eſt Epicuri, ut apparet ex prima Tuſculana, cap. 8. eſt autem ducta a ſententia Epicharmi poëtæ: *Emori nolo; ſed, mortuum eſſe me, nihil exiſtimo.* TURNEB. Habet hanc ſententiam & Lactant. lib. III. cap. 17. ut notavit Gallæus.

27. *Aut recte.*] *Ac* eſt legendum, ita ſenſu exigente. REGIUS. *At recta*; Ald. *ac recta;* Gryph. Vaſc. Steph Obrecht. ubi *τὰ recta* ſignificat ſententias εὐθείας, directas, abſque *tropo*, ſine figura, ſine inflexione locutionis prolatas. CAPPER.

28. *Tam deeſt avaro.*] *Sententia* eſt ducta ex Mimo Publii Syri; cujus eſt ſenſus, avarum tam ſuis carere, quam alienis, cum æque neutris utatur: fit autem per *antanaclaſin*. TURNEB.

29. *Commutatione figuræ.*] *Ex mutatione*; cod. Colbert. Andr. Locat. Ald. Sich. Par. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *accipiunt mutatione*; Voſſ. prim. BURMAN. Prædictorum verborum ſenſus eſt, ſi loquendi modus inflectatur, ſi per figuratam locutionem *ſententia* efferatur. CAPPER.

30. *Uſque adeone.*] Virgil. XII. Æneid. 646.

31. *Acrius enim, &c. non eſt.*] Hæc non habent V. C. Alm. Voſſ. ſec.

32. *Et tranſlatione, &c.*] *Commune* appellat, quod eſt generalius, cujus tamen loco proprium ſubjicitur, quod eſt magis ſingulare; ut, prodeſſe communius eſt, quam ſervare: Ovidius tamen *ſervare* dixit. TURNEB.

33. *Servare potui.*] Hic verſus ſumptus eſt ex Medea Ovidii, quam tragœdiam Fabius laudat lib. X. TURNEB. Deſumptus hic verſus ex illo Virgilii in Ciri,

Ut me, ſi ſervare potes, ne perdere malis.

Alium affert Seneca Suaſor. III. ex Virgilii opere, ſed deperdito quoque, deſumptum. Hinc jure quis colligat, tragœdiam illam non aliam eſſe ab ea, de qua his verbis Septimius libro de præſcriptionibus adverſus Hæreticos: *Denique Ovidius Scytha Medeam tragœdiam ex Virgilio pleniſſime expreſſit.* Sic locus ille legendus. Hanc tragœdiam habuit Phil. Puchaimerus Medicus, ut ex Beati Bildii, vulgo *Rhenani*, ad eum Epiſtola a Goldaſto cum aliis edita num. 50. pag. 212. conſtat. Habuit etiam Salmaſius eruditorum Phœnix. Specimen exhibet clariſſimus Scriverius ad calcem Vett. Tragicorum, ſub Hoſidii, ut videtur, nomine: cui ſuffragatur Didacus Covarruvias, Segobienſis Antiſtes, Var. Reſolut. lib. IV. cap. 17. Sed fruſtra, ut evincunt, quæ ſupra diximus. COLOMESIUS. Barthium hic compilat Colomeſius; nam ille ad Claud. I. in Rufin. 253. ex Tertulliani loco jam docuit, Ovidium ex Virgilio hæc expreſſiſſe. Cæterum Salmaſium habuiſſe *Medeam* Ovidii non puto; nam ipſe ad Capitol. Macrin. cap. 11. & ad Poll. Galien. 8. dicit quidem, penes ſe eſſe tragœdiam *Medeam* in vetuſtiſſimis membranis, ſed eam Ovidii eſſe non addit; neque quæ ex illa Salmaſiana *Medea* Scriverius producit pag. 187. ullo modo ad Ovidianam referri poſſunt, cum illi centones longe poſt Ovidii tempora cœperint; neque Scriverius etiam Ovidio adſcribit, ut Colomeſius credidit; nam ex Ovidiana duo fragmenta ex Seneca & Fabio produxerat jam pag. 157. Covarruvias quoque in Tertulliani loco legit *Oſidius Scytha.* BURMAN.

34. *Perdere an poſſum.*] *Poſſim* legendum eſt. REGIUS. *Poſſum*; Locat.

[35] Vertit ad perſonam Cicero: *Nihil habet, Cæſar, nec fortuna tua majus, quam ut poſſis;* [36] *nec natura melius, quam ut velis* [37] *ſervare quam plurimos.* Ita, quæ erant rerum, propria [38] fecit hominis. In hoc genere cuſtodiendum eſt, & id quidem ubique, [39] ne crebræ ſint, ne palam falſæ (quales frequenter ab iis dicuntur, qui hæc [40] *καθολικὰ* vocant, &, quidquid pro *cauſſa* videtur, quaſi indubitatum pronuntiant;) & ne paſſim & a quocumque dicantur. Magis enim [41] decent eos, in quibus eſt auctoritas, ut rei pondus etiam perſona confirmet. [42] Quis enim ferat puerum aut adoleſcentulum, aut etiam ignobilem, ſi judicet in dicendo, & quodammodo præcipiat? [43] *Enthymema* quoque eſt [44] omne, quod mente concipimus: proprie tamen dicitur, quæ eſt ſententia ex contrariis, propterea quod eminere [45] inter cætera videtur; [46] ut Homerus *poëta*, *urbs* Roma. De hoc in argumentis ſatis dictum eſt. [47] Non ſemper autem ad probationem adhibetur, ſed aliquando ad ornatum: [48] *Quorum igitur impunitas, Cæſar, tuæ clementiæ laus eſt, eorum te ipſorum ad crudelitatem acuet oratio?* [49] Non quia ſit ratio diſſimilis, ſed quia jam per alia, ut id injuſtum appareret, effectum erat. Et addita in clauſula eſt *Epiphonematis* modo non tam probatio, quam extrema quaſi inſultatio. [50] Eſt enim *Epiphonema* rei narratæ [51] vel probatæ ſumma acclamatio:

[52] *Tantæ molis erat Romanam condere gentem.*

Facere enim probus adoleſcens periculoſe, [53] *quam perpeti turpiter, maluit.* Eſt & quod appellatur a novis [54] *νόημα*, qua voce omnis intellectus accipi poteſt: ſed hoc nomine donarunt ea, [55] quæ non dicunt, [56] verum intelligi volunt; [57] ut in eum quem ſæpius [58] a ludo redemerat ſoror, agentem cum ea talionis, quod ei pollicem dormienti recidiſſet: [59] *Eras dignus, ut haberes integram manum.* [60] Sic enim auditur, *ut*

35. *Vertit ad perſonam Cicero.*] *Nulla fortuna major eſt, quam poſſe ſervare; nec melior natura, quam velle ſervare quamplurimos.* Ita dicendum erat TURNEB. Pro Ligario cap. ult.

36. *Nec natura melius.*] *Natura tua* Cicero: apud quem tamen Colonienſis codex cum Quinctiliano facit.

37. *Servare.*] Multi apud Ciceronem edunt *conſervare*: ſed recte Grævius *ſervare* reſtituit.

38. *Fecit hominis.*] *Erunt hominis*; Voſſ. prim.

39. *Ne crebræ ſint.*] *Nec crebræ, nec palam*; Voſſ. prim.

40. *Καθολικὰ vocant.*] *Catholica* vertit Fab. lib. II. *univerſalia & perpetualia*, qualia negat eſſe præcepta rhetorices: attamen a multis *catholica* exiſtimantur, & in omni loco ea valere putant: itaque ſententias quoque univerſales cuivis *cauſſa* convenire poſſe credunt. TURNEB.

41. *Decent eos.*] *Decet*; Voſſ. prim.

42. *Quid enim ferat.*] *Quis*, ut legatur, ne præcipiendum quidem eſt. REGIUS. *Sententiæ* magna ex parte *protrepticæ* ſunt, aut *parenetica*. Igitur ſi orator induceret puerum utentem illis *ſententiis*, ineptum ſane videretur, judices moveri a tantulo puero. TURNEB.

43. *Enthymema.*] Quemadmodum *ſententia* univerſaliter ſignificat quicquid ſentimus, tamen per excellentiam ſignificat propoſitionem argutam, e vita ſumptam de utilibus & honeſtis; ita quoque *Enthymema* apud Græcos generaliter ſignificat quemcumque mentis conceptum, &, per *Antonomaſiam*, concluſionem ex repugnantibus, & ſententiam ex contrariis: atque hac ratione *Enthymema* eſt *ſententiæ* ſpecies. TURNEB. Vide Cicer. *Topic.* cap. 13.

44. *Omne quod mente.*] *Quod omnes mente concipimus*; MS. Bodl. Andr. *concepimus*; Bern.

45. *Inter cætera.*] In editionib. Vaſcoſ. Lugduno-Batav. & Burmanniana legitur *inter cæteras*, quaſi ad τὸ *ſententia* reſpectus haberetur: ſed quis non videat hic agi de *Enthymematibus*, inter quæ illud eminere videtur, quod ſententiam ex contrariis continet? igitur Stephanæam editionem ſecutus edendum curavi *inter cætera*; ſupple, *Enthymematum* genera. CAPPER.

46. *Ut Homerus Poëta, urbs Roma.*] Subintellige, dicitur proprie & per eminentiam, κατ' ἐξοχὴν; quia inter Poëtas Homerus, inter urbes Roma eminet. Hunc porro *tropum* nunc vocant Rhetores *Antonomaſiam*, qua pro nomine proprio commune uſurpatur: ſed hunc ſenſum apud veteres *Antonomaſia* non habuit, ut fuſius declarabo ad cap. 6. lib. VIII. CAPPER.

47. *Non ſemper autem.*] *Enthymema* tamen valet ad ornatum & ad motum, cum in clauſula ponitur, re jam tractata & confirmata: itaque non docet, ſed duntaxat movet. TURNEB.

48. *Quorum igitur.*] Ex Cicer. pro Ligar. cap. IV.

49. *Non quia ſit ratio diſſimilis.*] Hæc ſententia, quæ eſt ex contrariis, non adhibetur ad probationem, nec eſt nova ratio & diſſimilis earum, quas antea attulerat Cicero; ſed ad ornatum ſubjicitur, poſtquam Cicero aliis argumentis probavit hanc Tuberonis accuſationem eſſe injuſtam. ROLLIN.

50. *Eſt enim Epiphonema.*] Nam omne *Epiphonema* ſententia eſt, ſed quod argutia quadam ferit aurem. *Epiphonema* locum ſæpenumero habet in epigrammatis concluſione, ut apud Martialem; & in hiſtoriæ fine, ut apud Valerium. TURNEB. *Epiphonema* eodem fere modo definit Julius Rufinianus in Rhetor. B. Pithœan. pag. 28. his verbis: *Epiphonema*; *hæc* [perperam editum eſt *hac*] *ſententia in fine expoſitæ rei cum affectu enunciatur.* Videſis Hermogen. lib. IV. *de Invent.* cap. 9 & Demetrium Phaler. *de Elocutione* num. 106. & ſeq. Hæc porro Julii Rufiniani verba *cum affectu* leniorem affectum, qui ἦθος vocatur, deſignant. Et ſic *Epiphonema* diſtinguitur ab *exclamatione* ἀναφωνήσει, quæ vehementiorem affectum, cui nomen πάθος, exprimit; ut patet ex hoc Macrobii loco Saturnal. lib. IV. cap. 6. *Exclamatio, quæ apud Græcos ἀναφώνησις dicitur, movet πάθος*, id eſt, vehementiorem affectum. Lege Fabium noſtrum lib. IX. cap. 2. CAPPER.

51. *Vel probatæ.*] Deſunt in Voſſ. prim. tert.

52. *Tantæ.*] Virgil. I. Æneid. 37.

53 *Quam perpeti.*] Ex Cicer. pro Milon. IV.

54. *Νόημα.*] Nonnulli interpretantur *Noema* ſententiam; quæ ad locum communem, aut ad ſententiam aliam alludat. Fabius appellat, cum aliud dicitur, & aliud intelligitur. TURNEB. Τὸ νόημα Voſſius aliter exponit Inſtit. Orat. lib. V. cap. 13. §. 5. ubi ad χρείαν & ad γνώμην refert: ſed νόημα Fabianum multam habet affinitatem cum ἐμφάσει, quam Rhetor Herennianus vocat *ſignificationem*. De *Emphaſi* vide Fabium lib. VIII. capp. 2. & 3. lib. IX cap. 2. CAPP.

55. *Quæ non dicunt*] *Quæ non dicuntur*; Voſſ. ſec.

56. *Verum intelligi volunt.*] Sic Pomponius Atticus gloriabatur (ait Cornelius Nepos) ſe cum matre, quam extulit annorum XC. cum eſſet LXVII. nunquam in gratiam rediiſſe: quo ſignificabat nunquam ſibi cum ea fuiſſe diſſidium. ROLLIN.

57. *Ut in eum.*] *Ut* deeſt in Voſſ. prim. tert.

58. *A ludo.*] Supple, gladiatorio. CAPPER.

59. *Eras dignus, &c.*] Nonnulli erant in laniſtarum familia tanquam ſervi, ut vel inviti cogerentur pugnare. Hic igitur ſæpius redemptus fuerat a ſorore: cum tamen pugnandi miro teneretur ſtudio, iterum locabat operam ſuam laniſtæ: ſoror igitur illi pollicem abſcidit, ne poſſet amplius digladiari. TURNEB. De his, qui *Myrci* dicebantur, vide Torrent. ad Sueton. Aug. 24. & Valeſ. & Lindenbr. ad Amm. Marc. XV. 12. ex quo loco mallem hic *pollicem præcidiſſet* quoque legere, quam *recidiſſet*; *præcidere* eſt enim alicujus rei ſummam & exſtantem partem cædere. BURMAN.

60. *Sic enim auditur, ut depugnares.*] Hæc ſecundum do-

depugnares. [61] Vocatur aliquid & *clauſula :* [62] quæ, ſi eſt quod *concluſionem* dicimus; [63] & recte, & quibuſdam in partibus neceſſaria eſt : [64] *Quare prius* [65] *de facto veſtro fateamini neceſſe eſt, quam Ligarii culpam ullam reprehendatis.* Sed [66] nunc illud volunt, [67] ut omnis locus, omnis ſenſus, in fine ſermonis feriat aurem. [68] Turpe autem ac prope [69] nefas ducunt, reſpirare [70] ullo loco, [71] qui acclamationem non petierit. Inde minuti corruptique [72] ſenſiculi, & extra rem petiti. Neque enim poſſunt tam [73] multæ bonæ *ſententiæ* eſſe, quam neceſſe eſt, [74] multæ ſint clauſulæ. Jam hæc magis nova *ſententiarum* genera. [75] Ex inopinato; ut dixit Vibius Criſpus in eum, qui, cum loricatus in foro ambularet, prætendebat, id ſe metu facere: [76] *Quis tibi ſic timere permiſit?* Et inſigniter [77] Africanus apud Neronem de morte matris: [78] *Rogant te, Cæſar, Galliæ tuæ, ut felicitatem tuam fortiter feras.* Sunt & alio relata; ut Afer Domitius, [79] cum Cloantillam defenderet, cui objectum crimen, quod virum, qui inter rebellantes fuerat, ſepeliſſet, remiſerat Claudius, in *epilogo* filios ejus alloquens: [80] *Matrem tamen*, inquit, *pueri ſepelitote.* Et aliunde petita, id eſt, in alium locum ex alio tranſlata; ut [81] pro Spathale Criſpus, quam qui heredem amator inſtituerat, deceſſit, cum haberet annos [82] duodeviginti: [83] *O hominem divinum, qui ſibi indulſit!* Facit quaſdam *ſententias* ſola geminatio; qualis eſt Senecæ in eo ſcripto, quod Nero ad Senatum miſit occiſa matre, cum ſe periclitatum videri vellet: [84] *Salvum me eſſe adhuc nec credo, nec gaudeo.* Melior, [85] cum ex contrariis valet: [86] *Habeo, quem fugiam; quem ſequar, non habeo.* [87] *Quid, quod miſer, cum loqui non poſſet,*

ctiſſimum Ramireſium corrupta ſunt, qui in notis ad Valer. Martial. lib. ſpectac. Epig. 29. ita emendat: *Eras dignus, ut haberes integram manum; ſic enim ad digitum depugnares.* ALMELOV. *Hic enim auditur* malebat Francius. *Sic enim auditur.*] Pro τῷ *ſubintelligitur.*

61. *Vocatur aliquid & clauſula.*] *Clauſula* biſariam accipitur; eſt enim interdum concluſio alicujus loci, quæ quidem efficit ornatum: aliquando vero *ſententia* in cujuſcumque rei fine poſita, cujus nimius erat uſus tempore Fabii. TURNEB.

62. *Quaſi eſt quod.*] *Quaſi* adverbium ſenſui convenire non videtur. Quare, loco ejus, *Quæ ſi* reſcribendum eſt. REGIUS. *Quaſi*; Locat.

63. *Et recte.*] *Recta*; Obrecht.

64. *Quare prius.*] *Quare pejus de facto noſtro;* Voſſ. ſec. & Bern.

65. *De facto veſtro.*] *De veſtro delicto confiteamini* eſt in Cicerone cap. 1. *de noſtro facto* ante Regium quidam legebant: *illam culpam* etiam Voſſ. ſec.

66. *Nunc aliud volunt.*] *Aliud* quidem legitur: verum ſenſus, ut *illud* legatur, mihi expoſcere videtur. REGIUS. *Aliud;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Obrecht.

67. *Ut omnis locus.*] Hæc deerant in MSS. Alm. Voſſ. ſec. *omnis ſenſus* vero aberat a Voſſ. prim.

68. *Turpe autem.*] *Turpe enim;* Obrecht.

69. *Nefas dicunt.*] *Ducunt* eſt legendum. REGIUS.

70. *Ullo loco.*] *Illo loco;* V. C. Alm.

71. *Qui acclamationem non petierit.*] Hic *acclamatio* eſt actus, quo auditores dicenti acclamant; non autem figura, quæ Græcis ἐπιφώνημα dicitur, & a Fabio mox definiebatur: *ſumma rei narratæ vel probatæ acclamatio.* CAPPER.

72. *Senſiculi.*] Hoc eſt, ſententiolæ futiles. CAPPER.

73. *Multæ bonæ ſententiæ.*] *Multæ ſententiæ;* Obrecht.

74. *Multæ ſint clauſulæ.*] *Ut multæ*; Ald. Colin.

75. *Ex inopinato.*] Hæc *ſententia* appellatur *a paradoxo*; ac ſæpenumero ſolet efficere riſum, ut meminit Fab. lib. VI. & Cic. lib. II. *de Orat.* TURNEB. Hæc ſunt quæ Græci vocant τὰ παρ' ὑπόνοιαν & τὰ παρὰ προσδοκίαν, in quibus multus ac frequens eſt Ariſtophanes, ut ex ipſius veteri Scholiaſte Græco patet. CAPPER.

76. *Quis tibi ſic, &c.* Dicendum erat: *Quis auctor eſt tui timoris?* Sed, ut ſignificaret hominem meticuloſum, dicit præter opinionem, ab eo, non ab alio ortum illum timorem. TURNEB. Sic fere Martial. lib. 1. Epig. 36.

Quis floralia veſtit, & ſtolatum
Permittit meretricibus pudorem? GALLÆUS.

77. *Africanus.*] Hunc eſſe Sextium Africanum, a Tacito lib. XIII. 19. memoratum, & quem Galliarum cenſum egiſſe narrat idem lib. XIV. 46. crediderim; licet & Julium Africanum oratorem, quem Fabius vidiſſe ſe ſcribit lib. X. cap. 1. intelligere quis poſſet: ſed quia Galliarum mentio fit, præferrem priorem ſententiam. Vide de eo Ryck. ad Tacit. dd. ll. BURMAN.

78. *Rogant te, &c.*] Dicendum erat, ut mortem matris fortiter feras: ſed cum Nero matrem, ut inſidiatricem, eſſe interfectam diceret, ejuſque mortem ſuæ tribueret felicitati, ſic Africanus præter opinionem dixit; ut tamen clam notaret parricidium. TURNEB.

79. *Cum Cloantillam.*] *In Clotillam*; Voſſ. prim. tert.

80. *Matrem tamen pueri ſepelitote.*] Hoc dicit Domitius, ſi Cloantilla morte damnaretur: ſed tamen retulit ad factum Cloantillæ, quod antea maritum illa ſepeliſſet. TURNEB. An riſum captans dixit hoc Domitius παρὰ προσδοκίαν; id eſt, pueri, quidquid acciderit, facite, ut matri ſuperſtites ſitis. Locus obſcurus, & a Fabio parum explicatus. GALLÆUS.

81. *Pro Spathale Criſpus, quam heredem amator inſtituerat, deceſſit.*] Ut adverbium & *qui* relativum mihi in hoc loco deſiderantur, cum ſine relativo integra non ſit oratio, niſi legatur: *ut pro Spathale Criſpus, quam heredem amator qui inſtituerat, deceſſit.* REGIUS. *Quam heredem amator inſtituerat, deceſſit;* MSS. Alm. Voſſ. omn. *quam heredem amator inſtituerat, & deceſſit;* Obrecht. *quam heredem amator qui inſtituerat;* Ald. forte *quam eum heredem a. inſtituerat, deceſſit.*

82. *Duodeviginti.*] *Undeviginti;* Obrecht. *duot de viginti;* Voſſ. ſec.

83. *O hominem.*] *O* non eſt in V. C. Alm. & Voſſ. ſec. *O hominem divinum.*] Apparet, Spathalen meretricem fuiſſe, quæ accuſata ſit homicidii, quod heres ab amatore inſtituta fuiſſet, qui paulo poſt periiſſet, quaſi fraude Spathales, ut potiretur hereditate. Erat igitur dicendum: *O hominem gratum, qui beneficia amaſiæ agnovit:* cujus loco dixit, hominem illum bene vixiſſe, qui genio indulſerit, cum illi brevi eſſet moriendum. TURNEB. Recte Gallæus *divinum* explicat futuri providum, qui ideo genio indulſerat, quia brevi ſibi ſciebat eſſe moriendum; & ita meretricem, quæ amplam ab eo hereditatem exſpectaverat, deceperat. Ita *anus divina* apud Petron. cap. VII. ubi vide adnotata. *Indulgere* vero *ſibi* eſt nullum modum rationemque habere, ſed in quacumque re libidini ſuæ & voluptati obſequi, & plus facere, quam decet; ut de Lyſandro, licet in alia re, Nepos cap. 1. *Hac victoria elatus, quum antea ſemper factioſus audaxque fuiſſet, ſic ſibi indulſit, ut ejus opera in maximum odium Græciæ Lacedemonii pervenerint.* Et in Chabr. cap. 3. *Non enim libenter erat ante oculos civium ſuorum, quod & vivebat laute, & indulgebat ſibi liberalius.* Sic & Horatius eleganter lib. II. od. 2.

Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops.

Alia forma dixit Terent. Eun. II. 1. *nimis me indulgeo;* BURMAN.

84. *Salvum me eſſe.*] *Salvum eſſe;* V. C. Alm.

85. *Cum ex contrariis.*] *Quia tum ex contr.* Obrecht.

86. *Habeo quem fugiam.*] Cicer. ad Attic. VIII. 7. PHILAND. Dictum eſt Ciceronis de Cæſare, & Pompeio, parantibus bellum civile. Ita enim ſignificabat neutrum eſſe ſequendum. TURNEB.

87. *Quid quod miſer, cum loqui, &c.*] Hieronymus ad Oceanum: *Poſtea vero Piſoniano vitio, cum loqui non poſſet, tacere non poterat.* PITHOEUS. Vide Eraſm. Adag. titulo *Imperitiæ.*

tacere non poterat? Ea vero fit pulcherrima, cum aliqua comparatione clareſcit. [88] Trachalus contra Spathalem: *Placet hoc ergo*, [89] *ô leges*, *diligentiſſimæ pudoris cuſtodes*, [90] *decimas uxoribus dari*, [91] *quartas meretricibus?* Sed horum quidem generum [92] & bonæ dici poſſunt, & malæ. Illæ ſemper vitioſæ; [93] uti a verbo: *Patres conſcripti; ſic enim incipiendum eſt mihi, ut memineritis patrum.* Pejus adhuc, quo magis falſum eſt, & longius petitum. Contra eamdem ſororem gladiatoris, cujus modo feci mentionem: [94] *At digito pugnavi.* [95] Eſt etiam generis ejuſdem, neſcio an vitioſiſſimum, quoties verborum ambiguitas cum rerum falſa quadam ſimilitudine jungitur. Clarum auctorem juvenis audivi, cum lecta [96] e capite cujuſdam oſſa *ſententiæ* gratia tenenda matri dediſſet: *Infeliciſſima femina, nondum extuliſti filium, &* [97] *jam oſſa legiſti.* Ad hoc plerique minimis etiam inventiunculis gaudent, quæ [98] excuſſæ riſum habent, inventæ [99] facie ingenii blandiuntur. De eo, qui [100] naufragus, & ante agrorum ſterilitate vexatus, in ſcholis fingitur ſe ſuſpendiſſe: *Quem nec terra* [101] *recipit, nec mare, pendeat.* [102] Huic ſimile in illo, de quo ſupra dixi, cui [031] pater ſua membra laceranti venenum dedit: *Qui hæc edit, debet hoc bibere.* Et [104] in luxurioſum, qui [105] ἀπο-

88. *Trachallus.*] *Trachalus;* MSS. Voſſ. ſec. Colb. Vide ad lib. VI. cap. 3.

89. *O leges.*] *O* non habent MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. *placent hæc ergo leges;* Baſil. *& leges;* Gryph. Vidov. Colin.

90. *Decimas uxoribus dari.*] Aut *jubent*, aut ſimile verbum adſcribendum, aut certe, loco illius *dari*, *dant* eſt legendum. Quod ſi Trachali oratio exſtaret, facile ex illa corrigeretur hic locus. REGIUS. *Dant;* Ald. *dari jubent;* Baſil. Gryph. Colin. Vidov. ſed nihil opus mutare aut addere: *dari* pendet a τῷ *placet*. Cæterum hunc locum illuſtravit celeberrimus Perizonius in diſſertat. III. quæ eſt de Lege Voconia pag. 210.

91. *Quartas meretricibus?*] Cum leges donent decimas dumtaxat uxoribus, iniquum eſt meretrices ferre quartam partem hereditatis, ut Spathales ex quarta parte heres inſtituta fuerat. Forte vero etiam adoleſcens ille uxorem dumtaxat ex decima parte fecerat heredem. TURNEB.

92. *Et bonæ dici poſſunt & malæ.*] *Et bene dici poſſunt & male;* MSS. Alm. Voſſ. ſec.

93. *Uti verbo.*] *Uti a primo verbo;* marg. Vaſc. *non uti verbo*, alias *a primo verbo;* marg. Steph. & Vaſc. *uti a verbo;* Baſil. Gryph. Steph. Colin. Roign. Leid. Gibſ. *abuti verbo;* Obrecht. *aut verbo;* Voſſ. omnes. *aut a verbo;* Bernenſ. inſititia verba cenſet Gallæus.

94. *At digito pugnavi.*] *Ad digitum mihi pugna eſt;* marg. Steph. Vaſc. *ad digitum pugna mihi eſt;* Joan. *a digito pugnavi;* Gryph. Colin. *ad digitum mihi pugnavi;* Voſſ. ſec. Ald. *at digito non pugnavi;* Baſil. & ita Philander volebat; quia dormienti ſoror ceciderat; *ad digitum parentavi;* Obr. *Ad digitum pugnavi;* Vall. lib. Voſſ. prim. tert. & cod. Bernenſ. Ego lego *at digito pugnavi;* id enim falſum eſt, quia gladio, non digito pugnant in arena, tametſi digitis juvantibus: verum ſoror amputaverat illi pollicem, quo ablato gladium tenere non potuit. Dicit ergo reſpondens ad illud: *eras dignus, ut haberes integram manum:* quod per ironiam dictum eſt, quia, ſi integram manum haberet, non poſſet a ludo Gladiatorio detineri. Et quia in illo dicto ſororis, ut Quinctilianus explicat, additur: *ut iterum depugnares*, frater per vafram iriſionem reſpondet: *at digito pugnavi*, quem quia abſtuliſti, quomodo pugnabo. ASCENS. Vide Joſ. Scaliger. Not. in Catalect. Virg. pag. 329. Gaſp. Barthii Animadverſ. ad Gratii Cyneget. pag. 45. PAREUS. In margine, *ad digitum pugnavi*, quod probum eſſe puto, firmatque Borgarſianus codex, teſte Salmaſio, ad Hiſt. Aug. pag 497. *ad digitum pugnare*, pro *digitis pugnare*, quod uno verbo *micare*. Sic *ad tibias canere*, pro *tibiis canere*: quæ locutio Latinis protrita. COLOMES. Reſtituendum ex mente Ramireſii videtur *ad digitum depugnavi*. Durat hæc pugna tamdiu ſine miſſione, donec alteruter digitum tollat. ALMELOV. Sic quoque explicat celeb Grævius in præfat. ad tom. VI. Theſaur. Antiquit. Roman. Aliter Barthius I. Adv. 16. ſed hæc adhuc majori luce egere mihi videntur, nec diſplicet multum Aſcenſii explicatio. Forte legi poſſet: *da digitum mihi*, *pugnabo;* ut ſit reſponſio ad illa, *ut depugnares*. Redde illum, quem præcidiſti, pollicem, & integram manum; pugnabo. BURMAN.

95. *Eſt etiam generis ejuſdem.*] Eſt etiam illa mala *ſententia* a verbis ducta, quæ ex ambiguo manat; habet enim puerilem affectationem, nec cum re eſt conjuncta. TURNEBUS.

96. *In capite.*] Scribe in *capide;* eſt enim *capis* genus poculi à capiendo. PHILAND. In aliis ſcribitur, *in capides* ſic enim appellant vaſculum & poculum, quod etiam dicunt *capedinem* & *capeduncul*am; vel lege, *e capite*. TURNEB. *In capite;* MSS Bodl. Voſſ. omn. Locat. Ald. Par. Baſil. Colin. Vidov. marg Steph. *in capide;* Gryph. marg. Vaſc. *e capite;* Vaſcoſ. Steph. Leid. Oxon. *e capide;* Roign. *in capite cujuſdam ſententiæ gratia tenendam matri;* V C. Alm. *in capite cujuſdam ſententiæ oſſa continenda matri;* Obrecht. Locus corruptiſſimus. Aſcenſius valde fluctuans, cum vel *e capite*, vel *in capide*, ſeu *capſace* tentaſſet, tandem ex Virgilio, *lecta cado* profert. Certe in *capide* (de quo poculi genere vide ad Petron. LII.) oſſa lecta nunquam legi. Ego in verbis illis *e capite* vel *in capite*, proprium alicujus viri nomen latere arbitror; vel, ut Gallæus conjiciebat, ut ſpuria ejicienda ſunt: ſed meliori libro, aut divinatore opus adhuc eſſe puto. Cl. Schultingium ad Senec. controv. 17. in fin. video adducere *lectio e capite cujuſdam oſſa ſententiæ gratia tenenda matri dediſſet*. BURMAN.

97. *Jam oſſa legiſti.*] *Oſſa legere* ambiguum eſt; nam olim cadavere combuſto oſſa colligebantur, & in urna recondebantur; ut eſt apud Virgil. VI. Æneid. verſ. 228.

Oſſaque lecta cado texit Chorineus aheno.

Eſt etiam *oſſa legere* ſimpliciter colligere, ut *oſſa fracta legere e vulnere*. TURNEBUS. Ambiguitas in eo eſt, quod *legere* oſſa & colligere notet, & in libro vel ſcripto legere. Quare forte legendum eſſet, *lecta cujuſdam oſſa*, *ſententiæ gratia legenda matri dediſſet*, ut matri locum aliquem ſcriptoris, in quo oſſa alicujus lecta narrabantur, legendum dederit, ut vicem ſententiæ fungeretur; quem cum illa legiſſet, verba illa ambigui acuminis & ridiculi ſubjecit auctor ille clarus. BURMANNUS.

98. *Excuſſæ.*] Id eſt, ſi diligenter & ad ipſius veritatis ac rationis amuſſim perpenſæ fuerint. CAPPER.

99. *Facie ingenio.*] Pro *ingenio*, ut *ingenii* legatur, ſenſus exigit. REGIUS. *Ingenio;* Locat. Francius malebat *ſpecie ingenii*, quæ voces millies a librariis permutatæ, & ſæpe idem notant. Itaque nil mutarem.

100. *Naufragus & ante agrorum ſterilitatem.*] *Naufragiis* & *ſterilitate* ablativos ſenſus expoſcit. REGIUS. *Naufragis;* marg. Vidov.

101. *Recipit.*] *Recepit;* Voſſ. ſec.

102. *Huic ſimile.*] Hujus loci meminit in cap. 2. de *perſpicuitate*, cum dixit quædam eſſe ἀδιανόητα. TURNEB. Illuſtrat hæc Gronovius ex illis Senec. Thyeſt. 915. *hoc hæc menſa claudatur ſcypho;* Voſſ. ſec. legitur, *qui hoc edit*.

103. *Pater ſua membra.*] Τὸ *ſua* non refertur ad τὸ *pater*, ſed ad participium τὸ *laceranti*. CAPPER.

104. *In luxurioſum.*] *In luxurioſos;* Voſſ. omn. *quia* etiam pro *qui;* Voſſ. prim.

105. Ἀποκαρτέρησιν.] Ἀποκαρτέρησις eſt ex propoſito mortis electio per inediam & famem. Inde ἀποκαρτερεῖν a Cicer. dicitur I. Tuſcul. quanquam locus eſt illic corruptus. TURNEB. Regius *apocarteresin*, *tolerantiam* interpretatur: quod recte Aſcenſius refutat, qui legit *anginam ſimulaſſe*, & verba ſequentia patris vel caſtigatoris eſſe fingit, *necte laqueum*, habes, quod faucibus tuis traſcaris propter anginam: *aut* (hanc particulam apponi vult) ſume venenum, quia decet luxurioſum, cujus vires venere ſunt exhauſtæ, bibendo mori: ſed hæc omnia obſcura. BURMANNUS. Eruditi Burmanni diligentia hoc etiam in

καρτέρησιν [106] ſimulaſſe dicitur: *Necte laqueum, habes quod faucibus tuis iraſcaris. Sume venenum,* [107] *decet luxurioſum bibendo mori.* Alia [108] vana; ut ſuadentis [109] purpuratis, ut Alexandrum Babylonis incendio ſepeliant: *Alexandrum ſepelio, hoc quiſquam* [110] *ſpectabit e tecto?* Quaſi vero id ſit in re tota indigniſſimum. Alia nimia; ut de Germanis dicentem quemdam audivi: [111] *Caput neſcio ubi impoſitum.* Et de viro forti: *Bella* [112] *umbone propellit.* Sed finis non erit, ſi ſingulas corruptorum [113] perſequar formas. [114] Illud potius, [115] quod eſt magis neceſſarium. [116] Duæ ſunt diverſæ opiniones, aliorum *ſententias* [117] ſolas pene ſpectantium, aliorum omnino damnantium: quorum mihi neutrum admodum placet. Denſitas earum obſtat invicem; ut [118] in ſatis omnibus fructibuſque [119] arborum nihil ad juſtam magnitudinem adoleſcere poteſt, quod loco, in quem creſcat, caret. Nec pictura, in qua nihil [120] circumlitum eſt, [121] eminet. Ideoque artifices, etiam cum plura in unam tabulam opera [122] contulerunt, ſpatiis diſtinguunt, ne umbræ in corpora cadant. Facit res eadem conciſam quoque orationem. [123] Subſiſtit enim omnis *ſententia*; ideoque poſt [124] eam utique aliud eſt initium. [125] Unde ſoluta fere oratio, & e ſingulis non membris, ſed [126] fruſtis collata, ſtructurâ caret; [127] cum illa rotunda [128] & undique circumciſa inſiſtere invicem nequeant. Præter hoc [129] etiam color ipſe dicendi [130] quamlibet clarus, multis tamen ac variis velut maculis conſpergitur. Porro, [131] ut afferent lumen [132] clavus & purpuræ, loco inſertæ; [133] ita certe neminem deceat intertexta pluribus notis veſtis. Quare licet [134] hæc enitere, [135] & aliquatenus exſtare videantur; [136] ta-

loco deſideratur; neque enim impune abire oportebat Turnebiani Commentatoris querelam, qui legebat in Ciceronis Tuſcul. I. ἀπηγόρτηρον, & corruptum eſſe locum ſuſpicabatur. Et ſane, pro τὸ ἀπηγόρτηρον, hodie legimus apud Ciceronem Ἀποκαρτερῶν, quæ vox optimum ſenſum, & Fabianæ locutioni congruentem exhibet. CAPPER.

106. *Simulaſſe dicitur.*] *Dicitur ſimulaſſe;* Obrecht.

107. *Decet luxurioſo.*] *Luxurioſos* legendum eſſe, etiam pueri vident. REGIUS. *Luxurioſos*; Locat. Ald. Colin. licet vero veteres etiam dativo junxerint τὸ *decet*, non puto Fabium ita locutum; ſed cum *luxurioſum* vel *luxurioſos* ſcriptum librarius oſtendiſſet, inde *luxurioſo* fecit. Simile exemplum habet Lambin. ad Lucret. III. 76. & ita etiam accuſativos plurales in *os* ſæpe in ablativum in *o* mutatos docent exempla apud Virgil VI. 528. *irrumpunt thalamo*; ubi alii *thalamos*; & lib. VII. 161. & IX. 371. *muroque ſubibant*, vel *muroſque.* Qualia & in Livio notavit Gronov. lib. XXXI. 45. & ita mox cap. 6. *animo damus* erat olim ſcriptum, pro *animos.* BURMAN.

108. *Vana ſuadentis.*] *Ut* particula videtur adſcribenda & *ſepeliant* legendum. REGIUS. *Ut* non habent V. C. Alm. Voſſ. prim. Locat. *ſuadentibus* conjecerat Francius.

109. *Purpuratis.*] Scribunt quoque hiſtorici, Alexandri duces deliberaſſe de incendenda Babylone, ut hoc modo nobilitaretur ſepultura Alexandri. Hæc res poſtea ducta eſt ad *themata* declamatoria. TURNEBUS.

110. *Spectabit e tecto.*] *A tecto;* Voſſ. omn.

111. *Caput neſcio.*] Videtur alluſio eſſe ad proceritatem Germanorum, quaſi eorum corpus repræſentet prægrandem truncum, cui impoſitum ſit caput; quaſi diceret eos capite hominum habere ſimilitudinem, ſed corpore quaſi arborum; quanquam hic locus varie legatur in exemplaribus. TURNEBUS. In Vallæ libro poſt τὸ *impoſitum*, in ſpatio vacuo ſecunda manu ſcriptum erat, *ſuſpicit*, vel *ſuſpicitur.* GALLÆUS. *Suſpicer* reponit Aſcenſius, qui præterea in Vallæ libro eſſe *de Germanicis* teſtatur; ut & Voſſ. ſec. unde varia tentat, & de Germanico Cæſare, qui Antiochiæ obiit, capit: ſed fruſtra. Obrechtus ex Argentoratenſi codice, *caput neſcio ubi in nube poſitum*, edidit.

112. *Umbone propellit.*] *Propello*; Voſſ. prim. tert. *propellens;* Obrecht.

113. *Perſequar.*] *Proſequar*; Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. Roign. Vaſc. Baſil. Vidov.

114. *Illud potius.*] Subintelligi poteſt, *agamus*, vel *dicendo perſequamur.* CAPPER.

115. *Quod eſt magis.*] *Quod & magis* malebat Gallæus.

116. *Duæ ſunt.*] Nunc præcipit de *ſententiarum* uſu, duaſque refutat opiniones. Nam quidam ſolas ſectabantur *ſententias*, quidam ab illis abhorrebant. Sic *demum controverſiam* decidit Fabius, ut putet illis modice eſſe utendum. TURNEB.

117. *Solas pene.*] *Pene* abeſt a Voſſ. prim.

118. *In ſatis.*] *In* deeſt in Voſſ. ſec.

119. *Arborum.*] *Arvorum*; Voſſ. ſec. Locat. Gryph. Colin. Baſil. *Horum nihil.*] Loco *horum*, mihi *quorum* videtur eſſe legendum. REGIUS. *Horum*; Locat. *quorum*; Ald. Colin. Vidov. Gryph. ſed recte reliqui omittunt.

120. *Circumlitum eſt.*] Vernacule vocamus *les ombres du tableau.* CAPPER.

121. *Eminet*] Hoc eſt, quod Gallice dicimus *avoir du relief.* CAPPER.

122. *Contulerunt.*] *Contulerint*; Voſſ. prim. tert.

123. *Subſiſtet.*] *Subſiſtit*, ut ſit præſentis temporis, eſt legendum. REGIUS. *Sententia* omnis perfectam habet comprehenſionem abſolutumque ſenſum: quod ſi aliam ſuperaddas *ſententiam*, novum inchoabit ſenſum, atque ita oratio erit diſſipata & divulſa. TURNEB. *Subſtitit;* Voſſ. ſec. Rem acu tetigit hoc quidem in loco Turnebianus interpres; nam τὸ *ſubſiſtit* reſpondet verbo Græco ὑφίσταται, id eſt, per ſe ſola ſubſiſtit etiam ſeorſum a reliquis totius orationis partibus. CAPPER.

124. *Utique aliud.*] *Utique* deeſt in Voſſ. prim. tert.

125. *Unde ſoluta.*] Hoc eſt, Diſſoluta, disjuncta, divulſa, minime connexa: quod non monuiſſem, niſi quidam Gallicus interpres (*de Pure*) τὸ *ſoluta oratio* vertiſſet *proſaique;* quia ſcilicet in ſcholis τὴν proſaicam orationem vulgo vocant *ſolutam*; τὴν poëticam vero, ſtrictam. CAPPER.

126. *Fruſtis collata.*] *Collecta;* Obrecht. ſed nihil mutandum puto, licet paſſim librarii hæc verba permutaverint.

127. *Cum illa rotunda, &c.*] *Metaphora* eſſe videtur ducta ab orbiculis, rebuſque rotundis, quæ propter levorem nec poſſunt adhæreſcere, nec conjungi, quemadmodum nec *ſententiæ* poſſunt inter ſe hærere. TURNEB.

128. *Et undique circumciſa.*] *Et utique;* Voſſ. ſec.

129. *Color . . . dicendi.*] Vulgo *ſtylus*, Hermogeni ἰδέα λόγου. CAPPER.

130. *Quamlibet claris.*] *Clarus* ut legatur, ſenſus expoſcit. REGIUS. *Claris*; Voſſ. omn. Locat. cod. Bern.

131. *Ut affert lumen clavus purpuræ loco inſertus.*] *Incertus;* Locat. *inſertæ;* Ald. & margo. Vidov. *ut afferens lumen clavus & purpura loco inſertæ;* Voſſ ſec. Vallæ, & V. C. Alm. (niſi quod hic *in loco inſertæ* habeas) margines Vaſc. & Steph. Obrecht. *ut afferent lumen clarint, & purpuræ loco inſertæ;* marg. Baſil. Nos ſecuti ſumus Obrechti editionem; eſt enim ἓν διὰ δυοῖν, *clavus & purpura*, pro *clavus purpureus;* niſi quis disjunctim capiat, de clavo & prætexta: cæterum errores doctorum virorum de lato clavo unice detexit Rubenius. BURMAN.

132. *Clavus.*] Clavos hic intelligi puto, quos vulgo appellamus *boutonnes*, quos aut aureos, aut alterius materiæ videmus inſeri elegantiæ cauſſa. Purpuram tunicæ aſſui ſive prætexi (quod *bordare* dicimus) non eſt, qui ignoret. Ea purpura *latus clavus* dicebatur. PHILAND. Clavos appellamus in veſtimentis ornamenta quædam eminentia more capitis clavorum: vulgo ferramenta appellamus. TURNEB.

133. *Loco inſertæ.*] Subaudire potes *ſuo, proprio, apto; idoneo.* CAPPER.

134. *Hæc enitere.*] *Nitere;* Baſil.

135. *Ut aliquatenus exſtare.*) *Et al. ſtare*; Voſſ. ſec.

136. *Tamen lumina.*] *Tamen & lumina;* Voſſ. prim. tert. Locat. Ald. Steph. Colin. Gryph. Baſil. Vidov. Roign.

men lumina [137] illa non flammæ, ſed ſcintillis inter fumum emicantibus ſimilia dixeris; [138] quæ ne apparent quidem, ubi tota lucet oratio, [139] ut in ſole ſidera ipſa deſinunt cerni; & quæ crebris parviſque conatibus ſe attollunt, [140] inæqualia tantum, & velut confragoſa, nec admirationem [141] conſequuntur eminentium, & planorum gratiam perdunt. [142] Hoc quoque accidit, quod ſolas captanti *ſententias* multas neceſſe eſt dicere leves, frigidas, ineptas. Non enim poteſt eſſe delectus, ubi numero laboratur. [143] Itaque videas & diviſionem pro *ſententia* poni, & argumentum, [144] ſi tantum [145] in clauſula & calce pronuncietur: *Occidiſti uxorem ipſe adulter; non ferrem te, etiamſi repudiaſſes*, diviſio eſt: *Vis ſcire venenum eſſe amatorium? viveret homo, niſi illud bibiſſet*, argumentum eſt. Nec multas plerique *ſententias* dicunt, ſed omnia [146] tanquam *ſententias*. [147] Huic quibuſdam contrarium ſtudium, qui fugiunt ac reformidant omnem hanc in dicendo voluptatem, [148] nihil probantes, niſi planum, [149] & humile, & ſine conatu. [150] Ita, dum timent, ne aliquando cadant, ſemper jacent. Quod enim tantum in *ſententia* bona crimen eſt? [151] non *cauſſæ* prodeſt? non judicem movet? non dicentem commendat? [152] At eſt quoddam genus, quo veteres non utebantur. [153] Ad quam uſque nos vocatis vetuſtatem? [154] Nam ſi ad illam [155] extremam, multa Demoſthenes, quæ ante eum nemo. [156] Quomodo poteſt Ciceronem probare, qui nihil putet ex Catone Gracchiſque [157] mutandum? [158] Sed ante hos ſimplicior adhuc loquendi ratio fuit. Ego vero [159] hæc lumina orationis, velut oculos quoſdam eſſe eloquentiæ credo. Sed neque oculos eſſe toto corpore velim, ne cætera membra officium ſuum perdant; &, ſi neceſſe ſit, [160] veterem illum horrorem dicendi malim, [161] quam iſtam novam licentiam. Sed patet media quædam via, ſicut in cultu victuque acceſſit aliquis citra reprehenſionem nitor, [162] quem, ſicut poſſumus,

137. *Illa non flammæ, ſed ſcintillis.*] *Illa & ſcintillis*: V. C. Alm. omiſſis reliquis: *non flammis*, quoſdam edidiſſe Aſcenſius notat: cæterum hæc illuſtrantur illis, quæ Philoſtrat. lib. 1. de vit. Soph. cap. 24. §. 2. habet; ubi vide Olear.

138. *Quæ ne apparent.*] *Appareant*: Voſſ. omn.

139. *Ut in ſole.*] *Ut* non habet V. C. Alm.

140. *Inæqualia tantum.*] *Tamen*: Locat.

141. *Conſequuntur.*] *Conſequentur*: Voſſ. ſec.

142. *Hoc quoque accidit.*] Editio Lugdunenſis habet *accedit*: quod, niſi codicum auctoritati repugnaret, ſatis eſſet huic loco accommodatum: ſed ubi ab utraque lectione ſententiæ integritas cuſtoditur, ſequenda omnino eſt exemplarium auctoritas, rejecta altera, tanquam intemperata cujuſpiam emendatione nimis temeraria. GIBSON. *Hoc quoque accedit*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. *hue quoque accedit*; marg. Baſil. Quomodo legendum conjiciebat etiam Daviſius ad Ciceron. 2. *de Nat. Deorum, num* 13.

143. *Itaque videas.*] *Ideoque v.* Voſſ. ſec. Obrecht.

144. *Si tantum.*] *Sit*; *tantum in*, &c. Voſſ. prim. tert. Obrecht.

145. *In clauſula & calce.*] *In clauſula calce*; Voſſ. ſec. (qui & *pronuntiatur*) Locat. Ven. Ald. Vaſcoſ. Steph. Colin. Gryph. Baſil. Vidov. Roign. *ſi tamen in clauſula & male pronuntietur*; marg. Baſil. *in clauſula male*; Voſſ. prim. tert. Bern. *in clauſ. & in calce*; Obrecht.

146. *Tanquam ſententias.*] *Tanquam ſententias dicunt*; Voſſ. prim.

147. *Huic quibuſdam.*] *Hinc*; Stephan. Roign. marg. Baſil.

148. *Nihil probantes.*] *Approbantes*; Ald.

149. *Et humile.*] Hæc omittunt Baſil. Vidov. Colin.

150. *Ita dum timent.*] Similitudo eſt ducta ab illis, qui in altum conſcendunt; eſt enim periculum, ne cadant. Solet autem *ſententia* orationem attollere. TURNEB.

151. *Non cauſſæ prodeſt.*] *Non cauſſæ propria eſt*: Voſſ. prim. tert.

152. *At eſt quoddam genus.*] Hypophoram ſibi objicit. Veteres enim his argutis non utebantur *ſententiis*, ſed gravibus tantum, & valde modice. Objicit igitur exemplum Demoſthenis, qui multa innovavit, & exemplum Ciceronis. TURNEB. *Sed quoddam*; V. C. Alm. *eſt quoddam*; Voſſ. tert. marg. Baſil.

153. *Et quam uſque nos vocant.*] *Ad* præpoſitio loco & copulæ mihi reponenda videtur. REGIUS. *Quam uſque nos vocatis*; V. C. Alm. *& quam uſque nos vocant*; Locat. *Et quam vos vocatis vetuſtatem*; Ald. Gryph. Vidov. *Et ad quam uſque*; Voſſ. prim. tert. Bern. *ecquam vos vocatis vetuſtatem*; Colin. Aſcenſius malebat *& ad quos uſque vocatis vetuſtatem*; vel *& quam, an uſque ad nos, vocatis.* Mihi Aldina lectio admodum blanditur. Nam in Græcis non ultra Demoſthenem, in Latinis non ultra Ciceronem volebat aſcendere. Conferri debet locus lib. XII. cap. 10. *Cæterum hoc, quod vulgo ſententias vocamus, veteribus, præcipueque Græcis, in uſu non fuit; apud Ciceronem invenio.* BURMAN.

154. *Nam ſi ad illam.*] *Nam ſi illam*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Gryph. Colin. Baſil. Vidov.

155. *Extremam mutat Demoſthenes.*] *Multa*, loco ejus verbi *mutat*, mihi legendum videtur. *Dixit* autem extrinſecus facile ſubauditur. REGIUS.

156. *Quomodo poteſt.*] Videtur deſiderari membrum, in hanc ſententiam: *Sin ad illam vetuſtatem, quæ recentior eſt.* Videtur enim Fabius locutus eſſe ex disjunctione. TURNEB.

157. *Imitandum.*] Quamvis *imitandum* legatur; tamen, ne ſibi ipſi Fabius repugnare videatur, *immutandum* eſt legendum, hoc eſt, comminutandum. REGIUS. *Immutandum*; Locat. Ald. Colin. Gryph. Baſil. Vidov.

158. *Sed ante hos.*] *Ante hoc*; Gryph.

159. *Hæc lumina.*] Cicero III. *de Orat.* *lumina* & *inſignia* vocat. PHILANDER.

160. *Veterem illum honorem.*] *Honorem* quidem hactenus legerunt omnes; ſed forſitan, loco ejus, *horrorem*, ſimilem torque ſyllabarum accuſativum, recte ſcriberemus. Priſcus enim ſermo horridus fuiſſe dicitur & aſper, ut etiam victus. REGIUS. *Errorem*; Voſſ. prim. *Horrorem.*] Hic eſt ille veterum πῖνος (*ſitus* & *ſqualor*) de quo Cicero ad Attic. lib. XII. Epiſt. 6. lib. XIV. Epiſt. 7. & lib. XV. Epiſt. 16. Dionyſ. Halicarnaſſ. tom. 2. pag. 127. & 166. περὶ τῆς τῶν ὀνομάτων συνθέσεως, ubi de Platonica dictione Ὅ, τι πῖνος ἀνθηρὸς καὶ χνοῦς ὁ τῆς ἀρχαιότητος ἠρέμα καὶ λεληθότως ἐπιτρέχει: *Squalor ſituſque vetuſtatis ſenſim & latenter in ipſam penetrat, incurrit*, &c. atque hoc ipſum eſt, quod pag. 25. vocaverat τὸ αὐχμῶδες & ἀσφιρον, oppoſitum τῷ ἀνθηρῷ καὶ γλαφυρῷ. Suidas verba Damaſcii referens: Ὁ δὲ ἦν καὶ λέγειν ἱκανὸς, οὐ τοὺς νεωτέρους ἐκμιμούμενος σοφιστὰς, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἀρχαῖον πῖνον τῆς λογογραφίας ἁμιλλώμενος. Δαμάσκιός φησιν: *Hic autem dicendi quoque peritus erat, non Sophiſtas recentiores imitatus, ſed antiquam illam conſcribendæ orationis formam rudem & inornatam æmulatus.* Lege Suidam in τῷ πῖνος, de quo Dionyſius Petavius & Claudius Salmaſius fictis Cercoetii & Franci nominibus olim ita decertarunt, ut hoc ille multo propius ad verum acceſſiſſe videatur. CAPPER.

161. *Quam iſtam novam licentiam.*] *Quam hanc*, manus viri docti in marg. Gryph. edit. *quam iſta nova licentia uti*; Obrecht.

162. *Quare ſicut poſſumus.*] Tametſi *quare* ab omnibus legatur, ſenſui tamen minime congruit. *Quem* vero accuſativum ipſius ſenſus integritas expoſcit, ut *nitorem* referat,

adjiciamus virtutibus. Prius tamen ſit, vitiis carere; ne, dum volumus eſſe meliores veteribus, [163] ſimus tantum diſſimiles. [164] Reddam nunc, quam proximam eſſe dixeram, partem [165] de *tropis*, quos *motus* clariſſimi noſtrorum auctores vocant. Horum tradere præcepta [166] & grammatici ſolent. [167] Sed a me, [168] cum de illorum officio loquerer, [169] dilata pars hæc eſt; quia de ornatu orationis gravior videbatur locus, & majori [170] operi ſervandus.

REGIUS. *Quare*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. tert. Locat. marg. Baſil. & Gryph. *quare ſicubi poſſumus*; Obrecht.

163. *Simus tamen.*] Emendate in quibuſdam exemplaribus *tantum* legitur, non *tamen*. REGIUS. *Tamen*; Voſſ. ſec. Locat. Ald.

164. *Reddam nunc.*] Id eſt, exponam, recenſebo, explicabo, &c. quem ſenſum ſæpe apud Fabium habet τὸ *reddere*, idque (opinor) ex Græco verbo ἀποδιδόναι, quod eadem ſignificatione uſurpatur apud Platonem lib. II. de Republ. οἷος τυγχάνει ὁ Θεὸς ὤν, ἀεὶ δήπου ἀποδοτέον. In Timæo: τὸν ἑξῆς λόγον ἀδύνες ἂν ὑμῶν ἱκανώτερον ἀποδοῖεν. Themiſt. lib. II. *de Anima*: τὸν μέλλοντα ἀκριβέστερον ὁρίζεσθαι, ἀποδοτέον ἰδίᾳ τὶς ἑκ λόγος ἑκάστης ψυχῆς. Eodem ſenſu Tullius de claris Orator. *Perge, Pomponi, de Cæſare; & redde quæ reſtant*. Horat. II. Satir. 8.

Redde age quæ deinceps riſiſti, &c.

Plin. Hiſtor. Natur. Præfat. *Tria ille fecit, quæ ſuis locis reddam.* Hinc patet, quam parum fida verſione doctiſſimus alioquin interpres reddiderit hæc Euſebii Cæſarienſis verba e Commentar. in Pſalm. pag. 91. ἐνταῦθα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ τὸν ἀλαλαγμὸν καὶ τὴν φωνὴν τῆς σάλπιγγος ἀποδίδωσιν: *Hic*, inquit, *ſpiritus ſanctus jubilationem & vocem tubæ dedit.* Contra ſic vertere debuerat: *Hic Spiritus ſanctus exponit, explicat, &c. quid per* jubilationem & tubæ vocem *oporteat intelligere.* CAPPER.

165. *De tropis quos .... motus vocant.*] Sic lib. IX. cap. I. *Tropos eſſe exiſtimaverunt, quia ſive ex hoc duxerint nomen, quod .... vertant orationem, unde & motus dicuntur, &c.* Et certe *tropi* verba immutant, & quaſi movent a propria ſignificatione ad alienam. Aquila Romanus in Rhetor. Pithœan pag. 13. τοὺς *tropos* vocat *mores* his verbis: *Illi quoque mores, qui* τρόποι *nominantur, &c.* ubi tamen Voſſius legere malebat *modi*: cui & Tullius favere videtur, cum in 3°. *de Orat.* τοὺς *tropos* appellet *verba modificata*. Sed tamen venerabilis Beda pag. 346 Rhetor. Pithœan. *mores* & *modos* dici poſſe affirmat: *Sunt*, inquit, *tropi, qui Latine modi, vel mores interpretari poſſunt.* CAPPER.

166. *Et Grammatici ſolent.*] Et ſane veteres Grammatici; Soſipater Chariſius, Diomedes, Donatus, &c. quæ ad *tropos* pertinent, fuſe pertractarunt. Vide Putſchianam veter. Grammatic. ſyllogen. CAPPER.

167. *Sed me, cum.*] *A* præpoſitio adſcribatur, ut *a me* legatur. REGIUS.

168. *Cum de illorum*] *Dum*; Voſſ. prim.

169. *Dilata pars eſt.*] *Dilata pars hæc eſt*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. tert. & omnes fere editi præter Leidenſem.

170. *Operi ſervandus.*] *Reſervandus*; V. C. Alm. Francius malebat *ſervata*, ſcilicet *pars iſta*.

CAPUT

CAPUT VI.

De tropis.

1 TROPUS eſt [2] verbi vel ſermonis a propria ſignificatione in aliam VI.
[3] cum virtute mutatio. Circa quem inexplicabilis & grammaticis inter ipſos, & philoſophis, pugna eſt, [4] quæ ſint genera, quæ ſpecies, [5] qui numerus, [6] quis cui ſubjiciatur. Nos, omiſſis, quæ nihil [7] ad inſtruendum oratorem pertinent, cavillationibus, [8] neceſſarios maxime atque in uſum receptos [9] exſequemur: [10] hoc modo in his [11] annotaſſe contenti, quoſdam gratia ſignificationis, quoſdam decoris aſſumi, & eſſe alios [12] in verbis propriis, alios in tranſlatis; vertique formas non verborum modo, [13] ſed & ſenſuum, [14] & compoſitionis. Quare mihi videntur erraſſe, qui non alios crediderunt *tropos*, [15] quam in quibus verbum pro verbo poneretur. [16] Neque illud ignoro, in iiſdem fere, qui ſignificandi gratia adhibentur, eſſe & ornatum: ſed [17] non idem accidet contra, eruntque quidam tantum [18] ad ſpeciem accommodati. Incipiamus igitur ab eo, qui cum frequentiſſimus eſt, tum longe pulcherrimus: [19] *tranſlationem* dico, quæ [20] *μεταφορὰ* Græce vocatur.

1. *Tropus eſt.*] Hermogenes de *Inventione*, lib. IV. cap. 10. hunc in modum definit: Τροπὴ δ' ἐστὶ τὸ μὴ ἐξ ἐπικειμένου πράγματος, ἀλλοτρίου δὲ σημαντικὸν ὄνομα θεῖναι, &c. ALMELOV. Aliam adhuc a Fabio datam *tropi* definitionem ſic proponit Diomedes in veterib. Grammat. pag. 450. *Quinctilianus ſic definit: Tropus eſt ſermo a principali & naturali ſignificatione tranſlatus ad aliam, ornandæ orationis gratia.* Quæ definitio extat in hac Oratoria inſtitutione lib. IX. cap. 1. Allatæ a veteribus Grammaticis *tropi* definitiones cum Fabiana conſentiunt. Soſipater Chariſius pag. 243. ita ſcribit: Tropus *eſt dictio tranſlata a propria ſignificatione ad non propriam, propter ſimilitudinem* (hinc emendabis Donati pag. 1775. & Venerabilis Bedæ pag. 346. textum, in quo legitur: *ad non propriam ſimilitudinem*) *decoris, aut neceſſitatis, aut cultus gratia.* Diomedes pag. 450. Tropus *eſt, ut ait Scaurus, modus ornatæ orationis, & dictio tranſlata a propria ſignificatione ad non propriam, decoris, aut neceſſitatis, aut cultus, aut ἐμφάσεως* [id eſt majoris ſignificationis] *gratia.* Trypho Grammaticus in Reg. Biblioth. MSS. codd 3089. 3233. 3336. Τρόπος ἐστὶ λέξεων φράσις ἐκ τῆς καθ' ἑαυτὴν ὀνομασίας ἰδιότητος μετατροπὴν εἰληφυῖα, id eſt: Tropus *eſt dictionum enunciatio e ſua qualicumque proprietate tranſmutationem accipiens*; & aliquanto inferius: Τρόπος ἐστὶ λέξις ἢ φράσις πεποιημένη ἢ πεπλασμένη ἀπὸ τοῦ κυρίου ἐπὶ τὸ μὴ κύριον κατά τινα λόγον, εἰς δήλωσιν ἀπλουστέραν, hoc eſt: Tropus *eſt vocabulum, vel locutio facta, vel mutata a proprio ſenſu ad improprium ſecundum aliquam rationem, ad rem ſimplicius declarandam.* CAPPER.

2. *Verbi vel ſermonis.*] Nam *tropi* alii fiunt uno verbo, ut *metaphora, ſynecdoche, metonymia, &c.* alii ſermone, vel oratione pluribus verbis comprehenſa, ut *allegoria, periphraſis*, &c. Fabio adſtipulatur Græcus Grammaticus Trypho in definitione mox allata: τρόπος ἐστὶ λέξις ἢ φράσις, κ.λ. CAPPER.

3. *Cum virtute mutatio.*] Adeo ut hæc mutatio majorem ſignificandi vim vocabulis tribuat, (quo pertinet illud Diomedis pag. 450. *ἐμφάσεως gratia*) vel *τῷ cum virtute* poſuit Fabius, ut vitioſas dictionum mutationes, quæ *tropi* nomen non merentur, excluderet. Unde Alexander Numenius in opuſculo de Figuris pag. 574. Græcor. Rhetor. edition. Aldin. 1508. Διαφέρει τοίνυν σχῆμα τρόπου, ὅτι ὁ μὲν τρόπος περὶ ἓν ὄνομα γίνεται ἀρετή, id eſt: *Hoc igitur a figura tropus differt, quod circa unum vocabulum virtus fiat.* CAPPER.

4. *Quæ ſint genera.*] Per *genera* intelligit *tropos* generales, qui in alias ſpecies dividuntur; ut apud Ariſtot. *metaphora* dividitur in *metonymiam, ſynecdochen, catachreſin*, & *allegoriam*; & apud Diomedem *allegoria* dividitur in ſeptem ſpecies, *ὁμοίωσις* in tres. TURNEB. In his igitur Fabii verbis: *Quæ ſint genera, quæ ſpecies, qui numerus, &c.* ſubintelligere oportet *τὸ troporum.* CAPPER.

5. *Qui numerus.*] *Qui*; Locat. Ald. & reliqui omnes: neſcio vero, unde Leidenſis editor *quis* ſuum habeat.

6. *Quis cuique.*] *Quæ* expuncta, *cui* hic quoque legendum videtur. REGIUS. *Quis cuique*; MSS. Joan. Alm. Voſſ. prim. tert. Locat. Colin. Baſil. Obrecht. *quid cuique*; MS. Bodl.

7. *Ad inſtituendum.*] *Ad inſtruendum*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Bern. Locat. Ald. & ita ante Aſcenſium lectum fuit, & ex MSS. amplexus eſt Jan. Gebhard. lib. 1. Crepund. cap. 5. & ſæpe hæc verba apud noſtrum fuiſſe a librariis permutata (ut iterum mox hoc eodem capite) jam libro 1. capp. 1. & 10. & alibi vidimus. BURMANNUS.

8. *Neceſſarios .... in uſum receptos ... quoſdam, &c.*] Subintellige, *τὸ tropos.* CAPPER.

9. *Exequemur.*] *Exequimur*; Voſſ. prim.

10. *Hoc modo.*] *Hæc*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. Ald.

11. *Annotaſſe conſtanti.*] Pro *conſtanti*, a ſenſu exigitur *contenti.* REGIUS.

12. *In verbis propriis.*] Ut cum Livius dicit (per *ſynecdochen*) *Romanus prælio victor*, retinetur proprietas ſignificationis: ſed mutatur numeri ratio. TURNEB. Adde quod in *hyperbato, anaſtrophe, tmeſi, ſynchyſi*, verba proprie ſumuntur, & tamen totidem *tropi* ſunt ex Fabio, cui *tropus* eſt vel verborum, vel ſermonis, vel compoſitionis mutatio ab uſu communi. Denique mox adjicit: *Vertique* [in *tropis*] *formas non verborum modo, ſed & ſenſuum, & compoſitionis.* CAPPER.

13. *Sed & ſenſuum.*] Mutatur forma ſenſus, ut in *allegoria* & *ænigmate*: mutatur forma compoſitionis in *hyperbato* & *anaſtrophe.* TURNEB. *Sed ſenſuum.*] *Sed etiam ſenſuum*; Locat. Ald. Colin. *ſed &*; Voſſ. ſecund. tert. Stephan. & reliqui.

14. *Et compoſitionis.*] *Compoſitionis* genitivus a ſenſu exigitur, ut ad *formas* referatur. REGIUS. *Compoſitiones*; Locat.

15. *Quem in quibus.*] *Quam* legendum eſſe nemo non videt. REGIUS.

16. *Neque illud ignoro.*] Diviſionem ſuperiorem ſuam tuetur, qua dixerat, quoſdam gratia ſignificationis, quoſdam decoris aſſumi. PITHOEUS.

17. *Non idem accidet contra.*] *Non idem accidet contra: erunt quidam*; Voſſ. omn. (niſi quod ſec. *accidit* habet) Steph. Roign.

18. *Ad ſpeciem.*] Hoc eſt, ad orationis ornatum, ut paulo ſupra dicebat. CAPPER.

19. *Tranſlatione.*] Cornificius lib. IV. ad Herennium, cap. 34. ALMELOV. *Tranſlationem*; Vaſcoſ. Steph. Obrecht. Rollin.

20. *Μεταφορά.*] Cicero (lib. III. *de Orat.* cap. 38.) ait, ejus uſum manaſſe primum ab inopia & neceſſitate; deinde poſtea ad delectationem & ornamentum eſſe tranſlatum. TURNEB. Recte ex Cicerone Turnebus; omiſſis hic, ut & plerumque ubique, Longini, Hermogenis, De-

Quæ quidem cum ita eſt [21] ab ipſa nobis conceſſa natura, ut [22] indocti quoque ac non ſentientes ea frequenter utantur; tum [23] ita jucunda atque nitida, [24] ut in oratione, quamlibet clara, proprio tamen lumine eluceat. Neque enim vulgaris eſſe, nec humilis, nec inſuavis, [25] recte modo adſcita, poteſt. [26] Copiam quoque ſermonis auget [27] permutando, aut mutuando, quod non habet; quodque difficillimum eſt, præſtat, ne ulli rei nomen deeſſe videatur. [28] Transfertur ergo nomen aut verbum ex eo loco, [29] in quo proprium eſt, in eum, in quo [30] aut proprium deeſt, aut [31] tranſlatum proprio melius eſt. Id facimus, aut quia neceſſe eſt, aut quia ſignificantius eſt, aut (ut dixi) quia decentius. Ubi nihil horum præſtabit, [32] quod transferetur, [33] improprium erit. Neceſſitate [34] ruſtici dicunt [35] *gemmam* in vitibus, (quid enim dicerent aliud?) & *ſitire ſegetes*, & [36] *fructus laborare*. Neceſſitate nos, *durum hominem*, [37] aut *aſperum*. Non enim proprium erat, quod daremus [38] his affectionibus, nomen. Jam, [39] *incenſum ira*; &, *inflammatum cupiditate*; &, *lapſum errore*, ſignificandi gratia. Nihil enim horum [40] ſuis verbis, quam [41] his arceſſitis, magis [42] proprium erat. Illa ad ornatum, *lumen orationis*; &, *generis claritatem*; &, [43] *concionum procellas*; &, *eloquentiæ* [44] *flumina*; ut Cicero [45] pro Milone, Clodium *fontem gloriæ* ejus vocat; & alio loco *ſegetem ac* [46] *materiam*. Quædam etiam parum ſpecioſa dictu, per hanc [47] explicantur:

> [48] *Hoc faciunt, nimio ne luxu* [49] *obtuſior uſus*
> *Sit genitali arvo, & ſulcos oblimet inertes.*

In totum autem *metaphora* [50] brevior eſt ſimilitudo; eoque diſtat, quod illa compa-

metrii Phalerei, aliorumque Rhetorum, non minori auctoritate, nominibus: verba itaque Demetrii de elocutione extant pag. mihi 53. πρῶτα μὲν ἐν μεταφοραῖς χρηστέον· αὗται γὰρ μάλιστα καὶ ἡδονὴν συμβάλλονται τοῖς λόγοις, καὶ μέγεθος. ALMEL.

21. *Ab ipſa nobis conceſſa natura.*] Quod noſter tribuit naturæ, illud Demetrius Phalereus conſuetudini, (quæ revera, ut lib. I. dicit auctor, altera natura eſt) cum ait: πάντων δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἡ συνήθεια, καὶ μάλιστα μεταφορῶν, διδάσκαλος· μικροῦ γὰρ χεδὸν πάντα μεταφέρουσα λανθάνει, διὰ τὸ ἀσφαλῶς μεταφέρειν· λευκήν τε φωνὴν λέγουσα, καὶ ὀξὺν ἄνθρωπον καὶ τραχὺ ἦθος, καὶ μακρὸν ῥήτορα, καὶ τἆλλα ὅσα οὕτω μεταφέρει μουσικῶς, ὥστε ὅμοια δοκεῖν τοῖς κυρίοις. ALMEL.

22. *Indocti quoque non ſentientes.*] *Ac non ſentientes*; MSS. Joan. Alm. Voſſ. prim. ſecund. Locat. Ald. Par. Vaſcoſ. Steph. Colin. Gryph. Baſil. Vidov. Obrecht.

23. *Ita jucunda.*] Cur *metaphorica* locutiones tantum afferant jucunditatis, quatuor cauſſas Tullius indicavit lib. III. *de Orat.* num. 161. 1°. *quod ingenii ſpecimen eſt quoddam, tranſilire ante pedes poſita, & alia longe repetita ſumere*; 2°. *quod is qui audit, alio ducitur cogitatione, neque tamen aberrat, quæ maxima eſt delectatio*; 3°. *quod ſingulis verbis res ac totum ſimile conficitur*; 4°. *quod omnis* tranſlatio, *quæ quidem ſumpta ratione eſt, ad ſenſus ipſos admovetur, maxime oculorum, qui eſt ſenſus acerrimus.* Secundam rationem idem Cicero *in Oratore* num. 134. ſic exponit: *Ex omnique genere* tranſlationes *erunt, quod ea propter ſimilitudinem transferunt animos & referunt, ac movent huc & illuc: qui motus cogitationis celeriter agitatus, per ſe ipſe delectat.* CAPPER.

24. *Ut in oratione.*] *Qualibet*; Voſſ. ſec.

25. *Recte modo adſcita, poteſt.*] *Adſcita ſit, poteſt*; V. C. Alm. Par. Vaſc. Steph. Colin. Gryph. Baſil. Roign. Vidov.

26. *Copiam quoque.*] Dupliciter fit *metaphora*, aut per mutationem nominis, quando nominis alterius loco alterum ſubſtituimus; aut mutuatione, quando nomen proprium deeſt: quanquam revera (ut ait Cicero) omnis *metaphora* eſt quædam mutatio. TURNEB. *Quoque ſermonis.*] *Sermonis* non habet V. C. Alm.

27. *Permittendo aut mutuando.*] Ut *permutando* legatur, natura exigit *tranſlationis*. REGIUS. *Permittendo*; Vallæ lib. & MSS. Voſſ. prim. ſecund. Alm. Bern. & Locat. quod Aſcenſius defendere conatur. *Permiſcendo*; margines Gryph. & Baſil.

28. *Transfertur ergo.*] *Transfert*; Gryph. *transferetur*; Voſſ. prim. tert.

29. *In quo proprium eſt.*] *In quo primum erat*; Andr. *eſt* deeſt in Obrecht. edit. Vide ad lib. III. cap. 3.

30. *Aut proprium deeſt.*] Atque hæc eſt fere *abuſio*, κατάχρησις, de qua Fabius paulo poſt: *Eo magis neceſſaria* κατάχρησις, *quam recte dicimus* abuſionem, *quæ non habentibus nomen ſuum, accommodat quod in proximo eſt.* CAPPER.

31. *Tranſlatum proprio melius.*] Quod idem Demetrius Phaler. pag. mihi 54. ἔνια μέντοι σαφέστερον ἐν ταῖς μεταφοραῖς λέγεται, καὶ κυριώτερον, ἤπερ ἐν αὐτοῖς τοῖς κυρίοις. ALMELOV.

32. *Quod transferetur.*] *Transfertur*; Vallæ liber.

33. *Improprium erit.*] Ἄκυρον & ἀκυρολογίαν Græci Philologi vocant. CAPPER.

34. *Ruſtici dicunt.*] *Dicunt* deeſt in MSS. Alm. Voſſ. omn.

35. *Gemmam.*] *Gemma*; Voſſ. ſec. Gryph.

36. *Fructus.*] Niſi de ruſticis ageretur, vellet *fluctus* legere Aſcenſius: ſed male. *Laborant* fructus, cum in periculo ſunt, ne pereant. Vide ad Petron. cap. 115.

37. *Aut aſperum.*] *Atque aſperum*; Ald.

38. *His affectionibus.*] *His affectibus*; MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſec. Par. Steph. Colin. Gryph. Baſil. Vidov.

39. *Incenſum ira.*] *Ira* deeſt in Voſſ. prim.

40 *Suis verbis.*] Id eſt, ſi verbis rei ſignificandæ proprius exprimeretur. CAPPER.

41. *His accerſitis.*] *Acceſſitis*; V. C. Alm. legendum nimirum & hic, & ubique, *arceſſitis*, hoc eſt, aliunde quæſitis, & per *metaphoram* uſurpatis. CAPPER.

42. *Proprium erat.*] *Erit*; MSS. Alm. Voſſ. prim.

43. *Concionum procellas.*] *Contentionum*; marg. Baſil. & Gryph. quod fluxit ex *contionum*, ut eſt in Voſſ. ſecund. vel ſcriptum pro *comitiorum*, ut Cicero pro Milone cap. 17. *comitiorum tempeſtates* dixit: *tempeſtates & procellas in fluctibus concionum* tamen dixit pro Milon. II. quo exemplo infra hoc capite, de *allegoria* agens, utitur Fabius. BURMAN.

44. *Flumina.*] *Fulmina*; MSS. Bodl. Joan. Alm. Bernenſ. Voſſ. prim. tert. Ald. & margines Colon. Vaſc. Steph. Gryph. Vidov.

45. *Pro Milone.*] Cap. 13.

46. *Materiam.*] *Materiem*; Voſſ. prim. tert.

47. *Explicantur.*] *Examplificantur*; Obrecht.

48. *Hoc faciunt, &c.*] Diomedes ait, eſſe *periphraſin* in his carminibus, neque tamen refragatur Fabio; quia ſimul *periphraſis* eſt, & *metaphorarum* continuatio ab agricultura ductarum, quibus ſignificatur equarum conceptio. TURNEB. Eſt ex Virgil. lib. III. Georg 135.

49. *Obtuſior.*] *Obtunſior*; V. C. Alm. ut & Pierius in codice veteri repperit.

50. *Brevior eſt, quam ſimilitudo.*] In aliis legitur, *brevior eſt ſimilitudo*: quod cum Cicerone conſentit, qui *metaphoram* ait contractam eſſe ſimilitudinis verbi brevitatem. Quemadmodum autem in *metaphora* ſimilitudinem eſſe oportet, ut ſit probabilis; ita diſſimilitudo vitioſam efficit *tranſlationem*. TURNEB. *Brevior eſt ſimilitudo*; MSS. Alm. Voſſ. prim. tert. Andr. Locat. Ald. Baſil. Obrecht. Ciceronis locus a Turnebiano Commentatore laudatus vix ac ne vix quidem intelligi poteſt: ut autem intelligatur, ita concipi debet: *Qui metaphoram ait contractam eſſe ſimilitudinis*

tatur rei, quam volumus exprimere; [51] hæc pro ipſa re dicitur. [52] Comparatio eſt, cum dico feciſſe quid hominem, *ut leonem*: *translatio*, cum dico [53] de homine, *leo eſt*. [54] Hujus vis omnis quadruplex maxime videtur. Cum [55] in rebus animalibus aliud pro alio ponitur; [56] ut de agitatore:

——— gubernator magna contorſit equum vi;

[57] &, ut Livius Scipionem a Catone *adlatrari* ſolitum refert. Inanima pro aliis generis ejuſdem ſumuntur; ut: [58] *Claſſique immittit habenas.* Aut pro rebus animalibus inanima: *Ferro, an* [59] *fato virtus Argivûm occidit.* Aut contra:

[60] *——— ſedet inſcius alto*
Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor;

[61] præcipueque ex his oritur [62] mira ſublimitas, [63] quæ audaciæ proxima, periculo *Tranſlationis* attollitur, cum rebus [64] ſenſu carentibus actum quemdam & [65] animos damus; qualis eſt:

[66] *——— Pontem indignatus Araxes.*

ad verbum unum brevitatem. Legeſis ipſum Ciceronem lib. III. *de Orat.* num. 158. ubi ſic habet: *Similitudinis eſt ad verbum unum contracta brevitas.* CAPPER.

51. *Hæc pro ipſa re.*] Hic iterum pronomen *hæc* ad remotius, ſcilicet *metaphoram*; *illa* ad ſimilitudinem referri debet. Vide ad lib. VI. I.

52. *Comparatio eſt.*] Hæc aliis dicitur εἰκὼν, imago, quæ quaſi decurtata eſt comparatio; nam perfecta comparatio πρότασιν & ἀπόδοσιν habeat, neceſſe eſt. CAPPER.

53. *De homine leo eſt.*] *Leonem*; liber Vallæ, Voſſ. ſec.

54. *Hujus vis omnis quadruplex.*] Idem docet Soſipater Chariſius in veterib. Grammatic. edition. Putſch. pag. 243. CAPPER.

55. *In rebus animalibus.*] *Animatis* volebat Francius. *Alium pro alio*; Voſſ. ſec.

56. *Ut de agitatore.*] Sic appellatur, qui in ludis Circenſibus equos agitat, quem appellavit *gubernatorem* per *tranſlationem*; ſic enim proprie navis agitator dicitur. TURNEB. Contra *aurigam* pro gubernatore dixit Ovid. I. Triſt. III. 118.

57. *Et, ut Livius.*] *Et Livius*; Obrecht. edit. *Livius.*] Lib. XXXVIII. cap. 54.

58. *Claſſique.*] Virg. VI. Æneid. I.

59. *Fato metus Argivûm.*] *Metus* an *numerus*, legendum ſit, facile ex tragœdia, unde ſumptum eſt, colligeretur, ſi exſtaret: ſed omnino, aut *numerus*, ut in quibuſdam legitur exemplaribus, aut certe *virtus* ſcribendum eſt. REGIUS. *Virtus*; Ald. Gryph. Vaſc. Steph. Colin. Baſil. *metus*; Voſſ. prim. tert. marg. Steph. ſed Muretus Var. lect. XIX. cap. 2. legit ex codicis vetuſti, qui *mœrus* habebat, veſtigiis, *mœrus*, id eſt, *murus*; & de Achillis morte ex imitatione Homeri dictum eſſe vult. Sic & Ovidio lib. XIII. Metam. 281. *Graium murus* Achilles dicitur; neque abludere videtur Almel. codex, in quo erat *ferro ſi fato moer Argivûm*, quæ vox corrupta *mœrus* videtur velle. BURMAN.

60. *Sedet.*] Ex Virg. II. Æneid. 307. ſed ibi legitur *ſtupet inſcius.* Gallæus vero *metaphoram* hic non videre ſe notat; cum & *ſtupet*, & *ſedet* proprie, non *metaphorice*, dicatur. Et certe aqua mihi etiam hæret, qui nihil in his verbis video, unde *metaphora*, quæ animalia pro inanimis ponat, deſumatur. An in voce *paſtor* quærenda, quæ pro inanima quadam re poneretur? vel an in τῷ *vertice* latet? BURMAN. Ad Gallæi Burmannique dubitationem accedit Rollinus his verbis: *Non video ubi hic res animata ſumatur pro inanima*: ſed miror quomodo viros doctos fugerit τὸ *vertex* propria ſignificatio, quam Velius Longus in veterib. Grammatic. pag. 2243. ſic exponit: *vortex fluminis eſt, vertex capitis*: ergo *vertex* proprie de hominis capite (quæ res animalis eſt) dicitur, & per *metaphoram* de rupe. Fabio adſtipulatur Soſipater Chariſius pag. 243. veter. Grammat. ubi ſic loquitur: *Ab animali ad inanimale, ſicut*:

At procul excelſo miratus vertice montis;

Æneïd. V. 35. *pro cacumine nunc verticem dixit, qui eſt animalium.* CAPPER.

61. *Præcipueque ex his.*] Hæ *tranſlationes* non ſunt ſimplices, ſed habent adjunctam *proſopopæïam*; neque ſublimitas videtur oriri ex *metaphora*; ſed ex *proſopopæïa metaphoræ* conjuncta. Fit autem hæc ſpecies, cum rebus ſurdis ſenſus tribuitur, aut actio quædam animalis. Addit Cicero illuſtriſſimas eſſe illas *metaphoras*, quæ a ſenſibus petuntur, præſertim a viſu. TURNEBUS. *In his*; Voſſ. tert.

62. *Mira ſublimitas.*] *Mira* non eſt in V. C. Alm.

63. *Quæ audaciæ proxima, periculo tranſlationis attollitur.*] Hic Fabium differentem videmus de iis modis, quibus orationis ſublimitas contingit: inter eos ponit *tranſlationem* illam, qua rebus ſenſu carentibus actum quemdam & animos damus. Et ei elegantiſſime audaciam & periculum tribuit. Quem autem intellectum lectio habet editionis Lugdunenſis, videant eruditi: *Quæ audaci & proxime periculum tranſlatione tolluntur.* Noſtra certe cum Rhetoris ſenſum luculente exprimit, tum duces habet quatuor ex optimis editionibus Aldinam, Sichardinam, Pariſienſem, & Rob. Stephani. GIBSON. Ita etiam Locatel. Voſſ. ſec. Colin. Gryph. Roign. Vidov. & probat Voſſius Inſtit. Orat. lib. IV. cap. 6 §. 6. niſi quod *attolluntur* legat: ſed alia lectio eſt in marg. Baſil. & ſecutus eam eſt Obrecht. In V. C. Alm. erat, *quæ audaci proxime periculum tranſlatione tollantur*; neque ego ab illa plane abhorreo, ſi modo legatur, *quæ audaci, & proxima periculum tranſlatione tolluntur.* Fraudi fuit editoribus, quod non putarent accuſativum recte adjungi voci *proxima*, quod tamen eleganter fieri ſolet, ut poſt ſummum Gronovium ad Livii lib. VIII. cap. 32. ad Ovidii lib. I. Art. am. 139. docebimus. *Audax* ergo *tranſlatio*, & *proxima periculum* dat ſublimitatem, & tollit dicta. In vulgata lectione illud diſplicet, quod ipſam ſublimitatem attolli periculo velit, quod recte dici non puto, & hoc Voſſium quoque offendiſſe videtur: ſed, inanimis ſi actum & animos damus, tolluntur illa, & ſublimitas mira inde oritur. *Periculi* vero voce paſſim de audaci *tranſlatione* apud noſtrum & alios Rhetores occurrit. Eumen. Panegyr. Conſtant. cap. 8. *Illa regio, quam obliquis meatibus Scaldis interfluit, quamque divortio ſuo Rhenus amplectitur, pene (ut cum verbi periculo loquar) terra non eſt.* Demetrius Phalereus κινδυνώδεις eas *metaphoras* vocat, ut & cl. Alm. adnotaverat. BURMAN.

64. *Senſu carentibus actum.*] Idem Demetrius pag. 54. ἀρίστη δὲ δοκεῖ μεταφορὰ τῷ Ἀριστοτέλει, ἡ κατ᾽ ἐνέργειαν καλουμένη, ὅταν τὰ ἄψυχα ἐνεργοῦντα εἰσάγηται ὥσπερ ἔμψυχα. ALMELOV. Græca ſic Latine reddi poſſunt: *Sed optima videtur Ariſtoteli* metaphora *illa, quæ* ſecundum actum *vocatur; cum res inanimæ aliquid agentes tanquam animales inducuntur.* Eamdem recentiores *Proſopopæiæ* nomine donarunt. CAPPER.

65. *Animo damus.*] *Animos* legendum eſſe nemo ignorat. REGIUS.

66 *Pontem indignatus Araxes.*] Id ait Virgil. lib. VIII. 728. (ut notat Servius) *Quia Xerxes rex Perſarum tentavit extructo ponte Araxem fluvium Armeniæ trajicere.* TURNEB. Neſcio quo Servii codice uſus ſit Turnebus: ſed Alexandrum pontem feciſſe, quem fluminis incrementa cum rupiſſent, Auguſtum firmiore ponte eum ligaſſe, & inde in Auguſti gloriam hæc Virgilium dixiſſe Servius notat; *indignatur* vero eſt in Voſſ. tert.

Et illa Ciceronis: [67] *Quid enim tuus ille, Tubero,* [68] *deſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat? Cujus latus ille mucro petebat? Qui ſenſus erat armorum tuorum?* Duplicatur interim hæc virtus apud [69] Virgilium:

[70] ——— *Ferrumque armare veneno.*

Nam & *veneno armare*, & *ferrum armare*, *Tranſlatio* eſt. [71] Secantur hæc in [72] plures; [73] ut a rationali ad rationale, [74] & idem de irrationalibus; [75] & hæc invicem, [76] quibus ſimilis ratio eſt; [77] & a toto, & a partibus. [78] Sed jam non pueris præcipimus, ut accepto genere, ſpecies intelligere non poſſint. [79] Ut modicus autem [80] atque opportunus ejus uſus illuſtrat orationem; ita frequens & obſcurat, & [81] tædio complet; [82] continuus vero in *allegoriam* [83] & *ænigmata* exit. [84] Sunt quædam etiam humiles *tranſlationes*; [85] ut id, de quo modo dixi: [86] *Saxea eſt verruca.* Et ſordidæ. Non enim, ſi Cicero recte *ſentinam reipub.* dixit, fœditatem hominum ſignificans, idcirco probem illud quoque veteris oratoris: [87] *Perſecuiſti* [88] *reipub. vomicas.* Optimeque [89] Cicero demonſtrat cavendum, ne ſit deformis tranſlatio; qualis eſt (nam [90] ipſis ejus utar exemplis) *Caſtratam morte Africani remp.* &, *S.ercus curiæ Glauciam.* [91] Ne nimio major; [92] aut, quod ſæpius accidit, minor. Ne diſſimilis: quorum exempla nimium frequenter deprehendet, qui [93] ſcierit hæc vitia eſſe. [94] Sed & copia quoque [95] modum egreſſa vitioſa eſt, præcipue in eadem ſpecie. [96] Sunt & duræ, id eſt, a longinqua ſimilitudine [97] ductæ; ut [98] *Capitis nives*; &:

67. *Quid enim tuus.*] Hoc exemplum male a Fabio adferri cenſet Voſſius Inſt. Orat lib. IV. cap. 6. §. 6. neque eſſe *metaphoram*, ſed *metonymiam*, cum *gladius* pro gladiato, & *arma* pro *armato* ponantur: quem vide, ut &, qui idem notavit, Fr. Fabricium ad Ciceronis locum, qui eſt ex oratione pro Ligario cap. 3. BURMAN. Fabius tamen a Voſſii, Fabricii, Burmannique cenſoria nota defendi facile poteſt; hoc enim in loco *metaphora* eſt ἡ κατ' ἐνέργειαν, *quæ ſecundum actum dicitur*, quatenus *gladius agens* inducitur, & *mucro petens latus*: aliunde vero ad *tropos* diverſos eadem locutio pertinere poteſt, ut ipſe Voſſius alibi confitetur. CAPPER.

68. *Diſtrictus.*] *Deſtrictus*; MSS. Alm. Voſſ. prim. de quo jam ſupra actum.

69. *Virgilium.*] Lib. IX. Æneid. 773.

70. *Ferrum & armare.*] *Et* copula ante *ferrum* eſt collocanda, ut legatur *& ferrum armare.* REGIUS.

71. *Secantur hæc.*] Τὰ τῆς μεταφορᾶς, ea quæ ad *metaphoram* pertinent. CAPPER.

72. *Plures.*] Dan. *ſpecies.*

73. *Ut a rationali ad rationale.*] Supple, fiat tranſlatio, ducatur metaphora, &c. ſicut ſupra dixit *metaphoram* a re animali ad animalem deduci. CAPPER.

74. *Et idem de irrationalibus.*] Subintellige, *dicatur*; nam & ab irrationali ad irrationale duci *metaphora* poteſt. CAPP.

75. *Et hæc invicem.*] Id eſt, tam rationalia quam irrationalia invicem *transferuntur*, ſive *metaphorice* ſumuntur: adeo ut & a rationali ad irrationale, & ab irrationali ad rationale *tranſlatio* fiat, aut *metaphora* ducatur. CAPPER.

76. *Quibus ſimilis ratio eſt.*] Videtur paulo latius fundere *metaphoram* hoc loco, ut etiam complectatur aliquam partem *ſynecdoches*, ſcilicet a toto & a partibus, quo modo Ariſt. totam *ſynecdochen* ſubjicit *metaphoræ*, ut diximus initio. TURNEB. Cæterum in his Fabii verbis, *ſimilis ratio eſt*, ſubintelligere poſſumus, *deducendi* metaphoram, ſive *faciendæ* tranſlationis. CAPPER.

77. *Et a toto, & a partibus.*] Hoc eſt, a toto ad partes fit *tranſlatio*, deducitur *metaphora*, itemque a partibus ad totum. Hæc quidem recentiores ad *ſynecdochen* referunt & ipſe Fabius mox referet, nec ſane immerito: ſed apud vetuſtiores quoſdam, ipſumque præſertim Ariſtotelem, omnes *tropi* τῷ τῆς *metaphoræ* nomine intelliguntur. CAPPER.

78. *Sed jam non pueris.*] Qui enim ætate provectiores ſunt, & aliquem jam in literis progreſſum fecere, ſpecies in genere includi ſciunt. CAPPER.

79. *Ut modicus autem.*] *Ut modicus tamen*; Voſſ. ſec.

80. *Atque opportunus.*] *Atque optimus*; Voſſ. prim.

81. *Tædia complet.*] *Implet*; Obrecht.

82. *Continuus vero.*] Nam continuatæ *metaphoræ* efficiunt *allegoriam*, id eſt, *inverſionem*: quæ, ſi ſunt obſcuriores, efficiunt *ænigma.* TURNEB.

83. *Et ænigma.*] *Et ænigmata*; MSS. Bodl. Alm. Voſſ. omn. Locat. Ald. Par. Vaſc. Steph. Baſil. Colin. Gryph. Vidov. Roign. Obrecht.

84. *Sunt quædam etiam.*] Cum enim eſt hujuſmodi *metaphora*, incidit in *tapinoſin*: idem videtur dicere Cicero, cum præcipit: *ne ſit anguſtius verbum tranſlatum, quam propinquum. Nauteam aquam* vocat Plautus, quæ eſt in *ſentina*: quanquam & *ſentina* & pro loco navis, & aqua, quæ in eo eſt, accipitur. TURNEB. Demetrius Phal. de Eloc. pag. 57. ALMELOV. *Sunt etiam quædam & humiles*; Voſſ. ſecund.

85. *Ut id de quo.*] *Ut idem de quo*: Voſſ. prim.

86. *Saxea eſt verruca & ſordida.*] Corrupte ſic legitur. Sic vero puto corrigendum, ut *ſaxea* eradatur, ac, ejus loco, *ex* præpoſitio ac *ea* pronomen reponatur hoc modo: *Ex ea eſt verruca*: ibi autem eſt diſtinguendum, ut ſubjiciatur, *& ſordidæ*, pro *ſordida*; ſic enim intelligentur & ſordidæ tranſlationes: hoc autem eodem exemplo & ſuperius (cap. 3.) ubi de *tapinoſi* loquebatur, uſus eſt. REGIUS. *Sordidæ*; Voſſ. prim. tert.

87. *Perſecuiſti.*] *Secuiſti*; Obrecht.

88. *Reipubl. vomicas.*] *Vomica* tumor eſt ſanioſus in corpore, & apoſtema: dicitur a vomendo. TURNEB.

89. *Cicero.*] Lib. III. *de Orat.* cap. 41.

90. *Ipſis ejus.*] *Ipſius ejus*; Voſſ. prim.

91. *Ne nimio major.*] Hæc quoque verba ſunt Ciceronis: horum exemplum eſt: *tempeſtas commeſſationis, & commeſſatio tempeſtatis.* TURNEB. *Ne nimium major*; Obrecht. Turnebiani commentatoris notam ſic exhibuerat Burmannus, ut Ciceronis verba cum verbis commentarii confunderentur: ea nos invicem diſtinximus, atque, ut Fabii mentem facilius omnes aſſequantur, ipſum Tullii locum afferemus ex lib. III. *de Orat.* num. 165. *Nolo eſſe aut majus, quam res poſtulet*: tempeſtas comeſſationis; *aut minus*: comeſſatio tempeſtatis. CAPPER.

92. *Aut quod ſæpius.*] *Ne, quod ſ.* Obrecht.

93. *Sciverit.*] *Scierit*; Voſſ. omnes. Locat. Ald. Colin. Baſil. Gryph. Steph. Vidov. Obrecht.

94. *Sed & copia.*] Cum *metaphoræ* diutius continuantur, quam decet, præſertimque eadem elatæ forma, vitium eſt. Hoc quoque præceptum eſt Ciceronis. TURNEB. *Sed copia*; MSS. Alm. Voſſ. prim. Obrecht.

95. *Modum egreſſa.*] Vide Demetr. Phaler. pag. 53. ALMEL.

96. *Sunt & duræ.*] Longinquam quoque ſimilitudinem in *metaphora* culpat Cicero: ea tamen corrigi poteſt addita præcaſtigatione; ut: *pupillus eſt, ut ſic dixerim, morte Catonis ſenatus.* TURNEB.

97. *Ductæ.*] Quæ ſequuntur, deſunt in vetuſtiſſ. exemplaribus ad finem fere hujus libri. PITHOEUS. Deerant & in Voſſ. prim. tert.

98. *Capitis nives.*] Sic etiam dixit Domitianus, *permixtam mulſo nivem*, cum ſignificare vellet capillos partim ſubrutilos, partim canos. TURNEB. Eſt ex Horatii lib. IV. od. 13. defendit vero Horatium Voſſ. lib. IV. Inſt. Orat. cap. VI. §. 7. Prudentium quoque in præfatione *nivem capitis* dixiſſe notaverat Gallæus.

[99] *Juppiter hybernas cana nive conſpuit Alpes.*

[100] In illo vero plurimum erroris, quod ea, quæ poëtis (qui & omnia [101] ad voluptatem [102] referunt, & [103] plurima vertere [104] etiam ipſa metri neceſſitate coguntur) permiſſa ſunt, convenire quidam etiam proſæ putant. At ego [105] in agendo nec *paſtorem populi*, auctore Homero, dixerim; [106] nec *volucres pennis remigare:* licet Virgilius in apibus, ac Dædalo ſpecioſiſſime ſit uſus. *Metaphora* enim aut vacantem occupare locum debet; aut, ſi in alienum venit, plus valere [107] eo, quod expellit. Quod [108] aliquanto pene jam magis de *ſynecdoche* dicam; nam *tranſlatio* [109] permovendis animis plerumque & ſignandis rebus, ac [110] ſub oculos ſubjiciendis reperta eſt; [111] hæc variare ſermonem poteſt, [112] ut ex uno plures intelligamus, parte totum, ſpecie genus, [113] præcedentibus ſequentia, [114] vel contra: omnia liberiora poëtis, quam oratoribus. [115] Nam proſa, ut *mucronem* pro gladio, & *tectum* pro [116] domo recipiet; ita non *puppim* pro navi, nec *abietem* [117] pro tabellis. Et rurſus ut pro gladio *ferrum*; ita non pro equo *quadrupedem*. Maxime autem [118] in orando valebit [119] numerorum illa libertas. Nam & Livius ſæpe ſic dicit: *Romanus prœlio victor*; cum Romanos viciſſe ſignificat. Et contra, Cicero ad Brutum: [120] *Populo*, inquit, *impoſuimus*, *&* *oratores viſi ſumus*; cum de ſe tantum loqueretur. Quod genus non orationes modo ornat, ſed etiam quotidiani ſermonis uſus recipit. [121] Quidam συνεκδοχὴν vocant, [122] cum & id in contextu ſermonis, quod tacetur, [123] accipimus. Verbum enim ex verbo

99. *Juppiter hybernas, &c.*] Carmen eſt Furii Bibaculi, quod ab Horatio (lib. II. Satir. 5.) venuſte alludendo eſt uſurpatum: *Furius hybernas cana nive conſpuit Alpes.* TURNEB. Vide de hac *parodia* Horatiana Voſſ. Inſt. Orator. lib. IV. cap. VI. §. 10.

100. *In illo vero.*] Significat poëtis audaciores permitti *metaphoras*, quam oratoribus; nec protinus illas ab oratoribus eſſe uſurpandas. TURNEBUS.

101. *Ad voluptatem.*] Hermog. de form. Orat. lib. I. cap. VI. τὸ ποιεῖν ἡδονὴν ἡ ποίησις, οἶμαι, σχεδιάζει. ALMELOV.

102. *Referunt.*] *Referunt* non expreſſit Obrechtus, an conſilio, an librariorum culpa, neſcio: certe omnes editi & ſcripti exhibent.

103. *Plurima vertere.*] Τρέπειν, μεταφέρειν, μεταφέρειν, id eſt, *metaphoris* exprimere, *tropicis* locutionibus efferre, *tranſlationibus* enunciare, &c. CAPPER.

104. *Etiam ipſa metri.*] *Etiam metri*; edit. Obrecht.

105. *In agendo.*] Subintellige *cauſſas* forenſes: eodem fere ſenſu mox dicet, *in orando*. CAPPER.

106. *Nec volucres pennis remigare.*] *Nec volucres ſpere ſanare*; V. C. Alm. quæ corrupta ſunt: aliquid tamen ſimile in ſuo codice Obrechtus reperiſſe videtur; qui edidit: *nec volucres per os ſonare, vel alis remigare.* Quem autem Virgilii locum reſpiciat, neſcio; cum certe in libro IV. Georg. princ. de apibus agens, non dicat eos *per os ſonare*. Quare ex veſtigiis veteris codicis legerem: *nec volucres per aera nare, nec pennis* (vel *alis*, quod eodem redit) *remigare*; reſpicere enim puto ad lib. IV. Georg. 58.

Hinc ubi jam emiſſum caveis ad ſidera cœli
Nare per æſtatem liquidam ſuſpexeris agmen.

ubi & Philargyrus videtur duriorem *metaphoram* notare; neque tamen veritus eſt Silius *tranare*, de volatu uſurpare lib. III. 682. XIII. 185. 238. & alibi. Alterum reſpicit ad lib. VI. Æneid. 19. ubi Dædalum *remigium alarum* ſacraſſe dicit. Quam *metaphoram* plures imitati poëtæ, & interpretes ad faſtidium uſque illuſtrarunt. BURMAN.

107. *Eo quod expellit.*] *Eo quem expellit*; MS. Bodl. Andr. Locat. Ald. Par. Colin. Baſil.

108. *Aliquando pene.*] *Aliquanto* mihi legendum videtur. REGIUS. *Aliquando*; Locat. Ald. *Pene jam.*] *Pene etiam*; Obrecht.

109. *Permovendis animis plerumque & ſignandis rebus, &c.*] Quæ omnia proſaico ſermoni æque convenire, ac poëtico poſſunt. CAPPER.

110. *Sub oculos.*] *Sub oculis*; Locat. Ald. ſed *ſub oculos* rectum eſſe probabimus ad lib. IX. cap. 1.

111. *Hæc variare.*] Nempe *ſynecdoche*; quaſi ſcripſiſſet Fabius: *Synecdoche autem variare ſermonem poteſt*, &c. quamdam enim oppoſitionem hic ſtatuit *metaphoram* inter & *ſynecdochen*. Neque novum eſt aut inſolens pronomen demonſtrativum τὸ *hæc* ad remotius referri. Vide ad lib. VI. capp. 2. & 4. Hæc eo lubentius annotavi, quod quidam Gallicus interpres (Abbas *de Pure*) τὸ *hæc* & τὸ *tranſlatio* eumdem ad *tropum* retulerit. CAPPER.

112. *Ex uno plures intelligamus.*] Cicer. lib. III. *de Oratore*, minus ait venuſtatis eſſe in *ſynecdoche*, quam in *metaphora*. Verti poteſt *ſynecdoche* ad verbum *conceptio*: a Cornificio vertitur *intellectio*. TURNEB.

113. *Præcedentibus ſequentia.*] Diſſentit hic a Fabio Voſſius Inſtit. Orator. tom. 2. pag. 135. & partem hanc non ad *ſynecdochen*, ſed ad *metonymiam* ſigni pertinere contendit. Fabium tamen defendere poſſemus, cum ex incerti tractatu de Homerica poëſi pag. XXXIV. edition. Barneſ. tum ex veteris Grammatici Tryphonis opuſculo de Tropis, quod in Reg. biblioth. MSS. codd. 3089. 3233. 3336. exſtat, & nuper tranſcribendum curavi; is enim de *ſynecdoche* ita ſcripſit: Ἔχει τέσσαρας διαφοράς· ἢ γὰρ ἀπὸ τοῦ μέρους τὸ ὅλον δηλοῖ, ἢ ἀπὸ τοῦ ὅλου τὸ μέρος, ἢ ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος τὸ προηγούμενον, ἢ ἀπὸ τοῦ συμβόλου τὸ κύριον; id eſt: *Quatuor differentias habet* ſynecdoche; *etenim ex parte totum ſignificat, & ex toto partem, & ex contingenti præcedens, & ex ſymbolo proprium.* Igitur Trypho ille ad *ſynecdochen* refert, quod Voſſius ad ſigni *metonymiam* referri vellet. CAPPER.

114. *Vel omnia e contra liberiora.*] Hæc verba præpoſtere ſunt collocata: ſic autem in ordinem rediguntur, ſi *e* præpoſitio eradatur; neque enim *e contra* Latine dicitur, ſed aut *contra*, aut *e contrario*; *omnia* præterea in tertium locum transferantur hoc modo: *vel contra: omnia liberiora.* REGIUS. *Vel omnia contra, liberiora*; Voſſ. ſec. Locat. *vel e contra, omnia*; Ald. *vel contra, omnia hæc*; V. C. Alm.

115. *Nam proſa.*] *Nam* ꝓ*ſa*, id eſt, *prorſa*, ut mox iterum idem codex exhibet, & etiam alibi.

116. *Domo recipiet.*] Deerant quædam hic in Voſſ. ſec. qui *pro domo recipiet, ita non pro ſpeculo ferrum, ita non pro equo quadrupedem.*

117. *Pro tabellis.*] *Pro tabulis*; MS. Colbert.

118. *In orando.*] In oratione proſaica. CAPPER.

119. *Numerorum illa libertas.*] Hanc tamen figuram, quæ per numeros fit, ſpeciem eſſe dicunt *heteroſeos* & *enallages* Grammatici. TURNEB.

120. *Populo impoſuimus.*] Id eſt, decepimus; nam *imponere* cum dativo ſignificat fallere, unde *impoſtores* dicuntur deceptores. REGIUS. Huc ſpectare etiam illa Ciceronis in Bruto cap. 50. *Id enim ipſum eſt ſummi oratoris, ſummum oratorem populo videri*, notaverat cl. Almelovenius.

121. *Quidam συνεκδοχήν.*] Hæc *ſynecdoche* non eſt annumeranda *tropis*, ſed figuris, tractaturque lib. IX. cap. 3. a Fabio. Fit autem, cum aliquid ſubauditur: tamen aliquando id, quod deeſt, vitioſam efficit orationem, quam quidam *eclipſin* vocant, id eſt, defectum. TURNEB. Quinctiliani dictum ex eo confirmari poteſt, quod Græcus Æſchyli Scholiaſtes ad Agamemnon. v. 194. τοῦ τὰς ἀναλωθείσας ἐν ψήφῳ λέγειν, ſic habeat: χρὴ κατὰ συνεκδοχὴν, ἤγουν οἷ δεῖ ψηφίζεσθαι περὶ τῶν ἀπολωλότων; id eſt: *ſubauditur* oportet *per ſynecdochen*; videlicet, *quid mortuorum calculos oportet ſubducere?* CAPPER.

122. *Cum & id.*] *Cum id*; Obrecht. edit.

123. *Accipimus.*] Supple, mente vel animo; id eſt, intelligimus: hoc etiam ſenſu Græci dicunt ἐνδέχεσθαι, ſub-

intelligitur: quod inter vitia ἔκλειψις vocatur:

[124] *Arcadas* [121] *ad portas ruere......*

Mihi hanc figuram eſſe magis placet. [126] Illic ergo [127] reddetur. Aliud etiam intelligitur ex alio :

[128] *Aſpice, aratra jugo referunt ſuſpenſa juvenci.*

Unde apparet noctem appropinquare. Id neſcio an oratori conveniat, niſi in argumentando, [129] cum rei ſignum eſt. Sed hoc ab *elocutionis* ratione diſtat. [130] Nec procul ab hoc genere [131] diſcedit μετωνυμία, quæ eſt [132] nominis pro nomine poſitio: cujus vis eſt, pro eo, quod dicitur, cauſſam, propter quam dicitur, ponere : ſed, ut ait Cicero, [133] ὑπαλλαγὴν rhetores dicunt. Hæc inventa ab inventore, & [134] ſubjecta ab obtinentibus ſignificat; ut, [135] *Cererem corruptam undis*; &, [136] ——— *receptus*

Terra Neptunus claſſes Aquilonibus arcet.

[137] Quod fit retro durius. [138] Refert autem, in quantum dictus *tropus* oratorem ſequatur. Nam ut *Vulcanum* pro igne [139] vulgo audimus; & *vario Marte pugnatum*, eruditus eſt ſermo; & *Venerem*, quam coitum, dixiſſe magis decet; ita *Liberum* & *Cererem* pro vino & pane [140] licentius, quam ut fori [141] ſeveritas ferat : [142] ſicut ex eo, quod continet, id quod continetur, uſus recipit; ut, *bene moratas urbes*, & *poculum epotum*, & *ſeculum felix*. At id, quod contra eſt, raro audeat quis, niſi poëta :

[141] ——— *jam proximus ardet*
Ucalegon.

Niſi forte hoc potius eſt, [144] a poſſeſſore, quod poſſidetur; ut, *hominem*

audiendo τῷ νῷ vel τῇ διανοίᾳ. Hinc συνεκδέχεσθαι, aliquid cum alio ſimul intelligere : hinc συνεκδοχὴ, qua per aliud vel ex alio aliud intelligitur : hinc apud Græcos Theologos παρεκδέχεσθαι, perperam interpretari; & παρεκδοχὴ, prava interpretatio. CAPPER.

124. *Arcadas.*] Virg. lib. XI. Æneïd. 142. ubi tamen alii * libri *Arcades*, (ut & hic, Locat. Ald. Colin. Gryph. Vidov. Baſil. *Archades*; Voſſ. ſec.) vel *Arcadas ut portis ruere.* Vide Servium.

125. *Ad portas ruere.*] Alii tamen Grammatici aiunt *heteroſin* eſſe *infinitivi* pro præterito imperfecto. Fabius ſubintelligere videtur *cœperunt*, ut & lib. IX. interpretatur. TURNEB.

126. *Illic.*] Ubi de verborum figuris, videlicet cap. 3. libri IX. CAPPER.

127. *Ergo redietur.*] *Reddetur* legendum eſſe, vel me tacente, apparet. REGIUS. *Reddetur.*] Græce diceretur ἀποδοθήσεται, id eſt, exponetur, explicabitur, ut ſatis patet ex iis, quæ ad ſimilem loquendi formulam notavimus cap. 5. hujus libri circa finem. CAPPER.

128. *Aſpice, &c.*] *Synecdoche* videtur eſſe a ſigno : quanquam alia ratione poteſt eſſe *allegoria*. TURNEB. Eſt ex Virgil. Ecl. II. 66. Vide quæ mox annotabam ad illa Fabii verba: *præcedentibus ſequentia*. CAPPER.

129. *Cum rei ſignum eſt.*] Ut ſi orator argumentaretur, cadaver eſſe viſum cum tumoribus & livore, aliud colligeretur, ſcilicet veneficium. Aliud quoque ex alio intellexit Cicero, cum dixit de conjuratis : *Vixerunt*; ſic enim ſignificavit mortuos eſſe : quanquam hic ſignum non eſt. TURNEB.

130. *Nec procul ab hoc.*] *Metonymiam* vertit Cornificius *denominationem* : ad verbum dici poteſt *tranſnominatio* : ſed enim hæc appellatio eſt grammaticorum; nam Rhetores *hypallagen* appellant, id eſt, *ſummutationem* & *ſubalternationem* : quanquam apud grammaticos *hypallage* ſignificat mutationem verborum in diverſum ſenſum; ut, *dare claſſibus auſtros.* TURNEB.

131. *Deſcendit metonymia, quæ eſt nominis tropus pro nomine poſitio.*] Niſi tollantur errores, non percipietur hic locus. Adeo autem eſt depravatus, ut difficulter admodum corrigi poſſit. Non enim ſolum illud verbum *deſcendit*, eſt mutandum in *diſcedit*, id quod facile apparet; ſed alia caſtigatu difficilia ineſſe flagitia videntur, quæ iis, qui nihil putant immutandum, corrigenda relinquantur. REGIUS. Regium tam cito deſperare miratur Aſcenſius, cum facilis eſſet correctio, *quæ eſt tropus, in quo eſt nominis pro nomine poſitio* : ſed vulgata recte ſe habet. *Deſcendit met. quæ eſt nominis tropus pro nomine poſito*; Voſſ. ſecund. Locat. *Μετωνυμία, quæ eſt nominis pro nomine poſitio.*] Inepta eſt definitio, ut Voſſius ait libro IV. Inſtitut. Oratoriar. cap. 7. BURMAN. Voſſii cenſoriam in Fabium notam firmat, quod ipſe Fabius mox dicet *antonomaſiam* quoque nomen pro nomine ponere : ſed reſponderi poſſet hic τὸ nomen generatim ſumi prout nomen cum proprium, tum appellativum ſignificat; in *antonomaſia* vero ſpeciatim accipi prout proprium ſolummodo nomen indicare poteſt : atenim *metaphora* & *ſynecdoche* nomen etiam pro nomine ponunt; nec aliud ſuccurrit, quod in Quinctiliani gratiam reſpondere poſſim, niſi *metaphoram* & *ſynecdochen* a *metonymia* pluribus aliis titulis, quos illarum definitio contineat, poſſe diſcerni : adde quod hæc ad vivum non ſunt reſecanda, neque ad ſtrictos Logici juris apices expendenda. CAPPER.

132. *Nominis pro nomine.*] In verbis etiam locum habet *metonymia*, ut recte probat Voſſius loco citato pagg. 121. 122. Et ſane ὄνομα Græcis & verbum & nomen ſignificat: hinc ὀνοματοποιΐα eſt in τοῖς *mugire*, *hinnire*, &c. CAPP.

133. *Ὑπαλλαγὴν Rhetores.*] *Hypallagen eſſe Rhetores*; Ald. Obrecht. *eam eſſe Rhetores*; Voſſ. ſec.

134. *Subjecta ab obtinentibus.*] Hoc eſt ipſe dominus & imperans, qui rei ſubjectæ imperium obtinet, aliquando ſumitur pro *re*, quæ ipſi ſubjicitur; ut hic *Neptunus* pro mari. CAPPER.

135. *Cererem.*] Eſt ex Virgil. I. Æneid. 177.

136. *Receptus.*] Horat. Art. poet. 63. *ſequatur* vero hic ea ſignificatione eſt ſumendum, qua explicuimus ad lib. II. cap. 14. quare & poſſet hic *ductus tropus* legi.

137. *Quod fit retro durius.*] Id eſt, durius fieret loquendi genus, ſi quis contra *mare* pro Neptuno diceret. CAPP.

138. *Refert autem.*] Sed magni refert ſcire, animadvertere, &c. CAPPER.

139. *Vulgo audivimus.*] Francius malebat *audimus*; & ita erat in Voſſ. ſec. & melius reſpondet ſequentibus verbis. BURMAN.

140. *Licentius, quam ut fori ſeveritas ferat.* Vide Voſſium Inſtitut. Orator. lib. IV. cap. 7. §. 2.

141. *Severitas.*] *Veritas*; Vall. lib. Voſſ. ſec. ut paſſim forenſes *actiones* fictis declamationibus opponit.

142. *Sicut ex eo, quod continetur, uſus recipit bene moratas.*] Recte inquibuſdam exemplaribus adſcriptæ ſunt *urbes*, hoc modo, *bene moratas urbes*, pro civitatibus, & vino, & hominibus. REGIUS. *Ex eo, quod continetur, uſus recipit bene moratas*; Voſſ. ſec. Locat. *ex eo, quod continet, uſus recipit, ut bene moratas*; V. C. Alm. *ex eo quod continetur, uſus recepit bene moratas*; Obrecht. *ex eo, quod continet, id quod continetur, uſus recepit, ut*; Vaſcoſ. Steph. Colin. Baſil. Gryph. Vidov. Roign. Leid. Gibſ. Rollin.

143. *Jam proximus.*] Ex Virgil. II. Æneid. 311.

144. *A poſſeſſore, qui poſſidet.* Caſtigatione indiget hic locus, ut verus eliciatur ſenſus. *Quod* itaque *poſſidetur*; non autem *qui poſſidet*, mihi legendum videtur : quanquam exemplaria refragentur. REGIUS. *Qui poſſidet*; Voſſ. ſec.

[145] *devorari*, cujus patrimonium [146] conſumatur. Quo modo fiunt innumerabiles ſpecies. Hujus enim ſunt generis, cum [147] *ab Annibale cæſa apud Cannas ſexaginta millia* dicimus; & apud Tragicos [148] *ab Ægialao*; [149] & *carmina Virgilii veniſſe*; & [150] *venire commeatus*, qui afferantur; [151] & *ſacrilegium* [152] *deprehenſum*, non ſacrilegum; & [153] *armorum ſcientiam habere*, non artis. [154] Illud quoque & poëtis & oratoribus frequens, quo [155] eum, qui efficit, ex eo, quod efficitur, oſtendimus. Nam & carminum auctores:

> [156] *Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas,*
> *Regumque turres.*

Et,

> [157] *Pallenteſque habitant morbi, triſtiſque ſenectus.*

Et orator *præcipitem iram*, *hilarem adoleſcentiam*, *ſegne* [158] *otium* dicit. Eſt etiam huic *tropo* quædam cum *ſynecdoche* vicinia. [159] Nam cum dico *vultus hominis* pro vultu, dico pluraliter, quod ſingulare eſt; [160] quod plurale eſt, ſingulariter. Sed non id ago, ut unum ex multis intelligatur, (nam id eſt manifeſtum) [161] ſed nomen immuto; ut, [162] cum aurata tecta, *aurea*, [163] puſillum a vero diſcedo; quia non eſt niſi pars aurata. Quæ ſingula perſequi, minutioris eſt curæ, etiam non oratorem [164] inſtruentibus. [165] 'Αντονομασία, quæ [166] aliquid pro nomine ponit,

Locat. Vall. lib. *quod poſſidet*; Obrecht. Aſcenſius conjiciebat poſſe legi, *niſi forte ab eo, quod poſſidet, id, quod poſſidetur*. Fabii ſenſus eſt hujuſmodi; niſi potius hoc *tropo* Virgilius per poſſeſſorem ſignificavit id quod poſſidetur; id eſt, per τὸ *Ucalegon* domum illius indicare voluit. CAPPER.

145. *Devorari.*] Ita Plautus *comedere abſentem* dixit Moſtel. I. I. II. Et Varr. in Ephebo apud Nonium in *occupatus*: *Crede mihi, plures dominos ſervi comederunt, quam canes*: & *exedere aliquem*, Terent. Heaut. III. I. 53.

146. *Conſumitur.*] *Conſumatur*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Obrecht.

147. *Ab Annibale cæſa ...... dicimus.*] 'Αντὶ τοῦ ab ejus exercitu, a militibus quos ille Carthaginienſium dux poſſidebat, &c. CAPPER.

148. *Ab Ægialao.*] Suſpicor *Ægialeum* hunc fuiſſe filium Inachi, a quo ſit oppidum conditum *Ægialus* juxta Sicyonem: fuit & alius ejuſdem nominis. Igitur Tragici poëtæ dicunt, nonnullos ab Ægialao fuiſſe interfectos; cum tamen intelligant ab ejus exercitu TURNEB.

149. *Et carmina Virgilii veniſſe commeatus.*] *Venire* infinitivus mihi adſcribendus videtur, quod verbum eorum inſcitia eſt prætermiſſum, quibus abſurdum viſum eſt, hæc duo verba *veniſſe* & *venire* ſimul eſſe collocata, non intelligentibus *veniſſe* a *veneo*, *venire* a *venio* declinata eſſe; carmina enim Virgilii dicuntur *veniſſe*, hoc eſt vendita fuiſſe: contentum autem pro continente poſitum eſt; non enim carmina, ſed liber, in quo ſcripta ſunt carmina, venditur: commeatus autem dicuntur *venire*, cum afferantur. *Commeatus* autem neceſſaria dicuntur ad victum. REGIUS. Scribe, & *Vergilium veniſſe* pro carmine Vergilii. PHILAND. Hoc exemplum & ſequentia non videntur ad illud *troporum* genus pertinere, quo per poſſeſſorem intelligitur id ipſum quod poſſidetur: ſed obſervandum eſt omnem fere *tropum* eſſe reciprocum: ſic in *ſynecdoche* pars pro toto, & totum pro parte dicitur; in *metonymia* cauſſa pro effectu, & effectus pro cauſſa; in *metalepſi* antecedens pro conſequenti, & vice verſa. Porro in hoc Fabii exemplo & ſequentibus, de re poſſeſſa dicitur, quod de poſſeſſore proprie diceretur. Nam *carmina Virgilii veniſſe*, id eſt, venundata fuiſſe dicimus, pro τοῦ *librum ea continentem & quodam modo poſſidentem*. CAPPER.

150. *Venire commeatus.*] Ubi τὸ *venire* de commeatibus dicitur: & tamen iis proprie convenit, qui commeatus illos afferunt, tenent, & ſic quadamtenus poſſident. CAPP.

151. *Et ſacrilegium.*] Ubi etiam τὸ *deprehenſum* de ſacrilegio dicitur, cum ſacrilego proprie conveniat. Jam vero ſacrilegium eſt quaſi res aliqua τοῦ ſacrilegi, & peſſima quædam ipſius poſſeſſio. Ergo rei poſſeſſæ attribuitur, quod ad poſſeſſorem proprie pertinet. CAPPER.

152. *Deprehenſum.*] Subintellige, in flagranti, quod aiunt, delicto. CAPPER.

153. *Armorum ſcientiam habere, non artis.*] Hoc *tropo* dicitur quis habere ſcientiam armorum, cum proprie dicendus eſſet habere ſcientiam artis, quæ circa tractationem armorum verſetur, ſicque arma ipſa tractet, & quodam modo poſſideat. Itaque hic etiam de re poſſeſſa dicitur, quod arti rem poſſidenti proprie conveniret. CAPPER.

154. *Illud quoque & poëtis, &c.*] Hanc ſpeciem multi ſubjiciunt *epitheto*, cum adjectivum ex ſuo accipitur effectu: ſed enim *epitheton* illud eſt figuratum, ac ſubjici poteſt *metonymiæ*. TURNEB. Pſeudo-Turnebus ille *tropum* cum figura perperam confundit: utriuſque diſcrimen approbabit Fabius cap. ſequenti, quod eſt primum libri IX. igitur pro τοῦ *figuratum* debebat τὸ *tropicum* vel *tropice uſurpatum* ſcribere. CAPPER.

155. *Eum, qui efficit, ex eo, quod efficitur, oſtendimus.*] Sic *oſtendimus*, denotamus, dicimus *mortem pallidam*; ex eo pallore, qui in moribundis & mortuis efficitur. CAPP.

156. *Pallida mors.*] Horat. lib. I. od. 4.

157. *Pallenteſque.*] Virgil. VI. Æneïd. 275.

158. *Otium dicit.*] *Dicet*; Ald. Steph. Colin. Gryph. in cujus margine manus viri docti *dixit* notaverat. *Dicunt*; Obr.

159. *Nam cum dico vultus.*] Ut ſi diceres, *vultus hominis* eſſe varios & diſſimiles, ita ſignificares hominum vultum eſſe diſcrepantem; ſæpius enim ſingulari ſolemus uti, cum de toto rei genere loquimur. TURNEB. *Nam dico vultus*; Voſſ. ſec. Locat. Ald.

160. *Quod plurale eſt ſingulariter.*] Hæc non habet Voſſ. ſec.

161. *Sed nomen immuto.*] *Sed nomina muto*; Voſſ. ſec. Obrecht. Hæc igitur *ſynecdoche numeri* quamdam habet viciniam ſeu affinitatem cum *metonymia*, quæ, ſi verbum verbo reddas, eſt *tranſnominatio*, ſive nominis immutatio. Hic autem Fabius reſpicit etiam ad ſequens exemplum, ubi pro τοῦ *aurata tecta*, dicet *aurea*. CAPPER.

162. *Cum aurata tecta, aurea.*] Hoc eſt, cum *aurea* dico illa tecta, quæ ſolum aurata ſunt. Sic apud nos aliud eſt *un vaſe d'or*, aliud *un vaſe doré*. CAPPER.

163. *Puſillum ab eo diſcedo, quia non eſt pars auratura.*] Ingenue fateor, mihi non percipitur hæc ratio; auratura namque pars eſſe videtur. Quare *ut* particulam puto adſcribendam hoc modo: *Quia non eſt pars, ut auratura*; ſignare namque videtur Fabius differentiam, quæ eſt inter *auratum* & *aureum*; *auratum* enim dicitur *auro ornatum*; *aureum* vero ex auro confectum. REGIUS. *Puſillum ab eo diſcedo, quia non eſt pars auratura*; Locat. marg. Vaſcoſ. Steph. *quia non eſt pars ut aurata*; Ald. *puſillum a vero diſcedo, quia non eſt niſi pars auratura*; Vaſcoſ. Steph. Gryph. *puſillum a vero diſcedo, quia non eſt niſi pars aurata*; Colin. Baſil. Vidov. *a vero diſcedo, quia non eſt pars auri aura*; Obrecht. quod non intelligo, niſi voluerit vir clariſſimus reſpicere ad illa, quæ Servius notat ad Virgil. VI. Æneïd. 205.

> *Diſcolor unde auri per ramos aura refulſit.*

ubi *auram* ſplendorem dicit, & *aurum* dictum a ſplendore, qui eſt in eo metallo: hinc & *auratos*, ſive (ut alii) *aurarios* dictos, quorum favor ſplendidos reddit. BURM.

164. *Inſtituentibus*] *Inſtruentibus*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht. Vide ad initium hujus capitis.

165. 'Ανθονομασία.] 'Ανθονομασία vertitur *pronominatio* a Cornificio: appellatur etiam *exoche*, id eſt, *excellentia*. Fit autem, cum quodam veluti extraneo cognomine rem ſignificamus. TURNEB. in Burmanniana editione perperam legebatur Ἀντωνομασία per *ω mega*: ſcribendum eſt utique Ἀντονομασία per *o micron*, cum hoc nomen fiat ab ὀνομάζω. Plura vide apud Voſſ. Inſtit. Orat. lib. IV. cap. X. 6. 3. CAPPER.

166. *Aliquid pro nomine ponit.*] Hanc definitionem mul-

[167] Poëtis utroque modo frequentiſſima; & [168] per *epitheton*, quia [169] detracto eo, cui apponitur, valet pro nomine, [170] *Tydides*, *Pelides*; [171] & ex his, quæ in quocumque ſunt præcipua:

[172] ——— *Divûm pater, atque hominum rex*;

& ex factis, quibus perſona ſignatur:

[173] ——— *Thalamo quæ fixa reliquit*
Impius.

Oratoribus etiamſi rarus ejus rei, nonnullus tamen uſus eſt. Nam, ut *Tydiden & Peliden* non dixerint, ita dixerunt [174] *impium* pro parricida: *everſorem* quoque *Carthaginis & Numantiæ* pro Scipione, & *Romanæ eloquentiæ principem* pro Cicerone [175] poſuiſſe non dubitent. Cicero ipſe certe uſus eſt hac libertate: [176] *Non multa peccas*, *inquit* [177] *ille fortiſſimo viro ſenior magiſter*; [178] *&*, *ſi peccas*, *te regere poſſum.* Neutrum enim [179] nomen poſitum eſt, & utrumque intelligitur. [180] Ὀνοματοποιΐα quidem, id eſt, *fictio*

ti ſuggillabunt, eo quod omnes *tropi* aliquid ponant pro nomine, & omnium maxime *metonymia*, quæ, ut paulo ſupra definiebat Fabius, *eſt nominis pro nomine poſitio*: ſed nodus hic ſolutu facilis eſt; nam in *antonomaſiæ* definitione τὸ *nomen* pro nomine proprio ſumitur, & quatenus ab *appellativo* diſtingui debet, ut apud Varronem libro VII. de Ling. Lat. circa fin. ubi ſic habet: *Sequitur de nominibus, quæ differunt a vocabulis, ideo quod ſunt finita & ſignificant res proprias; ut* Paris, Helena; *cum vocabula ſint infinita, & communes deſignent; ut* vir, mulier, &c. Cæterum quod addit in ſuperiore nota Turnebianus ille Commentator, antonomaſiam *appellari etiam* ἐξοχὴν, id eſt, *excellentiam*, unde hauſerit, neſcio: hujus tamen veſtigiis Voſſius & plerique deinceps e Rhetorum vulgo inſtiterunt. Nam *antonomaſiæ* nomine illam ſpeciem *ſynecdoches* intelligunt, qua & commune pro proprio ſumitur, ut Latinis *Poëta* pro Virgilio, pro Cicerone *Orator*; & proprium pro communi, ut *Achilles* pro forti, &c. Unde *antonomaſiam* cum τῇ ἐξοχῇ, *excellentia*, paſſim confundunt, & promiſcue ſic loquuntur: *Homerus appellatur Poëta*, *Roma Urbs*, *per* antonomaſiam, antonomaſtice, κατ᾽ ἐξοχὴν, *per excellentiam*: ſed hoc faciunt nullo veterum exemplo. Nam Plutarchus, vel Dionyſius Halicarnaſſ. in opuſculo de Homerica Poëſi pag. 34. edition. Barneſ. *antonomaſiam* ſic definit: Λέξις δι᾽ ἐπιθέτων, ἢ συσσήμων ὄνομα ἴδιον σημαίνουσα, ὡς ἐν τούτῳ. Πηλείδης..... Ἀτρείδην προσέειπε· δηλοῖ γὰρ τόντε Ἀχιλλέα καὶ τὸν Ἀγαμέμνονα: *Dictio eſt, quæ per* epitheta, *vel per ejuſdem ſignificationis voces proprium nomen indicat; ut in illo verſu*: Pelides.... Atridem allocutus eſt; *nam Achillem & Agamemnonem ſignificat.* Idem tradit Trypho in opuſculo de *tropis*, quod e Reg. MSS. 3089. 3233. 3336. exſcribendum curavi: ἡ ἀντονομασία ἐστὶ λέξις δι᾽ ἐπιθέτων, ἢ διὰ συσσήμων ὀνομάτων ἰδίων, ἢ προσηγορικὸν σημαίνουσα, κλ. Philologis Græcis Latini quoque adſtipulantur; Soſipater Chariſius pag. 242. Veter. Grammatic. Putſch. Ἀντονομασία *eſt dictio per accidens proprium ſignificans; ut cum* domitor maris *dicitur, & intelligitur Neptunus. Hujus tropi ſpecies eſt* epitheton. Diomedes ibid. pag. 452. Ἀντονομασία, *id eſt, pronominatio, quæ pro proprio, alieno utitur; vel ſignificatio vice nominis poſita, & vocabulum quod ſine nomine poſitum, loco ejus fungitur.....* ut Anchiſiades, *id eſt*, *Æneas*, &c. quæ Diomedis verba repetit Donatus, ibid. pag. 1776. Eadem docent Servius in Virgil. pagg. 377. 617. 1126. 1525. & Venerabilis Beda in libro *Schematum & Troporum* ſacræ Scripturæ pag. 349. Rhetor Pithœan. His omnibus conſonat Quinctilianæa definitio: Ἀντονομασία, *quæ aliquid pro nomine* [ſubintellige τὸ *proprio*] *ponit.... & per* epitheton.... *& ex his, quæ in quocumque ſunt præcipua.... & ex factis, quibus perſona ſignatur*, &c. Quod autem Latini pro Virgilio dicunt *Poëtam* κατ᾽ ἐξοχὴν, *per excellentiam*, hoc Fabius revocavit primo ad illam *ſynecdochen*, qua per genus intelligitur ſpecies; ita quippe loquitur paulo ſupra: *hæc* [ſynecdoche] *variare ſermonem poteſt, ut ex uno plures intelligamus, parte totum, ſpecie genus.. vel contra*, &c. ſecundo ad tertium quemdam τοῦ *proprii* modum, quem ſic expoſuit hujus libri cap. 2. non longe ab initio: *Tertius eſt* [τοῦ proprii] *huic diverſus modus, quum res communis pluribus, in uno aliquo habet nomen eximium; ut carmen funebre proprie* nænia; *& tabernaculum ducis* augurale: *item quod commune eſt aliis nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur; ut* Urbem *Romam accipimus, &* venales *novitios.... cum ſint urbes aliæ quoque, & venalia multa*, &c. Hac denique loquendi formula κατ᾽ ἐξοχὴν, *per excellentiam*, uſi ſunt veteres nullo habito ad *antonomaſiam* reſpectu. Seneca epiſt. 58. *Secundum ex his quæ ſunt, ponit Plato, quod eminet & exſuperat omnia: hoc ait* per excellentiam eſſe, *ut* Poëta *communiter dicitur; omnibus enim verſus facientibus hoc nomen eſt: ſed jam apud Græcos in unius notam ceſſit. Homerum intelligas, cum audieris* Poëtam. Servius ad Virgil. Georgic. I. verſ. 228.

Nec Peluſiacæ curam aſpernabere lentis.

Peluſium, inquit, *unum eſt de ſeptem oſtiis Nili, ubi primum lens inventa dicitur, vel ubi optima naſcitur: unde* κατ᾽ ἐξοχὴν *locutus eſt.* Hæc eo pluribus executus ſum, quod vetus illa Grammaticorum, Rhetorumque *Technologia* jam negligitur a plurimis, a pauciſſimis ita legitur, ut intelligatur. CAPP.

167. *Poëſis quoque modo.*] *Utroque modo*; MSS. *Alm.* Voſſ. ſec. Locat. Ald. Steph. Roign. Baſil. marg. Vaſcoſ. Rollin. *utrocumque modo*; Obrecht.

168. *Per epitheton.*] Poëtæ ſolent *antonomaſiam* facere ſolo *epitheto*, cum *patronymicis* utuntur, detracto ſubſtantivo: alioqui ſi ſubſtantivum addatur, jam non *antonomaſia* erit, ſed *epitheton.* TURNEB.

169. *Detracto eo, cui apponitur, valet pro epitheto.*] Sic in τῷ *Telamonius Ajax*, τὸ *Telamonius* eſt ſimplex *epitheton*: ſed ſi τὸ *Telamonius* per ſe ſolum ponatur, erit *antonomaſia* per *epitheton*; quia, detracto eo nomine proprio [τῷ *Ajax*] cui apponitur, valet pro nomine. Eodem ſenſu dicet paulo poſt: *Neceſſe eſt enim ſemper, ut id quod eſt appoſitum, ſi a proprio diviſeris, per ſe ſignificet, & faciat* antonomaſiam. *Cui apponitur.*] Verbum hoc *technicum* eſt & proprium *epithetis*, quæ dicuntur ἐπιτίθεσθαι, *apponi* propriis nominibus. Hinc paulo infra τὸ *epitheton* vocat *appoſitum*, & verbum τὸ *apponi* uſurpat pro τῷ tenere locum *epitheti*. CAPPER.

170. *Tydides*, *Pelides.*] Sint in exemplum τὰ *Tydides* & *Pelides*, quæ, detractis iis, quibus apponebantur, nempe τοῖς *Diomedes* & *Achilles*, pro his ipſis nominibus propriis valent. Idem, quod Fabius, docet etiam Soſipater Chariſius in veterib. Grammat. edition. Putſch. pag. 244. ubi ſic habet: *hujus tropi* [Antonomaſiæ] *ſpecies eſt* epitheton. Vide ibid. Diomedem pag. 435. & Donatum pag. 1776. CAPPER.

171. *Et ex his.*] *Ex his, quæ in quoque*; Obrecht.

172. *Divûm.*] Virgil. lib. I. Æneid. 65.

173. *Thalamo.*] Idem lib. IV. Æneid. 495.

174. *Impium pro parricida.*] *Impius & parrida*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. marg. Baſil. *impium & parricidam*; Ald.

175. *Poſuiſſe non dubitent.*] *Potuiſſent dicere*; Obrecht *poſuerunt*; Vallæ lib. Voſſ. ſec. *poſuiſſe non dubitem*, volebat Francius.

176. *Non multa peccas.*] Exemplum eſt ex Oratione pro Muræna cap. 29. Regius in *fortiſſimo viro*, *Murænam* intelligit; in *ſeniore magiſtro*, *Ciceronem.* Sed ego arbitror hæc verba Ciceronem eſſe mutuatum ab aliquo vetuſto auctore, qui hodie ignoretur. Ita *antonomaſia* intelligitur, ſed quas perſonas ſignificet, ignoratur. TURNEBUS Idem cenſuit Camerarius, qui de Phœnice, ſive Chirone, (de quo Manutius capit) & Achille agi putat. BURMAN. Chironem & Achillem hic a Cicerone ſignificari putavit etiam Voſſius Inſtitut. Orator. lib. IV. cap. X. §. 3. CAPPER.

177. *Ille fortiſſimo.*] *Illi* Philander.

178. *Et ſi peccas, te regere poſſum.*] Hæc deſunt in MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. *ſed ſi peccas*; Baſil. & ita Philand. & apud Ciceronem.

179. *Nomine poſitum.*] *Nomen poſitum*; MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Steph. Baſil. Colin. Vidov. Gryph. Obrecht.

180. Ὀνοματοποιΐα.] *Onomatopœiam* Cornificius appellat *nominationem*, quam ponit partim in imitatione, partim in ſignificatione. Ejus nomine non ſolum complectitur Fabius voces affectibus rerum aptatas, verum etiam derivationes, quæ fiunt per inflexionem. TURNEB. Vide noſtrum lib. VIII. cap. 3. & nominum fictiones apud Spartian. in Geta cap. 5. ALMEL.

[181] *nominis*,

[181] *nominis*, Græcis inter maximas habita virtutes, nobis vix permittitur. [182] Et ſunt plurima ita poſita ab iis, qui ſermonem [183] primi fecerunt, aptantes affectibus vocem. Nam *mugitus*, & *ſibilus*, & *murmur* inde venerunt. Deinde, tanquam [184] conſummata ſint omnia, nihil generare audemus ipſi, cum multa quotidie ab antiquis ficta moriantur. Vix illa, quæ [185] παραγόμενα vocant, quæ ex vocibus [186] in uſum receptis quocumque modo declinantur, nobis permittimus; qualia ſunt [187] *Sullaturit*, & *proſcripturit:* [188] atque *laureati poſtes*, pro illo, *lauro coronati*, ex eadem fictione ſunt. Sed hoc feliciter [189] evaluit: at contra *vio* pro *eo*, infelicius. In Græcis *obeliſco lychnio*, &c. [190] Dure etiam jungere vetamur, qui toleranter videre [191] *ſeptentriones* videmur. Eo magis neceſſaria κατάχρησις (quam recte dicimus *abuſionem*) [192] quæ non habentibus nomen ſuum, * accommodat quod in proximo eſt: ſic,

——— *Equum divina Palladis arte*
Ædificant:

& apud Tragicos, *Et jam leo pariet:* [193] at pater eſt. [194] Mille ſunt hæc; & [195] *Acetabula*,

181. *Nominis Græci.*] *Græcis*, loco *Græci*, legendum eſſe, nemo non videt. REGIUS.

182. *Et ſunt plurima.*] *Ut ſunt*; Obrecht. mallem *at ſunt.*

183. *Primi fecerunt.*] *Primo*; Voſſ. ſec. Obrecht.

184. *Conſummata.*] *Conſumpta ſint omnia*; V. C. Alm. *conſumpta*; Voſſ. ſec.

185. Παραγόμενα.] Πεποιημένα; MSS. Alm. Voſſ. ſec. edit. Campan. Ald. marg. Steph. & Gryph.

186. *In uſum receptis.*] *In uſu*; Obrecht.

187. *Sullaturit.*] Verba hujus terminationis cupiditatem ſignificant; eſt enim *Sullaturire*, Syllam, qui Sulla Latine dicitur, deſiderare; ut *proſcripturire*, proſcriptionem cupere. Hæc autem verba declinavit Cicero in Epiſtola ad Atticum lib. IX. 10. a Sulla & proſcriptione. *Sullaturit animus ejus & proſcripturit.* REGIUS.

188. *Atque laureati.*] *Atqui* legendum eſſe contenderim, etiamſi in exemplaribus *atque* copula habeatur. REGIUS.

189. *Evaluit ad omnia & vieo eo ferimus in Græcis obidis.*] Hic locus ita eſt a literarum Græcarum imperitis corruptus atque confuſus, ut nullus omnino ſenſus elici poſſit. Exiſtimo autem Fabium id exemplis Græcis comprobaſſe, quod jam ſæpius dixit, Græcos nobis in fingendis nominibus multo eſſe feliciores. Quonam autem modo corrigi poſſit, mihi ſane non liquet. REGIUS. Hæc verba, uſque *ad eo magis*, uſque adeo ſunt depravata a ſcribis literarum Græcarum imperitis, ut Fabio egeant interprete. Arbitror tamen initium eſſe verſus alicujus, verbis audacioribus ſcriptum. Itaque conſtabit ſenſus, ſive dicas ineptam fuiſſe nominum compoſitionem nimiſque licentioſam, ſive etiam dicas jucundam eſſe conjunctionem ex libertate linguæ Græcæ. Quid autem *coludumo* ſignificet, plane ignoratur: niſi forte deducatur a verbo κωλύω, id eſt, *prohibeo*, & dictione Ionica δόμος, pro δόμος, id eſt, *domus*. Videtur tamen eſſe depravata dictio. TURNEB. *Sed hoc feliciter evaluit ad omnia fermi & vio eo in Græcis obidius oro luditu ino bono eo dure etiam jungere vetamur, qui tollentem videre ſ. v.* V. C. Alm. *evaluit ad omnia, & vio eo ferimus in Græcis obidis ocoludituno bono eo dure atque jungere, qui tollente & videre ſeptemtriones, videmur*; Locat. *feliciter evaluit adonua & vio eo ferimus in Græcis obidis acoludituvio eo dure etiam jungear, qui tollentem & videre, ſeptemtriones videmur*; Voſſ. ſec. *evaluit adomia & vio eo ferimus in Græcis obidis ocoludituno bono eo dure atque jungere, qui tollentem & v. ſ. videmur*; Ald. *ſed hoc feliciter: evanuit e contra vio in eo: ferimus in Græcis* obeliſcos, *vico boreo, dure: & tamen jungere Maronem ſollerter & dividere* ſeptentriones *videmus*; Obrecht. *ſed hoc feliciter evaluit: at contra vio pro eo infelicius, in Græcis obeliſco coludumo, &c. dure etiam jungere vetamur, qui toleranter videre ſeptentriones videmur*; Stephan. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Leid. Gibſon. Turneb. lib. XII. Adv. cap. 11. *in Græcis obeliſcolychnio*: quod verbum apud Ariſtotel. de Part. animal. lib. IV. cap. 6. exſtat: ſed tamen ſibi non ſatisfacit, nec unius vocis exemplo contentum fuiſſe Fabium credit, ut fortaſſe vox etiam aliqua deſideretur. Obrechtus audaci nimis medicina ſanare tentat. Neque ubi Virgilius jungat *ſeptemtrionem*, ſcio: ſed per *tmeſin* dividit III. Georg. 381. (quo verſu & infra Fabius utitur) ubi quidem etiam *Hyperboreo* occurrit, ſed nullum tamen aptum adhuc ex Obrechti emendatione ſenſum efficere licet: niſi ille *jungere* referat ad *vico boreo*, dividere ad *ſeptem triones*. Mihi certum eſt hic ex Ovidio aliquid productum eſſe ab Fabio; nam in illa voce *obidis*, ut eſt in Voſſ. & quam MSS. Alm. exhibet *obidius*, clare latet ille Poëta. In reliquis nihil expedio. BURMAN. Multas lectiones depravatiſſimas codd. Almelov. Voſſ. ſecund. & edition. Locatel. Ald. in hoc notatum loco præter morem noſtrum reliquimus, ut, ſi quis orbi literario Hercules tandem aliquando exoriatur, aut hæc lectionum monſtra domare, conterere, &c. aut hoc lutulentum Augiæ ſtabulum, immiſſo luculentiſſimæ eruditionis fluvio, poſſit expurgare. Interim una unius Turnebi (ex Adverſar. lib. XII. cap. 11.) conjectura tantopere nobis arriſit, ut eam ipſo in textu ponere non piguerit. Cæterum vel ex hoc notarum loco ſatis patet, illorum in Fabii Oratoriam Inſtitutionem commentariorum, qui Turnebi nomen præ ſe ferunt, ſcriptorem longe alium eſſe a vero Turnebo, qui tam utiles *Adverſariorum* libros conſcripſit. CAPPER.

190. *Dure. . . . jungere vetamur.*] Alludit, opinor, Fabius ad illud quod antea ſcripſit l. 1. c. 5. *Ex præpoſitione & duobus vocabulis dure videtur ſtruxiſſe Pacuvius*, Nerei repandi roſtrum, incurvi cervicum pecus: *junguntur autem aut ex duobus.* CAPP.

191. *Septentriones.*] *Teriones* lingua antiqua dicuntur boves, a terendo. Hinc ſeptem ſtellæ, quæ ſunt in plauſtro, quia videntur eſſe boves, *ſeptentriones* appellantur: quæ compoſitio dura eſt, ſed tamen invaluit. Quare inde colligit nos non debere in compoſitione tam ſuperſtitioſos eſſe. TURNEB.

192. *Quæ non habentibus nomen ſuum, accommodat, &c.*] Pleriſque in editionibus, ut in Stephan. Lugduno-Batav. Rollin. perperam ſic interpunctum erat: *Quæ non habentibus nomen ſuum accommodat.* Vaſcolanæam interpunctionem eo libentius ſecuti ſumus, quod ex ea ſenſus optimus eliciatur hoc modo: *non habentibus nomen ſuum*, id eſt, ſibi proprium, ſeu quod ſibi proprie conveniat, *accommodat* aliud, *quod in proximo eſt.* Atque hæc quidem explicatio ſatis firmatur ex conſequentibus, ubi ſic habet Fabius: *Poëtæ ſolent* abuſive *etiam in his rebus, quibus nomina ſua ſunt, vicinis potius uti.* CAPPER.

193. *Leo pariet.*] Suſpicari oportet ſumptum eſſe exemplum a vetuſto quodam Tragico, cujus tempore in uſu non erat *Leæna.* Igitur ille *leonem* pro *leæna* dixit *abuſive*: quocirca alter ſubjecit *leonem* marem eſſe, non feminam. TURNEB. *Et pater eſt*; Leid. & Gibſon. *Catachreſis* vero non eſt in voce *leo*; ſed in *pariet*, quod verbum proprie de matre dicitur, cum generet pater. Non ergo hic *leo*, pro *leæna* (de qua ſupra vide ad lib. 1. cap. 6.) ſed *pariet* pro *generabit* ponitur. Et ita non apud Hebræos & Græcos modo, ſed & Latinos fieri ſolere, docuit Druſius Quæſt. Hebraic. lib. III. cap. 31. legendum ergo, *& jam leo pariet*; (quæ ſunt verba Tragici:) *at pater eſt*: quæ Quinctiliani ſunt objicientis. BURMAN. Sic apud Ciceronem II. Tuſculan. *Una vecors Oenei partu edita* (Dejanira) & apud Homerum Iliad. B. 741. Z. 434.

——— ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς.
Quem mortis expers peperit Juppiter.

Quæ quidem verus Turnebus attulit lib. II. Adverſar. cap. 8. ut Tullianum & Fabianum locum explicaret. Unde probari etiam poteſt ab eo ſcripta non fuiſſe, quæ ſub ejus nomine circumferuntur in Quinctilianum commentaria, in quibus eadem hæc verba longe aliter exponuntur. Cæterum ad pleniorem Quinctilianæi loci explicationem hæc adde Nonii Marcelli: *Parere etiam viros dici poſſe, Cæcilius auctor eſt*: Chalciſſat hic vicinus ſe eas peperiſſe vobis. *Dictum id prudenter & natum ab Homero, Iliad. Z.*

Αὐτὰρ Γλαῦκος ἔτικτεν ἀμύμονα Βελλεροφόντην.
Glaucus vero peperit inculpatum Bellerophontem.

ubi *chalciſſare* videtur dixiſſe pro *hariolari*, & ad Chalcantem illum vatem alluſiſſe. CAPPER.

194. *Mille ſunt hæc & Acet.*] *Sunt mille ſicut hæc: Acet*; edit. Obrecht.

195. *Acetabula.*] Ab acceptando dicuntur, proprie au-

quidquid habet; & [196] *pyxides*, cujuſcumque materiæ ſunt; & [197] *parricida*, matris quoque aut fratris interfector. [198] Diſcernendumque eſt hoc totum a *tranſlatione* genus; quod *abuſio* eſt, ubi nomen defuit; *tranſlatio*, ubi aliud fuit. Nam poëtæ ſolent *abuſive* etiam in his rebus, quibus nomina ſua ſunt, vicinis potius uti: quod rarum [199] in proſa eſt. [200] Illa quoque quidam *καταχρήσεις* eſſe volunt, [201] cum pro temeritate *virtus*, aut pro luxuria *liberalitas* dicitur. A quibus hæc quidem diſſonantia ſunt; quod in his non verbum pro verbo ponitur, ſed res pro re. Neque enim putat quiſquam luxuriam & liberalitatem idem ſignificare: verum id, quod fit, alius luxuriam eſſe dicit, alius liberalitatem: quamvis neutri dubium ſit, hæc eſſe diverſa. Supereſt ex his, quæ aliter ſignificant, [202] *μετάληψις*, id eſt *tranſſumptio*, quæ ex alio in aliud velut viam præſtat: [203] *tropus* & rariſſimus, & maxime improprius, Græcis tamen

tem cancris adſcribuntur: ſed quidquid aliquid tenet, hoc nomine appellari poteſt. REGIUS. *Acetabulum* proprie vaſculum eſt, in quo ponitur acetum, Græci *oxybaphon* vocant: per *abuſionem* tamen ſignificat quodcumque vaſculum, & quamcumque cavitatem, quæ aliquid continet. Hinc *acetabula* dicuntur in polypo, & in utero feminarum cotyledones. TURNEB. *Acceptabula*; Vallæ lib. Ald. Baſil. Obrech. rectius Turnebus legit & explicat: niſi quod mallem: *mille ſunt hæc, ut Acetabula, quidquid habent.* Gallæo etiam *habent* placebat.

196. *Pyſſides.*] *Pyxides* ſcribendum a *pyxo*, quam Latini *buxum* appellamus: ſunt autem *pyxides*, vaſcula ex pyxo confecta: ſed ex alia quoque materia conficiuntur. REGIUS. Nam dicuntur proprie a *buxo*, Græci appellant πύξον: ſed *tranſlatio* fit etiam per ſimilitudinem, ubi non ſunt nomina. TURNEB. Ita *pyxis aurea*, Petron cap. XXIX. ubi vide interpretes. Et *buxides* etiam in antiquis codicibus ſe reperiſſe teſtatur Cujacius ad Pauli ſentent. lib. III. tit. 6.

197. *Parricida.*] *Patricida*; Voſſ. ſec.

198. *Diſcernendumque hoc totum tranſlationis genus, quod abuſio nomen defuit; tranſlatio ubi aliud defuit.*] Sic quidem legitur hic locus, ſed non ſine flagitiis, quantum ego ſentio; neque enim, quam ſignet Fabius differentiam inter *abuſionem* & *tranſlationem*, percipere ex his verbis poſſumus, niſi corrigantur: loco autem *tranſlationis*, *a tranſlatione* mihi legendum videtur, ac *de* præpoſitio, ex ultimo verbo expungenda hoc modo: *Diſcernendumque hoc totum a tranſlatione genus, quod abuſio eſt, ubi nomen defuit; tranſlatio ubi aliud fuit.* REGIUS. *Diſcernendumque e. h. t. tranſlationis genus, q. a. e. ubi nomen defuit, t. u. a. defuit*; Locat. *diſcernendumque eſt totum a tranſlatione iſtud genus, q. a. e. ubi nomen nullum fuit, tranſlatio ubi aliud fuit*; Obrecht. Franciſcus vero Luiſinus parerg. lib. II. cap. 2. vulgatam lectionem, *diſcernendumque hoc totum tranſlationis genus* defendit, quia *abuſio tranſlationi* ſubjicitur: quem vide. BURMAN. Raphaëlis Regii emendationem & lectionem ſecuti ſunt Vaſcoſ. Stephan. Lugduno-Batav. Editor. Rollin. & Burman. quibus lubens acceſſi. CAPPER.

199. *In proſa.*] *Prorſa*; V. C. Alm. ita etiam paulo ante, & alibi.

200. *Illa quoque.*] Antea Fabius (lib. III. cap. 7.) appellavit hanc figuram *nominum derivationem*, quæ *catachreſis* non eſt; eſt enim *catachreſis* in verbo, hæc autem in re. TURNEB. *Illas quoque*, Francius corrigebat.

201. *Cum pro temeritate virtus.*] Hoc eſt, fortitudo, ἡ ἀνδρεία. Nam τὸ *virtus* proprie fortitudinem, viro propriam ſignificat. Et ſane τὸ *virtus* a viro derivatur, ut ἀνδρεία Græcis ab ἀνήρ, ἀνδρός. Virtutis nomen eodem ſenſu adhibuit Plinius Hiſtor. Natur. lib VII. num 31. de Thucydide Hiſtorico & Athenienſis exercitus imperatore: *Eloquentiam* (inquit) *mirati, cujus virtutem damnaverunt*; hoc eſt, fortitudinem in bello; ut recte interpretatur eruditiſſimus Harduinus. CAPPER.

202. *Metalepſis, i. e. t. quæ ex alio tropo in aliud, &c.*] Hic locus manifeſte quidem cognoſcitur eſſe depravatus: ſed quo modo ſit corrigendus, non ita apparet. Eſt autem *metalepſis* per *tranſlationem* dictionum, proprietatis dilatio, vel dictio gradatim a nomine ad propriam ſignificationem deſcendens; ut Virgilius, *ſpeluncis abdidit atris*; ex *atris* enim nigræ intelliguntur, ex *nigris* tenebras habentes, ac per hoc in præceps profundæ. REGIUS. *Ex alio tropo in aliud v. v. p.* Voſſ. ſec. Locat. & Vallæ lib. Cæterum in Raphaëlis Regii nota, pro τῷ *tranſlationem*, legendum eſt *tranſſumptionem*; & pro τοῖς *a nomine* legere oportet *homonymia*, ut ſatis patebit ex Diomedis Grammatici loco mox afferendo, quem reſpiciebat Regius. CAPPER.

203. *Tropus rariſſimus & maxime improprius.*] *Præſtat: & rariſſimus & maxime improprius*; Locat. *tropus & rariſſimus etiam improprii uſus*; Ald. Quando quidem paulo difficilior intellectu videtur hic *tropus*, operæ pretium eſt, quæ de eo ſcripſerunt Philologi veteres, huc tranſcribere. Soſipater Chariſius in veterib. Grammatic. pag. 244. ſic habet: Metalepſis *eſt dictio per gradus* homonymiæ *ad propriam ſignificationem deſcendens*; *ut*, *ſpeluncis abdidit atris*, [Virgil. Æneid. I. verſ. 64.] *ab atris enim nigra intelliguntur, ut ex nigris tenebras habentes, & ex hoc in præceps profunda.* Diomedes ibid. pag. 451. Metalepſis *eſt per tranſſumptionem dictionum proprietatis dilatio, vel dictio gradatim* homonymiæ *ad propriam ſignificationem deſcendens*; *ut*, *ſpeluncis abdidit atris*, &c. Donatus ibid. pag. 1775. Metalepſis *eſt dictio gradatim pergens ad id quod oſtendit*; *ut*:

Sed Pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris.

[I. Æneid. 64.]

Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas.

[Eclog I. verſ. 70.

Servius ad hunc eumdem verſum: *Gradatim*, inquit, *dictum ex* tropo Metalepſi, *ut per* ariſtas *meſſes*, *per* meſſes *æſtates*, *per* æſtates *annos numeret.* Euſtathius Theſſalonicenſ. ad verſum 189. Iliad. A.

Στήθεσσιν λασίοισι διάνδιχα μερμήριξεν,

ait τὸ λάσιον ſignificari φρόνιμον, *prudens*, idque per dictionis *Metalepſin*: quia τὸ λάσιον eſt πυκνὸν, ſeu πυκνός. Atqui τῷ πυκνὸς ſæpe ſignificatur σοφὸν, φρόνιμον: ergo & τὸ λάσιον eſt *prudens*. Idem ibidem docet τῷ γλήνη ſignificari *metalepſice* puellam, παρθένον, in illo:

Ἔρρε κακὴ γλήνη, *pereas mala puella.*

quia ἡ γλήνη, eſt κόρη: atqui ἡ κόρη deſignat aliquando παρθένον, puellam: ergo etiam ἡ γλήνη, eſt *puella*. Plutarchus in opuſculo de ratione audiendorum Poëtarum ad illud Heſiodi in ἔργ. verſ. 643.

Νῆ᾽ ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλῃ δ᾽ ἐνὶ φορτία θέσθαι,

Navem exiguam laudare, in magna autem onera ponere;

hæc annotat: Τῷ μὲν γὰρ αἰνεῖν σημαίνεται τὸ ἐπαινεῖν, αὐτὸ δὲ τὸ ἐπαινεῖν ἀντὶ τοῦ παραιτεῖσθαι νῦν κέχρηται, καθάπερ ἐν τῇ συνηθείᾳ καλῶς φαμὲν ἔχειν καὶ χαίρειν κελεύομεν, ὅπου μὴ δεόμεθα· οὕτω δὲ καὶ ἐπαινὴν Περσεφόνειαν ἔνιοί φασιν, ὡς παραιτητὴν εἰρῆσθαι; id eſt: *Hoc verbo* αἰνεῖν *Heſiodus* ἐπαινεῖν *laudare ſignificat, &* τῷ laudare *loco* τοῦ deprecari, reſpuere, *uſus eſt*; *ſicut in conſueto & vulgari ſermone dicimus* recte habere & valere *jubemus, cum aliqua re non indigemus. Sic etiam Proſerpinam quidam dicunt* ἐπαινὴν *fuiſſe appellatam, quaſi* deprecandam & reſpuendam. Idem Plutarchus vel alius auctor libelli de Homerica Poeſi: Ἕτερος τρόπος ἐστὶν ἡ καλουμένη μετάληψις κατὰ συνωνυμίαν σημαίνουσα, πρᾶγμα διάφορον, οἷον, Ἔνθεν δ᾽ αὖ νήσοισιν ἐπιπροέηκε θοῇσι· βούλεται γὰρ σημῆναι τὰς κυρίως ὀξείας λεγομένας νήσους, ἐπεὶ συνώνυμον τὸ θοὸν τῷ ὀξεῖ· ὀξὺ δὲ οὐ μόνον τὸ κατὰ κίνησιν ταχύ ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ σχῆμα προηγμένον εἰς λεπτότητα· τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ, Ἐγὼ δ᾽ ἐθόωσα παρασχών [Odyſſ. I. verſ. 327.] Hoc eſt: *Alter* tropus *eſt, quæ* Metalepſis *vocatur, ſynonimiæ operem diverſam ſignificans*; *ut*, Inde inſulis appropinquavit θοῇσι: *qua dictione ſignificare vult inſulas proprie dictas* acutas; *quoniam τὸ θοὸν eſt ſynonymum* τοῦ ὀξύ: *atqui τὸ ὀξὺ non ſolum eſt* velox *habita ratione motus, ſed etiam id quod ſecundum figuram in tenuitatem & acumen producitur: hujuſquoque modi eſt illud:* Ego vero ἐθόωσα, id eſt, *acui*. Præter hanc, quæ maxime propria eſt, *Metalepſeos* notionem, altera eſt, per quam ex conſequentibus intelliguntur antecedentia, & vice verſa: unde ad *Metonymiam* conſequentis merito revocari poſſet. De illa ſic ſcribit Donatus in Terent. Andr. Act. III. Scen. 2. dicas *pro* credas; *non enim dicimus niſi quod credimus, ab eo quod ſequitur, id quod præcedit. Figura*, Metalepſis, *e poſterioribus ad priora.* Et ibid. ad illud Scen. 3. jubeo Chremetem: *firme aliquid jubere, velle eſt. Jubeo: ergo volo; & deeſt* ſalvere.... & μεταληπτικῶς, *quia, qui dicis* ſalve, *jubes.* Tertia etiam eſt *Metalepſeos* notio apud

[204] frequentior, qui [205] *Centaurum* Chirona; & [206] νήσους θοὰς, [207] ὀξείας dicunt. Nos quis ferat, ſi [208] Verrem, *ſuem*; aut [209] Lælium, *doctum* nominemus? Eſt enim hæc in *Metalepſi* natura, ut inter id, quod transfertur, ſit medius quidam gradus, nihil ipſe ſignificans, ſed præbens tranſitum: quem *tropum* magis affectamus, ut habere videamur, [210] quam ut ullo in loco deſideremus. [211] Nam ejus frequentiſſimum exemplum eſt, [212] *cano, canto, dico: ita cano, dico.* [213] Item eſt medium illud *cano*. Nec diu-

Heraclidem Ponticum libro de Homericis allegoriis, ubi ait ab Homero per Ἥφαιστον, *Vulcanum*, intelligi πῦρ, ignem, μεταληπτικῶς, *per Metalepſin*: ſed ibi *Metalepſis* latiori ſenſu pro *Metonymia* cauſſæ inventricis uſurpatur. Quartum quoque *Metalepſeos* genus eſſe videtur in exemplis quibuſdam a Fabio mox aſſerendis; nam ubi ὁ Chiron per *Metalepſin* dicitur *centaurus*, ὁ Verres autem *ſus*, & ὁ Lælius *doctus*, ſpecies eſt *ſynecdoches*, qua commune pro proprio uſurpatur: qua ratione *Orator* Demoſthenem, vel Ciceronem; Poëta Homerum, vel Virgilium ſignificat. Quintum *Metalepſeos* genus indicat Dionyſius Halicarnaſſ. tom. 2. pag. 151. edit. Wechel. ubi *Metalepſin* Poëticam vocat, quando συγγενὴς & ἑταῖρος dicimus, pro τῆς συγγενείας & ἑταίρου: tunc autem *abſtractum* pro *concreto* ſumi ætatis noſtræ Logici dicerent. Sextam hujus vocis exhibet ſignificationem Origenes, ubi μεταληπτικῶς εἶναι ait pro τῷ allegorico myſticoque ſenſu eſſe interpretandum. Locus eſt in libello de Oratione pag. 69. med. edit. Oxon. 1686. Τὰς, inquit, λέξεις τὰς νομιζομένας τοῖς ἁπλουστέροις ἐν τόπῳ φάσκειν εἶναι θεὸν, μεταληπτικῶς ἐκληπτέον ταῖς μεγάλαις ἢ πνευματικαῖς ἐννοίαις περὶ θεοῦ; id eſt: *Locutiones illæ, quæ ſimplicioribus videntur affirmare de Deo, quod in loco ſit, per quamdam* Metalepſin *intelligendæ ſunt eo ſenſu, qui ſublimibus ac ſpiritalibus de Deo notionibus congruat*. Septimam ſignificationem, qua ἡ μετάληψις quemdam quæſtionis oratoriæ *ſtatum*, qui vulgo *tranſlatitius* apud Rhetoras appellatur, hic omittemus; quia *Metalepſin* illam ſæpius & maxime ad lib. III. cap. 6. explicuimus. Nec in octava ſignificatione declaranda immorabimur, ſecundum quam ἡ Μετάληψις, eſt ſacra communio & Euchariſtici myſterii participatio. Vide Suiceri Theſaur. Eccleſiaſtic. & Cangii Gloſſar. Græc. Hæc autem paulo fuſius annotare placuit, eo quod ad Fabii cæterorumque ſcriptorum, qui de *Metalepſi* egerunt, ſententiam illuſtrandam aliquid afferre poſſe utilitatis viderentur. CAPPER.

204. *Frequentior, qui ſcient aurum, qui haronem hoc cona inſulæ νήσους &c.*] Ne hic quidem locus literarum Græcarum imperitia incorruptus potuit conſervari. Quin ita eſt corruptus, ut verba ipſa jam neque Græca neque Latina videantur. Fortaſſis autem ſic emendaretur, ſi pro illis, *ſcient aurum*, legeremus *Centaurum*; & pro illis, qui *horonem cona*, ſcribamus *Chirona*, hoc modo: *qui centaurum Chirona*: loco vero illius *inſulæ*, & copula videtur reponenda, quæ copulet alterum exemplum, quod ſic poteſt explicari; θοὰς namque νήσους, id eſt, veloces inſulas Homerus appellat, quia θοὸς & acutum & velox ſignificat. Inſulas autem ὀξείας nomine a figura appellatas, per *Metalepſin* θοὰς vocavit, in illo verſu (Odyſ. O. 298.)

Ἔνθεν δ' αὖ νήσοισιν ἐπιπροέηκε θοῇσιν.

hoc eſt: *Inde ad inſulas pervenit acutas*. REGIUS. Hic locus depravatus erat, ſed ita ex conjectura repoſitus eſt a Raphaële: quam bene, viderit. *Metalepſis* erit, ſi Chiron *Centaurus* appelletur, propterea quod ſit peritus equeſtris diſciplinæ. TURNEB. Synonyma ſunt quidem θοὸς & ὀξύς: ſed ὀξὺ dicitur, quod non ſolum mobilitate quadam velox eſt, ſed etiam in ſpeciem & longitudinem & tenuitatem productum. SICHARD. Illuſtravit & illas νήσους ὀξείας Victorius lib. VII. Var. Lect. cap. 3. quænam autem ſit *Metalepſis*, ſi *Centaurum* Chirona dicant, non video. Nullus vero dubito, quin in illa voce *hoc cona* * lateat alia appellatio, quæ conſtituat *Metalepſin*. Quærant acutiores. BURMAN.

205. *Centaurum Chirona.*] Reſpicit Quinctilianus ad multa Pindari loca, in quibus ὁ Chiron nomine Centauri deſignatur: ſic Pythionic. Od. 3. Chironem vocat Μάγνητα Κένταυρον, immo & φῆρα. Pythionic. Od. 6. nominat Κενταύρου κόρος, *Centauri*, hoc eſt, Chironis *filius*. Pythionic. Od. 9. Chironem appellat Κένταυρον ζαμενῆ; & Nemeonic. Od. 3. Κρονίδας Κένταυρος. Verum, ut dicam quod ſentio, hoc quidem in exemplo non videtur eſſe *Metalepſis* proprie dicta, ſed potius quoddam *ſynecdoches* genus, quo commune pro proprio uſurpatur. ut *Orator* pro Demoſthene vel Tullio: quod de duobus etiam ſequentibus exemplis e Verre ac Lælio petitis dictum velim. CAPPER.

206. *Νήσους θοὰς, ὀξείας.*] Hic veram & proprie dictam agnoſco *Metalepſin*; nam facile deprehenditur medius ille gradus, qui ex alio in aliud viam præſtat & tranſitum præbet. Et ſane τῷ θοὰς intelligitur τὸ ταχείας: atqui τῷ ταχείας intelligi poteſt τὸ ὀξείας: ergo τῷ θοὰς intelligere poſſumus τὸ ὀξείας: adeo ut τὸ ταχείας medium ſit inter τὸ θοὰς & τὸ ὀξείας vocabulum. Supereſt, ut oſtendam τῷ ταχείας ſignificari τὸ ὀξείας, & vice verſa. Hoc autem effecero, ſi quanta ſit inter τὸ ταχὺ & τὸ ὀξὺ affinitas & cognatio, pluribus exemplis demonſtrarim. 1.° qui manu celer & promptus eſt, dicitur promiſcue ὀξύχειρ, & ταχύχειρ; qui velociter ſcribit, ταχυγράφος ὀξυγράφος; qui ad iram ſubito provocatur, ὀξύθυμος, ὀξύχολος, & ταχύμηνις; qui celeriter movetur, ὀξυκίνητος, & ταχυκίνητος. Ὀξυτόκος eſt quod partum accelerat; ταχυτόκος autem, quæ celeriter parit; ὀξυβελὴς eſt ὁ ταχέως βάλλων; ὀξυκολοῦν eſt τὸ ταχέως ἀκούειν; ὀξυθυμεῖν & ὀξυθυμιοῦσθαι eſt τὸ ταχέως θυμοῦσθαι. 2.° ὀξυλαβὲς αἰτὸς apud Ariſtot. lib. IX. Hiſtor. Animal. cap. 34. eſt aquila velociter & avide captans; αἱ ὀξύῤῥοποι τῆς τύχης μεταβολαὶ, apud Alexandr. Aphrodiſienſ. lib. II. problem. ſunt celerrimæ mutationes fortunæ; ὀξύτης inter alia ſignificat diſcendi facilitatem & celeritatem, τὴν τῆς διανοίας ταχύτητα, τὴν εὐμάθειαν, τὴν ἀγχίνοιαν. Ariſtot. lib. II. Rhetoric. docet τὰς juvenum ἐπιθυμίας, cupiditates, eſſe ταχείας, quia ipſorum αἱ βουλήσεις, voluntates, ſunt ὀξεῖαι. 3.° apud Heſychium τὸ ὀξὺ exponitur per τὸ ταχὺ, ὀξέως per ταχέως, ὀξὺς per ταχύς; & contra apud Suidam diſerte legitur: ταχινὸς, ὁ ὀξὺς, ὁ ταχύς: unde patet aliquando ſynonyma eſſe τὸ ταχινὸν, τὸ ταχὺ, & τὸ ὀξύ. Cæterum Homerus non ſolus τὸ θοὸν, pro τὸ ὀξὺ adhibuit; nam apud Apollon. Rhod. lib. II. Argonautic. leguntur θοοὶ γόμφοι, id eſt, ὀξεῖς ἧλοι acuti clavi. CAPPER.

207. *Ὀξείας.*] Quia figura acuta aptior eſt ad velocitatem; magis enim findere poteſt aërem. TURNEB.

208. *Verrem, ſuem.*] Ut ſæpe Cicero, alludendo ad ejus nomen, fecit. Vide ſupr. lib. VI. cap. 3.

209. *Lælium doctum.*] Nullam *Metalepſin* in hoc exemplo facile quis agnoſcat; neque enim puto *Etymologiam* nominis *Lælii*, a doctrina eſſe deducendam; nam a λεῖος *levis*, *glaber*, quidam, neſcio an recte, derivant: ſed forte *Metalepſis* in eo ſita, quod Lælius cognomine *ſapiens* dictus ſit, ſive σοφὸς, & hæc vox ſæpe pro *docto* Græcis ponatur, ut ipſe Phædrus lib. IV. fab. 6. *Faclus periculo tum gubernator ſophus*: ubi vide notas. Ineptus ergo eſſet, qui, quia Græci σοφὸν pro docto ponunt, Lælium ſapientem vocaturet *doctum*. Quod ſi cui non placet, is meliorem rationem excogitet. BURMAN. De hoc Fabii exemplo, & de præcedenti vide quæ notavimus ad illa verba: *tropus rariſſimus*, &c. & ad illa: *Centaurum Chirona*. CAPPER.

210. *Quem ullo.*] *Quem* expungamus, &, loco ejus, ita exigente & ſenſu & Latinitate, *quam ut* reponamus. REGIUS. *Quam ullo in loco*: MSS. Alm. Voſſ. ſec. Ald. *quem ullo*: Locat. *deſideramus*: etiam V. C. Alm.

211. *Nam ejus.*] *Nam id ejus*: Voſſ. ſec. Obrecht.

212 *Cano, canto, dico.*] Hujus loci, ſi integer atque emendatus ſit, hunc ſenſum facit Camerar. in Problemat. de *Etymologiis* Decur. V. §. 8. pag. 161. tom. IV. Theſaur. Critic. *Cano* eſt *canto*, *canto* autem ponitur pro *dico*; ita *cano* eſt *dico*. BURMAN. τὸ *canto* pro τῷ *dico* interdum uſurpari patet vel ex illo Terentii: *Qui harum mores cantabat mihi*, hoc eſt, ſæpius dicebat, inculcabat: ſed Camerarii verba non optima fide Burmannus retulerat. Sic habet doctus in primis ille Philologus loco citato: *Hoc nimirum ille* [Quinctilianus] *ait, canere eſſe μεταληπτικῶς dicere*; cano *enim eſt* canto:

Namque canebat uti, &c, Virgil. Eclog. VI. verſ. 31.

Eſt & dico:

Ipſa canas oro, &c. Æneid. VI. verſ. 76.

Petit enim ut Sibylla pronunciet reſponſa, & non mandet literis perſcripta foliis. Ita cano *eſt* dico. CAPPER.

213. *Item eſt medium illud cano.*] Sic enim inſtitui poſſet altera hæc *Metalepſis*. *Cano, dico: ita canto, dico*. Cæterum in Obrechtina editione legitur, *intereſt medium illud canto*. Utrobique autem vera eſt & proprie dicta *Metalepſis*, ut

tius in eo morandum; [214] nihil enim uſus admodum video, niſi (ut dixi) [215] in mediis. [216] Cætera jam non ſignificandi gratia, [217] ſed ad ornandam modo, non augendam orationem aſſumuntur. Ornat enim ἐπίθετον, quod recte [218] diximus [219] *Appoſitum*: a nonnullis *ſequens* dicitur. Eo poëtæ & frequentius & liberius utuntur; [220] namque illis ſatis eſt [221] convenire verbo, cui apponitur; [222] & ita *dentes albi*, & [223] *humida vina* in his [224] non reprehenduntur. Apud oratorem, [225] niſi aliquid efficitur, redundat. Tum autem efficitur, ſi ſine illo, quod dicitur, minus eſt; qualia ſunt, *O ſcelus abominandum, ô deformem libidinem.* Exornatur autem res tota maxime *tranſlationibus*, [226] *Cupiditas effrenata*, &, [227] *Inſanæ ſubſtructiones.* [228] Et ſolet fieri aliis adjunctis *Epitheton* [229] *tropis*; ut apud Virgilium, [230] *Turpis egeſtas*, &, *Triſtis ſenectus.* Verumtamen [231] talis eſt ratio hujuſce virtutis, ut ſine *Appoſitis* nuda ſit & velut incompta oratio. [232] Ne oneretur tamen multis. [233] Nam fit longa & impedita, ut [234] in quæſtionibus eam judices ſimilem agmini totidem [235] lixas habenti, [236] quot milites quoque, in quo & numerus eſt duplex, nec duplum virium: quanquam non ſingula modo, ſed etiam plura verba [237] apponi ſolent; ut:

[238] *Conjugio* [239] *Anchiſa Veneris dignate ſuperbo.*

Sed hoc quoque modo duo verba, [240] uni *Appoſita*, ne verſum quidem decuerint. Sunt autem, quibus non videatur hic omnino *tropus*, [241] quia nihil vertat. [242] Neceſ-

conſtat ex iis, quæ hoc de *tropo* hactenus diſſeruimus. CAPPER.

214. *Niſi uſus admodum video, nihil ut dixi in comœdiis.*] Depravatus quidem eſt hic locus, ſed facile emendatur, ſi *niſi* ac *nihil* ſibi invicem cedant locis, ac *etiam* particula adſcribatur, & *mediis*, *co* ſyllaba expuncta, legatur; neque enim uſquam dixit Fabius hujus *tropi* uſum eſſe in comœdiis. Ut igitur cum exemplo ſuperius poſito conveniat, *mediis* mihi videtur legendum hoc modo: *Nihil enim uſus admodum video, niſi, ut dixi, in mediis.* REGIUS. *Niſi ut in mediis;* Ald.

215. *In mediis.*] Supple, vocabulis, quæ, ut Fabius mox dicebat, ex alio in aliud viam præſtant, tranſitum præbent. CAPPER.

216. *Cætera jam non.*] *Epitheta* commode uſurpata non ſolum ornant orationem, ſed eam interim augent: non tamen paſſim debet eſſe eorum uſus. Itaque Ariſtoteles frigida Alcidamantis *epitheta* reprehendit, quod illis uteretur, non ut condimentis, ſed ut cibis. TURNEBUS.

217. *Sed ad ornandum, non augendam.*] *Modo* mihi adſcribendum videtur, quanquam in exemplaribus non legatur, hoc modo: *ſed ad ornandum modo, non augendum orationem.* REGIUS. *Modo* non habent MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. *ornandum & augendum*; etiam Obrecht.

218. *Diximus.*] *Dicimus;* V. C. Alm. Locat. Ald. Steph. Colin. Gryph. Baſil. Vidov. Obrecht. *quod ratione dicimus;* Voſſ. ſec.

219. *Appoſitum.*] Nam τὸ ἐπιτίθεσθαι ſignificat apponi. Cicero in *Partitionib. orator.* vocat *adjuncta*, & *addita ad nomen.* CAPPER.

220. *Namque illi ſatis eſt.*] S. litera adſcripta legatur *illis*, ut ad Poëtas referatur. REGIUS. *Illi;* Locat.

221. *Convenire verbo.*] *Convenire id verbo;* V. C. Alm.

222. *Et ita dentes.*] *Et itaque;* Locat. Ald. Vidov. Baſil. *itaque &;* Steph. Obrecht. *itaque dentes;* Voſſ. ſec. *Dentes albi.*] Vide ſupr. cap. 11. hujus libri. *Dentibus albis deridere* dixit & Plautus in Epidico Act. III. ſcen. 3.

223. *Humida vina.*] Virg. III. Georg. 364. ubi vide Pierium.

224. *Non reprehenduntur.*] *Non reprehendimus;* Ven. Locat. Baſil. *reprehendemus;* Voſſ. ſec. Andr. Ald. Obrecht. Idem ſentire videtur Ariſtoteles 3. Rhetoric. cap. 3. Ἐν μὲν γὰρ ποιήσει πρέπει γάλα λευκὸν εἰπεῖν, ἐν δὲ λόγῳ τὰ μὲν ἀπρεπέστερα; id eſt: *Nam in Poëſi quidem* candidum lac di*cere decet; in oratione autem proſaica ſunt hæc indecentiora.* CAPPER.

225. *Niſi aliquid efficitur.*] *Efficit*, malebat Francius.

226. *Cupiditas effrenata.*] Cicer. I. Catil. 10. & alibi.

227. *Inſanæ ſubſtructiones.*] Cicer. pro Milon. cap. 20. & *inſanas ſubſtructionum moles*; idem cap. 31.

228. *Et ſolet fieri.*] *Epitheton* ſolum, ſi per ſe conſideres, vix *tropus* eſſe videbitur, quia nullam habet mutationem; ſed aliis *tropis* adjunctis, *tropus* efficitur. Itaque nonnunquam habet *metaphoram*, interdum *metonymiam*, nonnunquam *antonomaſiam*. TURNEB. Sic in τοῖς *turpis egeſtas* & *triſtis ſenectus* duæ ſunt *metonymiæ*. Nam egeſtas ideo turpis dicitur, quod turpes faciat vel cogat ad turpia; & ſenectus triſtis, quia triſtitiam parit: quæ *metonymia* eſt cauſſæ vel effectus. CAPPER.

229. *Tropus.*] *Tropis;* MSS. Colb. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Vaſcoſ. Steph. Lugdun. Batav. Rollin. & fere omnes: ſed Obrecht. *tropus.*

230. *Turpis egeſtas.*] Virg. VI. Æneid. 275. & 276.

231. *Talis eſt oratio.*] *O* vocali eraſa, *ratio* ut legatur, ab ipſa ſenſus expoſcitur integritate. REGIUS.

232. *Ne oneretur.*] *Oneretur* non habet V. C. Alm.

233. *Nam longa & impedita, &c.*] Hic quidem locus ita eſt in quibuſdam exemplaribus depravatus, ut ſenſus nequaquam percipi poſſit; ſic enim legitur: *Ne tamen multis ſint leta etiam impedita, ut in quæſtionibus eam jungas ſimilem agmini totidem lixas habenti, quia ſimiliter quoque & numerus eſt duplex, nec duplum virium.* Sed mihi ſatis eſt exemplar ſemel ſuſceptum pro viribus emendare, in quo quidem hic locus mendo vacare videtur. REGIUS. In Voſſ. ſec. etiam erat: *ne tamen multis leta & impedita, ut in quæſtione eam judices,* &c. & puto certe illud verbum *oneretur* inſertum a librario: legerem vero, *ne tamen multis ſit lenta & impedita*: ut ſit manifeſta comparatio cum agmine, quod præ multitudine lixarum & impedimentorum lente progreditur. BURMAN.

234. *In quæſtionibus.*] *In quæſtione;* Voſſ. ſec.

235. *Lixas.*] *Lixa* aqua antiquis dicebatur: unde *Lixæ*, qui exercitum ſequentes aquam ſuppeditant, aut lavant, aut coquunt. PHILAND. *Lixam* aquam notare verum non eſſe, notavit Voſſius in Etymolog. cum *lix* olim diceretur: meliores quoque originis ſententias tres quatuorve adducit, quarum tamen nulla certa eſt, ſed veroſimillima, quæ a *lixando* vel *elixando* deducitur; nam proprie fuiſſe, qui carnes elixas & aſſas militibus præbebant, certum eſt. Vide Valeſ. ad Ammian. Marcel. lib. XXVIII. 4. formatur vero hoc verbale, ut a *ſcribo*, ſcriba; ab *accolo*, *accola*, & ſimilia. BURMAN.

236. *Quot milites quoque in quo.*] *Quot milites: quoque & numerus;* Obrecht. *quot milites. in quo &;* Voſſ. ſec.

237. *Apponi ſolent.*] Ἐπιτίθεσθαι, τὴν τοῦ Ἐπιθέτου τάξιν ἔχειν, *epitheti* locum, ſive ordinem tenere. Cicero in *Partitionib.* dixit *adjuncta*, & *addita ad nomen.* Ariſtot. lib. III. Rhetoric. capp. 2. & 3. ἐπίθετον vocat omnem *antonomaſticam* aut *periphraſticam* vocabulorum appoſitionem; ut ὁ πατρὸς ἀμύντωρ, pro τῷ *Oreſtes*; ἡ τῶν Ἰσθμίων πανήγυρις, pro τῷ *Iſthmia*; οἱ τῶν πόλεων βασιλεῖς νόμιμοι, pro τῷ νόμοι, *leges.* CAPPER.

238. *Conjugio.*] Virg. Æneid. III. 475.

239. *Anchiſe.*] *Anchiſa;* V. C. Alm. Locat. Ald. & reliqui.

240. *Uni appoſita.*] Ἐπιθετικῶς, quæ rationem *epitheti* habeant, quæ totidem ſint *epitheta*, CAPPER.

241. *Quia nihil vertat.*] Quia τὸ *epithetum* nihil vertat, τρέπει, ſive immutet in vocabulorum ſignificatione. Atqui propriam *tropi* naturam conſtituit illa ſignificationis immutatio; cum *tropus* ita dicatur a verbo τρέπω, *verto*, *immuto.* CAPPER.

242. *Neceſſe eſt enim ſemper.*] *Enim* omittunt Voſſ. ſec. Locat. Ald.

ſe eſt enim ſemper, [243] ut id, quod eſt *appoſitum*, [244] ſi a proprio diviſeris, per ſe ſignificet, & faciat *Antonomaſiam.* Nam ſi dicas: *Ille, qui Carthaginem & Numantiam evertit, Antonomaſia* eſt: ſi adjeceris *Scipio, Appoſitum.* [245] Non poteſt ergo non eſſe junctum. [246] At ἀλληγορία, quam *Inverſionem* interpretamur, aliud verbis, aliud ſenſu oſtendit, [247] ac etiam [248] interim contrarium. [249] Prius, ut:

> [250] *O navis, referent in mare te novi*
> *Fluctus: ô quid agis? fortiter occupa*
> *Portum.*

[251] totuſque ille Horatii locus, quo navim pro republica, fluctuum tempeſtates pro bellis civilibus, portum pro pace atque concordia dicit. Tale [252] Lucretius:

> [253] *Avia Pieridum peragro loca.*

[254] & Virgilius:

> *Sed nos immenſum* [255] *ſpatiis confecimus æquor:*
> *Et jam tempus equûm* [256] *ſpumantia ſolvere colla.*

Sine *tranſlatione* vero in Bucolicis:

> [257] *Certe equidem audieram, qua ſe ſubducere colles*
> *Incipiunt, mollique jugum demittere clivo,*
> *Uſque ad aquam, & veteris* [258] *jam fracta cacumina fagi,*
> *Omnia carminibus veſtrum ſervaſſe Menalcam.*

Hoc enim loco [259] præter nomen cætera [260] propriis deciſa ſunt verbis: verum non

243. *Ut id quod eſt appoſitum*] *Cum id eſt appoſitum;* Ald. *cum idem appoſitum a proprio;* Voſſ. ſec. Jam notatum eſt τῷ τῷ *appoſiti* vocabulo *epithetum* deſignari. CAPPER.

244. *Si a proprio diviſeris*] Subauditur, *nomine.* Vide ſupra ubi de *tropo*, cui nomen *antonomaſia.* CAPPER.

245. *Non poteſt ergo eſſe junctum.*] Sic quidem legitur, quamvis nullus integer veruſque ſenſus eliciatur. Nam *epitheton* ſemper nomini oportet eſſe junctum. Quare iterum negatio mihi adſcribenda videtur, hoc modo: *Non poteſt ergo non eſſe junctum.* Non poteſt namque *appoſitum* non eſſe junctum nomini: alioqui non *appoſitum*, ſed *antonomaſia* erit. REGIUS. Non abeſt a MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Recte notavit Regius *epithetum* ſemper nomini [ſupple *proprio*] junctum eſſe oportere, ſi veram *epitheti* rationem habeat: alioqui mera eſſet *antonomaſia.* Hoc liquido ſequitur ex iis, quæ ſupra Fabius de *antonomaſia* diſſeruit, ubi vide quæ annotata ſunt. CAPPER

246. *Ad allegoria quam.*] Hæc *allegoriæ* definitio corrupte mihi legi videtur; nam *allegoria*, præpoſitione illa *ad* expuncta, ut nominandi ſit caſus, & integritas ſententiæ & ratio definiendi expoſcit: *ut* etiam conjunctio eſt eradenda, & *oſtendit*, non *oſtendat*, cum modo indicandi eſſe debeat, hoc modo: *Allegoria, quam inverſionem interpretamur, aliud verbis, aliud ſenſu oſtendit, ac etiam iterum contrarium.* Nam loco illius *aut* particulæ *ac* copula reponenda videtur. Prius vero, ut redundans ac ſupervacuum, fortaſſis eſt oblinendum. REGIUS. *Allegoriam* vertit *permutationem* Cornificius: eſt autem ea, *cum aliud verba dicunt; & alia colligitur ſententia.* Fab. *inverſionem* interpretatur: ejus etiam nomine complectitur *ironiam*, & omnes ejus ſpecies. TURNEB. *Ad allegoriam, q. i. i. ut aliud verbis, a. ſ. oſtendat, aut e. c. prius, ut o navis;* Locat. *allegoria eſt, q. i. i. ut aliud v. a ſ. oſtendant, ac etiam i. c. prius ut;* Ald. *allegoria, quam inverſionem interpretantur, ut aliud verbis, aliud,* &c. Voſſ. ſec.

247. *Ac etiam.*] *Aut eſt;* Voſſ. ſec.

248. *Interim contrarium.*] Quia Quinctilianus *ironiam* ut *allegoriæ* ſpeciem ponit: cui tamen adverſatur Voſſius Inſtit. Orat. lib. IV. pag. 195. ſed vereor ne de verbo potius, quam de re Fabio litem moverit. CAPPER.

249. *Prius ut.*] Illud *prius* non videtur, ut redundans, oblinendum: nam cum duo poſuerit *allegoriæ* membra, unum ubi aliud verbis, aliud ſenſu oſtendit, alterum ubi contrarium; prius eſt *o navis*, &c. poſterius in *ironia.* ASCENS.

250. *O navis.*] Eſt lib. I. od. 14. ſed Muretus jam oſtendit in notis, Quinctilianum aliud egiſſe, cum navis nomine Populum R. intelligeret; & deinceps Tanaq. Faber lib. I. Epiſt. 53. & ejus gener Dacierius & alii nullam hic *allegoriam* eſſe contenderunt: quorum rationes ad examen revocavit vir eruditiſſimus Joan. Maſſon in vita Horatii pag. 59. *referunt* vero Voſſ. ſec. & ita edidit Obrecht. quod & in quibuſdam Horatii editionibus exhibetur, & rectius, ut puto. BURMAN.

251. *Totuſque etiam ille.*] *Totuſque ille Horatii;* Voſſ. ſec. Locat. Ald. Colin. Steph. Roign. Obrecht.

252. *Lucretius.*] *Lucretii* volebat Francius.

253. *Via Pieridum.*] *Invia* legendum eſſe, facile ex quarto Lucretii (verſ. I.) patet REGIUS. *Allegorice* ſignificat Lucretius, ſe primum philoſophiam naturalem apud Latinos carmine perſcribere, quæ hactenus prioribus fuiſſet illibata. TURNEB. *Invia;* MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Andr. Locat. Colin. Vidov. Baſil. Obrecht.

254. *Et Virgilius.*] *Et Virgilii;* V. C. Alm. eſt ex II. Georg. 541.

255. *Spatiis.*] *Spatio;* Locat. Ald.

256. *Fumantia.*] *Spumantia;* MSS. Colb. Voſſ ſec. Locat. Ald. Vaſcoſ. Steph. Baſil. Colin. Gryph Vidov. Leid. Gibſ. Rollin. & ita in Virgilii codicibus lectum quoque fuiſſe apparet ex notis Pierii: apud Ovidium Val. Flacc. & alios quoque hæc verba permutata deprehendimus. BURMAN. Qui *fumantia* ediderat ex vulgatis Virgilii editionibus: ſed τὸ *ſpumantia*, quod erat in veteribus Fabii libris editis & in quibuſdam manuſcriptis, conſervavimus; quia 1°. Pierius in antiquis Virgilii codicibus ita legi teſtatur; 2°. quia τὸ *fumans* de equis Virgilius non uno in loco uſurpavit; ut

> *Seu ſpumantis equi foderet calcaribus armos.* Æneïd. VI. verſ. 881.
>
> &
>
> *Stat ſonipes, ac frena ferox ſpumantia mandit.* Æneïd. IV. verſ. 135. CAPPER.

257. *Certe equidem audieram.*] His carminibus ſignificat ruſticus, Virgilium ſua poëſi agros ſuos recepiſſe, quos in calamitate Mantuanorum Arrius occupaverat. TURNEB. Eſt ex Eclog. IX. verſ. 7.

258. *Jam fracta.*] *Confracta;* Voſſ. ſec. Locat. Ald. Gryph. Baſil. Vidov. & ita Pierius quoſdam apud Virgilium codices habere notavit. BURMAN.

259. *Præter nomen.*] Præter τὸ *Menalcam*, quod nomen eſt cujuſdam paſtoris proprium; nam alias jam notavimus τὸ *nomen* ſimpliciter & abſolute pro nomine proprio uſurpari. CAPPER.

260. *Propriis deciſa.*] Errare hoc in exemplo Fabium, neque allegoriam eſſe oſtendit Voſſ. Inſtit. Orat. lib. IV. cap. XI. § I. BURMAN. Errare hoc in exemplo Fabium non quidem oſtendit, ſed contendit Voſſius, idque ſubtilibus argutiolis potius, quam gravibus argumentis. Illas porro ut hic refellamus, non patitur inſtituti noſtri ratio. Nam Quinctilianum interpretari, non autem a frivolis omnium vitilitigatorum cavillationibus ubique defendere ſtudemus. Itaque vim verbi τοῦ *deciſa* explicare ſatius eſt, quam Voſſium refutare. *Deciſa ſunt*, hoc eſt, expreſſa, deſignata, ſignificata; idque per ſumptam a

paſtor Menalcas, ſed Virgilius eſt intelligendus. Habet uſum talis *Allegoriæ* frequenter [261] oratio, ſed raro [262] totius: plerumque [263] apertis permixta eſt. Tota apud Ciceronem [264] talis: *Hoc miror enim, querorque, quemquam hominem ita peſſumdare alterum verbis velle, ut etiam* [265] *navem perforet, in qua ipſe naviget.* Illud commixtum frequentiſſimum: [266] *Equidem cæteras tempeſtates & procellas in illis dumtaxat fluctibus concionum ſemper Miloni putavi eſſe ſubeundas.* Niſi adjeciſſet *dumtaxat fluctibus concionum*, eſſet *Allegoria*: nunc eam miſcuit. Quo in genere & [267] ſpecies ex arceſſitis verbis venit, & [268] intellectus ex propriis. Illud vero longe ſpecioſiſſimum genus orationis, in quo trium permixta eſt gratia, *ſimilitudinis, allegoriæ*, & *tranſlationis*: [269] *Quod fretum* [270] *quem Euripum, tot motus, tantas, tam varias* [271] *habere creditis* [272] *agitationes, commutationes, fluctus, quantas perturbationes, & quantos æſtus habet ratio comitiorum? Dies intermiſſus unus, aut nox interpoſita* [273] *ſæpe & perturbat omnia, & totam opinionem parva nonnunquam commutat aura rumoris.* [274] Nam id quoque in primis eſt cuſtodiendum, ut, quo ex genere cœperis *tranſlationis*, [275] hoc deſinas. [276] Multi enim, cum initium a tempeſtate ſumpſerunt, incendio aut ruina finiunt: quæ eſt inconſequentia rerum fœdiſſima. Cæterum *Allegoria* parvis quoque ingeniis, & quotidiano ſermoni frequentiſſime ſervit; nam illa in agendis *cauſſis* jam detrita, [277] *Pedem conferre*, &, *Jugulum petere*, &, [278] *Sanguinem mittere*, inde ſunt: nec offendunt tamen. Eſt enim [279] grata in eloquendo novitas, [280] & commutatio: & magis inopinata delectant. Ideoque jam in his amiſimus modum, & gratiam rei nimia [281] captatione conſumpſimus. [282] Eſt in exemplis *Allegoria*, ſi non prædicta ratione ponantur. [283] Nam ut *Dionyſium Corinthi eſſe*, quo Græci omnes utuntur; [284] ita plura ſimilia dici poſſunt. Hæc *Allegoria*, quæ eſt obſcurior, *Ænigma* dicitur: vitium meo quidem judicio (ſi quidem dicere dilucide, virtus) quo tamen & poëtæ utuntur:

ſculptoribus *metaphoram*, qui cum ſtatuam e marmore aliave materia volunt exprimere, ſuperfluas materiæ partes *decidunt*, reſecant, amputant, &c. CAPPER.

261. *Oratio.*] Supple, *proſaica.* CAPPER.

262. *Totius.*] Id eſt, puræ putæ ac totalis, ut ita loquar, *allegoriæ*. Raro contingit, ut proſaica oratio tota ſit in *allegoriis* poſita; hoc enim poeſeos eſt proprium. CAPPER.

263. *Apertis.*] Verbis, quæ proprio ac ſimplici, non *allegorico* atque *ænigmatico* ſenſu ſint uſurpata. CAPPER.

264 *Talis hoc.*] *Talis eſt. Hoc*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Steph. Roign. Obrecht.

265. *Navem perforet.*] *Navem perforare* eſt, tanto ſtudio velle alteri nocere, ut interim tibi ipſi etiam obſis. Ducta eſt *allegoria* ab æquali periculo navigantium & eorum qui ſunt in eadem navi. TURNEB.

266. *Equidem.*] Pro Milone cap. 2.

267. *Species.*] Orationis decor, vel ornatus. CAPPER.

268. *Intellectus.*] Senſus, vel ſignificatio. CAPPER.

269. *Quod fretum.*] Pro Muræn. cap. 17.

270. *Quem Euripum.*] Euripus appellatur mare anguſtum, quod ſæpius fluit & refluit: intelligitur tamen potiſſimum de Euboico Euripo, qui refluit ſepties. TURNEBUS.

271. *Habere creditis.*] *Putatis* apud Ciceronem legitur.

272. *Agitationes.*] *Agitationes fluctuum, quantas perturbationes*, in Ciceronis exemplaribus.

273. *Sæpe & perturbat.*] *Et* abeſt a Cicerone.

274. *Nam id quoque in primis eſt cuſtodiendum, ut tempeſtate.*] Qui verſus integer eſt hic prætermiſſus, in quibuſdam exemplaribus recte eſt adſcriptus, hoc modo: *cuſtodiendum, ut, quo ex genere cœperis tranſlationis, hoc deſinas. Multi enim, cum initium a tempeſtate*, &c. REGIUS. Hoc præceptum pertinet ad *metaphoram* & *allegoriam*: in his enim oportet continuare *tranſlationes*, & non ab una ad aliam tranſire: alioqui incidemus in κοινισμόν. TURNEB. Qui quidem τῷ κοινισμῷ novum quemdam ſenſum videtur attribuere; nam, teſte Quinctiliano lib VIII. cap. 3. *κοινισμὸς appellatur quædam mixta & varia ratione linguarum oratio, ut ſi Atticis Dorica, Ionica, Æolica etiam dicta confundas: cui ſimile vitium eſt apud nos, ſi quis ſublimia humilibus, vetera novis, poëtica vulgaribus miſceat*, &c. Cæterum vocem hanc κοινισμὸς in alio nullo ſcriptore lectam a me fuiſſe profiteor. CAPPER.

275. *Hoc deſinas.*] *In hoc* volebat Francius.

276. *Multi enim.*] *Multi aut*; V. C. Alm. *autem*; Voſſ. ſec. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht.

277. *Pedem conferre.*] *Pedem conferre* Cicero pro Cn. Planco. 19. pro recto certamine congredi, ſive litigare; nec tergiverſari, id eſt, venire ad caput & punctum litis deciſorium, ſive ad principale, ut dicitur. PHILAND.

278. *Sanguinem mittere inde ſit.*] *Sunt* mihi legendum videtur. *Pedem* autem *conferre* dicuntur oratores, cum argumenta adverſariorum confutare aggrediuntur; *jugulum petere*, cum valido aliquo argumento utuntur; *ſanguinem* vero *mittere*, cum adverſariorum argumenta ita ſolvunt, ut *cauſſa* ipſa ſtare non poſſit. REGIUS. *Sanguinem mittere* aliquoties uſus eſt Cicero in epiſt. ad Atticum: ſignificat autem debilitare maxime adverſarium, & ejus argumentationes ſolutionibus frangere. *Metaphora* ducta eſt a venæ inciſione, quæ debilitat. Eraſmus putat duci a militibus, quibus olim ignominiæ cauſſa ſanguis mittebatur. TURNEB.

279. *Grata in eloquendo novitas.*] Atque hoc eſt, quod Photius in Bibliotheca paſſim vocat καινοπρεπὲς & καινοπρέπειαν, quaſi dicas, decoram [locutionis] novitatem. CAPPER.

280. *Et commutatio.*] *Et mutatio*; Obrecht.

281. *Captatione.*] *Cooptatione*; Locat. Ald. *coaptatione*; Baſil. Gryph.

282. *Eſt in exemplis allegoria.*] Varie legitur hic ſenſus. Quidam enim *non* particulam abraſerunt, putantes eam parum ſenſui convenire. Sed ne ſic quidem illuſtratur ſenſus, quin potius magis obſcuratur. Neque enim ullam rationem prædixit Fabius, qua exemplis in *allegoria* uteremur. Ego vero unius literæ *o* adjectione hunc locum mihi correxiſſe videor, ut pro illo *ratione* legatur *oratione*, *in* tamen præpoſitione adſcripta, hoc modo: *ſi non prædicta in oratione ponantur*; nam exempla niſi prædicantur & exponantur, ut quæ per *allegoriam* dicuntur, non percipiuntur, quale eſt hoc, quod infertur, exemplum. REGIUS. Senſus eſt, exempla plerumque in *allegoriam* incidere, ſi ita conſtricta ponantur, ut ratio hiſtoriæ non exprimatur; ut, *Lacedæmonii Philippo reſponderunt bellum minitanti, Dionyſium eſſe Corinthi.* Quo ſignificabant fortunæ viciſſitudinem & mutationem. Dionyſius enim Siculorum tyrannus, regno expulſus, Corinthi muſicam & literas docuit. TURNEB. *Si non prædicta in oratione ponantur*; Ald. Baſil. *ſi prædicta ratione*; Voſſ. ſec. ſed Aſcenſius recte vulgatam defendit. BURMANNUS.

283. *Nam & Dionyſium.*] *Ut*, loco & copulæ, legendum eſſe, ex ea particula *ita* facile apparet. REGIUS. *Et* Locat. Vide Eraſmum in adagio, *Dionyſius Corinthi*, & ſuperiorem Turnebiani notam.

284. *Ita plura.*] *Ita plurima*; Voſſ. ſec.

[285] *Dic, quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,*
Tres pateat cœli ſpatium non amplius ulnas?

Et oratores nonnunquam; [286] ut Cœlius, [287] *quadrantariam Clytæmneſtram*, [288] *in triclinio choam*, [289] *in cubiculo nolam.* Namque & nunc quædam ſolvuntur, & tum erant notiora, cum dicerentur; [290] & *Ænigmata* ſunt tamen, nec ea, niſi quis interpretetur, intelligas. [291] In eo vero genere, quo contraria oſtenduntur, [292] *ironia* eſt, ([293] *illuſionem* vocant) [294] quæ aut pronuntiatione intelligitur, aut perſona, aut rei natura: nam ſi qua earum verbis diſſentit, apparet [295] diverſam eſſe orationi voluntatem: [296] quanquam in plurimis id *tropis* accidit, ut interſit, quid de quo dicatur; quia (quod dicitur alibi) verum eſt, [297] aut laudis ſimulatione [298] detrahere, [299] aut vituperationis * laudare, conceſſum eſſe; [300] quale eſt, quod *C. Verres, prætor urbanus, homo ſanctus & diligens,* [301] *ſubſortitionem ejus in eo codice non haberet.* [302] Et contra, *Oratores viſi ſumus, & populo impoſuimus.* [303] Aliquando cum riſu quodam contra-

285. *Dic, quibus, &c.*] Virgilius ſemel interrogatus dixit, hos verſus ſe poſuiſſe, ut Grammaticos torqueret. Interpretantur ænigma de puteo; tantum enim illic apparet cœli, quanta eſt putei latitudo. TURNEB. Eſt ex Ecloga III. 104.

286. *Ut Cœlius quadrantariam.*] Fr. Robortell. Miſcell. de Nomin. pag. 1404. Lamp. Crit. Part. I. Car. Sigonius pag. 257. Lamp. Crit. Part. II. & Joh. Brodæus Miſcell. lib. III. cap. 24. pag. 503. Cœlius Rhodigin. Antiq. Lect. lib. XVIII. cap. 16. PAREUS. *Cæcilius*; MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſec. Campan. Andr. Ald. Par. Vaſcoſ. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. BURMAN. Qui & errorem non emendavit Parei Sigonio tribuentis, quod eſt Robortelli pag. 1408. Theſaur. Critic. Gruter. tom. I. & huc Mureti [lib. XIX. variar. lect. cap. 2.] verba perperam adduxerat, quæ ad Quinctiliani lib. IX. cap. 3. manifeſte referuntur. Unde τὰ τοῦ Mureti hoc quidem ex loco reſecui. Cæterum, quamvis illa lectio *Cæcilius* aliquot MSS. & editis libris innitatur, *Cœlius* legendum eſſe oſtendit poſt Petrum Victorium Voſſius Inſtitut. Orator. lib. IV. pag. 209. ubi multa, quæ huc pertineant, legere poteris. CAPPER.

287. *Quadrantariam.*] Hæc ænigmata, quæ ne ſibi quidem Fabius ſatis nota eſſe ait, mihi ſane non percipiuntur: id quod ingenue cuidam inter diſputandum Paduæ reſpondi, cum mihi ea propoſuiſſet exponenda. REGIUS. *Quadrantem* Plinius modo *triuncem*, modo *quadrantem* appellat. Cicero *teruncium*, lib. III. de Fin. 14. erat autem denarii quadrageſima pars, valebatque denarium Turonenſem cum 40. ejuſdem parte. Juvenalis dixit *quadrante lavari*; & Cicero pro Cœlio. 26. *quadrantariam permutationem. Quadrantariam* ergo *Clytæmneſtram* fortaſſe de meretrice vili, quæ quadrante ductari poterat. PHILAND. Per Clytæmneſtram *quadrantariam* allegorice intelligitur mulier adultera; nam quadrans precium olim erat libidinis, quod meretrici dabatur. Unde ſoror Clodii *quadrans* eſt appellata, quod adoleſcens quidam in ejus loculos immiſiſſet *quadrantes*, id eſt, precium concubitus, ut ait Plutarch. TURNEB. Vide Andr. Alciat. *parerg.* lib. II. cap. 12. PAREUS. Vide Ramireſ. ad Martial. III. c. 30 ALMEL.

288. *In triclinio choam.*] Dicitur de homine bibaci & vinoſo, qui plenam *choam* ſemper habeat, & uno hauſtu ebibat: capit autem ſex cotylas. TURNEB. *Et in triclinio*; Vaſcoſ. Steph. Colin. Vidov. Baſil. Gryph. Obrecht.

289. *In cubiculo nolam.*] Dicitur de homine ſtrepero, loquaci, & futili, qui domi ſemper garriat, nec aliter ſonet, quam tintinnabulum: eſt autem *nola*, quam vulgo appellamus *campanam*. TURNEBUS. *Et in cubiculo nolam*; Vaſcoſ. Steph. Obrecht. Eadem fere de *choa* & *nola* habet Philand. ſed non per *choam* hic intelligi congium puto, qui Græcis χοεὺς & χοῦς dicitur, unde *choea* dicendum eſſet; ſed *choam* vocavit a χοὴ, quæ libationem, quæ fit vino & aliis humoribus, notat. Vide Schol. Euripid. ad Hecub. 523. & 529. & Stanl. ad Æſchyl. Choëph. 21. De *nola* vide Cœl. Rhod. lib. XIX. cap. II. & Junium in adagiis pag. 316. nondum tamen nos rectum ſenſum ænigmatis hujus percepiſſe puto; & an *nola* pro tintinnabulo jam eo tempore fuerit in uſu, neſcio. BURMAN. De hoc ænigmate vide ſis etiam quæ Voſſius lectu digna congeſſit Inſtit. Orator. lib. IV. pagg. 209. 210. ubi varias variorum opiniones recenſet, & fontes, e quibus ipſe hauſerit, indicat. CAPPER.

290. *Et ænigmata.*] *Et* non habent MSS. Alm. Voſſ. ſec. Steph.

291. *In eo vero genere, quo contraria oſtenduntur.*] Hæc Fabii verba referuntur ad illa, quæ paulo ſupra ſcripſit: ἀλληγορία ... *aliud verbis, aliud ſenſu oſtendit, ac etiam interim contrarium.* CAPPER.

292. *Ironia eſt.*] Vide Voſſium Inſtitut. Orator. lib. IV. cap. XI. §. I. ubi a Fabio diſſentit: qui tamen vereor ne in puram putam λογομαχίαν [verborum pugnam] incurrerit. CAPPER.

293. *Illuſionem vocant.*] Vide Ciceronem lib. III. *de Orat.* in figuris ſententiarum, ubi τὸ *illuſio* videtur eſſe Græcorum σαρκασμὸς, aut μυκτηρισμὸς, de quibus paulo poſt fiet mentio. CAPPER.

294. *Quæ aut pronuntiatione.*] *Quæ a pronunciatione*; Voſſ. ſecund.

295. *Diverſam orationi.*] Græciſmus eſt. Sic enim apud Ariſtot. lib. II. Oeconomic. ἀδελφοὶ ἑαυτῆς ἐχθροῦ. CAPPER.

296. *Quanquam id in plurimis.*] Significat *ironiam* multis modis fieri, ut per *ſarcaſmum*, *aſteiſmum*, *antiphraſin*; tamen, quod attinet ad perſonam, *ironiam* poſitam eſſe in laudis ſimulatione aut vituperationis: quanquam id in rebus etiam intelligi poteſt. TURNEB. *In quam plurimis*; Voſſ. ſec. *quanquam plurimis id tropis*; Obrecht.

297. *Et laudi.*] Mihi parum hæc verba ſic habentia percipiuntur. REGIUS. *Et laudi aut ſimulatione detrahere, aut vituperationis laudare conceſſum eſt*: Locat. Ald. & Voſſ. ſec. niſi quod *vituperatione* habet. *Et laudis aut ſimulatione d. a. vituperationis laudare conceſſum eſſe. Quod C. Verres*; V. C. Alm. *aut vituperationis laudare conceſſum eſt*; Vidov. *aut laudi ſimulatione detrahere, aut vituperationis laude, conceſſum eſſet*; Baſil. Vaſcoſ. Steph. Lugdun. Batav. Burmann. [niſi quod in Baſil. *conceſſum eſt.*) Qua quidem in lectione illud eſt incommodi, quod τὸ *laude* in poſteriore membro non congruat cum τῷ *diſſimulatione* in priori: tollit ergo τὸ τῆς phraſeos μονοειδὲς & σύμφωνον, nec ſolitum Quinctilianæi ſermonis candorem ſervat. Quapropter Almeloveniani codicis lectionem hoc quidem in loco eo lubentius amplexi ſumus, quod & optimum ſenſum efficeret, & aliunde Locatelli, Aldi, & Vidovæi editionibus inniteretur. CAPPER.

298. *Detrahere.*] Id eſt, alicujus famam oblocutionibus & maledictis minuere. Unde & τῷ *laudare*, quod eſt in poſteriore membro, directe opponitur: quod ſane Almeloveniani codicis lectionem a nobis adoptatam confirmat. Cæterum τὸ *laudis ſimulatione detrahere, aut vituperationis laudare*, eam *allegoriæ* vel *ironiæ* ſpeciem continet, quam Fabius *aſteiſmi* nomine mox vocabit. CAPPER.

299. *Aut vituperationis.*] Supple, *ſimulatione* ex præcedenti membro, idque per figuram, cui nomen ζεῦγμα vel ἀπὸ κοινοῦ. CAPPER.

300. *Quale eſt quod C. Verres.*] *Quale eſt quod Cicero. Verres*; Voſſ. ſec.

301. *Subſortitionem ejus eo die non haberet.*] *In eo non haberet*; Voſſ. ſec. *in eo dice*; Locat. Baſil. ſed ex Ciceronis Orat. pro Cluent. cap. 33. *ejus in eo codice non haberet*, legendum eſt.

302. *E contra.*] T litera adſcribatur, ut *& contra* legatur; *e contra* enim, ut jam ſæpius adnotavimus, Latine non dicitur. REGIUS.

303. *Aliquando cum riſu quodam contraria dicuntur.*] Quæ *allegoria* vel *ironiæ* ſpecies infra *ſarcaſmus* a Quinctiliano dicetur. CAPPER.

ria dicuntur iis, [304] quæ intelligi volunt; quemadmodum [305] in Clodium: *Integritas tua te purgavit, mihi crede, pudor eripuit, vita anteacta ſervavit.* [306] Præter hæc uſus eſt *Allegoriæ*, [307] ut triſtia dicamus melioribus verbis; [308] aut bonæ rei gratia quædam contrariis ſignificemus; [309] aliud * textu.... quæ & enumeravimus. [310] Hæc ſiquis [311] profecto ignorat, quibus Græci nominibus appellent, *σαρκασμὸν, ἀστεϊσμὸν, ἀντίφρασιν, παροιμίαν* dici ſciat. Sunt etiam, qui hæc non ſpecies *Allegoriæ*, ſed ipſa *tropos* dicunt: acri quidem ratione, quod illa obſcurior ſit, & in his omnibus aperte appareat, [312] quid velimus. [313] Cui accedit hoc quoque, quod genus, [314] cum dividitur in ſpecies, [315] nihil habeat proprium, [316] ut arboris ſpecies ſunt pinus, & olea, & cupreſſus, [317] & ipſius per ſe [318] nulla proprietas; [319] *Allegoria* vero habeat aliquid proprium: [320] quod quo modo fieri poteſt, niſi ipſa ſpecies eſt? Sed ad utendum nihil refert. Adjicitur [321] his *μυκτηρισμὸς*, [322] ſimulatus quidem, ſed non latens deri-

304. *Quem intelligi volunt.*] *Quem* expungendum eſt, ac *quæ*, loco ejus, reponendum, facile contenderim. REGIUS. *Quem*; Locat. *uſuque intelligi*; MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Andr. marg. Vidov.

305. *In Clodium.*] *Ad Clodium*; Voſſ. ſec.

306. *Præter hæc.*] Species eſt *allegoriæ σαρκασμὸς*, quam accipit pro *charientiſmo* Fabius, cum triſtia melioribus verbis enuntiamus, aut etiam fœditatem tegimus cum quodam riſu. Præterea eſt *σαρκασμὸς*, ingenua quædam urbanitas, quam ſignificavit Fabius, cum dixit, *aut bonæ rei gratia.* Adjicitur *ἀντίφρασις*, quæ per contrarium ſignificat: eſt & *parœmia, quæ habet proverbii vulgaris uſurpationem.* TURNEB. In hac Turnebiani annotatione duo ſaltem occurrunt, quæ improbem. 1.° enim ait *σαρκασμὸν* a Fabio accipi pro *charientiſmo*: ſed hæ *troporum* ſpecies aut, ſi quis malit, affectiones tam longo invicem diſtant intervallo, ut a nemine mentis compote altera pro altera ſumi poſſe videatur; idque patet ex definitionibus, quas veteres Grammat. Putſch. Diomedes pag. 458. & Donatus pag. 1778. attulerunt: eæ ſic habent: *σαρκασμὸς eſt plena odio atque hoſtilis irriſio; ut:*

En agros, en quam bello, Trojane, petiſti
Heſperiam. Æneid. XII. verſ. 359.

Χαριεντισμὸς eſt tropus, quo dura dictu gratius proferuntur, vel dictio per ea, quæ grata ſunt auribus, aliud ſignificans, ut cum interrogamus numquis nos quæſierit, & reſpondetur: bona ſalus *vel* fortuna: *quo intelligitur* neminem nos quæſiſſe. 2°. Statuit ille Turnebianus *ἀστεϊσμὸν* a Fabio ſignificari, cum dixit, *aut bonæ rei gratia.* Verum longe aliud innuit *Aſteiſmi* definitio a Diomede & Donato allata citatis locis. En ipſa tibi Grammaticorum verba. *Ἀστεϊσμὸς* tropus *multiplex numeroſæque virtutis; namque* aſteiſmus *putatur quicquid ſimplicitate ruſtica caret, & faceta ſatis urbanitate expolitur; ut apud Virgil.*

Qui Bavium non odit, amet tua carmina Mævi.
Eclog. III. verſ 90.

His præmiſſis illorum Fabii verborum *præter hæc* ſenſus eſt hujuſmodi; præter duas haſce ſpecies *allegoriæ* vel *ironiæ*, quas videlicet *aſteiſmi* & *ſarcaſmi* nominibus mox indicabit. CAPPER.

307. *Ut triſtiora dicamus melioribus verbis, aut bonæ rei gratia quædam contrariis ſignificemus.*] Atque hæc eſt tertia *ironiæ* vel *allegoriæ* ſpecies, quæ ſtatim *ἀντίφρασις* appellabitur, & *τὸν εὐφημισμὸν* etiam comprehendit. CAPPER.

308. *Aut bonæ rei gratia quædam.*] *Aut bonæ rei genera quædam. e. ſ. aliud textu quam mente innuamus*; Obrecht. turbat autem hic codex Alm. & corruptus certe locus eſt; nam, ut Obrechtus emendat, Fabium ſcripſiſſe non puto, nec vocem *textu* hic concoquere ſatis poſſum: *bonæ autem rei gratia*, pro *boni ominis cauſſa* forte dixit: quanquam & id durum. BURMAN.

309. *Aliud textu.....*] Id deeſſe aliquid, opinor, quo *τῆς παροιμίας*, proverbii, (cui quartum inter *allegoriæ* ſpecies locum jam dabit Fabius) natura explicaretur; nam ex Diomede pag. 458. veter. Grammat. Putſch. *in parœmia aliud ſignificatur, quam quod dicitur*: aliunde vero quoddam *παροιμίας* genus ad *allegoriam* ſupra retulerat Fabius lib. V. cap. 11. ubi ſic habet: *cui confine eſt παροιμίας genus illud, quod eſt velut fabella brevior, & per* allegoriam *accipitur.* Et ſane locum hunc prope deſperatum ſanare tentavit Obrechtus, legens *aliud textu, quam mente innuamus*: ſed præter quam quod non intelligo, quid ſit *τὸ mente innuere*, Obrechti emendatio viſa eſt audacior, quam ut eam ipſo in textu apponerem. Hic certe *τῶν* MSS. manus expectanda eſt, & imploranda. Igitur lacunam indicare ſatis habui, complere non auſus. Si quid tamen aſſequi conjectura poſſum, legendum mihi videtur: *aliud textu, aliud ſenſu, quæ & enumeravimus.* Eamdem enim de *allegoria* ſententiam paulo ſupra ſic expreſſerat Fabius: *ἀλληγορία..... aliud verbis, aliud ſenſu oſtendit.* Atqui apud Quinctilianum *τὸ textu* ſynonymum eſt *τῷ verbis.* CAPPER.

310. *Hæc ſi quis.*] Τὸ *hæc* refertur ad ſupra dictas omnes *ironiæ* illuſioniſve ſpecies, quibus contraria intelliguntur, non autem ad hæc tantum verba: *præter hæc uſus eſt* allegoriæ, *ut triſtia dicamus melioribus verbis, aut bonæ rei gratia quædam contrariis ſignificemus*, &c. quod quia non ſatis attenderat Turnebianus interpres, *charientiſmum* cum *ſarcaſmo* confudit, & *aſteiſmum* hac Fabii locutione *bonæ rei gratia* comprehendi perperam exiſtimavit. CAPPER.

311. *Profecto.*] *Profecto* non habet V. C. Alm.

312. *Quid velimus.*] *Quod*; Voſſ. ſec. Locat. Steph Roign. Gryph. Colin. Baſil. Vidov.

313. *Cui accedit.*] Tota generis proprietas eſt in ipſis omnibus ſpeciebus: at proprietas *allegoriæ* non eſt in *ſarcaſmo, aſteiſmo*, & cæteris: itaque *allegoria* non eſt genus, ſed dumtaxat ſpecies. TURNEBUS. *Accidit.*] *Accedit*, hoc eſt adjicitur, mihi legendum videtur. REGIUS. *Accidit*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat.

314. *Cum dividitur.*] *Cum dividatur*; Voſſ. ſec. Steph. *ſi dividatur*; Obrecht. *genus dividitur*; Locat.

315. *Nihil habet.*] *Habeat*; Steph.

316. *Ut arboris ſpecies ſunt pinus.*] *Ut arbor, pinus*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Obrecht. ſed ita ut non diſtinguatur *arbor, pinus*; ſed *arbor pinus, & olea* legatur. *Arboris ſpecies ſunt pinus, & olea & cupreſſus*; Vaſcoſ. Steph. Lugdun. Batav. Quam quidem lectionem cæteris longe putavimus anteponendam, utpote quæ commodiorem & ſubjectæ rei magis congruum ſenſum exhiberet. CAPP.

317. *Et ipſius.*] Arboris, quæ quoddam genus eſt, ſeu generis locum tenet. CAPPER.

318. *Nulla proprietas*] Supple, *ſpecifica*, ſive ſpeciei conveniens; nam *ἡ* arbor, quæ genus eſt, ſuam proprietatem *genericam*, ſeu generi congruentem, habere poteſt: ſed *ſpecificæ* proprietates e variis arborum ſpeciebus repetuntur. CAPPER.

319. *Allegoria vero habeat.*] *Habet*; Voſſ. ſec.

320. *Quoquo modo.*] Niſi *quod* legatur pro *quo*, rectus non percipietur ſenſus, hoc modo: *quod quo modo.* REGIUS. *Quoquo modo*; Voſſ. ſec.

321. *His myſteriis modus.*] Hic locus non librariorum incuria, ſed eorum temeritate, qui citra ullam opinionis ſuæ rationem omnia, quæ non percipiunt, ſibi invertere permittunt, mihi videtur eſſe depravatus: tametſi abſque menda ſic legi a pleriſque putetur; neque enim aut *modus*, aut *myſteria* quicquam huic ſenſui conveniunt. Quare *modus* cum *myſteriis* eradendus, ac, loco eorum, una dictio Græca, hoc eſt, *μυκτηρισμὸς*, mihi adſcribenda videtur; nam *μυκτηρισμὸς tropus* eſt *ſarcaſmo* ſimilis. Eſt enim cum quodam riſu & contractione narium ſubdola illuſio. REGIUS. *Myſteriis modus*; Voſſ. ſec Locat. Cæterum *τὸν μυκτηρισμὸν* memorat Soſipater Chariſius pag. 252. veterum Grammatic. Putſch. & *deriſum* quemdam interpretatur: ſed ad ſententiarum figuras refert, quas inter unam eſſe ait, quæ *τῷ μυκτηρισμῷ* fiat. CAPPER. *Μυκτηρισμός.*] *Mycteriſmus* eſt, quod Perſius *ſuſpendere naſo* dixit; nam *μυκτῆρες*, auctore Ammonio lib. de ſimil. & different. dictionum, dicuntur *αἱ τῶν ῥινῶν κοιλότητες, δι' ὧν ἔξεισι τὸ ὑγρὸν ἀπομυσσόμενον*, id eſt, *foramina per quæ exit mucus.* PHILAND. Johan. Brodæus Miſcellan lib. IV. cap 32. pag. 530. Lamp. Critic. Part. II. Lud. Creſollius Vacat. Autumn. lib. II. cap. 6. ſect. 3. pag. 203 PAREUS.

322. *Simulatus quidem.*] *Quidam*; Voſſ. ſec.

ſus

ſus. Pluribus autem verbis cum id, quod uno aut paucioribus certe dici poteſt, explicatur, [323] περίφρασιν, vocant, [324] *circuitum loquendi*, qui nonnunquam neceſſitatem habet, quoties dictu deformia operit; ut [325] Salluſtius, [326] *Ad requiſita naturæ.* Interim ornatum petit ſolum, qui eſt apud poëtas frequentiſſimus; ut:

> [327] *Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris*
> *Incipit, & dono divûm gratiſſima ſerpit.*

Et apud oratores non rarus, ſemper tamen adſtrictior. Quidquid enim ſignificari brevius poteſt, & cum ornatu latius oſtenditur, περίφρασις eſt: cui nomen Latine datum eſt, non ſane [328] orationis aptum virtuti, [329] *circumlocutio.* Verum hæc [330] ut, cum decorum habet, *Periphraſis*; ita, cum in vitium incidit, [331] περισσολογία, dicitur. [332] Obſtat enim quidquid non adjuvat. [333] *Hyperbaton* quoque, id eſt, *verbi tranſgreſſionem*, [334] quam frequenter [335] ratio compoſitionis & decor poſcit, non immerito inter virtutes habemus. Fit enim frequentiſſime aſpera & dura, & diſſoluta & hians oratio, ſi ad neceſſitatem ordinis ſui verba redigantur, &, [336] ut quodque oritur, ita proximis, etiamſi vinciri non poteſt, alligetur. [337] Differenda igitur quædam, & præſumenda, atque, ut in ſtructuris [338] lapidum impolitiorum, [339] loco, quo convenit, quidque ponendum. Non enim recidere ea, nec polire poſſumus, [340] quo coagmentata ſe magis jungant; ſed utendum his, qualia ſunt, [341] eligendæque ſedes. Nec aliud poteſt ſermonem facere numeroſum, quam opportuna ordinis mutatio; [342] neque alio, in ceris Platonis inventa ſunt quatuor illa verba, [343] quibus in illo pulcherrimo operum in Piræum ſe [344] deſcendiſſe ſignificat, plurimis modis ſcripta, quam [345] quod eum quoque maxime facere experiretur. Verum id, cum duobus

323. *Περίφρασιν vocant.*] Ariſtoteles lib. III. Rhetoric. cap. 5. nomina *periphraſtica* vocat περιέχοντα & τοῖς ἰδίοις, *propriis*, opponit. CAPPER.

324. *Circuitum loquendi.*] *Eloquendi quod nonnunquam*; Voſſ. ſec.

325. *Salluſtius.*] *Ut Salluſtius*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Vaſc. Steph. & omnes: omiſit *ut* Leidenſis & Oxon.

326. *Ad requiſita naturæ.*] Vide Carrion. ad Fragmenta Sall. pag. 488. ubi ex Flodegario hoc fragmentum plenius adfert: *Profectus quidam Ligus ad requiſita naturæ.* ALMELOV.

327. *Tempus erat.*] Virgil. II. Æneïd. 269.

328. *Orationis aptum.*] *Oratoris*; marg. Vidov.

329. *Circumlocutio.*] *Circuitio vel circumlocutio*; Obrecht.

330. *Ut, cum decorum habet.*] *Ut, cum decorem habet*; Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Vaſcoſ. Steph. Baſil. & reliqui. *Decorum*; Leid. & Oxon.

331. *Περισσολογία.*] Duo vitia ſunt finitima *periphraſi*; *macrologia*, id eſt, *ſermo longior*, quam oporteat; & *periſſologia*, id eſt, *ſuperfluus ſermo*; ut apud Virgil. *in faciem mutatus & ora Cupido*; nam poſterior dictio vacat. TURNEB.

332. *Obſtat enim quidquid.*] *Obſtat enim, inquit, quod non adjuvat*; V. C. Alm. Locat. *obſtat enim, quod non*; Vallæ lib. Voſſ. ſecund.

333. *Ὑπέρβατον quoque.*] *Hyperbaton* quoddam vitioſum eſt, de quo locutus eſt in cap. de perſpicuitate; quoddam vero laudatur ut virtus, cum orationem non reddit obſcuriorem, & tamen eam reddit numeroſiorem. Itaque pertinet ad genus orationis illud, quod dicitur *verſum* atque *mutatum* a Cicerone: fit autem *perverſione*, atque *trajectione*. TURNEB. *Hyperbaton* eſt *tropus* Quinctiliano, quia ex ipſius opinione *tropus* fit non in verbis ſolum, ſed in ſenſibus etiam & in verborum compoſitione, ſeu collocatione; ut patet ex iis, quæ paulo poſt hujus ipſius capitis initium diſſeruit. Cæterum hæc Turnebiani verba, *fit perverſione, atque trajectione*, clarius exponentur infra ad illud Fabii: *At cum decoris gratia diſtrahitur longius verbum.* CAPPER.

334. *Quoniam frequenter.*] Mendoſe quidem ſic legitur: emendatur autem, ſi *quoniam* conjunctio eradatur, ac, ejus loco, *quam* reponamus. REGIUS. *Quoniam*; Locat.

335. *Ratio comparationis.*] Dan. *compoſitionis.* Quam quidem lectionem alteri præſtare jam cenſuerat eruditus Rollinus, & ſubjecta res evidenter adſtruit. *Hyperbaton* enim, ſi recte adhibeatur, τῇ τῶν ὀνομάτων συνθέσει, ut loquitur Dionyſ. Halicarnaſſ. id eſt, verborum compoſitioni, ſive collocationi, multum inſervit. CAPPER.

336. *Ut quodque oritur.*] *Ut quoque*; Steph. & *quodque oritur*; Voſſ. ſec.

337. *Deferenda.*] *Differenda* legendum eſſe, facile eſt videre. REGIUS.

338. *Lapidum impolitior.*] Niſi *impolitiorum* legatur, ut ſit genitivus, in manifeſtiſſimum ſolœciſmum videbitur Fabius incidiſſe: *Impolitiorum* itaque, vel refragantibus exemplaribus, legendum eſſe contenderim. REGIUS. *Impolitior*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. *impolitiorum*; Vallæ lib.

339. *Loco, quo convenit quidque.*] *Loco quo convenit quiſque ponendus*; Vallæ lib. Voſſ. ſecund. *quo quiſque convenit*; Baſil. & probat Aſcenſius; quia *quidque lapidum* dici non recte putat; *loco quo conveniet quicque*; Obrecht.

340. *Quæ coagmentata.*] *Quo coagmentata*; V. C. Alm. Locat. Ald. Colin. & puto recte; reciduntur enim & poliuntur, ut poſſint coagmentata ſe magis jungere: *quo* vero pro *ut* poni obvium eſt.

341. *Eligendæque ſedes.*] *Eligendæque ſedes*; Obrecht.

342. *Neque alio, κατέβην, &c.*] Principium eſt librorum Platonis de Republica: *Deſcendi heri in Piræum cum Glaucone Ariſtonis filio*: ſed enim verba iſta varie in exemplaribus leguntur: quo quidem colligimus Platonem varie ordinem mutaſſe, ac variam lectionem in ἀντιγράφοις reliquiſſe, uſque adeo curioſus erat in ordinis mutatione. TURNEB. Κατέβην χθὲς εἰς Πειραιᾶ; Locat. Ald. & reliqui: ſed, ut gloſſema, hæc Græca delenda cenſet Gallæus. *Neque alio ceris Platonis*; V. C. Alm. *neque alio ceris Platonis*; Voſſ. ſec. Obrecht. *in ceris Platonis* etiam ex ſuo codice Muretus lib. XVIII. Var. Lect. 8. quem ſequitur & Menagius ad Laërt. lib. III. ſect. 37. *alio* autem poſitum pro *alio modo*, vel *alio fine*: de quo ſupra ad lib. II. 4. BURMAN. De variis modis, quibus Plato initium præclari de Republica operis conſcripſerit, lege Euphorionem & Panætium apud Diogenem Laërt. lib. III. §. 37. & Dionyſ. Halicarnaſſ [tom. 2. pag. 30. edition. Wechel.] quem ſæpius animadverti a Fabio ſic exſcriptum fuiſſe, ut quandoque verbum verbo expreſſerit. Videſis etiam Georgium Trapezuntinum lib. V. Rhetoric. pag. 68. Miror aliter viſum fuiſſe Demetrio illi, qui περὶ ἑρμηνείας, *de Elocutione*, opuſculum ſcripſit. Num. enim 21. hoc idem Platonis exordium tanquam ἀπλουστέρας καὶ ἀνειμένης, *ſimplicioris & negligentius conſcriptæ periodi* exemplum proponit. CAPPER.

343. *Quibus in illo.*] *Quibus illo*; Obrecht.

344. *Deſcendiſſe.*] *Se deſcendiſſe*; V. C. Alm. Obrecht. Muret. Suſpicari poſſet quis dicendum potius fuiſſe, *Socratem deſcendiſſe.* Neque enim Plato in Piræum deſcendit, ſed Socratem illuc deſcendiſſe ſcribit: ſic tamen Socratis perſonam induit ubique Plato, ut una utriuſque perſona eſſe videatur. CAPPER.

345. *Quod eum quoque.*] *Quam* particula eſt quidem adſcribenda hoc modo, *quam quod eum quoque*: ſed ne ſic quidem mihi integer ſenſus eſſe videtur. REGIUS. Hæc quoque non intelligo ſatis; ſi enim per *eum*, Platonem intelligas, non exprimitur, quid Plato magni fecerit: ſi vero aliter capies, non video, quo referas; nam nimis

verbis fit, *ἀναςροφὴ* dicitur, *reverſio* quædam; qualia ſunt vulgo, *Mecum*, *ſecum*: apud oratores & hiſtoricos, *Quibus de rebus.* [346] At cum decoris gratia * [347] diſtrahitur longius verbum, proprie *hyperbati* tenet nomen; ut: [348] *Animadverti, judices, omnem accuſatoris orationem in duas diviſam eſſe partes.* Nam *in duas partes diviſam eſſe*, rectum erat, ſed durum & incomptum. Poëtæ quidem etiam [349] verborum diviſionem faciunt, & tranſgreſſionem:

——— [350] *Hyperboreo ſeptem ſubjecta trioni:*

[351] quod oratio nequaquam [352] recipiet. [353] At id quidem eſt, propter quod, cum dicitur, [354] *tropus* fit; quia componendus eſt [355] e duobus intellectibus. [356] Alioqui, ubi nihil ex ſignificatione [357] mutatum eſt, & ſtructurá ſola variatur, [358] figura potius verborum dici poteſt; ſicut [359] multi *narrationem* longis mutant *hyperbatis.* [360] Ex confuſis quæ vitia [361] accidant, ſuo loco [362] diximus. [363] *Hyperbolen* audacioris ornatus [364] ſummo loco poſui. [365] Eſt hæc ementiens ſuperjectio. Virtus ejus ex diverſo par

longe eſſet ad *ſermonem numeroſum* redire, vel ad *opportunam ordinis mutationem*: quo poſito *eam* dicendum eſſet: & tamen tale quid voluiſſe Fabium puto. Quare legerem: *quam quod ad numerum quoque maxime facere experiretur.* Nam *maxime* erat in V. C. Alm. *facere* autem, ut ſæpe apud Ovidium, pro *juvare*, *conferre*, &c. Gallæum quoque dubitaſſe apparet, qui pro *plurimis*, *pluribus* legebat. & deinde, *quam quod eum quoque maxime facere experiretur*, & *facere* pro *ad rem facere*, poni notavit. BURMAN. Raphaëlis Regii lectionem ſecutus ſum eo lubentius, quod ea ſemel admiſſa neceſſe non fuerit conjecturam adoptare Burmanni, qui pro *τῷ eum* legere mallet *ad numerum.* Nam in ipſo *τῷ eum* facile ſubintelligitur ex præcedentibus *τὸ numeroſum ſermonem*: ſi quis tamen conjecturæ liberius indulgere vellet ac legere *ad eum quoque maxime facere*, ejus opinioni non magnopere refragarer. Sed religio fuit, vel minimam particulam abſque librorum, ſive MSS. ſive editorum auctoritate, aut ſine ineluctabilibus criticarum rationum momentis in Quinctiliani contextum inducere. Et certe citra *τὸ ad* conſtare ſenſus poterit hoc pacto: *Quod eum* (ſcilicet numeroſum ſermonem) *maxime facere* id *experiretur*, ſi nempe plurimis modis verba quædam ſcriberet, ut optimam tandem & apprime numeroſam ſcribendi rationem inveniret. Jam vero hanc loquendi formulam *ſermonem facere numeroſum* paulo ſupra Fabius uſurparat. CAPPER.

346. *At cum decoris gratia.*] Hæc ſpecies a Cornificio appellatur *trajectio*, quando longior fit verborum tranſgreſſio: ſuperior dicitur *perverſio.* TURNEB. *Et cum*; Voſſ. ſecund. Hæc, & quæ ſequuntur, vix congruere poſſe videntur cum eo, quod ſupra Fabius tradidit hujus lib. cap. 2. ubi ſic habet: *Nec ſit tam longus*, [ſermonis contextus] *ut eum proſequi non poſſit intentio; nec trajectione tam tardus, ut in* hyperbaton *finis ejus differatur*: ibi tamen non omnem *hyperbati* uſum, ſed abuſum tantummodo damnat. Scilicet, ut alibi quoque tradit idem Rhetor, *vitium eſt omne, quod nimium eſt.* CAPPER.

347. *Contrahitur longius.*] *Trahitur*; V. C. Alm. *diſtrahitur*; Steph. & Rollin. in cæteris, *contrahitur.* Neque hoc capio; ſi enim longum verbum contrahitur, id eſt, brevius fit, quale inde *hyperbaton* exire poteſt? forte ex veſtigiis V. C. *frangitur*, legendum: ſed nihil definio. BURMAN. Qui ediderat *contrahitur*, & inde multum ſenſerat incommodi; cui nec mederi poſſet illud *frangitur*, quod introducere tentabat. Necdum enim agitur hic de *Tmeſi*, de qua paulo poſt ex illo Virgil.

——— *Septem ſubjecta trioni.* 3. Georgic. verſ. 381.

ſed de ſimplici tranſpoſitione *hyperbatica*; ut apud Ciceron. pro Cluent. *in duas diviſam eſſe partes*, pro *in duas partes.* Igitur ſatius eſt cum Stephano Rollinoque legere *diſtrahitur*: quæ lectio eo etiam melior videtur, quod *τὸ diſtrahere* idem aliquando ſignificet, ac *differre*; ut patet ex illo Cæſaris 1. de Bello Civili: *ſubjicitur Metellus..... qui hanc rem diſtrahat*, &c. atqui paulo ſupra Fabius verbum *differre* uſurpavit de *hyperbato*, ſic ſcribens: *differenda igitur quædam.* CAPPER.

348. *Animadverti judices.*] Cicero pro Cluentio cap. 1. PHILAND.

349. *Verborum diviſionem.*] Quam vulgo *τμῆσιν* Grammatici vocant. Ea eſt Homero valde familiaris. CAPPER.

350. *Hyperboreo.*] Virgil. III. Georg. 381.

351. *Quod oratio nequaquam*, &c.] Tamen quædam reperiuntur *tmeſes* apud Ciceronem; ut, *per mihi gratum, perque jucundum*; &, *quem illa cumque locum*: ſed tamen raræ ſunt. TURNEB. Adde, quod apud eumdem pro Sextio legimus: *Quod judicium cumque ſibi erat*; & pro Cœlio; *Socius veſtræ Religionis juriſque jurandi*; & pro Marcello: *Satis noſtræ conjunctioni amorique facturum.* Apud Aulum Gell. lib. 11. cap. 18. *Socrati & Platoni per fuit familiaris*; & in Pandectis: *per enim abſurdum eſt*: apud ipſum denique Fabium: *plebiſve ſcitis.* Cæterum hic *τὸ oratio* idem ſignificat, quod Græcis *ὁ λόγος*, Horatio *ſermo pedeſtris*, id eſt, proſaicus, vulgo proſa: ſic etiam *καταλογάδην* eſt *proſaice.* CAPPER.

352. *Recipiet.*] *Recipit*; edit. Obrecht.

353. *At id quod eſt, propter quod dicit.*] Ingenue fateor; mihi non percipitur horum verborum ſenſus. REGIUS. Ita Locat. & Ald. *At id quod eſt, & propter quod, cum dicitur, tropus fit*; Gryph. Colin. & Vidov. niſi quod *ad id quod* habet.

354. *Tropus fit.*] *Hyperbaton* illud Poëticum, quod fit per diviſionem & tranſgreſſionem, *tropus* eſſe videtur, quia mutat ſignificationem & naturam dictionis. At *hyperbaton* illud oratorium, quod eſt in trajectione, non tam videtur eſſe *tropus*, quam figura; quia non mutatur ſermo, ſed dumtaxat ſtructura. TURNEB.

355. *E duobus intellectibus.*] *Ex duobus intellectus*; V. C. Alm. Locat. Gryph. Colin. Utrobique autem *τὸ intellectus* eſt verborum ſenſus, vel ſignificatio. Et ſane in omni vero *tropo* duplicem annotare ſignificationem poſſumus; unam propriam, nativam & genuinam; alteram impropriam & accerſitam; ut ſatis patet ex *allegoria*, *metaphora*, *catachreſi*, *metonymia*, *ſynecdoche*, &c. Vide cap. 1. lib. IX. paulo poſt initium, ubi Fabius in *tropis* alia pro aliis verba poni docet, ideoque multos *hyperbaton tropis* eximere; quia in *hyperbato* non verborum, ſed ordinis eſt commutatio. CAPPER.

356. *Aliquando ubi.*] Recte in quibuſdam exemplaribus *alioquin* legitur, pro illo *aliquando.* REGIUS. *Aliquando*; Locat.

357. *Mutatum eſt.*] Neſcio unde Leidenſis editor *mutandum eſt*, hic petierit; nam in omnibus eſt, *mutatum eſt.*

358. *Figura potius verborum dici poteſt.*] Sic etiam Voſſius Inſtit. Orat. lib. V. pagg. 314. 334. *tmeſin* & *hyperbaton* figuris verborum annumerat. CAPPER.

359. *Multi ex iis narrationem.*] *Ex iis*, ut otioſa ac ſupervacua, mihi videntur expungenda. REGIUS. *Ex iis narrationem*; Locat. *multi ex his narrationem*; Voſſ. ſec.

360. *Ex confuſis.*] Intelligit *ſynchyſin*, de qua locutus eſt in cap. de perſpicuitate; eſt enim ſemper vitioſa, quia efficit obſcuritatem, verborum mixtura. TURNEB. Vide ad hujus libri cap. 2.

361. *Accidunt.*] *Accidant* videtur legendum. REGIUS. *Accidant*; Ald. Colin.

362. *Dicimus.*] Scribe *diximus.* PHILAND.

363. *Hyperbolen.*] Quæ nonnunquam cauſſa gratiæ eſt, uti Demetrii Phaler. verba proferunt, pag. 98. *Ἐκ δὲ ὑπερβολῆς γέλωτες μάλιστα εἰσὶν ἐν ταῖς κωμῳδίαις*: *Ex hyperbolis autem veneres maxime exoriuntur, quæ frequentantur in comœdiis.* Vocatur *nimietas*, Macrob. lib. IV. Sat. 6. ALMELOV.

364. *Summo loco.*] Extremo, ultimo. CAPPER.

365. *Eſt hæc de menſuris ſuperjectio.*] Alibi *de caſuris* legitur: ſed ne ſic quidem citra mendas. Fortaſſis autem *dementiens* recte legeretur, hoc eſt, valde mentiens; omnis enim *hyperbole* manifeſte dementitur: *de menſuris* certe, vel *de caſuris*, nihil ad *hyperbolen.* REGIUS. *De menſuris*; Locat. marg. Vidov. *de caſuris ſuperjectio*; Voſſ. ſec. *ementiens*; Gryph. Vaſcoſ. Stephan. Leid. Gibſon. Rollin. *de-*

augendi atque minuendi. Fit pluribus modis. Aut enim plus facto dicimus : [366] *Vomens fruſtis eſculentis gremium ſuum & totum tribunal implevit.*

> [367] ——— *Geminique minantur*
> *In cœlum ſcopuli.*

Aut res per ſimilitudinem attollimus :

> [368] ——— *Credas innare revulſas*
> *Cycladas.*

Aut per comparationem ; ut,

> [369] ——— *Fulminis ocior alis.*

Aut ſignis quaſi quibuſdam :

> [370] *Illa vel intactæ ſegetis per ſumma volaret*
> *Gramina, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas.*

Vel tranſlatione, ut ipſum illud *volaret.* Creſcit interim *Hyperbole*, alia inſuper addita; ut Cicero in Antonium dicit : [371] *Quæ Charybdis tam vorax? Charybdin dico? quæ ſi fuit,* [372] *fuit animal unum : Oceanus, medius fidius, vix videtur tot res, tam diſſipatas, tam diſtantibus in locis poſitas, tam cito abſorbere potuiſſe.* Exquiſitam vero figuram hujus rei deprehendiſſe apud principem Lyricorum [373] Pindarum videor in libro, [374] quem inſcripſit ὕμνος. Is namque Herculis impetum [375] adverſus Meropas, qui [376] in inſula Co dicuntur habitaſſe, non igni, nec ventis, [377] nec mari, ſed fulmini dicit ſimilem fuiſſe : ut [378] illa minora, hoc par eſſet. Quod imitatus Cicero, illa compoſuit [379] in Verrem : *Verſabatur in Sicilia longo* [380] *intervallo non Dionyſius ille, nec Phalaris (tulit enim illa quondam inſula multos & crudeles tyrannos ;) ſed novum quoddam monſtrum* [381] *ex vetere illa immanitate, quæ* [382] *in iiſdem verſata locis dicitur. Non enim Charybdin tam infeſtam,* [383] *neque Scyllam, navibus, quam iſtum in eodem freto fuiſſe arbitror.* Nec pauciora ſunt genera minuendi :

> [384] ——— *Vix oſſibus hærent.*

Et quod [385] Cicero in quodam joculari libello :

> [386] *Fundum Varro vocat,* [387] *quem poſſim mittere funda :*
> [388] *Ni tamen exciderit, qua cava funda patet.*

[389] Sed hujus quoque rei ſervetur menſura quædam. Quamvis enim eſt omnis *Hy-*

mentiens ; Ald. Colin. Gryph. Vidov. Baſil. *decens ſermonis ſuperjectio* ; Obrecht. Aſcenſius, cum conjeciſſet *de cenſuris*, quia ſuperjacit aliquid cenſuris, id eſt, judiciis rigidis ; & *de menſuris* explicuiſſet, quia menſuram excedit, & etiam *debitis menſuris* tentaſſet, tandem accedit Regio. BURMAN. Raphaëlis Regii lectionem firmat, quod infra ſcribit Fabius : *Monere ſatis eſt, mentiri* hyperbolen, *nec ita, ut mendacio fallere velit.* CAPPER.

366. *Vomens.*] *Sicut vomens* ; Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Baſil. Colin. Gryph. Vidov. eſt ex II. Philipp. cap. 25.

367. *Geminique minantur.*] Virgil. I. Æneid. 166.

368. *Credas innare.*] VIII. Æneid. 692.

369. *Fulminis.*] V. Æneïd. 319.

370. *Illa vel intactæ.*] His verſibus ſignificat maximam celeritatem & levitatem Camillæ Virgilius, VII. Æneid. 808. ſic enim colligit ſigno : quod tamen eſt *hyperboicum*. TURNEB. Petitus de Amazon. cap. 33. hæc non de *hyperbole*, ſed de mirabili ad locorum ſpatia ſaltibus tranſmittenda velocitate interpretatur ; talique verborum ambitu, nihil aliud voluiſſe Virgilium, quam quod Homerus epitheto πολύσκαρθμος. ALMEL.

371. *Quæ Charybdis.*] II. Philip. 27.

372. *Fuit animal unum.*] *Vivum* ; Steph. Vidov. Roign. & ita in quibuſdam Ciceronis exemplaribus, ubi vide cl. Grævii notas : & hic Philander *vivum* volebat : *fuit* ſemel tantum habet Voſſ. prim.

373. *Pindarum.*] Deeſt hæc vox in edit. Obrecht.

374. *Quem inſcripſit ὕμνος.*] *Hymnos* ; Voſſ. ſec. Locat. Vidov. ὕμνους ; Ald. Vaſcoſ. Steph. Roign. Colin. Gryph. Baſil. Cæterum liber ille Pindari non exſtat.

375. *Adverſus Meropas*] Meropes homines fuerunt orti a Merope gigante, habitantes in Co inſula una Cycladum, a quibus eſt dicta Meropis : eos ſuſtulit Hercules. TURNEB. *Adverſum Meropas* ; Voſſ. prim.

376. *In inſula Coa.*] *Co*, altera vocali ſepuncta, legendum eſt. Cos enim inſula eſt Dorica, cum urbe ejuſdem nominis, non a Cote dicta, ut putat Tortellius, ſed a Co Meropis gigantis filia. Unde & *Cous* biſyllabum, & *Coius* triſyllabum declinatur, ut Hippocrates Cous, Apelles Cous, de quo Ovidius :

> *Si Venerem Cous nunquam pinxiſſet Apelles,*
> *Illa ſub æquoreis merſa fuiſſet aquis.*

REGIUS. *Coo* ; MSS. Alm. Voſſ. prim. tert. Obrecht. *Coa* ; Voſſ. ſecund. Baſil. meminit Meropum, ab Hercule debellatorum, Pindarus in Nem. IV. 41. & Iſth. VI. 46.

377. *Nec mari, ſed fulmini.*] *Sed mari & fulmini* ; Voſſ. prim. tert.

378. *Illa minora, hoc par eſſet.*] *Illa minora eſſent* ; V. C. Alm. *illa m. hoc par eſſent* ; Voſſ. prim.

379. *In Verrem.*] Lib. V. cap. 56.

380. *Intervallo non Dionyſius.*] *Autem* ; MSS. Palat. apud Gebh. I. Crep. 4. apud Ciceron. legitur *intervallo alter, non Dionyſius.*

381. *Ex vetere illa immanitate.*] In MS. *ex utero illo*, unde Gebh. d. l. *ex utero illo immanitatis.*

382. *In iiſdem verſata locis.*] *In iiſdem locis verſata eſſe* ; apud Ciceronem.

383. *Neque Scyllam navibus.*] Repetit V. C. Alm. *infeſtam navibus* : ſed apud Ciceronem eſt : *neque Scyllam nautis.*

384. *Vix oſſibus hærent.*] Virgil. Eclog. III. verſ. 103.

385. *Cicero.*] Voſſius in Etymologico potius Laureæ Tullio hoc tribuit.

386. *Fundum Varro vocat.*] Varro fundum appellatum eſſe cenſuit a *funda* : itaque Cicero jocatur, extenuando *hyperbolicôs*, quaſi fundus ſit tam exiguus & parvus, ut more lapidis poſſit projici. TURNEB. Idem diſtichon profert Donatus ad Terent. Eunuch. ubi, loco τ *quem*, legit *qua* ; pro *poſſim*, *poſſit* ; pro *tamen*, *lapis*. COLOMES.

387. *Quem poſſim.*] *Quo poſſim* ; Ald. Gryph. Baſil. Philand. Gallæus volebat *quam*, ἀρχαϊκῶς pro *quantum*.

388. *Ni tamen.*] *Ni lapis* ; Steph. Gryph. Roign. Vaſc. Phil.

389. *Sed hujus.*] *Sed huic quoque* ; Voſſ. ſec.

perbole ultra fidem, non tamen eſſe debet ultra modum: nec alia via magis in *κακοζηλίαν* itur. Piget referre plurima hinc orta vitia, cum præſertim [390] minime ſint ignota & obſcura. Monere ſatis eſt, mentiri *Hyperbolen*, nec ita, ut mendacio fallere velit. Quo magis intuendum eſt, quouſque deceat extollere, quod nobis non creditur. [391] Pervenit hæc res frequentiſſime ad riſum: qui [392] ſi aptus eſt, urbanitatis; ſin aliter, ſtultitiæ nomen aſſequitur. Eſt autem in uſu, vulgo quoque, [393] & inter ineruditos, & apud ruſticos; videlicet [394] quod a natura eſt omnibus augendi res vel minuendi cupiditas inſita, nec quiſquam vero contentus eſt. Sed ignoſcitur, quia non affirmamus. Tum [395] eſt *Hyperbole* virtus, cum res ipſa, de qua loquendum eſt, [396] naturalem modum exceſſit. Conceditur enim amplius dicere, quia dici, quantum eſt, non poteſt: meliuſque ultra, quam citra, ſtat oratio. Sed [397] de hoc ſatis, quia eumdem locum plenius [398] in eo libro, quo cauſſas corruptæ eloquentiæ reddebamus, tractavimus.

390. *Minime ſint.*] *Non ſint;* Voſſ. prim. tert.

391. *Pervenit hæc res.*] Lib. VI. Fabius docuit, ſæpenumero ab *hyperbole* ridicula naſci. TURNEB. *Hæc ſpecies;* MS. Bodl. Andr. Ald. Colin. Obrecht. marg. Gryph.

392. *Si actus.*] *Aptus* mihi legendum videtur, non *actus*. REGIUS. *Actus;* Locat. Ven. *aptus;* MSS. Bodl Voſſ. ſec. Andr. Ald. Par. Vaſc. Steph. Baſil. Colin. Gryph. Vidov. *captatus;* V. C. Alm. & alii.

393. *Et inter eruditos.*] *Et inter ineruditos;* MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſecund. Ald. Baſil. Vaſcoſ. Steph. Vidov. Colin. Gryph. Rollin. *inter eruditos, ut apud ruſticos.* Obrecht.

394. *Quia natura.*] *Quod a natura;* Ald. Vidov. Obrecht. *quod natura;* Voſſ. ſecund. Ald. Steph. Colin. Gryph. Baſil. Roign.

395. *Eſt hyperbole virtus.*] *Non eſt hyperbole vitium;* Obrecht.

396. *Naturalem modum.*] Quod Demetrius Phalereus de elocutione pag. 98. his verbis dixit: *πᾶσα δὲ ὑπερβολὴ ἀδύνατος.* ALMELOV.

397. *De hoc.*] *De his;* Locat. Ald. Colin. *de hac;* Steph. Par. Baſil. Gryph. Vidov.

398. *In eo libro, quo cauſſas corruptæ eloquentiæ reddebamus.*] Hunc Fabii librum interciditſe, & longe alium fuiſſe a Dialogo *de Oratoribus*, qui ad Taciti operum calcem exſtat, ſatis oſtendunt Pithœi Scheliique argumenta, & Lipſii dubitationes in ſuis ad initium illius Dialogi notis. Et certe, ut allatas ab iis rationes aliis rationum momentis confirmem; 1.° In illo Dialogo nihil de *hyperbole*, neque de *tropis*, neque de figuris, immo nihil *didactici*, ſeu quod artis oratoriæ præcepta contineat, legitur: atqui Fabius, ut ex hoc ipſo loco patet, *hyperboles* locum in eo libro, quo cauſſas corruptæ eloquentiæ reddebat, plenius tractaverat. Nec dicat quis multas hoc in Dialogo lacunas paſſim occurrere, & integram quamdam Materni orationem, ut ex ipſius Dialogi fine ſatis patet, deſiderari. Nam præcipuum Materni munus & officium erat Poëſeos defenſio; nec niſi omiſſas, vel relictas a Vipſanio Meſſala partes exequi debebat. Solus hic Meſſala & Oratores antiquos recentioribus eloquentiores fuiſſe probat, & mutatæ eloquentiæ cauſſas aperit. Quis credat Maternum ſecundarum, quæ quidem ad Rhetoricam pertineant, partium actorem in ſua illa (quæ deeſt) oratione *tropos*, figuras, elocutionem totam, rectum argumentorum uſum (nam & hunc Fabius in ſuo libro, ut mox dicetur, docuerat) hoc eſt omnia fere artis oratoriæ præcepta tradidiſſe & pertractaſſe? 2°. Dialogi ſcriptor Hermagoræ Theodorique Rhetoricos libros nihili facit: e quibus tamen multa Quinctilianus in ſuam Inſtitutionem Oratoriam tranſtulit. 3.° In Ciceronem acerbius invehi Aprum patitur impune, nec (ut decebat) eloquentiæ Romanæ principem defendit, quem Fabius in Oratoria Inſtitutione paſſim commendat, ab obtrectatorum calumniis vindicat, & velut *unicum ſpecimen orandi docendique oratorias artes* proponit [lib. III. cap. 1.] 4.° Declamationum uſum, immo & Rhetorum ſcholas plane damnat: quas valde utiles Quinctilianus judicat lib. 1. cap. 2. lib. II. cap. 10. & lib. X. cap. 5. 5°. In aſſignanda Rhetorices materia nonniſi *judiciale* genus & *deliberativum* memorat, cui & honeſtatem peculiariter attribuit. Num eo negligentiæ deveniſſet Fabius noſter, qui & *demonſtrativum* orationis genus ubique ſtatuit, & *τὸ honeſtum*, quaſi proprium ipſi finem aſſignat? 6°. ubi de Oratorum *actionibus* loquitur, *Suaſorias* & Controverſias tantum profert: Quinctilianus autem *demonſtrativæ* materiæ, ſeu parti ſpeciale caput tribuit [lib. III. cap. IX. edit. Steph.] 7°. Dialogo habito interfuit ille auctor (quiſquis tandem fuerit) juvenis admodum, videlicet anno imperantis Veſpaſiani ſexto. Tum porro Fabius annos 32. vel 33. natus erat, ut conſtat ex Quinctilianæis Dodwelli annalibus; nec excipiat quis reſpondeatve juventutem ex Varrone ad annum uſque 45. protendi; hanc enim exceptionem perimere videtur *τὸ juvenis admodum.* 8.° Fabius libr. V. cap. 12. (in fine) de recto argumentorum uſu in alio ſe opere tractaſſe teſtatur; ubi Raphaël Regius Quinctiliani librum de cauſſis corruptæ eloquentiæ deſignari probabiliſſime conjicit. In Dialogo autem ne *γρῦ* quidem de recto argumentorum uſu. 9.° Suum de cauſſis corruptæ eloquentiæ tractatum Fabius quatuor in locis laudat, lib. V. cap. 12. circa fin. in præfatione libr. VI. & libr. VIII. capp. 3. & 6. in fine: atqui nunc librum, nunc opus, nunquam dialogum vocat. 10.° Dialogi ſcriptor paulo poſt initium ſic habet: *Percunctationi tuæ reſpondere .... vix Hercule auderem, ſi mea ſententia proferenda, ac non diſertiſſimorum, ut noſtris temporibus, hominum ſermo repetendus eſſet, &c.* ſed Quicilianus lib. X. cap. 1. de Julio quidem Secundo magnifice loquitur, qui tamen minimas in dialogo partes agit (nam, quæ diverſis in locis dicit, ea non amplius, quam 23. linearum ſpatium occupant;) Aprum vero, Maternum, & Vipſanium Meſſalam, qui præcipuas partes agunt, ne nominat quidem. 11.° Fabius antiquis Græcoſum, & Ciceronianæ Romanorum ætatis oratoribus palmam ubique ceſſiſſe; eoſdem in dialogo graviter inſectatur & deprimit Apes; leviter Meſſala defendit: adeo ut antiquos recentioreſque oratores æqua ferme lance ſuſpendi patiatur. 12.° Quinctiliani opus hoc unico titulo inſcriptum erat, *de cauſſis corruptæ eloquentiæ;* in Dialogo diſceptatur primo, uter utri præſtet, Orator an Poeta; ſecundo, utrum Oratores antiqui recentioribus antecellant, an contra; tertio, quibuſnam adſcribenda ſit eloquentiæ corruptæ cauſſa: ſic tamen, ut hæc diſquiſitio poſtrema, nonniſi tertiam fere Dialogi partem contineat. 13.° Dialogi ſtylus eſt a Quinctilianæo prorſus alienus. Quam diverſitatem pluribus hic exequi, notarum brevitas non ſinit. Hoc tantummodo poſt Schelium dicam. Auctor Dialogi bina ejuſdem, aut non multum diverſæ ſignificationis vocabula conjungere amat; ut, *invidere & livere, vetera & antiqua, Poëtas & Vates, carmina & verſus, juvenes & adoleſcentes, tueri & defendere, in publicum & in commune, memoria & recordatione opus eſt, &c.* quæ ſane Quinctilianæi ſermonis candorem a Raphaële Regio, aliiſque Philologis tantopere laudatum non exhibent. CAPPER.

M. FAB. QUINCTILIANI DE INSTITUTIONE ORATORIA LIBER NONUS.

CAPUT PRIMUM.

Quo differant figuræ a tropis.

CUM ſit proximo libro [1] de *tropis* dictum, ſequitur pertinens [2] ad figuras, quæ *ſchemata* Græce vocantur, locus, ipſa rei natura conjunctus ſuperiori. Nam [3] plerique [4] has *tropos* eſſe exiſtimarunt; [5] quia ſive ex hoc duxerint nomen, quod ſint formati quodam modo; ſive ex eo, [6] quod vertant orationem, [7] unde & *motus* dicuntur; fatendum erit, eſſe utrumque eorum etiam in figuris. Uſus quoque eſt idem, nam & vim rebus adjiciunt, & gratiam præſtant. Nec deſunt, qui *tropis* [8] figuræ nomen imponant, quorum eſt [9] C. Artorius Proculus. Quin adeo ſimilitudo manifeſta eſt, ut eam diſcernere non ſit in promptu. Nam, quomodo quædam [10] in his ſpecies plane diſtant, manente tamen [11] generali illa ſocietate, quod utraque res [12] a recta & ſimplici ratione cum aliqua dicendi virtute deflectitur; ita quædam perquam tenui limite dividuntur; [13] ut cum *ironia* tam inter figuras ſententiæ,

Perſequitur reliquas ornatus partes, figuras & compoſitionem: initio docet, quid figura differat a *tropo*; deinde agit de figuris ſententiarum & verborum; poſtremo de compoſitione. TURNEB.

1. *De tropis dictum.*] *De tropis diſputatum*; MSS. Joan. Voſſ. prim. tert.

2. *Ad figuras, quæ ſchemata.*] Alcuinus in Grammatica pag. 2086. Veterum Grammat. Putſch. ita ſcribit: Schemata *ſunt ornamenta eloquii, & habitus, quibus ſententiæ veſtiuntur.* Ergo τὸ σχῆμα, eſt proprie *habitus, a* σχέω, *habeo:* concinit Venerabilis Beda in Rhetorib. Pithœan. pag. 342. *Quod*, inquit, *Grammatici Græce σχῆμα vocant, nos habitum, vel formam, vel figuram recte nominamus, quia per hoc quodammodo vertitur* [lego *veſtitur*, ut in Alcuino] *& ornatur oratio.* Cicero in *Oratore* num. 83. figuras & maxime τῆς dictionis, appellat *geſtus* aliquos orationis: atqui τὸ σχῆμα eſt etiam *geſtus*. CAPPER.

3. *Plerique has.*] *Plerique ea;* V. C. Alm.

4. *Has tropos eſſe exiſtimaverunt.*] Bene tamen ac ſapienter fecerunt Cicero, Dionyſius Halicarnaſſ. Quinctilianus, Hermogenes, Longinus, & alii Rhetores Græcorum Latinorumque doctiſſimi, qui *tropos* a figuris ex profeſſo diſtinxerunt. Id patet ex ſequentibus, ubi Fabius *tropi* a figuris diſcrimen exhibet & firma ratione demonſtrat. CAPPER.

5. *Quia ſive ex hoc, &c.*] *Tropus* Græce ſignificat mores & modum, id eſt, quamdam conformationem: idcirco Fabius *tropum* dixit eſſe quaſi formatum: ſignificat etiam mutationem, ideoque *motum* interpretatur Fabius. Locus eſt ab *etymologia*. TURNEB. *Quia ſive ex eo, quod vertant orationem*; Voſſ. ſec. omiſſis reliquis.

6. *Quod vertant orationem.*] Τρόπος enim dicitur ἀπὸ τοῦ τρέπειν, quod eſt *vertere:* in Obrechtina editione, pro τοῦ *vertant*, legitur *transferant*. CAPPER.

7. *Unde & motus dicuntur.*] Sic libr. VIII. cap. 5. in fine: *de* tropis, *quos motus clariſſimi noſtrorum auctores vocant.* CAPPER.

8. *Figuræ nomen.*] *Figurarum;* MSS. Alm. Voſſ. & Colb. Andr. *figuram;* Voſſ. prim. tert.

9. *C. Artorius.*] *Gajus Ariſtarchus;* MS Bodl. Locat. *Caius Ariſtarchus;* Ven. *C. Actorius;* Par. Colin. Quis hic ſit, non auſim certe affirmare: niſi idem ſit *Artorius*, cujus meminit Feſtus in *proceſtria*, *ſentipellium* & *topper*.

10. *In his ſpecies plane diſtant.*] *In ſpecie plane diſtant;* Ven. Locat. *in ſpecies plane d.* V. C. Alm. *in iis ſpecies;* cod. Colbert. Vidov.

11. *Generali illa ſocietate.*] *Generaliter ſocietate;* MSS. Alm. Voſſ. tert. Locat.

12. *A recta & ſimplici.*] *De recta & ſimplici;* Locat. Ald. Par. Colin. Vidov. *a directa*, Gallæus in margine ſcripſerat; & ſic habet cod. Bernenſ.

13. *Et cum ironia.*] *Et* copula, ut ceſſans, expungatur. Hoc autem Fabius inferius aperte oſtendit, quod de *Ironia* hoc loco attingit. REGIUS. *Et cum;* Locat. omittunt τὸ *&*; Ald. Vidov. reliqui *ut cum. Ironia, &c.*] *Ironia* eſt duplex; eſt enim quædam *tropus*, quædam figura: *tropus* eſt, cum aliud dicitur, & aliud intelligitur, citra tamen ſimulationem manifeſtam: figura eſt, cum tota voluntas ſimulatur & fingitur: iſta autem perquam tenui limite diſcrepant. TURNEB. Quomodo differat *ironia*, quæ *tropus* eſt, ab *ironia* figura, ſic exponit ipſe Fabius hujus libr. cap. 2. Ironia, *quæ eſt* ſchema, *ab illa, quæ eſt* tropus, *genere ipſo nihil admodum diſtat; in utroque enim contrarium ei, quod dicitur, intelligendum eſt: ſpecies vero prudentius intuenti, diverſas eſſe, facile eſt deprehendere. Primum, quod* tropus *apertior eſt, & quanquam aliud dicit ac ſentit, non tamen aliud ſimulat. Nam & omnia circa fere recta ſunt; ut illud in Catilinam:* A quo repudiatus ad ſodalem tuum virum optimum M. Marcellum demigraſti. *In duobus demum verbis eſt* ironia: *ergo etiam brevior eſt* tropus. *At in figura totius*

quam inter *tropos* reperiatur. Περίφρασιν autem, & Ὑπέρβατον, & Ὀνοματοποιΐαν, [14] & Ἐπίθετον, clari quoque auctores [15] figuras verborum potius, quam [16] *tropos*, dixerunt. Quo magis ſignanda eſt utriuſque rei differentia. [17] Eſt igitur *tropus*, ſermo [18] a naturali & principali ſignificatione tranſlatus ad aliam, ornandæ orationis gratia; vel, (ut plerique Grammatici finiunt) dictio ab eo loco, in quo propria eſt, tranſlata in eum, in quo propria non eſt. [19] Figura (ſicut nomine ipſo patet) eſt [20] conformatio quædam orationis, remota a communi & primum ſe offerente ratione. Quare in *tropis* ponuntur verba alia pro aliis; ut in Μεταφορᾷ, Μετωνυμίᾳ, Ἀντονομασίᾳ, Μεταλήψει, Συνεκδοχῇ, Καταχρήσει, [21] Ὑπερβολῇ, [22] Ἀλληγορίᾳ plerumque; namque & rebus fit, & verbis. Ὀνοματοποιΐα fictio eſt nominis. Ergo hoc quoque pro aliis ponitur, quibus uſuri fuimus, ſi illud non fingeremus. Περίφρασις, etiamſi frequenter & id ipſum, in cujus locum aſſumitur, nomen complecti ſolet, utitur tamen pluribus pro uno. Ἐπίθετον, quoniam [23] plerumque *Antonomaſiæ* pars eſt, [24] conjunctione ejus fit *tropus*. [25] In *Hyperbato* commutatio eſt ordinis; [26] ideoque [27] multi *tropis* hoc ge-

voluntatis fictio eſt, apparens magis, quam confeſſa: ut illic verba ſint verbis diverſa, hic ſenſus ſermoni .... & tota interim cauſſæ confirmatio [lege *conformatio*] *tum etiam vita univerſa* ironiam *habere videtur, qualis eſt vita Socratis. Nam ideo dictus eſt* εἴρων *.... ut quemadmodum* ἀλληγορίαν *facit continua* μεταφορὰ, *ſic hoc* ſchema *faciat* troposum *ille contextus.* CAPPER.

14. *Et* ἐπίθετον.] Omittunt hæc MSS. Bodl. Alm. Colb. Voſſ. ſec. Andr. Ald.

15. *Figuras verborum potius, &c.*] Videntur potius eſſe figuræ, quam *tropi*; quia non habent mutationem vocabuli a propria ſignificatione in aliam minus propriam: ſed tamen hoc ſolvetur a Fabio. TURNEB.

16. *Tropos dixerunt.*] *Dixerint*; V. C. Alm.

17. *Eſt igitur tropus.*] Præter hanc differentiam, aliam addit Alexander Numenius, quod ſcilicet *tropus* ſit in dictione, figura autem ſit in oratione: quo pacto in vitiis differunt *barbariſmus* & *ſolœciſmus*: quanquam Fabius *tropum* etiam eſſe vult in ſermone. Diſcrimen eſt datum ex definitione per differentiam. TURNEB. Qui ſi putavit Alexandrum Numenium ideo Fabio adverſari, quod illi *tropus* ſit in dictione, huic autem in oratione, utpote qui etiam in ſermone *tropum* eſſe velit, graviter hallucinatus eſt; ignoravit enim hic τῷ *ſermone* non orationem, ſeu phraſin, ſed dictionem, ſive vocabulum ſignificari: quod vel inde patet, quia 1.° Fabius continenter dicit: *Eſt igitur* tropus *ſermo .... vel dictio*; 2.° τὸ *ſermo* apud veteres illos Philologos non ſolum orationem, ſeu phraſin, ſed dictionem etiam unicam, ſive vocabulum deſignat; ut conſtat ex plurimis eorum teſtimoniis, quorum pauca ſaltem referam. Servius ad 1. Georgic. verſ. 93. ubi de verbo *adurat*, ita ſcribit: *& ad ſolem & ad frigus pertinet: nam uno ſermone* [id eſt, unico vocabulo] *duo diverſa concluſit*; ad 3. Georgic. ubi de illo verſu 250.

——— *ut tota tremor pertentet equorum*
Corpora:

ſic habet: *ſignatis ſermonibus utitur*, id eſt, emphaticis dictionibus, *ad vim amoris exaggerandam*; ad 1. Æneid. verſ. 5. ubi de verbo *cano*: πολύσημος *ſermo eſt; tria enim ſignificat, aliquando* laudo, *aliquando* divino, *aliquando* canto. Luctatius vel Placidus Lactantius in Thebaid. Stat. pag. 12. edition. Cruq. τὸ ſedet, inquit, polyſemos *ſermo eſt*. CAPPER. *Eſt tropus, ſermo*] *Tropos*, omnes Voſſiani hic & in ſequentibus ſæpe exhibent. BURMAN. In hoc Fabii loco τὸ *ſermo* non orationem ſeu phraſin, ſed unicum dumtaxat vocabulum ſignificat, ut ex nota proxime ſuperiori patuit. CAPPER.

18. *A naturali & principali ſignificatione tranſlatus ad aliam.*] Intellige id in *tropis* plerumque fieri, & ut plurimum, nec tamen ſemper. Nam ſupra lib. VIII. cap. 6. paulo poſt initium docuit Fabius *tropos* alios verbis propriis fieri, alios tranſlatis; ubi vide quæ jam annotavimus. CAPPER.

19. *Figura ſicut nomine.*] *Sicut* abeſt a Voſſ. prim. tert.

20. *Confirmatio quædam.*] Ut *conformatio* legatur & ratio & ſenſus expoſcit; nam & figura forma quædam eſt, & non minus figuris in negatione utimur, quam in affirmatione. REGIUS. *Confirmatio*; Voſſ. prim. Vidov. Vaſcoſ. Steph.

21. Ὑπερβολῇ. Ἀλληγορίᾳ *namque & rebus fit & verbis.*] Ita editiones Sichardi, Pariſienſis Vaſcoſani & Stephani, quarum auctoritatem merito ſequimur. Nam *allegoria*, ut obſervavit Turnebus, interdum eſt in verbis, ut cum ſunt multæ *metaphoræ* continuatæ: aliquando vero eſt in rebus, ut cum quidam griphi proponuntur & ænigmata. Quædam autem editiones, omiſſa voce ἀλληγορίᾳ, innuunt hæc dici de *hyperbole*, adeoque orationis ſenſum perturbant. GIBSON. ἀλληγορίᾳ, *plerumque* ὑπερβολῇ; *namque*; Ald. ἀλληγορίᾳ, ὑπερβολῇ *plerumque*. Ἀλληγορίᾳ *namque*; præter Gibſoni memoratos, Locat. Gryph. Colin. Vidov. ὑπερβολῇ *plerumque*, *namque*; MSS. Colbert. Alm. Voſſ. ſecund. ἀλληγορίᾳ *plerumque*, ὑπερβολῇ. Ἀλληγορίᾳ *namque*; Obr. Vox hæc ὑπερβολῇ, quæ a ſuo loco perperam avulſa erat & in alienum tranſlata, huic περικοπῇ tenebras offudit, & in cauſſa fuit, cur τὸ ἀλληγορίᾳ bis poneretur, idque contra conſuetum Quinctilianæi ſermonis candorem, qui ab hujuſmodi παλιλλογίαις, verborum iterationibus, abhorret: contra plana ſunt omnia, ſi legas: Καταχρήσει, ὑπερβολῇ, Ἀλληγορίᾳ *plerumque*; *namque & rebus fit & verbis.* Et certe palam eſt τὸ *plerumque* non ad ὑπερβολὴν referri, ſed ad ἀλληγορίαν, in qua *plerumque* ponuntur alia verba pro aliis, quando ſcilicet ea fit verbis & *metaphorarum* continuatione: non tamen ſemper; fit enim interdum etiam rebus, ut diſerte Fabius teſtatur & Turnebianus interpres recte annotavit. Adde quod noſtræ lectionis veſtigia in libris MSS. & editis occurrant, ubi modo legitur: ἀλληγορίᾳ *plerumque*; modo *plerumque*, *namque*. Cæterum hanc emendationem in ipſum textum eo lubentius induxi, quod, cum illuſtri viro & τῆς Κριτικῆς artis peritiſſimo Bernardo *Moneta* (*de la Monnoye*) propoſita fuiſſet, eam ſuo quoque calculo comprobarit. CAPPER.

22. Ἀλληγορίᾳ.] Nam *allegoria* interdum eſt in verbis, ut cum ſunt multæ *metaphoræ* continuatæ: aliquando vero eſt in rebus, ut cum quidam griphi proponuntur, & quædam ænigmata. TURNEB.

23. *Plerumque Antonomaſiæ partem.*] Sic quidem legitur: ſed, niſi emendetur hic locus, verus elici non poteſt ſenſus. Sic autem mihi videtur corrigendus, ut *partem* eradamus, ac, loco ejus, *pars* nomen cum verbo *eſt* reponatur, hoc modo: *Epitheton, quoniam plerumque Antonomaſiæ pars eſt.* REGIUS. *Partem conjunctione*; Locat. *pars eſt*; Cod. Colb. Voſſ. ſec. Ald. Par. Vaſcoſ. Steph. Gryph. Colin. Vidov. *plerumque habet Antonomaſiæ partem*; Baſil. Leidenſ. Obrecht. Oxon. Burman. Sed Regii lectionem, quæ MSS. Colbert. Voſſ. & plurimis editionibus antiquis innititur, eo alacrius amplexi ſumus, quod huic quoque ſuffragentur veteres Grammatici Putſch. ut Soſipater Chariſius pag. 244. his verbis: *Hujus* tropi [Antonomaſiæ] *ſpecies eſt* Epitheton. Diomed. pag. 435. Donatus pag. 1776. atqui ſpecies eſt inſtar partis, & genus inſtar totius. Præterea non *Epitheton* habet *Antonomaſia* partem, ſed *Antonomaſia* ipſa ſuas inter partes habet *Epitheton*; nam, ut lib. VIII. cap. 6. Fabius docuit, *Antonomaſia* fit tribus modis, & *per* Epitheton..... *& ex iis quæ in quoque ſunt præcipua* ... *& ex factis quibus perſona ſignatur.* CAPPER.

24. *Conjunctione ejus fit tropus.*] *Epitheton* eſt *tropus*, quatenus conjungitur cum *Antonomaſia*, cujus eſt pars vel ſpecies; quatenus affinitatem habet & cognationem cum *Antonomaſia*, ut ſpecies cum genere, pars cum toto. Et ſane ſi *Epitheton* ponatur ſine proprio nomine (cui ſolet apponi) & dicatur verbi gratia, *Tydides*, *Pelides*, tum vera fit *Antonomaſia*, ut tradit Fabius lib. VIII. cap. 6. *Neceſſe eſt enim ſemper*, inquit, *ut id quod eſt* appoſitum, *ſi a proprio diviſeris, per ſe ſignificet, & faciat* Antonomaſiam, *&c.* & paulo ſupra: Antonomaſia .... *& per* Epitheton, *quia, detracto eo cui apponitur, valet pro nomine* Tydides, Pelides, *&c.* CAPPER.

25. *In hyperbato.*] *Hyperbaton commutatio eſt*; Obrecht.

26. *Ideoque.*] *Indeque*; Obrecht.

27. *Multi tropis hoc genus eximunt.*] Quia videlicet in

mus eximunt. Transfert tamen verbum [28] aut partem ejus a ſuo loco in alienum. [29] Horum nihil in figuras cadit. Nam & propriis verbis, & ordine collocatis, figura fieri poteſt. Quomodo autem *ironia* alia ſit *tropi*, alia [30] *ſchematis*, ſuo [31] loco reddam. [32] Nomine enim fateor eſſe communia hæc; & ſcio quam multiplicem [33] habeant, [34] quamque ſcrupuloſam diſputationem: ſed [35] ea non pertinet ad præſens meum propoſitum. [36] Nihil enim refert, quo modo appelletur utrumlibet eorum, ſi, quid orationi proſit, [37] appareat. Nec mutatur vocabulis vis rerum. Et, ſicut homines, ſi aliud [38] acceperunt, quam quod habuerant, nomen, iidem ſunt tamen; ita hæc, de quibus loquimur, ſive *tropi*, ſive [39] figuræ dicentur, idem efficient. Non enim nominibus proſunt, ſed effectibus; ut [40] *ſtatum conjecturalem*, an *inficialem*, an *facti*, [41] an *ſubſtantiæ*, an *de ſubſtantia* nominemus, nihil intereſt, dum idem quæri ſciamus. Optimum ergo in his ſequi [42] maxime recepta, & rem ipſam, quocumque appellabitur modo, [43] intelligere. Illud tamen notandum, [44] coïre frequenter in eaſdem ſententias & τρόπων & figuram. [45] Tam enim tranſlatis verbis, quam propriis, figuratur oratio. Eſt autem non mediocris inter auctores diſſenſio, & quæ vis nominis ejus, [46] & quot genera, & quæ, quamque multæ ſint ſpecies. Quare primum intuendum eſt, quid accipere [47] debeamus figuram. Nam duobus modis dicitur: [48] uno, qualiſcumque forma ſententiæ; ſicut [49] in corporibus, in quibus, quoquo modo ſint compoſita, utique [50] habitus eſt aliquis: altero, quod proprie *ſchema* dicitur, [51] in ſenſu [52] vel ſermone aliqua a vulgari & ſimplici ſpecie cum ratione mutatio; ſicut, *nos* [53] *ſedemus*, *incumbimus*, *reſpicimus*. Itaque cum in eoſdem

hyperbato verba ſumuntur in propria ſignificatione: hoc tamen argumentum ita ſolvit Fabius, ut dicat in *hyperbato* transferri ſaltem *verbum aut partem ejus a ſuo loco in alienum*: cui ſolutioni conſonat, quod lib. VIII. cap. 6. ab ipſo ſtatim initio dixerat: *utrique* [in tropis] *formas non verborum modo, ſed & ſenſum, & compoſitionis.* Jam vero *tropus*, τρόπος, dicitur ἀπὸ τοῦ τρέπειν, vertere. CAPPER.

28. *Aut partem ejus.*] Pars verbi in oratione transferri non poteſt, niſi per τμῆσιν vel διάλυσιν; ut, *ſeptem ſubjecta trioni.* REGIUS. Ex III. Georg. 381.

29. *Horum nihil in figuras cadit.*] Quamvis recte ſic legi pleriſque videatur; ego tamen contenderim, citra *non* negandi adverbium, nihil integri ſenſus haberi poſſe; omnia enim, quæ hactenus præcepit Fabius, *tropis* atque figuris ſunt communia. Quod quidem ut intelligatur, *non* negandi adverbium eſt adſcribendum, hoc modo: *horum nihil non in figuras cadit.* REGIUS. Sine *non* legendum eſſe, ſequentia probant; nam & propriis verbis, & ordine collocatis fieri figura poteſt; in *tropis* autem fere aut tranſlatitia ſunt verba, aut ab ordine ſuo mota. Quocirca demiror Raphaëlem dixiſſe, ſupradicta eſſe *tropis* & figuris communia. ASCENS. Ita ſignificat *tropum* non ſolum eſſe in mutatione ſignificationis propriæ in alienam, ſed etiam ſimpliciter in mutatione vocis, aut in mutatione ordinis vocum. TURNEB. Raphaëlis Regii errorem quam recte redarguerit Aſcenſius, vel inde patet quod, quomodo figuræ a *tropis* differant, hoc in capite Fabius docere ſtudeat: ſed in Aſcenſii nota pro τῷ *tranſlatitia* legendum videtur *tranſlata*; nam *tranſlatitia* ſunt vulgaria, trita (*Banal.*) *tranſlata* vero ſunt *metaphorica*. Nec Johannes Clericus defendere poterit, quod in Arte Critica τὸ *tranſlatitium* pro τῷ *tranſlatum* ſeu *metaphoricum* toties uſurpavit. CAPPER.

30. *Schematis.*] *Schematos*; Voſſ. prim. tert. id eſt, figuræ: quod quidem de figura ſententiæ, τῆς διανοίας; non autem dictionis, τῆς λέξεως, eſt intelligendum; ut patet ex iis, quæ de *ironia* Fabius diſſeret cap. 2. hujus libri. CAPPER.

31. *Suo loco reddam.* [Ἀποδώσω, id eſt, edam, explicabo, exponam, exhibebo, &c. quod autem redditurum ſe pollicetur hic Fabius, re ipſa reddidit hujus lib. cap. 2. ubi de *ironia*. CAPPER.

32. *Nomine enim fateor.*] *Nõ enim*; V. C. Alm. *non enim*; MS. Bodl. Andr. Ven. Alm. *nomen enim fateor eſſe commune, & ſcio*; MS. Joan. Obrecht. *nomen enim f. e. commune, hoc ſcio*; Voſſ. omn.

33. *Habeant diſpoſitionem.*] Ita exemplaria quædam habent: ſed forſitan *diſputationem* eſt legendum. REGIUS. *Diſpoſitionem*; Locat.

34. *Quamque ſcrupuloſam.*] *Quam*; Voſſ. prim. *quanquam*; Voſſ. ſec.

35. *Ea non pertinet.*] *Non pertinent*; Colin. Obrecht.

36. *Nihil enim refert.*] *Nihil refert*; Voſſ. tert.

37. *Apparet.*] *Appareat*; Cod. Colb. Voſſ. ſec. Ald. Vaſcoſ. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

38. *Acceperunt.*] *Accipiunt*; Obrecht.

39 *Figuræ dicentur.*] *Dicuntur*; V. C. Alm. *dicantur*; Ald. Colin.

40. *Statum conjecturalem, an inficialem, &c.*] Idem ille *ſtatus* (quem vulgo vocamus *quæſtionem de facto*) dicitur etiam οὐσία, *ſubſtantia*, τὸ κατ' αἴσθησιν, τὸ πραγματικόν, συστατικὴ στάσις, & γένεσις; ut patet ex iis, quæ ad cap. 3. libri VI. annotavimus: ab Hermogene in partition. λόγος οὐσιώδης appellatur. Vide antiquos Oratores Græcos ab Henrico Stephano editos, ubi auctor argumentorum in Græcas orationes hujuſmodi *ſtatum* οὐσίαν ſemper nominavit. CAPPER.

41. *An ſubſtantiæ.*] *An ſubſtantialem*; Ven Locat. *an facti, an de ſubſtantia*; Voſſ. ſec.

42. *Maxime recepta.*] *Maxime* deeſt in Voſſ. ſec.

43. *Intelligi,*] *Intelligere*; MSS. Bodl. Alm. Colb. Voſſ. ſec. Andr. Ald. Et ſane ſenſus activus melius congruit præcedenti τῷ *ſequi*. CAPPER.

44. *Coïre frequenter.*] *Frequenter* deeſt in Voſſ prim.

45. *Tam enim tranſlatis.*] Non id ait, quod *tropus* ſit ſpecies figuræ, ſed quia dictiones *tropo* mutatæ ita collocari poterunt in oratione, ut efficiant aliquam figuram. TURNEB. *Tam in tranſlatis*; Voſſ. prim.

46. *Et quot genera.*] Refert enim Alexander Numenius, quoſdam exiſtimaſſe infinitas eſſe figurarum ſpecies: in qua videtur eſſe ſententia Cicero. Addit præterea Alexander, quoſdam exiſtimaſſe non eſſe infinitas, ſed tamen uſque adeo numeroſas, ut comprehendi non poſſent. TURNEBUS. *Et quot genera & quam multæ ſint ſpecies*; Ven. Locat. Ald. Baſil. Par. Vaſc. Steph. Colin. Gryph. Vidov. Obrecht. *& quæ quamque multa*; Cod. Colb. *& quæ quam multæ*; Voſſ. ſec.

47. *Debeamus figuram.*] *Debeamus per figuram*; marg. Gryph.

48. *Uno, qualiſcumque forma.*] Jubent dialectici in *homonymia*, ut rem ante diſtinguamus, ut conſtituatur, quid accipi debeat: idem facit Fabius, cum ſit *homonyma* dictio figuræ. TURNEBUS.

49. *Corporibus quibus.*] *In quibus*; Voſſ. ſec. Ven. Locat. Ald. Baſil. Par. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht.

50. *Habitus eſt aliquis.*] Σχῆμα, quod Latine dici poteſt *habitus*, a verbo *habeo*; ſicut illud Græcum ἀπὸ τοῦ σχεῖν, ἔχω. CAPPER.

51. *In ſenſu.*] Unde τὸ σχῆμα διανοίας, figura ſententiæ vel ſenſus. CAPPER.

52. *Vel ſermone.*] Unde τὸ σχῆμα λέξεως, figura dictionis, vel verborum. CAPPER.

53. *Sedemus, incumbimus, reſpicimus.*] exemplum eſt cujuſdam verborum figuræ, cui nomen ὁμοιόπτωτον, *ſimiliter cadens*, quatenus tria ſunt verba ejuſdem modi, temporis, perſonæ; itemque alterius verborum figuræ, cui nomen ὁμοιοτέλευτον, *ſimiliter deſinens*, quatenus tria ſunt vocabula, quorum ultimæ ſyllabæ ſonus eſt idem. CAPPER.

caſus, aut tempora, aut numeros, aut [54] etiam pedes, continue quis, aut certe nimium frequenter incurrit, præcipere ſolemus variandas figuras eſſe, vitandæ ſimilitudinis gratia. In quo ita loquimur, tanquam omnis ſermo habeat figuram. [55] Itemque eadem figura dicimus *curſitare*, qua [56] *lectitare*, id eſt, eadem ratione [57] declinari. Quare [58] illo intellectu priore & communi nihil [59] non figuratum eſt. Quo ſi contenti ſumus, non immerito Apollodorus, ſi tradenti [60] Cæcilio credimus, [61] incomprehenſibilia partis hujus præcepta [62] exiſtimavit. Sed [63] ſi habitus quidam, & quaſi geſtus [64] ſic appellandi ſunt, id demum hoc loco [65] accipi *ſchema* oportebit, quod ſit [66] a ſimplici atque in promptu poſitò dicendi modo poëtice vel [67] oratorie mutatum. [68] Sic enim verum erit, aliam eſſe orationem ἀσχημάτιστον, id eſt, carentem figuris, quod vitium [69] non inter minima eſt; [70] aliam ἐσχηματισμένην, id eſt, figuratam. [71] Verum id ipſum [72] anguſte Zoïlus terminavit, qui id ſolum putaverit *ſchema*, quo aliud ſimulatur dici, quam dicitur: quod ſane vulgo quoque ſic [73] accipi ſcio: unde & [74] *figuratæ controverſiæ* quædam, de quibus [75] paulo poſt dicam, vocantur. Ergo figura ſit arte aliqua [76] novata forma dicendi. Genus ejus unum quidam putaverunt, in hoc ipſo diverſas opiniones ſecuti. Nam hi, quia [77] verborum mutatio ſenſus quoque verteret, omnes figuras in verbis eſſe dixerunt; illi, quia verba rebus [78] accommodarentur, omnes in ſenſibus. [79] Quarum utraque

54. *Etiam pedes continuo quis.*] *Continue* legendum eſſe, nemo non videt. REGIUS. *Continuo quamvis*; Voſſ. prim. *continuos*; Cod. Colb. Voſſ. ſec. & Vallæ lib. Ego *continue* præferrem, cum Regio & Aſcenſio, id eſt, aſſidue: quod ſequentia, *aut certe nimium frequenter*, aperte probant: *continuo* vero eſt ſtatim. Eadem varietas ſupr. lib. II. cap. 20.

55. *Itemque eadem figura.*] *Figura* hic accipi videtur pro *analogia*, ac ſimili derivatione inflexioneque: referri tamen poteſt ad ſecundam ſpeciem, quando efficit *homœoteleuton*. TURNEB. *Itaque eadem*; MS. Bodl. Ald. *itemque eadem figura dici*; Voſſ. ſec. Cod. Colb. quod Gallæus etiam probabat. *item*; Obrecht.

56. *Lectitare.*] *Lactitare*; Baſil. *latitare*; Obrecht.

57. *Declinari.*] Ex Græco ἐγκλίνεσθαι, unde ἔγκλισις, *declinatio*, de verbis etiam apud Veteres uſurpatur: vulgo *formari* dicimus, & *conjugari*; nam τὸ *declinari* & *declinationem* nunc de ſolis nominibus uſurpare ſolent. CAPP.

58. *Illo intellectu.*] Illo ſenſu, illa ſignificatione. CAPP.

59. *Non figuratum eſt.*] *Infiguratum eſt*; Voſſ. prim. *non figura eſt*; Voſſ. ſec.

60. *Cæcilio.*] *Cælio*; Andr. Ven. Colon. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. marg. Steph. & Vaſc. Illum puto deſignari Cæcilium, de quo ſic Fabius lib. III. cap. I. *Multa poſt Apollonius Molon, multa Areus, multa Cæcilius, & Halicarnaſſeus Dionyſius.* Eumdem, opinor, memorat Longinus initio aurei περὶ ὕψους libelli, ubi ſic legitur: τὸ μὲν Καικιλίου συγγραμμάτιον, κλ. De Cæcilio mentionem faciunt etiam Plutarchus in Lyſia, Photius, Suidas, & Phœbammon auctor Scholiorum de figuris Rhetoricis poſt Alexandri Numenii de iiſdem opuſculum in Græcis Rhetorib. edition. Ald. tom. I. pag. 588. quamvis enim Aldina in editione auctoris nomen adſcriptum non fuerit (unde fraus facta eſt Turnebiano Fabianæ inſtitutionis interpreti, qui utrumque opus Alexandro Numenio tribuit;) attamen in Reg. biblioth codd. MSS. hujuſmodi Scholia Phœbammoni diſerte adſcribuntur. CAPPER.

61. *Incomprehenſibilia.*] In eadem eſt opinione Dionyſius Halicarnaſſ. in Arte. Cæcilium citat, qui Rhetoricam eſt profeſſus Romæ tempore Auguſti. TURNEB. τὸ *incomprehenſibilia* ſignificat infinita, quæ limitibus quibuſdam aut certo numero comprehendi nequeant: ἀπερίληπτα dixit Alexander Numenius in Græcis Rhetorib. Aldin. tom. I. pag. 574. CAPPER.

62. *Exiſtimavit.*] *Exiſtimarit*; Voſſ. ſec. tert. Obrecht.

63. *Si habitus quidam & quaſi geſtus.*] Supple, orationis. CAPPER.

64. *Sic appellandi ſunt.*] Id eſt, τῷ τῆς figuræ nomine. CAPPER.

65. *Accipi ſchema.*] *Schema dici*; Ven. Locat. Par. Colin. Gryph. Baſil. Vidov.

66. *A ſimplici.*] *In ſimplici ac in promptu*; Steph. Rollin.

67. *Oratorie imitatum.*] Emendate in quibuſdam exemplaribus legitur *immutatum*. REGIUS. *Immutatum*; Locat. Obrecht. *mutatum*; reliqui.

68. *Sic enim verum.*] Ἀσχημάτιστον dupliciter accipimus, aut quod male figuratum eſt, aut quod nullas omnino figuras habet: meminit hujus in cap. de ornatu. TURNEB.

69. *Non inter minima.*] *Non* abeſt a Voſſ. prim. tert.

70. *Aliam ἐσχηματισμένην.*] Vide Turneb. lib. XI. Adverſarior. cap. I.

71. *Verum id ipſum.*] Superiores peccabant, quia latius figuram accipiebant, quam deceret: Zoilus peccat, quia anguſtius: cujus apud Alexandrum Numenium hæc eſt definitio: *Figura eſt, cum aliud ſimulamus, aliud dicimus.* Attamen (ut inquit Alexander) apud nos aliquando addubitamus figurate citra ſimulationem: aliquando quoque utimur *averſione* non ſimulantes. TURNEB. In cujus nota duo ſunt, quæ diligenter animadvertere operæ pretium fuerit. I.° enim Alexandro Numenio tribuit, quod in Reg. biblioth. MSS. Phœbammoni adſcribitur, opuſculum ſcilicet de figuris hoc titulo: σχόλια περὶ σχημάτων ῥητορικῶν, *ſcholia de figuris Rhetoricis.* Hoc porro Commentariolum, licet Alexandri Numenii libro ſubjungatur, ab eo tamen longe diverſum eſt. 2.° His verbis, *utimur averſione*, Turnebianus ille *apoſtrophen* figuram intelligit. CAPPER.

72. *Anguſte Zoilus.*] *Cælius*, non *Zoilus* legatur, nam Cœlius Apollodori artem interpretatus eſt. REGIUS. *Anguſte tamen eſt Cælius*; Andr. Ald Baſil. Gryph. Colin. Vidov. marg. Steph. & Vaſcoſ. *anguſte Cæcilius*; Obrecht. Burman. *id ipſum tam anguſte Cælius*; V. C. Alm. *anguſte & Cælius*; Vallæ lib. BURMAN. Sed legendum eſſe *Zoilus*, evidentiſſime demonſtratur ex uno unius Phœbammonis loco, qui exſtat in Græcis Rhetoribus edition. Ald. tom. I. pag. 588. ubi ſic legimus: ὁρίζεται, φησὶ Ζώϊλος, οὕτως· σχῆμά ἐστιν ἕτερον μὲν προσποιεῖσθαι, ἕτερον δὲ τι λέγειν..... Κεκίλιος [lege Καικίλιος] δὲ ὁ Καλαινδίτης [lege Καλακτίτης. Erat enim ex oppido Siciliæ, cui nomen Καλὴ Ἀκτή ex Athenæo Dipnoſoph. lib. VI. cap. 21.] ὁρίζεται οὕτω· σχῆμά ἐστι τροπὴ εἰς τὸ μὴ κατὰ φύσιν, [τὸ] τῆς διανοίας καὶ λέξεως; hoc eſt: *definitur, inquit, Zoilus ita*: figura eſt aliud quidem ſimulare, aliud vero dicere.... *Cæcilius autem Calactites hoc modo definiit*: figura eſt immutatio ſententiæ vel dictionis, in id quod ſecundum naturam non eſt. Unde Zoilum a Quinctiliano, non Cæcilium hic reſpici, liquido conſtat. CAPPER.

73. *Accipi ſcio.*] *Accipi ſolet*; Voſſ. prim. tert.

74. *Figuratæ controverſiæ*] *Figuratæ controverſiæ* ſunt, quæ non ſimplici & recto ductu tractantur, ſed per ſimulationem quamdam & inſinuationem fiunt, aut per contrarium, per *emphaſin*, & ex obliquo: auctor Hermogenes lib. IV. *de Inventione*. TURNEB. Sic Dionyſius Halicarnaſſ. λόγον ἐσχηματισμένον vocat orationem Demoſthenis pro Cteſiphonte; quia Cteſiphontis quidem defenſionem a ſe ſuſcipi ſimulat; ſed revera ſe ipſe laudare ſtudet. CAPPER.

75. *Paulo poſt dicam.*] Scilicet hujus libri cap. 2. poſt medium.

76. *Novata forma.*] *Nova*; V. C. Alm. *notata*; marg. Baſil.

77. *Verborum mutatione ſenſus quoque verterunt.*] *Verterent* ſine controverſia legendum eſt. REGIUS. *Mutatione ſenſus quoque verterentur*; Vaſcoſ. Steph. *verterent*; Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *mutatio ſenſus quoque verteret*; Leidenſ. Obrecht. Oxon.

78. *Accommodarentur.*] *Accommodarent*; Ven. Locat. Ald. Par. Colin. Gryph. Vidov.

79. *Quorum utraque.*] *Quarum*; V. C. Alm. Baſil. Oxon. Leid. Obrecht. & alii.

manifeſta

manifeſta cavillatio eſt. [80] Nam, ut eadem dici ſolent aliter atque aliter, [81] manetque ſenſus elocutione mutata; [82] ita & figura ſententiæ plures habere verborum figuras poteſt. [83] Illa eſt enim poſita in concipienda cogitatione, [84] hæc in enuncianda; ſed frequentiſſime coëunt; ut in hoc: [85] *Jam, jam, Dolabella,* [86] *neque me tui, neque tuorum liberûm.* Nam [87] oratio a júdice averſa, in ſententia, [88] *Jam jam,* [89] & *liberûm*, in verbis ſunt *ſchemata.* Inter plurimos enim, quod ſciam, [90] conſenſum eſt, duas ejus eſſe partes; διανοίας, id eſt, mentis, vel ſenſus, vel ſententiarum (nam iis omnibus modis dictum eſt;) & λέξεως, id eſt, verborum, vel dictionis, vel elocutionis, vel ſermonis, vel orationis; [91] nam & variatur, & nihil refert. Cornelius tamen Celſus adjicit verbis & ſententiis [92] figuras *colorum*: nimia profecto novitatis [93] cupiditate ductus. Nam quis ignoraſſe eruditum alioqui virum credat, *colores* & [94] ſententias ſenſuum eſſe? Quare ſicut omnem orationem, ita figuras quoque verſari neceſſe eſt in ſenſu, & in verbis. [95] Ut vero natura prius eſt, concipere animo res, quam enuntiare; ita de iis figuris ante loquendum eſt, quæ ad mentem pertinent: quarum quidem utilitas cum magna, tum multiplex, in nullo non orationis opere clariſſime [96] elucet. Nam etſi minime videtur pertinere ad probationem, qua figura quidque dicatur; facit tamen credibilia, quæ dicimus, & in animos judicum, qua non obſervatur, irrepit. Namque, ut in armorum certamine [97] adverſos ictus, [98] & rectas ac ſimplices manus [99] cum videre, tum etiam cavere ac propulſare facile eſt, averſæ tectæque minus ſunt obſervabiles, & aliud oſtendiſſe, quam petas, artis eſt; ſic oratio, quæ aſtu caret, [100] pondere, mole, & impulſu prœliatur; ſimulanti, variantique conatus, [101] in latera, atque in terga incurrere datur, [102] &

80. *Nam & eadem.*] Loco & copulæ, *ut* adverbium videtur eſſe reponendum. REGIUS. Colligit duo genera figurarum, atque ita confutat cavillationem ſuperiorem; nam figura eſt in ſenſu, ſi remanet mutatis verbis; eſt autem in dictione, ſi mutatis verbis perit. TURNEB. *Nam & eadem;* Obrecht. & ita Vallæ lib. qui nec poſtea τὸ *ita* habet, teſte Aſcenſio: cum quo & Voſſ. ſec. facit. BURMAN.

81. *Manetque.*] *Manemque;* Voſſ. prim.

82. *Ita & figura.*] *Ita* deeſt in Voſſ. ſec. tert. Obrecht.

83. *Illa eſt enim.*] Scilicet figura τῆς διανοίας, ſententiæ vel ſenſus. CAPPER.

84. *Hæc in enuncianda.*] Τὸ *hæc* deſignat figuram τῆς λέξεως dictionis vel elocutionis. CAPPER.

85. *Nemo jam.*] Hunc locum ſic ſcribe ex 1. Verr. 30. *Nemo jam, Dolabella, neque tui, neque tuorum liberûm, quos tu miſeros in egeſtate, atque in ſolitudine reliquiſti, miſereri poteſt.* PHILAND. *Nemo* non eſt in MSS. Alm. Voſſ. omn. Locat. Ald. Gryph. Vidov. Obrecht. *nemo jam Dolabella;* Baſil. Vide comment. ad d. l. Ciceronis, ubi corrigunt ex MSS. *jam jam, Dolabella, neque me tui, &c. miſereri poteſt.* Ita quidem edidit olim Lambinus, & nuper Grævius: ſed vereor ut Latinis auribus probari poſſit illa locutio, *me tui miſereri poteſt.* Tutius enim legeretur *miſerere*, vel ſi quis τὸ *miſereri* ſervare velit, legendum videretur: *nemo jam neque tui .... miſereri poteſt.* Igitur placet præ cæteris Aſconiana lectio: *neque me tui .... miſeret;* vel ea quam nonnulli codd. MSS. exhibent: *neque me tui ..... miſerere poteſt.* Cæterum τὸ *nemo* ſuſtulimus, quod etiam abeſt a pluribus MSS. & antiquis Fabii editionibus, neque in Aſconii exemplaribus inerat. CAPPER.

86. *Neque meûm, neque tuorum.*] *Me tui*, non *meûm* legendum, ſi non ex ſenſu, at ex tertia in Verrem, unde hoc ſumptum eſt exemplum, facile apparet. REGIUS. *Neque tui me neque tuorum;* Ald. Obrecht. *neque me tui;* Ven. Locat. Sich. Gryph. *neque tui neque tuorum;* Baſil. Steph. Colin. Vidov. *nec me tui, nec tuorum;* Voſſ. ſec. Vide commentatores ad Cicer. 1. in Verr. 30. BURMAN.

87. *Oratio a judice averſa.*] Eſt *apoſtrophe* figura ſententiæ, vel ſenſus. CAPPER.

88. *Jam jam ..... in verbis.*] Eſt ἐπίζευξις [Aquilæ Romano pag. 19. Rhetor. Pithœan. παλιλλογία, Herenniano Rhetori *conduplicatio*] figura verborum. CAPPER.

89. *Et liberûm.*] Ubi eſt *ſyncope* figura ſaltem Grammatica. CAPPER.

90. *Conſenſum eſt duas ejus eſſe partes.*] Attamen Curius Fortunatianus pag. 73. Rhetor. Pithœan. tres figurarum ſpecies ponit; unam λέξεως in ſingulis verbis poſitam, ut, *nuda genu;* alteram λόγου in elocutionis compoſitione, ut in *polyptoto, epanaphora, paronomaſia*, &c. tertiam διανοίας, in ſenſibus ſive ſententiis, ut contingit in *apoſtrophe*, *protherapeuſi*, &c. quæ diviſio non eſt omnino ſpernenda; quamvis prima ſpecies ad Grammaticam potius, quam ad Rhetoricam pertinere videatur. CAPPER.

91. *Nam & variatur.*] Id eſt, variatur appellatio ejus figuræ, quæ tota in verbis poſita eſt; figura λέξεως variis nominibus inſigniri ſolet. CAPPER.

92. *Figuras colorum.*] Figuras *colorum* appellat eas, quibus uti ſolemus, cum probabilem aſſerimus cauſſam rei alioqui turpis: ſed enim figuræ *colorum* referri debent ad figuras ſententiarum. TURNEB. De variis τοῦ *color* ſignificatibus apud Rhetoras, vide quæ diximus ad lib. IV. cap. 2. annotatione 4: 2. CAPPER.

93. *Cupiditate.*] *Cupidine;* Voſſ. tert.

94. *Sententias ſenſus eſſe.*] *Senſuum eſſe;* Locat. Ald. Colin. Baſil. Gryph. Colin. Obrecht. Oxon.

95. *Ut vero natura.*] Idem teſtantur etiam dialectici, priores eſſe animi conceptiones; quoniam verba ad animi conceptiones ſignificandas adhibentur: itaque in tractando ſequitur Fabius naturæ ordinem. TURNEB.

96. *Elucet.*] *Lucet;* Vallæ lib. Alm. & Voſſ. ſec.

97. *Et adverſos.*] *Et* non erat in MSS. Alm. Voſſ. prim. tert. Leid. Obrecht. Oxon.

98. *Et rectas ac ſimplices manus.*] *Manus* hoc loco appellamus gladiatorum petitiones & ictus, ut expoſuimus lib. V. cap. 13. Appellat autem *manus adverſas* & *rectas*, quæ a fronte quaſi pugnant, ideoque facile poſſunt obſervari & vitari. Vocat *averſas*, quæ ictum inferunt in latera & terga, ſuntque difficiliores. TURNEB.

99. *Cum videre.*] *Tum;* Steph.

100. *Pondere, mole.*] *Modo;* V. C. Alm. Colb. Pith. Ald. male; pondere enim & mole prœliatur, qui, omiſſa arte & acumine, corporis vi invadit adverſarium; ut lib. X. cap. 1. *pugnat ille acumine ſemper, hic frequenter & pondere.* Valer. Flacc. IV. 290.

——— *Redit huc oculis & pondere Bebryx.*

BURMAN.

101. *In latera atque integra incutere.*] Corrupte quidem ſic legitur. Emendate vero *in terga* & *incurrere.* Eſt enim hæc ſimilitudo a gladiatoribus ſumpta. REGIUS. *In latere atque in tergum;* Voſſ. tert. *currere;* Voſſ. prim. tert. *in terga incutere;* Locat. Obrecht. marg. Baſil.

102. *Et arma avocare.*] Vulgo *advocare*: male. At *avocare arma* eleganter in armorum certaminibus dicitur, qui conlato pede cum adverſario, ſi quam corporis partem armis tectam obſervat, non in eam dirigit ictum, ſed aliam ſe petere velle fingit: tum, adverſario ſe aperiente & illam partem nudante, ut in aliam, quam peti videt, arma transferat ibique ſe protegat; hic avocatis adverſarii armis, repente & nec opinanter, non eam partem, cui minabatur ictum, ſed eam, quam detexit adverſarius, ferit: *fictionem* etiam hodie vocamus in armorum ludo, ejuſmodi armorum avocationem. SALMASIUS. Ad Spart.

arma avocare, & velut [103] nutu fallere. [104] Jam vero [105] affectus nihil magis ducit. Nam ſi frons, oculi, manus multum ad motum animorum valent, quanto plus orationis ipſius vultus [106] ad id, quod intendimus efficere, compoſitus? [107] Plurimum tamen ad commendationem facit, ſive [108] in conciliandis [109] agentis [110] moribus, ſive ad [111] promerendum actioni favorem, ſive ad levandum varietate faſtidium, ſive ad quædam vel decentius indicanda, vel tutius. Sed antequam, quæ cuique rei figura conveniat, [112] oſtendam, [113] dicendum nequaquam [114] eas eſſe tam multas, quam ſunt a quibuſdam conſtitutæ. [115] Neque enim me movent nomina illa, quæ fingere utique Græcis promptiſſimum eſt. Ante omnia igitur illi, qui totidem figuras putant, quot affectus, repudiandi; [116] non quia affectus non ſit quædam qualitas mentis; ſed quia figura, quam non communiter ſed proprie nominamus, non ſit ſimplex [117] rei cujuſque enunciatio. Quapropter in dicendo iraſci, dolere, miſereri, timere, confidere, contemnere, non ſunt figuræ; non magis quam ſuadere, minari, rogare, excuſare. Sed fallit [118] parum diligenter intuentes, quod inveniunt in omnibus his locis figuras, & earum exempla ex orationibus excerpunt. Neque enim pars ulla dicendi eſt, quæ non recipere eas poſſit. Sed aliud eſt admittere figuram, aliud figuram eſſe. Neque enim verebor explicandæ rei gratia frequentiorem ejuſdem nominis repetitionem. Quare dabunt mihi aliquam in iraſcente, deprecante, miſerante, figuram, ſcio; ſed non ideo iraſci, miſereri, deprecari, figura erit. [119] Cicero quidem omnia orationis lumina in hunc locum congerit, mediam quamdam (ut arbitror) ſecutus viam; ut nec omnis ſermo *Schema* judicaretur, nec ea ſola, quæ haberent aliquam remotam ab uſu communi [120] fictionem; ſed [121] quæ eſſent clariſſima, & [122] ad movendum auditorem valerent plurimum: quem duobus ab eo libris tractatum locum ad literam ſubjeci, ne fraudarem legentes judicio maximi auctoris. [123] In tertio de *Oratore* ita ſcriptum eſt: [124] *In perpetua autem oratione, cum & conjunctionis [125] lenitatem, [126] & numerorum, quam dixi, rationem tenuerimus, [127] tum eſt quaſi luminibus diſtinguenda & frequentanda omnis oratio, ſententiarum atque verborum.* [128] *Nam & commoratio una in re* [129] *permultum movet, & illuſtris explanatio, rerumque, quaſi gerantur,* [130] *ſub aſpe-*

tiani Adrian. cap. 26. *advocare*; Voſſ. ſec. tert. Locat. Ald. Baſil. Steph Gryph. Colin. Vidov. Leid. Oxon. Colomeſii notam omiſimus, quia ex Salmaſianis tota eſt conflata. BURMAN.

103. *Nutu fallere.*] *Nictu*; marg. Baſil.

104. *Jam vero.*] Idem teſtatur Alex. Numenius, & Aquila Romanus: *ſi quis enim*, ait, *ex vehementibus oratorum ſententiis figuras detraxerit, tota vis jacebit.* TURNEB.

105. *Affectus nihil magis ducit.*] Supple, quam figurarum multitudo & varietas, earum maxime, quæ τ̃ διανοίας, ſententiarum, dicuntur. Idem tradit Longinus in opuſculo de ſublimitate ſermonis cap. 23. CAPPER.

106. *Ad id, quod intendimus efficere.*] *Tendimus*; Voſſ. prim. tert. Francius volebat, *ad id, quod intendimus, efficiendum compoſitus.*

107. *Plurimum tamen.*] Non ſolum figuræ ſententiarum proſunt ad effectus movendos, verum etiam valent ad ἦθος, quod poſitum eſt in conciliatione & quadam orationis moderatione. TURNEB.

108. *In conciliandis.*] Supple, judici vel auditori: eſt autem *conciliare alicujus mores*, efficere ut probentur, amentur; aut ſaltem probi videantur & amabiles. CAPPER.

109. *Agentis.*] Hoc eſt, agentis *cauſſam* forenſem, ejus qui *cauſſam* in foro agat, orationem publicam habeat, &c. CAPPER.

110. *Moribus.*] *Motibus*; marg Gryph. & Baſil.

111. *Promerendum.*] *Promovendum*; Obrecht. ed.

112. *Oſtendam.*] *Oſtendo*; V. C. Alm. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

113. *Dicendum.*] *Dicendum eſt*; Obrecht.

114. *Eas eſſe tam multas.*] *Eas* abeſt a Voſſ. omnibus.

115. *Neque enim me.*] Auctores Græci infinitas prope ſunt perſecuti figuras, ac ſingulis ſua aptaverunt nomina ex copia linguæ: itaque putat Fab. ſupervacuas ab illis multas inductas figuras. TURNEB.

116. *Non quia affectus non ſit.*] *Non quin affectus ſit quædam*; Obrecht. *non quia a. n. ſunt*; Voſſ. prim.

117. *Rei cujuſque.*] *Rei cujuſcumque*; MSS. Alm. Voſſ. prim. cod. Bernenſ. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

118. *Parum diligenter intuentes.*] *Parum intuentes*; V. C. Alm. ſed lib. III. cap 9. *Nec, niſi totis cauſſæ partibus diligenter inſpectis, ſcire poſſumus*; & ita ſæpe Petron. vide ejus capp. XII. XIV. CXXXV. & alibi. BURMANNUS.

119. *Cicero quidem.*] Cicero figuras latius accipit, quam Fabius; ſtrictius tamen, quam illi, qui ſermonem omnem habere putant *ſchema*. Quicquid enim paulo videtur ornatius, a Cicerone figura dicitur. TURNEB.

120. *Fictionem.*] Πλάσμα, id eſt, quamdam orationis conformationem. CAPPER.

121. *Quæ eſſent clariſſima.*] Hoc loco animadvertendum eſt, cujuſmodi figuras Tullius admiſerit, & quid figurarum nomine voluerit intelligi. CAPPER.

122. *Ad movendum.*] *Ac* copula ſimiliſve mihi videtur adſcribenda, ut legatur *ac ad movendum*. REGIUS. Non habet copulam Locat. *& ad* Vall. lib.

123. *In tertio.*] Cap. 52. & ſeqq.

124. *In perpetua autem.*] Continuata oratio habere debet commodam juncturam & collocationem verborum, ne ſit ullus hiatus, aut aſperitas: præterea conſtare debet pedibus, ut cadat numeroſe: ornari poſtremo debet figurarum concinnitate. TURNEB.

125. *Lenitatem.*] *Levitatem*; Locat. & cod. Bernenſ.

126. *Et numerorum q. d. rationem.*] *Ex numerorum q. d. ratione*; Voſſ. prim. tert.

127. *Tum eſt.*] *Tum etiam*; Voſſ. ſec.

128. *Nam & commoratio.*] *Commoratio* eſt, cum in firmiſſimo loco *cauſſæ* diutius moramur, & eodem ſæpius regredimur: appellatur ἐπιμονή. TURNEB.

129. *Permultum movet.*] *Multum*; Voſſ. prim.

130. *Sub aſpectum.*] *Sub aſpectu*; Gebh. I. crep. 4. & ita Gruterus quoſdam codices habere teſtatur, & eſt in Voſſ. prim. ſed ego malo prius. Nam noſter capite ſequenti *ſub oculos ſubjectionem* vocat de eadem re agens, & lib. VIII. cap. 6. *tranſlatio ſignandis rebus ac ſub oculos ſubjiciendis reperta eſt.* Cicer. III. de Orat. 53. *rerum, quaſi gerantur, ſub aſpectum penè ſubjectio.* BURMAN. His porro verbis, *rerum ſub aſpectum pene ſubjectio*, intelligit Tullius eam ſententiæ figuram, cui nomen ὑποτύπωσις, *hypotypoſis*: in exemplum ſit ille locus e quinto Ciceronis in Verrem libro: *Ipſe inflammatus ſcelere ac furore in forum venit: ardebant oculi, toto ex ore crudelitas eminebat: exſpectabant omnes, quo tandem progreſſurus, aut quidnam acturus eſſet, cum repente hominem prorìpi, atque in foro medio nudari ac deligari & virgas expediri jubet. Clamabat ille miſer ſe civem eſſe Romanum*, &c. CAPPER.

ctum pene ſubjectio, quæ & in exponenda re plurimum valet, [131] *& ad illuſtrandum id, quod exponitur, & ad amplificandum; ut iis, qui audient, illud,* [132] *quod augebimus, quantum efficere oratio poterit, tantum eſſe videatur:* [133] *& huic contraria ſæpe, præciſio eſt: &* [134] *ad plus intelligendum, quam dixeris, ſignificatio: &* [135] *diſtincte* [136] *conciſa brevitas, &* [137] *extenuatio: & huic adjuncta* [138] *illuſio,* [139] *a præceptis Cæſaris non abhorrens: &* [140] *ab re digreſſio,* [141] *in qua cum fuerit delectatio,* [142] *tum reditus ad rem aptus* [143] *& concinnus eſſe debebit: propoſitioque, quid ſis dicturus: & ab eo, quod eſt dictum,* [144] *ſejunctio: &* [145] *reditus ad propoſitum, &* [146] *iteratio: &* [147] *rationis apta concluſio: tum augendi minuendive cauſſa veritatis ſuperlatio, atque trajectio:* [148] *& rogatio, atque huic finitima quaſi*

131. *Et ad illuſtrandum . . . . & ad amplificandum.*] Exemplum habes in Tullii Philippica ſecunda, ubi Antonii luxuria, qualis in Pompeii ædibus fuerit, deſcribitur. CAPP.

132. *Quod augebimus.*] *Quod augemus*; V. C. Alm.

133. *Et huic contraria, &c.*] *Præciſio* eſt, cum id, quod dicebamus, repente omittimus: vocatur *paralipſis*, eſtque contraria *hypotypoſi*, quoniam *hypotypoſis* copioſe rem explicat, quam ſtatim amputat *præciſio*. TURNEB. Gebh. lib. 1. crep. 4. notat in MSS. eſſe *percuſſio*, ſed ſuperſcriptum *percurſio*, quod probat. *Percuſſio* etiam MSS. Bodl. Joan. Alm. Voſſ. prim. ſec. & Bernenſ. BURMAN. Lectio illa *percurſio*, cujus veſtigia in pluribus MSS. extant, non eſt utique ſpernenda. *Percurſio* enim Græcis Rhetoribus eſt ἐπιτροχασμὸς, ut patet ex Alexandro Numenio, & ſic exponitur ab Aquila Romano pag. 14. Rhetor. Pithœan. *Epitrochaſmus, percurſio: hæc rurſum figura differt a coacervatione;* [Aquila reſpicit ad Græcorum Συναθροισμὸν] *quod, cum illa res diverſas plures in eumdem locum conferat, hæc de ſtantia plura inter ſe percurrens velocitate ipſa circumponit: ut ſi velis dicere: Cæſar in Italiam evolarat, Corfinium præſidio deſertum ceperat, urbe potiebatur, Pompeium perſequebatur.* Præciſionis autem ſatis idoneum hoc exemplum profert ipſe Fabius cap. 2. hujus libri: *Nimis urgeo, commoveri videtur adoleſcens;* &: *Nolo plura dicere, ipſum adoleſcentem dicere audiſtis.* Herennianus etiam Rhetor de præciſione ſic loquitur lib. IV. num. 42. *Præciſio eſt, cum, dictis quibuſdam, reliquum quod cœptum eſt dici, relinquitur in audientium judicio ſic: Mihi tecum præcertatio non eſt ideo, quod populus Romanus me . . . . nolo dicere, ne cui forte arrogans videar.* CAPPER.

134. *Ad plus intelligendum, quam dixeris, ſignificatio.*] His verbis innuitur ἔμφασις, quam Fabius tum alibi, tum capite ſequenti exponit. CAPPER.

135. *Diſtincte conciſe brevitas.*] *Dictionis conciſa brevitas*; Obrecht. *diſtricte conciſa*; Ven. Locat. Baſil. *& diſtricte*; Gryph.

136. *Conciſa brevitas.*] Appellatur *brachylogia*, cum breviſſime aliquid ſtringimus: continetur etiam *epitrochaſmos*, id eſt, *percurſio*. TURNEB. In quo perperam antea legebatur *præcurſio*: ſed legendum eſſe *percurſio*, ſatis conſtat ex ipſa dictione Græca, ἐπιτροχασμὸς, & ex Aquila Romano pag. 14. CAPPER.

137. *Extenuatio.*] Eſt ἐξουθενισμὸς, id eſt, *elevatio & contemptio*; quando aliquid oratione contemptum efficimus. TURNEB. De hac figura ſic ſcribit Julius Rufinianus pag. 25. Rhetor. Pithœan. *Exuthenismus. Figura hæc fit, cum rem aliquam extenuamus & contemptam facimus: ut apud Lucilium* [lego *Horatium de Lucilio.*]

> *At magnum fecit, quod verbis Græca Latinis*
> *Miſcuit.* lib. 1. Satir. 10.

Cato apud Athenienſes; Antiochus epiſtolis bellum gerit, calamo & atramento militat. CAPPER.

138. *Illuſio.*] Διασυρμὸν & σαρκασμὸν intelligit. Vide ad cap. 6. lib. VIII. CAPPER.

139. *A præceptis.*] *Et a præceptis*; Steph. Roign.

140. *Ab re digreſſio.*] *Ab re non longa digreſſio*; Ald. Par. Gryph. Colin. & ita in Cicerone editur. Digreſſionem Græci παρέκβασιν appellare ſolent. CAPPER.

141. *In qua cum fuerit.*] Illud verbum *fuerit*, ut ſupervacuum, mihi videtur eradendum. REGIUS.

142. *Tum reditus.*] Ἄφοδος appellatur, id eſt, *regreſſio*, cum a digreſſione apte redimus ad propoſitum. TURNEB. ἄφοδος eſt reditus apud Herodot. & apud ipſummet Fabium cap. 3. hujus libri. CAPPER.

143. *Et concinnus.*] Sic in Cicerone, non *conveniens*. PHILANDER. Variare apud Ciceronem codices, & quoſdam *concinnus*, *continuus*, *concinens*, *continens*, *conveniens*, *concinnens* habere Gruterus notat. *concinens*; V. C. Alm. quod & probat Gebh. *continens*; Voſſ. prim.

144. *Sejunctio.*] *Sejunctionem* appellat auctor ad Herennium, cum oſtendimus, quid nobis conveniat cum adverſario, quid non conveniat: hic vero ſignificare videtur tranſitum, ut cum ita dicimus: *Hoc abſolutum eſt, ſequitur illud dicendum.* TURNEB.

145. *Reditus ad propoſitum.*] Ut cum tractavimus aliquid, quod eſſet utile *cauſſæ*, & ab eo redimus ad præcipuum *cauſſæ* cardinem. TURNEB.

146. *Iteratio.*] Ἐπανάληψις latiori ſenſu accepta, de qua Fabius libro VIII. cap. 3. Itemque Rutilius Lupus pag. 3. Rhetor. Pithœan. Ea continet *epanaphoras*, *epizeuxes*, *anadiploſes*, *epanalepſin* ſtricte ſumptam, omne repetitionis genus. CAPPER.

147. *Rationis apta concluſio.*] Herennianus Rhetor *concluſionem* ſimpliciter vocat, & ſic definit: *Concluſio eſt quæ brevi argumentatione ex iis, quæ ante dicta ſunt aut facta, conficit id quod neceſſario conſequatur*, &c. exemplum afferemus mox ad illud Oratoris: *Ut argumentum ratione concludat.* CAPPER.

148. *Et rogatio atque trajectio.*] Tranſpoſita hoc loco verba ordinem perturbant. Nam *ſuperlatio* atque *trajectio*, cum pro *hyperbole* ponantur, ſeparandæ non videntur: quare ita legatur, *veritatis ſuperlatio, atque trajectio, & rogatio*: ſic enim rogationi quoque percontatio finitima erit. REGIUS. *Rogatio atque trajectio*; Locat. *Et rogatio, atque huic finitima, &c.*] Nam rogatio eſt, ut noſcamus; percontatio, ut alterum arguamus: ſic Fabius cap. ſequenti. TURNEBUS. Hæc ille Pſeudo-Turnebus Ludovico Strebæo ſublegit, qui Commentar. in III. Ciceronis libr. de Orat. ſic habet pag. 159. *Percontatio finitima eſt rogationi: quid differant, Quinctilianus oſtendit his verbis*: Quid enim tam commune, quam interrogare vel percontari? Nam utroque utimur indifferenter; quum alterum noſcendi, alterum arguendi gratia videatur adhiberi. *Cicero videtur obſervaſſe diſcrimen & dixiſſe rogationem, quæ noſcendi gratia adhibetur.* Sed erravit uterque graviter mea quidem ſententia. Nam dicere debuiſſent rogationem ſeu interrogationem fieri, ut arguamus, objurgemus, &c. percontationem vero, ut noſcamus. Sic enim diſerte docet Aquila Romanus pag. 15. Rhetor. Pithœan. *Erotema, interrogatum. Eo utimur, ubi exacervando* [legendum utique eſt *exacerbando*] *aliquid interrogamus, & augemus ejus invidiam hoc modo*: Fuiſtine in illo loco? &c. *hæc enim ſi ſine interrogatione dicantur ad hunc modum*: Hic fuit in illo loco . . *hæc ſic prolata minus invidioſe proferrentur. Pyſma, quæſitum*; (ſive percontatio; nam πυθέσθαι eſt *percontari*) *hoc genus a ſuperiore eo differt, quod ad interrogatum una voce tantum reſponderi poteſt, vel a negante, vel a confitente: quæſito autem occurri non niſi pluribus poteſt*, &c. Nec ſuas ad partes Turnebianus trahat Fabium, qui Aquilæ Romano præluſiſſe videtur, & rogationem ſive interrogationem a percontatione ita diſtinxiſſe, ut illa indignandi arguendique cauſſa fieri ſoleret. Sic enim ſcribit Quinctilianus hujus libri cap. 2. *ſimplex eſt ſic rogare*: Sed vos qui tandem? *figuratum autem, quoties non ſciſcitandi gratia aſſumitur, ſed inſtandi*: Quid enim tuus ille . . . gladius agebat? &, Quouſque tandem abutere, Catilina, patientia noſtra? *quanto enim magis ardet, quam ſi diceretur*: Diu abuteris . . . *interrogamus etiam . . . . aut invidiæ gratia, ut Medea apud Senecam*: Quas peti terras jubes? . . . *aut inſtandi, & auferendæ diſſimulationis; ut Aſinius*: Audiſne? . . *nam & indignationi convenit . . . Eſt interim acrius imperandi genus.* Strebæum & Turnebum fallere potuit hæc Fabii locutio ibidem: *Quid enim tam commune, quam interrogare, vel percontari? nam utroque utimur indifferenter; cum alterum noſcendi, alterum arguendi gratia videatur adhiberi.* Sed τὸ alterum *noſcendi* ad τὸ *percontari* referendum eſſe, merito notat, & contra Popmam ex eruditorum Philologorum teſtimoniis argumentiſque probat Burmannus ad eum Quinctiliani locum. CAPPER.

percontatio: [149] *expoſitioque ſententiæ ſuæ: tum illa, quæ maxime quaſi irrepit in hominum mentes, alia dicentis ac* [150] *ſignificantis diſſimulatio, quæ eſt perjucunda,* [151] *cum in oratione, non contentione, ſed ſermone tractatur: deinde* [152] *dubitatio, tum diſtributio,* [153] *tum correctio, vel ante, vel poſtquam dixeris, vel cum aliquid a teipſo rejicias:* [154] *præmunitio etiam eſt ad id, quod aggrediare: &* [155] *rejectio in alium:* [156] *communicatio, quæ eſt quaſi cum iis ipſis, apud quos dicas, deliberatio:* [157] *morum ac vitæ imitatio, vel in perſonis, vel ſine illis, magnum quoddam ornamentum orationis, & aptum* [158] *ad animos conciliandos vel maxime,* [159] *ſæpe autem etiam ad commovendos:* [160] *perſonarum ficta inductio, vel graviſſimum lumen augendi:* [161] *deſcriptio,* [162] *erroris inductio,* [163] *ad hilaritatem impulſio,* [164] *anteoccupatio: tum duo illa, quæ maxime movent,* [165] *ſimilitudo, & exemplum:* [166] *digeſtio, interpellatio* [167] *contentio,* [168] *reticentia, commendatio.* [169] *Vox quædam libera, atque etiam effrenatior,* [170] *augendi cauſſa:* [171] *iracundia,* [172] *objurgatio,* [173] *promiſſio, deprecatio,* [174] *obſecratio,* [175] *declinatio brevis a propoſito, non ut ſuperior illa digreſſio:* [176] *purgatio, conciliatio, læſio,* [177] *optatio, atque* [178] *execratio. His fere luminibus illuſtrant orationem ſententiæ.* [179] *Orationis autem ipſius, tanquam armorum, eſt* [180] *vel ad uſum* [181] *comminatio & quaſi petitio, vel ad venuſtatem ipſa tractatio. Nam &* [182] *geminatio verborum habet interdum vim, leporem*

149. *Expoſitioque ſententiæ.*] Ex *Oratore* ad Brutum [num. 223.] intelligere debemus hunc locum de *ſubjectione*, quando interrogamus, & poſtea ponimus ſententiam noſtram reſpondendo. TURNEB.

150. *Significantis.*] *Significantis* in Cicerone, non *ſimulantis*. PHILAN. Figura eſt autem, quæ Græce vocatur εἰρωνεία. Latini quoque Rhetores *ironiam* dixêre. CAPP.

151. *Tum in orationes.*] *Cum*, &, litera *s* eraſa, *oratione* legendum eſſe, apparet ex Cicerone: differt autem contentio a ſermone; nam ſermo eſt oratio remiſſa ac finitima quotidianæ locutioni; contentio vero eſt oratio acris ad confirmandum, confutandumque accommodata. REGIUS. *Tum in oratione*; Locat. *cum in orationibus*; Voſſ. ſec. *orationis*; Voſſ. prim. & Bern. Turnebiani notam ad hunc locum jure merito Burmannus omiſit, quia Raphaëlis Regii non ſententiam ſolummodo, ſed ipſa etiam verba fere tranſcripſerat. CAPPER.

152. *Dubitatio.*] Græci Rhetores modo διαπόρησιν, modo ἀπορίαν appellant. Vide Julium Rufinianum & Aquilam Romanum pagg. 15. & 25. Rhetor. Pithœan. CAPPER.

153. *Tum correctio, &c.*] Duplex eſt correctio: quædam enim rem præcedit, quæ dicitur προδιόρθωσις: quædam ſequitur, quæ dicitur ἐπιδιόρθωσις. TURNEB. *Correptio*; Voſſ. prim. & Bern.

154. *Præmunitio.*] Quæ Julio Rufiniano pag. 29. Rhetor. Pithœan. eſt *prohypergaſia*, προϋπεργασία; vel *proparaſceve*, προπαρασκευή. Nam perperam editum fuit *prupergaſia* & *paraſceve*. Huc referri poſſunt ejuſdem Rufiniani προκατάληψις, & προκατασκευή, de quibus agit ibidem pag. 36. CAPPER.

155. *Rejectio in alium.*] Antea rejectio ſimpliciter fiebat, a ſe removendo: nunc vero fit etiam in alium transferendo. TURNEB. Vide Peare. ad Ciceron. III. *de Orat.* 53.

156. *Communicatio.*] Quæ Græcis eſt ἀνακοίνωσις & ἰδιωτισμὸς Julio Rufiniano, qui plurima exempla profert e Cicerone aliiſque pag. 26. Rhetor. Pithœan. CAPPER.

157. *Morum ac vitæ imitatio.*] *Ethopœia* & *mimeſis*, quæ dupliciter fit; vel cum nos ipſi mores alicujus effingimus non inducta perſona; vel cum perſonas inducimus. TURNEB.

158. *Ad animos conciliandos.*] Id eſt, flectendos, mitigandos, &c. ope mitiorum ac leniorum affectuum, quos Græci ἤθη vocant. CAPPER.

159. *Sæpe etiam ad commovendos.*] Vehementioribus illis affectibus, quæ πάθη dicuntur. CAPPER.

160. *Perſonarum ficta inductio.*] Hæc eſt decantata illa προσωποποιία, quam Tullius in oratore ſic innuit: *ut muta quædam loquentia inducat.* CAPPER.

161. *Deſcriptio.*] Διατύπωσις. Vide Aquilam Romanum pag. 15. CAPPER.

162. *Erroris inductio.*] Ἀποπλάνησις appellatur, quando ita varie rem tractamus, aut obſcuramus, ut judicem in errorem impellamus; quemadmodum jactavit ſe Cicero in Cluentiana *cauſſa* offudiſſe tenebras oculis judicum TURNEB.

163. *Ad hilaritatem.*] *In hilaritatem*; Par. Vaſc. Gryph. Vidov. & *in hilaritatem*; Steph. Roign. Ea porro figura eſſe videtur, quam Julius Rufinianus pag. 24. χαριεντισμὸν, *charientiſmi* nomine deſignavit; ubi perperam legitur *charentiſmus*. CAPPER.

164. *Anteoccupatio.*] *Aut occupatio*; Voſſ. prim ſec. Locat. Baſil. Græci πρόληψιν appellant, & Fabius cap. ſequenti *præſumptionem*. CAPPER.

165. *Similitudo & exemplum.*] Fabius tamen non putat eſſe figuras, ut pleraſque alias, quas enumerat Cicero; pertinent tamen ſimilitudo & exemplum ad exornationem, ut docuit lib. VIII. TURNEBUS. Similitudo Græcis eſt ὁμοίωσις, exemplum παράδειγμα: de quibus legeſis Julium Rufinianum in Rhetorib. Pithœan. pag. 28. CAPPER.

166. *Digeſtio.*] Videtur intelligere μερισμὸν, quæ partitio ſic fit, ut aliud alii tribuentes diſpertiamus; ſic enim explicat in Oratore ad Brutum. TURNEB.

167. *Contentio.*] Non poteſt hic accipi *contentio* pro oppoſitione vocum contrariarum: alioqui figura eſſet dictionis, non ſententiæ: eſt igitur *contentio*, vehemens & acris oratio, quæ interdum habet δείνωσιν TURNEB.

168. *Reticentia.*] Ἀποσιώπησις, de qua fuſe Fabius cap. 2. hujus libri. CAPPER.

169. *Vox quædam libera.*] Vocatur παῤῥησία, id eſt, *licentia*, cum majore libertate & quaſi licentia loquendi utimur. TURNEB.

170. *Augendi cauſſa.*] *Agendi*; MSS. Alm. Bern. Voſſ. ſec. tert. Obrecht. ita diſtinguit, *atque etiam effrenatior augendi cauſſa iracundia: objurgatio.*

171. *Iracundia.*] Hæc videtur eſſe ἀγανάκτησις, indignatio, de qua Julius Rufinianus pag. 26. Rhetor. Pithœan. CAPPER.

172. *Objurgatio.*] Ἐπίπληξις vel ἐπιτίμησις, quam recte exponit Julius Rufinianus pag. 27. CAPPER.

173. *Præmiſſio.*] Sic in Cicerone, non *promiſſio*. PHILANDER. Hodie tamen in ipſo quoque Cicerone legitur *promiſſio*. CAPPER.

174. *Obſecratio.*] Δέησις. Vide Julium Rufinianum pag. 27. CAPPER.

175. *Declinatio.*] Ita dixit, ut differret a digreſſione, de qua locutus eſt: fit autem, cum breviter & obiter aliquid præter propoſitum addimus. TURNEB.

176. *Purgatio.*] Ab Aſconio ſecunda *actione* in Verrem appellatur ἐπιθεραπευσις, cum ſcilicet aliquid dicimus inclementius, & poſtea medemur. Eſſe poteſt etiam *apologia*, cum purgamus aliquid, quod videatur iniquum auditori. TURNEB.

177. *Optatio.*] Εὐχὴ, de qua lege ſis Julium Rufinianum pag. 28. CAPPER.

178. *Execratio.*] Ἀρεία, cujus exempla profert idem Rufinianus. Ibidem. pag. 27. CAPPER.

179. *Orationis autem.*] Significat figuras orationis duplicem habere uſum; vel ut proſint ad augendum & vim rebus adjiciendam; vel ut proſint dumtaxat ad ornamentum. TURNEB.

180. *Vel ad uſum.*] *Vel* deeſt in Voſſ. prim.

181. *Comminatio.*] *Communitio*; marg. Vaſcoſ. & Steph.

182. *Geminatio verborum.*] Eſt ἐπίζευξις, ut in illo Ciceronis pro Milone: *Excitate, excitate eum, ſi poteſtis, ab inferis*; & in illo Virgilii Eclog. 2. *Ah Corydon, Corydon*, &c. Aquilæ Romano pag. 19. eſt παλιλλογία; Julio Rufiniano pag. 31. *anadiploſis*, ἀναδίπλωσις; Herenniano

alias: & [183] paululum immutatum verbum atque deflexum: & [184] ejuſdem verbi crebra tum [185] a primo repetitio, tum [186] in extremum converſio, & in eadem verba impetus, & [187] concurſio, [189] & adjunctio, [188] & progreſſio: & [190] ejuſdem verbi crebrius poſiti quædam [191] diſtinctio, [192] & revocatio verbi: & [193] illa, quæ ſimiliter deſinunt, [194] aut quæ cadunt ſimiliter, aut [195] quæ paribus paria referuntur, aut quæ ſunt inter ſe ſimilia. Eſt etiam [196] gradatio quædam, & [197] converſio, & [198] verborum concinna tranſgreſſio, [199] & contrarium,

Rhetori *conduplicatio.* Ubi videbit lector Philologiæ ſtudioſus, ut figuram eamdem diverſi diverſis nominibus Rhetores expreſſerint. CAPPER.

183. *Paululum imutatum.*] Lege cum Aldo & Vallenſi, *immutatum.* ASCENS. Dicitur παρονομασία, a Latinis *agnominatio*, cum alludimus ad nomen poſitum, immutatione quadam. TURNEB.

184. *Ejuſdem verbi.*] *Verbi* deeſt in Voſſ. tert.

185. *A primo repetitio.*] Ἀναφορὰν & ἐπαναφορὰν Græci dicunt. Exemplum habes in Ciceron. Verrin. 1. *Manus a tutela, manus a pupillo, manus a ſodalis filio abſtinere non potuiſti.* Rutilio Lupo pag. 2. eſt *epibole*, ἐπιβολή. CAPPER.

186. *In extremum converſio.*] Ἀντιστροφή, ut apud Ciceron. Philipp. 5. *Pœnos populus Romanus juſtitia vicit, armis vicit, liberalitate vicit.* Rutilius Lupus pag. 3. *epiphoram*, [ἐπιφορὰν] appellat; Julius Rufinianus pag. 32. [ἐπιστροφὴν] *epiſtrophen*; & poſt eum Voſſius Inſtit. Orat. lib. v. pag. 287. CAPPER.

187. *Concurſio.*] Poteſt intelligere *complexionem*, quam appellant συμπλοκὴν, quæ fit per *repetitionem* & *converſionem.* TURNEB. Jam vero *repetitio* reſpondet Græcæ dictioni τῇ ἀναφορᾷ vel ἐπαναφορᾷ; & *converſio* τῇ ἀντιστροφῇ. Exemplum συμπλοκῆς, *complexionis*, eſt in illo Ciceronis pro Milone: *Quis eos poſtulavit? Appius. Quis produxit? Appius.* CAPPER.

188. *Et adjunctio.*] Eamdem figuram in Oratore ſic deſignavit: *Et adjungitur idem iteratum*: quibus verbis cum non ſignificarit *epizeuxin*, neque *epanaphoram*, neque *antiſtrophen*, neque *ſymploken*, neque *epanalepſin*, aliis ibidem locutionibus expoſitas; reſtat ut *anadiploſin*, cujuſmodi eſt in illo Virgilii Æneid. x. verſ. 180.

—— *ſequitur pulcherrimus Aſtur,*
Aſtur equo fidens

indicare voluerit. Ergo hic etiam ἡ *adjunctio* videtur eſſe ipſamet *anadiploſis*: neque placet Strebæi conjectura, qui *adjunctionis* vocabulo *epanalepſin* intellexit; *epanalepſis* enim, qualis eſt in Æneid. 1. verſ. 754.

Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa,

innuitur ſequentibus Tullii verbis: *Et revocatio verbi*, ſicut in ejuſdem *Oratore* deſignatur hac locutione: *Aut idem ad extremum refertur.* Cæterum apud Herennianum Rhetorem lib. iv. *adjunctionis* nomine intelligitur figura illa, quam Grammatici vocant ζεῦγμα, quando ſcilicet multa orationis membra eodem verbo, quod initio vel in fine poſitum ſit, conjunguntur. Unde patet, quam graviter erraverit is, qui Ciceronis apparatum concinnavit. Nam Herennianam, & Tullianam *adjunctio*[illegible] quaſi utraque idem ſignificaret, eodem articulo co[illegible]t. Nec minus allucinatus eſt, ubi Tullii *locum ab adjunctis* & τὸ *adjunctum negotio* ad eumdem articulum retulit. Nam Cicero *locum ab adjunctis* vocat, quando aliquam propoſitionem ex eo refellere conamur, quod, ſi admitteretur ut vera, ſequeretur aliquid incommodi, quod tamen ei propoſitioni videatur adjunctum, aut cum ea conjunctum (alias enim legitur etiam *locus a conjunctis*:) exemplum hujuſmodi profert Tullius: *Si ea mulier teſtamentum fecit, quæ ſe nunquam capite deminuit, non videtur ex edicto Prætoris ſecundum eas tabulas poſſeſſio dari; adjungitur enim, ut ſecundum ſervorum, ſecundum exulum, ſecundum puerorum tabulas poſſeſſio videatur ex edicto dari.* Quæ Ciceronis verba egregie illuſtrat Boëtius commentar. in *Topic.* ſed lib. 1. *de Invent.* Tullius *adjunctum negotio* dixit, quod majus vel minus eſt, æque magnum, ſimile, diſparatum, contrarium, genus, partem, eventum; ubi vide Marii Victorini Commentar. En quo miſeros conſarcinatores perduxit verborum *technicorum* ignoratio. CAPPER.

189. *Et progreſſio.*] Figuram hanc ad σύγκρισιν, *comparationem*, ſeu *collationem* retuliſſe videtur Strebæus, qui hoc exemplum profert e Ciceron. pro Mur. *Te Gallorum, illum buccinarum cantus exſuſcitant: tu actionem inſtituis, ille aciem inſtruit*: ſed referre malim ad primum amplificationis genus, videlicet incrementum: de quo Fabius lib. viii. cap. 4. ubi & hoc exſtat exemplum: *Facinus eſt vincire civem Romanum, ſcelus verberari, prope parricidium necari: quid dicam in crucem tolli?* & paulo poſt; *Creſcit oratio .... cum in contextu & curſu ſemper aliquid priore majus inſequitur, ut de vomitu in Antonium Cicero*: In cœtu vero populi Romani, negotium publicum gerens, Magiſter equitum: *Alius divideret hæc & circa ſingulos gradus moraretur.* Hic certe Tullianam *progreſſionem* nemo non agnoverit. CAPPER.

190. *Ejuſdem verbi crebrius poſiti quædam diſtinctio.*] Eſt quoddam *polyptoti* genus, de quo ſic Fabius cap. 3. *Interim variatur caſibus hæc & generibus iteratio.* Magnus eſt labor dicendi, magna res. *Et apud Rutilium*: Pater hic tuus? patrem hunc appellas? patris tu hujus filius es? *fit caſibus modo hoc* ſchema, *quod* πολύπτωτον *vocant.* CAPPER.

191. *Diſtinctio.*] *Diſpoſitio*; marg. Vaſc. & Steph.

192. *Et revocatio verbi.*] Quam figuram ad *anadiploſin* retulit Strebæus, allato hujuſmodi exemplo:

Pierides, vos hæc facietis maxima Gallo:
Gallo, cujus amor, &c. Virgil. Eclog. x. verſ. 72.

ſed longe probabilius eſt referri ad *epanalepſin*, cujus hoc ſit exemplum:

Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.
1. Æneid. 754.

Nam idem figuræ genus in *Oratore* Cicero deſcripſit his verbis: *Aut idem ad extremum refertur.* Atqui τὸ *extremum referri* & τὸ *revocari* eumdem fere ſenſum exhibent. Vide quæ mox annotabam ad illud: *Et adjunctio.* CAPPER.

193. *Illa quæ ſimiliter deſinunt.*] Ὁμοιοτέλευτα, ut apud noſtrum Rhetorem cap. 4. hujus libri: *Ejuſdem non eſt & facere fortiter, & vivere turpiter.* CAPPER.

194 *Aut quæ cadunt ſimiliter.*] Ὁμοιόπτωτα, ut apud Ciceron. pro Lege Manil. *Quanta innocentia debent eſſe Imperatores .... quanta fide .... quanto ingenio, quanta humanitate*; & in verbis ipſis apud eumdem pro Archia: *Hunc ego non diligam? non admirer? non omni ratione defendendum putem?* quomodo autem ὁμοιόπτωτα differant ab ὁμοιοτελεύτοις, ad cap. 3. exponemus. CAPPER.

195. *Quæ paribus paria referuntur, aut quæ ſunt inter ſe ſimilia.*] Intelligit τὰ ἰσόκωλα & τὰ πάρισα, de quibus fuſe Quinctilianus cap. 3. hujus libri. CAPPER.

196. *Gradatio quædam.*] *Gradatio ad quædam*; V. C. Alm. Hæc autem figura dicitur a Græcis κλῖμαξ, cujus hoc eſſe poteſt exemplum a Fabio cap. 3. relatum: *Africano virtutem induſtria, virtus gloriam, gloria æmulos comparavit.* CAPPER.

197. *Converſio.*] *Converſio* fit, cum verba retrorſum immutantur: appellatur ἀντιμεταβολή, ut: *Eripis, ut perdas; perdis, ut eripias.* TURNEB. Sed Herenniano Rhetori ἡ *converſio* aliam figuram deſignat, videlicet ἀντιστροφὴν, vel ἐπιστροφὴν, quam Cicero ſupra deſcripſit his verbis: *Tum in extremum converſio*; ubi vide quæ annotavi. Hinc etiam colligas Rhetoricam ad Herennium ſcriptam Tullio perperam adſcribi. Adde quod Rhetor Herennianus Græcorum τὴν ἀντιμεταβολὴν, non *converſionem*, ut Tullius, ſed *commutationem* appellet. CAPPER.

198. *Verborum concinna tranſgreſſio.*] Ὑπέρβατον, ut in illo Ciceronis pro Cluentio: *Animadverti omnem accuſatoris orationem in duas diviſam eſſe partes.* Lege cap. 6. libri viii. ante finem. CAPPER.

199. *Et contrarium.*] Ἀντίθεσις & ἀντίθετον. Fabius *contrapoſitum* appellat, & ab aliis *contentionem* vocari teſtatur. Exempla ſunt paſſim obvia, & profert ipſe cap. 3. hujus libri. Aliam, fateor, ipſe Quinctilianus ibidem Ciceroniano vocabulo τοῦ *contrarium* notionem aſſignat, ut nempe ſignificet ſumptam ex adverſo probationem; ſic enim habet: *Tullius multas in tertio de Oratore poſuit, quas in Oratore poſtea ſcripto tranſeundo videtur ipſe damnaſſe, quarum pars eſt, quæ ſententiarum potius, quam verborum ſit: ut .....* permiſſio, contrarium; *hoc enim puto, quod dicitur* ἐναντιότης, *ſumpta ex adverſo probatio.* Sed 1°. interpretatione Fabii ſemel admiſſa, conſequetur Ciceronem in enumerandis verborum figuris nullam de ἀντιθέσει vel ἀντιθέτῳ feciſſe mentionem, & quidem eo in opere, ubi ex ipſius Fabii ſententia longe plures, quam in *Oratore*, figuras enumerat. 2°. in Oratore, ubi dictionis figuras recenſet, ἀντιθέσεις & ἀντίθετα his verbis exprimit: *Cum multis modis contrariis relata contraria; conferre pugnantia, comparare contraria; referre adverſa contrariis*; & in 11. de

[200] *& diſſolutum, &* [201] *declinatio,* [202] *& reprehenſio, & exclamatio, &* [203] *imminutio, &* [204] *quod in multis caſibus ponitur, &* [205] *quod de ſingulis rebus propoſitis* [206] *ductum refertur ad ſingula, &* [207] *ad propoſitum ſubjecta ratio,* [208] *& item in diſtributis ſuppoſita ratio,* [209] *& permiſſio, & rurſus* [210] *alia dubitatio,* [211] *& improviſum quiddam, &* [212] *dinumeratio, &* [213] *alia correctio, &* [214*] *diſſipatio,* [215] *& quod continuatum, &* [216] *interruptum,* [217] *&*

Oratore : Relata contrarie verba ornant in primis orationem. Fabio fraudi eſſe potuit, quod & apud Herennianum Rhetorem τὸ *contrarium* ſit *enthymema* ex contrariis, vel ſumpta ex adverſo probatio; & apud Rutilium, ſive Gorgiam, (ut ait ipſe Quinctilianus cap. 2. circa finem) ſententiarum figuris annumeretur ἐναντιότης, unde ſunt *enthymemata :* ſed quid hæc ad Tullium? Adde quod nec ipſi Fabio certa fuerit ſua illa interpretatio; ſic enim habet: *Contrarium; hoc enim puto, quod dicitur ἐναντιότης, ſumpta ex adverſo probatio.* Denique cum figuras generalioribus, non autem *technicis* verbis expreſſerit Tullius, quædam ſunt in hujuſmodi tractatu dictiones, quibus nullas alibi difficiliores intellectu repereris. Cujus rei teſtis ipſe ſit Fabius cap. 3. ante finem : *Relationem quid accipi velit* [Cicero,] *non mihi liquet.* Sic etiam τὸ *contrarium*, quid accipi vellet Tullius, Fabio potuit non liquere. CAPPER.

200. *Et diſſolutum.*] Διάλυσιν, διάλυσις, ἀσύνδετον. *Solutum* vocat Aquila Romanus pag. 22. ſic definit, & exemplis illuſtrat Rutilius Lupus pag. 5. *Dialyſis. Hoc* ſchema *contrarium eſt ſuperiori : nam, demptis omnibus articulis, ſententiæ diverſæ pronunciantur. . . .* Lyſiæ : *Debitum petebamus? non diſſolvebat, minabamur? contemnebat, lex nihil valebat, magiſtratus negligebat, &c.* CAPPER.

201. *Declinatio.*] *Declinatio* fit, quando verbum idem, varie mutatum & flexum, eadem in periodo uſurpatur. TURNEB. Græci παρηγμένον vocant, quaſi *derivatum.* Latini Rhetores vulgo *conjugatum;* ut ſi dicas : *juſtus, quod juſtum eſt, juſte perſequitur.* CAPPER.

202. *Et reprehenſio.*] Ἐπανόρθωσις, ἐπιδιόρθωσις, quam in *Oratore* Tullius ita deſcribit : *Aut cum corrigimus noſmet ipſos quaſi reprehendentes.* CAPPER.

203. *Imminutio.*] De ea intelligi debet, quæ fit verbo; nam alia eſt, quæ fit re, ut dixit in cap. de amplificatione. TURNEB. Vide cap. 4. lib. VIII.

204. *Quod in multis caſibus ponitur.*] Πολύπτωτον proprie dictum, ut in illo Virgilii Æneid IV. verſ. 628.

Littora littoribus contraria, &c. CAPPER.

205. *Quod de ſingulis rebus propoſitis ductum refertur ad ſingula.*] Cujus exemplum hoc affert Fabius cap. 3. *Quam non didicimus, accepimus, legimus; verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus.* CAPPER.

206. *Ductum refertur.*] *Dictum;* Voſſ. ſec. Obrecht.

207. *Ad propoſitum ſubjecta ratio.*] Αἰτιολογία, de qua Rutilius Lupus pag. 12. Rhetor. Pithœan. ſic habet : *Ætiologia. Hoc ſchema efficitur ratione brevi & ſententioſa, ita ut, quod dubium eſt viſum, ad certam fidem adduci videatur.* Idem [Lycurgus orator . . . .] ab iis, qui ſuadent, quod vobis injucundum eſt, decipi non poteſtis; non enim ſententias veſtras valent commutare, niſi vobis evidens bonum ſui conſilii patefecerint. *Item ejuſdem, &c.* Mirum, quod hac de figura dubitanter loquatur Fabius cap 3. *Quod vero* ſchema *eſt*, inquit, *ad propoſitum ſubjecta ratio? utrum, quod Rutilius αἰτιολογίαν vocat?* CAPPER.

208. *Et item in diſtributis.*] Figura hæc vocatur προσαπόδοσις, id eſt, *redditio :* quando duo vel tria proponuntur, & ſingulis ratio ſua ſubjicitur. TURNEB. *Item* deeſt in Voſſ. prim. tert. Vide Rutilium Lupum pag. 1. ubi figuræ hujus luculenta profert exempla. Cæterum τὸ *in* deeſt in cap. 3. ubi eadem Tullii verba referuntur. CAPPER.

209. *Et permiſſio.*] *Promiſſio;* marg. Baſil. Græcis permiſſio dicitur ἐπιτροπή, & συγχώρησις. Exemplum eſt in illo Virgil. IV. Æneid. 381.

I, ſequere Italiam ventis, pete regna per undas.

Sed hæc ſententiæ potius, quam dictionis figura eſſe videatur : quod & dictum velim de reprehenſione, exclamatione, imminutione, ſubjecta ad propoſitum ratione, ſuppoſita in diſtributis ratione, dubitatione, improviſo, dinumeratione, diſputatione [vel potius diſſipatione] imagine, reſponſione ſibi ipſi, digreſſione & circumſcripione; neque hoc diffitetur Quinctilianus cap. 3. *M. Tullius*, inquit, *multas in tertio de Oratore poſuit, quas in Oratore poſtea ſcripto tranſeundo videtur ipſe damnaſſe, quarum pars eſt, quæ ſententiarum potius, quam verborum ſit : ut imminutio, improviſum, imago, ſibi ipſi reſponſio, digreſſio, permiſſio, &c.* CAPPER.

210. *Alia dubitatio.*] Nam quædam dubitatio eſt, quæ poſita eſt in re, de qua antea dixit : quædam vero pendet a ſpecie orationis. TURNEBUS. Hujus dubitationis exemplum eſt apud Herennianum Rhetorem lib. IV. *Obfuit eo tempore plurimum Reipublicæ, per conſulum ſive ſtultitiam, ſive malitiam dicere oportet, ſive utrumque.* CAPPER.

211. *Et improviſum quiddam.*] Τὸ παρ' ὑπόνοιαν, τὸ παρὰ προσδοκίαν. Qua de figura Fabius lib. VI. cap. 3. *Inopinatum & a laceſſente poni ſolet; quale eſt, quod refert Cicero.* [II. *de Orat.*] Quid huic abeſt, niſi res & virtus? *aut illud Afri :* Homo in agendis cauſſis optime veſtitus. Ubi vide quæ annotata ſunt. CAPPER.

212. *Dinumeratio.*] Cum multa enumeramus, quæ uno verbo dicere poſſumus : poſſet etiam eſſe συναθροισμός, quia multa congerit & dinumerat, quæ pertinent ad rem unam. TURNEB. Sed dinumerationem, ſi proprie loqui velis, figuram non eſſe cenſet Fabius cap. 3. *Quædam*, inquit, *omnino non ſunt figuræ; ſicut ordo, dinumeratio*, &c. CAPPER.

213. *Alia correctio.*] Eam figuram intelligo, qua poſitum a nobis verbum corrigimus, & aliud magis proprium ſubſtituimus, hoc fere modo : *Qui ſcriptores Græcos Latine verterunt, verius dicam, perverterunt.* CAPPER.

214. *Diſputatio.*] Puto eſſe eam figuram, quam appellant *dialogiſmum*, cum ſcilicet nobiſcum diſputamus, & , quid agendum ſit, nobiſcum dubitamus : poſſet etiam intelligi ratiocinatio, quæ uniuſcujuſque dicti rationem reddit. TURNEB. *Diſſipatio ;* MSS. Bodl. Alm. Vall. Voſſ. ſec. Andr. marg. Colon. & Vidov. Quam lectionem alteri prætulimus, idque multis de cauſſis. Nam primo quidem τὸ *diſſipatio* apprime nobis illam figuram exhibet, quam Tullius, Fabio teſte, τῶν *diſſipatorum* vocabulo appellabat. *Ut hæc*, inquit cap. 3. de figuris verborum, *in unum congeruntur; ita contra illa diſperſa ſunt, quæ a Cicerone* diſſipata *dici puto :*

Hic ſegetes, illic veniunt felicius uvæ,
Arbores fœtus alibi, &c. 1. Georgic. v. 54. 55.

Secundo Strebæus & Turnebianus per *diſputationem* intelligunt ratiocinationem, quæ dicti rationem reddit, & αἰτιολογία vocitatur : atqui hanc Cicero jam expoſuerat, ubi ait : *ad propoſitum ſubjecta ratio.* Tertio aliam quoque τῇ *diſputationi* notionem Turnebianus affingit, ut ſit dialogiſmus, de quo Julius Rufinianus pag. 27. Rhetor. Pithœan : atqui dialogiſmum Tullius paulo poſt indicat his verbis : *Et ſibi ipſi reſponſio*, ubi Strebæus exemplom affert, quod ad dialogiſmi definitionem a Julio Rufiniano allatam facile poſſit accommodari : *Fit enim*, inquit, *cum quis ſecum diſputat & volutat, quid agat, vel quid agendum putet.* Apud Terent. *Quid igitur faciam?* Strebæi autem exemplum eſt hujuſmodi : *Ibo ne ad eam? non, ſi ultro me vocet.* Adde quod Pear. ad III. Ciceron. *de Orat.* cenſet etiam legendum eſſe *diſſipatio.* CAPPER.

215. *Et quod continuatum.*] *Et continuatum;* MSS. Voſſ. prim. tert. Colb. & Alm. Locat. Baſil. *continuatum*, Cornificius appellare videtur *continuationem*, quando frequentatis continenter verbis ſententia explicatur. TURNEB. Ubi notabis Cornificianam continuationem eamdem eſſe, ac τὴν periodum. Jam vero, ut ait Fabius cap. 4. multa ſunt apud Ciceronem periodi nomina; cujuſmodi ſunt, *ambitus, circuitus, comprehenſio, continuatio, &c.* CAPPER.

216. *Interruptum.*] Species eſt *paralipſeos*, ut apparet ex Bruto, cum ſcribit : *Aut cum aliquid prætereuntes, cur id faciamus, oſtendimus :* aliqui tamen accipiunt hoc loco *eclipſin.* TURNEB. His adſtipulari videtur Strebæus, qui τὸ *interruptum* refert ad τὴν ἀποσιώπησιν, reticentiam; cujuſmodi eſt in illo Virgil. Æneid. 1.

Quos ego? ſed motos præſtat componere fluctus.

Poſſis etiam τὸ Ciceronis *interruptum* referre ad τὴν παρένθεσιν, *parentheſin*, de qua ſic Fabius cap. 3. *Illa quoque ex eodem genere poſſunt videri, quæ nos interpoſitionem, vel interclusionem dicimus : Græci παρένθεσιν vocant, dum continuationi ſermonis medius aliquis ſenſus intervenit :* Ego cum te (mecum enim ſæpiſſime loquitur) patriæ reddidiſſem. CAPPER.

217. *Et imago.*] Εἰκὼν vel εἰκασμός; ut, *Os humeroſque Deo ſimilis : Omnia Mercurio ſimilis.* Quomodo autem imago, *parabole* & *paradigma*, ſeu exemplum inter ſe differant, vide apud veteres Grammatic. Putſch. Soſipatrum Chariſium, pag. 247. & Diomedem pag 459. CAPPER.

imago, [218] *& ſibi ipſi reſponſio*, [219] *& immutatio*, *&* [220] *disjunctio*, [221] *& ordo*, [222] *& relatio*, [223] *digreſſio*, *&* [224] *circumſcriptio. Hæc enim ſunt fere, atque horum ſimilia, vel plura etiam eſſe poſſunt, quæ ſententiis orationem verborumque conformationibus illuminent.* Eadem ſunt [225] in *Oratore* plurima, non omnia tamen, & paulo magis diſtincta; quia poſt orationis & ſententiarum figuras tertium quemdam ſubjecit locum, ad alias (ut ipſe ait) quaſi virtutes dicendi pertinentem: [226] *Et reli-*

218. *Et ſibi ipſi reſponſio.*] Eamdem figuram ſententiarum figuris annumerat Tullius in *Oratore*, ubi eam ſic deſignat: *Ut quaſi ad interrogata ſibi ipſe reſpondeat*: hic autem *dialogiſmum*, de quo Julius Rufinianus pag. 27. agnoſcimus: hoc figuræ genus ἀπόφασι & αἰτιολογίαν vocat Julius Rufinianus pag. 25. Rhetor. Pithœan. ubi & exempla profert. CAPPER.

219. *Et immutatio.*] Hunc locum ſic explicat Fabius: *Et mutatio, quæ ſi ea eſt, quam Rutilius ἀλλοίωσιν vocat, diſſimilitudinem oſtendit hominum, rerum, factorumque: ſi latius fiat, figura non eſt: ſi anguſtius, in* antithetou *cadet: ſi vero hæc appellatio ſignificat* hypallagen, *de ea dictum eſt.* TURNEBUS.

220. *Disjunctio.*] Quæ differt a *diſſoluto*; nam *diſſolutum* eſt in disjunctione vocum, hæc vero figura in disjunctione *commatum* & *membrorum.* TURNEB. Sed Tulliana *disjunctio* nonne fuerit eadem, atque illud Aquilæ Romani *disjunctum*, quod pag. 22. Rhetor. Pithœan. ſic exponitur? Διεζευγμένον, *ſive disjunctum. Hac figura ita ornat & amplificat orationem, ut diverſis redditionibus verborum membra, quæ vocamus* κῶλα, *disjungat ac ſeparet, ſive duo, ſive plura hoc modo*: Capuam coloniis deductis occupabunt: Atellam præſidio communient: Nuceriam, Cumas multitudine ſuorum obtinebunt, &c. *tale eſt & illud*, *&c.* hujuſmodi figuram poſſis etiam vocare ἀντίζευγμα, quia directe opponitur τῷ ζεύγματι, quod ibidem Aquila Romanus ita explicat: *Antizeugmenon* [lego συνεζευγμένον vel ἐπεζευγμένον] *ſive injunctum. Hoc genus enumerationis diverſam habet vim a figura ſuperiore; ibi enim copia verborum jactatur, hic brevitas. Nam ut in ſuperiore ſingulis membris ſingula diverſa reddimus, ita hic plura in uno conjungimus; quale eſt hoc*: Quorum ordo humilis, fortuna ſordida, natura turpi [*lego* turpis] oratione abhorret; *hoc enim poſtremum* abhorret *ad tria refertur.* Adde quod Herenniano Rhetori lib. IV. disjunctio ſit ipſummet ἀντίζευγμα. CAPPER.

221. *Et ordo.*] Nulla huic loco neceſſaria videtur explicatio. Nam, ut Fabius recte annotavit cap. 3. ordo non eſt figura proprie dicta, quamvis ad orationis conferat ornamentum. CAPPER.

222. *Et relatio.*] Fabius fatetur ſe non intelligere, quid Cicero velit accipi per *relationem*. Forte vero, inquit, intelligit *hypallagen*, aut *epanodum*, aut *antimetabolen*. TURNEB. Non eſt in toto forte Cicerone dictio hac difficilior ad intelligendum. *Relationem*, inquit Fabius cap. 3. *quid accipi velit, non mihi liquet.* Quod autem non intellexit optimus Rhetorices Magiſter, in Cicerone, a quo non multo plus centenis annis aberat, legendo explicandoque optime verſatus, quis tandem intelliget? *Si* ὑπαλλαγὴν, ait idem ibidem, *aut* ἐπάνοδον, *aut* ἀντιμεταβολὴν *dicit, de omnibus locuti ſumus.* Atqui hæc Fabii utcumque timida interpretatio parum habere probabilitatis videtur. Nam 1°. quidem ὑπαλλαγὴ *tropi* ſpecies eſt, quæ μετωνυμία quoque ſolet aliter appellari. Atqui Tullius latum *tropos* inter & figuras diſcrimen ſemper poſuit. 2°. ἀντιμεταβολὴν jam ſatis deſignarat hoc Ciceronis vocabulum *converſio*, ut ſupra patuit. 3°. ἐπάνοδος aliud nihil eſt, niſi quædam verborum repetitio, ut docet ipſe Fabius cap. 3. Atqui verborum repetitiones plus ſatis indicarat Tullius his loquendi formulis: *Geminatio verborum .... ejuſdem verbi tum a primo repetitio, tum in extremum converſio: in eadem verba impetus, & concurſio: & adjunctio .... & ejuſdem verbi crebrius poſiti quædam diſtinctio, & revocatio verbi .... & converſio.* Unde fuit etiam Strebæana explicatio, cui ἡ Tulliana *relatio* erat ipſamet ἐπάνοδος. Neque plus affert auxilii Turnebianus interpres, & hoc loco Fabii dubitationes deſcribere ſatis habuit, & ad lib. IX cap. 3. ita ſcripſit: *Quidam tamen* relationem *accipere malunt* epanaphoram, *ut Aquila Romanus: eſt autem ſpecies repetitionis.* Quamvis enim Aquila Romanus pag. 20. Rhetor. Pithœan. τὴν ἐπαναφορὰν *relatum* vocari teſtetur his verbis: *Epanaphora, quod relatum vocant..... Conſtat autem ex eo, quod eadem pars orationis .... ſæpius repetitur hoc modo*: Verres calumniatorem apponebat, Verres de cauſſa cognoſcebat, Verres pronunciabat: *aut ſi dicas*, &c. Quamvis Venerabilis Beda ibidem pag. 344. ſic ſcribat; *ἀναφορὰ eſt relatio*; certo tamen certius eſt apud Ciceronem hoc vocabulo τῷ *relatio* ἐπαναφορὰν aut ἀναφορὰν non deſignari; hanc enim figuram Tullius jam antea ſignificarat hac loquendi formula: *Ejuſdem verbi crebra tum a primo repetitio, &c.* dicet nonnemo a Cicerone hic innui τὴν τῶν ἀντιθέτων, *contrariorum, relationem*, de qua ſæpe in Oratore loquatur; ut num. 135. 165. 166. 175. *Aut multis modis*, inquit, *relata contraria ..... Eſt enim, judices, hæc non ſcripta, ſed nata lex, quam non didicimus, ſed accepimus, &c. hæc enim talia ſunt, ut, quia referantur ad ea, ad quæ debent referri intelligamus, &c. .... quod fit item in contrariis referendis ..... verſum efficit ipſa relatio contrariorum: .... nam paria paribus adjuncta & ſimiliter definita, itemque contrariis relata contraria Gorgias primus invenit.* Verum duo ſunt in hujuſmodi explicatione incommoda, quæ nec ſolvere, nec concoquere poſſum. Nam primo quidem *antitheſin* Tullius jam deſignarat hac generali locutione: *Et contrarium*, ut ibi probare ſtuduimus. Secundo *antitheſeon*, ſive (ut Fabius loqui amat) *contrapoſitorum* relationem ſatis expreſſerat his verbis: *Quod de ſingulis rebus propoſitis ductum refertur ad ſingula.* Hæc enim ad plurium *antitheſeon ſyzygiam* ipſe Fabius accommodavit, ut & de relatis contrariis exemplum e Tullio mox adductum. *Nec ſemper*, inquit cap. 3. *contrapoſitum ſubjungitur, ut in hoc*: eſt enim hæc, judices, non ſcripta ſed nata lex; *verum*, ſicut Cicero dicit, de ſingulis rebus propoſitis refertur ad ſingula; *ut in eo quod ſequitur*: quam non didicimus, accepimus, legimus; verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus. *Nec ſemper quod adverſum eſt*, &c. quem locum, quia in editis depravatus erat & perperam interpunctus, in anteceſſum emendavimus, emendationis noſtræ rationem poſtea reddituri. Rejectis igitur his omnibus interpretamentis, de Tulliana *relatione* ſic ſentio, ut eam dictionis figuram ſignificet, cujus nomen eſt *zeugma*, in qua multas dictiones ad unum verbum referri ſive relationem habere patet vel ex hoc vulgari exemplo: *Vicit timorem audacia, pudorem libido, mentem amentia* [Cicer. pro Cluentio 6.] & certe de hac dictionis figura needum ullam in præcedentibus mentionem Tullius fecerat. Præterea idem Orator in *Partitionibus* τὸ ζεῦγμα ſic innuit: *Augent etiam relata verba .... paria paribus reſpondeant, relataque ad idem verbum*, ut fatentur Strebæus, Latomus, Hegendorphinus, aliique Ciceronis interpretes. Denique Aquila Romanus pag. 23. Rhetor. Pithœan. ut vim *Zeugmatos* exprimeret, verbo τῷ referri uſus eſt; cum enim hoc exemplum adduxiſſet, *quorum ordo humilis, fortuna ſordida, natura turpis oratione abhorret*, ſtatim ſubjungit: *hoc enim poſtremum* (abhorret) *ad tria refertur.* Cæterum hic interpretem ago, non judicem: ſi quis ad Tullianæ *relationis* explicationem aliquid probabilius allatis attulerit, huic ego ſtatim accedam. CAPPER.

223. *Et digreſſio.*] Jam duplicem Tullius digreſſionem agnoverat & ſententiarum figuris annumerarat: *Et ab re*, inquit, *digreſſio ... declinatio brevis a propoſito, non ut ſuperior illa digreſſio.* Igitur quænam digreſſio inter verborum figuras locum habebit? hunc nodum ut ſolvat Fabius cap. 4. fatetur digreſſionem quamlibet eſſe figuram ſententiæ, & figuras a Tullio non tam accurate in libris *de Oratore*, quam in τῷ *Oratore* fuiſſe olim explanatas. Aliter ſolvere tentavit Strebæus qui poſtremam hancce digreſſionem refert ad μετάβασιν, quæ a recto ductu orationis digrediatur; cujus & hoc profert a Fabio cap. 3. exemplum:

Fas omne abrumpit: Polydorum obtruncat & auro
Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames! Æneid III. verſ. 55. 56. 57.

Sed hæc ſolutio vereor ne ſubtilitatis multum habeat, veritatis parum. CAPPER.

224. *Circumſcriptio.*] *Circumſcriptionem* Fabius interpretatur comprehenſam breviter ſententiam vel finitionem. TURNEB. Vide cap. 83.

225. *In Oratore.*] Cap. XXXIX. & ſeq.

226. *Et reliqua ex.*] *Et reliqua quæ ex c. v. ſumuntur e* Voſſ. ſec. Colb.

qua, ex [227] *collocatione verborum, quæ ſumuntur quaſi lumina, magnum afferunt ornatum orationi.* [228] *Sunt enim ſimilia illis, quæ in amplo ornatu ſcenæ aut fori appellantur inſignia;* [229] *non quod ſola ornent, ſed quod excellant. Eadem ratio eſt horum, quæ ſunt orationis lumina, & quodammodo inſignia: cum aut* [230] *duplicantur* [231] *iteranturque verba,* [232] *aut breviter commutata ponuntur: aut* [233] *ab eodem verbo ducitur ſæpius oratio,* [234] *aut in idem conjicitur,* [235] *aut utrumque,* [236] *aut adjungitur idem iteratum, aut* [237] *idem ad extremum refertur: aut continenter unum verbum* [238] *non in eadem ſententia ponitur: aut* [239] *cum ſimiliter vel cadunt verba, vel deſinunt:* [240] *aut multis modis* [241] *contrariis relata contraria:* [242] *aut cum gradatim* [243] *ſurſum verſus reditur:* [244] *aut cum demptis conjunctionibus* [245] *diſſolute plura dicuntur: aut* [246] *cum aliquid prætereuntes, cur id faciamus, oſtendimus: aut* [247] *cum corrigimus noſmetipſos, quaſi reprehendentes: aut ſi eſt* [248] *aliqua exclamatio vel admirationis* [249] *vel conqueſtionis: aut* [250] *cum ejuſdem nominis caſus ſæpius* [251] *commutatur.* [252] *Sententiarum ornamenta majora ſunt: quibus quia frequentiſſime Demoſthenes utitur, ſunt qui putent, idcirco ejus eloquentiam maxime eſſe laudabilem.* [253] *Enimvero nullus fere ab eo locus ſine quadam* [254] *con-*

227. *Collocatione.*] *Collatione*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. De verborum collocatione lege Hermogenem lib. 1. de dicendis formis, ubi agit περὶ συνθήκης & συνθέσεως, itemque Dionyſium Halicarnaſſ. in ejuſdem argumenti opuſculo. CAPPER.

228. *Sunt enim ſimilia, &c.*] Similitudo ducta eſt a muneribus, quæ populo dabantur ab ædilibus; nam in illis ludis theatro addebantur ſtatuæ & ſigna ad ornamentum. TURNEBUS.

229. *Non quod ſola ornent.*] *Non quia ornent*; V. C. Alm. *non quia ſola*; Vall. lib. Gryph. Baſil. Vidov.

230. *Duplicantur.*] Quæ ἐπίζευξις eſt, ut *Ah Corydon, Corydon!* Virgil. Eclog. II. CAPPER.

231. *Iteranturque verba.*] Videtur ἐπίζευξις eſſe non continua, ſed interjectis vocibus interrupta, ut in illo Virgil. Eclog. 1.

——— *Ipſæ te, Tityre, pinus,*
Ipſi te fontes, &c.

poteſt etiam eſſe frequentior ejuſdem verbi repetitio, quam Fabius cap. 3. πλοκὴν vocat. CAPPER.

232. *Aut breviter commutata ponuntur.*] Eſt παρονομασία Latine annominatio, ut apud Terent. Andr. 1. Scen. 3. *Inceptio eſt amentium, non amantium.* CAPPER.

233. *Ab eodem verbo ducitur ſæpius oratio.*] Ἀναφορὰ vel ἐπαναφορὰ, ut apud Tullium in Catilinar. 1. *Nihil te nocturnum præſidium, nihil urbis vigiliæ, nihil conſenſus bonorum omnium, nihil hic munitiſſimus habendi ſenatus locus, nihil horum ora vultuſque moverunt?* CAPPER.

234. *Aut in idem conjicitur.*] Ἀντιστροφὴ dicitur vel ἐπιφορὰ vel ἐπιστροφὴ, ut in illo Herenniani Rhetoris. lib. IV. *Frumenti maximus numerus e Gallia, peditatus ampliſſimæ copiæ e Gallia, equites numero plurimi e Gallia.* CAPPER.

235. *Aut in utrumque.*] *Aut utrumque*; MSS. Alm. Voſſ. prim. ſec. Quæ quidem lectio alteri videtur eſſe anteponenda; quid enim eſſet τὸ *in utrumque conjici orationem?* contra planiſſime ſenſus fluit, ſi dicas: *aut utrumque*, [fit videlicet] *& ab eodem verbo ſæpius ducitur oratio, & in idem* [verbum] *conjicitur*, ſive deſinit, finitur, &c. CAPP.

236. *Aut adjungitur idem iteratum.*] Ἀναδίπλωσιν eſſe puto. Vide quæ ad illud *& adjunctio* jam annotavi: neque vero placent, quæ de πλοκῇ hic Turnebianus infarſit. CAPPER. Quam ἐπαναδίπλωσιν vocat nunc Turnebianus interpres, eam alii ἐπανάληψιν appellant; Hermogenes *de Invent.* lib. IV. κύκλον: exemplum peti poteſt ex illo Virgil. Eclog. VII.

Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo. CAPPER.

237. *Idem ad extremum refertur.*] Eſt *epanadiploſis*, cum idem verbum eſt in initio & in fine. TURNEB.

238. *Non in eadem ſententia.*] *Non eadem*; MSS. Alm. Voſſ. tert. hoc eſt, non eodem ſenſu, non eadem vocabuli ſignificatione. Sic etiam ibid. Tullius, ubi de *ſtatu legali*, qui dicitur *ſcriptum & voluntas* ſeu *ſententia*, ſic loquitur: *quando aliud in ſententia videtur eſſe, aliud in verbis.* Itaque figura hoc in loco deſcripta eſt Ἀντανάκλασις (quam Herennianus Rhetor ſeu Cornificius lib. IV. *traductionem* vocat) videlicet alterius intellectus ad alterum, ut Fabius cap. 3. interpretabitur: exemplum ſit in trito illo: *amari jucundum eſt, ſi curetur ne quid inſit amari.* Turnebiani quidem interpretatio neque ſatis plena erat, neque ſatis plana, immo interprete indigebat; ſic enim habet: *Species eſt hæc repetitionis; ſed differt a ſuperiore, quod illa fiebat in eadem ſententia, hæc in diverſis*: non ſatis patet quid hoc in loco ſit ſententia; utrum ſignificatio ſenſuſque vocabuli; an quæpiam phraſis, ut nunc loqui amant; an γνώμη ſeu dictum quodpiam ſententioſum. CAPPER.

239. *Cum ſimiliter cadunt verba vel deſinunt.*] Innuit τὰ ὁμοιόπτωτα & τὰ ὁμοιοτέλευτα, quorum exempla in præcedentibus appoſui. CAPPER.

240. *Aut multis modis.*] Nam quatuor aut quinque modis fiunt, ut poſtea docebit Fabius. TURNEB. *Aut cum multis*; Locat. Stephan. Baſil. Vidov. Gryph. Colin. *aut cum contrariis*; Cod. Colb. & Vall. Voſſ. ſec. *contrariis* deeſt in Voſſ. tert.

241. *Contrariis relata contraria.*] Ἀντίθετα πάρισα. *Contrapoſita* Fabius appellat cap. 3. ubi & exempla varii generis proponit. CAPPER.

242. *Aut cum graditim, &c.*] Κλῖμαξ Græce dicitur & Latine *gradatio*, cujus exemplum ſuppeditat Cicero lib. II. ad Attic. Epiſt. 23. *Si ſtas, ingredere; ſi ingrederis, curre; ſi curris, advola.* CAPPER.

243. *Surſumverſus reditur.*] Sic in Cicerone, non *tenditur.* PHILAND. Palatini Ciceronis codd. *redditur*, ut & Voſſ. tert. unde Guilel. *receditur* vel *ceditur*: *ſurſumverſum* Voſſ. prim. Obrecht.

244. *Aut cum demtis.*] *dimotis*; MS. Bodl. Andr.

245. *Diſſolute plura dicuntur.*] Διάλυσις aut ἀσύνδετον; cujus præclarum exemplum eſt in illo Ciceronis pro Archia Poëta: *Hæc ſtudia adoleſcentiam alunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, adverſis perfugium & ſolatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur.* CAPPER.

246. *Cum aliquid prætereuntes, &c.*] Παράλειψις, quæ tamen videtur eſſe figura διανοίας, ſententiæ; non λέξεως, dictionis. CAPPER.

247. *Cum corrigimus noſmetipſos, quaſi reprehendentes.*] Ἐπανόρθωσις, quæ a Rutilio Lupo pag. 5. Rhetor. Pithœan. Μετάνοια vocatur. Exemplum hoc ex Demoſthene idem Rhetor affert: *Hic bonus vir grandis natu, atque ſero, ſero loquor? immo vero nuper atque his paucis diebus ſimul & Athenienſis & eloquens eſt factus.* CAPPER.

248. *Aliqua exclamatio vel admirationis.*] Ἐκφώνησις, ut in in illo quod Strebæus affert. *O ſcelus incredibile, atque ante hoc tempus inauditum!* CAPPER.

249. *Vel conqueſtionis.*] Exempla ſunt paſſim obvia; ut apud Ciceron. in Catilin. 1. *O tempora! O mores!* Philippic. 2. *O miſerum me!* &c. cæterum pro τῷ *conqueſtionis* in MSS. Almelov. Voſſ. prim. ſec. legitur *queſtionis*. CAPPER.

250. *Cum ejuſdem nominis caſus, &c.*] Πολύπτωτον appellant, cujuſmodi eſt in illo Virgil. X. Æneid. verſ. 361.

——— *Hæret pede pes, denſuſque viro vir.* CAPPER.

251. *Commutantur.*] *Commutatur*; Cod. Colb.

252. *Sententiarum.*] *Sed ſententiarum*; V. C. Alm. Ald. Par. Vaſc. Steph. Vidov. & ita in Ciceronis editionibus. Aſcenſius improbat, quia Ciceronem ante vocem *ſententiarum*, non particula *ſed*, verum *at* uſurum fuiſſe dicit. BURMAN.

253. *Enimvero.*] *Et vere*; Ven. Locat. Par. Vaſc. Steph. *Et vero*; Ald. Vidov. & ita apud Ciceronem, *& nullus* &c. MS. Bodl.

254. *Confirmatione.*] *Conformatione*; Cicero. & ita Locat. Ald. Vaſcoſ. Steph. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht. cujus lectionis veritas vel inde conſtare poteſt, quod conformatio ſententiæ idem ſonet ac figura ſententiæ: atqui agitur hic de ſententiarum figuris, quæ ad tertiam eloquentiæ partem, videlicet elocutionem, pertinent; non de confirmatione, quæ tertia pars eſt orationis in genere judiciali. Mirum eſt igitur in Burmanniana etiam Quinctiliani editione legi *confirmatione*. CAPPER.

formatione

formatione ſententiæ [255] *dicitur* : [256] *nec aliud quidquam eſt dicere, niſi omnes, aut certe pleraſque, aliqua ſpecie illuminare ſententias. Quas* [257] *cum tu optime, Brute, teneas; quid attinet nominibus uti, aut exemplis? tantummodo notetur locus.* [258] *Sic igitur dicet ille, quem expetimus, ut verſet ſæpe multis modis* [259] *eamdem & unam rem, &* [260] *hereat in eadem commoreturque ſententia. Sæpe etiam* [261] *ut extenuet aliquid: ſæpe* [262] *ut irrideat:* [263] *ut declinet a propoſito, deflectatque ſententiam: ut proponat, quid dicturus ſit: ut, cum tranſegerit,* [264] *jam aliquid definiat:* [265] *ut ſe ipſe revocet:* [266] *ut, quod dixit,* [267] *iteret:* [268] *ut argumentum ratione concludat:* [269] *ut interrogando urgeat:* [270] *ut rurſus quaſi ad interrogata ſibi ipſe reſpondeat:* [271] *ut contra, ac dicat, accipi & ſentiri velit:* [272] *ut addubitet, quid potius, aut quo modo dicat:* [273] *ut dividat in partes:* [274] *ut aliquid relinquat, ac negligat: ut* [275] *ante præmuniat: ut in eo ipſo, in quo reprehendatur,* [276] *culpam in adverſarium conferat:* [277] *ut ſæpe cum iis, qui audiunt, nonnunquam etiam cum adverſario quaſi deliberet:* [278] *ut hominum mores ſermoneſque deſcribat:* [279] *ut muta quædam loquentia inducat: ut* [280] *ab eo, quod agitur,* [281] *avertat animos:* [282] *ut ſæpe in hilaritatem riſumve convertat: ut* [283] *ante occupet,* [284] *quod videat*

255. *Edicitur.*] *Dicitur*; MSS. Alm. Voſſ. omn. Locat. Ald. Baſil. in Ciceronis codicibus quibuſdam *dicitur*, vel *educitur*; ſed Gruterus abeſſe verbum hoc facile poſſe cenſet. BURMAN.

256. *Nec aliud quidquam eſt dicere.*] *Nec quidquam eſt aliud dicere*; V. C. Alm.

257. *Cum tu optime.*] *Cum optime*; V. C. Alm.

258. *Sit igitur dicet.*] *Sic* in Ciceronis *Oratore* legitur. REGIUS.

259. *Eamdem & unam rem, & hereat.*] *Eadem & in una re hereat, eademque commoretur ſententia*; MSS. Joan. Colb. Bern. Andr. Locat. *multis modis eadem & in una re hæreat, in eademque com. ſ.* Voſſ. ſec. Baſil. Colin. Gryph. variant etiam apud Ciceronem codices, ut ex Gruteri notis patet. BURMAN.

260. *Hæreat in eadem commoreturque ſententia.*] Quæ figura Græce dicitur ἐπιμονὴ, Latine commoratio apud Rhetorem Herennianum. lib. IV. CAPPER.

261. *Ut extenuet aliquid.*] Μείωσις & ἐξουθενισμὸς: quam figuram exponit & pluribus exemplis illuſtrat Julius Rufinianus pag. 25. Rhetorum Pithœan. CAPPER.

262. *Ut irrideat*] Διασυρμὸς, σαρκασμὸς, χλευασμὸς, illuſio: qua de figura lege Julium Rufinianum ibidem. CAPP.

263. *Ut declinet a propoſito.*] Παρέκβασις. Fabius lib. IV. cap. III. vocat egreſſionem & excurſum; Tullius in III. *de Orat.* digreſſionem. CAPPER.

264. *Jam aliquid definiat.*] Quidam hic intelligunt ὁρισμὸν quemdam, cum aliquid propoſuimus, quod poſtea definitione explicamus: poſſet tamen intelligi ſententia, qua de loco jam a nobis tractato quid ſentiamus, breviter explicamus. TURNEB.

265. *Ut ſe ipſe revocet.*] In lib. III. de Oratore dixit *reditum ad rem & ad propoſitum.* CAPPER.

266. *Ut quod dixit.*] *Dixerit*; Voſſ. ſec. Bern.

267. *Iteret.*] Vide quæ ſupra notata ſunt ad illud tertii de *Oratore* libri: *& iteratio.* CAPPER.

268. *Ut argumentum ratione concludat.*] Lib. III. *de Orat.* dixit, *rationi aptam concluſionem.* Herennianus Rhetor lib. IV. *concluſionem* ſimpliciter appellavit, & ſic expoſuit: *Concluſio eſt quæ brevi argumentatione ex iis, quæ ante dicta ſunt aut facta, conficit id quod neceſſario conſequatur hoc modo:* Quod ſi Danais datum erat oraculum non poſſe capi Trojam ſine Philoctetæ ſagittis, hæ autem nihil aliud fecerunt, niſi Alexandrum perculerunt; hunc extinguere, id nimirum capi fuit Trojam. *Reſtant etiam decem*, &c. hoc porro Ciceronem inter & Herennianum diſcrimen intercedit, quod Tullio quidem rationis apta concluſio ſit figura ſententiæ, Herenniano autem figura dictionis. Unde probari etiam poſſet Rhetoricam ad Herennium non eſſe Ciceroni adſcribendam. CAPPER.

269. *Ut interrogando urgeat.*] Figura dicitur ἐρώτημα, *interrogatum*, quod a πύσματι, *quæſito*, qua ratione differat, ex Aquila Romano ſupra expoſuimus ad illud lib. III. de Oratore: *Et rogatio atque huic finitima quaſi percontatio.* CAPP.

270. *Ut quaſi ad interrogata ſibi ipſe reſpondeat.*] Vide quæ ſupra ſcripſi ad illud III. *de Orat.* quod figuris verborum a Tullio annumerabatur: *& ſibi ipſi reſponſio.* CAPP.

271. *Ut contra, ac dicat, accipi & ſentiri velit.*] Εἰρωνεία eſt, aut etiam λόγος ἐσχηματισμένος [*controverſia figurata*] de quo ad initium hujus capitis, & fuſius ad caput ſecundum paulo poſt medium. CAPPER.

272. *Ut addubitet quid potius aut quomodo dicat.*] Διαπόρησις vel ἀπορία. Vide ad illud III. *de Orat. & dubitatio*, &c. CAPPER.

273. *Ut dividat in partes.*] Græci dicunt διαίρεσιν. Unde ἀπαρίθμησις, *enumeratio*; & συναθροισμὸς, *congeries.* CAPP.

274. *Ut aliquid relinquat ac negligat.*] Figura hæc videtur eſſe illa Julii Rufiniani ἀποδιωξις, quam ſic exponit pag. 26. Rhetor. Pithœan. *Rejectio vel reprobatio quarumdam rerum, quaſi in quæſtionem non venire dignarum* [vel quas putemus] *neque oportuiſſe aut ab adverſariis poni, aut a nobis quæri, aut a judice poſtulari* .... *Cicero pro Cœlio:* Equitis R. autem eſſe filium, criminis loco poni ab accuſatoribus, neque his judicantibus oportuit, neque defendentibus nobis. *Apoplaneſis eſt*, &c. in editis perperam legitur *apodoxis*, & quædam voces deſunt, quas ex Voſſii conjectura ſupplere utcumque ſtuduimus. CAPPER. *Ac negligat.*] *Ut negligat*; Voſſ. ſec.

275. *Ante præmuniat.*] Figuram hanc Julius Rufinianus pag. 36. προκατάληψιν & προκατασκευὴν appellat; Curius autem Fortunatianus p. 61. προπαρασκευήν. Exempla ſi quis voluerit, apud eoſdem Rhetoras inveniet plurima. CAPP.

276. *Ut culpam in adverſarium conferat.*] Μετάστασιν vocat Aquila Romanus pag. 16. & ſic explicat. *Metaſtaſin tranſmotionem quidam inter figuras nominant, cum rem a nobis alio tranſmovemus, non ita ut ibi cauſſam conſtituamus: alioquin jam non figura erit, ſed ſpecies quædam ejus* ſtatus, *quem qualitatis aut ex accidenti appellant ſecundum Hermagoram. Ceterum alibi in parte aliqua orationis ſententiam hoc modo figuramus; quale eſt apud Demoſthenem initio defenſionis pro Cteſiphonte:* Cum bellum, inquit, Phocenſe conflatum eſſet non per me, &c. *tale & illud pro Cornelio videri poteſt*, &c. CAPPER.

277. *Ut ſæpe cum iis, qui audiunt* ..... *quaſi deliberet.*] Quæ figura Græce dicitur ἀνακοίνωσις, Latine communicatio: exempla vide in Julio Rufiniano pag. 26. CAPPER.

278. *Ut hominum mores ſermoneſque deſcribat.*] Χαρακτηρισμὸν vocat Rutilius Lupus pag. 8. Rhetor. Pithœan. ubi egregiam habes ebrii deſcriptionem. Aquila Romanus ibidem pag. 15. ἠθοποιΐαν appellat. Vide Theophraſti characteres *ethicos*, imagines Philoſtrati, & Calliſtrati deſcriptiones. CAPPER.

279. *Ut muta quædam loquentia inducat.*] Quod figuræ genus προσωποποιΐαν appellant. Exempla ſunt paſſim obvia. CAPPER.

280. *Ab eo quo agitur.*] *De* præpoſitio adſcribenda eſt, ut *de quo agitur* legatur. REGIUS.

281. *Avertat animos.*] Ἀποπλάνησιν nominat Julius Rufinianus pag. 26. & ſic eam definit: *Apoplaneſis eſt judicis a re contraria nobis avocatio, quam cum deſiderat, aut ab adverſario commonetur ut quærat, nos obſcurando & miſcendo & promittendo quidem dicturos nos, ſed ſuo loco, ad aliam rem avocamus; & rurſum dum dicimus, ſenſim ad aliud tranſimus, & ab eo, quod contra nos eſt, avocatur & ſuſpenditur judex, vel conjuncta rerum multitudine implicatur, ut non de uno, ſed de pluribus putet ſibi ſententiam eſſe dicendam; ut pro Cluentio fecit Cicero, in qua oratione tenebras ſe offudiſſe jactavit judicibus Cluentianis.* CAPPER.

282. *Ut in hilaritatem riſumve convertat.*] Huc refer Græcorum ἀστεϊσμὸν, χαριεντισμὸν, διασυρμὸν, χλευασμὸν, & σαρκασμὸν, de quibus Aquila Romanus pag. 16. & Julius Rufinianus pagg. 24. 25. Rhetor. Pithœan. CAPPER.

283. *Ante occupet.*] *Ante* non eſt in V. C. Alm. figuram autem πρόληψιν Tullius hic innuit. CAPPER.

284. *Quod putat opponi.*] Loco illius verbi *putat*, *poteſt* videtur reponendum. REGIUS. *Putat*; MSS. Colb. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Colon. Par. Steph. Baſil. Vidov. (qui in marg. *poteſt* ut & Colon.) *videatur*; marg. Baſil. Aſcen-

ZZz

opponi: [285] *ut comparet ſimilitudines: ut* [286] *utatur exemplis:* [287] *ut aliud alii tribuens diſpertiat:* [288] *ut interpellatorem coërceat:* [289] *ut aliquid reticere ſe dicat: ut denuntiet,* [290] *quid caveat:* [291] *ut liberius quid audeat:* [292] *ut iraſcatur etiam:* [293] *ut objurget aliquando:* [294] *ut deprecetur:* [295] *ut ſupplicet:* [296] *ut medeatur:* [297] *ut a propoſito declinet aliquantulum:* [298] *ut optet,* [299] *ut execretur: ut fiat iis,* [300] *apud quos dicet, familiaris: atque alias etiam* [301] *dicendi quaſi virtutes ſequatur:* [302] *brevitatem, ſi res petet: ſæpe etiam* [303] *rem dicendo ſubjiciet oculis,* [304] *ſæpe ſupra feret, quam fieri poſſit:* [305] *ſignificatio ſæpe erit major, quam oratio:* [306] *ſæpe hilaritatis, ſæpe vitæ* [307] *naturarumque* [308] *imitatio. Hoc in genere (*[309] *nam quaſi ſylvam vides)* [310] *omnis eluceat oportet eloquentiæ magnitudo.*

ſius malebat *putat poſſe opponi. Videat*; Obrecht. ſimilis permutatio verborum *putare* & *poſſe* fuit ſupra lib. v. cap. 7.

285. *Ut comparet ſimilitudines.*] Ὁμοίωσις, ſimilitudo, quidem eſt in qualitate; verbi gratia: *fertur ut torrens*; σύγκρισις, comparatio, autem in quantitate; ut: *tantum matri, quantum patri debeo.* CAPPER.

286. *Utatur exemplis.*] Quod παράδειγμα vocant. CAPP.

287. *Ut aliud alii tribuens diſpertiat.*] Exemplum ſit in illo Ciceronis pro Roſcio Amer. 13. *Tres ſunt res, quæ obſtent .... Roſcio, crimen adverſariorum, & audacia, & potentia. Criminis confectionem accuſator Erucius ſuſcepit; audaciæ partes Roſcii popoſcerunt; Chryſogonus autem potentia pugnat.* Quod figuræ genus διαμερισμὸς dici poteſt, aut etiam μερισμὸς ex Rutilio Lupo pag. 5. quia res varias variis perſonis διαμερίζει diſtribuit: unde a διαιρέσει partitione diſtinguetur, quæ totum quoddam ſuas in partes dividit. CAPPER.

288. *Ut interpellatorem coërceat.*] Sic apud Ciceron. pro C. Rabirio perduell. reo 18. *Nihil me clamor iſte commovet, ſed conſolatur, cum indicat eſſe quoſdam cives imperitos, ſed non multos. Quin continetis vocem indicem ſtultitiæ veſtræ, teſtem paucitatis?* CAPPER.

289. *Ut aliquid reticere ſe dicat.*] Videtur ſignificari *reticentia*, quam appellant *apoſiopeſin.* TURNEB. Horatii hoc quoque præceptum. Art. Poët. 42.

Ordinis hæc virtus erit, & venus, aut ego fallor,
Ut jam nunc dicat, jam nunc debentia dici,
Pleraque differat, & præſens in tempus omittat.

ALMELOV. Hæc utraque nota cenſoriam notam effugere non poteſt; nam Pſeudo-Turnebus quidem τὴν ἀποσιώπησιν, *reticentiam*, cum παραλείψει, *præteritione*, confudit: quæ duo figurarum genera multum inte ſe differunt: in ἀποσιωπήσει verba & ſententiæ quædam revera omittuntur; ut in illo Virgil.

Quos ego ... ſed motos, &c. Æneïd. 1. verſ. 139.

in παραλείψει, *præteritione*, ſimulat orator ſe omittere, quod maxime dicit: *Non queror*, inquit Cicero in Rullum, *diminutionem vectigalium, non flagitium hujus jacturæ*, &c. Almelovenius autem τὴν παράλειψιν, *præteritionem*, non ſatis diſtinguit a dilatione, quæ ad rerum dicendarum ordinem pertinet: quod autem differtur, id non continuo aufertur, immo nec ſimulatur auferri. CAPPER.

290. *Quid caveat.*] *Caveant* eſt apud Ciceronem.

291. *Ut liberius quid audeat.*] Quæ figura Græce παῤῥησία, Herenniano Rhetori *licentia*, Fabio autem *oratio libera* dicitur cap. 2. ubi non ἁπλῶς (quod ei Voſſius exprobrat) ſed κατά τι figuræ nomen τῇ παῤῥησίᾳ denegat. *Hæc*, inquit, *quoties vera ſunt, non ſunt in ea forma, de qua nunc loquimur; ſed aſſimulata & arte compoſita, procul dubio* ſchemata *ſunt exiſtimanda: quod idem dictum ſit de oratione libera, quam Cornificius* licentiam *vocat, Græci* παῤῥησίαν; *quid enim minus figuratum, quam vera libertas? ſed frequenter ſub hac facie latet adulatio*, &c. Nec dicas Fabium circa finem cap. 3. ita ſcribere: *Cornificius* [adjicit his] *interrogationem, ratiocinationem .... membrum, articulum ... conclusionem; quorum priora alterius generis ſunt* ſchemata, *ſequentia* ſchemata *omnino non ſunt. Item Rutilius præter ea, quæ apud alios quoque* ſchemata, παρομολογίαν, ἀναγκαῖον, ἠθοποιίαν ..... προλήψιν .... παραδιαστολήν, παῤῥησίαν, *de quibus idem dico.* Unde ſequi videtur ex Fabii ſententia παῤῥησίαν non ſolum κατά τι, ſed omnino figuram non eſſe. Hoc enim inde ſequi pernego, ſi Fabii verba diligentius expendantur. Nam τὸ *de quibus idem dico*, referuntur ad illa: *quorum priora alterius generis ſunt* ſchemata [ſententiarum videlicet non verborum:] *ſequentia* ſchemata *omnino non ſunt.* Igitur e memoratis Rutilii Lupi figuris quædam ſententiarum potius, quam verborum ſunt; ut ἠθοποιία, πρόληψις, παραδιαστολή: quædam omnino non ſunt figuræ; ut ἀναγκαῖον, δικαιολογία: & certe ipſe Fabius cap. 2. ſententiarum figuris annumerat πρόληψιν, *præſumptionem*, παραδιαστολήν ſub ἀντιφάσεως nomine, & ἠθοποιίαν, *morum imitationem.* CAPPER.

292. *Ut iraſcatur etiam.*] Ἀγανάκτησιν vocat Julius Rufinianus pag. 26. Rhetor. Pithœan. ubi ſic ſcribit: *Aganactesis, indignatio, quæ fit maxime pronunciatione. Ennius in Iphigenia*: Menelaus me objurgat, id meis rebus regimen reſtat. *Virgil.*

Cantandò tu illum? an unquam tibi fiſtula cera
juncta fuit?

[Eclog. 111. verſ. 25.] *Cicero pro Sylla*, &c. CAPPER.

293. *Ut objurget aliquando.*] Ἐπιτίμησις & ἐπίπληξις Julio Rufiniano dicitur ibidem pag 27. ubi & hoc e Cicerone in Catilin. exemplum profert: *Patère tua conſilia non ſentis? quem noſtrûm ignorare arbitraris?* CAPPER.

294. *Ut deprecetur.*] Δέησιν vocat idem Rhetor pag. eadem, ubi & exempla proferuntur. CAPPER.

295. *Ut ſupplicet.*] Plus eſt *ſupplicare*, quam *deprecari*: fit autem ab oratore, cum ſupplex obteſtatur judices & obſecrat. TURNEB.

296. *Ut medeatur.*] Intelligunt multi ἐπιθεραπείαν; ſed videtur potius ſignificari *apologia*, qua aliquid purgamus; ideoque antea Cicero *purgationem* appellabat. TURNEB. De ἐπιθεραπεύσει (ad quam hunc locum Strebæus etiam retulit) lege Aſconium Pedianum in Verr. act. 1. ad hæc Ciceronis verba: *An me taciturum tantis de rebus exiſtimaviſtis?* ubi ſic habet vetus ille Tullianarum orationum interpres: *Eſt hic* epitherapeuſis, *ubi non emendatio dicti atrociſſimi, ſed confirmatio ponitur recte dixiſſe, cauſſa ſubjecta cum quadam acrimonia.* CAPPER.

297. *Ut a propoſito declinet aliquantulum.*] Παρεκβάσεως eſt ſpecies, quam in 111. *de Orat.* vocat *brevem a propoſito declinationem.* CAPPER.

298. *Ut optet.*] Εὐχὴν appellat Julius Rufinianus pag. 28. ubi vide, quæ attulit, exempla. CAPPER.

299. *Ut execretur.*] Julio Rufiniano pag 27. Ἀρεὰ eſt, quam interpretatur *execrationem oratoriam*; ut apud Ciceron. 111. in Verr. *O ſcelus! o portentum in ultimas terras exportandum!* CAPPER.

300. *Apud quos dicet.*] *Dicit*: Voſſ. prim. ſec. Locat. Baſil. Ald. Gryph.

301. *Dicendi quaſi virtutes.*] *Quaſi* non eſt in Cod. Colb.

302. *Brevitatem, ſi res petet.*] Βραχυλογίαν dixit Rutilius Lupus pag. 9. Rhetor. Pithœan. atque hujus exempla figuræ protulit e Lyſia. CAPPER.

303. *Rem dicendo ſubjiciet oculis.*] Ὑποτύπωσιν vocant; de qua Fabius lib. v111. cap. 3. & cap. 2. hujus libri, ubi eam Ciceronis exemplo vocat *ſub oculos ſubjectionem.* CAPP.

304. *Sæpe ſupra feret, quam ferri.*] In Cicerone eſt *fieri*, non *ferri*. PHILAND. *Sæpe ſupra fiet res, quam fieri poſſet*: MS. Bodl. Ven. Locat. *ſæpe ſupra feret rem, quam ferri poſſet*: Gryph. Colin. Baſil. Par. & probat Aſcenſius: *ſæpe ſupra feret, quam ferri poſſet*: Steph. Hoc autem refertur ad *hyperbolen*, quæ *tropi* potius, quam figuræ ſpecies eſt. CAPP.

305. *Significatio ſæpe erit major, quam oratio.*] Ἔμφασις eſt, quam Herennianus Rhetor *ſignificationem* interpretatur: de hac figura pluribus agit Fabius lib. v111. capp. 2. & 3. & cap. 2. hujus libri. CAPPER.

306. *Sæpe hilaritas.*] *Hilaritatis*: Locatell. quæ ſane lectio ſpernenda non eſt; nam de convertendis ad hilaritatem animis auditorum jam ſupra dixerat Tullius. Unde videri poſſit hic de hilaritatis imitatione potius, quam de ipſa hilaritate mentionem fieri: ſed vulgatam lectionem hoc in loco mutare non ſum auſus. CAPPER.

307. *Naturæque.*] *Naturarumque*: Ald. Baſil. Stephan. Gryph. Colin. Vidov. Leid. Oxon. & ita apud Ciceronem.

308. *Imitatio.*] Ἠθοποιίαν & μίμησιν Græci vocant. Priſcianus in Latina Hermogenianorum *progymnaſmatum* verſione dixit *allocutionem.* Vide Aphthonium & Theonem in Rhetorices præexercitamentis. CAPPER.

309. *Nam quaſi ſylvam vides.*] *Tanquam ſi ſylvam videas* MS. Bodl. *jam quaſi*: Voſſ. prim. ſec.

310. *Omnis eluceat.*] *Omnis* deeſt in Voſſ. prim. tert.

CAPUT II.

De figuris ſententiarum.

ERGO, cui latius complecti [1] conformationes verborum ac ſententiarum placuerit, habet, quod ſequatur; nec affirmare auſim, quidquam eſſe melius; ſed hæc ad propoſiti mei rationem legat. Nam mihi de his ſententiarum figuris dicere in animo eſt, quæ ab illo ſimplici modo [2] indicandi recedunt: quod idem [3] multis doctiſſimis viris video placuiſſe. Omnia tamen illa, etiam quæ ſunt alterius modi lumina, adeo ſunt virtutes orationis, ut ſine his nulla intelligi vere poſſit oratio. [4] Nam quo modo judex [5] doceri poteſt, [6] ſi deſit [7] illuſtris explanatio, propoſitio, [8] promiſſio, finitio, ſejunctio, [9] expoſitio ſententiæ ſuæ, [10] rationis apta concluſio, præmunitio, ſimilitudo, exemplum, digeſtio, diſtributio, interpellatio, interpellantis [11] coërcitio, contentio, purgatio, læſio? [12] Quid vero agit omnino eloquentia, detractis amplificandi minuendique rationibus? Quarum prior deſiderat illam, pluſquam dixeris ſignificationem, id eſt, ἔμφασιν & [13] ſuperlationem veritatis, & trajectionem; hæc altera extenuationem, deprecationemque. [14] Qui affectus erunt [15] vel concitati, detracta voce [16] libera, effrenatiore iracundia, objurgatione, optatione, execratione? [17] vel illi mitiores, niſi adjuvantur commendatione, conciliatione, ad hilaritatem impulſione? Quæ delectatio, aut quod mediocriter ſaltem docti [18] hominis indicium? niſi alia repetitione, alia commoratione inſigere; [19] digredi a re, & redire ad propoſitum ſuum ſcierit; [20] removere a ſe, in alium trajicere; [21] quæ relinquenda, quæ contemnenda ſunt, judicare? Motus eſt in his orationis atque actus: [22] quibus detractis jacet, & velut agitante corpus ſpiritu caret. Quæ cum adeſſe debent, tum diſponenda atque varianda ſunt; ut auditorem, quod in fidibus fieri videmus, [23] omni ſono permulceant. Verum ea plerumque [24] recta ſunt, [25] nec ſe fingunt, ſed confitentur. [26] Admittunt autem (ut

Si quis ſententiam Ciceronis velit ſequi, non magnopere refragabitur Fabius: exiſtimat tamen eſſe figuram, cum variatur ſimplex enunciandi & indicandi ratio. TURNEBUS.

1. *Conformationes.*] *Conformationes*, hoc eſt, figurationes, ſuperius quoque diximus eſſe legendum. REGIUS. Vide porro ut *conformationis* nomen Quinctilianus figuris attribuerit. CAPPER.

2. *Indicandi.*] *Judicandi*; MS. Joan. *dicendi*; MS. Bodl. Andr. Ald. Gryph. Colin. Vidov. Cæterum τὸ *indicandi* reſpondere poteſt Græco τῷ ἀποφαίνεσθαι, quod eſt ſententiam aut animi ſenſum verbis exprimere. CAPPER.

3. *Multis doctiſſimis.*] Ergo multi ſunt doctiſſimi, id eſt, valde docti, non omnium doctiſſimi. ASCENS.

4. *Nam quomodo.*] A tribus officiis oratoris oſtendit orationem maxime ornari illis luminibus, quæ a Cicerone ponuntur inter figuras, eſſe tamen figuras negat: quanquam inter Ciceronem & Fabium magis de vocabulo pugna eſt, quam de re; alter enim vocabulum fundit, alter contrahit. TURNEB. Tria illa Oratoris officia ſunt; 1.° docere τοῖς λόγοις, argumentis; 2.° delectare τοῖς ἤθεσι, moribus exprimendis, aut etiam mitiores affectus excitando; 3.° commovere τοῖς πάθεσι, vehementiores affectus concitando. CAPPER.

5. *Doceri poteſt.*] *Doceri poſſit*; Voſſ. ſec.

6. *Si deſit, &c.*] Quæ ſequuntur orationis ornamenta, fuſius explicuimus in noſtris ad cap. 1. annotationibus. CAPPER.

7. *Illuſtris explanatio.*] *Explicatio*; MS. Bodl. Andr.

8. *Promiſſio.*] *Permiſſio*; Vaſc. Steph. Gryph. Colin.

9. *Expoſitio ſententiæ ſuæ.*] *Expoſitio ſententiæ ſive orationis*; marg. Vaſc. Steph. Gryph. niſi quod *rationis expoſitio. Sententiæ ſive rationis, &c.* Ald. Baſil. Vidov. Colin. *ſententiæ ſic rationis*; V. C. Alm.

10. *Rationis.*] *Orationis*; Voſſ. ſec. tert. Colb. Locat. & alii.

11. *Coërcitio.*] *Coerctio*; Ald. Stephan. Colin. Vidov. Obrecht. *coërtio*; Locat. Baſil. Gryph. *correctio*; Voſſ. ſec. apud Sueton. Claud. 38. edit. R. Steph. & cod. Salmaſii *coërtionem* exhibent. Vide ad Velleium Patercul. II. 121. BURMAN.

12. *Quid vero agit.*] Proprium eſt oratoris amplificare & minuere, ut docuit Fabius lib. III. at plurima Ciceronis lumina ad eas pertinent virtutes. TURNEB. *Quid vero ais*; V. C. Alm. *omnis eloquentia*; Voſſ. prim. tert.

13. *Superlationem veritatis & trajectionem.*] Ὑπερβολὴν his verbis deſignavit; etſi τὸ *trajectio* apud Ciceronem & Fabium quandoque ſignificet Ὑπερβατὸν, ut in illis: *Utitur ea trajectione verborum, & nihilo tamen aptius explet concluditque ſententias*; Cicer. in Oratore. *Nec ſermo tam ſit longus, ut eum proſequi non poſſit intentio; nec trajectione tam tardus, ut in hyperbaton finis ejus differatur*; Quinctil. cap. 2. lib. VIII. CAPPER.

14. *Qui affectus.*] Affectus ſunt duplices, πάθη & ἤθη: his conducit ratio ornamentorum a Cicerone poſitorum. TURNEB.

15. *Vel concitati.*] Græci dicunt πάθη. CAPPER.

16. *Libera, effrenatiore iracundia.*] Francius volebat, *libera & effrenatiore, iracundia*; ex cap. præcedenti *vox libera atque etiam effrenatior*: ſed & ibi dubia diſtinctio. BURMAN. Cæterum his verbis *voce libera* ſignificatur illud figuræ genus, cui nomen παῤῥησία. CAPPER.

17. *Vel illi mitiores.*] Græce vocantur ἤθη. CAPPER.

18. *Hominis judicium.*] *Indicium* legendum eſt. REGIUS.

19. *Digredi a re.*] *Degredi*; Voſſ. tert. Ald. Vide ad lib. X. 6.

20. *Removere a ſe, in alium trajicere.*] Quod figuræ genus μετάστασιν appellat, exponit, & allatis exemplis illuſtrat Aquila Romanus pag. 16. Rhetorum Pithœan. CAPP.

21. *Quæ relinquenda, quæ.*] *Et ea quæ relinquenda, quæque contemnenda ſunt*; Ald.

22. *Quibus detractis.*] *Quibus demptis*; Obrecht.

23. *Omni ſono mulceant.*] *Permulceant*; V. C. Alm. Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Vidov. Gebh. autem lib. I. crep. 7. ex MS. *omniſone mulceant.*

24. *Sed recta ſunt.*] Id eſt expertia figurarum, quarum ope fit ut oblique, & quaſi per cuniculos obrepat in animos oratio. CAPPER.

25. *Nec ſe fingunt*] Non ſe fingunt ad artificioſam figuræ proprie dictæ, rationem; ſed ſine ullo artificio ſenſa mentis exprimunt, declarant, &c. CAPPER.

26. *Admittunt autem figuras.*] Paulo ante nullam eſſe par-

opponi: [285] ut comparet ſimilitudines: ut [286] utatur exemplis: [287] ut aliud alii tribuens diſpertiat: [288] ut interpellatorem coërceat: [289] ut aliquid reticere ſe dicat: ut denuntiet, [290] quid caveat: [291] ut liberius quid audeat: [292] ut iraſcatur etiam: [293] ut objurget aliquando: [294] ut deprecetur: [295] ut ſupplicet: [296] ut medeatur: [297] ut a propoſito declinet aliquantulum: [298] ut optet, [299] ut execretur: ut fiat iis, [300] apud quos dicet, familiaris: atque alias etiam [301] dicendi quaſi virtutes ſequatur: [302] brevitatem, ſi res petet: ſæpe etiam [303] rem dicendo ſubjiciet oculis, [304] ſæpe ſupra feret, quam fieri poſſit: [305] ſignificatio ſæpe erit major, quam oratio: [306] ſæpe hilaritatis, ſæpe vitæ [307] naturarumque [308] imitatio. Hoc in genere ([309] nam quaſi ſylvam vides) 310 omnis eluceat oportet eloquentiæ magnitudo.

ſius malebat *putat poſſe opponi. Videat*; Obrecht. ſimilis permutatio verborum *putare* & *poſſe* fuit ſupra lib. v. cap. 7.

285. *Ut comparet ſimilitudines.*] Ὁμοίωσις, ſimilitudo, quidem eſt in qualitate; verbi gratia: *fertur ut torrens*; σύγκρισις, comparatio, autem in quantitate; ut: *tantum matri, quantum patri debeo.* CAPPER.

286. *Utatur exemplis.*] Quod παράδειγμα vocant. CAPP.

287. *Ut aliud alii tribuens diſpertiat.*] Exemplum ſit in illo Ciceronis pro Roſcio Amer. 13. *Tres ſunt res, quæ obſtent .... Roſcio, crimen adverſariorum, & audacia, & potentia. Criminis confectionem accuſator Erutius ſuſcepit; audaciæ partes Roſcii popoſcerunt; Chryſogonus autem potentia pugnat.* Quod figuræ genus διαμερισμὸς dici poteſt, aut etiam μερισμὸς ex Rutilio Lupo pag. 5. quia res varias variis perſonis διαμερίζει diſtribuit: unde a διαιρέσει partitione diſtinguetur, quæ totum quoddam ſuas in partes dividit. CAPPER.

288. *Ut interpellatorem coërceat.*] Sic apud Ciceron. pro C. Rabirio perduell. reo 18. *Nihil me clamor iſte commovet, ſed conſolatur, cum indicat eſſe quoſdam cives imperitos, ſed non multos. Quin continetis vocem indicem ſtultitiæ veſtræ, teſtem paucitatis?* CAPPER.

289. *Ut aliquid reticere ſe dicat.*] Videtur ſignificari *reticentia*, quam appellant *apoſiopeſin*. TURNEB. Horatii hoc quoque præceptum. Art. Poët. 42.

> *Ordinis hæc virtus erit, & venus, aut ego fallor,*
> *Ut jam nunc dicat, jam nunc debentia dici,*
> *Pleraque differat, & præſens in tempus omittat.*

ALMELOV. Hæc utraque nota cenſoriam notam effugere non poteſt; nam Pſeudo-Turnebus quidem τὴν ἀποσιώπησιν, *reticentiam*, cum παραλείψει, *præteritione*, confudit: quæ duo figurarum genera multum inte ſe differunt: in ἀποσιωπήσει verba & ſententiæ quædam revera omittuntur; ut in illo Virgil.

> *Quos ego ...: ſed motos*, &c. Æneïd. 1. verſ. 139.

in παραλείψει, *præteritione*, ſimulat orator ſe omittere, quod maxime dicit: *Non queror*, inquit Cicero in Rullum, *diminutionem vectigalium, non flagitium hujus jacturæ*, &c. Almelovenius autem τὴν παράλειψιν, *præteritionem*, non ſatis diſtinguit a dilatione, quæ ad rerum dicendarum ordinem pertinet: quod autem differtur, id non continuo aufertur, immo nec ſimulatur auferri. CAPPER.

290. *Quid caveat.*] *Caveant* eſt apud Ciceronem.

291. *Ut liberius quid audeat.*] Quæ figura Græce παῤῥησία, Herenniano Rhetori *licentia*, Fabio autem *oratio libera* dicitur cap. 2. ubi non ἁπλῶς (quod ei Voſſius exprobrat) ſed κατά τι figuræ nomen τῇ παῤῥησίᾳ denegat. *Hæc*, inquit, *quoties vera ſunt, non ſunt in ea forma, de qua nunc loquimur; ſed aſſimulata & arte compoſita, procul dubio* ſchemata *ſunt exiſtimanda: quod idem dictum ſit de oratione libera, quam Cornificius* licentiam *vocat, Græci παῤῥησίαν; quid enim minus figuratum, quam vera libertas? ſed frequenter ſub hac facie latet adulatio*, &c. Nec dicas Fabium circa finem cap. 3. ita ſcribere: *Cornificius* [adjicit his] *interrogationem, ratiocinationem .... membrum, articulum ... conclusionem: quorum priora alterius generis ſunt* ſchemata, *ſequentia* ſchemata *omnino non ſunt. Item Rutilius præter ea, quæ apud alios quoque* ſchemata, *παρομολογίαν, ἀναγκαῖον, ἠθοποιΐαν ..... πρόληψιν .... παρασιώπησιν, παῤῥησίαν, de quibus idem dico.* Unde ſequi videtur ex Fabii ſententia παῤῥησίαν non ſolum κατά τι, ſed omnino figuram non eſſe. Hoc enim inde ſequi pernego, ſi Fabii verba diligentius expendantur. Nam τὸ *de quibus idem dico*, referuntur ad illa: *quorum priora alterius generis ſunt* ſchemata [ſententiarum videlicet non verborum:] *ſequentia* ſchemata *omnino non ſunt*. Igitur e memoratis Rutilii Lupi figuris quædam ſententiarum potius, quam verborum ſunt; ut ἠθοποιΐα, πρόληψις, παρασιώπησις: quædam omnino non ſunt figuræ; ut ἀναγκαῖον, δικαιολογία: & certe ipſe Fabius cap. 2. ſententiarum figuris annumerat πρόληψιν, *præſumptionem*, παρασιώπησιν ſub ἀποφάσεως nomine, & ἠθοποιΐαν, *morum imitationem*. CAPPER.

292. *Ut iraſcatur etiam.*] Ἀγανάκτησιν vocat Julius Rufinianus pag. 26. Rhetor. Pithœan. ubi ſic ſcribit: *Aganactesis, indignatio, quæ fit maxime pronunciatione. Ennius in Iphigenia*: Menelaus me objurgat, id meis rebus regimen reſtat. *Virgil.*

> Cantandò tu illum? an unquam tibi fiſtula cera
> juncta fuit?

[Eclog. III. verſ. 25.] *Cicero pro Sylla*, &c. CAPPER.

293. *Ut objurget aliquando.*] Ἐπιτίμησις & ἐπίπληξις Julio Rufiniano dicitur ibidem pag 27. ubi & hoc e Cicerone in Catilin. exemplum profert: *Patère tua conſilia non ſentis? quem noſtrùm ignorare arbitraris?* CAPPER.

294. *Ut deprecetur.*] Δέησις vocat idem Rhetor pag. eadem, ubi & exempla proferuntur. CAPPER.

295. *Ut ſupplicet.*] Plus eſt *ſupplicare*, quam *deprecari*: fit autem ab oratore, cum ſupplex obteſtatur judices & obſecrat. TURNEB.

296. *Ut medeatur.*] Intelligunt multi ἐπιθεραπεύσιν; ſed videtur potius ſignificari *apologia*, qua aliquid purgamus; ideoque antea Cicero *purgationem* appellabat. TURNEB. De ἐπιθεραπεύσει (ad quam hunc locum Strebæus etiam retulit) lege Aſconium Pedianum in Verr. act. 1. ad hæc Ciceronis verba: *An me taciturum tantis de rebus exiſtimaviſtis?* ubi ſic habet vetus ille Tullianarum orationum interpres: *Eſt hic* epitherapeuſis, *ubi non emendatio dicti atrociſſimi, ſed confirmatio ponitur recte dixiſſe, cauſſa ſubjecta cum quadam acrimonia.* CAPPER.

297. *Ut a propoſito declinet aliquantulum.*] Παρεκβάσεως eſt ſpecies, quam in III. *de Orat.* vocat *brevem a propoſito declinationem*. CAPPER.

298. *Ut optet.*] Εὐχὴν appellat Julius Rufinianus pag. 28. ubi vide, quæ attulit, exempla. CAPPER.

299. *Ut execretur.*] Julio Rufiniano pag 27. Ἀρὰ eſt, quam interpretatur *execrationem oratoriam*; ut apud Ciceron. III. in Verr. *O ſcelus! o portentum in ultimas terras exportandum!* CAPPER.

300. *Apud quos dicet.*] *Dicit*: Voſſ. prim. ſec. Locat. Baſil. Ald. Gryph.

301. *Dicendi quaſi virtutes.*] *Quaſi* non eſt in Cod. Colb.

302. *Brevitatem, ſi res petet.*] Βραχυλογίαν dixit Rutilius Lupus pag. 9. Rhetor. Pithœan. atque hujus exempla figuræ protulit e Lyſia. CAPPER.

303. *Rem dicendo ſubjiciet oculis.*] Ὑποτύπωσιν vocant; de qua Fabius lib. VIII. cap. 3. & cap. 2. hujus libri, ubi eam Ciceronis exemplo vocat *ſub oculos ſubjectionem*. CAPP.

304. *Sæpe ſupra feret, quam ferri.*] In Cicerone eſt *fieri*, non *ferri*. PHILAND. *Sæpe ſupra fiet res, quam fieri poſſet*: MS. Bodl. Ven. Locat. *ſæpe ſupra feret rem, quam ferri poſſet*: Gryph. Colin. Baſil. Par. & probat Aſcenſius: *ſæpe ſupra feret, quam ferri poſſet*: Steph. Hoc autem refertur ad *hyperbolen*, quæ *tropi* potius, quam figuræ ſpecies eſt. CAPP.

305. *Significatio ſæpe erit major, quam oratio.*] Ἔμφασις eſt, quam Herennianus Rhetor *ſignificationem* interpretatur: de hac figura pluribus agit Fabius lib. VIII. capp. 2. & 3. & cap. 2. hujus libri. CAPPER.

306. *Sæpe hilaritas.*] *Hilaritatis*: Locatell. quæ ſane lectio ſpernenda non eſt; nam de convertendis ad hilaritatem animis auditorum jam ſupra dixerat Tullius. Unde videri poſſit hic de hilaritatis imitatione potius, quam de ipſa hilaritate mentionem fieri: ſed vulgatam lectionem hoc in loco mutare non ſum auſus. CAPPER.

307. *Naturæque.*] *Naturarumque*: Ald. Baſil. Stephan. Gryph. Colin. Vidov. Leid. Oxon. & ita apud Ciceronem.

308. *Imitatio.*] Ἠθοποιΐαν & μίμησιν Græci vocant. Priſcianus in Latina Hermogenianorum *progymnaſmatum* verſione dixit *allocutionem*. Vide Aphthonium & Theonem in Rhetorices præexercitamentis. CAPPER.

309. *Nam quaſi ſylvam vides.*] *Tanquam ſi ſylvam videas*: MS. Bodl. *jam quaſi*: Voſſ. prim. ſec.

310. *Omnis eluceat.*] *Omnis* deeſt in Voſſ. prim. tert.

CAPUT II.

De figuris ſententiarum.

ERGO, cui latius complecti [1] conformationes verborum ac ſententiarum placuerit, habet, quod ſequatur; nec affirmare auſim, quidquam eſſe melius; ſed hæc ad propoſiti mei rationem legat. Nam mihi de his ſententiarum figuris dicere in animo eſt, quæ ab illo ſimplici modo [2] indicandi recedunt: quod idem [3] multis doctiſſimis viris video placuiſſe. Omnia tamen illa, etiam quæ ſunt alterius modi lumina, adeo ſunt virtutes orationis, ut ſine his nulla intelligi vere poſſit oratio. [4] Nam quo modo judex [5] doceri poteſt, [6] ſi deſit [7] illuſtris explanatio, propoſitio, [8] promiſſio, finitio, ſejunctio, [9] expoſitio ſententiæ ſuæ, [10] rationis apta concluſio, præmunitio, ſimilitudo, exemplum, digeſtio, diſtributio, interpellatio, interpellantis [11] coërcitio, contentio, purgatio, læſio? [12] Quid vero agit omnino eloquentia, detractis amplificandi minuendique rationibus? Quarum prior deſiderat illam, pluſquam dixeris ſignificationem, id eſt, ἔμφασιν & [13] ſuperlationem veritatis, & trajectionem; hæc altera extenuationem, deprecationemque. [14] Qui affectus erunt [15] vel concitati, detracta voce [16] libera, effrenatiore iracundia, objurgatione, optatione, execratione? [17] vel illi mitiores, niſi adjuvantur commendatione, conciliatione, ad hilaritatem impulſione? Quæ delectatio, aut quod mediocriter ſaltem docti [18] hominis indicium? niſi alia repetitione, alia commoratione infigere; [19] digredi a re, & redire ad propoſitum ſuum ſcierit; [20] removere a ſe, in alium trajicere; [21] quæ relinquenda, quæ contemnenda ſint, judicare? Motus eſt in his orationis atque actus: [22] quibus detractis jacet, & velut agitante corpus ſpiritu caret. Quæ cum adeſſe debent, tum diſponenda atque varianda ſunt; ut auditorem, quod in fidibus fieri videmus, [23] omni ſono permulceant. Verum ea plerumque [24] recta ſunt, [25] nec ſe fingunt, ſed confitentur. [26] Admittunt autem (ut

Si quis ſententiam Ciceronis velit ſequi, non magnopere refragabitur Fabius: exiſtimat tamen eſſe figuram, cum variatur ſimplex enunciandi & indicandi ratio. TURNEBUS.

1. *Confirmationes.*] *Conformationes*, hoc eſt, figurationes, ſuperius quoque diximus eſſe legendum. REGIUS. Vide porro ut *conformationis* nomen Quinctilianus figuris attribuerit. CAPPER.

2. *Indicandi.*] *Judicandi*; MS. Joan. *dicendi*; MS. Bodl. Andr. Ald. Gryph. Colin. Vidov. Cæterum τὸ *indicandi* reſpondere poteſt Græco τῷ ἀποφαίνεσθαι, quod eſt ſententiam aut animi ſenſum verbis exprimere. CAPPER.

3. *Multis doctiſſimis.*] Ergo multi ſunt doctiſſimi, id eſt, valde docti, non omnium doctiſſimi. ASCENS.

4. *Nam quomodo.*] A tribus officiis oratoris oſtendit orationem maxime ornari illis luminibus, quæ a Cicerone ponuntur inter figuras, eſſe tamen figuras negat: quanquam inter Ciceronem & Fabium magis de vocabulo pugna eſt, quam de re; alter enim vocabulum fundit, alter contrahit. TURNEB. Tria illa Oratoris officia ſunt; 1.° docere τοῖς λόγοις, argumentis; 2.° delectare τοῖς ἤθεσι, moribus exprimendis, aut etiam mitiores affectus excitando; 3.° commovere τοῖς πάθεσι, vehementiores affectus concitando. CAPPER.

5. *Doceri poteſt.*] *Doceri poſſit*; Voſſ. ſec.

6. *Si deſit, &c.*] Quæ ſequuntur orationis ornamenta, fuſius explicuimus in noſtris ad cap. 1. annotationibus. CAPPER.

7. *Illuſtris explanatio.*] *Explicatio*; MS. Bodl. Andr.

8. *Promiſſio.*] *Permiſſio*; Vaſc. Steph. Gryph. Colin.

9. *Expoſitio ſententiæ ſuæ.*] *Expoſitio ſententiæ ſive orationis*; marg. Vaſc. Steph. Gryph. niſi quod *rationis expoſitio. Sententiæ ſive rationis, &c.* Ald. Baſil. Vidov. Colin. *ſententiæ ſic rationis*; V. C. Alm.

10. *Rationis.*] *Orationis*; Voſſ. ſec. tert. Colb. Locat. & alii.

11. *Coërcitio.*] *Coerctio*; Ald. Stephan. Colin. Vidov. Obrecht. *coertio*; Locat. Baſil. Gryph. *correctio*; Voſſ. ſec. apud Sueton. Claud. 38. edit. R. Steph. & cod. Salmaſii *coërcitionem* exhibent. Vide ad Velleium Patercul. II. 121. BURMAN.

12. *Quid vero agit.*] Proprium eſt oratoris amplificare & minuere, ut docuit Fabius lib. III. at plurima Ciceronis lumina ad eas pertinent virtutes. TURNEB. *Quid vero ait*; V. C. Alm. *omnis eloquentia*; Voſſ. prim. tert.

13. *Superlationem veritatis & trajectionem.*] Ὑπερβολήν his verbis deſignavit; etſi τὸ *trajectio* apud Ciceronem & Fabium quandoque ſignificet Ὑπερβατόν, ut in illis: *Utitur ea trajectione verborum, & nihilo tamen aptius explet concluditque ſententias*; Cicer. in *Oratore*. *Nec ſermo tam ſit longus, ut eum proſequi non poſſit intentio; nec trajectione tam tardus, ut in* hyperbaton *finis ejus differatur*; Quinctil. cap. 2. lib. VIII. CAPPER.

14. *Qui affectus.*] Affectus ſunt duplices, πάθη & ἤθη: his conducit ratio ornamentorum a Cicerone poſitorum. TURNEB.

15. *Vel concitati.*] Græci dicunt πάθη. CAPPER.

16. *Libera, effrenatiore iracundia.*] Francius volebat, *libera & effrenatiore, iracundia*; ex cap. præcedenti *vox libera atque etiam effrenatior*: ſed & ibi dubia diſtinctio BURMAN. Cæterum his verbis *voce libera* ſignificatur illud figuræ genus, cui nomen παῤῥησία. CAPPER.

17. *Vel illi mitiores.*] Græce vocantur ἤθη. CAPPER.

18. *Hominis judicium.*] *Indicium* legendum eſt. REGIUS.

19. *Digredi a re.*] *Degredi*; Voſſ. tert. Ald. Vide ad lib. X. 6.

20. *Removere a ſe, in alium trajicere.*] Quod figuræ genus μετάστασιν appellat, exponit, & allatis exemplis illuſtrat Aquila Romanus pag. 16. Rhetorum Pithœan. CAPP.

21. *Quæ relinquenda, quæ.*] *Et ea quæ relinquenda, quæque contemnenda ſunt*; Ald.

22. *Quibus detractis.*] *Quibus demptis*; Obrecht.

23. *Omni ſono mulceant.*] *Permulceant*; V. C. Alm. Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Vidov. Gebh. autem lib. 1. crep. 7. ex MS. *omniſone mulceant.*

24. *Sed recta ſunt.*] Id eſt expertia figurarum, quarum ope fit ut oblique, & quaſi per cuniculos obrepat in animos oratio. CAPPER.

25. *Nec ſe fingunt*] Non ſe fingunt ad artificioſam figuræ proprie dictæ, rationem; ſed ſine ullo artificio ſenſa mentis exprimunt, declarant, &c. CAPPER.

26. *Admittunt autem figuras.*] Paulo ante nullam eſſe par-

dixi) figuras : quod vel [27] ex proximo doceri poteſt. Quid enim tam commune; quam interrogare, vel percontari? Nam utroque utimur indifferenter, cum [28] alterum noſcendi, alterum arguendi gratia [29] videatur adhiberi. [30] At ea res, utrocumque modo dicatur, etiam multiplex habet *ſchema*. Incipiamus enim ab iis, quibus acrior ac vehementior [31] fit rogatio: quod primo loco poſuimus. [32] Simplex eſt ſic rogare:

> [33] *Sed vos qui tandem? quibus aut veniſtis ab oris?*

Figuratum autem, quoties non ſciſcitandi gratia aſſumitur, ſed inſtandi: [34] *Quid enim tuus ille, Tubero, deſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat?* &: [35] *Quouſque tandem abutere, Catilina, patientia noſtra?* &: *Patere tua conſilia non ſentis?* & totus denique hic locus. Quanto enim magis ardet, quam ſi diceretur? *Diu abuteris patientia noſtra*; &: *Patent tua conſilia*. Interrogamus etiam, quod negari non poſſit: *Dixitne tandem cauſſam* [36] *C. Fidiculanius Falcula?* Aut ubi reſpondendi difficilis eſt ratio; ut vulgo uti ſolemus: *Quo modo?* [37] *Qui fieri poteſt?* [38] Aut invidiæ gratia; ut [39] Medea apud Senecam: *Quas peti terras jubes?* Aut miſerationis; ut Sinon apud Virgilium:

> [40] *Heu quæ me tellus, inquit, quæ me æquora poſſunt*
> *Accipere?*

Aut inſtandi, & auferendæ diſſimulationis; ut Aſinius: *Audiſne? furioſum, inquam,* [41] *non inofficioſum teſtamentum* [42] *reprehendimus.* Totum hoc plenum eſt varietatis; nam & indignationi convenit:

> [43] ——— *Et quiſquam numen Junonis adoret?*

tem dicendi, quæ figuras non poſſit recipere, monuit Fabius; ſed aliud eſſe admittere figuram, aliud figuram eſſe. Figuram enim, quæ non ſimpliciter, ſed proprie nominatur, non eſſe ſimplicem cujuſque rei enuntiationem. REGIUS.

27. *Ex proximo.*] *Ex proxima*: MSS. Bodl. Bern. Voſſ. tert. Alm. Ald. Par. marg. Baſil. & Colon.

28. *Alterum noſcendi.*] Popma de different. verborum carpit hic Quinctilianum, quaſi *interrogare* eſſet noſcendi, *percontari* arguendi gratia quærere: ſed erraſſe virum doctum, [credo] quia putabat *alterum*, priori loco poſitum, ad remotius *interrogare* referendum; cum in illis geminationibus ſæpe ad proxime præcedens reſpiciatur, ut vir doctus in diſſertatione inſerta tom. IV. obſerv. Hallenſ. obſ. XIX. §. 32. oſtendit. Sed luculentius jam diu ante eum Buchnerus ad Theſaur. Fabri in voce *Alter.* a quo Varronis locum Hallenſis mutuatus eſt. Vide & inf. X. 1. BURMAN. In cujus nota deerat verbum *credo*, aut aliud ſimile. Cæterum diſcrimen τȣ̃ *interrogare* a τῷ percontari, ſic exponit optime Aquila Romanus pag. 15. Rhetorum Pithœan. *Erotema* [ἐρώτημα] *interrogatum. Eo utimur ubi exacervando* (legendum eſt *exacerbando*) *aliquid interrogamus, & augemus ejus invidiam hoc modo*: fuiſtine in illo loco? &c. *hæc enim ſi ſine interrogatione dicantur ad hunc modum*: hic fuit illo in loco .... *hæc ſic prolata minus invidioſe proferrentur. Pyſma* [πύσμα] *quæſitum: hoc genus a ſuperiore eo differt, quod ad interrogatum una voce tantum reſpondere poteſt, vel a negante vel a confitente: quæſito autem occurri non niſi pluribus poteſt hoc modo, ſi dicas*: Qua igitur ratione bellum geremus? quæ auxilia nobis parata erunt, quis erit qui ſubvenire volet. Idem ante Aquilam tradiderat Græcus Rhetor Alexander Numenius in opuſculo de figuris pag. 580. tom. 1. Rhetor. Græc. Ald. Ἐρώτημά ἐστι, πρὸς ὃ ἀνάγκη ἀποκρίνασθαι δεῖ ἀπόφασιν ἢ κατάφασιν οὕτω, ναὶ ἢ οὔ..... Πύσμα δέ ἐστι πρὸς ὃ διεξοδικῶς ἀπαντῆσαι δεῖ καὶ διὰ πλειόνων, κλ. hoc eſt: *Interrogatio eſt, ad quam neceſſario reſpondere oportet per affirmationem aut negationem ſic*, ita, *vel* non .... *Percontatio autem eſt, cui fuſiori oratione & pluribus verbis oportet occurrere, &c.* CAPPER.

29. *Videtur adhiberi.*] *Videatur* eſt legendum; nam quamvis indifferenter utamur *interrogare* ac *percontari*; tamen proprie *interrogamus* arguendi cauſſa; *percontamur* ſciendi. REGIUS. *Videtur*: Voſſ. ſec.

30. *Ut ea res utracumque.*] Sic quidem legitur; ſed mendoſe, ut ego ſentio. Mihi vero *at* particula, loco *ut*, & *utrocumque*, ut cum *modo* conveniat, & *dicatur* legendum videtur, hoc modo: *At ea res utrocumque modo dicatur.* REGIUS. *Ut ea res utracumque*; Locat.

31. *Fit probatio.*] *Sit*; Ald. Baſil. Colin. Cum de probatione nequaquam hic agatur, ſed de ſententiarum figuris; abſtinere non potui quin tollerem τὸ *probatio*, & τὸ *oratio* vel potius τὸ *rogatio* (quia propius ad τὸ *probatio* accedit) ſubſtituerem. Noſtram enim conjecturam firmat, quod ſtatim addit Fabius: *quod primo loco poſuimus*: atqui primo loco poſuerat τὸ *interrogare* vel *percontari*; hic autem *interrogare, rogare, & rogatio* ſunt ſynonyma: præterea ſic pergit Rhetor noſter: *Simplex eſt ſic rogare*:

Sed vos qui tandem, &c. [Æneid. 1. verſ. 373.

figuratum autem, quoties non ſciſcitandi gratia aſſumitur, ſed inſtandi. En tibi acrior & vehementior illa rogatio ſive interrogatio. Adde quod, cum hanc emendationem viris doctis propoſuiſſem, eam ſuo calculo approbarint. CAPP.

32. *Simplex eſt ſic rogare.*] Græci, ut Alexander Numenius, duas interrogationis ſpecies ponunt, ἐρώτημα, id eſt, *interrogatum*, & πύσμα, id eſt, *quæſitum*: priori ſatisfieri poteſt una reſponſione; poſteriori non niſi pluribus. TURNEB. Alexandri Numenii locus, ad quem Turnebianus ille reſpiciebat, exſtat in Græcis Rhetoribus ab Aldo editis tom. 1. pag. 580. & ipſa Græci Rhetoris verba retulimus paulo ſupra in notis ad illud Fabii: *alterum noſcendi*, &c. CAPPER.

33. *Sed vos.*] Virgil. 1. Æneid. 369. ſed Cod. Alm. hic habet: *Quibus advenistis*, ut etiam in quibuſdam Virgilii codicibus.

34. *Quid enim.*] Cicero pro Ligar. 3.

35. *Quouſque.*] Catilin. 1. 1.

36. *C. Fidiculanius Facula.*] Scribe *Falcula* ex oratione pro Cluentio. PHILAND. *Fidiculanus*; Steph. Roign. *Facula*; Sich. & Obrecht. ſed recte ſe habet nomen, ut & apud Cicer. pro Cluent. 37. unde hoc exemplum ſumptum, & pro Cæcina 10. ubi vett. edit. quædam *Fidiculanus* etiam habent.

37. *Quid fieri.*] D. litera eraſa *Qui*, legendum videtur. REGIUS. *Quo modo quid fieri poteſt?* Loc. Ald.

38. *Aut invidiæ gratia.*] Eraſmus quoque in *Eccleſiaſte*, interrogationem ait eſſe maxime aptam affectibus exprimendis & augendis, ut miſerationi, invidiæ, iræ. TURNEBUS.

39. *Medea apud Senecam.*] Verſ. 453.

40. *Heu quæ.*] II. Æneid. 69. ſed ibi legitur: *Heu, quæ nunc tellus*, &c.

41. *Non inofficioſum teſt.*] *Inofficioſum* teſtamentum eſt, quod minime factum eſt ex officio pietatis; ut cum a patre prætermiſſi ſunt liberi: at *furioſum* eſt teſtamentum, quod eſt a furioſo factum, qui teſtari non poteſt. TURNEB.

42. *Reprehendimus.*] MS. Bal. *repudimus*, ſuperſcriptum *repulimus*, quod poſterius ſi non teneri, admittive dignum habetur, legerem *repudiamus*. GEBHARD. 1. crep. 11. nihil hic muto, quanquam *repellere*, pro *refellere*, poni ſæpe vidimus ſupr. ad lib. V. cap. 10.

43. *Et quiſquam numen.*] Lib. 1. Æneid. 48. *nomen*: MSS. Alm. Voſſ. prim. Bernenſ.

& admirationi :

[44] ——— *Quid non mortalia pectora cogis,*
Auri ſacra fames!......

Eſt interim acrius imperandi genus :

[45] *Non arma expedient, totaque ex urbe ſequentur?*

Et [46] ipſi noſmet rogamus ; quale eſt [47] illud Terentianum :

Quid igitur faciam?

Eſt aliqua etiam in reſpondendo figura, cum aliud interroganti ad aliud, [48] quia ſic utilius ſit, [49] occurritur ; tum augendi criminis gratia, ut teſtis in reum rogatus, [50] an ab reo fuſtibus vapulaſſet, [51] *& innocens*, inquit ; [52] tum declinandi, quod eſt frequentiſſimum : *Quæro, an occideris hominem* ; reſpondetur, *latronem* : *An fundum occupaveris* ; reſpondetur, *meum*. Ut confeſſionem præcedat defenſio ; ut apud [53] Virgilium in Bucolicis [54] dicenti :

Non ego te vidi Damonis, peſſime, caprum
Excipere inſidiis?

[55] occurritur :

An mihi cantando victus non redderet ille?

[56] Cui eſt confinis diſſimulatio, non alibi quam in riſu poſita, ideoque tractata ſuo loco. Nam ſerio ſi fiat, pro confeſſione eſt. [57] Cæterum [58] & interrogandi ſeipſum, & reſpondendi ſibi, ſolent eſſe non ingratæ vices ; ut Cicero [59] pro Ligario : *Apud quem igitur* [60] *hoc dico?* [61] *nempe apud eum, qui, cum hoc ſciret, tamen me, antequam vidit, reipublicæ reddidit.* Aliter [62] pro Cœlio [63] ficta interrogatio eſt : *dicet aliquis, Hæc igitur eſt tua diſciplina? ſic tu inſtituis adoleſcentes?* & totus locus. Deinde : *Ego, ſi quis, judices, hoc robore animi, atque hac indole virtutis ac continentiæ fuit*, & cætera. [64] Cui diverſum eſt, [65] cum alium rogaveris, non exſpectare reſponſum, & ſtatim

44. *Quid non mortalia.*] Lib. III. Æneid. 56.

45. *Non arma expedient.*] Æneid. IV. 592. *expedient*; Voſſ. prim.

46. *Ipſi noſmet rogamus.*] *Ipſi nos rogamus*; V. C. Alm. *ipſi noſmet ipſos rogamus*; Steph. Colin. *interrogamus*; Voſſ. prim.

47. *Illud Terentianum.*] *Illud* deeſt in Voſſ. prim. ſec. eſt vero ex Eunuch. I. I.

48. *Quia ſic utilius ſit.*] *Quia utilius ſit*; Locat. Ald. *quia ſit utilius*; Steph.

49. *Occurritur.*] *Occurrimus*; Voſſ. prim. tert.

50. *An ab reo.*] *An ab eo*; marg. Baſil.

51. *Et innocens.*] *Et* non habent MSS. Alm. Voſſ. ſec. tert. Eadem particula *&* abeſt etiam a Julio Rufiniano, qui pag. 25. Rhetorum Pithœan. hujuſmodi exemplum profert, & ad ἀπόφασιν ſive αἰτιολογίαν refert. CAPPER.

52. *Tum declinandi.*] Hanc ſpeciem appellat Alexander Numenius ἀντεισαγωγὴν, quando adverſus id, quod opponitur, aliud objicimus ad defenſionem. TURNEB. Alexandri, qui de figuris Græce ſcripſit, mentem non eſt aſſecutus ille Turnebianus interpres. Græcus Rhetor tom. I. edit. Aldin. pag. 581. ſic habet: Ἀντεισαγωγή ἐστιν, ὅταν ἕτερον ἀνθ' ἑτέρου ἀντιτιθῶμεν, ἀντὶ μὲν ἀγαθοῦ κακόν, ἢ ἀντὶ κακοῦ ἀγαθόν, οἷον ..... ἡδὺ τὸ ζῆν: ἀλλὰ τό γε ὑπὲρ πατρίδος ἀποθανεῖν δόξαν αἰδίαν περιποιεῖν ἀναγκάζει ; hoc eſt : Antiſagoge fit, *quando alterum alteri opponimus, bono malum, vel malo bonum; ut :* dulce eſt vivere : ſed pro patria mori gloriam parat immortalem. De Antiſagoge idem fere tradit Aquila Romanus pag. 16. Rhetor. Pithœan. his verbis : *Antiſagoge, compenſatio. Eſt autem hujuſmodi, ubi aliquid difficile & contrarium confitendum eſt : ſed contra infertur non minus firmum ; qualia ſunt hæc de rege Ptolemæo apud Ciceronem :* difficilis ratio belli gerendi, at plena fidei, plena veritatis. *Et ſi dicas* : magnus labor, multa pericula proponuntur : at gloria ex his immortalis eſt conſecutura. Unde patet veterum ἀντεισαγωγὴν nihil habere cum ſpecie, quam Fabius hic proponit, affinitatis. Cæterum quod hic a Quinctiliano ponitur exemplum, hoc Julius Rufinianus pag. 25 ad ἀπόφασιν vel αἰτιολογίαν retulit. CAPPER.

53. *Virgilium.*] Eclog. III.

54. *Dicenti.*] Deeſt in Voſſ. tert.

55. *Occurritur.*] Hoc etiam exemplum ad ἀπόφασιν & αἰτιολογίαν revocavit Julius Rufinianus pag 25. CAPP.

56. *Cuius eſt confinis.*] *Cui* recte in quibuſdam legitur exemplaribus : ubi autem de riſu tractavit Fabius, ibi de diſſimulatione quoque diſſeruit. REGIUS. *Cujus*; MSS. Joan. Bal. Voſſ. ſec. tert. Bernenſ. Locat.

57. *Cæterum etiam.*] *Cæterum &*; V. C. Alm.

58. *Et interrogandi.*] Cum nos interrogamus, & ſtatim dicti cujuſque rationem ſubjicimus, *ratiocinatio* vocatur a Cornificio, a Rufiniano vero *apophaſis* : quæ quidem eſt ſpecies hujus interrogationis. TURNEB. Rufiniani locus exſtat in Pithœan. Rhetorib. pag. 25. ubi ſic legimus : Apophaſis, *ſive* ætiologia *venuſtum* ſchema, *ubi quaſi alio interrogante nobis ipſis reſpondemus, & rationem reddimus*, &c. CAPPER.

59. *Pro Ligario.*] Cap. 3.

60. *Hoc dico.*] *Hæc dico*; Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

61. *Nempe apud eum.*] *Nempe* non eſt in MSS. Alm. Voſſ. prim.

62. *Pro Cœlio.*] Cap. 17.

63. *Ficta interrogatio eſt.*] *Ficta interrogatione*; MSS. Bal. Alm. Voſſ ſec. Bernenſ. Locat. Ald. Par. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

64. *Cui diverſum eſt.*] Hanc interrogationem appellant Græci καθ' ὑποφοράν, unde Latini verterunt *per ſubjectionem*, ut Cornificius lib. IV. (capp. 23. & 24) Quod enim poteſt ab adverſario dici, objicimus per interrogationem, & abſolvimus. TURNEB. Refertur hoc ad *Antitheton* ab Aquila Rom. pag. 18. ALMELOV. Sic loquitur Almelovenius, quaſi τὸ *Antitheton* Aquilæ Romani eſſet idem, quod Fabii τὸ *per ſubjectionem* : at mirum quantum inter ſe differant ; nam Fabius ita definit : *Cum alium rogaveris, non expectare reſponſum, & ſtatim ſubjicere* : Aquila vero ſic : *Antitheton oppoſitum ex contrariis. Hæc figura conſtat ex eo quod verba pugnantia inter ſe paria paribus opponuntur*, &c. quæ certe definitiones nihil habent affinitatis. Eruditum virum fefellit, quod Fabius & Aquila eodem hoc Ciceronis exemplo [*domus deerat? at habebas : pecunia ſuperabat? at egebas.*] diverſiſſimas figuras explicuerint : ſed ſæpe contingit, ut in locutione una plures figuræ inveniantur. Nimirum, ut ait Fabius cap. I. hujus libri : *Figura ſententiæ plures habere verborum figuras poteſt. Illa eſt enim poſita in concipienda cogitatione, hæc in enuncianda ; ſed frequentiſſime coeunt, ut in hoc :* Jam jam, Dolabella, neque me tui, neque tuorum liberûm ; *nam oratio a judice averſa, in ſententia*, Jam jam, & liberûm, *in verbis ſunt* ſchemata. CAPPER.

65. *Cum alium rogaveris.*] *Aliquem*; Obrecht.

ſubjicere: [66] *Domus tibi deerat? at habebas: Pecunia ſuperabat?* [67] *at egebas.* Quod *ſchema* quidam [68] *per ſubjectionem* vocant. Fit & comparatione: *Uter igitur facilius ſuæ ſententiæ rationem redderet?* Et aliis modis tum brevius, tum latius, tum de una re, tum de pluribus. [69] Mire vero in *cauſſis* valet *præſumptio*, quæ πρόληψις dicitur, cum id, quod objici poteſt, occupamus. Id neque in aliis partibus [70] parum eſt, & præcipue procœmio convenit. Sed quanquam generis unius, diverſas [71] tamen ſpecies habet. [72] Eſt enim [73] quædam præmunitio; qualis Ciceronis contra Q. [74] Cæcilium, [75] quod ad accuſandum deſcendat, qui ſemper [76] defenderit. Quædam [77] *confeſſio*; ut pro [78] Rabirio Poſthumo, quem ſua quoque ſententia reprehendendum [79] fatetur, quod pecuniam [80] regi crediderit. Quædam *prædictio*; ut: *Dicam enim non augendi criminis gratia.* Quædam *emendatio*; ut: *Rogo ignoſcatis mihi, ſi longius ſum evectus.* Frequentiſſima *præparatio*, cum pluribus verbis, vel quare facturi quid ſimus, vel quare fecerimus, dici ſolet. Verborum quoque vis ac proprietas [81] confirmatur vel *præſumptione*: *Quanquam illa non pœna, ſed prohibitio* [82] *ſceleris fuit*; aut *reprehenſione*: *Cives, cives, inquam, ſi hoc eos appellari nomine fas eſt.* [83] Affert aliquam fidem veritatis & *dubitatio*, cum ſimulamus quærere nos, unde incipiendum, ubi deſinendum, quid potiſſimum dicendum, an omnino dicendum ſit: cujuſmodi exemplis plena ſunt omnia: ſed unum interim ſufficit: [84] *Equidem, quod ad me attinet, quo me vertam, neſcio. Negem fuiſſe infamiam judicii corrupti? &c.* Hoc etiam in præteritum valet; nam & dubitaſſe nos fingimus. [85] A quo *ſchemate* non procul abeſt illa, quæ dicitur *communicatio*, [86] cum aut ipſos adverſarios conſulimus; ut Domitius Afer [87] pro Cloantilla: [88] *At illa neſcit trepida, quid liceat feminæ, quid conjugem deceat:* [89] *forte vos* [90] *in illa ſolitudine obvios*

66. *Domus tibi deerat?*] Cicer. Orat. 223.

67. *At agebas.*] *Egebas* legendum eſt. REGIUS.

68. *Per ſubjectionem.*] *Per ſuggeſtionem*; MSS. Bal. Bern. Alm. Colb. Voſſ. omn. marg. Baſil. Vaſc. *Schema τὸ per ſubjectionem* Voſſius in partitionib. Orator. lib. IV. cap. 14. ὑποβολὴν apppellavit; ſed nullo Veterum exemplo. Immo in grandiori Orator. Inſtitut. opere ὑποβολὴν illam omiſit & ὑποφορὰν atque ἀνθυποφορὰν ſolummodo nominavit. Pejus etiam fecit Julius Scaliger, qui Poëtic. lib. IV. cap. 36. ὑποβολὴν vocavit Grammaticam figuram, qua verbale nomen pro primigenio ponitur; ut *regnator Aſiæ* pro τῷ *Rex.* Sic ille qui literatorum dictatorem agebat, omnia ſus deque vertit in Poëtica; *tropos* cum figuris, figuras verborum cum ταῖς τῶν ſententiarum, Grammaticas cum Rhetoricis peſſime confudit; fictitias quaſdam figuras, ut ἀνθυπαγωγὴν induxit, &c. ut in Philologicis obſervationibus palam faciemus. CAPPER.

69. *Mire vero, &c.*] Hanc figuram vocat Alexander Numenius *procatalepſin*, ac nonnulli quoque ex Latinis: habet locum in *proœmiis*: nam efficit exordium ex *hypolepſi*, ut ait Hermogenes: in aliis quoque partibus multum prodeſt, ac videtur (ut inquit Rodolphus) *efficere notum exordium.* TURNEB. Exordia ἐξ ὑπολήψεως, *ex anticipata opinione*, memorat & exponit Hermogen. lib. 1. *de Invent.* cap. 1. ſed cave putes Hermogenis exordium τὸ ἐξ ὑπολήψεως fieri ſemper, cum id, quod objici poteſt, occupamus, ideoque τῇ προλήψει *præſumptioni* Fabianæ eſſe ſynonymum. Nam apud Hermogenem exordium dicitur ἐξ ὑπολήψεως, quod ducitur ex anticipata judicum opinione de rebus propoſitis, ſive ſint utiles, ſive noxiæ, de hominibus accuſandis vel defendendis, &c. immo primum Hermogeniani exordii exemplum ex re læta petitur, ob quam Diis agendæ ſint gratiæ; ubi profecto auditoribus aſſentitur Orator, nec quidquam, quod objici ſibi poſſit, occupat. CAPPER.

70. *Parum eſt.*] Francius malebat *parvum eſt rarum*: manus viri docti in margine Gryphianæ editionis: quod non diſplicet. BURMAN.

71. *Tamen ſpecies.*] *Tamen* non eſt in MSS. Alm. Voſſ. prim.

72. *Etenim quædam.*] *S* interpoſita litera, *eſt enim* legatur. REGIUS.

73. *Quædam præmunitio.*] Rufinianus hanc appellat *procataſceven*, quando præparatione aliqua præmunimus locum duriorem, ut irrepamus in animos auditorum. TURNEB. Quinctilianæa præmunitio dici etiam poſſet προκατάληψις, de qua idem Julius Rufinianus ibidem ſic habet: Procatalepſis *eſt* ſchema διανοίας, *cum id, quod adverſarius arrepturus eſt, aut, quæ objecturus, præſumimus ac prædicimus* .... *Latine* [perperam editum eſt Latinæ] *hæc figura dicitur præceptio, vel anticipatio.* Procataſceve *eſt* procatalepſi *proxima*, &c. de *proparaſceve* legeſis, quæ ſcripſit Fortunatianus in iiſdem Rhetorib. Pithœan. pag. 61. CAPPER.

74. *Cæcilium.*] Divinat. cap. 1.

75. *Quod ad accuſandum.*] *Et ad accuſandum*; Voſſ. ſecund.

76. *Defenderit.*] *Defenderat*; MSS. Alm. Voſſ. prim. Locat. Ald. Par Steph. Baſil. Colin. Gryph. Vidov.

77. *Confeſſio.*] *Conceſſio*; Obrecht.

78. *Rabirio.*] Cap. 9.

79. *Fatetur.*] *Fateretur*; V. C. Alm.

80. *Regi crediderit.*] *Regi tradiderit*; Voſſ. prim.

81. *Confirmatur.*] Ita quidem in exemplaribus ſcriptum deprehenditur; ſed niſi *conformatur* legatur, nullus eſt ſenſus. REGIUS. Eſt, quod mirer hoc verbum *confirmatur* a Raphaële Regio fuiſſe ſolicitatum. Nam in allatis a Fabio exemplis verborum vis ac proprietas confirmatur, vel infirmatur. Aliunde vero ſi verborum vis ac proprietas conformaretur, figuraretur aliquid ad verba pertinens (nam apud Rhetoras conformatio & figura ſunt unum & idem) ſicque fieret aliqua verborum non ſententiæ figura. Hic porro de ſententiarum ſolummodo figuris agitur. CAPPER.

82. *Sceleris fuit.*] *Fuerit*; V. C. Alm.

83. *Affert aliquam fidem.*] *Dubitatio* non ſolum valet ad veritatem, ut inquit Eraſmus, ſed etiam ad affectum: figura eſt, cum habet quamdam ſimulationem: ea dicitur a quibuſdam ἀπορία & διαπόρησις. TURNEB. Dicitur a Macrob Saturn. IV. 6. *addubitatio*; Græci διαπόρησιν vocant. Conſule Voſſ. Inſtit. Orat. lib. V. cap. 11. ALMELOV.

84. *Equidem quod ad.*] Pro Cluentio cap. 11. ubi & legitur *negem fuiſſe illam infamiam?*

85. *A quo ſchemate.*] *Communicatio* ἀνακοίνωσις appellatur a Rufiniano. Valet autem imprimis ad probandum, quoniam ita *cauſſæ* confidimus, ut non dubitemus, vel ab adverſario, vel a judicibus petere conſilium. TURNEB. Rufiniani locum habes apud Rhetoras Pithœan. pag. 26. ubi hæc eadem figura dicitur etiam ἰδιωτισμός. CAPPER.

86. *Cum apud ipſos.*] *Apud* præpoſitio, ut ſupervacua, mihi videtur expungenda. REGIUS. *Cum aut ipſos*; Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *quia cum ipſis adverſariis*; V. C. Alm.

87. *Pro Cloantilla.*] *Cloatilla*; Cod. Colbert. Voſſ. prim. Andr. Locat. Ald. marg. Baſil.

88. *At illa neſcit, trepidat.*] *T* literæ expuncta, *trepida* legendum videtur. REGIUS. *Trepidat*; Locat. Voſſ. ſecund. *at illa* non eſt in cod. Colb. Vallæ, Voſſ. omn.

89. *Forte vos.*] *Forte nos*; Voſſ. tert.

90. *In illa ſolicitudine.*] *Solitudine*; MS. Joan. Voſſ. tert. Locat. Ald. Colin. Obrecht. marg. Baſil. & Colon. quod rectum puto, & convenire miſeræ & trepidæ feminæ, quæ ab amicis & cognatis deſtituta ad alios confugit. Ter. Andr. I. V. *Te oro per ejus ſolitudinem*; & ita paſſim. BURMAN. In editionib. Vaſcoſ. Stephan. Lugduno-Batav. Rollin.

caſus [91] *miſeræ mulieri obtulit: tu frater, vos paterni amici, quod conſilium datis?* aut cum judicibus quaſi deliberamus, quod eſt frequentiſſimum: *Quid ſuadetis?* [92] &: *Vos interrogo, quid tandem fieri oportuit?* ut Cato: *Cedo, ſi vos in eo loco eſſetis, quid aliud feciſſetis?* & alibi: *Communem rem agi putatote, ac vos huic rei* [93] *præpoſitos eſſe.* [94] Sed nonnunquam communicantes aliquid inexſpectatum ſubjungimus, quod & per ſe *ſchema* eſt; ut [95] in Verrem Cicero: *Quid deinde? quid cenſetis? furtum fortaſſe, aut prædam aliquam?* Deinde, cum diu ſuſpendiſſet [96] judicum animos, ſubjecit, quod multo eſſet improbius. Hoc Celſus [97] *ſuſtentationem* vocat. Eſt autem duplex; nam contra frequenter, cum exſpectationem graviſſimorum [98] fecimus, [99] ad aliquid, quod ſit leve, aut nullo modo criminoſum, deſcendimus. Sed, quia non tantum [100] per *communicationem* fieri ſolet, παράδοξον alii nominaverunt, id eſt, *inopinatum.* Illis non accedo, qui *ſchema* eſſe exiſtimant, etiam ſi quid nobis ipſis dicamus [101] inexſpectatum accidiſſe; ut [102] Pollio: *Nunquam fore credidi, judices, ut, reo Scauro, ne quid* [103] *in ejus judicio gratia valeret, precarer.* [104] Pene idem fons eſt illius, quam *permiſſionem* vocant, qui *communicationis*; cum aliqua ipſis judicibus relinquimus [105] æſtimanda, aliqua nonnunquam adverſariis quoque; ut Calvus Vatinio: [106] *Perfrica frontem, & dic te digniorem, qui prætor fieres, quam Catonem.* [107] Quæ vero ſunt augendis affectibus accommodatæ figuræ, conſtant maxime ſimulatione. [108] Namque & iraſci nos, [109] & gaudere, & timere, & admirari, & dolere, & indignari, & optare, quæque ſunt ſimilia his, fingimus. [110] Inde ſunt illa: [111] *Liberatus ſum: Reſpiravi*; &: *Bene habet*; &: *Quæ amentia eſt hæc?* [112] *O tempora, ô mores!* [113] *O miſerum me!* conſumptis enim lacrymis infixus tamen pectori hæret dolor; &:

——— *Magnæ nunc hiſcite terræ.*

[114] Quod *exclamationem* quidam vocant, [115] ponuntque inter figuras orationis. Hæc quoties vera ſunt, non ſunt in ea forma, de qua nunc loquimur. Sed [116] aſſimulata, & arte compoſita, procul dubio *ſchemata* ſunt exiſtimanda. [117] Quod idem dictum ſit de *oratione libera*, quam [118] Cornificius *licentiam* vocat, Græci παῤῥησίαν. Quid enim minus figuratum, quam vera libertas? Sed frequenter ſub hac facie [119] latet adulatio. Nam Cicero cum dicit [120] pro Ligario: *Suſcepto bello, Cæſar,* [121] *geſto jam etiam ex*

&c. legitur *ſolicitudine*: utraque autem lectio ſua non caret probabilitate. CAPPER.

91. *Miſeræ mulieri.*] *Miſera mihi*; Voſſ. tert.

92. *Et vos interrogo.*] *Quos interrogo*; Voſſ. ſec.

93. *Præpoſitos eſſe.*] *Promtos eſſe*; Gebhard. III. Crepund. II. legendum cenſet ex MS.

94. *Sed nonnunquam, &c.*] Hanc figuram appellat *Rufinianus* ὑπομονὴν, alii παράδοξον appellant & ἀπροσδόκητον, id eſt, *inopinatum & inexſpectatum*, quando quædam dicimus, deinde aliud præter opinionem inferimus. TURNEB. Julii Rufiniani locus, ad quem Turnebianus reſpicit, legitur in Rhetorib. Pithœan. pag. 29. CAPPER.

95. *In Verrem.*] Lib. v. cap. 5. ubi *aut prædam exſpectatis aliquam.*

96. *Judicum animos.*] *Suſpendiſſet judicem animis*; V. C. Alm. forte *animi.*

97. *Suſtentationem.*] Quaſi verteret dictionem Græcam Ἐποχήν. Attamen *ſuſtentatio* plerumque fit ſine *communicatione*. TURNEB.

98. *Fecimus.*] *Fecerimus*; Voſſ. tert.

99. *Ad aliquid.*] *Aliquid q. ſ. l. a. n. m. c. deſendimus*; marg. Baſil. *aliquid, &c. deſcendimus*; Voſſ. ſec.

100. *Per communicationem.*] *Per commutationem*; MS. Bal. Alm.

101. *Inexſpectatum accidiſſe.*] *Inopinatum*; Voſſ. prim. tert.

102. *Pollio.*] *Pollio Aſinius*; Andr. Ald. Baſil.

103. *In ejus judicio.*] *In eum*; V. C. Alm.

104. *Pene idem fons eſt.*] Rutilius hanc figuram appellat *epicopen*; ſed ſuſpicor mendoſum eſſe codicem, legendumque *epitropen*; ſic enim vocatur a Rufiniano: fit autem plerumque per quamdam ſimulationem & *ſroniam*. TURNEB. In editione Pithœi apud Rutil. pag. II. *epitrope* legitur, ut & apud Rufinianum pag. 28.

105. *Æſtimanda.*] *Exiſtimanda* mihi convenire ſenſui magis videtur. REGIUS. *Exiſtimanda*; Locat. Ald. Vide ad lib. VIII. 4.

106. *Perfrica frontem.*] Hanc locutionem illuſtrat Victorius lib. VIII. Var. cap. 6.

107. *Quæ vero ſunt.*] Perſequitur membra diviſionis ſuperioris; nam hactenus dixit de figuris, quæ ad docendum valent; nunc de illis, quæ ad movendum; ut oratoris officiis accommodet figuras. TURNEB.

108. *Namque & iraſci.*] *Et* deeſt in Voſſ. ſec.

109. *Et gaudere.*] Hæc verba Obrechtus poſuit poſt illa, *& dolere.*

110. *Inde illa.*] *Unde*; V. C. Alm.

111. *Liberatus.*] Cicero pro Milon. IX.

112. *O tempora!*] *Et, ô tempora!* Obrecht.

113. *O miſerum.*] *Et miſerum*; Voſſ. prim.

114. *Quod exclamationem.*] Appellant Græci ἐκφώνησιν, Latini *exclamationem*: valet autem potiſſimum ad duos affectus, indignationem & miſerationem. TURNEBUS. Vide Voſſium Inſtitut. Orator. lib. V. cap. XIII. § 3. & Macrob. lib. IV. Saturn. c. 6. ALMELOV. Quomodo differt *exclamatio* ab *epiphonemate*, vide ſupra ad lib. VIII. cap. 5. Et *exclamatio* quidem πάθος eſt, *epiphonema* vero ἦθος. Bene Macrobius lib. IV. cap. 6. *Exclamatio, quæ apud Græcos ἐκφώνησις dicitur, movet πάθος, id eſt, vehementem affectum.* CAPPER.

115. *Ponuntque inter figuras orationis.*] Τῆς λέξεως; nam Latini promiſcue dicunt *figuras verborum*, vel *dictionis*, vel *orationis*, prout ſententiarum, vel ſententiæ, τῆς διανοίας, figuris opponuntur: iis porro, qui *exclamationem* inter figuras orationis ponunt, annumerandus venit ipſe Cicero; ut fidem faciunt loca, quæ Fabius e tertio lib. *de Oratore* & *ex Oratore* protulit cap. I. hujus libri. CAPPER.

116. *Aſſimulata.*] *Sed aſſimulata*; Andr. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht.

117. *Quod idem dictum ſit de oratione libera, &c.*] Male negat παῤῥησίαν inter *ſchemata* referri debere. Vide Voſſium Inſtitut. Orator. lib. V. cap. XIII. §. I. Fabius non ἁπλῶς, ſimpliciter, ſed κατά τι, ſecundum quemdam ſenſum, figuræ nomen τῇ παῤῥησίᾳ denegat. Vide quæ notavimus ad cap. I. circa finem, ubi de illis Tullii verbis: *Ut liberius quid audeat.* CAPPER.

118. *Cornificius licentiam.*] Vel ex hoc loco colligere poſſumus, rhetoricam ad Herennium eſſe Cornificii, non Ciceronis; Cicero enim παῤῥησίαν ſemper vertit *orationem liberam*, & *vocem liberam*, in perfecto Oratore, & ad Q. Fratrem; Cornificius lib. IV. cap. 37. *licentiam.* TURNEB.

119. *Latet adulatio.*] *Fallit adulatio* legit Gebhardus lib. I. Crepund. 14.

120. *Pro Ligario.*] Cap. 3.

121. *Geſto jam etiam.*] *Jam* non eſt apud Ciceronem: *jam ex parte*; Voſſ. ſec.

parte magna, nulla vi coactus, [122] *conſilio ac voluntate mea* [123] *ad ea arma profectus ſum, quæ erant* [124] *contra te ſumpta*; non ſolum ad utilitatem Ligarii reſpicit, ſed magis laudare victoris clementiam non poteſt. In illa vero ſententia: *Quid autem aliud egimus, Tubero, niſi ut, quod hic poteſt, nos poſſemus?* admirabiliter utriuſque partis facit bonam *cauſſam*: ſed hoc eum demeretur, cujus mala fuerat. [125] Illa adhuc audaciora, [126] & majorum (ut Cicero exiſtimat) laterum, fictiones perſonarum, quæ προσωποποιΐαι dicuntur. Mire namque [127] cum variant orationem, tum excitant. [128] His & adverſariorum cogitationes, velut ſecum loquentium, protrahimus: quæ tamen ita demum a fide non abhorent, ſi ea [129] locutos finxerimus, [130] quæ cogitaſſe eos non ſit abſurdum: & noſtros cum aliis ſermones, & aliorum inter ſe credibiliter [131] introducimus: & ſuadendo, [132] objurgando, [133] querendo, laudando, miſerando, perſonas [134] idoneas damus. Quin [135] deducere deos in hoc genere dicendi, & inferos excitare, conceſſum eſt. Urbes etiam populique [136] vocem accipiunt. Ac ſunt quidam, qui has demum προσωποποιΐας dicant, in quibus & corpora & verba fingimus. Sermones hominum aſſimulatos dicere διαλόγους malunt, [137] quam, quod Latinorum quidam dixerunt, *ſermocinationem.* Ego, jam recepto more, utrumque eodem modo appellavi. Nam certe ſermo fingi non poteſt, ut non perſonæ ſermo fingatur. [138] Sed in his, quæ natura non permittit, hoc modo mollior fit figura: [139] *Etenim ſi mecum* [140] *patria, quæ mihi vita mea multo eſt charior, ſi cuncta Italia, ſi omnis reſpublica* [141] *ſic loquatur, M. Tulli, quid agis?* Illud audacius genus: [142] *Quæ tecum, Catilina, ſic agit, & quodammodo tacita loquitur, Nullum* [143] *jam aliquot annis facinus exſtitit, niſi per te.* [144] Commode etiam aut nobis aliquas ante oculos eſſe rerum perſonarumve imagines fingimus, aut eadem adverſariis aut judicibus non accidere miramur; qualia ſunt: *Videtur mihi*; &: *Nonne videtur tibi?* Sed magna quædam vis eloquentiæ deſideratur. Falſa enim & incredibilia natura neceſſe eſt aut magis moveant, quia ſupra vera ſunt; aut pro vanis accipiantur, quia vera non ſunt. Ut [145] dicta autem quædam, ita ſcripta quoque fingi ſolent, [146] quod facit Aſinius pro Liburnia: *Mater mea, quæ mihi tum chariſſima, tum dulciſſima fuit, quæque mihi vixit, biſque eadem die mihi vitam dedit,* & reliqua; deinde, *exheres eſto.* Hæc cum per ſe figura eſt, tum duplicatur, quoties, ſicut in hac *cauſſa*, ad imitationem alterius ſcripturæ componitur. Nam contra recitabatur teſtamentum: [147] *P. Novanius Gallio, cui ego omnia* [148] *meritiſſimo volo & debeo, pro ejus animi in me ſumma voluntate*; & adjectis deinceps aliis, *heres eſto.* [149] Incipit

122. *Conſilio.*] *Judicio meo*, quidam codices Ciceronis; alii *judicio ac voluntate.*

123. *Ad ea arma.*] *Ad arma*; Voſſ. ſec.

124. *Contra te ſumpta.*] *Sumta contra te*; V. C. Alm. & ita in Cicerone.

125. *Illa adhuc audaciora.*] *Proſopopœïam* vertit Rutilius, *perſonæ efficlionem*; Rufinianus vero *deformationem* & *configurationem*; Cornificius lib. IV. *conformationem.* TURNEB. *Audentiora*; Locat. In ſuperiore Turnebiani nota quædam ſunt animadvertenda; nam 1.° Rutilius Lupus Græcam vocem προσωποποιΐαν retinuit, nec Latine vertit; 2.° Aquila Romanus interpretatus eſt *perſonæ confictionem*, non *efficlionem*; 3.° Julius Rufinianus dixit *effigurationem* non *configurationem.* Vide Pithœanos Rhetoras pagg. 8. 14. 38. Hujuſmodi errata impune abire cur ſiverit Burmannus, ignoto. CAPPER.

126. *Et majorum.*] *Valentiorum* in Ciceronis *Oratore* eſt. PHILANDER. Et ita marg. Gryph.

127. *Cum variant.*] *Tum variant*; V. C. Alm. Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

128. *His & adverſariorum.*] *His etiam*; Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

129. *Locutos finxerimus.*] *Dixerimus*; Voſſ. prim. tert.

130. *Quæ coëgiſſe eos*] Recte in quibuſdam exemplaribus legitur *cogitaſſe.* REGIUS. *Coëgiſſe*; Locat.

131. *Introducimus.*] *Inducimus*; Steph. Roign.

132. *Objurgando.*] Deeſt in Voſſ. prim.

133. *Querendo.*] *Querendo*; Vaſcoſ. Steph. Obtecht. quod ſecutus ſum.

134. *Idoneas damus.*] *Damus* non eſt in V. C. Alm.

135. *Deducere deos.*] Ut Plautus in Amphitr. quod tamen juxta Horatium rarius accidere debet, cum ait,

Nec Deus interſit, niſi dignus vindice nodus.

Sed quid ad alios recurrimus? cum ipſe auctor lib. V. cap. 11. in fin. *Ponitur a quibuſdam, & quidem in parte prima, Deorum auctoritas, quæ eſt ex reſponſis; ut Socratem eſſe ſapientiſſimum: id rarum eſt.* ALMELOV.

136. *Vocem accipiunt.*] *Voces*; MSS. Colb. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

137. *Quam, quod Latinorum quidam, &c.*] Cornificius tamen lib. IV. cap. 43. *dialogum* interpretatus eſt *ſermocinationem*, quando quoſdam veriſimiliter loquentes inducimus: appellant alii διαλογισμός. TURNEBUS *Quam* omittunt Voſſ. ſec. Locat. Ald. Colin Obrecht.

138. *Sed in his.*] *Sed his*; V. C. Alm. *ſed in iis*; Colb.

139. *Etenim ſi.*] In Catil. 1. 11.

140. *Patria.*] *Patria mea*; Voſſ. prim. Ald.

141. *Sic loquatur.*] *Sic* non eſt in Cicer. nec in Voſſ. prim.

142. *Quæ tecum.*] Catilin. 1. 7.

143. *Jam aliquot annos.*] In Cicerone eſt *tot annos.* PHILAND.

144. *Commode etiam.*] Eſt etiam alia ſpecies *proſopopœïa*, quæ quadam ſimulatione imaginem quamdam fingit; ut ſi diceres: *Videor mihi videre hominem in republica tumultuantem ac vociferantem*, & reliqua ſubderes. TURNEB. *Commodo*; V. C. Alm.

145. *Dicta autem quædam.*] Caſtigate in quibuſdam exemplaribus *ut* particula eſt adſcripta, hoc modo: *Ut dicta autem.* REGIUS.

146. *Quod facit Aſinius.*] In hac ſcriptura eſt imitatio illius formulæ, quæ ſcribi ſolet in teſtamentis; nam, qui heres inſtituitur, a teſtatore fere laudatur: adde quod imitatio eſt ſcriptorum adverſarii, quæ recitaverat in teſtamento. TURNEB. *Ut facit*; Voſſ. prim. & *pro Liburna.*

147. *P. Novanius Gallio.*] Forte *Novatus Gallio*, de quo ſupra ad lib. III. cap. 1. quamvis *Novanios* etiam fuiſſe non ignorem. Delrio in prologo de vita Senecæ pag. 36. legebat: *Junius Novatus Gallio.* BURMAN.

148. *Meritiſſimo volo.*] *Et volo & debeo*, volebat Francius ob κακοφωνίαν.

149. *Incipit eſſe.*] Suidas παρῳδίαν appellat, cum e tragœdia ſermo transfertur in comœdiam: quo pacto Ariſtophanes pleraque carmina Euripidis ludendo uſurpavit. Eodem quoque modo ſermo factus ad alterius ſermonis imitationem, dicitur *parodia*: vis tamen pendet a canticis, quæ fiebant ad aliorum ſimilitudinem. TURNEB.

eſſe

eſſe quodammodo παρῳδὴ, quod nomen ductum a canticis ad aliorum ſimilitudinem modulatis, *abuſive* etiam [150] in verſificationis ac ſermonum imitatione ſervatur. Sed [151] formas quoque fingimus ſæpe; ut [152] Famam Virgilius; ut Voluptatem ac Virtutem (quemadmodum a [153] Xenophonte traditur) Prodicus; ut Mortem ac Vitam, quas contendentes [154] in Satira tradit Ennius. Eſt [155] & incertæ perſonæ ficta oratio: *Hic aliquis*; &: *Dicat aliquis.* Eſt & [156] jactus ſine perſona ſermo:

[157] *Hîc Dolopum manus, hîc ſævus tendebat Achilles.*

Quod fit mixtura figurarum, [158] cum προσωποποιΐᾳ [159] accedit illa, quæ eſt orationis [160] per detractionem; detractum eſt enim *quis diceret.* [161] Vertitur interim προσωποποιΐα [162] in ſpeciem narrandi. Unde & apud hiſtoricos reperiuntur obliquæ allocutiones; ut in T. Livii [163] primo ſtatim libro: *Urbes quoque, ut cætera, ex infimo naſci: deinde, quas ſua virtus ac dii juvent, magnas opes ſibi,* [164] *magnumque nomen facere.* [165] Averſus quoque a judice ſermo, [166] qui dicitur ἀποστροφὴ, mire movet; ſive adverſarios [167] invadimus: *Quid enim tuus ille, Tubero, in acie Pharſalica gladius agebat?* ſive ad invocationem aliquam convertimur: [168] *Vos enim jam ego, Albani tumuli atque luci!* ſive ad invidioſam implorationem: [169] *O leges Porciæ, legeſque Semproniæ!* Sed illa quoque vocatur *averſio*, quæ a propoſita quæſtione abducit audientem:

[170] *Non ego cum Danais Trojanam exſcindere gentem*
Aulide juravi .....

[171] Quod fit & multis & variis figuris, cum aut aliud exſpectaſſe nos, aut majus aliquid timuiſſe ſimulamus, [172] aut plus videri poſſe ignorantibus; [173] quale eſt *procæmium* pro Cœlio. Illa vero ([174] ut ait Cicero) ſub oculos ſubjectio tum fieri ſolet, cum res non geſta indicatur, ſed, ut ſit geſta, oſtenditur; nec univerſa, ſed per partes: quem locum [175] proximo libro ſubjecimus evidentiæ; & Celſus [176] hoc nomen

150. *In verſificatione.*] *In verſificationis ac ſermonum mutatione*; MS. Bodl. *in verſificationis a. ſ. immutatione*; Andr. *in verſificationis ac. ſ. imitatione*; V. C. Alm. Ald. Par. Gryph. Baſil. Colin. Vidov. Obrecht. *in verſificationis ac ſermonum imitationem*; Voſſ. ſec.

151. *Formas quoque fingimus.*] *Fingere formas* appellat Fabius, quum rebus inanimatis tribuimus quaſi quoddam corpus, ut animalia quædam efficere videamur. TURNEB. Hujuſmodi formas Græci vocant ἰδέας. CAPPER.

152. *Famam.*] Virgil. IV. Æneid. 174.

153. *Xenophonte.*] *Xenophon* refert, Prodicum finxiſſe Voluptatem & Virtutem cum Hercule collocutas in ſolitudine, quarum altera ad fortitudinem invitaret, altera ad inertiam. TURNEB. Eſt ex libr. II. ἀπομν. id eſt, dictorum ac factorum memorabilium Socratis. PHILAND.

154. *In Satira.*] *In Satura*; V. C. Alm.

155. *Et incerta perſona ficta.*] *Incertæ perſonæ* legendum eſſe, nemo ignorat. REGIUS. *Et incerta perſona*; Voſſ. tert. Bern.

156. *Jactus ſine perſona.*] *Actus*; V. C. Alm. ſed recte *jactus*, ſcilicet vulgo, cum non exprimitur certa perſona; ut in hoc Virgilii loco, cum Troiani, extra portas emiſſi, viderent Dorica caſtra, quidam dicebant, *hic Dolopum*; ut recte Turnebus: *jacere* vero ſermonem paſſim dici, & *jacere* abſolute, obſervarunt Gronov. ad Liv. XXIII. 22. Barth. ad Stat. I. Theb. 411. Heinſ. ad Ovid. V. Metam. 665. Riv. ad Sall. Jug. II. BURMANNUS.

157. *Hic Dolopum manus.*] Hoc verſu Virgilius eſt imitatus ſermonem Trojanorum, Græcorum caſtra aſpicientium: neque tamen ſermonem hunc attribuit ulli perſonæ. TURNEB. Eſt ex II. Æneid. 29.

158. *Cum προσωποποιΐᾳ.*] In omnibus, quas huc uſque videre potui, editionibus, peſſime legebatur προσωποποιΐα nominativo caſu: ſed quis unquam fando audivit *proſopopœiam*, quæ orationis vel dictionis figura eſſet, & in detractione, ſeu *ellipſi* conſiſteret? nonne *proſopopœia* ſemper eſt per ſe figura ſententiæ? igitur legendum omnino eſt προσωποποιΐᾳ in dativo, ita ut pronomen τὸ *illa*, non ad τὸ προσωποποιΐᾳ, ſed ad nominativum ſubintellectum *figura* referatur hoc ſenſu: *Quod fit mixtura figurarum, cum τῇ προσωποποιΐᾳ accedit illa figura, quæ eſt orationis per detractionem.* Hic enim duplex *proſopopœiæ* genus exponit Fabius: in uno perſona non niſi generatim & indefinite nominatur: *Eſt*, inquit, *incertæ perſonæ ficta oratio: hic aliquis*, & *dicat aliquis*; in altero perſona plane omittitur: *Eſt*, inquit, & *jactus ſine perſona ſermo:*

Hic Dolopum manus, hic ſævus tendebat Achilles.

Hoc autem poſterius *proſopopœiæ* genus fit utique mixtura figurarum, quatenus τῇ προσωποποιΐᾳ, *proſopopœiæ*, quæ figura ſententiæ eſt, accedit etiam altera illa dictionis figura per detractionem, ſeu *ellipſin*. Hic locus iis annumerandus eſt, quorum maculas a nemine huc uſque ſublatas, immo ne animadverſas quidem fuiſſe miror. CAPPER.

159. *Accedit illa.*] *Accidit*; Ald. quod non diſplicet. Cæterum in τῷ *illa* ſubintelligere oportet τὸ *figura*, ut in proxime ſuperiori nota diximus. CAPPER.

160. *Per detractionem.*] Fabius lib. I. cap. 4. detractionis nomen τῇ *ellipſi* jam tribuerat. CAPPER.

161. *Vertitur enim interim.*] Obliquæ allocutiones peculiares ſunt hiſtoricis: itaque Trogus apud Juſtinum, (lib. XXXVIII. 3.) Livium & Salluſtium reprehendit, quod illis rarius utantur: fiunt autem cum narrationem continuat hiſtoricus, ita tamen, ut videatur obiter inducere perſonam loquentem, cujus orationem imitatur. TURNEB. *Enim* non agnoſcunt MSS. Alm. Voſſ. prim. ſecund. Locat. Ald. Sich. Par. Vaſcoſ. Steph. Gryph. Colin. Vidov. Roign. *etiam* adſcripſerat Gallæus.

162. *In ſpeciem.*] *In ſpecies*; Steph.

163. *Primo ſtatim libro.*] *Libro* abeſt a Voſſ. prim.

164. *Magnumque nomen.*] *Magnum nomen*; Locat. Gryph. Vidov. Colin. Baſil. *magnum nomen ſibi f.* Ald.

165. *Averſus a judice.*] *Averſio quoque ſermonis, quæ*; Obrecht.

166. *Qui dicitur.*] *Quæ*; Voſſ. ſec.

167. *Invadimus.*] *Invaſimus*; MSS. Bodl. Joan. Voſſ. prim. Andr. Locat. Ald. Gryph. Baſil. Par. Colin. Vidov.

168. *Vos enim jam.*] Cicero pro Milon. 31.

169. *O leges Porciæ.*] Cicer. V. Verr. 63. ubi legitur: *O lex Porcia, legeſque Semproniæ!* ut & eſt in Voſſ. ſecund.

170. *Non ego.*] Virgil. IV. Æneïd. 426.

171. *Quod fit ex multis.*] X literæ in *t* commutatione, & mihi legendum videtur. REGIUS. *Quod fit e multis*; Ald.

172. *Aut plus videre.*] E vocali in *i* converſa, *videri* procul dubio legendum eſt. REGIUS. *Videre*; Voſſ. prim. Locatel.

173. *Quale eſt procæmium pro Cælio.*] Fingit enim initio crimen eſſe grave, cum judicium fiat ludis publicis: deinde paulatim extenuat, oſtenditque, judicium pendere ab adulterio Clodiæ: ita a magnitudine ſceleris avocat animos judicum. TURNEB.

174. *Ut ait Cicero.*] III. *de Orat* 53.

175. *Proximo libro.*] Vide cap. 3 libri VIII. CAPPER.

176. *Hoc nomen iſti.*] *Cognomen iſti*; MSS. Bodl. Alm. Andr.

iſti figuræ dedit: ab aliis [177] ὑποτύπωσις dicitur propoſita quædam forma rerum ita expreſſa verbis, ut cerni potius [178] videatur, quam audiri: [179] *Ipſe, inflammatus ſcelere ac furore, in forum venit: ardebant oculi: toto ex ore crudelitas* [180] *emicabat.* Nec ſolum, quæ [181] facta ſint aut fiant, ſed etiam [182] quæ futura ſint, aut futura fuerint, imaginamur. Mire [183] tractat hæc Cicero pro Milone, quæ facturus fuerit Clodius, ſi Præturam invaſiſſet. [184] Sed hæc quidem tranſlatio temporum, quæ proprie μετάστασις dicitur, [185] in διατυπώσει [186] verecundior apud priores fuit. [187] Proponebant enim talia: *Credite vos intueri*; ut Cicero: *Hæc, quæ non vidiſtis oculis, animis cernere poteſtis.* Novi vero, & præcipue declamatores, audacius, nec mehercule ſine motu quodam imaginantur; ut [188] Seneca in controverſia, cujus ſumma eſt, quod pater filium & novercam, [189] inducente altero filio, in adulterio deprehenſos occidit: *Duc, ſequor: accipe hanc ſenilem manum, & , quocumque vis, imprime.* Et paulo poſt: *Aſpice*, inquit, *quod diu non credidiſti.* [190] *Ego vero non video, nox oboritur, & craſſa caligo.* Habet [191] hæc figura manifeſtius aliquid. Non enim narrari res, ſed agi videtur. Locorum quoque dilucida & ſignificans deſcriptio, [192] eidem virtuti aſſignatur a quibuſdam: alii [193] τοπογραφίαν dicunt. Ἐιρωνείαν inveni qui *diſſimulationem* [194] vocarent: quo nomine quia parum totius hujus figuræ videntur vires oſtendi, nimirum ſicut in pleriſque, Græca erimus appellatione contenti. [195] Igitur εἰρωνεία, quæ eſt *ſchema*, ab illa, quæ eſt *tropus*, genere ipſo nihil admodum diſtat; [196] (in utroque enim contrarium ei, quod dicitur, intelligendum eſt) ſpecies vero prudentius intuenti diverſas eſſe, facile eſt deprehendere. Primum, quod *tropus* apertior eſt; & quanquam aliud dicit ac ſentit, non tamen aliud ſimulat. Nam & [197] omnia circa fere recta ſunt; ut illud in Catilinam: *A quo repudiatus, ad ſodalem tuum, virum optimum,* [198] *M. Marcellum demigraſti.* In duobus demum verbis eſt *ironia*: ergo etiam brevior eſt *tropus.* [199] At in figura totius voluntatis fictio eſt, apparens magis, quam confeſſa: ut illic verba ſint verbis diverſa, [200] hîc ſermoni ſenſus: joci & tota interim *cauſſæ* [201] conformatio, tum etiam vita

177. Ὑποτύπωσις.] Ab Alexandro Numenio & Aquila Romano διατύπωσις. Latine vertitur a quibuſdam *deformatio* & *deſcriptio.* TURNEB.

178. *Videatur.*] *Videantur*; Obrecht.

179. *Ipſe inflammatus.*] Cicero v. in Verr. 62.

180. *Emicabat.*] *Eminebat*; MSS. Bodl. Joan. Alm. Voſſ. omn. Andr. & ita apud Ciceronem legitur: apud Gellium vero x. 3. *emanabat* legebat Hottoman.

181. *Facta ſint.*] *Sunt*; Ald.

182. *Quæ natura ſunt.*] Pro *natura*, *futura* emendate in quibuſdam legitur exemplaribus. REGIUS. *Natura*; Locat. *quæ futura fuerunt imaginamur*; Ald. omiſſis illis *quæ futura ſint.*

183. *Tractat hæc.*] *Tractat hoc*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Obrecht.

184. *Sed hæc quidem, &c.*] Alexander Numenius aliter accipit *metaſtaſin*, quando ſcilicet a nobis alio rem transferimus. Quidam alius ex Latinis appellat *metaſtaſin*, quum mutatur oratio a perſona loquentis ad aliam perſonam. Fabius *metaſtaſin* appellat tranſlationem temporum ad imaginem futuri. TURNEB. Ille alius ex Latinis, quem Turnebianus Interpres laudat, eſt Julius Rufinianus, qui pag. 33. Rhetorum Pithœan. ſic habet: *Metaſtaſis eſt vel metabaſis, cum a loquentis perſona ad* [aliam] *perſonam tranſitum facimus ratione aliqua vel affectu; ut* [Æneid. xi. verſ. 45.]

Non hæc Evandro de te promiſſa parenti
Diſcedens dederam;

deinde, *Et nunc ille quidem ſpe multum captus inani*
Fors & vota facit ....

deinde, *Infelix funus nati crudele videbis....*

———— at non, Evandre, pudendis
Vulneribus pulſum aſpicies.

Hæc figura dicitur variatio, aut tranſitus. Cæterum hanc Julii Rufiniani μετάστασιν Fabius quoque cap. 3. hujus libri μετάβασιν vocat. CAPPER.

185. *In διατυπώσει.*] *In ὑποτυπώσει*; Colon. Par. Baſil. Gryph. *in* omittunt Locat. Vidov.

186. *Verecundior.*] *Verecunda*; V. C. Alm.

187. *Proponebat enim.*] Hic mihi videtur diſtinguendum, ac *proponebam*, ut ad priores referatur, legendum. REGIUS. *Proponebat*; Locat. *præponebant*; Voſſ. ſec.

188. *Seneca in controverſia.*] Hujus controverſiæ declamatio non exſtat.

189. *Inducente altero.*] *Alio*; Voſſ. prim. *indicante*; Voſſ. ſecund.

190. *Ego vero non video.*] *Ego enim*; Ald.

191. *Hæc figura.*] *Habent hæc manif. al.* Voſſ. ſec.

192. *Ejuſdem virtutis.*] *Eidem virtuti* mihi legendum videtur. REGIUS. *Ejuſdem virtutis*; Voſſ. prim. ſecund. Bern. Vall. Locat. Andr. Ven. *ejuſdem virtuti*; Ald.

193. *Τοπογραφίαν.*] Servius libro primo Æneïdos *topotheſiam* ponit & *topographiam*; appellatque *topographiam*, deſcriptionem veri loci; *topotheſiam*, vero deſcriptionem loci non veri, ſed ficti. TURNEB.

194. *Vocarent.*] *Vocaret*; MSS. Alm. Voſſ. prim. tert. Ovid. *de Nuce* 58.

Invenias, qui det nil mihi præter humum.

195. *Igitur εἰρωνεία.*] *Ironia* cum *tropus* eſt, eſt in paucioribus verbis; cum autem figura eſt, in verborum multorum continuatione, atque adeo in tota ſententia. TURNEB.

196. *In utroque.*] Aſcenſius malebat *in utraque.*

197. *Omnia circa fere recta ſunt*] Πάντα τὰ πέριξ, omnia quæ circumſtant *ironiam* quatenus eſt *tropus*, antecedentia videlicet, conſequentia, &c. ſunt fere recta; id eſt, ſimplicia & figuræ omnis expertia. CAPPER.

198. *M. Metellum.*] Scribe *ad ſodalem tuum virum optimum M. Marcellum.* PHILAND. *Metellum*; MSS. Bodl. Joan. Alm. Voſſ. prim. ſecund. Andr. Locat. Ald. Ven. Colon. Gryph. Vidov. Obrecht. & marg. Baſil. ſed *Marcellum* eſt apud Ciceronem 1. Catil. cap. 8. & recte viri docti diverſum M. Marcellum, a Marco Marcello paulo poſt ibi memorato, oſtenderunt.

199. *At in figura.*] *At figura*; Voſſ. ſec.

200. *Hic ſenſus ſermonis & joci.*] Mihi corruptus hic locus ſic emendari poſſe videtur, ut, *s* litera de fine abjecta, *ſermoni* legatur, ibique diſtinguatur; aut *ut*, loco & copulæ, reponatur hoc modo: *Hic ſenſus ſermoni; ut joci & tota.* REGIUS. *Hic ſenſus ſermonis & joci*; Locat. Par. Ald. Baſil. *hic ſenſus ſermoni, ut joci*; V. C. Alm. Steph. Roign. *hic ſenſus ſermoni. Et joci*; Voſſ. tert. Gryph. Colin. Vidov. *hic ſenſus ſermoni, loci & tota*; Voſſ. ſecund. *ſenſus ſermonis: & joci*; Obrecht. *loci*; cod Colbert. & Vallæ, *hic ſermonis ſenſus voci*; Leid. Oxon. quod unde habeant, neſcio. Ego mallem, *hic ſermoni ſenſus, joci & tota interim cauſſæ conformatio*; & ibi diſtinguere, ut Gryphii & aliæ editiones faciunt. Rollinus delendas cenſet has voces *ut joci.* BURMAN. Cur voces has *ut joci* vel *& joci* delere voluerit Rollinus, neſcio; eſt enim aliqua jocos inter & *ironiam* affinitas, ut diſerte teſtatur Fabius noſter lib. vi. cap. 3. his verbis: *Quid* ironia? *nonne etiam, quæ ſit veriſſima, joci prope genus eſt? qua urbane uſus eſt Afer, cum, &c.* Cæterum hæc verba *ſenſus ſermoni* ſic intelligenda ſunt, *ut ſenſus ſermoni diverſus ſit*; quia ὁ εἰρωνευόμενος, qui utitur *ironia*, is aliud ſentit, aliud loquitur. CAPPER.

201. *Confirmatio.*] *Conformatio*; V. C. Alm. Locat. Ald.

univerſa; *ironiam* [202] habere videtur; qualis [203] eſt viſa Socratis. Nam ideo [204] dictus εἴρων, [205] id eſt, agens imperitum, & admirator aliorum tanquam ſapientium: ut, quemadmodum ἀλληγορίαν facit continua μεταφορὰ, [206] ſic hoc *ſchema* [207] faciat [208] *troporum* ille contextus. [209] Quædam vero genera hujus figuræ nullam cum *tropis* habent ſocietatem; ut illa ſtatim prima, quæ dicitur a negando, quam nonnulli vocant [210] ἀπόφασιν: [211] *Non agam tecum jure ſummo, non dicam, quod forſitan obtinerem;* [212] &: *Quid ego iſtius decreta, quid rapinas, quid hereditatum poſſeſſiones datas, quid ereptas proferam?* &: *Mitto illam primam libidinis injuriam;* &: *Ne illa quidem teſtimonia recito, quæ dicta ſunt de ſeſtertiis* [213] *ſeptingentis millibus;* &: *Poſſum dicere.* Quibus generibus per totas interim quæſtiones decurrimus; ut Cicero: [214] *Hoc ego ſi ſic agerem, tanquam mihi crimen eſſet diluendum,* [215] *hæc pluribus dicerem.* [216] Εἰρωνεία eſt &, cum ſimiles imperantibus, [217] vel permittentibus ſumus:

I, ſequere Italiam ventis.

[218] Et cum ea, [219] quæ nolumus videri adverſariis eſſe, concedimus eis. Id acrius fit, cum eadem in nobis ſunt, & in adverſario non ſunt:

[220] ——— *Meque timoris*
Argue tu, Drance, quando [221] *tot cædis acervos*
Teucrorum tua dextra dedit.

Quod idem contra valet, cum aut ea, quæ [222] a nobis abſunt, aut etiam, quæ [223] in adverſarios recidunt, quaſi [224] fatemur:

[225] *Me duce Dardanius Spartam expugnavit adulter.*

Nec in perſonis tantum, [226] ſed & in rebus verſatur hæc contraria dicendi, quam quæ

Colin. Gryph. Vidov. Vaſcoſ. Quam lectionem alteri non immeriro prætulimus; contendit enim Fabius τὴν εἰρωνείαν in tota quandoque *cauſſa* regnare, ſive in tota *cauſſæ* conformatione χημαλισμῷ. Cujus rei plura ſuppetunt exempla in illis orationibus, quas Græci λόγους ἐσχηματισμένους, Latini controverſias figuratas appellant; ut Quinctilianus ipſe paulo ſupra innuebat. Vide Juliani Apoſtatæ τὸν Ἀντιοχικὸν, & Dionyſii Halicarnaſſ. opuſcula duo περὶ τῶν ἐσχηματισμένων, de figuratis [orationibus.] CAPPER.

202. *Habere videtur.*] *Videatur;* MSS. Alm. Voſſ. prim. tert. Locar. Ald. Obrecht.

203. *Eſt viſa Socratis.*] Ita plerique: ſed Leid. & Obrecht. *viſa.*

204. *Dictus εἴρων.*] Vide Cicer. *de Orat.* II. & IV. *Acad. quæſt.* PHILAND.

205. *Id eſt agens.*] *Id eſt,* non eſt in V. C. Alm.

206. *Sic hoc ſchema.*] Videlicet *ironiam*, quatenus eſt figura διανοίας, ſententiæ. CAPPER.

207. *Facit.*] *Faciat;* V. C. Alm. Vaſcoſ. Lugduno-Batav. Rollin.

208. *Tropos ille contextus.*] Corrupte mihi ſic legi videtur hic ſenſus, forſitan *troporum* reponeretur. REGIUS. *Tropos* MS. Joan. Alm. Voſſ. prim. tert. Andr. Locat. Ald. Colon. Par. marg. Baſil. & Vidov. *tropus;* Voſſ. ſec. Bern.

209. *Quædam vero.*] Quam appellat Fabius *apophaſin*, id eſt, *negationem*, appellat Alexander Numenius *paralipſin*, cum ſcilicet fingimus aliquid nos omittere, quod tamen dicimus: alioqui apud Rufinianum *apophaſis* figura eſt, qua interrogamus nos ipſos, ſtatimque reſpondemus & rationem reddimus; aut cum ab aliis interrogati idem facimus. Etenim *apophaſis* ſignificat reſponſionem & ſententiam apud Græcos. TURNEB. Fabianam ἀπόφασιν, non ſolum Alexander Numenius, ſed etiam Aquila Romanus pag. 14. Rhetorum Pithœan. *paralipſeos* nomine deſignat. Rutilius autem Lupus ibidem pag. 10. παρασιώπησιν vocat. Rufiniani locus, ad quem interpres Turnebianus reſpiciebat, exſtat in Rhetorib. Pithœan. pag. 25. Cæterum Curio Fortunatiano ibidem pag 39. ἀπόφασις longe aliud, quam apud Fabium ſignificat. Nam Fortunatianus ita ſcribit: *Quid eſt intentio? quod prima pars proponit, quæ facit litem. Id Græci quid vocant? κατάφασιν. Quid eſt depulſio? quod ſecunda pars reſpondet. Id Græci quid vocant?* ἀπόφασιν. Gratum opus Philologis faceret, qui de τῶν Ῥητορικῶν ὅλως *homonymis* aliquid conſcriberet. CAPPER.

210. Ἀπόφασιν.] Ἀντίφασιν; MSS. Alm. Colb. Voſſ. prim. tert.

211. *Non agam.*] Cicero V. Ver. 2. ubi: *Non dicam, quod debeam forſitan obtinere.* Sed Hottomannus recte obſervat, Fabium multa ex memoria prompſiſſe, non accurate de libro ſumpſiſſe, ut nos jam ſæpe vidimus. BURMAN.

212. *Quid ego iſtius.*] Cicero II. Philip. 25.

213. *Septingentis.*] *Sexcentis* omnes habere Aſcenſius teſtatur, & ſic in Voſſ. omn. Obrecht. marg. Baſil. ſed prætcrea *de ſeſtertiorum ſexcentis m* Voſſ. ſec.

214. *Hoc ego.*] *Hæc;* Steph Sich.

215. *Hæc pluribus.*] *Hoc;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. *Pluribus dicerem.*] *Pluribus verbis;* Steph.

216. Εἰρωνεία *eſt & cum, &c.*] *Ironiæ* ſpecies eſt *epitrope*, quum figurate aliquid concedimus, quod tamen factum nolumus: ea appellari poteſt *permiſſio* TURNEB.

217. *Vel prætermittentibus ſumus, id eſt, ſequere.*] *Permittentibus* ſenſus expoſcit, non *prætermittentibus*: *I* vero legendum eſſe ex IV. Æneïd. 381. facile apparet. REGIUS. Editio Lugdunenſis contra fidem omnium aliarum, pro *permittentibus*, legit *mittentibus*. Emendatio fortaſſe alicujus ſtudioſi, qui deprehenſo, quod exemplum a Fabio propoſitum ad explicandam *ironiæ* naturam miſſionem quamdam præ ſe fert, hanc lectionem aptiorem eſſe arbitrabatur. GIBSON. *Et permittentibus;* Voſſ. prim. Par. *vel prætermittentibus;* Locat. *vel permittentibus;* Voſſ. ſecund. tert.

218. *Et cum ea.*] Appellatur hæc ſpecies *chleuaſmos*, id eſt, ſubſannatio, cum perſonam aliquam vafra & amarulenta irriſione illudimus. TURNEB. Hæc ſublegit Turnebianus Julio Rufiniano, qui pagg. 24 & 37. Rhetorum Pithœan. τὸν χλευασμὸν definit & propoſitis exemplis explicat. CAPPER.

219. *Quæ volumus i. a. e. concedimus hic.*] Niſi *nolumus* legatur, etiam repugnantibus exemplaribus, in contrarium ſenſus pervertetur: *his* præterea pro *hic* adverbio videtur reponendum. REGIUS. *Volumus;* Voſſ. prim. ſecund. Ald. Baſil. Vidov. *nolumus eſſe in adverſariis;* V. C. Alm *videri adverſariis eſſe;* Leid. *concedimus, his id acrius;* marg. Baſil.

220. *Meque timoris.*] Lib. XI. Æneïd. 384.

221. *Tot cædis acervos.*] *Stragis* in Virgilio eſt.

222. *A nobis abſunt.*] *Nobis;* Obrecht.

223. *In adverſarios recidunt.*] *Adverſariis recidunt;* MSS. Alm. Voſſ. ſec.

224. *Fateamur.*] *Fatemur;* Voſſ. prim. tert. Vaſc. Steph. Obrecht. Rollin.

225. *Me duce Dard.*] Verba ſunt Junonis adverſus Venerem. Venus autem excitarat Paridem ad Helenam rapiendam: ergo hæc verba recidunt in caput Veneris. TURNEB. Eſt ex lib. X. 92.

226. *Sed & in rebus.*] *Sed in rebus;* Locat. Ald.

intelligi velis, ratio; [227] ut totum pro Quincto Ligario *proœmium*, [228] & illæ elevationes, *videlicet: O dii boni!*

[229] *Scilicet is ſuperis labor eſt.*

Et ille pro Oppio locus: *O amorem mirum! O benevolentiam ſingularem!* [230] Non procul autem abſunt ab hac ſimulatione tres inter ſe ſimiles; *Confeſſio* nihil nocitura, qualis eſt: [231] *Habes igitur, Tubero, quod eſt accuſatori maxime optandum, confitentem reum.* [232] Et *conceſſio*, cum aliquid etiam iniquum videmur *cauſſæ* fiducia pati: [233] *Metum virgarum navarchus* [234] *nobiliſſimæ civitatis pretio redemit*: *humanum eſt*; & [235] pro Cluentio de invidia: *Dominetur in concionibus, jaceat in judiciis.* [236] Tertia, [237] *conſenſio*; ut pro eodem, *judicium eſſe corruptum.* Hæc evidentior figura eſt, cum [238] alicui rei aſſentimur, quæ eſt futura pro nobis: verum id accidere ſine adverſarii vitio non poteſt. Quædam etiam [239] velut laudamus; ut Cicero in Verrem circa crimen [240] Apollonii Drepanitani: *Gaudeo etiam, ſi quid ab eo abſtuliſti; & abs te nihil rectius factum eſſe dico.* Interim augemus crimina, quæ ex facili aut diluere poſſumus, aut negare: quod eſt frequentius, quam ut exemplum deſideret. [241] Interim hoc ipſo fidem detrahimus illis, quod ſint tam gravia; ut pro Roſcio Cicero, cum immanitatem parricidii, quanquam per ſe manifeſtam, tamen etiam vi orationis exaggerat. [242] Ἀποσιώπησις, quam [243] idem Cicero *reticentiam*, Celſus *obticentiam*, nonnulli *interruptionem* appellant, & ipſa [244] oſtendit affectus; vel iræ, ut:

[245] *Quos ego.... ſed motos præſtat componere fluctus*;

vel ſolicitudinis, & quaſi religionis: *An hujus ille legis,* [246] *quam Clodius a ſe inventam gloriatur, mentionem facere auſus eſſet vivo Milone,* [247] *ne dicam conſule? de noſtrum enim omnium: non audeo totum dicere*: cui ſimile eſt [248] in *proœmio*, pro Cteſiphonte, Demoſthenis; [249] vel alio tranſeundi gratia: *Communis autem, tametſi, ignoſcite mihi, judices.* [250] In quo eſt & illa (ſi tamen inter *ſchemata* numerari debet, cum aliis etiam pars *cauſſæ* videatur) *digreſſio*; abit enim *cauſſa* in laudes Cn. Pompeii. [251] Id quod fieri etiam ſine ἀποσιωπήσει potuit. Nam brevior illa, [252] ut ait Ci-

227. *Ut totum pro Q. Ligario, &c.*] Fabius hujus *ironiæ* divinæ meminit lib. IV. quanquam Georgius Trapezuntius *ironiam* eſſe negat, & hac in re Fabium reprehendit: ſed ipſe fallitur. TURNEB.

228. *Et illæ elevationes.*] Hæc figura appellatur διασυρμὸς, quæ habet elevationem perſonarum cum irriſione. TURNEB. De διασυρμῷ lege Aquilam Romanum pag. 16. & Julium Rufinianum pag. 25. Rhetorum Pithœan. CAPPER.

229. *Scilicet.*] IV. Æneïd. 379.

230. *Non procul autem.*] *Autem* non eſt in V. C. Alm.

231. *Habes.*] Pro Ligario cap. I.

232. *Et confeſſio, &c.*] F literæ in c converſione, mihi *conceſſio*, ut legatur placet. REGIUS. Hunc locum ſic interpretatur Eraſmus in *Eccleſiaſte*: conceſſio eſt utilis, quæ nihil habet in ſe detrimenti: præterea cum aliquid concedimus alio ſenſu, quam objicitur. TURNEB.

233. *Metum.*] *Metu, &c. ſe redemit*; Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin ſed ex Cicer. V. Verr. 44. *metum* alii prætulerunt, & hic, & ſupra lib. VIII. cap. 4.

234. *Nobilis nobiliſſimæ civitatis.*] Ille nominativus *nobilis*, neque a compoſitione admittitur, neque in ſeptima in Verrem Actione, unde hæc deſcripta ſunt, legitur. Quare de contextu mihi eſt ſublatus. REGIUS. *Nobilis nobiliſſimæ*; Voſſ. ſec. Bern.

235. *Pro Cluentio.*] Cap. 2. Obrecht. edidit, *pro Cluentio. Invidia dominetur.*

236. *Tertia.*] *Tertio*; Voſſ. prim.

237. *Conſenſio.*] Hanc appellat *permiſſionem* Cornificius lib. IV. TURNEB.

238. *Alicui rei.*] *Alienæ rei*; Voſſ. tert.

239. *Velut laudamus.*] *Vel laudamus*; Locat. Baſil. Colin. Gryph. Vidov.

240. *Apollonii Drepanitani.*] Sic appellabatur a Drepano oppido Siciliæ, qui locus nomen habet a falce Saturni, quæ in ea loca decidit. TURNEB. *Apronii*; Andr. Colon. Baſil. ſed *Apollonium Niconis f. Drepanitanum* Cicer. IV. Ver. 17. vocat. Alius eſt Apronius III. Verr. 9. & ſeq. Cæterum, ut Turnebiani notam de Drepani oppidi etymologia facilius intelligas, animadvertere oportet Græca voce (δρέπανον) falcem deſignari. CAPPER.

241. *Interim hoc ipſo.*] Quanquam regula eſt amplificationis, ne augeamus ante probationem; defenſor tamen nonnunquam ex magnitudine ſceleris objecti per amplificationem detrahit fidem ſtatim initio; quemadmodum Cicero fecit augendo parricidium, ut oſtenderet non eſſe perpetratum a Roſcio. TURNEB.

242. *Ἀποσιώπησις.*] Hæc figura eſt finitima *ellipſi*: hoc tamen differt, quod ad affectum fere adhibetur, & plura ſubticet: eam videtur appellaſſe *præciſionem* Cornificius. TURNEB. Macrob. IV. Saturn. cap. 6. *taciturnitatem* vocat. ALMELOV.

243. *Idem Cicero.*] *Idcirco Cicero*; marg. Baſil. *Cicero reticentiam.*] Lib. III. *de Orat.* cap. 53.

244. *Oſtendit affectus.*] *Oſtendit aliquid affectus*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht. Sed in editionib. Vaſcoſ. Steph. Lugduno-Batav. &c. legitur ſimpliciter, *oſtendit affectus*: quam lectionem ideo maxime ſecuti ſumus, quod a Fabiani ſermonis candore alienum videretur τὸ *aliquid affectus iræ*. Neque enim Rhetor noſter hujuſmodi genitivos geminare ſolet. CAPPER.

245. *Quos ego.*] Virgil. I. Æneid. 135.

246. *Quam Clodius a ſe inventam.*] *Qua C. a. ſ. inventa gloriatur*, editionem Regii habere, notat Aſcenſius. *Gloriatus eſt*; Gryph. Vidov.

247. *Ne dicam.*] *Non dicam*; Voſſ. prim.

248. *In proœmio pro Cteſiphonte.*] Reſpicit Fabius ad illa Demoſthenis verba: ἀλλ' ἐμοὶ μὲν..... ἀλλ' οὐδεὶς, κλ. CAPPER.

249. *Vel alio tranſeundi genere, communis autem temeſi.*] Incuria, ne dicam imperitia, eorum, qui corrigere ſe hoc opus putarunt, depravatum aperte eſt hoc exemplum. Ignorantes enim ad quid referri deberet nominativus ille *communis, tametſi* conjunctionem in *temeſi* dativum commutarunt, nec Græcum nec Latinum. *Tmeſis* enim, ut ſit biſyllabum, ſcribitur: ſed *tmeſi* nullus hic locus eſt, ubi de ſententiarum figuris diſſeritur: loco igitur ejus, ut dixi, *tametſi* reponatur. REGIUS. *Temeſis* Locat.

250. *In quo eſt & illa.*] Eſt interdum quoque *digreſſio* pertinens ad *apoſiopeſin*, ut in oratione pro Cornelio Balbo de commendatione Pompeii: fit autem dupliciter *digreſſio* citra *apoſiopeſin*; fit enim interdum prolixius, interdum brevius, ut docet Cicero in *Oratore*. TURNEB.

251. *Id quod fieri.*] *Idque fieri*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Par. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *Fieri ſine.*] Loco *ſint* verbi legendum eſſe *ſine* conſtat. REGIUS.

252. *Ut Cicero ait.*] Lib. III. *de Orat.* cap. 53.

cero, a re *digreſſio* plurimis fit modis. Sed hæc exempli gratia ſufficient: [253] *Tum Caius Varenus, is qui a familia Anchariana occiſus eſt: hoc, quæſo, judices, diligenter attendite.* Et pro Milone: *Et* [254] *aſpexit me illis quidem oculis, quibus tum ſolebat, cum omnibus omnia minabatur.* [255] Eſt alia non quidem *reticentia*, quæ ſit imperfecti ſermonis, ſed tamen præciſa, velut ante legitimum finem, oratio; ut illud: *Nimis urgeo, commoveri videtur adoleſcens*; &: *Quid plura? ipſum adoleſcentem dicere audiſtis.* [256] Imitatio morum alienorum, quæ ἠθοποιΐα, vel, [257] ut alii malunt, μίμησις dicitur, jam [258] inter leniores affectus numerari poteſt. [259] Eſt enim poſita fere [260] in eludendo: [261] ſed verſatur & in factis, & in dictis. In factis, quod eſt ὑποτυπώσει vicinum. In dictis, quale eſt apud Terentium:

> [262] *At ego neſciebam quorſum tu ires. Parvula*
> *Hinc eſt abrepta, eduxit mater pro ſua,*
> [263] *Soror dicta eſt: cupio abducere, ut reddam ſuis.*

Sed noſtrorum quoque dictorum factorumque ſimilis imitatio eſt per relationem; niſi quod frequentius aſſeverat, quam eludit: [264] *Dicebam habere eos actorem Quin. Cæcilium.* Sunt & illa jucunda, & ad commendationem [265] cum varietate, tum etiam ipſa natura [266] plurimum proſunt, quæ ſimplicem quamdam, & non præparatam oſtendendo orationem, minus nos ſuſpectos judici faciunt. [267] Hinc eſt quaſi pœnitentia dicti; ut [268] pro Cœlio: *Sed quid ego ita gravem perſonam induxi?* Et quibus utimur vulgo: [269] *Imprudens incidi.* Vel cum quærere nos, quid dicamus, fingimus: *Quid reliquum eſt?* &: *Num quid omiſi?* Et cum ibidem in Verrem [270] ait Cicero: *Unum etiam* [271] *mihi reliquum hujuſmodi crimen eſt*; [272] &: *Aliud ex alio ſuccurrit mihi.* [273] Unde etiam venuſti tranſitus fiunt: non quia tranſitus ipſe ſit *ſchema*; ut Cicero, narrato Piſonis exemplo, qui annulum ſibi cudi ab aurifice in tribunali ſuo juſſerat, velut [274] hoc in memoriam adductus, adjecit: [275] *Hic modo me commonuit Piſonis annulus,* [276] *quod totum effluxerat.* [277] *Quam multis iſtum putatis hominibus honeſtis de digitis annulos aureos* [278] *abſtuliſſe?* Et cum aliqua velut ignoramus: [279] *Sed earum rerum artificem, quem? quemnam? recte admones, Polycletum eſſe dicebant.* Quod [280] quidem non in hoc tantum valet. Quibuſdam enim, dum aliud agere videmur, aliud efficimus; ſicut hic Cicero conſequitur, [281] ne, cum morbum in ſignis atque

253. *Tum Caius Varenus.*] Vide ſupr. ad lib. IV. cap. I. pag. 224. ubi idem fragmentum profertur.

254. *Aſpexit me tum illis.*] *Tum* particulam expungendam eſſe, tum ex ſenſu ipſo, tum ex oratione pro Milone cap. 12. apparet. REGIUS. *Metum* eſt in V. C. Alm.

255. *Eſt alia non quidem, &c.*] Hanc nonnulli proprio nomine appellant *præciſionem*, quando abſcindimus ſermonem. TURNEB. Iis, qui præciſionis nomen huic figuræ tribuunt, annumerandus eſt Herennianus Rhetor. lib. IV. CAPPER.

256. *Imitatio morum alienorum.*] Alexander Numenius ac nonnulli auctores Latini aliter accipiunt *ethopœiam*, quam etiam Rutilius appellat *ethologiam*, nimirum cum inducimus perſonam aliquam loquentem, cujus mores & ſermones veriſimiliter exprimimus: ſed hanc ſpeciem ſubjicit Fab. *proſopopœiæ*. Appellat autem hic *ethopœiam*, imitationem morum tum in dictis, tum in factis; ut tamen non inducatur perſona loquens. TURNEB. Vide ad lib. I. cap. 9.

257. *Ut alii malunt.*] *Aliqui*; Voſſ. ſec.

258. *Inter leniores affectus.*] Nam leniores affectus appellantur ἤθη, quique affectus ſunt naturales; quemadmodum accidentales & majores ſunt illi affectus, qui dicuntur πάθη. TURNEB. *Leviores*; Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Bernenſ.

259. *Etenim poſita.*] *S* litera interpoſita, *eſt enim* procul dubio legendum eſt. REGIUS. *Etenim*; Locat.

260. *In eludendo.*] *In ludendo*; V. C. Alm.

261. *Sed & verſatur.*] *Et* copula eradatur. REGIUS. *Sed & verſatur*; Voſſ. ſec.

262. *At ego neſciebam.*] Verba ſunt Phædriæ, (in Eunuch. act. I. ſcen. 2.) repetentis ea, quæ dicta ſunt a Thaïde: atque ita verba ejus imitatur. TURNEB. *At ego*] *Haud ego*; marg. Baſil.

263. *Soror dicta eſt.*] *Soror huic dicta eſt*; MSS. Joan. Voſſ. prim. tert.

264. *Dicebam.*] Cicero *Divinat.* cap. 2.

265. *Cum varietate.*] *Tum varietate*; Voſſ. ſec.

266. *Plurimum proſunt.*] *Poſſunt*; V. C. Alm.

267. *Hinc eſt quaſi pœnit.*] Hanc figuram appellat Rutilius *metanœam*, quæ ſpecies eſt *correctionis*, qua nos reprehendimus. TURNEB. Figuram, cui nomen Μετάνοια, memorat & exponit Rutilius Lupus pag. 5. Rhetorum Pithœan. CAPPER.

268. *Pro Cœlio.*] Cap. 15. ubi non *introduxi*, ſed *induxi* legitur, ut & Stephanus hic edidit: recte meo judicio; ex ſcena enim & theatro deducta locutio, in quæ perſonæ & gladiatores inducebantur; ut Suetonius & alii paſſim eo verbo utuntur. Vide Abrah. ad Cicer. pro Sext. cap. 64. BURMAN.

269. *Imprudens incidi.*] Cicer. IV. Verr. 20.

270. *Ut ait Cicero.*] *Ut* particula eradatur, ne ſenſum perturbet. REGIUS. *Ut ait*; Voſſ. ſec. Locat.

271. *Mihi reliquum.*] *Modo rel.* Voſſ. prim.

272. *Et aliud.*] *Sed aliud*; MSS. Alm. Voſſ. ſec.

273. *Unde etiam.*] Tranſitus per ſe (ut exiſtimat. Fab.) figura non eſt, niſi cum illi aliud *ſchema* additur, ut *correctio, dubitatio, pœnitentia.* TURNEB.

274. *Hic in memoriam.*] *Hinc* legendum videtur. REGIUS. *Hic*; Locat. *hinc*; Ald. *hoc*; Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Vaſcoſ. Steph. Leid. Oxon. Obrecht. *In memoriam adductus.*] *Inductus*; MSS. Bodl. Joan. Voſſ. prim. tert. Andr. Obrecht.

275. *Hic modo.*] IV. in Verr. 26. *hoc* alios habere in Cicerone teſtatur Hottomannus. *Adjecit hoc modo me*; Ald. Bern.

276. *Quod totum.*] *Qui totus effluxerat*; Vallæ lib. & Colb. Voſſ. ſec.

277. *Quam multis iſtum, &c.*] *Romani* nobiles in digitis annulos geſtabant: hinc ſunt (ut inquit Plinius) *trimodia illa annulorum, quæ, cæſis ad Cannas Romanis, Carthaginem miſit Annibal.* TURNEB.

278. *Abſtuliſſe.*] *Extuliſſe* quoſdam legiſſe, ex Aſcenſii notis patet.

279. *Sed earum.*] IV. Verr. 3. ubi *ſed earum artificem* legitur: *ſed earum rerum artificem quemnam? recte*; MSS. Voſſ. ſec. Colb.

280. *Quidem non hoc.*] *In* præpoſitio mihi videtur adſcribenda. REGIUS. *non hoc tantum*; Voſſ. ſec. Val. lib. Locatell.

281. *Ne, cum morbum in ſignis, &c.*] Cicero (IV. Verr.

tabulis objiciat Verri, ipſe quoque earum rerum ſtudioſus eſſe credatur. [282] Et Demoſthenes jurando per interfectos in Marathone & Salamine id agit, ut minore invidia cladis apud Chæroneam acceptæ laboret. Faciunt illa quoque jucundam orationem, aliqua mentione habita differre, [283] & deponere apud memoriam judicis, & repoſcere, quæ depoſueris, & [284] ſeparare quædam *ſchemate* aliquo (non enim eſt [285] ipſa per ſe ſeparatio *ſchema*,) & excipere aliqua, & dare *actioni* [286] varios velut vultus. [287] Gaudet enim res [288] varietate; &, ſicut oculi diverſarum aſpectu rerum magis detinentur; ita ſemper [289] animis præſtat, in quod ſe velut novum intendant. [290] Eſt *emphaſis* etiam inter figuras, cum ex aliquo dicto latens aliquid eruitur; ut apud [291] Virgilium:

Non licuit thalami expertem ſine crimine vitam
Degere more feræ?.....

Quanquam enim de matrimonio queritur Dido, tamen huc erupit ejus affectus, ut ſine thalamis vitam non hominum putet, ſed ferarum. [292] Aliud apud Ovidium genus, apud quem & Myrrha nutrici amorem patris ſic confitetur:

——— *O, dixit, felicem conjuge matrem!*

[293] Huic vel confinis, vel eadem eſt, qua nunc utimur plurimum. Jam enim ad id genus, quod & frequentiſſimum eſt, & exſpectari maxime credo, veniendum eſt: in quo per quamdam ſuſpicionem, quod non dicimus, accipi volumus: [294] non utique contrarium, ut in *εἰρωνείᾳ*, ſed aliud latens, & auditori quaſi inveniendum: [295] quod, ut ſupra oſtendi, jam fere ſolum *ſchema* a noſtris vocatur, & [296] unde *controverſiæ*

cap. 1.) ut ſignificaret maximam cupiditatem Verris, non vocavit ſtudium, non cupiditatem, ſed *morbum*, ad amplificationem. TURNEBUS.

282. *Et Demoſthenes.*] Ad Chæroneam urbem Bœotiæ Philippus Macedonum rex ſuperavit Athenienſes: ex eo prælio Demoſthenes, abjecto clypeo, profugit. Miltiades autem in Marathone, campo Atticæ regionis, ſuperavit exercitum Darii regis Perſarum. Themiſtocles in Salaminio freto profligavit exercitum Xerxis. TURNEB. Omiſiſſe hic Fabium interfectos ad Platæas, ex Demoſthene de corona notavit Hartung. Decur. 11. cap. 3. §. 5. BURMANNUS.

283. *Et deponere.*] Sic mox, *urbem apud Deos deponere.*

284. *Separare quædam.*] *Sperare;* MSS. Bodl. Voſſ. prim. Andr.

285. *Ipſa per ſe.*] *Iſta ipſa per ſe;* Voſſ. ſec. Ald. Vaſcoſ. Steph. Gryph. Colin. Vidov. *Per ſe iteratio.*] *Per ſe ſeparatio;* Ald. Quam lectionem ideo alteri prætulimus, quod cum tota ſerie orationis multo magis congrueret. CAPP.

286. *Varios velut multus.*] Qui non videt *vultus* eſſe legendum, fruſtra Quinctiliano ſtudet. REGIUS. *Dare orationi varios;* MSS. Joan Voſſ. prim.

287. *Gaudent enim.*] *Gaudet;* MSS. Alm. Voſſ. omnes: quæ quidem lectio ad ſequentia longe melius quadrat. CAPPER.

288. *Varietate.*] Petron. Fragm.

Non uno contenta valet natura tenore,
Sed permutatas gaudet habere vices.

Quinct. lib. 1. cap. 12. *Cum præſertim reficiat animos ac reparet varietas ipſa.* ALMEL.

289. *Animus præſtat, i. q. ſ. v. n. intendant.*] N litera expuncta, *intendat* quidem eſt legendum: ſed ne ſic quidem mihi plene ſenſus percipitur. Quare *perſtat* mihi videtur legendum, ut intelligamus, in eo perſtare animum ac perſeverare, in quod ſe velut novum intendat. REGIUS. *Animus præſtat, i. q. ſ. v. n. intendant;* Voſſ. ſec. Locat. *animis præſtat;* V. C. Alm. & Vall. *animi præſtant;* Vidov. *animis præſtant;* Voſſ. tert. hic locus certe corruptus eſt; nam ex vulgata lectione conſequeretur, oculos ſemper aliquid animis præſtare vel exhibere, in quod ſe velut novum intendant, quod quidem verum; ſed de hoc hic non agitur, verum de orationis variatione, quæ ſicut aſpectus detinet animos, ita itidem varietas actionis delectat: quare, ut ſit comparatio, ita legerem: *Gaudent enim res varietate, quæ, ſicut oculi diverſarum aſpectu rerum magis detinentur, ita ſemper animis* (ſcil. judicum) *præſtat, in quod ſe velut novum intendant;* varietas enim hoc præſtat. BURMAN. Sed codicum Almeloven. & Vallenſ. lectionem, utpote commodiorem & cum ad antecedentia; tum ad conſequentia melius quadrantem ſecuti ſumus; nam ſenſus orationis liquido fluet, ſi verbi τοῦ *præſtat* nominativus fuerit *res* quæ *varietate gaudet*, varietatem habet, &c. CAPPER.

290. *Eſt emphaſis etiam.*] Figura hæc (ut inquit Eraſmus in Eccl.) valet ad dignitatem orationis, ad acrimoniam & affectum: huic ſubjecit Fabius lib. VIII. cap. 3. *apoſiopeſin*: nunc autem de altera tantum parte loquitur, quæ plus intelligit, quam dicit. TURNEB.

291. *Virgilium.*] Lib. IV. Æneid. 550. ubi vide Pierium.

292. *Aliud apud Ovidium.*] Myrrha, ut fabulantur Poëtæ, patrem Cypriorum regem amavit, cum eoque rem habuit, ac demum eſt mutata in arbuſculam. TURNEB. Eſt vero ex libro x. Metam. 422.

293. *Huic vel confinis.*] Hic totus locus tranſlatus eſt ex tractatione Dionyſii Halicarnaſſei, qua agit de *ſchematiſmis*, id eſt, de *figuratis controverſiis*. Anguſtius tamen tractat Fabius, quam Dionyſius; nam Dionyſius ponit etiam *figuratas controverſias* per contrarium; admittere videtur dumtaxat Fabius eas, quæ fiunt ex obliquo & ſuſpicione, aut interdum, quæ fiunt per *colorem*. TURNEB. Cujus notam ut melius & ſanius intelligas, animadvertendum eſt a Dionyſio Halicarnaſſ. conſcripta fuiſſe opuſcula duo, quorum titulus eſt non de σχηματισμοῖς, ut ait ille Turnebianus, ſed περὶ τῶν ἐσχηματισμένων, ſupple λόγων vel ἀγώνων, *de figuratis orationibus vel controverſiis*. Lege Dionyſ. Halicarn. tom. 2. edition. Wechel pag. 43. & 51. CAPPER.

294. *Non utique contrarium.*] Nam ſi *figurata* eſt *controverſia* per contrarium, *ironiæ* ſubjici debet, non *emphaſi*. Ait enim antea, in *ironia* interdum eſſe totam *cauſſæ* confirmationem. TURNEB. Qui pro τῷ *confirmationem*, τὸ *conformationem* ſcribere debuiſſet, ut paulo ſupra notavimus. Cæterum illam τοῦ ἐσχηματισμένου λόγου, *figuratæ controverſiæ*, ſpeciem, quæ *per contrarium* fiat, ἣ ὁ ῥήτωρ πραγματεύεται ἐναντία οἷς λέγει, admittit ultro Dionyſius Halicarnaſſ. pagg. 44. & 52. CAPPER.

295. *Quod.... jam fere ſolum ſchema a noſtris vocatur.*] Julius Rufinianus pag. 35. Fabio prorſus aſſentitur: *Cum omnes*, inquit, *quæ orationem ſenſu figurant, generaliter figuræ communiterque dicantur; hæc tamen proprie figura ac ſpecialiter dicitur, quæ in ſcholis vulgo uſurpatur* [nomine, aut vocabulo] *controverſiæ figurata*. CAPPER.

296. *Unde controverſiæ figuratæ.*] Οἱ ἀγῶνες vel λόγοι ἐσχηματισμένοι, de quibus lege Dionyſium Halicarnaſſ. in opuſculis mox laudatis. Ex his autem patet τὸν λόγον ἐσχηματισμένον duplici ſenſu ab antiquis Rhetoribus uſurpari. 1.° pro quadam orationis parte, puta periodo, vel etiam ſententia; 2.° pro ſolida integraque oratione, cujuſmodi eſt ὁ τοῦ Agamemnonis ad Græcos Iliad. B. itemque ὁ Juliani τοῦ Παραβάτου Ἀντιοχικός. Erravit igitur Budæus noſter initio libri *de Aſſe*, ubi τοὺς λόγους ἐσχηματισμένους cum τοῖς τῆς διανοίας σχήμασι, ſententiarum figuris confudit. Nam ὁ λόγος ἐσχηματισμένος, ſi priori ſenſu accipiatur, eſt ſpecies τοῦ σχήματος διανοίας, figuræ ſententiarum, videlicet ἔμφασις: poſteriori ſenſu eſt integra oratio: unde Budæus vel ſpe-

figuratæ dicuntur. [297] Ejus triplex uſus eſt; unus, ſi dicere palam parum tutum eſt; alter, ſi non decet; tertius, qui venuſtatis modo gratia adhibetur, & ipſa novitate ac varietate magis, [298] quam ſi relatio ſit recta, delectat. Ex his, quod eſt primum, frequens in ſcholis eſt. [299] Nam & pactiones deponentium imperium tyrannorum, & poſt civile bellum ſenatuſconſulta finguntur, & capitale eſt objicere anteacta: ut, quod in foro non expedit, [300] illic nec liceat. Sed *ſchematum* conditio non eadem eſt. Quamlibet enim apertum, quod modo & aliter intelligi poſſit, [301] in illos tyrannos bene dixeris, quia periculum tantum, non etiam offenſa vitatur. Quod ſi ambiguitate ſententiæ poſſit eludi, nemo non [302] illi furto favet. [303] Vera negotia [304] nunquam adhuc habuerunt hanc ſilentii neceſſitatem, ſed aliam huic ſimilem; verum [305] multo ad agendum difficiliorem, cum perſonæ potentes obſtant, ſine quarum reprehenſione [306] teneri *cauſſa* non poſſit. [307] Ideoque hoc parcius & circumſpectius faciendum; quia nihil intereſt, quomodo offendas; [308] & aperta figura perdit hoc ipſum, quod figura eſt. [309] Ideoque a quibuſdam tota res repudiatur, [310] ſive intelligatur, ſive non. Sed licet modum adhibere. In primis, [311] ne ſint manifeſtæ. Non erunt autem, [312] ſi non ex verbis dubiis & quaſi duplicibus [313] petentur; qualis eſt in ſuſpecta nuru: [314] *Duxi uxorem, quæ patri placuit*; aut, quod eſt multo ineptius, compoſitionibus ambiguis; ut illa controverſia, in qua [315] infamis amore virginis filiæ pater raptam eam interrogat, a quo vitiata ſit: *Quis te*, inquit, *rapuit?* [316] *Tu, pater, neſcis?* [317] Res ipſæ perducant judicem [318] ad ſuſpicionem, & amoliamur cætera, ut hoc ſolum ſuperſit: in quo multum etiam affectus juvant, & interrupta ſilentio dictio, & cunctationes. Sic enim fiet, ut judex quærat illud neſcio quid, quod ipſe fortaſſe non crederet, ſi audiret; & ei, quod a ſe inventum exi-

ciem cum genere, vel totum cum parte confuderit, neceſſe eſt. CAPPER.

297. *Ejus triplex eſt uſus.*] De his τῶν λόγων ἐσχηματισμένων, figuratarum controverſiarum, ſpeciebus lege Martianum Capellam lib. v. pag. 153. edition Grotianæ; Julium Rufinianum pag. 35. Rhetor. Pithœan. Curium Fortunatianum ibid. pag 41. Demetrium vulgo Phalereum de elocutione §. 305. ſed Capella & Fortunatianus admittunt orationis *ductuum*, quos vocant, ſpecies quinque; quarum quatuor ad τοὺς λόγους ἐσχηματισμένους, controverſias figuratas, pertinent. CAPPER.

298. *Quam ſi relatio ſit recta.*] Valde ſuſpicor legendum eſſe: *quam ſi oratio ſit recta.* Nam paulo poſt in eamdem ſententiam ſic loquitur Fabius: *Si perſona obſtaret rectæ orationi (quo in genere ſæpius modo, quam figuris opus eſt) decurrebant ad* ſchemata; ubi recta oratio τῷ λόγῳ ἐσχηματισμένῳ, figuratæ controverſiæ, opponitur. CAPPER.

299. *Nam & actiones.*] *Thema* eſt *declamatorium* in hanc ſententiam, quod tyrannus imperium deponat, addita ſtipulatione, ut anteacta objicere ſit capitale: quæ eſt lex *Amneſtiæ*. TURNEB. *Pactiones* codices MSS. Bodl. Joan. editique nonnulli. Plenius omnino & ſignificantius, quam altera illa lectio *actiones*; intelligit enim Fabius ejuſmodi Tyrannos, qui, imperio male atque inſolenter geſto, illud tandem deponunt ea conditione ſive *pactione*, ut anteacta illis objicere ſit capitale. GIBSON. *Et pactiones;* MSS. Alm. Voſſ. omnes. Oxon. Obtecht. marg. Baſil. & Gryph. quod rectum puto; fingebant enim declamatores, tyrannidem deponentes ſibi incolumitatem & præteritorum abolitionem paciſci, ut recte Turnebus, & ex declamat. CCLXVII. earum, quæ Fabii ſub nomine circumferuntur, & ex Senec. excerpt. contr. lib. v. contr. 8. patet; & hoc firmant ſequentia, quia SCta poſt bellum civile ad ἀμνηστίαν debent referri, qua capitale eſſe decernitur, ante acta objicere, & infr. hoc capite: *Tyrannus, qui ſub pacto abolitionis dominationem depoſuerat;* & paſſim. BURMAN.

300. *Illic nec liceat.*] *Non liceat;* Voſſ. ſec.

301. *In ipſos Tyrannos.*] *In illos;* Voſſ. ſec.

302. *Illi furto favet.*] Τῷ κλέμματι, id eſt, latenti oratoris dolo. Sic Dionyſius Halicarnaſſ. pag 56. de Demoſthene κλέπτει τὴν δόξαν, opinionem ſive ſententiam ſuam quaſi quodam furto abſcondit. CAPPER.

303. *Vera negotia.*] Veræ & *reales cauſſæ*, quæ in foro aguntur, idque per *antitheſin* ad ſcholaſticas declamationes. CAPPER.

304. *Nunquam adhuc habuerunt.*] *Nunquam adducunt hanc;* Obrecht.

305. *Multum ad agendum.*] *Multo*, loco illius *multum*, ut legatur, Grammaticæ ratio expoſcit. REGIUS. Apud Lucan. lib. II. 225.

——— *multumque cœitur*

Humani generis majore in prælia damno.

eſt quidem in omnibus fere ſcriptis, pro *multo*. Plaut. Moſt. III. ſcen. 2. 139. *Hercle, quin multum improbiores ſunt, quam a primo credidi:* nihilominus *multo* præferendum cenſeo. BURMAN.

306. *Teneri cauſſa.*] *Tueri;* Voſſ. ſec.

307. *Ideoque hoc parcius.*] Quia in hac conditione potes aperte perſonas offendere, non videtur figura opus, cum offendere poſſis citra figuram: alioqui, ſi figura uti velis, parce id faciendum eſt; ſi enim continuando figura aptior fieret, figuræ nomen amitteret. TURNEB. *Ideoque parcius;* V. C. Alm. *faciendum eſt;* quoque Locat. Ald. Baſil. Quamvis in Pariſienſi etiam Turnebianorum Commentar. editione 1556. legatur *figura aptior*, facile tamen mihi perſuadeo legendum eſſe *figura apertior*; nam reſpiciebat auctor ad illud Fabii: *aperta figura perdit hoc ipſum, quod figura eſt.* Similis error in ſequentibus occurret. CAPPER.

308. *Et aperta figura.*] Hic dicit auctor, quod alibi de arte protulit. ALMEL.

309. *Ideoque a quibuſdam.*] Si figura (ait Dionyſius) intelligitur, non eſt melior ſimplici oratione: ſi non intelligitur, perditur. Sed hoc demum refutat Dionyſius. TURN.

310. *Sive intelligatur, ſive non.*] *Sive intelligatur, ſive non intelligatur;* MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſec. tert. Bern. Andr.

311. *Ne ſint manifeſtæ.*] Figuræ videlicet, aut figuratæ controverſiæ, οἱ λόγοι ἐσχηματισμένοι. CAPPER.

312. *Si non ex verbis.*] *Si ex verbis;* Steph. Vaſc. Gryph. *ſi non ex verbis dubiis vel quaſi;* Ald. Par. *ſi ex verbis dubiis vel quaſi;* Colin.

313. *Petentur.*] *Petantur;* Voſſ. prim. tert.

314. *Dixi uxorem.*] *Duxi* legendum eſſe, nemo non videt. Fingitur autem filius uxorem duxiſſe, cum qua pater coïvit, ac de nato ſibi ex ea puero Apollinem conſuluiſſe; Deum infantem parricidam fore dixiſſe; filium, quod nollet puerum exponere, abdicari a patre; filium patri contradicere. REGIUS. *Ducit* uxorem maritus; *ducit* etiam meretricem leno ad ſcortatorem; unde *perductor* appellatur. Præterea duxerat uxorem vel ex voluntate patris, vel quam pater amabat. TURNEB.

315. *Infamis amorem virginis.*] *S* & *m* literis eraſis, *infami amore* legendum mihi videtur. REGIUS. *Infamus amorem;* Loc.

316. *Tu pater neſcis?*] Vel quaſi raptorem filiæ ſuæ pater non debeat ignorare, vel quaſi etiam ipſe rapuerit & vitiaverit. TURNEB.

317. *Res ipſa perducant.*] Cum per figuram dicemus ſuſpicioſe, ita oblique rem perſequamur, ut ipſo orationis ductu ſenſim ad rei intellectum perveniat judex: addi debent interruptiones & cunctationes, ut videamur nolle dicere; ſic enim erit præſtantior figura. TURNEB.

318. *Ad ſuſpicionem.*] *Ad ſuſpectionem;* Voſſ. prim.

ſtimat, credat. Sed ne ſi optimæ quidem ſint, eſſe debent frequentes. Nam denſitate ipſa figuræ aperiuntur, nec offenſæ minus habent, ſed auctoritatis. [319] Nec pudor videtur, quod non palam objicias, ſed diffidentia. In ſumma, ſic maxime judex credit figuris, ſi nos putat nolle dicere. Equidem [320] quandoque & in perſonas incidi tales, & in rem quoque (quod eſt magis rarum) quæ obtineri [321] niſi hac arte non poſſet. [322] Ream tuebar, quæ ſubjeciſſe dicebatur [323] marito teſtamentum, [324] & dicebantur chirographum, marito exſpirante, heredes dediſſe: & verum erat. Nam, quia per leges inſtitui uxor non poterat heres, [325] id fuerat actum, ut ad eam bona [326] per hoc tacitum fideicommiſſum pervenirent. [327] Et caput quidem tueri facile erat, ſi hoc diceremus palam: [328] ſed peribat hereditas. Ita ergo fuit nobis agendum, ut judices illud [329] intelligerent factum, delatores non poſſent apprehendere ut dictum: [330] & contigit utrumque. Quod non inſeruiſſem, veritus opinionem jactantiæ, niſi probare voluiſſem, in foro quoque eſſe his figuris locum. Quædam etiam, quæ probare non poſſis, figura potius ſpargenda ſunt. Hæret enim nonnunquam telum iſtud occultum, & hoc ipſo, quod non apparet, eximi non poteſt. [331] At ſi idem dicas palam, & defenditur, & probandum eſt. [332] Cum autem obſtat nobis perſonæ reverentia (quod ſecundum poſuimus genus) tanto cautius dicendum eſt, quanto validius bonos inhibet pudor, quam metus. Hîc vero tegere nos judex, quod ſciamus, & verba vi quadam veritatis erumpentia credat coërcere. [333] Nam quanto minus aut ipſi, in quos dicimus, aut judices, aut aſſiſtentes oderint hanc maledicendi laſciviam, ſi nolle nos credant? [334] Aut quid intereſt, quo modo dicatur, [335] cum & res & animus intelligitur? [336] Quid denique dicendo proficimus, niſi ut palam ſit, nos facere, [337] quod ipſi ſciamus non eſſe faciendum? [338] Atqui præcipue prima, quibus præcipere cœperam, tempora hoc vitio laborarunt. Dicebant enim libenter tales controverſias, quæ difficultatis gratia placent, [339] cum ſint multo faciliores. Nam rectum genus approbari, niſi maximis viribus,

319. *Nec pudor.*] Figura uti videmur propter quemdam pudorem & verecundiam: at cum crebræ ſunt figuræ, exiſtimat judex, nos non audere rem proloqui, propter diffidentiam; atque ita oratio amittit auctoritatem & probabilitatem. TURNEB.

320. *Quando etiam in perſonas incidi tales eſt, in rem.*] Niſi corrigatur hic locus, nullus integer ſenſus elici poſſe videtur. Quonam autem emendabitur pacto? an *que* copula eſt adſcribenda, ut *quandoque* legatur, ac *&* copula loco *eſt* verbi reponenda hoc modo? *Equidem quandoque in perſonas incidi tales, & in rem quoque*, &c. REGIUS. Vitioſam ſcripturam habet Locat. reliqui Regii emendationem ſequuntur. BURMAN.

321. *Niſi hac arte.*] *Niſi arte*; MSS. Alm. Voſſ. ſec.

322. *Ream tuebar, &c.*] *Subjicere teſtamentum*, eſt, falſum pro vero ſupponere: quod qui facit, damnatur lege *Cornelia teſtamentaria*: hanc igitur partem exiſtimemus negatam, ac putemus heredes, qui ſcripti teſtamento fuerant, chirographum dediſſe, quo pollicebantur ſe reddituros mulieri hereditatem: itaque contractus erat quidam non abſimilis *fideicommiſſo*: ſi tamen *fideicommiſſum* fuiſſet, res non valuiſſet. TURNEB.

323. *Marito teſtamentum.*] *Mariti*; Voſſ. Oxon.

324. *Et dicebatur chirographum marito exſpiranti heredibus dediſſe.*] Depravatus hic quoque ſenſus ita corrigi poſſe videtur, ut *per* præpoſitio adſcribatur, ac, pro *heredibus*, *heredes* legatur. REGIUS. Qui controverſiam a Quinctiliano propoſitam perpendit, agnoſcet protinus ſanitatem hujus lectionis, *& dicebantur chirographum marito exſpirante heredes dediſſe*, quam tuetur codex MS. Bodleianus, editique Pariſienſis, Vaſcoſani, ac Stephani. Qui enim heredes ſcripti erant, per quoddam *fideicommiſſum* polliciti ſunt, ſe hereditatem mulieri reddituros: cujus rei confirmandæ cauſſa, heredes ei chirographum dederunt. Adeo ut falſum ſit atque abſurdum, quod in aliquos Codices irrepſit: *Et dicebatur* (mulier) *chirographum, marito exſpirante, heredibus dediſſe.* GIBSON. *Et dicebantur chirographum, marito exſpirante, heredes dediſſe*; Steph. Gryph. Colin. Vidov. Oxon.

325. *Id fuerat actum.*] *Id non fuerat*; Voſſ. prim.

326. *Per hoc tacitum fid.* Nam verum *fideicommiſſum* fit per interpoſitionem verborum, quando inſtituimus heredem, petimuſque, ut, cum adiverit hereditatem, eam reſtituat *fideicommiſſario.* TURNEBUS. De tacitis *fideicommiſſis* paſſim in Pandectis mentio. Vide lib. XVII. §. 2. de Uſur. lib. 103. de legat. 1. lib. XLVIII. & XLIX. de Jur. Fiſc. lib. 1. C. de delat. quas fere adduxit Aſcenſius.

327. *Et caput quidem veri.*] *Et caput quidem queri*; MS. Bodl. Andr. Ald. Baſil. Gryph. Colin. *& caput quidem tueri*; Obrecht. *caput veri*; Bern. Vaſcoſ. Steph. Lugduno-Batav. Rollin.

328. *Sed peribat hereditas.*] *Sed per ſe deperibat h.* MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Andr. Locat. Ald. Par. Gryph. Colin. Vidov. *ſed deperibat*; marg. Baſil.

329. *Intelligerent factum.*] *Intelligerent fictum*; Voſſ. prim.

330. *Et conjungit utrumque.*] Emendate in quibuſdam exemplaribus *contigit* legitur. REGIUS.

331. *At ſi idem.*] *At* non eſt in V. C. Alm.

332. *Cum autem obſtat.*] Eſt etiam utendum figura, quando non decet palam dicere propter perſonæ reverentiam; figura enim efficit pudorem, quo movetur honeſta perſona; apta oratio efficit metum, quo minus honeſti homines moventur. TURNEBUS. In cujus nota, pro τῷ *apta oratio*, legendum utique eſt *aperta oratio.* Nam hoc in loco & in ſimilibus figura opponitur apertæ rectæque orationi. Vide cenſuram Turnebianæ notæ ad illud quod paulo ſupra ſcripſit Fabius: *Ideoque hoc parcius & circumſpectius faciendum.* CAPP.

333. *Nam quo minus, &c. ſi velle nos credant.*] Duæ hic inſunt depravationes, quarum prima tollitur, ſi pro *quo*, illa particula *que* adſcribatur, & *nolle* reponatur, illo *velle* expuncto, hoc modo: *namque minus*, &c. REGIUS. *Quo minus & velle*; Voſſ. prim. ſec. Bern. Locat. *namque*; Ald. *Quantominus*; Steph. Vaſc. &c. Gallæus conjecerat, *nuncque minus.*

334. *Aut quid intereſt.*] Locus eſt admodum abruptus, ut aliquid deeſſe videatur; loquitur enim de his, qui nimis frequenter utuntur figuris, quod vitioſum exiſtimat. Quod autem ſit hic ſenſus, apparet ex ſequentibus. TURNEB.

335. *Cum & res.*] *Quo & res*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. tert. Bernenſ.

336. *Quid denique dicendo proficimus.*] *Quid denique proficimus*; Voſſ. prim. tert. *quid dicendo denique*; Obrecht.

337. *Quod ipſi ſciamus.*] *Quod ſi ipſi ſciant, non eſſet faciendum*; marg. Vaſc. & Steph. *quod ſi ipſi ſciamus*; Voſſ. prim. tert.

338. *Atqui præcipue.*] *Prima tempora, quibus præcepit*, vocat, aut quibus eſt primum profeſſus rhetoricam, aut quibus ſcripſit lib. de cauſſis corruptæ eloquentiæ; illis enim temporibus nimius erat uſus figurarum. TURNEB.

339. *Cui ſunt multo.*] *Cum* legendum eſſe, non *cui*, nemo non videt. REGIUS. *Rectum genus.*] Supple, orationis: hoc autem dicendi genus τῷ figurato directe opponitur. CAPPER.

non

non poteſt : hæc deverticula & anfractus [340] ſuffugia ſunt infirmitatis : ut, qui curſu parum valent, [341] flexu eludunt : cum hæc, [342] quæ affectatur, ratio ſententiarum, non procul a ratione jocandi abhorreat. [343] Adjuvat etiam, quod auditor gaudet intelligere, & favet ingenio ſuo, & alio dicente ſe laudat. [344] Itaque non ſolum, ſi perſona obſtaret [345] rectæ orationi (quo in genere ſæpius modo, quam figuris opus eſt) decurrebant ad *ſchemata*; ſed faciebant illis locum etiam, [346] ubi inutiles ac nefariæ eſſent; [347] ut ſi pater, qui [348] infamem in matrem filium ſecreto occidiſſet, reus malæ tractationis, jacularetur in uxorem obliquis ſententiis. [349] Nam quid impurius, quam retinuiſſe talem? Quid porro [350] tam contrarium, [351] quam eum, qui accuſetur, quia ſummum nefas ſuſpicatus de uxore videatur, confirmare id ipſa defenſione, [352] quod diluendum eſt? At, ſi judicum ſumerent animum, ſcirent, quam ejuſmodi *actionem* laturi non fuiſſent; multoque etiam minus, cum in parentes abominanda crimina ſpargerentur. Et quatenus huc incidimus, paulo plus ſcholis demus. Nam & in his educatur orator; [353] & in eo, quo modo declametur, poſitum eſt etiam, quo modo agatur. Dicendum ergo de iis quoque, in quibus [354] non aſperas figuras, [355] ſed palam contrarias *cauſſæ* plerique fecerunt: [356] *Tyrannidis affectatæ damnatus torqueatur, ut conſcios indicet: accuſator ejus optet, quod volet.* [357] *Patrem qui accuſavit, optat ne is torqueatur: pater ei contradicit.* Nemo ſe tenuit agens pro patre, [358] quin figuras in filium faceret, tanquam illum conſcium pater in tormentis eſſet nominaturus. Quo quid ſtultius? Nam cum hoc judices intelle-

340. *Suffugia.*] *Suffragia;* Voſſ. prim. *infirmitati* etiam Locat. Baſil. Gryph. Colin.

341. *Flexu eludant.*] A vocali in *u* mutata, *eludunt* legatur. REGIUS. *Eludant;* Voſſ omn.

342. *Quæ affectatur ratio ſententiarum.*] *Quæ affectatur ſententia, non procul a ratione jocali abhorreat;* Voſſ. prim.

343. *Adjuvat etiam.*] Hac impelluntur cauſſa nonnulli, ut figuris utantur, quia gratius eſt hoc dicendi genus auditoribus; nam, cum auditor intellexit ſuſpicionem, favet inventioni ſuæ & ſuo ingenio. TURNEB.

344. *Itaque non ſolum.*] Utebantur figuris non ſolum quum erat perſona honeſta, quæ poſtularet reverentiam, ſed etiam cum erat perſona nefaria. TURNEBUS.

345. *Rectæ orationi.*] Recta oratio eſt ea, qua ſimpliciter & aperte quod ſentimus, exprimimus abſque ullo diverticulo. Unde opponitur figuræ, quo ſenſu hic ſumitur, ſcilicet pro figurata controverſia, λόγῳ vel ἀγῶνι ἐσχηματισμένῳ, quando nimirum per quamdam ſuſpicionem, quod non dicimus, intelligi tamen volumus: hunc fere in ſenſum Cato apud Senecam dicit, ſummæ eſſe dementiæ, orationem, ubi ſimplex & recta eſſe poſſet, ad figuras detorquere. CAPPER.

346. *Ubi inutiles ac.*] Ut *perſonæ* adſcribantur, & ſenſus & ratio ipſa expoſcere videtur, hoc modo: *ubi perſonæ inutiles.* REGIUS. *Perſonæ* deeſt in MS. Vallæ, Alm. Voſſ. ſec. tert. Locat. ego intruſam vocem puto ab illis, qui credebant hic pluralem requiri, quia anteceſſerat *perſona* in ſingulari: ſed ita loquebantur veteres, & quidem eleganter. Terent. Hecyr. II. I. *Nulla eſt quin gnatum velit ducere uxorem;* mox ſubdit, *veſtro impulſu eaſdem exigunt.* Eun. I. II. 88. *Eunuchum dixti te velle, quia ſolæ utuntur his Reginæ.* Sic & lib. IX. §. I. ff. de publican. *Ad conducendum vectigal nemo compellitur, & ideo impleto tempore conductionis elocanda ſunt;* ubi nihil mutandum eſt. Flor. II. 18. *Acrius noſtro cum milite, quam cum Numantino, prœliandum fuit; quippe aſſiduis operibus attriti.* Columel. II. 2. *Silicis frequens exſtirpatio, quæ vel aratro fieri poteſt, quoniam intra biennium ſæpius convulſæ moriuntur;* ubi etiam in codice S. Germani *moritur* erat a librario repoſitum: & plura obſervare talia licet, ex quibus patet, quam temere ſæpe correctores loca corrumpant, credentes ſe egregie rem gerere, ſi ad dictata Grammaticorum non ſe modo componant, ſed veteres ſcribere cogant: ratio tamen hujus locutionis aperta eſt, quia ſingularis ille, qui præcedit, plures ſenſu complectitur, ſive res, ſive homines: ſimilem indoctorum errorem caſtigat Triclin. ad Sophocl. Antig. verſ 1033. ubi ſimilis locutio occurrit; ut & Philoct. 369. Quin &, quod inſolentius videri poſſet, ſæpe plurali ſubjicitur ſingularis, ut Horatius lib. IV. od. 6.

Neſcios fari pueros Achivis
Ureret flammis, etiam latentem
Matris in alvo.

Nec ab iſtis verbis manus abſtinuerunt critici ἀμαθεῖς: ſed recte vindicavit Homeri auctoritate cl. Bentleius: licet ibi ſit exemplum prioris variationis: ſed exempla apud Stolberg. ad Sophocl. Ajac. 732. plura ſunt. Vide & Schol. Æſch. in Sept. contr. Theb. 489. & Pindari ad Od. III. Olym. 19. ita etiam locutus Venuleius in leg. 2. ff. Qui a quib. appell. *Appellari a legatis proconſul poteſt, &, ſi mulctam dixerit, poteſt de iniquitate ejus proconſul cognoſcere.* Vide & infra ad lib. XI. 3. BURMAN. *Inutiles.*] Ἄχρηστοι, hoc eſt, non bonæ frugi, noxiæ, &c. CAPPER.

347. *Ut is pater.*] S litera præpoſita, *ſi* legatur, hoc modo: *ut ſi pater.* REGIUS. *Ut is;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. tert. Aſcenſius volebat *ut ſi is pater.*

348. *Infamem in matrem.*] De vocis hujus *infamis* propria in hac re ſignificatione egimus ad Petron. cap. 92. & de *jaculari* cap. 109 BURMAN.

349. *Nam quid impurius.*] De hoc themate ſcripta eſt declamatio a Fabio, quam Valla exiſtimat divinam & admirabilem: cum autem maritus accuſetur malæ tractationis, diluere id debet: at, ſi figeret uxorem obliquis ſententiis, id confirmaret per ſuſpicionem. TURNEB. Vide declamationes XVIII. & XIX.

350. *Tam contrarium.*] *Tam nefarium;* Andr. Ald. marg. Baſil.

351. *Quam enim qui.*] *Eum* qui non videt eſſe legendum, ſtudendo Rhetoricæ operam perdit. REGIUS. *Quam eum accuſatur;* V. C. Alm.

352. *Quod diluendum.*] *Qua;* V. C. Alm.

353. *Et in eo, quo modo, &c.*] Senſus eſt, ſi quis bene declamaverit, & ad veritatem idem etiam optime *cauſſas* egerit: quod igitur dixero de declamatione, idem pertinebit ad inſtitutionem oratoris. TURNEB.

354. *Non aſperas figuras, ſed palam contrarias cauſſæ.*] Ita codices omnes probiores. Quid autem ſibi velit editio Lugdunenſis per figuras *aſperſas*, non equidem intelligo. GIBSON. *Aſperas;* MSS. Bal. Alm. Voſſ. ſec. tert. Locat. Ald. Par. Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Oxon. Obrecht.

355. *Sed palam contrarias.*] Dionyſius tamen exiſtimat figuræ quoddam genus eſſe per contrarium, quod videtur Fab. reprehendere, aut ſaltem notare ejus uſum, quia declamatores perperam eo utebantur. TURNEB. *Contrarias eſſe cauſſæ;* Voſſ. tert.

356. *Tyrannidis affectatæ, &c.*] In hoc eſt figura, quia, quanquam petit ut torqueatur, alio eſt animo; ſed ita indicat filium eſſe tyrannidis conſcium: eſt igitur figura a contrario. TURNEB

357. *Patrem qui accuſavit.*] *Patrem quidam damnavit;* MS. Joan. Voſſ. prim. tert. *patrem qui damnavit;* Obrecht.

358. *Quando figuras.*] *Quando* nihil ſenſui, *quin* particula perquam convenit, ſicque, etiam libris repugnantibus, forſitan eſt legendum. REGIUS. *Quando;* Locat. Per *figuras* hoc loco Fabius malignas, ut vocant, alluſiones intellexit, quibus filius ille impeteretur: quo ſenſu figuras pro ſubdolis cavillationibus & ſcommatis uſurpavit Suetonius in Veſpaſiano 13. *Amicorum,* inquit, *libertatem, cauſidicorum figuras, philoſophorum contumaciam leniſſime tulit.* CAPPER.

xerint, aut non torquebitur, [359] cum ideo torqueri velit; aut torto non credetur. At credibile eſt, hoc eum velle fortaſſe. Diſſimulet ergo, ut efficiat. [360] Sed nobis (declamatoribus dico) quid proderit hoc intellexiſſe, niſi dixerimus? Ergo ſi vere ageretur, ſimiliter conſilium illud latens prodidiſſemus? Quid ſi neque utique verum eſt, & habere alias hic damnatus contradicendi cauſſas poteſt, vel quod [361] legem conſervandam putet, vel quod nolit accuſatori debere beneficium, vel (quod ego maxime ſequerer) ut ſe innocentem in tormentis eſſe [362] pertendat? [363] Quare ne illud quidem [364] ſemper ſuccurret ſic dicentibus: *Patrocinium hoc voluit, qui controverſiam finxit.* Fortaſſe [365] enim noluit: [366] ſed eſto, voluerit: continuone, ſi ille ſtulte cogitavit, nobis quoque ſtulte dicendum eſt? At ego in *cauſſis* agendis frequenter non puto intuendum, quid litigator velit. [367] Eſt & ille in hoc genere frequens error, ut putent [368] aliud quoſdam dicere, aliud velle; præcipue cum [369] in *themate* eſt, [370] aliquem, ut ſibi mori liceat, poſtulare; ut in illa controverſia: *Qui aliquando fortiter fecerat, & alio bello petierat, [371] ut militia vacaret ex lege, quod quinquagenarius eſſet, [372] adverſante filio ire in aciem coactus, deſeruit. Filius, qui fortiter [373] eodem prœlio fecerat, incolumitatem ejus optat: contradicit pater.* Non enim, inquiunt, mori vult, ſed invidiam filio facere. Equidem rideo, [374] quod illi ſic timent, tanquam ipſi morituri, & in conſilium ſuos metus ferunt, obliti tot exemplorum circa [375] voluntariam mortem, cauſſarum quoque, [376] quas habet factus ex viro forti deſertor. [377] Sed de una controverſia loqui ſupervacuum eſt. [378] Ego in univerſum neque oratoris puto eſſe unquam prævaricari; neque litem intelligo, in qua pars utraque idem velit; neque tam ſtultum quemquam, qui, [379] ſi vivere velit, mortem potius male petat, quam omnino non petat. Non tamen nego, eſſe controverſias hujuſmodi figuratas; [380] ut eſt illa: [381] *Reus parricidii, quod fratrem occidiſſet, damnatum iri videbatur. Pater pro teſtimonio dixit, eum ſe jubente feciſſe: abſolutum abdicat.* [382] Nam neque in totum filio parcit, nec, quod priore judicio affirmavit, mutare palam poteſt; [383] & ut non durat ultra pœnam abdicationis, ita abdicat tamen; &

359. *Cum ideo torqueri.*] *Cum omnino t.* Voſſ. ſec.

360. *Sed nobis.*] Alia eſt *hypophora*, qua declamatores tuentur ſuam figuram; quibus reſpondet Fabius, in veris *cauſſis* occultandum eſſe hoc conſilium, ac perinde idem faciendum in declamatione. TURNEB.

361. *Legem conſervandam.*] In cod. Bern. legitur *legem conſervandum*; Obrechtus edidit *legem ſervandam*.

362. *Prætendat.*] *Pertendat*; MSS. Bodl. Almel. Bern. Bal. Voſſ. tert. Locat. Ald. Steph. Obrecht. marg. Baſil.

363. *Quare ne illud.*] Alia eſt declamatorum objectio; ſic enim dicunt: *At ille qui defenditur, hoc modo ſe defendi vult*: Fabius reſpondet, non eſſe per omnia litigatoribus obtemperandum; nam & Cicero Cluentium aliter defendit, quam Cluentius vellet. TURNEB.

364. *Semper ſuccurret.*] *Succurrat*; Voſſ. prim. *ſuccurreret*; Voſſ. ſec. *ſemper* deeſt in Voſſ. tert.

365. *Etiam noluit.*] *Enim voluit*; Voſſ. prim. ſec.

366. *Sed eſto noluerit.*] N litera in v converſa, *voluerit* legendum eſt. *Continuo* autem hoc loco *ideirco* ſignificat. REGIUS. *Sed eſto voluit*; V. C. Alm.

367. *Eſt & ille in hoc, &c.*] Hoc quoque genus referri debet ad figuram ex contrario ductam, cum aliud dicimus & aliud volumus. TURNEB.

368. *Aliud quoſdam.*] *Quoſdam aliud dicere, quam velle*: marg. Baſil.

369. *In themate.*] Hoc eſt in argumento ſcholaſticæ declamationis. CAPPER.

370. *Aliquem, ut ſibi mori liceat, poſtulare.*] Quod a Græcis dicebatur *ἑαυτὸν προσαγγέλλειν*. Lege Sopatrum in Aldin. Rhetorib. tom. I. ubi multa τῆς προσαγγελίας exempla ſuppeditat. Suetonius quoque in libello de claris Rhetoribus cap. 6. luculentum atque illuſtre hujus ὑποθέσεως exemplum profert: aliud etiam exſtat in Reg. biblioth. MSS. cod. 2415. ubi pater *ὀινοπότης* filium *ὑδροπότην* abdicat, uxorem adulterii accuſat, & *ἑαυτὸν προσαγγέλλει* (quod Latini Rhetores vertunt, *reddit rationem vel cauſſam mortis voluntariæ*) ut habet illius orationis *προθεωρία*. Vide Dionyſium Halicarnaſſ. pag. 53. & Hermogenem lib. IV. *de Inventione* cap. 13. CAPPER.

371. *Ut militia vacaret.*] Ex lege militari quinquagenarius vacationem obtinet, ut ex lege civili ſexagenarius vacationem a muneribus civilibus: inde dicuntur ſenes *depontani*. TURNEB.

372. *Adverſante filio.*] *Ægrotante filio*; Voſſ. ſec.

373. *Eodem prælio.*] *In eodem prælio*; Voſſ. ſec.

374. *Quod illi ſic timent.*] *Quod ipſi ſe ſic continent*; MS. Bodl.

375. *Voluntariam mortem.*] *Mortem voluntate petitam*; marg. Baſil.

376. *Quas habent.*] N litera expuncta, *habet* legatur. REGIUS.

377. *Sed una controverſia ſequi contrarium ſupervacuum eſt.*] Depravatus eſt hic locus, qui ſic forſitan corrigi poſſet; ſi *de* præpoſitio adſcribatur, *ſequi* infinitivus in *loqui* commutetur, *contrarium* eradatur, hoc modo: *ſed de una controverſia loqui ſupervacuum eſt.* REGIUS. *Sed una controverſia ſequi contrarium ſuperv.* Locat. *ſed de una controverſia ſequi contrarium, ſupervacuum eſt*; V. C. Alm.

378. *Ego in univerſum, &c.*] *Prævaricari* hîc appellat Fabius, a vero dicendi genere deflectere; fortaſſe etiam ad id alludit, quod defenſor idem ſentit cum accuſatore; nam filius petit, ne pater moriatur; idem quoque pater petit, quod attinet ad voluntatem. TURNEB.

379. *Si vivere velit.*] *Vult*; Voſſ. ſec.

380. *Ut illa.*] *Ut eſt illa*; V. C. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. & omnes reliqui.

381. *Reus parricidii.*] Sciopp. paradox. liter. pag. 13. *reum* legit; nimirum via videtur iri ad damnatum reum, ſeu damnationem rei; ſi enim dicam, *judices reum damnatum eunt*, certum eſt, nomen *reum* non eſſe appoſitum veibi *eunt*, ſed regi a *damnatum*; ex eoque perſpicuum fit, idem nomen *reum* in Fabii oratione a nomine *damnatum* regi. GALLÆUS. Vide hæc egregie illuſtrantem cl. Perizon. ad Sanctii Minerv. lib. III. cap. XI. n. 3. *damnatus jure*; Voſſ. tert.

382. *Nam neque in totum.*] Explicat rationem figuræ Fabius. Abdicatio enim fit ob aliquam cauſſam: videtur autem abdicatus a patre propter interfectum fratrem, & tamen liberatus fuerat teſtimonio patris. Eſt igitur neceſſarium ut pater afferat figuram. TURNEB.

383. *Et ut non durat ultra pœnam abdicationis ira, abdicat tamen.*] Ita Aldus, Sichardus, Vaſcoſanus, Stephanus, aliique. Lectio quidem prima facie ſana atque integra, adeoque merito in locum corruptæ iſtius ſubſtituenda, quam exhibet editio Lugdunenſis: *Et ut non durat ultra pœnam abdicationis, ita abdicat tamen.* GIBSON. *Ita*; MSS. Alm. Bern. Voſſ. ſec. tert. Leidenſ. & mea ſententia rectius; pater enim non potuit durare ultra pœnam abdicationis; id eſt, non potuit ab amore & indulgentia ſua plus impetrare, quam ut abdicaret, neque ſuſtinuit majo-

[384] alioqui figura [385] in patre plus facit, quam licet; in filio minus. Ut autem nemo contra id, quod vult, dicit; ita poteſt melius aliquid velle, quam dicit: quomodo ille abdicatus, qui a patre, ut filium expoſitum & [386] ab eo educatum [387] ſolutis alimentis recipiat, poſtulat, [388] revocari fortaſſe mavult; non tamen, quod petit, non vult. [389] Eſt latens & illa ſignificatio, qua, cum jus aſperius petitur a judice, [390] fit ei tamen ſpes aliqua clementiæ; non palam, ne paciſcamur; ſed per quamdam credibilem ſuſpicionem; ut in multis controverſiis, [391] ſed in hac quoque: *Raptor, niſi intra trigeſimum diem & raptæ patrem, & ſuum* [392] *exoraverit, pereat: Qui exorato raptæ patre ſuum non exorat, agit cum eo dementiæ.* [393] Nam, ſi permittat hic pater, lis tollitur: ſi nullam ſpem faciat, ut non demens, crudelis certe videatur; & a ſe judicem avertat. [394] Latro igitur optime: [395] *Occides ergo? ſi potero.* Remiſſius, & pro ſuo ingenio, pater Gallio: *Dura* [396] *anime hodie, dura: heri fortior fuiſti.* Confinia ſunt his celebrata apud Græcos *ſchemata*, per quæ res [397] aſperas mollius ſignificant. [398] Nam Themiſtocles ſuaſiſſe exiſtimatur Athenienſibus, ut urbem apud deos [399] deponerent; quia durum erat dicere, ut relinquerent; [400] &, qui victorias aureas in uſum belli [401] conflari volebat, ita declinavit, *victoriis utendum eſſe.* Totum autem *allegoriæ* ſimile eſt, aliud dicere, aliud intelligi velle. Quæſitum etiam eſt, quomodo reſponderi [402] contra figuras oporteret. [403] Et quidam ſemper ex diverſo [404] aperiendas putaverunt, ſicut latentia vitia reſcinduntur. Idque ſane frequentiſſime faciendum eſt; aliter enim dilui objecta [405] non poſſunt, utique cum quæſtio in eo conſiſtit, [406] quod figuræ petunt. At cum maledicta ſunt tantum, & [407] non intelligere interim bonæ conſcientiæ eſt. Atque [408] etiam cum fuerint crebriores figuræ, quam ut diſſimulari poſſint, poſtulandum eſt, [409] ut illud neſcio quid, quod

jorem pœnam filio parricidæ irrogare: conjunxerunt cum τὸ *durat*, τὸ *ira* editiones: perperam; cum potuerit certe ira diutius manere & durare: ſed pater, ſive paternus animus, non potuit durare: hoc loquendi genus illuſtrarunt viri docti ad Petron. cap. 105. BURMAN.

384. *Et obliqua figura.*] *Et alioqui*; MSS. Bodl. Joan. Bal. Alm. Voſſ. omnes. Andr. Ven. Locatel. Ald. Colon. Obrecht. marg. Baſil. Vaſcoſ. & Steph.

385. *In patre plus facit.*] *M* litera adſcripta, *patrem* mihi legendum videtur. REGIUS. *Patrem* & mox *filium*; V. C. Alm. Locat. Steph. Gryph. Colin. Vidov. *in patre plus valet*; marg. Baſil. Raphaelis Regii emendationem hoc quidem in loco rejeci, & vetuſtiſſimarum editionum lectionem ſecutus ſum, quæ ſic habet: *figura in patre plus facit, quam licet; in filio minus.* Et certe, ut propoſitam a Quinctiliano *hypotheſin* attentius conſideremus, figurata patris controverſia, qua filium abdicare vult, innuit (ſaltem latenter) a filio fratrem ſine patris juſſu fuiſſe occiſum. Ergo in patre figura plus facit, &c. contra vero figurata filii controverſia, qua petit ne abdicetur, nullius criminis reum patrem facit; cum filio liceret ſubindicare nihil a ſe niſi patris juſſu fuiſſe factum. Igitur in filio figura minus facit, quam licet. CAPPER.

386. *Ab eo educatum.*] Ab eo abdicato videlicet. CAPP.

387. *Solutis alimentis.*] Nam lex erat, ut liceret expoſititium filium recipere, dummodo alimenta ſolverentur nutritio. TURNEB.

388. *Revocari.*] Paternam in domum revocari ſe mavult. CAPPER.

389. *Eſt latem & illa ſignificatio, qua, &c.*] Species etiam eſt figuræ, quando, quæ duriora ſunt, blanditiis verborum & lenitate mitigamus: hanc ſpeciem appellant Græci εὐφημισμόν: quanquam & *euphemiſmus* appellatur, cum dicimus boni ominis cauſſa. TURNEB.

390. *Fit ei tamen ſpecies.*] *Spes*; Locat. Ald. Colin. Vidov. Leid. Oxon. Obrecht. marg. Baſil. Steph. Gryph. *fit tamen ſpes*; V. C. Alm.

391. *Sed in hac.*] *Et in hac* Francius volebat.

392. *Exornaverit.*] *N* litera craſſa, *exoraverit* legendum. REGIUS. *Exoraverit & ſuum*; Voſſ. ſec.

393. *Nam ſi promittat.*] *Permittat* caſtigate in quibuſdam exemplaribus mihi legi videtur. REGIUS. *Promittat*; Locat. *nam ſi palam permittat*; Vidov. Gryph. Hac in locutione, *ſi permittat pater*, ſubintelligo, *exorari ſe a filio*. CAPP.

394. *Latro igitur.*] Porcii Latronis declamationes ſi exſtarent, facile hic locus intelligeretur. REGIUS. Exemplum eſt ductum ex oratione Porcii Latronis, declamatoris inſignis, in quo vix deprehendas figuram, propterea quod oratio illa deſideratur. TURNEB.

395. *Occides ergo.*] *Occides, ego ſi potero*; Voſſ. prim. Andr. *occidet, ego ſi potero*; Voſſ. tert. Ald. *occides ergo ſi potero*; Voſſ. ſec. marg. Baſil. *occides ergo? ſi potero*; Obrecht. Cæterum priora verba hæc, *occides ergo*, filii ſunt patrem exorantis ne perire ſe ſinat manens inexoratus: poſteriora vero hæc, *ſi potero*, ſunt patris contumaciam ſuam declarantis. CAPPER.

396. *Anime hodie.*] *Anime dura, here fortior*; V. C. Alm. *hodie* etiam non habent Voſſ. ſec. tert. Hic eſt ſermo patris, cujus viſcera commoventur, & qui vix poteſt ſinere, ut filius pereat. CAPPER.

397. *Aſperas res mollius ſignificant.*] Græci non ſolum εὐφημισμὸν dicunt, ſed & ὑποκορίζεσθαι, ὑποκορισμὸν, ὑποκόρισμα, ὑποκοριστικῶς. CAPPER.

398. *Nam Themiſtocles.*] Cum Xerxes in Atticam veniret, Themiſtocles Athenienſibus ſuaſit, ut, relicta urbe, ſe navibus committerent: ſed rem ita declinavit, ut urbem relinquerent diis aſſervandam more depoſiti. TURNEB. Vide Betulei. ad Lactant. lib VI. cap. 2. GALLÆUS.

399. *Deponerent.*] Herodot. lib. VII. παρακαταθέσθαι, & Plutarch. in Themiſt. pag 116. ed. Francof.

400. *Et qui victorias aureas.*] Victoriarum aurearum meminit Cicero III. *de Nat. Deor.* & Val. Max. lib. 1. tit. *de neglecta religione*, de Dionyſio loquens. PHILAND. Simulachra victoriæ fiebant ex auro: ſuadebat igitur aliquis, ut ex victoriæ ſtatua conficerentur pecuniæ ad uſum belli: ſed enim, qui victorias deſtruit, videtur verbo ominoſo protendere civitati cladem: quocirca hoc molliendum fuit aliqua figura. TURNEB. Forte etiam ad Alexandri illius jocos, quibus ſacrilegium circumſcribebat, quos refert Juſtinus lib. XXXIX. 2. reſpicit Fabius. BURMAN. Lege Demetrium vulgo Phalereum περὶ ἑρμηνείας, de elocutione §. 298. CAPPER.

401. *Conflari.*] *Conflare*; Voſſ. prim. tert.

402. *Contra figuras oporteat.*] *Oportet*; Locat. Ald. *Oporteret*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. tert. Leid. Obrecht.

403. *Et quidam.*] *Et quidem*; Colin. Leid.

404. *Aperiendas putaverunt.*] *Ap. eſſe put.* Voſſ. ſec. tert.

405. *Non poſſunt.*] *Non poſſint*; Voſſ. ſec.

406. *Quod figuræ petunt.*] Quod οἱ ἐσχηματισμένοι λόγοι, figuratæ illæ controverſiæ, figurato illo & obliquo modo tractatæ volunt, conantur a judicibus impetrare, extorquere. CAPPER.

407. *Non intelligere.*] *Non intelligi*; V. C. Alm. *& non intelligere*; Voſſ. ſecund. tert. Locat. Ald. Gryph Colin. Baſil. Vidov.

408. *Etiam cum fuerint.*] *Si fuerint*; MSS. Bodl. Joan. Alm. Voſſ. ſecund. tert. Andr. Locat. Venet. Par. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

409. *Ut illud neſcio quid.*] *Neſcio quid illud*; MS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald.

adverſarii obliquis ſententiis ſignificare voluerint, ſi fiducia ſit, objiciant palam; aut certe non exigant, ut, quod ipſi non audent dicere, id judices non modo intelligant, ſed [410] etiam credant. Utilis etiam aliquando diſſimulatio eſt; ut in eo ([411] nota enim fabula eſt) qui, cum eſſet contra eum dictum, [412] *Jura per patroni tui cineres*, paratum ſe eſſe reſpondit: & [413] judex conditione uſus eſt, clamante multum advocato, *ſchemata* de rerum natura tolli, ut protinus etiam præceptum ſit, ejuſmodi figuris utendum temere non eſſe. Tertium eſt genus, in quo ſola melius dicendi [414] petitur occaſio; ideoque id Cicero non putat eſſe poſitum [415] in contentione. Tale eſt illud, quo idem utitur in Clodium: *Quibus iſte*, [416] *qui omnia ſacrificia noſſet, facile ab ſe deos placari poſſe arbitrabatur. Ironia* quoque in hoc [417] genere materiæ frequentiſſima eſt. Sed eruditiſſimum longe, ſi per aliam rem [418] alia inducatur; ut cum adverſus tyrannum, qui ſub pacto abolitionis dominationem [419] depoſuerat, [420] ait competitor: *Mihi* [421] *in te dicere non licet, tu in me dic, & potes:* [422] *Nuper te volui occidere.* [423] Frequens illud eſt, nec magnopere captandum, [424] quod petitur a jurejurando; [425] ut pro exheredato: [426] *Ita mihi contingat herede filio mori.* Nam & in totum jurare, niſi ubi neceſſe eſt, gravi viro parum convenit; & eſt [427] a Seneca dictum eleganter, *Non patronorum* [428] *hoc eſſe, ſed teſtium.* Nec meretur fidem, qui ſententiolæ gratia jurat: niſi ſi poteſt tam bene, quam Demoſthenes, ut ſupra dixi. [429] Leviſſimum autem longe genus ex verbo, etiamſi eſt apud Ciceronem in Clodiam: *Præſertim quam omnes amicam omnium potius, quam* [430] *cujuſquam inimicam putaverunt.* [431] *Comparationem* equidem video figuram non eſſe; cum ſit interim probationis, [432] interim etiam *cauſſæ* genus; & ſit talis ejus forma, qualis eſt [433] pro Muræna: *Vigilas tu de nocte, ut tuis conſultoribus reſpondeas:* [434] *ille, ut, quo intendit, mature cum exercitu perveniat. Te gallorum, illum buccinarum cantus* [435] *excitat*, & cætera. [436] Neſcio an [437] orationis potius, quam ſententiæ ſit. Id enim ſolum mutatur, quod non univerſa univerſis, ſed ſingula ſingulis opponuntur. [438] Et

410. *Etiam credant.*] *Etiam credatur*; V. C. Alm.

411. *Nota enim fabula.*] Tempore quidem Fabii hoc vulgatum fuit, nobis prorſus eſſet ignotum, niſi id Seneca memoriæ commendaſſet; nam in declamationum ſeptimo hoc narrat Albucio accidiſſe, qui conditionem obtulerat; & Aruncio, qui accepit apud Centumviros, qui rem dijudicarent. REGIUS. Vide Suetonium in libello de claris Rhetoribus cap. 6 ubi de ſimili argumento, quamvis non de eodem, refertur hiſtoria. CAPPER.

412. *Jura per patroni.*] Apud Senec. præfat. lib. III. contra legitur *per patris*; & ita Obrecht. edidit.

413. *Judex conditione uſus eſt.*] Oblatam conditionem accepit, & jurare ſivit. CAPPER.

414. *Petitur occaſio.*] *Ponitur*; marg. Baſil.

415. *In contentione.*] *In concione*; MS. Bodl. Andr. Locat. Colon. Baſil.

416. *Qui omnia ſacrificia noſſet.*] Hoc ait, propterea quod Clodius ingreſſus erat in opertum Bonæ Deæ, quod non licebat viris. Unde fingit Cicero peritum eſſe ſacrificiorum. TURNEB. *Noſſet & facile*; Colin. *facile & ab ſe*; Voſſ. tert. *a ſe*; Steph. Baſil. Gryph. Vidov.

417. *Genere naturæ.*] Loco *naturæ*, emendate in quibuſdam exemplaribus legitur *materiæ*. REGIUS.

418. *Alia inducatur.*] *Indicetur*; Voſſ. ſecund. *inducetur ut*; Ald. *indicatur ut*; Colin.

419. *Sepoſuerat.*] *Depoſuerat* legendum. REGIUS. *Sepoſuerat*; V. C. Alm.

420. *Ait competitor.*] *Agit*; Voſſ. omn. Locat. Colin. Gryph. Baſil. Steph. Vidov. Oxon. Obrecht.

421. *In te dicere.*] *Mihi jure condicere non licet*; Voſſ. prim.

422. *Nuper te volui occidere.*] Figura eſt in eo, quod accipi poteſt vox tyrannica, qua occidere tyrannus volebat civem privatum: accipi poteſt etiam oblique, quod dici non poterat aperte; quaſi competitor voluerit nuper occidere tyrannum. TURNEB.

423. *Frequens eſt.*] *Illud* recte adſcriptum eſt ab aliis hoc modo: *Frequens illud eſt.* REGIUS.

424. *Quod petitur a jurejurando.*] *Quod petitur jurejurando*; Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

425. *Ut pro exheredato.*] *Ut eſt pro exh.* Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin Vidov.

426. *Ita mihi contingat, &c.*] Patronus hoc jurejurando ſignificat, malam fuiſſe exheredationem & impiam, quoniam optat filium heredem; ſic enim exheredationem averſatur. TURNEB.

427. *A Seneca.*] Hoc dictum ex quibuſdam eloquentiæ præceptis, quæ perierunt, deſumptum eſſe, probabile credit Nic. Faber. in præfat. ad Senec.

428. *Hoc eſſe.*] *Hoc eſt*; MSS. Alm. Voſſ. prim.

429. *Letiſſimum autem.*] Quamvis *letiſſimum* fere legatur, *leviſſimum* tamen magis & ſenſui & rationi convenire videtur. REGIUS. *Latiſſimum*; Voſſ. prim. Locat. *leniſſimum*; Ald. marg. Baſil. Quod ideo repudiat Aſcenſius, quia *lene* genus apud Ciceronem reperi mirum non ſit.

430. *Cujuſquam inimicam.*] *Cujuſcumque*; Locat. ſed longe alia lectio eſt in Voſſ. prim. *quam cujuſquam unicam*: in qua forte figura multo acerbior in Clodiam & vagam ejus libidinem latet. Grævius in Erfurt. reperit *quam cuiquam inimicam*; quæ & hic in Voſſ. ſec. eſt vero ex Orat. pro Cœlio cap. 13.

431. *Comparationem equidem.*] Duplex eſt *comparatio*; quædam enim ad argumenta refertur, de qua dixit lib. V. quædam ad genus *cauſſæ*, unde *cauſſa comparativa* dicitur à Fabio lib. III. Fabius autem *comparationem* non putat eſſe *ſchema*; Cicero exiſtimavit in lib. *de Orat.* & Rutilius. TURNEB. Legeſis Voſſium Inſtitut. Orat. lib. V. pag. 383. CAPPER.

432. *Interim etiam cauſſæ genus.*] In illo quæſtionis oratoriæ *ſtatu*, quem Latini *aſſumptivum* vocant, Græci ἀντίθεσιν, ἀντιθετικὴν στάσιν, una eſt *cauſſæ* ſpecies dicta *comparatio*. Eadem quandoque *comparativum cauſſæ* genus appellatur. Græcis eſt ἀντίθεσις. Vide cap. 6. libri III. CAPP.

433. *Pro Muræna.*] Cap. 9.

434. *Ille ut quo contendit.*] *Ut eo quo contendit*; Locat. *ut eo quo tendit*; MSS. Bodl. Voſſ. ſecund. Obrecht. *ille, ut eo quo intendit*; apud Ciceron quod rectius puto; & ita noſter ipſe Fabius capite ſequenti laudat. Vide de hoc verbo Heinſ. ad Val. Flacc. VII. 114. & ita *intendere iter* Livius dixit XXXVI. 21. & alii. BURMAN.

435 *Excitat.*] *Exſuſcitat*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

436. *Neſcio an.*] Ab aliis duæ figuræ fiunt *comparationis*; altera enim ponitur in re, quam appellant σύγκρισιν; altera ponitur in verbo, quam appellant ἀντίθετον. Rutilius tamen *antitheton* ponit in verbo & in re TURNEB.

437. *Orationis potius, quam ſententiæ.*] Τῆς λέξεως μᾶλλον ἢ τῆς διανοίας. Alludit ad celeberrimam figurarum diviſionem in τὰ τῆς διανοίας, eas, quæ ſententiam ipſam certo quodam modo conformant; & τὰ τῆς λέξεως, eas, quæ ad ſolam dictionem pertinent. CAPPER.

438. *Et Celſus.*] *Et* non habet Obrecht.

Celſus tamen, & non negligens auctor [439] Viſellius in hac eam parte poſuerunt. Rutilius quidem Lupus in utroque genere, idque ἀντίθετον vocat. [440] Præter illa vero, quæ Cicero inter lumina poſuit ſententiarum, multa [441] alia & idem Rutilius, Gorgiam ſecutus (non illum Leontinum, ſed alium ſui temporis, cujus quatuor libros in unum ſuum tranſtulit;) & Celſus, videlicet Rutilio accedens, [442] poſuerunt *ſchemata*; [443] *Conſummationem*, quam [444] Græcus διαλλαγὴν vocat, cum plura argumenta ad unum effectum deducuntur; [445] *Conſequens* ([446] ille ἐπακολούθησιν,) de quo nos in argumentis diximus; *Collectionem* ([447] qui apud illum eſt συλλογισμός;) [448] *Minas* (id eſt, κατάπληξιν;) [449] *Exhortationem*, παραινετικόν. [450] Quorum nihil non rectum eſt, niſi cum aliquam ex his, de quibus locuti ſumus, figuram accipit. Præter hæc Celſus *excludere*, *aſſeverare*, *detrectare*, *excitare judicem*, *proverbiis uti*, & *verſibus*, & *joco*, & *invidia*, & *invocatione*, [451] *intendere crimen*, quod eſt δείνωσις, *adulari*, *ignoſcere*, *faſtidire*, *admonere*, *ſatisfacere*, *precari*, *corripere*, figuras putat. *Partitionem* quoque & *propoſitionem*, & *diviſionem*, & [452] *rerum duarum cognationem*, quod eſt, ut idem valeant, quæ videntur eſſe diverſa; [453] ut non is demum ſit veneficus, qui vitam abſtulit data potione, ſed etiam, qui mentem: [454] quod eſt in parte *finitionis*. Rutilius, ſive Gorgias, [455] ἀναγκαῖον, ἀνάμνησιν, ἀνθυποφορὰν, ἀντίῤῥησιν, παραύξησιν, προέκθεσιν, quod eſt dicere, quid fieri oportuerit, deinde quid factum ſit; [456] ἐναντιότητα, [457] unde ſint *enthymemata* [458] κατ' αἰτίασιν; μετάληψιν etiam, [459] quo *ſtatu* Hermagoras utitur. Viſellius, [460] quanquam pauciſſimas facit [461] figuras, ἐνθύμημα tamen, quod *commentum* vocat, & *rationem* (appellans ἐπιχείρημα) [462] inter eas habet: quod quidem recipit quodammodo & Celſus; nam, *conſequens* an *epichirema* ſit, dubitat. Viſellius adjicit & *ſententiam*. [463] Invenio, qui aggregent his [464] διασκευὰς [465] ἀπαγορεύσεις, [466] παραδιηγήσεις. Sed ut hæc non ſunt *ſchemata*; ſic alia vel

439. *Viſellus.*] Alias *Viſellius*, ut paulo poſt. PHILANDER.

440. *Præter illa vero.*] *Vero* deeſt in Voſſ. ſec.

441. *Alia & idem.*] *Alia idem*; V. C. Alm.

442. *Poſuerunt ſchemata.*] *Poſuerunt inter ſchemata*; Andr. Ald. Baſil. Colin.

443. *Conſummationem.*] Hæc figura non reperitur in lib. Rutilii, ut videatur mutilus ille liber ad nos perveniſſe: quia autem multa argumenta eidem rei accommodata probationem perficiunt, & conſummant, idcirco *conſummatio* appellatur hæc figura. TURNEB.

444. *Græci διαλλαγὴν vocant.*] *Græcus διαλ. vocat*; Voſſ. ſecund. tert. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht. recte; ſcilicet Gorgias ille. Altera eſt διαλλαγὴ figura dictionis, quando *ſunt unius figuræ multa, & idem & diverſum ſignificantia*; ut loquitur Fabius cap. ſequenti, ubi figuram illam proponit, & allato exemplo exponit. CAPPER.

445. *Conſequens.*] *Sequens*; V. C. Alm.

446. *Ille ἐπακολούθησιν.*] Ille Gorgias ἐπακολούθησιν appellat. CAPPER.

447. *Qui apud illum.*] Gorgiam videlicet Græcum Rhetorem, de quo paulo ſupra. CAPPER.

448. *Minas id eſt.*] *Minas idem*; Voſſ. ſec.

449. *Exhortationem.*] *Exorationem*; V. C. Alm. Bern. ſed legendum eſſe *exhortationem*, ſatis patet ex Græca voce παραινετικὸν, quæ ſignificat *hortatorium*. CAPPER.

450. *Quorum nihil rectum eſt.*] Sic quidem legitur; ſed niſi *non* adſcribatur, Fabius ſibi contraria dicere videtur. Quæ enim non ſunt recta, figurata exiſtimantur. REGIUS. *Nihil rectum eſt*; V. C. Alm. Locat.

451. *Intendere crimen.*] Hæc locutio vulgo ſignificat *accuſare*, *criminari*; ſed nunc uſurpatur pro τῷ exaggerare, amplificare, majus & gravius dicendo efficere; ſubjungit enim Fabius, *quod eſt δείνωσις*: atqui lib VIII. cap. 3. de δεινώσει ſic habet: *præcipua tamen ejus opera δεινώσει in exaggeranda indignitate*. CAPPER.

452. *Rerum duarum cognationem.*] Fit hæc figura, cum res diverſas eaſdem dicimus eſſe: huic opponitur *paradiaſtole*, quæ oſtendit, quantum ſit diſcriminis inter ea, quæ prope videntur eadem. TURNEB.

453. *Ut non in his demum.*] *In* præpoſitio cum aſpiratione eradatur, ut *is* nominativi caſus relinquatur. REGIUS. *Ut non in his ſit vel veneficus*; Voſſ. tert. Hic porro τὸ *demum* idem ſignificat, quod *ſolummodo*, ut in pluribus aliis Fabii locis. CAPPER.

454. *Quod eſt in parte finitionis.*] Quod pertinet, ſeu refertur ad quæſtionis oratoriæ *ſtatum definitivum*, tanquam pars ad totum. De illo *ſtatu* pluribus dictum eſt in annotationibus ad cap. 6. libri III. CAPPER.

455. *Ἀναγκαῖον.*] *Neceſſarium* eſt, cum cauſamur neceſſitatem rerum aut perſonarum. *Recordatio* eſt, cum aliquid in memoriam judicis revocamus, ut melius infigatur. *Anthypophora*, ſolutio eſt *hypophoræ*. TURNEB. De τῷ ἀναγκαίῳ vide Rutilium Lupum pag. 6. Rhetorum Pithœan. ubi figuram hanc propoſitis exemplis illuſtrat. CAPP.

456. *Ἐναντιότητα.*] Id eſt, Fabio ipſo interprete cap. 3. *ſumptam ex adverſo probationem*. CAPP.

457. *Unde ſint enthymemata.*] *Unde ſit enthymema*; Ald. Baſil. Colin. Gryph. Vidov. *unde ſunt enthymemata*; Steph. Roign.

458. *Κατ' αἰτίασιν.*] Hoc eſt, ſecundum culpationem, reprehenſionem, cujuſmodi forte ſunt hæc *enthymemata*: *Ejus nunc mortis ſedetis ultores, cujus vitam redemptam nolletis.* Et, *An bonum eſt pecunia, qua tot homines male utuntur?* Sed, ut nihil diſſimulem, valde ſuſpicor per αἰτίασιν legendum eſſe κατηγορίασιν, ut ſit novæ figuræ ſpecies, quæ invectivam, criminationem, inſimulationemque ſignificet. Attamen contra editorum & MSS. fidem id mutationis inducere nolui. Cæterum, quid proprie ſit *enthymema*, vide ad cap. 14. libri V. CAPPER.

459. *Quo ſtatu Hermagoras utitur.*] Id eſt, quæ μετάληψις unum e *ſtatibus* efficit ſecundum Hermagoram. *Statum* hunc Latini Rhetores vulgo vocant *tranſlativum* & *tranſlationem*; Tullius *tranſlativam cauſſæ conſtitutionem*. Plura vide ad cap. 6. libri III. CAPPER.

460. *Quanquam pauciſſimas, facit.*] *Faciat*; Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *quoque pauciſſimas facit figuras*; Voſſ. prim.

461. *Figuras, facit ἐνθύμημα.*] *Facit* omittunt MSS. Almelov. Voſſ. ſecund. quam lectionem ut longe commodiorem & Fabianæ dictionis candori magis congruam ultro ſum amplexus. CAPPER.

462. *inter has.*] *Inter eas*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. tert. Locat. Ald. Baſil. Steph. Gryph. Colin. Vidov.

463. *Invenio.*] *Inveni*; Locat. Ald. Vidov.

464. *Διασκευάς.*] *Expolitiones* Latine poſſumus dicere, quæ fiunt, cum perſequimur circumſtantias, & addimus modum: auctor Hermog. TURNEB. *Διασκευὴ* eſt rerum geſtarum enumeratio amplificativa, quando nimirum varias earum circumſtantias dicendo perſequimur. Vide Hermogenem lib. II. *de Invent.* cap. 2. ubi diſcrimen ponit inter narrationem τὴν διδάσκειν, *expoliticam*; & τὴν ἐγκατάσκευον, quæ rei geſtæ cauſſas affert. Hermogeni adſtipulatur Curius Fortunatianus pag. 62. Rhetorum Pithœan. διασκευὴ, inquit, *quæ res geſtas non tam docet, quam exaggerat*. CAPPER.

465. *Ἀπαγορεύσεις.*] Id eſt, *prohibitiones*. Vide Julium Scaligerum de Poëtica lib. III. cap. 83. CAPPER.

466. *Παραδιηγήσεις.*] Παραδιήγησις, inquit Curius Fortunatianus pag. 62. Rhetor. Pithœan. *eſt, cum aliquas res*

467 ſint forſitan, ac nos fugerint; vel etiam nova fieri 468 adhuc poſſint; ejuſdem tamen naturæ, cujus ſunt ea, de quibus dictum eſt.

geſtas extra cauſſam *poſitas inducimus, quibus judicis animum ad id, quod cauſſa deſiderat, confirmamus.* Huic conſentit Scriptor Anonymus de Rhetorica poſt Demetrium vulgo Phalereum a Galæo editus pag. 205. ubi ſic habet: Παραδιήγησίς ἐςι ἡ πρὸς τι χρήσιμος τοῦ ὑποκειμένου λόγου ἔξωθεν προστιθεμένη καὶ παραλαμβανομένη διήγησις ἐν τρόπῳ ἀφηγήσεως: id eſt; Paradiegeſis, *eſt per modum enarrationis aut explicationis extrinſecus adjecta & aſſumpta narratio, quæ ad ſubjectæ orationis argumentum aliquid afferat utilitatis.* CAPPER.

467. *Sunt forſitan ac nos fugerint.*] *Sic alia velut ſint forſitan magis vetuſta fugerint;* Locat. *Sic alia vel ſunt forſitan at nos fugerunt;* Steph. Colin. Gryph. Vidov. *ſic alia vel ſunt forſitan magis vetuſta & nos fugiunt;* Baſil.

468. *Adhuc poſſint.*] *Poſſunt;* Baſil Steph Gryph. Colin. Vidov.

CAPUT III.

De figuris verborum.

III. VERBORUM vero figuræ & mutatæ ſunt ſemper, &, utcumque valuit conſuetudo, mutantur. Itaque ſi antiquum ſermonem noſtro comparemus, pene jam, quidquid loquimur, figura eſt; 1 ut, *huic rei* 2 *invidere*, non, ut omnes veteres, 3 & Cicero præcipue, *hanc rem*; & *incumbere* 4 *illi*, non *in illum*; & 5 *plenum vino*, non *vini*; & *huic*, non 6 *hunc adulari*, jam dicitur, & mille alia: 7 utinamque non pejora vincant. 8 Verum *ſchemata* λέξεως duorum ſunt generum; 9 alterum, loquendi rationem vocant; 10 alterum, quod ad collocationem ma-

Impoſſibile eſt, ut aliquis omnes verborum figuras complectatur, quia quotidie aliæ atque aliæ oriuntur pro ſermonis mutatione. TURNEB.

1. *Ut huic rei invidere.*] *Ut hanc rem invidere, non ut omnes veteres & Cicero præcipue huic rei;* V. C. Alm. *ut hac re invidere, n. u. o. v. e. C. p. hanc rem;* Voſſ. prim. tert. Bern. *ut hanc rem invidere n. &c. præcipue ſed huic rei;* Locat. quam lectionem ſecutus Regius, niſi quod *ſed* expunxerit.

2. *Invidere.*] Utroque modo dicimus, & *invideo tibi felicitatem*, & *invideo felicitati tuæ*; verum *invideo te* neſcio quis veterum dixerit. Ciceronis certe locus non occurrit memoriæ meæ; & tamen ita locutos veteres, ut credam, facit, quod alioqui a nobis non differrent, & quod caſum illum in ſuppoſitum verbi paſſivi mutatum legi, quod ſoli accuſativo accidere ſolet; nam ſi & dativus & accuſativus a verbo uno regatur, dativus non mutetur; ut: *dedi tibi panem, panis tibi datus eſt a me*: cum ergo Horatius dicat in Art. v. 56. *ego invideor*, videtur antique dixiſſe, *invides me*, quod reſolveretur in hanc, *ego invideor a te.* ASCENS. Admodum æſtuant Grammatici in hoc loco: ſed non puto Fabium hic id agere, ut definiat, quid præſtet dicere, *invideo te*, vel *tibi*; ſed, ſi ſana ſint verba, an *invideo tibi huic rei*, an *invideo tibi hanc rem*: prior locutio eſt certe vitioſa, neque quemquam ita, ſive veterum, ſive recentiorum, locutos puto: altera uſitatiſſima, & veteribus & Fabii ævo proximis: & recte docuit ſummus Gronovius ad Tacit. 1. Annal. 22. cum *invidere alicui* dicimus, ſemper accuſativum rei intelligi; cum vero *invidere aliquid*, dativum perſonæ: quare ille in hoc loco *huic rei invadere* legebat, & errare Fabium putabat, quia ita Plautus, Varro, Lucretius & Cicero locuti ſunt. Vide & cl. Perizon. ad Sanctii Minerv. lib. III. cap. 3. num. 81. Sed ut, quod ſentiam, dicam, puto hic recipiendam lectionem Voſſiani codicis, ad quam proxime accedit Almelovenii codex: *Ut hac re invidere, non, ut omnes veteres, & Cicero præcipue, hanc rem*; non enim agitur de caſu perſonæ, nec quæritur, an dixerint *invideo te*, vel *ſibi*, ſed an *invideo tibi hanc rem*, vel *hac re*. Veteres vero omnes & Cicero in primis, dixerunt *invideo ſibi hanc rem*; poſteriores vero etiam *invideo tibi hac re*; ut ad Taciti locum Pichena & Gruterus cenſuerunt: & humani aliquid paſſus eſt ſummus Gronovius, cum dicit ſe non meminiſſe, quis hoc verbo ita uſus ſit. Certe præter Tacitum Plinius, ſi per librarios licuiſſet; nam lib. 1. Epiſt. 10. *Neque enim ego (ut multi) invideo aliis bono, quo ipſe careo*; ita enim codex Mediceus, non *bonum*. Lib. II. Epiſt. 10. *Quouſque & tibi & nobis invidebis; tibi maxima laude, nobis voluptate.* Sic idem codex Epiſt. 20. ejuſdem libri ex eodem codice: *Quid invidetis bona morte, cui dare vitam non poteſtis.* Lib. IX. Epiſt. 13. *Sed non ita gloria mea faverim, ut vobis ſocietate ejus invideam.* Sic idem codex, quem contulit N. Heinſius. Libro vero VII. Epiſt. 28. *Sed ut norint, quid invident mihi feliciſſimo errore?* non modo codex ille, ſed & Aldus, Cataneus, Stephanus & Minos ediderunt. Lucan. VII. 798. *Invides igne rogi miſeris*, ubi & quidam codices *miſeros*; & ita Non. Marcel. in *accuſativus, pro genitivo: invidit illam rem, pro illa re*: ita veteres editiones, pro qua Mercerus *illi rei.* Hinc ſatis apparet conſuetudo illorum temporum, quam hic Fabius tangit. BURMAN. Adde, inquit idem Burmannus in *Addendis*, locum Livii lib. II. 4. ubi in MSS. eſt: *Non inviderunt laude ſua mulieribus viri Romani*: in editis tamen legitur *laudes ſuas.* Duo præterea ſunt, quæ in Burmanni annotatione animadvertam; 1.° enim ait ad hanc Voſſiani codicis lectionem (*ut hac re invidere..... non hanc rem*) proxime accedere codicem Almelovenianum, qui ſic habet: *Ut hanc rem invidere.... non hac re*: atqui hæ duæ lectiones mirum quantum inter ſe diſtent. 2.° non obſervavit mutilum eſſe hunc Nonii Marcelli locum: *Accuſativus pro genitivo..... invidit illam rem pro illa re*: nam ante τὸ *invidit*, legere oportet hunc quaſi titulum: *Accuſativus pro ablativo*, ita ut totus locus ita concipiatur: *Accuſativus pro ablativo; invidit illam rem pro illa re.... privatur illam rem pro illa re, &c.* CAPPER.

3. *Cicero præcipue hanc rem.*] Lib. III. Tuſcul. 9. PHIL.

4. *Incumbo illi.*] Plinius tamen lib. 17. Epiſt. 17. veteres æmulatus dixit: *mirum eſt, quam efficiat, in quod incubuit*; nam alia ratio eſt in lib. VII. Epiſt. 27. *ceris, ſtylo incumbit*, ubi ipſe corporis habitus deſcribitur: ſed auctor Dialogi de Oratore cap. 3. dixit, *novæ cogitationi toto pectore incumbere*, & ita paſſim alii. BURMAN.

5. *Plenus vino.*] Ita Servius ad Virgil. 1. Æneïd. 460. obſervat, *plenus* genitivo melius jungi, & ſæpiſſime Ovidio genitivum reddidit Heinſius. Vide ad 1. Amor. XV. 36. & V. Triſt. III. & alibi. Vide & Victorium Var. Lect. XXVI. 17. ſed non tamen ſemper Ciceronem hoc obſervaſſe docet Rivius ad Sall. Jug. 38. nec Livius quoque hoc cuſtodit, qui lib. 1. cap. 25. *plenos adhortantium vocibus* dixit; nec ibi ſine ratione: in hac vero cum genitivo conſtructione Græciſmum ſtatuit Sanctius lib. IV. Minerv. cap. 12. & deeſſe ἐκ, id eſt, *de.* Dacierius vero, ſibi plus ſapere viſus, ad Horat. II. Od. 1. *ellipſin τοῦ re* eſſe contendit; ut *plenus alea* ſit, pro *plenus re alea*: ſed nos, his Grammaticorum acuminibus miſſis, cum Fabio conſuetudinem ſequimur optime loquentium. BURMAN.

6. *Hunc adulari.*] Ita Cicero & optimus quiſque; neque illi ſoli, ſed & argenteæ ætatis ſcriptores. Vide Vorſt. ad Val. Max. II. VII. ex. 15. & IV. III. ex. ext. ult. Bernec. ad Juſtin. VIII. 4. & ita in propria ſignificatione Columell. VII. 12. *canis furem adulatur.* BURMAN.

7. *Utinamque non pejora.*] *Utinamque nunc priora vincant*; marg. Baſil.

8. *Verum ſchemata.*] Sic quoque dividunt Grammatici; qui figuras ponunt locutionis & conſtructionis: ſed enim conſtructionis figuræ (ut docet Cicero) maximam afferunt orationi concinnitatem; ideoque rhetoricæ a Fabio appellantur. TURNEB.

9. *Alterum loquendi rationem vocant.*] Huc refer *ellipſin, pleonaſmum, ſyllepſin*, & alia σολοικοφανῆ, quæ vocabulorum ſyntaxin, regimen, atque, ut aiunt, *concordantiam* ſpectant. CAPP.

10. *Alterum quod ad collocationem maxime exquiſitum eſt.*]

xime exquiſitum eſt. Quorum tametſi utrumque convenit orationi, tamen [11] poſſis illud grammaticum, hoc rhetoricum magis dicere. Prius fit iiſdem generibus, quibus vitia. [12] Eſſet enim omne *ſchema* vitium, [13] ſi non peteretur, ſed accideret. Verum auctoritate, vetuſtate, conſuetudine plerumque defenditur, ſæpe etiam ratione quadam. Ideoque, cum ſit [14] a ſimplici rectoque loquendi genere [15] deflexa, virtus eſt, [16] ſi habet probabile aliquid, quod ſequatur. Una tamen in re maxime utilis, [17] ut quotidiani & ſemper eodem modo formati ſermonis faſtidium levet, & nos a vulgari dicendi genere defendat. [18] Quo ſi quis parce, &, cum res poſcet, utetur, velut aſperſo quodam condimento jucundior erit: at qui nimium affectaverit, ipſam illam gratiam varietatis amittet: quanquam ſunt quædam figuræ ita receptæ, ut pene jam hoc ipſum nomen effugerint: quæ etiamſi fuerint crebriores, aures conſuetas minus ferient. [19] Nam ſecretæ, & extra vulgarem uſum poſitæ, ideoque magis nobiles, ut novitate [20] aurem excitant, ita copia ſatiant; nec ſe obvias fuiſſe dicenti, ſed conquiſitas, & ex omnibus latebris extractas congeſtaſque declarant. [21] Fiunt ergo & circa genus figuræ in nominibus. Nam & [22] *oculis capti talpæ*, & [23] *timidi damæ* dicuntur a Virgilio: ſed ſubeſt ratio, quia ſexus uterque altero ſignificatur. [24] Tam enim mares eſſe talpas damaſque, quam feminas, certum eſt. Et in verbis; ut: [25] *Fabricatus eſt gladium*; &: *Inimicos* [26] *punitus es.* Quod mirum minus eſt, quod in natura verborum eſt, &, quæ facimus, [27] patiendi modo ſæpe dicere, ut *arbitror*, *ſuſpicor*; [28] & contra faciendi, quæ patimur, ut *vapulo*: ideoque frequens permutatio eſt: & [29] pleraque utroque modo [30] efferuntur *luxuriatur*, *luxuriat*; *fluctuatur*, *fluctuat*; *aſſentior*, *aſſentio*; [31] *revertor*, *reverto*. Eſt figura & in numero; vel cum ſingulari pluralis ſubjungitur: *Gladio* [32] *pugnaciſſima gens Romani*, gens enim ex multis; vel [33] e diverſo:

Alterum conlocatione maxime exquiſitum eſt; Voſſ. ſec. Locat. Ald. *alterum quod conlocatione maxime exquiſitum eſt*; Colin. Quo pertinent *anaphora*, *antiſtrophe*, *ſymploce*, *anadiploſis*, *epizeuxis*, &c. quæ ad vocabulorum συνθήκην vel σύνθεσιν referuntur. CAPPER.

11. *Poſſis.*] *Poſſes*; Voſſ. ſec.

12. *Eſſet enim omne.*] Id antea docuit Fabius, *ſchema*, cum per imprudentiam excidit, habendum eſſe loco *ſolœciſmi*: ſed enim, cum petitur, pro virtute ducitur. TURNEB. Fabii locus, ad quem reſpicit interpres Turnebianus, exſtat lib. 1. cap. 5. ubi ſic habet: *Hoc quoque quod* ſchema *vocatur, ſi ab aliquo per imprudentiam factum erit*, ſolœciſmi *vitio non carebit.* CAPPER. *Eſſet enim omne ſchema.*] *Omne* deeſt in Voſſ. ſec. *eſſet enim omne ejuſmodi ſchema vitium*; MSS. Bodl. Joan. Andr. *hujuſmodi*; Baſil.

13. *Si non peteretur.*] *Si non prius peteretur*; Steph. Roign. Locutionis Fabianæ ſenſus eſt: ſi non quæreretur de induſtria, ſed forte fortuna incogitanti cuipiam contingeret. CAPPER.

14. *A ſimplici rectoque.*] Id eſt, ut poſt paulo dicet, vulgari dicendi genere: quod notæ magnificæ (cujus tantum uno aut altero in loco meminit, quod valde miror, Quinctilianus) tribuit his verbis Demetrius Phalereus de *elocutione* pag. mihi 52. Τὴν δὲ λέξιν ἐν τῷ χαρακτῆρι τούτῳ περιττὴν εἶναι δεῖ καὶ ἐξηλλαγμένην, καὶ ἀσυνήθη μᾶλλον· οὕτω γὰρ ἕξει τὸν ὄγκον· ἡ δὲ κυρία καὶ συνήθης, σαφὴς μὲν ἀεὶ, ψιλὴ δὲ καὶ εὐκαταφρόνητος: *Locutionem autem in nota hac eximiam eſſe oportet, & immutatam & extra conſuetudinem magis; ſic enim habebit tumorem: propria autem & ex conſuetudine locutio plana quidem ſemper erit, & hac de cauſa abjecta.* ALMELOV. In hac Almelovenii nota duo ſunt, quæ annotem. Nam 1.° quidem, pro *nota*, dicere debuiſſet *dicendi genus* vel *formam*, ut Cicero loquitur; vel *figuram*, ut Herennianus Rhetor; vel *characterem*; vel etiam *ſtylum*, ut nunc appellamus. Demetrius vulgo Phalereus χαρακτῆρα dixit, Hermogenes ἰδέαν, Proclus in *chreſtomathia* apud Photium cod. 239. πλάσμα & εἶδος. 2.° pro τῷ *tumorem* longe melius dixiſſet *amplitudinem*; quia ὄγκος a Græcis Rhetoribus in bonam partem ſumitur, a Latinis *tumor* in malam: ſed Almelovenius vulgatam Demetriani textus verſionem, quæ plurimis erroribus paſſim ſcatet, ſecutus eſt: eam nos aliquando emaculare ſtudebimus. CAPPER.

15. *Deflexa.*] Supple τὸ *figura*, quod eſt in præcedentibus. CAPPER.

16. *Si habet probabile, quod ſequatur.*] Recte *aliquid* in aliis exemplaribus adſcriptum eſt, hoc modo: *probabile aliquid.* REGIUS. *Habeat*; Obrecht.

17. *Et quotidiani.*] *E* vocali in *u* converſa, legatur *ut quotidiani.* REGIUS.

18. *Quo ſi quis parce.*] Locus hic ductus eſt ab Ariſtotele, qui Alcidamantem reprehendebat, quod ornamentis uteretur, non ut condimentis, ſed ut cibis: quo dicto ſignificabat, illis parce utendum. TURNEB. *Qua ſi quis*; Voſſ. ſec. Ald. Ariſtotelis *paronomaſiam* ſervare poterat interpres Turnebianus hoc pacto Alcidamantem reprehendebat, quod figuris, non ut ἡδύσμασι, *condimentis*; ſed ut ἐδέσμασιν, *alimentis*, uteretur. Philoſophi locus eſt in libr. III. Rhetoric. cap. 3. CAPPER.

19. *Nam ſecretæ.*] *Nam & ſecretæ*; Locat. Ald. Par. Vaſc. Steph. Gryph. Vidov. Colin.

20. *Aurem excitant.*] *Aurem* deeſt in Voſſ. ſec.

21. *Fiunt ergo.*] Has figuras Grammatici vocant *heteroſin* & *enallagen*, id eſt, *mutationem*; quia mutantur vel partes, vel partium qualitates: primum hoc genus vocatur ἑτεροίωσις. TURNEB.

22. *Oculis capti talpæ.*] Lib. I. Georg. 183.

23. *Timidi damæ.*] Eclog. VIII. 28.

24. *Tam enim.*] *Nam tam*; Voſſ. prim.

25. *Fabricatus eſt.*] Cicero pro Rabir. Poſt. 3. ſed & lib. I. de Natur. Deor. *fabricari* dixit. PHILANDER. *Punitus* vero pro Milone cap. 13. Vide de ſimilibus Munker. ad Hygin. fab. 18. & 273. Salmaſ. ad Lampr. Commod. 11. & infinitos alios.

26. *Punitus eſt.*] Scribe *es*: ſed & Cicero I. Officior. & Tuſcul. dixit *punior* pro *punio*. PHILAND. Sic infra Fabius quoque *vibrari fulmina* dixit cap. 4. ſed vulgo legitur, *Demoſthenes fulmina vibraſſe diceretur*; MS. indubitata lectio *vibratus*. PAREUS. *Eſt*; MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov. Vide Barthium Adverſar. lib. XXIII. cap. 9. pag. 1131. Janum Gebhard. Crepund. lib. II. cap. 11. pag. 85. 86. BURMAN. Ciceronis locus de Demoſthene perpenderur cap. 4. hujus libri CAPPER.

27. *Patiendi modo.*] *Paſſivam conjugationem* vulgo nunc appellamus. CAPPER.

28. *Et contra faciendi.*] Supple, *modo*: ſed *activam conjugationem* jam dicimus. CAPPER.

29. *Pleraque.*] *Plerumque*; Voſſ ſec.

30. *Efferuntur luxuriatus.*] *Ut* particula adſcribenda, & *s* litera in *r* mutanda, *luxuriatur*: ac copula eradenda, ut legatur hoc modo: *ut luxuriatur, luxuriat; fluctuatur*, &c. REGIUS.

31. *Revertor, reverto.*] Omittunt hæc MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſec. Andr. Locat. Ald. Baſil. Obrecht.

32. *Pugnaciſſima gens Romani.*] Sic & *turba ruti*, Ovid. I. Metam. 93. *vulgus effuſi*, Val. Flac. III. 267. *magna pars vulnerati*, Salluſt. Jug. 58. de quibus vide Sanct. Minerv. IV. 10. & ibi cl. Perizonium.

33. *E diverſo.*] *Ex adverſo*; Obrecht.

[34] ——— *Qui non riſere parentes,*
Nec deus hunc menſa, dea nec dignata cubili eſt.

Ex illis enim, *qui* non riſere [35] *hunc* non dignatus deus, nec dea dignata. [36] Et mutatione partium; [37] ut in Satira:

[38] ——— *Et noſtrum iſtud vivere triſte*
Aſpexi;

cum [39] infinito verbo ſit uſus [40] pro appellatione. Noſtram enim vitam vult intelligi. Utimur & verbo pro participio; ut:

——— *Magnum* [41] *dat ferre talentum*,

tanquam *ferendum*. Et participio pro verbo: *Volo datum.* Interim etiam dubitari poteſt, cui ſimile vitio ſit *ſchema*; ut in hoc:

[42] *Virtus eſt vitium fugere.....*

Aut enim partes orationis mutat ex illo, *Virtus eſt fuga vitiorum*; aut caſus ex illo, *Virtutis eſt vitium fugere.* [43] Multa tamen hoc utroque [44] excitatius junguntur interim *ſchemata*: *Sthenelus* [45] *ſciens pugnæ.* Eſt enim *ſciens Sthenelus pugnandi.* Transferuntur etiam tempora: [46] *Timarchides negat eſſe ei periculum a ſecuri.* [47] Præſens enim pro præterito poſitum eſt. [48] Et Virgilius:

[49] *Hoc Ithacus velit.*

[50] Et, ne morer, [51] per omnia fit genera, per quæ fit *ſolœciſmus.* Hæc eſt quoque; [52] quam ἑτέρωσιν vocant. [53] Cum diſſimilis eſt, [54] *Zeugma* dicitur; ut apud Salluſtium:

34. *Cui non riſere, &c.*] Mire torquentur in his verſibus Grammatici; nam permulti putant *Cui* legendum eſſe in dativo ſingulari; Fabius vero accipit in nominativo plurali, cui ſtatim ſubjicitur *Hunc*, in numero ſingulari. TURNEB. Vide Turneb. Adverſ. lib. XVI. cap. 13. *Qui* legit etiam Politian. Miſcel. cap. 89. quæ differentia lectionis inde venit, quod veteres *qui* in utroque caſu nominativo & dativo ſcribebant. Vide ſupra lib. 1. cap. 7. ſed recte expoſuit mea ſententia Voſſ. ad Catul. Epith. Juliæ: *incipe parve puer ridere*, ut tuo riſu provoces etiam riſum parentum; cui enim puero parentes non riſere,
Nec deus hunc menſa, &c.
& *quoi* hic habent Par. Vaſc. Steph. Roign. *qui*; Vidov. BURMAN. Cæterum Virgiliani verſus exſtant in Ecloga quarta verſ. 62. 63. CAPPER.

35. *Hunc non dignatus deus, nec dea dignata.*] Hic locus, ingenue fateor, mihi non percipitur, depravatuſque eſt. REGIUS. *Hic quem non dignatus deus, nec dea dignata*; Obr.

36. *Mutatione partium.*] Subintellige, *orationis*; quando videlicet una pars orationis pro alia ponitur, ut in ſequenti exemplo infinitivus *vivere* pro nomine ſubſtantivo *vita.* CAPPER.

37. *Et in Satira.*] Aliquid mihi hoc loco deſideratur, quod in exemplaribus non invenitur. Inconcinnus enim minimeque Fabii elegantiæ conveniens tranſitus foret, ſi figuris, quæ in numero fiunt, exempla ſubjiceret ad illas figuras ſpectantia, quæ fiunt, cum verbum pro nomine ponitur. Quid vero ſit adſcribendum, aſſerere quidem non auſim; ſed hujuſmodi ſenſum deeſſe facile contenderim: figuras per partes orationis fieri, cum alia ponatur pro alia, poni enim verbum pro nomine, ut illud in Satira. REGIUS.

38. *Et noſtrum illud vivere.*] Perſ. 1. Sat. 8. ita & Petron. cap. 44. *illud erat vivere.* Ubi vide.

39. *Infinito verbo.*] Quod *infinitivum* dicere ſolemus. CAPPER.

40. *Pro appellatione,*] Hoc eſt, pro nomine appellativo, ut Grammatici in ſcholis nunc loqui amant. CAPPER.

41. *Dat ferre talentum.*] Servius hujuſcemodi locutiones interpretatur per *ut* & verbum paſſivum, id eſt, *ut ferretur*: videtur tamen phraſis eſſe Græca; nam ſic loquuntur Græci per infinitivum. TURNEB. Virgil. v. Æneid 548. ubi videndi interpretes.

42. *Virtutem vitium fugere.*] In quibuſdam exemplaribus hic quoque *virtus* legitur: ſumptum autem eſt hoc exemplum ex Horat. 1. Epiſt. 1. 41. REGIUS. *Virtus eſt*; Ald. Baſil. Obrecht. *virtutem vitium*; Locat.

43. *Multa tamen, &c.*] Sunt elegantiora quædam *ſchemata*, quæ fiunt ex ſuperiorum conjunctione, cum mutantur partes, & mutatur caſus; *ſciens* enim accuſativum habere debet, deinde *pugna* ponitur pro *pugnandi.* TURNEB.

44. *Excitatius junguntur.*] Id eſt, vehementius, luculentius, lucidius, &c. ſic Curius Fortunatianus pag. 72. Rhetor. Pithœan. dixit: *Verbum tranſlatum excitatius poſitum*: ſic Plinius lib. XXXVII. cap. 7. de Gemmis: *Mares excitatius fulgent, feminæ pinguiores ſunt, craſſius nitent.* CAPPER.

45. *Sciens pugnæ.*] Horat. 1. Od. XV. ſed mox *ſcitus pugnandi*; Locat. Ald. Colin. *eſt enim ſciens, ſcitus pugnandi*; Voſſ. ſec.

46. *Timarchides.*] Cicero v. Verr. 44.

47. *Præſens enim pro præterito.*] Eſt autem hæc peculiaris phraſis hiſtoricis; narrant enim præterita per præſens. TURNEB. *Præſens enim pro futuro poſitum eſt, ut Virgilius: hoc, &c.* Baſil. *præſens enim pro præterito poſitum eſt; & Virgilius: hoc*; Loc. Ald. MSS. Bodl. Andr. Voſſ. ſec. Alm. Cod.

48. *Et Virgilius.*] In vulgatis quidem editionibus legitur, *& futurum pro præſenti: Hoc Ithacus velit*: ſed quoniam τὸ *velit* verbum eſt præſentis non futuri, eam lectionem ſecutus ſum, quam exhibent vetuſtiſſimæ editiones τῶν Andreæ, Locatelli, Aldi, & confirmant codd. MSS. Bodl. Voſſ. ſecund. Almelov. Hæc porro verba, *& futurum pro præſenti*, merum gloſſema ſapiunt; pro quibus, ſi quid immutare auſim, lubens legam: *Et præſens pro futuro*: quam lectionem firmat edit. Baſil. CAPPER.

49. *Hoc Ithacus.*] Virgil. II. Æneid. 104.

50. *Et ne morer.*] *Et ne te morer*; Steph. Gryph. Colin.

51. *Per omnia fit genera.*] *Per omnia genera, per quæ*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil.

52. *Quam ἑτέρωσιν vocant.*] Hoc eſt, *alterationem*: ſed & hic locus mihi quidem videtur eſſe depravatus: quo vero modo emendari poſſit, nondum occurrit. REGIUS. Dan. ἑτεροίωσιν; & ita Ald. Depravatum eſſe hunc locum merito cenſuit Raphaël Regius; neque enim huc pertinere poſſe videtur τὸ ζεῦγμα, quod ex Grammaticorum ſententia fit, cum unum idemque verbum ad plura orationis membra inciſave refertur; ut in illo: *Vicit timorem audacia, pudorem libido, mentem amentia*: Fabius ipſe συνεζευγμένον vocat hujus libri cap. 3. Vide Soſipatrum Chariſium pag. 250. Grammatic. Putſchian. Diomedem pag. 439. Julium Rufinianum pag. 30. Rhetor. Pithœan. & Bedam ibid. pag. 343. CAPPER.

53. *Cum diſſimilis eſt Zeugma.*] *Tum Zeugma*; Colin. Gryph. Vidov. & Aſcenſius: *cui ſimilis eſt Zeugma tum dicitur*; Locat. *cui ſimilis eſt Zeugma cum dicitur*; Ald. marg. Baſil. *cum diſſimilis eſt Zeugma cum dicitur*; Voſſ. ſecund.

54. *Zeugma dicitur.*] Nove uſurpat *Zeugma* Fabius; vulgo enim appellatur, quando verbum dumtaxat unum pluribus accommodatur ſententiis: apud Fabium ſpecies eſt *heteroſeos.* TURNEB. Cujus tamen nota in depravatum Fabii locum cadit; quid enim, amabo vos, erit ἑτέρωσις *diſſimilis, quæ Zeugma dicatur?* quid eſt, ſi hoc non eſt lectionis monſtrum? emendabunt eruditiores Philologi, vel feliciores. Vide notam penultimam. CAPPER.

[55] *Neque*

[55] *Neque ea res falſum me habuit*; & [56] *Duci*, *probare*. Ex quibus fere præter novitatem brevitas etiam peti ſolet. [57] Unde eouſque proceſſum eſt, ut [58] *non pœniturum*, pro non acturo pœnitentiam; [59] & *viſuros*, ad videndum miſſos idem auctor dixerit. [60] Quæ ille quidem fecerit *ſchemata*, an idem vocari poſſint, videndum, quia recepta ſint. Nam receptis etiam vulgo auctore contenti ſumus. [61] Uti nunc evaluit, *rebus agentibus*, quod Pollio in Labieno damnat; & [62] *contumeliam fecit*, quod a Cicerone reprehendi notum eſt; *affici* enim *contumelia* dicebant. Alia commendatio vetuſtatis, cujus amator unice Virgilius fuit:

> [63] *Vel cum ſe pavidum contra mea jurgia jactat:*
> [64] *Progeniem ſed enim Trojano a ſanguine duci*
> *Audierat....*

Quorum ſimilia apud veteres Tragicos Comicoſque ſunt plurima. Illud etiam in conſuetudine [65] remanſit, [66] *Enimvero*. [67] His amplius apud eumdem:

> [68] *Nam quis te juvenum confidentiſſime?....*

cum [69] *quis* ſermonis initium ſit; &:

> [70] *Tam magis illa tremens, & triſtibus effera flammis,*
> [71] *Quam magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ.*

Quod eſt verſum ex illo: *Quam magis ærumna viget, tam magis ad maleſaciendum urget.* Pleni talibus antiqui; ſicut initio Eunuchi Terentius: [72] *Quid igitur faciam?* inquit. [73] *Alluſit* [74] *tandem leno.* [75] Catullus in Epithalamio:

> ——— *Dum innupta manet, dum chara ſuis eſt.*

55. *Neque ea res.*] Sall. Jug. 10.

56. *Duci probare.*] *Duci*, ſcil. verbum, pro *probare* poni expoſuit Aſcenſius. Cujus conjecturam firmat, quod τὸ *duci* pro τῷ *probare* quandoque uſurpari videatur. Sic apud Horatium 2. Satir. 7.

Ducor libo fumante.

Apud Ciceron 1. Offic. *errore duci*; & pro Cluent. *duci ineptiis ac fabulis*. CAPPER.

57. *Unde eo uſque proceſſum eſt.*] Ita Vaſcoſ. Stephan, &c. ſed in edition. Lugduno-Batav. & Burmann. *proceſſum eſſe*: quæ lectio, qua ratione defendi poſſit, non video. CAPPER.

58. *Non pœniturum.*] In fragmentis ex incerto Hiſtor. libro. Ubi vide Carrionem, qui ex vet. cod. *non acturum* etiam legit.

59. *Et viſuros.*] Τὸ & non habet Obrecht.

60. *Quæ ille quidem.*] Quanquam (inquit Fabius) iſtas formulas innovarit Salluſtius, quæri tamen poteſt, an figuræ ſint, quia receptæ ſunt in uſum, ac jam ſunt vulgares formulæ loquendi. TURNEB. *Quæ cum ille quidem fecerit ſchemata, an item*; Gallæus conjiciebat.

61. *Utrum natura evaluit agentibus.*] Minus percipitur hoc exemplum, quia Labieni ſcripta non exſtant. REGIUS. Hic locus ita depravatus eſt, ut vix elici poſſit ſenſus: ſignificat tamen quædam olim reprehenſa fuiſſe, quæ poſtea ipſa conſuetudine fuerint uſitata. TURNEB. *Utinam velut rebus agentibus*; MSS. Bodl. Bal. Voſſ. ſec. Andr. Colon. marg. Baſil. *utinam voluit* (ſuperſcriptum *vetuit*) *rebus agentibus*; V. C. Alm. *uti nunc evaluit rebus agentibus*; Obrecht. An τὸ *agentibus* tum uſurpabatur pro τῷ *actis*? idque ex uſu potius, quam ex accuratis Grammatices canonibus; ut apud Virgil. 11. Æneid. *tot volventibus annis*, pro τῷ *volutis*. CAPPER.

62. *Contumeliam fecit.*] Locus eſt apud Cicer. in III. Philip. 9. qui valde exercuit Criticos & Grammaticos, quorum diverſas ſententias refert ſummus Gronovius lib. III. obſ. 8. BURMAN.

63. *Vel cum ſe pavidum.*] Budæus in Commentar. linguæ Græcæ hoc loco Fabium reprehendit; negat enim in particula *Vel* eſſe antiquitatem, ſed *helleniſmum*; ponitur enim pro *Nam* in initio periodi ad indignationem vel affectum. TURNEB. Eſt ex lib. XI. 406. ubi pro *jactat*, *fingit* legitur: eſt autem dictum pro *cum ſe vel pavidum*, & mox *ſed enim progeniem*. BURMAN.

64. *Progeniem.* Lib. 1. Æneid. 19.

65. *Remanſit. Enim vero.*] *Remanſit enimvero. His amplius*; Obrecht. & ita jam Aſcenſius cenſuiſſe videtur, & Turnebus.

66. *Enimvero.*] Inde dicebat Fabius lib. 1. controverſiam eſſe, poſſetne aliquando *enim* præponi; nam in particula *enimvero* præponitur. Idem de particula *igitur* dicebat, poſſetne poſtponi & præponi. TURNEB.

67. *His amplius.*] *Amplius* legendum eſſe, ne admonitione quidem eget. REGIUS.

68. *Nam quis.*] IV. Georg. 445. pro τῷ *quiſnam*.

69. *Quo ſermonis initium.*] Emendatione mihi indigere videtur hic ſenſus; neque enim ſic perfectus eſt: pro *quo* autem *quum*, ut fere nunc ſcribitur, fortaſſis eſt legendum: ac *quis* nomen adſcribendum hoc modo: *quum quis ſermonis initium ſit*. *Quiſnam* enim recto modo dicitur, *nam quis* autem figurate. REGIUS. *Quo ſermonis initium ſit*; MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Andr. Ven. Locat. *quo ſermonis initium ſit*; Obrecht.

70. *Tam magis illa tremens.*] Eſt *Archaiſmos* in hac locutione; poſuit enim *tam* & *quam* pro *tanto* & *quanto*, more antiquorum. TURNEB. VII Æneid. 787.

71. *Quam magis ærumna urget, &c.*] Duo hic verba *viget*, & *urget*, alterum alterius locum occupavit: videtur autem hoc dictum ex aliqua tragœdia eſſe ſumptum. REGIUS. MS. Palat. invertit ordinem elegantius:

Quam magis ærumna urget, tam magis ad maleſaciendum viget.

Et hanc lectionem probat M. Antonius Muretus, Var. Lect. lib. XIX. cap. 2. vulgo: *quam magis ærumna viget, tam magis ad maleſaciendum urget*. Cicero de Divinat. *Ea pars animi tum maxime viget, cum plurimum abeſt a corpore*. Cl. Gebbardus, Crepund. lib. III. cap. 11. pag. 130. ita putat emendari poſſe melius: *quam magis ærumna urget, tam magis ad maleſaciendum veget*. Ut illud *veget* eſſet ἐγείρει, concinnum huic loco aptiſſime. Sed de his pluribus, ſi vivo, ad Salluſtium. PAREUS. *Ærumna urget t. m. a. m. viget*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. marg. Baſil. *maleſaciendum* etiam Muret.

72. *Quid igitur faciam?*] *Archaiſmos* eſt in particula *igitur*, quia ſignificat *deinde*, ut inquit Donatus; vel hoc ait Fabius, quia *igitur* poſtponitur. TURNEB.

73. *Alluſit tandem leno.*] Exemplum eſt ex aliquo Comico: in his autem locutionibus (ut inquit Donatus) *tandem* more veterum eſt expletiva particula, quanquam refragatur Valla. TURNEB.

74. *Tandem leno.*] *Leo*; Obrecht.

75. *Catullus in Epithalamio.*] In carmine nuptiali n. 62. verſ. 45. ubi ex Quinctiliano veram lectionem aſſerit Voſſius: licet *intacta* habeat pro *innupta*; ut & notavit Hartung. decur. III. cap. 1. & Gatakerus de ſtylo N. T. cap. XI. ubi male quoſdam alterum *dum* in *tum* pervertere dicit. Voſſius Inſt. Orat. lib. III. cap. ult. §. 9. memoriæ vitio Fabium *innupta* poſuiſſe pro *intacta*; ſed *eſt*, pro *ſed* de induſtria, ne ſequentia etiam adjicere cogeretur, cenſet: *cara ſuis ſed*; Voſſ. ſec.

[76] Cum prius *dum*, ſignificet *quoad*; ſequens, *uſque eo.* [77] Ex Græco vero tranſlata vel Salluſtii plurima; quale eſt: [78] *Vulgus amat fieri*; [79] vel Horatii ([80] nam id maxime probat hoc:)

——— *Nec illi*
Sepoſiti ciceris, nec longæ invidit avenæ.

[81] Et Virgilii:

[82] ——— *Tyrrhenum navigat æquor.*

Et jam vulgatum [83] actis quoque, *Saucius pectus.* [84] Ex eadem parte figurarum additio & abjectio eſt; illaque prior videri poteſt ſupervacua, ſed non ſine gratia eſt:

[85] *Nam neque Parnaſſi vobis juga, nam neque Pindi.*

Poteſt enim [86] deeſſe alterum *nam.* Et apud Horatium illud:

[87] ——— *Fabriciumque*
Hunc, & [88] *intonſis Curium capillis.*

[89] Eſt etiam adjectio, quæ in complexu ſermonis aut vitium habet, aut figuram. Figuram, ut: [90] *Accede ad ignem hunc: jam caleſces plus ſatis*; [91] plus enim quam ſatis eſt. [92] De altera, quæ detractio eſt, pluribus dicendum eſt. [93] Utimur vulgo & *comparativis* [94] pro *abſolutis*; ut cum ſe quis infirmiorem [95] eſſe dixerit. [96] Duo inter ſe *comparativa* committimus: [97] *Si te jam, Catilina, comprehendi,* [98] *ſi interfici juſſero, credo erit verendum mihi,* [99] *ne non hoc potius omnes boni ſerius a me, quam quiſquam crudelius factum eſſe dicat.* [100] Sunt illa non ſimilia *ſolœciſmo* quidem, ſed tamen numerum mutantia, quæ & [101] *tropis* aſſignari ſolent, ut de uno pluraliter dicamus:

[102] *Sed nos immenſum ſpatiis confecimus æquor.*

76. *Sed cum prius dum ſignificet quod aſſequens uſque eo.*] Sic emendari poſſe videtur hic locus, ſi *cum* partitula eradatur; & *e* vocali in *a* converſa, *ſignificat*; & *a* vocali adſcripta, *quoad*; & *as* ſyllaba expuncta, *ſequens* legatur hoc modo: *ſed prius dum, ſignificat quoad; ſequens, uſque eo.* REGIUS. Locat. habet vitioſam illam lectionem: *ſed prius cum dum ſignificas, quoad ſequens & conſque*: Sich. *Cum prius dum ſignificet quoad, ſequens uſque eo*; Voſſ. ſec. Obrecht. & Alm. Cod. niſi quod *ſignificat* habet: illud *ſed* ex Catulli verſu videtur repetitum. BURMANNUS.

77. *E Græco vero.*] Has locutiones, quæ habent *helleniſmum*, diligentiſſime eſt perſequutus Budeus. *Amat* autem hic dictum eſt more Græco pro *ſoles.* TURNEB. Et ſane Græci paſſim ita loquuntur: τοῦτο γίνεσθαι φιλεῖ, *hoc fieri amat*, pro τῷ *ſolet.* CAPPER.

78. *Vulgus amas fieri.*] Vide Ciaccon. ad Sall. Jug. 34. Francius malebat *vulgo amas fieri.* Vide de locutione hac Gataker. ad Anton. lib. x. §. 21. BURMAN. Francii conjectura valde arridebat: ſed contra libros editos & MSS. hanc inducere mutationem religioni fuit. CAPPER.

79. *Vel Horatii nam id maxime probas hoc Ciceronis: nec longæ invidit harenæ.*] *D* in *s* mutata *is* legendum eſt: ſed ne ſic quidem mihi percipitur ſenſus. REGIUS.

80. *Nam id.*] Videntur hic quædam deſiderari, niſi forte exiſtimemus Fabium reſpexiſſe ad verbum *invideo*, de quo dixit antea; nam Horatius dixit *invideor* antiquorum more Græcorum: quæ res probat Ciceronis dictum; nam Cic. dixit, *invideo hanc rem.* TURNEB. *Nam id maxime probat hoc. Ciceris nec longa invidit avene*; Obrecht. in libro Mureti erat, *vel Horatii N. I. S. P. Ciceronis nec longæ invidit avenæ.* Unde ille:

——— *Nec illi*
Sepoſiti ciceris, longæque invidit avenæ.

Eſt vero ex Horatii lib. II. Sat. VI. 83. BURMAN. Græci quoque vulgo dicunt φθονῶ σοι τούτου, *invideo tibi hujus rei*, pro τῷ *hanc rem.* CAPPER.

81. *Et Virgilii.*] *Vel Virgilii*: Voſſ. ſec.

82. *Tyrrhenum.*] I. Æneid. 67.

83. *Actis.*] Scilicet publicis urbis Romæ, de quibus obvia omnia: ſed offendit me repetitio illius particulæ *quoque*, cum *etiam* præceſſerit, & ſuſpicor nomen viri proprium latere, quem vulnus in pectore accepiſſe actis erat conſignatum: niſi cum codice Voſſ. ſec. legas, *& jam vulgatum actis quoque.* BURMAN.

84. *Ex eadem parte figurarum priore additio, & adjectio.*] D litera in *b* mutata, *abjectio*, &, pro *priore*, *prior* legendum, ac in ſuum locum transferendum videtur hoc modo: *Ex eadem parte figurarum additio & abjectio eſt, illaque prior poteſt videri ſupervacua.* REGIUS. *Ex eadem p. f. priore additio & adjectio eſt: illaque videri poteſt ſupervacua*; Locat.

85. *Nam neque Pindi: poteſt enim deeſſe alterum, nam neque Parnaſſi vobis juga.*] Tranſpoſitione verborum confuſus hic locus eſt: ſic autem ordinandus videtur: *Nam neque Parnaſſi vobis juga, nam neque Pindi; poteſt enim deeſſe alterum.* REGIUS. Locatellus ita confuſum exhibet locum: eſt vero ex Eclog. x. 11.

86. *Deeſſe alterum nam.*] Τὸ *nam* deeſt in Ald. Baſil.

87. *Fabriciumque.*] Lib. I. od. 12. ubi τὸ *que* videtur abundare, idque ad Græcorum imitationem, qui dicerent, Φαβρίκιόν τε καὶ Κούριον. CAPPER.

88. *Intonſis.*] Muretus ex veteribus libris *incomptis*; ut & apud Horatium legitur.

89. *Eſt etiam adjectio.*] *Et detractiones quæ, &c. habent*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. marg. Baſil.

90. *Accede ad ignem.*] Terent. Eun. I. 2.

91. *Plus enim quam ſatis eſt.*] Abſunt a V. C. Alm. Vaſc. Steph. marg. Baſil.

92. *Nam de altera, quæ detractione pluribus adjiciendum eſt.*] Ita confuſus eſt hic locus, ut mihi nec percipi, nec poſſit emendari, niſi pro *detractione*, *detractio eſt*, &, non *adjiciendum*, ſed *dicendum*, etiam repugnantibus exemplaribus, legatur; nam Fabius paulo poſt de ea detractione, quæ magis oratoria eſt, pluribus diſſerit. REGIUS. *Nam* deeſt Gryph Colin. Vidov. Oxon. Obrecht. *nam de altera, quæ detractione pluribus adjiciendum eſt*; V. C. Alm. Locat. *nam de altera detractione pl. adjiciendum eſt*; Voſſ. ſec.

93. *Utimur vulgo.*] Ex hoc Fabii loco præceptum fecit Valla, *comparativum* accipi pro *poſitivo*, ac reprehendit Priſcianum & Servium, qui in his locutionibus aiunt *comparativum* minus ſignificare, quam *poſitivum.* TURNEB.

94. *Pro abſolutis.*] Poſitivos gradus nunc appellant οἱ τῶν Γραμματικῶν παῖδες. CAPPER.

95. *Eſſe dixerit.*] *Eſſe dicet*; V. C. Alm. *dicit*; Voſſ. ſec.

96. *Duo inter ſe comparativa.*] In editionib. Lugduno-Batav. & Burman. perperam interpunctum erat hoc modo: *cum ſe quis infirmiorem eſſe dixerit, duo inter ſe comparativa committimus*: quæ ſane interpunctio ſententiam manifeſte falſam exhibet. Itaque merito prætulimus Vaſcoſani Stephanique interpunctionem, quæ *duo* illa *comparativa* conſtituit in ſequentibus illis Tullii verbis: *ſerius .... crudelius.* CAPPER.

97. *Sic te Catilina comprehendis.*] Ex prima Ciceronis in Catilinam invectiva cap. 2. aperte colligitur, *ſi*, & *comprehendi* eſſe legendum. REGIUS.

98. *Si interfico*] *Seu interfici*; marg. Baſil.

99. *Ne non hoc.*] *Hoc* deeſt in Voſſ. ſec.

100. *Sunt illa.*] *Sic & illa non*; MS. Bodl. marg. Baſil. *ſunt & illa*; Obrecht.

101. *Tropis aſſignare ſolent.*] Nam ad *ſynecdochen* pertinent: aliis tamen ἐναλλαγὴ numeri dicitur. CAPPER.

102. *Sed nos.*] Virg. II. Georg. 541. *ſpatii* vero habet V. C. Alm.

Et de pluribus ſingulariter:

> [103] *Haud ſecus ac patriis acer Romanus in armis.*

Specie diverſa, ſed genere eadem, & hæc ſunt:

> [104] *Neve tibi ad ſolem vergant vineta cadentem:*
> [105] *Nec mihi tum molles* [106] *ſub dio carpere ſomnos;*
> *Neu dorſo nemoris libeat jacuiſſe per herbas.*

Non enim neſcio cui alii prius, nec poſtea ſibi uni, ſed omnibus præcipit. Et de nobis loquimur tanquam de aliis: *Dicit Servius, Negat Tullius.* Et noſtra perſona utimur pro aliena, & alios pro aliis fingimus. Utriuſque rei exemplum pro Cæcina. Piſonem adverſæ partis advocatum alloquens Cicero dicit: [107] *Reſtituiſſe te dixti,* [108] *Nego me edicto prætoris reſtitutum eſſe.* Verum enim illud *reſtituiſſe* [109] Æbutius dixit: *Nego me,* [110] Cæcina, *edicto prætoris reſtitutum eſſe.* [111] Ubi & ipſum *dixti*, [112] extrita ſyllaba, figura [113] in verbo eſt. [114] Illa quoque ex eodem genere poſſunt videri, [115] quam nos *interpoſitionem*, vel *interclusionem* dicimus, Græci παρένθεσιν vocant, dum continuationi ſermonis medius aliquis ſenſus intervenit: [116] *Ego cum te (mecum enim ſæpiſſime loquitur) patriæ reddidiſſem.* Cui adjiciunt [117] *hyperbaton*, non illud, quod inter *tropos* eſſe voluerunt; ſed alterum, quod eſt [118] ejus figuræ ſententiarum, quæ ἀποστροφὴ dicitur, ſimile; cum non ſenſus mutatur, verum forma eloquendi:

> [119] ——— *Decios, Marios, magnoſque Camillos,*
> *Scipiadas duros bello, & te, maxime Cæſar.*

Acutius adhuc in Polydoro:

> [120] *Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro*
> *Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis,*
> *Auri ſacra fames?*

[121] Qui tam parva [122] momenta nominibus diſcreverunt, [123] μετάβασιν vocant, [124] quam & aliter fieri putant:

> [125] *Quid loquor? aut ubi ſum?*

Conjunxit autem παρένθεσιν & ἀποστροφὴν [126] Virgilius [127] in illo loco:

> *Haud procul inde citæ Metium in diverſa quadrigæ*

103. *Haud ſecus.*] III. Georg. 326. ubi *non ſecus.*

104. *Neve tibi.*] II. Georg. 298.

105. *Nec mihi.*] III. Georg. 435. ubi *ne mihi*, ut hic V. C. Alm. *nec noctu malles*; MS. Bodl. marg. Baſil.

106. *Sub dio.*] *Sub divo*; MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſec. Ald. Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. Vidov.

107. *Reſtituiſſe te dixti.*] Ex Orat. pro Cæcina cap. 29. ubi *dixiſti* alii. Vide notas P. Fabri. *dixiſti*; V. C. Alm. ſed mox *dixti*: ita Terent. Andr. III. II. 38. *cur non dixti e templo Pamphilo*: & III. IV. 14. hem *quid dixti*: & alibi. De ſimilibus contractionibus vide Lamb. ad Horat. I. Sat. v. 79. & Heinſ. ad Claud. Bell. Gild. 297. BURMAN.

108. *Nego me edicto.*] *Nego me ex decreto* apud Ciceronem legendum viri docti contendunt: *ex edicto* hic & mox MSS. Alm. Voſſ. ſec.

109. *Æbutius.*] Pars adverſa Cæcinæ. CAPPER.

110. *Cæcina.*] Hoc vocabulum, ut antecedentia duo & ſubſequentia quatuor, Italico charactere Burmannus excudi ſiverat: ſed Romano excudendum eſſe inde liquet, quod hic quoque ſubaudiatur τὸ *dixit.* Sicut ergo Romanis characteribus editum fuit τὸ Æbutius dixit, ita & τὸ Cæcina eodem charactere fuit excudendum. CAPPER.

111. *Ubi & ipſum.*] *Ubi* deeſt; Locat. Ald. Voſſ. ſec.

112. *Extrita ſyllaba.*] Gebh. lib. III. Crep. cap. I. legit *excuſſa ſyllaba*; & ita Voſſ. ſec. Locat. Andr. Ald. *excuſa*; MS. Bodl. Alm. Obrecht. *excluſa*; marg. Baſil.

113. *In verbo eſt.*] *Eſt* non habent MS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald.

114. *Illa quoque.*] *Parentheſis* referri quoque debet ad *enallagen*, propterea quod continuam orationis formam mutat: eam vertunt aliqui *interjectionem* & *interpoſitionem*. TURNEB. *Illa quidem*; Voſſ. ſec.

115. *Quam nos interpoſitionem.*] *Unum quod nos*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. *quæ nos*; Obrecht.

116. *Ego cum te.*] Cicero pro Milone cap. 34.

117. *Hyperbaton, quod inter tropos eſſe voluerunt, alterum quod.*] Sic quidem legitur; ſed, niſi tria hæc verba adſcribantur, *non illud ſed*, nunquam percipietur ſenſus. Hoc modo itaque legatur: *hyberbaton, non illud quod i. t. e. v. ſed alterum, &c.* REGIUS. Deſunt tres illæ voces in MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. ubi notabis novam *hyperbati* ſpeciem, quæ figura eſt dictionis, non *tropus.* CAPPER. *Sed alterum quod eſt.*] Hoc *hyperbaton* diſſimile eſt ſuperioribus: fit autem, cum repente continuatione ſermonis ad rem aliquam, aut perſonam convertimur, videturque quaſi eſſe *apoſtrophe.* TURNEB. Hæc porro nota fuerat a ſuo loco avulſa, & in ſequentem editionis Burmannianæ paginam rejecta. Unde perperam affixa erat his Fabii verbis: *quod continget*, cum quibus nihil habet affinitatis. Errorem Pariſienſis editoris (1556.) ſecutus fuerat Burmannus. Nos interpretis Turnebiani notam ſuum in locum reſtituendam curavimus. CAPPER.

118. *Ejus figura.*] *Ei figura*; Voſſ. ſec.

119. *Decios.*] Virg. II. Georg. 169.

120. *Fas omne abrumpit.*] Eſt ex III. Æneïd. 55.

121. *Qui tam.*] *Ii qui tam*; Voſſ. ſec.

122. *Momenta nobis diſcreverunt.*] Recte in quibuſdam exemplaribus non *nobis*, ſed *nominibus*, legitur. REGIUS. *Nobis*; Locat.

123. *Μετάβασιν vocant.*] Qua de figura ſic loquitur Julius Rufinianus pag. 33. Rhetor. Pithœan. *Metaſtaſis eſt vel metabaſis, cum a loquentis perſona ad* [aliam] *perſonam tranſitum facimus ratione aliqua vel affectu*; ut ..... infelix funus nati crudele videbis (Æneid. XI. 53.) *hæc figura dicitur variatio aut tranſitus.* CAPPER.

124. *Quam & aliter fieri putant.*] Tollius ad Longin. cap. 27. legebat, *quam & taliter*: cui lectioni ſua non deeſt probabilitas. CAPPER.

125. *Quid loquor.*] Præter modum hunc, addit ſecundum Rutilius: *Quum rationem revocamus ad rem aut ad perſonam inſtitutam*; videturque ea eſſe ſpecies, quam vulgo appellant *tranſitionem.* TURNEB. Eſt ex Virg. IV. Æneid. 595.

126. *Virgilius.*] *Ut* particula ceſſans expungenda videtur. REGIUS. Eſt ex lib. VIII. 642.

127. *In illo loco.*] *Illo loco*; MSS. Alm. Voſſ. ſec.

Diſtulerant (at tu dictis, Albane, maneres)
Raptabatque viri mendacis viſcera Tullus.

Hæc *ſchemata*, [128] & his ſimilia, quæ erunt per mutationem, adjectionem, detractionem, ordinem, & convertunt in ſe auditorem, nec languere patiuntur ſubinde aliqua notabili figura excitatum, & habent quamdam ex illa vitii ſimilitudine gratiam, ut in cibis interim acor ipſe jucundus eſt. [129] Quod continget, ſi neque ſupra modum multæ fuerint, nec ejuſdem generis aut junctæ, aut frequentes; quia ſatietatem, ut varietas earum, ita raritas effugit. Illud eſt acrius genus, quod non tantum in [130] ratione poſitum eſt loquendi, ſed ipſis ſenſibus cum gratiam, tum etiam vires accommodat. E quibus primum ſit, quod fit per adjectionem. [131] Plura ſunt genera. [132] Nam & verba geminantur; vel amplificandi gratia, ut: [133] *Occidi, occidi, non Sp. Melium* ([134] alterum eſt enim, quod indicat, alterum quod affirmat;) vel miſerandi, ut:

[135] *Ah Corydon, Corydon....*

Quæ eadem figura nonnumquam per *ironiam* ad elevandum convertitur. [136] Similis geminationis [137] poſt aliquam [138] *interjectionem* [139] repetitio eſt, ſed paulo etiam vehementior: [140] *Bona, miſerum me! (conſumptis enim lacrymis tamen infixus animo hæret dolor) bona, inquam,* [141] *Cn. Pompeii acerbiſſimæ voci ſubjecta præconis.* [142] *Vivis, & vivis non ad deponendam, ſed ad confirmandam audaciam.* [143] Et ab iiſdem verbis plura [144] acriter & inſtanter incipiunt: [145] *Nihilne te nocturnum præſidium palatii, nihil urbis*

128. *Et his ſimilia.*] *Aut his ſ.* Voſſ. ſec. Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov. *Similia quærent permutationem.*] Flagitioſe quidem ſic legitur, cum nullus integer eliciatur ſenſus: ita vero mihi emendandum videtur, ut *quærent* verbum in has duas lectiones, eique perquam ſimiles, *quæ erunt* convertatur; ſic enim ſenſus maxime eſt perſpicuus. REGIUS. *Quærunt permutationem;* Voſſ. ſec. *quærent permutationem;* Locat.

129. *Quod continget.*] In Burmanniana editione his verbis appoſita erat interpretis Turnebiani nota, quæ pertinet ad illas Fabii voces: *ſed alterum quod eſt*, &c. ſpiſſus hic error Pariſienſem quoque Turnebiani Commentarii editionem an. 1556. infecerat: eum nos paulo ſupra emendavimus. Vide quæ notavimus paulo ſupra de *hyperbato* & *apoſtrophe* ad illa Quinctiliani verba: *ſed alterum quod eſt ejus figuræ ſententiarum, quæ* ἀποστροφὴ *dicitur, ſimile*, &c. CAPPER.

130. *Ratione impoſitum eſt.*] *In* præpoſitio in ſuum locum transferatur, ut *in ratione poſitum* legatur. REGIUS. *Ratione impoſitum;* Locat.

131. *Plura ſunt genera.*] Francius malebat *cujus plura ſunt genera.*

132. *Nam & verba.*] Hæc appellatur vulgo *conduplicatio*, ab Alexandro ἐπαναδίπλωσις. TURNEB. Eamdem figuram Julius Rufinianus pag. 31. Rhetor. Pithœan. vocat *anadiploſin*; Herennianus Rhetor *conduplicationem* (quando inter geminata verba medium ponitur aliquid;) Aquila Romanus pag. 19. *palillogiam*; Grammatici veteres edition. Putſchianæ ἐπίζευξιν. Hos κατὰ πόδα ſequitur Voſſius *Inſtit. Orat.* lib. v. pag. 293. Ante omnes Tullius in *Partitionib. Orator.* dixerat *verba duplicata*. Itaque non erat quod Turnebianus affirmaret hoc figuræ genus *conduplicationem* vulgo appellari, cum id ei nominis Herennianus Rhetor ſolus ex veteribus tribuerit, idque in certis tantummodo circumſtantiis. CAPPER.

133. *Occidi, occidi.*] Eſt ex Miloniana cap. 27.

134. *Alterum quod affirmat.*] Διαβεβαιοῖ, ῥώννυσι, confirmat, roborat. Aquila Romanus pag. 19. hoc vocat, *idem quod ſignificatur, efficere vehementius;* & paulo poſt, *impenſius ſignificare.* CAPPER.

135. *Ah. Corydon.*] Virg. Eclog. II.

136. *Similis geminationis.*] Hanc appellat figuram *palillogiam*, cum ex intervallo verbum repetitur, TURNEB. De quo loquatur ille Turnebianus, ignoro. *Palillogiam* enim duo ſolummodo Rhetores Latini memorant; Aquila Romanus pag. 19. Rhetor. Pithœan. qui hoc nomine ſimplicem *epizeuxin* Voſſianam (ut, *ah Corydon, Corydon!*) intelligit, ubi verbum quidem repetitur, ſed non ex intervallo; & Julius Rufinianus pag. 31. qui eodem *Palillogiæ* vocabulo Voſſianam *anadiploſin* (ut, *ſequitur pulcherrimus Aſtur, Aſtur equo fidens*) ubi repetitio fit non ex intervallo, ſed continenter, licet in diverſis commatibus. Scripſerat forte Pſeudo-Turnebus *appellant*, idque habito reſpectu ad neſcio quos ætatis ſuæ Rhetoras, qui neglecta veterum *Technologia* novum τῇ *palillogiæ* ſenſum attribuerant. Cæterum ſimilis hujus geminationis, ut Quinctiliani verbis utar, repetitionem proponit & ſubjectis exemplis exponit idem Julius Rufinianus ibidem: vocat autem *Diacopen* ſive *Diaſtolen*. Ipſius verba ſunt hæc: *Diacope ſive Diaſtole eſt, cum inter duo eadem verba diverſum ponitur aliquid medium; ut*, culpatulve Paris Divûm inclementia Divûm. *Et*, duc age duc ad nos. *Et*, ſcis Proteus (legendum mihi videtur *Proteu*) ſcis ipſe. *Latine dicitur ſeparatio.* Vel ex hoc loco ſatis patet quam infeliciter ille Turnebianus Commentator in explicandis veterum dictionibus *Technicis* verſatus fuerit; & quot quantaque fuerint in ejus commentario emendanda. CAPPER.

137. *Poſtquam.*] Hujuſmodi indiget caſtigatione hic locus, ut, *quam* particulæ expunctæ loco, *aliquam* reponamus. REGIUS. *Sed poſt aliquam;* Voſſ. ſec. *poſtquam;* Locat.

138. *Interjectionem.*] Hoc eſt, *parentheſin*, quam paulo ſupra *interpoſitionem* & *interclusionem* Quinctilianus ipſe appellarat. CAPPER.

139. *Repetitio.*] Quid autem illa ſit, definit Auctor ad Herennium lib. IV. cap. 13. Græci vocant ἐπαναφορὰν, auctore Macrobio lib. IV. cap. 6. Conſule Voſſ. Inſt. Orat. lib. V. cap. 3. ALMELOV. Qui verba pauca multis erroribus implicuit. Nam 1.° quidem auctor ſcriptæ ad Herennium Rhetorices geminationem illam verborum, quæ poſt aliquam interjectionem fiat, non *repetitionem* vocat, ſed *conduplicationem*, quam ſic definit: *Conduplicatio eſt ejuſdem unius aut plurium verborum iteratio, hoc modo:* tumultus C. Gracchi, tumultus domeſticos & inteſtinos comparat. 2.° Repetitio illa, quam vocat & definit Herennianus Rhetor, eſt ipſamet ἐπαναφορὰ, quando ſcilicet ab uno atque eodem verbo continenter principia ſumuntur, hoc modo: *Vobis iſtud attribuendum eſt, vobis gratia habenda, vobis res iſta erit honori*: atqui de figura, cui nomen *epanaphora*, necdum loquitur Fabius, ſed paulo poſt his verbis: *& ab iiſdem verbis plura acriter & inſtanter incipiunt*: Nihil ne te nocturnum præſidium palatii, nihil urbis vigiliæ, nihil timor populi, nihil conſenſus bonorum omnium, &c. 3.° Almelovenius ait a Græcis ἐπαναφορὰν vocari eam vocabulorum geminationem, quæ poſt aliquam interjectionem fiat: ſed Græcis longe aliud eſt ἐπαναφορὰ, ut oſtenditur in ſecundo hujus notæ articulo. 4.° Si Voſſium bene conſuluiſſet Almelovenius, *epanaphoram* cum *epizeuxi* & variis ejuſdem ſpeciebus nunquam confudiſſet. En quos in errores impingunt etiam eruditi, qui addiſcendæ veterum *Technologiæ* non ſatis multam operam navarunt. CAPPER.

140. *Bona.*] Cicero II. Philip. 26.

141. *Cn. Pompeii.*] *Cn. Pompeii Magni*; Cicero.

142. *Vivis & vivis.*] Cicero I. Catil. cap. 2.

143. *Ab iiſdem verbis.*] Quæ figura vocatur ἀναφορὰ, vel ἐπαναφορὰ. Rhetor Herennianus *repetitionem* ſimpliciter appellavit. CAPPER.

144. *Acriter quam inſtanter.*] Emendate in quibuſdam exemplaribus & copula, loco illius *quam*, eſt adſcripta. REGIUS. *Quam;* Locat.

145. *Nihilne.*] I. Catil. I.

vigiliæ, nihil timor populi, [146] *nihil conſenſus bonorum omnium, nihil hic munitiſſimus habendi ſenatus locus, nihil horum ora vultuſque moverunt?* [147] Et in iiſdem deſinunt: [148] *Quis eos poſtulavit? Appius. Quis produxit? Appius.* Quanquam hoc exemplum ad aliud quoque *ſchema* pertinet, cujus initia inter ſe [149] & fines iidem ſunt, *Quis* & *quis*, *Appius* & *Appius*; quale eſt: [150] *Qui ſunt, qui fœdera ſæpe ruperunt?* [151] *Carthaginienſes. Qui ſunt,* [152] *qui crudele bellum in Italia geſſerunt? Carthaginienſes. Qui ſunt, qui Italiam deformaverunt? Carthaginienſes. Qui ſunt, qui ſibi ignoſci poſtulant? Carthaginienſes.* [153] Etiam in contrapoſitis vel comparativis ſolet [154] reſpondere primorum verborum alterna repetitio, quod [155] modo hujus eſſe loci potius dixi: [156] *Vigilas tu de nocte,* [157] *ut tuis conſultoribus reſpondeas; ille, ut eo, quo intendit, mature cum exercitu perveniat. Te gallorum, illum buccinarum cantus exſuſcitat. Tu actionem inſtituis, ille aciem inſtruit. Tu caves,* [158] *ne conſultores tui; ille, ne urbes aut caſtra capiantur.* Sed hac gratia non fuit contentus Orator, vertit in contrarium eamdem figuram: *Ille tenet & ſcit, ut hoſtium copiæ; tu ut aquæ pluviæ arceantur.* [159] *Ille exercitatus eſt in propagandis finibus; tu in regendis.* Poſſunt media quoque reſpondere; vel primis, ut:

> [160] *Te nemus Anguitiæ, vitrea te Fucinus unda;*

vel ultimis: [161] *Hæc navis onuſta præda Siculienſi cum ipſa quoque* [162] *eſſet ex præda.* Nec quiſquam dubitavit, idem poſſe fieri iteratis utrimque mediis. [163] Reſpondent primis & ultima: [164] *Multi & graves dolores inventi parentibus, & propinquis multi.* [165] Eſt & illud repetendi genus, quod ſemel propoſita iterat & dividit:

> [166] *Iphitus & Pelias mecum, quorum Iphitus ævo*
> *Jam gravior, Pelias & vulnere tardus Ulyſſi.*

Ἐπάνοδος dicitur Græce, noſtri *regreſſionem* vocant. Nec ſolum in eodem ſenſu, ſed etiam in diverſo eadem verba contra ſumuntur: [167] *Principum dignitas erat pene par, non par fortaſſe eorum, qui ſequebantur.* Interim variatur caſibus hæc [168] & generibus iteratio: [169] *Magnus eſt labor dicendi, magna* [170] *res eſt.* [171] Et apud Rutilium longiore

146. *Nihil conſenſus.*] *Concurſus* apud Ciceronem; & ita marg. Baſil.

147. *Et in iiſdem deſinunt.*] *In* præpoſitio ut otioſa expungatur. REGIUS. *In eiſdem;* Voſſ. ſec. Locat. Certe non erat cur τὸ *in* Raphaël Regius expungendam eſſe cenſeret. Eſt enim oratio bene Latina, *deſinere in aliquo*: ipſe Tullius 1.° *de Invent.* ſic loquitur: *in quo deſitum ſit*, &c. hæc autem figura dicitur ἐπιστροφή, ab aliis ἀντιστροφή, ab Herenniano Rhetore *converſio*. CAPPER.

148. *Quis eos poſtulavit?*] Cicero pro Milone. 22.

149. *Et fines iidem.*] *Et rurſus inter ſe fines iidem ſunt;* MS. Alm. quod figuræ genus appellant *ſymplocen* συμπλοκήν. Herennianus Rhetor *complexionem* vocavit. CAPPER.

150. *Qui ſunt, qui fœdera.*] Auctor ad Herenn. IV. cap. 13. apud quem *Carthaginienſes*, non *Carthaginenſes*.

151. *Carthaginienſes.*] Ita ſcribendum eſſe liquido conſtat vel ex hoc Priſciani loco pag. 633. Veterum Grammaticorum Putſchianor. *Sin vero tertiæ ſint declinationis* [τὰ denominativa in *enſis* deſinentia] *abjiciunt S genitivi, & aſſumunt* enſis, *ut* piſtor, piſtoris, piſtorienſis; Carthago, Carthaginis, Carthaginienſis. CAPPER.

152. *Qui crudele bellum.*] *Qui bellum crudeliſſime geſſerunt;* MSS. Bodl. Voſſ. &c. Locar. Ald. Baſil. Gryph. Vidov. *qui crudeliſſime bellum in Italia geſſerunt;* Andr. Obrecht. *qui crudele bellum geſſerunt;* V. C. Alm. Colinæi editio totum hoc membrum omiſit.

153. *Etiam in contrapoſitis.*] Alternata repetitio ſæpenumero locum habet in *antithetis*, & in *contentione*: itaque reprehendit eos in ſuperiori capite, qui in hoc exemplo comparationem poſuerunt pro figura, cum ſit potius repetitio dictionis. TURNEB.

154. *Reſpondere primo verborum.*] Pro *primo*, *primorum* videtur eſſe legendum. Nam, ut exemplo paret, prima verba alternatim repetuntur. REGIUS. *Primo;* Locat.

155. *Modo hujus eſſe.*] *Quod hujuſmodi eſſe;* Voſſ. ſec. ut ante Regium etiam legebatur, qui *modi* expunxit. Francius volebat *quo modo hujus*, &c.

156. *Vigilas tu.*] Cicero pro Mur. 9.

157. *Ut tuis cultoribus.*] *Conſultoribus* recte legitur. REGIUS. *Conſultatoribus;* Voſſ. ſec.

158. *Ne Conſultores.*] *Ne Conſultatores;* MS. Alm

159. *Ille exercitatus.*] *Ille exercitatus eſt;* Cicero, & hic Stephan. Leid. Obrecht. Oxon. *exercitatur;* Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Colin. Gryph Vidov.

160. *Te nemus Anguitiæ.*] Nemus Anguitiæ erat apud Marrubios populos Italiæ. Sic autem appellabatur ab Anguitia, id eſt, Medea. TURNEB. Virg. VII. Æneid. 759.

161. *Hæc navis.*] *Ut hæc navis & onuſta;* Baſil. *& hæc navis onuſta;* Gryph. Vidov. *ut hæc navis onuſta;* Voſſ. ſec. eſt ex Ciceron. V. Verr. 17.

162. *Eſſet ex præda.*] *Eſſet & præda;* MSS. Bodl. Alm. *eſſet etiam præda;* Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *cum & ipſa eſſet ex præda;* marg. Baſil. Obrecht.

163. *Reſpondent primis & ultima.*] Hanc figuram vocat Donatus *epanalepſin*; alii appellant *epanadiploſin*: ſed tamen hæc nomina varie uſurpantur ab auctoribus. TURNEBUS. Cujus annotationem firmat, quod Julius Rufinianus pag. 31. Rhetorum Pithœan. *Epanalepſi* Donatianæ nomen *epanadiploſeos* attribuat: eamdem figuram κύκλον, *circulum*, appellavit Hermogenes lib. IV. *de Inventione* cap. 8. CAPPER.

164. *Multi & graves.*] Cicero V. Verr. 45.

165. *Eſt & illud repetendi.*] Cum propoſuimus quædam, & ad ea ante perfectum ſenſum revertimur, *epanodos* eſt, inquit Alexander: Latine dicitur *reverſio*, vel *regreſſio*: huic finitima eſt illa figura, quæ a Grammaticis dicitur *prolepſis*. TURNEB. In cujus annotatione Alexandrum intellige Numenium, qui de ſententiarum verborumque figuris opuſculum conſcripſit. Exſtat autem in Græcis Rhetoribus ab Aldo editis an. 1508. tom. 1. pag. 574. & ſequentibus. De Grammatica *prolepſi*, quæ perparum aut nihil fere habet affinitatis cum Rhetorica *epanodo*, lege Soſipatrum Chariſium pag. 250. Grammatic. Putſchian. Diomedem ibid. pag. 438. & Donatum pag. 1773. quibus adde, ſi lubet, Julium Rufinianum pag. 30. Rhetor. Pithœan. & Venerabilem Bedam ibid. pag. 343. CAPPER.

166. *Iphitus.*] Virg. II. Æneid. 435.

167. *Principum.*] Cicero pro Ligar. cap. 6.

168. *Et generibus retractatio.*] In quibuſdam exemplaribus legitur *iteratio*. REGIUS. *Interim variatur caſibus. Hæc & generibus ſit iteratio;* Ald. *interim variatur caſibus hæc & generibus retractatio;* Obrecht. *jam variatis caſibus hæc & generibus ſit iteratio;* Voſſ. ſec.

169. *Magnus dicendi.*] Cicero pro Muræn. 13.

170. *Res eſt.*] *Eſt* deeſt in Cicerone & Voſſ. ſec.

171. *Et apud Rutilium longiore, &c.*] Depravatus hic locus facile ex integra Rutilii periodo emendari poteſt: quanquam loco *&* copulæ, *ſed* particula reponenda videtur; ut legatur, *ſed hæc initia*: *i* autem vocali craſa, *tu* ac *es*, litera *s* expuncta, legendum eſſe, aperte nos docet Ru-

περιόδῳ; ſed hæc initia ſententiarum ſunt: *Pater hic tuus? patrem hunc appellas? patris tu hujus filius es?* Fit caſibus modo hoc *ſchema*, quod πολύπτωτον vocant. Conſtat & aliis etiam modis; ut pro Cluentio: [172] *Quod autem tempus veneni dandi? illo die? in illa frequentia? Per quem porro datum? unde ſumptum? quæ porro interceptio poculi? cur non de integro autem datum?* Hanc rerum conjunctam diverſitatem [173] Cæcilius [174] μεταβολὴν vocat; qualis eſt pro Cluentio locus in Oppianicum: *Illum tabulas* [175] *publicas violaſſe, Cenſorias corrupiſſe, decuriones univerſi judicarunt: cum illo jam nemo rem ullam contrahebat: nemo illum ex tam multis cognatis & affinibus tutorem unquam liberis ſuis ſcripſit*: & deinceps adhuc multa. Ut hæc in unum congeruntur, ita contra illa diſperſa ſunt, quæ a Cicerone *diſſipata* dici puto:

> [176] *Hic ſegetes, illic veniunt felicius uvæ,*
> *Arborei fœtus alibi;*

& deinceps. Illa vero apud Ciceronem mira figurarum mixtura deprehenditur, in qua & primo verbo [177] longo poſt intervallo [178] redditum eſt ultimum, & media primis, & mediis ultima congruunt: *Veſtrum jam hic factum deprehenditur, Patres conſcripti, non meum: ac pulcherrimum quidem factum: verum, ut dixi, non meum, ſed veſtrum* Hanc frequentiorem repetitionem [179] πλοκὴν vocant, quæ fit ex permixtis figuris, ut ſupra dixi, utque ſe habet epiſtola ad Brutum: *Ego cum in gratiam redierim cum Appio Claudio, & redierim per Cn. Pompeium,* [180] *te ego ergo, cum redierim.* Et in iiſdem ſententiis crebrioribus mutata declinationibus iteratione verborum; [181] ut apud Perſium:

> ——— *Uſque adeone*
> *Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter?*

Et apud Ciceronem: [182] *Neque enim poterat* [183] *judicio ex his damnatis, qui judicabantur.* Sed ſenſus quoque toti, quemadmodum cœperunt, deſinent: *Venit ex Aſia, hoc ipſum quam bonum? Trib. pleb. venit ex Aſia.* In eadem tamen periodo & verbum ultimum [184] primo refertur; tertium jam [185] ſermone adjectum eſt, *Verumtamen venit.* Interim

tilius, cujus hæc integra periodus habetur: *Pater hic tuus nunc denique eſt, ut egeſtatem tuam debere alere videatur. Patrem hunc appellas? quem prius egentem auxilio suo, ut alienum, deſeruiſti? Patris tu filius es ad potiundas opes, cujus ad ſenectutem violandam crudelis hoſtis fuiſti? nimirum nullo conſilio filios procreamus; nam majorem partem ex illis doloris & contumeliæ capimus.* REGIUS. Apud Rutilium Lupum prolixior eſt periodus, ſumpta ex Chariſio oratore. Fabius dumtaxat initia ſententiarum ſumpſit, in quibus eſt *polyptoton.* TURNEB. *Patris tu filius es?* Loc. Ald. *patris tui filius es?* V. C. Alm. Raphaëlis Regii emendationem, qui pro τῷ *& hæc initia* legebat *ſed hæc*, &c. eo lubentius amplexus ſum, quod cum reliquo Fabianæ dictionis contextu apprime congruat. CAPPER.

172. *Quod autem tempus.*] Cicero pro Cluent. 60.

173. *Cæcilius.*] Ita, non *Cælius*, legendum eſſe Muretus lib. xix. Var. cap. 2. notat, cujus Rhetoris Plutarchus & Dionyſ. Long. principio commentarioli elegantis περὶ ὕψους meminit: ita & alibi peccatum fuit, ut jam ſæpius notavimus. BURMAN.

174. *Μεταβολὴν vocat.*] Alexander Numenius appellat μεταβολὴν, partium mutationem totarum, vel in membris vel inciſis. TURNEB. Ænius Sophiſta ſcripſit libros, quos vocavit μεταβόλους: e Suida Koning. Biblioth. vet. & nov. pag. 12. ALMELOV. Sed Ænii Sophiſtæ libri, quibus titulus erat Μεταβόλοι, hoc eſt, mercatores, nihil ad τὴν τῶν Rhetorum figuram.cui nomen Μεταβολή. De hac paulo aliter Caſſiodorus in Pſalmos pagg. 24. 29. ita ſcripſit: *Μεταβολὴ, id eſt, iteratio unius rei ſub varietate verborum:* Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum; intende voci orationis meæ. Huc uſque Caſſiodorus. Cæterum figura Μεταβολὴ non occurrit in Hermogene, neque in Pithœanis Rhetoribus, neque in Phœbammone tom. 1.° Græcor. Rhetor. Aldin. edition. 1508. neque in Putſchianis Grammaticis, neque in Scaligeri Poetica, neque in Voſſii Oratoriis inſtitution. Exſtat autem in Alexandro Numenio Rhetore pag 585. edit. Aldin. περὶ μεταβολῆς. Ἐπὶ τούτου τοῦ σχήματος μετάθεσις μορίων ὅλων γίνεται καὶ καθ' ἕκαστον κῶλον καὶ κόμμα, ὡς ἔχει τὸ Δημοσθενικόν. Τίς γὰρ συμμαχία σου πραξάντος γέγονε τῇ πόλει; τίς δὲ βοήθεια ἐκ τῆς σῆς εὐνοίας, καὶ δόξης; τίς δὲ πρεσβεία.... δι' ἣν ἡ πόλις ἐνδοξοτέρα; τί τῶν Ἑλληνικῶν, ἢ τί τῶν οἰκείων καλῶς ἐπηνώρθωται διὰ σέ, ποῖαι τριήρεις, ποῖα βέλη, κλ. hoc eſt, *de* Metabole. *Hac in figura totæ orationis partes per ſingula membra & commata mutantur; quomodo ſe habet ille Demoſthenis locus*: Quodnam auxilium opera tua civitati obtigit? quid opis ex tua benevolentia, & exiſtimatione? quæ legatio .... ob quam civitas illuſtrior facta fuerit? quænam ex Græcanicis vel propriis rebus per te præclare geſta eſt? quales triremes? qualia tela? *& cætera.* Unde ἡ Μεταβολὴ apud tres auctores diverſum ſenſum habet, quamvis Quinctilianæa Metabole cum Alexandræa ſatis congruat. CAPPER.

175. *Publicas violari.*] *Violaſſe* in oratione pro Cluentio cap. 14. emendate legitur. REGIUS. Apud Cicer. legitur *illum tabulas publicas Larini Cenſoris corrupiſſe, Decuriones*, &c. mox *cum illo nemo*, & *ſcripſiſſet*; Voſſ. ſec.

176. *Hic ſegetes.*] Virg. 1. Georg. 54.

177. *Longo poſt intervallum.*] *Intervallo* legendum eſſe, certum eſt; *poſt* enim præpoſitio inter adjectivum & ſubſtantivum poſita elegantius ablativo jungitur. REGIUS. *Intervallum*: Locat. *longo & poſt intervallo*; Voſſ. ſec.

178. *Redditum eſt.*] Ἀποδίδοται, hoc eſt, reſpondet, ſive, ut βαρβαρίζοντες dicunt, *correſpondet.* CAPPER.

179. *Πλοκὴν vocant.*] *Ploces* appellat Fabius, cum verba frequentius iterantur, & quaſi implicantur. Alexander Num. appellat *plocen*, cum verba iterantur in diverſa ſignificatione; ut: *Hac in re tandem Memmius erat Memmius.* TURNEB. Alium adhuc ſenſum τῆς πλοκῆς Fabius mox indicabit: *Congeruntur*, inquit, *& diverſa*: Mulier, tyranni ſæva crudelitas, patris amor, ira præceps, temeritas, dementia, &c. *inveni, qui & hoc vocaret πλοκήν.* CAPPER.

180. *Et ego ergo quum redierim.*] Hæc paucula verba corrupte quidem mihi legi videntur; ſed quonam modo ſint emendanda, non video. REGIUS. Subauditur verbum *formidabo*, aut *rogabo*, aut ſimile; quo expreſſo nihil manet ambigui. ASCENS. *Et ego ergo quod redierim*; Voſſ. ſec. in fragmentis Ciceronis legitur *ego ergo cum redierim.*

181. *Et apud Perſium.*] Loco illius *&* copulæ, *ut* particula eſt reponenda. REGIUS. *Et*; Baſil. eſt vero apud Perſium Sat. 1. 27.

182. *Neque enim poterat.*] Nulla videtur hoc in exemplo eſſe *ploce*: itaque aut Fabius poſuit dumtaxat initium periodi, cum reliqua putaret eſſe cognita; aut legendum, *judicio* & *judicabantur*, vel *indicio* & *indicabantur.* TURNEB.

183. *Judicio ex his d. q. judicabantur.*] *Indicio & indicabantur*; MSS. Bodl. Ald. Par. Gryph. Colin. *judicio qui indicabantur*; Vidov.

184. *Primo.*] *Primum*; Voſſ. ſec.

185. *Sermone adjectum eſt verumtamen venit.*] Aſteriſco

ſententia quidem [186] repetitur, ſed eodem verborum ordine: [187] *Quid Cleomenes facere potuit? Non enim poſſum quemquam inſimulare falſo. Quid, inquam, Cleomenes [188] magnopere facere potuit?* [189] Prioris ſententiæ verbum ultimum, ac ſequentis primum frequenter eſt idem: quo quidem *ſchemate* utuntur poëtæ ſæpius:

> [190] *Pierides, vos hæc facietis maxima Gallo,*
> *Gallo, cujus amor tantum mihi creſcit in horas.*

[191] Sed ne oratores quidem raro: [192] *Hic tamen* [193] *vivit: vivit?* [194] *immo vero etiam in ſenatum venit.* [195] Aliquando, ſicut in geminatione verborum diximus, initia quoque & clauſulæ ſententiarum aliis, ſed non alio tendentibus verbis, inter ſe conſonant. Initia hoc modo: [196] *Dederim periculis omnibus, obtulerim inſidiis, objecerim invidiæ.* Rurſus clauſulæ; ibidem ſtatim: *Vos enim ſtatuiſtis, vos ſententiam dixiſtis, vos judicaſtis.* [197] Hoc alii *κοινωνίαν*, alii *disjunctionem* vocant, utrumque (etiamſi eſt diverſum) recte. Nam eſt nominum idem ſignificantium ſeparatio. [198] Congregantur quoque verba idem ſignificantia: [199] *Quæ cum ita ſint, Catilina, perge quo cœpiſti: egredere aliquando ex urbe: patent portæ: proficiſcere.* Et in eumdem alio libro: [200] *Abiit, exceſſit, erupit, evaſit.* Hoc Cæcilio πλεονασμὸς videtur, id eſt, abundans [201] ſupra neceſſitatem oratio; ſicut illa: [202] *Vidi oculos ante ipſe meos.* In illo enim *vidi*, ineſt *ipſe.* [203] Verum id, [204] ut alio quoque loco dixi, cum ſupervacua oneratur adjectione, [205] vitium dicitur; cum autem auget manifeſtam ſententiam, ſicut hic, virtus: *Vidi, ipſe, ante oculos,* [206] quot verba, totidem ſunt affectus. Cur tamen hæc proprie nomine tali notarit, non video. Nam & geminatio, & repetitio, & qualiſcumque adjectio, πλεονασμὸς videri poteſt. [207] Nec verba modo, ſed ſenſus quoque idem facientes, acervantur: *Perturbatio iſtum mentis, & quædam ſcelerum* [208] *offuſa caligo, & ardentes* [209] *furiarum faces* [210] *excitarunt.* [211] Congeruntur, & diverſa: *Mulier, tyranni ſæva crudelitas, patris amor, ira præceps, temeritas, dementia.* Et apud Ovidium:

> [212] *Sed grave Nereïdum numen, ſed corniger Ammon,*

mihi indigere videtur hic locus. REGIUS. *Abjectum eſt*; V. C. Alm. Locat. marg. Baſil. Corruptum eſſe hunc locum jam notaverat Raphael Regius, qui aſteriſco eum indigere cenſebat. Et certe, quod ſalvo meliori judicio dictum ſit, legendum mihi videtur: *Tertium etiam ſermoni adjectum eſt.* CAPPER.

186. *Repetitur verborum ordine.*] *Eodem* pronomen mihi in hoc deſideratur ſenſu, tametſi in exemplaribus non inveniatur; ut legamus *repetitur eodem verborum ordine.* REGIUS. *Repetitur verborum ordine*; Voſſ. ſecund. Locat. *repetitur eodem verborum ordine*; Ald.

187. *Quid Cleomenes.*] Cicero v. Verr. 41.

188. *Magnopere.*] Omittunt Voſſ. ſec. Audr. Locat. Ald. Par. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

189. *Prioris ſententiæ verbum ultimum ac ſequentis primum.*] Hanc figuram Grammatici veteres edition. Putſch. Soſipater Chariſius pag. 240. Diomedes pag. 440. Donatus pag. 1773. ἀναδίπλωσιν, *anadiploſin*, vocant; Hermogenes lib. 1. περὶ ἰδεῶν, *de variis dicendi formis*, ἐπαναστροφὴν; Julius Rufinianus pag. 31. Rhetor. Pithœan. *palillogiam*; Martianus Capella *replicationem.* CAPPER.

190. *Pierides.*] Virgil. Eclog. x.

191. *Sed ne oratoris quidem raro.*] *Oratores* legendum eſt. REGIUS. *Sicque oratores*; Voſſ. ſec.

192. *Hic tamen vivit.*] Cicero 1. Catil. cap. 1.

193. *Vivit, vivit.*] Hoc ultimum cum interrogatione & quadam indignatione legendum eſt. REGIUS.

194. *Imo vero etiam.*] *Imo etiam*; Locat. Ald. Gryph. Steph. Colin. Vidov.

195. *Aliquando, ſicut in geminatione.*] Hæc figura fit, quando permulta repetuntur verba diverſa quidem, ſed eamdem tamen habentia ſententiam: quibus accedit *homœoteleuton*, vel in principio, vel in fine. TURNEB.

196. *Dederim periculis.*] *Dediderim*; Voſſ. ſec.

197. *Hoc alii μετωνυμίαν.*] Non memini me legere, qui hoc *ſchema* vocaverit *metonymiam*; nam Alexander Numenius *ſynonymiam* appellat, propterea quod *ſynonyma* congeruntur *verba*; ut forte hic quoque *ſynonymiam* legere debeamus. TURNEB. *Κοινωνίαν.* Vallæ lib. *κοινωνίαν.* Voſſ. ſec. Libri Vallenſis lectionem ultro amplexi ſumus, quod & Fabii mentem luculenter explicet, & ipſius veſtigia Voſſianus codex (qui habet *κοινωνίαν*) ſervaverit. Aliunde vero τὸ *κοινωνίαν* mire quadrat cum ſequentibus: *Alii disjunctionem vocant; utrumque, etiamſi eſt diverſum, recte*; *κοινωνία* enim, id eſt, communio, plane diverſa eſt a disjunctione; neque tamen ſpernenda eſt Turnebiani Commentatoris lectio illa *συνωνυμία*; ſatis enim congruit cum iis, quæ de *ſynonymia* tradit Alexander Numenius in opuſculo de figuris tom. 1. Rhetor. Græc. edition. Aldin. pag. 583. CAPPER.

198. *Congregantur quoque.*] Hanc figuram permulti vocant *congeriem*; alii *συναθροισμόν*. Græci etiam appellare ſolent ἐκ τῶν παραλλήλων. TURNEB.

199. *Quæ cum ita.*] 1. Catil. 5.

200. *Abiit.*] 11. Catil. 1. ubi *evaſit, erupit.*

201. *Supra.*] *Super*; Voſſ. ſec.

202. *Vidi oculos.*] Virgil. XII. Æneid. 638. *Vidi oculis ante ipſe meis*; Locat. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. & hanc veram lectionem credebat Aſcenſius; ſed poſtea vulgatam præfert.

203. *Verum id.*] Fabius in cap. de ornatu, *pleonaſmum* dicit eſſe vitium, cum videtur habere aliquid otioſum: cum autem habet affirmationem, tum dicitur virtus. TURNEBUS.

204. *Ut alio loco.*] Lib. VIII. cap. 3.

205. *Vitium dicitur.*] *Vitium eſt*; Voſſ. ſec. Obrecht.

206. *Quot verba, totidem ſunt affectus.*] Quid ſibi hæc verba velint, non liquet mihi. REGIUS. Sunt verba Fabii, qui, ut recte Aſcenſius, non vitium in hoc *pleonaſmo* eſſe, ſed virtutem eſſe docet: *quot verba* vero deſunt V. C. Alm. & Voſſ. ſec.

207. *Nec verba modo.*] Idem teſtatur quoque Rutilius, qui *ſynathroiſmum* ait eſſe non ſolum in verbis, ſed etiam in ſententiis congeſtis: ſed illæ duplices ſunt, vel eædem, vel diverſæ. TURNEB.

208. *Offuſa.*] *Effuſa*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. ſed male; *offundere* enim in hac re proprium; & ita Cicero & alii paſſim. Vide Gronov. IV. obſ. 21. Heinſ. ad Val. Flac. IV. 482. & illuſt. Cuper. II. obſ. 6.

209. *Furiarum face.*] *S* adſcripta *faces* legendum eſſe; facile ex oratione Ciceronis, unde hæc ſumpta ſunt, patet. REGIUS. *Facies excitarunt*; Obrecht. quod unde habeat, neſcio: certe *faces* & *tædas ardentes* cum alii paſſim, tum etiam Cicero in Piſon. cap. 20. & alibi furiis tribuit, ubi alia adducit Abramus. BURMAN.

210. *Excitarunt.*] *Excitaverunt*; V. C. Alm.

211. *Congeruntur & diverſo.*] *Diverſa* legatur. REGIUS.

212. *Sed grave.*] Ovid. v. Metam. 17.

[213] *Sed quæ viſceribus veniebat bellua ponti*
Exſaturanda meis.....

Inveni, qui & hoc vocaret [214] πλοκὴν [215] cui. non aſſentior; cum ſint unius figuræ mixta quoque, & idem, & diverſum ſignificantia, quod & ipſum [216] διαλλαγὴν vocant: *Quæro ab inimicis, ſintne hæc inveſtigata, comperta, patefacta, ſublata, deleta, extincta per me.* [217] *Inveſtigata, comperta, patefacta*, aliud oſtendunt: *ſublata, deleta, extincta*, ſunt inter ſe ſimilia, ſed non etiam prioribus. Et hoc autem exemplum, & ſuperius, aliam quoque efficiunt figuram, quæ quia conjunctionibus caret, [218] *diſſolutio* vocatur; apta cum quid inſtantius dicimus. Nam & ſingula inculcantur, & quaſi plura fiunt. Ideoque utimur hac figura [219] non in ſingulis modo verbis, ſed ſententiis etiam; ut Cicero dicit contra concionem Metelli: [220] *Qui indicabantur, eos vocari, cuſtodiri, ad ſenatum* [221] *adduci juſſi, in ſenatu ſunt poſiti*: & totus hic locus. [222] Hoc genus [223] βραχυλογίαν vocant, quæ poteſt eſſe [224] *copulata diſſolutio.* Contrarium eſt *ſchema*, quod conjunctionibus abundat. Illud ἀσύνδετον, hoc πολυσύνδετον dicitur. Hoc eſt, vel iiſdem ſæpius repetitis; ut:

[225] ——— *Tectumque, laremque,*
Armaque, [226] *Amyclæumque canem, Creſſamque pharetram;*

vel diverſis:

[227] *Arma virumque.....*
Multum ille & terris.....
[228] *Multa quoque & bello.....*

Adverbia quoque & pronomina variantur:

[229] *Hic illum vidi juvenem......*
Bis ſenos cui noſtra dies.....
Hic mihi reſponſum primus dedit ille petenti.

Sed utrumque horum, *coacervatio*; [230] & tantum juncta, [231] aut diſſoluta. Omnibus ſcriptores ſua nomina dederunt, ſed varia, & [232] ut cuique [233] fingenti placuit. Fons quidem unus, [234] qui acriora facit & inſtantiora, quæ dicimus, & vim quamdam [235] præ ſe ferentia, velut ſæpius erumpentis [236] affectus. [237] *Gradatio*, quæ dicitur κλίμαξ, aper-

213. *Et quæ viſceribus.*] *Quæ* cum diphthongo eſſe legendum, qui non videt, redeat ad legenda Poetarum opera. REGIUS. *Sed quæ*; omnes fere editi, & hic, & apud Ovidium.

214. Πλοκὴν *uſque deducet.*] Duo hæc verba mihi ſupervacua videntur, *uſque deducet*; potius enim ſenſum perturbant, quam adjuvant. REGIUS. Habet Locatel. Aliam ſignificationem τῆς πλοκῆς vide ſupra in notis ad illud Fabii πλοκὴν *vocant.* CAPPER.

215. *Cui non aſſentior.*] *Aſſentio*; Leidenſis editio.

216. Διαλλαγὴν *vocant.*] Antea *diallagen* vocavit Fabius *conſummationem*, cum plura argumenta eodem tendunt: nunc videtur eſſe diverſitas quædam congerendorum verborum. Nonnulli hoc loco *enallagen* legunt, propterea quod dictionum eſt mutatio & congregatio. TURNEB. Fabii locus ad quem Turnebianus reſpiciebat, exſtat in hujus libri cap. 2. circa finem. CAPPER.

217. *Inveſtigata.*] *Et inveſtigata*; Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Steph.

218.] *Diſſolutio vocatur.*] Græci Rhetores διάλυσιν & ἀσύνδετον dicunt; Cicero III. *de Orat. diſſolutum.* CAPPER.

219. *Non ſingulis modo.*] *In* præpoſitionem ſenſus integritas exigere videtur, ut legamus *non in ſingulis.* REGIUS. *Non ſingulis*; Voſſ. ſec. Locat.

220. *Qui indicabantur.*] *Judicabantur* in fragmentis Ciceronis, & Voſſ. ſec.

221. *Adduci juſſi.*] *Juſſit*; marg. Baſil. & Voſſ. ſec.

222. *Hoc genus.*] Rutilius *hoc genus* βραχ. *vocat*; Gryph.

223. Βραχυλογίαν.] Multi putant hoc loco διάλυσιν eſſe legendum, propterea quod *brachylogia* nihil videtur pertinere ad *disjunctionem*. Sed tamen, cum Rutilius de *brachylogia* & *brachyepia* loquitur, ſubjicit exemplum, quod videtur eſſe *diſſolutionis*; & Diomedes quoque *brachylogiam* putat eſſe *diſſolutionem*. TURNEB. Rutilius Lupus pag. 9. Rhetor. Pithæan. *brachyepiam* ſolummodo nominat, non *brachylogiam*. Diomedis locus eſt in Grammat. Putſch. pag. 443. ubi ſic habet: *Hæc etiam* (loquitur de διαλύτῳ) βραχυλογία *nominatur.* De βραχυλογία vide quæ jam dixerat Fabius lib. VIII. cap. 3. ante finem. CAPPER.

224. *Copulata diſſolutio.*] Id eſt, compoſita, cum videlicet multa orationis membra congeruntur διαλύτως, *abſque conjunctivis particulis*: quæ membra, ſi collective ſumantur, *brachylogiam* efficiunt. CAPPER.

225. *Tectumque.*] Virgil. III. Georg. 344.

226. *Amyclæumque canem.*] A Julio Polluce imprimis celebrantur canes Laconici. Amyclæ autem fuerunt in Peloponneſi parte Laconica. TURNEB.

227. *Arma.*] Ex lib. I. Æneid. principio, ut & ſequentia.

228. *Multa quoque adverbia.*] *Quoque* particula, iterum adſcripta, eſt eradenda, ne ſenſum alioqui apertum confundat. REGIUS. Omiſerunt nempe ultimum exemplum *multa quoque & bello*; & poſt *terris*, *multa quoque adverbia* habent V. C. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald.

229. *Hic illum.*] Eclog. I. 43. Aldus vero integros verſus expreſſit.

230. *Etenim.*] *Et tantum*; V. C. Alm.

231. *Aut diſſoluta.*] Hic diſtingui juſſit Regius hoc modo: *diſſoluta. Omnibus, &c.* & ita Locat. Baſil. Obrecht. atque hæc ſola lectio probari poteſt: vulgaris autem, quam Burmannus etiam ſecutus erat, ferri nequit. Nam adjectiva τὸ *juncta* & *diſſoluta* referri non poſſent ad τὸ *ſcriptores ſua nomina dederunt*. Itaque referuntur ad τὸ *coacervatio*, ita ut a Fabio dicatur *coacervatio juncta aut diſſoluta*, quemadmodum ab eodem jam dicta fuerat *copulata diſſolutio*. Præterea τὸ *coacervatio* juncta eſt Græcorum πολυσύνδετον, & τὸ *coacervatio* diſſoluta eſt eorumdem ἀσύνδετον, ut ex allatis a Quinctiliano exemplis abunde conſtat. CAPPER.

232. *Et unicuique.*] Non *unicuique*, ſed *ut cuique*, legendum eſſe, facile eſt videre. REGIUS.

233. *Fingenti placuit.*] *Fingere placuit*; Voſſ. ſec. Andr.

234. *Quia acriora.*] *A* litera expungatur, ac, loco ejus, *&* copula reponatur, ut legamus, *qui & acriora facit.* REGIUS.

235. *Præ ſe ferentia.*] *Per ſe*; Voſſ. ſec.

236. *Effectus.*] Sæpenumero *affectus* in *effectum* a librariis commutatur. REGIUS.

237. *Gradatio.*] *Gradatio* appellatur κλίμαξ, quaſi *ſcala*, propterea quod (ut inquit Alexander) *quemadmodum ab una ſcalæ gradu ad alterum tranſcendimus, ita hic quoque ab una*

tiorem

ſiorem habet artem, & magis affectatam, ideoque eſſe rarior debet. Eſt autem [238] ipſa quoque adjectionis; repetit enim, quæ dicta ſunt; &, priuſquam ad aliud deſcendat, in prioribus reſiſtit. [239] Ejus exemplum ex Græco notiſſimo transferatur: *Nec hæc dixi quidem, ſed nec ſcripſi: nec ſcripſi quidem, ſed nec obii legationem: nec obii quidem, ſed nec perſuaſi Thebanis.* [240] Sunt tamen tradita & Latina: [241] *Africano virtutem induſtria, virtus gloriam, gloria æmulos comparavit*; & Calvi: *Non ergo magis pecuniarum repetundarum, quam majeſtatis; neque majeſtatis magis, quam* [242] *Plautiæ legis; neque Plautiæ legis magis, quam ambitus; neque ambitus magis, quam omnium* [243] *legum judicia perierunt.* Invenitur apud poëtas quoque; [244] ut apud Homerum de ſceptro, quod a Jove ad Agamemnonem uſque deducit; & [245] apud noſtrum etiam Tragicum:

Jove propagatus eſt (ut perhibent) Tantalus,
Ex Tantalo Pelops, ex Pelope autem ſatus
Atreus, qui noſtrum porro propagat genus.

dictione trajicimus ad aliam. Aquila Romanus *ſcalam* aut *gradiculos* interpretari non vult, ſed *aſcenſum.* Cornificius vertit *gradationem.* TURNEBUS. Alexandri verba ſunt hæc in opuſculo de figuris pag. 584. (tom. 1. Rhetor. Aldin.) εἴληφε δὲ τὸ σχῆμα τὸ ὄνομα ἀπὸ τῆς κλίμακος· ἐφ' ὃν γὰρ ἐν ταύτῃ λήγομεν βαθμὸν, ἀπ' ἐκείνου πάλιν ἀρχόμεθα; id eſt, *hæc autem figura nomen accepit a ſcala, κλίμακι. In hac enim in quem gradum deſinimus, ab illo rurſus incipimus.* Igitur, quod Alexandro tribuit interpretis Turnebiani Latina verſio, aliunde ſumptum fuerit, oportet: niſi forte Alexandri ſententiam paraphraſtica locutione Turnebianus ille dilataverit. Aquilæ Romani ſententiam de τῆς κλίμακος interpretatione habes in Rhetoribus Pithœan. pag. 21. Cæterum eamdem figuram Rutilius Lupus ibid. pag. 4. ἐπιπλοκὴν vocat; Hermogenes lib. 1. περὶ ἰδεῶν, *de dicendi formis* cap. 12. κλιμακωτὸν; Euſtathius Theſſalonicenſ. in Iliad. B. pag. 181. ἐπισυνδούμενον, idque poſt Ariſtotel. lib. 1. de generat. animal. cap. 18. ut notavit Caſaubon. in Athen. lib. 11. cap. 2. CAPPER.

238. *Ipſa quoque adjectionis.*] *Ipſa quoque cum adjectione*; Andr. *ipſa quoque adjectione*; Voſſ. ſec.

239. *Ejus exemplum ex Græco.*] Tempore quidem Fabii, quo non minus literis Græcis, quam Latinis, ſtudebatur, notiſſimum erat id exemplum. Nunc vero ita erroribus ſcatet, ut vix a quoquam percipiatur: ſumptum eſt autem ex oratione Demoſthenis pro Cteſiphonte; gradatione enim ſic utitur Demoſthenes: Οὐκ εἶπον μὲν ταῦτα, οὐκ ἔγραψα δέ· οὐδὲ ἔγραψα μὲν, οὐκ ἐπρέσβευσα δέ· οὐδὲ ἐπρέσβευσα μὲν, οὐκ ἔπεισα δὲ Θηβαίους. Quod ita Romanus quoque Aquila, qui diligentiſſime de figuris ſcripſit, interpretatur: *Non dixi hæc, nec dixi quidem: nec ſcripſi hæc, nec ſcripſi quidem: nec profectus eam ad legationem: nec profectus quidem, non perſuaſi autem Thebanis: nec perſuaſi quidem.* Hinc facile colligitur quantopere hoc pulcherrimum opus ſit depravatum, cum in uno exemplo, & quidem notiſſimo, tot flagitia deprehendantur: nec ea quiſquam emendare curavit: ſic autem corrigendum videtur, ut non *oblegationem*, ſed *obii legationem* legatur; & *perſuaſi*, *t* litera eraſa; & *Thebanis*, non *hæc vanis*, hoc modo: *Nec hæc dixi, nec dixi quidem, ſed nec ſcripſi: nec ſcripſi quidem, ſed nec obii legationem: nec obii quidem, ſed nec perſuaſi Thebanis: nec perſuaſi quidem.* REGIUS. Demoſth. pro Cteſiph. Aquila aliter tranſtulit. Imitatus eſt auct. ad Herenn. lib. IV. PITHOEUS. *Non enim dixi quidem, ſed non obii legationem, ſed non perſuaſit hæc vanis;* Locat. *nec hæc dixi quidem, ſed nec* (*non* Vidov.) *ſcripſi: nec ſcripſi quidem, ſed nec obii legationem: nec obii quidem, ſed nec perſuaſi Thebanis: nec perſuaſi quidem:* Ald. Baſil. Colin. Vidov. In editione Pithœi apud Aquilam Romanum ita legitur: *Et non dixi hæc quidem, non autem ſcripſi: nec ſcripſi quidem, non profectus ſum autem ad legationem: nec profectus quidem, non perſuaſi autem Thebanis.* BURMAN. In Aquilæ Romani editione, quam laudat Raphaël Regius, immo & in ejuſdem Regii emendatione abundant hæc duo vocabula perperam repetita: *nec dixi.* Et ſane in editionibus Pithœan. & Aldin. non comparent; neque in Græco textu quidquam eſt, quod duobus illis verbis reſpondeat; ſic enim habet: οὐκ εἶπον μὲν ταῦτα, οὐκ ἔγραψα δέ. Fortaſſe fuerit error eorum, qui Raphaëlis Regii ſcrinia imperite compilarunt, aut exſcripſerunt. CAPPER.

240. *Sunt tamen erudita.*] *Sunt tamen tradita & Latina*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. *ſi tamen tradita*: Ald. marg. Baſil. *ſit tamen tradita & Latina*; Obrecht. Codd. Almeloven. & Voſſ. ſec. lectionem ultro ſecutus ſum, eo quod longe commodiorem & ſubjectæ rei magis congruum ſenſum exhiberet: fatendum tamen eſt apud Diomedem pag. 443. Grammatic. Putſch. ubi Fabii verba referuntur, legi etiam *erudita*: ſed Putſchiana illa veterum Grammatic. editio innumeris ſcatet erroribus, quorum jam plurimos ad exemplaris mei marginem annotavi & correxi: ſic ibidem legimus: *Item Gallus: non ergo magis pecuniarum, &c.* ubi legendum eſſe *Calvus*, nemo inficias iverit. CAPPER.

241. *Africano.*] Eſt ex libro IV. ad Herenn. 25. unde Aſcenſius colligit, non eſſe Ciceronis, cum Fabius eum certe nominaſſet, ut mox Calvum nominat: ſed non ſunt hæc ipſa verba auctoris ad Herennium, ſed alterius, quæ ille in exemplum adducit, ut & Fabius ſuo jure facere potuit: quare hinc nihil de auctore illorum librorum certi colligi poteſt. BURMAN. Sed ſcriptæ ad Herennium Rhetorices auctorem non eſſe Tullium aliis & quidem gravioribus rationum momentis probari poteſt, quorum nonnulla identidem, ubi data eſt occaſio, protulimus. CAPP.

242. *Plautiæ legis.*] Lex Plautia erat lata adverſus eos, qui per ambitum adepti fuiſſent magiſtratus: erant etiam aliæ leges de ambitu: unde ſubjunxit dictionem generalem. TURNEB.

243. *Legum judicia perierunt.*] In V. C. Alm. verba illa *judicia perierunt* aberant; ut & apud Diomedem lib. II. pag. 443. ſed elegantior eſt lectio apud Romanum Aquilam: *quam omnium legum omnia judicia perierunt*; in duplicatione enim illa vocis *omnia omnium* venuſtas eſt, quam ſæpe Cicero & alii captant: ita Cicero lib. V. ad famil. 12. *Unus Xenophontis libellus in eo rege laudando facile omnes imagines omnium ſtatuaſque ſuperat*: ubi non neglexit hunc leporem commendare Manutius. Terent. Adelph. III. 2.

Nunc illud eſt, quod ſi omnia omnes ſua conſilia conferant.

Ubi duplicem figuram *hyperbolen* & *paronomaſiam* Donatus notat. Livius XXVIII. 24. *Quum omnia omnes auderent*; & ipſe noſter Fabius lib. V. 12. *de omnibus his omnia dicere*; & lib. X. cap. 1. ut quidam codices, *omnia, quæ omnes auctores dixerint*; & apud Græcos (Ariſtotel. 1. Politic. pr.) πάντα πάντες πράσσουσι; ubi Giphanius in *Ethicis* ſe hanc elegantiam etiam obſervaſſe notat; & ita contra Ariſtoph. Plut. v. 562. ὡς οὐδὲν ἀπεχθὲς οὐχὶ ἐστιν ὑγιές: ubi Schol. ex Platone ſimilem locum profert. BURMAN.

244. *Ut apud Homerum deſceptorque.*] *De ſceptro* legendum eſſe, facile ex ſecundo Iliados v. 101. apparet. REGIUS.

245. *Apud noſtrum etiam Tragicum.*] Hos verſus putant eſſe Senecæ; propterea quod Tragicus appellari videtur per excellentiam: exiſtimo tamen ex pedum menſura non eſſe Senecæ, ſed veteris cujuſdam Tragici. Utcumque ſit, verſus hi tranſlati ſunt ex Iphigenia Euripidis in Tauris in principio. TURNEB. Quis ſit ille Tragicus dubitatur. Cl. Scriverius, qui eos in Tragicorum incertorum reliquiis recenſet, *Atreo* in meo exemplari, paſſim ab eo accuratiſſime emendato, adſcripſit: quod ſi addas iis, quæ pag. 105. ad verſiculum a Cicerone lib. III. de Offic. 29. citatum notantur, veroſimillimum eſt, hos verſus Attium auctorem agnoſcere. ALMELOV. Francius ſuſpicabatur legendum: *apud Accium etiam Tragicum*: ſed inter incertorum fragmenta hoc Delrius & Scriverius retulerunt, qui pag. 171. alios legere, *Jove prognatus eſt, &c.* *Ex Tantalo ortus Pelops, ex Pelope ſatus Atreus*, notavit; ut & in Voſſ. ſec. & Andr. Locat. erat: deinde *propagât* dictum puto pro *propagavit*. Vide Giſan. ind. Lucret. in *irritat*, & Guiet. ad Terent. Andr. IV. 1. 26. & ita forte apud Horatium lib. II. Od. X. 19. *ſuſcitât* eſt capiendum, pro *ſuſcitavit*. BURMAN.

At quæ per detractionem fiunt figuræ, brevitatis novitatiſque maxime [246] gratia petuntur: quarum [247] una eſt ea, quam libro proximo [248] in figuras diſtuli, [249] *ſynecdoche*, cum ſubtractum verbum aliquod ſatis ex cæteris intelligitur; ut Cœlius in Antonium: [250] *Stupere gaudio Græcus.* [251] Simul enim auditur, *cœpit.* Cicero ad Brutum: [252] *Sermo nullus, ſcilicet, niſi de te. Quid enim potius? Tum Flavius,* [253] *Erras tabellarie,* [254] *& ego ibidem has inter cœnam exaravi.* Cui ſimilia ſunt illa, meo quidem judicio, in quibus verba decenter pudoris gratia ſubtrahuntur:

> [255] *Novimus & qui te, tranſverſa tuentibus* [256] *hircis,*
> *Et quo, ſed faciles Nymphæ riſere, ſacello.*

[257] Hanc [258] quidam *apoſiopeſin* putant, fruſtra. Nam, illa quid taceat, incertum eſt; aut certe longiore ſermone explicandum: hic unum verbum, & manifeſtum quidem, deſideratur: quæ ſi *apoſiopeſis* eſt, nihil, in quo deeſt [259] aliquid, non idem appellabitur. [260] Ne ego illud quidem *apoſiopeſin* ſemper voco, in quo res quæcumque relinquitur intelligenda, ut ea, quæ in epiſtolis Cicero: *Data Lupercalibus,* [261] *quo die Antonius Cæſari;* quia nihil hic aliud intelligi poterat, quam hoc, *diadema impoſuit.* Altera eſt per detractionem figura, de qua modo dictum eſt, cui conjunctiones eximuntur. [262] Tertia, quæ dicitur συνεζευγμένον. In qua unum ad verbum plures ſententiæ referuntur, quarum unaquæque deſideraret illud, ſi ſola poneretur. [263] Id accidit aut

246. *Gratia petuntur.*] *Gratiam petunt:* MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſec. Andr. Locat. Ald. Obrecht.

247. *Una eſt ea.*] *Ea* deeſt in Voſſ. ſec.

248. *In figuras ex ſynecdoche diſtuli.*] Sic quidem legitur, ſed corrupte, ut mihi videtur. Forſitan autem *ex* præpoſitio recte eraderetur, & *ſynecdoche* poſt verbum *diſtuli* collocaretur. REGIUS. *Ex ſynecdoche:* Locat.

249. *Synecdoche.*] Hanc figuram appellat ἔλλειψιν Romanus Aquila, propterea quod aliquid deeſt: eadem vocatur *ſynecdoche:* id eſt, *intellectio*, propterea quod intelligitur id, quod deeſt. TURNEB.

250. *Stupere gaudio Græcus.*] *Greo* Ald. & antiqua editio, teſte Aſcenſio; unde forte *ſtupere gaudio Creo*, quo nomine rex Corinthi, & alii fuere. BURMAN.

251. *Simul enim auditur, cœpit.*] *Subauditur enim cœpit:* Ald. Colin.

252. *Sermo nullus ſcilicet de te.*] *Sermo nullus ſcilicet niſi te:* Locat. illud *ſcilicet* intruſum videtur, & additum ab aliquo, qui volebat ſupplere; ut hic deſideretur *habitus eſt*, vel *fuit*. BURMAN.

253. *Erras tabularie.*] *Erras, inquit, Tabellarie;* MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Scriptum erat *cras tabellarius*, ſed cum ex *cras*, *erras* feciſſet librarius, etiam *tabellarie*, ſcripſit, ne peccaret ſcilicet. BURMAN.

254. *Et ego ibidem orans inter cœnam exoravi.*] Nullus in his ſenſus: ſed ad veram lectionem aditum fecerunt MSS. Alm. & Voſſ. ſec. in quibus eſt *exaravi*, & in Alm. etiam *eras:* quare lego, *Tum Flavius: Cras, inquit, tabellarius: & ego ibidem has inter cœnam exaravi:* ita omnia cohærent: cœnabat apud aliquem Cicero, ubi nullus niſi de Bruto ſermo, qui gratus Ciceroni, *quid enim potius?* Tum Flavius dixit, *Cras tabellarius*, ſc. proficiſcitur ad Brutum: quare *ego ibidem inter cœnam has exaravi.* Flavius vero videtur ille, quem Cicero ad Planc. cap. ult. egregie laudat; vel C. Flavius, quem commendat lib. XIII. ad fam. epiſt. 31. & ad Brut. epiſt. 6. & qui legatus pro prætore dicitur in Denario Bruti. Vide Fulv. Urſ. ad hoc fragmentum Ciceronis pag. 150. & qui a cl. Perizonio diſſertat. III. pag. 248. ſignaſſe Themidis vultu & nomine Denarium creditur: quamvis rectius Apollinis facies, ex addita lyra, Vaillantio in gente Flavia videtur, quia ille, ut legatus pro Prætore, Bruto abſente, ludos Apollinares fecit, ut egregie probat Urſinus ad familiam Juniam: qui tamen nihil de cognomine *Hemis* addit: Vaillantius autem ab *Hemicyclo* dictum vult, ut Caſſius dictus *Hemina*, quod minime ſit veroſimile. Motell. epiſt. ad Periz. pag. 139. cognomen Apollinis forte *Hemiſſeni* conjecit, cui reſpondens cl. Periz. pag. 245. priorem ſententiam repudiat, & novum aut ignotum Flavii cognomen, vel Apollinis, in Macedonia aut Beſſorum terris culti, conjicit: ego nihil definio, nec enim fas eſt ſcire omnia. BURMAN. Donec obſcuriori huic loco major lux affulgeat, eam lectionem ſecutus ſum, quæ codd. Amel. Voſſ. ſec. & Bodl. auctoritate innititur. Quam autem Burmannus in notis emendationem propoſuit, ea paulo audacior viſa eſt. CAPPER.

255. *Novimus.*] Eclog. III. ſed hic *Apoſiopeſin* non eſſe, ipſo Fabii argumento oſtendit poſt Pierium Voſſ. lib. V. Inſt. Orat. cap. VI. §. 5.

256. *Hirquis.*] *Hircis:* MSS. Alm. Voſſ. ſec.

257. *Hanc.*] *Hic:* Locat.

258. *Quidem apoſiopeſin.*] E vocali in *a* converſa, *quidam* legendum eſſe, indignum eſt, quod admoneatur. REGIUS. *Quidem;* MS. Alm.

259. *Aliquid idem appellabitur.*] Sic quidem legitur, ſed niſi adjiciatur *non*, negandi adverbium, aperte id negare videbitur Fabius, quod vult affirmare: quare legatur *non idem appellabitur.* REGIUS. *Non* deeſt in Locat. *quæ ſi apoſiopeſis eſt, nihil non, in quo deeſt, apoſiopeſis appellabitur;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. *nihil non, i. q. d. aliquid, idem appellabitur:* Obrecht.

260. *Ne ego illud quidem.*] Etiam cum deſunt interdum plures dictiones, tamen non eſt *apoſiopeſis* protinus, ut in exemplo Ciceroniano, ſed *ſynecdoche.* TURNEB. *Nec ego:* Gebhardus.

261. *Quo die Antonius Cæſari, nihil obticuit luſitque.*] Si hoc modo legatur, non video quid intelligendum relinquatur. Quare hæc verba *nihil obticuit luſitque* mihi imperite videntur adſcripta. REGIUS. In vetuſtis codicibus legitur, *non obticuit, luſitque:* ut ſit ſenſus, in exemplo Ciceroniano non eſſe *apoſiopeſin*, id eſt, *obticentiam*, ſed dumtaxat *ſynecdochen*, qua luſerit tacite ſignificando. TURNEB. Jan. Gebhardus, Crepund. lib. III. cap. II. pag. 130. ex MS. Palat. & editione Aldina reſtituit in ſedem ſuam ſic: *Data Lupercalibus, quo die Antonius Cæſari: nihil obticuit, luſitque, quia, &c.* Quæ male in vulgatis editionibus omiſſa ſunt, ut & Gryphiana, quæ habetur omnium emendatiſſima. PAREUS. Omiſſa in nonnullis editionibus, ad fidem MS. Palatini, MS. Bodleiani, editorum Sichardi, Pariſienſis, & Andreæ (qui ita legit, *non enim obticuit luſitque*) inſerui. Etſi enim (quod fateor) vere affirmari poteſt, ſine illis cuſtodiri Fabii ſententiam, mihi tamen videntur ſequentia, *quia nihil hic aliud intelligi*, &c. ad hæc omnino reſpicere. GIBSON. *Non enim obticuit luſitque;* Andr. *nihil obticuit luſitque;* Locat. Ald. Baſil. Aſcenſius adſcripta putat a librario, qui defectum ſupplere volebat.

262. *Tertia quæ dicitur, &c.*] Hanc figuram vocant vulgo Grammatici *zeugma;* Cornificius interpretatur *conjunctionem* & *adjunctionem:* fit autem (ut aiunt Grammatici) tribus modis, quos perſequitur Fabius. TURNEB. Euſtathius Theſſalonicenſium Archiepiſcopus, in ſuis ad Homerum παρεκβολαῖς, & alii plures Grammatici, & Græci Scholiaſtæ figuram hanc vocant ἀπὸ κοινοῦ, quaſi dicas *a communi* pluribus membris verbo. CAPPER.

263. *Id accidit aut præpoſito.*] Hanc ſpeciem Grammatici vocant *protozeugma*, cum verbum præponitur; *hypozeugma*, cum poſtponitur. Has duas ſpecies *adjunctionem* appellat Cornificius: eſt & *meſozeugma*, cum verbum ponitur in medio: vocat *conjunctionem* Cornificius. TURNEB. In cujus annotatione probare non poſſum illud *protozeugma.* Nam primo quidem Diomedes, qui pag. 439. Grammatic. Putſch. de *zeugmate* fuſius diſſeruit, altum de *protozeugmate* ſilentium tenet, nec niſi ζεῦγμα, μεσόζευγμα & ὑπόζευγμα memorat. Secundo, ſi primæ illi ſpeciei *zeugmatis*

præpoſito verbo, ad quod reliqua reſpiciant: *Vicit* [264] *pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia*; [265] aut illato, quo plura cluduntur: [266] *Neque enim is es, Catilina, ut te aut* [267] *pudor unquam a turpitudine, aut metus a periculo, aut ratio a furore revocaverit.* Medium quoque poteſt eſſe, quod & prioribus & ſequentibus ſufficiat. [268] Jungit autem & diverſos ſexus; ut cum marem feminamque [269] *filios* dicimus. Et ſingularia pluralibus miſcet. Sed hæc adeo ſunt vulgaria, ut ſibi artem figurarum aſſerere non poſſint. Illud plane figura eſt, [270] qua diverſa ſermonis forma conjungitur:

[271] ——— *Sociis tunc, arma capeſſant,*
Edico, & dira bellum cum gente gerendum.

Quamvis enim pars *bellum* poſterior participio inſiſtat, [272] utrique tamen convenit

aliquod ſpeciale nomen eſſet imponendum, ſecundum accuratiorem analogiæ regulam προζεύγμα dicendum foret, quod τῷ ὑποζεύγματι directe opponeretur. Tertio Turnebianus interpres *protozeugma* illud ſuum ex uno fere (quod ſciam) Deſpauterio ſumpſit, qui celeberrimæ Grammatices pag. 251. & 703. edition. Lugdun. in 4.° 1582. diſerte nominat, *protozeugma*, *hyperzeugma*, & *hyſterozeugma*. Has autem dictiones, aut finxit ipſe Deſpauterius, aut ex Alexandri opuſculo, cui nomen *Doctrinale*: aut ex Nigri, Mancinelli, &c. libris, potius dicam Philologaſtrorum quiſquiliis exſcripſit; neque enim apud Græcorum ſcriptorum Scholiaſtas, neque in veteribus Grammaticis, aut Rhetoribus Latinis reperiuntur, neque in Servio, neque in Donato: quorum ille in Æneïd. 1. pag. 490. *zeugma* vocat *a ſuperioribus, a medio & ab inferioribus*: hic in Terent. Andr. *zeugma a ſuperiore* appellat. Alia plurima ſunt in illa Deſpauterii Grammatice, quæ triſtes ætatis tenebricoſæ reliquias conſervant. Horum porro nonnulla hic apponere & paucis refutare, a noſtro, quo τὴν veterum illuſtrare philologiam, & τὴν recentiorum caſtigare ſtudemus, propoſito non alienum eſſe exiſtimavi. Sic pagg. 267. 268. *ſynecdochen* agnoſcit in his locutionibus: *nuda genu, nudus pedem, albus dentes*: atqui 1.° *ſynecdoche* longe aliud ſignificat. Eſt enim *tropus*, quo & pars pro toto, & totum pro parte uſurpatur, ut patet ex Soſipatro Chariſio, Diomede, Donato, Servio, &c. 2.° Servius in 1. Æneïd. pag. 446. docet in τῷ *nuda genu, nudus pedem*, eſſe Græcam figuram: igitur *helleniſmus* eſt, non *ſynecdoche*. Pag. 551. ubi de arte verſificatoria, pedem quemdam nominat *dochimum*: ſed ex Hephæſtione, ipſiuſque Scholiaſta, & veteribus Grammat. Putſch. liquet *dochmium* ex Græco τῷ δόχμιος dici oportere. Pag. 696. ſcribit *amphibologiam*, cum ex Fabio cæteriſque Philologis *amphiboliam* ſcribere debuiſſet. Pag 697. ſic habet: *Ceriologia, aut ciriologia; hanc Diomedes ſic definivit. Ciriologia eſt culta & ſana oratio ſine lenocinio ornata*; ut, Romanos rerum dominos, gentemque togatam..... *videtur interpretari cor animaque orationis*, κῆρ, κέαρ, cor, anima. *Eadem virtus dicitur orthœpia, quæ auctore Quinctil. in* 1.° *eſt emendata vocum cum ſuavitate explanatio. Niger exemplum dat ex Virgil.* Romanos rerum dominos, gentemque togatam. Sed primo pro τῷ *ceriologia*, vel *ciriologia* ſcribendum erat *cyriologia*, vel κυριολογία, ſecundum ipſum Diomedem pagg. 449. 450. Grammatic. Putſch. Secundo perperam confundit Deſpauterius τὴν κυριολογίαν, *locutionem propriam*, ſeu *propriis verbis conceptam*, cum τῇ ὀρθοεπείᾳ, *recta vocabulorum pronunciatione*. Tertio inde patet ex Nigri & cæterorum ſemibarbarorum fontibus Deſpauterianos errores fuiſſe hauſtos. Pagg. 703. 704. legimus *aſymtheton* & *polyſyntheton*, pro τοῖς *aſyndeton* & *polyſyndeton*, quomodo emendavimus in Rufiniano pag. 32. Rhetor. Pithœan. emendationis veritas claret ex Græcis vocibus ἀσύνδετον & πολυσύνδετον. Pag. 704. legitur *proſonomaſia*, tanquam figura ſimilis τῇ *paronomaſiæ*, idque ex corrupto Quinctiliani loco: ſed ſictitium eſt illud vocabulum *proſonomaſia*, & unica eſt figura, cui nomen παρονομασία. Pag. 706. exſtat *hyrmos*, & derivatur a σύρω, *traho*: atqui ex Servio aliiſque Grammaticis legendum eſt *hirmos*, ex τῷ εἱρμὸς, quod fit ab εἴρω, *necto*. Pag. 708. confundit Deſpauterius *antonomaſiam* cum τῷ κατ᾽ ἐξοχὴν & τῷ χαρακτηρισμῷ. Sed primo τὸ κατ᾽ ἐξοχὴν, refertur ad *ſynecdochen*. Secundo χαρακτηρισμὸς non eſt *tropus*, ſed figura ſententiæ ex Rutilio Lupo. pag. 8. Rhetor. Pithœan. Pag. 710. ſcribitur *ſynchefis*, quaſi a σὺν & χέσις: verum ſcribere oportet σύγχυσις a σὺν & χύσις. Pag. 712. exponit neſcio quem *ſoraſmum*, quaſi a σωρεύω, idque ex corrupto Fabii loco, ubi legendum eſt σωρισμός. Pag. 716. *alloph ylis eſt conſtructio non reciproca, ut diligo Panium*, ex ἄλλο & φῦλον. Sed ſictitia eſt illa dictio ex Alexandri, Nigri, Mancinellive ſcriniis compilata. Pag. 717. *Synæcioſis ex eo nomen accepit, quod duo diverſa ſimul habitare faciat; nam συνοικείωσις cohabitatio dicitur.* Sed Deſpauterius non diſtinxit τὴν συνοικείωσιν figuram (quæ ex Fabio duas res diverſas colligat) a τῇ συνοικήσει, vel τῷ συνοικισμῷ. Ibidem *hyphen* dicitur *ſubunio*: quæ vox eſt barbara & ex abuſu Græcarum dictionum ὑφ᾽ ἕν perperam conficta. Ibidem *hendiadys... pateris libamus & auro per endiadyn*: atqui dictio eſt barbare ficta ex Græcis ἓν διὰ δυοῖν, quando per duo unum ſignificatur. Pag. 718. *Liptote figura, qua minus dicimus, quam ſignificamus..... liptote, id eſt, defectiva aut defectio, a λείπω, deficio.* Sed ſcribendum erat λιτότης a λιτὸς, ex Porphyrione pag. 1019. commentar. in Horat. vel λειότης a λεῖος, ſecundum Servium in Virgil. Denique pag. 719. *Allocotheta*, inquit Deſpauterius, *eſt accidentium contra artem mutatio. Allocothetam Priſcianus* lib. 18.° *interpretatur variationem, ab ἀλλοιόω, permuto, & θετὸν, poſitum*: ſed *allocotheta* vox eſt nihili. Et certe Priſcianus libro non 18.° ſed 17.° pag. 1099. Grammat. Putſch. nominat ſolummodo ἀλλοιότητα, quam Latine vertit *variationem*. Vulgo dicitur *enallage*, ἐναλλαγὴ, numeri, generis, perſonæ, &c. Horum autem errorum plerique in Latinæ linguæ Theſaurum irrepſerunt, quibus aliiſque plurimis emaculatum tam nobile opus noviſſima editio exhibebit. CAPPER.

264. *Pudorem libido, timorem audacia.*] Cicero pro Cluent. cap. 6.

265. *Aut illato, quo plura cluduntur.*] Eſt Grammaticorum ὑπόζευγμα, quod cum τῇ ὑποζεύξει confundendum non eſt. Nam, ut docent Soſipater Chariſius pag. 250 Grammatic. Putſch. Diomedes & Scaurus pag. 439. Donatus 1775. venerabilis Beda pag. 343. Rhetor. Pithœan. ὑπόζευξις eſt figura *zeugmati* contraria, cum ſingulæ res aut perſonæ verbis ſuis clauduntur, ut *Tarchon junget opes, fœduſque feret.* [Æneid. x. 154.] unde vocari etiam poſſet ἀντίζευγμα, vel, ut ait Aquila Romanus pag. 22. Rhetor. Pithœan. διεζευγμένον. CAPPER.

266. *Neque enim is es.*] In Catil. 1. cap. 9.

267. *Pudor unquam.*] *Unquam* deeſt in Cicerone.

268. *Jungit autem.*] Has ſpecies Grammatici vocant *conceptionem* tum generum, tum numerorum: Fabius etiam redigit ad *zeugma*. TURNEB.

269. *Filios dicimus.*] Prævalet enim in his maſculinum; &, licet hoc vulgare ſit, non tamen animadverſum ſemper fuit: ita apud Val. Max. II. IV. 5. de duobus filiis & filia, quas bis terve *puerorum* nomine comprehendit, tandem dicit, Valeſium ludos & lectiſternia continuis tribus noctibus feciſſe, *quia totidem filii periculo liberati erant*; ubi Colerus præfert codicis Colmarienſis lectionem *totidem liberi*: male. Et ita *Patres* de matre & patre Ovid. IV. Metam. 61. *fratres* de ſororibus & fratribus, ubi quædam adnotabimus. Vide interim Bentl. ad Horat. 1. Sat. 1. 100. & hoc non attendens illuſtris quoque Spanh. diſſert. v. de præſt. & uſu Num. pag. 406. edit. prioris, Θεῶν Ἀδελφῶν non Latine poſſe verti *Deorum fratrum*, perperam cenſet: rectius Munkerus ad Hygin. fab. 159. BURMANNUS.

270. *Qua diverſa ſermonis, &c.*] Nonnulli, qui paulo ſunt religioſiores, exiſtimarent hoc *ſchema* eſſe fugiendum, propterea quod efficit ἀνακόλουθον: ac ſane raro eſt eo utendum, niſi in Poëmate. TURNEB.

271. *Sociis.*] Virgil. III Æneid. 234.

272. *Utrique convenit illud, illud edico non utrique.*] Depravatus hic locus ſic mihi corrigi poſſe videtur, ut *tamen* particula adſcribatur, ac *illud* pronomen prius poſitum tollatur, hoc modo: *Utrique tamen convenit, illud edico non utrique.* Nam *bellum* & *eſt gerendum*, & *ſociis gerendum*; ſed

illud *edico*; nam utrique detractionis gratia facta conjunctio. Συνοικείωσιν vocant, quæ duas res diverſas colligat: *Tam deeſt avaro, quod habet, quam, quod non habet.* Huic diverſam volunt eſſe diſtinctionem, cui dant nomen [273] παραδιαστολὴν, [274] qua ſimilia diſcernuntur: [275] *Cum te pro aſtuto ſapientem appelles, pro confidente fortem, pro illiberali diligentem:* [276] quod totum pendet ex *finitione*, ideoque an figura ſit, dubito. Cui contraria eſt ea, quæ ex vicinia tranſit ad diverſa aut ſimilia:

[277] ——— *Brevis eſſe laboro,*
Obſcurus fio.

& quæ ſequuntur. Tertium eſt genus figurarum, [278] quæ aut ſimilitudine aliqua vocum, aut paribus, aut contrariis [279] vertunt in ſe aures, & animos excitant. Huic nomen eſt [280] παρονομασία, quæ dicitur *agnominatio.* Ea non uno modo fieri ſolet, ſed ex vicinia quadam prædicti nominis ducta, caſibus declinatur; ut Domitius Afer pro Cloantilla: *Mulier rerum omnium imperita,* [281] *in omnibus rebus infelix.* Et cum verbo idem verbum [282] plus ſignificanter ſubjungitur: [283] *Quando homo, hoſtis homo.* [284] Quibus exemplis ſum in aliud uſus, [285] ſed in uno facilis eſt geminatio. [286] Παρονομασίᾳ ei contrarium eſt, quod eodem verbo quaſi [287] falſum augetur: [288] *Quæ lex privatis hominibus eſſe lex non videbatur.* Cui confinis eſt [289] Ανταναχλάσις, ejuſdem verbi contraria ſignificatio. Cum [290] Proculeius quereretur de filio, quod is mortem ſuam *exſpectaret*; & ille dixiſſet, *ſe vero non exſpectare: Immo*, inquit, [291] *rogo exſpe-*

edico ad ſocios dumtaxat refertur. REGIUS. *Utique convenit illud, illud edico non utrique*; Locat. qui ibi diſtinguens incipit novam periodum: *Detractionis gratia*, &c. *Utrique convenit illud edico*; V. C. Alm. male hæc & Regius & Aſcenſius ceperunt; hoc enim vult auctor, variationem, ſive diverſam formam, hic in una periodo conjungi; ſive uni verbo *edico* duplicem modum adjungi; cum enim dicamus utrumque, *edico tibi ut facio*, & etiam, *edico tibi faciendum*, hic utramque formam conjecit in unum verborum complexum Virgilius: *Edico ſociis, ut capeſſant arma, & bellum gerendum*, pro *ut gerant.* Vide quæ notavimus ſupra ad lib. 1. cap. 7. de hac variatione modorum & temporum: ut autem clarius ſit, delerem hic vocem *bellum*, quam gloſſator adſcripſit, ut explicaret ſcilicet, quid eſſet *poſterior pars*: ſic ergo lege, *quamvis enim poſterior pars* (ſcil. hujus periodi) *participio inſiſtat, utrique tamen convenit illud, Edico.* BURMAN.

273. Παραδιαστολήν.] Hæc duo *ſchemata* adhuc fiunt venuſtiora, quando illis rationem, vel ſimilitudinis, vel diverſitatis ſubjungimus. TURNEBUS.

274. *Quia ſimilia diſcernunt.*] *I* vocali eraſa, *qua* & *diſcernuntur* paſſive, etiam refragantibus exemplaribus, mihi videtur eſſe legendum. REGIUS. *Quia ſimilia diſcernuntur*; Voſſ. ſec.

275. *Cum te pro aſtuto.*] Hoc ex Hyperide adducit Rutilius Lupus, in *paradiaſtole* pag. 2. ſed aliquantum diverſa ſcriptura. BURMAN.

276. *Quod totum pendet.*] *Totum* deeſt in Voſſ. ſec.

277. *Brevis eſſe.*] Horat. Art. Poët. 26.

278. *Quæ aut.*] *Quod aut*; Voſſ. ſec. Locat.

279. *Vertunt in ſe aures & animos excitant.*] *Convertit in ſe aures & excitat*; V. C. Alm. *convertunt in ſe aures & excitant*; Voſſ. ſec. *convertunt i. ſ. a. & animos excitant*; MS. Colb.

280. *Paronomaſia.*] In omnibus vetuſtis codicibus legitur προσονομασία, quæ dictio fere idem, quod *paronomaſia* ſignificat: eſt autem hæc figura poſita in vocis alluſione per ſimilitudinem. TURNEBUS. Videſis, quæ elegantia habet Mericus Caſaubonus de Lingua Hebræa pag. 53. & ſeqq. ALMELOV. Παρωνομασία; Par. Steph. Colin. Gryph. Obrecht. ſed παρονομασία ſcribendum eſſe, inde patet, quod, quæ ab ὀνομάζω veniunt, utrumque *o micron* retineant, ut ἀνθονομασία, κλ. contra vero quæ fiunt ab ὄνομα, prius o mutent in ω & poſterius in υ; unde μετωνυμία, ὁμώνυμα, συνώνυμα, κλ. Vide Voſſium Inſtit. Orat. lib. IV. cap. X. §. 3.

281. *In omnibus rerum felix.*] Loco *rerum*, *rebus*, & *infelix* legendum eſſe, ne admonitione quidem eſt dignum. REGIUS.

282. *Plus ſignificanter ſubjungitur.*] *Plus ſignificat, ſubjungitur, quomodo homo hoſtis, homo*; Obrecht. forte: *Et cum verbo idem verbum plus ſignificans ſubjungitur aliquando. Homo hoſtis, homo!* ut exemplum hoc admirantis ſit, & *homo* ultimo loco poſitum plus ſignificet, quam priori, & complectatur omnem vim, quæ huic voci ineſſe poſſit: clariora hæc eſſent, ſi, quæ præceſſerunt, vel ſecuta ſunt, verba nobis eſſent nota: ſimile vero hoc dictum videtur Plautino Aſin. Act. II. ſc. 4. *Homo homini lupus, non homo*: quod exemplum eſſe poſſet contrarii, ut mox, *lex privatis hominibus non eſt lex*: & Francius malebat, *plus ſignificante.* BURMAN.

283. *Quando homo, hoſtis homo.*] Senſus eſt, propriam hominis eſſe humanitatem: non igitur homo videtur ille, qui eſt inhumanus: itaque ad *emphaſim* ſubjecit, *hoſtis homo*: ſed tamen ſenſus non eſt perfectus, niſi legatur per interrogationem. TURNEB.

284. *Quibus exemplis.*] Locus corruptus eſſe videtur: poterit tamen is eſſe ſenſus: *Hæc exempla, quanquam ad diverſum referuntur modum, tamen in vocis geminatione figuram habere, & alioqui perfacile eſſe, voces ita geminare, & figuram efficere*: forte etiam alio in libro eſt his exemplis uſus. TURNEB.

285. *Sed in uno φάσις eſt geminatio.*] Parum mihi percipitur hic locus; neque ignoto pro illo φάσις a quibuſdam legi *falſis*: ſed ne ſic quidem mihi emendari videtur. REGIUS. φάσις; Locat. *falſis*; Voſſ. ſecund. Ald. marg. Vidov. *ſed in uno facilis*; (margo *falſis*) *eſt geminatio*; Baſil.

286. Παρονομασίᾳ.] Παρωνομασίᾳ; Obrecht. Francius malebat *παρονομασια ei contraria eſt.*

287. *Falſum augetur.*] *Arguitur*; V. C. Alm. an pro *arguitur? negatur*; marg. Vaſc. Steph. Gryph.

288. *Quæ lex privatis hominibus.*] Eſt ex oratione in Piſon. cap. XIII. ſed ex vulgata lectione non rectum puto exſiſtere ſenſum, niſi legatur, *quæ lex priva, his hominibus eſſe lex non videbatur*: ut intelligat *privilegium*, quod vetitum erat, nec legis loco a Senatoribus habebatur. Vide Cicer. pro domo 17. & 18. nam aliter, cur lex, ſi recte & ordine lata ſit, non magis privatis videretur lex, quam iis, qui in ſenatu ſunt, vel magiſtratus gerunt? cum humiles & privati magis leges reſpicere ſoleant, quam potentes: ſed hoc forte eſt hariolari. BURMAN.

289. Ἀντανάκλασις.] Ἀντανάκλασις eſt, cum verbum in contrarium aut diverſum ſenſum accipitur, quam dictum fuerit: poteſt verti *contraria refractio*: huic etiam parti Rutilius ſubjicit *antimetabolen.* TURNEB.

290. *Proculeius.*] An ille ſit Auguſti familiaris, quem Horatius lib. II. od. 2. celebrat, & de quo plura Harduin. ad Plin. VII. 45. non definio: ſed non diſſimile vero videtur. BURMAN.

291. *Rogo exſpectes.*] Ἀντανάκλασις eſt in dictione *exſpectare*, quæ ſignificat *opperiri* & *deſiderare*: unde *homonymia* eſt petita. TURNEB. Recte Turnebus, & eo ſenſu pro *deſiderare* Demea apud Terent. Adelph. V. IV. 19.

Illum, ut vivat, optant; meam autem mortem exſpectant.

altero ſenſu pro opperiri III. IV. 8. *cum interea ſemper mortem exſpectabam miſer.* Vide Scip. Gentil. parerg. 1. 13. Coler. parerg. 20. Salmaſ. ad Poll. Claud. 2. & Gronov. ad Liv. XXXIII. 27. BURMAN. Vide Rutilium Lupum pag. 2. Rhetor. Pithœan. ubi rem longe aliter narrat: ſed in editis Rutilii locus corruptus eſſe videtur, immo & mu-

ctes. Non ex eodem, ſed ex diverſo, vicinum accipitur, cum *ſupplicio* afficiendum dicas, [292] quem *ſupplicatione* dignum judicaris. Aliter quoque voces aut eædem diverſa in ſignificatione ponuntur, aut productione tantum vel correptione mutatæ: quod etiam in jocis frigidum, equidem tradi inter præcepta miror: eorumque exempla vitandi potius, quam imitandi gratia, pono: [293] *Amari jucundum eſt, ſi curetur, ne quid inſit amari.* [294] *Avium dulcedo ad avium ducit*; & apud Ovidium ludentem:

Cur ego non dicam, [295] Furia, te furiam?

[296] Cornificius hanc [297] *traductionem* vocat, videlicet alterius [298] intellectus ad alterum. Sed elegantius, quod eſt poſitum [299] in diſtinguendam rei proprietatem: [300] *Hanc reipublicæ peſtem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi poſſe.* Et quæ præpoſitionibus in contrarium mutantur: *Non emiſſus ex urbe,* [301] *ſed immiſſus in urbem eſſe videatur.* Melius atque acrius, quod cum figura jucundum eſt, tum etiam ſenſu valet: *Emit morte immortalitatem.* [302] Illa levior eſt: *Non Piſonum, ſed piſtorum*; &: [303] *Ex oratore arator.* Peſſimum vero: *Ne patres conſcripti videantur circumſcripti. Raro evenit, ſed vehementer venit.* Sic contingit, ut aliquis ſenſus vehemens & acer venuſtatem aliquam, [304] non eodem ex verbo, non diſſonam accipiat. Et cur me prohibeat pudor uti domeſtico exemplo? [305] Pater meus contra eum, qui ſe legationi [306] immoriturum dixerat, deinde vix paucis diebus inſumptis re infecta redierat: *Non exigo,* [307] *ut immoriaris legationi,* [308] *immorare.* Nam & valet ſenſus ipſe, & in verbis tantum diſtantibus jucunde conſonat vox præſertim non captata, ſed velut oblata; [309] cum altero ſuo ſit uſus, alterum ab adverſario acceperit. [310] Magnæ veteribus curæ fuit, gratiam dicendi [311] e *paribus, & contrariis* acquirere. Gorgias in hoc im-

tilus, ut palam fiet in noſtris ad Pithœanos Rhetoras annotationibus, quas etiam tempore ſuo editurum me eſſe confido. CAPPER.

292. *Quem ſupplicatione, &c.*] *Homonymia* eſt in dictione *ſupplicium*, quæ apud Salluſtium & antiquos ſcriptores *ſupplicationem* & *preces* ſignificat: præterea vulgo ſignificat *pœnam.* TURNEB.

293. *Amari jucundum.*] Utrumque exemplum in lib. IV. Rhetor. ad Heren. 14. & 21. PHILAND. Apud auctor. ad Herenn. IV. 14. multos codices *amare* habere teſtantur viri docti, idque ad carmen conſtituendum eſſe neceſſarium putant. Sed vellem ſimul edocuiſſent, quod carminis genus conſtituere hoc dictum putarent. Sed *amari* neceſſario ipſa traductio requirit; nam *ne quid inſit amare*, eleganter dici pro *amari*, nemo, credo, affirmabit. In eamdem vero propemodum ſententiam ludit Plautus in Ciſtell. act. 1. ſcen. 1. *Eho, an amare occipere, amarum eſt, obſecro*; & ſeq. BURMAN.

294. *Avium dulcedo.*] Gebh. lib. III. Crep. 11. legit *avium dulce avium ducit. Avium dulce ad avium ducit*; Voſſ. ſec. marg. Baſil. ſed nihil mutant reliqui codices, & ſenſus ſatis apertus. Avium nimirum cantum & dulcedinem, ſi quis ſequatur, ducere in loco avia, ſive a regia via deducere; vel allegoricus ſenſus poteſt eſſe, ducere in perverſam vitæ rationem. Ut ita *avia conſilia* dixit Silius lib. XII. 493. BURMAN.

295. *Furia, te furiam.*] Vidi, qui putarent ſcriptum ex tragœdia Medeæ, cum ſcriptum ſit ex Epigrammatis Ovidii: quare ſic reſtitue, *& apud Ovidium ludentem. Cur ego.* PHILAND.

296. *Cornificius hanc, &c.*] *Paronomaſiam* interpretatur Cornificius *agnominationem*: *traductionem* autem vocat, cum verbum idem ſæpius iteratur citra offenſionem: idem tamen *traductioni* ſubjicit eam exornationem, in qua verbum idem in alia atque alia re uſurpatur. TURNEB.

297. *Traductionem vocat.*] Sic & auctor ſcriptæ ad Herennium Rhetorices lib. IV. qui duplicem intellectum exhibet *traductionis*; unum, quem Fabius hoc loco proponit; alterum, qui in *polyptoto* repetiatur hujuſmodi: *Qui nihil in vita habet jucundius vita, is vitam cum virtute non poteſt colere.* Itaque Rhetor Herennianus videtur eſſe ipſemet Cornifitius. CAPPER.

298. *Intellectus & ad alterum.*] *Et* copula, ut otioſa, videtur expungenda. Aliter vero accipitur *traductio* in Rhetoricis ad Herennium: *Traductio eſt, quæ facit, ut, cum idem verbum crebrius ponatur, non modo non offendat animum, ſed etiam orationem concinniorem reddat.* Cornificius vero accipere ſimpliciter videtur *traductionem*, pro tranſlatione unius ſenſus ad alterum. *Traducere* autem, unde *traductio*, interdum ſignificat in ore frequenter habere ac diffamare, &, ut ſic dicam, in ore vulgi ponere: quod Græce παραδειγματίζειν dicitur. Ut in Evangelio, *Joſeph nolebat eam traducere*, hoc eſt infamare, & in exemplum ponere. REGIUS. *Et ad alterum*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat.

299. *In diſtinguendam.*] *In diſtinguenda rei proprietate*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Andr. Obrecht.

300. *Hanc republ.*] Cicero 1. Catil. 12.

301. *Sed immiſſus.*] *Sed miſſus*; V. C. Alm. male, ut notavit jam Regius. Sed apud Ciceron. 1. Catil. cap. 11. celeberrimus Grævius, *non emiſſus ex urbe, ſed immiſſus in urbem*, ex ſuo codice legebat. de quo tamen dubito, cum in II. Catil. 7. dicat, *etiam quod ſuum emiſerim potius, quam quod ejecerim.* BURMAN.

302. *Illa levior eſt.*] *Illa levicra*; Voſſ. ſec.

303. *Ex aratore orator.*] Scribe *ex oratore arator*, ex Philip. III. 9. PHILAND. *Ex aratore orator*; Ald. Gryph. Colin. Vidov. Gibſ. Obrecht.

304. *Non eamdem eo verbo non diſſonam accipit.*] Cum *ut* conjunctio ſubjunctivum exigat, procul dubio *accipiat* legendum eſt: ſed alia quoque mihi corrigenda videntur; non enim *eamdem*, ſed *eodem* ſenſus expoſcit, ac pro *eo*, *ex* præpoſitionem, hoc modo: *non eodem ex verbo non diſſonam accipiat.* REGIUS. *Non eamdem eo verbo n. d. accipit*; Voſſ. ſec. Locat. marg. Baſil.

305. *Pater meus.*] Quinctiliani pater optimus fuit declamator: idem etiam aliquando cauſidicus apud principem. TURNEB.

306. *Immoraturum.*] Scribe *immoriturum.* PHILAND. *Moriturum*; V. C. Alm.

307. *Ut immoriaris.*] Scribe *non exigo ut immoriaris legationi, ſed immorare.* PHILAND. *Ut immoreris*; MS. Bodl. Andr. Steph. Vaſc. Sich.

308. *Immorare.*] *Immoriare*; Voſſ. ſec. Sich. Vaſc.

309. *Cum aliter ſuo.*] *Aliter* quidem legitur; ſed, vel refragantibus exemplaribus, *altero* contenderim eſſe legendum: id quod facile ex ſequenti colligitur membro. REGIUS. *Aliter*; Locat.

310. *Magnæ veteribus, &c.*] Gorgias & Thraſymachus vetereſque ſophiſtæ tres inprimis conſectabantur concinnitates, *paria paribus adjuncta, contraria contrariis relata*, & *homœoteleuta.* Iſocrates quoque his plurimum juvenis eſt uſus; ſenex tamen in oratione ad Philippum ſcribit hæc ſe omiſiſſe. TURNEB.

311. *E paribus contrariis.*] Fabius tertium figurarum genus diſtribuerat in tria membra: *Tertium eſt genus figurarum, quæ aut ſimilitudine aliqua vocum aut paribus, aut contrariis vertunt in ſe aures.* Hactenus primum membrum executus eſt: nunc tranſit ad ſecundum. Itaque videtur aut delendum eſſe *contrariis*, aut addendam conjunctionem *&*: *e paribus & contrariis.* ROLLIN. Cujus conjectura firmari

modicus, [312] copioſus utique prima ætate [313] Iſocrates fuit. Delectatus eſt his etiam M. Tullius, verum & modum adhibuit non ingratæ (niſi copia redundet) voluptati, & rem alioqui levem, ſententiarum pondere implevit. Nam per ſe frigida & inanis [314] affectatio, cum in acres incidit ſenſus, innata videtur eſſe, non arceſſita. [315] Similium fere quadruplex ratio eſt. Nam eſt primum, quoties verbum verbo ſimile, aut non diſſimile valde quæritur; ut:

[316] ——— *Puppeſque tuæ, pubeſque tuorum;*

&: [317] *Sic in hac calamitoſa fama,* [318] *quaſi in aliqua pernicioſiſſima flamma;* &: [319] *Non enim tam ſpes laudanda, quam res eſt.* [320] Aut certe par eſt extremis ſyllabis conſonans: *Non verbis, ſed armis.* Et hoc quoque, quoties in ſententias acres incidit, pulchrum eſt: *Quantum poſſis, in eo ſemper* [321] *experire, ut proſis.* Hoc eſt [322] πάρισον, [323] ut pleriſque placuit. [324] Cleoſteleus πάρισον exiſtimat, quod ſit e membris non diſſimilibus. Secundum, ut clauſula ſimiliter cadat, vel iiſdem in ultimam partem collatis, ὁμοιοτέλευτον, ſimilem duarum ſententiarum vel [325] plurium finem: [326] *Non modo ad ſalutem ejus extinguendam, ſed etiam gloriam per tales viros infringendam.* Ex quibus [327] fere ſunt (non tamen [328] ut ſemper ultimis conſonent) quæ τρίκωλα dicunt: [329] *Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia.* Sed in quaternas quoque ac plures hæc ratio ire ſententias poteſt. Fit etiam ſingulis verbis: [330] *Hecuba, hoc dolet, piget, pudet;* &: [331] *Abiit, exceſſit, erupit, evaſit.* Tertium eſt, [332] quod in eoſdem caſus cadit, ὁμοιόπτωτον dicitur. [333] Sed neque, quod finem habet ſimilem, eſt ὁμοιόπτωτον utique in eumdem

poteſt; tum ex eo quod Græci Rhetores ubique ſeparatim exponant τὰ πάρισα & τὰ ἀντίθετα; tum ex eo quod ipſe Fabius hic primo quidem τὰ πάρισα varia, deinde vero τὰ ἀντίθετα explicet. Igitur in eloquentiſſimi viri ſententiam pedibus ire non dubitavi, quod ſaltem attinet ad alteram illius partem. Neque enim τὸ *contrariis* hic delendum eſſe cenſerem; nam veteres illi, de quibus agit Quinctilianus, gratiam dicendi non ſolum e paribus, παρίσοις, ſed ex contrariis, ἀντιθέσεις, etiam acquirebant; ut ex ipſorum libris plus ſatis liquet. CAPPER.

312. *Copioſus utique.*] *Utique* non habet Voſſ. ſec. *ætate utique prima;* Obrecht.

313. *Socrates.*] Loco *Socratis*, *Iſocrates* legendum videtur; neque enim Socrates, ut diximus, quidquam legendum reliquit. REGIUS. *Socratis;* Locat.

314. *Affectio cum, &c. innata videtur habere.*] Hic locus non ſolum eſt depravatus, quia pro *affectatione* legitur *affectio*, ut pleriſque in locis alibi; ſed etiam, quia aliquid aut deeſſe, aut ſupereſſe videtur; nam *habere*, niſi aliquid adſcribatur, otiari videtur. Quid autem ſit adſcribendum, mihi non liquet. Quare & *affectatio* legatur, & *habere* allinatur, niſi loco ejus *hærere* legendum eſſe quis dixerit. REGIUS. *Innata videtur eſſe;* Voſſ. ſec. Locat. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Vaſcoſ. Steph. Oxon.

315. *Similium.*] Per *ſimilia* intelligit hic *paria*. ROLLIN. Et ſane Fabius innuit hoc in loco τὰ πάρισα, ὁμοιόπτωτα, ὁμοιοτέλευτα, & ἰσόκωλα. CAPPER.

316. *Puppes pubeſque.*] Virg. I. Æneid. 399.

317. *Si in hac calamitoſa.*] Cicero pro Cluent. cap. 2. ubi *ſic* legitur, ut & hic Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. BURMAN. Itaque miror in omnibus, quas videre potui, editionibus legi *ſi* pro τοῦ *ſic*: Burmannus ipſe vidit errorem, nec tamen emendavit. CAPPER.

318. *Quæ in aliqua pernicioſiſſima.*] *Quaſi* loco *quæ* relativi, & *pernicioſa* legendum eſſe qui non putat, legat orationem pro Cluentio, unde hoc ſumptum eſt exemplum. REGIUS.

319. *Non enim tam ſpet.*] Ex Ciceronis dialogo hæc laudat Servius ad Virg. VI. Æneid. 877. hoc modo: *Fanni, cauſſa difficilis laudare puerum; non enim res laudanda, ſed ſpes eſt:* eſſe vero ex libris de Republ. & fugiſſe fragmentorum collectores, docet Schot. lib. II. nodor. Cicer. 5. Pithœus vero in editione Leidenſi adducitur, quaſi ille Ciceronem in Fannio id ſcripſiſſe notaverit. Quo titulo librum ſcripſiſſe Ciceronem non ſcio: eadem *paronomaſia* uſus idem Cicer. XII. ad fam. ep. 25. *neque ſolum ſpe, ſed certa re jam & poſſeſſione deturbatus*: & Ovid. ep. XVIII. 178.

Et res non ſemper, ſpes mihi ſemper adeſt. BURMAN.

320. *Aut certe parem extremis ſyllabis conſonans.*] Hæc quidem emendare pigeret, cum *par eſt* legendum eſſe, vel cæcus videre poſſet, niſi in omnibus exemplaribus, quæ ego viderim, ſic ſcriptum deprehendiſſem. REGIUS. *Apparet;* marg. Baſil.

321. *Experiri.*] *Experire* mihi legendum videtur. REGIUS. Et ita Vaſcoſ. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht.

322. Πάρισον.] *Pariſon* appellat Aquila Romanus, *quando membra orationis pene ſunt æqualia:* aliter Fab. accipere videtur, *quoties verbum verbo ſimile aut non diſſimile valde quæritur*: vertitur ab Aquila Romano, *prope æquatum.* TURNEB. Vide Rhetoras Pithœanos pag. 18.

323. *Ut pleriſque placuit.*] E quibus eſt Hermogenes libro περὶ μεθόδου δεινότητος cap. 16. pag. 540. ubi τοῦ παρίσου definitionem tradit. CAPPER.

324. *Cleoſteleus.*] *Cleoſcoleus;* Voſſ. ſec. *Cleoſteleus;* Colin. ſed Obrechtus *Cleo Steleus*, quem nobis ignotiſſimum hominem fatemur, & unde *Steleus* dici debeat, utinam vir doctiſſimus apertius enarraſſet, prodito commentario in Fabium.

325. *Plurium finem.*] Neſcio an verbum exciderit *finem faciat*, vel *habeat*, ut mox etiam loquitur. BURMAN. Videtur utique nonnihil verbi deeſſe: ſupplerem lubens τὸ *vocant* vel *dicunt*, & ſic interpungerem: *vel iiſdem in ultimam partem collatis; ὁμοιοτέλευτον vocant ſimilem duarum ſententiarum vel plurium finem.* Sed hoc eſt conjicere, non decernere. CAPPER.

326. *Non modo.*] Cicero pro Milone cap. 2.

327. *Fere ſunt.*] *Fere fiunt;* MS. Alm. Voſſ. ſec.

328. *Ut ſemper ultimis.*] *Ut ſemper utique ultimis;* V. C. Alm.

329. *Vicit.*] Pro Cluent. cap. 6.

330. *Hæc cubat, dolet.*] *Hæc cubat, hoc dolet;* V. C. Alm. *hæc cubat, dolet;* Vaſcoſ. Steph. Lugduno-Barav. *Hecuba hæc dolet;* Locat. Ald. *Hecuba, hoc doles;* Voſſ. ſec. marg. Baſil. Obrecht. quod ſecuti ſumus, & fragmentum ex Tragico quodam eſſe putamus: *hoc doles* autem, non *hæc:* ita Mart. I. 14.

Si qua fides, vulnus, quod feci, non dolet, inquit,
Sed quod tu facies, hoc mihi, Pæte, dolet.

& I. 59.

Hoc dolet, &c.

Terent. Eun. I. II. 13.

Aut hoc tibi doleret ibidem, ut mihi dolet.

Adelph. II. IV. 8. *hoc mihi dolet*: & alibi *id dolet*, & ſimilia: ſic & Plautus & alii. Vide Scheffer. ad Juſt. I. 8. BURMAN.

331. *Abiit.*] Catil. II. cap. I.

332. *Quod non in eoſdem.*] *Non* negandi adverbium, ut ſenſui contrarium, expungatur. REGIUS. *Non* habet marg. Baſil.

333. *Sed neque quod finem habet ſimilem, utique in eumdem finem venit ὁμοιοτέλευτον.*] Hujus quidem loci quamvis depravati ſenſus percipi poteſt; videtur enim Fabius ſignare differentiam inter ὁμοιόπτωτον & ὁμοιοτέλευτον; nam ſimiliter deſinens ſemper ſimilem habet finem, ſimiliter cadens non ſemper; poſſunt enim eſſe iidem caſus, & tamen diverſos habere fines: quare ſic mihi corrigendum

finem venit ὁμοιοτέλευτον. [334] Eſt enim ὁμοιόπτωτον tantum caſus ſimilis, [335] etiamſi diſſimilia ſint, quæ declinentur; nec tantum in fine deprehenditur, [336] ſed reſpondent vel prima inter ſe, vel mediis, vel extremis; vel etiam permutatis his, ut media primis, & ſumma mediis accommodentur, & quocumque modo accommodari poterunt. Nec enim ſemper paribus ſyllabis conſtat; ut eſt apud Afrum: *Amiſſo nuper infelicis aulæ, ſi non præſidio inter pericula,* [337] *tamen ſolatio vitæ inter adverſa.* [338] Ea vero videntur optima, in quibus initia ſententiarum & fines conſentiunt; ut hîc: *Præſidio, ſolatio.* [339] Et ut pene ſimilia ſint verbis, & paribus cadant, & eodem deſinant modo. [340] Etiam ut ſint (quod eſt quartum) membris æqualibus, quod ἰσόκωλον dicitur: [341] *Si quantum in agro locisque deſertis audacia poteſt, tantum in foro atque judiciis impudentia valeret;* ἰσόκωλον eſt, & ὁμοιόπτωτον habet: *Non minus nunc in cauſſa cederet Aulus Cæcina Sexti Aebutii impudentiæ,* [342] *quam tum in vi facienda ceſſit audaciæ;* ἰσόκωλον, ὁμοιόπτωτον, ὁμοιοτέλευτον. [343] Accedit & ex illa figura gratia, qua nomina dixi mutatis caſibus repeti: *Non minus cederet, quam ceſſit.* Adhuc ὁμοιοτέλευτον, & παρονομασία eſt: *Neminem poſſe alteri dare matrimonium, niſi quem* [344] *penes ſit patrimonium.* [345] *Contrapoſitum* autem, vel, ut quidam vocant, *contentio* ([346] ἀντίθετον dicitur) non uno fit modo. Nam & fit, ſi ſingula ſingulis opponuntur; ut in eo, quod modo dixi: *Vicit pudorem libido, timorem audacia.* Et bina binis: *Non noſtri ingenii, veſtri auxilii eſt.* Et ſententiæ ſententiis: [347] *Dominetur in concionibus, jaceat in judiciis.* Cui commodiſſime ſubjungitur & ea ſpecies, [348] quam *diſtinctionem* diximus: [349] *Odit populus Romanus privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit.* Et, quæ ſunt ſimili caſu, diſſimili ſententia in ultimo locata; ut: [350] *Quod in tempore mali fuit, nihil obſit: quin, quod in cauſſa boni fuit, proſit.* Nec ſemper *contrapoſitum* ſubjungitur; ut in hoc: [351] *Eſt enim hæc, judices, non ſcripta, ſed nata lex;* verum, ſicut Cicero dicit, [352] de ſingulis rebus propoſitis [353] refertur ad ſingula; ut in eo, quod ſequitur: *Quam non didicimus, accepimus, legimus; verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus.* Nec ſemper, quod adverſum eſt, contraponitur; quale eſt [354] apud Rutilium: [355] *Nobis primum dii immortales fruges dederunt; nos,*

videtur, *ut eſt* verbum & ὁμοιόπτωτον adſcribatur hoc modo: *Sed neque, quod finem habet ſimilem, eſt ὁμοιόπτωτον: utique in eundem finem venit ὁμοιοτέλευτον.* REGIUS. Vetus lectio eſt in MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. *ſed neque finem habet ſimilem (utique in eundem finem venit ὁμοιοτέλευτον) quia ὁμοιόπτωτον eſt tantum caſus ſimilis, &c.* Obrecht. Quinctiliani mens hoc exemplo poteſt illuſtrari: τὸ *rotas* verbum, & τὸ *rotas* nomen finem habent ſimilem: nec tamen ſunt ὁμοιόπτωτα. Idem dicas de τῷ *ſedes* verbo, & τῷ *ſedes* nomine. CAPPER.

334. *Eſt enim ὁμοιόπτωτον.*] Igitur duobus modis ὁμοιόπτωτον ab ὁμοιοτελεύτῳ differt. 1.° quidem in illo conſideratur ſimilis nominum declinatio & per eoſdem caſus; ſimilis etiam verborum conjugatio & per eoſdem modos, quod non fit in ὁμοιοτελεύτῳ. Deinde in illo non ſpectatur ſolus periodi finis; nam ὁμοιόπτωτον fit etiam initio & in fine; ὁμοιοτέλευτον autem nonniſi in fine periodi, vel membrorum poteſt contingere. CAPPER.

335. *Etiamſi diſſimilia ſint, quæ declinentur.*] Sic in τῷ *pollet auctoritate, opibus, amicis* eſt ὁμοιόπτωτον, quamvis nomina diſſimilia ſint. CAPPER.

336. *Sed reſpondent.*] *Sed reſpondent vel primis;* Locat. Ald. Baſil.

337. *Sed ſolatio inter adverſa.*] Recte in quibuſdam exemplaribus mihi legi videtur, loco illius *ſed, tamen,* ita ut *vitæ* genitivus adſcribatur hoc modo: *tamen ſolatio vitæ inter adverſa.* REGIUS. *Sed ſolatio inter;* Locat. *tamen ſolatio inter;* MSS. Alm. Voſſ. ſec.

338. *Enim fere videntur optima.*] Hic aliquid deeſſe nemo non videt, cum *enim* conjunctio nunquam in ſenſus initio ponatur. *Ea* igitur mihi videtur adſcribendum loco *enim,* & *vero,* loco *fere,* ut legatur: *ea vero videntur.* REGIUS. *Ei vero;* V. C. Alm. *ejus fere;* Voſſ. ſec. marg. Baſil. *ea fere;* Locat. *Videntur optima.*] Hæc ſpecies ſi ſæpius uſurpetur, nimiam oſtendit affectationem propter magnam exornationem. TURNEB.

339. *Et ut pene ſimilia.*] *Et ut pede ſimilia ſint, verbiſque paribus cadant;* Obrecht.

340. *Etiam ut ſint.*] Quarta ſpecies dicitur *Iſocólon*, quando membra periodi æqualia ſunt: vertitur ab Aquila Romano *exæquatum*, dicitur a Cornificio *compar.* TURNEBUS.

341. *Si quantum.*] Pro Cæcin. cap. 1.

342. *Quam tum in vi.*] *Quam tunc;* Voſſ. ſec.

343. *Accidit & ex illa figura græca.*] Sic quidem legitur; ſed, *i* vocali in *e* converſa, legendum eſſe *accedit;* & *ex* præpoſitionem eradendam, contenderim. Illa autem figura græca eſt, quod paulo ante *polyptoton* appellavit. REGIUS. *Accidit & ex illa figura græca;* Locat. *accidit & illa figura græca;* Ald. *accidit & ex illa figura gratia;* V. C. Alm. *& ex illa figura gratia*, omiſſo *accidit;* Voſſ. ſec.

344. *Penes ſit patrimonium.*] *Matrimonium;* Steph. Roign.

345. *Contrapoſitum autem.*] *Antitheton* fit, quando oratio conſtat verbis contrariis: neque tamen hoc eſt ita exacte accipiendum; ſatis eſt enim, dum inſit verbis ſimilitudo contrarietatis. TURNEB. *Compoſitum;* Obrecht.

346. *Ἀντίθετον dicitur.*] Vides ut *antitheſis* Fabio ſit figura λέξεως, dictionis. Vulgo tamen & ab ipſo Voſſio inter figuras τῆς διανοίας, ſententiæ, recenſetur: ſed Fabio noſtro adſtipulantur Aquila Romanus pag. 18. Rhetor. Pithœan. & Julius Rufinianus ibid. pag. 31. Julius quoque Scaliger τὴν ἀντίθεσιν figuris τῆς λέξεως, verborum, contribuit. CAPPER.

347. *Dominetur.*] Pro Cluent. cap. 2.

348. *Quam diſtinctionem diximus.*] Τὴν τῶν Græcorum παραδιαστολὴν intelligit, de qua paulo ſupra egit Fabius. CAPPER.

349. *Odit populus.*] Pro Muræn. cap. 36.

350. *Quod in tempore.*] Pro Cluent. cap. 29. ubi: *Ut quod in tempore mali fuit, nihil obſit; quod in cauſſa boni fuit, proſit.*

351. *Eſt enim hæc judices.*] Pro Milon. cap. 4. *eſt igitur judices;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

352. *Quod de ſingulis.*] *Quod* deeſt in V. C. Alm. Baſil. Obrecht. Et certe pronomen illud *quod*, & punctum τῇ particulæ *verum* disjunctivæ appoſitum, hujus loci ſententiam valde turbabat; ut iis patere poterit, qui lectionem alteram cum altera contulerint. CAPPER.

353. *Refertur ad ſingula.*] Ciceronis locus eſt in III. *de Oratore*, ubi ante τὸ *refertur* legimus *ductum*, vel *dictum;* ut cod. Voſſ. ſec. & Obrechtina editio exhibent. CAPPER.

354. *Apud Rutilium.*] Non Rutilium Rufum, qui Numantini belli hiſtoriam ſcripſit, ſed Rutilium Lupum Rhetorem, qui ex oratione Demetrii Phalerei, non Iſiodoro, ut Turnebus, hæc citat pag. 11. Vide Voſſ. lib. V. *Inſt. Orat.* cap. XII. §. 2. vide & in hanc ſententiam Lucret. lib. VI. I. & ibi Lambin. BURMAN.

355. *Nobis primum.*] Hoc exemplum ſumptum eſt ex

[356] *quæ ſoli accepimus, in omnes terras diſtribuimus.* [357] *Nobis majores noſtri Rempubl. reliquerunt; nos etiam ſocios noſtros de ſervitute eripuimus.* Fit etiam aſſumpta illa figura, qua [358] verba declinata repetuntur, quod [359] ἀντιμεταβολὴ dicitur: [360] *Non, ut edam, vivo; ſed, ut vivam, edo.* Et quod apud Ciceronem converſum ita eſt, [361] ut, cum mutationem caſus habeat, etiam ſimiliter deſinat: *Ut &* [362] *ſine invidia culpa plectatur, & ſine culpa invidia ponatur.* Quod [363] & eodem clauditur verbo; ut quod [364] dicit de Q. Roſcio: *Etenim, cum* [365] *artifex ejuſmodi ſit, ut ſolus dignus videatur eſſe,* [366] *qui ſcenam introëat;* [367] *tum vir ejuſmodi eſt, ut ſolus videatur dignus, qui eò non accedat.* Eſt & in nominibus ex diverſo [368] collocatis ſua gratia: [369] *Si Conſul Antonius, Brutus hoſtis: ſi conſervator reipublicæ Brutus, hoſtis Antonius.* [370] Olim plura de figuris, quam neceſſe erat: & adhuc erit, [371] qui putet eſſe figuram: *Incredibile eſt quod dico, ſed verum* (ἀνθυποφορὰν vocant;) &: *Aliquis hoc ſemel tulit,* [372] *ego bis, ego ter.* [373] Διέξοδον, ἄφοδον: *Longius evectus ſum, ſed redeo ad propoſitum.* [374] Quædam verborum figuræ [375] paulum figuris ſententiarum declinantur, [376] ut *dubitatio.* Nam cum eſt in re, [377] priori parti aſſignanda eſt; cum in verbo, [378] ſequenti: [379] *Sive me malitiam, ſive ſtultitiam dicere oporter.* Item [380] *correctionis* eadem ratio eſt. Nam quod illic dubitat, hîc emendat. Etiam [381] in *perſonæ fictione* accidere quidam idem putaverunt, ut [382] in verbis etiam eſſet hæc figura: *Crudelitatis eſt mater avaritia.* [383] Et apud Salluſtium in Ciceronem: *O Romule Arpinas.* Quale eſt & apud Menandrum: [384] *Oedipus Othryaſius.* Hæc omnia copioſius ſunt exſecuti, qui

Iſiodoro oratore Græco: loquitur autem de Athenienſibus, quibus Ceres primum fruges communicavit, quas poſtea in omnes terras diſtribuerunt. TURNEB. *Nobis primis*: MSS. Bodl. Alm. Locat. Ald. Baſil. Colin. Vide ſuperiorem Burmanni notam, in qua Turnebiani error interpretis bene arguitur. CAPPER.

356. *Quæ ſoli.*] *Quod ſoli*; Voſſ. ſec. Ven. Locat. Par. Colin.

357. *Nobis majores.*] Hæc reliqua ex Demetrii oratione deſunt in MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil.

358. *Verba declinata.*] Id eſt, variis declinationum (ſi nomina ſint) & conjugationum aut modorum (ſi verba ſint) inflexionibus immutata. CAPPER.

359. *Ἀντιμεταβολὴ dicitur.*] Hanc figuram interpretatur Cornificius *commutationem*, in qua ſententiæ commutatis verbis contrariæ fiunt. Cæterum hæc ſententia tribuitur Socrati, qua ſignificabat ſe ſobrium; & alios increpabat, ut ventri deditos. TURNEB.

360. *Non ut edam vivo, &c.*] Macrob. II. Saturn. cap. 8. *Socrates dicebat, homines multos propterea velle vivere, ut ederent & biberent; ſe bibere atque eſſe, ut viveret.* PITH. Clemens Alex. pædag. lib. I. cap. I. οἱ μὲν δὴ ἄλλοι ἄνθρωποι ζῶσιν, ἵνα ἐσθίωσιν, &c. ALMELOV.

361. *Et cum mutationem.*] *Ut*, loco & copulæ, reponatur, ne incongrue verba conjungantur. REGIUS.

362. *Sine culpa invidia puniatur.*] *Ponatur* legendum eſſe, qui non credit, legat orationem pro Cluentio (cap. 2.) in qua ſic ſcriptum eſſe inveniet. REGIUS. *Puniatur*; Locat. Andr. Baſil.

363. *Et eodem excluditur verbo.*] *Quod* relativum in quibuſdam exemplaribus recte eſt adſcriptum; ſed mihi etiam *cluditur*, ex præpoſitione eraſa, legendum videtur, hoc modo: *Et quod eodem cluditur verbo.* REGIUS. *Et eodem & cluditur verbo*; V. C. Alm. *& eodem concluditur verbo*; Voſſ. ſec. *& eodem cluditur verbo*; Locat. *quod & eodem excluditur verbo*; Baſil. BURMANNUS. Quæret quiſpiam, quomodo, quod de Roſcio dicit Tullius, eodem verbo claudatur; cum prioris membri finem faciat τὸ *introeat*: poſterioris, τὸ *accedat*: reſponderi forte poſſet idem verbum appellari, non tantum quod iiſdem literis efferatur, ſed etiam quod eumdem menti ſenſum exhibeat. Jam vero τῷ *introeat* & τῷ *accedat* eadem eſt fere ſignificatio. CAPPER.

364. *Dicit de Sexto Roſcio.*] Cicero pro Quint. cap. 25. *de Roſcio*; Obrecht. lege *de Q. Roſcio.*

365. *Artifex ejus mundi ſit.*] Emendate in quibuſdam exemplaribus *ejuſmodi* legitur, & *introeat*, & *dignus* iterum, hoc modo; *ut ſolus videatur dignus, qui eo non accedat.* REGIUS.

366. *Qui in ſcenam introeat.*] Id ait propterea, quod ſcenici artifices, ut Comœdi, infamia notabantur; qua indignus erat Roſcius, cum eſſet vir probus. TURNEB. In Cicerone legitur, *qui in ſcena ſpectetur*; & ita Voſſ. ſecund.

367. *Tum vir ejuſmodi eſt.*] In editionibus Vaſcoſani, Stephani, Lugduno-Batav. atque adeo in Burmanniana perperam legebatur *tum vir ejuſmodi ſit*; idque contra Ciceronianæ φράσεως normam, & editorum ipſius librorum fidem. CAPPER.

368. *Collocatis.*] *Collatis*; Voſſ ſec.

369. *Si Conſul.*] Cicero IV. Philip. 3.

370. *Olim plura.*] *Olim* mihi parum ſenſui convenire videtur, qui *ſed* particulam vel ſimilem magis expoſcit. REGIUS. Videtur innuere Fabius, vel ſe plura ſcripſiſſe de figuris in quodam libro, vel ſe plura in poſterum ſcripturum: præterea more ſuo, ut in figuris ſententiarum fecit, quaſdam reddit ſpecies, quæ a quibuſdam figuræ appellantur, cum tamen figuræ non ſint. TURNEB.

371. *Qui putat.*] *A* vocali in *e* converſa, *putet* legendum eſt. REGIUS.

372. *Nego bis, ego ter.*] N litera eraſa, *ego bis* legendum mihi videtur: eſt autem exemplum *decurſionis*. REGIUS. *Nego bis, ego ter*; Voſſ. ſec. Locat. *ego bis, ter*; Obrecht.

373. *Διέξοδον.*] Διέξοδος Latine dicitur *tranſitio*, cum ab uno loco ad alterum tranſimus: ἄφοδος vero eſt *regreſſio*, quando ex digreſſione revertimur ad propoſitum. TURNEB. Cujus annotationi hæc ſubjungam lubens: διέξοδος eſt *exceſſus*, *digreſſio*. Sic apud Curium Fortunatianum pag. 63. Rhetor. Pithœan. *Poſt narrationem ſemper inducemus exceſſum quem διέξοδον vel παρέκβασιν Græci vocant, ſi materia deſideraverit*: & apud Diodorum Siculum lib. IV. pag. 241. τὰ περὶ Μελέαγρον τοιαύτης ἔτυχε διεξόδου: atqui Diodorus paulo ſupra ſcripſerat: οὐκ ἀνοίκειον βραχὺ παρεκβάντας ἀπαγγεῖλαι τὰ περὶ τὸν Μελέαγρον ἀτυχήματα; hoc eſt, quid Meleagro acciderit, per digreſſionem paucis explicare, non eſt a propoſito alienum: alias ἡ διέξοδος eſt fuſior ampliorque rerum expoſitio, quæ τῇ συντομίᾳ, conciſæ narrationi, opponitur: ut in meis ad Gallicam Longini (cap. 34.) verſionem obſervationibus demonſtravi. CAPPER.

374. *Quædam verborum fig.*] Figuræ quædam ambiguntur, quoniam, ſervata eadem appellatione, nunc ad ſententiam, nunc ad verba referri debent. TURNEB.

375. *Paulum declinantur.*] Id eſt, parum diſtant, differunt a ſententiarum figuris: eodem ſenſu Terentius dixit Hecyr. II. I. *Non eſt declinata quicquam ab aliarum ingenio*; pro τῷ nequaquam diſſimilis eſt, ejuſdem eſt ingenii. CAPPER.

376. *Ut dubitatio.*] Quæ a Tullio III. *de Orat.* modo ſententiarum, modo verborum figuris annumeratur. CAPPER.

377. *Priori parti.*] Videlicet ſententiarum figuris, de quibus præcedenti capite Fabius agebat. CAPPER.

378. *Sequenti.*] Scilicet verborum figuris, de quibus hoc in capite agitur. CAPPER.

379. *Sive me malitiam.*] Auctor ad Heren. IV. 41. *ſive ſtultitiam, ſive malitiam dicere oportet, ſive utrumque.*

380. *Correctionis.*] *Correptionis*; V. C. Alm.

381. *In perſonæ fictione.*] Hæc eſt, quam προσωποποιΐαν vulgo appellant. CAPPER.

382. *In verbis etiam.*] *Etiam* deeſt in MSS. Alm. Voſſ. ſecund.

383. *Et apud Salluſtium in Ciceronem, &c.*] Vide Turneb. adverſar. lib. XVI. cap. 7. in V. C. Alm. hæc Salluſtii deerant.

384. *Oedipus Othryaſius.*] Si Menandri comœdiæ exſtarent, cur Oedipus *Othryaſius* dicatur, facile intelligeretur:

non

non ut partem operis tranſcurrerunt, [385] ſed proprie libros huic operi dedicaverunt; ſicut Cæcilius, Dionyſius, Rutilius, Cornificius, Viſellius, aliique non pauci: [386] ſed non minor erit eorum, qui vivunt, gloria. Ut fateor autem, [387] verborum figuras poſſe plures reperiri a quibuſdam; ita iis, quæ ab auctoribus claris traduntur, meliores, non aſſentior. Nam in primis M. Tullius multas in tertio *de Oratore* libro poſuit, quas in *Oratore*, poſtea ſcripto, tranſeundo videtur ipſe damnaſſe: [388] quarum pars eſt, quæ ſententiarum potius, quam verborum ſit; ut *imminutio*, [389] * *improviſum*, *imago*, *ſibi ipſi reſponſio*, *digreſſio*, [390] *permiſſio*, *contrarium*; hoc enim puto, quod dicitur ἐναντιότης *ſumpta ex adverſo probatio*. Quædam omnino non ſunt figuræ; ſicut *ordo*, [391] *dinumeratio*, [392] *circumſcriptio*: ſive hoc nomine ſignificatur comprehenſa breviter ſententia, ſive *finitio*. [393] Nam & hæc [394] Cornificius atque Rutilius *ſchemata* λέξεως putant. Verborum autem concinna [395] *tranſgreſſio*, id eſt, *hyperbaton*, quod Cæcilius quoque putat *ſchema*, a nobis eſt [396] interpoſita. Et [397] *mutatio*: quæ ſi ea eſt, quam Rutilius [398] ἀλλοίωσιν vocat, diſſimilitudinem oſtendit hominum, rerum, factorumque: [399] ſi latius fiat, figura non eſt: ſi anguſtius, in ἀντίθετον cadet. Si vero hæc appellatio [400] ſignificat ὑπαλλαγήν, ſatis [401] de ea dictum eſt. [402] Quod vero *ſchema* eſt, *ad propoſitum ſubjecta ratio*? Utrum quod Rutilius [403] αἰτιολογίαν vocat? nam de illo dubitari poſſit, an *ſchema* ſit [404] *diſtributis ſubjecta ratio*, quod apud eumdem primo loco poſitum [405] * προσαπόδοσις dicitur: quæ ut maxime ſervetur, [406] ſane eſt in pluribus propoſitis; [407] quia aut ſingulis ſtatim ratio ſubjicitur, ut eſt [408] apud C. Antonium: *Sed neque accuſatorem eum metuo, qui ſum innocens: neque competitorem vereor, qui ſum Antonius: neque conſulem ſpe-*

nunc vero nec exſtant, nec ego apud quemquam me legiſſe memini dicti hujus expoſitionem. REGIUS. Vix poteſt intelligi hæc *proſopopœia*, cum deſideretur Menandri comœdia: tamen intelligi poterit de quodam Theſſalo, qui diceret, ſe nobilem eſſe Thebanum. Othrys autem mons eſt Theſſaliæ: quidam legunt Odryſius, id eſt, Thrax. TURNEB. *Apud Menandrum Thryaſius*; V. C. Alm. *apud Men. Chriaſius*; Vall. lib. Cæterum hoc Menandri effugit nuperum collectorem reliquiarum hujus Poëtæ, qui forte nunquam Fabium noſtrum perlegerat. BURMAN.

385. *Sed proprie libros.*] Malebat Francius *proprios*.

386. *Sed non minor erit, &c.*] Quidam aiunt intelligi hoc de Plinio, qui oratorem ab ipſis incunabulis inſtituit; alii de Virginio, qui vixit tempore Fabii. TURNEBUS.

387. *Verborum figuras.*] *Verborum quoque figuras*; V. C. Alm.

388. *Quantum pars.*] *Quarum*, non *quantum*, legendum eſſe, nemo non videt. REGIUS.

389. *Improviſa imago.*] Locus hic videtur depravatus, eſtque legendum, *improviſum*, deinde *imago*: ut apparet ex Cicerone. TURNEB. Vide Cicer. III. *de Orat.* cap. 54. Unde patet, quam abſurdum & ab auctoris mente alienum ſenſum ſuggerat vulgata lectio, quam tamen Burmannus etiam ſecutus fuerat. CAPPER.

390. *Permiſſio.*] *Promiſſio*: marg. Baſil.

391. *Dinumeratio.*] *Denumeratio*: V. C. Alm.

392. *Circumſcriptio.*] *Circumitio*: V. C. Alm. margines Vaſc. Steph. habent *circuitio*. BURMAN.

393. *Nam & hoc Cornificius.*] Hæ duæ particulæ, *&* *hoc*, mihi videntur, ut ceſſantes, eradendæ. REGIUS. *Et hoc C. a. R. ſchema*: MSS. Alm. Voſſ. ſec. *&* *hæc*; Gryph. Steph. Vidov. Col. Leid. Oxon. Obrecht. *nam Cor. a. Rut. hæc ſchemata*; Ald. Baſil.

394 *Cornificius.*] Cornificius lib. IV. ad Herennium, ſententiam & *finitionem* ponit inter figuras dictionum. TURNEB.

395. *Tranſgreſſio hyperbaton.*] Duæ hæ particulæ, *id eſt*, mihi videntur adſcribendæ; ut legatur: *tranſgreſſio, id eſt, hyperbaton*. REGIUS. Non habet Locat.

396. *Inter poſita.*] Forte *inter tropos poſita*: nam lib. VIII. cap. 6. inter *tropos* recenſet *hyperbaton*: licet multos, ut hic Cæcilius, *tropis* eximere *hyperbaton* dicat lib. IX. cap. I. ſed refellit ſimul. BURMAN. Cujus conjectura tantum habere probabilitatis mihi videtur, ut eam in ipſo Fabii textu appoſuiſſem, niſi fuiſſem veritus, ne quis hoc a me audacius factum eſſe quereretur. CAPPER.

397. *Mutatio.*] Quæ capite primo hujus libri dicebatur *immutatio*. CAPPER.

398. Ἀνομοίωσιν.] Cum apud Rutil. non reperirem ἀνομοίωσιν, reperiremque ἀλλοίωσιν *ſchema* eſſe, in quo diviſio & ſeparatio eſſet perſonarum, aut etiam rerum demonſtratio, quantum intereſſet, adductus ſum ut crederem, ſcribendum hic eſſe ἀλλοίωσιν. PHILAND. ἀνομοίωσιν; Voſſ. ſec. Ald. Baſil. Vide Rutil. Lupum pag. 7. Rhetor. Pithœan.

399. *Si latius fiat, &c.*] Id videtur dicere Fabius, propterea quod ſi tractetur illa diſſimilitudo, jam quæſtio erit *de eodem & alio*, quæ refertur ad *finitionem*: itaque figura non erit. TURNEB.

400. *Significat.*] *Significet*: Voſſ ſec.

401. *De ea dictum eſt.*] Vide lib. VIII. cap. 6. CAPPER.

402. *Quod vere ſchema.*] Francius volebat *vero*: & ita Obrecht. edidit. BURMAN. Sed Vaſcoſ. & Stephan jam pridem ediderant *quod vero*: atque hæc una eſt vera lectio, quam mirum eſt neque in Lugduno-Batav. neque in Burmann. editionis contextu reperiri. CAPPER.

403. Ἀιτιολογίαν.] In vetuſtis codicibus legitur ἀπολογία, id eſt, *purgatio*, quæ quanquam excuſando reddit rationem facti, non tamen ſatis implet figuram: & alioqui apud Rutilium αἰτιολογία legitur, id eſt, *redditio cauſſæ*, TURNEB. Et hic ſcribendum, pro ἀπολογίαν, αἰτιολογίαν, quam Rutilius fieri ait ratione brevi & ſententioſa; ita ut, quod dubium eſt viſum, ad certam fidem adduci videatur. PHILAND. ἀπολογίαν; marg. Steph.

404. *Diſtributis ſubjecta ratio, quod apud eumdem primo loco poſitum* προσαπόδοσις *dicitur.*] Perperam antea legebatur & interpungebatur: *diſtributis ſubjecta ratio. Quod apud eumdem primo loco poſitum eſt*, προσαπόδοσις *dicitur*; ubi verbum τὸ *eſt*, & punctum ante τὸ *quod* appoſitum, figuram, quæ a Latinis dicitur *Diſtributis ſubjecta ratio*, ſeparabant ab ea, quam Græci προσαπόδοσιν vocant. Atqui una eſt eademque figura, ut ex ipſo Fabio & Rutilio Lupo pag. I. Rhetor. Pithœan. ſatis conſtat: poſita noſtra lectione atque interpunctione incommodum illud evaneſcit. CAPPER.

405. Προσαπόδοσις.] Προσαπόδοσις (ut inquit Rutilius) dicitur, cum *propoſitis* quibuſdam *ratio ſubjungitur*. Videtur etiam Fab. innuere *proſapodoſin*, ſubjectam ad propoſitum rationem. TURNEB. Rutilii Lupi locus exſtat in Rhetoribus Pithœanis pag. I. ex quo liquet τὴν προσαπόδοσιν eſſe ipſammet *diſtributis ſubjectam rationem*: neque vero Fabius (quod ei temere affingit Turnebianus) *proſapodoſin* eſſe *ſubjectam ad propoſitum rationem* innuit, ut pote qui τὴν αἰτιολογίαν a τῇ προσαποδόσει diſerte diſtinguat. CAPPER.

406. *Sane in pluribus.*] Niſi *eſt* verbum adſcribatur, difficilior hic ſenſus videtur. REGIUS. Deficit *eſt* in MS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. *ſane eſt pluribus*: Baſil.

407. *Quia aut ſingula.*] Recte *ſingulis* in quibuſdam legitur exemplaribus. REGIUS. *Subjiciatur*; etiam Voſſ. ſecund.

408. *Apud Antonium.*] Non eſt hic Antonius orator, qui inducitur apud Ciceronem in libris oratoriis; ſed Ciceronis in conſulatu competitor, adverſus quem Cicero dixit *in toga candida*. TURNEB. *Apud Gaium Antonium*; V. C. Alm. *apud C. Antonium*: Voſſ. ſec. Baſil. Colin. Oxon. Obrecht.

ro, qui eſt Cicero; aut poſitis duobus vel tribus, eodem ordine ſingulis [409] continuo redditur; quale [410] apud Brutum de dictatura Cn. Pompeii: *Præſtat enim nemini imperare, quam alicui ſervire*; *ſine illo enim vivere honeſte licet, cum hoc vivendi nulla conditio eſt.* Sed uni rei multiplex ratio [411] ſubjungitur; ut apud Virgilium:

> [412] *Sive inde occultas vires, & pabula terræ*
> *Pinguia concipiunt, ſive illis omne per ignem*
> [413] *Excoquitur vitium....*
> *Seu plures calor ille vias....*
> *Seu durat magis....*

& totus locus. [414] *Relationem* quid accipi velit, non mihi liquet. Nam ſi ὑπαλλαγὴν, aut ἐπάνοδον, aut ἀντιμεταβολὴν dicit, [415] de omnibus locuti ſumus. [416] Sed quidquid id eſt, neque hoc, neque ſuperiora in Oratore repetit. [417] Sola eſt in eo libro [418] poſita pariter inter figuras verborum, *exclamatio*, quam ſententiæ potius puto; affectus enim eſt, & cæteris omnibus conſentio. Adjicit his Cæcilius περίφρασιν, de qua dixi. [419] Cornificius *interrogationem*, [420] *ratiocinationem*, [421] *ſubjectionem*, [422] *tranſitionem*, [423] *occupationem*; præterea [424] *ſententiam*, [425] *membrum*, [426] *articulum*, [427] *interpretationem*, [428] *concluſionem*: quorum priora [429] alterius generis ſunt *ſchemata*, ſequentia *ſchemata* omnino non ſunt. Item [430] Rutilius præter ea, quæ apud alios quoque ſunt *ſchemata*, [431] παρομολογίαν, [432] ἀναγκαῖον, [433] ἠθοποιΐαν, [434] δικαιολογίαν, [435] πρόληψιν, [436] χαρακτηρισμὸν, [437] βραχυλογίαν, [438] παρασιώπησιν, παῤῥησίαν, de quibus idem dico. Nam eos quidem auctores, qui nullum prope finem fecerunt exquirendis nominibus, præteribo: qui etiam, quæ ſunt argumentorum, figuris adſcripſerunt. Ego illud [439] de iis etiam, quæ

409. *Continua reddantur.*] N litera expuncta, & *a* vocali in *i* converſa, *redditur* eſt legendum, ut ad rationem referatur. REGIUS. *Continua reddatur*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. *continua redditur*; Baſil.

410. *Apud Brutum Cn. Pompeii.*] Duo hæc verba *de dictatura*, hic a librariis prætermiſſa, in aliis ſcripta inveniuntur hoc modo: *apud Brutum de dictatura Cn. Pompeii.* REGIUS.

411. *Subjicitur.*] *Subjungitur*; MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſec. Andr. Obrecht.

412. *Sive inde.*] Virg. 1. Georg. 86.

413. *Excoquitur vitium.*] His ſubjungit Obrecht. *& totus locus*, quæ poſt ſequentia verba omittit. BURMAN.

414. *Relationem.*] Quidam tamen *relationem* accipere malunt *epanaphoram*, ut Aquila Romanus: eſt autem ſpecies repetitionis. TURNEB. Sed hanc interpretationem, ut alias plures, de Tulliana relatione jam ſupra refutavimus in notis ad hujus libri cap. 1. circa finem, ubi oſtendere ſtuduimus τῇ *relatione* hoc in loco figuram eam verborum, cui nomen ζεῦγμα, deſignari. CAPPER.

415. *De omnibus locuti.*] *De omnibus his locuti*; V. C. Alm.

416. *Sed quicquid eſt ne hæc ſuperiora.*] Depravatus hic locus ſic emendari poteſt, ut *que* copula adſcribatur, hoc modo: *Sed quidquid eſt, neque hæc, neque ſuperiora.* REGIUS. *Ne hæc*; Locat.

417. *Sola eſt in eo libro .... exclamatio.*] Mallem dixiſſet Fabius *fere ſola*. Nam præter *exclamationem* occurrunt ibidem *Præteritio* & *Correctio*, quæ ſententiarum figuræ ſunt: atqui tamen eas Tullius verborum figuris ibi annumerat, ut ſupra patuit ad finem cap. 1. ubi Romanus Orator ita loquitur: *aut cum aliquid prætereuntes, &c. aut cum corrigimus noſmetipſos, &c.* CAPPER.

418. *Poſita par eſt inter.*] Non intelligitur hic locus, niſi hoc modo corrigatur, ut non *par eſt*, ſed *pariter* legatur. REGIUS. *Par eſt*; V. C. Alm. Locat. *poſita, ponitur inter*; Voſſ. ſec. Gryph. Vidov. Vaſcoſ. Colin. Steph.

419. *Cornificius interrogationem, &c.*] Hujuſmodi figuræ inveniuntur etiam in Herenniano Rhetorices magiſtro. Unde firmari poteſt eorum ſententia, qui ſcriptam ad Herennium Rhetoricam ipſi Cornificio adſcribunt. CAPP.

420. *Ratiocinationem.*] *Figura eſt, per quam ipſi a nobis* [dicti] *rationem petimus & reddimus.* CAPPER.

421. *Subjectionem.*] Græci dicunt τὸ καθ' ὑποφοράν. Qua de re vide quæ cap. 2. notata ſunt ad illa Fabii verba: *quod* ſchema *quidam* per ſubjectionem *vocant*. CAPPER.

422. *Tranſitionem.*] V. C. Alm. vulgatis in edition. *tranſlationem* legimus: ſed altera lectio longe præſtantior eſt. Nam Cornificius ſive Rhetor Herennianus *tranſlationis* nomine *Metaphoram* intelligit: atqui non agitur hic de *Metaphora*, neque de cæteris *tropis*. Aliunde vero *tranſitionem* diſerte ponit inter ſententiarum figuras. CAPPER.

423. *Occultationem.*] Suſpicor depravatum eſſe codicem, legendumque *occupationem*; nam *occultatio* non reperitur apud Cornificium. TURNEB.

424. *Sententiam.*] Non διάνοιαν, *mentis cogitationem* ſimpliciter; ſed γνώμην, *dictum ſententioſum*. CAPPER.

425. *Membrum.*] Quod Græcis Rhetoribus eſt κῶλον: ſed ab iiſdem inter figuras per ſe & ex natura ſua non collocatur. CAPPER.

426. *Articulum.*] *Articulos*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Cæterum Cornificius *articulum* vocabat τὸ Græcorum κόμμα, quod proprie non eſt figura. CAPPER.

427. *Interpretationem.*] Τὴν συνωνυμίαν & ἐπεξήγησιν, quando videlicet in oratione τὸ ſubſequens eſt τῆς antecedentis explicatio. CAPPER.

428. *Concluſionem.*] Eſt oratio, quæ *majorem*, *minorem* & *conſequentiam*, ut vocant, unica periodo concludit, ut in *ſyllogiſmis conditionalibus* accidere ſolet. CAPPER.

429. *Alterius generis.*] Nempe *ſchemata*, ſeu figuræ τῆς διανοίας, ſententiarum. CAPPER.

430. *Rutilius præterea.*] *Præter ea*, diviſim legendum eſt, ne ſupervacuis oneretur oratio. REGIUS. Voſſ. ſec. omittit *ſchemata*, & deinde ἀναγκαῖον, ἠθοποιΐαν, δικαιολογίαν: τὸ *ſchemata*; etiam omittit Obrecht.

431. Παρομολογίαν.] *Quando aliquid ultro confitemur, & poſtea majus inferimus & gravius.* TURNEB. Vide Rutilium Lupum in Rhetoribus Pithœan. pag. 6. CAPPER.

432. Ἀναγκαῖον.] *Hoc* ſchema, inquit Rutilius ibid. *tunc prodeſt, cum volumus oſtendere neceſſitudinem aut naturæ, aut temporis*, &c. CAPPER.

433. Ἠθοποιΐαν.] *Ethologia*, ἠθολογία, legitur eodem ſenſu apud Rutilium Lupum ibid. ubi exempla ex Lyſia & Demoſthene affert. CAPPER.

434 Δικαιολογίαν.] *Hoc* ſchema *fieri ſolet, cum æquitatem cauſſæ quam maxime brevi ſententia complectimur*, &c. inquit Rutil. Lup. ibid. pag. 7. CAPPER.

435. Πρόληψιν.] *Præſumptionem* vocavit Fabius cap. 2. *Fit* autem *cum id, quod objici poteſt, occupamus.* Legeſis & Rutilium ipſum pag. 8. CAPPER.

436. Χαρακτηρισμόν.] Fit hæc figura, cum *veluti quibuſdam coloribus delineamus aut perſonam, aut vitam alicujus* TURNEB.

437. Βραχυλογίαν.] Βραχυέπεια, brachyepia quidem, ſed eodem ſignificatu legitur in Rutilio Lupo pag. 9. ubi ſic habet: *hoc fieri ſolet, cum orator brevitate ſententiæ præcedit auditoris expectationem.* CAPPER.

438. Παρασιώπησιν.] *Cum dicimus nos aliquid tacere, quod tamen tacitum ſatis intelligitur.* TURNEB. Ex Rutilio pag. 10. Παῤῥησίαν.] Vide Voſſ. Inſtit. Orator. libr. v. pag. 414. BURMAN. Videſis etiam ipſum Rutilium pag. 11. Cæterum a Voſſii cenſura Fabium defendimus in notis ad cap. 1. circa finem, ubi de illis Tullii verbis: *ut liberius quid audeat.* CAPPER.

439. *De iis etiam, quæ vere ſunt.*] Si quis *vera* legendum

vere ſunt, adjiciam breviter; ſicut ornant orationem opportune poſitæ, ita ineptiſſimas eſſe, cum immodice petuntur. Sunt qui, neglecto rerum pondere, & viribus ſententiarum, ſi vel inania verba in hos modos [440] depravarint, ſummos ſe judicent artifices; ideoque non deſinunt eas nectere: [441] quas ſine ſententia ſectari tam eſt ridiculum, quam quærere [442] habitum geſtumque ſine corpore. Sed ne hæ quidem, quæ recte fiunt, denſandæ ſunt nimis; nam & vultus mutatio, oculorumque conjectus, multum in actu valet: [443] ſed ſi quis ducere os exquiſitis modis, & frontis ac luminum inconſtantia trepidare non deſinat, rideatur. [444] Et oratio habeat rectam quamdam velut faciem: quæ ut ſtupere immobili rigore non debebit, ita ſæpius in ea, quam natura dedit, ſpecie continenda eſt. Sciendum vero in primis, quid quiſque in orando poſtulet locus, quid perſona, quid tempus. [445] Major enim pars harum figurarum poſita eſt in delectatione. Ubi vero atrocitate, invidia, miſeratione pugnandum eſt, quis ferat [446] *contrapoſitis*, & [447] *pariter cadentibus*, [448] & conſimilibus iraſcentem, flentem, rogantem? [449] cum in his rebus cura verborum deroget affectibus fidem; &, ubicumque ars oſtentatur, [450] veritas abeſſe videatur.

eſſe putet, is a vero aut ſaltem a veriſimili non aberrabit. CAPPER.

440. *Depravarint.*] *Depravarunt;* Voſſ. ſec.

441. *Quaſi nec ſubſtantia ſectari.*] Depravatus hic locus ita corrigi poteſt, ut *nec* particula eradatur, ac, loco ejus, *ſine* præpoſitio reponatur, ac, pro *ſubſtantia*, *ſententia* legatur, hoc modo: *quas ſine ſententia ſectari.* REGIUS. *Quas ſine ſubſtantia;* Voſſ. ſec. Locat. Andr. marg. Colon. Baſil. Vidov. *Quas nec ſubſtantia;* V. C. Alm.

442. *Habitum geſtumque.*] Τὸ σχῆμα, *figura*, ſignificat etiam habitum ac geſtum quemdam. CAPPER.

443. *Sed ſi quis ducere os exquiſitis.*] Videndus Lud. Creſſollius Vacat. Autumnal. libro 11. capite 7. ſectione 2. pagg. 214. 215. PAREUS.

444. *Et orator.*] Tametſi hic locus menda plerſque carere videtur, ex eo tamen adverbio ſimilitudinis, *oratio*, loco *oratoris*, colligitur eſſe reponenda. Neque enim de pronuntiatione hoc loco præcipit Fabius; ſed, ſimilitudine ab actione ſumpta, oſtendit orationem nec ubique rectam, nec ubique figuratam eſſe debere. REGIUS. *Et orator;* MSS. Vallæ, Alm. Colb. Voſſ. ſec. Locat.

445. *Major pars harum figurarum poſita eſt in delectatione.*] Igitur in τῷ ἠθικῷ, & præſertim in orationibus generis demonſtrativi, ἐπιδεικτικῷ, adhibendæ ſunt verborum figuræ; in τῷ παθητικῷ autem figuræ ſententiarum, idque cum delectu. CAPPER.

446. *Contrapoſitis.*] Τοῖς ἀντιθέτοις, ut Græci dicerent. Vulgo dicimus *antitheſes.* CAPPER.

447. *Pariter cadentibus.*] Τοῖς ὁμοιοπτώτοις, quæ Latini Rhetores *ſimiliter cadentia* ſolent appellare. CAPPER.

448. *Et conſimilibus.*] Supple τὸ *figuris*; cujus modi ſunt τὰ ὁμοιοτέλευτα, *ſimiliter deſinentia*; τὰ πάρισα, *comparia*; τὰ ἰσόκωλα, *æqualia* periodicæ orationis *membra*, &c. CAPPER.

449. *Cum jam his rebus.*] Loco *jam*, *in* propoſitio reponenda videtur hoc modo: *cum in his rebus.* REGIUS. *Cum jam;* Locat. *cum his rebus;* Baſil. Gryph.

450. *Varietas abeſſe.*] *Veritas* ut legatur, ſenſus expoſcit. REGIUS.

CAPUT IV.

De compoſitione.

[1] DE *compoſitione* non equidem poſt Marcum Tullium ſcribere auderem (cui neſcio an ulla pars operis hujus ſit magis elaborata) niſi [2] & ejuſdem ætatis homines, [3] ſcriptis ad ipſum etiam literis, [4] reprehendere id collocandi genus auſi fuiſſent, & [5] poſt eum plures multa ad eamdem rem pertinentia memoriæ tradidiſſent. Itaque accedam in pleriſque Ciceroni, atque in iis ero, quæ indubitata ſunt, brevior: in quibuſdam paulum fortaſſe diſſentiam. Nam etiam cum judicium meum oſtendero, ſuum tamen legentibus relinquam. [6] Neque ignoro quoſdam eſſe, qui curam omnem *compoſitionis* excludant, atque il- IV.

Exordium eſt prolepticum; nam veniam præfatur, quod poſt Ciceronem *de compoſitione* ſcribat: ſubnectit eorum reprehenſionem, qui *compoſitionem* vituperant: poſtremo addit præcepta *compoſitionis*, quæ eſt apta verborum ſtructura, in *ordine*, *junctura*, *numero* poſita. TURNEB.

1. *De compoſitione.*] Supple, verborum: ſic Dionyſius Halicarnaſſ. præclarum conſcripſit opus περὶ τῆς τῶν ὀνομάτων συνθέσεως, *de vocabulorum compoſitione*, ſeu *collocatione* pag. 2. tom. 2. edition. Wechel. CAPPER.

2. *Et ejuſdem ætatis homines.*] Brutus ipſe lib. xv. ad Att. epiſt. PITHOEUS.

3. *Scriptis ad ipſum.*] Calvus enim, ſcriptis ad Ciceronem epiſtolis, Ciceronem appellavit *ſolutum* & *enervem*; Brutus *fractum* & *elumbem*. Quin etiam (ut ſcriptum eſt quintodecimo epiſt. ad Attic.) cum Bruti mandato Cicero de *compoſitione* ſcripſiſſet, tamen judicium Ciceronis de *compoſitione* Bruto diſplicuit. TURNEB. Hac de re Tullius lib xiv. ad Attic. epiſt. 20. ſic habet: *Cum ipſius* [Bruti] *precibus pene adductus ſcripſiſſem ad eum de optimo genere dicendi; non modo mihi, ſed etiam ſibi ſcripſit, ſibi illud, quod mihi placeret, non probari: quare ſine, quæſo, ſibi quemque ſcribere.* Vide & epiſtolam 1. lib. xv. ad eumdem. CAPPER.

4. *Reprehendere vel collocandi.*] In vetuſtis codicibus legitur, *id collocandi genus*, ut ſignificetur *ea compoſitio*, quam probavit Cicero in *Orat.* perfecto. TURNEB. *Reprehendere, vel collocandi genus;* Locat. Ald. Gryph. Par. Vaſc. Steph. Colin. Vidov.

5. *Poſt eum plures.*] Ut Cornificius, Stertinius, Gallio, Celſus, Lenas, Virginalis, Plinius, Rutilius. REGIUS. In cujus annotatione pro τῷ *Virginalis* legendum eſt *Virginius;* ut patet ex iis, quæ ſcripta & notata ſunt ad lib. III. cap. 1. circa finem. CAPPER.

6. *Nec ignoro,*] Quidam Fabii tempore erant *antiquarii*, qui antiquorum horrorem, ut Catonis, imitabantur, cul-

lum horridum ſermonem, ut forte effluxerit, modo magis naturalem, modo etiam magis virilem eſſe contendant. [7] Qui ſi id demum naturale eſſe dicunt, [8] quod a natura primum ortum eſt, & quale ante cultum fuit, [9] tota hæc ars orandi [10] ſubvertetur. Neque enim loquuti ſunt ad hanc regulam & diligentiam primi homines, [11] nec *prooemiis* præparare, docere [12] *expoſitione*, argumentis probare, affectibus commovere ſcierunt. Ergo his omnibus, non ſola *compoſitione*, caruerunt: quorum ſi fieri nihil melius licebat, [13] ne domibus quidem [14] caſas, [15] aut veſtibus pellium tegmina, aut urbibus montes ac ſylvas mutari oportuit. Quæ porro ars ſtatim fuit? quid non [16] cultu niteſcit? cur vites coërcemus manu? cur eas fodimus? rubos arvis excidimus? [17] terra [18] & hæc generat: manſuefacimus animalia? indomita naſcuntur. [19] Verum id eſt maxime naturale, quod fieri natura [20] optime patitur. Fortius vero [21] quî incompoſitum poteſt eſſe, [22] quam junctum, & bene collocatum? Neque ſi parvi pedes vim detrahant rebus, ut [23] *Sotadeorum*, [24] & *Galliamborum*, & quorumdam in oratione ſimili pene licentia laſcivientium, [25] *compoſitionis* eſt judicandum. Cæterum [26] quanto vehementior fluminum curſus eſt prono alveo, ac nullas moras objiciente, quam inter obſtantia ſaxa fractis aquis ac reluctantibus; [27] tanto, quæ connexa eſt, & totis viribus fluit, fragoſa atque interrupta melior oratio. Cur ergo vires [28] ipſas [29] ſpecie ſolvi putent, quando [30] nec ulla res ſine arte ſatis valeat, & comitetur ſemper ar-

tamque negligebant *compoſitionem*, quod ea putarent orationem effeminari. TURNEBUS.

7. *Qui ſi id demum.*] Ut refutet eorum opinionem, diſtinguit appellationis ſignificationem, a qua vel abſurdum colligit, vel naturalem eſſe *compoſitionem.* TURNEB. *Quid id demum*; Voſſ. ſec.

8. *Quod a natura.*] *Quod natura*; Obrecht. qui etiam τὸ *eſt* omittit.

9. *Tota hae ars.*] *Tota his ars*; Voſſ. ſec.

10. *Subvertetur.*] *Subvertitur*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald.

11. *Nec prooemiis præparare, docere, exponere, argumentis probare.*] Invitus quidem facio, ut ſine exemplarium cujuſquam adſtipulatione aliquid immutem. Sed in iis, quæ manifeſte depravata ſunt, major ſenſuum, quam exemplarium, ratio habenda eſt; ut hoc loco *exponere* quidem legitur, ſicque legendum eſſe quidam ſuis in expoſitionibus atteſtantur; ſed, loco ejus infiniti, *expoſitione* legendum eſſe, illud eſt indicio, quod ſingulis infinitis ablativi ſint appoſiti: *expoſitione* itaque, vel refragantibus exemplaribus, legatur, hoc modo: *docere expoſitione*, hoc eſt, narratione, qua potiſſimum judex *cauſſam* docetur. REGIUS.

12. *Expoſitione.*] Id eſt, narratione, quæ ſecunda pars eſt orationis in genere ſaltem *judiciali*, & *expoſitionis* nomine a Quinctiliano ſæpius indicatur; ut ſatis conſtat ex cap. 2. libri IV. CAPPER.

13. *Ne domibus quidem.*] *Ne hominibus quidem*; V. C. Alm. *ne homini quamvis quidem*; Voſſ. ſec.

14. *Caſas.*] Vitruvius lib. II. architecturæ, ait primos mortales caſas incoluiſſe: iidem etiam cum ignorarent artem texendi, veſtiebantur pellibus animalium: neque dum ædificatis urbibus, ſylvas incolebant. TURNEB.

15. *Aut veſtes pellium.*] *Veſtibus* legendum eſſe, nemo non videt. REGIUS. *Veſtes*; MSS. Alm. Voſſ. ſec.

16. *Cultu miteſceret.*] *Miteſcit* procul dubio legendum eſt, quamvis quidam *niteſcit* legant, exponantque *pulchrius fit.* Sed *miteſcit* legendum eſſe, aperte exempla, quæ ſubjiciuntur, declarant. REGIUS. *Miteſceret*; Locat. *inniteſcit*; Vallæ lib. Ald. Baſil. *miteſcit*; MSS. Bal. Alm. marg. Vaſc. Steph. ſed *niteſcit* ſine dubio rectum eſt. Ita Juſt. XLIII. cap. 4. *Tunc & vitem putare, tunc olivam ſerere conſueverunt, adeoque magnus & hominibus & rebus impoſitus eſt nitor, &c.* & præceſſerat, quod huc egregie facit: *Galli & uſum vitæ cultioris, & agrorum cultus & urbes mœnibus cingere didicerunt*: ſic & apud Ovid. XII. Metam. 405.

——— *Qua nulla nitentior inter*
Semiviros altis habitavit femina ſylvis.

& mox,

——— *Cultus quoque, quantus in illis*
Eſſe poteſt, membris.

cultus enim eſt (ut notiſſimum) ornatus, per quem niteſcunt homines & res; & *nitere* oratio, *nitor* orationis Ciceroni paſſim dicitur. Vide *Orat.* 23. IV. de finib. 3. & alibi. BURMAN.

17. *Terra*] In Vallæ lib. a ſecunda manu *natura & hæc generat.*

18. *Et hæc generat.*] *Et hoc*; V. C. Alm. Francius malebat *& hoc*; ut Obrecht. edidit.

19. *Verum id eſt.*] Opponit aliam *naturalis* ſignificationem, quam ſequitur, & ex qua colligit naturalem eſſe *compoſitionem*: hoc autem additur vice *epiphonematis*. TURNEB.

20. *Optime patitur.*] Francius conjiciebat *optimum.*

21. *Quid incompoſitum.*] Fere ſpecie recti in errores incidimus. Quis enim non dixerit *quid* hoc loco recte legi. Atqui non *quid*, ſed *qui*, pro *quo modo*, legendum eſſe, acutius intuentes cenſebunt. REGIUS. *Quid*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Andr. Locat. marg. Baſil. *quomodo*; Obrecht.

22. *Quam junctum.*] *Quam vinctum*; Obrecht.

23. *Sotadeorum.*] *Sotadei* verſus ſunt, nunc *iambici*, nunc *trochaici*, nunc *dactylici*, nunc *anapæſtici*: qui retrorſum etiam leguntur, & efficiunt quoddam genus carminis. TURNEB. Vide ad lib. I. cap. 8.

24. *Et Callimachorum.*] *Callimachiorum*, *i* vocali adſcripta legatur, quibus Callimachus eſt uſus, ut molliora carmina fierent. REGIUS. Melius qui *Galliamborum*, de quibus Diomedes Terentianus in hunc modum:

Nomenque Galliambis memoratur hinc datum,
Tremulos quod eſſe Gallis habiles putant modos, &c.

meminit etiam Martialis. PHILAND. In quibuſdam *Callimachiorum* legitur a Callimacho Poëta, qui verſus *iambicos* exiles compoſuit. Sunt tamen *Galliambi* verſus quidam *trochaici* apud Terentianum: nonnulli legunt *Polyambos*, qui verſus ſunt *iambici*, qui retrorſus leguntur. TURNEB. *Callimachorum*; V. C. Alm. Andr. Locat. Baſil. Cæterum in Philandri annotatione, pro τοῦ *Diomedes Terentianus*, eſt, opinor, legendum *Diomedes & Terentianus*: nam primo quidem Diomedes de metro *Galliambo* ita ſcribit pagg. 513. 514. veterum Grammat. edit. Putſch. *Galliambum metrum apud Mecanatem tale eſt*: Ades, *inquit*, ô Cybele fera montium Dea ..... *Galliambum aliud ex ipſo factum et ſimillimum eſſet, niſi quod, ut enervatius fieret & mollius, ſecunda aut tertia ab ultima ſyllaba in duas breves geminata eſt, & factum tale, &c.* ſecundo Terentianus Maurus pag. 2447. ſic habet: *Nomenque Galliambis memoratur hinc datum, &c.* CAPPER.

25. *Compoſitionis eſt judicandum.*] Aut ſubauditur *vitium*, aut ſic ſuppletur; neque judicandum eſt. ſupple *eſſe*, compoſitionis, id eſt, id evenire ex compoſitione, quæ tales pedes non recipit, aut ſaltem non præcipit. ASCENS.

26. *Quanto vehementior fluminis.*] Gebhard. Crepund. lib. X. cap. 16. pag. 52. PAREUS.

27. *Tantoque connexa t. v. fuerit.*] *Que* copula in *quæ* relativum eſt commutanda, ac *fluit*, loco *fuerit*, reponendum hoc modo: *Tanto, quæ connexa, & totis viribus fluit.* REGIUS. Vide ad lib. VII. I. BURMAN.

28. *Ipſas ſpecie.*] *Ipſa ſpecie*; MSS Alm. Voſſ. ſec.

29. *Specie ſolvi.*] Hoc eſt, pulchritudine concinnæ orationis. Qui vero *ſpatio* legunt, aperte decipi, facile quivis, vel mediocriter doctus dijudicare poteſt; cum, quæ ſequuntur, *ſpecie* legendum eſſe manifeſte declarent; infertur enim, *& comitetur ſemper decor*: ſic Cicer. *Orat.* 68. ab Athletis & Gladiatoribus illuſtrat. REGIUS. *Spatio ſolvi*; MSS. Bodl. Bal. Andr.

30. *Res nec ulla.*] Tranſpoſita hic eſſe verba videntur, quæ ſic in ordinem rediguntur: *Quando nec res ulla.* REGIUS. *Res nec ulla*; Voſſ. ſec.

tem decor? An non eam, [31] quæ emiſſa optime eſt, haſtam ſpecioſiſſime contortam ferri videmus? & arcu dirigentium tela, quo certior manus, hoc eſt habitus ipſe formoſior? [32] Jam in certamine armorum, atque in omni palæſtra, quid ſatis recte cavetur ac petitur, cui non artifex motus, & certi quidam pedes adſint? Quare mihi [33] *compoſitione* velut amentis quibuſdam nervifve intendi & concitari ſententiæ videntur. [34] Ideo eruditiſſimo cuique perſuaſum eſt, valere eam [35] quamplurimum, non ad delectationem modo, ſed ad motum quoque animorum. Primum, quia nihil intrare poteſt [36] in affectum, quod in aure, velut quodam veſtibulo, ſtatim offendit. Deinde quod natura ducimur [37] ad *modos*. Neque enim aliter eveniret, ut illi quoque organorum ſoni, quanquam verba non exprimunt, in alios tamen atque alios motus ducerent auditorem. In certaminibus ſacris non eadem ratione concitant animos ac remittunt: nec eoſdem *modos* adhibent, cum bellicum eſt canendum, & cum poſito genu ſupplicandum: nec idem ſignorum [38] concentus eſt procedente ad prœlium exercitu, idem [39] receptui carmen. [40] Pythagoreis certe moris fuit, & cum evigilaſſent, animos ad lyram excitare, quo eſſent ad agendum erectiores; &, cum ſomnum peterent, ad eamdem prius [41] lenire mentes; ut, ſi quid fuiſſet [42] turbidiorum cogitationum, componerent. [43] Quod ſi *numeris* & *modis* ineſt quædam tacita vis, in oratione eſt vehementiſſima; quantumque intereſt, ſenſus idem quibus [44] verbis efferatur; tantum verba eadem, qua *compoſitione* [45] vel in exitu jungantur, vel fine claudantur. Nam quædam & ſententiis parva, & *elocutione* modica, virtus hæc ſola commendat. [46] Denique quod cuique viſum erit vehementer, dulciter, ſpecioſe dictum, ſolvat & turbet; [47] abierit omnis vis, jucunditas, decor. [48] Solvit quædam ſua in *Oratore* Cicero: [49] *Nam neque me divitiæ movent, quibus omnes Africanos & Lælios* [50] *multi* [51] *venalitiarii mercatoreſque ſuperarunt. Immuta paululum, ut ſit,*

31. *Quæ emiſſa.*] *Quæ excuſſa;* marg. Baſil.

32. *Jam in certamine.*] Hic locus ductus eſt ex *Oratore* ad Brutum; nam ait illic Cicero, *ineptos eſſe in certamine armorum, qui ſint apalæſtri:* id eſt, qui carent motus decentia; quam qui habent, optimi fiunt gladiatores. TURNEB.

33. *In compoſitione.*] *In* præpoſitio, quamvis codices repugnent, eradenda mihi videtur, ut quæ ſenſum potius pervertat, quam juvet; ſic namque *compoſitione* intenduntur ſententiæ, ut amentis haſtæ, arcuſque nervis. Amentum autem lorum illud dicitur, quo in emittendis longius haſtis jaculatores utuntur. REGIUS. *In compoſitione s.* Voſſ. ſec. Locat. Ald.

34. *Ideo eruditiſſimo cuique.*] Cicero quoque in *Orat.* ad Brutum ſcribit: *Non tantam fuiſſe futuram Demoſthenis eloquentiam, niſi ejus oratio numeris contorta ferretur:* ea res enim movet auditorem & incendit. TURNEB. *Ideoque* V. C. Alm. Ald. Colin. *imo;* Obrecht.

35. *Complurimum.*] Caſtigate in quibuſdam exemplaribus legitur *quamplurimum;* neque enim *complurimum* eſt Latinum. REGIUS. *Valere eam plurimum;* V. C. Alm. *eam* deeſt in Voſſ. ſec.

36. *In affectum.*] *In affectus;* Voſſ. ſec.

37. *Ad modos.*] *Modus* Phrygius ſolet ad arma incitare, *modus* autem Doricus aptus eſt religioni. TURNEB.

38. *Contentus eſt procedente.*] *T* quidem litera in *c* mutata, *concentus* eſſe legendum ne admonitione quidem eſt dignum: qui vero pro *procedente* legunt *producendo*, ſuæ ipſi opinionis viderint rationem. Exercitus enim elegantiſſime *procedere in prœlium* dicitur. REGIUS. *Producendo;* Obrecht. utrumque ſatis Latine dici conſtat: ſed hic malim *procedente*, quia concinnior compoſitio videtur per ablativos abſolutos; ſi enim ideo placuit quibuſdam *producendo*, quia ſequitur *receptui carmen*, ſcribendum videretur *producendo ad prœlium exercitui*, vel *exercitum*: ſed vulgata ſana & recta eſt, ut apparet etiam ex varia lectione *receptui canente:* ita in *aciem procedere* Juſtinus XI. 9. & alibi, & paſſim Cæſar & Livius, qui etiam *ad pugnam procedere* dixit lib. VII. 9. ſic & *in prœlium egredi*, Juſt. 11. 9. BURMAN.

39. *Receptui carmen.*] *Receptui canente:* marg. Vaſc. Steph. Gryph.

40. *Pythagoreis certe.*] Hoc exemplum ducit Fabius ex quarta Tuſculana: *Animi porro languidi fiunt ſomno, vigiliis quoque propter actiones fiunt turbidiores:* unde tumultuoſus ſequitur ſopor: merito igitur animos componebant ad lyram Pythagorei. TURNEB.

41. *Lenire mentes.*] Vide Porphyr. de vita Pythag pag. m. 183. & Jamblich. cap. 25. neque mirum; nam nec interdiu, nec noctu animum remittebant, aut otioſum eſſe ſinebant; Max. Tyr. diſſert. XV. Conſule Plutarch. de Iſide & Oriſide in fin. pag. 683. ALMEL. Et ſimilem Arceſilai morem apud Laërtium lib. IV. I. referri notavit Iſaacus Voſſius.

42. *Turbidiorum.*] *Turbidorum;* Steph.

43. *Quod ſi numeris.*] Oratio multo magis movere debet, quam organa muſica; quia non ſolum canit, verum etiam loquitur. TURNEB.

44. *Verbis afferatur.*] *A* vocali in *e* converſa *efferatur* legendum eſt. REGIUS.

45. *Vel in exitu jungantur, vel in fine claudantur.*] Per *exitum* videtur intelligere decurſum periodi ab initio, unde quodammodo exit, ad finem ubi ſubſiſtit; in illo enim decurſu ſecum invicem verba *junguntur;* at in fine *clauduntur*. ROLLIN. In τῷ *exitu* ſubintelligere potes τὸ *ſuo*, ut ſit *exitus* ille ſingulorum (excepto poſtremo) verborum, quæ junguntur, finis. Et ſane apud veteres Philologos nihil frequentius eſt illa locutione: *Verba quæ exeunt in A, in O*, &c. hoc eſt, deſinunt, terminantur; ut nunc loqui amant. Pariter in τῷ *fine* ſubandiri poſſunt τὰ *periodi, membri*, quæ ſemper verbis pluribus conſtant; & τὸ *inciſi*, quod plura ſæpius verba comprehendit. CAPPER.

46. *Denique quod.*] Probatio eſt a contrario, eſtque locus ex *Oratore* cap. 70. Ciceronis ductus; ſi quis enim aptam *periodum* ſolverit, ſententia non æque placebit, & jucunditas aberit. TURNEB.

47. *Abierit omnis vis.*] In editionib. Stephan. & Rollin. legitur *aberit*, nullo fere ſenſus diſcrimine. CAPPER.

48. *Solvit quædam ſua.*] Diſſolvit & tollit quarumdam ſuarum *periodorum numeros*, quibus illæ quaſi certis quibuſdam vinculis alligabantur. CAPPER.

49. *Nam neque.*] *Nam* non eſt in Cicerone. PHILAND. *Namque me;* V. C. Alm. Hic porro Ciceronis locus exſtabat in ſecunda Oratione pro Cornelio, cujus nonniſi fragmenta quædam ſuperſunt. CAPPER.

50. *Multi venalitii.*] *Venalitiarii;* marg. Steph. Vaſc. & ita Patricius & Lambinus apud Ciceron. Atque hujus lectionis veritatem ſatis probat Africani locus in Digeſtis tit. de verbor. & rerum ſignificat. *Mercis appellatione homines non contineri Mela ait; & ob eam rem Mangones non mercatores, ſed venalitiarios appellari ait, & recte.* Vide & Ulpian. leg. 1. Digeſt. tribut. act. & leg. 87. de Ædilitio edicto leg. Papinianus 57. Digeſt. mandati. Et certe, ut notavit jam pridem Patricius ad Ciceron. Oration. *Venalitius* dicitur ipſe ſervus venalis: *Venalitiarius* autem ſervorum venditor. CAPPER.

51. *Venalitii mercatoreſque venalitiique ſuperarunt.*] In Ciceronis *Oratore* recte, hic vero corrupte legitur hoc exemplum: ſic autem eſt legendum: *Venalitii mercatores ſuperarunt, ut ſit, Multi ſuperarunt mercatores venalitiique.* REGIUS.

Multi ſuperarunt mercatores, venalitiariique, & ſequentes deinceps *periodos*: [52] quas ſi ad illum modum [53] perturbes, velut fracta aut tranſverſa tela projeceris. [54] Idem corrigit, [55] quæ a Graccho compoſita durius putat. Illum decet: nos hac ſimus probatione contenti, quod in ſcribendo, quæ ſe nobis ſolutiora obtulerint, [56] componimus. Quid enim attinet eorum exempla quærere, quæ ſibi quiſque experiri poteſt? Illud notaſſe ſatis habeo, quo pulchriora & ſenſu & *elocutione* diſſolveris, hoc orationem magis deformem fore; quia [57] negligentia collocationis ipſa verborum luce deprehenditur. [58] Itaque, ut confiteor pene ultimam oratoribus artem *compoſitionis*, quæ perfecta ſit, contigiſſe; ita illis priſcis habitam inter curas, in quantum adhuc profecerant, puto. [59] Neque mihi, quamlibet magnus auctor, Cicero perſuaſerit, Lyſiam, [60] Herodotum, Thucydidem, parum ſtudioſos ejus fuiſſe. Genus fortaſſe ſint ſecuti non idem, quod Demoſthenes, aut Plato: quanquam & ii ipſi inter ſe diſſimiles fuerunt. Nam neque illud in Lyſia dicendi textum [61] tenue atque rarum lætioribus *numeris* corrumpendum erat. Perdidiſſet enim gratiam, [62] quæ in eo maxima eſt, ſimplicis atque [63] inaffectati coloris: perdidiſſet fidem quoque. [64] Nam ſcribebat aliis, non ipſe dicebat: ut oportuerit eſſe illa rudibus & incompoſitis ſimilia: quod ipſum [65] *compoſitio* eſt. [66] Et hiſtoriæ (quæ currere debet ac ferri) minus conveniſſent [67] interſiſtentes clauſulæ, & debita *actionibus* reſpiratio, [68] & cludendi inchoandique ſententias ratio. [69] In concionibus [70] quidem etiam *ſimiliter cadentia* quædam, & *contrapoſita* deprehendas: in Herodoto vero cum omnia (ut ego quidem ſentio) [71] leniter fluunt, tum [72] ipſa *διάλεκτος* habet [73] eam jucunditatem, ut latentes etiam *numeros* complexa videatur. Sed de propoſitorum diverſitate [74] poſt paulum. Nunc quæ prius iis, qui recte componere volent, [75] diſcenda ſint. [76] Eſt igitur ante omnia

Venalitii mercatoreſque ſuperarunt, ut ſit, *Multi mercatores ſuperarunt venalitiique*; Locat. Ald.

52. *Quos ſi.*] *Quas* legendum, ne incongrue *periodos* referat. REGIUS. *Quos*; Voſſ. ſec.

53. *Perturbes.*] *Turbes*; V. C. Alm. Obrecht.

54. *Idem corrigit.*] Ut: *Abeſſe non poteſt, quin ejuſdem hominis ſit probos improbare, qui improbos probet*; dicendum enim erat, *qui improbos probet, probos improbare*. TURNEB.

55. *Quod.*] *Quæ* legendum eſſe, nemo non videt. REGIUS

56. *Componemus.*] *Componimus*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. recte; hanc enim probat *compoſitionem* eſſe neceſſariam; quia ipſi, quando ſcribimus, componimus verba; non temere, ut ſe offerunt, collocamus. BURMAN. *Componemus* legitur in editionib. Vaſcoſ. Stephan. Lugduno-Batav. & Rollin. CAPPER.

57. *Negligentia collationis.*] *Collocationis* emendate in quibuſdam legitur exemplaribus. REGIUS.

58. *Itaque ut confiteor.*] Cicero in *Oratore* perfecto cap. 52. *numeroſam compoſitionem* ait inventam a Thraſymacho Calchedonio & Gorgia Leontino: ſed illi tamen *numeris* male utebantur: eos itaque Iſocrates emendavit, primuſque eſt apte *numeris* uſus. TURNEB.

59. *Neque mihi.*] In *Oratore* Cicero his auctoribus *numeros* detrahit: qua in re ſecutus eſt Ariſtotelem, qui idem ſcribit lib. III. ad Theodectem. Sed Fabius mavult ſequi opinionem Dionyſii Halicarnaſſ. qui Herodoto & Thucydidi *numeros* tribuit; & alioqui hoc totum caput mutuatus eſt a Dionyſio. TURNEBUS. Veteres Græcos etiam *numerum* neglexiſſe teſtatur Cicer. Brut. 17. male vero hic Ciceronem reprehendi a Fabio notat Camerarius in Errator. pag. 15. quia Fabius de *numeris*; Cicero loquitur de comprehenſionum diligentia, quæ *περίοδοι* dicuntur, & ſimili exquiſitione *compoſitionis*, quam defuiſſe veteribus Græcis, manifeſtum eſſe putat. Cæterum *neque enim mihi*, eſt in Voſſ. ſec. BURMAN. Opuſculi *περὶ ἑρμηνείας*, *de Elocutione*, quod vulgo ſub Demetrii Phalerei nomine circumfertur, auctor, cum Ariſt. ac Tul. cenſet omnem priſcam Græcorum ſcriptorum elocutionem, & maximam Herodoteæ hiſtoriæ partem numeroſam non eſſe, neque periodis circumſcriptam: *ἡ δέ τις διῃρημένη ἑρμηνεία καλεῖται, ἡ εἰς κῶλα λελυμένη οὐ μάλα ἀλλήλοις συνηρτημένα, ὡς ἡ Ἑκαταίου καὶ τὰ πλεῖστα τῶν Ἡροδότου, καὶ ὅλως ἡ ἀρχαία πᾶσα*; num. 12. ſed num. 19. ubi triplicem diſtinguit periodum, hiſtoricam, dialogicam, & oratoriam, hiſtoricæ periodi exemplum ex ipſo Herodoto profert. CAPPER.

60. *Herodotum.*] Cicero in *Oratore* capp. 54. & 65.

61. *Tenue atque rarum.*] *Raſum*; V. C. Alm. Obrecht. quod quomodo defendi poſſit, ſatis video: *rarum* tamen præfero, quia *metaphora* eſt ducta a tenuibus veſtibus, quæ & *raræ* dictæ; ut *tunica rara* Ovid. 1. Amor. 5. ubi plura dicentur. BURMANNUS.

62. *Quæ in eo maxima.*] *Quæ in eo etiam maxima*; Voſſ. ſec.

63. *Inaffecti coloris.*] *Inaffectati* legendum. REGIUS.

64. *Nam ſcribebat.*] Propter legem, quæ Athenis erat, *ne quis cauſſæ ſuæ patronum adhiberet*: fraus enim legi fiebat, atque oratores aliis orationes ſcribebant. TURNEB.

65. *Compoſitio eſt.*] Hic diſtinguendum eſt, ne confundantur ſenſus: hoc ipſum autem, inquit, eſt ex arte *compoſitionis*, ita componere, ut fidem oratio habeat. Qui autem *quoad compoſitionem* legit, ea, quæ recta ſunt, depravare, ac mendas mendis addere videtur. REGIUS. *Quoad ipſam compoſitionem*; Andr. & MS. Bodl. qui tamen pro *quoad* habet *quod*. BURMAN.

66. *Et hiſtoriæ.*] Cicero ait propriam eſſe hiſtoriæ *compoſitionem, tractam & fluentem*: illa autem non interſiſtit clauſulis periodorum, ſed perpetuo fertur curſu, dum ad exitum rei pervenerit. Unde Ariſt. appellat *infinitam compoſitionem*. TURNEB.

67. *Inſiſtentes clauſulæ.*] *Ter* ſyllaba interjecta, *interſiſtentes* ſcribendum mihi videtur: hoc autem ſenſu Thucydidem fuiſſe *compoſitionis* ſtudioſum probat. REGIUS. *Inſiſtentes*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. BURMAN. Verum interſiſtentes hujuſmodi clauſulas apud Thucydidem frequentes eſſe Pithœus etiam exiſtimabat. CAPPER.

68. *Et cludendi.*] *Et concludendi*; Ald.

69. *In concionibus.*] Dionyſius Halicarnaſſeus in lib. *de Idiomatibus Thucydidis*, annotat in Thucydide *numeroſam compoſitionem*, & multas figuras: inde mutuatus eſt hunc locum Fabius. TURNEB.

70. *Quidem etiam.*] *Quidem &*; Voſſ. ſec.

71. *Leniter fluant.*] *Fluunt*; Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht.

72. *Ipſa Διάλεκτος.*] Scripſit enim Ionica lingua, quæ & ſuavis & gravis eſt. PHILANDER. *Ipſa dialectus*; V. C. Alm.

73. *Etiam jucunditatem ut latentes in numeros.*] Sic quidem legitur, ſed mendoſe; nam *etiam* conjunctio, niſi in *eam* pronomen convertatur, &, loco *in* præpoſitionis, *etiam* particula reponatur, neque ſenſus integritas, neque elegantia cuſtoditur: hoc modo itaque legatur: *Habet eam jucunditatem, ut latentes etiam numeros c. v.* REGIUS. *Latentes in ſe numeros*; Obrecht.

74. *Poſt paulum.*] Vide ad lib. 11. cap. 5.

75. *Dicenda ſunt.*] *S* litera adſcripta, *diſcenda*; &, *u* vocali in *i* converſa, *ſint* legendum eſt; extrinſecus vero *dicamus*, vel ſimile verbum eſt ſubaudiendum: tametſi quidam, loco illius *quæ*, legant *quædam*, & *dicenda*. REGIUS. *Dicenda ſunt*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat.

76. *Eſt igitur.*] Romanus Aquila triplicem facit oratio-

[77] oratio alia vincta, atque contexta; ſoluta alia, qualis [78] in ſermone & epiſtolis: niſi cum aliquid ſupra naturam ſuam tractant, [79] ut de philoſophia, de republica, ſimilibuſque. Quod non eo dico, quia non illud quoque ſolutum habeat [80] ſuos quoſdam, & forſitan difficiliores etiam pedes; neque enim aut hiare ſemper vocalibus, aut [81] deſtitui temporibus volunt ſermo & epiſtola; ſed non fluunt nec cohærent, nec [82] verba de verbis trahunt: ut potius laxiora in his vincula, quam nulla ſint. Nonnunquam in *cauſſis* quoque minoribus decet eadem ſimplicitas, quæ [83] non illis, ſed aliis utitur *numeris*, diſſimulatque eos, & tantum communit occultius. [84] At illa connexa ſeries [85] tres habet formas; *Inciſa*, quæ κόμματα dicuntur; *Membra*, quæ κῶλα; & περίοδον, quæ eſt vel *ambitus*, vel *circumductum*, vel *continuatio*, vel *concluſio*. In omni porro *compoſitione* [86] tria ſunt neceſſaria, *ordo*, *junctura*, *numerus*. Primum igitur de *ordine*. Ejus obſervatio in verbis eſt ſingulis, & contextis. Singula ſunt, quæ diximus ἀσύνδετα. In his [87] cavendum eſt, ne decreſcat oratio, & fortiori ſubjungatur aliquid infirmius, ut *ſacrilego fur*, aut *latroni petulans*. [88] Augeri enim debent ſententiæ, & inſurgere; [89] ut optime Cicero: [90] *Tu*, inquit, *iſtis faucibus*, *iſtis lateribus*, *iſta gladiatoria totius corporis firmitate*. [91] Aliud enim majus alio ſupervenit. At ſi cœpiſſet a toto corpore, non bene ad latera fauceſque deſcenderet. Eſt & alius naturalis ordo, ut *viros ac feminas*, *diem ac noctem*, [92] *ortum & occaſum* dicas potius, [93] quam retrorſum. [94] Quædam ordine permutato fiunt ſupervacua, ut *fratres gemini*. Nam ſi præceſſerint *gemini*, *fratres* addere non eſt neceſſe. [95] Illa nimia quorumdam fuit obſervatio, [96] ut *vocabula verbis*, [97] *verba* rurſus

nem; *ſolutam*, qualis eſt in epiſtolis; *tractam*, quam *perpetuam* appellat, qualis eſt in hiſtoriis; & *periodicam*, quæ certo ambitu comprehenditur, qualis eſt in orationibus: hæc *numeros* habet, *ſoluta* prope nullos: *tracta* quoſdam habet, ſed minus evidentes. TURNEB. Ex hoc Aquilæ Romani ſyſtemate, quod exſtat in Rhetoribus Pithœan. pag. 16. componi forte poſſet Fabii diſſidium a Tullio de Lyſiæ, Herodoti, ac Thucydidis *numeroſa* oratione. Legeſis etiam Demetrium vulgo Phalereum in opuſculo de *Elocutione* pagg. 13. & 17. edition. Anglic. CAPPER.

77. *Oratio vincta.*] *Juncta*: MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Ald. Baſil.

78. *In ſermone.*] In ſermone familiari ac libero, qualis etiam in confabulationibus adhiberi ſolet. CAPPER.

79. *Ut de philoſophia.*] Quemadmodum epiſtolæ Senecæ de morali philoſophia tractant, & ideo multos habent numeros. TURNEB.

80. *Suos quoſdam....pedes.*] Ideoque *numerum* quemdam; *numerus* enim ὁ ῥυθμός pedibus conſtat: immo, ut recte notat Iſaac. Voſſius in opuſculo de *Rhythmo*, ὁ ῥυθμός, *numerus*, accurate ac proprie loquendo eſt ſyſtema, ſive collectio pedum, quorum tempora certam inter ſe proportionem habeant. CAPPER.

81. *Deſtitui temporibus.*] Hoc eſt, certa longarum breviumque ſyllabarum contemperatione, unde naſcuntur pedes, & ex pedibus *numerus*, ὁ ῥυθμός, conſtituitur. CAPPER.

82. *Verba de verbis.*] *Verba verbis trahunt*: MSS. Alm. Voſſ. ſec.

83. *Non illis, ſed aliis.*] *Non nullis*; V. C. Alm. forte recte. BURMAN.

84. *At illa connexa.*] *Inciſum* & *membrum* nonnunquam ſunt *periodi* partes, ſæpenumero etiam citra *periodum* in oratione ponuntur, ut cum loquimur *caſim* & *membratim*: eſt autem *membrum*, quod pluribus verbis aliquid abſolvit; *comma*, quod duobus aut pluribus verbis nihil abſolutum ſignificat. TURNEB.

85. *Tres habet formas, inciſa, membra, periodum.*] Hoc intelligendum eſt habito reſpectu ad *juncturam*, ſive ad ſecundam e tribus *compoſitionis* partibus; nam, ut mox dicet Fabius, *in omni compoſitione tria ſunt neceſſaria, ordo, junctura, numerus*; & in ſequentibus: *junctura ſequitur. Ea eſt in verbis, inciſis, membris, periodis*. CAPPER.

86. *Tria ſunt genera neceſſaria.*] Illud *genera*, ut ſuperfluum, videtur eradendum. REGIUS. *Tria ſunt genera neceſſaria*; MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſec. Locat. *tria ſunt genera, ordo*, &c. Obrecht. marg. Baſil.

87. *Cavendum eſt.*] *Eſt* deeſt in MSS. Alm. Voſſ. ſecund.

88. *Augeri enim debent.*] Hoc præceptum valet utique in affirmatione; nam in negatione contrarium eſt obſervandum, ut a majoribus deſcendamus ad minora. TURNEB. De ordine verborum in magniloquentiæ nota hoc præcipit Demetrius Phalereus pag. 37. *Ordinare autem nomina oportet hoc pacto; prima quidem ponere, quæ non valde evidentia ſunt; ſecunda autem & poſtrema, quæ evidentiora; ſic enim & primum audiemus ut evidens, & quod poſt ipſum, ut evidentius*. ALMEL.

89. *Ut optime.*] *Ut* deeſt in V. C. Alm.

90. *Tu, inquit.*] Cicero II. Philip. 15.

91. *Aliud enim majus alio ſupervenit.*] Alia quædam eſt conditio *compoſitionis* in negando, quam in affirmando; quia diverſum hic ab illo ordinem tenemus, id eſt, retrogradum; ut ſi dicenti: *Ego tibi ſemper favi, ſemper beneficei, ſemper donavi, ſæpe etiam vitam reſtitui*; reſpondeas: *Tu mihi nunquam vitam reſtituiſti, nunquam donaſti, nunquam beneficiſti, nunquam faviſti*: in utroque modus augendi eſt. Auget enim hic poſterior parvitatem beneficii, aut arte in hoc quoque minuendi genere aliud majus ſupervenit. Majus enim cenſetur, quod magis efficit. Laur. Vall. PITHOEUS.

92. *Ortum & occaſum.*] Non hoc perpetuum, ſed pro ſitu & habitu hominum, variatur; ut Ovidius Metam. II. 190.

Proſpicit occaſus, interdum reſpicit ortus;

quia Phaeton, ab ortu progreſſus, proſpiciebat ante ſe occaſum, a tergo ortum habens: ſic & XIV. Metam. 386.

Tum bis ad occaſum, bis ſe convertit ad ortum.

Et eadem ratio apud Livium XXI. 50. naturalem vero ordinem ſequitur idem Poeta lib. V. 445. & IV. Triſt. IX. 21. BURMAN.

93. *Quanquam & retrorſum.*] *Quam* particula cum illa & copula expungatur, ut legatur *quam retrorſum*. REGIUS. In vetuſtis codicibus legitur, *quanquam & retrorſum*, ut ſignificet Fabius, hoc præceptum non ita perpetuum eſſe, ut non aliquando contra facere liceat, ut & fecerunt plerique auctores. TURNEB. *Quanquam &*; V. C. Alm.

94. *Quædam ordine permutato.*] Præcipiunt quoque, ut nomina communia ſpecialibus præponantur, ſpecialia propriis, ut *urbs Roma*, non *Roma urbs*. Cicero tamen dixit, *geminos fratres*, lib. II. de Divinatione: ſic dicitur *Taurus mons*, & *Bagrada flumen*, ab auctoribus. TURNEB. Cicero pro Cluent. *C. & L. Fabricii fratres gemini fuerunt*. PHILAND. Certe non perpetuum hoc eſſe, multa exempla demonſtrant: ita Livius lib. I. cap. 24. & Flor. I. 3. *trigeminos* vel *tergeminos fratres* dixerunt: ſic Terentius, qui ex ordine dixit *hominem adoleſcentem*, Andr. V. I. 9. & V. I. 7. & Phorm. V. VIII. 52. & *hominem ſenem*, Adelph. IV. II. 23. (ut & Livius II. 18. *homines adoleſcentes*:) dicit tamen *ſervum hominem*, Phorm. II. I. 62. ut & Plaut. Epid. III. I. 7. ſed & idem Terentius Hecyr. IV 39. & Phorm. V. III 11. *adoleſcentem mulierem* poſuit: quod vitioſum eſſet, etiam obſervante Servio ad Virgilium I. Æneid. 409. qui ex Salluſtio producit *in tugurio mulieris ancillæ*, & ſuperfluum fore dicit, ſi dicis *in tugurio ancillæ mulieris*. Vide Voſſ. IV. Inſtit. Orat. cap. II. §. 5. BURMANNUS.

95. *Illa nimia, &c.*] Hæc duo præcepta ſequentia tranſlata ſunt ex Dionyſio Halicarnaſſeo. TURNEB.

96. *Ut vocabula verbis.*] Τὰ *vocabula* ſunt nomina, quatenus verbis opponuntur apud artis Grammaticæ ſcriptores. CAPPER.

97. *Verba rurſus.*] *Rurſus* non eſt in V. C. Alm.

adverbiis, [98] *nomina appoſitis*, & *pronominibus* rurſus eſſent priora. Nam fit contra quoque frequenter non indecore. Necnon & illud [99] nimiæ eſt ſuperſtitionis, ut quæque ſint tempore, ea facere etiam ordine priora: [100] non quin frequenter ſit hoc melius, ſed quia [101] interdum plus valent ante geſta, [102] ideoque levioribus * ſupponenda ſunt. Verbo ſenſum cludere, multo, ſi *compoſitio* patiatur, optimum eſt. In verbis enim ſermonis vis ineſt. [103] At ſi id aſperum erit, cedat hæc ratio *numeris*; ut fit apud ſummos Græcos Latinoſque oratores frequentiſſime. [104] Sine dubio enim omne, [105] quod non cludet, *hyperbaton* eſt. Ipſum hoc inter *tropos* vel figuras, [106] quæ ſunt virtutis, receptum eſt. Non enim ad pedes verba dimenſa ſunt; ideoque ex loco transferuntur in locum, ut jungantur, [107] quo congruunt maxime; ſicut in ſtructura ſaxorum rudium, etiam ipſa enormitas invenit, cui applicari, & in quo poſſit inſiſtere. [108] Feliciſſimus tamen ſermo eſt, cui & rectus *ordo*, & apta *junctura*, & cum his *numerus* opportune [109] cadens contingit. [110] Quædam vero *tranſgreſſiones* & longæ ſunt nimis, ut in ſuperioribus diximus libris, & interim etiam *compoſitione* vitioſæ, quæ in hoc ipſum petuntur, ut exſultent atque laſciviant; quales illæ [111] Mæcenatis: *Sole & aurora rubent plurima. Inter ſacra* [112] *movit aqua fraxinos. Ne exſequias quidem unus inter miſerrimos viderem meas.* Quod inter hæc peſſimum eſt, quia in re triſti ludit *compoſitio*. Sæpe tamen eſt vehemens aliquis ſenſus in verbo: quod ſi in media parte ſententiæ latet, [113] tranſiri intentione, & obſcurari circumjacentibus ſolet: in clauſula poſitum aſſignatur auditori, & infigitur; quale eſt illud Ciceronis: *Ut tibi neceſſe eſſet in conſpectu populi Romani* [114] *vomere poſtridie.* Transfer hoc ultimum, minus valebit. Nam totius ductus hic eſt quaſi mucro, ut per ſe [115] fœdæ vomendi neceſſitati, jam nihil ultra exſpectantibus, hanc quoque adjiceret deformitatem, ut cibus teneri non poſſet *poſtridie*. [116] Solebat Afer Domitius trajicere in clauſulas verba tantum aſperandæ *compoſitionis* gratia, & maxime in *proœmiis*; ut pro Cloantilla: *Gratias agam continuo.* Et pro Lælia: *Eis utriſque apud te judicem periclitatur Lælia.* Adeo refugit teneram delicatamque modulandi voluptatem, [117] ut currentibus per ſe *numeris*, [118] quo eos inhiberet, [119] objiceret. *Amphiboliam* quoque fieri vitioſa locatione verborum, nemo

98. *Nomina appoſitis pronominibus.*] *Et* copula, quam de priori ſenſu ſubtraximus, huc adſcribatur, ut legatur *&* *pronominibus*. REGIUS. Deeſt *&* in Voſſ ſecund. Locatel. Cæterum in hoc Quinctiliani loco τὸ *nomina* ſignificat nomina propria, prout τοῖς appellativis opponi ſolent. Hanc τοῦ *nomen* ſignificationem alibi quoque declaravimus: ſed τὸ *appoſitis* deſignat *epitheta*, ſive, ut vulgo loquuntur, *adjectiva*. CAPPER.

99. *Nimiæ eſt ſuperſtitionis.*] *Eſt* non habent MSS. Alm. Voſſ. ſec. qui & mox *uti quæque* habet.

100. *Non quia frequenter.*] Niſi *quin*, loco illius *quia*, reponatur, id videbitur negare Fabius, quod affirmare intendit. Quod ne eveniat, hoc modo legatur: *non quin frequenter.* REGIUS.

101. *Interdum plus.*] *Interim plus*; V. C. Alm.

102. *Ideo quæ lenioribus ſuperponenda.*] *A* vocali expuncta, *que* legatur, ut ſit copula; & , *n* litera in *v* converſa, *levioribus*; & *ſupponenda*, (*er* ſyllaba eraſa,) hoc eſt, poſtponenda. REGIUS. In cujus emendatione poſtrema pars ab editoribus neglecta fuerat; nam in vulgatis hodieque legitur *ſuperponenda*: ſed legendum *ſupponenda*, quia in Fabiano ſyſtemate, quæ plus valent, ea levioribus ſubjungenda ſunt, ut ita creſcat oratio. CAPPER.

103. *Et ſi id aſperum.*] *At*, loco *&* copulæ, mihi magis ſenſui convenire videtur; *ratio* quoque, *o* vocali de primo loco eraſa, legatur. REGIUS. *Si id aſperum erit cedat ratio*; Voſſ. ſec. *& ſi id a. e. cedat hæc oratio*; Locat. MSS. Bal.

104. *Sine dubio enim.*] *Sine dubio etiam*; manus viri docti in Gryphiana edit.

105. *Quod non cludet, hyperbaton eſt.*] Alias, *in hyperbato eſt.* Si ſuapte natura *ordo* non conſtat, nec *numerus*, oratio eſt convertenda atque commutanda. Eſt autem hoc *hyperbaton* laudabile. TURNEB. Cæterum in τῷ *cludet* ſubauditur τὸ *verbum* in nominativo, ita ut ſenſus ſit: quoties verbum non cludet aliquam locutionem, toties erit *hyperbaton*. CAPPER.

106. *Quæ ſunt virtutis.*] *Quæ ſunt virtutes*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Ald.

107. *Quo congruunt.*] *Quo congruant*; manus viri docti in Gryph. edit.

108. *Feliciſſimus tamen.*] Nec tantum feliciſſimus, ſed permultum valens ad auditores permovendos: quod indicat Cicero in Bruto cap. 32. *Nec res ulla plus apud hominum animos, quam ordo & ornatus orationis, valet.* ALMEL.

109. *Cadens contingit.*] *Contigit*; V. C. Alm.

110. *Quædam tranſgreſſiones longæ ſunt nimis, ut diximus.*] Hæc refer ad cap. 2. lib. VIII. ubi ſic habet Fabius: *Nec ſit tam longus* [contextus] *ut eum proſequi non poſſit intentio; nec* trajectione *tam tardus, ut in* hyperbaton *finis ejus differatur.* CAPPER.

111. *Mæcenatis.*] Mæcenas (ut ſcribit Suetonius cap. 86.) molliorem & laſciviorem ſequebatur *compoſitionem*; itaque eum ſemper exagitabat Auguſtus. TURNEB. De mollitie ſtyli, quam in Mæcenate notarunt veteres. Vide Meibom. Mæcen. cap. 23. quem tamen hæc Mæcenatis fragmenta fugerunt; ut & alterum ex Sympoſio, apud Servium ad Virgil. VIII. Æneid. 310. quod adducit & emendat Bentl. ad Horat. lib. III. Od. 21. BURMAN.

112. *Movet aqua.*] Gallæus conjiciebat *movit aura fraxinos; rubent. Plurima inter ſacra*; Voſſ. ſec.

113. *Tranſiti intentione.*] *T* litera in *r* mutata, *tranſiri* legendum eſſe conſtat. REGIUS. *Tranſire*; Voſſ. ſec. Leid. Oxon. Obrecht.

114. *Vomere.*] *Poſtridie* adverbium alicujus temeritate eraſum reponendum eſt, ut cludat ſenſum, tam ex ſecunda Philippica (cap. 25.) quam ex Fabii verbis aperte colligitur. REGIUS. Deeſt *poſtridie* in MSS. Vall. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil.

115. *Fœda vomendi neceſſitas.*] Sic quidem recte legi putatur: ſed ut nihil immutem, ac id ſolum, quod ſentio, dicam, nominativus ille *fœda neceſſitas*, in dativum *fœdæ neceſſitati* forſitan eſt convertendus, ut intelligamus Ciceronem fœdæ per ſe vomendi neceſſitati hanc quoque deformitatem adjeciſſe, ut cibus teneri non poſſet poſtridie. REGIUS. *Fœda v. neceſſitas*; MSS. Vall. Alm. Voſſ. ſec. Locat. marg. Baſil. Steph.

116. *Solebat Afer.*] Domitius Afer non ſolum utebatur *trajectionibus* ad numeros efficiendos, verum ut eos quoque vel tolleret, vel obſcuraret; idque potiſſimum faciebat in *proœmiis*, ut orationis ſimplicitas magis animos ſubiret, neque ars oratorem efficeret ſuſpectum. TURNEB.

117. *Ut currentibus per ſe.*] *Occurrentibus per ſe*; Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

118. *Quo eos inhiberet.*] *Quod eos inhiberet & objiceret*; MSS. Alm. Voſſ. ſec.

119. *Objiceret.*] Subintelligo ex præcedentibus *aſperam compoſitionem*, vel τὸ *ſe*, ut ſenſus ſit; obſiſteret, reſiſteret, adverſaretur. CAPPER.

eſt,

eſt, qui neſciat. Hæc arbitror, ut in brevi, de *ordine* fuiſſe dicenda: qui ſi vitioſus eſt, [120] licet & vincta ſit, & apte cadens oratio, tamen merito incompoſita dicatur. [121] *Junctura* ſequitur. Ea [122] eſt in *verbis*, *inciſis*, *membris*, *periodis*. Omnia namque iſta & virtutes & vitia in complexu habent. [123] Atque ut ordinem ſequar, [124] primum ſunt, quæ imperitis quoque ad reprehenſionem notabilia videntur, id eſt, quæ, commiſſis inter ſe verbis duobus, [125] ex ultima prioris, ac prima ſequentis ſyllaba, deforme aliquod nomen efficiunt. Tum vocalium concurſus: qui cum accidit, hiat, & interſiſtit, & quaſi laborat oratio. [126] Peſſime longæ, quæ eaſdem inter ſe literas committunt, ſonabunt. Præcipuus tamen erit hiatus earum, quæ cavo aut patulo maxime ore efferuntur. [127] *E*, plenior litera eſt; *I*, anguſtior: ideoque obſcurius in his vitium. Minus peccabit, qui longis breves ſubjiciet, & adhuc, qui præponet longæ brevem. [128] Minima eſt in duabus brevibus offenſio. [129] Atque cum aliæ ſubjunguntur aliis, [130] perinde aſperiores erunt, prout [131] oris hiatu ſimili aut diverſo pronuntiabuntur. Non tamen id, ut crimen ingens, expaveſcendum eſt; ac neſcio negligentia in hoc, an [132] ſolicitudo ſit pejor. Inhibeat enim neceſſe eſt hic metus impetum dicendi, & a potioribus avertat. Quare, [133] ut negligentiæ pars eſt hoc pati, ita humilitatis ubique perhorreſcere; [134] nimioſque non immerito in hac cura putant [135] omnes Iſocratem ſecutos, præcipue Theopompum. [136] At Demoſthenes & Cicero modice reſpexerunt [137] ad hanc partem. Nam & coëuntes literæ, quæ [138] *συναλοιφὴ* dicitur, etiam [139] leniorem faciunt orationem, [140] quam ſi omnia verba ſuo fine cludantur, & nonnunquam

120. *Licet & vincat ac ſit aperte cadens oratio, tamen merito incompoſita digne dicatur.*] Niſi corrigatur hic locus, verus integerque ſenſus nullus elicietur. Emendari autem poſſe videtur, ſi *vincat* verbum eradatur, ac, ejus loco, totidem literarum participium *juncta* reponatur, ac illi verbo *ſit* poſtponatur, &, *er* ſyllaba expuncta, *apte* legatur, & *digne* adverbium expungatur, ut otioſum, hoc modo: *licet & juncta ſit & apte cadens oratio, tamen merito incompoſita dicatur.* Nec ignoro quoſdam ita corrigere, ut, *i* vocali adſcripta, *vinciat* legant: verum ſenſui nihil magis *vinciat*, quam *vincat*, convenire mihi videtur: *juncta* autem ſic quadrat, ut, vel refragantibus exemplaribus, reponi debeat. REGIUS. *Et vincat ac ut apte cadens, o. t. m. i. digne d.* Locat. *licet & vincta ſit;* Obrecht. cujus lectio eo magis mihi arriſit, quod & ab illa veteri vitioſa *vincat* propius abſit (nam ex τοῦ *vincat* fiet *vincta*, ſi τὸ T locum τοῦ A ceperit) & maxime congruat cum præcedentibus, ubi Fabius aiebat: *eſt oratio alia vincta, ſoluta alia, &c.* CAPPER.

121. *Junctura ſequitur.*] *Junctura* eſt in optima & ſuavi connexione vocum: maxime autem pendet a ſuavitate literarum & ſyllabarum; etenim vitare oportet concurſum vocalium & hiatum, & aſperitatem conſonantium. TURNEBUS.

122. *Eſt in verbis inciſis.*] Sic quidem legitur; ſed ſi *ea* relativa adſcriberetur, & *eſt* verbum, loco & copulæ, nihil prorſus integritati ſenſus deeſſe videretur, hoc modo: *ea eſt in verbis*, &c. REGIUS. *Et in verbis;* Voſſ. ſec. Locat.

123. *Atque ut ordinem.*] Initio præcipit, ut in *junctura* vitetur *cacophaton*, cum ex complexu duarum dictionum efficitur turpe verbum; ut apud Virgilium: *cæca caligine.* TURNEB.

124. *Primum ſunt quæ imperitis.*] *Sunt* verbum eſſe expungendum, nemo non videt. REGIUS. *Sunt* habet Voſſ. ſec. ſuſpenſum hic ſenſum putat, qui nuper Pariſiis mutilavit Fabium, & ſupplet hoc modo: *primum ab oratione abſint, quæ.* BURMAN. Sed Pariſienſis editoris [Rollini] ſupplementum non videtur neceſſarium. Nam ante Raphaelis Regii emendationem legebatur hic: *primum quæ ſunt imperitis;* ubi τὸ *ſunt*, quod ſuſtulit Regius, erat leviſſima *metatheſi* tranſponendum hoc pacto: *primum ſunt, quæ imperitis.* CAPPER.

125. *Ex ultima fine prioris.*] Ille ablativus *fine*, ut nihil ſenſum adjuvans, mihi, vel refragantibus exemplaribus, videtur expungendus. *Syllaba* namque ad utrumque refertur adjectivum, *ultima* ac *prima*. REGIUS. *Duobus & ultima fine;* Locat.

126. *Peſſime longæ.*] Lege Strebæum in opuſculo *de Collocatione verborum* fol. 70. verſo. CAPPER.

127. *E planior litera.*] Sic quidem legitur, ſed *a* in *e* mutata ſcribendum videtur *plenior*, id quod illud *anguſtior*, quod infertur, aperte docet; *anguſtum* enim pleno ſpatioſoque opponitur. REGIUS. *Planior;* MSS. Alm. Voſſ ſec. Locat. Editor. Pariſ. *lenior* legit, ſed inepte; *plenior* enim litera eſt, quæ clariorem habet pronuntiationem; ut ita *plena vox*, Virgil. I. Georg. 388. & Lucan. VI. 622. & contra *anguſtam vocem* dicit Juvenalis Satir. III. v. 90. ubi ſcholiaſtes *gracilem* interpretatur: & noſter lib. VI. 2. *tenuem & anguſtam venam* dixit: & ita Cicero, ut noſter, opponit *plenum* & *anguſtum* in Bruto cap. 84. *Quare ſi anguſte & exiliter dicere eſt Atticorum, ſint ſane Attici. Sed in comitium veniant, ad ſtantem judicem dicam: ſubſellia grandiorem & pleniorem vocem deſiderant:* eadem varietas apud Sedul. I. 213. *Quadrupedem fari pleno ſermone coëgit;* ubi alii *plano*, etiam non male: plenior eſt ergo *e*, exilior *i*, quæ ſi plenius pronuntiatur oris vel linguæ vitio, committitur, judice Fabio lib. I. cap. 4. *ἰωτακισμός*. BURMAN. *Litera eſt I.*] Vocalium, auctore Dionyſio Halicarn. *I* ultima eſt; circa enim dentes colliſio fit paulo aperto ore, labriſque ſonum non illuſtrantibus. PHILANDER.

128. *Nimia eſt in duabus.*] Recte in quibuſdam exemplaribus legitur *minima*. REGIUS.

129. *Atque cum alia.*] E vocali adſcripta, *aliæ* legendum eſt. REGIUS.

130. *Proinde.*] Aut vacare mihi videtur, aut in *perinde* mutandum. *Idem. proinde;* V. C. Alm. Locat.

131. *Oris hiatu*] *Habitu;* V. C. Alm. Ald. marg. Baſil.

132. *Solicitudo ſit.*] Emendate in quibuſdam exemplaribus *pejor* legitur, hoc modo: *An ſolicitudo ſit pejor.* REGIUS.

133. *Ut negligentiæ pars eſt.*] *Pars* mihi, ut ſuperflua, videtur expungenda. *Quare* autem, non *quia*, eſt legendum, ut quidam corrumpunt. Senſus eſt autem: ut negligentia eſt admittere vocalium hiatum, ita ignavia eſt quædam, ubique illud timere, cum & Demoſthenes & Cicero parum id curaverint. REGIUS. Omiſerunt *pars* Colin. Vidov. Gryph.

134. *Nimioſque non immerito, &c.*] Vix annotare poſſis in Iſocrate concurſum vocalium in *junctura*: cujus rei magis etiam obſervantes fuerunt ejus diſcipuli. At lingua Ionica molli vocalium concurſu gaudet. TURNEB.

135. *Omnes Iſocratem ſecutos.*] Nec ſolus Quinctilianus eſt, qui hoc dicit: affirmant hoc verba Demetrii Phalerei pag. m. 46. *De concurſu autem vocalium alii aliter exiſtimant. Iſocrates enim cavebat ipſas committere, & qui ab eo profecti ſunt; alii autem quidam, ut caſus tulerat, commiſerunt & uſquequaque.* ALMELOV.

136. *At Demoſthenes.*] *Ac;* Voſſ. ſec.

137. *Ad hanc partem.*] *In hanc;* Voſſ. ſec. Locat. Ald. Colin.

138. *Συναλοιφὴ dicitur.*] Apparet ex hoc loco, olim Latinos more Græcorum admiſiſſe *apoſtrophen*, ut cum vocalis a vocali exciperetur. Id autem cum fit, dictio non clauditur ſuo fine, ſed terminatur initio ſequentis: nonnunquam vocalem etiam coëuntem non tollebant, ac fiebat hiulca oratio. TURNEB. *συναλοιφαὶ dicuntur;* V. C. Alm. & ita legiſſe alios apparet, quia *dicuntur* etiam habent, ut Locat. Ald. Colin. quod in *dicitur* mutavit Regius: *συναλοιφὴ dicuntur;* Voſſ. ſec.

139. *Leniorem.*] *Leviorem;* Locat.

140. *Quam ſi omnia.*] *Omnia* omittunt Voſſ. ſec. Locat.

hiulca etiam decent, faciuntque ampliora quædam; ut: *Pulchra* [141] *oratione acta omnino jactare.* [142] Tum longæ per ſe, & [143] velut opimæ ſyllabæ aliquid etiam [144] medii temporis inter vocales, quaſi interſiſtatur, aſſumunt. Qua de re utar [145] Ciceronis potiſſimum verbis: *Habet*, inquit, *ille tanquam hiatus* [146] *& concurſus vocalium molle quiddam, & quod indicet non ingratam negligentiam de re hominis magis, quam de verbis, laborantis.* Cæterum [147] conſonantes quoque, eæque præcipue, quæ ſunt aſperiores, in commiſſura verborum rixantur; [148] & *S* ultima cum *X* proxima, quarum [149] triſtior etiam, ſi binæ collidantur, [150] ſtridor eſt; ut: *Ars ſtudiorum.* Quæ fuit [151] cauſſa & Servio (ut dixi) ſubtrahendæ [112] *S* literæ, quoties ultima [113] eſſet, aliaque conſonante ſuſciperetur: quod [154] reprehendit Lauranius, [155] Meſſalla defendit. Nam neque Lucilium putant uti eadem ultima, cum dicit: [156] *Serenu' fuit, & dignu' loco.* [117] Quinetiam Cicero in *Oratore* plures antiquorum tradit ſic locutos: inde [158] *belligerare, po'*

141. *Oratione acta omnino.*] Forte ſcripſerit, *pulchra oratione acta', omnibus ſe jactare*: agere de glorioſo videtur, qui, acta oratione pulchra, ut ſibi videbatur, ſe jactabat omnibus: *ſe* omitti in hac eleganti & obvia locutione non magis hic mirum, quam apud Propertium neglectum fuit, ſed vindicatum a Broukhuſio noſtro ad lib. 11. eleg. xix. 15. poſſet & ſcribi *omni populo ſe jactare*; ut ſcriptum fuerit *omni po* pro *populo*, & deinde conjunctis ſyllabis *omnino*, vel, quia *acta oratio* vix placet, *pulchra oratione, acta* (id eſt res geſtas) *omni populo jactare.* Illud autem *omnino* non facit hiatum ſequente τῷ *jactare*; ideoque tuto mutari poteſt, cum tria vocabula priora hiatum ſatis vaſtum faciant: certe ulcus aliquod latet, quod facile ſanaretur, ſi, unde ſumptum eſt, exſtaret opus. BURMAN.

142. *Tum longæ per ſe.*] Quando fit hiatus, præter tempus illud, quod eſt in vocalibus longis, aliud intercurrit tempus inter duas vocales, quoniam illic aliquandiu interſiſtimus: in vetuſtis codicibus ſic legitur, *aliquid etiam mediis temporibus*: deinde non *aſſumunt*, ſed *abſumunt.* TURNEB. Vide notas ad illud, quod ſequitur: *mediis temporibus.*

143. *Velut optimæ.*] *Opimæ* Obrechtus repoſuit: qua emendationis gloria ipſi frui non licet per Pariſienſem editorem, qui, tanquam ipſe prius hoc ex adjuncta particula *velut* odoratus eſſet, ſic legere maluit: vidit tamen Argentoratenſem editionem, quam ſequenti mox pagina laudat, & ſæpius alibi: *opimæ* autem ſunt pingues, quaſi quæ craſſius pronuntiantur. BURMAN. Cui ſi nota fuiſſet editoris Pariſienſis [Rollini] ſincera modeſtia, hoc velut plagii crimen ipſi nunquam intendiſſet. CAPPER.

144. *Mediis temporibus.*] Niſi pro *mediis temporibus*, *medii temporis* legatur, ſenſus integritas violatur. REGIUS. *Mediis temporibus*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. *inſiſtatur*; etiam Voſſ. ſec.

145. *Ciceronis.*] In *Oratore*, cap. 23.

146. *Et concurſus.*] In Cicerone eſt *hiatus concurſu vocalium.*

147. *Conſonantes quoque earum præcipue.*] In quibuſdam exemplaribus legitur *que* copula hoc modo, *præcipueque.* Sed mihi, loco *earum*, *eæ*, ut ſit nominativus, legendum videtur, hoc modo: *præcipueque eæ.* REGIUS. *Earumque præcipue*; V. C. Alm. marg. Baſil. *quoque præcipueque eæ*; Locat. Ald.

148. *Et s ultima.*] Pariſienſis editor conjicit, *ut s ultima*, quod invenit in Vidovæi editione: *& S litera cum X.* Voſſ. ſec.

14.9 *Triſtior etiamſi binæ.*] *Triſtior etiam, ſi binæ collidantur, ſtridor eſt*; ita Obrechtus diſtinguit, & recte.

150. *Stridor eſt vaſtudiorum.*] Sic quidem legitur, ſed *vaſtudiorum* quid ſibi velit, mihi non percipitur; nec ignoro *vaſtus duarum* a quibuſdam legi. Sed ne ſic quidem ſenſus procedit: ſine controverſia vero depravatus hic locus mihi ſic emendari poſſe videtur, ſi *ut* particula adſcribatur, &, loco *va* ſyllabæ, *ars*, *ut ars ſtudiorum.* Sic autem legendum eſſe, ex his Diomedis (lib. 11. p. 463.) verbis, qui de *compoſitione* ſcribens ad unguem Fabium eſt imitatus, facile percipere poſſumus: *Item*, inquit, *ex conſonantibus, quæ in ſe incidentes ſtridere & quaſi rixari videntur, vitanda junctura eſt*: *ut*: Sextus Roſcius, ars ſtudiorum, Rex Xerxes, error Romuli. REGIUS. *Stridor eſt vas ſtudiorum*; Voſſ. ſec. In Diomedis loco, quem Raphael Regius attulit, pro τῷ *Sextus Roſcius*, legendum mihi videtur *Roſcius Sextus*, idque ut eadem conſonans in ſe incidat: quod & ad exempli veritatem requiritur, & in cæteris a Diomede prolatis exemplis apparet. CAPPER.

151. *Cauſſa & Servio.*] Ubinam autem hoc Fabius Servio placuiſſe dixerit, mihi non occurrit. REGIUS. Non memini ubi locutus ſit de Servio antea: itaque annotat Valla in ſuo codice, hoc a Fabio dictum eſſe in lib. *de cauſſis corruptæ eloquentiæ*: eſt tamen locutus de Servio lib. 1. TURNEB. *Fuit cauſſa & ſermo*; Voſſ. ſec. & ita Aſcenſius; neque aliter Obrechtus reperiſſe videtur in ſuo codice, quippe qui edidit: *quæ fuit cauſſa & ſermoni (ut dixi) ſubtrahendæ s literæ*: ſed & ubi hoc dixerit Fabius, quæro. Certe non in hoc opere, &, ſi aliud *de cauſſis corruptæ eloquentiæ* indicaſſet, clarius id, ut aliis locis facit, ſignificaſſet; neque etiam reſpicere puto ad illa, quæ lib. 1. cap. 4. tradit de vocibus, in quibus olim *s* fuit, poſtea *r* ut *arbor*, *labos*, &c. ibi enim non ſubſtrahitur *s*, ut mox in verbis Lucilii & aliorum fit, ſed mutatur in aliam literam. Si vero *Servio* legendum, intelligitur forte Servius Sulpicius, cujus & alibi auctoritatem advocavit. BURMAN.

152. *Literæ s quoties ultima eſſet.*] Quod item illi verſus Ennii:

Pandite ſultis genas, & corde relinquite ſomnum.

hic *ſultis* pro *ſi vultis*, ut inquit Feſtus: apud eumdem in *genæ* corrupte ſcriptum eſt *ſulſigenas*, pro *ſultis genas*: debet autem elidi *s*, ut paſſim in aliis locis antiquorum verſuum annotavit H. Stephanus pag. 101. fragm. veter. Poëmat. ALMEL.

153. *Eſſet alia quæ conſonante.*] *A* vocali expuncta, *que* legatur, ne relativum eſſe credatur. REGIUS.

154. *Reprehendit Lauranius.*] *Junius*; Voſſ. ſec. *L. Afranius*; Obrecht. certe ego Lauranium nullum novi; neque veroſimile puto de Afranio, qui ætate longe prior fuit, hic agi; ſed de quodam, qui æqualis Meſſalæ fuit. BURMAN.

155. *Meſſala.*] Hic Meſſala Servium defendit in libro, quem de *S* litera conſcripſit. TURNEB.

156. *Serenus fuit & dignus joco.*] *S* litera expuncta *ſerenu* & *dignu*, & *loco* pro *joco* legendum videtur. REGIUS. Et ita ediderunt Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Oxon. ſed Obrecht. *Servu' fuit, & dignu' loco.* BURMAN.

157. *Quod etiam Cicero, &c.*] *Quin etiam* ſenſus expoſcit. Verba enim Ciceronis (*Orat.* cap. 48) hæc ſunt: *Olim autem politius eorum verborum, quorum eædem erant poſtremæ literæ, ut* optumus, *poſtremam literam detrahebant, niſi vocalis inſequebatur: ita non erat ea offenſio in verſibus, quam nunc fugiunt poëtæ novi, ita enim loquebantur*: qui eſt omnibu' princeps, *non* omnibus: & vita illa dignu' locoque, *non* dignus. REGIUS. *Quod &*; Voſſ. ſec.

158. *Belligerare per meridiem.*] Prorſus aliquid huic loco deeſſe videtur, quale illud eſt Diomedis: *Fugienda quoque eſt conſonans illiſa vocali*; *ut*, bonum aurum, juſtum enim eſt, *& ſimilia, quæ deformant orationis integritatem*: de hac quippe litera *m* in fine principiove dictionum poſita loqui Fabium, aperte ex ipſis colligitur exemplis: *inde enim*, inquit, *eſt belligerare per meridiem*; *m* namque litera, ſi erat ultima apud priſcos, abjiciebatur; ut *belligerare* pro *bellum gerere*; ſi vero ipſa *m* litera prima eſſet dictionis ſequentis, ultima præcedentis verbi conſonans abjiciebatur; ut *pe meridiem*, pro *per meridiem*, quanquam *pomeridiem*, forte legendum eſt, unde & *pomeridiana* dicuntur ſcholæ. REGIUS. Nihil dubitem quin *pomeridiem* pro *poſtmeridiem* ab antiquis dictum & a Fabio hic ſcriptum ſit. Vidique numiſma Auguſto inſcriptum, in quo erat *E po*, audivique a viro anxie docto Auguſtum puerum, cum ad remp. occupandam more Cæſaris eum adhortarentur, dicentes tot & tantos honores aſſecuturum, tot populis dominaturum, &c. ad ſingula ſubjeciſſe *E po*, id eſt, *& poſt*; hoc eſt, *quid tum poſtea*, quia non tanti videbatur, ut cum periculo vitæ & læſione conſcientiæ tyrannidem invaderet. Quin etiam per compoſitionem dicimus *pomeridianum* & *pomæ-*

meridiem; [159] & illa Cenſorii Catonis: *Die' hanc*; æque *M* litera in *E* mollita: quæ in veteribus libris reperta mutare imperiti ſolent: &, dum [160] librariorum inſectari volunt inſcientiam, ſuam confitentur. [161] Atqui eadem illa litera, quoties ultima eſt, & vocalem verbi ſequentis ita contingit, ut in eam tranſire poſſit, etiam ſi ſcribitur, tamen [162] parum exprimitur; ut:

Multum ille......

&: *Quantum erat*: adeo ut pene [163] cujuſdam novæ literæ ſonum reddat. Neque enim eximitur, ſed obſcuratur, [164] & tantum aliqua inter duas vocales velut nota eſt, ne ipſæ coëant. Videndum etiam, [165] ne ſyllabæ verbi prioris ultimæ, ſint primæ ſequentis. Id ne quis præcipi miretur, [166] Ciceroni in epiſtolis excidit. [167] *Res mihi inviſæ viſæ ſunt, Brute.* Et in carmine:

[168] *O fortunatam natam me Conſule Romam!*

Etiam [169] monoſyllaba, [170] ſi plura ſunt, male continuabuntur: quia neceſſe eſt, *compoſitio* multis clauſulis conciſa ſubſultet. Ideoque etiam brevium verborum ac nominum vitanda continuatio, & ex diverſo quoque [171] longorum; afferunt enim quamdam

rium, unde legam *po*, non *pe*. ASCENS. *Belligerare per meridiem*; MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Andr. Locat *pe' meridiem*; Ald. Sich. Sed reliquæ recte *po' meridiem*: lepidam autem hanc de Auguſto fabulam neſcio unde hauſerit Aſcenſius, neque nummum talem unquam vidi, aut laudatum reperi: ſed puto imperitiſſimum quemdam in nummo Auguſti, qui vetuſtate exeſus erat, literas illas reliquas ex integris vocibus, ita lepide interpretatum. Forte nummum habuit, in quo CÆSAR DIVI F. PONT. dicebatur; ſed ſupererant tantum F. Po. unde ille *E Po* fecit. BURMAN.

159. *Et Cenſorini Catonis die e hanc.*] *Illa* adſcribatur, ac *n* litera expungatur, ut *Cenſorii* legatur; *Cenſorius* enim Cato, non *Cenſorinus*: *e* præterea vocalis ſola in contextu poſita eradatur, ut *die hanc* legamus, pro illo, *diem hanc*: quidam autem *dicem* & *faciem*, & *o* in *naque*, & *n aque in* *e*, ac *s in e mollita* legunt: ſed inconſulte nimium, cum hoc loco Fabius non de vocalium mutatione, ſed de conſonantium aſpera loquatur conjunctione. REGIUS. Alii ſic legunt *dice hanc*, *aque m litera in e mollita*; hoc, eſt ut mollius ſonet in *e* verſa: quod ſi eſt, pro *diem dice* dixerit, nec deberet *e* ſecundum tolli, ſed conjungi: verum ſunt, qui contendant *die* pro *diem* etiam legi in illo Virgiliano, *Libra die noctiſque pares ubi fecerit horas* (legendum *ſomni* pro *noctis*) ut ſit, Libra fecerit *die*, pro *diem*, & horas noctis pares, ubi tamen alii legunt *die* pro *diei*. Verum, quia illic ſaltem [*Vidimus o cives Diomede*,] *e* pro *m* ponitur, legunt alii ſic: *die hanc: m litera eſt in e mollita*, hoc eſt, facta, pro *em* ſyllaba, *e* litera & ſyllaba. ASCENS. *Die e hanc*: Locat. *& hac aque M litera in E mollita*: Voſſ. ſec. *die' hanc, aque litera M emollita*; Obrecht. Virgilii verſus ab Aſcenſio laudatus exſtat in lib. XI. Æneid. verſ. 243. ubi legimus hodie: *Vidimus, o cives, Diomedem, Argivaque caſtra.* In Burmanni editione ſic exhibebantur Aſcenſii verba & ſic interpungebantur, ut intelligi vix poſſent. Nam & τὸ *vidimus* Romano charactere fuerat excuſum, quaſi vox eſſet ipſius Aſcenſii, & ante τὸ *legunt* erat punctum. CAPPER.

160. *Librariorum inſcitiam.*] *Inſcientiam*: MSS. Alm. & Voſſ. ſec. qui etiam mutato ordine habet, *inſectari volunt inſcientiam*: recte, ne concurrant duæ voces, eodem modo incipientes, *inſectari* & *inſcitia* vel *inſcientia*: hanc vero vocem ubique fere inepte curioſos & inſcitos homines deleviſſe, & *inſcitiam* ſubſtituiſſe, docuit ſummus Gronov. ad Liv. XXII. 25. & pluribus exemplis probaverunt Langius & Fabric. ad Ciceron. I. de offic. 34. & ita infra lib. XII. II. *partim etiam inſcientia tradendi*; ubi etiam *inſcitia* in plurimis editionibus legitur: ita & apud Columellam lib. III. cap. 10. ubi vulgo legitur *opinio, quæ orta eſt ex inſcitia ſeminum eligendorum*: in optimo codice Sangermanenſi eſt *inſcientia*: & apud Non. Marc. in *exterris*, in verbis Turpilii: *neque durare poſſunt, ita hujus inſcientia atque dementia extorrem facit*; ut recte ex libris ſuis Mercerus pro *inſcitia* repoſuit. BURMAN. Quem miror ſua in editione τὸ *inſcitiam* reliquiſſe; cum & lib. XII. cap. II. contra editos pleroſque libros *inſcientiam* repoſuerit, & hæc altera lectio tot auctoritatum momentis confirmetur. CAPPER.

161. *Atqui eadem.*] *M* in medio dictionis optime ſonat, in fine vero peſſime: itaque eliditur in verſu: cum ſit autem hæc litera inſuavis, proinde Græci nullam dictionem in *m* terminarunt, hac in re feliciores quam Latini. TURNEB.

162. *Parum exprimitur.*] Eleganter hoc obſervat. Velius Longus de Orthogr. pag. 2238. edit. Putſch. ALMELOV.

163. *Cujuſdam novæ.*] Non liquet multis cujus literæ; nam ut literæ *m* dicas non placet, quia ea non abſumitur: ego putem novam literam fieri *m*, quando non profertur, ſed tantum ſcribitur, ut dictiones diſcernat: cum tamen antiqui codices, Plautini præſertim, ne ſcriptam quidem habeant, ſed pro *multum eſt*, *multeſt*, aut *multueſt*. ASCENS.

164. *Et tamen aliqua.*] *Tantum*, pro *tamen*, emendare legitur. REGIUS. *Tamen*: Locat. *tantum in aliqua*: V. C. Alm.

165. *Ne ſyllaba verbi prioris ultima ſit prima ſequentis.*] Niſi emendetur hic locus, parum ſibi conſtare Fabius videbitur; ſuperius namque præcepit, ut, quæ commiſſis inter ſe verbis duobus ex ultima prioris ac prima ſequentis ſyllabæ deforme aliquid efficiunt, vitentur: nunc in univerſum præcipere videtur, ſive deforme quid efficiant, ſive non, fugienda eſſe. Quod quidem minus a ſcriptoribus cuſtoditur. Nam & *Teucrorum avertere regem*, & *ventorum carcere regnat*, apud Virgilium; & *neſcia vere remitti*, apud Lucanum legitur. Quare emendandus mihi videtur hic locus ſic, ut numero plurali legatur: *ne ſyllabæ verbi prioris ultimæ ſint primæ ſequentis*: ſic autem legendum eſſe, aperte, quæ ſubjiciuntur, exempla declarant. REGIUS. *Syllaba v. p. ultima, ſit prima ſequentis*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Obr. Sed nos ſecuti Regii & aliorum lectionem; ſupra enim de una ſyllaba repetita, hic de pluribus in fine & initio vocum iteratis agit, & hoc exempla ipſa docent. Alia habet Vavaſſor de vi & uſu quorumdam verborum, pag. 64. quæ non excidiſſe Ciceroni, ſed a prudente poſita opinatur: ita repetit ſyllabas priores verbi præcedentis, in ſequenti verbo lib. I. *de Orat.* I. *In eo maxima moles moleſtiarum exſtiterunt*: & plura exempla alii collegerunt. BURMAN.

166. *Ciceroni in epiſtolis.*] Non videtur hac in re reprehendendus Cicero. Nam in priori plane alluſit, in poſteriori etiam luſit: quanquam Juvenalis hoc quoque carmen exagitat. TURNEB. Vide J. C. Scalig. Oratione I. adverſus Eraſm. pag. 20. & Voſſ. de Inſtit. Orat. IV. cap. II. §. 4.

167. *Res mihi viſæ ſunt.*] Niſi aliquid deeſt huic exemplo, minus recte a Fabio notari videtur. Neque enim ulla præcedentis verbi ultima ſyllaba principium eſt ſequentis. Quare *inviſæ* adſcribatur hoc modo: *res mihi inviſæ viſæ ſunt*. REGIUS. *Inviſæ* deeſt etiam in MSS. Alm. Voſſ. ſec.

168. *O fortunatam natam me Conſule Romam.*] Vide Turneb. lib. VII. cap. 19. & Victor. Var. Lect. XVI. cap. 19. quorum ille Ciceronem adverſus Fabium, hic Fabium adverſus Ciceronem tuetur. Turnebo ſuffragantur Strebæus de collocat. verbor. pag. 82. & Voſſius lib. IV. *Inſtit. Orat.* pag. 53. ſed noſtrum non eſt tantam inter tot viros doctos litem componere. CAPPER.

169. *Monoſyllaba.*] Apud Virgilium lib. XII. 833. concurrunt quinque:

Do, quod vis, & me victuſque volenſque remitto.

170. *Si plura ſunt.*] *Sunt*: non habet Voſſ. ſec. utrumque *ſi* & *ſunt* omiſit Obrecht.

171. *Longorum.*] *Longiorum*; Voſſ. ſec.

dicendi tarditatem. Illa quoque vitia ſunt ejuſdem loci, ſi [172] *cadentia ſimiliter* & *ſimiliter deſinentia*, & [173] eodem modo declinata, [174] multa jungantur. [175] Nec verba quidem verbis, aut nomina nominibus, ſimiliaque his continuari decet; cum virtutes etiam ipſæ [176] tædium pariant, niſi gratia varietatis adjutæ. [177] *Membrorum*, *inciſorum*que junctura [178] non eo modo eſt obſervanda, quo verborum: quanquam & in his extrema & prima coëunt. [179] Sed plurimum refert *compoſitionis*, quæ quibus anteponas. [180] Nam & *vomens*, *fruſtis eſculentis*, *vinum redolentibus*, *gremium ſuum &* [181] *totum tribunal implevit*; & contra (nam frequentius utar iiſdem diverſarum quoque rerum exemplis, quo ſint magis familiaria:) [182] *Saxa* [183] & *ſolitudines* [184] *voci reſpondent*, *beſtiæ ſæpe immanes cantu flectuntur*, *atque conſiſtunt.* Magis [185] id inſurgebat, ſi verteretur [186] (nam plus eſt *ſaxa*, quam [187] *beſtias*, *commoveri*:) ineſt tamen *compoſitioni* decor. Sed tranſeamus ad *numeros*. [188] Omnis ſtructura ac [189] dimenſio & copulatio vocum conſtat aut *numeris* [190] (*numeros* ῥυθμοὺς accipi volo;) [191] aut μέτρῳ, id eſt, dimenſione quadam. [192] Quod etiam ſi conſtat utrumque pedibus, habet tamen non ſimplicem differentiam. Nam [193] *rhythmi*, id eſt, *numeri*, [194] ſpatio temporum conſtant; *metra* etiam ordine: ideoque [195] alterum eſſe quantitatis videtur, [196] alterum qualitatis. [197] Ῥυθ-

172. *Cadentia ſimiliter & ſimiliter deſinentia.*] Quæ a Græcis ὁμοιόπτωτα & ὁμοιοτέλευτα dicuntur. De his agit Fabius cap. 3. hujus libri. CAPPER.

173. *Eodem modo declinata.*] Hæc ab ὁμοιοπτώτοις, *ſimiliter cadentibus*, aliquantulum diſtinguuntur. Nam V. G. ſi dixeris: *pollet ingenio*, *gratia*, *opibus*, *amicis*, *auctoritate*, facies ὁμοιόπτωτα. Si dixeris: *pollet amicitia*, *gratia*, *fortuna*, *eloquentia*, facies τὰ *eodem modo declinata*, quia pluribus ejuſdem declinationis nominibus uteris. CAPPER.

174. *Multa jungantur.*] *Multa* omittunt MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſec. Andr. Sich. Obrecht.

175. *Nec verba quidem.*] *Me verba*; V. C. Alm. pro *ne*, quod habent Voſſ. ſec. Obrecht.

176. *Tædium patiantur, niſi gratia veritatis adjutæ.*] Mendoſe quidem ſic legitur: ſed ſic emendari poteſt, quanquam exemplaria refragentur, ut *pariant*, non *patiantur*, & *varietatis*, loco *veritatis*, legamus: de virtutibus autem orationis ſentit Fabius, quæ ſunt verborum exornationes atque ſententiarum. REGIUS. *Patiantur*; Voſſ. ſec.

177. *Membrorum inciſorumque.*] In membris jungendis non ſolemus vitare ſimilitudinem ſyllabarum; ut: *Domus tibi deerat? at habebas: pecunia aderat? at egebas.* TURNEB.

178. *Non eo modo.*] *Non eodem modo*; Voſſ. ſec.

179. *Sed plurimum refert.*]; In *membrorum* & *inciſorum* conjunctione plurimum intereſt, quod cui anteponas, quia aliquando ordo naturalis & optimus immutatur propter gratiam & ſuavitatem *compoſitionis*. Hoc præceptum partim *juncturæ eſt*, partim *ordinis*. TURNEB.

180. *Nam & vomens .... & contra ...*] Rollinus aliquid hic deeſſe putat: facile quiſque ſubintelligat *legimus in Cicerone*, vel *ſcripſit Cicero*, idque ex materia ſubjecta. CAPP.

181. *Totum tribunal implevit.*] Ciceronis locus eſt in II. Philipp. 25.

182. *Saxa.*] Pro Arch. 8. defendit vero hunc locum contra Fabium Victor. Var. lect. XIII. 16. ſed vereor ut omnibus probetur hac quidem in re Petri Victorii ſententia. Vide Fabium noſtrum lib. XI. cap. 3. ubi hunc eumdem Tullii locum ad explicandam *pronunciationis* methodum profert. CAPPER.

183. *Atque ſolitudines.*] *Et* eſt in Cicerone.

184. *Voce reſpondent.*] Voſſ. ſec.

185. *Id inſurgebat.*] *Id* deeſt in V. C. Alm. Voſſ. ſec.

186. *Nam plus eſt ſaxa.*] *Etſi* particula, ſimiliſve a ſenſu expoſci videtur, ut legatur: *nam etſi plus eſt ſaxa*. REGIUS. *Etſi* non habent Voſſ. ſec. Ald. Baſil. Hunc Fabii locum ſine τῷ *etſi* legebat etiam Petrus Victorius variar. lection. lib. XIII. cap. 16. Deinde vero τὸ *etſi* non exſtabat in editis ante Raphaëlis emendationem: denique longe melius fluit oratio, ſi particula illa [*etſi*] a Raphaële Regio intruſa detrudatur. Lubens ergo eam reſecui. CAPPER.

187. *Beſtias commoveri.*] *Veſtigias moveri vic tamen*; V. C. Alm. *beſtias commoveri*, *vicit tamen compoſitionis decor*; Voſſ. ſec. quod non diſplicet: ita ut non tam culpet Ciceronem propter inverſum *ordinem*, quam laudet ob *compoſitionis* decorem.

188. *Omnis ſtructura.*] *Numerus* conſtat intervallo ſyllabarum & pedum: at verſus non ſolum conſtat pedum intervallo, ſed etiam certa collocatione, quæ perpetuo eſt obſervanda. Hunc locum traduxit Fabius ex Rhetoricis ad Theodectem. TURNEB.

189. *Dimenſio.*] *Demenſio*; Baſil.

190. *Numeros ῥυθμοὺς accipi volo.*] Ὁ ῥυθμὸς *numerus*, in muſicis quidem eſt certum quoddam ſyſtema τοῦ ταχέος καὶ τοῦ βραδέος, *celeris & lenti*; in Poëtica vero τοῦ μακροῦ καὶ βραχέος, longarum breviumque ſyllabarum. Nam, ut docet Dionyſ. Halicarnaſſ. in opuſculo ubi Demoſthenicam dicendi vim explicat pag. 192. tom. 2. edit. Wechel. καὶ τὰ μήκη καὶ τὰς βραχύτητας ὁ χρόνος [πιέζεται.] ἐκ τούτου γίνεται ῥυθμός. Suidas eadem tradit: ὁ ῥυθμὸς λέγεται συμμετρία ἐν τοῖς χρόνοις, ἐν ᾧ ἡ κίνησις γίνεται; & paulo ſupra: ὅταν ἡ ταχύτης καὶ βραδύτης τῶν ποδῶν ἄρσεις καὶ θέσεις λόγον ἔχωσι πρὸς ἄλληλα, ῥυθμὸς γίνεται. De hoc *Rhythmo* ſcripſit e recentioribus optime Jovita Rapicius. Huic poſſis Lodoicum Strebæum, & Iſaacum Voſſium adjungere; quorum hic de Poematum cantu; ille de verborum collocatione librum compoſuit. Nam cæteri fere harum rerum ſcriptores, ὡς ἐκεῖνος εἶπεν, σκιαὶ ἀΐσσουσιν, (*ut ita loquar*) *umbræ moventur.* Immo nonnulli, V. G. Caſaubonus, Barneſius, &c. veterum *rhythmos*, cum Italorum, Gallorum, Hiſpanorumque ὁμοιοτελεύτοις, *ſimiliter deſinentibus*, (vulgo *rimes*) confuderunt: quod quam ſit a rei veritate alienum, vel inde patet, quod recentiores Græci, ubi noſtratium verſuum clauſulas ὁμοιοστρόφους exprimere volunt, non ῥυθμοὺς ſed ῥίμας ficto vocabulo dixerint: de ῥυθμῷ vide quæ ſupra notavimus ad lib. I. cap. X. not. 53. 93. Legeſis etiam Martianum Capellam lib. IX. pag. 326. edition. Grotian. Ariſtidem Quinctilianum pag. 31. & Bacchium ſeniorem pag. 22. inter Muſicæ artis ſcriptores a Meibomio editos. CAPPER.

191. *Aut μέτρῳ.*] *Aut μέτροις*; Ald.

192. *Quod etiam conſtat.*] *Si* conjunctio mihi adſcribenda videtur, hoc modo: *Quod etiamſi conſtat utrumque pedibus.* REGIUS. *Si* deeſt in V. C. Alm.

193. *Rhythmi in numeris.*] *In* præpoſitione eraſa, *id eſt* adſcribatur; &, *s* litera expuncta, *numeri* legantur hoc modo: *rhythmi*, *id eſt*, *numeri*. REGIUS. *Rhythmi in numeris*; marg. Baſil.

194. *Spatio temporum conſtant.*] Et ſane ſecundum Philoſophos tempus eſt menſura τοῦ motus. Motus eſt quantitas continua fluens ſeu tranſiens. Hinc ῥυθμὸς a ῥέω vel ῥύω, *fluo*. CAPPER.

195. *Alterum eſſe quantitatis videtur.*] Videlicet ὁ ῥυθμὸς, *numerus*. CAPPER.

196. *Alterum qualitatis.*] Nempe τὸ metrum. CAPPER.

197. *Rhythmus aut par, ut.*] *Eſt* verbum, quamvis eleganter ſæpius prætermittatur, hic tamen mihi adſcribendum videtur, ut legamus, *aut par eſt*: Ῥυθμὸς quoque Græcis literis rectius ſcriberetur. REGIUS. Omnis *modulatio* oritur a proportionibus arithmeticis: igitur Fabius in *numeris* quoque oſtendit certam eſſe temporum proportionem: eſt autem omnis proportio aut æqualis, aut inæqualis: eamdem obſervabis in pedibus. TURNEB. *ῥυθμὸς aut par eſt, ut* Dactylus; ... *aut ſeſcuplex, ut* Pæon; .... *aut duplex, ut* Iambus.] Igitur Fabius ipſe *rhythmum* eumdem eſſe ac pedem tradit: hoc antea docuerat Dionyſius Halicarnaſſ. in opuſculo περὶ τῆς τῶν ὀνομάτων συνθέσεως, de verborum compoſitione ſive collocatione pag. 16. tom. 2. edition. Wechel. his verbis: τὸ δ' αὐτὸ καλῶ πόδα καὶ ῥυθμόν. Et certe cum ὁ ῥυθμὸς nihil aliud ſit, quam certus pedum commenſus [συμμετρία,] proclive fuit Rhetoribus τῷ ῥυθμῷ, *numero*, pedis nomen *metonymica* vel *ſynecdochica* locutione tribuere. Non erat ergo cur Tanaquillus Faber

μὸς aut par eſt, ut *dactylus* ([198] unam enim ſyllabam parem brevibus habet:) [199] eſt quidem vis eadem [200] & aliis pedibus, ſed [201] nomen illud tenet: longam eſſe duorum temporum, brevem unius, etiam pueri ſciunt. [202] Aut ſeſcuplex, ut *pæon*, cujus vis eſt ex longa & tribus brevibus; [203] quique ei contrarius, ex tribus brevibus & longa, vel alio quoquo modo tempora tria ad duo relata ſeſcuplum faciunt. Aut duplex, ut *jambus* (nam eſt ex brevi & longa:) quique eſt ei contrarius. [204] Sunt hi & *metrici* pedes: ſed hoc intereſt, quod [205] *rhythmo* indifferens eſt, *dactylus*ne ille priores habeat breves, an ſequentes. [206] Tempus enim ſolum metitur, [207] ut a *ſublatione* ad *poſitionem* iiſdem ſit ſpatiis pedum. In verſu pro *dactylo* poni non poterit *anapæſtus* aut *ſpondeus*: nec *pæon* eadem ratione a brevibus incipiet ac deſinet. Neque ſolum alium pro alio pedem *metrorum* ratio non recipit, ſed ne *dactylum* quidem, aut forte *ſpondeum* alterum pro altero. Itaque ſi quinque continuos *dactylos*, ut [208] ſunt in illo,

Panditur interea domus [209] omnipotentis olympi,

confundas, ſolveris verſum. Sunt & illa diſcrimina, quod *rhythmis* libera ſpatia, *metris* finita ſunt; & his certæ clauſulæ; [210] illi, quo modo cœperant, currunt uſque

in notis ad Longin. cap. 38. Dionyſio Halicarnaſſ. litem moveret, quod antiquus ille Rhetor τὸν ῥυθμὸν & pedem idem eſſe pronunciarit. Dionyſio conſentit etiam Bacchius ſenior inter muſicæ rei ſcriptores a Meibomio editos tom. 1. pag. 24. CAPPER.

198. *Unam etiam ſyllabam parem brevibus habet.*] *Una enim ſyllaba par eſt brevibus*; V. C. Alm. Pariſienſi editori (Rollino) vox *duabus* deeſſe videtur: ſed cum de *dactylo* agatur, qui tribus ſyllabis conſtat, vel pueri ſciunt, ſi unam dicam parem brevibus, *duabus* debere intelligi, & odioſe addi vocem: cur vero etiam non notavit deeſſe *longa*? ſic debuiſſet enim dicere: *una enim ſyllaba longa par eſt duabus brevibus*: ſed reſpondit talibus jam olim Aſcenſius. BURMAN.

199. *Eſt quidem vis eadem.*] Menſuram temporum obſervamus in *numeris*, non ordinem: itaque *anapæſtus* eamdem vim habere poteſt in *numero*. Ita quanquam *anapæſtus* parem vim habet, obtinuit tamen, ut par numerus diceretur *dactylus*. TURNEB.

200. *Et aliis pedibus.*] Scilicet *anapæſtis*, qui, cum duabus brevibus & una longa conſtent, quatuor omnino tempora, ut ipſi dactyli, (quamvis ordine inverſo) continent. CAPPER.

201. *Nomen illud tenet.*] Hoc eſt, *Dactylus* præ cæteris pedibus, verbi gratia, præ *anapæſto*, *nomen illud* ῥυθμοῦ, *numeri & paris*, *tenet*, quaſi proprio ſibi jure vindicat, obtinet, &c. CAPPER.

202. *Aut ſeſcuplex.*] *Seſcuplex* dicitur, quod alterum totum capit, & dimidium: quæ proportio vocatur *ſeſquialtera*, a Græcis *hemiolia*. TURNEB. *Aut ſeſquiplum*, *ut Pæon*; Voſſ. ſec.

203. *Quique ei contrarius.*] Grammatici hunc pedem quadruplicem faciunt ex mutatione longæ ſyllabæ, cum ponitur vel initio, vel medio, vel fine. TURNEB. *Quique eſt ei contrarius.*] Pedem hunc Fabius *choreum* vocat; alii vulgo *trochæum*: exemplum habes in τῷ ἄρμα: hinc paulo poſt Quinctilianus ita ſcribit: *Huic* [iambo] *contrarium e longa, & brevi: hunc* choreum *nos, ut alii* trochæum, *nominemus*. CAPPER.

204. *Sunt hi & metrici.*] *Sunt enim hi &*; marg. Baſil. *ſunt enim & hi*; Obrecht. Quinctiliani ſenſus eſt: hi pedes non tantum *rhythmici* ſunt, ſed etiam *metrici*; *rhythmici* quidem, quatenus per τὴν ἄρσιν *ſublationem*, & τὴν θέσιν *poſitionem* menſurantur longæ breveſque ſyllabæ; *metrici* vero, quatenus earumdem longarum breviumque ſyllabarum ſitus & ordo conſiderantur habito reſpectu ad conficiendum verſum, puta hexametrum, pentametrum, &c. CAPPER.

205. *Rhythmos indifferens dactylos ne ille priores habet breves an ſequentes.*] *Habeat*, *a* vocali adſcripta, legatur: ſignificat autem ordinem ſyllabarum in *rhythmis* non eſſe neceſſarium. Cæterum locus hic ita eſt depravatus, ut nullus integer ſenſus elici poſſit, neque recte emendari, niſi forte major, quam ut mihi placeat, verborum fiat immutatio: verum aſteriſco potius notandus eſt hic locus, ut aliis quoque aliquid emendandum relinquamus, iiſque præcipue, qui nihil putant in exemplaribus immutandum. REGIUS. Hic locus, pro depoſito ab Raphaële relictus, mihi ſic curandus videtur, ut repoſitis ex Vallenſi codice pro *rhythmos*, *rhythmo*, (quamvis & *rhythmos* legi poſſit) & pro *ſonum*, *ſolum*, &c. pro *proinde*, *pedum*, illa verba *alias ad dimenſionem* expungantur; ſunt enim a margine in contextum a librariis intruſa. Nam cum non intellexiſſet, quiſquis id adſcripſit, quid ſit *ad poſitionem*, ſcripſit *alias ad dimenſionem*. Ne vero ignoretur quid eſt *poſitio*, adſcribam Diomedis verba ad hunc locum a Valla adſcripta: *Pes eſt*, inquit, *poſitio aut duarum, aut trium ampliuſve ſyllabarum ſpatio comprehenſa*, &c. legamus ergo ſic: *Sunt hi & metris pedes: ſed hoc intereſt* (ſcilicet inter *rhythmum* & verſum) *quod rhythmo indifferens eſt*, (id eſt quantum ad *rhythmum* nihil refert) *dactyluſne ille priores habeat breves an ſequentes* (hoc eſt, an is ſit pes, quem *dactylum* vocamus, an illi æquivalens, quem *anapæſtum*;) *tempus enim ſolum metitur* (ſc. rhythmos) *ut ſit iiſdem ſpatiis*, (id eſt, durationibus) *a ſublatione* (id eſt, arſi pedum) *ad poſitionem* (id eſt theſin) *in verſu*, &c. ASCENS. *Rhythmo indifferens*; Obrecht. *rhythmo indifferens dactyluſne ille priores*; Voſſ. ſec. Aſcenſianam lectionem & interpretationem ex eo confirmare licet, quod *dactyli* nomen non tantum proprie dicto *dactylo*, ſed etiam *anapæſto* tribui poſſit, quamvis ex uno ſit illi peculiariter attributum. Vide quæ de *Rhythmo Dactylico* ſcripſerunt Grammatici veteres a Putſchio editi. CAPPER.

206. *Tempus enim ſolum metitur.*] In MSS. Bodl. in editionib. Andreæ, Locarell. Ald. Obrecht. Burmann. & in marginib. Baſil. Vaſcoſ. Stephan. legitur: *tempus enim ſonum*: ſed longe præſtare videtur noſtra lectio, quam exhibent Cod. Vallenſ. edition. Vaſcoſ. Stephan. Lugduno-Batav. Rollin: &c. Eamdem firmat tota ſeries orationis: *Rhythmo*, inquit Fabius, *indifferens eſt*, &c. *tempus enim ſolum metitur*: ergo indifferens eſt, priores duæ ſyllabæ, an ſequentes duæ ſint breves. CAPPER.

207. *Ut a ſublatione.*] *Sublatio* & *poſitio* ea eſt, quæ dicitur a Græcis *arſis* & *theſis*: itaque Fabius vocat *ſublationem*, elevationem, quæ fit ab initio pedis & *numeri* ad ejus finem, id eſt, ad *poſitionem*. Aliter appellant qui de accentibus ſcribunt; ſublationem enim vocant, cum elevatur ſyllaba in pronunciatione accentus. Nam in cæteris ſyllabis eſt *poſitio*, quia deprimitur. TURNEB. De Græcorum *arſi* & *theſi* ſic ſcribit Bacchius ſenior pag. 24. edition. Meibom. Ἄρσιν ποίαν λέγομεν εἶναι; ὅταν μετέωρος ᾖ ὁ πούς, ἡνίκα ἂν μέλλωμεν ἐμβαίνειν· θέσιν δὲ ποίαν; ὅταν κείμενος: *Arſin ſive ſublationem qualem eſſe dicimus? cum pes eſt ſublatus, ubi incedere voluerimus: qualem vero theſin ſive poſitionem? cum eſt depoſitus.* Et Ariſtides Quinctilianus ejuſdem edition. pag. 31. Ἄρσις ἐστὶ φορὰ σώματος ἐπὶ τὸ ἄνω, θέσις δὲ ἐπὶ τὸ κάτω ταυτοῦ μέρους: *Sublatio eſt motus corporis ſurſum verſus: poſitio autem* [eſt motus] *ejuſdem partis deorſum verſus.* Ex quibus patet τὴν ἄρσιν apud Rhythmicos uſurpari de pedis manuſve ſublatione in moderandis Muſicæ numeris [vulgo *en battant la meſure*] non autem de vocis ipſius elatione, ut multi recentiores perperam explicarunt. CAPPER.

208. *Sunt & illa.*] *Sic &*; marg. Baſil.

209. *Omnipotentis.*] Lib. x. Æneïd. 1. ubi alii *omniparentes*, alii *omnipatentis* legunt: de quibus omnibus vide prolixe differentem H. Stephan. in *ſchediaſmate* in Virgilium pagg. 65. & 66. ALMEL.

210. *Illi quo modo ſeparant currant u. a. μ. id eſt tranſitum, id eſt in aliud g. r.*] Etſi hic locus, poſtquam mihi corre-

[211] ad *μεταβολὴν*, id eſt, tranſitum in aliud genus *rhythmi*; & quod *metrum* in verbis modo, [212] *rhythmus* etiam [213] in corporis motu eſt. [214] Inania quoque tempora *rhythmi* facilius accipient: quanquam [215] hæc & in *metris* accidunt: [216] major tamen illic licentia eſt, ubi tempora etiam animo metiuntur, & pedum & [217] digitorum ictu intervalla ſignant quibuſdam notis, atque æſtimant, quot breves illud ſpatium habeat: [218] inde *τετράσημοι*, *πεντάσημοι*. [219] Deinceps longiores fiunt percuſſiones. [220] Nam *σημεῖον* tempus eſt unum.

ctus eſt, emendatu facillimus eſſe videtur, me tamen dubium anxiumque diu tenuit. Cum enim ſic in exemplaribus ſcriptum eſſe deprehenderem, nihil immutare audebam: cum vero nihil integri ſenſus elici poſſe viderem, hoc modo exiſtimavi eſſe corrigendum, ut *ſeparant* verbum in *cœperint*, ei non diſſimile, convertatur, *a* tamen vocali in *i* converſa, ac *id eſt*, iterato poſitæ dictiones, tollantur, hoc modo: *illi quo modo cœperint, currunt uſque ad metabolen, id eſt, tranſitum in aliud genus rhythmi.* REGIUS. *Cœperant* omnes codices præter Ald. qui *ſe parant*: *aliæ quo modo cœperant*; marg. Baſil.

211. *Ad μεταβολήν.*] *Mutationem* appellat, cum, abſoluta *periodo*, tranſimus ad alium circuitum & periodum: in ſequenti autem *periodo* mutare debemus *numerum*, quoniam ſimilitudo *numeri* eſt vitioſa. TURNEB. Cujus explicationi obſtat, quod hic non agatur de periodo, neque de periodorum mutatione (has enim circa finem demum capitis Fabius exponet) ſed de *rhythmica* commutatione, ſive de tranſitu in aliud genus *rhythmi* ſeu *numeri*, ut ipſius Fabii verbis utar. Eam ſic definit Ariſtides Quinctilianus lib. 1. pag. 42. edition. Meibom. *Μεταβολή ἐστι ῥυθμική, ῥυθμῶν ἀλλοίωσις ἢ ἀγωγῆς*: *Mutatio rhythmica eſt rhythmorum variatio aut ductus.* Ductus autem rhythmicus eſt temporum celeritas vel tarditas, ut docet idem Ariſtides ibidem: *Ἀγωγή ἐστι ῥυθμικὴ χρόνων τάχος, ἢ βραδύτης*: hujuſmodi *metabolen* Martianus Capella lib. IX. vocat modo *converſionem*, modo *commutationem*, modo *tranſitum* & ſic finit: *Tranſitus eſt alienatio vocis in figuram alteram ſoni.* Quatuor ei ſpecies tribuit Martianus Capella, Bacchius ſeptem, Ariſtides quatuordecim, quas exponere ſingillatim non eſt hujus loci. Unam tamen prætermittere non poſſum, quam Bacchius pagg. 13. & 14. vocat *κατ' ἦθος*. Vertit Meibomius *per morem*: male, ut opinor; eam enim ſpeciem τῆς *μεταβολῆς* ita explicat Bacchius: *Ὅταν ἐκ ταπεινοῦ εἰς μεγαλοπρεπὲς, ἢ ἐξ ἡσύχου καὶ συνετοῦ εἰς παρακεκινημένον γένηται*; hoc eſt: *Cum ex humili in magnificum, aut ex quieto & gravi ſeu cogitabundo in commotum ac perturbatum fit* [tranſitus.] Ergo hic agitur de animi affectibus, quos Muſica etiam exprimit. Unde illud *κατ' ἦθος* ita verterem: *ſecundum quemdam animi affectum.* Idem Meibomius illa Bacchii verba pag. 1. *ἡ περὶ τοὺς φθόγγους ἠθοποιΐα* longe pejus interpretatur hoc modo: *adſuefactio circa ſonos.* Vertendum erat: *affectuum effictio* vel *expreſſio circa ſonos; affectuum animi repræſentatio in ſonis.* Cui non notum eſt affectus noſtros a Muſica exprimi? Meibomium latuit ſpecialis neque omnibus obvia ſignificatio hujus vocis *ἦθος*, quæ certum quemdam animi affectum deſignat. Hunc etiam ſenſum habet in Callimachi Scholiaſte ad hymnum 1. verſ. 7.

πότεροι, Πάτερ, ἐψεύσαντο;

ubi ſic habet: *πότεροι, ἐν ἤθει ἀναγνωστέον*, id eſt, hæc dictio *πότεροι* [utri] *cum aliquo animi affectu legenda eſt*, videlicet cum interrogatione. Sexcenta ſunt apud Scholiaſtas loca, in quibus *τὸ ἦθος* aut *τὸ ἠθικῶς* hoc ſenſu intelligendum eſt, ut palam fiet ex *Miſcellaneis Philologicis*, quibus Græcorum Scholiaſtarum difficiliores loquendi formulas indicare & exponere conabor. Nam de hujuſmodi ſcriptoribus vere dici poteſt illud Ciceronianum [de Divinat.] *interpres eget interprete.* CAPPER.

212. *Rhythmus etiam.*] *Rhythmos*: Locat. Ald Baſil.

213. *In corporis motu eſt.*] Qui in decenti corporis motu eſt *rhythmus*, *εὐρυθμία* a Fabio libr. 1. cap. 10. ubi de Muſica verba ſunt, vocatur. Qui autem *temporis*, loco illius *corporis*, legunt, parum mihi, quæ a Fabio præcipiuntur, intelligere videntur; cum, quæ recte leguntur, depravent. REGIUS. Fabius lib. 1. cap. 10. docuit, aptum & decentem corporis motum appellari *εὐρυθμίαν*; nam in ipſo quoque corporis geſtu ſervari debet quædam proportio, quæ efficit *rhythmum.* TURNEB. Eum, qui fit in corporis motu, *rhythmum* exhibet maxime *ἡ ὀρχηστική*, ars nempe ſaltandi CAPPER.

214. *Inania quoque.*] *Inania* vocat tempora, quæ redundant: illa autem minus offendunt in *periodo*, quam in carmine: quanquam in carmine nonnunquam illa ponuntur, ut in *hypermetro*: ſed hoc perquam rarum eſt. TURNEB. Qui graviter hic errat, dum *inania tempora* exponit, habito reſpectu ad *periodos*; nec dum enim agitur de *periodo*, ſed de *rhythmis*, pro ut in Muſica conſiderantur. *Inania* illa tempora *κενοὺς χρόνους* vocat Ariſtides Quinctilianus pag. 40. edition. Meibom. & ſic declarat: *Κενὸς μὲν οὖν ἐστι χρόνος ἄνευ φθόγγου πρὸς ἀναπλήρωσιν τοῦ ῥυθμοῦ*; id eſt: *Inane porro, ſeu vacuum tempus eſt, quod abſque ſono exiſtit ad complendum rhythmum.* Noſtrates Muſici modo *ſuſpiria* (ſi nempe minora ſint hujuſmodi tempora) modo *pauſas* (ſi majora) ſolent appellare. CAPPER.

215. *Hæc & metris accidunt*] Hic locus lucem accipere poteſt ex illo, qui exſtat in ſequentibus: *Sic melius, quam choreo præcedente*: quis non turpe duceret? *ſi ultima brevis pro longa ſit. Sed fingamus ſic*: non turpe duceret; *Sed hic eſt illud inane, quod dixi; paululum enim moræ damus inter ultimum atque proximum verbum, &* turpe illud *intervallo quodam producimus: alioqui ſit exultatiſſimum & trimetri finis*, qui non turpe duceret? CAPPER.

216. *Major tamen illic licentia.*] Major licentia eſt in *metris*, ut in fingendis verbis, atque adeo in *numeris*; quia certam habent legem, contra quam aliquando faciunt: nullam autem habet legem Orator. Nonnulli hunc locum intelligunt de oratione: ſed peccant, ut apparet ex ſequentibus. TURNEB. Peccat etiam ipſe Turnebianus, qui adverbium *τὸ illic* ad *metra* quoque retulit, cum ad *rhythmos* tantummodo referri debeat, ut liquet ex iis, quæ ſubjungit Fabius: *Ubi tempora animo metiuntur, & pedum & digitorum ictu intervalla ſignant quibuſdam notis, &c.* Hæc enim ad muſicam, non ad metricam verſuum rationem pertinent. CAPPER.

217. *Digitorum ictu.*] Horat. Art. Poët. 272.

——— *Si modo ego & vos*
Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto,
Legitimumque ſonum digito callemus & aure.

mox *digitorum ſtrepitum* vocat. ALMELOV.

218. *Inde tetraſemor pentaſmoe.*] *Tetraſemon pentaſemon* legendum mihi videtur, quæ ſunt quatuor & quinque notarum ſigna. REGIUS. *Τετράσημος* appellat notam, quæ intervallum quatuor temporum ſignabat, ut *πεντάσημος* quinque: quanquam etiam notæ quædam erant, quæ ſex, ſeptem, octo tempora notarent. TURNEB. Immo quæ decem & duodecim; ut patet ex hoc Marii Victorini loco pag. 2492. veterum Grammat. edition. Putſch. *Incipiunt autem & porriguntur tempora in pentaſyllabis a quinque uſque ad decem, id eſt, a* pentaſemo *ad* decaſemum *χρονικῇ παραυξήσει*; *ut ſit* pentaſemus, philopolemus *e quinque brevibus a, a, a, a, a;* decaſemus *autem e quinque longis, ut* atroxiclides, *cujus canon per quinque b, b, b, b, b, ſignabitur; item hexaſyllabi ab* hexaſemo *ad* dyodecaſemum, *χρονικῇ παραυξήσει, ut* melanophorus *e ſex brevibus: hujus canon a, a, a, a, a, a, qui eſt duplex* tribrachys: *alter e ſex longis, quibus tempora duodecim ſubſiſtunt, ut* calliſtochermedes, *qui eſt duplex* moloſſus, *& hoc canone ſignabitur b, b, b, b, b, b, ut ſit* dyodecaſemus. CAPPER.

219. *Deinceps longiores*] *Πεντάσημοι*, *& deinceps longiores* L. Obrecht. Vide notam proxime præcedentem. CAPPER.

220. *Nam σημεῖον tempus eſt unum.*] A quibuſdam hic locus intelligitur de oratione, quæ majorem habet licentiam *numerorum*: quanquam nonnulli hac in re ita ſunt religioſi, ut non ſolum auribus & animo metiantur *numeros* in oratione, ſed etiam certa cantione & certa annotatione temporum. TURNEB. Hæc Turnebiani nota videtur a ſuo loco avulſa, & huc perperam intruſa; nam refertur ad illa, quæ paulo ante leguntur Fabii verba: *Major illic licentia eſt, ubi tempora etiam animo metiuntur &* .... *intervalla ſignant quibuſdam notis, atque æſtimant quot breves illud ſpatium habeat.* Ut ut eſt, hujuſmodi annotatio ad rem propoſitam non pertinet; neque enim hic de oratione agitur: ſed de *ῥυθμοῖς numeris*, prout muſici ſunt juris. Cæterum ad hæc Quinctiliani verba, *nam σημεῖον tempus eſt unum*, pauca lubet inſuper annotare. Et primum quidem Ariſtides Quinctilianus pag. 32. edition. Meibom. de ſigno muſico ita ſcribit: *Πρῶτος μὲν οὖν ἐστι χρόνος ἄτομος καὶ ἐλάχιστος, ὃς καὶ σημεῖον καλεῖται*; id eſt: *Primum igitur tempus eſt indiviſibile & minimum, quod & ſignum appellatur.* Deinde Alypius & Boëthius inter Muſicæ rei ſcriptores a

In *compoſitione* orationis certior, & [221] magis omnibus aperta ſervari debet dimenſio. [222] Eſt igitur in pedibus. Et *metrici* quidem pedes adeo reperiuntur in oratione, ut in ea [223] frequenter non ſentientibus nobis [224] omnium generum excidant verſus. [225] Et contra [226] nihil eſt proſa ſcriptum, quod non redigi poſſit in quædam verſiculorum genera, vel in membra. [227] Sed in adeo moleſtos incidimus Grammaticos, quam fuerunt, qui [228] Lyricorum quædam carmina in varias menſuras coëgerunt. At [229] Cicero frequentiſſime dicit, totum hoc conſtare *numeris*; ideoque reprehenditur a quibuſdam, tanquam orationem ad *rhythmos* alliget. Nam ſunt *numeri rhythmi*, ut & ipſe conſtituit, & ſecuti eum Virgilius, cum dicit:

[230] ——— *Numeros memini, ſi verba tenerem;*

& Horatius:

[231] ——— *Numeriſque fertur*
Lege ſolutis.

Invadunt ergo hanc inter cæteras vocem: [232] *Neque enim Demoſthenis fulmina tantopere vibrarent illa, niſi numeris contorta ferrentur.* In quo [233] ſi hoc ſentimus *rhythmis con-*

Meibomio editos pagg. 2. & 4. tradunt τὰ σημεῖα, ſigna cantuum vocalium & organicorum ita fuiſſe diſpoſita, ut τὰ μὲν ἄνω, τῆς λέξεως· τὰ δ᾽ κάτω, τῆς κρούσεως, priores ac ſuperiores notulæ, dictionis; ſecundæ vero atque inferiores, percuſſionis poteſtatem declararent. CAPPER.

221. *Magis omnibus aperta.*] An *auribus?* GALLÆUS.

222. *Eſt igitur.*] Hic aliquid deeſſe Gallæo videbatur.

223. *Frequenter non ſentientibus.*] *Non ſervantibus nobis*; Voſſ. ſec. quod non ineptum videtur; ut ſit pro non *obſervantibus*, non *attendentibus*: qua voce Cicero in hac re utitur, *Orator.* cap. 56. ſed de verbo *ſervare* pluribus ad Ovidii *Metamorphoſes* agemus. BURMAN.

224. *Omnium generum excidant verſus.*] Cicero in *Oratore* ad Brutum ait: *Orationem noſtram magna ex parte iambis conſtare; itaque a nobis per imprudentiam ſunds iambicos verſus & Hipponactios.* TURNEBUS.

225. *Et contra.*] Forte *& certe.* GALLÆUS. *Contra*; Voſſ. ſec. omiſſo *&*.

226. *Nihil eſt, quod proſa ſcriptum non redigi poſſit in quædam verſiculorum genera, vel in membra.*] Hic quidem nihil verborum deeſt, ſed *quod* relativum in alienum locum videtur eſſe tranſlatum: tria etiam illa verba *vel in membra* de margine in contextum videntur eſſe tranſlata; ſic enim eſt legendum: *Et contra nihil eſt proſa ſcriptum, quod non redigi poſſit in quædam verſiculorum genera.* Hoc autem etiam Diomedes his verbis confirmat: *Nulla*, inquit, *non pars orationis in aliquam rhythmi aut metri ſpeciem poteſt figurari.* REGIUS. Infinita ſunt verſuum genera: itaque cum ſit tanta in illis varietas, nulla videtur eſſe proſa, quæ non poſſit in quoddam verſiculi genus reduci. TURNEB. Aſcenſius tranſpoſitionem pronominis improbat. *Nihil eſt prorſa ſcriptum, quod n. r. p. i. q. v. g. vel in membra, &c.* V. C. Alm. *nihil eſt, quod proſa ſc. n. r. p. i. q. v. g. vel in membra*; Voſſ. ſec. *in quadam verſiculorum membra*; marg Baſil. Gryph. *in quadam verſiculorum genera vel in membra*; MSS. Bodl. Bal. Alm. Andr. Par. *vel membra*; Obrecht. Audacior hoc quidem in loco mihi viſa eſt Raphaëlis Regii conjectura, qui verba hæc *vel in membra* e contextu ſuſtulerat: igitur ea reſtitui ex fide MSS. Almel. Voſſ. ſec. Bodl. Bal. & editionum antiqq. CAPPER.

227. *Sed in adeo moleſtos, &c.*] Adeo corruptus eſt hic locus, ut nec percipi, nec corrigi ſine emendato exemplari poſſe videatur; nec ignoro ab aliis *quam fuerunt*, a quibuſdam etiam *quia* legi: ſed *quorum* genitivus magis ſenſui convenire videtur, ſi *adeo* pro *certe* accipiamus: quare aſteriſco hic quoque videtur notandus. REGIUS. *Sed adeo immodeſtos*; Vall. lib. *ſed tam immodeſtos*, &c. Voſſ. ſecund. *quorum fuerunt*; Locat. Ald. Baſil. Par. Gryph. Colin. Vidov. deinde, *qui Lyricorum quorundam carmina*; MSS. Bodl. Alm. Voſſ. Andr.

228. *Lyricorum quædam carmina.*] Lyrici Græci ſibi arbitrio carmina fingere ſolent, mira varietate, ut carmina vix deprehendas: attamen rediguntur in certos pedes a quibuſdam. Forte vero innuit etiam *Grammaticos* eſſe moleſtos, quia orationem veluti carmina metiuntur. TURNEB. Corruptus certe hic locus eſt: hoc autem velle videtur Fabius, non tantum excidere imprudentibus verſus, ſed nihil in proſa ſcribi, quod nòn in certa verſuum genera poſſit redigi; imo tam moleſtos eſſe quoſdam Grammaticos, qui orationis ſingula membra cogunt in varias menſuras, eodem modo, ut Lyricorum carmina diverſis metris, & vario carminum genere conſtant: quare forte legendum: *Sed etiam in moleſtos incidimus Grammaticos, quorum fuerunt, qui membra, velut Lyricorum quædam* (vel *quorundam*) *carmina in varias menſuras coëgerunt*; illa enim verba *vel in membra*, quæ in MSS. exſtant, tranſpoſita fuere: ſenſus vero hic eſt: diviſerunt orationes in membra, & quaſi κῶλα δίμετρα, τρίμετρα, τετράμετρα fecerunt, qualia Lyricorum *ſtrophæ* & *antiſtrophæ* habent: hoc certe melius procedere videtur, quam ipſa Lyricorum carmina in menſuras cogere, quod minime moleſti eſt Grammatici. Sed ineptum & moleſtum ita orationis membra excarnificare, ut, veluti Lyricorum κῶλα, menſuras illas varias exhibere cogantur. BURMAN. In cujus nota vix ac ne vix quidem probare poſſum, quod ait: *Lyricorum carmina in menſuras cogere, minime moleſti eſſe Grammatici*; neque enim dixit Fabius, *Lyricorum carmina*, ſed *Lyricorum quædam carmina*, liberiora videlicet & lege ſolutiora: quo poſito ruere videtur Burmanni conjectura, qui magnam in hunc Quinctiliani locum inducere mutationem tentabat. CAPPER.

229. *Cicero dicit totum hoc conſtare numeris; ideoque reprehenditur a quibuſdam, &c.*] Cicero in *Oratore* cenſet τὸ proſaicæ orationis numeroſum non tantum ῥυθμῷ, *numero* proprie & ſtricte ſumpto, conſtare; ſed etiam quadam compoſitione & quodam genere verborum, ſeu forma, quæ certas quaſdam λέξεως, dictionis, figuras efficiat: unde in ἰσοκώλοις & παρίσοις, *comparibus*; in ἀντιθέτοις, *contrapoſitis*; ὁμοιοπτώτοις & ὁμοιοτελεύτοις, *ſimiliter cadentibus & ſimiliter deſinentibus*, neſcio quid numeroſi deprehendebat. Solus, quod quidem ſciam, Tullius orationis τὸ *numeroſum* ita exponit: hæc ejus opinio ſingularis eſt. Atque hoc unum forte fuerit ex iis rationum momentis, quæ Brutum impulerunt, ut Tullianam de *numeris* oratoriis doctrinam minus probaret: quod aliunde liquet ex epiſt. 20. Lib. XIV. ad Attic. Vide Ciceronis *Oratorem* num. 18. ubi primo quidem rem quærendo & dubitando tentat: ſed num. 19. definiendo ſtabilire conatur. CAPPER.

230. *Numeros memini.*] Eclog. 10.

231. *Numeriſque fertur.*] Lib. IV. Od. 2.

232. *Neque enim Demoſthenes fulmina tantopere vibratus dicitur.*] *Vibraſſe* legendum eſſe, loco illius *vibratus*, & *dicetur*, ex *Oratore* Ciceronis colligitur. REGIUS. *Vibratus dicitur*; Locat. *fulmina tantopere vibratura dicis; niſi n. c. ferrentur*; Obrecht. quo accedit V. C. Alm. in quo *vibr.-ſ* adiecit, id eſt, *vibratura. Niſi numeris illa contorta ferrentur*; Andr. Par. Vidov. ſed ex Ciceronis *Orat.* 70. apparet veram lectionem in codice Voſſiano eſſe, ex quo legendum: *Neque enim Demoſthenis fulmina tam vibrarent illa, niſi numeris contorta ferrentur*; ita enim & Cicero, illud enim *dicit* nimis remotum mihi videtur, quam ut ad Ciceronem apte & perſpicue referatur: ſed verba Ciceronis, ut notiſſima, ſimpliciter refert Fabius; ut ſæpe facere ſolet: corrupeſrunt autem locum, quia *vibrare* ſimpliciter poni, ut neutrum verbum, non putarent: ſed ita *vibrantes ſententiæ*, infra lib. X. cap. 1. & ſimilia, de quibus vide ad Petron. cap. 47. & Heinſ. ad Ovid. III. Metam. 34. & Claudian. II. de Rapt. 2. poſſet & legi: *Neque enim Demoſthenis fulmina tam vibraſſe dicerentur.* BURMAN.

233. *Si hoc ſentimus.*] *Si hoc ſentis*; Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov. Gallæus conjiciebat, *ſi hoc ſentiunt*; ſc. Grammatici. Quinctiliani ſenſus videtur eſſe hujuſmodi: ſi participium τὸ *contorta* conſtruas cum τῷ *numeris*, ſub-

torta, diſſentio. Nam *rhythmi*, ut dixi, neque finem habent certum, nec ullam in contextu varietatem, ſed, qua cœperunt *ſublatione* ac *poſitione*, ad finem uſque decurrunt: oratio non deſcendit [234] ad ſtrepitum digitorum. Id quod Cicero optime [235] videt, ac teſtatur frequenter, ſe, quod numeroſum ſit, quærere: [236] ut magis non ἄῤῥυθμον, quod eſſet inſcitum atque agreſte, [237] quam ἔῤῥυθμον, quod poëticum eſt, eſſe *compoſitionem* velit: ſicut etiam quos palæſtritas eſſe nolumus, tamen [238] eſſe nolumus eos, [239] qui dicuntur ἀπάλαιςροι. Verum ea, quæ efficitur ex pedibus, [240] æqua concluſio, nomen aliquod deſiderat. [241] Quid ſit [242] igitur potius, quam *numerus*, & [243] oratorius *numerus?* ut *enthymema*, rhetoricus *ſyllogiſmus*. Ego certe, ne in calumniam cadam, qua ne M. quidem Tullius caruit, poſco hoc mihi, ut, cum [244] pro compoſito dixero *numerum*, & [245] ubicumque jam dixi, oratorium [246] dicere intelligar. [247] Collocatio autem verba jam probata, & electa, & velut aſſi-

μοῖς, & *rhythmos* ſeu *numeros* poëtica diligentia elaboratos intelligas, a tua interpretatione diſſentio; Cicero enim *teſtatur ſe, quod numeroſum ſit, quærere, ut magis non ἄῤῥυθμον, quam ἔῤῥυθμον*, (ſic legendum eſſe, non εὔρυθμον, mox oſtendam) *quod poëticum eſt, eſſe compoſitionem velit*: itaque τὸ *comorta* conſtrui debet cum τῷ *ferrentur*. CAPPER.

234. *Ad ſtrepitum digitorum.*] Nam digitorum ac pedum pulſu tempora muſicæ modulationis metiebantur: hinc *numeri*, *ῥυθμοί*. CAPPER.

235. *Videt at teſtatur.*] *T* litera in *c* mutata, *ac teſtatur* legendum eſt: ſic autem Cicero (*Orat.* 58.) *Sed omnis nec claudicans, nec quaſi fluctuans & æqualiter conſtanterque ingrediens numeroſa habetur oratio. Atque id in dicendo numeroſum putatur, non quod conſtat e numeris, ſed quod ad numeros proxime accedit.* REGIUS. Gallæus malebat *vidit*, quod mutatum in *vides* credebat, propter ſequens *teſtatur*.

236. *Ut magis non ἄῤῥυθμον*, &c.] Εὔρυθμον dicitur, quod eſt *bene numeroſum*, quale poema; ἄῤῥυθμον autem, quod *numeris omnino caret & compoſitionis lege*. Inter hæc duo aliquid medium eſt, quod habet quamdam modulationem & quamdam dimenſionem; talis eſt *numerus* oratorius: non igitur peccat Cicero, cum *numeros* tribuit orationi. TURNEB. Apud quem legitur, (ut & in omnibus, quas videre potui, Fabianæ inſtitutionis editionib.) ἄρυθμον & εὔρυθμον: ſed vetus hic error vetuſtate ſua defendi nequit. Nam 1.° legendum eſſe ἄῤῥυθμον conſtat cum ex hoc Ariſtidis Quinctiliani loco pag. 33. edition. Meibom. τῶν χρόνων οἱ μὲν ἔῤῥυθμοι λέγονται, οἱ δὲ ἄῤῥυθμοι, οἱ δὲ ῥυθμοειδεῖς; tum ex analogia τοῦ ἄῤῥηκτος, ἄῤῥωςος, ἄῤῥυπαρος, κλ. 2.° ἔῤῥυθμον legi oportere probant luculenta Dionyſii Halicarnaſſ. & ejuſdem Ariſtidis Quinctiliani teſtimonia: ille quidem pag. 28. tom. 2. edit. Wechel. ita ſcribit: Οὐ δύναται ψιλὴ λέξις ὁμοία γενέσθαι τῇ ἐμμέτρῳ καὶ ἐμμελεῖ, ἐὰν μὴ περιέχῃ μέτρα καὶ ῥυθμούς τινας ἐγκαταμεμιγμένους ἀδήλως· οὐ μέντοι προσήκει γε ἔμμετρον οὐδὲ ἔῤῥυθμον αὐτὴν εἶναι δοκεῖν· ποίημα γὰρ οὕτως ἔσται καὶ μέλος, ἐκβήσεταί τε ἁπλῶς τὸν αὑτῆς χαρακτῆρα· ἀλλ' εὔρυθμον αὐτὴν ἀρκεῖ καὶ εὔμετρον φαίνεσθαι μόνον· οὕτω γὰρ ἂν εἴη ποιητικὴ μὲν, οὐ μὴν ποίημά γε. Τίς δ' ἐστὶν ἡ τούτων διαφορὰ, πάνυ ῥᾴδιον ἰδεῖν· ἡ μὲν ὅμοια περιλαμβάνουσα μέτρα καὶ τεταγμένους σώζουσα ῥυθμοὺς κατὰ στίχον, ἢ περίοδον, ἢ στροφὴν διὰ τῶν αὐτῶν σχημάτων περαινομένη, κἄπειτα πάλιν τοῖς αὐτοῖς ῥυθμοῖς καὶ μέτροις ἐπὶ τῶν ἑξῆς στίχων, ἢ περιόδων, ἢ στροφῶν χρωμένη, ἔῤῥυθμός ἐστι καὶ ἔμμετρος.... ἡ δὲ πεπλανημένα μέτρα καὶ ἀτάκτους ῥυθμοὺς ἐμπεριλαμβάνουσα, καὶ μήτε ἀκολουθίαν ἐμφαίνουσα αὐτῶν, μήτε ὁμοζυγίαν μήτε ἀντιστροφὴν, εὔρυθμος μέν ἐστιν, ἐπειδὴ διαπεποίκιλταί τισι ῥυθμοῖς· οὐκ ἔῤῥυθμος δὲ, ἐπειδὴ οὐχὶ τοῖς αὐτοῖς, οὐδὲ κατὰ τὸ αὐτό. Id eſt: *Nuda ſimplexque dictio metricæ ac modulatæ ſimilis fieri nequit, niſi metra quædam & rhythmos latenter immixtos contineat; nec tamen eam convenit metricam, & ἔῤῥυθμον rhythmicam videri: ſic enim poëma & melodia eſſet, ſuumque characterem omnino egrederetur: ſed ſatis eſt ipſam εὔρυθμον concinnam, & bene menſuratam apparere: ita quippe poëtica quidem erit, nec tamen poëma. Quænam porro ſit horum differentia, facillime perſpicitur: nam quæ dictio metra ſimilia comprehendit, & ordinatos rhythmos ſeu numeros in verſu, vel periodo, vel ſtropha conſervat, & per eaſdem figuras abſolvitur, deinde vero iiſdem rurſum rhythmis & metris in ſequentibus verſibus, vel periodis, vel ſtrophis utitur, ea ἔῤῥυθμος rhythmica eſt & metrica: quæ vero vaga metra & inordinatos rhythmos comprehendit, neque continuam eorum ſeriem, neque parem conjugationem præ ſe fert, neque antiſtropham, ea εὔρυθμος concinna quidem eſt, quoniam rhythmis, ſeu numeris quibuſdam variatur; ſed non eſt ἔῤῥυθμος, rhythmica, quia non iiſdem, neque eodem modo ſe habentibus utitur*, &c. idem iiſdemque verbis tradit pag. 194. niſi quod in fine legitur οὐδὲ κατὰ ταὐτὰ ἔχουσι. Ariſtides autem pag. 33. edit. Meibom. ſic habet: τῶν χρόνων οἱ μὲν ἔῤῥυθμοι λέγονται, οἱ δὲ ἄῤῥυθμοι.... ἔῤῥυθμοι μὲν, οἱ κλ. hoc eſt, *temporum alia ſunt rhythmica, alia rhythmi expertia, alia rhythmi ſaltem ſpeciem habentia: rhythmica quidem, quæ*, &c. & paulo poſt καὶ τῇ μὲν τάξει τῶν ἐῤῥύθμων.... pagina vero 41. ἔῤῥυθμοι ἀποφαίνονται τὸ σχῆμα.... οὐ γὰρ ἔῤῥυθμος ὁ τεταγμένος λόγος, κλ. Hæc demonſtrationis inſtar iis erunt, qui cogitarint quam ſæpe Fabius hoc in capite Dionyſium Halicarnaſſ. imitetur, exſcribat, & Latine vertat. CAPPER.

237. *Quam rhythmum.*] *Eurhythmum* quidem mihi legendum videtur, quamvis exemplaria refragentur. *Eurhythmum* autem numeroſum, ut *arhythmum* innumeroſum poteſt transferri: ex his vero Ciceronis verbis, id quod Fabius inquit, pulchre colligitur, *Orat.* cap. 65. *Multum intereſt, utrum numeroſa ſit, id eſt, ſimilis numerorum, an plane e numeris conſtet: alterum ſi ſit, intolerabile vitium eſt; alterum niſi ſit, diſſipata & inculta, & ruens eſt oratio.* REGIUS. *Quam rhythmum*: MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat.

238. *Eſſe volumus, tamen eſſe volumus eos.*] Quid ſibi hæc velit ſimilitudo, plane mihi non liquet, niſi verbum illud *volumus*, iterato poſitum in *nolumus* contrarium commutetur; ſic namque perſpicuus hujuſce ſimilitudinis erit ſenſus: *Nam quos palæſtritas eſſe nolumus, peritos tamen palæſtræ eſſe volumus, non apalæſtros*, hoc eſt, ſine ulla palæſtræ peritia. *Apalæſtri* enim dicuntur, palæſtræ imperiti & luctandi: ſic Cicero *Orat.* 68. *Itaque qualis eorum motus, quos apalæſtros Græci vocant, talis horum mihi videtur oratio, qui non claudunt numero ſententias. Palæſtritæ*, ut idem Fabius in lib. 1. cap. 11. exponit, dicuntur, *& ii a quibus motus geſtuſque corporum formantur*, &c. REGIUS. *Eſſe nolumus, tamen eſſe nolumus eos, qui dicuntur ἀπάλαιςροι*: Locat. Ald. Steph. Vaſc. Par. Colin. Vidov. & MS. Budl. niſi quod pro *nolumus* legit *volumus*: *ſicut etiam quos παλαιςὰς eſſe nolumus, tamen eſſe nolumus eos q. d. a.* Obrecht. Regii lectionem, quæ & in marg. Steph. notatur, Pareus, Leidenſis & Oxonienſis ſecuti ſunt: an autem recte Obrecht. παλαιςὰς repoſuerit, dubito; quia παλαιςαὶ ſunt athletæ, & etiam παλαιςρῖται. Vide ad Petron. cap. 2.

239. *Qui dicuntur ἀπαλαίςραι*] Scribe ἀπάλαιςροι, in *Orat.* Ciceronis ἀπαλαίςας pro ἀπαλαίςρους mendoſe ſcriptum eſt. PHILAND.

240. *Æqua concluſio.*] *Æqua clauſula*: Par. Colin. Cui quidem lectioni ſua non deeſt probabilitas; nam Quinctilianus de periodi membrive clauſula mentionem hic facit. Et certe, ut hoc ipſo in capite tradit, in clauſula maxime ſervandus eſt *numerus*, ſeu *rhythmus*; initio paulo minus; in medio fere negligendus. CAPPER.

241. *Quid ſit igitur.*] *Quod* ſcribendum eſt, ut ad *nomen* referatur. REGIUS. *Quod*: Ald. *idem ſit igitur poeticus numerus & orationis*; Vaſc. in marg. Hæc pro diverſa lectione notat Gibſon; ſed lemma eſſe in margine puto, quod & in Roignii editione legitur; niſi quod ibi *& oratorius*: ſic ad ſuperiora adſcriptum erat: *Æqua ex pedibus concluſio numerus dicitur, numerique nomine oratorium intelligimus.*

242. *Igitur potius quam numerus.*] *Igitur potius numerus*: MSS. Vall. Alm. Voſſ. ſec.

243. *Oratorius numerus.*] *Oratoris n.* Voſſ. ſec.

244. *Pro compoſito.*] Pro hujuſmodi locutione compoſita, *numerum* oratorium. CAPPER.

245. *Ubicumque jam dixi.*] *Jam* deeſt in Voſſ. ſec.

246. *Dicere intelligat.*] *T* in *r* mutata *intelligar* legatur. REGIUS.

247. *Collocatio autem.*] *Compoſitio* eſt in verbis ſimplici-

gnata

gnata ſibi debet connectere; nam [248] vel dura inter ſe commiſſa potiora ſunt inutilibus. [249] Tamen & eligere quædam, dum ex iis, quæ idem ſignificent, atque idem valeant, permiſerim; & adjicere, dum non otioſa; & detrahere, dum non neceſſaria; [250] ſed & figuris mutare & caſus & numeros, quorum varietas, frequenter gratia *compoſitionis* adſcita, [251] etiam ſine *numero* ſolet eſſe jucunda; [252] etiam ubi aliud ratio, aliud conſuetudo poſcit, utrum volet, ſumat compoſitio, *Vitaviſſe* vel *vitaſſe*, *Deprehendere* vel *deprendere*. [253] Coïtus etiam ſyllabarum non negabo, & quidquid ſententiis [254] aut eloquentiæ non nocebit. Præcipuum tamen in hoc opus eſt, ſcire quod quoque loco [255] verbum maxime quadret. Atque is optime componet, qui hoc ſolum componendi [256] gratia faciet. [257] Ratio vero pedum in oratione eſt multo, quam in verſu, difficilior; primum, quod verſus paucis continetur, oratio longiores habet ſæpe circuitus; deinde quod verſus ſemper ſimilis ſibi eſt, & una ratione decurrit, orationis compoſitio niſi [258] varia eſt, [259] & offendit ſimilitudine, [260] & affectatione deprehenditur, [261] & in omni quidem corpore, totoque (ut ita dixerim) [262] tractu *numeris* inſerta eſt. Neque enim [263] loqui poſſumus, niſi e ſyllabis brevibus ac longis, ex quibus pedes fiunt. Magis tamen & deſideratur in clauſulis, & apparet; primum, quia ſenſus omnis habet ſuum finem, poſſidetque naturale intervallum, quo a ſequentis initio dividatur; deinde, quod aures, continuam vocem ſecutæ, ductæque velut prono decurrentis orationis flumine, tum magis judicant, cum ille impetus ſtetit, & [264] intuendi tempus dedit. Non igitur durum ſit neque [265] abruptum, [266] quo animi velut reſpirant ac [267] reficiuntur. Hæc eſt ſedes orationis, hoc auditor exſpectat, [268] hîc laus omnis declamat. Proximam clauſulis diligentiam poſtulant initia; nam [269] & ad hæc intentus auditor eſt. Sed eorum facilior ratio eſt. [270] Non enim cohærent aliis, nec præcedentibus ſerviunt; ſed novum exordium ſumunt, [271] cum illa, quamlibet ſit compoſita, ipſam gratiam per-

bus & conjunctis: ſimplicia ſunt eligenda, in conjunctis ſervanda eſt *junctura* & *numerus*. TURNEB.

248. *Vel dura inter commiſſa.*] Emendate in quibuſdam exemplaribus *ſe* accuſativus adſcriptus legitur, hoc modo: *inter ſe commiſſa*. REGIUS. *Vel dura inter commiſſa;* Locat.

249. *Tamen &c.*] Hic quædam deeſſe Gallæo videbantur.

250. *Sed figuris mutare.*] Sic quidem legitur; cæterum ſi & copula, loco illius *ſed*, reponeretur, & ſenſus magis eſſet perſpicuus, & ſuperiora cum inferioribus convenirent. REGIUS. *Sed figuris;* Locat. Ald. Baſil. *ſed figuras;* Voſſ. ſec. reliqui *ſed & figuris*.

251. *Etiam ſine nomine.*] Quid ſibi velit illud *ſine nomine*, ſane mihi non liquet: quanquam autem libri refragentur, pro *nomine* tamen fortaſſe *numero* legendum. REGIUS. *Etiam ſine nomine;* MSS. Bodl. Bal. Alm. Voſſ. ſec. Andr. Locat. marg. Baſil.

252. *Etiam ubi aliud ratio, &c.*] Ratio grammatica poſcit, ut dicamus *vitaviſſe*: at *conſuetudo* poſcit ut dicamus *vitaſſe*. Hic erit utendum ratione *numeri*. TURNEB.

253. *Coïtus etiam ſyllabarum.*] Videtur *ſyllabarum* appellare *coïtum*, quando duæ ſyllabæ commiſcentur in unam per *ſynæreſin*: ut pro *periiſſe*, *periſſe*. TURNEB. Error eſt non unus, neque ſimplex in hac Turnebiani annotatione. 1.° enim *ſynæreſin* vocat, ubi pro τῷ *periiſſe* dicitur *periſſe*: ſed ibi *ſyncope* fit, non *ſynæreſis*. 2.° Fabius per *coïtum ſyllabarum*, non *ſynæreſin* intelligit, quæ a ſolis Poëtis adhibetur, ut *Phaeton* pro τῷ Phaëton; ſed *ſynalœpham*, ut liquet ex præcedentibus; *nam*, inquit, *& coeuntes literæ, quæ συναλοιφὴ dicitur, etiam leniorem faciunt orationem .... & pul*chra oratione, &c. Jam vero *ſynæreſis* & *ſynalœpha* hoc inter ſe maxime diſtant, quod prior eadem in dictione fiat, poſterior in diverſa, ut docent Donatus & cæteri Grammarici Putſch. immo & ipſe Quinctilianus in eo, quod attulit, exemplo. CAPPER.

254. *Aut eloquentiæ.*] *Aut elocutione;* V. C. Alm. *aut elocutione elucebit;* Voſſ. ſecund. & Vallæ lib. quod non eſt de nihilo.

255. *Verbum maxime.*] *Verborum;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Baſil.

256. *Gratia faciet.*] *Facit;* V. C. Alm.

257. *Ratio vero pedum.*] Idem Cicero *Orat.* c. 58. REGIUS.

258. *Varia eſt.*] *Eſt* deeſt in Voſſ. ſec.

259. *Et offendet.*] *Offendit*, ut, ſit præſentis temporis, legatur. REGIUS. *Offendet;* Locat.

260. *Et affectione.*] *Ta* ſyllaba interjecta, *affectatione* legatur, quanquam ſi *affectata* legeretur, magis mihi ſenſui convenire videretur. REGIUS. *Affectione;* MSS. Alm. Voſſ. ſec.

261. *Et in omni quidem.*] *Numeri* potiſſimum ſunt in clauſulis & in finibus *periodorum*, ſecundo loco in initiis: media vero ſatis eſt, ſi habeant lenitatem *compoſitionis*, & aptum fluxum: quanquam ne id quidem fieri poſſit ſine pedibus. TURNEB.

262. *Tractu numeris inſerta eſt.*] *Tractu numerus inſertus eſt;* Vallæ lib.

263. *Loqui poſſunt.*] Depravatum eſſe hunc quoque locum, facile hinc apparet, quod quemnam ſenſum habeat, non intelligitur: ſic autem corrigi poſſe videtur, ut non *loqui*, ſed *ſequi* legatur, hoc modo: *neque enim ſequi poſſunt;* ſequuntur enim oriunturque *numeri* ex ſyllabis brevibus ac longis. Quidam ſic emendant, ut *poſſumus* legatur. REGIUS. *Loqui poſſunt;* Voſſ. ſec.

264. *Intuendi.*] *Intuendis;* V. C. Alm.

265. *Abruptum.*] Abrupta eſt clauſula, quando ante legitimum numerum & aptam dimenſionem incipit deſinere. TURNEB.

266. *Quo animi.*] Forte, *ſed quo animi velut reſpirant*: tranſpoſitam fuiſſe hanc particulam credo; nam in marg. Baſil. legebatur: *non igitur durum, ſed neque abruptum*. BURMAN.

267. *Reficiuntur.*] *Reficiantur;* V. C. Alm.

268. *Hic laus omnis declamat.*] Cicero quoque ſcribit, aliquando totas conciones exclamaſſe, plauſumque ſuſtuliſſe; quia clauſula apte conciderat atque numeroſe. TURNEB. Neſcio an recte dicatur *laus declamare*: ſed forte deficit voci *declamat* finis, qui, ut ſæpe ſolet, omiſſus, & legendum: *hic laus omnis declamatoris;* vel: *hic laus omnibus declaratur*. Pariſienſis editor (Rollinus) malit *laus exclamat*: ſed ne ſic quidem Latinum puto. BURMAN.

269. *Et ad hæc intentus.*] *In hæc;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. *&* omittit Obrecht, ut & mox voculam *eſt*.

270. *Non enim cohærent aliis, ſed præcedentibus ſerviunt; exordium ſumunt.*] Hic locus ita eſt corruptus, ut ſenſus ſibi ipſi videatur eſſe contrarius. Si enim initia aliis non cohærent, quomodo præcedentibus ſerviunt? quare hic quoque aſteriſco ſignatus aliis relinquatur corrigendus, ne nimium multa nobis immutare permittamus. Sic autem corrigi poſſe videtur, ut *ſed* particula expungatur, ac, loco ejus, *neque* negatio reponatur, atque *ſed* particula, & *novum*, ac *ſumunt* adſcribantur, hoc modo: *Non enim cohærent aliis, neque præcedentibus ſerviunt, ſed novum exordium ſumunt*. REGIUS. *Non enim cohærent, ſed præcedentibus ſerviunt, exordium ſumunt;* MSS. Vall. Alm. Voſſ. in Vallæ etiam libro *aliis* deerat: unde Aſcenſ. conjiciebat, *non enim cohærent præcedentibus*.

271. *Cum ea quælibet, ſic enim compoſita ipſa gratiam per-*

dat, ſi ad eam rupta via veniamus. [272] Namque cur ſit, ut, cum videatur ſevera Demoſthenis *compoſitio*, *πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις*: [273] & illa, [274] quæ ab uno (quod ſciam) Bruto minus probatur, cæteris placet, *κἂν μήπω* [275] *βάλλῃ, μηδὲ τοξεύῃ*: non deſint, qui [276] Ciceronem carpant in his, [277] *Familiaris cœperat eſſe balneatori* (& [278] non minus dura, *archipiratæ?*) nam *balneatori & archipiratæ* idem finis eſt, qui *πᾶσι καὶ πάσαις*, [279] & qui *μηδὲ τοξεύῃ*: [280] ſed priora ſunt, ideo ſeveriora. Eſt in eo quoque nonnihil, [281] quod hic ſingulis verbis bini pedes continentur, [282] quod etiam in carminibus eſt permolle; nec ſolum ubi quinæ ſyllabæ nectuntur, ut in his, [283] *Fortiſſima Tyndaridarum*; ſed [284] etiam ubi quaternæ, cum verſus cluditur, [285] *Apennino*, & [286] *armamentis*, [287] & *Oriona*. Quare [288] hoc quoque vitandum eſt, [289] ne plurium ſyllabarum verbis utamur in fine. [290] Mediis quoque non

dent.] Mendoſus hic quoque locus eſt, qui ſic videtur poſſe emendari, ut, *e* in *i* converſa, *ſit* legatur, atque *enim* particula, ut otioſa, expungatur, hoc modo: *cum ea, quamlibet ſit compoſita, ipſam gratiam perdat*: de clauſula vero hæc dicuntur, circa quam major *compoſitionis* eſt ratio, quam circa principia. REGIUS. *Cum ea qualibet ſit enim compoſita ipſa gratia perdent, ſi ad ea rupta via veniemus*: Voſſ. ſec. Gallæus conjiciebat: *ſed novum exordium ſumunt: cum illa, quamlibet ſint compoſita, ipſam gratiam perdant, ſi ad ea rupta via veniamus.*

272. *Namque cum ſit, ut Demoſthenis vera videtur compoſitio.*] Hic quoque locus corruptior eſt, quam ut facile corrigi poſſit: fortaſſis autem *ſevera* pro *vera* legendum eſt, ac *videtur* verbum ante genitivum *Demoſthenis* eſt collocandum, hoc modo: *Namque cum ſit, ut videtur, Demoſthenis ſevera compoſitio*: ſunt autem hæc exempla ex Oratione Demoſthenis pro Cteſiphonte ſumpta. REGIUS. Reprehenditur Cicero, quod *periodos* quaſdam male concluſerit, quanquam in illis optimus eſt *numerus*. Eſt enim *creticus* cum *ſpondeo*, ſed dictiones ſunt productiores, quam conveniat; non enim licet terminare *periodum* dictione habente ſex aut ſeptem ſyllabas. TURNEBUS. *Namque cum ſit, ut videtur*: Dan. *Nam qui ſit, ut cum Demoſthenis vera videatur.* PITHOEUS. *Namque cum ſit, ut videatur D. ſ. c.* Ald. *namque cum ſit ut Demoſth. ſevera videtur comp.* Locat. *namque cur, ſicut Demoſthenis vera videtur comp.* Vallæ lib. Voſſ. ſec. quæ lectio non admodum diſplicet Aſcenſio, & melius cohæret; ut *cur* referatur ad *non deſunt, qui Ciceronem carpant*, & reliqua in parentheſi ponantur & legatur: *cur ſit ut* (*cum, &c.*) *non deſint*, &c. legendum modo *ſevera*. Apud Rufin. de compoſ. & metr. orat. pag. 315. edit. Pith. legitur: *Nam eo ſit, ut Demoſthenis ſevera videatur compoſ.* Vide etiam Dionyſ. Halicar. de compoſit. verbor. cap. 25. BURMAN. Idem Dionyſ. ibidem ſeveram illam *compoſitionem* vocat *αὐστηρὰν ἁρμονίαν*, quam Pindaro, Æſchylo, Thucydidi, Antiphonti attribuit, & poſtponit *τῇ γλαφυρᾷ καὶ ἀνθηρᾷ*, eleganti & floridæ. Cæterum eam lectionem ſecutus ſum, quam innuebant Vallæ. lib. cod. Voſſ. ſecund. & Pithœus. Adde, quod hac una cum lectione congruere poſſit ſecundum illud *nam*, quod ſtatim legitur poſt *τὸ Archipiratæ*: in vulgatis enim editionibus poſterius *τὸ nam* videtur plane *ἀσύνδετον*. CAPPER.

273. *Et illa.*] Videlicet *compoſitio*, vel clauſula Demoſthenicæ periodi. CAPPER.

274. *Quæ ab uno.*] *Quod ab uno*: Rufin. ibid.

275. *Βάλλῃ.*] Locus hic ex III. Philip. Demoſthenis ſic emendandus eſt: *κἂν μήπω βάλλῃ, μηδὲ τοξεύῃ*: qui idem corruptus eſt apud Hermogenem: eſt autem integer: *ὁ γὰρ οἷς ἂν ἐγὼ ληφθείην, ταῦτα πράττων, καὶ κατασκευαζόμενος, οὗτος ἐμοὶ πολεμεῖ, κἂν μήπω βάλλῃ, μηδὲ τοξεύῃ.* PHILAND.

276. *Ciceronem carpant.*] Tria hæc verba *non deſunt qui*, mihi hic, vel repugnantibus exemplaribus, adſcribenda videntur (cum citra ea integer ſenſus non habeatur) hoc modo: *non deſunt qui Ciceronem carpant.* REGIUS. Deſunt illa MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. *nec deſunt qui*: Ald. Baſil. abeſſe facile hæc poterant, ſi legatur in initio periodi: *namque, cur ſit, ut, cum, &c. Ciceronem carpant.* BURMAN.

277. *Familiaris cœperat.*] In Oratione Ciceronis pro Cœlio 26. eſt *facta erat balneatori.* PHILAND.

278. *Non minus dura, Archipiratæ.*] Non reperiſſe ſe hæc verba apud Ciceronem ait Rollinus, ideoque illa, *non minus dura*, Fabii eſſe putat, me non refragante: ſed recte notat lib. v. in Verr. cap. 27. clauſulam reperiri *terreſtrem Archipiratam.* BURMAN. Mirum eſt hæc verba: *non minus dura* in editionibus Lugduno-Batav. & Rollin. Italicis characteribus excuſa fuiſſe; neque enim Tullii ſunt, ſed Fabii, ut ſatis patebit attendenti. Sic autem exponi debent: *& non minus dura eſt hæc compoſitio vel clauſula*; videlicet *Archipiratæ*, quod vocabulum Ciceronis eſt; neque erat cur eruditus Rollinus ita dubitanter loqueretur: *forte hæ voces* (non minus dura) *ſunt Fabii.* CAPPER.

279. *Et qui μηδὲ τοξεύῃ.*] Ante Philandri emendationem perperam legebatur in antiquis editionib. Locat. Ald. Baſil. *& qui αὐτὸ ζῇ. Μηδὲ τοξεύῃ.*] Vide Dionyſium Halicarnaſſ. de verborum compoſitione, ſeu collocatione tom. 2. pag. 8. edition. Wechel. CAPPER.

280. *Sed priora ſunt, ideo ſeveriora.*] Sic quidem recte legi, ſupervacuum foret admonere; niſi quidam tot tantiſque depravationibus alias quoque ſuis commentationibus adjicerent, *priora* in *propiora*, ex commodo quidem ſuo, ſed citra ullam rationem, commutantes. Neque enim *propiora* ulli, niſi ineptiſſime, ſenſui convenire poteſt; cum cauſſam aſſignet Fabius, cur illa Demoſthenica Ciceronianis ſint ſeveriora. Priora namque & antiquiora ſolent poſterioribus ac recentioribus ſeveriora eſſe. REGIUS. *Sed priora ſunt*; Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *propriora ſunt*: MS. Bodl. *priora ſunt ideo veriora*: Voſſ. ſec. *ſed priora diſſolutiora*: Dan. Gallæus legebat: *ſed priora ſunt ideo ſeveriora, quod hic ſingulis verbis bini pedes continentur.* Pariſienſis editor (Rollinus) conjiciebat, *ſed priora ſunt in eo* (Demoſthene) *ſeveriora. Sed propria ſunt, ideo ſeveriora*: Leid. Oxon. Obrecht. Ego putem aliquid excidiſſe, quo cauſſa reddebatur, cur priora illa ſeveriora eſſent; nam duplex ratio redditur, prima in his verbis latet, altera in ſequentibus exprimitur. BURMAN. Regii quidem conjectura minus arridet. Nam, ſi Demoſthenica clauſula prior & antiquior eſt, quam Tulliana, num continuo ſeverior etiam & numeroſior cenſeri debet? cum præſertim eodem rhythmo, ſeu numero conſtet. Rollini opinionem non ſatis plene retulit Burmannus: ea ſic ſe habet: *Priora ſunt in eo* [Demoſthene] *ſeveriora*: *in periodis Demoſthenis priora, id eſt, quæ præcedunt clauſulam, ſunt ſeveriora, magis compoſita & ſonora, quam in periodis Tullii.* Sed hic non agitur de iis, quæ Demoſthenicam clauſulam præcedunt. Eſto; ſint illa ſeveriora: num proinde ſeverior etiam & numeroſior erit ipſa clauſula? verbo dicam. Fabius Demoſthenicam clauſulam cum Tulliana comparat. Inquirit cur Græci Oratoris clauſula placeat, *καὶ τῆς* Latini carpatur, etſi rhythmum eumdem habeat. Burmanni conjecturæ nihil jam occurrit, quod poſſim addere. CAPPER.

281. *Quod hic.*] Videlicet in Tullianæ periodi clauſula. CAPPER.

282. *Quod etiam in carminibus eſt permolle.*] Sic etiam apud eumdem Fabium paulo poſt legitur: *molle*, Archipiratæ. CAPPER.

283. *Fortiſſima Tyndaridarum.*] Horat. I. Sat. I. 100. ſi Fabium vero inſpexiſſet Clericus, non auſus fuiſſet hunc locum contaminare, legendo *Tyndaris; horum*: ſed egregie vindicat eum Bentleius. BURMAN.

284. *Etiam ubi.*] *Ubi* deeſt in Voſſ. ſec.

285. *Apennino.*] Perſ. I. Sat. 95. & Ovidius XI. Metam. 226. in hac voce verſum finit.

286. *Armamentis.*] Ovid. XI. Metam. 456.

287. *Oriona.*] Virgil. III. Æneid. 517. Lucan. IX. 665.

288. *Hoc quoque vitandum.*] *Hic*: Voſſ. ſec.

289. *Ne plurimum ſyllabarum his verbis.*] *M* litera expuncta, *plurium* legatur, *his* vero ablativus, ut otioſus, eradatur: molliora autem & longiora verba notat & Perſius, cum ait, Sat. I. verſ. 92.

> *Sed numeris decor eſt, & junctura addita crudis:*
> *Claudere ſic didicit verſum Berecynthius Atys,*
> *Et qui cæruleum dirimebat Nerea Delphin,*
> *Sic coſtam longo ſubduximus Apennino.*

REGIUS. *His verbis*: MSS Alm. Voſſ. ſec. *iis verbis*: Locat.

290. *Mediis quoque.*] In mediis quanquam non diligenter

ea modo cura ſit, ut inter ſe cohæreant; ſed ne pigra, ne longa ſint; ne, quod nunc [291] maximum vitium eſt, brevium contextu reſultent; ac ſonum reddant pene puerilium crepitaculorum. Nam, ut initia clauſulæque plurimum momenti habent, quoties incipit ſenſus, aut deſinit; [292] ſic in mediis quoque ſunt quidam conatus, qui leviter [293] interſiſtunt; ut currentium pes, etiam ſi non moratur, tamen veſtigium facit. [294] Itaque non modo *membra* atque *inciſa* bene incipere [295] atque cludi decet; ſed etiam in iis, quæ [296] non dubie contexta ſunt, nec reſpiratione utuntur, [297] illi vel occulti gradus: quis enim dubitet unum ſenſum [298] & unius ſpiritus eſſe: [299] *Animadverti, judices,* [300] *omnem accuſatoris orationem in duas diviſam eſſe partes?* Tamen & duo prima verba, & tria proxima, & deinceps duo rurſus ac tria ſuos quaſi *numeros* habent, ſpiritum ſuſtinentes; ſicut apud [301] *rhythmicos* æſtimantur [302] hæ particulæ, prout ſunt graves, acres, lentæ, celeres, remiſſæ, exſultantes: proinde id, quod ex illis conficitur, [303] aut ſeverum, aut luxurioſum, aut quadratum, aut ſolutum erit. [304] Quædam etiam clauſulæ ſunt claudæ atque pendentes, ſi relinquantur: ſed ſequentibus ſuſcipi ac ſuſtineri ſolent: eoque facto, vitium, quod erat in fine, continuatio emendat. [305] *Non vult P. R. obſoletis criminibus accuſari Verrem:* durum, ſi deſinas: ſed, cum eſt continuatum iis, quæ ſequuntur, quanquam natura ipſa diviſa ſint, *Nova poſtulat, inaudita deſiderat;* [306] ſalvus eſt curſus. [307] *Ut adeas, tantum dabis,* male cluderet; nam & *trimetri* verſus pars ultima eſt: [308] excipit, *Ut cibum veſtitumque introferre liceat,* [309] *tantum:* [310] præceps adhuc firmatur ac [311] ſuſtinetur ultima, [312] *Recuſabat nemo.* Verſum [313] in oratione fieri, multo fœdiſſimum eſt, totum; [314] ſicut etiam in parte, deforme; utique [315] ſi pars poſterior in clauſula deprehendatur, [316] aut rurſus prior in ingreſſu.

obſervatur *numerus*, tamen non debemus contenti eſſe ſola *junctura*; ſed etiam efficere debemus, ut modice fluat oratio & apte. TURNEB.

291. *Maximum vitium.*] *Maxime vitium eſt;* Voſſ. ſec.

292. *Sic in mediis.*] Quanquam media ſpatia *periodi* continuo decurrunt flexu, tamen habent tenuem quamdam quietem, & quadamtenus inſiſtunt: eſt igitur aliquo opus numero in illa quiete. TURNEBUS.

293. *Inſiſtunt.*] *Ter* ſyllaba adſcribatur, ut *interſiſtunt* legatur. REGIUS. *Inſiſtunt;* MSS. Bodl. Alm. Andr. Locat. Vaſc. Steph. Obrecht.

294. *Itaque non modo.*] In mediis ſpatiis quanquam non eſt *colon* & *comma*, tamen ſæpenumero eſt *diaſtole* & *hypodiaſtole*. TURNEB.

295. *Atque includi.*] *In* præpoſitione eraſa, *cludi* legendum videtur. REGIUS. *Includi;* Locat. Baſil.

296. *Non dubie contexta.*] *Intexta;* Voſſ. ſec.

297. *Illi vel occulti gradus.*] *Spiritum ſuſtinemus;* Vallæ lib. & Voſſ. ſec. qui mox: ubi *ſpiritum ſuſtinentes* legitur, *illi velut occulti gradus*: unde apparet verba eſſe a librariis tranſpoſita: forte legendum: *nulli, vel occulti gradus,* ſenſu manifeſto. BURMAN. Immo hac Burmanni lectione admiſſa, nullus hic ſenſus eſſet: nihil igitur mutandum eſt in his verbis: *illi vel occulti gradus;* ſed ſubaudire oportet τὸ *ſunt* hoc ſenſu: *In τοῖς hujuſmodi contextis illi ſunt numerorum gradus ſaltem occulti;* nam 1.° huc nos ducit τὸ præcedens ῥῆσις, *non modo membra atque inciſa bene incipere atque cludi* [numeris] *decet; ſed etiam,* &c. 2.° de τοῖς contextis hujuſmodi, ſic habet paulo poſt: *ſuos quaſi numeros habent ſpiritum ſuſtinentes.* CAPPER.

298. *Et unius ſpiritus.*] *Sed & unius;* V. C. Alm.

299. *Animadverti.*] Pro Cluentio. cap. 1.

300. *Omnem accuſatoris.*] *Accuſationem;* V. C. Alm.

301. *Rhythmicos.*] *Rhythmici* appellantur muſici quidam, qui diligenter expendunt *numeros* ſingularum particularum: ſic etiam nonnulli rhetores appellantur, a *numerorum* diligentia. TURNEB.

302. *Hæ particulæ.*] Hic diſtinguit Rollinus, & deinde *prout ſunt,* &c. *proinde id quod,* &c. non equidem male: *proinde idem;* Voſſ. ſec. BURMAN.

303. *Aut ſeverum.*] Videtur innuere quaſi quatuor genera *compoſitionis.* Diomedes tamen Grammaticus dumtaxat tria ponit, *quadratum, confragoſum, elumbe:* ſed ultimum complectitur *ſolutum* & *luxurioſum.* *Quadratum* autem vocamus, aptum omnino & conveniens: ſic dicitur *quadrata* ſtatura omnium optima, quæ media eſt inter procerum & breve, obeſum & gracile. TURNEB.

304. *Quædam etiam clauſulæ.*] Clauſula curtior & brevior vitioſa eſt; quia non implet aures: ejus tamen vitium emendatur, ſi aliquid ſubjiciatur quod mutilatam clauſulam expleat. TURNEB.

305. *Nondum P. R.*] Emendate in Cicer. v. Verr. 44. unde hoc exemplum eſt ſumptum, legitur *non vult,* pro illo *nondum.* REGIUS. *Nondum;* V. C. Alm. *Nolles P. R.* Voſſ. ſec.

306. *Salvus eſt curſus.*] Subintellige, *numeri* oratorii: ſic mox dicebat ejuſdem numeri *gradus* CAPPER.

307. *Ut ad eas.*] *Adeas* conjuncte, ut unum verbum ſit, eſt legendum: verba autem ſunt Ciceronis v. Verr. 45. REGIUS.

308. *Excipit.*] Ἐκδέχεται, διαδέχεται, id eſt, immediate ſuccedit, ſequitur in oratione τὸ *ut cibum,* &c. eodem ſenſu Florus lib. 1. cap. 3. *excipit Pompilium Numam Tullus Hoſtilius:* & Tit. Liv. lib. xxxv. cap. 1. *laborum vix prælium exceperat.* CAPPER.

309. *Tantum.*] Supple, *dabis;* idque per *zeugma* ex præcedenti τῷ *ut adeas, tantum dabis.* CAPPER.

310. *Præceps adhuc.*] Supple, *numerus* eſt. CAPPER.

311. *Suſtinetur ultima*] Subintellige, parte periodi, vel membri periodici. CAPPER.

312. *Recuſabat nemo.*] Apud Ciceron. eſt *nemo recuſabat;* & ita Voſſ. ſec.

313. *In oratione fieri multo fidiſſimum eſt.*] Aliquid verborum manifeſte huic ſenſui deeſt, præterquam quod *fœdiſſimum* pro illo *fidiſſimum* eſt legendum. Ac fortaſſe *verſum* adſcribere convenit, hoc modo: *verſum in oratione fieri multo fœdiſſimum eſt totum.* REGIUS. In hoc tamen virium aliquando incidunt oratores; ut Cicero in Verrem, *cum loquerer, multi fletus gemituſque fiebant,* dempta una ſyllaba verſus eſt. Alio quoque in loco, *O miſerum cui peccare licebat:* ſic poſuit finem hexametri. In Iſocrate vero multos annotant verſus propter nimiam *numerorum* diligentiam. TURNEB. Plurimos autem in proſaica oratione verſus adnotarunt viri docti. Vide Lambin. ad Ciceron. 1. Ver. 7. Hottom. ad Orat. ad Quirit. cap. 6. Barth. Adv. v. 13. VIII. 21. XI. 16. XVI. 14. XXXII. 4. & 17. ad Stat. II. Theb. 665. & Scipion. Gentil. ad Apolog. Apuleii pag. 73. & Pincier. Parerg. lib. II. cap. 31. & Bircov. ad Dionyſ. Halicarn. tom. II. pag. 51. verſ. 39. & alios. BURMAN.

314. *Sed etiam in parte deforme.*] Sic quidem recte legi videtur; verum, loco illius *ſed* particulæ adverſativæ, *eſt* verbum acutius intuenti videbitur reponendum. REGIUS. *Sed;* Locat. reliqui omnes *ſicut.*

315. *Si pars poſterior in clauſula.*] Hoc eſt, ſi poſterior pars τοῦ verſus deprehendatur in clauſula periodi aut membri. CAPPER.

316. *Aut verſus prior ingreſſu.*] Corrupte quidem ſic legitur. Nam, loco illius *verſus,* mihi *rurſus* legendum videtur. Sic enim ſenſus integritas expoſcit; *verſus* enim facile ſubintelligi poteſt: *in* etiam præpoſitio videtur adſcribenda, ut *in ingreſſu* legatur. REGIUS. *Aut rurſus prior in ingreſſu;* V. C. Alm. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Leid. Oxon. Obrecht. *aut verſus prior ingreſſu,* Locatell.

[317] Nam quod eſt contra, ſæpe etiam decet; quia & cludit interim optime prima pars verſus, dum intra paucas ſyllabas, [318] præcipue ſenarii atque octonarii. *In Africa fuiſſe*, initium ſenarii eſt; primum pro Quint. Ligario caput cludit. *Eſſe videatur* [319] (nam nimis frequens) octonarium inchoat. [320] Talia ſunt Demoſthenis, [321] πᾶσι καὶ πάσαις, ὅσην εὔνοιαν...... πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν, & totum pene principium. Et ultima verſuum initio conveniunt orationis: [322] *Etſi vereor, judices*; &: *Animadverti, judices.* [323] Sed initia initiis non conveniunt. [324] T. Livius *hexametri* exordio cœpit: *Facturuſne operæ pretium ſim.* Nam ita edidit, eſtque melius, quam quo modo emendatur. Nec clauſulæ clauſulis; ut Cicero: [325] *Quo me vertam neſcio*, qui *trimetri* finis eſt. *Trimetrum* [326] & promiſcuo dicere liceat. [327] Sex enim pedes, tres percuſſiones habent. Pejus claudit finis *hexametri*; ut Brutus in epiſtolis: [328] *Neque enim illi malunt habere tutores aut defenſores, quanquam ſciunt placuiſſe Catoni.* [329] Illic minus ſunt notabiles, quia hoc genus ſermoni proximum eſt. Itaque & verſus [330] hi fere excidunt, quos Brutus ipſo componendi [331] ductus ſtudio ſæpiſſime facit, non raro Aſinius, ſed etiam Cicero nonnumquam; ut in principio ſtatim [332] orationis in Lucium Piſonem: *Prô dii immortales, quis hic illuxit dies?* [333] Non minore autem cura vitandum eſt, [334] quidquid ἔῤῥυθμον; quale eſt apud Salluſtium: *Falſo queritur de natura ſua.* Quamvis enim

317. *Nam quidem contra.*] Imperiti elegantiæ Latinæ Ariſtotelis operum interpretes frequentiſſime ſic loquuntur, ut has tres particulas *nam*, *quidem*, *certe* conjungant. Iſtiuſmodi vero ineptiis Fabii dicta inquinata permittere, grande flagitium eſt. Quare, vel nullis mihi adſtipulantibus exemplaribus, loco illius *quidem*, *quod eſt* legendum eſſe contenderim, hoc modo: *nam quod eſt contra*; ſic enim & ſenſus eſt integer, & elegantia Fabio digna REGIUS. *Nam quidem contra ſæpe etiam decet, qui claudit*; Voſſ. ſec. Locat.

318. *Præcipue ſenarii.* Id vero optime, quoniam (ut docet Cicero in *Orat.* ad Brutum) oratio noſtra magna ex parte *iambis* conſtat: & alioqui hic *numerus* minus eſt *metricus*. TURNEB.

319. *Nam nimis frequens.*] Hic locus mihi nec percipitur, & depravatus videtur: quare huic quoque aſteriſcus apponatur, quo a præſtantibus ingeniis facilius corrigatur. REGIUS. Non diu hic me locus torſit; nam laborare eum & vitioſa lectione, & diſtinctione prava ſtatim deprehendi; legendum enim: *in Africa fuiſſe, initium ſenarii eſt, & primum pro Q. Ligario caput cludit. Eſſe videatur, jam nimis frequens, octonarium inchoat.* Ubi obſerva primum *caput* poni pro prima periodo, ubi ſpiritus ſuſtineri debet; ut ita *capita* legum, etiam breviores portiones dicebantur. Deinde *eſſe videatur*, *jam nimis frequens*, id eſt, quod Cicero nimis ſæpe uſurpavit, vel quod ab ejus ineptis imitatoribus jam nimis frequenter adhibetur, octonarium inchoat: in Cicerone vero notatam fuiſſe illam clauſulam, *eſſe videatur*, docet & Auctor Dialogi *de Orator.* cap. 23. *Nolo irridere rotam fortunæ, & jus Verrinum, & illud tertio quoque ſenſu in omnibus pro ſententia poſitum*, eſſe videatur. Tullio quoque peculiarem vocat Probus lib. II. Grammat. Inſt. cap. ult. defendit tamen Ciceronem Manut. ad Ciceron. I. ad famil. Ep. 8. Obrechtus jam correxerat: *nunc nimis frequens*, ſed *jam* magis accedit ad *nam*, cum quo ſæpe confunditur, ut & notatum ſupr. lib. V. cap. II. Aſcenſius vero fruſtra ſuſpicatur duo illa verba *nimis frequens* pro exemplo poni, & eſſe duos *iambos*, qui octonarium inchoant: ſed quo tunc referes *eſſe videatur*? BURMAN. Quem ſi non diu torſit hic locus, id certe nemo miretur. Nam rectam interpunctionem & bonam lectionem exhibere jam præoccuparat eruditus Rollinus, prout in quibuſdam notis ad ipſum (cum edendo Quinctiliano navaret operam) directis tum ſcripſeram. Neque erat quod Burmannus in ſuis notis τὸ & poſt τὸ *eſt* addere, aut τὸ *nam* in *jam* commutare tentaret. Longe melius de lectore meritus eſſet, ſi vulgatam lectionem, quæ manifeſto vitioſa eſt, in ipſo Fabii contextu non reliquiſſet. CAPPER.

320. *Talia ſunt Demoſthenis.*] *Alia*; Voſſ. ſec.

321. Πᾶσι καὶ πάσαις, ὅσην εὔνοιαν....] Legebatur olim: πᾶσι καὶ πάσαις; καὶ πᾶσιν ὑμῖν; ὅσην εὔνοιαν & totum, &c. atqui primo apud Græcos punctum cum virgula ſignum eſt interrogationis, quæ hoc quidem in loco nulla eſt. Secundo apud Demoſthenem longe alius erat ab editis verborum ordo: igitur ex ipſo ipſius Demoſthenis contextu totam hanc μεταοχὴν emendavi. CAPPER.

322. *Etſi vereor.*] Eſt initium orationis pro Milone: *animadverti* autem alterius pro Cluentio.

323. *Sed initia.*] Duplex eſſe poteſt ſenſus; vel quod initia periodorum diverſa ſint, nec ſibi conſentiant; vel quod initia verſuum non conveniunt initiis periodorum, quemadmodum ſupra dixit. TURNEB. Sed prior ille, quem Fabii verbis hic interpres affingit, ſenſus ad rem propoſitam non pertinet. CAPPER.

324. *T. Livius.*] Vide Ryck. ad Tacit. I. ann. ALMEL.

325. *Quo me vertam.*] Pro Ligar. cap. I.

326. *Et pro miſero.*] *Et promiſcuo*; marg. Vaſcoſ. Steph. & Baſil. quam lectionem vulgatæ præferendam eſſe pluribus de cauſſis exiſtimavi. Nam 1.° quidem in illa vulgari, *pro miſero dicere liceat* (ſive *licet*, ut in quibuſdam haberi teſtatur Burmannus) non exſtat *trimetrum*. 2.° hic non agit Fabius de integro ſolidoque verſu, ſed de ſola verſus clauſula, quam periodorum clauſulis non convenire affirmat: *nec*, inquit, *clauſulæ clauſulis* [conveniunt.] 3.° quam dicti ſui rationem ſubjungit Quinctilianus, ea vulgatam ad lectionem non pertinet: *ſex enim* (inquit) *pedes, tres percuſſiones habent.* Quid hoc ad illud: *pro miſero dicere liceat*? ſed hæc ratio egregie congruit τῷ, *trimetrum promiſcuo dicere liceat.* Cum enim ea ſpecies verſus & ſex pedes & tres percuſſiones habeat, Senarii vel Trimetri vocabulo promiſcue poteſt appellari. Adde quod antea hujuſmodi verſum nomine Senarii vocaverat: cum ergo nunc *Trimetrum* vocet, mutatæ appellationis cauſſam reddere videtur. Quod ſi cui τὸ *promiſcue* magis arrideat, huic ego minime repugnabo. CAPPER.

327. *Sex enim pedes.*] In *Trimetro iambico* ſex ſunt pedes: ſed cum breves habeant ſyllabas, fit proinde ut in menſurarum percuſſionibus bini pro ſingulis habeantur: inde *Trimetri* verſus dicuntur a tribus menſuris TURNEB. Horat. Art. Poët. 251. *Unde & Trimetris accreſcere juſſit nomen Iambeis, cum ſenos redderet ictus*: nam cum bini per ſe colliduntur, ter ſe repercutiunt. Alioqui in *iambicis trochaicis* & *anapæſticis* pedes binos pro ſingulis numeramus; ideoque *trimetri* tres percuſſiones, id eſt, colliſiones habere dicuntur. PITHOEUS.

328. *Neque enim illi.*] *Neque illi*; Voſſ. ſec.

329. *Illi nimis ſunt notabiles q. h. g. ſermonis.*] Ita quidem legitur; ſed, *c* litera adſcripta, *illic*, & *minus* loco *nimis*, & *ſermoni*, litera *s* expuncta, legendum eſſe contenderim; ut intelligamus in epiſtolis fines *Hexametrorum* minus eſſe notabiles, cum epiſtolaris ſtylus proxime ad ſermonem accedat. REGIUS. *Illi nimis*; Voſſ. ſec. Locat. *Sermoni.*] Supple *familiari*, qui ſimplicior eſſe ac liberior ſolet. CAPPER.

330. *Hi fere.*] *Hic fere*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. qui & *ita* habet.

331. *Ductus ſtudio.*] *Componendi durus ſtudio*; Voſſ. ſec. forte *componendi ducius ſtudio*. BURMAN.

332. *Orationis in Piſonem.*] Vide fragmenta Ciceronian. oration. nam, ut norunt omnes, orationis in Piſonem exordium nunc eſt mutilum. CAPPER.

333. *Non minore autem.*] Appellat εὔρυθμον, ut antea, quod non ſolum habet *numerum*, verum etiam *metrum*. Sic Salluſtius initio Jugurthini belli uſus eſt optimo *Iambico.* TURNEB. Qui pro τῷ εὔρυθμον ſcribere debebat ἔῤῥυθμον, ut paulo ſupra demonſtravi. CAPPER.

334. *Quicquid ἔῤῥυθμον.*] In Vulgatis legebatur εὔρυθμον: ſed ἔῤῥυθμον legendum eſſe, liquet ex Dionyſii Ha-

[335] vincta ſit, tamen ſoluta videri debet oratio. Atqui Plato, diligentiſſimus *compoſitionis*, in Timæo, prima ſtatim parte, vitare iſta non potuit. Nam & [336] initium *hexametri* ſtatim invenias, & [337] *Anacreontion* protinus *colon* efficias, & ſi velis *trimetron*, & quod duobus pedibus & parte, [338] πενθημιμερὲς a Græcis dicitur; & hæc omnia in tribus verbis [339] (ut Thucydidis ὑπὲρ ἥμισυ Κᾶρες ἐφάνησαν) ex molliſſimo *rhythmorum* genere [340] excidant. Sed, quia orationem [341] omnem conſtare pedibus dixi, [342] aliqua de iis quoque: quorum [343] nomina quoniam varia eſſe traduntur, conſtituendum eſt, quo quemque appellemus. Et quidem Ciceronem ſequar (nam is eminentiſſimos Græcorum eſt ſecutus) excepto quod [344] pes tres ſyllabas non videtur excedere: [345] quanquam ille *paeone* [346] *dochmioque*, quorum prior in quatuor, ſecundus in quinque excurrit, utatur. Nec tamen ipſe diſſimulat [347] quibuſdam *numeros* videri, non pedes:

licarnaſſ. & Ariſtidis Quinctiliani teſtimoniis, quæ ſupra retuli. CAPPER.

335. *Vincta ſit.*] *Juncta ſit*; Voſſ. ſec. Ven. Andr. Victor.

336. *Initium hexametri.*] Nam Platonis verba ſunt hæc εἷς, δύο, τρεῖς, ubi ſtatim *dactylus* apparet, qui & *hexametrum* inchoare poteſt, & *Anacreontion colon* efficere (cujuſmodi eſt in illo verſu: ἁδυμελὲς χαρίεσσα χελιδοῖ) & ad *trimetrum*, pentametrumque (quod duplici πενθημιμερεῖ conſtat) efficiendum conferre. CAPPER.

337. *Anacreontion.*] Verſus Anacreontius eſt, qui conſtat verſu tetrametro hypercatalectico, id eſt, una redundante ſyllaba: ſunt etiam alii verſus Anacreontii apud Servium in *centimetro*. TURNEB.

338. Πενθημιμερές.] Ἡμισυέλκυς; Voſſ. ſec. πενθημιμερής; Vaſcoſ. Steph. Lugduno-Batav. Sed πενθημιμερής, ut ἑφθημιμερής, ἡμιμερής, & τετραθημιμερής fictitiæ ſunt dictiones, immo & vocabulorum monſtra Græcis ignota, & analogiæ regulis repugnantia. Leguntur tamen, quod indignor, apud Julium Scaligerum lib. 11. Poetic. cap. 2. In Hephæſtione ſcribitur ubique πενθημιμερής, ἑφθημιμερής, ſubintellecto τῇ τομῇ; vel in neutro genere πενθημιμερὲς, ἑφθημιμερὲς, ut apud Anonymum ſcriptorem περὶ μέτρων in Reg. cod. MSS. 3336. pag. 5. meorum ἀπογράφων, & apud Iſaacum Monachum περὶ μέτρων ποιητικῶν in Reg. cod. MSS. 3239. pag. 21. mei ἀπογράφου. Sic etiam Scholiaſtes Ariſtophanis in Plutum pag. 34. edition. Genev. ἑφθημιμερῆ τὰ τοιαῦτα καλεῖται; & in Nubes pag. 140. τὰ πρῶτα δύο δακτυλικὰ πενθημιμερῆ.... ἔχει δὲ τὸ πενθημιμερὲς πόδας δύο & συλλαβήν..... ἀναπαιστικὸν ἑφθημιμερές. Sic Diomedes in Grammatic. Putſch. pag. 496. πενθημιμερὲς, *inciſio*, *ſectio*. Terentianus Maurus ibid. pag. 2419. *Hoc πενθημιμερὲς medium de quinque vocatur.* pag. 2420. *Hunc ἑφθημιμερῆ* [perperam editum eſt ἑφθημιμερὲς] *numeri de parte vocarunt.* 2421. *quas πενθημιμερὲς poſſit disjungere forma.* 2422. *nec πενθημιμερῆ verbi cum fine reliquit.* 2426. *cum autem* hephthemimeres [malim ἑφθημιμερὲς] *fuerit diviſio verſus.* Marius Victorinus ibid. pag. 2508. *prima penthemimeres tome* (pro Græcis πενθημιμερὴς τομή: & ibid. *ſecundam diviſionem ἑφθημιμερῆ Græci dixerunt.* Hinc patet quid ſentiendum ſit de illis, quæ leguntur apud Auſonium idyll. 28. *penthemimeris*; & epiſt. 5. *qui penthemimerin habent priorem*...: *ut penthemimeris prior locetur.* Nam Auſonius aut Græce ſcripſerat πενθημιμερὴς, aut Latinis literis *penthemimeres*, ut in antiquo libro Lugdunenſi lectum fuiſſe teſtatur Elias Vinetus: quod attinet ad accuſativum *penthemimerin*, recte notat idem Vinetus in eodem Lugdunenſi libro ſcriptum eſſe *penthemimeren*, ex Græco πενθημιμερῆν, quod Auſonius poetica licentia & metri neceſſitate dicere potuit, ad eorum imitationem, qui Ἀριστοφάνην & Δημοσθένην pro τοῖς Ἀριστοφάνη & Δημοσθένη ſcripſerunt. Cæterum, cum apud veteres etiam Græcos literarum η & ι ſonus valde ſimilis eſſet, librariis Græce neſcientibus in proclivi fuit πενθημιμερὶς & Latine *penthemimeris* pro τῷ πενθημιμερὴς paſſim ſcribere. Hinc etiam philologiæ ſtudioſus lector emendabit quæ leger in Honorato Servio pag. 1817. Grammatic. Putſch. *penthemimerim eſſe*.... *hephthemimerim vero*, in venerabili Beda ibid. pag. 2368. *pentimemerim*.... *heptimemerim*: & in ipſo Deſpauterio pag. 420. *per pentemimerim*.... *pentemimeris*, *heptimimeris*; pag. 774. *heptimemeris*: quos quidem errores iis adjungere poterit, quos in illo celebri Grammatico jam redarguimus. Vide notam 263. ad cap. 3. hujus libri. CAPP.

339. *Ut Thucydidis.*] *Et*; Voſſ. ſec. Locat. marg. Baſil.

340. *Excidat.*] N litera adſcripta, *excidant* legatur. REGIUS. Sed ὑπὲρ ἥμισυ Κᾶρες ἐφάνησαν; Voſſ. ſec. apud Thucydidem lib. 1. Græca ita legi notavit Hartung. memor. pag. 631. part. 11. Lampad. critic. ut cl. Almelovenius adnotaverat. BURMAN. Qui tamen vulgatam illam quidem, ſed pravam lectionem ἐν ἱερῷ μέσῳ Κᾶρες, κλ. ipſo in contextu reliquit. Quiſquis Herodoti locum inſpexerit, is legendum eſſe ὑπὲρ ἥμισυ Κᾶρες, κλ. ultro fatebitur. CAPPER.

341. *Omnem oratoriam conſtare.*] Emendate in quibuſdam exemplaribus non *omnem*, ſed *orationem*, & *pedibus* ablativum adſcriptum legimus hoc modo: *ſed quia orationem oratoriam conſtare pedibus dixi.* REGIUS. Ita edidit Locat. Colin. *ſed quia orationem omnem conſtare dixi*; Obrecht. reliqui, *ſed quia orationem jam conſtare.*

342. *Aliqua de iis quoque.*] Supple, *dicam*, vel *dicamus*; idque per ζεῦγμα ex præcedenti τῷ *dixi*. CAPPER.

343. *Nomina quam varia tradunt.*] Quid ſibi velit hoc loco *quam* particula, non liquet mihi: certe ſenſui non congruit: quare pro eo *quoniam* puto reponendum; *ur* quoque ſyllaba adſcripta *traduntur* videtur eſſe legendum, hoc modo: *Quorum nomina quoniam varia traduntur.* REGIUS. *Nomina quæ varia*; Voſſ. ſec. *Quam varia*; Locat.

344. *Pedes mihi.*] *Pes*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. quod non temere repudiem, ſi præcedentia includantur parentheſi hoc modo: *Et quidem Ciceronem ſequar* (*nam is eminentiſſimos Græcorum eſt ſecutus*) *excepto quod pes mihi tres ſyllabas non videtur excedere*; nam aliter vix mihi ſequentia cohærere videntur. Si enim Cicero non excedit triſyllabos, quomodo eodem ſpiritu dici poteſt *Paeone* & *Dochimo* uti? vox etiam *videtur* magis Fabii ſententiam declarat, quam factum Ciceronis: præterea cum Vallenſi libro, teſte Aſcenſio, legerem pro *triſyllabos*, *tris ſyllabas*, ut veteres loquebantur, vel librarii imitatione veterum ſcribebant, pro *tres*; ut notiſſimum eſt: & mox etiam *triſyllabas* pro *tres ſyllabas* legitur in antiquis codicibus. Ita omnia erunt planiſſima & a ſequentibus confirmantur, quibus ipſe Cicero plurium ſyllabarum non pedes, ſed *numeros* eſſe confitetur. Vide *Orator.* cap. 64. BURMAN.

345. *Quanquam ille Paone Dochmioque, quorum prior.*] Huic loco ſine controverſia aliquid verbi deeſt. Forſitan autem *utatur* eſt adſcribendum, ut legatur: *quanquam ille Paone Dochimoque utatur.* REGIUS. Sed *utatur* reliquæ editiones: ſed eo omiſſo, pro *excurrit*, habent *excurri putatur*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. utrumque vero habet, *Dochimoque utatur*, *quorum*, &c. & *excurri putatur*; Ald. *incurrit*; Steph. BURMAN. Quid de hoc vocabulo *Dochimus*, quod his in notis occurrit, ſentiendum ſit, in Nota proxime ſequenti declarabimus. CAPPER.

346. *Dochmioque.*] *Dochimus* apud Ciceronem & Fabium primam habet brevem, deinde duas longas; quartam brevem, ultimam longam, ut, *amicos leves*: Grammatici nonnulli volunt duas primas eſſe breves, ut *hyacinthini*. TURNEB. Neſcio quo bonarum literarum fato factum fuiſſe dicam, ut poſt tot Fabianæ Inſtitutionis editiones a tot tamque doctis viris adornatas hæc barbara vox *Dochimus* huc uſque locum tenuerit τῷ *Dochmius*; quam veram eſſe lectionem, ſatis demonſtratur ex Hephæſtionis opuſculo περὶ μέτρων, & ex veteribus Grammatic. edition. Putſch. in quibus conſtanter legitur δόχμιος, *Dochmios* & *Dochmius*. Vide Diomedem pag. 419. Cæſium Baſſum pag. 2667. & Rufinum pag. 2714. Attamen pravæ lectionis illius *Dochimus* macula omnes, quas quidem viderim, Ciceronis ipſius editiones infecit. Quid? quod ipſe Voſſius, & ipſe Jovita Rapicius, qui de oratorio numero unus fere omnium optime ſcripſit, depravatam illam lectionem paſſim ſecuti ſunt. Futurum jam ſpero, ut, qui oratoriarum artium ſcriptores in lucem deinceps edituri ſunt, pro τῷ *Dochimus*, quod ferri nequit, τὸ *Dochmius* typis curent excudendum. CAPPER.

347. *Quibuſdam numeros videri, non pedes.*] Si proprie ac ſtricte loqui velis, *numerus*, ὁ ῥυθμὸς, & *pes* hoc diſtant, quod *numerus* quidem ſit pedum ſaltem duorum conſtien-

nec immerito. Quidquid enim [348] ſupra tres ſyllabas habet, id ex pluribus eſt pedibus. Ergo cum conſtent quatuor pedes binis, octo ternis; [349] *ſpondeum* longis duabus, *pyrrhichium*, quem alii [350] *pariambum* vocant, brevibus; *iambum* brevi longaque; huic contrarium e longa [351] & brevi, [352] hunc *choreum* nos, ut alii *trochæum*, nominemus. Ex iis vero, qui ternas ſyllabas habent, [353] *dactylum* longa duabuſque brevibus; huic temporibus parem, ſed retroactum, appellari conſtat *anapæſton*. Media inter longas brevis faciet *amphimacrum*: ſed frequentius ejus nomen eſt [354] *creticus*. Longa inter breves, *amphibrachys*; duabus [355] longis brevem ſequentibus, [356] *bacchius*; totidem longis brevem præcedentibus, huic contrarius *palimbacchius* erit. Tres breves *trochæum*, quem *tribrachyn* dici volunt, qui *choreo trochæi* nomen imponunt: totidem longæ *moloſſon* efficiunt. Horum pedum nullus non in orationem venit: ſed quo quique ſunt temporibus pleniores, longiſque ſyllabis magis ſtabiles, hoc graviorem faciunt orationem; breves celerem ac mobilem. Utrumque locis utile. Nam & illud, ubi opus eſt velocitate, tardum & ſegne; & hoc, ubi pondus exigitur, præceps ac reſultans, merito damnetur. [357] Sit in hoc quoque aliquid fortaſſe momenti, quod & longis longiores, & brevibus ſunt breviores ſyllabæ: ut, quamvis neque plus duobus temporibus, neque uno minus habere videantur, (ideoque in *metris* omnes breves longæque inter ſe obſeſſæ [358] ſunt pares) lateat tamen neſcio quid, ſi quidquam ſuperſit, aut deſit. Nam verſuum propria conditio eſt, ideoque in his quædam etiam communes. [359] Veritas vero quia patitur æque brevem eſſe vel longam vocalem, cum eſt ſola, quam cum eam conſonantes una pluresve præcedunt; certe in dimenſione pedum ſyllaba, quæ eſt brevis, inſequen-

ſus. Hinc paulo poſt Fabius: *neque minus duobus: alioqui pes erit, non numerus.* Aliquando tamen apud Ciceronem & alios *pes* & *numerus* fere confunduntur, idque per *metonymiam* vel *ſynecdochen* partis & totius. Vide quæ ſupra notavimus ad illa Fabii verba: *ῥυθμὸς aut par eſt, ut dactylus.* CAPPER.

348. *Supra triſyllabas.*] S litera adſcripta *tris ſyllabas* legendum. REGIUS. *Supra triſyllabas, id eſt ex pluribus pedibus*; Voſſ. ſec *ſupra tres ſyllabas, id ne ex pluribus pedibus*; V. C. Almel.

349. *Spondeum.*] Cur ita vocetur, bene declarat Ariſtides Quinctilianus edition. Meibom. pag. 37. his verbis: *σπονδεῖος δὲ, διὰ τὸ ἐν ταῖς σπονδαῖς αὐλεῖσθαι ᾄδεσθαι: Spondeus autem, eo quod in libationibus accinatur.* Hinc emendabis quod legitur apud Martianum Capellam lib. IX. pag. 195. edition. Meibom. *Spondeus, quia plerumque inſervit.* Nam addere oportet *ταῖς σπονδαῖς*, vel Latine *libationibus*. CAPPER.

350. *Pariambum.*] Quis non miretur in Burmanniana editione legi *Periambum*, & veram lectionem *Pariambum* in Notas fuiſſe quaſi relegatam? ſi quis enim Hephæſtionem & Grammaticos veteres edition Putſch. vel obiter evolverit, ſtatim deprehendet hujuſmodi pedem *παρίαμβον*, *pariambum* conſtanter appellari. CAPPER.

351. *Et brevi; hunc non ut alii trochæum nominemus.*] Ubique Fabius *choreum* pro pede biſyllabo accipit. *Trochæum* vero eumdem eſſe cum *tribracho* ſentit, id quod aperte ex iis, quæ ſequuntur, apparet. Quare ne ſibi Fabius parum conſtare videatur, hoc quoque loco *choreum* legamus, hoc modo: *hunc nos, ut alii choreum, nominemus*: quod quidem eo magis affirmare auſim, quod in quibuſdam exemplaribus hoc modo legitur: *Choreum nos ut alii trochæum nominemus*; hoc eſt: quamvis ab aliis vocetur *trochæus*, tamen nos *choreum* nominemus. REGIUS. *Et brevi choreum nos ut alii trocheum nominemus*; Voſſ. ſec. *brevi hunc nos ut alii trocheum nominemus*; Locat. *brevi, choreum nos, ut. a. t. n.* Ald. *hunc choreum, non ut alii, trocheum*; Obrecht. BURMAN. *Hunc choreum nos, ut alii trochæum, nominemus*; Vaſcoſ. Steph. Lugduno-Batav. Rollin. quibus lubens acceſſi. CAPPER.

352. *Hunc choreum nos, &c.*] Hac in re ſequitur Ciceronem Fabius; appellat enim *choreum*, pedem conſtantem longa & brevi; alii vocant *trochæum*: ſed *trochæus* Ciceroni & Fabio eſt *tribrachys*, qui conſtat tribus brevibus. TURNEB. Hephæſtioni ὁ χορεῖος eſt *tribrachys*; ſed Tullius in *Oratore* num. 212. 214. *Dichoreus* (inquit) *vocatur, cum duo extremi chorei ſunt, id eſt, e ſingulis longis & brevibus ... hoc Dichoreo* [comprobavit] *tantus clamor excitatus eſt*, &c. ibidem tamen fatetur ab aliis alios pedes aliis vocabulis appellari. Et ſane Dionyſius Halicarnaſſ. in opuſculo *περὶ συνθέσεως ὀνομάτων* pag. 16. *Trochæum* vocat pedem ex una longa & brevi compoſitum; ut *ārmă*: *ἐὰν δ' ἀπὸ μακρᾶς ἄρχηται, τροχαῖος.* Longinus contra in libello *περὶ ὕψους* trochæos a dichoreis diſtinguit, & ſic trochæi nomine *tribrachyn* videtur intelligere: Πυρρίχιοι, καὶ τροχαῖοι, καὶ διχόρειοι. CAPPER.

353. *Dactylum.*] Hanc nominis rationem affert Ariſtides Quinctilianus lib. 1. pag. 36. *δάκτυλος ἐκλήθη διὰ τὴν τῶν συλλαβῶν τάξιν ἀναλογοῦσαν τοῖς μέρεσι τοῦ δακτύλου.* Quæ verba videtur interpretari Martianus Capella lib. IX. pag. 194. edit. Meibom. *Dactylus eſt dictus, quia ordinem ſyllabarum conſimilem digito* [hominis] *informat.* CAPPER.

354. *Creticus.*] *Creticus* appellatur propterea, quod Cretenſes ſolebant uti eo pede in ſaltationibus. TURNEB.

355. *Longis brevem præcedentibus Bacchius.*] Quis crederet hic quoque flagitium eſſe admiſſum? atqui tantum eſt, ut *Bacchii* vis naturaque evertatur, niſi corrigatur. *Bacchius* namque conſtat ex brevi & duabus longis: quare, niſi forte Fabius ab aliis diſſentit, hoc modo mihi legendum videtur: *longas brevi præcedente Bacchius.* REGIUS. *Longis brevem præcedentibus Bacchius: cui contrarius palimbacchius*; Locat.

356. *Bacchius.*] A cæteris Grammaticis aliter dicitur; qui enim a Fabio dicitur *Bacchius*, ab illis appellatur *palimbacchius*, & contra. TURNEB.

357. *Sit in hoc.*] Syllabæ longis longiores ſunt, quæ ſuapte natura productæ habent etiam *poſitionem*, ut *mater matris*: *brevibus breviores*, quæ compoſitione breves ſunt, & ſine *poſitione*, ut *patris pater*. Poteſt hoc etiam expendi ex ſequente ſyllaba, quæ *poſitionem* habet, ideoque præcedenti mutuat aliquod tempus, ut *agreſtem*. TURNEB. Hoc Dionyſ. Halicarnaſſ. *περὶ συνθέσεως ὀνομάτων*, & Priſcianus lib 11. dicit ſyllabam tempus unum habere vel duo, vel unum & ſemis, vel duo & ſemis, vel tria, &c. PHILAND. Cujus nota in Burmann. editione perperam fuerat a ſuo loco avulſa, & huic vocabulo *Bacchius* (Not. 353.) appoſita. Cæterum Dionyſii Halicarnaſſ. locus, ad quem reſpiciebat Philander, exſtat tom. 2. pag. 13. edit. Wechel. *ἔ μακρότεραί τινές εἰσι τῶν μακρῶν, καὶ βραχύτεραι τῶν βραχειῶν*, id eſt, *& longis longiores quædam ſyllabæ ſunt, & brevibus breviores*: quod probat allatis exemplis *τοῦ ὁδὸς, Ῥόδος, τρόπος, στρόφος*, ubi *o micron* breve eſt in quatuor vocabulis: at longe brevius eſt in *τῷ ὁδὸς*, quam in tribus reliquis: & viciſſim in *τοῖς ἦ, ἦν, πλὴν, σπλὴν*, vocalis *ἦτα* ubique longa eſt; ſed valde longior in *τῷ σπλὴν*, quam in præcedentibus. Hac de re differentem lege Marium Victorinum pag. 2481. Veterum Grammatic. *Inter Metricos, inquit, & Muſicos non parva diſſenſio eſt. Nam Muſici & brevi breviorem & longa longiorem dicunt poſſe ſyllabam fieri. Metrici autem neque brevi breviorem, aut longa longiorem poſſe aliquam reperiri.* CAPPER.

358. *Sint pares late attamen neſcio ſi quidquam.*] Hic locus ita depravatus eſt, ut aſteriſco facilius, quam integra emendatione mihi corrigi poſſit. *Lateat* quidem pro illo *lata* videtur eſſe legendum; ſed ne ſic quidem integer efficitur ſenſus. REGIUS. *Lateat tamen neſcio quidquid ſuperſit aut deſit*; V. C. Alm. *lateat tamen neſcio ſi quidquam*; Voſſ. ſec. & mox *aut deſit.*

359. *Veritas vero.*] Si ſpectes vocalis naturam, etiam ſi extrinſecus accedat *poſitio*, non tamen magis longa erit aut brevis, ut *fax poſitione* longum eſt, natura breve. TURNEB.

te vel brevi, quæ tamen duas primas conſonantes habeat, fit longa; ut:

[360] *Agreſtem tenui muſam meditaris avena*;

nam licet [361] *gre* brevis, facit tamen longam *A* priorem. Dat igitur illi aliquid ex ſuo tempore: quo modo, niſi habeat plus, quam quæ breviſſima, [362] qualis ipſa eſſet [363] detractis conſonantibus? nunc unum tempus [364] accommodat priori, & unum [365] accipit a ſequente: ita duæ natura breves, *poſitione* ſunt temporum quatuor. [366] Miror autem in hac opinione doctiſſimos homines fuiſſe, ut [367] alios pedes ita eligerent, alios damnarent, quaſi ullus eſſet, quem non ſit neceſſe in oratione deprehendi. Licet enim *pæonem* ſequatur Ephorus, inventum a Thraſymacho, [368] probatum ab Ariſtotele, *dactylum*que, [369] ut temperatiores brevibus ac longis; [370] fugiat *ſpondeum* & *trochæum*, alterius tarditate, alterius celeritate damnata; [371] & *heroüs*, qui eſt idem *dactylus*, Ariſtoteli amplior, [372] *iambus* humanior videatur; [373] *trochæum* ut nimis currentem damnet, eique [374] *cordacis* nomen imponat, eademque dicant Theodectes ac Theophraſtus, ſimilia poſt eos Halicarnaſſeus Dionyſius; [375] irrumpent etiam ad invitos, nec ſemper illis *heroo*, aut *pæone* ſuo, quem, [376] quia verſus raro facit, maxime laudant, uti licebit: [377] ut ſint tamen aliis alii crebriores, non verba facient, quæ neque augeri, neque minui, neque ſicut modulatione produci aut corripi poſſint; ſed tranſmutatio & collocatio. [378] Plerique enim ex commiſſuris eorum vel diviſione fiunt pedes: quo fit, ut iiſdem verbis alii atque alii verſus fiant; ut memini quemdam non ignobilem poëtam ita luſiſſe:

360. *Agreſtem tenui, &c.*] In Virgilio ubique legitur *ſylveſtrem*; alio tamen in loco apud Virgil. ſcribitur: *Agreſtem tenui meditabor arundine muſam.* TURNEB. Vide Erythræi indicem in *ſylveſtrem.* Aſcenſius Fabium tantum citaſſe prima verba *agreſtem tenui*, deinde ſciolum quemdam ſupplevisſe ex Ecloga prima, cum debuiſſet ex ſexta, cenſet.

361. *A brevis, gre brevis faciet tamen longam a priorem.*] Hic quoque locus videtur corruptus, aſteriſcoque notandus; nec ignoro in quibuſdam exemplaribus legi ſic: *nam a brevem, gre brevis faciat tamen longam a priorem*: ſed illud *a brevem* reſpuit ſenſus. Sic autem recte legeretur: *nam licet gre brevis ſit, facit tamen longam* a *priorem.* REGIUS. *A brevis gre brevis faciet*; Locatel. Cæterum ſyllaba *gre* dicitur brevis natura ſolummodo; nam poſitione ſit longa. CAPPER.

362. *Qualis ipſa eſſet.*] *Illa*; Voſſ. ſec.

363. *Detractis conſonantibus.*] Quæ ſunt S & T in τῷ *ſtem.* CAPPER.

364. *Accommodat priori.*] Priori ſyllabæ, quæ prima eſt τῷ *agreſtem.* CAPPER.

365. *Accipit a ſequente.*] A ſequente ſyllaba, quæ poſtrema eſt τῷ *agreſtem.* CAPPER.

366. *Miror autem.*] Fabius exiſtimat nullum pedem eſſe, qui orationem ingredi non poſſit, dummodo apte collocetur: eos itaque reprehendit, qui quoſdam pedes damnant. TURNEB.

367. *Alios damnarent.*] Ut particula videtur adſcribenda hoc modo, *ut alios damnarent.* REGIUS. *Alioſque damnarent*; MSS. Alm. Voſſ. ſec.

368. *Probatum ab Ariſtotele.*] Ariſtoteles in periodorum initiis maxime probat *pæonem*, qui incipit a longa; ut in fine, qui deſinit in longam. TURNEB.

369. *Ut temperatiores.*] *Ut temperatum*; Voſſ. ſec. Andr. *ut temperatos*; Ald.

370. *Fugiat trochæum.*] Aperte pedis alicujus nomen hic deeſſe videtur: adſcribamus igitur *moloſſum*, atque *&* copulam, & *enim* etiam particula eraſa, hoc modo: *fugiat moloſſum & trochæum, alterius, &c.* REGIUS. *Fugiat trochæum*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. *Trochæi* autem vocabulo Fabius *Tribrachyn* intelligit, ut paulo ſupra. CAPPER.

371. *Et heroüs.*] *Heroum* damnat Ariſt. propter amplitudinem nimis metricam: appellat *heroum*, quia frequens eſt in carmine *heroïco. Iambus* Ariſtoteli non probatur propter humilitatem; incidit enim fere in ſermonem vulgarem. TURNEB.

372. *Iambus humanior.*] Atqui Horatius in Arte verſ. 79. dicit:

Archilochum proprio rabies armavit iambo.

ſed, ut Ovidius dicit:

Candida pax homines, trux decet ira feras.

quomodo igitur *humanior*. Certe videtur potius *immanior* vocandus, niſi *concitatior* legatur, unde a Flacco *pes citus* dicitur. ASCENS. *Humilior*; PITH. Quam lectionem probare facile poſſemus, quia Cicero *Orat.* 57. dicit *iambum* e vulgari ſermone eſſe, & Ariſtoteles lib. III. Rhetor. Ἴαμβος αὐτή ἐστιν ἡ λέξις: quod Horatius dixit Art. poëtic. verſ. 81. *Aptum alternis ſermonibus*: niſi forte *humaniorem* Fabius dixit pro vulgari orationi aptiorem, ut contra *dactylus* Poeticæ: ita ut *humane loqui*, & *poëtice* opponuntur apud Petron. cap. xc. ubi videndi interpretes: quare nihil temere moverem. BURMAN.

373. *Trochæum.*] Non *trochæum*, ſed *choreum* eſt legendum. REGIUS. Male: vide Ciceron. *Orat.* cap. 57. licet Victorius ad Ariſt. Rhet. lib. III. pag. 714. *Choreum* etiam citet ex Fabio. BURMAN.

374. *Cordacis.*] Cur *choreo cordacis* nomen impoſuerit Ariſtoteles, non memini me legiſſe: fortaſſe autem a genere ſaltationis, quæ *cordax* dicitur, nomen hoc *trochæo*, qui idem eſt cum *tribracho*, impoſuit Ariſtoteles. REGIUS. Sic & Cicero in *Orat.* 57. Ariſtoteles tamen non cordacem, ſed κορδακικώτερον vocat, quaſi dicat tripudiis aptiorem; ſicut *heroum* σεμνὸν *amplum*; *iambum* autem λέξιν τῶν πολλῶν, id eſt, ut interpretatur Cicero, nimis e vulgari ſermone. Quare forte & hic, & apud Ciceronem ſcribendum pro *cordacis* κορδακικώτερος, verbum Ariſtotelis; nam *cordax* [ſic enim ſcribendum] genus eſt ſaltationis. PHILAND. *Cordax* dicitur laſciva & comica ſaltatio, quæ geſticulationem habet hujuſmodi, ut pedes & reliquum corpus celerrime moveantur. TURNEB. Meurſius de Orcheſtra in κόρδαξ, & hic, & apud Ciceronem, *cordacicum* pro *cordace* legendum eſſe cenſet. Jac. vero Gronovius *cordaci* non deeſſe, quo locum tueri poſſit, ait; neque tamen quidquam adfert, quo vindicet. BURMAN.

375. *Irrumpent etiam adjunctos.*] Depravatus ita mihi videtur hic locus, ut quo vero modo corrigi poſſit, ignorem. REGIUS. *Irrumpent etiam advitos*; MS. Alm. *etiam adjutos*; Voſſ. ſec. *etiam adjunctos*; Locat. *irrumpent etiam ad invitos*; Ald. Colon. Baſil. Gryph. Vidov. Obrecht. marg. Vaſcoſ. Steph. Quam quidem lectionem ideo vulgatæ prætulimus, quod & longe commodiorem ſenſum exhiberet, & plurima ejuſdem veſtigia in codd. Almel. Voſſ. ſec. & in antiquis editionibus exſtarent. Adde quod eamdem ſententiam Fabius paulo ſupra expreſſerat his verbis: *Metrici pedes adeo reperiuntur in oratione, ut in ea frequenter non ſentientibus nobis omnium generum excidant verſus*: & Marius Victorinus pag. 2561. veter. Grammat. *ne verſus incurrant, qui ſæpe imprudentibus ſubrepunt.* CAPPER.

376. *Quia verſus raro.*] *Quia verſum raro facit*; Voſſ. ſecund.

377. *Ut ſint tamen aliis, &c.*] Pedes non expendimus ex ipſis verbis, ſed potius ex verborum junctura & collocatione. Igitur verba non faciunt, ut ſæpius utamur hoc pede, ſed collocatio verborum. TURNEB.

378. *Plerique enim.*] Vel inde apparet, a verbis ipſis pedes non effici; quia, ſi verba eadem varie mutaveris, atque collocaveris, alios atque alios efficies pedes. TURNEB.

Aſtra tenet cœlum, mare claſſes, area meſſem.

[379] Hic retrorſum [380] fit *ſotadeus.* [381] Itemque *ſotadeo* adjungat [382] retro *trimetros :*

Caput exſeruit mobile pinus repetita.

Miſcendi ergo ſunt, curandumque, ut ſint plures, qui placeant, & circumfuſi bonis deteriores lateant. Nec vero in literis ſyllabiſque natura mutatur, ſed refert [383] quæ cum qua optime coëat. Plurimum igitur auctoritatis, ut dixi, & ponderis habent longæ; celeritatis, breves : quæ, ſi miſcentur quibuſdam longis, currunt : ſi continuantur, exſultant. [384] Acres, quæ ex brevibus ad longas inſurgunt; leniores, quæ a longis in breves deſcendunt. Optime incipitur a longis, recte aliquando a brevibus; ut : *Novum crimen, C. Cæſar.* [385] Lenius a duabus; ut : *Animadverti, judices.* Quod [386] initium partitioni ſimile eſt, quæ celeritate gaudet. [387] Clauſula quoque e longis firmiſſima eſt; [388] ſed cludent & breves, quamvis habeatur indifferens ultima. [389] Neque enim ego ignoro, in fine pro longa accipi brevem, quod [390] videtur aliquid vacantis temporis ex eo, quod inſequitur, accedere : aures tamen conſulens meas, intelligo multum referre, [391] utrumne longa ſit, quæ cludit, an pro longa. Neque enim tam plenum eſt, dicere, [392] *Incipientem timere*, quam illud, [393] *Auſus eſt confiteri.* Atqui ſi nihil refert, brevis an longa ſit ultima, idem pes erit; verum neſcio, quomodo [394] ſedebit hoc, [395] illud ſubſiſtet. Quo moti quidam longæ ultimæ tria tempora dederunt, ut illud tempus, quod brevis ex longa accipit, huic quoque accederet. [396] Nec ſolum refert, quis claudat, ſed quis antecedat. [397] Retrorſum autem neque plus tribus, iique, ſi non ternas ſyllabas habebunt, [398] repetendi ſunt; (abſit tamen poëtica obſervatio) neque minus duobus : alioqui

379. *Hic retrorſum.*] *Sotadeus* hic verſus (nam ſunt & alii) conſtat *ſpondeo, anapaſto, dactylo.* TURNEB. Ut illi apud Diomedem III. *Eſſe bonus ſi vis, cole Divos, optime Panſa.* Martial. *Nec retro lego Sotadem cinædum.* Auſon. Σωτάδειόν τε κίναιδον, Ἰωνικὸν ἀμφοτέρωθεν. PITHOEUS. Demetr. Phaler. pag. mihi 113. ait, verſus *Sotadeos* ſimiles eſſe compoſitioni *Anapaſtica*, quæ maxime ſimilis eſt fractis, & ſine ulla dignitate, verſibus. Diomed. lib. III. *Ionicum* ἀπὸ μείζονος cum *Sotadeo* incidere. pag. 510. edit. Putſch. Servius inquit hoc carminis genus conſtare *tetrametro brachycatalectico.* Vide Marii Victor. Artis Grammat. lib. IV. Terent. de metr. pag. 2246. ALMELOV. Vide ad lib. I. cap. 8.

380. *Fit Sotadeus.*] Hoc modo : *Meſſem area, claſſes mare, cœlum tenet aſtra.* De *Sotadeis* verſibus lege Marium Victorinum in veterib. Grammatic. pagg. 2561. 2562. 2584. CAPPER.

381. *Itemque ſotadeo advitet.*] Aſteriſco hic quoque locus indiget; nam obſcurior eſt, quam ut intelligi poſſit, aut emendari. Nec ignoro *adjuret* a quibuſdam legi, exponique *adjungat* ſe quaſi jurejurando : ſed mihi longe a Fabii-ſenſu aberrare videntur. REGIUS. *Sotadeo adjuret rotrimetros* (ſed emend. *retro trimetros;*) Voſſ. ſec. *adjuret;* Locat. *adjutet;* Aſcenſ.

382. *Retro trimetros.* Nam ſic fieri poſſet Iambicus Trimeter : *Repetita pinus mobile exeruit caput.* CAPPER.

383. *Que cum quaque.*] *Que* particula eraſa, *qua* legatur, ut jam ſæpius diximus. REGIUS. *Quaque;* MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſec. Andr. Locat. Ald. Par. Baſil. Gryph. Vidov.

384. *Acreſque ex brevibus a. l. i. levioreſque.*] *Qua* utrobique cum diphthongo ſcribendum eſt, ne conjunctio videatur, cum ſenſus relativum expoſcit; *leniores* etiam, *v* litera in *n* converſa, legendum eſt. REGIUS. Diomedes lib. II. (pag. 463.) hæc verba Fabii repetit, ſed *alacres* legit, ac forte aptius ita legeretur. TURNEB. *Acreſque*, & *levioreſque;* Voſſ. ſec.

385. *Levibus utamur animadverti judices ſcilicet pro Cluentio recte.*] Quid ſibi velit hoc loco Fabius, mihi liquido non percipitur; quamvis *levius* pro *levibus* videatur eſſe legendum, & pro illo *ſcilicet* ab aliis *ſed* legi non ignorem. REGIUS. Diomedes hunc quoque locum citat, *lenius a duabus*, quæ lectio videtur melior. TURNEB. Cujus notam & lectionem vetuſtiſſimi ſcriptoris auctoritate fultas nemo non approbarit. Diomedis autem locus exſtat pag. 463. veterum Grammatic. edit. Putſch. CAPPER.

386. *Initium ejus partitionis ſimile.*] Genitivus ille *ejus*, ut otioſus, mihi videtur eradendus. Partitioni etiam, *s* litera eraſa, eſt legendum, hoc modo : *Quod initium partitioni ſimile eſt.* REGIUS. *Ejus partitionis ſimile eſt;* V. C. Alm. Locat. *ejus partitioni ſimile eſt;* Voſſ. ſec. Baſil. Gryph. Coiln. *quod initium partitionis ſimul eſt;* Obrecht.

387. *Clauſula quoque.*] Itaque Ariſtotel. ſuadebat ut *periodum* terminaremus *pæone* poſteriore, cujus ultima ſyllaba longa eſt. TURNEB. Principia & finem e longis debere conſtare, uti præcipit hic noſter auctor, ita Demetr. Phaler. num. 39. his verbis : *Qua igitur potiſſimum de cauſſa Ariſtoteles ſic præcepit? quia oportet & frontem membri, & principium magnificum ſtatim eſſe, & finem : hoc autem erit, ſi a longa inceperimus, & in longam deſierimus : natura enim amplum quiddam eſt longa ſyllaba, & initio edita ferit ſtatim, & claudens in magno quodam relinquit auditorem.* ALMELOV. Agitur autem de clauſulis non *periodorum* ſolummodo, ſed *membrorum* etiam & *inciſorum.* CAPPER.

388. *Sed eludent & in breves.*] Propoſitio *in*, ut redundans, eſt eradenda. REGIUS. Scribe, *cludet & brevis*, id eſt, brevis ſyllaba etiam cludet, & finiet numerum. PHILAND. *Et in breves;* Locat.

389. *Neque enim ego ignoro,*] Propterea quod in fine interſiſtitur, accedit aliquid temporis brevi ſyllabæ ex ſequentibus, atque ita longa fit : itaque Cicero (*Orat.* 64.) nihil ait intereſſe, *dactylo* quis periodum terminet, an *cretico;* reprehenditque Ariſtotelem, qui *pæone* poſteriore dicit terminandam periodum, cum nihil interſit ultima brevis ſit, an longa : ſed a Cicerone diſſentit Fabius. TURNEB.

390. *Videtur aliquid vocabitis tempore.*] *Vacantis temporis* caſtigate in quibuſdam legitur exemplaribus. REGIUS. *Vacantis* editiones Ald. Par. Vaſc. Steph. GIBSON. *Vacantis temporis;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. & confirmat Diomed. lib. II. pag. 463. *vacanti tempori;* Baſil. Leidenſ.

391. *Utrumne longa.*] *Vere longa;* V. C. Alm.

392. *Incipientem timere.*] Pro Milon. cap. I.

393. *Uſus eſt confiteri.*] In Oratione pro Ligario (cap. I.) legitur : *auſus eſt confiteri.* REGIUS.

394. *Sedebit hoc.*] Id eſt, ultima ſyllaba τοῦ *confiteri, ſedebit*, ſtabilior erit, ideoque longior. Sic paulo poſt de *pæone*, qui una longa tribuſque brevibus conſtat : *nam & primam ſtabilem, & tres celeres habet.* CAPPER.

395. *Illud ſubſiſtet.*] Hoc eſt, ultima ſyllaba τοῦ *timere* ſtabit, ideoque promptior ad motum erit, quam ſi ſederet. Ergo & aliquanto minus longa. CAPPER.

396. *Nec ſolum refert.*] Pes unus *numerum* non efficit : itaque non ſolum eſt videndum, quis ultimus ſit pes, ſed quis etiam antecedat. Quod ſi pedes ſint diſſylabi, obſervari poterunt tres; ſin triſyllabi, non plures duobus, ne oratio abeat in carmen. TURNEB.

397. *Retrorſum autem qua plus tribus iiſque, &c.*] Emendatione quidem indiget hic locus : ſed aſteriſco facilius, quam ulla emendatione, mihi illuſtrari poteſt. REGIUS. Ita Locat. Ald. & Voſſ. ſec. niſi quod hic *iiſque.* Sed *retrorſum autem neque plus tribus, iique;* Steph. Gryph. Colin. Vidov. Leid. Oxon. Obrecht. marg. Baſil.

398. *Repetendi ſunt.*] *Erunt;* V. C. Alm. Obrecht.

[399] pes

[399] pes erit, non *numerus*. [400] Poteſt tamen vel unus eſſe *dichoreus*, ſi ùnus eſt, quî conſtat ex duobus *choreis*. Itemque *pæon*, qui eſt ex *choreo* & *pyrrhichio*, [401] quem aptum initiis putant; vel contra qui eſt e tribus brevibus & longa, cui clauſulam aſſignant: de quibus fere duobus ſcriptores hujus artis loquuntur: [402] alios omnes, quotcumque ſint temporum, quæ ad orationem pertineant, *pæonas* appellant. [403] Eſt & *dochmius*, qui fit ex *bacchio* & *iambo*, vel *iambo* & *cretico*, ſtabilis in clauſulis, & ſeverus. *Spondeus* quoque, quo plurimum eſt Demoſthenes [404] uſus, moram ſemper per ſe habet: optime [405] præcedet eum *creticus*; ut in hoc: [406] *De qua ego nihil dicam, niſi depellendi criminis cauſſa*. Illud eſt quod ſupra dixi multum referre, unone verbo pedes ſint duo comprehenſi, an uterque liber. Sic enim fit forte, *criminis cauſſa*: molle, *Archipiratæ*: [407] mollius, ſi *tribrachys* præcedat, *facilitates*, *temeritates*. [408] Eſt enim quoddam in ipſa diviſione verborum latens tempus, ut [409] in *pentametri* medio *ſpondeo*, qui niſi [410] alterius verbi fine, alterius initio conſtet, verſum non efficit. Poteſt, etiam ſi minus bene, præponi *anapæſtus*: [411] *Muliere non ſolum nobili, verum etiam nota*. Tum *anapæſtus* & *creticus*, [412] *iambus* quoque, qui eſt utroque ſyllaba minor; præcedet enim tres longas brevis. [413] Sed & *ſpondeus iambo* recte præponitur: *Armis fui*. [414] Tum *ſpondeus* & *bacchius*; [415] ſic enim fiet ultimus *dochmius*: [416] *Iiſdem in armis fui*. Ex iis, quæ ſupra probavi, apparet, *moloſſon* quoque clauſulæ

399. *Pes erit, non numerus.*] An & quid ſit diſcriminis pedem inter & numerum, ſuperioribus in notis declaravimus. CAPPER.

400. *Poteſt tamen vel unus eſſe dichoreus.*] Aperte hic Fabius *dichoreum*, pro *ditrochæo* ponit, & *choreum* pro *trochæo*. Cum *Pæon*, quem aptum initius putant, ex prima longa, & tribus brevibus, hoc eſt *trochæo* & *pyrrhichio* conſtet. REGIUS. *Dichoreus* ſuaviſſime *periodum* terminat, dum non ſæpius uſurpetur. Itaque Cicero reprehendit Aſianos oratores, quod fere clauſulas hoc pede finirent: conſtat autem duobus *trochæis*; ut, *comprobare*. TURNEB.

401. *Quem aptum.*] Videnda, quæ Cicero *Orat.* 64. dicit; & facit cum Cicerone & Quinctiliano Demetrius Phalereus pag. mihi 29. ALMEL.

402. *Alios omnes.*] In diviſione numerorum æqualem poſuit numerum, *duplicem*, & *ſeſquiplum*, quem dixit *pæonem*, cujus eſt *proportio duarum ad tria*, ut ſit *exceſſus unitatis*. Igitur quicumque pedes exceſſum habent unitatis, in diverſa tamen (ſed ejuſdem generis) proportione, ad *pæonem* referuntur; ſive ſit proportio *ſeſquitertia*, ſive *ſeſquiquarta*: qualis eſt, *Romanus ſum*. Proportio eſt enim quatuor ad tria in unitatis exceſſu. TURNEB. *Alii omnes*; marg. Baſil. Gallæus volebat *alii autem omnes*.

403. *Eſt & dochmius, qui fit ex bacchio & iambo & cretico ſtabilis.*] Niſi a ſe ipſo diſſentit Fabius, mendis non vacat hic locus; *dochimum* namque ſuperius ex Ciceronis ſenſu in quinque demum ſyllabas excurrere affirmavit; nunc eumdem ex *bacchio* & *iambo* & *cretico* ait conſtare: quod ſi recipiamus, in octo ſyllabas aperte excurret; nam & *bacchius* & *creticus* triſyllabi ſunt pedes, *iambus* vero ex duobus conſtat ſyllabis. Quare ne Fabius ſibi ipſi videatur contrarius, aut illud & *cretico* tollendum; conſtat enim *bacchio* & *iambo* ſolis *dochimus*: aut *vel* particula, & *iambo* ablativus iterum ſcribendi videntur, ut in quibuſdam legitur exemplaribus, hoc modo: *vel iambo & cretico*. REGIUS. Cicero quoque *dochimum* aptiſſimum putat eſſe clauſulis: vetat tamen ne continuetur, propterea quod nimis notabilem efficit numerum. TURNEB. *Fit ex bacchio & iambo & cretico ſtabilis*; Locat. Raphaël Regius & Turnebianus interpres pro τῷ *dochimus* debuiſſent τὸ *dochmius* ſcribere, ut ſuperioribus in notis oſtendi: utrum autem hic error ipſis, an ipſorum exſcriptoribus attribuendus ſit, jam non vacat perpendere. CAPPER.

404. *Uſus in eodem ſemper per ſe habet.*] Hæc ultima verba mihi non percipiuntur; indigere enim aſteriſco videntur: niſi *moram* pro illis *in eodem*, ut in quibuſdam ſcriptum exemplaribus, legamus. REGIUS. *In eodem ſemper*; V. C. Alm. *in mediam ſemper præ ſe habet*; Voſſ. ſec.

405. *Præcedet eum cretico.*] *S* litera adſcripta, *creticos* legendum aperte exemplo, quod ſubjicitur ex Miloniana, patet; *criminis* enim *creticus* eſt; *cauſſa* vero *ſpondeus*. REGIUS.

406. *De quo ego nihil dicam.*] *De qua*, Cicero pro Cœlio. 13.

407. *Mollius, ſi tribrachys præcedat, facultates, temeritates.*] Quidam priori exemplo moti, quia nihil *tribracho* convenit, totum hoc præceptum depravarunt, legentes *moloſſus tribrachum præcedat*: quod ſane flagitium eſt perquam grande. Nam neque eo modo exemplum congruit præceptioni, & Fabius de pedibus duobus uno verbo comprehenſis nunc loquitur. Quare exemplum illud *facultates*, in haud diſſimile verbum *facilitates* mihi commutandum videtur; nam *facilitates* dictio, & *tribrachum* comprehendit & *ſpondeum*, quemadmodum *temeritates*. REGIUS. *facultates*; Voſſ. ſec.

408. *Eſt enim quoddam medium ipſa diviſione in verborum.*] *In* præpoſitio in locum ſuum referenda videtur, ut *ipſa in diviſione* legatur. REGIUS. *Eſt e. quoddam ipſa diviſione verborum*; Voſſ. ſec. *eſt enim quoddam ab ipſa diviſione*; Ald. unde vero illud *medium* habeat Regius neſcio, cum nuſquam repererim.

409. *In pentametri medio.*] *Spondeus*, qui in tertia ſede *pentametri* ponitur, fieri debet ex dictionis fine & initio alterius: alioqui male connexus erit verſus. Sic etiam connecti interdum debent pedes, reſque efficitur longe mollior. TURNEB. Pentametrum alii aliter metiuntur, ſcilicet per duo *hemiſtichia* cum duabus cæſuris, ut vocant; ſed res eodem recidit. CAPPER.

410. *Alterius verbi in fine, alterius in initio.*] *In* præpoſitio eradenda videtur; *conſtat* enim verbum, ablativo citra *in* præpoſitionem jungitur. REGIUS. *In* habent MS. Bodl. Andr. Locat. *alterius vi verbi in fine, alterius in initio*; Ald. marg. Baſil.

411. *Muliere.*] Cicero pro Cœl. cap. 13. ubi *ſed etiam nota*.

412. *Iambus quoque, qui eſt utroque ſyllaba minor.*] In vetuſto codice ſic legitur: *Iambus quoque qui eſt in utriſque, ſed illis minor*; nam ultimæ ſyllabæ, *anapæſti* & *cretici* faciunt *iambum*. TURNEB.

413. *Sed ſpondeus.*] *Et* copula mihi adſcribenda videtur hoc modo: *Sed & ſpondeus*. REGIUS. *ſed ſpondeus*; Voſſ. ſec. Locat.

414. *Tum ſpondeus & Bacchius.*] In vetuſtis legitur: *tamen & bacchius*; videturque ſincerior eſſe lectio, quia (ut antea docuit) *bacchius* præpoſitus *iambo* efficit *dochimum*: hanc tamen lectionem repoſuit Raphael. TURNEB. Qui *dochmium* dicere debuiſſet, ut jam ſupra notavimus. CAPPER.

415. *Sic enim fiet ultimus.*] *In* præpoſitio adſcribenda eſt, ut *in ultimis* legatur. REGIUS. *In ultimis*; Ald.

416. *Iiſdem in armis fui.*] *Iiſdem* ablativus, & præpoſitio *in* in ſequens exemplum mihi transferenda videntur; *armis* namque *ſpondeus* eſt, *fui* iambus: *iiſdem* autem *in armis* exemplum videtur eſſe præcepti ſequentis; *ſpondeus* eſt enim cum *bacchio* & *iambo*: in ultimis autem duobus verbis *armis fui*, eſt *dochimus*. REGIUS. *Iiſdem in armis fui*; Voſſ. ſec. Andr. Ald. Baſil. Par. Gryph. Colin. Vidov. *iiſdem armis fui*; V. C. Alm. *in armis fui*; Oxon. Obrecht. *armis fui*; Vaſcoſ. Steph. Roign. In ſuperioribus Raphaëlis Regii verbis pro τῷ *Dochimus* oportebat ſcribere *Dochmius*, ut non ſemel obſervavi. CAPPER. *In armis fui.*] *Iiſdem in armis fui*; Baſil. Vaſcoſ. Steph. Gryph. Colin. Vidov. Leid. Oxon. Obrecht. eſt ſumptum ex Cicerone pro Ligar. cap. 3.

convenire, dum habeat ex quocumque pede ante ſe brevem: *Illud ſcimus, ubicumque ſunt, eſſe* [417] *pro nobis.* Minus gravis erit *ſpondeus*, [418] præcedente *pyrrhichio*; ut, [419] *Judicii Juniani*; [420] & adhuc pejus priore *pæone*; ut, [421] *Brute, dubitavi*: niſi potius hoc eſſe [422] velimus *dactylum* & *bacchium*. [423] Duo *ſpondei* non fere conjungi patiuntur: quæ in verſu quoque [424] notabilis clauſula eſt, niſi cum id fieri poteſt ex tribus quaſi membris: [425] *Cur de perfugis noſtris copias comparat is contra nos?* [426] una ſyllaba, duabus, una. [427] Ne *dactylus* quidem *ſpondeo* bene præponitur, quia finem verſus damnamus in fine orationis. *Bacchius* & cludit, & ſibi jungitur: [428] *Venenum timeres.* [429] Vitat *choreum*, *ſpondeum* autem amat; ut, non *Venena timeres*; ſed, *Virus timeres.* Contrarius quoque qui eſt, cludet, niſi ſi ultimam longam eſſe volumus; optimeque habebit ante ſe *moloſſon*; ut: *Et* [430] *ſpinis reſperſum*; aut *bacchium*: *Quod hic poteſt, nos poſſemus.* Sed [431] verius erit cludere *choreum* præcedenti *ſpondeo*. Nam hic potius eſt *numerus*: *Nos poſſemus*; &: *Romanus ſum.* [432] Cludet & *dichoreus*, ſi [433] pes idem ſibi ipſi jungetur, quo Aſiani ſunt uſi plurimum. Cujus exemplum Cicero ponit: *Patris dictum ſapiens temeritas filii comprobavit.* [434] Accipiet ante ſe *choreus* & *pyrrhichium*: *Omnes prope cives virtute, gloria, dignitate ſuperabat.* Cludet & *dactylus*, [435] niſi cum obſervatio ultimæ *creticum* facit; ut: [436] *Muliercula nixus in litore.* [437] Habebit ante bene *creticum* & *iambum*, *ſpondeum male*, pejus *choreum*. Cludit *amphibrachys*: *Q. Ligarium in Africa fuiſſe*; ſi non [438] cum malumus eſſe *bacchium*. Non optimus eſt *trochæus*, ſi ultima eſt brevis: quod certe ſit neceſſe eſt: [439] alioqui quomodo cludet, qui placet pleriſque, *dichoreus?* Illa obſervatione ex *trochæo* [440] fit *anapæſtus*. Idem *trochæus* præcedente longa fit *pæon*; quale eſt: *Si potero*; &: *Dixit hoc Cicero: Obſtat invidia.* [441] Sed hoc initiis dederunt. Cludit & *pyrrhichius choreo* præcedente; [442] nam

417. *Pro nobis.*] *Pro vobis*; Voſſ. ſec.

418. *Præcedente ſe pyrrhichio.*] *Se* pronomen, ut otioſum & incongrue appoſitum, videtur oblinendum, ne more imperiti vulgi Fabius loqui videatur, hoc pronomine *ſui* ſemper fere abutentis. REGIUS. *Præcedente ſe*; Voſſ. ſec. Locat.

419. *Judicii Juniani.*] Haudquaquam ſatis quadrare videtur exemplum; etenim claudi videtur periodus *choreo* & *ſpondeo*, non *pyrrhichio*: niſi forte Fabius exiſtimavit primam in *Juniano* brevem eſſe. TURNEB. Hæc porro verba *judicii Juniani* leguntur in Ciceronis oratione pro Cluentio, & ab ipſo ſtatim initio. CAPPER.

420. *Et ad hoc.*] *O* in *u* mutato, *adhuc* legendum eſt. REGIUS.

421. *Brute dubitavi.*] In *Orator.* cap. I.

422. *Velimus.*] *Volumus*; Voſſ. ſec.

423. *Duo ſpondei.*] *Diſpondeus* in verſu notabilem facit *rhythmum*; ut: *& coſtam longo ſubducimus Apennino*: unde vitandus eſt in proſa: a Cicerone tamen probatur; efficit enim gravem orationem, & eo *numero* Cicero prodit frequenter uſum eſſe Craſſum. TURNEB.

424. *Nobis clauſula eſt.*] Caſtigate in quibuſdam exemplaribus *notabilis* legitur. REGIUS.

425. *Cur de perfugis.*] Locus eſt ex oratione Craſſi, qui citatur a Cicerone in *Oratore* cap. 66. ubi legitur *comparant*, non, *comparatis*: ſed ita emendavit Badius propter ſequentia. TURNEB. *Cur de profugis*; Locat. Ald. Colin. Gryph. Vidov.

426. *Una ſyllaba, duabus, una.*] Hæc verba mihi non percipiuntur, ſuperflueque adſcripta videntur. REGIUS. Recte Aſcenſius explicat clauſulam *is contra nos*, conſtare una ſyllaba *is*, deinde duabus, *contra*, & iterum una *nos*. Vide & Victor. Var. Lect. IV. cap. I. *comparant* tamen Voſſ. ſec. *comparatis*; Gryph. Colin. Vidov. Leid. Oxon.

427. *Ne dactylus quidem.*] Cum *dactylus* præponitur *ſpondeo*, fit *hexametri* finis: tamen Cicero non vitavit aliquando hunc *numerum*; ut pro Rabirio: *perpetienda fuerunt.* TURNEB.

428. *Venenum timeres.*] *Timere*; Voſſ. ſec.

429. *Vel choreum & ſpondeum ante amat, ut venenum timeres.*] Aut aliquid verborum deeſt huic loco, aut illa duo verba, *vel choreum*, ſunt ſupervacua; neque enim in hoc exemplo *choreus bacchium* antecedit: *ſe* etiam pronomen mihi adſcribendum videtur hoc modo: *Et ſpondeum ante ſe amat.* REGIUS. *Choreus* præponi non poteſt *bacchio* in clauſula periodi, propterea quod incideret clauſula in finem verſus *hexametri*; nam *choreus* & *bacchius* efficiunt *dactylum* & *ſpondeum.* TURNEB. *Vel choreum & ſpondeum ante amat, ut venenum timeres*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. (qui aſteriſcum ante *venenum* poſuit) marg. Baſil. correxit vero Aſcenſius, ut nunc legitur: in Alm. vero & Voſſ. ſec. cod. deeſt *ſed virus timeres.*

430. *Cibis reſperſum.*] Hoc exemplum mihi non videtur integrum eſſe; neque enim in illis duobus verbis inſunt *moloſſus* ac *palimbacchius.* REGIUS. *Cibis reſperſum*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. qui aſteriſco notavit. Badius *& ſpinis* vel *verrucis reſperſum* volebat.

431. *Verius erit.*] Id eſt, magis ex arte, unde ſupra Demoſthenis *dicta vera*, id eſt, *ex arte* interpretati ſumus; & legimus *vera*, non *ſevera.* ASCENS.

432. *Cludet & dichoreus.*] *Dichoreus* duplex eſt *choreus*, quo pede nihil eſſe poteſt numeroſius: exemplum, quod citat Fabius, eſt ex oratione Carbonis. Scribit autem Cicero *Orat.* 63. ita placuiſſe populo hujuſmodi numerum, ut, audita hac periodo, ſuſtulerit ingentem clamorem. TURNEBUS.

433. *Pes idem ſibi ipſi jungetur.*] Unius hic particulæ defectu ita ſenſus obſcuratur, ut integre non percipiatur; qui hac conditionali particula *ſi* adſcripta maxime perſpicuus reddetur hoc modo: *Si pes idem ſibi ipſi jungetur.* REGIUS. *Pes idem ſibi i. j.* Locat.

434. *Accipiet ante ſe choreum & pyrrhichium.*] Aperte eo exemplo, quod infertur, colligitur, ſenſum expoſcere, ut *choreus* legatur, non *choreum*, hoc modo: *Accipiet ante ſe choreus & pyrrhichium*; nam illud ultimum verbum *ſuperabat*, & *pyrrhichio* conſtat & *choreo.* REGIUS. *Accipiet ante ſe choreum & pyrrhichium*; Ald. Baſil. Ad clauſulam, quam Fabius hic indicat, pertinet etiam decantatum illud *videatur*, quod *pyrrhichium* & *choreum* continet. CAPPER.

435. *Niſi cum.*] *Niſi cum*; Obrecht.

436. *Muliercula.*] Cicero v. Verr. 33.

437. *Habebit ante, &c.*] Idcirco *dactylus* ante ſe non admittit *ſpondeum* & *choreum*, quia ita efficeretur particula verſus. TURNEB.

438. *Cum maluimus.*] *I* vocali expuncta, *malumus* eſt legendum: hinc autem manifeſtum apparet, *bacchium* ex Fabii quoque ſententia ex brevi & duabus longis conſtare, ut ſupra diximus. REGIUS.

439. *Alioqui quomodo cludet.*] *Trochæus* tres habet breves: propter celeritatem igitur non bene conſiſtit: quod ſi dixeris ultimam eſſe longam, hac ratione nunquam reperietur *dichoreus* in fine periodi, cujus ultimam ſyllabam eſſe brevem neceſſe eſt. TURNEB.

440. *Sit anapæſtus.*] *S* litera in *f* mutata, *fit* eſt legendum. REGIUS.

441. *Sed hoc initiis.*] *Sed hæc*, manus viri docti & Gryph. edit.

442. *Nam ſi pæon eſt.*] *C* litera adſcripta, *ſic* mihi videtur eſſe legendum; ex *choreo* namque & *pyrrhichio* efficitur *pæon* primus, qui maxime initiis convenit. REGIUS. *Si pæon eſt*; Locat.

ſic *pæon* eſt. [443] Omnes ii, qui in breves excidunt, minus erunt ſtabiles: nec alibi fere ſatis apti, quam ubi curſus orationis exigitur, & clauſulis non [444] interſiſtitur. *Creticus* eſt initiis optimus: [445] *Quod precatus a diis immortalibus* [446] *ſum*; & clauſulis: [447] *In conſpectu populi Romani vomere poſtridie.* Apparet vero quam bene cum præcedant, vel *anapæſtus*, vel ille, qui videtur [448] fini aptior, *pæon.* [449] Sed & ſe ipſe ſequitur: [450] *Servare quam plurimos.* [451] Sic melius, quam choreo præcedente: [452] *Quis non turpe duceret?* ſi ultima brevis [453] pro longa ſit. [454] Sed fingamus ſic: [455] *Non turpe, duceret.* Sed hic eſt illud inane, quod dixi. Paululum enim moræ damus inter ultimum atque proximum verbum, & *turpe* illud intervallo quodam producimus: alioqui ſit exſultantiſſimum, & trimetri finis: *Quis non turpe duceret?* [456] Sicut illud, *Ore ſpiritum excipere liceret*, ſi jungas, laſcivi carminis eſt: ſed interpunctis quibuſdam & tribus quaſi initiis, fit plenum auctoritatis. Nec ego, cum præcedentes pedes poſui, legem dedi, ne alii eſſent: ſed quid fere accideret, [457] quod in præſentia videretur optimum, oſtendi. Et quidem optime eſt ſibi junctus *anapæſtus*, ut qui ſit *pentametri* finis [458] vel *rhythmus*, [459] qui nomen ab eo traxit: [460] *Nam ubi libido dominatur, innocentiæ leve præſidium eſt.* Nam *ſynalœphe* facit, [461] ut ultimæ ſyllabæ pro una ſonent. [462] Mollior fiet præcedente *ſpondeo* vel *bacchio*; ut ſi mutes idem: *leve innocentiæ præſidium eſt.* [463] Non me capit (ut a magnis viris diſſentiam) *pæon*, qui eſt ex tribus brevibus & longa. Nam [464] eſt ipſe una plus brevi *anapæſto*, *facilitas* & *agilitas*. Quod quid ita placuerit his, non video; niſi quod illum fere probaverint, quibus loquendi magis, quam orandi ſtudium fuit. Nam & ante ſe brevibus gaudet *pyrrhichio* & [465] *choreo*; *mea facilitas*, *noſtra facilitas.* [466] At præcedente *ſpondeo* tum plane finis eſt *trimetri*; cum ſit [467] per ſe quoque ei contrarius. Principiis merito laudatur. Nam & primam ſtabilem, & tres celeres habet: tamen hoc quoque meliores alios puto. Totus vero hic locus non ideo tractatur a nobis, ut oratio, quæ ferri debet ac fluere, [468] dimetiendis pedibus ac perpendendis ſyllabis conſeneſcat. [469] Nam id tum miſeri, tum in minimis occupati eſt. Neque enim, qui ſe totum in hac cura conſumpſerit, potioribus vacabit: ſi quidem, relicto rerum pondere, ac nitore contempto, [470] *teſſerulas* (ut

443. *Omnes ii.*] *Sed omnes hi qui*: V. C. Alm.

444. *Interſiſtitur.*] *Inſiſtitur*: Steph. Roign.

445. *Quod deprecatus.*] In Oratione pro Muræna cap. 1. unde ſumptum videtur hoc exemplum, recte quidem *quæ* legitur, corrupte vero *deprecatus*; *de* enim expuncto, *precatus* eſt legendum, ut primus pes ſit *creticus*. REGIUS. *Quod deprecatus*; Locat. *quæ deprecatus ſum* apud Ciceronem editur.

446. *Sum & clauſulas.*] *Sum* verbum eradatur, & *a* in *i* converſa *clauſulis* legatur. REGIUS. *Sum & clauſula*: Locat.

447. *In conſpectu.*] Philipp. 11. 25.

448. *Fine aptior.*] E in *i* converſa, *fini* legatur. REGIUS. *Fine*; Voſſ. ſec.

449. *Sed & ſe ipſe.*] *Sicut & ſe ipſe*; Voſſ. ſec.

450. *Servare quam plurimos.*] Pro Ligario cap. ult. ſed ibi *conſervare* legitur.

451. *Sis melius*] *T* litera in *c* mutata, *ſic* mihi legendum videtur. REGIUS. *Sit*; Voſſ. ſec.

452. *Quis non turpe.*] Philipp. 11. 25.

453. *Pro longa.*] *Pe longa ſit*; Locat. Ald. *ſi ultima brevis pro longa ſit*: Gryph. Vidov. Colon. qui in marg. *ſi ultima brevis, penultima longa ſit*; ut & marg. Vidov.

454. *Sed fingamus ſic.*] Diſtinctio, quæ aliquam efficit moram, attribuit dictioni aliquid temporis vacantis, ut antea dixit, ex eo, quod inſequitur; efficitque ne *rhythmus* videatur poëticus; nam ſi continuaretur pronunciatio, videretur eſſe finis *ſenarii*. TURNEB.

455. *Sic, non turpe, duceret.*] *Si non turpe duceret*; Voſſ. ſecund.

456. *Sicut illo ore excipere.*] Pro *illo* legendum eſt *illud*: deeſſe vero hic *ſpiritum* facile eſt ex v. in Verr. cap. 45. videre. *Ore*, inquit, *ſpiritum excipere liceret.* REGIUS. *Sicus illud ore excipere l.* MSS. Alm. Voſſ. ſec apud Cicer. eſt *extremum ſpiritum ore excipere ſibi liceret.*

457. *Quod ne præſentia.*] Recte in quibuſdam exemplaribus *in præſentia* legitur. REGIUS.

458. *Vel rhythmus.*] Per *rhythmum anapæſticum* ſignificare videtur carmen *anapæſticum monometrum*, quod conſtat duobus *anapæſtis*. TURNEB.

459. *Quod nomen ab eo tranſit.*] Depravatus hic locus ſic videtur poſſe emendari, ut *qui* legatur, non *quod*, & *traxit*, loco illius, *tranſit*, hoc modo: *qui nomen ab eo traxit*. REGIUS. *Quod nomen ab eo tranſit*; Voſſ ſec. Locat. *qui nomen ab eo tranſit*: V. C. Alm. Unde poſſet erui alia lectio hujus modi: *cui nomen ab eo tranſit*: quæ mihi quidem non parum habere probabilitatis videtur. CAPPER.

460. *Nam ubi libido.*] Ex Craſſo laudat Cicer. *Orat.* 65

461. *Ut ultimæ ſyllabæ.*] *Ita enim ſynalœphe facit, ut duæ ultimæ*: Obrecht.

462. *Melior fiet.*] Recte *mollior* in quibuſdam legitur exemplaribus. REGIUS. *Melior*: MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Steph Roign.

463. *Non me capit.*] Refragatur hic Fabius Ariſtoteli, Theodecti, & Theophraſto; illi enim ſummopere *pæona* probant, quem non putat tantopere laudandum; atque hic opinionem Ciceronis ſequitur. REGIUS.

464. *Eſt ipſa una*] Pro *ipſa* mihi videtur legendum *ipſe*. REGIUS. *Nam eſt & ipſa*; Voſſ. ſec. *eſt & ipſe*: Baſil. Obrecht.

465. *Choreos mea facilitas.*] *Mea vel noſtra facilitas*: Par. Colin. Vidov.

466. *At præcedente ſpondeo tamen.*] Loco illius *tamen*, *tum* mihi legendum videtur, & *e* litera in *s* mutata, *at* legendum. REGIUS. *At & tamen*: V. C. Alm.

467. *Per ſe.*] *Pæon.* DAN. Gallæus ita diſtinguebat: *finis eſt trimetri*; *cum ſit per ſe quoque. Ei contrarius, principiis merito laudatur*: (quod dimidium eſt hexametrum) *nam, &c.*

468. *Dimetiendis.*] *Demetiendis*; Locat. Ald Gryph.

469. *Nam id tum miſeri in minimis.*] *Tum* conjunctio duplicari triplicarique in oratione ſolet, non autem ſola poni, niſi cum *tunc* ſignificat: quare hic iterum adſcribatur, hoc modo: *Nam id tum miſeri, tum in minimis occupati eſt*. REGIUS. *Nam id cum miſeri, tum in*; V. C. Alm. Vidov. Obrecht.

470. *Teſſerulas ſtruet, & vermiculate in ſe lexeis committet.*] In III. *de Oratore* libro cap. 43 Cicero hoc idem Lucilii dictum refert his verbis: *Quam lepide ſyntheſis, compoſitæ ut teſſerulæ omnes arte pavimento ac emblemate vermiculato.* *Inter* autem pro illa *in* præpoſitione, & *committet* videtur eſſe legendum. REGIUS. Alludit ad hos Lucilii verſus: *Quam lepide lexes compoſtæ, ut teſſerulæ omnes arte pavimento atque emblemate vermiculato.* Appellat autem *teſſerulas*, lapillos quadratos apte formatos, quibus ſtruuntur pavimenta. quæ dicuntur *teſſellata*. *Vermiculatum* autem appellamus opus, quod conſtat minutis quidem, ſed variis formis, repræſentatque diverſas ſpecies. TURNEB. Laudat &

ait Lucilius) ſtruet, & *vermiculate* inter ſe *lexeis* committet. Nonne ergo refrigeretur [471] ſic calor, & impetus pereat, ut equorum [472] curſum qui dirigit, minuit; & paſſus qui æquat, curſum frangit? [473] quaſi *numeri* non fuerint in *compoſitione* deprehenſi; ſicut poëma nemo dubitaverit [474] imperito quodam initio fuſum, & aurium menſura, & ſimiliter decurrentium ſpatiorum obſervatione eſſe generatum; mox in eo repertos pedes. Satis igitur in hoc nos [475] componit multa ſcribendi exercitatio, ut ex tempore etiam ſimilia fundamus. Neque vero [476] tam ſint intuendi pedes, quam univerſa [477] comprehenſio; ut verſum facientes totum illum decurſum, non ſex vel [478] quinque partes, ex quibus conſtat verſus, aſpiciunt. Ante enim carmen ortum eſt, quam obſervatio carminis. [479] Indeque illud:

Verſibu', quos olim [480] Fauni vateſque canebant.

Ergo quem in poëmate locum habet [481] verſificatio, eum in oratione *compoſitio*. Optime autem de illa judicant aures, [482] quæ & plena ſentiunt, & parum expleta deſiderant, & fragoſis offenduntur, & [483] lenibus mulcentur, & contortis excitantur, & ſtabilia probant, clauda deprehendunt, redundantia & nimia faſtidiunt. Ideoque docti rationem componendi intelligunt, etiam [484] indocti voluptatem. [485] Quædam vero arte tradi non poſſunt. [486] Mutandus eſt caſus, ſi durius is, quo cœperamus, feratur. Num, [487] in quem tranſeamus ex quo, præcipi poteſt? [488] Figuræ laboranti etiam *compoſitioni* variatæ ſæpe ſuccurrunt. Quæ? cum orationis, [489] tum etiam ſententiæ. [490] Num præſcriptum ejus rei ullum eſt? Occaſionibus utendum, [491] & cum re præſenti deliberan-

Cicero in *Orat.* cap. 44. *in ſe lexes committet*; Voſſ. ſec. Locat.

471. *Si calor & impetus pereat.*] Aut *e* litera adſcripta *ſic* legatur; aut certe illud *ſi*, ut ſenſum confundens, eradatur. REGIUS. *Si*: Voſſ. ſec. Locat. marg. Baſil.

472. *Curſum delicati minutibus paſſibus frangunt.*] Qui aut *minutis*, aut *minutioribus* non videt eſſe legendum, Quinctiliano fruſtra ſtudet. REGIUS. Quemadmodum equiſones, cum equos efficere volunt gradarios, aut tolutarios, ex compoſitione greſſus celeritatem eorum inhibent; ſic inhibetur celeritas orationis. TURNEB. *Ut equorum impetum qui dirigit minuit, & paſſus, quo æquat curſum frangit*; Ald. *ut equorum curſum, qui dirigit minuit, & paſſus, qui æquat, curſum frangit*; Baſil. Gryph. Vaſcoſ. Steph. Colin. Vidov. *ut equorum curſum, qui dirigit minutis paſſibus, frangat*; Obrecht.

473. *Quaſi non fuerint in compoſitione.*] Aliquid huic ſenſui deeſſe videtur, & fortaſſe *numeri* nominativus eſt adſcribendus hoc modo: *Quaſi numeri non fuerint in compoſitione deprehenſi.* REGIUS. Non debet eſſe tam diligens *numerorum* obſervatio, quia etiam ante *numerorum* obſervationem numeroſa fuit compoſitio. TURNEB. Deeſt *numeri* in Locat. *quaſi vero numeri non*; Gryph. Baſil.

474. *Perito quodam initio.*] Scribe *imperito*, de quo vide Ciceronem in *Orat.* PHILAND. In vetuſtis codicibus legitur, *perito*: Cælius tamen Rhodiginus in lectionibus antiquis lib. VII. cap. 4. *imperito* legendum putat, ex Ariſtotele. Nam Ariſt. ſcribit. poëſini initium habuiſſe ab imitatione, cujus initium fuerit rude. TURNEB. *Perito quodam*: Voſſ. ſec. Locat. Ald.

475. *Componit.*] *Componet*: & mox *multum*: Obrecht. *in hoc componet*; Voſſ. ſec.

476. *Tam ſint intuendi.*] *Sunt*; manus viri docti in Gryph. edit. & ita malebat Rollinus.

477. *Comprehenſio.*] Pedum comprehenſio eſt ipſe ῥυθμός, *numerus*: ſic paulo poſt: *duplex obſervatio; altera, quæ ad pedes refertur; altera, quæ ad comprehenſiones, quæ efficiuntur ex pedibus.* CAPPER.

478. *Quinque partes.*] *Quinque pedes*: marg. Baſil. Vaſc. & Steph.

479. *Ideoque illud.*] Non *ideoque*, ſed *indeque* mihi legendum videtur: eſt autem Ennii *hemiſtichion*, ut ait in *Oratore* Cicero. REGIUS. *Ideoque*; V. C. Alm. Locat. *ideo*; Voſſ. ſec.

480. *Fauni vateſque canebant.*] Hoc verſu Ennius ſignificare volebat, ſe primum apud Latinos apte carmen condidiſſe, quaſi priores poëtæ uterentur verſibus impolitis & incomptis: cujuſcemodi olim citra obſervationem a Faunis reddebantur in oraculis. TURNEB. *Verſibus, quos olim Fauni vateſque canebant*; Vaſc. & Steph. Colin. Vide Merul. ad Enn. pag. 77.

481. *Verſificatio.*] *Verſificatio* eſt obſervatio legis & pedum in carmine: unde *verſificatores* appellantur, qui carmina condunt ex lege, etſi tamen non tam apte, ut poëtæ vocari debeant; nam poëta neſcio quid auguſtius habet. TURNEB.

482. *Quæ poëma ſentiunt.*] *Et* copula adſcribenda eſt: non autem *poëma*, ſed *plena* mihi ſenſus exigere videtur, quamvis *poëma* legatur. REGIUS. *Quæ plena ſentiunt*: Voſſ. ſec. & mox *p. expleta conſiderant.*

483. *Levibus mulcentur.*] *U* litera in *n* converſa, *lenibus* legatur. REGIUS.

484. *Indocti voluptatem.*] *Etiam indocti*: MSS. Alm. Voſſ. ſec. marg. Baſil. *& indocti*: Baſil. Steph. Colin. Vidov. *indocti etiam*; Locat.

485. *Quædam vero arte.*] Hoc paulo fuſius Cicero lib. II. de *Orat.* cap. 16. *Neque eſt omnino ars ulla, in qua omnia, quæ illa arte effici poſſunt, a doctore tradantur: ſed qui primarum & certarum rerum genera ipſa didicerunt, reliqua perſequuntur.* ALMELOV.

486. *Mutandus eſt caſus.*] Sic quidem recte legi, ne admonerem quidem, niſi a quibuſdam, parum Fabii acumina intelligentibus, *imitandus* legeretur. REGIUS. Sic Fabius antea præcepit mutandos eſſe nonnunquam caſus, numeros, figuras: qui locus cum hoc conferri debet. TURNEB.

487. *In quem tranſeamus.*] *Tranſeam*: Voſſ. ſec.

488. *Figuræ laboranti & compoſitioni variata ſæpe ſuccurrunt.*] Niſi corrigatur hoc depravatum præceptum, nihil integri ſenſus percipi poteſt. Facilius autem eſt aſteriſco illuſtrare, quam ullam ſine verborum immutatione correctionem adhibere. Forſitan autem recte legeretur, ſi illa *&* copula, & illud *quæ* relativum expungerentur, atque *e* vocali adſcripta, *variatæ* legeretur, hoc modo: *Figuræ laboranti compoſitioni variatæ ſæpe ſuccurrunt.* REGIUS. *Figuræ l. etiam compoſitione variatæ ſ. ſ.* Baſil. Gryph. Vidov. In vulgata lectione concurſus ille ſimilium, ut videri poſſet, caſuum, mihi Fabii elegantiæ & perſpicuitati convenire non videtur: quare legerem: *Figuræ etiam, compoſitione variata, laboranti ſæpe ſuccurrunt. Laboranti*, ſcilicet oratori, qui quærit numeroſam orationem, & de ea laborat; vel *figuræ laborantibus etiam, compoſitione variata, ſæpe ſuccurrent.* Quid ſit *laborare*, vide ad Petron. cap. CXV. BURMAN.

489. *Quæ? cum.*] Alii *tum quæ.*

490. *Num ſcriptum ejus rei nullum eſt.*] *Præ* ſyllaba eſt adſcribenda, ut *præſcriptum*: ac *n* litera expungenda, ut *ullum* legatur. REGIUS. *Num ſcriptum ejus rei nullum eſt*; Voſſ. ſecund. *nam præſcriptum ejus rei nullum eſt*; Andr. Locat. Obrechtus ita conſtituit totum locum: *Quæ cum orationis ſint, tum etiam ſententiæ, num præſcriptum ejus rei ullum eſt?* alios legere, *nec præſcriptum ejus rei ullum eſt*, notavit Editor Leidenſis: forte excidit vox *aliud* & legendum: *Quæ? cum orationis, tum ſententiæ; nam præſcriptum ejus rei nullum aliud eſt.* Rogantem inducit Fabius, quænam figuræ ſuccurrere poſſint? reſpondet generatim omnes, & orationis & ſententiæ: non vero ad ſpecies deſcendit, an hac vel illa figura ſit utendum, quia hoc præſcribi non poteſt, ſed occaſionibus utendum eſt: nullum aliud ergo eſt præſcriptum, niſi omnibus figuris, pro re nata, eſſe utendum; ut *compoſitio* numeroſa efficiatur. BURMAN.

491. *Et cum re præſenti.*] *Et* non habet Voſſ. ſec.

dum. [492] Enimvero ſpatia ipſa, quæ [493] in hac quidem parte plurimum valent, [494] quod poſſint, niſi aurium, habere judicium? Cur alia paucioribus verbis ſatis plena, vel nimium, alia pluribus brevia & abſciſſa ſunt? [495] Cur in circumductionibus, etiam cum ſenſus finitus eſt, aliquid tamen loci [496] vacare videtur? [497] *Neminem veſtrum ignorare arbitror, judices, hunc per hoſce dies ſermonem vulgi, atque hanc opinionem populi Romani fuiſſe.* Cur *hoſce* potius, quam *hos?* Neque enim erat aſperum. Rationem fortaſſe non reddam, ſentiam eſſe melius. Cur non ſatis ſit, *ſermonem vulgi fuiſſe? Compoſitio* enim patiebatur. Ignorabam; ſed ita, ut audio, hoc animus accipit plenum ſine hac geminatione [498] non eſſe. [499] Ad ſenſum igitur referenda ſunt. [500] Nequeas ſatis forte quid ſeverum, quid jucundum ſit, intelligere: [501] facias quidem natura duce melius, quam arte: ſed [502] naturæ ipſi ars inerit. [503] Illud prorſus oratoris, ſcire ubi quoque genere *compoſitionis* ſit utendum. Ea duplex obſervatio; altera, quæ ad pedes refertur; altera, quæ ad [504] comprehenſiones, quæ efficiuntur ex pedibus. Et de his prius. Diximus igitur eſſe *inciſa, membra, circuitus.* [505] *Inciſum* (quantum [506] mea fert opinio) erit ſenſus [507] non expleto *numero* concluſus: pleriſque pars membri. Tale eſt enim, quo Cicero utitur: [508] *Domus tibi deerat? at habebas: pecunia ſuperabat? at egebas.* [509] Fiunt autem etiam ſingulis verbis *inciſa*; ut: *Diximus, teſtes dare volumus. Inciſum* eſt, *diximus.* [510] *Membrum* autem eſt ſenſus *numeris* concluſus, ſed a toto corpore abruptus, & per ſe nihil efficiens. [511] Id enim, *O callidos homines!* perfectum eſt: at remotum a cæteris, vim non habet; ut per ſe manus, & pes, & [512] caput, & os: &, *O rem excogitatam! ô ingenia metuenda!* Quando ergo incipit corpus eſſe? cum venit extrema concluſio: [513] *Quem, quæſo, noſtrum fefellit, id vos ita eſſe*

492. *Enimvero ſpatia.*] *Spatia* appellat in *periodis*, ipſius decurſus intervallum ab initio ad finem: ſolet autem illud intervallum aliquando aures implere, ac tum optima eſt *periodus.* TURNEB.

493. *In hac quidem parte plurimum.*] *In hac quidem plurimum*; Voſſ. ſec.

494. *Quod poſſunt.*] *Quod poſſint*; Voſſ. ſec. Obrecht.

495. *Cur in circumductionibus.*] Hac de cauſſa Fabius antea præcipiebat, ut quædam etiam adjicerentur, dum non otioſa eſſent; nam interdum bene terminatur ſenſus, male tamen *compoſitio*, propterea quod aures aliquid deſiderant plenius. TURNEBUS. De hujuſmodi circumductionibus infra ſic loquitur: *Genera ejus* [periodi] *duo ſunt: alterum ſimplex, cum ſenſus unius longiore ambitu circumducitur:* unde patet circumductionem eſſe quoddam periodi genus. Et certe paulo poſt initium hujus capitis ita ſcripſit Fabius: *περίοδον, quæ eſt vel ambitus, vel circumductum, &c.* non eſt igitur omnino confundenda Fabii circumductio cum Hermogenis περιβολῇ, quæ pars eſt, vel ſpecies τοῦ μεγέθους, illius dicendi formæ [ſtylum vulgo vocant] quam reliqui Rhetores amplam, uberem, copioſam (τὸ ἁδρὸν) ſolent appellare. Legeſis Hermogenem *περὶ ἰδεῶν, de variis dicendi formis*, lib. 1. cap. 11. CAPPER.

496. *Vacare videtur.*] *Videatur*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Steph. Colin. Vidov.

497. *Neminem veſtrum.*] Lib. v. in Verr. cap. 1.

498. *Non eſſe.*] *Non eſſe ſenſum: igitur referenda ſunt*; Voſſ. ſecund.

499. *Ad cenſum igitur referenda ſunt, ne quis ſatis, &c.*] Ingenue fateor, neque percipio, neque corrigere hunc locum ſcio. REGIUS.

500. *Nequeas ſatis.*] *Ne quis*; MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Colon. Par. Gryph. Vidov. *ne quis ſatis fore putet*; Colin. *nequeat quis ſatis forte*; Obrecht.

501. *Facias quidem.*] *Faciat*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Obrecht. *ſciant*; marg. Vidov.

502. *Natura ipſi ars.*] *Naturis ipſis ars*; Locat. Ald.

503. *Illud prorſus.*] Varianda eſt ſæpenumero *compoſitio*; nunc enim dicendum eſt *caſim*, nunc *membratim*, nunc perfecta *periodo*: præterea aliis atque aliis *numeris* & pedibus eſt utendum. Eſt igitur artificis, poſſe *compoſitionem* cum decoro accommodare rebus. TURNEB. *Illud prorſus oratori ſcire utile*; Andr. ſed nihil muta. Ita lib. v. cap. 13. *Eſt tamen interim Oratoris, efficere, &c.* BURMAN.

504. *Comprehenſiones.*] Hujuſmodi comprehenſiones ſunt *ῥυθμοὶ, numeri*: ſic paulo ſupra: *Neque vero tam ſint intuendi pedes, quam univerſa comprehenſio.* Et ſane, ut alibi notabam, *ὁ ῥυθμὸς, numerus*, eſt proprie certus quidam pedum commenſus, *συμμετρία.* CAPPER.

505. *Inciſum (quantum, &c.*] *Inciſum* a *membro* apud Fabium hoc differt, quia *inciſum* numerum non explet, quem explet *membrum.* Aquila Romanus aliter, ut antea diximus. TURNEB. Aquilæ Romani locus, ad quem reſpicit interpres Turnebianus, exſtat in Rhetorib. Pithœan. pag. 16. Vide quæ notata ſunt paulo poſt initium hujus capitis ad illa Fabii verba: *Eſt oratio alia vincta, ſoluta alia, &c.* CAPPER.

506. *Mea refert opinio erit ſenſu n. e. n. concluſum.*] *Re* ſyllaba eraſa, *fert*; &, *s* litera adſcripta, *ſenſus*, & *concluſus*, *m* litera in *s* mutata, vel refragantibus exemplaribus, mihi legendum videtur. REGIUS. *Refert*; Locat.

507. *Non expleto numero.*] Nam, ut conſtat ex Cicerone 3.° *de Orat.* 193. & ex Fabio *numerus, ὁ ῥυθμὸς*, maxime ſpectatur in clauſula periodi & periodicorum membrorum. *Ipſa*, inquit Tullius 3.° *de Orat.* 191. *membra ſunt numeris vincienda*: igitur, qui occurrit in *inciſis, τοῖς κόμμασι, numerus*, is non eſt expletus nec perfectus, ſed inchoatus tantum. CAPPER.

508. *Domus tibi.*] In *Orator.* cap. 67. Quæ verba deſumpta ſunt ex oratione pro Scauro. Vide Ciceron. fragmenta. CAPPER.

509. *Fiunt ſingulis verbis inciſa.*] Idem docet Rhetor Herennianus lib. iv. ubi de *membris* & *articulis*: nam *articulos* vocat *τὰ inciſa.* CAPPER.

510. *Membrum eſt ſenſus membris concluſus.*] Quamvis ſic legatur, mihi tamen hæc definitio depravata videtur. Neque enim quidquam per ſe ipſum, ſed per diverſa ſolet explicari: quare pro *membris*, licet exemplaria refragentur, *numeris* exiſtimo eſſe legendum, hoc modo: *membrum eſt ſenſus numeris concluſus.* REGIUS. *Membris concluſus*; Voſſ. ſec. Locat.

511. *Ideo callidos.*] Corrupte ſic legitur: corrigendum autem hoc modo, ut loco illius dictionis *ideo*, tria hæc verba reponantur, *id enim, o*: ut legamus: *id enim, o callidos homines, perfectum eſt.* REGIUS. *Ideo*; Voſſ. ſec. hæc exempla ex 11. *Orat.* pro Cornelio ſunt, & in *Orator.* cap. 67. adducuntur. Vide Ciceron. fragmenta.

512. *Caput & omne excogitatum.*] *Os*, non *omne* in quibuſdam legitur exemplaribus, & recte quidem, ut mihi videtur. REGIUS. *Et os eſt excogitatum*; Ald. Baſil. *& os excogitatum*; Locat. Regii lectionem MSS. auctoritate innixam ſecuti ſumus: quæ autem in editionib. Lugduno-Batav. & Burmann. Italico erant excuſa charactere, Romano curavimus excudenda; nam verba ſunt Fabii, qui dictum ſuum allato exemplo confirmat, hoc modo: ut manus & pes, &c. per ſe nihil efficerent, ſi a toto corpore abſtraherentur; ſic periodicum membrum, &c. CAPPER.

513. *Quem quaſi noſtrum.*] Cum in Oratione pro Cornelio, non *quaſi*, ſed *quæſo* legatur, nimium temerarii quidam eſſe convincuntur, qui ita depravent, ut pro illo *quaſi*, non *quæſo*, ſed *quemque* legant & exponant. REGIUS. *Quaſi*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Ald.

factūros? Quam [514] Cicero breviſſimam putat. Itaque fere *inciſa* & *membra* mixta ſunt, & concluſionem utique deſiderant. *Periodo* plurima nomina dat Cicero, [515] *ambitum, circuitum, comprehenſionem,* [516] *continuationem, circumſcriptionem.* [517] Genera ejus duo ſunt; alterum ſimplex, cum ſenſus unus longiore ambitu circumducitur; [518] alterum, quod conſtat *membris* & *inciſis*, quæ plures ſenſus habent: [519] *Aderat janitor carceris, & carnifex prætoris*, & reliqua. [520] Habet *periodus* [521] *membra* minimum duo. Medius numerus [522] videtur quatuor: ſed recipit frequenter & plura. [523] Modus ei a Cicerone aut quatuor ſenariis verſibus, aut ipſius ſpiritus modo terminatur. Præſtare debet, ut ſenſum concludat; [524] ſit aperta, ut intelligi poſſit; non immodica, ut memoria contineri. [525] *Membrum* [526] longius juſto, tardum; brevius, inſtabile eſt. [527] Ubicumque acriter erit & inſtanter pugnaciterque dicendum, [528] *membratim cæſimque* dicemus. Nam hoc in oratione plurimum valet: [529] adeoque rebus accommodanda *compoſitio*, ut aſperis aſperos etiam *numeros* adhiberi oporteat, & cum dicente æque audientem inhorreſcere. [530] *Membratim* plerumque narrabimus, aut ipſas *periodos* majoribus intervallis, & [531] velut laxioribus nodis reſolvemus: exceptis quæ non docen-

514. *Cicero.*] *Orator.* cap. 61.

515. *Ambitum.*] Quia ſimilis viis rotundis, & quæ ambitum faciunt: ita vocatam *periodum* dicit Demet. Phaler. *de Elocut.* §. XI. ALMELOV.

516. *Continuationem.*] Hoc etiam nomine periodum appellat is, qui Rhetoricam ſcripſit ad Herennium. CAPPER.

517. *Genera ejus duo ſunt.*] Alter *periodus* eſt, quæ perpetua continuatione decurrit; & quanquam habet membra, tamen in illis non inſiſtit: altera eſt *periodus*, membris diſtincta, & in illis interſiſtens. TURNEB. Hæc Fabii ſententia pugnantes veterum etiam Rhetorum opiniones de μονοκώλῳ, *unimembri* periodo, poſſet in concordiam revocare. Ariſtoteles quidem lib. III. Rhetoric cap. 9. ſimplices & μονοκώλους periodos admittit. Περίοδος, inquit, ἡ μὲν ἐν κώλοις, ἡ δὲ ἀφελής· ἀφελῆ δὲ λέγω τὴν μονόκωλον; hoc eſt: *Periodus altera in membris conſiſtit, altera ſimplex eſt: ſimplicem dico, quæ unicum habeat membrum.* Philoſopho adſtipulantur multi Rhetores. Demetrius vulgo Phalereus de *Elocut.* num. 17. Γίνονται καὶ τρίκωλοί τινες καὶ μονόκωλοι, ἃς καλοῦσιν ἁπλᾶς περιόδους: *Fiunt & trimembres quædam & unimembres, quas vocant ſimplices periodos.* Archidemus apud eumdem Demetrium num. 34. Κῶλόν ἐστιν ἤτοι ἁπλῆ περίοδος, ἢ συνθέτου περιόδου μέρος: *Membrum eſt vel ſimplex periodus, vel compoſitæ periodi pars.* Hermogenes lib. IV. de *Invent.* cap. 3. Γίνεται δὲ καὶ μονόκωλος περίοδος.... ἡ γὰρ μονόκωλος ἐκείνη: *Fit etiam unius membri periodus.... nam unimembris illa*, &c. His conſentit Voſſius *Inſtit. Orator.* lib. IV. cap. 3. num 5. Cicero autem ſimplices unimembreſque periodos reſpuit; nam ſuo in *Oratore* cap. 21. ſic habet: *Extrema ſequitur comprehenſio* (id eſt, interprete Fabio, periodus,) *ſed ex duobus membris: qua non poteſt eſſe brevior.* Hinc ipſe Quinctilianus paulo poſt: *habet periodus membra minimum duo.* Idem docet Aquila Romanus in Rhetorib. Pithœan. pag. 17. iis verbis: *Conſtat ambitus* [hoc eſt, periodus] *ex duobus membris, ex tribus membris, ex quatuor interdum: etſi nonnulli ex uno membro ambitum putant poſſe compleri, quam μονόκωλον περίοδον appellant. Ego autem non video, quemadmodum περίοδος cognominetur, & non potius colum, ſive membrum, ſi unum ſit.* Eamdem ſententiam tuetur Beatus Auguſtinus, qui de Rhetoricis præceptionibus ita loquitur lib. IV. de Doctrina Chriſtiana cap. I. *& didici, & docui.* Jam vero de natura periodi ſic habet ibidem cap. 7. *Primus* (ſubauditur *circuitus*, quo nomine periodum ſignificat) *minimus: hic eſt bimembris: minus enim, quam duo membra circuitus περίοδοι habere non poſſunt.* Sed diſſenſionem hujuſmodi facile mollire poterit is, qui duplex periodi genus cum Fabio noſtro diſtinguet. CAPPER.

518. *Altera quæ conſtat membris inciſis.*] *Et* copula in quibuſdam exemplaribus caſtigate eſt adſcripta, hoc modo: *membris & inciſis.* REGIUS. *Et* deeſt in MSS. Vall. Voſſ. ſec. ſed unde Regius *altera quæ* habeat, neſcio. BURMAN. Hic Fabii locus a Diomede laudatur pag. 462. veterum Grammatic. Putſch. ſed cum aliqua verborum diverſitate, hunc in modum: *Alterum, quod conſtat ex membris & inciſis, quod plures ſenſus habet*, &c. ſed noſtram lectionem τῇ Diomedeæ præſtare arbitror. CAPPER.

519. *Aderat janitor.*] Cicero V. Verrin. 45. ubi deeſt copula *&*, & legitur *janitor carnifex.* Vide Hottoman.

520. *Habet periodus membra minimum duo.*] Tamen a Græcis ponitur periodus *monocolos*, quæ uno dumtaxat conſtat *membro.* Eam Fabius non putat eſſe *periodum*, ſed *membrum* dumtaxat. TURNEB. *Habet periodos*; Locat. Ald. & plerique alii. De μονοκώλῳ Græcorum periodo vide quæ ſupra notavimus ad illa Fabii verba: *Genera ejus duo ſunt: alterum ſimplex: alterum, quod conſtat membris*, &c. de hoc poſteriori periodorum genere Quinctiliani locum intelliges. Recte vero notat Melanchthon in Rhetorica, periodos hujuſmodi particulis quibuſdam, ſeu conjunctionibus συλλογιστικαῖς, rationalibus, *ideo, idcirco*; αἰτιολογικαῖς, cauſalibus, *quoniam, quandoquidem*; relativis, comparativis, adverſativis, & copulativis confici: omnium exempla recenſet lib. II. Rhetorices. CAPPER.

521. *Membra minime duo.*] Non *minime*, quod eſt negandi adverbium; ſed *minimum*, quod eſt ſuperlativum, mihi videtur eſſe legendum, ut *ad minimum* intelligatur, quemadmodum elegantius *ſummum*, quam *ad ſummum* dicitur. Quidam tamen *e* in *a* mutantes, *minima* putant eſſe legendum; ſed non minus *minima* a ſenſu, quam *minime*, abhorrere mihi videtur. REGIUS. Vide ſupra ad lib. V. cap. 10.

522. *Videtur quatuor.*] *Videntur quatuor*; Locat. Ald.

523. *Modus ejus a Cicerone, &c. terminatus.*] *S* litera in *r* converſa, *terminatur* contenderim eſſe legendum, ibique diſtinguendum. In *Oratore* cap. 66. autem Cicero ait *periodon* quatuor hexametris verſibus conſtare. REGIUS. *Modus eis*; Gryph. Vidov. *modus ei*: MS. Alm. Voſſ. ſec. Steph. Leid. Oxon. Obrecht. *terminatus*: Voſſ. ſecund. Ald.

524. *Sic aperta.*] *C* litera in *r* mutata, *ſit* mihi legendum videtur: *ſic*: Voſſ. ſec. Locat.

525. *Membrum juſto longius.*] Vide, quid de longitudine & brevitate *membri* præcipiat Demetr. Phaler. pag. 5. ALMELOV.

526. *Longius tardum, brevium ſtabile.*] *M* litera in *s* converſa *brevius* legendum eſſe, facile quidem eſt videre. REGIUS. *Brevium*: Locat. *juſto* omittunt præterea Ald. Colin. *ſtabile* habent etiam Voſſ. ſecund. Locat. Ald. marg. Baſil.

527. *Ubicumque acriter.*] Aliquando, omiſſa comprehenſione, *colis* dumtaxat utimur & *commatibus*: quod facere debemus, ubi opus eſt acrimonia, quoniam illa cæſa & membra toties feriunt auditorem. TURNEB. *Acriter, inſtanter, pugnaciter dicendum*: Obrecht.

528. *Membratim cæſimque.*] Vide Demetrium Phalereum pag. 6. quibus adde quæ habet, pag. 21. §. 27. ALMELOV.

529. *Adeoque rebus accommodata.*] Ita quidem legitur; ſed ſi *accommodanda* legeretur, magis & ſenſui, & iis, quæ ſequuntur, conveniret. REGIUS. *Accommodata*: Voſſ. ſec. Locat. *alioqui rebus accommodanda*; marg. Baſil. & quædam editiones.

530. *Membratim plerumque.*] Narrationes forenſes & civiles *membra* potius deſiderant, quam *periodos*, aut certe *periodos* ſimiles *membris*: non enim debet eſſe in eis tam numeroſa *comprehenſio*, ne judex artem intelligat: narrationes tamen, quæ fiunt ad ornatum & amplificationem, numeroſas admittunt *comprehenſiones.* TURNEB. In cujus annotatione τὸ *comprehenſiones* deſignat ipſas *periodos*, idque habito reſpectu ad Tullianos loquendi modos; nam, ut Fabius mox obſervabat: *Periodo plurima nomina dat Cicero: ambitum, circuitum, comprehenſionem, continuationem, circumſcriptionem.* CAPPER.

531. *Velut laxioribus nodis.*] Pro *nodis* legendum eſſe

di gratia, ſed ornandi narrantur; ut in Verrem Proſerpinæ raptus. [532] Hæc enim lenis & fluens contextus decet. *Periodus* apta *procœmiis* majorum *cauſſarum*, ubi ſolicitudine, commendatione, miſeratione res eget. Item *communibus locis*, & in omni amplificatione: [533] ſed poſcitur tum auſtera, ſi accuſes; tum fuſa, ſi laudes. Multum & in *epilogis* pollet. [534] Totum autem adhibendum eſt, [535] quo ſit amplius *compoſitionis* genus, cum judex non ſolum rem tenet, ſed etiam captus eſt oratione, & ſe credit actori, & voluptate jam ducitur. [536] Hiſtoria non tam finitos *numeros*, [537] quam orbem quemdam [538] contextumque deſiderat. Namque omnia ejus membra connexa [539] ſunt, quoniam lubrica eſt, ac fluit; ut homines, qui manibus invicem apprehenſis gradum firmant, continent & continentur. [540] *Demonſtrativum* genus omne fuſiores habet liberioreſque *numeros*. *Judiciale* & *concionale*, ut materia varium eſt, ſic etiam ipſa collocatione verborum. Ubi jam nobis [541] pars ex duabus (quas modo fecimus) ſecunda tractanda eſt. [542] Nam quis dubitat alia lenius, alia concitatius, alia ſublimius, [543] alia pugnacius, [544] alia gravius eſſe dicenda? Gravibus, ſublimibus, ornatis longas magis ſyllabas convenire? [545] Ita ut lenia ſpatium, ſublimia & [546] ornata claritatem quoque vocum poſcant potius, quam [547] his contraria. [548] Magis laudarem brevibus argumenta, [549] partitiones, [550] jocos, & quidquid eſt [551] ſermoni magis ſimile. Itaque componemus *procœmium* varie, atque ut ſenſus ejus poſtulabit. Neque enim acceſſerim Celſo, qui unam quamdam huic parti formam dedit; & optimam compoſitionem eſſe *procœmii*, ut apud Aſinium, dixit: *Si, Cæſar, ex omnibus mortalibus, qui ſint, ac fuerint, poſſet huic cauſſæ diſceptator legi, non quiſquam te potius optandus nobis fuit.* Non quia negem [552] hoc bene eſſe compoſitum, ſed quia legem hanc eſſe componendi

nodis, facile recte intuenti patet. REGIUS. *Modis;* Voſſ. ſec. Gallæus autem hæc non pertinere huc putabat, & legebat: *membratim plerumque narrabimus, exceptis quæ non docendi*, &c. forte hæc apte ſubjungi poſſent præcedentibus: *Membratim cæſimque dicemus, aut ipſas periodos majoribus intervallis, & velut laxioribus nodis reſolvemus.* Nam *hoc*, &c. BURMAN.

532. *Hic enim.*] *Hæc* potius, quam *hic* mihi legendum videtur. REGIUS. *Hic;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Vall. & Locat. quod cur mutaverint omnes, Raphaelem ſecuti, neſcio; *hic* enim eſt *hac in parte orationis.* BURMAN. At ſcire potuiſſet Burmannus, cur omnes Raphaelem Regium ſecuti ſint, & τὸ *hic* in τὸ *hæc* mutaverint; cum enim agatur de iis, quæ, ut ipſius Quinctiliani verbis utar, non docendi gratia, ſed ornandi, narrantur, proclive fuit Raphaëli Regio, cæteriſque deinceps editoribus, ut legerent *hæc*, quæ videlicet non docendi gratia, &c. CAPPER.

533. *Sed poſcit tum.*] Paſſive *poſcitur* mihi legendum videtur. REGIUS. *Poſcit;* cod. Vall. & Voſſ. ſecund. Locatel.

534. *Totum autem, &c.*] Ex Cicerone (*Orat.* cap. 62.) videtur hic eſſe ſenſus; tum maxime utendum eſſe periodo numeroſa, cum judex captus eſt oratione, quia tum non intelligit artem, ſed voluptate delinitus ſponte ſequitur dicentem. TURNEB.

535. *Quo ſit amplius.*] *Quod;* Voſſ. ſec. Locat. Ald.

536. *Hiſtoria non tam.*] Cicero tribuit hiſtoriæ genus quoddam orationis tractum & profluens; nec enim hiſtorica periodus *membris* exæquatur & *cæſis*, ut oratoria. TURNEB. Dividit etiam periodum Demetrius Phalereus in Hiſtoricam, Oratoriam, & Dialogicam. *Hiſtorica* eſt, quæ neque circumacta, neque remiſſa vehementer, ut non oratoria videatur: *Oratoriæ* vero periodi contorta forma & circularis, quæ egeat rotundo ore & manu, quæ una cum *numero* circumagatur: *Dialogica* vero, quæ remiſſa & ſimplicior hiſtorica, & vix oſtendit, quod ſit periodus. ALMEL.

537. *Quam obicem quemdam.*] Quo nam pacto *obicem* deſideret hiſtoria, quæ vel ex Fabii ſententia leniter fluere debet, non video: quare non *obicem*, ſed *orbem quemdam* recte quidam legere mihi videntur; ita namque inter ſe connexa eſſe debet hiſtoriæ compoſitio, ut orbem quemdam efficere videatur. REGIUS. Omittunt nonnulli *quemdam*.

538. *Contextum ..... membra connexa.*] Hæc eſt oratio, ſeu elocutio, quam Ariſtoteles lib. III. Rhetoric. cap. 9. vocat εἰρομένην λέξιν, & opponit τῇ κατεστραμμένῃ [quaſi *contorta*] quæ periodica eſt. CAPPER.

539. *Et quoniam lubrica.*] *Et* copula, ut ſupervacua, videtur eradenda. REGIUS. *Et;* Voſſ. ſec. Locat.

540. *Demonſtrativum.*] Genus *demonſtrativum* magna ex parte comparatur ad oſtentationem ingenii, neque in eo ars occultatur: igitur illic apertiores ſunt *numeri*. TURNEB.

541. *Pars ex duabus ſecunda tractanda eſt.*] Hæc ſecunda pars ipſam pedum comprehenſionem, ſive univerſam orationis compoſitionem continet; quæ enim ad pedes ſingillatim conſideratos attinent, ea ſatis jam explicata ſunt: hic igitur locus ad ſuperiorem illam diviſionem refertur, quam Fabius ita propoſuerat: *Illud prorſus oratoris, ſcire ubi quoque genere compoſitionis ſit utendum. Ea duplex obſervatio; altera, quæ ad pedes refertur; altera, quæ ad comprehenſiones, quæ efficiuntur ex pedibus.* CAPPER.

542. *Nam quis dubitat.*] *Nam non dubitatur;* Vall. lib.

543. *Alia pugnacius.*] *Alia pugnantius;* marg. Baſil.

544. *Alia gravius eſſe dicenda.*] *Alia gratius, alia gravius;* Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Vidov. *alia gracilius, alia gravius;* Colin. quæ lectio minime abſurda videri poſſet.

545. *Ita ut lenia ſpatium.*] *Spatium* (ut antea) videtur appellare intervallum a principio ad finem periodi: niſi forte melius ſic accipiamus ſpatium ſyllabarum, & tempus, quod efficit lenitatem: ſed illo ſpatio non ſunt contenta ſublimia, niſi etiam habeant claritatem vocum. TURNEB.

546. *Ornata claritatem quoque vocum.*] *Ornata claritatem quoque vocalium poſcant, his, &c.* Locat. *claritatem vocis* Rollinus malebat: ſed hic non de voce oratoris, ſed de vocibus ſive verbis, quæ clara & ſonantia eſſe debent, agitur; ut mox *ſpatioſa & clara voces* dicuntur, & contra *minus exclamantes*. BURMAN.

547. *His contraria magis laudarem.*] Hic duo verba, quæ in quibuſdam adſcripta ſunt exemplaribus, deſunt; ſic enim ibi legitur: *potius quam his contraria.* Sed ne ſic quidem verus percipitur ſenſus: quare aſteriſco hic quoque locus illuſtrandus videtur. REGIUS. Rollinus corrigit *donarem brevibus argumenta:* quod quam Latinum & elegans ſit, ipſe viderit. BURMAN.

548. *Magis laudarem brevibus argumenta.*] Hoc intelligendum eſt de argumentis, quæ deſiderant dumtaxat ſubtilitatem; nam quædam ſunt de rebus graviſſimis, quæ aliud genus dicendi deſiderant. TURNEB. Cæterum τὸ *brevibus* ita explicandum videtur, quaſi ſcriptum eſſet: *ex brevibus ſyllabis, ob ſyllabas breves*, &c. *ſi fierent ex brevibus*, &c. CAPPER.

549. *Partitiones.*] *Partitionem;* Voſſ. ſec.

550. *Jocos.*] *Locos;* MSS. Voſſ. ſec. Colb. Gryph. Vidov.

551. *Sermoni.*] Τὸ *ſermo* ſignificat hic orationem ſimplicem, mere naturalem, minime rhetoricam, &c. Nam τὸ *ſermo*, ſi Poëticæ locutioni opponatur, proſam deſignat; ſi rhetoricæ orationi, elocutionem ſimplicem, & colloquio familiari congruam. CAPPER.

552. *Hoc haud bene eſſe.*] *Haud* adverbium, cum a ſenſu non admittatur, prorſus eſt eradendum. REGIUS. *Haud;* Locat. Ald. *hoc bene compoſitum;* Obrecht.

in omnibus principiis recuſem. Nam judicis animus varie præparatur: tum miſerabiles eſſe volumus, tum modeſti, tum acres, tum graves, [553] tum blandi, tum flectere, tum ad diligentiam hortari. Hæc, ut ſunt diverſa natura, diſſimilem componendi quoque rationem deſiderant. An ſimilibus Cicero uſus eſt *numeris* in *exordio* pro Milone, pro Cluentio, pro Ligario? *Narratio* fere tardiores, atque, ut ſic dixerim, modeſtiores deſiderat pedes, & [554] nominibus maxime mixtos. Nam & verbis ut ſæpius preſſa eſt, ita interim inſurgit: ſed docere & infigere animis res ſemper cupit: quod minime feſtinantium opus eſt. Ac mihi videtur tota *narratio* conſtare longioribus *membris*, brevioribus *periodis*. [555] Argumenta acria [556] & citata pedibus quoque ad hanc naturam accommodatis utentur, [557] non tamen ita ut [558] *trochæis*, quæ celeria quidem, ſed ſine viribus ſunt. [559] Verum quamvis ſint brevibus longiſque mixta, non tamen plures longas, quam breves habentia. [560] Illa ſublimia ſpatioſas claraſque [561] voces habent, amant [562] amplitudinem *dactyli* quoque, ac *pæonis*, etiamſi majori ex parte ſyllabis brevibus, temporibus tamen ſatis pleni. [563] Aſpera contra [564] *iambis* maxime concitantur; non ſolum [565] quod ſint e duabus modo ſyllabis, eoque frequentiorem quaſi pulſum habent, quæ res lenitati contraria eſt; ſed etiam quod [566] omnibus partibus inſurgunt, & a brevibus in longas nituntur & creſcunt: ideoque meliores *choreis*, qui a longis in breves cadunt. Summiſſa, qualia in *epilogis*, [567] lentas & ipſa & minus exclamantes exigunt. [568] Vult eſſe Celſus aliquam & [569] ſuperiorem *compoſitionem*, quam ſiquidem ſciremus, doceremus: ſed ſit, neceſſe eſt, tarda & ſupina. Verum niſi ex verbis atque ſententiis [570] per ſeſe id quæritur, ſatis odioſa eſſe non poterit. [571] Denique, ut ſemel finiam, ſic fere componendum, quo modo pronuntiandum erit. [572] An non in *procemiis* plerumque ſummiſſi (niſi cum in accuſatione concitandus eſt judex, aut aliqua [573] indignatione complendus) in *narratione* pleni atque expreſſi, in argumentis citati, atque ipſo etiam motu celeres ſumus? ut [574] in *locis* ac deſcriptionibus fuſi ac fluentes, in *epilogis*

553. *Tum blandi, tum flectere.*] *Tum blanditiis flectere*; Voſſ. ſec. Andr.

554. *Nominibus maxime.*] *Omibus*; V. C. Alm. Gallæus conjiciebat, *& non brevibus maxime mixtos*: ex *non brevibus*, *non vrebibus* factum credebat, & inde *nomenibus*, & hinc demum *nominibus*. BURMAN.

555. *Argumenta acria.*] Argumenta vehementia debent habere breves ſyllabas, ut currant; longas, ut inſurgant: alioqui, ſi breves eſſent dumtaxat ſyllabæ, celeritas eſſet ſine viribus. TURNEB.

556. *Et citata.*] *Et excitata*; Baſil. ſed in marg. *citata*.

557. *Nondum enim ita ut trochæus.*] Depravatum hunc quidem locum eſſe, facile eſt videre; ſed emendare difficile, niſi aliquid verborum tollatur: quare donec integrum aliquod exemplar inveniatur, aſteriſco hic quoque ſenſus illuminetur. REGIUS. *Nondum enim ita ut trochæis*; Locat. Ald. *nondum ita ut*; Voſſ. ſec. forte legendum *dum non ita*; (ſcilicet *citatis*) *ut trochæis*. BURMAN.

558. *Trochæis.*] *Trochæus* hic, ut ſupra, *Tribrachyn* denotat: qui vero nobis eſt hodie *trochæus*, a Fabio *choreus* dicitur. CAPPER.

559. *Verum quamvis, &c. habentia.*] Hæc pro inſititiis iterum habet Gallæus; vel ſaltem ſupra, *qui celeres*, & hic *mixti* volebat legi, ut ad *pedes* referantur. BURMAN.

560. *Illa ſublimia.*] Merito ſublimibus accommodat *dactylum*; hunc enim pedem amplum & magnificum appellat Ariſtoteles, nuncupatque *heroum*. TURNEB. *Sublimia ſpatioſas.*] *Sublimia quæ ſpatioſas*; manus viri docti in Gryph. Edit.

561. *Voces habent.*] *Avent* vel *havent* conjiciebat Gallæus. Rollinus in ſuperiorioribus malebat *breves habeant*, & hic *habentia*: quo minime opus eſſe puto.

562. *Amplitudinem dactyli.*] *Amplitudinem. Dactyli quoque ac pæones*; Baſil. Gryph. Colon. Vidov. qui *paanes*. Locat. etiam & Ald. diſtinctionem habent, ſed *pæonis*. BURMAN.

563. *Aſpera contra iambus maxime concitatus.*] Vitioſe quoque ſic legitur, neque percipitur, niſi quorumdam verborum immutatione corrigatur: *u* autem vocali in *i* converſa, *iambis* mihi legendum videtur, & *concitantur* pro illo participio *concitatus*, hoc modo: *Aſpera contra iambis maxime concitantur*; ſic enim & apertus eſt ſenſus, &, quæ ſequuntur, conveniunt cum prioribus. REGIUS. *Aſpera contra. Iambus maxime concitatus*; Voſſ. ſec. & ſine diſtinctione Locat.

564. *Iambis.*] *Iambus* aptus eſt maledictis: convenit igitur rebus aſperis: adde quod, cum diſſyllabus ſit, frequentes habet percuſſiones. Præterea a brevi ſurgit in longam, magiſque ferit. TURNEB.

565. *Quod ſint e duobus.*] *Quod ſunt* emendatum Vallæ manu videbatur, teſte Gallæo: & hoc videtur requirere *inſurgunt* & *creſcunt*. BURMAN.

566. *Omnibus pedibus inſurgunt.*] Quomodo *iambi* omnibus pedibus inſurgant, non video: pro *pedibus* autem *partibus* fortaſſe recte legeretur. REGIUS. *Pedibus*; MSS. Bodl. Bal. Alm. Voſſ. ſec. Andr. Locat. Colin.

567. *Lentas & minus exclamantes.*] Supple, *voces*, idque ex præcedentibus, ubi legitur: *ſublimia ſpatioſas claraſque voces habent*. CAPPER.

568. *Vult eſſe Celſus.*] Videtur Celſus poſuiſſe quamdam compoſitionem exaggeratam & gravem, quam *ſuperiorem* appellavit, quod opinaretur optimam: eam damnat Fabius, quod ſit nimis tarda. TURNEB.

569. *Superiorem compoſitionem, quam ſcire nos doceremus, &c.*] Hujus quoque loci non percipitur ſenſus; quia mendis non vacat, quæ facile tollerentur, ſi opus Celſi de oratoria facultate exſtaret: cum vero non inveniatur, aſteriſco hic quoque locus notetur; neque enim probatur eorum correctio, qui putant *ſupiniorem* eſſe legendum, cum ſenſus minime conveniat. REGIUS. *Sed ſit neceſſe*; V. C. Alm. *quam quidem ſcire nos doceremus, ſed ſit*; Locat. Ald. marg. Steph. *ſed ſi neceſſe*; Steph. BURMAN. Si conjecturis indulgere liceret aut luberet, legerem: *ſed ſi neceſſe eſt, addam & ſupinam*; quæ videlicet τῇ *ſuperiori* a Celſo inductæ opponeretur. CAPPER.

570. *Per ſe ſi id quæritur ſ. o. eſſe non poterit.*] Ut hic ſenſus percipi poſſit, illa *ſi* conjunctio eradenda videtur, aut certe in *ſe* pronomen convertenda, ac *non* negandi adverbium iterum eſt adſcribendum, hoc modo: *Verum niſi ex verbis atque ſententiis per ſeſe id quæritur, ſatis otioſa non eſſe non poterit.* REGIUS. *Per ſe ſi id*; Voſſ. ſec. Locat.

571. *Denique, ut ſemel finiam.*] Ex ſimilitudine pronunciationis docet variandam eſſe *compoſitionem*, rebuſque accommodandam: affert præterea alias ſimilitudines, ut idem doceat. TURNEB.

572. *At enim non in procemiis plerumque ſummis: niſi.*] *T* litera in *n* converſa, *an* videtur eſſe legendum, ac *enim* particula eradenda, nec non, *ſi* ſyllaba adſcripta, *ſummiſſi* ſcribendum mihi videtur. REGIUS.

573. *Indignatione complendus.*] *Compellendus*; Obrecht.

574. *In locis.*] Id eſt, *in locis communibus* non quidem argumentorum, ſed *theſeon*, vel potius amplificationum & invectivarum; in avaros verbi gratia, in proditores, in homicidas, &c. Vide quæ alibi notavimus de vario ſignificatu τ̃ *loci communis*. CAPPER.

plerumque

plerumque dejecti & infracti? [575] Atqui corporis quoque motui ſua quædam tempora, & [576] ad ſigna pedum non minus ſaltationi, quam modulationibus adhibet, muſica ratio *numeros*. Quid? [577] non vox & actus accommodatur naturæ ipſarum, de quibus dicimus, rerum? Quo minus id mirum in pedibus orationis, cum debeant ſublimia ingredi, lenia duci, acria currere, delicata fluere. Itaque ubi eſt neceſſe, [578] affectamus etiam tumorem, [579] qui *ſpondeis* atque *iambis* maxime continetur:

> [580] *En impero Argis, ſceptra mi liquit Pelops.*

[581] At ille comicus æque ſenarius, quem *trochaïcum* vocant, [582] pluribus *choreis*, qui *trochæi* ab aliis dicuntur. *Pyrrhichius* quidem decurrit: ſed [583] quantum accipit celeritatis, tantum gravitatis amittit:

> [584] *Quid igitur faciam? non eam, ne nunc quidem?*

[585] Aſperum vero & maledicum, etiam in carmine, *iambis* graſſatur:

> [586] *Quis hoc poteſt videre, quis poteſt pati,*
> *Niſi impudicus, & vorax, [587] & aleo?*

In univerſum autem, ſi ſit neceſſe, duram potius atque aſperam compoſitionem malim eſſe, quam effeminatam & enervem, qualis apud multos: & quotidie magis [588] laſcivimus *ſyntonorum modis* ſaltitantes. Ac ne tam bona quidem ulla erit, ut debeat eſſe continua, & in eoſdem ſemper pedes ire. Nam & [589] verſificandi genus eſt, unam legem omnibus ſermonibus dare: & id [590] cum manifeſta affectatione ([591] cujus rei maxime cavenda ſuſpicio eſt) tum [592] etiam ſimilitudine tædium ac ſatietatem creat: [593] quoque eſt dulcius, magis perit: amittitque & fidem, & affectus,

575. *Atque corporis quoque motus ſua quedam, &c. ratio numerorum.*] Hic quoque locus aperte depravatus aſteriſco eſt ſignandus. REGIUS. *Ad corporis q. motus, &c. ratio numeros*; Vall. lib. *atque corporis q. m. &c. adhibetur muſica ratio numerorum*; V. C. Alm. *Atqui corporis quoque motibus, &c. ratio numeros*; Baſil. *atqui corporis quoque motui*; Gryph. Vidov. Vaſcoſ. Steph. Leid. Oxon. Obrecht. Rollin: *Corporis quoque motui.*] Motus corporis conſtat variis *numeris*, ſaltatio quoque: parem igitur varietatem in oratione ſervare debemus. Cum *ſigna pedum* dixit, aut intellexit pedum motum numeroſum in ſaltatione, aut pedum percuſſiones, quibus metimur tempora. TURNEB. Gallæus hæc verba tria *ad ſigna pedum*, ut gloſſemata, ejiciebat.

576. *Ad ſigna pedum.*] Vide quæ ſupra notavimus ad illa Fabii verba: *Tempora etiam animo metiuntur, & pedum & digitorum ictu intervalla ſignant quibuſdam notis, atque aſtimant quot breves illud ſpatium habeat.* CAPPER.

577. *Non vox ad actus.*] *Vox & actus*; Voſſ. ſec. Obr. quos ſecutus ſum, niſi ex V. C. Alm. qui habet *vox & geſtus*, aliquis vellet legere *vox & geſtus*. BURMAN.

578. *Affectamus etiam tumorem.*] *Affectamus tumorem rerum*, videtur Barthius legiſſe lib. xv. Adv. 10. & Ad Petron. cap. 1. *Affectamus etiam tumorem, ex ſpondeis atque iambis maxime, quibus continetur*; Obrecht. *etiam* ejiciebat Gallæus. BURMAN.

579. *Et ſpondeis.*] Loco illius copulæ &, *qui* adſcribatur. REGIUS. *Ex ſpondeis*; marg. Baſil.

580. *Hyperoargus.*] E Seneca, Epiſtol. 80. *En impero Argis, regna mi liquit Pelops*, legendum eſt, ne in vocabulo inaudito & monſtroſo homines poſtea obſtupeſcant. ADRIAN. TURNEB. Adv. lib. XII. cap. II. Sed *imperito* vel *imperitod Argis*. Lipſ. ad Senec. *ego impero Argis*; Obr. *ὑπέρογκος, ſceptra*; marg. Steph. & Gryph. 1585. qua voce utitur Lucian. in Timon. pag. 89. Ed. Amſt. ubi Barlæus ſupra modum tumidum & pondere gravem exponit, & de dictis capit. BURMAN. Legebatur olim *Hyperoargus ſceptra mihi liquit Pelops*: ſed veri Turnebi lectionem (e Senecæ epiſtola 80. deſumptam) veram eſſe exiſtimavi. CAPPER.

581. *At ille Comicus.*] *Trochaïcus ſenarius* non tantam habet gravitatem, quanta eſt in *tragico iambico*; cadit enim a longa in brevem. TURNEB. Locus mutilus & depravatus: forte, *at ille comicus ſeptenarius, quem trochaicum vocans, pluribus choreis, qui trochæi ab aliis dicuntur, decurrit. Pyrrichius quidem decurrit, ſed*, &c. τὸ *decurrit* prius propter poſterius a librariis ſuppreſſum eſt. GALLÆUS. *Comicus atque ſenarius*; Steph.

582. *Pluribus choreis.*] *Pluribus trochæis, qui chorei ab aliis dicuntur*; Andr. *pluribus choreis, q. t. a. a. d pyrrhichiiſque decurrit*; Obrecht. in τῷ *pluribus choreis* facile ſubaudiri poteſt τὸ *conſtat*, vel *continetur*. CAPPER.

583. *Quantum celeritatis, tantum.*] Verbum *habet*, ſenſui neceſſarium, mihi deeſſe videtur, eoque adſcribendum hoc modo: *ſed quantum celeritatis habet, tantum gravitatis amittit*: nec ignoro a quibuſdam legi *admittit*; ſed hi opinionis ſuæ viderint rationem. REGIUS. *Quantum accipit celeritatis, tantum*; V. C. Alm. *quantum celeritatis, tantum g. amittit*; Voſſ. ſec. Locat. BURMAN. Veteris cod. Almeloven. lectionem ei prætuli, quam Raphaël Regius in contextum induxerat. CAPPER.

584. *Quid igitur.*] Terent. Eunuch. I. I.

585. *Aſpere vero & male dicunt, dixis*] Quid ſibi hæc verba velint, non intelligo. REGIUS *Aſpere vero & male dictum etiam in carmine iambis craſſatur*; Baſil. *aſpera vero & male dicta etiam i. c. i. craſſatur*; Gryph. *aſpera v. e. maledicta e. i. c. graſſantur*; Vidov. Gallæus conjiciebat, *aſper vero & maledicus iambus etiam in carmine graſſatur*, vel *aſperum vero & maledicum iambus*, &c. Τραχὺ καὶ κακολόγον ὁ Ἴαμβος; ut *triſte lupus ſtabulis*. BURMAN.

586. *Quis hoc videre.*] Catul. carm. XXIX.

587. *Et aleo.*] *Et helluo*; marg. Steph.

588. *Laſcivimus ſed in tonorum modis ſaltantes.*] *Sed* particula ſenſui convenire non videtur: forſitan vero illius loco *ſcilicet* eſt reponendum; exponit enim Fabius, quo modo in dies magis laſciviatur. REGIUS. *Syntoni*, ſymphoniaci ſunt, qui inſtrumentis pulſatis harmoniamque efficientibus convenientem, modos ſuggerunt ſaltantibus: alii appellant *ſyntonos*, qui motu corporis convenienti reſpondent tonis & modulationi canentium. TURNEB. *Laſcivi ſumus*; MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Andr. Obrecht. *laſcivimus Sybaritarum modis*; Colin. Vidov. *laſcivimus, ſed in tonorum*; Locat. ſed Steph. Vidov. Vaſc. habent in margine *Sybaritarum*; inepte: *ſyntonorum* nomine cenſentur cymbala, crotala, & alia id genus, in ea muſicæ parte poſitá, quam *rhythmicam* vocarunt veteres. Hine plus æquo numeroſam compoſitionem *rhythmicè*que incedentem, quæ quaſi continua eſſet, & in eoſdem ſemper iret pedes, ſimilique, ut vocamus, *cadentia* perpetuo clauderetur, *ſyntonorum* eam *modis ſaltitare* dixiſſe Quinctilian. exiſtimat virorum doctiſſimus Salmaſius ad Vopiſc. Carin. cap. XIX. COLOMES. *Sybaritarum* primus, ut puto, Aſcenſius conjecit: *ſaltare* vero *modis ſyntonorum*, eſt ad modos, qui per varia inſtrumenta muſica præbentur, ſaltare; nam, ut apud Ovid. I. Art. am. III. *tibicen* Thuſcus præbet *modum*; ita, ſi varia inſtrumenta concinerent, *ſyntonator* dabat, ut vocatur in lapide apud Spon. Miſcel. Erudit. Antiq. pag. 234. BURMAN.

589. *Verſificandi genus eſt.*] *Modus eſt*; marg. Baſil. Gryph.

590. *Cum manifeſta affectatione.*] *Affectatio eſt*; Ald.

591. *Cui rei maxime cavenda.*] *Cujus*, non *cui*, legendum eſſe puto. REGIUS. *Cui*; Voſſ. ſec.

592. *Etiam ſimilitudine.*] *Etiam tædium ex ſimilitudine*; V. C. Alm. Ald. *tum etiam tædium ex ſimilitudine ac ſatietate creat*; Voſſ. ſec. Obrecht.

593. *Quodque eſt dulcius magis perdit atque & fidem.*] Unius verbi emendatione hujus depravatio loci corrigitur; pro

motuſque omnes, qui eſt in hac cura deprehenſus: nec poteſt ei credere, aut propter eum dolere & iraſci judex, [594] cui putat hoc vacare. [595] Ideoque vincta quædam [596] quaſi ſolvenda de induſtria ſunt; [597] illa quidem maximi laboris, ne laborata videantur. [598] Sed neque longioribus, quam oportet, *hyperbatis compoſitioni* ſerviamus, [599] ne, quæ ejus gratia fecerimus, propter eam feciſſe videamur. Et certe nullum aptum atque idoneum verbum [600] prætermittemus gratia lenitatis. Neque enim erit ullum tam difficile, quod non commode inſeri poſſit, niſi quod in evitandis ejuſmodi verbis [601] non decorem *compoſitionis* quærimus, ſed facilitatem. Non tamen mirabor, Latinos magis indulſiſſe *compoſitioni*, quam Atticos, quamvis minus in verbis [602] habeant varietatis & gratiæ. Nec vitium dixerim, ſi Cicero a Demoſthene paululum in hac parte deſcivit. Sed quæ ſit differentia noſtri Græcique ſermonis, explicabit [603] ſummus liber. *Compoſitio* (nam finem imponere egreſſo deſtinatum modum volumini feſtino) [604] debet eſſe honeſta, jucunda, varia. Ejus tres partes, [605] *ordo*, [606] *conjunctio*, [607] *numerus*. [608] *Ratio*, in adjectione, detractione, mutatione. [609] Uſus pro natura rerum, quas dicimus. [610] Cura magna, ut ſentiendi atque loquendi [611] prior ſit. Diſſimulatio curæ præcipua, ut *numeri* ſponte fluxiſſe, non arceſſiti & [612] coacti eſſe videantur.

illa namque copula *atque*, verbum *amittit*, cum illa *que* copula reponendum videtur, ut legatur *amittitque*. REGIUS. *Quoque eſt dulcius magis perdit, amittitque*; V. C. Alm. Colin. marg. Steph. Vaſcoſ. *quoque eſt dulcius, magis perdit, atque ut fidem, & affectus*; Obrecht. *quodque eſt dulcius magis perdis amittitque*; MSS. Bodl. Andr. Locat. Colon. Baſil. Gryph. Vidov. Aſcenſius *quoque* explicabat, *& quo dulcius eſt*. BURMAN.

594. *Cui putat hoc vacare.*] Cui putat ſatis eſſe ab re ſua otii, ut in conſectandis hujuſmodi *numerorum* deliciis occupetur. CAPPER.

595. *Ideoque quod intima quædam.*] Depravatus quidem hic mihi videtur locus, ac *quod* particula eſt eradenda: ſed ne ſic quidem integer ſenſus habetur: forſitan autem non *intima*, ſed *initia* recte legeremus hoc modo: *Ideoque initia quædam quaſi ſolvenda de induſtria ſunt*. REGIUS. *Ideoque quod intima quædam*; Voſſ. ſec. *ideoque initia quadam*; Ald. Par. Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *ideoque vincta*; Leid. Oxon. & alii: *ideo quoque vincta quadam*; Obr. *initia quædam*. Sæpe numero in *proœmiis* ſimplicitas eſſe debet; nam ea magis ſolet irrepere in animos auditorum. Illic igitur aut *numeri* ſunt tollendi, aut certe obſcurandi, ne eos intelligat judex. TURNEBUS.

596. *Quaſi ſolvenda.*] Id eſt, accuratis & ſeveris *numerorum* legibus liberanda ſunt; & ea præſertim, quæ maxime fuerint elaborata. CAPPER.

597. *Illa quidem maximi laboris.*] *Quædam illa maximi*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. *Et illa quidem*; Obrecht.

598. *Sed neque long.*] *Tranſgreſſionibus* uti ſolemus *numerorum* cauſſa; ſed illæ non debent eſſe prolixæ; quia ita appareret *numerus*, & affectatio. TURNEB.

599. *Neque ejus gratia fecerimus propter feciſſe.*] Eorum inſcitia, qui putant *neque* particulam ſemper in oratione geminatam eſſe ponendam, corruptus videtur hic locus: facile vero corrigitur, ſi illud *neque* iterato poſitum ita dividatur, ut *ne* conjunctio eſſe intelligatur, & *quæ* relativum nomen: *eam* quoque accuſativus librariorum negligentia omiſſus, ſine controverſia eſt adſcribendus, hoc modo: *ne quæ ejus gratia fecerimus, propter eam feciſſe videamur*: nec ignoro quoſdam ita depravare, ut loco *ejus*, *cujus* legant: ſed ipſi ſuæ rationis viderint rationem. REGIUS. *ne quæ ejus rei gratia*; V. C. Alm.

600. *Permittemus.*] *Permittemus* quidem legitur; ſed *prætermittemus* ſenſui convenire videtur, *permittemus* vero nequaquam; nec, quod in quibuſdam legitur exemplaribus, *permutemus*. REGIUS. *Permutemus*; MSS. Bodl. Bal. Voſſ. ſec. Andr.

601. *Non decorem compoſ. &c.*] Qui fieret, ſi verba illa aſpera apte collocaremus, commutata *compoſitione*: ſed commutatio forte efficeret difficultatem: igitur facilitatis cauſſa nonnunquam evitamus ea verba. TURNEB.

602. *Habent veritatis.*] Loco *veritatis*, vel repugnantibus exemplaribus, *varietatis* legendum eſſe contenderim. REGIUS. *Veritatis*; Voſſ. ſec.

603. *Summus liber.*] Ultimus liber, qui duodecimus eſt. CAPPER.

604. *Debet eſſe honeſta.*] Καλὴ, πρέπουσα, pulchra, decens, decora. Sic in Servianis Commentar. ad Virgil. ſæpe dicitur *ſermo honeſtus* pro τῷ *decorum decenſve vocabulum*. CAPPER.

605. *Ordo.*] Ut ſciamus quænam verba primum in periodis locum tenere debeant, quæ medium, quæ ultimum. CAPPER.

606. *Conjunctio.*] Ut perpendamus quæ cum quibus verba jungenda ſint: *juncturam* ſæpe dixit Fabius in hujus capitis decurſu. CAPPER.

607. *Numerus.*] Ὁ ῥυθμὸς, de quo fuſius in hoc toto capite diſſeruit. CAPPER.

608. *Ratio.* Id eſt, methodus numeroſæ verborum collocationis. CAPPER.

609. *Uſu pro natura rerum.*] Pro *uſu* ut reponatur *uſus*, exigere ſenſus videtur; ut intelligamus, uſum eſſe pro rerum, quas dicimus, qualitate. REGIUS. *Uſu*: Voſſ. ſecund. Locat. Baſil. Gryph. *pro natura res quam*; MSS. Voſſ. ſec. Colbert.

610. *Cura magna, ut ſentiendi, &c.*] Hoc eſt, magna quidem nobis cura ſit *compoſitionis* ſive verborum apte collocandorum; ſed tamen ita ut major etiam cura ſit ſententiarum [*des penſées*] & ipſarum locutionum ſeu loquendi formularum [*des expreſſions.*] CAPPER.

611. *Prior ſit diſſimulatio curæ præ. ut numerum ſponte flexiſſe non arceſſiſſe, ne arceſſiti, &c.*] Finis quoque hujus de *compoſitione* præceptionis, ne a principio medioque diſcrepet, depravatus eſt: ſic autem corrigi poſſe videtur, ſi *numeri*, non *numerum*, & *e* vocali in *u* mutata, *fluxiſſe* legatur; ac duo hæc verba *non arceſſiſſe*, ut ſenſum confundentia, eradantur, & *ne* particula in *non* commutetur, hoc modo: *prior ſit diſſimulatio curæ præcipua, ut numeri ſponte fluxiſſe, non arceſſiti & coacti eſſe videantur*. REGIUS. *Diſſimulatio curæ præcipua*; Baſil. Gallæus ita diſtinguebat: *cura magna ut ſentiendi atque* (ita & Dan. Pith) *loquendi. Prior ſit diſſimulatio curæ, præcipue ut numeri*, &c. præterea ultimam hanc partem capitis, a *compoſitio* (*nam finem...*) ad finem uſque, additam & ex ſuperioribus inepte repetitam cenſebat. BURMAN. Ut ut eſt, horum verborum ſenſus videtur eſſe hujuſmodi: ad hoc attendere præcipue debemus, ut noſtram compoſitionis curam diſſimulemus, tegamus, occultemus. CAPPER.

612. *Et coacti.*] *Nec coacti*; Obrecht.

M. FAB. QUINCTILIANI DE INSTITUTIONE ORATORIA LIBER DECIMUS.

CAPUT PRIMUM.

De copia verborum.

SED hæc eloquendi præcepta, [1] ſicut cognitioni ſunt neceſſaria, ita I.
non ſatis ad vim dicendi valent, niſi illis [2] firma quædam facilitas, [3] quæ apud Græcos ἕξις nominatur, acceſſerit: [4] quam ſcribendo plus, an legendo, an dicendo conſequamur, ſolere quæri ſcio. Quod eſſet [5] diligentius nobis examinandum, ſi qualibet earum rerum poſſemus una eſſe contenti. Verum ita ſunt inter ſe connexa & indiſcreta omnia, [6] ut, ſi quid ex his defuerit, fruſtra ſit in cæteris laboratum. Nam neque ſolida atque robuſta fuerit unquam eloquentia, niſi multo ſtylo vires acceperit: & citra lectionis exemplum labor ille, carens rectore, fluit. Qui autem ſcierit, quo ſint quæque modo dicenda, niſi tanquam in procinctu paratam quidem ad omnes caſus habuerit eloquentiam, [7] velut clauſis theſauris in-

Poſitis jam præceptis, docet Fabius quo pacto ea facile exequi poſſimus; nec enim ſatis eſt tenere artis *theoriam*, niſi adſit facilitas agendi: quocirca opus eſt exercitatione: quæ fit ſcribendo, legendo, dicendo: quibus de rebus tractat hoc in libro. TURNEB. Hoc caput omnium Quinctiliani eſſe mendoſiſſimum putat Barth. ad Stat. VI. Theb. 93. & ad libr. X. 700. & quædam loca emendare conatur.

1. *Sicut cogitationi.*] Non *cogitationi*, ſed *cognitioni* eſt legendum, ut in quibuſdam exemplaribus eſt ſcriptum. REGIUS. Sæpe confuderunt hæc duo vocabula librarii, quod turbas etiam inter JCtos excitavit ad lib. X. §. I. Ad L. Rhod. de jactu, ubi legitur: *idem juris in eodem genere cogitationis obſervabimus*: quæ vox ſine dubio depravara; inauditum enim *cogitationem* dici pro ſpecie vel viſione, ut alibi vocant Juriſprudentes. Unde *cognitionem* vel *conditionem* alii ſubſtituunt: ſed leviſſima mutatione legendum puto, *in eodem genere locitationis*: *locitare* autem Terentius uſus: apud Ciceron. (lib. 1. *de Off.* 6.) quoque de his vocabulis digladiantur interpretes. BURMAN.

2. *Forma quadam facilitas.*] Ille genitivus *formæ*, quamvis in omnibus ſit exemplaribus, mihi tamen a ſenſu agnoſci non videtur: forſitan vero loco *formæ*, calligate *firma* legeretur: ſic autem eſſe corrigendum, facile ex iis, quæ paulo poſt ab ipſo Fabio præcipiuntur, colligi poteſt. REGIUS. *Formæ*; Voſſ. ſec. Locat. neque facile contra omnes codices rejiciendum puto, ut *facilitas formæ* ſit, cum ſemper facillime mente concipere poſſimus formam orationis, ad quam eam deinde elaboremus; ut ita *formæ* vocantur prima initia & lineamenta, quæ pictores, architecti, &c. immo etiam oratores & poetæ operum ſuorum ducunt; ut Cicero ſæpe utitur hac voce. Vide II. famil. Ep. 8. & III. II. Gel. XIX. 10. *formam ſpeciemque operis* vocat. Ovid. III. Art. 480. *ſermonis publica forma placet*: & noſter lib. II. 4. *ita cum jam formam rectæ atque emendatæ orationis accipient*: unde *formare* epiſtolam vel carmen, Suet. Domit. 20. *firma tamen facilitas* etiam vindicari poteſt ex illis, quæ hoc capite dicit: *ſed dum aſſequimur illam firmam* (ut dixi) *facilitatem*: ubi nihil variant codices, & *confirmare facultatem dicendi*, mox etiam ſequitur. BURMAN. Cujus poſteriorem ſententiam ultro amplectimur, & confirmare poſſumus ex illis Tullii locis: *Habitum autem appellamus animi aut corporis, conſtantem & abſolutam aliqua in re perfectionem, ut virtutis aut artis perceptionem alicujus, aut quamvis ſcientiam.* 1.° *de Invent.* 36. & alibi: *habitus autem, quoniam in aliqua perfecta & conſtanti animi aut corporis abſolutione conſiſtit, quo in genere eſt virtus, ſcientia*, &c. 2.° *de Inventione*, num. 30. CAPPER.

3. *Quæ apud Græcos* ἕξις.] Ἕξις vulgo vertitur *habitus*, a Pontano *habilitas*. Eſt autem qualitas ex actionum frequentatione nata, quæ efficit promptitudinem & facilitatem: comparatur igitur exercitatione. TURNEB. Cæterum τὴν Græcorum ἕξιν, *habitum* Latine verti poſſe, immo & debere, ſatis patet ex Tullii locis in ſuperiore nota relatis. CAPPER.

4. *Ad quam ſcribendo.*] *Ad* præpoſitio, ut ſupervacua, mihi videtur expungenda. REGIUS. *Ad quam*; Voſſ. ſec.

5. *Diligentius nobis.*] *Diligenti nobis examinandum cura*; Andr. Ald. Par. Gryph. Colin. Vidov. *diligentius nobis examinandum, cura ſi qualibet*; MSS. Bodl. Bal. Voſſ. ſec. Ven. Locat. Obrecht.

6. *Ut ſi quid ex his defuerit.*] *Ut ſi qui flexus iiſdem* (vel *hiſdem*) *defuerint*; MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Gryph. Colin. marg. Baſil. *ut ſi qui flexus iiſdem defuerit*; Ven.

7. *Velut clauſis theſauris, &c.*] Proverbium eſt, quod de his dicitur, qui eas res cuſtodiunt, quibus frui non poſſunt. Cæterum proprio maxime verbo eſt uſus, cum *incubare* dixit: unde *incubones* appellantur avari, qui diligenter theſauros ſuos cuſtodiunt, & illis velut incubant. TURNEB.

cubabit. [8] Non autem, ut quidque præcipue neceſſarium eſt, ſic ad efficiendum oratorem maximi protinus erit momenti. [9] Nam certe cum ſit [10] in eloquendo poſitum oratoris officium, dicere ante omnia eſt; atque hinc initium ejus artis fuiſſe manifeſtum eſt; proximam deinde imitationem; noviſſimam ſcribendi quoque diligentiam. Sed, ut perveniri [11] ad ſumma, niſi ex principiis non poteſt; ita procedente [12] jam opere, minima [13] incipiunt eſſe, quæ prima ſunt. Verum nos non, [14] quomodo ſit inſtituendus orator, hoc loco dicimus (nam id quidem aut ſatis, aut certe uti potuimus, [15] dictum eſt:) [16] ſed ut athletam, qui omnia jam perdidicerit a præceptore, nimirum quo genere exercitationis ad certamina præparandus ſit; [17] ita eum, qui [18] res invenire [19] & diſponere ſciet, verba quoque & [20] eligendi & collocandi rationem perceperit, [21] inſtruamus, [22] qua ratione, [23] quæ didicit, facere quam optime & quam facillime poſſit. [24] Num ergo dubium eſt, quin ei velut [25] opes ſint quædam parandæ, [26] quibus uti, ubicumque deſideratum erit, poſſit? Eæ conſtant copia rerum ac verborum. [27] Sed res propriæ ſunt cujuſque cauſſæ, aut paucis communes: verba in univerſas paranda: [28] quæ ſi rebus ſingulis eſſent ſingula, minorem curam poſtularent; nam [29] cuncta ſeſe [30] cum ipſis protinus rebus offerrent. Sed cum ſint aliis alia aut magis propria, aut magis ornata, aut [31] plus efficientia, aut melius ſonantia, debent eſſe non ſolum nota omnia, ſed in promptu, atque (ut ita dicam) in conſpectu; ut, cum ſe judicio dicentis oſtenderint, facilis ex his [32] optimorum ſit electio. Equidem ſcio, quoſdam collecta, [33] quæ idem ſignificarent, vocabula ſolitos ediſcere, quo facilius [34] & occurreret unum ex pluribus; &, cum eſſent [35] uſi aliquo, ſi breve intra ſpatium rurſus deſideraretur, effugiendæ repetitionis gratia ſumerent aliud, quo idem intelligi poſſet. Quod cum eſt puerile, & cujuſdam infelicis operæ, tum etiam utile parum; turbam enim modo

8. *Non autem quidque.*] *Ut* particula videtur adſcribenda, hoc modo: *Non autem, ut quidque.* REGIUS. *Non autem ut quicquid;* V. C. Alm.

9. *Nam certe cum.*] *Certe* adverbium, ut ſupervacuum, mihi videtur eradendum. REGIUS. Eraſerunt Ald. Baſil. ſed retinent omnes reliqui, & Aſcenſius expungendum minime cenſet. BURMAN.

10. *In eloquendo.*] A dictione profecta eſt eloquentia, ſine qua prorſus eſſe nequit: plus tamen eſt ad *eloquentiam* momenti in imitatione & ſcriptione: ita Fabius videtur decidere ſuperiorem quæſtionem. TURNEB.

11. *Ad ſumma.*] *Ad ſummam;* Voſſ. ſec. Ven. & ita Gebh. crepund. lib. I. cap. 3. ſed ego *ad ſumma* retineo, quia *minima* & *prima* ſequuntur. Vide ad lib. I. prooem. ex quo Philander etiam hic *ſummam* ſcribebat: ſed utrumque facile poſſe admitti puto, ut & *ad ſummum pervenire*, quod eſt lib. VIII. cap. 3. ſed videndum quid ſequentia aut præcedentia poſtulent. BURMAN.

12. *Jam opere, jam minima.*] *Jam* particula iterato poſita eradenda videtur. REGIUS.

13. *Incipiunt.*] *Incipiant;* Voſſ. ſec.

14. *Quomodo ſit inſtituendus.*] *Sit* deeſt in Voſſ. ſec. Loc. Ald.

15. *A nobis dictum eſt.*] *A nobis* omittunt MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſec. Andr. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Vidov. Obrecht.

16. *Sed ut athleta.*] *Athletam* pro *athleta* ut legamus, Grammatices ratio expoſcit. REGIUS. *Athleta;* MSS. Bodl. Alm. (qui *ut* omittit.) Voſſ. ſec. Ven. Locat. Baſil. Gryph. Par. Vaſc. Steph. Colin. Vidov. quam ſcripturam defendit Aſcenſ. ut referatur ad *ſit præparandus.* Gallæus illa *nimir. quo, &c. præparandus ſit*, gloſſemata eſſe & ejicienda cenſebat: & certe incommodiora ſunt, præſertim illud *nimirum:* quod viſum quoque fuiſſe apparet editori Baſileenſi qui, *qui omnes j. p. a. pr. numeros, quo.* exhibuit: quod unde habeat, neſcio: mihi hic aqua hæret. BURMAN. Habuit editor ille Baſileenſis a Philandro, cujus hæc verba refert ipſe Burmannus infra lib. XII. cap. 2. pag. 1059. ea ſunt hujuſmodi: *Melius hic ſcribitur* numeros; *ut* lib. X. cap. I. *ſed ut athleta, qui omnes jam perdidicerit a praeceptore numeros.* CAPPER.

17. *Ita eum qui.*] *Ita quum qui;* Steph. *ſit. Igitur eum qui;* V. C. Alm. Gryph.

18. *Res invenire.*] Supple dicendas. Prima Rhetoricæ pars eſt *Inventio.* CAPPER.

19. *Et diſponere.*] *Diſpoſitio* pars eſt eloquentiæ ſecunda. CAPPER.

20. *Eligendi & collocandi rationem.*] Tertia Rhetoricæ pars eſt *Elocutio*, quæ verborum delectu & collocatione maxime conſtat. CAPPER.

21. *Inſtruamus.*] Gallæus malebat *inſtituamus.*

22. *Qua ratione.*] *Qua in oratione;* MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Andr. Ven. Ald. Par. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *qua in oratione;* Vaſcoſ. Steph.

23. *Quæ dicere, facere quam optime.*] Illud verbum *facere*, ut ſenſum potius implicans, mihi videtur eradendum, ut legatur: *qua in oratione quæ dicere quam optime, quam facillime poſſis.* REGIUS. *Oratione quæ dicere, facere quam optime,* &c. MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Par. Gryph. Colin. Vidov. *oratione dicere facereque optime quam facere;* Baſil. vulgata jam lectio *qua ratione quæ didicit facere quam optime, & quam facillime* reperitur in Colon. 1555. (quæ in marg. *quod didicit*) Lugdun. 1580. Pareanis & Leid. Oxon. Obrecht. & jam Philander ita correxit, niſi quod habet *quod didicit.* BURMAN.

24. *Non ergo dubium.*] *Num ergo dubium;* V. C. Alm. quod elegantius.

25. *Opes parandæ.*] Vide Ciceron. III. *de Orat.* 26. & *Brut.* 32. & *de Invent.* II. 15. ALMEL.

26. *Quibus uti.*] *Quibus, ubicumque deſideratum erit, poſſis ei conſtare copia;* Locat. Colin. Gryph. *e quibus u. d. e. poſſit ei occurrere copia;* Ald.

27. *Sed res propriæ ſunt.*] Docet difficiliorem eſſe copiam verborum, quam rerum; res enim propriæ ſunt cujuſque *cauſſæ*, & ſe nobis offerunt; verba autem interdum rebus ſingulis inſunt plura, interdum quoque deſunt, quemadmodum docent philoſophi, plures eſſe res, quam vocabula. Ex his autem Fabii præceptis mutuatus eſt libros de copia Eraſmus. TURNEB.

28. *Quæ ſi in rebus ſingulis.*] Præpoſitio *in* mihi redundare hoc loco videtur, eoque expungenda. REGIUS. *Paranda, ſi rebus ſingulis;* Voſſ. ſec. *quæ ſi in rebus ſingulis;* V. C. Alm. Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov.

29. *Cuncta ſe.*] Coincidunt hæc verba cum Horatianis in Art. Poët. 311.

Verbaque proviſam rem non invita ſequentur.

ALMELOV.

30. *Cum ipſis protinus rebus.*] *Cum iis pr. r.* Locat. Ald.

31. *Plus efficientia.*] Quæ plus habeant ἐνεργείας, vel ἐμφαντικώτερα. CAPPER.

32. *Optimorum ſit electio.*] Vide Ciceron. I. *de Orat.* 5. ALMELOV.

33. *Quæ idem ſignificarent.*] Prima ratio copiæ verborum fit ex *ſynonymia:* non tamen ut temere *ſynonymis* uraris, (id enim vituperat Fabius) ſed ut adhibeas delectum & judicium. TURNEB.

34. *Et occurreret.*] *Et occurrat;* Ald.

35. *Uſi aliquo.*] *Uſui aliquod;* Voſſ. ſec. Ald. *uſui aliquid;* Locat.

congregat, ex qua ſine diſcrimine [36] occupet proximum quodque. Nobis autem [37] copia cum judicio paranda eſt, vim orandi, non circulatoriam [38] volubilitatem ſpectantibus. Id autem [39] conſequemur optima legendo atque audiendo. Non ſolum enim nomina ipſa rerum cognoſcemus hac cura, ſed [40] cui quodque loco ſit aptiſſimum. Omnibus enim [41] fere verbis, præter pauca, quæ ſunt parum verecunda, in oratione locus eſt. [42] Nam [43] ſcriptores quidam iamborum, veteriſque comœdiæ, etiam in illis ſæpe laudantur: ſed nobis noſtrum [44] opus interim tueri ſatis eſt. Omnia verba (exceptis de quibus dixi) ſunt alicubi optima; [45] nam & humilibus interim & vulgaribus eſt opus, [46] & quæ cultiore in parte videntur ſordida, ubi res poſcit, proprie dicuntur. Hæc ut ſciamus, atque eorum non ſignificationem modo, ſed formas etiam menſuraſque norimus, ut, ubicumque erunt poſita, conveniant, niſi multa lectione [47] atque auditione [48] aſſequi non poſſumus; [49] cum omnem ſermonem auribus primum accipiamus. [50] Propter quod infantes [51] a mutis nutricibus juſſu regum in ſolitudine educati, etiam ſi verba quædam emiſiſſe traduntur, tamen loquendi facultate caruerunt. [52] Sunt autem [53] alia hujus naturæ, ut idem pluribus vocibus declarent, ita ut nihil ſignificationis, quo potius utaris, interſit; ut *enſis* & *gladius*. Alia, quæ etiam ſi propria rerum aliquarum ſint nomina, τροπικῶς tamen ad eumdem intellectum feruntur; [54] ut *ferrum* & *mucro*. Nam [55] per abuſionem [56] *ſicarios* etiam omnes vocamus, qui cædem [57] telo quocumque commiſerint. [58] Alia [59] circuitu [60] verborum plurium oſtendimus; quale eſt:

[61] ——— *Et preſſi copia lactis.*

Plurima vero mutatione figuramus: [62] *Scio*, *Non ignoro*; &: *Non me fugit*, *Non me præterit*; &: *Quis neſcit? Nemini dubium eſt.* Sed etiam [63] ex proximo mutuari licet. Nam & *intelligo*, & *ſentio*, & *video*, ſæpe idem valent, quod *ſcio*. Quorum nobis

36. *Occupet.*] *Occupat*; V. C. Alm.

37. *Copia cum judicio.*] Vide Ciceron. III. *de Orat.* 37. ALMELOV.

38. *Volubilitatem.*] *Voluptatem*; MSS. Bodl. Bal. Vall. Andr. Ven. Locat. Ald. Colon. marg. Vidov.

39. *Conſequimur.*] *Conſequemur*, ut futuri temporis ſit, videtur legendum. REGIUS. *Conſequimur*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Colb.

40. *Cui quoque loco.*] D litera adſcripta, *quodque* mihi legendum videtur. REGIUS. *Set quid quoque loco*; Vall. lib. *ſed quid quoque loco*; Baſil.

41. *Rebus vel præter pauca.*] Ne Fabius in ſolœciſmum manifeſtum conjiciatur, ille dativus *rebus* mihi videtur expungendus: nominibus præterea, non *rebus*, in oratione eſt locus. REGIUS. *Omnibus enim fere præter pauca*; Colin. Vidov. Gryph. *omnibus enim fere verbis vel præter*; Voſſ. ſec.

42. *Nam ſcriptores.*] Scriptores veteres Comœdiæ, ut Eupolis, Cratinus, Ariſtophanes, maxime laſciviunt, & fere jocos a re turpi petunt. Eodem quoque modo Archilochus iambographus. TURNEB.

43. *Scriptores quidam.*] *Quidam* omittunt Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov. *quidem*; Steph. Baſil. Roign. Oxon. Obrecht.

44. *Opus interim tueri.*] *Opus intueri*; Baſil.

45. *Nam & humilibus.*] *Nam* non habent MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov.

46. *Et quæ utiliore in parte.*] Hunc locum eſſe depravatum, facile ex eo apparet, quod varie legitur; in quibuſdam enim exemplaribus pro *utiliore*, *occultiore* legitur: ſed ne ſic quidem rectus efficitur ſenſus. Forſitan autem *cultiore*, hoc eſt, nitidiore legendum eſt. REGIUS. *Utiliore*; MSS. Bodl. Bal. Ven. Locat. *nitidiore*; Baſil. Gryph. *cultiore*; Voſſ. ſec. Unde firmari poteſt Raphaëlis Regii emendatio. Nam ſcriba imperitus in Voſſiano codice vocalem *i* videtur omiſiſſe. CAPPER.

47. *Atque auditione.*] *Aut aud.* Obrecht.

48. *Aſſequi non poſſumus*] *Aſſequi nullo modo poſſumus*; V. C. Alm. Sich.

49. *Cum omnem ſermonem.*] *Cum omnem enim ſermonem*; Baſil.

50. *Propter quod.*] Pſammetichus rex Ægyptiorum (ut tradit Herodotus lib. II. cap. 2.) quibuſdam infantulis, quos in ſolitudine educabat, nutrices præfecit mutas: illi poſt bimatum cum eſurirent, forte *becus* pronunciarunt, quod ſignificat lingua Phrygia panem & cibum. Sic Fabius probat ſermonem potiſſimum ab auditione naſci. TURNEB. Vide Lutat. ad Stat. IV. Theb. 275. ALMEL. & Claudian. II. in Eutrop. 250.

51. *A mutis nutricibus.*] Vide ſuperiorem Tumebiani Commentatoris notam. CAPPER.

52. *Sunt autem.*] Quædam ſunt *ſynonyma*, ſed illa admodum rara, quæ æqualem habent ſignificationem: nihil igitur intereſt, quibus utaris, neque magnopere opus eſt delectu, ut in aliis: hæc etiam appellantur *polyonyma*. TURNEB.

53. *Alia etiam, quæ ſi propria r. a. ſ. n. tr. quaſi tamen.*] Tranſpoſita hic dumtaxat quædam ſunt verba, quæ in ſua loca hoc modo referenda: *Alia, quæ etiamſi propria rerum aliquarum ſint nomina; tropicos tamen quaſi, &c.* REGIUS. *Τροπικῶς tamen ad eumdem*; Voſſ ſec. Steph. Gryph. Vidov. Leid. Oxon. Obrecht. reliquæ *tamen quaſi ad.* Aſcenſius etiam pro *rerum aliquarum* malebat *aliarum.* BURMAN.

54. *Ut ferrum & mucro.*] Fiunt quædam *ſynonyma* per *tropum*; ut hæc duo gladium ſignificant per *metonymiam* & *ſynecdochen.* TURNEB.

55. *Per abuſionem.*] Quod *tropi* genus καταχρήσιν vocant Grammatici. CAPPER.

56. *Sicarios etiam omnes, &c.*] Sic accipiuntur *ſicarii* a jureconſultis in *lege Cornelia de ſicariis*: tamen proprie *ſicarii* dicuntur a *ſica*, id eſt, brevi gladio. TURNEB. Vide Ciceron. pro Roſc. Amer. cap. 3. ALMELOV.

57. *Telo quocumque.*] Id eſt, quocumque armorum genere. CAPPER.

58. *Talia.*] *Quale* relativum, ut conjicio, effecit, ne errore careret hic locus inſcitia quorumdam, putantium idcirco *talia* adſcribendum, quia *quale* ſequitur: ſed ſpecie recti decipiuntur; non enim *talia*, ſed *alia* legendum eſſe, cuique acute intuenti conſtat. REGIUS. *Talia*; Voſſ. ſec. Locat.

59. *Circuitu.*] περίφρασιν vulgo vocant. CAPPER.

60. *Verborum plurimum.*] *Plurium*; MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Andr. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Vaſcoſ. Obrecht. *Plurimum*; Steph. & Rollin. quæ ſane lectio vix eſt ut ferri poſſit. CAPPER.

61. *Et preſſi.*] Virg. Eclog. I. quid autem per *lac preſſum* voluerit Virgilius indicare, vide diſquirentem Pincier. Parerg. Otii. II. 48.

62. *Scio, non ignoro.*] *Synonymia* eſt & copia per *iſodynamiam*, id eſt, *æquipollentiam*: adjicitur alia extenuatione figuræ. TURNEB. In cujus annotatione poſtrema verba nullum fere ſenſum efficiunt: ſed legendum videtur, *adjiciuntur alia extenuationis figurâ*; nam quæ ſequuntur in Fabio, negativis loquendi formulis exprimuntur. CAPPER.

63. *Ex proximo.*] Ex proximo vocum ſignificatu mutuari licet varia loquendi genera: quod Grammatici *metalepſin* vocant. CAPPER.

ubertatem ac [64] divitias dabit lectio, [65] ut his non ſolum [66] quomodo occurrerint; ſed etiam [67] quomodo oporteat, utamur. Non ſemper enim hæc inter ſe idem faciunt; nec, ſicut de intellectu animi recte dixerim, *Video*; ita [68] de viſu oculorum, *intelligo*. Nec, ut *mucro* gladium, ſic *mucronem* gladius [69] oſtendit. [70] Sed ut copia verborum ſic paratur, ita non verborum tantum gratia legendum vel audiendum eſt. [71] Nam omnium, quæcumque docemus, hoc ſunt [72] exempla potentiora etiam ipſis, quæ traduntur, artibus; cum eo, qui diſcit, perductus eſt, ut intelligere ea ſine demonſtrante, & ſequi jam ſuis viribus poſſit; quia, quæ doctor præcipit, orator oſtendit. [73] Alia vero legentes, alia audientes magis adjuvant. [74] Excitat, qui dicit, ſpiritu ipſo, nec imagine & ambitu rerum, ſed rebus incendit. Vivunt enim omnia, & moventur, excipimuſque nova illa, velut naſcentia, cum favore ac ſolicitudine. Nec [75] fortuna modo judicii, ſed etiam ipſorum, qui orant, periculo afficimur. Præter hæc, vox & [76] actio [77] decora, commoda, ut quiſque locus poſtulabit, pronuntiandi vel potentiſſima in dicendo ratio, &, ut ſemel dicam, pariter omnia [78] docent. In lectione certius judicium, quod audienti frequenter aut ſuus cuique favor, aut ille laudantium clamor extorquet. Pudet enim diſſentire, [79] & velut tacita quadam verecundia inhibemur plus nobis credere; cum interim & [80] vitioſa pluribus placeant, [81] & a corrogatis laudentur etiam, quæ non placent. Sed e contrario quoque accidit, ut optime dictis gratiam prava judicia non referant. [82] Lectio libera eſt, nec actionis impetu tranſcurrit: ſed repetere ſæpius licet, ſive dubites, ſive [83] memoriæ penitus affigere velis. [84] Repetamus autem, & tractemus; &, ut cibos manſos ac prope liquefactos [85] demittimus, quo facilius digerantur; [86] ita lectio non cruda, ſed multa iteratione mollita, & velut confecta, memo-

64. *Divitias dabit lectio.*] Immo lectione veluti quotidiano cibo alitur & pingueſcit oratio; teſte Damaſo apud Hieronym. lib. 1. ſelect. Epiſt. 17. ALMEL.

65. *Ut his non ſolum.*] *Ut non ſolum*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov.

66. *Cum occurrerint.*] *Quomodo occurrerint*; Voſſ. ſecund. Baſil. Leiden. Oxon. Obrecht.

67. *Quomodo oporteat.*] *Oportet*: Voſſ. ſec. Baſil. *cum oportet*; Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov.

68. *De viſu oculorum.*] *De uſu*: MSS. Alm. Voſſ. ſec.

69. *Oſtendit.*] Id eſt, ſignificat. CAPPER.

70. *Sed ut copia verborum ſic paratur.*] *Sed ut copioſus verborum ſit paratus*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov.

71. *Nam omnium q. d. hæc ſunt ex p. & ipſius q. tr. a. c. e. q. d. p. e. intelligere, &c.*] Tres hic ſunt admiſſi errores, quorum primus tollitur, ſi non *hæc*, ſed *hoc* legamus, ac, loco *ipſius*, *u* vocali eraſa, *ipſis*, atque *ut* conjunctionem adſcribamus, *ut intelligere*, &c. REGIUS. *Hæc*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. (ſed correctum *hoc*) Locat. Baſil. Colin. Leid.

72. *Exempla potentiora.*] Præceptiones rhetorum non tantopere conducunt, quantum exempla, quæ intelliguntur vel legendo vel audiendo; ſignum eſt enim maximi profectus, quando jam diſcipulus præceptionum exempla deprehendere poteſt in oratoribus. TURNEB. Lactant. IV. 23. *Homines malunt exempla quam verba, quia loqui facile eſt, præſtare difficile.* ALMEL.

73. *Alia vero legentes.*] *Alia vero audientes, alia legentes*; Voſſ. ſec.

74. *Excitat.*] *Et excitat*; Voſſ. ſec.

75. *Fortuna judicii.*] Vide Menag. Amœn. Jur. c. 6. ALMEL.

76. *Actio.*] Vide Cicer. de *Partit.* cap. 7. ALMELOV.

77. *Decora commodat, ut quid quiſque l. p. p. v. p. i. d. r. e. u. ſ. d. pariter omnia docent.*] Sic & confuſi & depravati ſunt hi ſenſus, ut nihil percipiatur; atque idcirco variis leguntur modis; pro illo namque, *commodat*, quidam *commendat* reponunt: ſed ne ſic quidem flagitia tolluntur: in priſtinam autem forſitan redigerentur integritatem, ſi pro illo *commodat*, hoc paſſivum verbum *commendatur*, refunderetur, illa *ut* particula, tanquam ſupervacua, eraſa, & *docet*, illa litera *n* exempta, legeretur hoc modo: *actio decora commendatur, quid quiſque locus poſtulabit: pronunciandi vel potentiſſima ratio, &, ut ſemel dicam, pariter omnia docet.* REGIUS. *Commendat ut quid quiſque locus poſtulabit*: MSS. Bal. Voſſ. ſec. Par. *commendat, quid quiſque locus*: Ald. *commodat ut quid quiſque*: Locat. *commendabit quid quiſque*: Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *commendat ut quiſque*: Andr. *commodat ut quiſque locus*; Colon. Leid. Oxon. Roſlin. *accommodata ad quid quiſque*; Obrecht. cl. Beſt. de ratione emend. 14. legebat, *commodabit quid quiſque.*

78. *Docent.*] *Docet*; Ven. Ald. Par. Gryph. Baſil. Vidov. *docent*: MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Alm. Vaſc. Steph. Colin. Obrecht. *decent*: Leid. Oxon.

79. *Et illud tacita.*] *Illud* pronomen, ut nihil ſenſum adjuvans, mihi videtur expungendum, & hac præpoſitione *ab* adſcripta, *illis* legendum; ut *ab illis* laudatoribus diſſentire intelligamur. REGIUS. *Et illud*; MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſec. Ven. Locat. *& ab illis*: Ald. Par. Gryph. Colin. Vidov. marg. Vaſc. Steph.

80. *Vitioſa pluribus placent.*] *A* vocali adſcripta *placeant*; & *laudentur* videtur legendum. REGIUS. *Placent & laudantur*: Voſſ. ſec. Locat.

81. *Et a corrogatis laudentur.*] Plinius in epiſtolis ait; ſuo tempore permultis oratoribus conductos fuiſſe atque redemptos auditores in *Baſilicis*. Unde oratores illi appellabantur *Sophocles* Græce, Latine *Laudiceni*; quia conducebant auditores, ut palam laudarentur. Vide Eraſm. in *Chiliad.* TURNEB. Vide Scheff. de Stylo cap. IX. §. 1. & Rader. ad Martial. X. 76.

82. *Lectio libera eſt.*] Actio decurrit perpetuo tenore; at lectionem, cum volumus, inhibemus, revocamus, atque ita exactius judicare poſſumus. TURNEB. *Libera* hic notat, quod liceat libere de libris judicare, non ut in recitationibus & actionibus non licet; quia abripimur vel favore, vel aliorum laudantium clamore. BURMAN.

83. *Memoriæ penitus affigere.*] *Penitus* omittunt Voſſ. ſec. Locat. Ald. Colin. Francius *infigatur* etiam malebat.

84. *Repetamus & tractemus.*] *Repetimus & tractamus*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov.

85. *Demittimus.*] *Dimittimus*; Voſſ. ſec. Ald. Baſil. male; *demittimus* enim cibos manſos in alvum. Ovid. Ibide, 387.

Ut quos demiſit vaſtum Polyphemus in alvum;

ubi plura dicemus. BURMAN.

86. *Ita lectio non cruda, ſed multa iteratione mollita, &c.*] MS. Palat. melius hoc loco reponit: *Ita lectio non cruda, ſed multa alteratione mollita, & velut confecta memoriæ imitationique tradatur. Alterare cibum*, eſt ἀναμάσσεσθαι, *remandere*. Sic lib. IV. *Quare & pueri ſtatim, ut præcepi, quamplurima ediſcant: & quæcumque ætas operam juvandæ ſtudio memoriæ dabit, devoret initio tædium illud & ſcripta & lecta ſæpius revolvendi, & quaſi eumdem cibum remandendi.* JAN. GEBHARD. Crepund. lib. III. cap. 18. *alteratione* etiam eſt in V. C. Alm. ſed vox illa *alteratio* e Scholaſticorum Philoſophorum officinis prodiit; qui & verbum *alterare* nobis produxerunt apud Ovid. 1. Faſt. 373. quod recte damnavit Heinſius, licet propugnet Pincier. Parerg. Otii lib. II. cap. 50. Vide & Buchner. ad Theſaur. Fabri. *alterationem* quoque Rhodius in Lexico Scriboniano habet: ſed in ipſo Scribonio §. 181. *altereatio* legitur. Verba autem hæc ex ipſa re petita & propria ſunt; *mollire* enim eſt coquere. Ovid. 1. Metam. 228.

Atque ita ſemineces partim ferventibus artus

memoriæ imitationique tradatur. [87] Ac diu non niſi optimus quiſque, & qui credentem ſibi minime fallat, legendus eſt, ſed diligenter, ac pene ad ſcribendi ſolicitudinem: nec per partes modo ſcrutanda omnia, ſed perlectus liber utique ex integro reſumendus, [88] præcipueque oratio, cujus virtutes frequenter ex induſtria quoque occultantur. [89] Sæpe enim [90] præparat, diſſimulat, inſidiatur orator, [91] eaque in prima parte *actionis* dicit, [92] quæ ſunt in ſumma profutura. Itaque ſuo loco minus placent, adhuc nobis, quare dicta ſint, ignorantibus: ideoque erunt cognitis omnibus repetenda. Illud vero utiliſſimum, noſſe eas *cauſſas*, quarum orationes in manus ſumpſerimus; & quoties continget, utrimque habitas legere *actiones*; ut Demoſthenis atque Æſchinis inter ſe contrarias; ut Servii Sulpitii, & Meſſalæ, [93] quorum alter pro Aufidia, [94] contra dixit alter; & Pollionis & [95] Caſſii reo Aſprenate, aliaſque plurimas. [96] Quinetiam, ſi minus pares videbuntur, aliquæ tamen [97] ad cognoſcendam litium quæſtionem recte requirentur; ut contra Ciceronis orationes, Tuberonis in Q. Ligarium; & Hortenſii pro Verre. [98] Quinetiam, eaſdem *cauſſas* ut quiſque egerit, utile erit ſcire. [99] Nam pro domo Ciceronis dixit Calidius; & pro Milone orationem Brutus exercitationis gratia ſcripſit, [100] etiamſi egiſſe eum Cornelius

Mollis aquis.
Apuleius, lib. x. Metam. *coquus pulmenta vapore mollibat: confici* vero cibus etiam dicitur, cum manditur: ita & *dentes qui conficiunt.* Plin. xi. cap. 37. Columel. vi. 2. *boves in conficiendo cibo lenti.* Scribon. Larg. §. 122. *Capientem cibi exiguum, quod facile conficiatur, ne crudus ſumat medicamentum;* ubi pro *concoqui* ſumitur; ut & apud Plin. lib. viii. cap. 21. *omnia dentibus frangentes, protinuſque devorata conficientes ventre.* BURMAN.

87. *Ac diu non niſi.*] Cum judicium non eſt ſatis ſubtile & exactum in diſcernendis virtutibus & vitiis, legendi ſunt dumtaxat claſſici auctores, qui virtutes habent ſine vitiis. TURNEB.

88. *Præcipueque.*] *Præcipue*: MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Colin. Vidov.

89. *Sæpe enim.*] Monet imprimis habendam rationem *œconomiæ*, quæ maxime eſt artificioſa apud oratores, & maxima virtus eſt exiſtimanda. TURNEB.

90. *Præparat, diſſimulat, inſidiatur.*] *Præparat diſſimulatim inſidias*; MSS. Bodl. Voſſ. ſecund. Andr. Locat. Ald. Par. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Vidov. *præparat diſſimulatim inſidiatis*; V. C. Alm. *præparat, diſſimulat interim inſidias*; Obrecht. forte *diſſimulat vim inſidians orator.* BURMAN.

91. *Eaque in prima parte.*] *Atque in prima parte*; Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov. marg. Baſil.

92. *Quæ ſunt in ſumma profutura.* Ita legit MS. Bodleianus; editiones Aldi, Pariſienſis, Vaſcoſani, ac Stephani. *Quæ ſunt forte in ſumma profutura*; edit. Lugd. Iſtud *forte* quem uſum habeat in hoc loco, non video. Nec enim temere oratoribus verba debent excidere; ſed certo conſilio dicit Fabius ſtatui ab iis nonnulla in initiis, quæ in ſumma profutura cognoſcunt. GIBSON. *Forte* habent Baſil. Colon. Parei. omiſit & Obrecht. *in ſummam* Philander iterum, ut in principio capitis, εἰς τὸ σύμφερον.

93. *Quorum alter.*] Id eſt, Meſſala. Vide ad lib. ix. cap. 2. BURMANNUS. Qui duos unica in lineola errores admiſit. Nam 1.° quidem non Meſſala, ſed Servius Sulpitius pro Aufidia dixit, ut patet ex lib. iv. cap. 2. ubi Fabius ita loquitur: *Qua tamen non Servius modo Sulpitius utitur pro Aufidia.* Immo Burmannus ipſe, pag. 345. edit. ſuæ ibidem oſtenderat Servium Sulpitium pro Aufidia dixiſſe, & aliter ſentientem Glandorpium refellerat. Hoc igitur in loco & veritati & ſibi ipſe contradicit. 2.° pro τοῖς *vide ad lib.* ix. ſcribere oportebat, *vide ad lib.* iv. CAPPER.

94. *Contra dixit alter.*] Meſſala videlicet. Vide notam proxime ſuperiorem. CAPPER.

95. *Caſſii reus aſpernatus eſt.*] Aut hæc tria ultima verba ſunt ſupervacua, aut certe aliquid deeſt, quod ſenſum perficiat. Nec me fugit in quibuſdam exemplaribus legi hoc modo: *Et Pollionis Caſſius reos aſpernatus eſt*: ſed ne ſic quidem verus mihi ſenſus haberi videtur. REGIUS. Ptolemæus Flavius Obſervation. cap. 58. pag. 977. Lamp. Crit. Part. 1. puto (inquit) legendum: *Et Pollionis & Caſſii reus Aſprenas eſt.* Accuſatus eſt enim Aſprenas Nonius a Caſſio Severo, ut ex his Plinii verbis datur conjici, quæ poſita ſunt in xxxv. lib mundanæ hiſtoriæ, cap. 2. *Memoria non illa fœdiore, cujus veneno Aſprenati reo Caſſius Severus accuſator objiciebat interiiſſe 130. convivas.* Hiſtoriæ meminit & Tranquillus, in Aug. *Cum Aſprenas Nonius arctius ei junctus, cauſſam veneficii accuſante Caſſio Severo diceret, conſuluit ſenatum, quid officii ſui putaret.* De hoc Caſſio Severo meminit Macrobius, Seneca, Tacitus, & alibi Fabius. Cujus ſcripta, Senatuſconſultis abolita, requiri & eſſe in manibus, lectitarique permiſit Caligula, ut a Tranquillo docemur. *Aſprenates*, non *Aſprenas* pronunciatur in vi. Controverſ. ab eo, qui id operis poſteris reliquit; non enim Seneca putandus, quanquam illius titulo circumferantur. Quod ſi ſequimur, dicemus, mendam accidiſſe ex inverſione liquidæ, & lapſu ſecundæ in ultimam vocalem: tametſi ſuboleat, deeſſe adhuc aliquid ad integrum Fabii ſenſum. Hactenus Flavius. PAREUS. *Et Caſſis reus aſpernatus eſt*; Locat. *& Pollionis ut Caſſius contra reus aſpernatus eſt*: Voſſ. ſec. *Pollionis & Caſſii reus Aſpernas eſt*: Ald. *Pollionis & Caſſii, reo Aſpernate*: Baſil. Gryph. Vaſcoſ. Steph. Vidov. Leid. Oxon. *Pol. & Caſſii, reo Aſprenate*; Colin. Obrecht. quos ſecuti ſumus. De hoc Nonio Aſprenate vide ſupra lib. 1. cap. 5. BURMAN. In allato Ptolemæi Flavii loco pro τῷ *Aſprenates* mihi videtur legendum eſſe *Aſpernas*, quomodo ſcribitur in Senecæ Controverſ. 1. & 2. nam in Controverſ. 4. bis legitur *Aſprenas*, ut etiam alibi. Vide Controverſ. 8. & 10. unde corrigendus error numeri Controverſ. in Ptolomæo Flavio adſcripti; adeo ut pro τῷ vi. legatur 1. vel 11. Cæterum iidem errores exſtant in ipſa Lampad. critic. p. 977. tom. 1. CAPP.

96. *Ut quinetiam ſi minus.*] *Ut* particula procul dubio eſt eradenda. REGIUS. Oratio Tuberonis in Quintum Ligarium citatur a Pomponio in titulo *de origine juris.* Hortenſius autem, tametſi agendo prope par erat Ciceroni, tamen ſcribendo longe erat inferior. TURNEBUS. *Ut quinetiam*; Locat.

97. *Ad cognoſcendam l. quæſtionem.*] *Ad cognoſcendum l. quæſtiones*; Obrecht. edidit.

98. *Quis etiam eaſdem cauſſas utriſque erit ſcire.*] Quid ſibi velit Fabius, facile ex iis, quæ ſequuntur, percipitur; nam utile eſſe innuere videtur, eorum quoque orationes legere, qui eaſdem utrimque *cauſſas* egerunt: ſed hic ſenſus ex verbis loci hujus idcirco non colligitur, quia eſt depravatus. Emendaretur autem, ſi & hæc duo verba adſcriberentur *egerit, utile*, & , *s* litera in *n* converſa, *utrinque* legeretur hoc modo: *Quis eaſdem cauſſas utrinque egeris, utile erit ſcire.* REGIUS. Multi patroni uni *cauſſa* interdum adhibebantur: igitur eorum orationes utile eſt legere, ut magis deprehendamus virtutes. TURNEB. *Quin etiam eaſdem cauſſas utrinſque erit ſcire*: Locat. *quin etiam eaſdem cauſſas utile erit ſcire*; Ald. Gryph. Colin. Vidov.

99. *Nam de domo Ciceronis dixit Callidius.*] *Pro domo* legendum mihi videtur; nam *pro domo ſua* Ciceronis exſtat Oratio, pro qua recuperanda etiam Callidius dixit. REGIUS. *De domo*; Voſſ. ſec. Locat. Obrecht. *Calidius* quoque MSS. Voſſ. ſec. Colbert. Ald. Baſil. Gryph. Vidov. & recte; nam ita vocatum fuiſſe, non *Callidium*, præter plurima Ciceronis, in quibus hujus Oratoris mentio fit, aperte docet Cicero 11. *de Invent.* cap. 9. *De hominis enim certo & proprio vocabulo agitur, ut ſi dicamus idcirco aliquem Calidium vocari, quod temerario & repentino conſilio ſit*; ita enim legit Rob. Steph. & alii; cum vulgo *Caldum* circumferatur; reſpicit enim aperte ad *calidum conſilium*; ut Terent. in Eunuch. 11. 5. & ipſe Cicero 1. de *Offic.* 24. & 15. ad Att. 16. loquitur. BURMAN.

100. *Etiamſi egiſſe eum.*] Hoc eſt, ſcriptam orationem pronunciaſſe. CAPPER.

Celſus falſo exiſtimat. Et Pollio ac Meſſala defenderunt eoſdem, & nobis pueris [101] inſignes pro Voluſeno Catulo, Domitii Afri, Criſpi Paſſieni, [102] Decimi Lælii orationes ferebantur. Neque id ſtatim legenti [103] perſuaſum ſit, [104] omnia, quæ magni auctores dixerint, utique eſſe perfecta. [105] Nam & labuntur aliquando, & oneri cedunt, & indulgent ingeniorum ſuorum voluptati; nec ſemper intendunt animum, [106] & nonnunquam fatigantur; [107] cum Ciceroni dormitare interim Demoſthenes, Horatio vero etiam Homerus ipſe videatur. [108] Summi enim ſunt, homines tamen: acciditque iis, qui, quidquid [109] apud illos repererunt, dicendi legem putant, ut deteriora imitentur (id enim eſt facilius) ac ſe [110] abunde ſimiles putent, ſi vitia magnorum conſequantur. Modeſte tamen & circumſpecto judicio de tantis viris pronuntiandum eſt, ne (quod pleriſque accidit) [111] damnent, quæ non intelligunt. Ac ſi neceſſe eſt in alteram errare partem, omnia eorum legentibus placere, quam multa diſplicere maluerim. [112] Plurimum dicit oratori conferre Theophraſtus lectionem poëtarum; multique ejus judicium ſequuntur; [113] neque immerito. Namque ab his & [114] in rebus ſpiritus, & in verbis ſublimitas, & in affectibus motus omnis, & in perſonis decor petitur, præcipueque [115] velut attrita quotidiano actu forenſi ingenia, optime rerum talium blanditia [116] reparantur. Ideoque in hac lectione Cicero [117] requieſcendum putat. [118] Meminerimus tamen, non per omnia poëtas eſſe oratori ſequendos, nec libertate verborum, nec licentia figurarum; [119] totumque illud ſtudiorum genus oſtentationi comparatum, præter id, quod ſolam petit voluptatem, eamque, fingendo non falſa modo, ſed etiam quædam incredibi-

101. *Inſignes at pro Voluſeno.*] *At* particula, ut ſenſui moleſta, expungatur. REGIUS. Habent Voſſ. ſec. Locat. *inſignes tres*; Vall. lib.

102. *Decimi Lælii.*] Hunc conſulem, cum Antiſtio Vetere memoratum A. U. C. 748. in Faſtis & apud Gruter. CXCII. 9. credit Glandorpius: ſed ego puto hic intelligi ejus filium, qui & Tacito lib. VI. Ann. 47. & 48. accuſaſſe Albucillam dicitur, quem Ryckius Conſulis filium ſtatuit: & ita melius tempora congruunt; pueritia enim Quinctiliani, qui ex calculo Dodwelli natus anno Chr. 42. ſive A. U. C. 794. in annum Chr. 50. vel circa eum, ſtatui debet, quo tempore Decimus Lælius pater, ſi vixerit, certe ſenectute impediri debuit, ne cauſſas oraret: poſſet tamen aliquis credere hanc cauſiam Voluſeni Catuli actam ante pueritiam Fabii; non enim dicit ſe audiſſe cauſſas illas orantes, ſed *nobis pueris inſignes orationes ferebantur*, id eſt, celebrabantur, & in manibus hominum & ore erant; ut ita Sueton. Cæſ. 20. *vulgo ferrentur hi verſus: Non Bibulo quidquam*, &c. cap. 55. *inter quos temere quædam feruntur.* Cap. 56. *feruntur & a puero & ab adoleſcente quædam ſcripta.* Terent. Eunuch. II. 3. *audieras.* GN. *ſæpe, & fertur in primis*; & ſic paſſim, *ita ferunt.* BURMAN.

103. *Perſuaſum ſie.*] *C* in *s* mutata, *ſit* legendum eſſe, ne admonitione quidem dignum videtur. REGIUS.

104. *Omnia quæ magni auctores.*] *Omnia quæ omnes*; MSS. Colbert. Voſſ. ſecund. Andr. Locat. Ald. Par. Gryph. Colin. Vidov. marg. Baſil. non male; ita enim explicari poſſet: ne quis credat omnia, non quæ apud unum auctorem, ſed apud omnes auctores occurrunt, & ita communi quaſi conſenſu recepta videntur, eſſe perfecta: de repetitione vero illa *omnes omnia* egimus ſupra lib. IX. cap. 3. hic tamen malo *magni*. BURMAN.

105. *Nam & labuntur.*] Noſter cap. ſeq. *nam & magnis quoque auctoribus excidunt vitioſa*, &c. ALMELOV.

106. *Et nonnunquam fatigantur.*] Τὸ *&* deeſt apud Obrecht.

107. *Cum Ciceroni dormitare interim Demoſthenis oratio, verum.*] *Non modo* particulam eſſe adſcribendam, illud *vero etiam* oſtendit; ut legatur: *Cum Ciceroni dormitare interim, non modo Demoſthenis oratio; verum etiam Homerus ipſe videatur.* REGIUS. *Dormitare interim D. oratio. v. e. H. ipſe videatur*: Voſſ. ſec. Locat. Ald. ſed reliqui ut editum eſt, niſi quod Steph. omiſerit *vero*: reſpicere vero ad Horatii locum in Art. Poët. 358. Fabium conſtat:

——— Fit Chœrilus ille,
Quem bis terve bonum cum riſu miror, & idem
Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus.

Deceptus vero fuit Fabius, non recte percepta vi vocis *quandoque*, quaſi illa notaret *interim*, id eſt, more noſtri Fabii *interdum*: ſed Horatii mens eſt, ſe mirari quoties Chœrilus, id eſt, peſſimus poëta, bonum verſum edat, & ſe quoque indignari, *quandoque*, id eſt, quandocumque bonus Homerus, id eſt, egregius poëta, dormiter, & malum verſum prodat: & hoc ſenſu fere capienda hæc Horatii verba docuit Steph. I. Schediaſm. 19. qui *quotieſcumque* explicat: ſed pro *quandocumque* etiam alio loco apud Horat. IV. Od. I. interpretatur Acro, & alii interpretes; & eodem libr. Od. 2. Cicero vero in *Orat.* cap. 29. ſibi *non ſatisfacere nec ſemper aures implere Demoſthenem* dicit: quare cl. Almel. hic errare Fabium putat, ut & lib. XII. cap. I. quaſi Ciceronem hoc verbo *dormitare* uſum eſſe de Demoſthene crediderit, quem ut *plane perfectum, & cui nihil admodum deeſt*, laudaverit: ſed ſufficit Fabio unum Horatii verbum de utroque Demoſthene & Homero. BURMAN.

108. *Summi ſunt, homines tamen.*] Reſpicit ad Terentii Heaut. I. I.

Homo ſum; nihil humani a me alienum puto.

ALMEL. Immo vero ad illud vulgatum, *homines ſumus*, *homo ſum*: de quo egi ſatis ad Petron. cap. 75. BURMAN.

109. *Apud illos reppererunt.*] *Repperitur*: Ald. Obrecht. marg. Baſil.

110. *Abunde putent.*] *Putant*; Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Baſil. qui diſtinguunt poſt *imitentur*.

111. *Damnant quæ non intelligunt.*] Hoc ex Strabone lib. VII. ſumptum, de Callimacho Grammatico audaci & inepto Homeri correctore, putat Fabrett. ad Column. Trajani pag. 51. ALMEL.

112. *Plurimum dicit.*] Nunc Fabius docet, qui ſint legendi, poſteaque auctorum catalogum recenſebit, ac de ſingulis judicabit: poëtas quoque dixit libro primo legendos propter ſublimitatem: olimque a poëtis pueri incipiebant, ut ab Homero & Virgilio. TURNEB. Vide Joh. Ludovici Strebæi Rhemenſis, de Elect. & Orat. Colloc. Verb. lib. I. cap. 6. pagg. 27. 28. 29. 30. ubi agit, utrum priores legendi poëtæ, an oratores? PAREUS.

113. *Neque id immerito.*] *Id* non habent MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Colin. Obrecht. & rectius puto, ut contraria erat formula *Et merito*; de qua ſupra lib. V. cap. 11.

114. *In rebus ſpiritus.*] *Et* copulam eſſe adſcribendam, facile ex iis, quæ ſequuntur, patet, hoc modo: *& in rebus ſpiritus.* REGIUS. *Et* non habet Voſſ. ſec.

115. *Velut attrita quotidiano.*] Hoc eſt, quod Petron. cap. 5. vult:

Interdum ſubducta foro det pagina verſum.

ubi vide, quæ notavimus. BURMAN.

116. *Reperiuntur.*] *E* vocali in *a* converſa, ac *i* expuncta, *reparantur* procul dubio eſt legendum. REGIUS. *Reperiantur*; Voſſ. ſec.

117. *Requieſcendum.*] Id eſt, oblectandum; *de Orat.* II. 14. ALMEL. Reſpicit ad Orat. pro Arch. cap. 6.

118. *Meminerimus tamen.*] Poëtarum major eſt libertas & licentia, quam oratorum, habentque ejus rei patrocinium, quia conſtringuntur verſus neceſſitate: præterea totum genus eſt *epidicticum* & oſtentativum. TURNEB.

119. *Totumque illud ſtudiorum.*] Hæc verba deſunt in MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Colin.

lia,

lia, ſectatur, patrocinio quoque [120] aliquo juvari; [121] quod alligati ad certam pedum neceſſitatem [122] non ſemper propriis uti poſſint, ſed [123] depulſi a recta via, neceſſario ad eloquendi quædam deverticula confugiant; nec mutare quædam modo verba, [124] ſed extendere, [125] corripere, [126] convertere, [127] dividere cogantur: nos vero armatos ſtare in acie, & ſummis de rebus [128] decernere, & [129] ad victoriam niti. [130] Neque ego arma ſqualere ſitu ac rubigine velim, ſed fulgorem his ineſſe, qui terreat; qualis eſt ferri, quo mens ſimul viſuſque perſtringatur; non qualis auri argentique, imbellis, & potius habenti periculoſus. Hiſtoria quoque alere orationem quodam molli jucundoque ſucco poteſt. Verum & ipſa ſic eſt legenda, ut ſciamus, pleraſque ejus virtutes oratori eſſe vitandas. Eſt enim proxima poëtis, & quodammodo carmen ſolutum: & ſcribitur ad narrandum, non ad probandum: totumque opus [131] non ad actum rei, pugnamque præſentem, [132] ſed ad memoriam poſteritatis, & ingenii famam componitur: ideoque [133] & verbis liberioribus, & remotioribus figuris narrandi tædium evitat. Itaque, [134] ut dixi, neque illa Salluſtiana brevitas, [135] qua nihil apud [136] aures vacuas atque eruditas poteſt eſſe perfectius, apud occupatum variis cogitationibus judicem, & ſæpius ineruditum, captanda nobis eſt: neque illa Livii lactea ubertas [137] ſatis docebit eum, qui non [138] ſpeciem *expoſitionis*, ſed fidem quærit. [139] Adde quod M. Tullius ne Thucydidem quidem aut Xenophontem utiles oratori putat, quanquam illum [140] *bellicum canere*, hujus ore [141] *Muſas eſſe locutas*

120. *Aliquo juvari.*] *Aliquo juvari poſcit*; Par. Gryph. Colin. Vidov.

121. *Quod alligata ad, &c. uti poſcit.*] *Alligati*, & *e* litera in *s* mutata, & *n* adſcripta *poſſint*, legendum eſt. REGIUS. *Alligata, &c. poſſit*; Voſſ. ſec *alligatum ad, &c. poſſit*: Baſil.

122. *Non ſemper propriis.*] Supple, vocabulis, vel loquendi generibus, formulis. CAPPER.

123. *Depulſi.*] *Depulſum*, & *confugiat*: Baſil. *repulſi*: Ald.

124. *Sed extendere.*] *Sed tendere*; Obrechr. extenſionem ſive additionem illam (opinor) intelligit; quæ, ſi fiat dictionis initio, προσθεσις dicitur; ſi in medio, ἐπένθεσις; ſi in fine, παραγωγή. Exempla paſſim exhibent veteres Grammatici. CAPPER.

125. *Corripere.*] Diminutionem, ſive detractionem illam intelligere videtur; quæ, ſi fiat initio vocabuli, ἀφαίρεσις appellatur; ſi in medio, συγκοπή; ſi in fine, ἀποκοπή. Exempla videſis apud Grammaticos Putſchianos. CAPPER.

126. *Convertere.*] Dubitabat Gallæus, num non *contrahere* præſtaret, ſed jam *corripere* præceſſerat. BURMAN. Cæterum τὸ *convertere* poteſt τὴν ἀναστροφὴν ſignificare, cujuſmodi occurrit in τοῖς *Italiam contra* Æneïd 1. ἀν ἄ.ο, *tranſtra per & remos.* Æneïd. 5. verſ. 663. Lege Soſipatrum Chariſium pag. 246. CAPPER.

127. *Dividere.*] Τμῆσιν intelligit, qualis eſt in illis: *Quo me cumque fero, &c. ſeptem ſubjecta trioni.* (Georgic. III. verſ. 381.) CAPPER.

128. *Decernere.*] *Cernere* edidit Obrecht.

129. *Ad victoriam niti.*] Verbum huic ſenſui deeſt, citra quod perfectus eſſe non poteſt: *decet* vero ſimileve aut adſcribendum eſt, aut certe ſubaudiendum, hoc modo: *ad victoriam niti decet.* REGIUS. Editiones nonnullæ omiſerunt vocem *decet.* Sed, cum ſenſus abſque ea mutilatus videatur, nos illam inſeruimus ad fidem Editionum, Aldinæ, Pariſienſis, Vaſcoſani, Stephanique. GIBSON. Deeſt vox *decet* in MSS. Alm. Voſſ. ſec. & Vall. lib. Et ſane verbum hoc abeſſe poteſt abſque ullo ſenſus diſpendio, ſi per *zeugma* ſubintelligas τὸ *meminerimus*, quod præceſſit; quaſi ſcripſiſſet Fabius: *Nos vero meminerimus armatos ſtare in acie*, &c. atque huic ſenſui favet particula *vero*, quæ oratorum a poetis diſcrimen innuit. Igitur τὸ *decet*, quod ex una unius Raphaelis Regii conjectura erat, eo lubentius auferendum curavi, quod in quibuſdam MSS. & editis libris deeſſet. Abeſt utique ab editione Lugduno-Batav. unde miror cur Burmannus, qui eam κατὰ πόδα ſequi ſolet, τὸ *decet* adſciverit. CAPPER.

130. *Neque ego arma ſqualere ſitu c. r. v. ſed fulgore muniſſe qui.*] Depravati hujus loci ſenſus verus eſt amiſſus; qui ſic reparari poteſt, ut, *o* in *e* converſa, *ſqualere*, & non *muniſſe*, ſed *munita eſſe* legatur, hoc modo: *Neque ego arma ſqualere ſitu ac rubigine velim, ſed fulgore munita eſſe, qui &c.* REGIUS. Hac *metaphora* ſignificat, ornatum oratorum debere ſeverum eſſe & virilem, non laſcivum, qualis eſt poeticus. Cæterum ubi legitur *perſtringantur*, haud ſcio an legendum ſit *præſtringantur*; hoc enim verbum ſignificat hebetare aciem oculorum & obtenebrare: unde *præſtigiæ* dicuntur. Similis error inolevit apud multos auctores. TURNEB. *Neque ergo*; V. C. Alm. & Gebhard. MS. *ſed fulgore nimis ſe qui*; Voſſ. ſec. *fulgore munis ſe qui*: Locat. *fulgore munita eſſe qui*; Ald. Colin. *fulgorem ineſſe*: Baſil. Gryph. Vidov. Vide Gebhard. crepund. II. cap. 2. qui multa, de fulgore armorum collegit: *præſtringentur* ego quoque præferrem. De qua voce vide Abrah. ad Cicer. in Vatin. cap. 10. Pincier. Par. III. 21. & diligentiſſimum Drakenborch. ad Sil. I. 358. apud Statium quoque lib. v. 665. ex MSS. legendum:

At juvenem multo præſtringunt lumine.

& ita mox hoc eodem capite 1. *Nunc cæterarum fulgore virtutum laus ita præſtringitur.* Vide & Aſcon. Ped. ad Cicer. Divin. 14. *perſtringitur* vero hic erat in V. C. Alm. Baſil. BURMAN.

131. *Non ad actum rei.*] *Non ad intuitum rei*: MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Andr. Ven. Locat. Ald. Colin. Vidov. (qui *ad* omiſit) & margines Steph. Vaſc. Baſil. Gryph. & ita edidit Obrecht.

132. *Sed ad memoriam.*] Vide Iſ. Caſaub. ad Sueton. Calig. 53. PAREUS.

133. *Et verbis liberioribus.*] *Et verbis remotioribus, & liberioribus figuris*; Voſſ. ſec. Baſil. Gryph. quod neſcio an rectius: ita Poëtis certe ſuadet Petron. cap. 118. *ſumendas voces a plebe ſubmotas.* BURMAN.

134. *Ut dixi.*] Lib. IV. cap. 2.

135. *Qua nihil.*] *I* vocali expuncta, *qua* recte in quibuſdam legitur exemplaribus REGIUS. *Quia*; Locat.

136. *Aures vacuas.*] *Vacivas* diceret Plautus in Prol. Trinum. & Caſin. v. Canter. Novar. Lect. II. 20. ALMEL. Sed Ovidius & alii ſæpe dixerunt *vacuas aures*: hoc *vacive perlegere* Phædrus dixit Prologo libri v.

137. *Satis docebit.*] *Satis decebit*: Voſſ. ſec.

138. *Speciem expoſitionis*] *Compoſitionis*; Voſſ. ſec. *expoſitionis* autem nomine Fabius narrationem deſignavit, ut patet ex cap. 2. lib. IV. CAPPER.

139. *Audio quod M. Tullius neque T. q. a. X. inutiles.*] Niſi corrigatur hic locus, a ſe ipſo Fabius diſſentire videtur: non *audio* autem, ſed *adde*, & illa *que* expuncta, *ne*, ac *in* præpoſitione eraſa, *utiles* mihi legendum videtur, hoc modo: *Adde, quod M. Tullius ne Thucydidem quidem aut Xenophontem utiles oratori putat*: ſic autem eſſe corrigendum, facile colligitur ex Ciceronis *Oratore* cap. 9. REGIUS. Quidam oratores imitabantur Thucydidem, quidam Xenophontem: utroſque reprehendit Cicero, quia aliud eſt ſcribere hiſtoriam, aliud orare: quanquam tanta eſt ſuavitas Xenophontis, ut appelletur *Muſa Attica.* TURNEB. Vide Ciceron. in *Bruto* cap. 7. in *Orator.* cap. 9. & *de opt. gen. Orat.* cap. 5. ALMEL. *Audio quod*; Voſſ. ſec. Locat. *addo: quod*; Baſil. marg. ſed in textu: *Quod dicere fortius audeo, quia M. Tullius*: quod ſi ex MSS. profluxerit, non incongruum puto, & inde illud *audio* profluxiſſe: quod cum nullum ſenſum faceret, in *addo*, deinde in *adde* mutaverunt: *fortiter* vero *dicere*, eſt confidenter. Vide ſupra lib. v. cap. 10. BURMAN.

140. *Bellicum canere.*] *Orator.* cap. 12.

141. *Muſas locutas.*] *Orat.* cap. 19

exiſtimet. Licet tamen nobis in digreſſionibus uti vel hiſtorico nonnunquam nitore; [142] dum in iis, de quibus erit quæſtio, meminerimus non athletarum toros, ſed militum lacertos eſſe; nec [143] verſicolorem illam, qua Demetrius Phalereus diceba-tur uti, veſtem bene [144] ad forenſem pulverem facere. [145] Eſt & alius ex hiſtoriis uſus, & is quidem maximus, ſed non ad præſentem pertinens locum, ex cognitione rerum exemplorumque, quibus in primis inſtructus eſſe debet orator, [146] ne omnia teſtimonia [147] expetat a litigatore; ſed pleraque ex vetuſtate diligenter ſibi cognita ſumat; [148] hoc potentiora, quod ea ſola criminibus odii & gratiæ vacant. A [149] philoſophorum vero lectione ut eſſent nobis multa petenda, [150] vitio factum eſt oratorum, [151] qui quidem illis optima ſui operis parte ceſſerunt. Nam & de juſtis, honeſtis, utilibus, [152] quæque ſunt his contraria, & de rebus divinis maxime dicunt, & argumentantur acriter; [153] & altercationibus atque [154] interrogationibus oratorem futurum optime Socratici præparant. Sed his quoque adhibendum eſt ſimile judicium, ut etiam cum in rebus verſemur iiſdem, non tamen eamdem eſſe conditionem ſciamus [155] litium ac diſputationum, fori & auditorii, præceptorum & [156] periculorum. [157] Credo exacturos pleroſque, cum tantum eſſe utilitatis in legendo judicemus, ut id quoque adjungamus operi, qui ſint legendi, quæ in quoque auctore præcipua virtus. Sed perſequi ſingulos, infiniti fuerit operis. Quippe cum in *Bruto* M. Tullius tot millibus verſuum de Romanis tantum oratoribus loquatur, & tamen de omnibus ætatis ſuæ, [158] quibuſcum vivebat, exceptis Cæſare atque Marcello, [159] ſilentium egerit; quis erit modus, ſi & illos, & qui poſtea fuerunt, & [160] Græ-

142. *Dum in iis de quibus, &c.*] Athletarum *tori*, id eſt, muſculi, robur habent: ſed nimium ſunt carnoſi: itaque laſciviunt carne: at militum lacerti labore ſunt attriti & robuſti: hos comparat oratoribus, ut athletas hiſtoricis. TURNEB.

143. *Verſicolorem.*] Aut intelligit diſtinctam variis coloribus, aut ſubinde colorem mutantem, quemadmodum ſericum quoddam eſt, quod alio atque alio circumſpicitur colore. TURNEB. *Verſicolor* eſt varia veſtis, ut Terentius in Eunuch. IV. 4. vocat. Vide Salmaſ. ad Vopiſc. Aurelian. cap. 46.

144. *Ad forenſem pulverem.*] Alluſit ad proverb. *ſine pulveris jactu, aut tactu*, id eſt, ſine pugna; nam *pulvis*, nominatus ἁφὴ, inſpergebatur athletis: præterea milites cum pugnant, pulverem excitant. TURNEB.

145. *Eſt & alius.*] Exempla ſumuntur ex hiſtoriis, ſed ea pertinent ad probationem, non ad *elocutionem*, de qua nunc loquimur: quanquam poſſunt eſſe quædam exempla, quæ adhibentur expolitionis cauſſa, ut de ſimilitudine dixit lib. VIII. TURNEB.

146. *Ne omnia.*] *Nec omnia*; Voſſ. ſec. Locat. Baſil.

147. *Expetat.*] *Exſpectet*; Voſſ. ſec. Baſil. Gryph. marg. Vaſc. & Steph. Obrecht. *exſpectat*; V. C. Alm. *expetet*; Locat.

148. *Hac potentiora, &c. & gratia vacant.*] Æ diphthongo in *o* vocalem converſa, *hoc*, pro *tanto*; &, *e* vocali adſcripta, *gratiæ* pro *gratia* legendum eſt. REGIUS. *Hac* & *gratia*; Voſſ. ſec.

149. *Philoſophorum vero lectione.*] Cicero lib. III. *de Orat.* ait, eoſdem olim fuiſſe oratores & philoſophos: ſed cum nonnulli extitiſſent calumniatores, qui, omiſſa philoſophia, eloquentia uterentur, optimi quidam viri, ſpreta eloquentia, philoſophari cœperunt privatim: ita oratores meliorem partem reliquerunt philoſophis. Vide & Fabii præfationem lib. I. TURNEB.

150. *Vitio factum eſt oratorum.*] *Vitio factum eſt alias oratorum*; Voſſ. ſec. Locat. Ald.

151. *Quo quidem illis optima ſui operis parte cenſentur.*] Ne hic quidem ſenſus integer habetur; *qui* enim, non *quæ*, & *ceſſerunt*, non *cenſentur*, contenderim eſſe legendum, quamvis mihi exemplaria nulla adſtipulentur. REGIUS. *Qui* & *cenſentur*; V. C. Alm. Locat.

152. *Quæque ſunt his contraria.*] *Iiſque quæ ſunt contraria*; Vidov. *uſque quæ ſint contr.* Voſſ. ſec. Locat. Ald. Colin.

153. *Ex altercationibus.*] *X* litera in *t* mutata, legatur *&*. REGIUS. *Ex*; Voſſ. ſec.

154. *Interrogationibus.*] De quibus jam egit lib. V. cap. 7. & cap. 11. & Cicero II. de Finib. I. ALMEL.

155. *Litium ac diſpoſitionum.*] Loco *diſpoſitionum* recte in quibuſdam exemplaribus legitur *diſputationum*. REGIUS.

156. *Periculorum.*] Hæc pericula paulo ante *fortunam judicii* vocavit. ALMEL.

157. *Credo exacturos.*] Fabius deinceps eſt numeraturus præcipuos auctores, quos potiſſimum imitari debemus: qua in re maxime eſt obſervandum, a Fabio annotari uniuſcujuſque peculiares virtutes; ut, in legendo quid excerpere debeamus, ſciamus. TURNEB. Hic novum caput incipit Voſſ. ſecund. cum titulo: *Qui præcipue auctores ſunt legendi.*

158. *Quidem quiſque connivebat.*] Sic quidem corrupte legitur; ſed ſi, loco illius *quidem*, hic ablativus *qua* reponatur, & contextus & ſenſus integri fient, hoc modo: *& tamen de omnibus ætatis ſuæ, qua quiſque connivebat*: miror autem quoſdam ita depravare, ut, pro illo *connivebant*, legant *convivebat*; cum illa a vero elegantique ſenſu maxime ſint aliena. REGIUS. *Quidem quiſque connivebat*; Locat. *quid quiſque convivebat*; Voſſ. ſec. *quid quiſque condiderat*; Obrecht. corruptus locus, & illa, *quibuſcum vivebat*, ſuperflua ſunt; ſufficit enim *ætatis ſuæ*. Neque Obrechti correctio placet, quia Cicero non catalogum operum, quæ quiſque condiderit, contexuit; ſed in qua maxime eloquentiæ parte excelluerit, narrat, & quædam aliquando eorum opera, quibus maxime inſignes fuerunt, leviter perſtringit. Et certe Marcelli, quem laudat in *Brut.* cap. 71. nullum opus, quod ille condidit, memorat: quare puto legendum *de omnibus ætatis ſuæ, qui cum maxime vigebant*; hoc enim verbo amat Cicero uti: ſic III. *de Orat.* 28. *Philonem, quem in Academia maxime vigere audio.* Et I. *de Orat.* 11. *Vigebat auditor Panætii illius tui Mneſarchus.* Noſter hoc ipſo capite: *Habebunt, & qui poſt nos de oratoribus ſcribent, magnam eos, qui nunc vigent, materiem vere laudandi*; & paſſim ita Cicero, Livius, & alii. Neſcio vero cur errare hic Fabium adnotaverit editor Leidenſis: forte quod crediderit, etiam Ciceronem Hortenſii meminiſſe, qui cum Cicerone vixit, & de quo in ultima parte *Bruti* multis agit Cicero: ſed recte Fabius eum non excipit, quia ille jam, Cicerone in foro florente, defloruerat, nec vigebat amplius; &, licet poſtea æmulatione ſe iterum ad forenſes *cauſſas* retulerit, jam tamen, cum Cicero *Brutum* ſcriberet anno nim. U. C. DCCVII. obierat Hortenſius, anno nim. DCCIV. non ergo eum excipere poterat cum Marcello & Cæſare, qui tunc adhuc vivebant; pro Marcello enim Cicero A. U. DCCVIII. orationem habuit, qui poſtea a Magio interfectus fuit. Cæſar vero interfectus fuit A. U. DCCX. BURMAN.

159. *Silentium egerit.*] Ita loquitur & Valer. Maxim. I. VI. 11. *non ſinit nos M. Craſſus de ſe ſilentium agere.* Et I. VII. 4. *ille ſilentium egit.*

160. *Græcos omnes philoſophos. Fuerit.*] *Et* copula iterum mihi adſcribenda videtur; ut legamus *& philoſophos*: nam poſt oratores & Latinos & Græcos, philoſophos quoque enumerare longum eſſet: verbum autem deeſt, quo claudendus foret ſenſus: *perſequamur* igitur, ſimileve ſenſus expoſcit, ut legatur: *& Græcos omnes & philoſophos perſequamur.* REGIUS. *Et Græcos omnes & philoſophos. Fuerit*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. *& philoſophos perſequemur*; Ald. *& philoſophos perſequar*; Colin. *& philoſophos & poetas perſequi velim*; Baſil. Gryph. Vaſcoſ. Steph. Vidov. & alii.

cos omnes, & philoſophos & poëtas, perſequi velim? [161] Fuerit igitur brevitas illa tutiſſima, quæ eſt apud [162] Livium in epiſtola ad filium ſcripta, *legendos Demoſthenem* [163] *atque Ciceronem; tum ita, ut quiſque eſſet Demoſtheni & Ciceroni ſimillimus.* [164] Non eſt tamen diſſimulanda noſtri quoque judicii ſumma. Paucos enim, [165] vel potius vix ullum ex iis, [166] qui vetuſtatem pertulerunt, exiſtimo poſſe reperiri, [167] qui judicium adhibentibus non allaturus ſit utilitatis aliquid, cum ſe Cicero ab illis quoque vetuſtiſſimis auctoribus, ingenioſis quidem, ſed arte carentibus, plurimum fateatur adjutum. Nec [168] multo aliter [169] de novis ſentio. [170] Quotus enim quiſque inveniri tam demens poteſt, qui ne minima quidem alicujus certæ fiducia partis, memoriam poſteritatis ſperaverit? qui ſi quis eſt, intra primos ſtatim verſus deprehendetur, & citius nos dimittet, quam ut ejus nobis magno temporis detrimento conſtet experimentum. Sed non quidquid ad aliquam [171] partem ſcientiæ pertinet, protinus [172] ad faciendam etiam φράσιν, de qua loquimur, [173] accommodatum eſt. Verum, antequam [174] de ſingulis loquar, pauca in univerſum de varietate opinionum dicenda ſunt. Nam quidam ſolos veteres legendos putant, [175] neque in ullis aliis eſſe naturalem eloquentiam & robur viris dignum arbitrantur. [176] Alios recens hæc laſcivia, [177] deliciæque, & omnia ad voluptatem multitudinis imperitæ compoſita [178] delectant. Sunt etiam, qui rectum dicendi genus ſequi volunt. Alii preſſa demum [179] & tenuia, & quæ minimum ab uſu quotidiano recedant, ſana & vere [180] Attica putant. Quoſdam [181] elatior ingenii vis, [182] & magis concitata, [183] & plena ſpiritus capit.

161. *Fuit igitur.*] *Fuerit*, quam *fuit*, ſenſui magis convenire videtur. REGIUS. *Fuit*; Voſſ. ſec.

162. *Livium.*] Ad illam epiſtolam etiam lib. VIII. cap. 2. reſpexiſſe, ibi notavimus: egiſſe autem in illa de arte Rhetorica, & præceptis eloquentiæ videtur. BURMAN.

163. *At Ciceronem.*] *Que* particula adſcripta, *atque* legatur. REGIUS. *Ac Ciceronem*; Ald.

164. *Non eſt tamen diſſimulandum.*] *Tamen* non habent Voſſ. ſec. Locat. Ald.

165. *Vel potius.*] *Paucos & vix ullum*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Colin.

166. *Qui vetuſtatem pertulerunt.*] *Metaphora* ducta eſt a vino generoſo; dicitur enim vinum ferre ætatem & vetuſtatem, quod vetuſtate non degenerat, non acet, non mucet; ut contrarium vinum dicitur *fugiens*. TURNEB. Idem notaverat Turnebus ſupra ad lib. II. cap. 4 ubi vide.

167. *Qui judicium adeuntibus allaturus ſit.*] In quibuſdam exemplaribus pro *adeuntibus* recte legitur *adhibentibus*; ſed *non* quoque adverbium mihi videtur adſcribendum, ut legatur hoc modo: *qui judicium adhibentibus non allaturus ſit utilitatis aliquid.* REGIUS. *Non* deeſt in MSS. Alm. Voſſ. ſec. *quin judicium adhibentibus allaturus*; Obrecht. *adeuntibus non allaturus*; Locat.

168. *Multo aliter.*] *Multo aliud*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald.

169. *De nobis ſentio.*] Pro *nobis* lege *noſtris*: quomodo enim ſingularis *ſentio* conſtruetur cum plurali *nobis*? niſi malis *ſentimus*. ALMEL. Non ideo ſuſpecta debet eſſe hæc lectio; nam licet pluralis numeri ſint illa pronomina *nos*, *vos*, &c. ſæpe tamen ſingularis numeri verbis juncta reperiuntur, & idem ſignificant, quod *me*, *te*, &c. ſic Propert. I. Eleg. 3.

Et modo ſolvebam noſtra de fronte corollas.

Eleg. IV.

Non ſolum didici noſtros reticere dolores,
Et quiddam in nobis majus, amice, fide.

& Eleg. 12.

Quid mihi deſidiæ non ceſſas fingere crimen,
Quod faciat nobis conſcia Roma moram?

& ita ſæpe ille Poëta: quin & contra a plurali tranſit ad ſingularem numerum, eadem Elegia:

Invidiæ fuimus; num me Deus obruit?

Ovid. IV. ex Pont. 14.

Tam mihi cara Tomis; patria quæ ſede fugatis
Tempus ad hoc nobis hoſpita fida manet.

& Tibullus lib. III. Eleg. ult. antiqua locutione:

——— *Nec merito nobis inimica merenti.*

Ita *abſente nobis* & ſimilia. De quibus vide Non. Marc. & Donat. ad Terent. Eunuch. IV. 3. ſed nos hic cum Obrechto facimus, qui *de novis ſentio* recte legendum cenſuit. BURMAN. Et certe qui Manuſcriptos codices evolverunt, non ignorant quam ſæpe imperiti ſcribæ τὸ B pro τῷ V ſcripſerint, & contra. CAPPER.

170. *Quod enim quiſque in veritate tumens potenſque ne minime quidem alicujus ceteræ fiducia partis memoriam artis ſperaverit.*] Ita Locatelli & Aldi (niſi quod *certæ*) editiones, &, ut credo, aliæ: quæ cum capere non poſſet Regius, non aſteriſco, ſed ſolis ſplendore indigere credidit. Aſcenſius vero hæc adnotaverat: ego ſic legam: *Quid enim?* (hoc eſt, quare non idem de nobis ſentiam) *quiſquam tumens in veritate*, (hoc eſt, ſecundum verum judicium tumens cenſendus potius, quam ſolida arte plenus) *potenſque ne minima quidem* (immo nulla) *fiducia alicujus certæ partis* (ſc. artis Oratoriæ) *ſperaret memoriam*, (id eſt, perpetuam famam) *artis?* ſic Aſcenſius. *Quod enim quiſque in veritate tumens potenſque ne nimia q. a. ceteræ f. p. m. artis ſperaverit*; Voſſ. ſec. *Quid enim? quiſque in veritate tumens*, &c. Par. reliqui vulgatam exhibent, niſi quod Vidov. *certe*. *Quotus enim quiſque fuerit adeo timens poſteritatis, qui ne minima quidem alicujus ſcientiæ fiducia, partiri memoriam artis ſperaverit?* Obrecht. *memoriam artis*; MS. Bodl. Andr. Ven. Par. marg. Baſil. locus corruptiſſimus & cujus medicina a veteri libro exſpectari debet: forte tamen *ſortiri memoriam poſteritatis* rectius foret. BURMAN. *Quotus enim quiſque.*] Senſus eſt: nullus eſt ex recentibus ſcriptor, qui, etſi cætera vitioſa habeat, non putet tamen ſeſe aliqua ſaltem parte mereri poſteritatem & lectionem: eam igitur partem excerpere debebimus, omiſſis vitiis. TURNEB.

171. *Partem ſcientiæ pertinet.*] *Sententiæ*; Voſſ. ſec.

172. *Ad faciendam φράσιν.*] Hoc eſt, elocutionem, quæ tertia pars eſt Rhetoricæ. Vulgo *ſtylum* appellant; Demetrius pſeudo-Phalereus ἑρμηνείαν. CAPPER.

173. *Accommodatum eſt.*] *Eſt* omittunt Voſſ. ſec. Locat. Ald.

174. *De ſingulis loquar.*] *Loquar* expungit Obrecht.

175. *Dignum arbitrantur.*] *Arbitrantur* etiam omiſit Obrechtus.

176. *Alias recens.*] *A* vocali in *o* converſa, *alios* legendum eſſe liquet. REGIUS.

177. *Deliciæque.*] *Delitiaque*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. quam vocem & Vallæ librum habere, & a Fabio ſtudio uſurpatam notat Aſcenſius, ut licentioſa ſectantes notet.

178. *Ipſos etiam qui.*] *Sunt* verbum, loco illius accuſativi *ipſos*, mihi videtur adſcribendum, hoc modo: *Sunt etiam qui.* REGIUS. *Dilectant ipſos etiam qui*; Voſſ. ſecund. Locatel.

179. *Et tenuia.*] Alludit Fabius ad tria illa dicendi genera, quorum unum vocatur ἰσχνόν, *tenue*. CAPPER.

180. *Attica.*] Attica eloquentia omnium eſt optima: nonnulli eam eſſe putabant, cum preſſe diceretur & tenuiter; propterea quod Lyſias Atticus orator tenuis eſſet & ſubtilis: eos refutat Cicero in *Orat.* ad Brutum. TURNEB.

181. *Elatior ingenii vis.*] *Clarior*; Voſſ. ſec.

182. *Et magis concitata.*] Reſpicere videtur ad τὸ γοργὸν, & ad τὴν γοργότητα, de quibus Hermogenes cap. 1. lib. II. περὶ τῶν ἰδεῶν, *de variis dicendi formis*. CAPPER.

183. *Et alias ſpurcitiis plena capit.*] Nihil eſt, quod ho-

[184] Sunt & lenis, [185] & nitidi, & compoſiti generis non pauci amatores. De qua differentia [186] diſſeram diligentius, cum de genere dicendi quærendum erit. [187] Interim ſummatim, quid a qua lectione petere poſſint, qui confirmare facultatem dicendi volunt, attingam. [188] Paucos enim, qui ſunt eminentiſſimi, excerpere in animo eſt: facile eſt autem ſtudioſis, [189] qui ſint his ſimillimi, judicare; ne quiſquam queratur, omiſſos forte [190] aliquos eorum, quos ipſe valde probet. Fateor enim [191] plures legendos eſſe, [192] quam qui a me nominabuntur. Sed nunc genera ipſa lectionum, quæ præcipue convenire intendentibus, ut oratores fiant, exiſtimem, perſequar. [193] Igitur, [194] ut Aratus ab Jove incipiendum putat, ita nos rite cœpturi ab Homero videmur. Hic enim (quemadmodum [195] ex oceano dicit ipſe [196] amnium vim fontiumque curſus initium capere) omnibus eloquentiæ partibus exemplum & ortum dedit. Hunc nemo [197] in magnis ſublimitate, in parvis proprietate ſuperaverit. Idem latus [198] ac preſſus, jucundus & gravis, tum brevitate mirabilis: nec poëtica modo, ſed oratoria virtute eminentiſſimus. [199] Nam, ut de laudibus, exhortationibus, conſolationibus taceam; [200] nonne vel nonus liber, quo miſſa ad Achillem legatio continetur; vel in primo

minum imperitorum temeritate facile non corrumpatur. Quis enim non videat, hunc locum ſpurcitiis fuiſſe inquinatum? Quamvis autem hæc depravatio hactenus fuerit approbata; pro *ſpurcitiis* tamen, vel pignore depoſito, contenderim *ſpiritus* eſſe legendum; ſignificat enim Fabius, vehementia ac ſpiritus plena quibuſdam placere. REGIUS. *Et alias ſpurcitiis plena capit*; MS. Bodl. Locat. *& alias ſpiritus plena*; Ald. Colin. *& acris ſpiritus plena*; Obrecht. Ego mallem *& alti* (vel *altioris*) *ſpiritus plena*; nam *alius* & *altus* paſſim a librariis confundi animadverti jam olim ad Petron. cap. 108. *altus* vero proprium ſpiritus epitheton. Ovid. I. Triſt. IV. 43.

Sic, ubi mota calent viridi mea pectora thyrſo,
Altior humano ſpiritus ille malo eſt.

Et hoc convenit *elatiori ingenii vi*. Ita Flor. II. 2. *ſpirantibus altius Pœnis*. BURMAN.

184. *Sunt & lenis.*] *Sunt etiam*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Colin.

185. *Et nitidi.*] Hoc ſpectat ad dicendi genus, quod Græci ἀνθηρὸν & μέσον, *floridum & medium*, vocare ſolent. Hac de re plenius aget Quinctilianus lib. XII. cap. X. CAPPER.

186. *Diſſeram diligentius, cum, &c.*] Vide cap. 10. lib. XII.

187. *Interim ſumma quia & a qua lectione.*] Aſteriſco hic quoque locus indigere videtur, quo & intelligi & emendari poſſit. REGIUS. *Interim ſumma quia & a qua l. p. p. quæ*; Voſſ. ſec. Locat. *interim ſummatim quid & a qua lectione p. p. qui e.* &c. Obrecht. *ſummatim quid a quaque lect. p. p. qui*; Gryph. Vidov. *ſummam quam & a qua l. p. p. qui*; Colin. Aſcenſ. *ſummatim quid a qua l. p. p. qui*; Baſil. Vaſcoſ. Steph.

188. *Paucos enim qui.*] *Paucis* (*ſunt enim eminentiſſimi*) *excerpere i. a. e.* Ald. Colin. *paucos ſunt e. e. excerpere*; Voſſ. ſecund. Aſcenſ. *paucos enim qui ſunt em. exc.* Baſil. Gryph. Vaſcoſ. Steph. Colin. Vidov. Leid. Oxon. Obrecht.

189. *Qui ſunt iis.*] *U* vocali in *i* converſa, *ſint* eſt legendum. REGIUS. *Sunt*; Voſſ. ſec.

190. *Aliquos eorum quos ipſe.*] *Eorum* omittunt V. C. Alm. Locat. Ald. Colin.

191. *Plures legendos.*] *Plurimos*; Obrecht.

192. *Quam qui a me nominabuntur.*] *Quam qui nominabuntur*; Locat. Ald. Colin. Obrecht.

193. *Igitur ut.*] Hic Voſſianus codex primus & tertius iterum incipiebant: ſed hæc pars libri prima in calcem librorum rejecta, uſque ad illa: *In Epiſtolis quidem, quanquam ſint utriuſque; nulla contentio eſt*, & tunc illa pars libr. XII. cap. 10. ſequebatur: *In oratione vero*. BURMAN.

194. *Ut Aratus.*] Aratus ſic incipit aſtrologiam: *Ab Jove incipiamus, quem nunquam tacitum & indictum ſinamus*; nimirum ex conſuetudine antiquorum, qui rebus agendis deos præfari ſolebant. TURNEB. Barthii Racemat. in Petron. cap. 5. Joh. Weitzii Not. ad Theocrit. Idyll. XVI. Mart. Cruſii Prolegom. in Homeri lib. I. Iliad. Manilii lib. II. Joh Wilkii Orationes tres ſuaviſſimæ de Homero. PAREUS. Sic Arato coævus Theocritus Idyll. 17.

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, καὶ εἰς Δία λήγετε Μοῖσαι.

Quod Virgilius Eclog. 3.

Ab Jove principium, Muſæ.

L. Cuſpidius apud Fabricium Antiq. lib. I. teſtamentum ſic orditur: *Numine invocato, abſque cujus nutu neque quidquam rite inchoari, neque recte perfici poteſt*. COLOMES. Cicero II. de leg. 2. vide quæ collegit Eruditiſſimus J. C. Bulengerus in Eclog. ad Arnob. lib. I. pag. 10. & ſeq. Swarth. Analat. I. cap. 6. Druſ. Hebraic. Quæſt. lib. III. cap. 24. Alard. ad lib. I. 5. Val. Flac. ALMEL. Vide & Grotium ad Arati principium, & commentatores ad Virgil. Eclog. III. 60.

195. *Ex oceano.*] In Iliados XXI. volumine verſ. 195. REGIUS. Plutarchus in vita Homeri teſtatur, Homerum auctorem fuiſſe omnis philoſophiæ, ac philoſophos ab eo hauſiſſe ſuas opiniones: præterea docet, eum ſummum eſſe in omni genere eloquentiæ. TURNEB. Hæc tria potiſſimum multis rationibus & exemplis oſtendit auctor præclaræ *de Homeri vita*, vel (ut Barneſius inſcripſit) *poeſi* opellæ, quam Turnebianus quidem cum cæteris de vulgo ſcriptoribus Plutarcho; Barneſius autem poſt Galeum Dionyſio Halicarnaſſ. attribuit. Galeus Latine verſam Mythologicis opuſculis an. 1688. Amſtelædami editis inſeruit: ſed dolendum quod Latina verſio tot tantiſque ſcateat erroribus. Horum nonnullos hic recenſebo, cæteros in Philologicis obſervationibus enumeraturus. Pag. 284. τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον bis vertit, *Heraclidarum deſcenſum*: atqui vertere oportebat, *Heraclidarum reditum*; ut patet ex lib. IX. Strabonis, &c. Pag. 285. ὅτι ἀεὶ τὰ καινὰ καὶ ἔξω τοῦ προχείρου θαυμάζεσθαι καὶ τὸν ἀκροατὴν ἐπάγεσθαι: *quod nova & non omnibus obvia ſuſcipias & auditoris benevolentiam capias*: ſed quis Græce ſciens non videt eſſe vertendum? *quod nova & non omnibus obvia moveant admirationem & auditorem alliciant*. Pag. 289. ἔτι δ' αὖθις σύνηθες καὶ τὸ συναλείφειν.... τὸ ἔπος, τοὔπος: *eſt eis familiare contractionibus uti*; ubi confundit interpres *contractionem* συναίρεσιν cum *ſynalœpha*: quæ quantum inter ſe diſtent, patet ex Grammaticis. Pag. 295. βούλεται σημῆναι τὰς κυρίως ὀξείας λεγομένας νήσους: *inſulas qua proprie appellantur magnificæ ſignificare vult*: atqui vertendum erat: *quæ proprie appellantur acutæ*. Ibidem: Ἐγὼ δὲ θέουσα παρέστην: *Ego autem feſtinans adſtiti*: ſed Homeri (Odyſſ. O. 298.) ſenſus eſt: *Ego autem adſtans exacui* Pag. 302. Ἄλλα δὲ κατ' ἔνδειαν λέξεως, ὧν ἐστι καὶ καλουμένη ἔλλειψις: *Alia vero juxta dictionis neceſſitatem, quorum e numero hæc figura eſt, quæ defectus appellatur*; ubi vocabulum illud *neceſſitatem* tolerare nemo queat. Verterem: *Alia vero per dictionis defectum, quorum e numero ea figura eſt, quæ appellatur* ellipſis. Pag. 312. μετά τινος ἠθικῆς ὑποκρίσεως, *cum quadam morali ſimulatione*: ſed in Scholiaſticis obſervationibus (ubi Scholiaſtis proprias locutiones exponam) pluribus demonſtrabo τὸ ἦθος apud Scholiaſtas eſſe leniorem animi affectum, qui τῷ πάθει opponatur; ὑπόκρισιν vero eſſe geſtum & pronunciandi modum. Hic itaque locus Latine ſic vertendus erat: *cum geſtu quodam & pronunciatione aliquem animi affectum exprimente*. CAPPER.

196. *Amnium vim.*] *Vim* omittit Voſſ. ſec.

197. *In magnis ſublimitate.*] *In magnis rebus ſubl.* MSS. Bodl. Alm. Colb. Voſſ. ſec. Andr. Locat. Ald. Baſil Colin. Vidov.

198. *Ac preſſus.*] Francius malebat etiam *latus ac preſſus*: ſed minime mutanda vox *latus*, quæ uberem & copioſum notat, ut ſæpe alibi. BURMAN. Vide ad procemium lib. VIII.

199. *Nam ut de laudibus.*] Ulyſſes, Diomedes, & Phœnix, pulcherrimas orationes habuerunt ad Achillem, quibus ſuadebant, ut iram deponeret, & arma in Trojanos caperet: his orationibus etiam reſpondet Achilles. TURNEB. In cujus annotatione ſpiſſus eſt error; neque enim Diomedes, ſed Ajax cum Ulyſſe & Phœnice ad Achillem miſſus eſt; ut patet ex Iliad. I. CAPPER.

200. *Nonne vel nonus.*] *Non vel unus*; MS. Bodl. *nonne*

inter duces illa contentio; vel dictæ in ſecundo ſententiæ, [201] omnes litium ac [202] conſiliorum explicant artes? [203] Affectus quidem, vel illos mites, vel [204] hos concitatos, nemo erit tam indoctus, qui non in ſua poteſtate hunc auctorem habuiſſe fateatur. [205] Age vero, [206] nonne in utriuſque ſui operis ingreſſu pauciſſimis verſibus legem *proœmiorum*, non dico ſervavit, ſed conſtituit? [207] Nam & benevolum auditorem invocatione Dearum, quas præſidere vatibus creditum eſt; & intentum, propoſita rerum magnitudine; & docilem, ſumma celeriter comprehenſa, facit. Narrare vero quis brevius, quam qui [208] mortem nuntiat Patrocli? quis [209] ſignificantius poteſt, [210] quam qui [211] Curetum Ætolorumque prœlium exponit? Jam ſimilitudines, amplificationes, exempla, digreſſus, [212] ſigna rerum & argumenta, [213] cæteraque probandi ac refutandi, ſunt ita multa, ut etiam, qui [214] de artibus ſcripſerunt, plurima [215] earum rerum teſtimonia ab hoc poëta petant. [216] Nam *epilogus* quidem quis unquam poterit illis [217] Priami rogantis Achillem precibus æquari? Quid? in verbis, ſententiis, figuris, diſpoſitione totius operis, nonne humani ingenii [218] modum excedit? [219] Ut magni ſit viri, virtutes ejus non æmulatione (quod fieri non poteſt) ſed intellectu ſequi. Verum hic omnes ſine dubio, & in omni genere eloquentiæ procul a ſe reliquit; [220] Heroicos tamen præcipue, videlicet quia clariſſima in materia [221] ſimili comparatio eſt. [222] Raro aſſurgit Heſiodus, magnâque pars ejus [223] in nominibus eſt occupata; tamen utiles circa præcepta ſententiæ, [224] levitaſque verborum, & compoſitionis [225] probabilis; daturque ei palma in illo medio genere dicendi. [226] Contra in Antimacho vis & gravitas, & minime vulgare [227] eloquendi genus habet laudem. Sed quamvis ei ſecundas fere Grammaticorum conſenſus deferat, & [228] affectibus, & jucunditate, & diſpoſitione, & omnino arte deficitur, [229] ut

vel unus; MSS. Alm. Voſſ. prim. Baſil. *non vel nonnus* Voſſ. ſec. Voſſ. ſec. Ven. Loc. Ald. Par. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

201. *Omnes litium.*] Quæ ad *judiciale* orationis genus referuntur. CAPPER.

202. *Conſiliorum.*] Quæ ad *Suaſorium* ſeu *Deliberativum* genus orationis pertinent. CAPPER.

203. *Affectus illos mites.*] Τὰ ἤθη Græci dicunt. Vide cap. 2. libri VI. CAPPER.

204. *Hos concitatos.*] Τὰ πάθη, ut Græci vocant. Hoc autem de Homero judicium Fabius hauſiſſe videtur ex Dionyſio Halicarnaſſ. qui ſic habet pag. 68. tom. 2. edit. Wechel. Καὶ λέξει ζῆλον ἔχοντι τῶν ἐκεῖ καὶ παθῶν. CAPPER.

205. *Age vero.*] Homerus initio poëmatum ſibi proponit & invocat, quam legem ſervant poëtæ Græci; Latini contra proponunt, deinde invocant. TURNEB.

206. *Nonne in utriuſque.*] *Nonne utriuſque ſui operis ingreſſu in pauc.* Locat. Ald. *nonne in ſui utriuſque*; Gryph. Colin. *nonne utriuſque operis ingreſſu pauc.* Obrecht.

207. *Nam & benevolum.*] *Nam & benivolum*; Voſſ. ſec. Locat.

208. *Mortem nuntiat Patrocli.*] Iliad. Σ. 20. Κεῖται Πάτροκλος.

209. *Significantius.*] Ἐμφαντικώτερον, ut Græci dicerent, id eſt, verbis & locutionibus, quæ majorem ſignificandi vim habeant. CAPPER.

210. *Quam qui Curetum.*] Reſpicit ad illa Homeri Iliad. I. verſ. 525. Κουρῆτές τ' ἐμάχοντο, καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι. &c. PITHOEUS.

211. *Curetum.*] Curetes (ut inquit Stephanus) populi ſunt Acarnaniæ, vicini Ætolis: ſunt & populi Cretæ, qui educaverunt Jovem. TURNEB.

212. *Signa rerum & argumenta.*] Quæ quomodo inter ſe differant, vide ad lib. V. capp. 9. & 10. CAPPER.

213. *Cætera quæ probandi ac refutandi ſunt, ita multa.*] Illud *quæ* relativum aut redundare, aut aliquid verbi, quod non eſt adſcriptum, expoſcere videtur: ſed cum ſine eo ſenſus ſit integer, allinatur. REGIUS. *Quæ*; MSS. Bodl. Voſſ. ſec. tert. Ven. Locat.

214. *De artibus.*] Supple, Oratoriis. Hujuſmodi *ellipſin* complevit Fabius lib. III. cap. 1. ubi ſic habet: *ſpecimen orandi, docendique oratorias artes M. Tullius.* CAPPER.

215. *Earum rerum.*] *Harum rerum*; V. C. Alm.

216. *Nam epilogus.*] *Nam & epilogus quidem quis unquam*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. qui etiam *inquam*.

217. *Priami rogantis.*] Vide Iliad. Χ. verſ. 486. & ſeqq. *rogantis Achillem Priami*; Obrecht.

218. *Modum excedit.*] *Exceſſit*; Voſſ. tert. Locat. Ald. Colin. Obrecht.

219. *Ut magni ſit viri.*] *Viri* omittit V. C. Alm.

220. *Heroïcos.*] *Epicos*; MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſec. Baſil. marg. Vaſc. Steph. Gryph. mox in Obrecht. deeſt τὸ *videlicet*.

221. *Simili comparatio.*] *Similis comparatio eſt*; MSS. Bodl.

222. *Raro aſſurgit Heſiod.*] Heſiodus propter ſententias olim a pueris ediſcebatur: ſuadetque in quadam epiſt. ad Leptam Cicero, ut ediſcatur. TURNEB.

223. *In nominibus.*] *In verbis*] MS. Colb.

224. *Levitaſque verborum & expoſitionis.*] *V* litera in *n* mutata, *lenitas*, & loco *expoſitionis*, *compoſitionis* mihi legendum videtur. REGIUS. *Levitas v. e. expoſitionis*; Locat. *expoſitionis* etiam Ald. Baſil. Locat. Sed Raphaelis Regii emendationem, quam cæteri fere deinceps amplexi ſunt, hoc quidem in loco probare non poſſum. Nam quæ de Græcis Poëtis judicia Fabius tulit, ea deſumpſit e Dionyſii Halicarnaſſ. ſcriptis: atqui Dionyſius pag. 68. edit. Wechel. Heſiodo tribuit ὀνομάτων λειότητα, *verborum levitatem.* Ἡσίοδος μὲν γὰρ, inquit, ἐφρόντισεν ἡδονῆς καὶ ὀνομάτων λειότητος καὶ συνθέσεως ἐμμελοῦς, hoc eſt: *Heſiodo curæ fuit* [legentium] *oblectatio, & verborum levitas, & modulata compoſitio.* Unde patet etiam quam merito Regius τὸ *expoſitionem*, in τὸ *compoſitionem* mutarit. Porro peccant qui non *levis*, *levitas* (quæ a λεῖος λειότης) per *e*, ſed per *æ* ſcribunt *lævis*, *lævitas*. CAPPER.

225. *Probabilis daturque.*] *Probabilis: datur ei*; Vall. lib. Voſſ. ſec. Locat.

226. *Contra in Antimacho.*] Antimachus poëta Colophonius fuit, Hipparchi filius, idem etiam Grammaticus: aiunt fuiſſe ſervum Panyaſidis poëtæ. TURNEB. Idem ait Antipater in Epigrammate a Salmaſio primum edito, ad Spartian. Adrian. cap. 16. cum ὄβριμον ἦχον Ἀντιμάχου vocat καὶ ἄξιον ὀφρύος ἡμιθέων. COLOMES. Hic ita adamabatur ab Adriano, ut *Homeri poëmata abolere cogitaret, & pro eo Antimachum in ſcholis legendum inducere, cujus nomen multi adhuc ignoraverant.* Dion. Nic. in vita Adriani. Hujus Antimachi opera emendavit Zothicus homo Criticus & Poëticus, teſte Porphyrio in vita Plotini, qui fuit familiaris Plotino. ALMELOV. Dionyſii Halicarnaſſ. de Antimacho judicium Latine vertiſſe videtur Fabius. Nam Dionyſius ita ſcripſit: Ἀντίμαχος δὲ εὐτονίας καὶ ἀγωνιστικῆς τραχύτητος καὶ τοῦ συνήθους τῆς ἐξαλλαγῆς, id eſt: *Antimacho autem curæ fuit vis quædam & aſperitas concertationibus accommodata, & minime vulgare eloquendi genus.* CAPPER.

227. *Eloquendi genus.*] *Eloquentia*; Voſſ. prim. tert. Baſil. Obrecht.

228. *Affectibus & jucunditate.*] Hoc agnoſcit Antipater: ſed laudi, non vitio ducit, εἰ ζηλοῖς τὴν ἄγλωσσον ὄπα. COLOMES.

229. *Ut plane manifeſte apparet.*] *A* vocali adſcripta, *appareat* quidem legendum eſt: ſed alterum quoque illorum adverbiorum mihi videtur expungendum. REGIUS. *Ubi plane manifeſte apparet*; Voſſ. prim. *ut plane manifeſtoque appareat*; Colin. *ut plane manifeſto appareat*; Baſil. Steph. Gryph. Obrecht. Ego etiam alterutrum delen-

plane manifeſto appareat, quanto ſit aliud proximum eſſe, aliud ſecundum. [230] Panyaſin ex utroque mixtum putant, in eloquendo [231] neutrius æquare virtutes; alterum tamen ab eo materia, alterum diſponendi ratione ſuperari. [232] Apollonius in ordinem a grammaticis datum non venit, quia Ariſtarchus atque [233] Ariſtophanes, poëtarum judices, neminem ſui temporis [234] in numerum redegerunt: non tamen contemnendum edidit opus æquali quadam mediocritate. [235] Arati materia motu caret, ut in qua nulla varietas, nulla [236] perſona, cui uſquam ſit oratio: ſufficit tamen operi, cui ſe parem [237] credidit. Admirabilis in ſuo genere Theocritus; [238] ſed muſa illa ruſtica & paſtoralis non forum modo, verum ipſam etiam urbem reformidat. Audire videor undique congerentes nomina plurimorum poëtarum. Quid? Herculis acta non bene [239] Piſandros? [240] Quid? Nicandrum fruſtra ſecuti [241] Macer atque Virgilius? [242] Quid? Euphorionem tranſibimus? quem niſi probaſſet Virgilius, idem numquam certe conditorum Chalcidico verſu carminum feciſſet [243] in *Bucolicis* mentionem. Quid? [244] Horatius fruſtra Tyrtæum Homero ſubjungit? Nec ſane quiſquam eſt tam procul a cognitione eorum remotus, ut non indicem certe ex bibliotheca ſumptum transferre in libros ſuos poſſit. [245] Nec ignoro igitur quos tranſeo, nec utique damno, ut qui dixerim eſſe in omnibus utilitatis aliquid: ſed ad illos jam perfectis conſtitutiſque viribus revertemur. [246] Quod etiam in cœnis grandibus ſæpe facimus, ut, cum optimis [247] ſatiati ſimus, varietas tamen nobis ex vilioribus grata ſit. Tunc & elegiam vacabit [248] in manus ſumere, cujus princeps habetur [249] Callimachus. [250] Secundas confeſſione plurimorum [251] Philætas [252] occupavit. Sed dum

dum puto; & ſæpe ita ſimul auctoris verba, & gloſſatoris expoſitiones in textum irrepſerunt: niſi hic legendum ſit, *ut ſane manifeſto appareat.* BURMAN.

230. *Paneſium ex utroque.*] Panyſis quidem Poëta fuit Epicus: ex quo conſtat *Panyſin*, non *Paneſium*, eſſe legendum. REGIUS. Panyaſis, filius Polyarchi, poëſin pene deſuetam in uſum revocavit: ſcripſit *Heraclida* 14. libris: quidam eum ab Homero ſecundum ponunt, quidam inferiorem dicunt Antimacho & Heſiodo. Auctor Suidas. TURNEB. Meminit Poëtæ Panyaſis Halicarnaſſæi, a Cleophilo Samio Oechaliæ captivitatem qui deſcripſerat, Clem. Alex. Stromat. lib. VI. Voſſ. de Poët. Græc. cap. 5. ALMELOV. *Panyſim*; Locat. alii *Panyaſim*, vel *Panyaſin.* De Panyaſi ſic judicat Dionyſius Halicarnaſſ. *Πανύασις δὲ τάς ἀμφοῖν ἀρετὰς ἠνέγκατο, καὶ αὐτῶν πραγματείᾳ τε τῇ κατ' αὐτὸν οἰκονομίᾳ διήνεγκεν*, hoc eſt: *Panyaſis amborum virtutes habuit, & ipſos, cum materia, tum ſua diſponendi ratione ſuperavit.* Quod quidem judicium cum Fabiano conferet ſtudioſus lector. CAPPER.

231. *Neutrius æquare.*] *Neutriuſque æquare*; Ald.

232. *Apollonius.*] Apollonius Rhodius ſcripſit *Argonautica*: vixit autem tempore Ariſtarchi & Ariſtophanis Byzantii, qui Critici fuerunt, auctores alios in ordinem redegerunt, alios numero exemerunt. TURNEB. Hujus hiſtoria tam accurate eſt enarrata a viro doctiſſimo Th. de Pinedo in indice Stephani, ut hactenus non habeamus addenda. ALMEL.

233. *Ariſtophanes.*] Quem Gloſſemata Laconica ſcripſiſſe teſtatur Athenæus lib. III. cap. 4. ALMEL.

234. *In numerum redegerunt.*] Id eſt, in Poëtarum album ſeu catalogum retulerunt. Vide quæ ſupra notavi lib. I. cap. 4. pag. 24. ad illa Fabii: *alios omnino exemerint numero.* CAPPER.

235. *Arati materia.*] Aratus Solenſis, qui vixit tempore Antigoni regis Macedoniæ, cui familiaris fuit, ſcripſit Aſtrologica, quæ appellantur *Phænomena*, id eſt, *apparentia*, quæ a Cicerone juvene in Latinum ſunt verſa. TURNEB. Illud Quinctiliani judicium examinat, & Aratum defendit C. Barth. lib. I. Adv. 15. PAREUS. In Arati *Phænomena* ſcripſiſſe Achillem Tatium dicit Konig. Biblioth. pag. 6. noſtro ævo Hugo Grotius. ALMEL.

236. *Perſona cujuſiquam ſit.*] Ὑποδιαστολῆς nota, hoc eſt, ſubdiviſionis, opus eſt hoc loco; ut *cui* & *uſquam* duæ eſſe dictiones cognoſcantur. Aratum autem Cicero primum, deinde Germanicus Cæſar tranſtulit. REGIUS. *Nulla perſona cujuſquam ſit*; Locat. *nulla perſona, nulla cujuſquam ſit*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. tert. Ald. Baſil. Gryph. Steph. Vidov. Sed recte Aſcenſius explicat *nulla perſona cui uſquam*; quia introducit quidem perſonas, ut Jovis & planetarum, ſed non loquentes.

237. *Credidit vel æqualem.*] Hæc duo ultima verba de margine in contextum mihi videntur eſſe tranſlata, eoque expungenda. REGIUS. *Vel æqualem*; Locat.

238. *Sed muſa illa ruſtica.*] Vide D. Heinſ. Lect. Theocrit. pag. 292. ALMEL.

239. *Piſandros.*] Piſander filius Piſonis *Heracleam* ſcripſit duobus libris, id eſt, acta Herculis. Auctor Suidas. TURNEB. Vide Kuſterum ad Suidam, & Voſſ. de Poëtis Græcis cap. 3.

240. *Quid Nicandrum.*] Poeta Colophonius fuit: ſcripſit *Theriaca* & *Alexipharmaca*; præterea *Georgica*, quæ imitatus eſt Virgilius. TURNEB. Nicander ſtudioſus antiquitatis atque multæ doctrinæ Poeta dicitur Athen. Deipn. lib. III. cap. 37. ALMEL.

241. *Macer.*] Colloquitur cum Virgilio Macer ſub nomine Mopſi, teſte Servio ad Virg. Eclog. V. verſ. 1. ALMEL.

242. *Quid Euphorionem.*] Euphorion poeta fuit Chalcidenſis, ſcriptor elegiarum: is præfuit bibliothecæ Antiochi Magni. TURNEB. Hunc in Latinum tranſtulit Corn. Gallus orator clarus, & non mediocris Poeta. Donat. in vita Virgilii. ALMEL. *Quid Euphorionem fruſtra tranſibimus*; Andr. Locat. Ald. Colon. Par. Baſil. Gryph. Colin.

243. *In Bucolicis.*] Omittunt hæc Voſſ. prim. tert. Obr. Vid. Ecl. X. v. 50.

244. *Horatius fruſtra Dircæum Homero ſubjungit.*] Horatius quidem in arte Poetica hujus Poetæ meminit: ſed ibi quoque corrupte legitur *Dircæus*, cum *Tyrtæus* vocetur, ut plenius alibi diximus. REGIUS. Tyrtæus poeta ſuis carminibus Lacedæmonios excitare ſolebat ad prœlia: ejus quoque nonnulla hodie exſtant carmina in *Gnomologiis* Græcorum. TURNEB. Horat. Art. Poet. 405.

——— poſt hos inſignis Homerus,
Tyrtæuſque mares animos in Martia bella
Verſibus exacuit.

Sed eleganter hac adhortatione non opus eſſe, auctor eſt Ælian. lib. VI. de Animal. cap. 1. ALMEL. *Dircæum*; Voſſ. ſec. Locat.

245. *Nec ignoro igitur quos tranſeo.*] *Nec ignoro ego, quamvis tranſeo*; Obrecht.

246. *Quod eſt in cœnis grandibus.*] *S* litera eraſa, *&* legitur: quæ copula *etiam* ſignificat. REGIUS. *Quod etiam in* c. Ald. Steph. Gryph. Colin. Vidov. *quod in cœnis*; Voſſ. prim. ſec. Baſil.

247. *Satiati ſimus.*] *Sumus*; MS. Alm. Voſſ. ſec.

248. *In manus.*] *In manu*; Voſſ. ſec.

249. *Callimachus.*] Callimachus poeta fuit Cyrenæus; tempore Ptolemæi Philadelphi, idem Grammaticus: ſcripſit elegias & hymnos, & alia opuſcula. TURNEB. De tribus Callimachis multa collegit Meurſius ad Hellad. Chreſtom. pag. 43. & ſeq. ALMEL.

250. *Secundus.*] Scribe *ſecundas*, ut ſubaudiatur *partes.* PHILAND.

251. *Philetas.*] *Philetas* cum *æ* diphthongo ſcribitur; REGIUS. *Philetas*; Voſſ. ſec. Locat.

252. *Occupavit.*] *Occupat*; Voſſ. tert. quod per compendium *occupât*, pro *occupavit* eſt, ut ſæpe: expreſſiſſe hic puto Horatium lib. I. od. 12.

Proximos illi tamen occupavit
Pallas honores.

aſſequimur illam firmam (ut dixi) facilitatem, optimis aſſueſcendum eſt: [253] & multa magis, quam multorum lectione formanda mens, & [254] ducendus eſt color. Itaque ex tribus receptis [255] Ariſtarchi judicio ſcriptoribus iamborum, [256] ad ἕξιν maxime pertinebit unus Archilochus. Summa in hoc vis elocutionis, [257] cum validæ, tum breves [258] vibranteſque ſententiæ, plurimum ſanguinis atque nervorum: adeo ut videatur [259] quibuſdam, quod quoquam minor eſt, materiæ eſſe, non ingenii vitium. [260] Novem vero Lyricorum longe Pindarus princeps, [261] ſpiritus magnificentia, ſententiis, figuris, beatiſſima rerum verborumque [262] copia, & velut quodam eloquentiæ flumine: [263] propter quæ Horatius [264] eum merito credidit nemini imitabilem. [265] Steſichorum, [266] quam ſit ingenio validus, materiæ quoque oſtendunt, maxima bella & clariſſimos [267] canentem duces, & *epici* carminis onera lyra ſuſtinentem. [268] Reddit enim perſonis in agendo, ſimul loquendoque debitam dignitatem: ac, ſi tenuiſſet modum, videtur æmulari [269] proximus Homerum potuiſſe: ſed redundat, atque effunditur: quod ut eſt reprehendendum, ita copiæ vitium eſt. [270] Alcæus in parte operis aureo plectro merito donatur, [271] qua tyrannos inſectatur: [272] multum etiam moribus confert: in eloquendo quoque brevis & magnificus, & diligens, [273] plerumque Homero ſimilis, [274] ſed in luſus & amores deſcendit, majoribus tamen aptior. [275] Simonides tenuis, [276] alioqui ſermone proprio & jucunditate quadam com-

253. *Et multa magis.*] *Et multo magis quia multorum l. formanda mens*; Locat. Ald. *& multo magis quia multorum l. formanda mens*; MS. Bal. Par. Vaſc. Steph. Colin. *& multo magis quam multorum l. formanda mens*; Gryph. Vidov. *& multa magis quam multorum l. formandus & ducendus eſt color*; Baſil. marg. Vaſcoſ. *multa magis quam multorum l. formanda mens & d. e. c.* Obrecht. quem ſecuti ſumus. Eamdem lectionem e MS. ſuo profert Voſſius ad Velleium Patercul. II. 110. *Multa magis quam multorum lectione.*] Ita bene etiam Plinius lib. VII. Ep. 9. *Aiunt enim multum legendum eſſe, non multa*; doctiſſime & plenius hæc exponuntur a Senec. Epiſt. ſecund. & Diod. Sicul. lib. I. cap. 3. *Varietate & multitudine librorum adeo impediuntur homines, ut difficillime intellectum rerum adſequantur.* ALMEL.

254. *Ducendus eſt color.*] *Ducendus color*; Voſſ. ſec. Locat. Ald.

255. *Ariſtarchi.*] Ariſtarchi & Archilochi vitas & ſtudia legere poteſt, qui vult, apud Th. Pinedo in indice Stephani *de Urbibus* pag. 756. ALMEL.

256. *Ad exitum maxime.*] Quomodo Archilochus ad *exitum* pertineat, mihi non liquet: recte autem *ad hæc* in quibuſdam exemplaribus legi videtur. REGIUS. Scribe ad ἕξιν, Græce, quam ſupra hoc capite *firmam* quamdam *facilitatem* tranſtulit. PHILAND. *Ad exitum*; Vallæ lib. Locat. marg. Vidov. *ad hæc*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Ald.

257. *Cum valida.*] *Tum validæ*; Obrecht.

258. *Vibrantes ſententiæ.*] Hæ ſunt τὰ γοργὰ Hermogenis lib. 2. περὶ ἰδεῶν, *de dicendi formis*, cap. I. CAPP.

259. *Quibuſdam quod quoquam minor.*] *Quod quidem minor eſt*; Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov.

260. *Novem vero, &c.*] Novem Lyrici apud Græcos fuit, Pindarus, Steſichorus, Alcæus, Simonides, Ibycus, Alcman, Bacchylides, Anacreon, Sappho. TURNEB. Lyrici novem his verſibus continentur apud interpretem Pindari:

Λυρικοὶ ποιηταί εἰσιν ἐννέα· Ἀλκαῖος,
Σαπφώ, Στησίχορος, Ἴβυκος, Βακχυλίδης,
Σιμωνίδης, Ἀλκμάν, Ἀνακρέων, καὶ Πίνδαρος.

PHILAND.

261. *Spiritus magnificentia.*] Unde præter cæteros grandiloquus vocatur ab Athen. II. 4. ALMEL. *Spiritu, magnificentia*; Voſſ. tert. Obrecht. De Pindaro Dionyſius Halicarnaſſ. ita ſcripſit: Ζηλωτὸς Πίνδαρος ὀνομάτων καὶ νοημάτων ἕνεκα, καὶ μεγαλοπρεπείας καὶ τόνου καὶ δεινότητος καὶ κατασκευῆς, hoc eſt: *Æmulatione dignus Pindarus verborum, ſententiarumque cauſſa, item propter magnificentiam, ſpiritum ſeu vim orationis, & copiam, & apparatum.* CAPPER.

262. *Copia & velut.*] *Et* non eſt in Voſſ. ſec.

263. *Propter quæ.*] *Propter quod*; Voſſ. ſec.

264. *Eum merito credidit.*] *Merito* abeſt a Voſſ. prim. tert. *credit*; Steph. Baſil. reſpicit ad Horat. lib. IV. od. 2.

265. *Therpſicorus.*] *Steſichorus* ſcribitur, non *Therpſicorus.* REGIUS. Ejus hiſtoriam & encomium legimus apud J. Tzetz. Chil. I. Hiſt. §. 25. verſ. 641. erat Ephemi filius, (genere Matauriuus. Vide Steph. *de Urb.* in Μάταυρος:) de ejus cæcitate, & ut viſum receperit, Comment. Vet. ad Horat. lib. I. od. 16. multa ex Xantho mutuatus eſt, teſte Athenæo lib. XII. Vide Rutgerſ. Var. Lect. I. 7. cujus ſi exſtarent, uti & Timæi, ſcripta, multa conferrent ad illuſtrationem Theocriti, auctore Dan. Heinſ. Lect. Theocr. cap. 3. Vide & de eo Dion. Chryſoſt. orat. 55. pag. 559. ALMEL. *Sterſichorus*; Voſſ. prim. *Steſichorum*; Vaſc. Steph. Roign. Colin. Oxon. Rollin. marg. Vidov. non male; & ita Aſcenſius malebat, & Obrechtus expreſſit.

266. *Quam ſit ingenio.*] Francius malebat *quamvis ſit.*

267. *Canentem duces.*] *M* litera expuncta, *canente* legendum, ut cum *lyra* conveniat. REGIUS. *Canente*; Voſſ. ſec. Locat. & Vall. lib. in quo etiam *ſuſtinente* erat.

268. *Reddit perſonis . . . debitam dignitatem.*] Dionyſius Halicarnaſſ. de hoc Poeta ſic habet: Ὅρα Στησίχορον ἔν τε τοῖς ἑκατέρων τῶν προειρημένων πλεονεκτήμασι κατορθοῦντα, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὧν ἐκεῖνοι λείπονται, κρατοῦντα· λέγω δὲ τῆς μεγαλοπρεπείας τῶν κατὰ τὰς ὑποθέσεις πραγμάτων ἐν οἷς τὰ ἤθη καὶ τὰ ἀξιώματα τῶν προσώπων τετήρηκε, hoc eſt: *Vide Steſichorum, qui in utriuſque prædictorum prærogativis excelluit, & ea, quibus illi caruerunt, obtinuit; magnificentiam dico rerum, quæ in argumentis tractantur, ubi perſonarum mores & dignitatem ſervavit.* CAPPER.

269. *Proximus Homerum.*] *Proximum*; Voſſ. prim.

270. *Alcæus.*] Alcæus Mitylenæus ſcripſit Æolica dialecto: Poetæ autem lyrici plectro utebantur ex caprinis ungulis ad percutiendam lyram & citharam. TURNEB.

271. *Qua tyrannos inſectatur.*] *Quia*; Voſſ. prim. Par. Locat. Steph. Colin. Vidov. *inſectatus*; MSS. Bodl. Alm. Voſſ. prim. ſec. Locat. Ald. *qui tyrannos inſectatus*; Baſil. *Tyrannos inſectatur.*] Hinc Horatius lib. IV. od. 9. dixit *Alcæi minaces camœnas*, ubi Scholiaſtes dicit, cum adeo amarum fuiſſe, ut carminis auſteritate multos e civitate ejecerit: bella quoque cum Pittaco Tyranno geſta ſcripſit. Vixit Olymp. XLIV. *bibax* dicitur ab Athen. X. 8. ab hoc Heinſius *de Satir.* pag. 4. dicit Horatium ſublimitatem mutuaſſe: fuit & hujus nomine Comicus Poeta, de cujus morte vide Voſſ. ad Catull. pag. 42. ALMEL.

272. *Multum moribus confert, in eloquendo brevis & magnificus.*] Dionyſius Halicarnaſſ. Ἀλκαίου σκόπει τὸ μεγαλοφυὲς καὶ βραχὺ καὶ ἡδὺ μετὰ δεινότητος. . . . καὶ πρὸ ἁπάντων τὸ τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ἦθος, hoc eſt: *Alcæi magnum ingenium conſidera, & brevitatem & jucunditatem cum magna dicendi vi conjunctam . . . & ante omnia civilibus rebus aptam indolem.* CAPPER.

273. *Plerumque Homero ſimilis.*] *Plurimum H. ſ.* Voſſ. ſec. Andr. Ald. *plurimumque H. ſ.* Ven. Baſil. Steph. Obrecht. *& plerumque*; V. C. Alm. *diligens, Homero ſimilis*; Locat. Gryph. Colin. Vidov. *Homeri ſimilis*; Voſſ. prim.

274. *Sed in luſus.*] *Sed & luſit*; Voſſ. prim. tert. cl. Beſtius de rat. emend. 18. legit: *ſed & in luſus.*

275. *Simonides.*] Mortuus in Sicilia. Vide plura apud Tzetz. Chil. I. §. 24. v. 619. fuit ex Cea inſula. Vet. com. Horat. IV. od. 9. ex civitate Juli. Vide Steph. *de Urb.* in Ἰουλίς. Malus poeta dicitur Ariſtoph. *Nubib.* act. V. ſc. 2. hunc & Anacreontem multa ſibi mercede & muneribus conciliavit Hipparchus. Plato tom. II. pag. 228. Cicer. I. *de Nat. Deor.* conſentit cum Quinctiliano, & eum non ſuavem ſolum, ſed doctum & ſapientem dicit ALMEL.

276. *Alioqui ſermone proprio, &c.*] Dionyſius Halicarn. Σιμωνίδου παρατήρει τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων, τῆς δὲ συνθέ-

mendari poteſt: præcipua tamen ejus [277] in commovenda miſeratione virtus, ut quidam in hac eum parte omnibus ejuſdem operis auctoribus præferant. [278] Antiqua comœdia cum ſinceram illam ſermonis Attici gratiam prope ſola retinet, tum [279] facundiſſimæ [280] libertatis, etſi eſt in inſectandis vitiis præcipua, [281] plurimum tamen [282] virium etiam in cæteris partibus habet. Nam & grandis, & elegans, & venuſta, & neſcio an ulla, poſt Homerum tamen, [283] quem, ut Achillem, ſemper excipi par eſt, aut ſimilior ſit oratoribus, aut ad oratores faciendos aptior. [284] Plures ejus auctores: [285] Ariſtophanes tamen, & Eupolis Cratinuſque præcipui. [286] Tragœdias [287] primus in lucem Æſchylus protulit, ſublimis & gravis, & grandiloquus ſæpe uſque ad vitium, ſed [288] rudis in pleriſque & incompoſitus: propter quod correctas ejus fabulas in certamen deferre poſterioribus poëtis Athenienſes permiſere, ſuntque eo modo multi [289] coronati. Sed longe clarius illuſtraverunt hoc opus [290] Sophocles atque Euripides: quorum in diſpari dicendi via uter ſit poëta melior, inter plurimos quæritur. [291] Idque ego ſane, quoniam ad præſentem materiam nihil pertinet, injudicatum relinquo. Illud quidem nemo non fateatur neceſſe eſt, iis, qui ſe ad agendum [292] comparant, utiliorem longe Euripidem fore. [293] Namque [294] is & in ſermone ([295] quod ipſum reprehendunt, quibus gravitas & cothurnus & ſonus Sophoclis videtur eſſe ſublimior) magis accedit [296] oratorio generi; & ſententiis denſus; & in iis, quæ a ſapientibus tradita ſunt, [297] pene ipſis par; & in dicendo ac reſpondendo cuilibet eorum, qui fuerunt in foro diſerti, comparandus. In [298] affectibus vero [299] cum omnibus mirus, tum in iis, qui miſeratione conſtant, facile [300] præcipuus. Hunc &

σιως ἀκρίβειαν, id eſt: *Simonidis obſerva verborum delectum, & accuratam compoſitionem.* CAPPER.

277. *In commovenda miſeratione.*] Vide Turneb. lib. XXI. Adv. 27. PAREUS. Sic etiam Dionyſius Halicarnaſſ. Πρὸς τούτοις καθ' ὃ βελτίων εὑρίσκεται ἢ Πινδάρου, τὸ οἰκτίζεσθαι μὴ μεγαλοπρεπῶς, ἀλλ', ὡς ἐκεῖνος, παθητικῶς, hoc eſt: *Ad hæc (qua in re Pindaro etiam præſtantior invenitur) miſerationem commovere non magnifice; ſed, ut ille, cum affectu.* CAPPER.

278. *Antiqua comœdia.*] Duplex eſt apud Græcos comœdia, antiqua, & nova: antiqua nominatim ſolet vitia taxare, quod poſtea lege prohibitum fuit: itaque deventum eſt ad novam comœdiam, quæ *themata* commentitia fingit. Videtur ſatira Latina fluxiſſe a comœdia antiqua. TURNEB. Vide Horat. 1. Sat. IV. & art. Poet. 282. Plin. VI. Ep. 21. Brodæ. ad Epigr. vet. lib. 1. pag. 133. edit. Baſil. Videtur mihi hæc veteribus, pro Satira fuiſſe, ſiquidem liberrime vitia inſectabatur: vide Theodoret. præfat. Sermon. Eraſtothenes libros ſcripſit de comœdia antiqua, teſte Galeno *de vocibus obſoletis*: vide Harpocr. lex. voce μεῖον, & μειαγωγεῖν: conſule & Mauſſac. in judicio de Plutarcho pag. 182. ALMEL.

279. *Facundiſſimæ.*] *Fecundiſſimæ;* Voſſ. ſec. *facundiſſimæ;* Locat. Ald. Gryph. Steph. Colin.

280. *Libertatis.*] Vide de ea Dion. Chryſ. orat. XXXII. pag. 180. ALMEL.

281. *Plurimum.*] *Plurium;* Voſſ. ſec. Locat. Ald.

282. *Virium etiam in cæteris.*] *Virium in cæteris;* Steph.

283. *Quem ut Achillem.*] Alludit ad locum ſecundi Iliados verſ. 675. ubi enim Homerus Nirea pulcherrimum Græcorum dixit, Achillem excipit: ubi fortiſſimum Ajacem, Achillem quoque excipit. TURNEB.

284. *Plures enim auctores.*] Pro *enim* particula, recte in quibuſdam exemplaribus legitur *ejus.* REGIUS.

285. *Ariſtophanes & Eupolis Cratinuſque præcipui.*] Horat. lib. 1. Satir. 4.

Eupolis atque Cratinus, Ariſtophaneſque Poetæ.

COLOM. Vide de his Poetis Vell. Paterc. lib. 1. & indicem Th. de Pinedo in Stephan. *de Urb.* pag. 756. Ariſtophanes vero nunquam in ſcenam prodiit, niſi cum ἱππεῖς doceret. Petit. miſcel. 1. 1. Eupolis ſcripſit mordacem comœdiam, *Bapta* inſcriptam, quam reſpicere Juvenalem Sat. II. verſ. 92. putat. Ang. Politian. miſc. cap. 10. ob quam necatus ab Alcibiade. Schol. Juvenal. Cratini fragmenta extant apud Clement. Alex. Strom. lib. VI. Vide doct. Voſſ. de Poet. Græc. pagg. 30. & 37. & veter. Com. Horat. ad lib. 1. ep. 19. ALMEL.

286. *Tragœdias.*] Tragœdiarum inventor fuit Theſpis, ſi credimus Horatio: cum tamen Æſchylus exornaverit formam theatri, invenerit perſonam, cothurnum, & ſyrma tragicum, merito poteſt dici inventor tragœdiæ, ſaltem politioris. TURNEB. Vide Athen. 1. 18. hic a Baccho per ſomnium monitus, ubi puer in agro uvas cuſtodiret, tragœdiam nullo negotio ſcripſit, teſte Pauſan. lib. 1. Duplicem tragœdiam fuiſſe docet Faber lib. 1. Epiſt. 3. ALMEL.

287. *Primus in lucem Æſchylus protulit, ſublimis & grandiloquus.*] Quo pertinent illa Dionyſii Halicarnaſſ. Αἰσχύλος πρῶτος καὶ τῆς μεγαλοπρεπείας ἐχόμενος, id eſt: *Æſchylus primus, & grandiloquentiæ deditus,* &c. CAPPER. *Æſchylus.*] Moritur anno LVIII. ætatis. Vide plura apud Pinedo Indic. in Stheph. *de Urb.* pag. 733. & Konig. Biblioth. pag. 13. qui & alium Æſchylum citat, qui περὶ παροιμιῶν ſcripſit. Hic Æſchylus quaſvis in ſcena perſonas & fabulas ſummo decore peragebat. Vide Athen. lib. XVIII. plura collegit de eo Petit. Miſc. III. 14. ALMEL.

288. *Rudis.*] Ariſtoph. *Nub.* v. 2. ALMEL.

289. *Coronati.*] Conſuetudo erat Athenis, ut Bacchanalibus ludi fierent, in quibus agerentur comœdiæ & tragœdiæ, victorque coronaretur. TURNEB.

290. *Sophocles.*] Ejus ſtatua olim in theatro tragicorum Athenis fuit. Pauſan. lib. 1. cap. 21. Sophoclis corpus inhumatum jacebat, cum Lyſander Athenas obſideret. Jul. Solin. Polyh. cap. 7. Athen. lib. VII. cap. 2. dicit, eum Heroïcis verſibus delectatum: ille vero & Euripides, ſi Petronio cap. 2. credimus, ſunt, qui *verba invenerunt, quibus juvenes deberent loqui.* ALMELOV.

291. *Idque ego ſane.*] *Idque ego quia ad;* Obrecht.

292. *Comparent.*] *Comparant;* MSS. Voſſ. omnes, Alm. Locat. Ald. Steph. Colin. Vidov. Obrecht.

293. *Namque is.*] Ariſtophanes in *Ranis* Euripidem paſſim inſectatur atque irridet, eique præfert Sophoclem propter ſublimitatem cothurni. TURNEB.

294. *Is & in ſermone.*] *Namque is & vi & ſermone;* Ald. *namque is ſermone;* Voſſ. ſec. Locat. *nam is ſermone;* Colin. *namque hic & ſermone;* Obrecht.

295. *Quod ipſum reprehendunt.*] *Quo ipſum repr.* Voſſ. ſec. Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht. *quod reprehendunt;* Baſil.

296. *Oratori genere.*] O vocali adſcripta, *oratorio* legatur. REGIUS. *Oratio genere;* Voſſ. prim. Sophoclem & Euripidem ſic inter ſe comparat Dionyſius Halicarnaſſ. Οὐχ ὁ τὰ γεννικὰ [malim γενναῖα] καὶ μεγαλοφυῆ τῶν προσώπων ἤθη καὶ πάθη, κατὰ Σοφοκλῆς, κατώρθωσε.... καὶ Σοφοκλῆς μὲν οὐ περιττὸς ἐν τοῖς λόγοις, ἀλλ' ἀναγκαῖος· ὁ δ' Εὐριπίδης πολὺς ἐν ταῖς ῥητορικαῖς εἰσαγωγαῖς, hoc eſt: *In generoſis & magnificis illis tum moribus, tum affectibus exprimendis non felicem, ut Sophocles, habuit ſucceſſum .... & Sophocles quidem non ſuperfluam, ſed neceſſariam orationem adhibet: Euripides vero multus eſt in Rhetoricis rudimentis.* CAPPER.

297. *Pene ipſis par.*] Nam Euripides audiverat Socratem & Anaxagoram, quorum ſententiis ſæpe in tragœdia utitur. TURNEB. Hinc ab Ariſtoph. *Nub.* v. 2. σοφώτατος dicitur. Vide Ælian. Var. Hiſt. II. 13. ALMELOV. *Pene ipſis eſt par;* Vaſc. Steph.

598. *Affectibus vero.*] *Vero* abeſt a Voſſ. prim. tert.

299. *Cum omnibus.* [*Tum;* Obrecht.

300. *Præcipuus hunc & admiratus.*] *Præcipuus & admi-*

admiratus

admiratus maxime eſt (ut ſæpe teſtatur) & ſecutus, [301] quanquam [302] in opere diverſo, [303] Menander: [304] qui vel unus, meo quidem judicio, diligenter lectus, [305] ad cuncta, quæ præcipimus, efficienda ſufficiat: ita omnem [306] vitæ imaginem expreſſit: tanta in eo inveniendi copia, & eloquendi facultas: ita eſt omnibus rebus, perſonis, affectibus accommodatus. Nec nihil profecto viderunt, qui orationes, quæ [307] Chariſii nomine [308] eduntur, a Menandro ſcriptas [309] putent. [310] Sed mihi longe magis orator probari in opere ſuo videtur; niſi forte [311] aut illa mala judicia, quæ [312] 'Επιτρέποντες, [313] 'Επίκληρος, [314] Λοχὸς habent; [315] aut meditationes [316] in Ψοφοδεεῖ, [317] Νομοθέτῃ, 'Υποβολιμαίῳ, non omnibus [318] oratoriis numeris ſunt abſolutæ. [319] Ego tamen plus adhuc quiddam [320] collaturum eſſe declamatoribus puto, quoniam his neceſſe eſt, ſecundum conditionem controverſiarum, plures ſubire perſonas, patrum, filiorum, [321] maritorum, militum, ruſticorum, divitum, pauperum, iraſcentium, [322] deprecantium, mitium, aſperorum. In quibus omnibus mire cuſtoditur [323] ab hoc poëta decorum. Atque ille quidem omnibus ejuſdem operis auctoribus abſtulit nomen, &

randus maxime eſt, ut ſæpe teſtatur & eum ſecutus; MSS. Bodl. Locat. Ald. Par. Gryph. Colin. Vidov.

301. *Quanquam.*] *Quamvis*; Voſſ. tert.

302. *In opere diverſo.*] *In opera diverſa*; V. C. Alm.

303. *Menander.*] Menander Athenienſis ſcriptor novæ comœdiæ fuit, & in ea princeps: vixit tempore Alexandri, ſcripſitque epiſtolas ad Ptolemæum & nonnullas orationes. Auctor Suidas. Hunc præcipue ſunt imitati Comici Latini. TURNEB. Hujus meminit, & comœdiarum, quarum alteram *Aurigam*, alteram *Sacerdotem* vocat, Clem. Alex. pag. 29. Edit. Medic. hic ex ſententia Brodæi ad Epigr. Græc. lib. 1. p. m. 133. fuit Athenienſis, ac juxta Piræeum ſepultus. Gell. lib. XVII. cap. 4. dicit, ex quorumdam ſententia illum centum & octo, ex aliorum vero centum & novem comœdias ſcripſiſſe. ALMEL.

304. *Qui vel unus.*] *Qualis unus*; Voſſ. prim.

305. *Ad cuncta quæ præcipimus efficienda ſufficiat.*] Eam lectionem tuetur codex MS. Bodleianus; & ex editis, Aldinus, Andreæ, ac Pariſienſis. *Effingenda* alii codices. Et ea quidem lectio neſcio an melius locum ſuum retinuiſſet, non ſolum quod bonorum codicum auctoritate munitur, ſed etiam, quod nunc deprehendo, mire a ſequentibus confirmatur, *ita omnem vitæ imaginem expreſſit*; *effingi* enim in cerebro propriiſſime dicuntur imagines rerum. GIBSON. *Efficienda*; Voſſ. ſec. Locat. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht. quod & mihi magis arridet: ſimilem harum vocum perturbationem vidimus lib. V. cap. 12. BURMAN.

306. *Vitæ imaginem.*] Vide Barth. lib. XXIII. Adv. cap. 23. PAREUS.

307. *Chariſii.*] Hujus meminit Cicero *Brut.* cap. 81. qui aliis eum orationes ſcripſiſſe dicit: vide de eo contra Barthium diſputantem Reineſ. III. Var. Lect. cap. 14. & Epiſt. ad Daum. 22. BURMAN.

308. *Eduntur.*] *Adducuntur*; V. C. Alm.

309. *Putent.*] *Putant*; Voſſ. tert. & Obrecht.

310. *Sed mihi longe magis.*] Hic locus videtur eſſe depravatus, neque poteſt emendari, cum deſiderentur comœdiæ Menandri: ſenſus eſſe videtur; cujuſque eloquentiam ex proprio opere magis intelligi, ut Poetæ eloquentiam ex poemate. TURNEB. *Longe magis* deſideratur in Voſſ. prim.

311. *Aut illa mala judicia.*] *Aut alia mala judicia*; MSS. Bodl. Voſſ. prim. tert. Andr. Locat. Ald. Par. *aut illa civilia judicia*; Obrecht.

312. *Epitrepontas.*] *Epitrepontes*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Colin. Vidov. recte. 'Επιτρέποντες; Obrecht. BURMAN. Valeſius in notis ad Harpocration. Lexic. pag. 60. legit etiam 'Επιτρέχοντες. CAPPER.

313. *Epicleros.*] *Epiclerus* apud Græcos dicitur puella orba, quæ parentum hereditatem habet; quam jus erat agnato proximo in uxorem vindicare: eſt etiam puella orba & indotata, quam proximus cogebatur uxorem ducere, aut alicui collocare data dote. TURNEB. *Epitrepontem* Menandri fabulam laudat Stobæus ſermone 87. Alciphron item 'Επιτρέποντας inter fabulas Menandri numerat epiſtola ultima; & Athenæus lib. XIV. COLOMES. Sirm. ad Sidon. Apoll. lib. IV. Ep. 12. ALMEL.

314. *Lochos.*] *Lectos*; Ven. Locat. Ald. Colon. Par. Gryph. Vidov. marg. Steph. Vaſc. Baſil. *locros*; Baſil. *locre*; Voſſ. ſec. marg. Vaſc. Steph. nulla vero in hoc loco difficultas: nimirum Menandrum oratorem fuiſſe quidam probare volebant ex orationibus, quæ Chariſii nomine eduntur: ſed Fabius ſatis hoc ex ipſis comœdiis conſtare ait, quia tres illæ *Epitrepontes, Epicleros, Lochos*, quæ habent mala judicia, (ut ita *malæ lites*, *mala cauſſa* dicitur) ſatis eum probant oratorem, quia ibi perſonas inducit *cauſſas* egregie agentes: tertiæ vero comœdiæ titulus fuit Λοχός, ut recte Obrechtus & alii viderunt, id eſt, *gravida*, cujus vocis *lectus*, vel *lectos*, fuit interpretatio a gloſſatore adſcripta: lis autem de ventre fuerit, ſive futuro partu, quæ argumentum comœdiæ dediſſe videtur. In his vero tribus fabulis induxiſſe videtur perſonas, qui veras *cauſſas* agebant: in tribus vero ſequentibus, tantum qui meditabantur orationes, & argumenta ſuggerebant, quæ poſtea debebant in judiciis promi. Ut Cicero ita ſæpe vocibus, *meditari* & *meditationes*, utitur: de Clar. Orat. 37. *ſumma memoria, nulla meditationis ſuſpicio, imparatus ſemper aggredi ad dicendum videbatur*: pro Cluentio 30. *anni ſunt octo, cum iſta cauſſa in iſta meditatione verſatur*: & paſſim. Terent. Adelph. II. I. 41. *Nunc vide utrum vis, argentum accipere, an cauſſam meditari tuam*: ut tamen verum fatear, *illa mala judicia* vix ſatisfaciunt, ut nec *civilia* Obrechti. Forte ſcripſit, *illa gravia judicia*; ita enim revera erant. BURMAN. Henricus Valeſius pag 60. notarum ad Harpocration. Lexic. legit etiam Λοχέες. CAPPER.

315. *Aut meditationes in Pſophoda & Nomothetâ.*] Reſcribe, *in Pſophodei*. Recenſet comœdias aliquot Menandreas. Vide Meurſ. Attic. Lect. lib. II. cap. 6. PAREUS. *Illæ dictiones in Ψοφοδεεῖ*; Obrecht.

316. *In Sophocle.*] In vetuſto legitur, *in Pſophode*, ut ſit titulus comœdiæ a ſtrepitu: alioqui hic *Sophoclem* accipere debemus pro comœdia. TURNEB. Conſule Harpocr. Lexicon in πωλάκτος, ubi Menandri comœdia citatur, & ibi Valeſii notas. ALMEL. *Sophocle*; MSS. Bodl. Bal. Alm. Voſſ. omn. Andr. Locat. Ven. Ald. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Vidov. *Pſophode*; Baſil. BURMAN. Valeſius notis in Harpocration. Lexic. p. 60. ita legit: *aut meditationes in Pſophoda*, ubi typographicarum Operarum errorem eſſe ſuſpicer; nam legendum videtur *Pſophodei*, vel Græce ψοφοδεεῖ, quomodo in Harpocratiano quoque Lexico legi oportere probat ipſe Valeſius ex Suida. CAPPER.

317. *Nomotheta.*] *Nomothete*; V. C. Alm. Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. & *Nomothetæ hypobolimæo*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. omittunt etiam copulam & Baſil. Gryph. Colin. quaſi unicus comœdiæ eſſet titulus, *Nomothetes hypobolimæus*: ſed nos Obrechtum ſecuti ſumus. BURMAN. Valeſius in loco mox laudato legit: *in Nomothete Hypobolimæo* abſque ulla diſtinctionis particula, vel nota. CAPPER.

318. *Oratoriis numeris.*] *Oratoris*; Voſſ. prim. ſec. Ald.

319. *Ego tamen plus.*] Declamatores (ut docuit lib. III.) fere declamare ſolent per *proſopopœiam*; induunt enim ejus perſonam, cujus *cauſſam* tuentur: proinde decorum ſervare debent in perſona & in affectibus. TURNEB.

320. *Collaturum declamatoribus.*] *Collaturum eſſe*; Locat. Ald. Baſil. Colin. Vidov. Obrecht.

321. *Maritorum.*] Deeſt hæc vox in V. C. Alm. Et certe, cum reliquæ omnes habeant ſibi oppoſitos, ut patres filios, milites ruſticos, divites pauperes, irati deprecantes, mites aſperos, vel hic adſcribi maritis uxores debent. hoc modo, *maritorum, uxorum*; vel ipſi deleri *mariti*, qui ab aliquo ſciolo adſcripti fuere, qui eos ſæpe in comœdiis induci noverat: ſed cur ergo non *ſervos, meretrices, lenones*, &c. adjecit, quæ perſonæ fabularum propriæ ſunt? BURMAN.

322. *Deprecantium.*] *Precantum*; Ald. Baſil. qui copulas addit, *& divitum, & pauperum, & iraſcentum, & precantum, & mitium, atque aſperorum.*

323. *Ab hoc Poeta decorum.*] *Decor*; MSS. Voſſ. ſec. tert. Colb. Andr. Locat. Ald. Baſil. Colin. Vidov.

fulgore quodam ſuæ claritatis tenebras obduxit. Habent tamen alii quoque Comici; ſi cum venia legantur, quædam, quæ poſſis decerpere; & præcipue [324] Philemon, qui, ut [325] pravis ſui temporis judiciis [326] Menandro ſæpe prælatus eſt, [327] ita conſenſu omnium meruit [328] credi ſecundus. [329] Hiſtoriam multi ſcripſere præclare; ſed nemo dubitat duos longe cæteris præferendos, quorum diverſa virtus laudem pene eſt parem conſecuta. [330] Denſus, & brevis, & ſemper inſtans ſibi [331] Thucydides: dulcis & candidus, [332] & fuſus [333] Herodotus: ille [334] concitatis, hic [335] remiſſis affectibus melior: ille concionibus, hic [336] ſermonibus: [337] ille vi, [338] hic voluptate. Theopompus his proximus, ut in hiſtoria prædictis minor, ita oratori magis ſimilis; ut qui, [339] antequam eſt ad hoc opus ſolicitatus, diu fuerit orator. [340] Philiſtus quoque meretur, [341] qui turbæ, quamvis bonorum poſt hos auctorum, eximatur; imitator Thucydidis, & ut multo infirmior, ita aliquatenus lucidior. Ephorus, [342] ut Iſocrati viſum, calcaribus eget. [343] Clitarchi probatur ingenium, fides infamatur. [344] Longo poſt intervallo temporis natus Timagenes, vel [345] hoc eſt ipſo probabilis, quod intermiſſam hiſtorias ſcribendi induſtriam nova laude reparavit. Xenophon non excidit mihi; ſed

324. *Philemon.*] Philemon Siculus fuit, deinde Athenas migravit, habitavitque in Piræeo, tempore Alexandri Macedonis: periit autem, ut ferunt, nimio riſu. TURNEB. Qualis hic Poeta fuerit, Apuleius in principio III. *Florid.* deſcribit: effigies ejus eſt apud L. Auguſtin. 1. Gem. 16. Plagium ex Ariſtophane admiſſum notat Clem. Alex. Strom. lib. VI. pag. 165. Edit. Medic. fragmentum ejus comœdiæ, *Militis* dictæ, exſtat apud Athen. lib. VII. cap. 10. pag. 288. ALMEL.

325. *Prave ſui temporis judiciis M. ſ. p. eſt, ita conſenſu.*] Corrupte quidem mihi ſic legi videtur. Emendari vero poteſt, ſi *pravis*, non *prave*, & *ſit* legatur, hoc modo: *qui quamvis pravis ſui temporis judiciis ſæpe prælatus ſit, conſenſu*, &c. REGIUS. *Qui quamvis prave ſ. t. i. M. ſæpe pr. eſt ita;* Locat. *qui ut prave ſ. t. i. M. ſemper p. eſt ita;* MSS. Voſſ. ſec. Colb. Val. lib. *qui ut pravis ſ. t. i. M. ſæpe p. eſt, ita;* Gryph. Colin. Vidov. Leid. Oxon. Obrecht.

326. *Menandro ſæpe prælatus eſt.*] Firmat Gellius lib. XVII. cap. 4. Hinc ortum certamen Menandri & Philemonis, a Rutgerſio vulgatum in variis lectionibus; ſed quod poſterioris alicujus ævique ſequioris eſſe, res ipſa clamat; licet multa forſan ex utroque decerpſerit. COLOMES.

327. *Ita conſenſu omnium.*] *Ita conſenſu tamen omnium;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Vall. Baſil. Gryph. Vidov.

328. *Credi ſecundus.*] *Eſſe ſecundus;* marg. Baſil.

329. *Hiſtoriam multi ſcripſere.*] Quod minime mirandum, cum Cicero lib. II. *de Orat.* cap. 13. dicat, *Græcos ſe maxime ad Hiſtoriam applicuiſſe.* ALMELOV.

330. *Denſus & brevis.... Thucydides. Dulcis & candidus Herodotus, &c.*] De utroque hiſtoriographo ſic cenſuit Dionyſius Halicarnaſſ. Τὸ μὲν σύντομον ἐστι παρὰ Θουκυδίδῃ.... ἐν ἤθεσι κρατεῖ Ἡρόδοτος, ἐν δὲ τοῖς παθητικοῖς ὁ Θουκυδίδης.... ῥώμῃ καὶ ἰσχύϊ.... περιγενόμενον Θουκυδίδης, ἡδονῇ δὲ καὶ χάριτι καὶ τῷ ἀφελεῖ αὐτοφυεῖ μακρῷ διενηνοχότα τὸν Ἡρόδοτον εὑρίσκομεν, id eſt: *Breve & conciſum dicendi genus eſt apud Thucydidem: in remiſſis affectibus exprimendis vincit Herodotus, ut Thucydides in concitatis. Hic vi ac robore antecelluit: ſed voluptate, gratia, & naturali ſimplicitate longe præſtantem Herodotum invenimus.* CAPPER.

331. *Thucydides.*] Thucydides Athenienſis, Olori filius, in rep. verſatus eſt, tempore belli Peloponneſiaci: ſed ob ſuſpicionem proditionis miſſus eſt in exilium, ubi pulcherrimam ſcripſit hiſtoriam. TURNEB. Omnes viciſſe Thucydidem ait Cicero II. *de Orat.* 13. idem cap. 22. & *Orat.* capp. 9. & 12. Vide Hermog. *de form. Orat.* lib. II. totum caput. Thucydidem ſe vertiſſe confitetur Cicero *de opt. gen. Orat.* cap. 5. ALMEL.

332. *Et fuſus.*] *Et effuſus;* MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Andr. Locat. Ald. Par. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. quamvis parum referat, malo tamen *fuſus*, quia *effuſus* vitium notare poſſet; hoc enim verbo fere utuntur de iis, qui ſine viribus languent; ut *effuſiora corpora* Calp. Flac. declam. 2. & Stat. VI. Theb. 838. *effuſa membra*: de quibus latius ad Val. Flac. agemus: *fuſus* vero eſt copioſus, ut ſæpe Cicero *fuſe dicere* & alii: non ergo Fabius Herodotum, ut languidum & enervem deſcribit, ſed qui copia ſua & ubertate differt a Thucydidis adſtricta oratione, in qua quidem vis major, ſed minor voluptas: & ita mox Æſchinem *fuſum* vocat. BURMAN.

333. *Herodotus.*] Herodotus Halicarnaſſeus, relicta patria, Thurium profectus, ſcripſit hiſtoriam lingua Ionica. TURNEB. Hermog. *de form Orat.* lib. II. pag. 508. Demetrius Phalereus *de Elocut.* 13. dicit ipſius ſtylum eſſe in membra ſolutum, & non valde inter ſe aptum: quare non ediderit hiſtoriam, vide apud Euſt. Swart. Analect. 1. cap. 14. ALMEL.

334. *Concitatis.*] Concitatos illos affectus Græci πάθη vocant. CAPPER.

335. *Remiſſis affectibus.*] Τοῖς ἤθεσιν, ut Græci loquuntur. CAPPER.

336. *Sermonibus.*] Colloquiis familiaribus & privatis. CAPPER.

337. *Ille vi.*] *Ille ut;* Voſſ. prim. ita ſolent enim librarii has voculas confundere: vide Comm. ad Phædr. 1. fab. 2. & Gud. ad fab. 5. & nos apud Ovidium ſæpe in Codicibus deprehendimus. BURMAN.

338. *Theopompus.*] Theopompus Chius, diſcipulus Iſocratis, hiſtoriam ſcripſit de rebus Græcorum, exorſus ab his, quæ omiſerat Herodotus & Thucydides. TURNEB. Scripſit de rebus Philippicis, ut teſtatur Clem. Alexand. lib. 1. quem & vide lib. VI. pag. 264. & Excerpt. Conſt. Porphyrog. pag. 21. Phot. Biblioth cap. CLXXVI. ubi de ſcriptis & vita: plura qui deſiderat, adeat cl. Voſſium de Hiſt. Græc. lib. 1. cap. 7. ALMEL.

339. *Antequam eſt ad hoc opus.*] *Eſt* non habet Obrecht.

340. *Philiſtus.*] Philiſtus Syracuſius, familiaris Dionyſii tyranni, ſcripſit de rebus Siculis undecim libros. Hunc Fabius putat dignum, qui poſt tres ſuperiores cæteris anteponatur. TURNEB. Cicero ad Q. Fr. lib. II. Ep. 12. *Siculus ille* (Philiſtus) *capitalis, creber, acutus, brevis, pene puſillus Thucydides*: ad quem locum legendus Voſſius in opere de Hiſtoricis Græcis pag. 17. COLOMES. Vide Ciceron. II. *de Orat.* cap. 13. & Suidam. ALMEL. Qui Philiſcum & Philiſtum vocat, & primum Hiſtoriam ſecundum artem oratoriam ſcripſiſſe dicit; & etiam artem oratoriam. BURMAN. De Philiſto ita ſcribit Dionyſius Halicarnaſſ. Φίλιστος μιμητής ἐστι Θουκυδίδου.... μικρὸς δέ ἐστι καὶ ταπεινὸς κομιδῇ ταῖς ἐκφράσεσι, hoc eſt: *Philiſtus imitator Thucydidis eſt.... tenuis autem & humilis in deſcriptionibus.* CAPPER.

341. *Qui turba quamvis bonorum poſt hos auctorum exiſtimatur.*] Grandi flagitio inquinatur hic ſenſus, quod quidem facile tollitur, ſi, *ſti* ſyllaba craſa, *eximatur* legamus, hoc modo: *Philiſtus quoque meretur, qui turbæ, quamvis bonorum poſt hos auctorum, eximatur*: nec ignoro a quibuſdam ita depravari, ut *quid turbæ* legant, quod quam ſenſui conveniat, ipſi viderint. REGIUS. *Exiſtimatur;* Voſſ. prim. Locat.

342. *Ut Iſocrati viſum.*] Iſocrates præceptor dicebat, Theopompum egere fræno, Ephorum calcaribus; alter enim erat acri ingenio, alter remiſſo. TURNEB. Vide Ciceron. III. *de Orat.* cap. 9. & lib. II. cap. 13. ALMEL. Simile dictum Platonis de Xenocrate & Ariſtotele refert Diog. Laert. lib. v. ſect. 6.

343. *Clitarchi.*] Clitarchus comes fuit expeditionum Alexandri, & rerum ejus ſcriptor: non ſervavit tamen veritatis fidem. TURNEB.

344. *Longo poſt intervallo.*] Timagenes Mileſius hiſtoricus ſcripſit de Heraclea & de præclaris ejus viris quinque libros: fuit & alius Timagenes Rhodius, niſi fallor. TURNEB.

345. *Hoc eſt ipſo probabilis.*] *Hoc ipſo prob.* Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

inter philoſophos reddendus eſt. Sequitur oratorum ingens manus, [346] cum decem ſimul Athenis ætas una tulerit: quorum longe [347] princeps Demoſthenes, ac pene lex orandi fuit. [348] Tanta vis in eo, tam denſa omnia, ita quibuſdam nervis intenta ſunt, tam nihil otioſum, is dicendi modus, [349] ut nec quid deſit in eo, nec quid redundet, invenias. [350] Plenior [351] Æſchines, & magis fuſus & grandiori ſimilis, quo minus ſtrictus eſt: carnis tamen plus habet, lacertorum minus. Dulcis in primis & acutus [352] Hyperides, ſed minoribus *cauſſis*, ut non dixerim utilior, magis par. His ætate [353] Lyſias major, ſubtilis atque elegans, & quo nihil, ſi oratori [354] ſatis ſit docere, quæras perfectius; nihil eſt enim inane, nihil arceſſitum; puro tamen fonti, quam magno flumini, propior. [355] Iſocrates in diverſo genere dicendi nitidus [356] & comptus, & palæſtræ, quam pugnæ, magis accommodatus, omnes dicendi [357] veneres ſectatus eſt: nec immerito; auditoriis enim ſe, non judiciis compararat; [358] in inventione facilis, honeſti ſtudioſus; [359] in compoſitione adeo diligens, ut [360] cura ejus reprehendatur. Neque ego in his, de quibus ſum locutus, has ſolas virtutes, ſed has præcipuas puto; nec cæteros parum fuiſſe magnos. [361] Quinetiam Phalereum

346. *Cum decem.*] *Ut cum decem*; Voſſ. ſec. tert. Locat. Ald. Baſil. *ut decem*; Gryph. Colin. Vidov.

347. *Princeps Demoſthenes.*] Vide Ciceron. *Brut.* 33. & *de opt. gen. Orat.* 4. & noſtrum lib. XII. cap. 10. Plinius Epiſt. 26. lib. IX. vocat *normam & regulam oratoris.* Vide Iſidor. Peluſiot. lib. IV. ep. 91. ALMEL. De Demoſthene ſic ſtatuit Dionyſius Halicarnaſſ. Ὁ Δημοσθενικὸς λόγος ἐν τῇ φράσει .... καὶ λέξεως ἐκλογῇ κεκοσμημένος καὶ χρώμενος τάξει τῇ κατὰ τὸ συμφέρον καὶ μετὰ τοῦ σεμνοῦ τὴν χάριν ἔχων, id eſt: *Demoſthenica oratio ipſa in elocutione vim habet & nervis intenta eſt, ornata verborum delectu, & eum ſervans ordinem, qui ſit cum cauſſæ utilitate conjunctus: præterea quadam ipſi eſt gratia cum gravitate.* CAPPER.

348. *Tamen nihil otioſum.*] *Tam* eſt legendum. REGIUS.

349. *Ut ne quid.*] *C* litera adſcripta, *nec* legendum eſſe aperte cuique patet, hoc modo: *ut nec quid deſit.* REGIUS. *Nec quid deſit i. e. nec quid redundet*; MSS. Alm. Vall. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov. Vaſc. Steph. BURMAN. In edit. Lugduno-Batav. & Burman. legebatur: *ut nec quod deſit in eo, nec quod redundet, invenias*: quæ lectio mihi viſa eſt longe minus probabilis. Adde quod τὸ *quid* in pluribus MSS. & antiquiſſimis editionib. reperiatur. CAPPER. *Quod deſit, &c.*] Annotant, hanc eſſe præcipuam Atticorum vim, nihil ſupervacaneum dicere: quod ita obſervavit Demoſthenes, ut nihil tamen interim omitteret. TURNEBUS.

350. *Plenior.*] Barth. ad Stat. VIII. Theb. 683. legendum eſſe *planior* contendit, ſed perperam; non agitur enim hic, quis difficilior vel planior, ſed quis copioſior & fuſior ſit: ita *plenus Orator* Cicero I. *de Orat.* 13. & *plene dicere*, & ſimilia paſſim: & hoc ſequentia *plus carnis* probant; nam *metaphora* deſumpta ab hominibus pinguioribus, qui *pleni* dicuntur: ita Suet. Cæſar. 45. dicit eum fuiſſe *ore paulo pleniore*; & Ovid. II. Art. Amat. 661.

Dic habilem, quæcumque brevis, quæ turgida plenam.

& Remed. 327.

Turgida, ſi plena eſt, ſi fuſca eſt, nigra vocetur.

& auctor. declam. VII. *ſolidum plenumque corpus*, quod Terentius dixit Eunuch. II. 3. *ſolidum & ſucci plenum*: & ita *plenitudo* pro craſſitie Columel. IV. 30. *perticæ cacuminum modicæ plenitudinis*; ubi etiam cod. S. Germ. *planitudinis*; neque vox *ſtrictus*, ut Barthius volebat, exigit *planus*: imo contra; cum enim ſtringitur quid, prohibetur ne exuberet, ſed fit planum, ut illæ apud Terentium puellæ, quæ *vincto pectore* erant, ut *graciles* eſſent, & planæ: ita hic, quo minus ſtrictus, eo grandiori & pleniori ſimilis: & ita Cicero *ſtrictim* & *copioſe dicere* opponit pro Cluent. 10. & in *Bruto* cap. 31. *adſtrictam* & *contractam* Stoicorum orationem liberiori & latiori Academicorum opponit: *Quis enim uberior in dicendo Platone?* BURMAN.

351. *Æſchines.*] Æſchines Atrometi filius, primum hiſtrio, deinde ſcriba, poſtremo orator fuit: geſſit inimicitias cum Demoſthene, a quo ſuperatus Rhodum exulatum abiit, ubi rhetorices profeſſor fuit, primuſque extemporalis orationis auctor. TURNEB. Tympaniſtriæ filium fuiſſe ait Lucianus in ſomnio. Vide de eo Cicer. *Orat.* 9. & Hermogen. lib. II. cum vero apud Rhodios pueros docuiſſet, ſenior e Rhodo Samum eſt profectus, ubi obiit. Vide vitam quodammodo deſcriptam apud Photium Biblioth. pag. 29. Edit. Hoeſch. fuit & Æſchines Philoſophus. Caſaub. in Athen. VI. 20. item Æſchines Sardianus, de quo Harpocrat. in lex. in quem vide Mauſſac. Konig. Biblioth. pag. 13 ALMEL. De Æſchine ſic pronunciat Dionyſius Halicarnaſſ. Ὁ δ' Αἰσχίνης ἀσθενέστερος μὲν τοῦ Δημοσθένους, ἐν δὲ τῇ τῶν λέξεων ἐκλογῇ πομπικὸς ἅμα καὶ δεινός, id eſt: *Æſchines vero minorem Demoſthene vim habet: ſed in verborum delectu ad pompam accommodatus ſimul & gravis.* CAPPER.

352. *Hyperides.*] Hyperides *demagogus* Athenienſis, amicus Demoſthenis fuit: ab eo tamen Demoſthenes eſt repetundarum accuſatus. TURNEB. Hunc accuratum dicendi genus habere negat Hermogenes in libello *de form. Orat.* cap. XI. pag. 491. ubi cætera videri poſſunt. ALMEL. *Hyperides eſt*; Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov. De Hyperide ſic habet idem Dionyſius: Καὶ χάρις ὁ μέσος ἐστὶ, καὶ δοκῶν ἁπλοῦς, οὐκ ἀπήλλακται δεινότητος, id eſt: *Et venuſtate plenus eſt, & quanquam ſimplex videtur, vi tamen oratoria non caret.* CAPPER.

353. *Lyſias.*] Vide Ciceron. *Orat.* 9. ALMEL. De Lyſia vero ita ſcribit idem Criticus: Ὁ Λυσιακὸς λόγος πρὸς τὸ χρήσιμον καὶ ἀναγκαῖον ἐστὶν αὐτάρκης, καὶ τὸ μὲν αὐχμηρὸν ἐκπέφευγε, πυκνὸς δ' ἐστὶ καὶ στενὸς κατὰ τὴν ἀπαγγελίαν· ἔστι δὲ καὶ κομψὸς καὶ ἀληθὴς, καὶ τῶν Ἀττικισμῶν ἔχεται· οὐ μὴν συνεχῶς αὐξητικός, hoc eſt: *Lyſia oratio ad utile & neceſſarium abunde ſufficit, ſqualorem effugit: ſed anguſtam preſſamque habet elocutionem. Præterea elegans eſt, vera, & ob Atticiſmos venuſta: non tamen continuas amplificationes continet.* CAPPER.

354. *Satis ſit docere.*] *Dicere*; Voſſ. prim. tert. Locat. Baſil. male; nam lib. IV. cap. 5. dicit: *Non ſolum Oratoris eſt docere, ſed plus eloquentia circa movendum valet.* BURMAN.

355. *Iſocrates.*] Vide Cicer. II. *de Orat.* ubi dicit, cum præ timiditate & pudore *cauſas* agere non auſum eſſe. Plin. VI. Epiſt. 29. *infirmitate vocis & mollitie frontis* addit: fuit & in re anguſta, ut pretio conſcripſerit orationes. Photius Biblioth pag. 203. Vide & de eo Cicer. II. *de Orat.* 22. ALMEL.

356. *Et comptus.*] *Et compoſitus*; Ald. Baſil. quod ex compendio ſcriptionis natum; nam *comptus* etiam pro *compoſitus* ſcribebant. BURMAN.

357. *Veneres ſectatus eſt: nec immerito; auditoriis e. ſ. n. j. comparat.*] *Ra* ſyllaba adſcripta, *compararat* mihi legendum videtur, atque *eſt* verbum expungendum. *Veneres* autem dicit, quas Græci χάριτας vocant: ſic Plinius lib. XXXV. *Quorum opera cum admiraretur collatis omnibus deeſſe his unam illam Venerem dicebant, quam Græci χάριτα vocant.* REGIUS. *Comparat*; Voſſ. ſec. Leid. Oxon. Obrechr. His conſonat Dionyſii Halicarnaſſ. de Iſocrate judicium: Ὁ δ' Ἰσοκράτειος λόγος κομψότατος μὲν, ἀλλὰ μὴ σημειωτέος, καὶ πανηγυρικώτερος ἐστι μᾶλλον ἢ δικανικώτερος· ἔχει δὲ τὸν κόσμον μετὰ ἐνεργείας καὶ πομπικὸς ἐστι μετὰ τοῦ ἀνδρικοῦ καὶ χρησίμου· οὐ μὴν ἀγωνιστικὸς, ἀπεριγράφει δὲ τὴν ἀπαγγελίαν ταῖς περιόδοις καὶ ὅλως, id eſt: *Iſocratica oratio elegantiam ſectatur, ſed cum gravitate: panegyricis conventibus & auditoriis aptior, quam forenſibus judiciis: habet ornatum cum efficacia, & ad pompam cum quadam efficiendi virtute atque utilitate accommodatur: non tamen forenſibus pugnis convenit, ſed elocutionem periodis uſquequaque circumſcribit.* CAPPER.

358. *In inventione facilis.*] *Inventione facilis*; Ald. Colin.

359. *In compoſitione adeo diligens.*] Tam diligens eſt compoſitio Iſocratis, ut nonnunquam in verſum incidat: adde, quod in eo frequenter ſunt *pariſa*, *iſocola*, *antitheta*, *ſimiliter cadentia* & *deſinentia*. TURNEB.

360. *Cura reprehenditur.*] Quod de Luperco, oratore ſui ſeculi, ſcribit Plinius lib. IX. 26. *nihil peccat, niſi quod nihil peccat.* ALMEL.

361. *Quin etiam Phalereum.*] *Quin etiam & Ph.* Steph. *Phalerea*; Voſſ. prim. tert.

illum Demetrium (quanquam is primus [362] inclinaſſe eloquentiam dicitur) multum [363] ingenii habuiſſe & facundiæ fateor , vel [364] ob hoc memoria dignum , quod ultimus eſt fere ex Atticis, qui dici poſſit orator: quem tamen [365] in illo medio genere dicendi præfert omnibus [366] Cicero. Philoſophorum, ex quibus plurimum ſe traxiſſe eloquentiæ M. Tullius confitetur, quis dubitet [367] Platonem eſſe præcipuum, ſive acumine diſſerendi, ſive eloquendi facultate divina quadam & Homerica? multum enim [368] ſupra proſam orationem, [369] & quam pedeſtrem Græci vocant, ſurgit: [370] ut mihi non hominis ingenio, ſed quodam [371] Delphico videatur oraculo [372] inſtinctus. [373] Quid ego commemorem Xenophontis jucunditatem illam inaffectatam, ſed quam nulla poſſit [374] affectatio conſequi? ut [375] ipſæ finxiſſe ſermonem Gratiæ videantur: &, quod de Pericle [376] veteris comœdiæ teſtimonium eſt, in hunc transferri juſtiſſime poſſit, [377] in labris ejus ſediſſe quamdam perſuadendi Deam. Quid reliquorum Socraticorum elegantiam? [378] Quid Ariſtotelem? quem dubito ſcientia rerum, an ſcriptorum copia, [379] an eloquendi ſuavitate, an inventionum acumine, an varietate operum, clariorem putem. Nam in Theophraſto tam eſt [380] eloquendi nitor ille divinus, [381] ut ex eo nomen quoque traxiſſe dicatur. Minus indulſere eloquentiæ

362. *Inclinaſſe eloquentiam dicitur.*] Demetrius cognomento Phalereus, a Phalero portu Atticæ regionis, *demagogus* fuit Athenienſis: maluit autem (ut ait Cicero) populum delectare, quam inflammare: ita eloquentiam inclinavit, in exilium actus apud Ptolemæum Soterem. TURNEB.

363. *Ingenii & facundæ.*] *Facundiæ* legatur. REGIUS.

364. *Et ab hoc.*] *Ob hoc* legatur. REGIUS.

365. *In illo medio.*] *In illo mediocri*; Voſſ. prim. tert.

366. *Cicero.*] Vide in *Orat.* 27. & 11. *de Orat.* 23. & 1. *de Off.* 1. ALMEL.

367. *Platonem.*] Jovem ſic loqui aiunt Philoſophi. Cicer. *Brut.* 31. Vide de honore, in quo eum habuit Dionyſius, Solin. Polyh. cap. 7. ALMEL. De Platone & Platonicis ita judicat Dionyſius Halicarnaſſ. *Μεγαλοπρεπεῖς τῇ λέξει καὶ ποιητικοί ..... μιμητέοι δὲ μάλιστα Ξενοφῶντά τε καὶ Πλάτωνα, τοῦτον τῶν ἠθῶν χάριν καὶ τῆς ἡδονῆς καὶ τῆς μεγαλοπρεπείας*, hoc eſt: *Dictione magnifici ſunt & poetici .... ſed imitari maxime oportet Xenophontem & Platonem, cum propter mores & jucunditatem, tum ob magnificentiam.* CAPPER.

368. *Supra proſam.*] *Supra prorſam*; V. C. Alm.

369. *Et quam pedeſtrem Græci vocant*] Πεζὸν λόγον, quibus verbis non proſam tantum orationem intelligere poſſumus, ſed poeticum etiam ſermonem, qui proſaico ſit ſimilis: cujus fere modi eſt comicorum elocutio. Hoc ſenſu dixit Lucianus: *ἀτραγῴδητα πάντα καὶ πεζὰ καὶ δημοτικά*: *omnia ſunt a tragico dicendi genere aliena, pedeſtria, & plebeia*: & Horat. in Art. Poet.

Et tragicus plerumque dolet ſermone pedeſtri.

Sic etiam Terentianus Maurus pag. 2433. veter. Grammat. ubi de carmine Iambico.

Sed quæ pedeſtres fabulas ſocco premunt. CAPPER.

370. *Ut mihi non hominis ingenio.*] Cicero (*Orat.* cap. 20.) ait Platonis orationem, propter ſublimitatem & *numeros*, carmen eſſe videri: quemadmodum autem Pythia afflatu numinis carmen fundebat heroicum, quod ſublime eſt & grave; ita Plato veluti numinis inſtinctu fundere videtur proſam ita ſublimem. TURNEB.

371. *Delphico oraculo.*] Barth. ad Æneam Gazæum pag. 91. ex membranis profert *Deifico oraculo*; ut non ad unum oraculum alliget ſuum ſemideum: ſed apertum eſt, *i* loco *l* a librario, quod millies fit, poſitum; quis enim unquam *Deificum oraculum* fando audivit? cum & vox ipſa *Deificus* plane barbara ſit, &, ſi jam recipienda eſſet, notaret oraculum, quo Deus aliquis efficeretur; cum contra Deus oraculi auctor cenſeatur: hæc autem loquendi formula frequens, ut excellentes dictiones, graves ſententiæ, veriſſime dicta, & ſimilia, non ab hominibus, ſed ab oraculo Delphico, aut alio profecta videantur: ita Cicero 1. de leg. 22. *Cujus præcepti tanta vis, tanta ſententia eſt, ut ea non homini cuipiam, ſed Delphico Deo tribuerent.* Epiſt. ad Brut. 11. *hæc ex Oraculo Apollinis Pythii edita tibi puta.* Ovid. 11. Art. 541.

Hæc tibi non hominem, ſed quercus crede Pelaſgas
Dicere.

Terent. Andr. IV. 2.

Non Apollinis magis verum, atque hoc reſponſum eſt.

Ex communi ergo loquendi conſuetudine hoc deſumptum BURMAN.

372. *Inſtinctus.*] *Inſtrictus*; V. C. Alm.

373. *Quid ego commemorem.*] Xenophon Grylli filius, Socratis auditor, Platoniſque condiſcipulus, coluit illam, quam Græci appellant, *ἀφέλειαν*, id eſt, *ſimplicitatem inaffectatam*: propter autem ſuavitatem ſermonis vocatur *Apis Attica.* TURNEB. Narrat Philoſtratus (lib. 1. de vitis Sophiſt. cap. 12.) ipſum Prodici Sophiſtæ (cujus mentio fit apud noſtrum lib. III. cap. 1.) linguam ad unguem deſcripſiſſe. ALMEL.

374. *Affectatio conſequi.*] *Sequi*; Voſſ. prim. tert.

375. *Ipſæ ſermonem Gratiæ.*] *Ipſi* alios legere Aſcenſius teſtatur.

376. *Veteris Comœdiæ*] Eupolidis nimirum. Plinius Junior lib. 1. Epiſt. 20. *Nec me præterit ſummum oratorem Periclem, ſic a Comico Eupolide laudari: πρὸς δὲ γ᾽ αὖ τούτῳ τάχει πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν· οὕτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε τοῖς ἀκροωμένοις.* COLOMESIUS. Debet hæc Colomeſius Politiano, qui egregie hæc illuſtrat Miſcell. cap. 91. BURMANNUS. Græca Comici Eupolidis verba Latine ſic verti poſſunt: *Præterea quædam fortaſſe Suada ipſius labris inſidebat: uſque adeo demulcebat, & rhetorum ſolus auditoribus aculeum relinquebat.* Vide Ciceron. de claris Oratorib. CAPPER.

377. *In labris ejus ſediſſe, &c.*] Paulinus in vita Ambroſii auctor eſt, apes Ambroſii os, cum puer in cunis dormiret, ambiiſſe, ex quo pater ejus judicabat, eum maximarum virtutum fore. Gerard. Patrolog. pag. 271. Vide Duportii Gnomol. Homeric. cap. 6. de Lalibuba Habeſſinorum rege etiam ferunt ejus labris inſediſſe apes, teſte Jobobo Ludolf. Hiſtor. Æthiop. 11. cap. 5. ALMEL.

378. *Quid Ariſtotelem.*] Vide noſtri auctoris lib. XII. cap. 11. hujus Præceptor Plato, ut ex Cicerone & aliis patet, cui cum contradiceret, pullus, Græce *πῶλος*, dictus, quia illi volupe eſt etiam patrem mordere. Photius Biblioth. pag. 871. Ariſtotelis & Theophraſti libros & tractatus diſtribuit Andronicus Peripateticus. Porphyr. in vita Plotini. ALMEL. Dionyſii Halicarnaſſ. de Ariſtotele judicium cui τὸ τοῦ Fabii ſatis conſonat, lubet hic apponere: *Παραληπτέον καὶ Ἀριστοτέλη εἰς μίμησιν τῆς τε περὶ τὴν ἑρμηνείαν δεινότητος, καὶ τῆς σαφηνείας καὶ τοῦ ἡδέος καὶ πολυμαθοῦς· τοῦτο γάρ ἐστι μάλιστα παρὰ τοῦ ἀνδρὸς λαβεῖν*, id eſt: *Aſſumere oportet Ariſtotelem ad imitandum, idque cum propter vim elocutionis, & perſpicuitatem, tum propter ſuavitatem & multam eruditionem; hoc enim ex hoc viro maxime licet excerpere.* CAPPER.

379. *An eloquendi uſu ſuavitate.*] *Uſu* ablativus, ut redundans, mihi expungendus videtur. REGIUS. *Uſu ſuavitate*; Voſſ. tert.

380. *Eloquendi nitor.*] *Loquendi*; V. C. Alm.

381. *Ut ex eo nomen, &c.*] Antea enim vocabatur *Tyrtamus*, ſed poſtea ex divina eloquentia *Theophraſtus* eſt appellatus. Diog. Laert. TURNEBUS. Ab Ariſtotele magiſtro ſic dictus eſt. Auctores Strabo lib. XIV. Laertius in Theophraſto, & Suidas: ſed hic primum Tyrtamum, deinde Εὔφραστον, denique Θεόφραστον dicit vocatum. COLOMESIUS. Vide Ciceron. *Acad. quæſt.* lib. 1. cap. 9. de eo refert Hermippus apud Athen. lib. 1. cap. 17. quod nitido cultu corporis in ſcholam venerit, docens geſtus & figuras corporis, argumento convenientiſſimas. ALMEL. Cæterum Θεόφραστος (*Theophraſtus*) fit ex *θεὸς Deus*, & *φράζειν eloqui*. CAPPER.

[382] Stoïci veteres : ſed cum honeſta ſuaſerunt, tum [383] in colligendo, probandoque, quæ inſtituerant, plurimum valuerunt : rebus tamen acuti magis quam (id quod ſane non [384] affectant) oratione magnifici. Idem nobis [385] per Romanos quoque auctores ordo ducendus eſt. Itaque, ut apud illos Homerus, ſic apud nos Virgilius auſpicatiſſimum dederit exordium, omnium ejus generis [386] poëtarum, Græcorum noſtrorumque, illi [387] haud dubie proximus. Utar enim verbis iiſdem, [388] quæ ex Afro Domitio juvenis [389] accepi: qui mihi interroganti, quem Homero crederet maxime accedere, *Secundus*, inquit, *eſt Virgilius*, [390] *propior tamen primo, quam tertio.* Et hercle, [391] ut illi naturæ cœleſti atque immortali ceſſerimus, ita curæ & diligentiæ vel ideo in hoc plus eſt, quod ei fuit magis [392] laborandum : [393] & quantum eminentioribus vincimur, fortaſſe æqualitate penſamus. Cæteri omnes longe [394] ſequentur. [395] Nam Macer & Lucretius legendi quidem, [396] ſed non ut *phraſin*, id eſt, corpus eloquentiæ faciant : elegantes in ſua quiſque materia, ſed alter humilis, [397] alter difficilis. [398] Attacinus Varro in iis, per quæ nomen eſt aſſecutus, interpres operis alieni,

382. *Stoïci veteres.*] Cicero in *Orator.* duas ſectas oratori putat utiles, Academicam & Peripateticam : Epicuream vero contemnit & Stoïcam ; nam Stoica ſecta, quanquam de rebus pulcherrime diſputat, ornamenta tamen eloquentiæ contemnit. TURNEB.

383. *In colligendo.*] *In eligendo* ; Locat. Colon. Par. Colin. ſed ſatius eſt legere *in colligendo, ἐν τῷ συλλογίζεσθαι*, quod eſt ratiocinari, colligere, inferre unum ex alio vel ex aliis. CAPPER.

384. *Affectiarunt.*] *Affectant* ; Voſſ. prim. tert. Obrecht.

385. *Per Romanos.*] *Apud Romanos* ; MS. Bodl. Andr.

386. *Poetarum Græcorum, noſtrorumque.*] Fabianum de Poëtis judicium reprehendit acriter Barthius Adverſarior. lib. XLVIII. cap. 19. his verbis : *De Quinctiliano illud hic adjungam . . . . . hac parte, qua de Poëtis loquitur, omnino mihi neſcio quomodo facies eorum minus initiatum videri, quam pro cenſore* : ſed cum Barthius hanc reprehenſionem nullo confirmet argumento, eodem ipſe titulo reprehendi poſſet. CAPPER.

387. *Haud dubie proximus.*] *Illi* dativus mihi, vel refragantibus exemplaribus, adſcribendus videtur, hoc modo : *illi haud dubie proximus.* REGIUS. *Illi* abeſt a MSS. Alm. Voſſ. omnibus Locat. Baſil.

388. *Quæ ex Afro.*] *Ab Afro* ; Locat. Ald. Colin. Vidov.

389. *Accepi.*] *Excepi* ; MSS. Alm. Voſſ. prim. tert. Andr. Locat. Par. Colin. Vidov.

390. *Propior tamen primo quam tertio.*] Ita ſignificavit Domitius Virgilii excellentiam, qui, cum proximus ſit Homero, reliquos tamen poëtas, tum Græcos, tum Latinos, procul a ſe relinquat. TURNEB. De Tito Valgio Poeta Elegiographo Tibullus in Carmine ad Meſſalam :

Eſt tibi, qui poſſit magnis ſe accingere rebus,
Valgius, æterno propior non alter Homero.

COLOMES.

391. *Ut illi naturæ cœleſti.*] *Ut illi natura divinæ atque cœleſti ceſſerimus* ; Ald. *ut illi n. cœleſti atque divinæ c.* Voſſ. ſec. Obrecht.

392. *Laborandum.*] *Elaborandum* ; Baſil. Obrecht.

393. *Et quanto plus vincimus.*] Depravatus quidem hic mihi ſenſus videtur, nec, qua ratione corrigi poſſit, video : *vincimur* quidem eſt legendum ; ſed alia quoque mihi emendatione indigere videtur. Virgilius autem ſe Homero æqualem his verſibus profitetur :

Mæonium quiſquis Romanus neſcit Homerum,
Me legat, & lectum credat utrumque ſibi.
Illius immenſos miratur Græcia campos :
At minor eſt nobis, ſed bene cultus, ager.
Hic tibi nec paſtor, nec curvus deerit arator.
Hæc Graiis conſtant ſingula, terna mihi.

REGIUS. Verſiculi illi non ſunt Virgilii, licet ejus nomine editi ; ſæpe enim uſu venit, ut in epitaphiis faciamus de ſe loquentes, quæ ipſi, ſi viverent, dixiſſe nollent : adde, quod corrupte recitantur a Raphaële, & in Vallenſi codice adſcripti alterius manu ſunt. Nam cum duo præmiſerit, quomodo intulerit *terna mihi?* ideoque cum aliis legam :

Non paſtor, miles, non curvus deerit arator.

aut ſic, *non hic arma, pecus, nec*, &c. & primum verſiculum, quem alii ſic legunt : *Melliſluum quiſquis*, ſic legam : *Mæonium qui vel Romanum neſcit Homerum* : præterea legam cum multis ſic : *At minor eſt nobis, ſed mage cultus, ager.* ASCENS. Homerus multis in locis ſuperat Virgilium, Virgilius multis quoque in locis æquat virtutes Homeri : ita æqualitate penſat. Annotat præterea Macrobius, nonnullis in locis a Virgilio ſuperari Homerum. TURNEB. *Quanto eminentioribus* ; Ald. Obr. *quantum eminentibus* ; V. C. Alm. marg. Vidov. mihi vulgata lectio ſatis placet : *Quantum vincimur eminentioribus*, ſcilicet quibuſdam in Homero locis & dotibus, tantum fortaſſe penſamus æqualitate operis Virgiliani, quod, licet forte non eminentiora quædam habeat, quibus Homerum ſuperat, toto tamen decurſu & æquali poëmatis œconomia eum ſuperat : eſt vero *ellipſis* in hac locutione vocum *tantum*, vel *tanto magis*, quæ reſpondent τῷ *quantum*, quæ Tacito familiaris, & de qua nos ad Ovid. IV. Metam. 64. aliquando agemus : an vero *quanto* vel *quantum* legatur, vix referre putem ; cum & apud Ovidium & alios paſſim librarii confundant : & ita apud Valer. Max. V. IX. 3. *aliquantum tetriore*, pro *aliquanto* ; ubi vide Vorſtii notas : ita mox *multo* vel *multum terſior* : vulgatius tamen *quanto* & *tanto* : ſed de his alibi. BURMAN.

394. *Sequentur.*] *Sequuntur* ; Obrecht.

395. *Nam Macer.*] Macer Veronenſis poëta ſcripſit de volucribus & herbis, imitatus Nicandrum : de rebus Iliacis quoque ſcripſit, eaſque deduxit ad excidium Trojanum. TURNEB. Vide Ovid. IV. Triſt. 10. Iſidorum lib. XII. cap. 4. ad vocem *Chelydros*, quem ſub Æmilii nomine ab Iſidoro lib. XII. cap. 7. intelligi vult Colomeſius Κειμηλ. literar. cap. 6. ALMELOV.

396. *Sed non ut faciant phraſin.*] De hac voce, qua, tanquam Latinitate donata, uſi ſunt veteres, videndus Philippus Beroaldus Lamp. Crit. Part. I. pag. 256. PAREUS.

397. *Alter difficilis.*] Scribe, *Elegantes in ſua quiſque materia, ſed alter humilis, alter diffuſilis*, hoc eſt, qui nimium ſeſe laxet, diffundat, & eamdem rem dicat pluribus, quam opus eſt. Quod verum eſſe, teſtatur Index noſter Lucretianus abſolutiſſimus. Debetur vero hæc emendatio præſtantiſſimo Gaſp. Barthio, Adverſar. lib. 43. cap. 2. qui omnino hic conſulendus. PAREUS. Barthius, vir multæ quidem lectionis, ſed naris haud prorſus emunctæ Adverſar. lib. 43. cap. 2. pro *difficilis*, legendum exiſtimat *diffuſilis*, id eſt, nimium ſe diffundens. Nos vulgatam lectionem retinendam judicamus, quam firmat Papinius in Lucani Genethliaco :

Et docti furor arduus Lucreti. COLOMES.

difficilis dicitur Lucretius propter materiæ difficultatem & ſublimitatem ; unde & *ſublimis* dicitur Ovid. I. Amor. 15. BURMAN.

398. *Attacinus Varro.*] Varro Attacinus vixit tempore Ovidii : ſcripſit autem *Argonautica*, ut interpres Apollonii Rhodii. Appellatus eſt *Attacinus* ab Attace, vico Galliæ Narbonenſis, ut vult Euſebius ; ut alii, ab Attace fluvio. TURNEB. Et apud Horat. I. Serm. apud Euſeb. V. C. P. *Terentius vico Attace in provincia Narbonenſi naſcitur.* Ata fluvius eſt Atax. Acate ſive Agatha vicus vel urbs, ſed ad Auratim fluvium. PITHOEUS. Vide Joh. Savar. ad Sidon. Apoll. lib. IV. Epiſt. 3. pag. 229. PAREUS. Argonauticorum Apollonii Rhodii interpres, ut auctor eſt Valerius Probus ad Virg. II. Georg. quod opus ſignat Ovid. I. Amor. 15.

Varronem primamque ratem quæ neſciat ætas?

Et Propert. lib. II. 34.

Hæc quoque perfecto ludebat Jaſone Varro,
Varro Leucadiæ maxima cura ſuæ.

Et Papinius in Lucani Genethl.

Et qui per freta duxit Argonautas. COLOMES.

non ſpernendus quidem, verum ad augendam facultatem dicendi parum locuples. [399] Ennium, ſicut ſacros vetuſtate lucos, adoremus, in quibus grandia & antiqua robora jam non tantam habent ſpeciem, quantam religionem. Propiores alii, atque [400] ad hanc *phraſin*, de qua loquimur, magis utiles. Laſcivus quidem in Heroïcis quoque Ovidius, & nimium amator ingenii ſui: [401] laudandus tamen in partibus. Cornelius autem Severus, etiamſi [402] verſificator, quam poëta, melior; ſi tamen, ut eſt dictum, [403] ad exemplar primi libri [404] bellum Siculum perſcripſiſſet, vindicaret ſibi jure ſecundum locum. [405] Sed eum conſummari mors immatura non paſſa eſt: puerilia tamen ejus opera & maximam indolem oſtendunt, [406] & mirabilem, præcipue in ætate illa, recti generis voluntatem. [407] Multum in Valerio Flacco nuper amiſimus. [408] Vehemens & poëticum ingenium Saleii Baſſi fuit, nec ipſum ſenectute maturum. [409] Rabirius ac Pedo non indigni cognitione, ſi vacet. Lucanus [410] ardens, & concitatus, & ſententiis clariſſimus, &, ut dicam quod ſentio, [411] magis oratoribus, quam [412] poëtis adnumerandus. [413] Hos nominavimus, quia [414] Germanicum Auguſtum ab

399. *Ennium.*] Vide C. Barthii Comm. ad Claudian. præfat. lib. III. de laud. Stilic. PAREUS. Vide Alex. lib. I. cap. 30. moritur ſeptuagenarius morbo articulari, teſte Euſebio, qui videndus; juxta quem conſule monumenta Boxhornii Tab. 4. ALMELOV.

400 *Ad hanc atque de qua loquimur.*] *Atque* conjunctio tranſpoſita, in locum ſuum videtur reponenda hoc modo: *Propiores alii, atque ad hanc de qua.* REGIUS. *Atque ad hoc de quo loquimur*; MSS. Alm. Voſſ. prim tert. Baſil. *atque ad hanc de qua*; Voſſ. ſecund. Locat. *propiores alii ad hanc phraſin*; Ald.

401. *Laudandus tamen in partibus.*] *Laudandus partibus*; Voſſ. prim. *laudandus in partibus*; Voſſ. ſec. *laudandus tamen partibus*; V. C. Alm. Vaſcoſ. Steph. Baſil. Gallæus conjecerat *laudandus tamen protinus*, pro *prorſus*, citra dubium, εὐθέως, ut mox cap 3. *nec tamen protinus audiendi.* BURMAN.

402. *Verſificator, quam poëta, melior.*] Fabularum inventio, fictionum congeries & œconomia, elocutio non vulgaris, ſed vocibus vulgo inſolitis contexta, *tropis* audacioribuſque figuris ornata; hæc omnia poetam efficiunt; ars autem ſcribendorum ſecundum metricas leges verſuum facit verſificatorem. CAPPER.

403. *Ad exemplar.*] *Ad exemplum*; Vall. lib.

404. *Bellum Siculum.*] Recte, non *civile*, ut legendum conjectabat Scaliger in Animadverſionibus Euſebianis num. MMXLVIII. ſententiam noſtram ſtabilivit Seneca Epiſt. 79. *Donec Ætnam deſcribas in tuo carmine, & hunc ſolemnem omnibus Poëtis locum attingas: quem quominus Ovidius tractaret, nihil obſtitit, quod jam Virgilius impleverat; ne Severum quidem Cornelium uterque deterruit.* Ætna Siciliæ mons, ac forte pars operis de Bello Siculo. COLOMES. Scaligeri emendationem refert Voſſius capite II. de Poëtis Latin. ſed puto ibi verba tranſpoſita; legitur enim hic Fabii locus, ubi agit de Caſſio Parmenſi, cum debuiſſet in Corn. Severo legi: turbatæ fuere forte ejus ſchedæ. BURMAN.

405. *Sed eum conſummari.*] *Varenum conſummari*; Baſil. Gryph. marg. Steph. *farrenum*; Voſſ. prim. tert. Latere hic Poetam aliquem certum mihi eſt; ſed quia ille raptus in prima ætate, paucis forte notus & memoratus fuit. *Varenum* ſi legatur, forte ille fuit, vel ipſi gentilis, quem a Cicerone defenſum ſæpe apud Fabium noſtrum legimus. *Varenum* accuſatum a Bithynis memorat Plinius lib. VII. cap. 6. ſed quem hic intelligi vix puto. BURMANNUS.

406. *Et mirabilem.*] *Et admirabilem*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Bodl. Andr. Locat. Ald. Par. Gryph. Colin. Vidov.

407. *Multum in Valerio.*] Hic ſcripſit *Argonautica* ad imitationem Apollonii Rhodii. TURNEB. Quinctiliani hoc judicium expenditur a Barthio Adverſar. lib. LVI. cap. II. PAREUS.

408. *Vehemens & Poëticum ingenium Salei Baſſi fuit, nec ipſum ſenectute maturum.*] MS. Palat. nullum *Saleium* agnoſcit, ſed *Salium Baſſum.* Deinde ex MS. quoque reſcribendum: *Nec ipſum ſenectus maturavit*, hoc eſt, non ad canos ac ſenectutem pertigit. Nam inter illos, qui acerbo fato ſupplantati, & ille recenſitus. Sic de Cœlio infra: *Dignus vir, cui & mens melior, & vita longior contigiſſet.* Idem de Calvo: *Fecit illi properata mors injuriam.* Adi Jan. Gebhardi Crepund lib. III. cap. 7. pag. 117. 118. PAREUS. *Salis Baſſi*; Voſſ. ſec. ſed *Saleius Baſſus* quoque Auctori dialogi *de Orat.* capp. 5. & 9. ex cujus diverſo de hoc Poëta judicio Quinctilianum non eſſe ejus dialogi auctorem collogit Barth. ad Stat. X. Theb. 700. qui & hic legit; *nec ipſa in ſenectute ſat maturum. Nec ipſum ſenectus maturavit*; MS. Bodl. Andr. *nec ipſum ſenectute maturavit*; Ald. *nec ipſum ſenectute maturuit*; Colin. Vidov.

409. *Rabirius ac Pedo.*] Rabirius ac Pedo Albinovanus vixerunt tempore Ovidii; ſic enim de his ſcribit. IV. ex Pont. Eleg. ult.

Cumque foret Marſus, magnique Rabirius oris,
Iliacuſque Macer, ſidereuſque Pedo.

Quo ex loco apparet, Pedonem ſcripſiſſe de Aſtrologia. TURNEB. De Rabirio vide Velleium Pater. lib. II. pag. 28. & ibi Lipſium. ALMELOV.

410. *Ardens & concitatus.*] Hinc Grotius Epiſt. 1142. dicit, ſe eum ob ſublimes ſpiritus maximi feciſſe. ALMELOV.

411. *Magis Oratoribus, quam Poëtis annumerandus.*] Petr. Pithœus, Collectan. ad Petron. 118. Nobiliſſ. Melior Goldaſtus, Symbol. ad eumdem, ibid. Joh. Savaro, Commentar. ad Sidon. Apollin. lib. II. Epiſt. 10. pag. 155. Servius in lib. I. Æn. Jornandes in hiſtor. Gothor. Matth. Rader. ad Martial. lib. XIV. Epigr. 171. Gyraldus Dialog. IV. Gaſp. Barthius, Adverſar. lib. XXIII. cap. 28. pagg. 1169. 1170. PAREUS. Vide Joan. Sariſb. lib. II. 19. & Lactant. lib. II. cap. 12. & paulo acerbius de Lucano judicium Scaligeri in prolegomenis ad Manil. pag. 16. ALMEL.

412. *Poëtis numerandus.*] Corrupte *imitandus* in quibuſdam legitur exemplaribus, pro illo *numerandus.* REGIUS. *Imitandus*; MSS. Bodl. Bal. Alm. Voſſ. omn. Vall lib. Baſil. marg. Vaſc. Steph. Obrecht. *numerandus*; Locat. Ald. *imitandus* præfert Aſcenſ. & Gallæus, qui Fabium id dicere vult, non Lucanum non eſſe poëtam, ſed oratorias virtutes præ aliis poëtis poſſidere, & *annumerandus* gloſſema eſſe putat; hunc vero locum illuſtrari ex illis verbis cap. II. hujus libri: *Id quoque vitandum (in quo magna pars errat) ne in oratione Poetas nobis & Hiſtoricos, in illorum operibus oratores aut declamatores imitandos putemus.*

413. *Hos nominavimus, &c.*] Germanicus Cæſar, filius Druſi, res magnas geſſit in Germania & Aſia: idem optimus Poëta; vertit enim e Græco in Latinum Aratum. Reliquit præterea comœdias Græcas. TURNEBUS. Cujus error in nota proxime ſequenti abunde refelletur. CAPPER.

414. *Germanicum Auguſtum.*] Domitianum intellige. Gyraldus Dialogo 5. Poetarum: *De Domitiano vero Fabius Quinctilianus, qua parte Poëtarum judicium facit, ipſo adhuc Domitiano vivente, a quo ſororis filiorum inſtitutioni præfectus fuerat, ſcripſit; atque propterea neſcio quo pacto adulari potius, quam vera dicere, videri poteſt, ad quam rem quoque propenſior Hiſpana ſolet eſſe natio. An neſcis, tunc inquit Piſo, a doctis pleriſque viris Quinctiliani verba non de Domitiano afferri ſolere, ſed de Germanico? Quin, inquam, Piſo iſtuc ipſum ſcio: at hi quicumque illi ſunt, tota, ut dicitur, via aberrant. Nam, ut alia omittam, quis non videt ad Domitianum viventem, non ad Germanicum, uno jam fere ſeculo extinctum, ea ſcribi tum? Quis Minervam ignorat a Domitiano præcipue cultam, ſeque ejus filium appellari voluiſſe, id quod & Poëtæ & Hiſtorici prodiderunt? Quod autem Poeticæ Domitianus operam dederit, teſtis imprimis eſt Martialis multis in locis & Valerius Flaccus. Appellatus vero Domitianus Germanicus fuit, quoniam cum patre in Germanica fuiſſe expeditione dicitur, vel quod Batavos, Germanicæ populos, cum Antonio & Muciano, ut Tacitus ſcribit, in ditionem redegit, qua de re & Silius:*

At tu tranſcendens, Germanice, facta tuorum,
Jam puer auricomo performidate Batavo.

inſtitutis ſtudiis deflexit cura terrarum, [415] parumque diis viſum eſt, eſſe eum maximum poëtarum. [416] Quid tamen iis ipſis ejus operibus, [417] in quæ donatus imperio juvenis ſucceſſerat, ſublimius, doctius, omnibus denique numeris præſtantius? Quis enim caneret bella melius, [418] quam qui ſic egerit? Quem præſidentes ſtudiis Deæ propius audirent? Cui magis ſuas artes aperiret familiare numen Minervæ? Dicent hæc plenius futura ſecula. Nunc enim cæterarum fulgore virtutum [419] laus iſta [420] præſtringitur. Nos tamen ſacra literarum colentes [421] feras, Cæſar, ſi non tacitum hoc præterimus, & Virgiliano certe verſu teſtamur:

[422] *Inter victrices hederam tibi ſerpere lauros.*

[423] Elegia Græcos quoque provocamus, cujus mihi terſus atque elegans maxime videtur auctor [424] Tibullus. Sunt qui [425] Propertium [426] malint. Ovidius utroque laſcivior: ſicut durior [427] Gallus. [428] Satira quidem tota noſtra eſt, in qua primus inſignem laudem adeptus eſt [429] Lucilius, [430] qui quoſdam ita deditos ſibi adhuc habet amatores, ut eum [431] non ejuſdem modo operis auctoribus, ſed omnibus poëtis præferre non dubitent. [432] Ego, quantum ab illis, tantum ab Horatio diſſentio, qui

Hæc Gyraldus. COLOMES. Domitianum hic intelligi nullum dubium eſt; neque Turnebo, cui notæ hæ vulgo tribuuntur, unquam in mentem veniſſe, de Cæſare Germanico, Druſi filio, hæc verba eſſe capienda puto; quis enim eum unquam *Auguſtum* dictum fuiſſe ſomniavit? ſed cum Turnebi notas fuiſſe dictata, quæ diſcipuli exciperent, credam, videtur a tyrone male intellectus fuiſſe vir ſummus, qui docere voluit, Arati illam verſionem referendam ad Germanicum eſſe, non Domitianum; ut plures exiſtimabant, & in qua opinione fuit Regius ad hunc locum, & quem hic Pareus adducit, Rutgerſius lib. II. Var. 9. & a qua ſententia avunculi ſui non alienus admodum videtur Nicol. Heinſius ad Val. Flac. lib. I. 12. & Voſſ. de Poetis Latin. cap. 3. & de Matheſi cap. 35. ſed egregie hæc commenta refutavit Triſtanus tom. I. comment. pag. 320. argumentis ex ipſo Poëmate certiſſimis, & Suetonio adductis, quæ apud eum videri poſſunt: qui tamen idem Triſtanus tom. I. pag. 164. non ad Auguſtum, ſed ad Tiberium fuiſſe ſcriptum Poema cenſet. Cæterum pudet hic me Fabii, qui in tam indecentem peſſimi principis adulationem plenis velis invehitur; quem ego nunquam potuiſſe carmen tolerabile proferre puto, ſed ſimulaſſe ſtudium Poetices, ut hac quoque laude celebraretur: ſed de hoc alibi agendi locus erit. BURMAN. Videſis etiam Quinctilianeos Dodwelli Annales num. 23. CAPPER.

415. *Parumque Diis viſum eſt.*] Alludit Auctor ad Horatii illa Art. Poet. 373.

———— mediocribus eſſe Poëtis
Non homines, non Dii, non conceſſere columnæ.

ALMELOV.

416. *Qui tamen.*] *Quid* legendum eſt. REGIUS.

417. *In quæ donatus imperio juvenis ſucceſſerat.*] *Donato imperio*: MSS. Bodl. Voſſ. prim. tert. Baſil. *in quæ donato imperio*, vel *natus imperio juvenis ſeceſſerat*, Schelius legit ad Dialog. *de Oratorib.* cap. 9. & *ſeceſſerat* jam Lipſius ad Tacit. IV. Hiſt. cap. ult. & Barth. ad Stat. I. Achil. 16. Almelovenius malebat, *dum natus imperio juvenis*, id eſt, dum ad imperandum eſſet natus. Sed non video quis inde ſenſus, niſi legas *in quæ dudum natus imperio ſeceſſerat*, vel *in quæ nondum donatus imperio ſeceſſerat*; ut conveniat aliquantulum Fabio cum Suetonio, qui poſt imperium eum ſpreviſſe Poeticæ ſtudium, quod antea ſimulaverat, dicit; & ita præcedentia, *ab inſtitutis ſtudiis deflexit cura terrarum*, optime convenient. BURMAN. *Donatus imperio.*] Nam cum Auguſtus ſucceſſorem ſibi Tiberium deſignaſſet, illi adoptandum reliquit Germanicum. TURNEB. Sed de hac Turnebiani annotatione, quid ſentiendum ſit, patet ex ante laudatis Gyraldi & cæterorum notis ad illa Fabii: *Germanicum Auguſtum ab inſtitutis ſtudiis deflexit cura terrarum.* CAPPER.

418. *Quam qui ſic egerit.*] E vocali de principio ablata *gerit* a quibuſdam recte legitur. REGIUS. *Egerit*; Locat. quod minime mutandum fuerat a poſterioribus editoribus; agit enim de bellis, non quæ nunc gerit Domitianus, ſed de illis, quæ olim geſſit, & quæ ceciniſſe juvenem cum innuit: *agere* vero *bella* Latiniſſime dictum. Ovid. I. Art. 182.

Bellaque non puero tractat agenda puer.

Nepos Hannib. 8. *Antiochus ſi in agendo bello parere voluiſſet conſiliis ejus*: ubi recte Lambinum, *gerendo* corrigentem, reprehendit Boſius: ſed præcipue videndus ſummus Gronov. lib. II. obſ. 3. ubi plura auctorum loca, in quibus pro *agere bella*, *gerere* librarii ſuppoſuerunt, adducit; & Heinſ. ad Ovid. II. Triſt. 230. Domitianum vero jam puerum, ut Statius dicit, expeditiones inchoaſſe in Galliam & Germanias, ut ſe Fratri & operibus & dignatione æquaret, narrat Sueton. cap. 2. ad quas nunc fœdiſſima adulatione reſpicit Fabius. BURMAN.

419. *Laus ipſa.*] *Iſta* mihi legendum videtur. REGIUS.

420. *Præſtringitur.*] *Perſtringitur*: MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Andr. vide ſupra hoc ipſo capite.

421. *Feras.*] *Feres*; Voſſ. prim. tert.

422. *Inter victrices, &c.*] Innuit Fabius hoc verſu; Germanicum optimum eſſe poetam, & optimum imperatorem; nam poetæ hedera coronantur, imperatores autem donantur laurea triumphali. TURNEB. Virgilii verſus exſtat in Eclog. 8. verſ. 13. CAPPER.

423. *Elegia quoque Græcos.*] Illa copula *quoque* de ſecundo loco in tertium mihi transferenda videtur, ut hoc modo legatur: *Elegia Græcos quoque provocamus*; REGIUS. *Elegia quoque Græcos*; Voſſ. ſec. Locat.

424. *Tibullus.*] Martial. XIV. Epig. 193. ALMEL.

425. *Propertium.*] Mart. lib. XIV. Epig. 189. ALMEL.

426. *Malunt.*] *Malint*: omnes præter Leid. & Oxon.

427. *Gallus.*] Hic, poſtquam Ægyptum rexiſſet, anno XL. ætatis manus ſibi intulit. Euſeb. Chron. lib. I. ALMELOV.

428. *Satira quidem.*] *Satira* carent Græci, ejuſque loco habent antiquam comœdiam: eſt autem duplex apud Latinos; altera enim conſtat carminis varietate, quæ eſt antiquior; altera vitiorum notatione. TURNEB. Sed de Satirica Græcorum poeſi & Romanorum ſatira operæ pretium erit legere Caſaubonum in ſpeciali & egregio de hac re opuſculo; ubi vir doctiſſimus non *ſatyram*, ſed *ſatiram* vel antiquo more *ſaturam* hic ſcribendum eſſe demonſtrat. CAPPER.

429. *Lucilius.*] Mart. lib. XII. Epig. 96. Cornificius ad Heren. IV. 12. nimiam verborum trajectionem in eo reprehendit. ALMEL.

430. *Qui quoſdam.*] *Qui* deeſt in Voſſ. prim. tert. Baſil. qui etiam *amatores* omiſit. *Quoſdam ita deditos ſibi, &c.*] Adrianus imperator Lucilium cæteris poëtis Satiricis anteponebat: ei multum tribuiſſe videtur Nonius, ut qui nullum auctorem frequentius in ore habeat. TURNEB.

431. *Non ejuſdem modo operis.*] Quid ſi legas *ejuſmodo*; vel *ejuſcemodi*? vide Colv. ad Apuleium IX. Metam. pag. 114 ALMEL. Nihil mutandum; ſenſus enim clariſſimus: non tantum Satiricis Poëtis, qui ſunt auctores ejuſdem operis, ſed omnibus Poëtis eum præferunt: ita ſupra hoc capite de Simonide: *Ut quidam in hac eum parte omnibus ejuſdem operis auctoribus præferant.* BURMAN.

432. *Ego, quantum ab illis, tantum ab Horatio diſſentio.*] Vide Turneb. lib. XV. Adverſarior. cap. 9. ubi recte *tollere* pro *abſcindere*, ex poëmate ejus *removere*, *auferre* ut ſupervacuum, *delere*, capit. Neque moramur hic Gallicos interpretes Dacierium, Tarteronum, Roſellum, de quibus vide Ephemerides reipub. literariæ anni 1710 Febr. pag. 181. & Jul. pag. 44. qui hic magno conatu (non tamen primi, ſed iteratas poſt Acronem, Porphyrionem, Lambinum, Torrentium, & alios, quos ſilentio involvere fere ſemper ſolent, expoſitiones magna ambitione oſtentantes) *tollere* pro *probare*, *ſervare*, *ſumere*, poſitum contendunt. Utinam nobis idoneo aliquo veteris ſcriptoris

Lucilium fluere lutulentum, & *eſſe aliquid*, *quod tollere poſſis*, putat. [433] Nam & eruditio in eo mira, & libertas, atque inde acerbitas, & [434] abunde ſalis. [435] Multo eſt terſior ac purus magis Horatius, & ad notandos hominum mores præcipuus. Multum & veræ gloriæ, quamvis [436] uno libro, [437] Perſius meruit. [438] Sunt clari [439] hodieque, & qui olim nominabuntur. [440] Alterum illud eſt, & prius Satiræ genus, quod non ſola carminum varietate mixtum condidit [441] Terentius Varro, [442] vir Romanorum eruditiſſimus. Plurimos hic libros, & [443] doctiſſimos, compoſuit, peritiſſimus linguæ Latinæ, & omnis antiquitatis, & rerum Græcarum, noſtrarumque: plus tamen ſcientiæ collaturus, quam eloquentiæ. [444] *Iambus* non ſane a Romanis celebratus eſt, ut proprium opus, [445] a quibuſdam interpoſitus: cujus acerbitas in [446] Catullo, [447] Bibaculo, Horatio: quanquam [448] illi *epodos* intervenire reperiatur. At Ly-

teſtimonio hanc vocis *tollere* ſignificationem adſtruxiſſent: ſed ſolemne iſti hominum generi eſt, ſine veterum auctoritate ſuas nobis pro imperio explicationes obtrudere. Ridiculum vero eſt, quod Dacierius *tollere* dictum putet, ut *tollere* & *ſuſcipere liberos* dixerunt olim; quis enim ex Poeta aliquid in ſuos uſus vertens, vel laudans, illud ut ſuum fœtum *tollere* poteſt dici? ſi ageretur de opere, cujus auctor dubius eſt, recto *tollere* diceretur ille, qui pro ſuo agnoſcit: ſed ſi ego ex Virgilio & Horatio, &c. aliquid laudem, & etiam mutuer, an recte *tollere* illud dici poſſim? Sed quid oppoſitioni illi fiet, quæ legitur in Satira 10. *plura tollenda relinquendis*? Certe ſi cenſoris animum in poëmata ſumimus, atroci ſtylo plura in Lucilio effodiemus, & tollemus, pauciora relinquemus, tanquam quæ nota careant: recte ergo Turnebi ſententiam Petrus Coſtius contra illos defendit: præterea ſi *tollere* notaret *ſumere*, *excerpere*, qua ratione in Satir. 10. ſtatim illi verbo ſubjungeret *reprehendere*; nam illis, qui judicium ſuum de Lucilio impugnaverant, ita reſpondet:

——— age, quæſo,
Tu nihil in magno doctus reprehendis Homero?
Nil comis Tragici mutat Lucilius Atti?
Non ridet verſus Enni, gravitate minores?

Qui reprehendit, mutat, ridet aliorum verſus, certe non excerpit, ut laude dignos, & ut ipſe illis utatur. I ſequentibus etiam ipſum Lucilium, ſi vixiſſet Horatii ævo, plura deleturum & ſublaturum fuiſſe ait:

Detereret ſibi multa, reſideret omne, quod ultra
Perfectum traheretur.

Non ergo tam ipſe Horatius plura *tollenda* & delenda in Lucilio cenſet, quam ipſum Lucilium id facturum ait, ſi cultiori ævo vixiſſet. *Tollere* eſt ergo *delere*, *ſtylum vertere*, *recidere*, *deterere*, quibus utitur ut ſynonymis in hac re Horatius; & hanc eſſe hujus verbi vim, ipſe Horatius docere poteſt lib. II. Epiſt. 2. ubi de malis & bonis poëtis agens dicit, cum tabulis animum cenſoris honeſti eſſe ſumendum; qui verba movebit loco, eruet obſcurata, proferet ſpecioſa, nova adſciſcet, &c. & tandem verſ. 122.

——— Virtute carentia tollet;

id eſt, emendabit, delebit, inducet ſtylo verſo, litura tollet; ut ita Cæcina Ciceroni libr. VI. *ad Fam.* 7. *nam cum mendum ſcripturæ litura tollatur*; & Cicero ad Att. XIII. 23. *tanta librariorum menda tolluntur*: miror autem hos reipublicæ literariæ arbitros non pro ſua ſententia adduxiſſe illa Horatii ex lib. I. Epiſt. 18.

Sic iterat voces, & verba cadentia tollit.

& ex Art. Poët. 367.

——— hoc tibi dictum
Tolle memor.

Sed facile eſt oſtendere, ibi aliam plane rem eſſe: ſed jam nimii ſumus, pro modo harum adnotationum. BURMAN.

433. *Nam & eruditio.*] *Nam eruditio*: Voſſ. ſec. Locat. Ald. Colin. BURMAN. De Lucilio aliter cenſet Cicero: *Et ſcripta*, inquit, *illius leviora; ut urbanitas ſumma appareat, doctrina mediocris.* CAPPER.

434. *Abunde ſalis.*] *Abundantia ſalis*; V. C. Alm.

435. *Multum eſt terſior a. p. m. Horatius, & niſi labor ejus amore præcipuus.*] Niſi corrigatur hic locus, percipi non poteſt: ſic autem emendari poſſe videtur, ut *multo* legatur, & quatuor illæ dictiones, *niſi labor ejus amore*, expungantur, ac, earum loco, hæ quatuor reponantur, *ad notandos hominum mores*: ſic enim in quibuſdam exemplaribus legitur. REGIUS. *Multum*: Voſſ. tert. *multum*, & *niſi labor ejus amore*; Locat. Gryph. & Voſſ. omnes: niſi quod *multo* habeant: ſecundus vero etiam *multo etiam eſt terſior.* Sed mihi cogitanti unde tam diverſæ lectiones provenerint, in mentem venit, utramque eſſe recipiendam, cum quidam librarii hanc, alii illam ejecerint; non enim tam inter ſe diſſimilia verba pro alteris ſupponi potuerunt. Hoc modo ergo legam: *Multo* (vel *multum*, nam parum referre arbitror) *eſt terſior, & purus magis Horatius, & ad notandos hominum mores*, (*niſi labor* (id eſt, erro) *ejus amore*) *præcipuus*: niſi repetita ſit hæc formula ex lib. VI. cap 3. ubi de Cicerone: *ſive amore immodico præcipui in eloquentia viri labor*, ut ibi legendum eſt. BURMAN.

436. *Uno libro.*] Martial IV. Epig. 29. ALMELOV.

437. *Perſius meruit.*] *Emeruit*: Voſſ. ſec. non male. Ovidius III. Art. Am. 409.

Ennius emeruit, Calabris in montibus ortus,
Contiguus poni, Scipio magne, tibi.

Vide de hoc verbo, ſed pro *demereri* poſito, Heinſ. ad Ovid. VI. Epiſt. 138. BURMAN.

438. *Sunt clari.*] Putarim Martialem indicari, vel Juvenalem, quem ſtudio præteriiſſe putat Rigaltius ad Sat. VII. verſ. 279. quod ipſum perſtrinxerat: ſed non aſſentior, quia in fine hujus capitis, de oratoribus agens, iiſdem fere verbis utatur: *Sunt enim ſumma hodie, quibus illuſtratur forum, ingenia*: quibus Meſſalam, Maternum, Plinium, &c. indicat. ALMEL. Dodwell. in Annal Quinct. §. 40. non meminiſſe Juvenalis, quia ille hoc tempore, quo ſcribebat Fabius, nondum Satiras ediderat, putat. BURMAN.

439. *Hodieque.*] *Hodie quoque*; Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. ſolemnis hæc librariorum eſt aberratio, & ſæpe in Livii codicibus notatur. Vide Gronov. ad lib. I. 26. & alibi ſæpius. BURMAN.

440. *Alterum illud etiam prius Satiræ genus, ſed non ſola carminum v.*] Mendæ ex hoc ſenſu facile tollentur, ſi, loco illius copulæ *etiam*, *eſt* verbum, ac *&* copula adſcribatur, ac, loco illius *ſed* particulæ, *quod* relativum legatur, hoc modo: *Alterum illud eſt, & prius Satiræ genus, quod non ſola carminum*, &c. hoc autem Satiræ genus medium eſt inter tragœdiam & comœdiam, de quo in Arte Poëtica Horatius:

Mox etiam agreſtes Satyros nudavit, &c.

Satiræ autem Varronis dictæ Menippeæ a Menippo quodam ſervo, cujus libros Varro ipſe in illis ſcribendis dicitur fuiſſe imitatus. REGIUS. *Marcus Varro* Satiras ſcripſit cognomento *Menippæas*, ut refert Gellius: hoc autem Satiræ genus conſtat carminum varietate. TURNEB. *Alterum illud etiam prius S. g. ſed non ſola*: Voſſ ſecund. Locat. *alterum illud etiam pr.* Colb. Cod. *alterum illud eſt etiam prius*; V. C. Alm.

441. *Terentius Varro.*] Sidon. Apoll. carm. 23.

Et te multimoda ſatis verendum
Scriptorum numeroſitate, Varro.

moritur nonagenarius Euſeb. Chron. lib. I. ALMEL.

442. *Vir.*] Hoc delet Francius.

443. *Doctiſſimos.*] *Eruditiſſimos*: Voſſ. tert.

444. *Iambus non ſane.*] Vide L. Gyrald. Dialog. I. de Poet. Hiſt. pag. 42. Multa de Iambi acerbitate nobis dicta ſunt ad Horat. Art. Poët. 79. ALMELOV.

445. *A quibuſdam interpoſitus.*] Hæc inſititia, ut & ſequentia, *quanquam illi E. i. reperiatur*, ſuſpicatur Gallæus. Certe *a quibuſdam* deeſt in Voſſ. tert.

446. *Catullo.*] Martial. XIV. Epig. 195. videtur H. Stephano veterum Poëtarum imitator potius, quam vetus Poëta vocandus, ob infinita aſſumpta vocabula Græca, præfat. in Theſ. Ling. Græc. pag. 16. ALMELOV.

447. *Bibaculo.*] De eo videatur Voſſ. de Poet Lat. lib. I. pagg. 12. 15. 16. & Konigii Biblioth. Vide de Catullo & Bibaculo Tacit. Annal. 14. 34. recte autem addit cæteris Horatium, qui lib. I. Epiſt. 19. dicit:

——— Parios ego primus Iambos
Oſtendi Latio. ALMEL.

448. *Ille Epodos intervenire non reperiatur.*] Immo reperiatur apud Horatium. Quid ergo? dicemuſne Fabium

ricorum

ricorum idem Horatius fere ſolus legi dignus. Nam & [449] inſurgit aliquando, & plenus eſt jucunditatis & gratiæ, & variis figuris & verbis [450] feliciſſime audax. [451] Si quem adjicere velis, is erit [452] Cæſius Baſſus, quem nuper vidimus: ſed eum longe præcedunt ingenia viventium. Tragœdiæ ſcriptores, [453] Accius atque Pacuvius, clariſſimi gravitate ſententiarum, [454] verborum pondere, & auctoritate perſonarum. Cæterum nitor, & ſumma in excolendis operibus manus, magis videri poteſt temporibus, quam ipſis defuiſſe. Virium tamen Accio plus [455] tribuitur: Pacuvium videri doctiorem, qui eſſe docti affectant, volunt. [456] Jam Varii *Thyeſtes* cuilibet Græcorum comparari poteſt. [457] Ovidii *Medea* videtur mihi oſtendere, quantum vir ille præſtare potuerit, [458] ſi ingenio ſuo temperare, quam indulgere, maluiſſet. [459] Eorum, quos

hoc non animadvertiſſe? an hunc quoque locum temporum infelicitate fuiſſe depravatum? niſi forte *illi* leganius, ut intelligamus apud Catullum *Epodon* non intervenire. *Epodos* autem dicitur ἀπὸ τοῦ ἐπᾴδεσθαι, quod particulæ quædam verſuum integris verſibus ἐπᾴδονται, hoc eſt, accinuntur; ut: *Nox erat, & cœlo fulgebat Luna ſereno, Inter minora ſidera.* REGIUS. *Epodos* particula eſt, quæ accinitur integro verſui, a qua nomen habet liber Horatii. Scribitur etiam, *intervenire non reperiatur*, quia apud ſcriptores Latinos interdum *iambici* verſus continui abſque *Epodo* reperiuntur. TURNEB. *Illi Epodos intervenire non reperiatur*; MSS. Bodl. Voſſ. ſec Andr. Ald. Baſil. Par. Gryph. Colin. Vidov.

449. *Inſurgit aliquando.*] Enimvero pro tanto Poëta inſcita & indecora laus, quem ſolum legi dignum ideo dixerit, *quia aliquando inſurgat.* Nihil tanto viro indignius, nec facit hoc ad contextum ſequentium laudum. Sane omnibus cæteris præferens Horatium, inſigni aliquo encomio eum vulgo & cunctis reliquis eximere debebat: quod fecit optimus Poëta, & Poëtarum judex Petronius cap. 118. Quid ad ſublimem hanc laudem illud *aliquando* Quinctiliani? multum enimvero, modo reſtituat ex ſe veram ſcripturam, quam infelix audacia librariorum abſorpſit: viſus mihi eſt ſecundum dignitatem rei reliquiſſe Marcus Fabius, *nam & aſſurgit aquilæ modo, & plenus eſt*; hoc eſt, tali ingenio & vivacitate, ut rex videatur, & princeps Poëtarum, non ſecus atque aquila eſt avium: pari modo Horatius ipſe Pindarum e grege reliquorum Poëtarum in altas nubes elevari canit; immuabilem omnibus, lib. IV. Carm. 3. quem locum reſpexiſſe, & ex cygno illo aquilam nobis procudere voluiſſe videtur Quinctilianus. BARTHIUS. Ad Stat. x. Theb. 700. Blandiri prima ſpecie hæc poſſet conjectura, ſed quæ minime mihi ſe probat; quis enim unquam ita locutus eſt Poëta, aliquem *inſurgere aquilæ modo*: ſi *evolare altius*, vel ſimili verbo uſus eſſet, ſaltem veroſimilis videri poſſet emendatio: ſed vulgata recte ſe habet; cum enim inter Græcos Lyricos, de quibus ſupra egerat, alii ſublimes nimis erant, ut Pindarus, quem nemo æmulari poterat, Alcæus, cujus *minaces iambos* vocat Horatius, & Steſichorus; alii tenues, ut Simonides; nunc ad Latinos deſcendit, inter quos non ea ſe turba offerebat, ut delectum agere poſſet: quare ſolum Horatium dignum pronuntiat, qui legatur, ſed in quem unum omnium fere Græcorum virtutes concurrunt; hic enim utrumque dicendi genus miſcuit, & ſuavitate Anacreontis, & jucunditate Simonidis, temperavit Pindari Alcæi & Steſichori *graves camœnas*: quos conjungit ipſe lib. IV. od. 9. & ita *aliquando inſurgit, aliquando jucunditatis & gratiæ plenus eſt*: & hoc ipſe lib. II. od. 16. innuit:

> —— *mihi parva rura, &*
> *Spiritum Graiæ tenuem Camœnæ*
> *Parca non mendax dedit.*

Sic & *jocoſam Lyram* ſuam vocat lib. III. od. 3. & ſe *magna modis tenuare parvis* dicit: & lib. I. od. 6. *ſe non grandia conari*, quia *tenuis* ait: & ita paſſim: hæc ergo reſpicit Fabius, qui ſupra de Græcis Lyricis, qui vel in ſublimi dicendi genere, vel mediocri excelluerant ſinguli, diverſa judicia dederat; nunc in Horatio utrumque laudari ait, eumque & *aliquando inſurgere*, cum celebrat nimirum Deos, Heroas, Auguſtum & alios illuſtres viros; *aliquando* etiam *tenuem* eſſe, cum *convivia & prœlia virginum*, & ſimilia cantat. BURMAN.

450. *Ferociſſime audax.*] *Feliciſſime*, in quibuſdam exemplaribus mihi recte legi videtur. REGIUS. *Ferociſſime*; MSS. Bodl. Bal.

451. *Si quem adjicere.*] *Si quem ad. v. erit Caſius*; Voſſ. ſecund.

452. *Caſius Baſſus.*] Hunc eſſe, ad quem exſtat Perſii Satira VI. oſtendit elegantiſſimus Broukh. ad Prop. lib. I. eleg. 4. I. cujus etiam ſententiæ fuiſſe videtur Hermol. Barbarus initio notarum ad Plinium, qui in Junioris Plinii lib. VI. Ep. 16. quoſdam legere ait: *Accepit codicillos Rectinæ Caſii: ea imminenti periculo exterrita*, &c. ubi Rectinam uxorem Cæſii intelligunt, & in illo Veſuvii incendio, quo Plinius periit, cum villa ſua conflagraſſe. BURMAN.

453. *Accius atque Pacuvius.*] Vide Ciceron. *de opt. Gen. Orat.* I. & lib. I. *Acad. quæſt.* 3. *de Finib.* I. 2. Martial. XI. Epigr. 91. Accium Ennii ſorore, libertinis parentibus natum, auctor eſt Alex. ab Alex. l. I. 30. fuit a Mimo in ſcena notatus. Vide ad Heren. I. 14. & lib. II. 13. plura de Accio Konigius Biblioth. pag. 4. ALMEL. *Actius*; Locat.

454. *Verborumque pondere & auctoritate.*] *Verborum pondere, auctoritate*; V. C. Alm.

455. *Tribuitur.*] *Attribuitur*; Voſſ. tert.

456. *Jam Varii Thyeſtes.*] Hanc tragœdiam, a Caſſio Parmenſi compoſitam, ſibi Varius, ab Auguſto Athenas ad ſumendum de eo ſupplicium miſſus, quod pro Antonio ſenſerat, combuſtis aliis operibus, vendicaſſe putatur. REGIUS. Varius poëta tempore Virgilii gratiſſimus Octaviano Cæſari fuit: idem Epicus & Tragicus fuit poëta. Aiunt tamen *Thyeſtem* ſcriptum fuiſſe a Caſſio Parmenſi, qui juſſu Auguſti Athenis eſt interfectus. Aiunt alii ſcriptum eſſe a Virgilio. TURNEB. Auctor Dialogi de corrupta eloquentia: *Nec ullus Aſinii aut Meſſalæ liber tam illuſtris eſt, quam Medea Ovidii, aut Varii Thyeſtes.* Junius Philargyrius doctiſſimus Maronis Scholiaſtes ad Eclog. 8. *Varii exſtat Thyeſtes tragœdia, omnibus tragicis præferenda.* COLOMESIUS. Vide Philarg. ad Virgil. Eclog. VIII. 10. vet. Comm. ad Horat. I. Epiſt. 4. ALMEL. De Vario, ejuſque tragœdia, & quibuſdam ex ea verſibus, vide Rutgerſii Venuſin. lect. cap. 3. & hic etiam Aſcenſius de Vario & Varo quædam adnotavit: hic vero locus varie legitur. *Jam Varus cuilibet Græcorum*; MSS. Colbert. Voſſ. omnes. Baſil. marg. Vaſc. Steph. *cuilibet Græcarum*; V. C. Alm. *comparari valet*; Voſſ. prim. illud *Græcarum* non diſplicet, & *Græcorum* inde fluxiſſe puto, quia *jam Variis* in quibuſdam erat codicibus: ſed *Græcarum* reſpicit *Thyeſtem* tragœdiam; nam ita loqui amabant; ut Terentius *Eunuchum ſuam* dixit in prologo. BURMAN.

457. *Ovidii Medea.*] Beatus Rhenanus in quadam annotatione in Tertullianum ait, ſe *Medeam* Ovidii legiſſe: ſperare igitur debemus, nos eam aliquando habituros. TURNEB. Hanc innuere videtur Ovidius Triſt. 2.

> *Et dedimus Tragicis ſceptrum regale cothurnis.*

COLOMES. Secutus eſt fortaſſe Ennium, qui etiam *Medeam* conſcripſit, teſte Cicerone I. *de Fin.* 2. Vide Politian. Miſc. 27. Hanc Ovidii *Medeam* a Philippo Puchaimero exigit beatus Rhenanus apud Goldaſt. Centur. Epiſt. Philolog. Ep. 50. ALMEL. a Scriverio in Collect. tragicorum pag. 187. adducuntur aliquot verſus ex tragœdia *Medea*, qui centones Virgiliani ſunt, & ideo Ovidii creduntur a paucis, quia Tertullian. de Præſcript. dixerat illam ex Virgilio pleniſſime expreſſam: & hæc eſt antiqua illa tragœdia *Medea*, quam Salmaſ. ad Capit. Macrin. cap. II. & ad Gallien. cap. VIII. dicit ſe habere. Vide quæ notavimus ad lib. VIII. cap. 5. BURMAN.

458. *Ingenio ſuo temperare.*] *Imperare*; Baſil. marg. Vaſc. Steph. & ita legendum eſſe, perſuadere poſſet locus M. Senecæ præfat. lib. I. Contr. de Latrone: *Nemo plus ingenio ſuo imperavit, nemo plus indulſit*: quem noſter reſpexiſſe potuit: & ita hæc verba confuſa fuerunt a librariis apud Silium lib. II. verſ. 652. ubi vide elegantiſſimi Drakenborchii adnotata: *ſibi imperare* illuſtravimus ſupra ad lib. V. cap. 10. BURMAN.

459. *Eorum quos viderim.*] Pomponius Secundus, poëta tragicus, Plinii amicus fuit, ejuſque vita a Plinio duobus libris eſt ſcripta: propter elegantiam & nitorem appella-

viderim, longe princeps Pomponius Secundus, [460] quem ſenes parum tragicum putabant, eruditione ac nitore præſtare confitebantur. [461] In comœdia [462] maxime claudicamus; licet Varro dicat, *Muſas*, [463] Ælii Stilonis ſententia, *Plautino ſermone locuturas* [464] *fuiſſe, ſi Latine loqui vellent*; licet [465] Cæcilium veteres laudibus ferant; licet Terentii ſcripta [466] ad Scipionem Africanum referantur: [467] quæ tamen ſunt in hoc genere elegantiſſima, & plus adhuc habitura gratiæ, ſi [468] intra verſus trimetros ſtetiſſent. Vix levem conſequimur umbram, adeo ut mihi ſermo ipſe Romanus non recipere videatur illam ſolis conceſſam Atticis venerem, quando eam ne Græci quidem in alio genere linguæ obtinuerint. [469] Togatis excellit [470] Afranius, utinamque non inquinaſſet argumenta puerorum fœdis amoribus, mores ſuos faſſus. [471] At hiſtoria non ceſſerit Græcis, [472] nec opponere Thucydidi Salluſtium verear: [473] nec indignetur ſibi Herodotus æquari T. Livium, cum in narrando miræ jucunditatis, clariſſimique candoris, tum in concionibus, [474] ſupra quam enarrari poteſt, eloquentem: [475] ita dicuntur omnia, cum rebus, tum perſonis, accommodata: ſed [476] affectus quidem, præcipue eos, qui ſunt dulciores, ut parciſſime dicam, nemo hiſtoricorum commendavit magis. Ideoque immortalem [477] illam Salluſtii velocitatem diverſis virtutibus conſecutus eſt. Nam mihi egregie [478] dixiſſe videtur [479] Servilius Nonianus, pares eos magis, quam ſimiles: qui & ipſe a nobis auditus eſt, [480] clari vir ingenii, & [481] ſententiis creber, ſed [482] minus preſſus, quam hiſtoriæ auctoritas poſtulat. Quam, paulum ætate præcedens eum [483] Baſſus Aufidius, [484] egregie, uti-

batur *Pindarus tragicus*. TURNEB. De hoc Pomponio multa Gyraldus Dialogo 8. Poëtarum. COLOMES. Hujus Pomponii vitam ſcripſit Plinius major, teſte Plinio ſecundo lib. III. Ep. 5. ad quem vid. notas cl. Cellarii. ALMEL.

460. *Quem ſenes Pindarum tragicum putabant.*] *Pindarum* eſſe expungendum, ac *parum* reponendum, & ex ſenſu, & ex quibuſdam colligitur exemplaribus. REGIUS. *Non parum*; Voſſ. tert.

461. *In comœdia.*] Exiſtimat Fabius, Latinos in comœdia Græcis eſſe longe inferiores, propterea quod deeſt illis gratia illa Attica, & venus, quæ adeſt Atticis. TURNEB.

462. *Maxime judicamus.*] Emendate in quibuſdam exemplaribus *claudicamus* legitur. REGIUS.

463. *Ælii Stolonis ſententia.*] Hadr. Junius Animadverſ. lib. VI. cap. II. legendum eſſe oſtendit *Ælii Stilonis*: & recte. Hujus vita eſt inter Grammaticos Suetonii cap. 3. verbum *dicat* hoc modo collocant Voſſ. ſec. Loc. Ald. *Licet Varro Muſas Æl. St. ſen. Plautino dicat ſer.* ego vero mallem etiam, *ex Ælii Stilonis ſententia*. BURMAN.

464. *Muſas, ſi Latine loqui vellent.*] Nos cum Mureto lib. XVI. Var. Lect. cap. 13. credimus, ſi Plautino more loquerentur Muſæ, meretricio magis quam virginali more locututas, & plebeio quam honeſto. BURMAN.

465. *Cæcilium veteres laudibus ferant.*] Horatius L. II. Epiſt. I.

Dicitur Afrani toga conveniſſe Menandro,
Vincere Cæcilius gravitate.

Volcatius Sedigitus apud Gellium lib. 15. cap. 24.

Multos incertos certare hanc rem vidimus,
Palmam Poëtæ comico cui deferant.
Eum me judice errorem diſſolvam tibi:
Contra ut ſi quis ſentiat, nihil ſentiat.
Cæcilio palmam ſtatuo de Comico.

Malum tamen Latinitatis auctorem vocat Cicero *in Bruto*, &, ni memoria fallit, in quadam ad Atticum epiſt. COLOMES.

466. *Ad Africanum referantur.*] Refragatur Santra apud Donatum in Terentii vita. COLOMES. Cæterum cum *Africanus* ſimpliciter ponatur, Scipio major ſolet intelligi; licet & Æmilianus Africanus dicatur, qui Terentium adjuviſſe ferebatur: vide Voſſ. de Poët. Latin. cap. 1. & Tanaq. Fabr. tom. II. Epiſt. 10. BURMAN.

467. *Quæ tamen ſunt, &c.*] Longe diverſum eſt judicium Fabii a judicio Volcatii; nam Volcatius primas tribuit Cæcilio, ſecundas Plauto, ſextas Terentio. TURNEB.

468. *Intra verſus trimetros.*] Hinc apparet, Terentianos numeros Quinctiliani ætate jam turbatos, & parum notos fuiſſe, eoque illi *Trochaicos* ſeptenarios, & *Iambicos* octonarios, qui apud Terentium frequentes erant, & præcipue corrupti, diſplicuiſſe. GALLÆUS.

469. *Togatis excellit.*] *Togatæ* comœdiæ ſunt totæ Latinæ, ſcilicet moribus & ritu Romano compoſitæ; ut *palliatæ* vocantur, quæ ad imitationem Græcorum ſunt compoſitæ. TURNEB. Jan. Rutgerſius Variar. lect. l. IV. c. 19. p. 438.

470. *Afranius.*] Vide Ciceron. *Brut.* 45. claruit A. U. C. 650. hunc ex Horatii Arte Poëtica multorum judicio Menandro compoſitum ait Konig. Biblioth. pag. 14. ſed lapſus memoria; eſt enim locus in lib. II. Epiſt. I. 57. addit, Delrium male eum inter Tragicos collocare. ALMEL.

471. *At non hiſtoria ceſſerit.*] *Non* adverbium in tertium locum mihi videtur transferendum hoc modo: *at hiſtoria non ceſſerit*. REGIUS. *At hiſtoria non ceſſerit*, omnes reliqui: ego malim *at hiſtoriâ non ceſſerim Græcis*: ut ſint jactantis Fabii verba, qui antea faſſus erat, *claudicare* Romanos in comœdia: & hoc convenit ſequenti *verear*. BURMAN.

472. *Nec opponere Thucydidi Salluſtium.*] Apta eſt comparatio; etenim Thucydides & Salluſtius denſi ſunt & ſtricti, Herodotus & Livius lenes & profluentes. TURNEB. Vellei. Paterc. lib. II. *Æmulus Thucydidis Salluſtius*: plura de Salluſtio judicia vide apud noſtrum lib. II. cap. 5. & III. cap. 3. & IV. 4. VIII. 3. & IX. 3. Salluſtii imitatorem ejuſque æmulum Tacitum ſcribit Turnebus lib. II. Adv. 25. ALMEL.

473. *Nec indignetur ſibi Herodotus.*] Ille dativus *ſibi* in quarto loco melius quadraret, hoc modo: *nec indignetur Herodotus ſibi æquari*. REGIUS. Non auſcultarunt Regio, niſi Aldus & Colin.

474. *Supra quam enarrari.*] *Narrari*; Voſſ. tert. Steph. Colin.

475. *Itaque dicuntur omnia.*] *Que* particula eradatur, ut *ita* legatur; eſt enim exclamatio quædam. REGIUS. *Itaque dicuntur*; MSS. Alm. Voſſ. prim. ſec. Locat. Baſil. Gryph. Colin. *ita qua*; Voſſ. tert.

476. *Affectus eos, qui ſunt dulciores.*] Græcis dicuntur ἤθη & τοῖς πάθεσιν, *affectibus vehementioribus*, opponuntur. CAPP.

477. *Illam Salluſtius velocitatem.*] Non *Salluſtius*, ſed *Salluſtii*, ut legatur, ſenſus expoſcit. REGIUS. *Illam* non habet V. C. Alm.

478. *Dixiſſe.*] *Nominaſſe*; Voſſ. prim.

479. *Servilius Novianus.*] Adi Caſaubonum ad veterem Perſii vitam. COLOMES. *Novinianus*; Voſſ. tert. *Nomanus*; Voſſ. ſec. unde facile fit *Nonianus*, ut eſt in Vallenſi libro, & editione Roign. ita enim Plinio lib. 1. Ep. 13. & auctori Dial. *de Orat.* cap. 23. dicitur, & apud Glandorpium in Onomaſtico: eſt vero M. Servilius Nonianus, qui cum C. Ceſtio Gallo Conſul fuit A. U. 787. Tacit. VI. Ann. 31. ubi vide Ryckium, qui poſt Pighium, Nonium ante dictum, ſed adoptatum a M. Servilio, Conſule A. 758. putat: is & hiſtoriam ſcripſit, teſte Tacito lib. XIV. Ann. 19. vocatur & *M. Servilius Rufus Nonianus* ab Harduino ad Plin. XXXVII. 6. & Onuphrius in Faſtis Servilii Rufi conſularis meminiſſe dicit Plinium lib. VI. cap. 5. ſed quem ibi reperire non potui. Almelovenius quoque in Faſtis *M. Servilium Rufum* vocat, quod cognomen unde petierit, neſcio. BURMAN.

480. *Clari vir ingenii.*] *Clarus ingenio*; MSS. Voſſ. ſec. Colbert. Ven. Locat. Ald. Colon. Par. Colin.

481. *Sententiis creber.*] *Crebrior*; MSS. Voſſ. ſec. Colbert. Locat. Ald. Colin.

482. *Minus preſſus.*] *Minus expreſſus*; MS Bodl. Par. Colin.

483. *Baſſus Aufidius.*] Vide Lipſ. ad Senec. Epiſt. XXX. PAREUS. Ubi dicit, Fabium tradere, eum in hiſtoria belli Germanici expreſſiſſe velocitatem Salluſtii: quod tamen, ut hodie legitur hic, de Livio noſter tradit. BURM.

484. *Egregie.*] Abeſt a Voſſ. prim.

que in libris belli Germanici, præſtitit, genere ipſo probabilis in omnibus, ſed in quibuſdam [485] ſuis ipſe viribus minor. [486] Supereſt adhuc, & exórnat ætatis noſtræ gloriam, vir [487] ſeculorum memoria dignus, qui olim nominabitur, nunc intelligitur. Habet amatores, [488] nec imitatores, ut libertas, quanquam circumciſis quæ dixiſſet, ei nocuerit. Sed elatum abunde ſpiritum, & audaces ſententias deprehendas etiam in iis, quæ manent. Sunt & alii ſcriptores boni: ſed nos genera [489] deguſtamus, non bibliothecas excutimus. Oratores vero vel præcipue Latinam eloquentiam [490] parem facere Græcæ poſſunt. Nam Ciceronem cuicumque [491] eorum fortiter oppoſuerim. [492] Nec ignoro, quantam mihi concitem pugnam, cum præſertim id non ſit propoſiti, ut eum Demoſtheni comparem hoc tempore; neque enim attinet, cum Demoſthenem in primis legendum, [493] vel ediſcendum potius putem. Quorum ego virtutes pleraſque arbitror ſimiles, conſilium, ordinem dividendi, præparandi, probandi rationem, omnia denique, [494] quæ ſunt *inventionis*. In eloquendo eſt aliqua diverſitas: denſior ille, hic copioſior: ille concludit adſtrictius, hic latius: pugnat ille acumine ſemper, hic frequenter & [495] pondere: illi nihil detrahi poteſt, huic nihil adjici: curæ plus in illo, in hoc naturæ. Salibus certe, & commiſeratione ([496] qui duo plurimum affectus valent) vincimus. [497] Et fortaſſe *epilogos* illi mos civitatis abſtulerit: ſed & nobis illa, quæ Attici mirantur, diverſa Latini ſermonis ratio minus permiſerit. [498] In epiſtolis quidem, quanquam ſunt [499] utriuſque, nulla contentio eſt. Cedendum vero [500] in hoc quidem, quod ille & prior fuit, & ex magna parte Ciceronem, quantus eſt, [501] fecit. Nam mihi videtur M. Tullius, cum ſe totum ad imitationem Græcorum contuliſſet, effinxiſſe vim Demoſthenis, copiam Platonis, jucunditatem Iſocratis. Nec vero quod [502] in quoque optimum fuit, ſtudio conſecutus eſt tantum; [503] ſed plurimas, vel potius omnes ex ſeipſo virtutes [504] extulit immortalis ingenii beatiſſima [505] ubertate. [506] Non enim pluvias (ut ait Pindarus) aquas colligit, ſed vivo gurgite exundat, dono quodam providentiæ genitus, [507] in quo totas vires ſuas eloquentia experiretur. Nam quis docere diligentius, [508] movere vehementius

485. *Suis ipſe.*] Deſunt in Vallæ libro, Voſſ. ſec. Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov. *ipſe* deeſt in Voſſ. tert.

486. *Supereſt adhuc.*] Corn. Tacitum ſignificare videtur. REGIUS. Raphaël exiſtimat, ſignificari Cornelium Tacitum, Annalium ſcriptorem: forte tamen intelligitur Plinius, qui bellum Germanicum viginti libris conſcripſit. TURNEB. Turnebi ſententiam amplectitur auctor, qui Menagiana auxit & explicuit tom. III. pag. 163 Plinius vero Tito imperante obierat, & noſter ſub Domitiano ſcripſit: in Voſſ. prim. erat *ſuper adhuc*; forte *ſuperat adhuc*; ut ultima ſyllaba ob ſequentis vocis *adhuc* primam abſorpta fuerit. BURMAN.

487. *Seculorum memoria dignus.*] Ambigit Lipſius, an Tacitus hoc loco intelligi debeat, quia hæc vivo Domitiano Fabius ſcripſiſſe videtur: tunc autem Tacitus nihil vulgaverat. COLOMES.

488. *Nec imitatores*] *Nec immerito*; MS. Bodl. Ald. marg. Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. Vidov. *immerito remitti*; V. C. Alm. *nec immeritorem*; Voſſ. prim. corruptum hunc eſſe locum & deeſſe aliquid, ſuſpicionem movent Almelovenii & Voſſianus prior codex: & forte latet nomen alicujus hiſtorici in illo *rem*, vel *remitti*; nam hæc verba neceſſe eſt capere de aliquo, qui hiſtoriam ſuam, antequam ederet, recitavit; quæ cum libertime eſſet ſcripta, fuere quædam, quæ dixerat, circumciſa, & ita libertas ipſi nocuit. Sed in iis, quæ manent, tamen supereſſe ſpiritum elatum & audaces ſententias ait. Tacitum etiam vix intelligi poſſe recte notavit Lipſius ad hunc Fabii locum, ante editionem Taciti inter teſtimonia veterum adductum; quod vivo Domitiano hæc ſcripſit Quinctilianus, cum Tacitus nihil adhuc vulgaverat. *Ut* vero hic non *poſtquam*, cum Aſcenſio, ſed *quamvis* interpretor: habet amatores, nec immerito quiſquis ille ſit, quamvis libertas ei nocuerit. BURMAN.

489. *Deguſtamus bibliothecas excutimus.*] *Non* particula negativa eſt adſcribenda, ut legatur *non bibliothecas excutimus*. REGIUS. *Non* ignorat Locatel.

490. *Parem non facere Græcæ poſſunt.*] Quod ſuperiori ſenſui deerit, hic redundat illud *non* adverbium negandi. REGIUS. *Non* habet Locat. *poſſint*; V. C. Alm.

491. *Eorum fortiter.*] *Græcorum* conjiciebat Francius.

492. *Nec ignoro.*] Id propterea inquit, quia Demoſthenis eloquentia multis jam ſeculis erat probata: at Fabii tempore apud quoſdam male audiebat etiam Cicero, ut apparet ex dialogo Taciti. Adde quod Plutarchus in comparatione Ciceronis & Demoſthenis Demoſthenem Cicerone longe ſuperiorem facit. TURNEB. Dialogum de Oratoribus, quem Tacito adſcribit interpres Turnebianus, aliis alii attribuunt. CAPPER.

493. *Vel ediſcendum.*] *Sed vel*; Steph.

494. *Quæ ſunt inventionis.*] *Quæ inventionis*; Locat.

495. *Pondere.*] Vide ſupra ad lib. IX. cap. I.

496. *Qui duo plurimum affectus valent.*] *Affectibus*; V. C. Alm. *quæ duo plurimum in affectibus valent*; Obrecht. commiſeratio quidem eſt per ſe ac proprie affectus; ſed *ei* ſales non ſunt affectus niſi *metonymice*, quatenus movent affectum quemdam, nempe riſum: igitur ſpernenda non eſt Obrechtina lectio, quanquam vulgaris etiam defendi poteſt. CAPPER.

497. *Et fortaſſe epilogos.*] Non licebat Athenis affectum movere, ac ne *epilogo* quidem uti: hoc igitur modo excuſat Demoſthenem Fabius. Idem quoque ait lib. VI. *Demoſthenem minime falſum* fuiſſe. TURNEB. *Epilogos*, deeſt in Obrecht. edit.

498. *In Epiſtolis quidem.*] *In Epiſtolis vero*; Voſſ. prim. tert.

499. *Utriuſque.*] *Quanquam ſunt utriuſque, dialogiſve. nulla* &c. Obrecht.

500. *In hoc quidem.*] *Quidem* deeſt in Voſſ. ſec.

501. *Facit.*] *Fecit* omnes, præter Leidenſ. quam neſcio cur cæteris Burmannus prætulerit; nam in ipſius editione legitur *facit*. CAPPER.

502. *In quoque.*] *In quoquam*; Voſſ. prim.

503. *Sed vel plurimas potius omnes ex ſe ipſo.*] *Ac* copula adſcribenda, ut legatur *ac potius omnes*. REGIUS. *Ac potius*; Locat.

504. *Extulit.*] Abeſt a Voſſ. prim.

505. *Ubertate.*] *Ubertas*; MSS. Bodl. Joan. Voſſ. prim. ſec. Almel. Bern. Ven. Locat. Ald. Baſil.

506. *Non enim pluvias.*] Per *allegoriam* ſignificat, Ciceronem non magnum eſſe factum duntaxat imitatione, ſed naturali ingenii ubertate. *Metaphora* eſt ducta ab aqua viva, quæ ab ipſa ſcaturigine oritur & fluit. TURNEB. *Pluvias aquas* nominat Pindarus in Olymp. od. XI. verſ. 3. ubi legitur *χρῆσις.... ὑδάτων ὀμβρίων*, *uſus aquarum pluviarum*. CAPPER.

507 *In quo totas virtutes ſuas.*] *Vires*, quam *virtutes*, ſenſui magis videtur convenire. REGIUS. Ita & lib. II. cap. I. vidimus a Gloſſatore *virtutem* pro *vi* eſſe ſuppoſitam. BURMAN.

508. *Movere vehementius.*] Itaque ſcribit Cicero, ſi quan-

poteſt? Cui tanta unquam jucunditas affuit? ut ipſa illa, quæ extorquet, impetrare eum credas, &, cum tranſverſum [509] vi ſua judicem ferat, tamen ille non rapi videatur, ſed ſequi. Jam in omnibus, quæ dicit, tanta auctoritas ineſt, ut diſſentire pudeat; nec advocati ſtudium, ſed teſtis aut judicis adferat fidem. [510] Cum interim hæc omnia, quæ vix ſingula quiſquam intentiſſima cura conſequi poſſet, [511] fluunt illaborata; & illa, qua nihil pulchrius auditu eſt, oratio præ ſe fert tamen feliciſſimam facilitatem. Quare non immerito [512] ab hominibus ætatis ſuæ regnare in judiciis dictus eſt: apud poſteros vero [513] id conſecutus, ut Cicero jam non hominis, ſed [514] eloquentiæ nomen habeatur. Hunc igitur ſpectemus: hoc propoſitum nobis ſit exemplum. Ille ſe profeciſſe ſciat, cui Cicero valde placebit. [515] Multa in Aſinio Pollione inventio, ſumma diligentia: adeo ut quibuſdam etiam nimia videatur: & conſilii & animi ſatis: [516] a nitore & jucunditate Ciceronis ita longe abeſt, [517] ut videri poſſit ſeculo prior. At [518] Meſſala nitidus & candidus, & quodammodo præ ſe ferens in dicendo nobilitatem ſuam, viribus minor. C. vero Cæſar ſi foro tantum vacaſſet, non alius ex noſtris contra Ciceronem nominaretur: tanta in eo vis eſt, id acumen, ea concitatio, [519] ut illum eodem animo dixiſſe, quo bellavit, appareat. Exornat tamen hæc omnia mira ſermonis, [520] cujus proprie ſtudioſus fuit, elegantia. [521] Multum ingenii in Cœlio, & præcipue in accuſando multa urbanitas, dignuſque vir, cui & mens melior, & vita longior contigiſſet. [522] Inveni qui Calvum præferrent omnibus, [523] inveni qui Ciceroni crederent, cum nimia contra ſe calumnia [524] verum ſanguinem perdidiſſe: ſed eſt & ſancta [525] & gravis oratio, & ca-

do plures eſſent patroni unius *cauſſa*, omnium conſenſu ſolitos ſibi tribui *epilogos*. TURNEB.

509. *Vi ſua judicem feriat.*] Sic quidem legitur, ſed *i* vocali expuncta *ferat* ſenſus expoſcere videtur. REGIUS. *Feriat*; Locat. *fert*; marg. Vidov. *in ſua judicem ferat*; Baſil. marg. Steph. ſed vulgata lectio vera. Lucan. IV. 817.

Ambitus & luxus, & opum metuenda facultas
Tranſverſo mentem dubiam torrente tulerunt.

agere dixit Florus lib. IV. 2. *hic dolor tranſverſum egit.* Dictys Cret. lib. I. cap. 7. *præda ac libidine tranſverſi agebantur.* Salluſt. Jug. 6. *quæ etiam mediocres viros ſpe prædæ tranſvorſos agit* cap. 14. *tantum illud vereor, ne quos privata amicitia Jugurthæ tranſvorſos agat. auferre* Plin. 28. I. *remedia auferrent tranſverſos.* BURMAN.

510. *Cum interim.*] *Tum*; Ald. Steph. Colin. Obrecht. marg. Vidov.

511. *Fluunt illaborata.*] *Fluunt ut illaborata*; Obrecht.

512. *Ab hominibus.*] *Ab omnibus*; V. C. Alm. *ab omnibus*; Voſſ. tert. & ita has voces confuſas a librariis oſtendit J. F. Gronovius ad Livium IX. 8.

513. *Id conſecutus.*] *Id eſt conſecutus*; Locat. Ald.

514. *Eloquentiæ nomen.*] Fuit hic ultimus & Latinarum literarum ſummus; nam ipſo emortuo eloquentiam a ſummo collapſam ait doctiſſimus Seneca in præfat. declamationum. D. Hieronymo lib. II. ep. 13. dicitur *mare illud eloquentiæ Tullianæ, torrens fluvius Demoſthenis*, & lib. II. ep. 12. citat elogium pulcherrimum: *Demoſthenes tibi præripuit, ne eſſes primus orator: ille tibi, ne eſſes ſolus.* ALMEL. Sed in ultimo Divi Hieronymi loco legendum videtur: *tu illi, ne eſſes ſolus*: atque ita ſe rem habere poſtea comperi. CAPPER.

515. *Multa in A. P. invenio.*] *T* litera adſcripta, *inventio* legatur. REGIUS. Aſinius tamen Gallus, Pollionis filius, patrem cum Cicerone in libris ſcriptis comparavit, & præſtantiorem oſtendit: cui reſpondit Claudius Cæſar imperator. TURNEB. Ejus filius Gallus, quocum colloquitur Virgil. Eclog. X. ut auctor eſt Servius. ALMELOV.

516. *A nitore.*] *Sed* deeſſe videtur, *ſed a nitore.* GALLÆUS.

517. *Ut videri poſſet ſecundo prior.*] Cur ſibi ipſi adverſari videtur hic ſenſus? an quia depravatus? neque enim fieri poteſt, ut, qui longe abſit a nitore & jucunditate Ciceronis, ſit prior ſecundo: qua igitur ratione corrigitur hic locus? an pro *ſecundo* forte *ſeculo* eſt legendum? qui enim ſeculo ante Ciceronem floruerant, non multum nitori ornatuique indulſerant. REGIUS. *Secundo*; Locat.

518. *Meſſala.*] Orator e nobiliſſima Valeriorum familia vixit Auguſti tempore: in ſenectute ita memoriam perdidit, ut oblitus ſit proprii nominis: auctor Plinius. Alius etiam eſt Meſſala orator apud Tacitum in dialogo. TURNEB. Horat. Art. Poët. 370.

——— abeſt virtute diſerti
Meſſalæ.

De ejus morte vide Euſebium Chron. lib. I. pag. 43. ALMELOV.

519. *Ut illum eodem animo dixiſſe, &c.*] Lud. Creſoll. Vacat. Autumn. lib. II. cap. 13. Sect. 3. pag. 405. & lib. III. cap. Sect. 3. pag. 499. PAREUS. Vide ultima verba capitis 6. Solini. ALMEL. Simile quid de Scipione Africano dixit Livius, ſed loco corrupto, lib. XXXVIII. 50. *Dicebantur enim ab eodem animo ingenioque, a quo geſta erant*: durum puto *dici ab animo & ingenio*: legendum videtur, *dicebantur enim ab eo, eodem animo ingenioque, quo geſta erant*: *eodem* abſorpſit τὸ *eo*. BURMAN.

520. *Cujus proprie.*] *Unius*; Voſſ. prim. tert. forte *cujus unius proprie ſtudioſus fuit.* Vide Ciceron. *Brut.* cap. 74. & ſeq. BURMAN.

521. *Multum ingenii, &c.*] Cœlius Ciceronis auditor fuit; cumque in tribunatu cum optimatibus ſenſiſſet, in ædilitate popularis & turbulentus evaſit, alioqui tota vita laſcivior. TURNEB. In cujus nota Burmannus reliquerat τὸ *aliqui*, quod perperam legitur in editione Lugduno-Batav. nam legendum eſſe *alioqui* ſatis patet, cum ex ipſa ſerie orationis, tum ex editione Pariſienſi. 1556. CAPPER.

522. *Inveni qui Calvum.*] Cicero in *Bruto* ſcribit, Calvum nimis in ſe inquiſiviſſe, ac nimium ſe obſervaſſe: itaque ejus oratio attenuata erat, nimiſque caſtigata. TURNEB. *Qui Cælium.* Baſil. & ita ante Philandrum legebatur, qui *Calvum* reponi jubebat.

523. *Inveni qui Ciceronem crederent cum nimia contra ſe calumnia.*] In quibuſdam exemplaribus emendate ſic ſcribitur, ut *Ciceronem* accuſativus in *contra* adverbium convertatur, ac, loco illius præpoſitionis *contra*, *in* præpoſitio reponatur, hoc modo: *inveni qui contra crederent cum nimia in ſe calumnia v. ſ. p.* Plinius autem Junior lib. I. Epiſt. 2. inquit, Adriano ſcribens, *Calvum fuiſſe Demoſthenem Latinum.* REGIUS. Quo pacto pro *contra* in nonnullos codices *Ciceroni* irrepſerit, neſcio. Fortaſſe, quod Ciceronem quidem in *Bruto* Calvum reprehendentem videmus. Nos interim præſidio editionum Andreæ, Aldi, Pariſienſis, Vaſcoſani, Stephanique, *contra* (id quod genuina eſſe lectio videtur) in ejus locum ſuffecimus. GIBSON. *Ciceronem*; MSS. Alm. Voſſ. prim. tert. Bern. *Ciceroni c. c. n. contra ſe*; Voſſ. ſec. Baſil. *qui contra crederent*; Locat. Gryph. Colin. Vidov. Oxon. Obrecht. ſed *Ciceroni* rectum eſſe puto; nam reſpicit locum ex *Bruto* cap. 82. ubi dicitur de Calvo: *Nimium inquirens in ſe atque ipſe ſe obſervans* (quæ eſt *nimia contra ſe calumnia*) *metuenſque ne vitioſum colligeret, etiam verum ſanguinem deperdebat*: ubi Victorii editio *dependebat*. *Metaphoram* ab ignavis militibus, quibus ſanguis mittebatur, putat eſſe Gallæus. *Calumniam* vero hic dixit, ut *ſe calumniari* lib. X. cap. 3. BURMAN.

524. *Verum ſanguinem.*] *Rerum*; Voſſ prim. tert.

525. *Et brevis oratio.*] *Brevis* quidem legitur, ſed *gravis* ſenſui maxime convenire videtur. REGIUS. *Brevis*; MSS. Bal. Joan. Voſſ. tert. Bern. Locat. *ſancta & gravis & cuſtodita*; V. C. Alm.

ſtigata, & frequenter vehemens quoque. Imitator eſt autem Atticorum, fecitque illi properata mors injuriam, ſi quid adjecturus, [526] non ſi quid detracturus fuit. [527] Et Servius Sulpitius inſignem non immerito famam tribus orationibus meruit. Multa, ſi cum judicio legatur, dabit imitatione digna [528] Caſſius Severus: qui, ſi cæteris virtutibus colorem & gravitatem orationis adjeciſſet, ponendus inter præcipuos foret. Nam & ingenii plurimum eſt in eo, & acerbitas mira, [529] & urbanitas, & vis ſumma: ſed plus ſtomacho, quam conſilio dedit: præterea [530] ut amari ſales, ita frequenter amaritudo ipſa ridicula eſt. Sunt & alii multi diſerti, quos perſequi longum eſt. Eorum, quos viderim, [531] Domitius Afer, & [532] Julius Africanus, longe præſtantiſſimi. Verborum arte ille, & toto genere dicendi præferendus, [533] & quem in numero veterum locare non timeas: hic concitatior, ſed in cura verborum nimius, & *compoſitione* nonnumquam longior, & *tranſlationibus* parum modicus. Erant clara & nuper ingenia. [534] Nam & Trachalus plerumque ſublimis, & ſatis apertus fuit, & quem velle optima crederes: auditus tamen major. Nam & vocis, quantam in nullo cognovi, felicitas, & pronuntiatio [535] vel ſcenis ſuffectura, [536] & decor: omnia denique ei, quæ ſunt extra, ſuperfuerunt. Et [537] Vibius Criſpus, compoſitus, & jucundus, & delectationi natus: privatis tamen *cauſſis*, quam publicis, melior. [538] Julio Secundo ſi longior contigiſſet ætas, clariſſimum [539] profecto nomen oratoris apud poſteros foret. Adjeciſſet enim, atque adjiciebat cæteris virtutibus ſuis, quod deſiderari poteſt. Id eſt autem, ut eſſet multo magis [540] pugnax, & ſæpius ad curam rerum [541] ab *elocutione* reſpiceret. Cæterum interceptus quoque magnum ſibi vindicat locum. Ea eſt facundia: tanta in explicando, quod velit, gratia: tam candidum [542] & lene & ſpecioſum dicendi genus: tanta [543] verborum, etiam quæ aſſumpta ſunt, proprietas: [544] tanta in quibuſdam [545] ex periculo petitis ſignificantia. Habebunt qui poſt nos de oratoribus ſcribent, [546] magnam eos, qui nunc vigent, materiam vere laudandi. [547] Sunt enim ſumma hodie, quibus illuſtratur forum, ingenia. Namque & conſummati jam patroni veteribus æmulantur, & eos juvenum ad optima tenden-

526. *Non ſi quid detracturus.*] *Si quid adjecturus ſibi, n. ſ. q. d. ſ.* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Andr.

527. *Inſignis & Servius Sulpitius inſignem immerito.*] *Inſignis* nominativus mihi videtur eradendus; in ejus vero locum *inſignem* accuſativus referendus, ac *non* negandi adverbium adſcribendum, ne, quem vult laudare, videatur ſugillare; ut hoc modo legamus: *inſignem & Serv. Sulpitius non immerito famam t. o. m.* REGIUS. *Inſignis & S. Sulpitius inſignem non imm.* Locat. *Servius Sulpitius.*] Vide Ciceron. in *Bruto* capp. 40. 55. & 56. *de Orat.* III. 8. habuit hic orationem pro Aufidia, teſte Feſto Pompeio: hæc una forte ex illis tribus, quarum hic mentionem facit noſter. ALMEL. Vide ad lib. IV. cap. 2. Gallæus eum credit eſſe, cujus epiſtola conſolatoria ad Ciceronem: male vero *Sergium Sulpitium* hunc & alios ex ea gente, pro *Servio* vocari, ut Glandorpius fecit, viri docti oſtenderunt.

528. *Caſſius Severus.*] Seneca in Declamationibus, Caſſii Severi orationem ait valde cultam eſſe, & gravibus ſententiis plenam. Hic ſcriptor acerbus admodum fuit: itaque ſenatuſconſulto aboliti ſunt ejus libri, quos poſtea reſtituit Caligula. Auctor Tranquillus. TURNEB.

529. *Et urbanitas & vis ſumma.*] *Et urbanitas ejus ſumma;* Andr. Locat. Ald. Baſil.

530. *Et amari ſales ita ut frequenter.*] Particula *ut* in locum *&* copulæ eſt transferenda hoc modo: *præterea ut amari ſales, ita frequenter.* REGIUS. Francius conjiciebat, *ut amantur ſales, ita fr.* non male.

531. *Domitius Afer.*] Domitius Afer orator tempore Neronis vixit: periit (ut inquit Euſebius) in cœna ex nimia cibi repletione. TURNEB. Vide Ciceron. in *Brut.* cap. 45. ALMEL. Alius ille Domitius, Cn. nempe Domitius Ænobarbus Conſul & Cenſor, quem Quinctilianus videre non potuit: hic eſt Domitius Afer paſſim a Fabio laudatus, ut ejus præceptor.

532. *Julius Africanus.*] Cicero *de Orat.* lib. II. 37. facit mentionem P. Africani; & in *Brut.* 21. 26. & paſſim. ALMEL. Sed ille eſt Scipio Africanus nihil huc pertinens. Julii Africani Oratoris meminit auctor Dialogi *de Orator.* cap. 15. hujus nepos etiam Julius Africanus a Plinio lib. VII. ep. 6. memoratur.

533. *Et quem in numero veterum locare non timeas.*] Editio Lugdunenſis, *habere non timeas*: quam lectionem non idcirco ejeci, quaſi eſſet admodum impropria aut virium; ſed quod noſtram hanc præferant edit. Andr. Ald. Par. Vaſc. Steph. GIBSON. *Non timeamus;* Voſſ. prim. tert. *veterum locare n. t.* Voſſ. ſec. Ald. Steph. Gryph. Colin. Vidov. Oxon. Obrecht. marg. Baſil. *τὸ habere* legitur etiam in cod. Bernenſi.

534. *Nam & Trachalus.*] Trachalus orator paulo ante Quinctiliani ætatem voce ita valuit, ut ex quatuor Baſilicis ſit auditus: indeque factum eſt proverbium, *Trachalo vocalior*: huic etiam adfuerunt omnia naturæ adjumenta, quæ præter artem extrinſecus requiruntur. TURNEB. De eo egimus ad lib. VI. cap. 3. ubi & *Trachalus* ſcribendum vidimus; ut hic Voſſ. ſec. & Bernenſ.

535. *Vel ſcenis.*] *Et ſcenis;* Voſſ. tert.

536. *Et decor.*] *Et decora;* Locat. Ald.

537. *Vibius Criſpus.*] Vide ſupra lib. V. cap. 13.

538. *Julius ſecundus.*] Is eſt, opinor, quem loquentem inducit ſcriptor Dialogi *de cauſſis corruptæ eloquentiæ*, ubi de eo plura. COLOMES. Memoratur & Julius Secundus ſub Hadriano lib. VI. ff de cuſtod. & exhib. reor. & alios hoc nomine recenſet Reineſ. ad claſſ. I. inſcr. 65. BURMAN.

539. *Profecto nomen.*] *Quoque;* Voſſ. tert.

540. *Pugnax.*] *Pugnans;* V. C. Alm. Græce diceretur ἀγωνιστικός. CAPPER.

541. *Ab Elocutione reſpiſceret.*] *I* vocali, ac altera *s* abjecta, *reſpiceret* legendum eſt. REGIUS.

542. *Et lene.*] In cod. Bernenſi legitur *leve*: quæ lectio non eſt improbanda, modo penultima ſit longa tanquam ab adjectivo λεῖον. CAPPER.

543. *Verborum quæ aſſumpta ſunt.*] Τῶν τροπικῶν, τῶν μεταφορικῶν, quæ per *tropos*, & maxime per *metapheram* aliunde aſſumpta ſunt, & in rem alienam tranſlata; iis enim verbis aliquid fere ſubeſt improprii: mirum igitur erat, quod Julius Secundus etiam in *aſſumptis* verbis quamdam proprietatem ſervaret. CAPPER.

544. *Tanta in quibuſdam.*] *Tanta etiam quibuſdam;* Voſſ. prim. tert. *tanta etiam in quibuſdam;* Voſſ. ſec. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

545. *Ex periculo petitis.*] Gallice quoque dicimus, *mots hazardez, expreſſions hardies, hazardées*, &c. CAPPER.

546. *Magnam in eos, qui nunc vigent materiam laudanda.*] *In* præpoſitio, ut ſupervacua, eſt eradenda, & *a* vocali in *i* converſa, *laudandi* eſt legendum. REGIUS.

547. *Sunt enim ſumma.*] Florebat Aper, Marcellus, Maternus, Meſſala, Cæcilius Plinius, & multi alii: vide Tacitum. TURNEB. Vide Plinianas epiſtolas paſſim, & lib. IX. ep. 26. de ſummis ingeniis quaſi ſcatentes. ALMEL.

tium imitatur ac ſequitur induſtria. Superſunt, qui [548] de philoſophia ſcripſerunt: quo in genere pauciſſimos adhuc eloquentes literæ Romanæ tulerunt. [549] Idem igitur M. Tullius, [550] qui, ut ubique, etiam in hoc opere Platonis [551] æmulus extitit. Egregius vero, multoque, quam in orationibus, præſtantior [552] Brutus, ſuffecit ponderi rerum: [553] ſcias eum ſentire, quæ dicit. Scripſit non parum multa Cornelius Celſus, [554] Scepticos ſecutus, non ſine cultu ac nitore. [555] Plancus in Stoïcis rerum cognitione utilis. In Epicureis levis quidem, ſed non injucundus tamen auctor eſt Catius. Ex induſtria [556] Senecam [557] in omni genere eloquentiæ diſtuli, propter vulgatam falſo de me opinionem, qua damnare eum, & inviſum quoque habere ſum creditus. Quod accidit mihi, dum [558] corruptum & omnibus vitiis fractum dicendi genus revocare ad ſeveriora judicia contendo. [559] Tum autem ſolus hic fere in manibus adoleſcentium fuit. Quem non equidem omnino conabar excutere, ſed potioribus præferri non ſinebam, [560] quos ille non deſtiterat inceſſere, cum [561] diverſi ſibi conſcius generis, placere ſe in dicendo [562] poſſe iis, quibus illi placerent, diffideret. Amabant autem eum magis, quam imitabantur; tantumque ab illo defluebant, quantum ille ab antiquis [563] deſcenderat. Foret enim optandum, pares, aut ſaltem proximos, illi viro fieri. Sed placebat propter ſola vitia, & ad ea ſe quiſque dirigebat effingenda, quæ poterat: [564] deinde cum ſe jactaret eodem modo dicere, Senecam infamabat. Cujus & multæ alioqui, & magnæ virtutes fuerunt, ingenium facile & copioſum, plurimum ſtudii, [565] multarum rerum cognitio: in qua tamen aliquando ab iis, quibus inquirenda quædam mandabat, deceptus eſt. Tractavit etiam omnem fere ſtudiorum materiam. [566] Nam & orationes ejus, & poëmata, & epiſtolæ, & dialogi feruntur. [567] In philoſophia parum diligens: egregius tamen vitiorum inſectator fuit. [568] Multæ in eo claræque ſententiæ, multa etiam [569] morum gratia legenda: [570] ſed in eloquendo corrupta pleraque, atque eo pernicioſiſſima,

548. *De Philoſophia ſcripſerunt.*] *Scripſerint;* Locat. Ald.

549. *Idem igitur M. Tullius.*] Budæus in commentariis linguæ Græcæ Ciceronem ita imitatorem Platonis ait fuiſſe, ut in philoſophicis operibus ejus elegantiam & ſuavitatem exæquarit. TURNEB.

550. *Qui ubique.*] *Qui ut ubique;* Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov. *qui & ubique;* Voſſ. ſec.

551. *Æmulus exſtitit.*] *Fuit;* Voſſ. prim. tert.

552. *Brutus.*] Brutus philoſophiam Stoïcam ſectatus eſt, in eaque multos libros ſcripſit, ut colligere licet ex epiſt. ad Atticum. TURNEB.

553. *Scias eum ſentire, quæ dicit.*] Cicero *de Legibus* lib. I. *Natura ſpeciem ita formavit oris, ut in ea penitus reconditos mores effingeret. Nam & oculi nimis arguti, quemadmodum animis affecti ſimus, loquuntur. Et is, qui appellatur vultus, qui nullo in animante eſſe præter hominem poteſt, indicat mores.* Phraotes apud Philoſtratum, Apollonii vitæ lib. II. cap. 12. *Πολλὰ μὲν ὀφθαλμοὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἠθῶν ἑρμηνεύουσι· πολλὰ δὲ ἐν ὀφρύσι καὶ παρειαῖς κεῖται, γραμματεύειν τι καὶ θεωρεῖν· ἀφ' ὧν σοφοί τε καὶ φυσικοὶ ἄνδρες, ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ εἴδωλα, τοὺς νοῦς τῶν ἀνθρώπων διαθεῶνται.* COLOMES. Græca Philoſtrati verba ſic Latine vertas: *De hominum moribus multa declarant oculi, multa in ſuperciliis & genis exſtant diſcernenda & perſpicienda, e quibus ſapientes & rerum naturalium periti viri mentes hominum, tanquam rerum imagines in ſpeculo, conſiderant.* CAPPER.

554. *Scepticos ſecutus.*] Sceptici philoſophi ſunt, qui nihil conſtituunt, ſed de rebus omnibus dubitant: ſic appellati ſunt, quaſi *conſideratores.* Galenus Scepticam quoque refert ſectam fuiſſe. TURNEB. Andreas Schott. in libello de claris apud Senecam Rhetoribus legit, *Celſus. Sextius ſecutus non ſine,* &c. ex MSS. Petri Danielis: & *Q. Sextium* intelligit. BURMAN.

555. *Plautus in Stoïcis.*] Caſtigate in quibuſdam exemplaribus legitur *Plancus.* REGIUS.

556. *Senecam.*] Gyrald. dialog. VIII. Poëtarum: *Taxatus quidem Seneca a Fabio Quinctiliano, modeſta quadam Hiſpani hominis cenſura, ne ſcilicet id fortaſſe odio potius, quam veritatis candore, feciſſe videretur: quam rem mecum ſæpe reputans, ea ratione feciſſe crediderim, ut Senecæ parem gratiam referret, qui Quinctilianum declamatorem, cujus adhuc nonnullæ exſtant declamationes, acrius antea fuerat inſectatus.* COLOMES. Caligulæ, Quinctiliani, & Auli Gellii de Seneca cenſuras recenſuit, & bona fide perpendit Juſtus Lipſius in judicio ſuper Seneca, ejuſque ſcriptis, quod exſtat in limine edition. Gronovianæ. Hoc autem graviſſimi viri judicium legere ac perlegere operæ pretium fuerit. CAPPER.

557. *In omni genere eloquentiæ diſtuli.*] *Verſatum* aut ſimile verbum ſenſus integritas nobis expoſcere videtur. REGIUS. Nam ſcripſit epiſtolas, declamationes, orationes, dialogos, poëmata, & pleraque in philoſophia. TURNEB. Auſcultarunt Regio Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. ſed male; diſtulit enim ejus mentionem facere inter Poëtas, Hiſtoricos, Philoſophos, &c. & ita in omni genere eloquentiæ. BURMAN.

558. *Corruptum & omnibus.*] *Corruptum ex omnibus;* Voſſ. ſec. Francius etiam malebat *vitiis infectum.*

559. *Cum autem fere ſolus hic.*] Niſi *e* litera in *t* converſa *tum* legatur, ubi claudatur hic ſenſus, non invenietur. REGIUS. *Tum autem fere ſolus hic;* Voſſ. ſec. Locat. Ald.

560. *Quos ille non deſtiterat inceſſere.*] Gellius lib. XII. ait, Senecam conatum eſſe vituperare Ciceronem atque Virgilium, ac multis in locis reprehendere: eo autem in loco Gellius mire reprehendit *phraſin & compoſitionem* Senecæ TURNEB.

561. *Diverſi ſibi conſcius generis.*] Aliis enim temporibus alia placet eloquentia. Hinc de Seneca optime judicaſſe Tacitus videtur lib. III. Annal. *Quanquam oratio compoſita a Seneca multum cultus præferret, ut fuit illi viro ingenium amœnum, & temporis illius auribus accommodatum.* CAPPER.

562. *Poſſe in quibus illi.*] Sic quidem corrupte legitur: id quod mihi hoc modo emendandum videtur, ut, loco *in* præpoſitionis, *iis* ablativus reponatur. REGIUS. *In quibus;* Voſſ. prim. ſec. Locat. Ald. Colin. Vidov.

563. *Deſcenderat.*] Francius *deſciverat* malebat.

564. *Deinde quum ſe jactaret, &c.*] Senſus eſt, qui vitia Senecæ imitabantur pro virtutibus, venditabant orationis ornatum & elegantiam nomine Senecæ, qui tum in pretio erat. Verum Seneca tum ab illis non laudabatur, ſed infamabatur, quia ejus vitia proponebantur. TURNEB. *Denique;* Voſſ. prim. aliter diſtinguebat Obrecht. *cum ſe jactaret eodem modo dicere Senecam, infamabat;* ſed tunc *ſe jactaret* incongruum eſt, & ſufficeret *jactaret.* BURMAN.

565. *Et multarum rerum.*] *Et* deeſt in MSS. Alm. Voſſ. ſec. Gryph. Leid. Oxon. Obrecht. *ſtudii, multa rerum cognitio;* Baſil.

566. *Nam & orationes.*] *Nam* non eſt in V. C. Alm.

567. *Et in Philoſophia.*] *Si* particula adſcribenda videtur, ut *eſt* legatur; aut certe *&* copula eradenda. REGIUS. *Et in;* Locat.

568. *Multæ in eo.*] *Multæque;* Voſſ prim.

569. *Morum gratia legendo.*] Pro *legendo* recte quidam ſcribunt *legenda.* REGIUS.

570. *Sed in eloquendo.*] Caligula imperator Senecam, qui tum in pretio erat, appellare ſolebat *commiſſiones meras, & arenam ſine calce:* ita damnavit genus dicendi fra-

quod abundant dulcibus vitiis. Velles eum ſuo ingenio dixiſſe, alieno judicio. [571] Nam ſi aliqua contempſiſſet, ſi parum concupiſſet, ſi non omnia ſua amaſſet, [572] ſi rerum pondera minutiſſimis ſententiis non fregiſſet; conſenſu potius eruditorum, quam puerorum amore comprobaretur. Verum ſic quoque jam robuſtis, & ſeveriore genere ſatis firmatis legendus, vel ideo, quod exercere poteſt [573] utrumque judicium. Multa enim (ut dixi) probanda in eo, multa etiam admiranda ſunt: eligere modo curæ ſit, quod utinam ipſe feciſſet. Digna enim fuit illa natura, quæ meliora vellet, quæ, quod voluit, effecit.

ctum, nimiſque conciſum, ac pene *commaticum*. TURNEB.

571. *Nam ſi aliqua contempſiſſet.*] *Nam ſi nil æqualium contemp.* Voſſ. ſec. Locat. Steph. Vaſc. marg. Baſil.

572. *Si rerum pondera.*] Iniquius paulo cenſores illi, neſcio qui, apud Gell. XII. 2. *de Annæo Seneca partim exiſtimant, ut de ſcriptore minime utili; cujus libros attingere nullum pretium operæ ſit; quod oratio ejus vulgaris videatur, & protrita; res atque ſententiæ aut inepto inanique impetu ſint, aut ut levi & quaſi dicaci argutia; eruditio autem vernacula & plebeia, nihil ex veterum ſcriptis habens neque gratiæ, neque dignitatis.* COLOMES. Hinc Caligula optime ſcripta ejus eſſe *arenam ſine calce* dixit. Suet. 13. ALMEL.

573. *Utrinque judicium.*] *Utrumque*: Voſſ. ſec.

CAPUT II.

De imitatione.

EX his cæteriſque lectione dignis auctoribus & verborum ſumenda copia eſt, & varietas figurarum, & componendi ratio: tum ad exemplum virtutum omnium mens dirigenda. [1] Neque enim dubitari poteſt, [2] quin artis pars magna contineatur imitatione. Nam, ut invenire primum fuit, eſtque præcipuum; ſic ea, quæ bene inventa ſunt, utile ſequi. Atque omnis vitæ ratio ſic conſtat, ut, quæ probamus in aliis, facere [3] ipſi velimus. [4] Sic literarum ductus, ut ſcribendi fiat uſus, pueri ſequuntur: ſic muſici vocem docentium, pictores opera priorum, [5] ruſtici probatam experimento culturam in exemplum [6] intuentur. Omnis denique diſciplinæ initia ad propoſitum ſibi præſcriptum formari videmus. Et hercle neceſſe eſt, aut ſimiles aut diſſimiles bonis ſimus. Similem raro natura præſtat, frequenter imitatio. [7] Sed hoc ipſum, quod tanto faciliorem nobis [8] rationem rerum omnium facit, quam fuit iis, qui nihil, quod ſequerentur, habuerunt, niſi caute & cum judicio apprehenditur, nocet. Ante omnia igitur imitatio per ſe ipſa non ſufficit, vel quia pigri eſt ingenii, contentum eſſe iis, quæ ſunt ab aliis inventa. Quid enim futurum erat temporibus illis, quæ ſine exemplo fuerunt, ſi homines nihil, niſi [9] quod jam cognoviſſent, faciendum ſibi aut cogitandum putaſſent? [10] Nempe nihil fuiſſet inventum. Cur igitur nefas eſt reperiri aliquid a nobis, quod ante non fuerit? An illi rudes ſola mentis natura ducti ſunt in hoc, ut tam multa generarent; nos ad quærendum non eo ipſo concitemur, [11] quod certe ſcimus inveniſſe eos, qui quæſierunt? Et cum illi, qui nullum cujuſquam rei habuerunt magiſtrum, plurima in poſteros tradiderint, [12] nobis uſus illarum rerum ad eruendas

Catalogus auctorum ad imitationem ſpectat, qua facilitatem dicendi ac formam conſequimur. Igitur ſubjungenda fuerunt imitationis præcepta. TURNEB.

1. *Neque enim dubitari poteſt.*] Cornificius imitationem ab arte ſeparat: eam arti ſubjungit Fabius lib. III. cap. 5. quia arte opus eſt ad intelligendas virtutes auctoris & imitandas. TURNEB.

2. *Quia artis pars.*] Scribe *quin*: PHILAND.

3. *Ipſi facere velimus.*] Tanta profecto exemplorum vis eſt, quam oſtendit Achil. Tatius de Leucip. & Clitophont. Amor. lib. 1. pag. 21. fortean hinc ipſe Quinctilianus lib. III. cap. 8. dicit: *Fingentibus magnas fere perſonas placere, ut regum, principum*, &c. ſiquidem:

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Vide Syneſ. de regno pag. 31. ALMEL.

4. *Sic literarum ductus.*] Ad imitationis commendationem *inductione* utitur, omniaque imitatione conſtare oſtendit. TURNEB.

5. *Ruſtici.*] Vide Columell. lib. XI. cap. 1. ALMEL.

6. *Intuentur.*] *Tuentur*: Locat. Ald. Par. Gryph. Vidov. Francius volebat, *& exemplum intuentur.*

7. *Sed hoc ipſum.*] Admonet Fabius, non ita utendum eſſe imitatione, quin aliquid ex nobis gignamus. Sic Cicero, cum ſe contuliſſet ad imitationem Platonis, Demoſthenis, Iſocratis, plurimas & præſtantiſſimas ex ſeipſo virtutes extulit. Auctor Fabius. TURNEB.

8. *Rationem rerum omnium.*] *Rerum* deeſt in V. C. Alm.

9. *Quod jam cognoviſſent.*] Forte *niſi quod jam majores cognoviſſent*: ſi contenti fuiſſent illis, quæ a majoribus excogitata & inventa fuiſſent. BURMAN.

10. *Nempe nihil fuiſſet inventum.*] Libanius Declam. XVIII. pag. 487. *εἰ δ' ἀεὶ τινὸς ἔδει παραδείγματος, οὐκ ἂν ἀρχὴν οὐδὲν ἐλάμβανεν: ſi autem exemplo ſemper aliquo opus foret, nulla unquam res exordium accepiſſet.* ALMEL.

11. *Quod certe.*] *Certo* Francius corrigebat.

12. *Nobis uſus aliarum rerum ad erudiendas alias.*] Licet fere in exemplaribus *erudiendas* legatur, ego tamen, *di* ſyllaba eraſa, *eruendas* legendum eſſe audacter contenderim, ac, loco *aliarum*, reponendum *illarum*. REGIUS. *Nobis aliarum rerum ad eruendas alias*: V. C. Alm. *Illarum rerum.*] Hanc nobis lectionem dictarunt editiones Ald. Sich. Par. Vaſc. ac Stephani: quibus obſecuti, *aliarum*, id quod oſtendit editio Leidenſis, loco movendum eſſe duximus: quin & *illarum* iſtud peculiariter videtur reſpicere ad res eas, quas ab iis inventas fuiſſe ait, qui nullum cujuſpiam rei habuerunt magiſtrum. GIBSON. *Illarum* etiam Locat.

alias non proderit, ſed nihil habebimus, niſi beneficii alieni? quemadmodum quidam pictores in id ſolum ſtudent, ut deſcribere tabulas menſuris ac lineis ſciant. [13] Turpe etiam illud eſt, contentum eſſe id conſequi, quod imiteris. Nam rurſus quid erat futurum, ſi nemo [14] plus effeciſſet [15] eo, quem ſequebatur? [16] Nihil in poëtis [17] ſupra Livium Andronicum, nihil in hiſtoriis ſupra Pontificum annales haberemus: [18] ratibus adhuc navigaremus: non eſſet pictura, niſi quæ lineas modo extremas umbræ, [19] quam corpora in ſole [20] feciſſent, circumſcriberet. Ac ſi omnia percenſeas, [21] nulla ſit ars, qualis inventa eſt, nec intra initium ſtetit: niſi forte noſtra potiſſimum tempora damnamus hujus infelicitatis, ut nunc demum nihil creſcat. [22] Nihil enim creſcit ſola imitatione. Quod ſi [23] prioribus adjicere fas non eſt, quomodo ſperare poſſumus [24] illum oratorem perfectum? cum in iis, quos maximos adhuc novimus, nemo ſit inventus, in quo nihil aut deſideretur, aut reprehendatur. [25] Sed etiam qui [26] ſumma non appetunt, contendere potius, quam ſequi debent. Nam qui agit, ut prior ſit, forſitan etiam, ſi non tranſierit, æquabit. [27] Eum vero nemo poteſt æquare, cujus veſtigiis ſibi utique inſiſtendum [28] putat. [29] Neceſſe eſt enim, ſemper ſit poſterior, qui ſequitur. Adde quod plerumque facilius eſt plus facere, quam idem. [30] Tantam enim difficultatem habet ſimilitudo, ut ne ipſa quidem natura in hoc [31] ita evaluerit, ut non [32] res, quæ ſimillimæ videantur, diſcrimine aliquo diſcernantur. Adde quod, quidquid alteri ſimile eſt, [33] neceſſe eſt minus ſit eo, quod imitatur; ut umbra corpore, [34] & imago facie, & actus hiſtrionum veris affectibus. Quod [35] in orationibus quoque evenit. Namque iis, quæ in exemplum [36] aſſumimus, ſubeſt [37] natura, & vera vis: contra omnis imitatio [38] ficta eſt, & ad alienum propoſitum accommodatur. [39] Quo fit, ut minus ſanguinis ac virium declamationes habeant, quam orationes; quod in illis vera, in his [40] aſſimulata materia eſt. [41] Adde quod eà, quæ in oratore maxima ſunt, imitabilia non ſunt, ingenium,

Gryph. Colin. Vidov. Obrecht. Eſt igitur quod mirer in Burmann. editione legi etiamnum *aliarum*: quam certe lectionem poſt memoratas mox annotationes vix ac ne vix quidem ferri poſſe arbitror. Lugduno-Batav. edition. contextui nimis addictus fuiſſe Burmannus videtur. CAPPER.

13. *Turpe etiam illud eſt.*] Turpe eſt nihil invenire poſſe: eſt ineptum quoque non vincere eum, quem imiteris; niſi enim hoc factum eſſet ab antiquis, nulla fuiſſet artium progreſſio & amplificatio. TURNEB.

14. *Plus effeciſſet.*] Ita ferme Seneca Epiſt. XXXIII. *nunquam autem invenietur, ſi contenti fuerimus inventis.* ALMEL.

15. *Eo quæ ſequebatur.*] *A* vocali eraſa, ac *m* litera adſcripta, *quem* legendum eſt. REGIUS. *Eo quod ſequebatur*; Locat. Ald. Par. Colin. marg. Colon.

16. *Nihil in poëtis.*] Livius Andronicus primus apud Latinos fabulas edidit anno ante Ennium natum. TURNEB. Eſt hujus Poëtæ tragœdia *Equus Trojanus* dicta, cujus in extremo, *ſero ſapiunt Phryges*, ut annotat Brodæus ad Anthol. pag. m. 142. Ulyſſes Aldrovandus de quadrupedibus biſulcis lib. 1. de Camelo pag. 373. Levius primus Latinus Poëta, non Livius, ut imperiti volunt, in Ægyſto ſic legendus:

Nemo hac veſtrûm ruminabitur mulieri. ALMEL.

17. *Supra pontificum annales.*] Hiſtoriæ primum apud Romanos ſcriptæ ſunt a Pontificibus, ſermone quidem puro, ſed exili. Vide Ciceron. libro II. *de Orat.* TURNEB.

18. *Ratibus adhuc navigaremus.*] Vitruvius libro ſecundo ait primum homines tabulis inter ſe connexis, quæ *rates* & *ſchediæ* appellantur, navigaſſe. TURNEB. *Navigaretur*; V. C. Alm. Obrecht.

19. *Quam corpora in ſole feciſſent.*] Hoc modo Gyges Lydius in Ægypto picturam reperit. TURNEB. Hæc verba coincidunt cum Athenagoræ in legatione pro Chriſtianis, ubi hæc: *Umbratilis pictura inventio a Saurio equum in ſole umbra circumſcribentis: Graphice vero a Cratone in tabula dealbata viri & mulieris umbras delineantis.* ALMEL.

20. *Feciſſet circumſcriberent.*] *Feciſſent* plurale, ac *circumſcriberet* ſingulare, manifeſte legendum eſt. REGIUS.

21. *Nulla ſit ars.*] Elegans locus Platonis in Hippia major. tom. III. pag. 281. reſpici etiam poteſt Columella lib. I. cap. I. ALMEL.

22. *Nihil enim creſcit.*] *Nihil autem*; MSS. Alm. Voſſ. omnes, Bern. Val. lib. Baſil. Gryph.

23. *Prioribus adjicere.*] *Addere*; Voſſ. tert. ſed corr. *adjicere*.

24. *Ullum oratorem.*] *Illum*; MSS. Alm. Voſſ. prim. ſec. Obrecht. & recte: *illum* nimirum, quem Cicero voluit deſcribere, & quem mente conceperunt artis oratoriæ magiſtri. BURMAN. *Ullum*; edition. Vaſcoſ. Steph. Lugduno-Batav. Rollin.

25. *Sed etiam.*] Per diviſionem oſtendit, neque eum, qui conſummatus eſſe velit orator, neque eum, qui ſummam eloquentiam non appetat, ſola imitatione contentum eſſe debere, quia imitator ſemper eſt inferior. TURNEB.

26. *Summa non appetunt.*] *Appetunt*; Voſſ. prim. *ſummam non appetens*; Voſſ. ſecund. *appetent*; Vaſcoſ. Stephan. Rollin.

27. *Eum vero.*] *Eum enim vero*; Voſſ. tert.

28. *Putat.*] *Putet*; Voſſ. prim. tert.

29. *Neceſſe eſt enim.*] Non ab hac ſententia alienam habet Apoll. Tyanæus in Epiſtol. ad Seleucienſium magiſtratum: *Τὸ γάρ που τῇ τάξει δεύτερον, οὐδέποτε τῇ φύσει πρῶτον.* ALMELOV. Græcorum verborum ſenſus eſt: *Quod enim ordine ſecundum eſt, nunquam natura primum eſt.* CAPPER.

30. *Tantam enim difficultatem.*] In tot hominum millibus duos reperire non poſſis indiſcreta ſimilitudine: attamen apud Plinium lib. VII. multa ſunt exempla ſimilitudinis. TURNEB.

31. *Ita evaluerit.*] *Ita valuerit*; Locat.

32. *Res quæ ſimillimæ videantur diſcrimine.*] *Res ſimpliciſſime, quæque pares maxime videantur, utique diſcrimine*; MSS. Bodl. Alm. Andr. (niſi quod pro *quæque* legit *quæ*) Baſil. quæ omittit *utique*, ut & Gryph. & marg. Steph. *ut non res ſimillimæ, quæque pares maxime videantur, diſcrimine aliquo diſſocientur*; Obrecht. *videntur*; Voſſ. ſecund. conſentit cum Obrechto Bernenſis codex, niſi quod habet *diſcernantur*.

33. *Neceſſe eſt minus.*] Senec. Declam. lib. II. *Non eſt unus, quamvis præcipuus ſit, imitandus: quia nunquam par ſit imitator auctori, &c.* ALMEL. *Neceſſe eſt, eſſe minus eo*; Obrecht.

34. *Et imago facie, & actus.*] Bis τὸ *&* omiſit Obrecht.

35. *In orationibus.*] *In oratione*; Voſſ. prim. tert.

36. *Aſſumimus.*] *Sumimus*; Voſſ. prim.

37. *Natura & vera vis.*] *Naturæ vera vis*; Obrecht.

38. *Ficta eſt.*] *Facta eſt*; V. C. Alm. edit. Lugduno-Batav.

39. *Quod fit ut.*] D litera expuncta, *quo* legatur. REGIUS. *Quod facit ut*; V. C. Alm.

40. *Aſſimulata.*] *Aſſimilata*; cod. Bernenſ.

41. *Adde quod ea quæ.*] Proprietates ingeniorum arte comprehendi non poſſunt: quocirca imitationi non ſubjacent; ſolemus enim imitari id ipſum, quod arte traditur. TURNEB.

[42] inventio;

[42] inventio, vis, facilitas, & quidquid arte non traditur. [43] Ideoque plerique, cum verba quædam ex orationibus excerpſerunt, aut aliquos *compoſitionis* certos pedes, mire a ſe, quæ legerunt, [44] effingi arbitrantur: [45] cum & verba intercidant invaleſcantque temporibus, ut quorum [46] certiſſima ſit regula in conſuetudine, eaque non ſua natura ſint bona aut mala, (nam per ſe ſoni tantum ſunt) ſed prout opportune proprieque aut ſecus [47] collocata ſunt: & *compoſitio* cum rebus accommodata ſit, [48] tum ipſa varietate gratiſſima. [49] Quapropter exactiſſimo judicio circa hanc partem [50] ſtudiorum examinanda ſunt omnia. Primum, [51] quos imitemur; nam ſunt plurimi, qui ſimilitudinem peſſimi cujuſque & corruptiſſimi concupierint. [52] Deinde in ipſis, quos elegerimus, [53] quid ſit, ad quod efficiendum nos comparemus. Nam in magnis quoque auctoribus incidunt aliqua vitioſa, & a doctis inter ipſos etiam mutuo reprehenſa; atque utinam tam bona imitantes dicerent melius, quam mala pejus dicunt. Nec vero ſaltem iis, quibus ad evitanda vitia judicii ſatis fuit, ſufficiat imaginem virtutis effingere, & ſolam, ut ſic dixerim, cutem, vel potius illas [54] Epicuri figuras, [55] quas e ſummis corporibus dicit effluere. Hoc autem iis accidit, qui, non introſpectis penitus virtutibus, ad primum ſe velut adſpectum orationis aptarunt; &, cum iis feliciſſime ceſſit [56] imitatio, verbis atque *numeris* ſunt non multum differentes; [57] vim dicendi atque *inventionis* non aſſequuntur, ſed plerumque [58] declinant in pejus, & [59] proxima virtutibus vitia comprehendunt, fiuntque pro grandibus tumidi; preſſis exiles; fortibus temerarii; [60] lætis corrupti; compoſitis exultantes; ſimplicibus negligentes. [61] Ideoque qui horride atque incompoſite quidlibet frigidum illud & inane extulerunt, antiquis ſe pares credunt, qui carent cultu atque ſententiis, [62] Atticis ſcilicet; qui præciſis concluſionibus obſcuri, Salluſtium atque Thucydidem ſuperant; triſtes ac jejuni Pollionem æmulantur; [63] otioſi & ſupini, ſi quid modo longius circumduxerunt, jurant [64] ita Ciceronem loquuturum fuiſſe. Noveram quoſdam, qui ſe pulchre expreſſiſſe genus illud cœleſtis hujus in dicendo viri ſibi viderentur, ſi in clauſula poſuiſſent, [65] *Eſſe videatur.* Ergo primum eſt, ut, quod imitaturus eſt quiſ-

42. *Inventio vis.*] *Inventionis facilitas;* MSS. Bodl. Voſſ. ſec. & Colbert. Andr. Locat. marg. Baſil.

43. *Ideoque plerique.*] *Ideo;* V. C. Alm.

44. *Effingi.*] *Affingi;* Voſſ. tert.

45. *Et cum verba intercident, invaleſcant temporibus.*] Depravatus hic locus facile ſic emendari poteſt, ut *&* copula de principio in quartum locum transferatur, atque, *e* vocali in *a* converſa, *intercidant* legatur, hoc modo: *cum verba intercidant, & invaleſcant temporibus:* eſt autem paraphraſis ſenſus illius Horatiani, ex Art. Poët. 70.

Multa renaſcentur, quæ jam cecidere, cadentque,
Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet uſus,
Quem penes arbitrium eſt, & jus, & norma loquendi.

REGIUS. *Et cum verba intercidant, & invaleſcant;* Locat. *arbitrantur cum verba intercidant;* Voſſ. ſec.

46. *Certiſſima regula.*] Vide libr. I. cap. 10. & 11. PHIL.

47. *Collocata ſunt.*] *Collata ſint;* Steph. Roign.

48. *Tum ipſa.*] *Tamen ipſa;* Voſſ. prim.

49. *Quapropter.*] Imitari decet optimos auctores, idque faciendum cum judicio, quoniam auctores claſſici nonnunquam errant. TURNEB.

50. *Studiorum examinanda.*] *Studiorum illa examinanda;* Obrecht.

51. *Quos imitemur.*] Veteres ſeligebant oratorem quemdam, quem imitarentur. Vide apud Columel. Præfat. lib. I. & Senec. Præfat. lib. I. Controv. non unum, quamvis præcipuum, imitari vult. Vide Cicer. II. *de Orat.* 22. ALMEL.

52. *Deinde in ipſis.*] *Tum in ipſis;* V. C. Alm. Baſil.

53. *Quid ſit quod nos.*] *Ad* præpoſitio ut adſcribatur, & ſenſus & loquendi ratio expoſcit; ut legatur: *ad quod efficiendum.* REGIUS. *Quid ſit quod efficiendum nobis comparemus;* MSS. Colb. Voſſ. ſecund. & Vallæ liber: quæ lectio minime mala eſt, judice Badio. *Ad quod nos efficiendum comparemus;* Locat. Ald. Baſil. Vidov.

54. *Epicuri figuras.*] Quænam ſint hæ figuræ, Aul. Gellius declarat libr. V. cap. 16. REGIUS. Epicurus dicebat aſſidue e corporibus ſimulacra & idola, veluti exuvias quaſdam effluere, quæ oculos pellerent, atque ita viſionem efficerent. Hoc autem dumtaxat ex opinione Democriti. TURNEBUS. Vide Scip. Gentil. ad Apulei. Apolog. §. 203. ALMEL. Non videtur ſciviſſe editor noviſſimus Gellii, ex Quinctiliani hoc loco *effluere* etiam recte apud Gellium legi, non *affluere;* & ita Regium, locum Gellii adducentem, protuliſſe. BURMAN.

55. *Quas e ſummis.*] *Quas ſummis;* Voſſ. omnes.

56. *Imitatio, verbis atque numeris.*] Niſi hoc relativum *qui* adſcribatur, ſenſus integritas minus habebitur: quare illo adſcripto, hoc modo legatur: *qui verbis atque numeris.* REGIUS. *Qui* deeſt in Voſſ. omnibus, Baſil. & Aſcenſius abeſſe debere contendit. Cujus conjectura eo magis arriſit, quod & tribus MSS. Voſſ. & antiquis editionibus, iis maxime, quæ Raphaëlis Regii emendationem præceſſerunt, innitatur. CAPPER.

57. *Vim dicendi atque inventionis, &c.*] Qui primum orationis aſpectum imitantur, ut verba & *numeros*, quia *inventionem* negligunt, neque res expendunt, apte dicere non poſſunt, neque verba rebus aptare: itaque quanquam optimos auctores imitantur, tamen declinant in vitia proxima virtutibus. TURNEB.

58. *Declinant in pejus.*] Habet fere eadem Hieronymus ad Lætam, de inſtitutione filiæ: *Proclivis eſt malorum æmulatio, & quorum virtutes aſſequi nequeas, cito imitare vitia.* ALMEL.

59. *Proxima virtutibus vitia.*] Optim. Hieronym. Dialog. III. contra Pelag. *Vicina ſunt vitia virtutibus, &, ſi paululum declinaveris, aut errandum tibi, aut præceps cadendum.* ALMELOV.

60. *Lætis corrupti.*] *Latis;* Voſſ. tert.

61. *Ideoque qui.*] *Itaque qui;* Voſſ. ſecund. Vallæ lib. & Colbert. Locat. *adeoque qui;* Colin. Vidov. marg. Baſil. mox *quodlibet*, expuncto τῷ *illud*, legit Aſcenſius. In Vall. libr. erat, *quamlibet.*

62. *Atticis.*] *Attici;* Voſſ. prim. tert. Bern. *Atticos;* Voſſ. ſec. Obrecht. nec male, ſcilicet ſe credunt.

63. *Otioſi & ſupini.*] Qualis Mæcenas fuiſſe dicitur, qui *ſupinus* Juvenali Sat. I. 66. & ita carpit *compoſitionem* vitioſam Mæcenatis noſter lib. IX. 4. Vide Meibom. Mæcen. cap. 23. ita & Martialis VI. 42.

Non attendis, & aure me ſupina
Jam dudum, quaſi negligenter, audis. BURMAN.

64. *Ita Ciceronem loquuturum fuiſſe.*] Annotant enim, proprium eſſe Demoſthenis & Ciceronis, prolixioribus interdum periodis uti. Adde quod Aper apud Tacitum Ciceronem ut otioſum & ſupinum exagitat, & ſolennem ejus clauſulam, *eſſe videatur*, reprehendit. TURNEB. *Ciceronem ita;* Obrecht.

65. *Eſſe videatur.*] Hac clauſula tum alibi, tum pro lege Manilia Cicero frequenter utitur. REGIUS. Hac formula delectatum Ciceronem, patet. Ita II. *de Orat.* 34. *peperiſſe videatur*, cap. 34. *eſſe videantur*, cap. 57. *poſſe videantur.* ALMEL. Vide ſupr. ad lib. IX. cap. 4.

que, intelligat, &, quare bonum ſit, ſciat. Tum in ſuſcipiendo onere conſulat ſuas vires. Nam quædam ſunt [66] inimitabilia, quibus aut infirmitas naturæ non ſufficiat, aut diverſitas repugnet. [67] Nec, cui tenue ingenium erit, ſola velit fortia & abrupta; cui forte quidem, ſed indomitum, [68] amore ſubtilitatis & vim ſuam perdat, & elegantiam, quam cupit, [69] non aſſequatur. Nihil eſt enim tam indecens, quam cum mollia [70] dura fiunt. Atque ego illi præceptori, quem [71] inſtitueram in libro [72] ſecundo, tradidi non ea ſola docenda eſſe, [73] ad quæ quemque diſcipulorum natura compoſitum videret. Nam is & adjuvare debet, quæ in quoque [74] eorum invenerit bona, &, quantum fieri poteſt, adjicere, quæ deſunt; & emendare quædam & mutare. [75] Rector enim eſt alienorum ingeniorum atque formator: [76] difficilius eſt naturam ſuam fingere. Sed ne ille quidem doctor, quanquam omnia, quæ recta ſunt, velit eſſe in ſuis auditoribus quam pleniſſima, in eo tamen, cui naturam obſtare viderit, laborabit. [77] Id quoque vitandum (in quo magna pars errat) ne in oratione poëtas nobis & hiſtoricos, [78] in illorum operibus oratores aut declamatores imitandos putemus. Sua cuique [79] propoſita lex, [80] ſuus cuique decor eſt. [81] Nec comœdia in cothurnos aſſurgit, nec contra tragœdia [82] ſocco ingreditur. Habet tamen omnis eloquentia aliquid commune. [83] Id imitemur, quod commune eſt. [84] Etiam hoc ſolet incommodi accidere iis, qui ſe uni alicui generi dediderunt, ut, ſi aſperitas his placuit alicujus, hanc etiam in leni ac remiſſo *cauſſarum* genere non exuant; ſi tenuitas, [85] aut nuditas, in aſperis gravibuſque *cauſſis* ponderi rerum parum reſpondeant: cum ſit diverſa non *cauſſarum* modo [86] inter ipſas conditio, [87] ſed, in ſingulis etiam *cauſſis*, partium: ſintque alia leniter, alia aſpere, alia concitate, alia remiſſe, alia docendi, alia movendi gratia dicenda: quorum omnium diſſimilis atque diverſa inter ſe ratio eſt. Itaque ne hoc quidem ſuaſerim, uni ſe alicui proprie, quem per omnia [88] ſequatur, addicere. [89] Longe perfectiſſimus Græcorum Demoſthenes: aliquid tamen aliquo in loco melius alii. Plurima illi: ſed non qui maxime imitandus, etiam ſolus imitandus eſt. Quid ergo? non eſt ſatis omnia ſic dicere, [90] quomodo Marcus Tullius dixit? Mihi quidem ſatis eſſet, ſi omnia conſequi poſſem. [91] Quid tamen nocet, vim Cæſaris, [92] aſperitatem Cœlii, diligentiam Pollionis, judicium Calvi, quibuſdam in locis aſſumere? Nam præter id, quod prudentis eſt, quod in quoque opti-

66. *Inimitabilia.*] *Mirabilia;* Voſſ. prim.

67. *Nec cui tenue.*] In imitatione, neque a tuo ingenio prorſus debes deſciſcere, neque tamen ingenium ita ſequi, ut non adjicias, quod naturæ deſit: qua de re pulcherrime locutus eſt Fabius lib. 11. quum quærebat, *an quiſque ſecundum ingenii ſui naturam eſſet docendus.* TURNEB. *Et ne cui tenue;* Voſſ. prim. tert. *ne cui;* Voſſ. ſec.

68. *Amore ſubtilitatis.*] *Sublimitatis;* Steph. Vaſc. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

69. *Non aſſequatur.*] *Non perſequatur;* MSS. Bodl. Joan. Alm. Voſſ. omnes, Colbert. Locat. Ald. Colon. Pariſ. Colin. Vidov. marg. Steph.

70. *Dure fiunt.*] *Dureſcunt;* MS. Bodl. Andr. Locat. Ald. Obrecht. *duræ fiunt;* Voſſ. ſec. *dura fiunt;* Gryph. Vaſcoſ. Steph. Colin. Vidov.

71. *Inſtitueram.*] *Inſtituebam;* Obrecht.

72. *Secundo credidi.*] Rectius in quibuſdam exemplaribus legitur *tradidi.* REGIUS. *Credidi;* MSS. Joann. Alm. Voſſ. prim. tert. Locat. Ald. Baſil.

73. *Ad quæ quemque.*] *Ad quæ quemquam;* Voſſ. tert.

74. *Eorum invenerit.*] *Eorum viderit & invenerit;* Voſſ. prim. *eorum viderit bona & invenit;* Voſſ. tert. *eorum invenit bona;* Locat. Ald. Vidov. Baſil.

75. *Rector enim eſt.*] Significat, id facile a præceptore fieri poſſe, propterea quod facilius eſt alienam formare naturam, quam ſuam; nam noſtram naturam amplectimur, & in noſtris vitiis cæcutimus. TURNEB.

76. *Difficilius naturam.*] Imo fere ſecundum Horatium impoſſibile: *Naturam expellas furca, tamen uſque redibit.* ALMEL. Gallæus hanc periodum additamentum eſſe putat. BURMAN. Horatii locus ab Almelovenio laudatus exſtat lib. 1. Epiſtol. 10. ubi pro τῷ *redibit*, legitur *recurret.* CAPPER.

77. *Id quoque vitandum.*] Petenda eſt imitatio a ſimili ſpecie ſcriptorum: quocirca errant, qui in oratione uſurpant dictiones poëticas: eſt tamen communis quædam imitatio, qua ex omnibus ſcriptoribus aliquid ſumere poſſumus. TURNEB.

78. *In illorum operibus.*] *In illis operibus;* MSS. Alm. Voſſ. prim. ſec. Andr. Locat. Ald. Baſil. Vidov.

79. *Propoſita lex.*] *Propoſitio eſt lex;* Voſſ. tert. *propoſitio, lex ſuus decor eſt;* Bern.

80. *Suus decor.*] *Suus cuique decor;* MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Par. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht. marg. Steph.

81. *Nec comœdia.*] Ex Horatii Arte Poëtica 89. eſt hic ſenſus. REGIUS. *Nam neque comœdia;* Andr. Hanc tamen dicendi rationem Cæſari tribuit Craſſus apud Ciceron. 111. *de Orat.* num. 30. *Quid*, inquit, *noſter hic Cæſar? nonne novam quamdam rationem attulit orationis, & dicendi genus induxit prope ſingulare? quis unquam res præter hunc tragicas pene comice, triſtes remiſſe, ſeveras hilare, forenſes ſcenica prope venuſtate tractavit; atque ita, ut neque jocus magnitudine rerum excluderetur, nec gravitas facetiis minueretur?* ubi Cæſarem hunc a Dictatore alium eſſe obſervabis. CAPPER.

82. *Socco ingreditur.*] *Socculo;* Obrecht.

83 *Id imitemur.*] *Id* deeſt in V. C. Alm.

84. *Etiam hoc ſolet.*] In imitatione certum dicendi genus ſequi non debemus, ſed omnia; nam alioqui raro apte diceremus: hoc autem pertinet ad præceptum ſuperius. TURNEB.

85. *Aut nuditas.*] *Aut jucunditas;* MSS. Bodl. Alm Andr.

86. *Inter ipſas.*] *Inter ſe ipſas;* Voſſ. ſec. Locat. Ald. Colin. Vidov.

87 *Sed in ſimilis etiam cauſſis.*] Loco *ſimilis*, legendum eſt *ſingulis*, &, pro *cauſſis*, *cauſſæ*, hoc modo: *ſed in ſingulis etiam partium cauſſæ.* REGIUS. *Sed in ſingulis etiam partibus cauſſæ;* Voſſ. ſec. *partium cauſſæ;* Locat. Ald. Colin.

88. *Sequatur adjicere.*] Per duplex *d*, *addicere*, hoc eſt, mancipare, legendum eſſe, facile eſt videre. REGIUS *Uni alicui, &c. addici;* V. C. Alm.

89. *Longe perfectiſſimus.*] *Longe omnium perfectiſſimus Græcorum;* Voſſ. ſec. Locat. Ald. Par. Steph. Gryph. Colin. Vidov.

90. *Quomodo M. Tullius.*] *Sicut M. T.* Voſſ. prim. tert. *quemadmodum;* Baſil. Gryph. Vidov. *dixerit* etiam Voſſ. prim.

91. *Quid tamen nocet.*] *Noceret;* Voſſ. prim. ſec.

92. *Aſperitatem Cœlii.*] Aper apud Tacitum Cœlium ait propter hiatus & compoſitionem ſæpe aſperum eſſe: ab eo quoque notatur ut antiquarius. TURNEB.

mum eſt, ſi poſſit, ſuum facere; tum in tanta rei difficultate unum intuentes, vix aliqua pars ſequitur. Ideoque, cum totum exprimere, quem elegeris, pene ſit homini inconceſſum; plurium bona ponamus ante oculos, ut aliud ex alio hæreat, & [93] quo quidque loco conveniat, aptemus. Imitatio autem (nam ſæpius idem dicam) non ſit tantum in verbis. Illuc intendenda mens, quantum fuerit [94] illis viris [95] decoris in rebus atque perſonis, quod conſilium, quæ diſpoſitio, quam omnia etiam, quæ delectationi videantur data, ad victoriam ſpectent; quid agatur *proœmio*, quæ ratio & quam varia narrandi; quæ vis probandi ac refellendi; quanta in affectibus omnis generis movendis ſcientia, [96] quantaque laus ipſa popularis utilitatis gratia aſſumpta: [97] quæ tum eſt pulcherrima, [98] cum ſequitur, non cum arceſſitur. Hæc ſi [99] præviderimus, [100] tum vere imitabimur. Qui vero etiam [101] propria his bona adjecerit, ut ſuppleat, [102] quæ deerant, circumcidat, ſi quid redundabit, is erit (quem quærimus) perfectus orator: quem nunc conſummari potiſſimum oportebat, [103] cum tanto plura exempla bene dicendi ſuperſint, quam illis, qui adhuc ſummi ſunt, [104] contigerunt. Nam erit hæc quoque laus eorum, ut priores ſuperaſſe, poſteros docuiſſe dicantur.

93. *Quo quidque loco conveniat.*] *Quod cuique loco*: MS. Bodl. *quod cuique conveniat*: Voſſ. ſec. Colon. Colin. *quod cuique convenit*: marg. Vidov.

94. *Illis viris.*] *Illis verbis*: Steph. quod minus placet.

95. *Decoris.*] *Decori*: Obrecht.

96. *Quantaque laus i. p. u. g. aſſumpta.*] Hæc deerant in V. C. Alm. *quamque laus*; marg. Baſil. & cod. Bern. quod Rollinus malebat.

97. *Quæ tamen eſt.*] *Tamen* particula, quæ a ſenſu reſpuitur, videtur eradenda, ac, ejus loco, *tum* reponendum, ut legatur: *qua tum eſt pulcherrima.* REGIUS.

98. *Cum ſequitur.*] Quæ verba plane coincidunt cum Plinianis, quæ exſtant lib. 1. Epiſt. 8. *ſequi enim gloria, non appeti debet.* ALMEL.

99. *Præviderimus.*] Ita editi Ald. Pariſ. Vaſc. Steph. & ſane plenius mihi videtur Fabii ſententiam exprimere, quam lectio Edit. Lugd. aliarumque *perviderimus*: clauſurus enim Fabius caput iſtud, quod de imitatione ſcripſit, ita breviter juvenes admonet: his omnibus præceptis armati prius & accincti, ſi vos ad imitandum conferatis, tum demum vera erit & utilis imitatio. GIBSON. *Præviderimus*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Gryph. Colin. Obrecht. Burmannus tamen, quod miror, ſua in editione τὸ *perviderimus* conſervavit. CAPPER.

100. *Tum vere.*] *Vere* deerat in V. C. Alm.

101. *Propria his bona.*] Τὸ *his* deeſt apud Obrecht.

102. *Quæ deerant.*] Francius malebat *deerunt.*

103. *Cum tanto plura.*] Hic locus ſic corrigendus: *cum tanto pauciora e. b. d. ſuperſint, quanto plura illis, qui adhuc ſummi ſunt, contigerunt.* GALLÆUS. Sed vulgaram lectionem ſervari & defendi poſſe arbitror. CAPPER.

104. *Contigerunt.*] *Contigerant*; Ald.

CAPUT III.

Quomodo ſcribendum ſit.

[1] ET hæc quidem auxilia extrinſecus adhibentur: [2] in iis autem, III.
quæ nobis ipſis paranda ſunt, ut laboris, ſic utilitatis etiam longe plurimum affert ſtylus. Nec immerito [3] M. Tullius hunc *optimum effectorem ac magiſtrum dicendi vocat.* [4] Cui ſententiæ perſonam L. Craſſi [5] in diſputationibus, quæ ſunt de *Oratore*, adſignando, judicium ſuum cum illius auctoritate conjunxit. [6] Scribendum ergo quam diligentiſſime, & quam plurimum. Nam, ut terra [7] altius [8] effoſſa generandis alendiſque ſeminibus [9] fecundior eſt; ſic [10] profe-

Auditionem & lectionem extrinſecus petimus; at ſtylus eſt a nobis ipſis. Sed cum ſtyli tractationem in duo dividat, *quomodo ſcribendum*, & *quid ſcribendum*, priorem partem hoc cap. tractat, poſteriorem quinto. TURNEB.

1. *Et hæc.*] *At hæc*; Ald.

2. *In iis autem.*] *In* deeſt in V. C. Alm.

3. *M. Tullius.*] Lib. 1. *de Orat.* cap. 33.

4. *Cui ſententiæ.*] Certior eſt ſententia Ciceronis, quia loquitur Craſſus, quam ſi loqueretur Antonius; quoniam alter præcepta conſtituit, alter diſſimulat. TURNEB.

5. *In diſputationibus.*] *In* non habent Locat. Steph.

6. *Scribendum quam diligentiſſime, &c.*] Jac. Lud. Strebæus de Elect. & Orat. Colloc. Verb. lib. 1. cap. 7. pag. 31. & ſeqq. PAREUS. Hieronymus lib. 1. Epiſt. 18. ſcribens Damaſo, inquit ipſum *lectionem ſine ſtylo ſomnum putare*; Alm.

7. *Altius effoſſa.*] Ita MS. Bodl. & ex editis Andr. Ald. aliorumque. Edit. Lugdun. *alte* legit. GIBSON. *Altius* legendum eſſe, docuit Gebhard. III. Crepund. cap. 8.

8. *Effoſſa.*] *Refoſſa*; Voſſ. tert. non male; ita enim in re ruſtica frequenter loquuntur.

9. *Fecundior eſt.*] *Eſt* deeſt in Voſſ. ſec. tert. Locat. Obrecht. *fecundior ſit*; Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

10. *Profectus a ſummo petitus.*] Depravatus locus, & ſic corrigendus: *ſic profectus a ſummo ſtudiorum fructus effunditur uberius, & fidelius continetur*) *nam ſine hac*, &c. inſititia ſunt & ſpuria uſque ad *illic*: ita apte reliqua connectuntur) *illic radices*, &c. *Profectus* autem *a ſummo fructus* eſt ab alto, a profundo editus: ita *ſummus puteus* eſt profundiſſimus Plauto. GALLÆUS. Sed quam Gallæus emendationem proponit, ea minime neceſſaria videtur; nam in hoc Fabii loco τὸ *ſummum* reſpondet Græco τῷ ἄκρον, quod rei cujuſpiam ſummitatem, ſummam ſuperficiem deſignat. Græci alias vocant τὸ ἐπιπολῆς, ἐξ ἐπιπολῆς, τὸ ἐπιπόλαιον & ἐπιπολαιαῖον; Gallice *ſuperficiel.* Hinc illud, πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος ϗ χείλεος ἄκρου, *multa cadunt inter calicem ſummumque labellum.* Hinc apud Ciceronem III. *de Finib.* *ſummum aqua* opponitur τῷ *profundo.* Hinc vulgares loquendi formulæ in ipſo Tullio: *Quæ longiorem deſiderant orationem, ſummatim perſcribere. Pauca cognoſces & ſummatim. Breviter & ſummatim deſcribere.* Lucret. lib. III. *aliquid ſummatim attingere.* Virgil. I. Æneïd. 345.

——— *longa eſt injuria, longa*
Ambages: ſed ſumma ſequar faſtigia rerum.

ctus non a ſummo petitus, ſtudiorum fructus [11] effundit uberius, & fidelius continet. Nam, ſine hac quidem conſcientia, ipſa illa ex tempore dicendi facultas inanem modo loquacitatem dabit, & verba in labris naſcentia. Illic radices, illic fundamenta ſunt: [12] illic opes velut ſanctiore quodam ærario reconditæ, unde [13] ad ſubitos quoque caſus, [14] cum res exiget, proferantur. Vires faciamus ante omnia, quæ ſufficiant labori certaminum, & uſu non exhauriantur. [15] Nihil enim rerum ipſa natura voluit magnum effici cito, præpoſuitque pulcherrimo cuique operi difficultatem; quæ naſcendi quoque hanc fecerit legem, [16] ut majora animalia diutius viſceribus parentum continerentur. [17] Sed, cum ſit duplex quæſtio, *quomodo, & quæ* maxime ſcribi oporteat, [18] jam hinc ordinem ſequar. Sit primo vel tardus, dum diligens, ſtylus: quæramus optima, nec [19] protinus ſe offerentibus gaudeamus: [20] adhibeatur judicium inventis, diſpoſitio probatis. Delectus enim rerum [21] verborumque agendus eſt, & pondera ſingulorum examinanda. Poſt ſubeat ratio collocandi, verſenturque omni modo *numeri:* non, ut quodque ſe proferet verbum, occupet locum. [22] Quæ quidem ut diligentius exſequamur, repetenda ſæpius erunt [23] ſcriptorum proxima. Nam præter id, quod ſic melius junguntur prioribus ſequentia, calor quoque ille cogitationis, qui ſcribendi mora refrixit, [24] recipit ex integro vires, & velut repetito ſpatio ſumit impetum: quod in certamine ſaliendi fieri videmus, ut conatum longius petant, [25] & ad illud, quo contenditur, ſpatium curſu ferantur: [26] utque in jaculando [27] brachia reducimus, &, expulſuri tela, nervos retro tendimus. [28] Interim tamen, [29] ſi feret flatus, danda ſunt vela, dum nos indulgentia illa non fallat. Omnia enim noſtra, dum naſcuntur, placent: alioqui nec ſcriberentur. Sed redeamus ad judicium, & retractemus ſuſpectam facilitatem. Sic ſcripſiſſe Salluſtium accepimus: & ſane manifeſtus eſt etiam ex opere ipſo labor. [30] Virgilium

Igitur apud noſtrum Fabium τὸ *a ſummo petitus profectus* opponitur τῷ *terra altius* [βαθύτερον] *effoſſa*, & ſignificat profectum leviorem & quaſi ſuperficiarium, quem hac de cauſſa improbat his verbis: *ut terra altius* [βαθύτερον] *effoſſa .... fecundior eſt; ſic profectus non a ſummo* [οὐκ ἀπ' ἄκρου, οὐδ' ἐξ ἐπιπολαίου, non a ſuperficiario, ſed a profundiori quoque, ἀπὸ τοῦ βαθυτέρου] *petitus, ſtudiorum fructus effundit uberius*, &c. CAPPER.

11. *Effundit.*] *Et fundit*; Baſil. Gryph. *etiam fundit*; MS. Colb. *& effundit*: Vidov. mihi *& fundit* non diſplicet, ut Virg. II. Georg. 460.

Fundit humo facilem victum juſtiſſima tellus.

Cicer. II. *de Natura Deorum* 62. *Terra fœta frugibus, & vario leguminum genere, quæ cum maxima largitate fundit*; & ita alibi idem Cicero. BURMAN.

12. *Illic opes, velut ſanctiore quodam ærario reconditæ, &c.*] MS. Palat. *Illic opes velut ſanctiore quodam ſacrario ſunt conditæ.* Sic ſupra lib. II. cap. 7. *Abundabant autem copia verborum optimorum, & compoſitione ac figuris jam non quæſitis, ſed ſponte & ex repoſito velut theſauro ſe offerentibus.* Vide Agellium, lib. II. cap. 10. Jan. Gebhard. Crepund. lib. III. cap. 18. pag. 151. PAREUS. *Sacrario*; MS. Bodl. Andr. Locat. *Sanctiore quodam ærario.*] Duplex fuit Romæ *ærarium*; alterum, ex quo ad annuas neceſſitates pecunia depromebatur; alterum, quod intactum erat, nec aperiebatur, niſi ob ingentem Reipublicæ neceſſitatem, & ob repentinos caſus. Simili *metaphora* Fabius dixit lib. XI. *ſanctius ſacrarium.* TURNEB. *Recondita.*] *Conditæ*; V. C. Alm.

13. *Ad ſubitos quoque.*] Aſcenſius mallet *quoſque*: deeſt ea vox apud Obrecht.

14. *Cum res exiget.*] *Cum res exigunt*; Voſſ. prim.

15. *Nihil enim rerum ipſa natura voluit magnum effici cito.*] MS. Palat. *Nihil enim rerum ipſa natura voluit magnum effugere cito.* Quod cito effectum eſſet, id Latini *effugiſſe*, dicebant; ſicut *elabi.* Gebhard. Crepund. lib. III. cap. 18. pag. 151. PAREUS. Non facile hoc cuiquam perſuadebit Gebhardus: ſed forte a manu Quinctiliani eſt *effingere*, quod in *effugere* tranſiit. Ita capite præcedenti: *Sufficiat imaginem virtutis effingere.* BURMAN.

16. *Ut majora animalia, &c.*] Quemadmodum elephas continetur, ut quidam aiunt, decennio in utero parentis: unde proverbium, *Citius elephanti pariant*; Ariſtotel. ait biennio. TURNEB. Plin. lib. X. 63. *Quo majus eſt animal, tanto diutius formatur in utero.* PITHOEUS. Hæc Regio & Philandro jam notata: de elephantis eleganter Achil. Tatii locum lib. IV. pag. 225. exſtare adnotaverat Almelovenius. BURMAN. Huc referri poteſt illud Varronis: *ſpiſſius naſcimur, quam morimur*; id eſt, ſpatium longius temporis requiritur, ut materna in alvo concepti naſcamur; ſed exiguo tempore morimur. CAPPER.

17. *Sed cum duplex.*] *Sed cum dubium duplex*; Voſſ. prim.

18. *Jam hinc ordinem.*] *Jam hunc ord.* Obrecht.

19. *Protinus ſe offerentibus.*] *Primo ſe of.* MS Bodl. Andr. Ald.

20. *Adhibeatur.*] *Adhibeamus judicium intuentis, diſpoſitio probatis*; Voſſ. prim. *intuentis* habet etiam cod. Bernenſ.

21. *Verborumque habendus.*] Editi Ald. Par. Vaſc. Steph. hanc lectionem præferunt: quæ quidem videtur idiomati Latino melius convenire, quam altera illa *delectus, &c. agendus eſt.* GIBSON. Neſcio certe an minus conveniat genio Linguæ Latinæ *agere delectum*, quam *habere*: ſed quidquid ſit, utrumque recte & ex auctoritate dici puto. Vide Vall. lib. V. Elegant. cap. 60. & illa verba *habere* & *agere*, confundi ſolere vidimus in illa locutione *curam habere* & *agere* ad libr. V. cap. 6. BURMAN. Cujus annotationem firmat ille Plinii locus libr. VII. cap. 29. *Ingeniorum gloriæ quis poſſit agere delectum per tot diſciplinarum genera, & tantam rerum operumque varietatem?* CAPPER.

22. *Quæ quidem ut diligentius.*] Ut optime ſcribamus, non ſolum intueri debemus præſentem periodum, ſed ſuperiores quoque, ut melior ſit connexio, ac cogitatio reſumat impetum ex continuatione. TURNEB.

23. *Scriptorum proxima.*] *Scriptori*; Locat. Ald.

24. *Recipit ex integro.*] *Sic recipit e. i.* Obrecht.

25. *Et ad illud.*] *Et in illud*; Obrecht.

26. *Utque in jaculando.*] *Ut in*; Voſſ. prim.

27. *Brachia reducimus.*] Eleganter dictum pro retro trahimus, quod verbum redonavit Ovidio lib. VI. Metam. 107. Heinſius: ſic Valer. Flac. IV. 266.

Huc alternus & huc, ſemper cervice reducta.

ſic *reductum* apud Stat. VI. Theb. 368. vetus Barthii Scholiaſtes *inclinatum retro* exponit. Vide & ad Declamat. XII. BURMAN.

28. *Interim tamen.*] Aliquando ſine ſuperiorum repetitione, ſi facile ſuccedit inventio & verborum collocatio, oratio continuanda eſt, adhibito tamen judicio: quinetiam illa, quæ profluxerunt, poſtea ſunt emendanda. TURNEB.

29. *Si feret flatus.*] *Si fieret*; Voſſ. prim. & tert. *ſi fuerit*; MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Vaſc. Steph. Colin. Vidov. ſed rectum eſt *feret*, ut ita *venti ferentes* paſſim occurrunt. Vide Serv. ad Virg. VII. Æneid. 27. & Barth. ad Stat. III. Theb. 29. *Fieri* autem & *ferri* confundi a librariis docuit alio exemplo Victor. lib. XXII. Var. lect. 7. BURMAN.

30. *Virgilium quoque.*] Solebat Virgilius paucos ſcribere verſus initio impoſitos, quos deinde diligentiſſime retractabat: adeo ut diceret verſus ſuos ſimiles eſſe *fœtui urſino.* Euripidem quoque aiunt aliquando vix uno die compoſuiſſe tres verſus. TURNEB. Vide Gell. XVII. cap. 10.

quoque pauciſſimos [31] die compoſuiſſe verſus, auctor eſt Varus. Oratoris quidem alia conditio eſt. Itaque hanc moram & ſolicitudinem initiis impero. Nam primum [32] hoc conſtituendum, [33] hoc obtinendum eſt, ut [34] quam optime ſcribamus: [35] celeritatem dabit conſuetudo. Paulatim res facilius [36] ſe oſtendent, verba reſpondebunt, compoſitio [37] ſequetur: cuncta denique, ut in familia bene inſtituta, [38] in officio erunt. Summa hæc eſt rei: *Cito ſcribendo non fit, ut bene ſcribatur: bene ſcribendo fit, ut cito.* [39] Sed tum maxime, cum [40] facultas illa contigerit, reſiſtamus, [41] ut provideamus, & ferocientes equos frenis quibuſdam coërceamus: quod non tam moram faciet, quam novos impetus dabit. Nec enim rurſus eos, qui robur aliquod in ſtylo fecerint, ad infelicem [42] calumniandi ſe pœnam alligandos puto. [43] Nam quomodo ſufficere civilibus officiis poſſit, qui ſingulis *actionum* partibus inſeneſcat? Sunt autem, quibus nihil ſit ſatis; omnia mutare, omnia aliter dicere, [44] quam occurrit, velint; [45] increduli quidam, & [46] de ingenio ſuo peſſime meriti, qui diligentiam putant, facere ſibi ſcribendi difficultatem. Nec promtum eſt dicere, utros peccare [47] validius putem, quibus omnia ſua placent, an quibus nihil. Accidit enim etiam ingenioſis adoleſcentibus frequenter, ut labore conſumantur, & in ſilentium uſque deſcendant nimia bene dicendi cupiditate. Qua de re memini narraſſe mihi Julium Secundum illum, æqualem meum, atque a me, ut notum eſt, familiariter amatum, miræ facundiæ virum, infinitæ tamen curæ, quid eſſet ſibi a patruo ſuo dictum. [48] Is fuit Julius Florus, in eloquentia Galliarum (quoniam ibi demum [49] exercuit eam) princeps, alioqui inter paucos diſertus, & dignus illa propinquitate. Is cum Secundum, ſcholæ [50] adhuc operatum, triſtem forte vidiſſet, interrogavit, quæ cauſſa [51] frontis tam obductæ? nec diſſimulavit adoleſcens, tertium jam diem eſſe, [52] ex quo omni labore materiæ ad ſcribendum deſtinatæ non [53] inveniret

31. *Die compoſuiſſe.*] Rarior locutio, pro *in die*, ut Petron. cap. 44. loquitur: & ita de Lucilio Horat. I. Od. 4. *In hora ſæpe ducentos verſus dictabat.*

32. *Hoc conſtituendum.*] *Hoc inſtituendum* I Voſſ. prim.

33. *Hoc obtinendum.*] *Ac obtinendum*; Obrecht.

34. *Ut quam optime ſcribamus.*] Pollio apud Plin. Secund. lib. VI. Epiſt. 29. *Commode agendo factum eſt, ut ſæpius agerem: ſæpe agendo, ut minus commode.* PITHOEUS.

35. *Celeritatem.*] Hanc illaudatam eſſe aliquot exemplis probat Hadr. Junius lib. IV. Animadv. 16. ALMEL.

36. *Se oſtendent.*] *Oſtendunt*; Voſſ. prim. tert.

37. *Sequetur.*] *Proſequetur*; MSS. Alm. Voſſ.

38. *In officio erunt.*] Vide ad lib. VIII. procem.

39. *Sed tum maxime.*] Etiam cum cito ſcribere poterimus, immorari tamen nonnunquam debebimus, ut cohibeatur impetus fervidior, judicium adhibeatur, novus reſumatur impetus. TURNEB.

40. *Facilitas.*] *Facultas*; Locat.

41. *Ut prohibeamus efferentes equos frenis q. c.*] In hoc ſenſu mihi quidem aliquid verborum deſideratur; ſed, quid ſit adſcribendum præter hanc copulam *ac*, mihi non liquit. REGIUS. *Ut prohibeamus efferentes equos frenis quibuſdam coër.* Ven. Locat. Baſil. *reſiſtamus prohibeamus & efferentes equos frenis quibuſdam co.* Par. & Gryph. Colin. *ut prohibeamus efferentes equos quos frenis coër.* Vidov. *ac provideamus & ferocientes equos frenis quibuſdam co.* Steph. Obrecht. & V. C. Alm. niſi quod *& efferentes*; quomodo etiam legitur in cod. Bernenſi: quæ fere omnes lectiones defendi poſſent: mihi tamen legendum videtur, *reſiſtamus & cohibeamus, & efferentes ſe equos frenis quibuſdam coërceamus: prohibere* & *cohibere* paſſim confundi ſolent. Vide Heinſ. ad Val. Flac. I. 594. omnia autem verba ab equis ſunt deſumpta: *reſiſtit* equus, ubi reprimitur, & a curſu ceſſare cogitur: *cohibetur* quoque & *coërcetur* frenis, cum ſe effert, id eſt, exſultat & pedes in ſublime fert. Poſſet & legi *& furentes.* BURMAN. Cæterum in Raphaëlis Regii nota pro τῷ *liquit* legendum mihi videtur *liquet*; hoc enim verbum præterito caret, ut diſerte tradit Phocas unus ex veteribus Grammaticis Putſch. pag. 1717. his verbis: *Omnia præteritum in uit diviſas ſyllabas mittunt, ut* puduit.... licuit, libuit.... *præter ipſa, quorum duo deficiunt præterito*; liquet, & tædet, &c. CAPPER.

42. *Calumniandi ſe.*] Id eſt, nimis anxie inquirendi & damnandi ſingula, quæ etiam proba eſſe poſſunt: ita cap. I. dixit Calvum *nimia contra ſe calumnia verum ſanguinem perdidiſſe. Calumniandi ſeſe*; Obrecht.

43. *Nam quomodo.*] Utendum eſt judicio, ita tamen ut moroſitatem fugiamus, quæ perdere ſolet ſanguinem & vires orationis, ut ſcripſit de Calvo Cicero. TURNEB.

44. *Quam occurrit.*] *Occurrat*; Obrecht.

45. *Increduli quidam.*] *Quidem*; Baſil.

46. *De ingenio ſuo.*] *Suo* deeſt in V. C. Alm.

47. *Validius.*] Ita rectius, quam *valdius*, legi notat Aſcenſius, & contra *valide* non æque bene dici, ac *valde*: noſter lib. III. cap. 8. *Verborum magnificentia non validius eſt affectanda ſuaſorias declamantibus.* BURMAN.

48. *Julius Florus.*] Ex hujus ſtirpe fuit L. Florus, Livii abbreviator, nulli Hiſtoricorum poſteriorum ſecundus, ut ex ipſius eloquentia liquet, Quinctiliani diſcipulus. REGIUS. *Is fuit Julius Florus.*] Julius Florus vir fuit eloquens, eloquentiam tamen exercuit dumtaxat in Gallia Ciſalpina: eloquentia autem Galliarum non tam elegans erat, quam Romana; Romæ enim erat linguæ puritas A Julio Floro ſanguinem ducit L. Florus, qui epitomen ſcripſit in Livium. TURNEB. Hinc credo hauſit Puteanus lib. I. Hiſt. Inſubricæ opinionem ſuam, Florum fuiſſe filium hujus Julii Flori, nobiliſſimi oratoris, & de quo Senec. Contr. 25. ſed ille *L. Annæus Florus* cum vocetur, ex Annæa gente & Hiſpanus fuiſſe videtur; unde & in MSS. quibuſdam *Senecæ* quoque nomen habet. Vide Voſſ. I. de Hiſt. Latin. cap. 30. & ex eadem forte gente *Sex. Annæus Florus* fuit in lapide apud Fabrett. pag. 615. de Julio Secundo vidimus ad cap. I. hujus libri. M. Julius Florus occurrit apud Grut. DCCXCII. 3. an vero hic deſcendat ex Julio Floro, ad quem eſt Horatii epiſtola 3. lib. I. neſcio; neque etiam an idem ſit, qui Tacito lib. III. Ann. 40. inter nobiliſſimos Trevirenſes memoretur. Julii Flori etiam prologum de Hiſtoriis, ſive de ætatibus ſeculi, exhibet Labbæus bibl. nov. libr. tom. II. pag. 190. ſed qui, ſi verus eſt titulus, inferiorum longe eſt temporum, ut ſtylus ſordidior oſtendit, ſcriptor. BURMAN.

49. *Exercuit eam.*] *Eam* non eſt in Voſſ. tert.

50. *Adhuc operatum.*] *Operatum* quidem legitur, ſed minus recte, ut mihi quidem videtur: pro eo autem *operam dantem* fortaſſe legendum eſt. REGIUS. *Operam dantem*; Ald. Gryph. Colin. marg. Colon. Sich. Steph. Vidov. neſcio cur contra codices Regio auſcultaverint; cum rectius *magiſtro operam dare*, quam *ſcholæ* dici putem; *operari* vero elegantiſſimum ſit: ita *reipub. operari* Valer. Max. lib. VI. 6. I. ubi vide Pigh. & ita paſſim alii: *operantem* malebat Francius. BURMAN.

51. *Frontis tam obductæ.*] *Adductæ*; Voſſ. ſec. Bern. Baſil. Vaſc. Steph. *obductæ* placet Regio: ſed utraque lectio ſatis defendi poteſt; nam & *obducta fronte* Juven. Sat. IX. & Horat. Epod. XIII. & *adductam* dixiſſe etiam docebit Heinſ. ad Ovid. Epiſt. XXI. 195. BURMAN.

52. *Ex quo.*] *Quod omni*; MSS. Bodl. Voſſ. prim. Obrecht. ſed *quod* elegantius puto. BURMAN.

53. *Inveniret exordium.*] *Conveniret*; MS. Bodl.

exordium: quo ſibi non [54] præſens tantum dolor, ſed etiam deſperatio in poſterum fieret. Tum Florus arridens: *Numquid tu*, inquit, *melius dicere vis*, *quam potes?* Ita ſe res habet: Curandum eſt, ut quam optime dicamus: dicendum tamen pro facultate. Ad profectum enim opus eſt ſtudio, non indignatione. [55] Ut poſſimus autem ſcribere etiam [56] plura, & celerius, non exercitatio modo præſtabit, in qua ſine dubio multum eſt, ſed etiam ratio; ſi non reſupini, ſpectanteſque tectum, & cogitationem murmure agitantes, exſpectaverimus, quid obveniat; ſed, quid res poſcat, quid perſonam deceat, [57] quod ſit tempus, qui judicis animus, intuiti, humano quodam modo ad ſcribendum acceſſerimus. Sic nobis & initia, & quæ ſequuntur, natura ipſa [58] præſcribit. Certa ſunt enim pleraque, &, niſi conniveamus, in oculos incurrunt: ideoque nec indocti nec ruſtici diu quærunt, unde incipiant: quo pudendum eſt magis, ſi difficultatem [59] facit doctrina. Non ergo putemus, ſemper optimum eſſe, quod latet: [60] immuteſcamus alioqui, ſi nihil dicendum videatur, niſi quod non invenimus. [61] Diverſum eſt huic eorum vitium, qui primo [62] decurrere per materiam ſtylo quam [63] velociſſimo volunt, & ſequentes calorem atque impetum, ex tempore ſcribunt ([64] hanc *ſylvam* vocant:) [65] repetunt deinde, & componunt, quæ effuderant: ſed verba emendantur & numeri, manet in rebus temere congeſtis, quæ fuit, levitas. Protinus ergo adhibere curam rectius erit, atque ab initio [66] ſic opus ducere, [67] ut cælandum, non ex integro fabricandum ſit. Aliquando tamen [68] affectus ſequemur, in quibus fere plus calor, quam diligentia, valet. [69] Satis apparet ex eo, quod hanc [70] ſcribentium negligentiam damno, quid de illis dictandi deliciis ſentiam. [71] Nam in ſtylo quidem quamlibet properato dat aliquam [72] cogitationi moram non conſequens celeritatem ejus manus: ille, cui dictamus, urget, atque interim pudet etiam dubitare, aut reſiſtere, aut mutare, quaſi conſcium infirmitatis noſtræ timentes. Quo fit, ut non rudia tantum, & fortuita, ſed impropria interim, dum ſola eſt connectendi ſermonis cupiditas, effluant: quæ nec ſcribentium curam, nec dicentium impetum conſequantur. At idem ille, qui excipit, ſi tardior in ſcribendo, [73] aut inertior in legendo, velut [74] offenſator fuerit, inhibetur curſus, atque omnis, quæ erat, [75] conceptæ mentis intentio mora & interdum iracundia excutitur. [76] Tum illa, quæ [77] apertiorem animi motum ſequuntur, quæque ipſa

54. *Præſens.*] Deeſt hæc vox in Voſſ. prim. tert.

55. *Ut poſſimus autem.*] Celerius ſcribemus, ſi methodum adhibeamus, ſpectemuſque omnes rei circumſtantias; nam quidam nullam ſequuntur methodum in cogitando & ſcribendo: itaque tardi ſunt: eos reprehendit Fabius lib. 11. cap. 12. TURNEB.

56. *Plura & celerius.*] *Plura celerius*; Voſſ. omnes, Locat.

57. *Quid ſit tempus, qui judicis animus intuiti, &c.*] Hanc periodum depravatam eſſe mihi quidem liquet: difficulter autem emendari poſſe videtur; & *quod* quidem, loco illius *quid*, legendum eſſe facilius eſt, quam ut admonendum ſit: ſed clauſula aliquid mendæ contraxiſſe videtur: quod facile, vel hinc colligitur, quod variis modis in exemplaribus legitur; ſic enim alibi ſcriptum deprehenditur: *Quo interim animo tandem ad ſcribendum acceſſerimus.* Verum utroque modo mihi videtur depravatum: qua vero poſſit ratione emendari, non ſatis conſtat. REGIUS.

58. *Præſcribit.*] *Præſtabit*; Ald. Par. Vaſc. Steph. Baſil. Colin. Vidov.

59. *Facit doctrina.*] *Faciat doctrina*; Voſſ. prim.

60. *Immuteſcamus.*] *Ne immuteſcamus*; Locat. Ald. Baſil. Gryph. Vaſcoſ. Steph. Colin. Vidov. Oxon. *nec*; Voſſ. ſecund. rarioris autem uſus hoc verbum etiam occurrit apud Statium lib. VI. 184.

——— ſic ſata repente
Concidit, abruptiſque immutuit ore querelis.

ubi tamen quidam codices *obmutuit*; ſed Barthius ex ſimillimo loco, lib. V. 542. defendit *immutuit*. BURMAN.

61. *Diverſum eſt.*] Quidam velociter ſcribunt, poſt ea, quæ ſcripſerunt, emendant: ſed emendatio pertinet dumtaxat ad verba, interim remanet mala inventio. Latini autem appellant *ſylvam*, extemporalem ſcripturam, quæ poſtea emendatur: hinc ſunt Papinii *ſylvæ* & Lucani. TURNEBUS. Vide Gevartium in Stat. pag. 5. ſecundæ partis. CAPPER.

62. *Decurrere per materiam.*] *Per* deeſt in Voſſ. *primo quaſi decurrere per*; Locat. Ald. Par.

63. *Velociſſimo volunt & ſequentes c. a. i. e. t. ſ. hanc ſylvam vocant.*] Ordinem hunc ſervant codices MSS. Bodl. Joan. editi etiam Sich. Par. Vaſc. & Steph. eumdem nos, tanquam facillimum, maximeque naturalem, prætulimus: editiones nonnullæ, *velociſſimo volunt* (*hanc ſylvam volunt*) *& ſequentes, &c.* GIBSON. Priorem ordinem habent etiam MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

64. *Hanc ſylvam vocant.*] Hinc & Statius *ſylvas* inſcripſit, quæ impetu quodam atque ex tempore effudit. REGIUS. Sylvæ Statii Papinii, cujus hic notare videtur non titulum modo librorum, ſed extemporaneum ſcribendi genus, quo ille præfationibus gloriatur. PITHOEUS. Vide Gevart. lect. Papin. lib. 1. cap. 2. ALMELOV.

65. *Repetunt deinde.*] *Denique*; Voſſ. prim. tert.

66. *Sic opus ducere.*] Electiſſima de artificum operibus locutio, quam ad Valer. Flac. lib. 1. 429. illuſtrabimus: ſic capite mox 5. *Eadem cera aliæ atque aliæ formæ duci ſolent.* BURMAN.

67. *Ut cælandum.*] *Metaphora* eſt ducta a cælatoribus aut vaſculariis; nam vaſcularii conflare ſolent optime opus, deinde exſculpere & expolire. TURNEB.

68. *Affectus ſequemur.*] *Sequimur*; Voſſ. ſec.

69. *Satis apparet.*] Solebant nonnunquam declamatores ex tempore orationes dictare, quas exciperent auditores: id multis de cauſſis vituperat Fabius. TURNEB.

70. *Scribentium.*] *Scriptorum*; Voſſ. prim. tert.

71. *Nam in ſtylo quidem quamlibet & properato.*] *Et* copula prorſus eſt expungenda. REGIUS.

72. *Cogitationi moram.*] *Cognitioni*; Steph.

73. *Aut inertior in legendo.*] *Aut incertior diligendo*; V. C. Alm. *incertior in legendo*; marg. Baſil. Vidov. *incertior* in cod. Bern.

74. *Offenſator.*] Dubitat Badius, an non *oſcitator* legendum ſit: *fuit* etiam Voſſ. prim.

75. *Concepta mentis intentio mota.*] Sic quidem legitur, ſed, loco illius *conceptæ*, forſitan *concepta*, &, pro *mota*, hic ablativus *motu* eſt reponendus. REGIUS. *Conceptæ mentis intentio mota*; Locat.

76. *Tum illa quæ.*] Cum affectum movere volumus, neceſſe eſt, ut ipſi moveamur: quod aſſequimur quibuſdam adjumentis, ut manuum jactatione, & pedum ſupploſione: quod cum dictando facere non auſimus, neceſſe eſt ut oratio jaceat. TURNEB.

77. *Apertiorem.*] *Aptiorem*; cod. Bern. Baſil. *altiorem*; Gryph. Colin. Vidov. Obrecht. marg. Baſil.

animum quodammodo concitant, quorum eſt jactare manum, torquere vultum, ſimul vertere latus, & interim objurgare, quæque Perſius notat, cum leviter dicendi genus ſignificat,

[78] *Nec pluteum*, inquit, *cædit, nec demorſos ſapit ungues*;

etiam ridicula ſunt, niſi cum ſoli ſumus. [79] Denique, ut ſemel, [80] quod eſt potentiſſimum, dicam, ſecretum (quod dictando perit) atque liberum arbitris locum, & quam altiſſimum ſilentium ſcribentibus maxime convenire nemo dubitaverit. Non tamen protinus audiendi, qui credunt, aptiſſima in hoc nemora ſylvaſque; quod illa cœli libertas, locorumque amœnitas, ſublimem animum, & [81] beatiorem ſpiritum parent. Mihi certe jucundus hic magis, quam ſtudiorum hortator, videtur eſſe ſeceſſus. Namque illa ipſa, quæ delectant, neceſſe eſt avocent ab intentione operis deſtinati. Neque enim ſe bona fide in multa ſimul intendere animus totum poteſt: &, quocumque reſpexerit, deſinit intueri [82] quod propoſitum erat. Quare ſylvarum amœnitas, & præterlabentia flumina, & inſpirantes ramis arborum auræ, volucrumque cantus, & ipſa late circumſpiciendi libertas, ad ſe trahunt: ut mihi remittere potius voluptas iſta videatur cogitationem, quam intendere. [83] Demoſthenes melius, [84] qui ſe in locum, ex quo nulla exaudiri vox, & ex quo [85] nihil proſpici poſſet, recondebat, ne aliud agere mentem cogerent oculi. Ideoque lucubrantes, [86] ſilentium noctis, & clauſum cubiculum, & [87] lumen unum [88] velut tectos maxime teneat. Sed cum in omni ſtudiorum genere, tum in hoc præcipue bona valetudo, quæque eam maxime præſtat frugalitas, neceſſaria eſt: cum tempora ab ipſa rerum natura ad quietem refectionemque nobis data, in acerrimum laborem convertimus. [89] Cui tamen non plus irrogandum eſt, quam quod ſomno [90] ſupererit, haud deerit. Obſtat enim diligentiæ ſcribendi etiam fatigatio: [91] & abunde, ſi vacet, lucis ſpatia

78. *Nec pluteum.*] Perſ. Sat I. 106.

79. *Denique ut ſemel, &c.*] Fabius exiſtimat locum quietum aptum eſſe ſcriptioni, nec tamen probat ſylvas, in quibus poëtæ aiunt verſari Nymphas & Muſas, propterea quod amœnitate animum avocant a cogitatione. Cæcilius tamen Plin. (ut ſcribit in quadam epiſt.) libenter in ſylvis pugillares implevit. TURNEB.

80. *Quod eſt potentiſſimum.*] *Quod eſt potiſſimum*: V. C. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald.

81. *Beatiorem ſpiritum parent.*] *Lætiorem*; Obrechr. vir illuſtris Schelius ad dialog. *de Orat.* 12. *pariant* reponit: ego non mutem: Ovid. I. Art. 237.

Vina parant animos.

& Remed. am. 805.

Vina parant animum Veneri.

Nec *beatiorem* mutarem; eſt enim idem, quod fecundiorem; ut cap. I. *immortalis ingenii beatiſſimam ubertatem* dixit de Cicerone. BURMAN.

82. *Quod propoſitum erat.*] *Fuerat*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Vidov.

83. *Demoſthenes.*] Demoſthenes, ut ſcribit Plutarchus, domum ſubterraneam extruxit, in qua pronunciationem exercere ſolebat, ſoluſque declamare; ac nonnunquam toto trimeſtri illic deliteſcebat, comamque radebat, ne cogeretur foras prodire. TURNEB.

84. *Qui in ſe locum, &c. recumbebat.*] Minus congrua eſt hæc oratio; *recumbere* enim abſolutum eſt verbum: quare aut *ſe* accuſativus eſt eradendus, & *loco*, non *locum*, legendum; aut certe verbum illud *recumbebat*, in id, quod in vetuſto legitur exemplari, *recondebat*, eſt commutandum: illam autem *in* præpoſitionem ad *locum* eſſe referendam, ne admonendum quidem eſt, ut legatur *qui ſe in locum, &c. recondebat.* REGIUS. *Se in locum, &c. recumbebat*; Locat. *ſe in locum, &c. recipiebat*; Ald. Deinde, *a quo nulla*; Obrecht.

85. *Nihilque proſpici.*] *Et ex quo nihil proſpici*; Voſſ. omn. Locat. Ald. Baſil. Obrecht.

86. *Silentium noctis.* Hoc Varro ex ſententia Ælii eſſe ait intempeſtam noctem. *Intempeſtam noctem* Ælius dicebat, cum tempus agendi eſt nullum, quod alii *conticinium* appellant, quod fere omnes tunc cubarent; alii ab eo, quod ſileretur, *ſilentium noctis*, quod idem tempus Plautus *conticinium* vocat. REGIUS.

87. *Lumen unicum.*] Recte ex hoc Fabii loco *lumen unicum*, pro lucerna una, accepit apud Ulpian. lib. VI. §. 5. ff. de off. Præſid. vir ampliſſimus Bynkershoekius Obſerv. Jur. Rom. lib. I. cap. 14. quod male de feneſtra acceperunt alii, ut Tomer. lib. I. rer. quotid. 29. & ita jam olim ex Apuleii Metam. IX. *lucernam unam* paupertatis magnæ indicium, adducta hac lege, probavit Priceus pag. 487. & ineptum certe foret aliter verba Ulpiani capi; qui enim *lumen unicum*, ſi feneſtra intelligi deberet, & conjungi cum brevi ſuppellectile apte, & ad aliorum uſus transferri poſſet? cum recte procedat ſententia, ſi de lucerna, qua utuntur tenues homines unica, a militibus per injuriam erepta, capiatur: *lumen* vero pro lucerna poni, obvium; ut Horat. II. Sat. VII. 33. *ſub lumina prima*: id eſt, tempus, quo accenduntur lucernæ; ut *ad lumina prima*, lib. II. Epiſt. II. 98. & Cicer. III. *de Fin* 14. *offunditur luce ſolis lumen lucernæ*: ſic *inferre lumen*, quod ſupra illuſtravimus, pro *lucernam*. Petron. cap. CXI. *notaſſet ſibi & lumen inter monumenta clarius fulgens*. BURMAN.

88. *Velut tectos.*] *Velut rectos*; MSS. Alm. Bern. Voſſ. prim. ſec. Locat. Ald. Baſil. Vaſcoſ. Steph. Oxon. ſed nec *tectos* nec *rectos* ſatis placet. Forte ſcripſerit Fabius: *& lumen unum, vel etiam lectus maxime teneat*: ut ita gradatim loquatur, non ſolum ſilentium noctis, quod etiam in ſylvis poſſet captari, ſed & clauſum cubiculum, neque hoc multis luminibus illuſtre, ut dici imaginem referat, ſed uno lumine ſive lucerna lucubratoria illuſtratum, immo etiam exſtincto illo lumine lectus lucubrantes teneat; ut in tenebris meditari poſſint. Veteres autem ſolitos fuiſſe in lectis meditari, conſtat. Vide egregie Caſaub. ad Suet. Aug. 78. Scheffer. II. de re Vehic. 5. Rader. ad Mart. XIV. 75. in his lectis jam aliquando ad lumen vel lucernam lucubrabant, ut ex Plin. VII. Epiſt. 27. & aliis conſtat; aliquando in tenebris, quia *ſilentio & tenebris alitur animus*, teſte eodem lib. IX. Epiſt. 36. immo quidam parietes lecto proximos cera illinebant, ut, ſi quid nocte incideret, graphiis notarent. Acr. ad Horat. II. Sat. III. 8. BURMAN. Cujus conjectura hoc quidem in loco parum videtur habere probabilitatis: contra, *ſilentium noctis, clauſum cubiculum & lumen unicum τὸν συγγραφέα velut tectum*, protegunt, a tumultu, ſtrepitu & interpellatione defendunt: igitur ſervari poteſt, immo & debet vulgata lectio. CAPPER.

89. *Cui tamen non.*] Non plus eſt tribuendum lucubrationi, quam quod ſomno ſupereſſet: alioqui ſi plus ſomno detraxeris, naturam læſeris: hoc tamen eſt exponendum ex corporis ratione & conſtitutione; quidam enim homines breviori ſomno; quidam prolixiori egent. TURNEB.

90. *Supererit aut deerit.*] Ultima duo verba hic mihi ſuperfluere videntur, eoque eſſe expungenda. REGIUS. *Aut deerit*; Voſſ. prim. ſec. Locat. Baſil. Gryph. Vidov. ſed omiſit ea Ald. *ſuperarit* etiam ex MSS. Gebhardus producit lib. III. Crep. 18.

91. *Quod abunde, ſi vacet.*] Loco illius particulæ *quod*, recte a quibuſdam ſcribitur *&* copula. REGIUS.

ſufficiunt: occupatos in noctem neceſſitas agit. [92] Eſt tamen lucubratio, quoties ad eam integri ac refecti venimus, optimum ſecreti genus. Sed ſilentium & ſeceſſus, & undique liber animus, ut ſunt maxime optanda, ita non ſemper poſſunt contingere: ideoque non ſtatim, ſi quid [93] obſtrepet, abjiciendi codices erunt, & deplorandus dies: verum incommodis repugnandum, & hic faciendus uſus, ut omnia, [94] quæ impediunt, vincat intentio: quam ſi tota mente in opus ipſum direxeris, nihil eorum, [95] quæ oculis vel auribus incurſant, ad animum perveniet. [96] An vero frequenter etiam fortuita [97] hoc cogitatio præſtat, ut obvios non videamus, & itinere deerremus; non conſequemur idem, ſi & voluerimus? Non eſt indulgendum cauſſis deſidiæ. Nam ſi non niſi refecti, non niſi hilares, [98] non niſi omnibus aliis curis vacantes, ſtudendum [99] exiſtimaverimus, ſemper erit, propter quod [100] nobis ignoſcamus. [101] Quare in turba, itinere, [102] conviviis etiam faciat ſibi cogitatio ipſa ſecretum. Quid alioqui fiet, cum in medio foro, tot circumſtantibus judiciis, jurgiis, fortuitis etiam clamoribus, erit ſubito continua oratione dicendum, ſi particulas, [103] quas ceris mandamus, niſi in ſolitudine reperire non poſſumus? Propter quæ idem ille tantus amator ſecreti Demoſthenes, [104] in litore, [105] in quod ſe maximo cum ſono fluctus illideret, meditans, conſueſcebat concionum fremitus non expaveſcere. Illa quoque minora (ſed nihil in ſtudiis [106] parvum eſt) non ſunt tranſeunda, ſcribi optime ceris, in quibus facillima eſt ratio delendi: niſi forte viſus infirmior membranarum potius uſum exiget: quæ ut juvant aciem, ita [107] crebra relatione, quoad intinguntur calami, morantur manum, & cogitationis impetum frangunt. Relinquendæ autem in utrolibet [108] genere contra vacuæ tabellæ, in quibus [109] libera adjicienti ſit excurſio. Nam interim pigritiam emendandi [110] anguſtiæ faciunt, aut certe novorum interpoſitione priora [111] confundunt. Ne latas quidem ultra [112] modum eſſe ceras velim, expertus juvenem ſtudioſum alioqui prælongos habuiſſe ſermones, quia illos [113] numero verſuum metiebatur; idque vitium, quod frequenti admonitione corrigi non potuerat, mutatis codicibus eſſe ſublatum. [114] Debet vacare etiam locus, in

92. *Eſt tamen.*] *Eſt enim ;* Voſſ. ſec. tert.

93. *Obſtrepet.*] *Obſtrepit ;* Voſſ. prim. tert.

94. *Quæ impediunt.*] *Quæ impediant ;* MSS. Alm. Voſſ. prim. *impedient ;* Locat. Ald. Vidor.

95. *Quæ oculis vel auribus.*] *Quæ vel oculis vel auribus ;* Vaſc. Steph.

96. *An vero frequenter.*] Licet nullum viderim exemplar, quo niti poſſim; tamen, loco illius *vero* conjunctionis, hoc adverbium *non* reponendum eſſe affirmarim: alioqui hic ſenſui ſuperiori, quem approbare videtur Fabius, repugnabit. REGIUS. *An non ;* Ald. Baſil. Gryph. *an vero ſi frequenter ;* Vaſcoſ. Steph.

97. *Hoc cogitatio.*] *Hæc cogitatio ;* Voſſ. tert.

98. *Non niſi omnibus.*] Vide Phædr. lib. III. præfat. & Quinct. lib. XII. cap. I. *Tanta rei intentum vacare omnibus aliis etiam culpa carentibus curis oportet.* ALMELOV. *Omnibus aliis curis.*] *Omnibus curis ;* Locat. *non niſi aliis curis ;* Baſil. Gryph.

99. *Exiſtimaverimus.*] *Exiſtimarimus ;* V. C. Alm.

100. *Nobis ignoſcamus.*] Horat. I. Sat. III. 2. 3.

——— *Egomet mi ignoſco, Manius inquit.*

101. *Quare in turba.*] Quemadmodum Plinius Major in balneis, conviviis, lectica, ſemper aut ſcribebat aut legebat; tempus enim perire arbitrabatur, quod ſtudiis non impenderetur. Sic Cato Uticenſis in Curia, dum ſenatus cogeretur, legebat. TURNEB.

102. *Conviviis etiam faciat.*] Voces *vel concione* neſcio quo caſu omiſit editio Lugdunenſis. Nos eas, a reliquis codicibus admoniti, noſtræ editioni tanquam genuinas inſeruimus. GIBSON. *Conviviis vel concione etiam faciat ;* Locat. Ald. Baſil. Vaſcoſ. Steph. Gryph. Colin. Obrecht. ſed Badius recte a gloſſatore margini appoſitos, & inde in textum irrepſiſſe putat; quid enim vellent ſibi aliter ſequentia *in medio foro*? & abſunt a MSS. Alm. & Voſſ. omnibus. BURMAN.

103. *Quas ceris mandamus.*] Vel annotationem capitum intellige & locorum præcipuorum (id enim facere ſolebant olim oratores memoriæ *cauſſa*, atque hic ſenſus videtur melior;) aut certe accipe ſcripturæ rationem. TURNEB.

104. *In litore.*] Hoc Libanius refert in ejus vita. PHILAND. Vide Cicer. *de Finib.* V. 2. ALMEL.

105. *In quo ſe maximo cum ſono fluctus illideretur.*] D litera adſcripta *quod* legendum eſt, & aut *ſe* pronomen expungendum, aut certe *illideret* active ſcribendum hoc modo: *in quod ſe maximo cum ſono fluctus illideret.* REGIUS. *In quo ;* Voſſ. prim. *in quo, &c. illideretur ;* Voſſ. ſec. *in quod maximo, &c. illideretur ;* Gryph. Vidov. Vid. ad lib. V. cap. ult in fine.

106. *Parvum eſt.*] *Parum eſt ;* V. C. Alm.

107. *Crebro relationi quod.*] *Crebra relatione, & quoad* recte in quibuſdam legitur exemplaribus. REGIUS. Alii *ita crebro relationis, quoad intinguntur calami, repetitione morantur manus.* PHILAND. *Ut fugant aciem, ita crebro relationi quoad inguitur calami repetitione morantur ;* V. C. Alm. forte, *ut juvant aciem, ita crebra, quoad tinguitur, calami repetitione, morantur manum:* ut *relatione* ſit vocis *repetitionis* interpretatio. Ita, licet alio ſenſu, Cicer. III. *de Orat.* 54. *ejuſdem verbi crebra repetitio : repetionem* autem elegantius dici, quam *relationem*, puto; quia illa vox ſæpe iteratam in atramento intinctionem notat: ut ita non diſſimili ratione Ovid. IV. Met. 462. dixit:

Aſſidue repetunt, quas perdant, Belides undas.

id eſt, hauriunt ſæpe: de quo ibi videbimus. BURMAN.

108. *Genere contra eum vacua tabellæ.*] Ille accuſativus *eum* ſenſui non convenit, ideoque eſt expungendus. E regione enim eorum, quæ ſcribuntur ſive in ceris, ſive in membranis, reliquendas eſſe vacuas tabellas præcipit: quod quidem latiores margines nunc præſtant. REGIUS. *Contra eum vacuæ ;* Voſſ. prim. ſec. *contra vacua ;* Locat. Ald. Baſil. reliquæ editiones has voces ejecerunt: ſed ego illud *contra* minime damnem; *contra* enim ſimpliciter poſitum pro *e regione ;* ut Ovid. IV. Met. 79.

——— *Partique dedere*

Oſcula quiſque ſuæ non pervenientia contra.

& VII. 587.

Templa vides contra gradibus ſublimia longis.

BURMAN.

109. *Libera adjicienti.*] *Adjiciendi ;* aliæ Edit.

110. *Anguſtiæ.*] *Anguſta ;* V. C. Alm.

111. *Confundunt.*] *Confundant ;* Voſſ. omn. Baſil. *confunduntur ;* Locat. Gryph. Colin. Vidov.

112. *Modum eſſe ceras.*] *Eſſe* deeſt in Voſſ. tert.

113. *Numero verſuum.*] Id eſt, linearum, ut vulgo loqui amant. Vide Suiceri Theſaur. Eccleſiaſt. Cangii Gloſſar. & Menagii Annotation. ad Diogen. Laërt. lib. IV. §. 24. CAPPER.

114. *Debet vacare etiam.*] Aliquando cum priorem partem, verbi cauſſa, orationis ſcribimus, venit nobis in mentem alicujus argumenti, aut alicujus ſententiæ, quæ

quo

quo notentur, quæ ſcribentibus ſolent extra ordinem, id eſt ex aliis, quam qui ſunt in manibus loci, occurrere. Irrumpunt enim optimi nonnunquam ſenſus, quos neque inſerere oportet, neque differre tutum eſt; quia interim elabuntur, interim [115] memoriæ ſuæ intentos, ab alia inventione declinant: ideoque optime ſunt in depoſito.

utilis eſt futura in ſumma orationis parte: ne igitur obliviſcamur, ſtatim in margine annotare debemus. TURNEB.

115. *Memoriæ ſuæ.*] *Sui*; MSS. Voſſ. omn. Alm. Locat. Ald. Vaſcoſ. Steph.

CAPUT IV.

De emendatione.

SEQUITUR emendatio, pars ſtudiorum longe utiliſſima. Neque IV. enim ſine cauſſa creditum eſt, ſtylum non minus agere, [1] cum delet. Hujus autem operis eſt, adjicere, detrahere, mutare. [2] Sed facilius in his ſimpliciuſque judicium, quæ replenda vel dejicienda ſunt: premere vero tumentia, humilia extollere, [3] luxuriantia adſtringere, [4] inordinata digerere, ſoluta componere, exſultantia coërcere, duplicis operæ. Nam & damnanda ſunt, quæ placuerant; & invenienda, quæ fugerant. [5] Nec dubium eſt, optimum eſſe emendandi genus, ſi ſcripta [6] in aliquod tempus reponantur, ut ad ea poſt intervallum, velut nova atque aliena, redeamus, ne nobis ſcripta noſtra, tanquam recentes fetus, blandiantur. Sed neque hoc contingere ſemper poteſt, præſertim oratori; cui ſæpius ſcribere ad præſentes uſus neceſſe eſt: & ipſa emendatio finem habet. Sunt enim qui ad omnia ſcripta, tanquam vitioſa, redeant; &, quaſi nihil fas ſit rectum eſſe, [7] quod primum eſt, melius exiſtiment, quidquid eſt aliud; idque faciant, quoties librum [8] in manus reſumpſerint, ſimiles medicis etiam integra ſecantibus. Accidit itaque, ut cicatricoſa ſint, & exſanguia, [9] & cura pejora. Sit igitur aliquando, quod placeat, aut certe quod ſufficiat: [10] ut opus poliat lima, non exterat. Temporis quoque eſſe debet modus. [11] Nam quod Cinnæ Smyrnam novem annis accepimus ſcriptam, [12] & Panegyricum Iſocratis, qui parciſſime, decem annis dicunt

1. *Cum delet.*] Styli pars altera eſt acuminata, qua ſcribimus; altera obtuſa & latior, qua delemus. Hinc illud Horatianum: *Sæpe ſtylum vertas.* Divus quoque Hieronymus partem illam ſtyli appellat *optimam*, ita ſcilicet commendans emendationem. TURNEB.

2. *Sed facilius.*] Adjicere & detrahere facile eſt, mutare autem difficilius; nam & cum ratione damnanda ſunt, quæ ſcripſeris, & alia ſubſtituenda. TURNEB.

3. *Luxuriantia adſtringere.* [*Stringere*; Obrecht.

4. *Inordinata digerere.*] Hæc abſunt a V. C. Alm. *dirigere*; Voſſ. ſec. Vaſcoſ. Steph. & hoc ex Vallæ libro non diſplicet Badio: quamvis non repudiet *digerere*, propter Virgilii illa lib. III. Æneïd. 445.

Quæcumque in foliis deſcribit carmina virgo,
Digerit in numerum.

&, licet *dirigere* hic poſſet ſumi, ut lib. II. cap. 6. *materias diviſione dirigere* dixit, & ſecundum quoſdam codices lib. XI. I. *cauſſa in ſuas partes dirigenda*: ego tamen *digerere* hic mallem, quod magis ad ordinem referri poteſt: & ita hac voce Juſtinus & Valer. Maximus in præfationibus ſuis uſi: & ita Ovidio chaos lib. I. Metam. dicitur

——— *Rudis indigeſtaque moles.*

& hanc vocem Fabio etiam reddendam cenſuimus lib. II. cap. II. & lib. III. cap. II. BURMAN.

5. *Nec dubium eſt.*] Sic locutus eſt quoque in epiſtola, cum ſcribit ſe voluiſſe dare libris ſuis *otium, ut refrigerato inventionis amore repetitos, tanquam lector*, perpenderet. TURNEB.

6. *In aliquod tempus.*] Ita fecit Fabius Leonida, de quo vid. Jan. Nic. Eryth. Pinacoth. pag. 49. & idem de Fulvio Urſino pag. 10. ALMELOV.

7. *Quod primum eſt.*] *Quod proximum eſt*; Voſſ. ſec.

8. *In manus ſumſerint.*] *In manibus*; Voſſ. prim. ſec.

9. *Et cura pejora, &c.*] Non abſimilis eſt locus ille Plinii lib. XXXV. cap. 10. *Nocere ſæpe nimiam diligentiam, & manum de tabula non poſſe tollere.* PASSERAT. De Tiberio hoc notat Sueton. cap. 70. *illum ex tempore præſtantiorem habitum, quam a cura.*

10. *Ut opus poliat lima, non exterat.*] Plin. lib. V. ep. II. *Itaque opus non jam ſplendeſcit lima, ſed atteritur.* PITHOEUS. Vide & Plin. lib. IX. Ep. 35. ALMEL.

11. *Nam quod Cinnæ Smyrnam.*] Helvius Cinna poëta fuit tempore Catulli. Scripſit epigrammata & *Smyrnam*, quæ maxime probatur; de qua Catullus:

Smyrna mei Cinnæ nonam poſt denique meſſem
Scripta fuit, nonamque edita poſt hyemem.

TURNEB. Vide Serv. in Virgil. Eclog. IX. 35. (qui *decem*) & Philarg. ibid. ALMEL. Cæterum Cinnæ *Smyrna* poema erat heroicum, ut oſtendit Hexameter ille verſus:

Et ſcelus inceſto Cyniræ creſcebas in alvo:

quem ex eo Priſcianus affert lib. VI. pag. 718. veter. Grammatic. Putſch. Errarunt ergo poſt Brietum Adrianus Bailletus, & Quinctiliani Gallicus interpres Gedoynus, [pag. 690.] qui Tragœdiam ſicque *Dramaticum* opus [*une piece de Théatre*] fuiſſe exiſtimarunt: qua de re vide clariſſimum ſcriptorem, D. Bernardum Monetam, qui Bailleti libros *de Judiciis Eruditorum*, &c. recognovit, & notis illuſtravit, tom. 4. pag. 57. ſed alia plura interpretis Gallici *σφάλματα* recenſere & refellere non eſt hujus loci, neque temporis: id præſtare conatus ſum in Philologicis obſervationibus, quas Gallico idiomate conſcripſi. CAPPER.

12. *Et panegyricum.*] Plutarchus in Iſocratis vita ait, quoſdam ſcripſiſſe, decem annis ſcriptum *panegyricum*, quoſdam quindecim. TURNEB. Addit Philoſtrat. in ejus vita, hanc orationem *Olympiæ* dictam, a criminatoribus e Gorgiæ lucubrationibus compilatam habitam fuiſſe. Phot. Biblioth. p. 793. alios decem, alios quindecim annis elaboratam dicere ait. Thomas Haſelbachius Theol. & Prof. Viennenſis, quod Æneas Sylvius refert lib. I. ep. 165. viginti duos annos in capite primo Eſaiæ explicando con-

elaboratum, ad oratorem nihil pertinet: cujus [13] nullum erit, ſi tam tardum fuerit, auxilium.

ſumſit. De Antimacho Colophonio vide & Drexel. Auriſod. part. II. cap. 5. libro, qui *Curia ſive Synodus ſuprema pro reformatione in Anglia* nuncupatur, viginti annis licet inſudarit auctor, numquam tamen prodiit. Hiſt. & Antiqq. Oxon. lib. II. pag. 79. ALMEL.

13. *Nullum erit.*] *Nullum exit*; Voſſ.

CAPUT V.

Quæ ſcribenda ſint præcipue.

V. PROXIMUM eſt, ut dicamus, quæ præcipue ſcribenda ſint. [1] Hoc exuberantis quidem eſt operis, ut explicemus, [2] quæ ſint materiæ; quæ prima, aut ſecunda, aut deinceps tractanda ſint. Nam id factum eſt etiam primo libro, quo puerorum; & ſecundo, quo [3] jam robuſtorum ſtudiis ordinem dedimus. Sed de quo nunc agitur; unde copia ac facilitas maxime veniat. [4] Vertere Græca in Latinum veteres noſtri oratores optimum [5] judicabant. Id ſe [6] L. Craſſus in illis Ciceronis *de Oratore* libris dicit factitaſſe. Id Cicero ſua ipſe perſona frequentiſſime præcipit: [7] quin etiam libros Platonis atque Xenophontis edidit hoc genere tranſlatos. [8] Id Meſſalæ placuit: multæque ſunt ab eo ſcriptæ ad hunc modum orationes: adeo ut etiam cum illa Hyperidis [9] pro Phryne difficillima Romanis ſubtilitate contenderet. [10] Et manifeſta eſt exercitationis hujuſce ratio. Nam & rerum copia Græci auctores abundant, & plurimum artis in eloquentiam intulerunt: & hos tranſferentibus, verbis uti optimis licet; omnibus enim utimur noſtris. Figuras vero, quibus maxime ornatur oratio, multas ac varias excogitandi etiam neceſſitas quædam eſt; quia plerumque a Græcis Romana diſſentiunt. [11] Sed & illa ex Latinis converſio multum & ipſa contulerit. Ac de carminibus quidem neminem credo dubitare, quo ſolo genere exercitationis dicitur uſus eſſe Sulpitius. Nam & ſublimis ſpiritus attollere orationem poteſt; [12] & verba, poëtica libertate audaciora, præſumunt

1. *Hæc ex ſperantibus id quidem.*] Emendate in quibuſdam legitur exemplaribus: *hoc exuberantis quidem eſt operis.* REGIUS.

2. *Quæ ſint materiæ.*] *Quæ ſunt*; Voſſ. ſec. Ald.

3. *Jam robuſtorum ſtudiis.*] *Robuſtiorum* malebat Francius.

4. *Vertere Græca.*] Hieronym. in præfat. ad Chronic. *Vetus iſte diſertorum mos fuit, ut exercendi ingenii cauſſa Græcos libros Latino ſermone abſolverent:* fuiſſe præterea moris, ut eum auctorem, quem vellent imitari & exprimere, etiam aliquoties deſcriberent, docet Junius Animadv. lib. 1. cap. 4. ALMEL.

5. *Judicabant.*] *Judicarant*; V. C. Alm.

6. *L. Craſſus.*] Cicero 1. *de Orat.* 34. PHILAND.

7. *Quinetiam libros Platonis.*] Maxime probat Cicero verſiones e Græco: itaque juvenis admodum tranſtulit Arati *Phænomena*, & *Oeconomicum* Xenophontis; præterea Platonis *Timæum*, quem appellavit *de univerſitate*: vertit item contrarias orationes Demoſthenis & Æſchinis. TURNEB.

8. *Id Meſſalæ.*] *Marco id Meſſalæ*; Locat. Ald. Par. Colin. *idem Meſſalæ*; Obrecht.

9. *Pro Phyrne.*] *Pro Phryne* legendum eſt. REGIUS. Hyperides enim defendit *Phrynem* accuſatam impietatis: cumque videret, judices parum moveri ſua oratione, veſtimenta deſcidit, & venuſtate corporis abſolutionem expreſſit. TURNEB.

10. *Et manifeſta.*] *Et* deeſt in Voſſ. prim.

11. *Sed & illa.*] Prodeſt interdum, auctorem Latinum aliis verbis exprimere, interdum quoque carmen Latinum in proſam redigere, atque ita *paraphraſi* res iſtas explicare. TURNEB. *Sed etiam illa*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Colin. Vidov.

12. *Verba Poëtica libertate audaciora & præſumunt.*] Illa & copula iterum adſcripta mihi videtur eradenda. REGIUS. *Et* eſt in Voſſ. ſec. *&* *præſumunt*; V. C. Alm. *non præſumunt*; Baſil. *nec præſumunt eadem proprie dicendi facultatem*; Obrecht. recte, ut mihi videtur; quamvis cum MSS. *non*, pro *nec*, mallem: ſenſus vero eſt, illa poëtica verba, quæ fere audaciores habent *metaphoras*, non impedire, quo minus Orator eaſdem res propriis vocabulis exprimere poſſit, cum judicio utens facile videre poſſit, ubi pro poëticis communia vocabula poſſit ſubſtituere, quæ propria magis ſunt: amat noſter verbum illud *præſumere*; ut lib. 1. capp. 10. & 11. 4. *ingenium judicio præſumitur*; lib. VIII. 6. *differenda quædam, & præſumenda.* BURMAN. Cujus neque lectionem, neque interpretationem probare poſſum. Nam 1.° quidem particula *non* in unico MSS. Cod. Almelov. qui ſæpius fallax eſt craſſiſque ſcatet erroribus, invenitur; & veterum quidem editionum habito reſpectu, in unica Baſileenſi legitur; recentiorum vero, in unica Obrechtina. Deeſt in editis ante & poſt Raphaelis notas libris, & præſertim in Vaſcoſ. Steph. Lugduno-Batav. Rollin. &c. quæ dicta etiam eſſe velim de τῷ *eadem* quod Burmannus appoſuit pro vulgari τῷ *eamdem*. 2.° Burmannus hæc ſuæ lectionis verba: *Non præſumunt eadem proprie dicendi facultatem* ſic interpretatur: *Non impediunt, quominus Orator eaſdem res propriis vocabulis exprimere poſſit.* Sed hujus inſolitæ ſignificationis τῷ *præſumere* exempla deſidero, neque ulla Editor attulit: & ſane τὸ *præſumere* eſt προλαμβάνειν, προφθάνειν, φθάνειν, *anticipare*, *praeoccupare*, *prævenire*, *prævertere*, &c. hinc *præſumere opinionem*, *gaudium*, *ſupplicium*, &c. hinc Rhetorum *præſumptio*, πρόληψις, qua contradictiones adverſariorum in anteceſſum ſolvunt: quem ſenſum τὸ *præſumere* habet etiam apud Fabium in locis a Burmanno laudatis: ut lib. 1. cap. x. *ne hæc quidem præſumenda pars eſt*; quaſi diceret, hæc pars non eſt hic in anteceſſum tractanda, partis hujus tractatio non eſt anticipanda: lib. II. cap. 4. *ingenium judicio præſumitur*, hoc eſt; prævenitur, prævertitur a judicio; judicium prius apparet, quam ingenium: lib. VIII. cap. 6. *differenda quædam, & præſumenda*, id eſt, anticipanda, in anteceſſum ponenda, reliquis prius collocanda per *hyperbaton*: quibus in exemplis ne veſtigium quidem τῷ *impedire*. Igitur hujus Fabiani loci: *Verba, poëtica libertate audaciora, præſumunt eamdem pro-*

camdem proprie dicendi facultatem. Sed & ipſis ſententiis [13] adjicere licet oratorium robur, & omiſſa ſupplere, & effuſa [14] ſubſtringere. [15] Neque ego παράφρασιν eſſe interpretationem tantum volo, ſed circa eoſdem ſenſus certamen atque æmulationem. [16] Ideoque ab illis diſſentio, qui vertere orationes Latinas vetant; quia, optimis occupatis, quidquid aliter dixerimus, neceſſe ſit eſſe deterius. Nam neque [17] ſemper eſt deſperandum, aliquid illis, quæ dicta ſunt, melius poſſe reperiri: neque adeo jejunam ac pauperem natura eloquentiam fecit, ut una de re bene dici, niſi ſemel, non poſſit. [18] Niſi forte hiſtrionum [19] multa circa voces eaſdem variare geſtus poteſt; orandi minor vis, ut dicatur aliquid, [20] poſt quod in eadem materia nihil dicendum ſit. [21] Sed eſto, [22] neque melius, quod invenimus, ſit, neque par: eſt certe proximis locus. [23] An vero ipſi non bis ac ſæpius de eadem re dicimus, & quidem continuas nonnunquam ſententias? Niſi forte contendere nobiſcum poſſumus, cum aliis non poſſumus. Nam [24] ſi uno tantum genere bene diceretur, fas erat exiſtimari præcluſam nobis [25] a prioribus viam. Nunc vero innumerabiles ſunt modi, plurimæque eodem viæ ducunt. Sua brevitati gratia, ſua copiæ, alia [26] *tranſlatis* virtus, alia propriis. Hoc [27] oratio recta, illud [28] figura declinata commen-

prie dicendi facultatem, ſenſus eſt: verba illa, quæ Poëtarum *tropos* audaciores, ideoque ſignificatus improprios continent, præoccupant & præobtinent ſignificationes proprias, vel camdem proprie dicendi facultatem. Nam omnis *tropica* & impropria locutio propriam præcontinet, &, ut vulgo aiunt, præſupponit. CAPPER.

13. *Adjicere liceat.*] *A* litera expuncta, *licet* legendum. REGIUS.

14. *Subſtringere.*] Neſcio an hæc legerit Tertullianus: certe ſimili modo hoc verbo utitur *de Oration.* cap. 1. de brevitate orationis Dominicæ: *Quantumque ſubſtringitur verbis, tantum diffunditur ſenſibus.* BURMAN. In cujus editione verba hæc (*de brevitate orationis Dominicæ*) italico charactere ſic excuſa fuerant abſque ulla diſtinctionis nota poſt τὸ *Dominicæ*, quaſi Tertulliani ipſius eſſent; cum revera ſint Burmanni: quæ ſane res lectoribus fraudi eſſe poterat. Adde quod, pro τὸ *quantumque*, legebatur *quantum.* Burmannum hujuſce negligentiæ reum pluribus in locis egimus & peregimus. CAPPER.

15. *Neque ego periphraſin.*] *Paraphraſin* legendum eſſe, aperte iis liquet, qui non ignorant, quæ ſit inter *paraphraſin* & *periphraſin* differentia, de qua quidem plura diximus in ſecundo. REGIUS. Ἔκφρασις dicitur pura & lucida enarratio; παράφρασις autem explicatio uberior, ut cum auctore veluti contendere velis: at μετάφρασις pleraque mutare ſolet, nuncque efficere grandiora, nunc humiliora, nunc prolixiora, nunc breviora. TURNEB. Qui ſibi conſtare non videtur; nam ad lib. 1. cap. 9. (olim 15.) pag. 65. hujus edition. ita ſcripſit: *Græci auctores aiunt eſſe* paraphraſin *narrationis alicujus expoſitionem neque ſubilmiorem, neque humiliorem*; metaphraſin *vero expoſitionem uberiorem & copioſiorem, atque adeo ampliorem*: hic autem docet *paraphraſin* eſſe explicationem uberiorem, & *metaphraſin* efficere nunc prolixiora, nunc breviora. Eſt igitur operæ pretium harumce dictionum [ἐκφράσεως, παραφράσεως, μεταφράσεως] diſcrimen paulo accuratius explicare. Et quidem *periphraſis* eſt unius verbi vel ſententiæ quodam vocabulorum ambitu facta declaratio; ut ſi, pro τῷ *naſcitur*, dicas *in lucem editur, prodit in luminis auras*; &, pro τῷ *mori*, *ſupremum diem obire, e vita diſcedere, &c.* *Paraphraſis* eſt orationis integræ vel integri operis uberior & fuſior explicatio, quæ, ut ait Fabius, circa eoſdem ſenſus quoddam certamen habeat & æmulationem. *Metaphraſis* autem, ſi proprie loquamur, eſt tranſlatio conſcripti operis in aliam linguam, vel in aliud ſcriptionis genus, puta ex oratione metrica in proſaicam & contra, vel in aliam dicendi formam [ſtylum vulgo dicunt.] Sic Photius cod. 170. laudat Procopii Gazæi μεταφράσεις ἐπῶν Ὁμηρικῶν εἰς ποικίλας λόγων ἰδέας, *Homericorum verſuum* Metaphraſes *in varias dicendi formas*: cod. 414. Imperatricis Eudociæ *Metaphraſin* in Octateuchum κατ' ἡρῷον μέτρον heroicis verſibus: cod. 195. μεταφράζεσθαι uſurpat pro τῷ e Syriaca lingua in Græcam transferre: in Phavorini ſeu Varini Lexico ἡ μετάφρασις definitur, ἡ ἑρμηνείας ἀλλοίωσις τὴν αὐτὴν φυλάττουσα διάνοιαν, *elocutionis quaſi alteratio eamdem ſententiam conſervans.* Cum ergo *paraphraſis* ipſa rem camdem uberiori ſtylo exponat, hinc factum eſt ut quædam *paraphraſes* nomen obtinuerint *metaphraſeos.* Hinc legimus B. Gregorii Thaumaturgi μετάφρασιν in Eccleſiaſten. Hinc Simeon ille *Metaphraſtes* dictus, eo quod ſanctorum vitas nudo ſimplicique ſtylo ab antiquis conſcriptas copioſiori & elegantiori exornarit, potius dicam, interpolarit. Vide Leon. Allat. de Simeonib. quo ſenſu ſumpta *Metaphraſis* dicitur etiam a nonnullis Μεταβολή. Sic illa Nonni Panopolitani Metaphraſis ſeu paraphraſis in S. S. B. Johan. Evangelium τῆς Μεταβολῆς titulo inſignitur. Sic Euſtathius Theſſalonicenſ. de Dionyſio Thrace, qui Odyſſeam *paraphraſtice* expoſuerat: τὸ βιβλίον ὅλον τοῦτο παραφράσας μεταβολὴν τὴν τοιαύτην αὐτοῦ πραγματείαν ἐκάλεσεν. Denique μετάφρασις aliquando ſignificat meram dictionis interpretationem per quoddam vocabulum ſynonymum; ut apud Magn. Etymolog. pag. 684. ἔνιοι μετέφρασαν τὸ πορφύρει, ἀντὶ τοῦ κατὰ βάθος κινεῖται, hoc eſt: *quidam verbum* πορφύρει *interpretati ſunt*, in profundo movetur. Immo idem ſcriptor pag. 377. Æſchylum ait μεταφράζοντα leonum catulos vocaſſe ὀρέσκους. CAPPER.

16. *Ideoque ab illis.*] Obiter reprehendit Ciceronem; is enim lib. 1. *de Orat.* cap. 34. ſub perſona Craſſi damnat *paraphraſin* auctorum Latinorum; quia, cum auctores uſurpaverint optima vocabula, reliquum eſt ut deterioribus utamur. TURNEB.

17. *Semper eſt deſperandum.*] *Semper illud deſperandum*; V. C. Alm. *nam & ſemper eſt ſperandum*; Obrecht.

18. *Niſi forte hiſtrionum.*] Solebat Cicero cum Roſcio contendere, pluribuſne modis variare poſſet eamdem ſententiam, an ille pluribus geſtibus exprimere. TURNEB. Apud quem pro τῷ *geſtibus* legebatur *geſtis* in editionib. Pariſ. 1556. Lugduno-Batav. & Burmanniana. CAPPER.

19. *Multa circa voces eaſdem.*] *Mutus circa voces eaſdem*; marg. Baſil.

20. *Poſt quod*] *Præter quod*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Gryph. Steph. Colin Vidor. Par. Vaſc.

21. *Sed eſto.*] *Sed* deeſt in V. C. Alm.

22. *Neque melius quod invenimus eſſe nec par eſt certe proximus locus.*] Aliquid depravationis in his ſenſibus mihi ineſſe videtur; non enim *eſſe*, ſed *ſit* ut legatur, loquendi ratio expoſcit: *proximis* quoque dativi caſus, pro nominativo *proximus*, reponendum videtur, hoc modo: *Sed eſto neque melius quod invenimus, ſit, nec par: eſt certe proximis locus.* REGIUS. *Eſſe*; MSS. Alm. Voſſ. omn. Locat. Baſil. *proximus locus*; Vallæ lib. Voſſ. prim. tert. Locat. Ald. Baſil. Leid. Obrecht. Burman. *proximis*: Vaſcoſ. Steph. Rollin. quibus integram Raphaëlis Regii emendationem ſecutis lubens acceſſi. CAPPER.

23. *An non ipſi nobis ac.*] Pro *nobis* manifeſte legendum eſt *nos bis.* REGIUS. *Nobis*; Voſſ. prim. tert. *an non ipſi nos ac ſæpius*; Voſſ. tert. *an vero ipſi non bis*; Baſil. Leid. Oxon. Obrecht.

24. *Si uno genere bene diceretur.*] Niſi aut *dumtaxat*, aut quod idem valeat huic ſenſui adjiciatur, integer non videtur; ut ſit: *nam ſi uno dumtaxat genere bene diceretur.* REGIUS. Omittunt MSS. Alm. Voſſ. omn. Locat. *dumtaxat* recepit Ald. & Vidov. *tantum* reliqui.

25. *A prioribus viam in dicendo.*] *In dicendo* non habent MSS. Alm. Voſſ. prim. tert. Baſil. Leid. Rollin.

26. *Tranſlatis.*] Tranſlata verba dicuntur τὰ *Metaphorica*, vel alio quovis *troporum* genere modificata. CAPPER.

27. *Oratio recta.*] Sic vocatur oratio ſimplex, vulgaris, & ſermoni familiari accommodata. CAPPER.

28. *Figura declinata.*] Id eſt a recto ſimplicique ſermone inflexa per aliquam verborum aut ſententiarum figu-

dat. [29] Ipſa denique utiliſſima eſt exercitationi difficultas. Quid? quod auctores maximi ſic diligentius [30] cognoſcuntur? Non enim ſcripta lectione ſecura tranſcurrimus; ſed tractamus ſingula, & neceſſario introſpicimus; &, quantum virtutis habeant, [31] vel hoc ipſo cognoſcimus, quod imitari non poſſumus. Nec aliena tantum transferre, ſed etiam noſtra [32] pluribus modis tractare proderit: ut ex induſtria ſumamus ſententias quaſdam, eaſque verſemus quam numeroſiſſime, [33] velut eadem cera [34] aliæ atque aliæ formæ duci ſolent. [35] Plurimum autem parari facultatis exiſtimo ex ſimpliciſſima quaque materia. [36] Nam in illa multiplici perſonarum, cauſſarum, temporum, locorum, dictorum, factorum diverſitate facile deliteſcet infirmitas, tot ſe undique rebus, ex quibus [37] aliquam apprehendas, offerentibus. Illud [38] virtutis indicium eſt, [39] fundere, quæ natura contracta ſunt, augere parva; [40] varietatem ſimilibus, voluptatem expoſitis dare, & bene dicere multa de paucis. [41] In hoc optime facient [42] infinitæ quæſtiones, quas vocari θέσεις [43] diximus, [44] quibus Cicero jam princeps in republica exerceri ſolebat. His confinis eſt [45] deſtructio & [46] confirmatio *ſententiarum*. Nam cum ſit *ſententia* [47] decretum quoddam atque præceptum, [48] quod de re, idem de judicio rei quæri poteſt. Tum [49] *loci communes*, quos etiam ſcriptos ab oratoribus ſcimus. Nam qui hæc recta tantum, & in nullos flexus recedentia copioſe tractaverit, utique in illis [50] plures excurſus recipientibus magis abundabit, eritque [51] in omnes *cauſſas* paratus. [52] Omnes enim generalibus [53] quæſtionibus conſtant. Nam quid intereſt, Cornelius Tribunus plebis [54] quod codicem legerit, reus ſit; [55] an quæramus, violeturne majeſtas, ſi magiſtratus [56] rogationem ſuam populo ipſe recitaverit? Milo Clodium rectene occiderit, [57] veniat in judicium; an, oporteatne inſidiatorem interfici; vel pernicioſum reipublicæ civem, etiam ſi non inſidietur? [58] Cato Marciam [59] honeſtene tradiderit Hortenſio; an, conveniatne res talis bono

ram; nam hic τὸ *figura* eſt in ablativo, & τὸ *declinata* in nominativo. CAPPER.

29. *Ipſa denique.*] Nam qui ſe exercuit in rebus difficillimis, proclivior erit ad facilium tractationem. TURNEB.

30. *Sic cognoſcuntur.*] *Sic cognoſcantur;* V. C. Alm.

31. *Vel hoc ipſo cognoſcimus.*] *Ipſi cognoſcimus;* V. C. Alm.

32. *Pluribus modis tractare.*] *Pluribus tractare;* Obrecht.

33. *Veluti eadem cera aliæ atque aliæ formæ.*] Auctor libelli περὶ ἑρμηνείας. Καθόλου δὲ, ὥσπερ τὸν αὐτὸν κηρὸν, ὁ μέν τις κύνα ἔπλασεν, ὁ δὲ βοῦν, ὁ δὲ ἵππον· οὕτω καὶ πρᾶγμα ταὐτὸν ὁ μὲν ἀποφαινόμενος καὶ κατηγορῶν φησιν. Plinius Junior lib. VII. Epiſt. 9.

Hæc laus eſt ceræ, mollis cedenſque ſequatur
Si doctos digitos, juſſaque fiat opus:
Et nunc informet Martem, caſtamque Minervam;
Nunc Venerem effingat, nunc Veneris puerum.

COLOMES. Scriptoris περὶ ἑρμηνείας, locus exſtat ſection. 317. & Latine ſic verti poteſt: *Sicut eamdem ceram hic quidem canem fingere ſolet, ille autem bovem, alter vero equum; ita eamdem rem eloquitur hic quidem ſententiam ſuam de illa declarans, & aliquid affirmans de ipſa dicit:* nam dilute nimis vulgatus interpres: *eamdem rem enuncians & prædicans:* ſed alia ſunt & longe graviora σφάλματα in Latina verſione illius opuſculi, & cæterorum, quæ poſtrema in editione Galæus adjunxit: emendabuntur autem, ſi quando meas in hunc ſcriptorem emendationes & notas cum ineditorum Græciæ Rhetorum auctariis edidero. CAPPER.

34. *Aliæ atque aliæ.*] *In alia aliaſque forma;* V. C. Alm. pro *in alias aliaſque formas:* ſed nihil mutem; *formæ* enim recte *duci* dicuntur. Vide ad lib. II. cap. 14. BURMAN.

35. *Plurimum autem.*] *Simpliciſſimam* appellat *materiam*, quæ nullam habet varietatem, quæque circumſtantiis caret, aut certe paucas habet. TURNEB.

36. *Nam illa multiplici.*] *In* præpoſitio mihi adſcribenda videtur, ut legatur: *nam in illa.* REGIUS. *In* deeſt in Voſſ. prim. ſec.

37. *Aliquam apprehendas.*] *Aliqua;* Vaſcoſ. Steph.

38. *Virtutis judicium.*] *U* vocali in *n* converſa, *indicium* eſt legendum. REGIUS.

39. *Fundere.*] Id eſt, fuſius & copioſius exponere, eloqui. CAPPER.

40. *Varietatem ſimilibus.*] *Simplicibus;* Baſil. Gryph. marg. Vaſc. Steph. *ſimillimis;* marg. Sich.

41. *In hoc optime facient.*] Hiſce de rebus egit in *progymnaſmatis* lib. II. Cicero autem jam prætorius & conſularis *theſes* declamabat; initio enim ea erat exercitatio, nondum inventis declamationibus ad ſimilitudinem *cauſſarum* forenſium. TURNEB. *Faciant;* Voſſ. prim.

42. *Infinitæ.*] Hoc eſt, nullis perſonarum, temporum, locorumve circumſtantiis determinatæ, alligatæ &c. CAPPER.

43. *Diximus.*] Lib. III. cap. 5. PHILANDER.

44. *Quibus Cicero.*] Hoc ipſe de ſe teſtatur lib. IX. ad Attic. PHILAND.

45. *Deſtructio.*] Ἀνασκευὴ Græcis Rhetoribus dicitur; Latinis refutatio; & locum habet inter προγυμνάσματα, Rhetorices præexercitamenta. CAPPER.

46. *Confirmatio.*] Κατασκευὴ, ut Græci Rhetores loquuntur. CAPPER.

47. *Decretum quoddam.*] *Quoddam* deeſt in V. C. Alm.

48. *Quod de reo, idem de judicio.*] Si hanc lectionem ſequemur, duplex efficietur ſententia, atque altera ſpecies erit *locus communis.* In aliis codicibus ſic legitur: *quod de re, idem de judicio rei:* ut ſignificet eodem modo per ſe tractari ſententiam, atque in judiciis. TURNEBUS. *Quod de reo idem de judicio rei;* Voſſ. ſecund. Ald. Gryph. Colin. Vidov.

49. *Loci communes.*] Supple, directi in virtutes, vel in vitia, non nominatis perſonis: de *locis communibus* hoc ſenſu acceptis vide notas ad lib. II. capp. 1. & 4. pagg. 85. & 94. & ad cap. 1. lib. V. pag. 263. ubi & *communis loci*, quatuor ſignificationes expoſuimus. CAPPER.

50. *Plures excurſus.*] *Plures recurſus;* V. C. Alm. Baſil.

51. *In omnes cauſſas gracchus.*] *Gratus* emendate legitur in quibuſdam exemplaribus. REGIUS. *Paratus;* Colin. Gebhard. III. Crepund. VIII. & Obrecht.

52. *Omnes enim generalibus.*] Etenim omnis quæſtio finita pendet ab infinita, neque in *cauſſa* tam circumſtantiæ expenduntur, quam infinita quæſtio, ut docuit cap. 5. lib. III. TURNEB.

53. *Quæſtionibus.*] Deeſt hæc vox in V. C. Alm.

54. *Quod codicem legerit.*] In quo lex continebatur, quam is perferre voluerat. Jam vero, ut alibi quoque notavimus, non debebat Tribunus plebis rogationem, ſeu legem, quam proponeret, ipſe legere, ſed Scribæ recitandam porrigere. CAPPER.

55. *An quæramus.*] *An quæratur;* Voſſ. ſec.

56. *Rogationem ſuam recitaverit.*] Hoc eſt, legem de ſcripto legerit; cum enim lex apud Romanos, rogatis dictiſque omnium ſententiis, ferretur, rogationis nomine ſæpe vocabatur. CAPPER.

57. *Veniet in judicium oporteat.*] *Veniat* legendum eſſe conſtat. *An* autem particula adſcribenda, ut legatur: *veniat in judicium, an, oporteatne.* REGIUS. *An* deeſt in Voſſ. tert. Locat.

58. *Cato Marciam.*] Uxorem ſuam, ex qua liberos jam ſuſceperat. CAPPER.

59. *Honeſtene tradiderit Hortenſio.*] Ut is ex ea liberos procrearet: quod Catoni jure merito exprobrant Ter-

viro? De perſonis judicatur, ſed de rebus contenditur. Declamationes vero, quales in ſcholis rhetorum dicuntur, ſi modo ſunt ad veritatem accommodatæ, & orationibus ſimiles, non tantum [60] dum adoleſcit profectus, ſunt utiliſſimæ, quæ inventionem & diſpoſitionem pariter exercent, ſed etiam cum eſt conſummatus, ac jam in foro clarus. Alitur enim atque [61] eniteſcit, velut pabulo lætiore, facundia, & aſſidua contentionum aſperitate fatigata renovatur. [62] Quapropter hiſtoriæ nonnunquam ubertas in aliqua exercendi ſtyli parte ponenda, & dialogorum libertate geſtiendum. Ne carmine quidem ludere contrarium fuerit: [63] ſicut athletæ, remiſſa quibuſdam temporibus ciborum atque exercitationum certa neceſſitate, otio [64] & jucundioribus epulis reficiuntur. Ideoque mihi videtur M. Tullius tantum intuliſſe eloquentiæ lumen, quod in hos quoque ſtudiorum ſeceſſus excurrit. [65] Nam ſi nobis ſola materia fuerit ex litibus, neceſſe eſt, deteratur fulgor, [66] & dureſcat articulus, & ipſe ille mucro ingenii quotidiana pugna retundatur. Sed, quemadmodum forenſibus certaminibus exercitatos, & [67] quaſi militantes reficit ac reparat hæc velut ſagina dicendi; ſic adoleſcentes non debent nimium in falſa rerum imagine detineri, & inanibus ſimulacris: uſque adeo, [68] ut difficile ab his digreſſos ſit aſſueſacere, ne ab illa, in qua prope [69] conſenuerint, umbra, [70] vera diſcrimina, velut quemdam ſolem, reformident: quod accidiſſe etiam Porcio Latroni, qui primus clari nominis profeſſor fuit, traditur: ut cum ei, ſummam in ſcholis opinionem obtinenti, *cauſſa* in foro eſſet oranda, impenſe petierit, uti ſubſellia [71] in Baſilicam transferrentur. Ita illi cœlum novum fuit, ut omnis ejus eloquentia contineri tecto ac parietibus videretur. Quare juvenis, qui rationem inveniendi eloquendique a præceptoribus diligenter acceperit, (quod non eſt [72] infiniti operis, ſi [73] docere ſciant & velint) exercitationem quoque modicam fuerit conſecutus, oratorem ſibi aliquem ([74] quod apud majores fieri ſolebat) deligat, quem ſequatur, quem imitetur: judiciis interſit quamplurimis, & ſit certaminis, cui deſtinatur, frequens ſpectator: tum *cauſſas* vel eaſdem, quas agi audierit, ſtylo & ipſe componat, vel etiam alias, veras modo, & utrimque tractet: &, quod in gladiatoribus fieri videmus, [75] decretoriis exercea-

tullianus *Apologetic.* cap. 39. & ſanctus Auguſtinus *de bono conjugii* cap. 18. & lib. *de fide & operibus* cap. 7. Vide Plutarchum in vita Catonis, & Strabonem lib. XI. pag. 515. edition. Caſaubon. CAPPER.

60. *Dum adoleſcit profectus.*] *Dum adoleſcit juventus;* MSS. Bodl. Alm. Andr. *dum adoleſcit juvenis;* Ald. mutarunt vero inepti librarii, qui *adoleſcere* de aliis, niſi hominibus, dici non putabant: ſed ita *adoleſcentem flammam* Frontin. lib. I. cap. 5. §. ult. ubi vid. Tennul. Septimius de Bel. Trojan. lib. IV. 12. *ita utrimque certamen brevi adoleverit.* BURMAN.

61. *Eniteſcit.*] *Niteſcit;* Voſſ. ſec.

62. *Quapropter hiſtoriæ.*] Cicero quoque hiſtorias ſcripſit & Græce & Latine, præterea multos dialogos: epigrammata autem & poëmata ſæpenumero luſit. TURNEB.

63. *Sicut athletæ remiſſa, &c.*] Andr. Schottus, Obſervat. Philoſoph. lib. V. cap. 9. pag. 216. ſupra lib. V. cap. 10. PAREUS.

64. *Et jucundioribus epulis.*] Nam athletæ veſcebantur pane *coliphio* vocato, præterea carne porcina & bubula; is enim victus conducit ad robur. TURNEBUS. Ita MS. Bodl. & Gebhard. Crepund. lib. III. cap. 18. ex MS. Palat. legendum cenſet, *eduliis.* PAREUS. Favere huic lectioni videtur V. C. Alm. qui *jucundioribus & ullis reficiuntur*, habet BURMAN.

65. *Nam nobis ſola.*] *Si* conjunctio huic ſenſui, ut ſit integer, omnino eſt adſcribenda, ut legatur: *nam ſi nobis.* REGIUS. *Sola materia fluxerit;* marg. Vidov. quod non eſt contemnendum. BURMAN.

66. *Et dureſcat articulus.*] *Metaphora* eſt ducta a gladiatoribus, qui articulorum flexu & mollitie adverſarium nunc invadere, nunc declinare, nunc excipere ſolent. TURNEB. Ita *mollem articulum* dixit lib. II. cap 12. ubi nos debiliorem, ſed doctum ad inferendos ictus explicuimus: ſed, re ſerius perpenſa, malumus nunc *flexilem* interpretari. *Tò &* deeſt in Obrecht. edit. BURMAN.

67. *Quaſi militantes.*] *Quaſi militares;* Vallæ lib.

68. *Ut difficile ab his digreſſos.*] *Difficilius;* V. C. Alm. *difficilis ab his*, vel *his digreſſus;* Voſſ. ſec. tert. Colin. Philander volebat *ſimulachris, ut difficilis ab his digreſſus ſit, aſſuefieri.* BURMAN.

69. *Conſueverint.*] *Conſenuerint* legendum eſſe, aperte ex illo adverbio *prope*, hoc eſt fere, colligi poteſt. REGIUS.

70. *Vera diſcrimina, &c.*] Similitudo eſt ducta a gladiatoribus, qui in *xyſto* & palæſtra exercentur *ſciamachia;* id eſt, umbratili pugna. TURNEB.

71. *In Baſilicam transferrentur.*] *Baſilica* enim, quæ juxta forum erat, ſimilis erat Latronis auditorio: quidam præterea aiunt forum judiciale fuiſſe ſub dio. TURNEB.

72. *Finiti operis.*] *Infiniti* emendare in quibuſdam legitur exemplaribus. REGIUS. *Finiti;* Voſſ. omnes, marg. Baſil.

73. *Docere ſciant) & exercitationem.*] *Docere ſciant & velint) exercitationem;* MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Obrecht. *ſciant & vel exercitationem;* Locat. Ald. Colin. Vidov.

74. *Quod apud majores.*] Hujus rei meminit Tacitus in dialogo, atque ait hanc fuiſſe labem eloquentiæ, quod omiſſa fuerit ea conſuetudo. TURNEB. Sed utrum Tacitus, an alius hujus dialogi ſit auctor, lis eſt adhuc ſub judice: ut ut eſt, ſic loquitur ille ſcriptor num. 34. *Apud Majores noſtros juvenis ille, qui foro & eloquentiæ parabatur, imbutus jam domeſtica diſciplina, refertus honeſtis ſtudiis, deducebatur a patre vel a propinquis ad eum oratorem, qui principem locum in civitate tenebat. Hunc ſectari, hunc proſequi, hujus omnibus dictionibus intereſſe, ſive in judiciis, ſive in concionibus aſſueſcebat, ita ut altercationes quoque excipere & jurgiis intereſſe, utque ſic dixerim, pugnare in prælio diſceret: magnus ex hoc uſus, multum conſtantiæ, plurimum judicii juvenibus ſtatim contingebat, in media luce ſtudentibus atque inter ipſa diſcrimina, ubi nemo impune ſtulte aliquid aut contrarie dicit... igitur vera ſtatim & incorrupta eloquentia imbuebantur, &c.* ipſe Fabius lib. XII. cap. ult. *Frequentabunt vero ejus* [ſummi Oratoris] *domum optimi juvenes more Veterum, & veram dicendi viam velut ex oraculo petent*, &c. CAPPER.

75. *De rhetoriis exerceatur.*] Quid ſibi velit illud *de rhetoriis*, non liquet mihi; ac ne vel *retiariis* quidem, quod in quibuſdam legitur exemplaribus; aut *de rectoriis*, quod in vetuſto codice eſt ſcriptum. REGIUS. Gladiatores nunc ſolent oppugnare, nunc defendere, ac mutantur officia, ut nunc ſint *mirmillones*, nunc *retiarii*, nunc *ſecutores*, nunc *Thraces*: itaque in quibuſdam codicibus, pro *in rebus aliis*, ſcribitur *retiariis*: eſt autem *retiarius* gladiator, qui rete habet ad involvendum *mirmillonem.* TURNEB. Vett. edd. leg. *directoriis.* Supra lib. VI. cap. 5. opponuntur obliquis & obtuſis armis ſive infectis PITH. *in directoriis;* Voſſ. prim. tert. Bern. *videmus Rhetoricis;* Vidov. *videmus retiariis;* Baſil. Gryph. *dexteris & levis exerceatur;* Obrecht. Sed vera eſt lectio, quam Voſſ. ſec. & Vallæ liber pro varia

tur; ut feciſſe Brutum diximus pro Milone. Melius hoc, quam [76] reſcribere veteribus orationibus, ut fecit [77] Seſtius contra Ciceronis *actionem* habitam pro eodem, cum [78] alteram partem ſatis noſſe non poſſet ex ſola defenſione. [79] Citius autem ſic idoneus erit juvenis, quem præceptor coëgerit in declamando quam ſimillimum eſſe veritati, & per totas ire materias: quarum nunc [80] facillima, & maxime favorabilia decerpunt. Obſtat huic, quod ſecundo libro poſui, [81] turba diſcipulorum, [82] & conſuetudo claſſium certis diebus audiendarum: nonnihil etiam perſuaſio patrum, [83] numerantium potius declamationes, quam æſtimantium. Sed ([84] quod dixi primo, ut arbitror, libro) nec ille ſe bonus præceptor majore numero, [85] quam ſuſtinere poſſit, onerabit: & nimiam loquacitatem recidet, ut omnia, quæ ſunt in controverſia, non (ut quidam volunt) quæ in rerum natura, [86] dicantur: & vel longiore potius dierum ſpatio laxabit dicendi neceſſitatem, [87] vel materias dividere permittet. Una enim [88] diligenter effecta plus proderit, quam plures inchoatæ & quaſi deguſtatæ. Propter quod accidit, ut nec ſuo loco [89] quidque ponatur; nec illa, quæ prima ſunt, ſervent ſuam legem; juvenibus floſculos omnium partium in ea, quæ ſunt dicturi, congerentibus: quo fit, ut timentes, ne ſequentia perdant, priora confundant.

lectione habebat, *decretoriis exerceatur: decretoria* arma opponuntur luſoriis, de quibus vide Lipſ. II. Saturn. 19. licet in ratione nominis erret. Bruti vero orationem pro Milone laudavit noſter lib. III. cap. 6. & hoc libro cap. 1. bis: forte autem hic reſpexit illa, ubi dicit, eum *ſuffeciſſe ponderi rerum*, & *ſentire quæ dicit*: ut ita oratio, quam exercitationis cauſſa ſcripſit, tamen tam gravis ſit, ut illa jugulare adverſarium videatur, & multum a declamatione diverſa fuerit, quia illa *gloriatus fuerit occiſo malo cive*: ſimilis vero noſtri locus lib. VI. cap. 4. *At quidam litigatoribus ſuis illum modo ambitioſum declamandi ſudorem præſtitiſſe contenti, cum turba laudantium deſtituunt ſubſellia, pugnamque illam decretoriam imperitis, ac ſæpe pullatæ turbæ relinquunt*; ubi vide. BURMAN. Et in Addendis: vide, inquit, Gruterum & alios ad Senec. I. *de clementia*. 14. Cæterum in edit. Vaſcoſ. legitur *in rebus actis* & in marg. *in litis actis*; in Stephan. Lugduno-Batav. & Rollin. *in rebus actis*. CAPPER.

76. *Reſcribere veteribus orationibus.*] Hoc eſt, ad illas refellendas aggredi, iis reſpondere, contradicere, contrarias orationes opponere: ſic Suetonius in Caligula 53. *ſolebat proſperis oratorum actionibus reſcribere*. CAPPER.

77. *Seſtius.*] *Sextius*; V. C. Alm. Locat. Ald. Colin. *Sextus*; Vidov. *Ceſtius*; Baſil. quod fortaſſe verum eſt; ut intelligatur *Ceſtius Pius*, qui fuit infeſtus Ciceroni: cujus ſæpius Seneca in *Suaſoriis* & declamationibus meminit, & quem in præfat. lib. III. *excerpt. Contr.* in Milonem recitaſſe contra Ciceronem ſcribit: & confundi ibi quoque Sextium, quo nomine duo fuere, cum Ceſtio docebit Schottus in libello de claris apud Senec. Rhetor. in Sextio. BURMAN.

78. *Alteram partem ſatis noſſe.*] *Alteram partem litis*; Ald. Colin. marg. Steph. Vaſc.

79. *Citius autem ſi idoneus.*] *Si* conjunctio, ut redundans ex hoc loco foret eradenda, niſi *c* litera adſcripta *ſic* videretur legendum. REGIUS. *Autem ſi*; Voſſ. prim. ſecund. *autem idoneus*; V. C. Alm.

80. *Facillima & maxime.*] *Ut maxime*; V. C. Alm.

81. *Fere turba diſcipulorum.*] recte ſic legi, ne admonitione quidem dignum eſſet, niſi quidam illud *fere* in *frequens* depravarent: quod quidem nihil agnoſcitur a ſenſu. REGIUS. *Fere*; Vallæ lib. Voſſ. prim. ſecund. Bern. Colin. In pleriſque edit. legitur *frequens turba*: ſed Raphaelis Regii ſententiam ſecutus ſum, qui jam pridem queſtus fuerat τὸ *fere* in τὸ *frequens*, fuiſſe depravatum: adde, quod *fere* legatur in pluribus MSS. Vide lib. 1. cap. 2. ubi τὸ *turba* ſine τῦ frequens bis terve a Fabio uſurpatur. CAPPER.

82. *Et conſuetudo claſſium.*] Diſcipuli enim in claſſes dividebantur, præceptorque diem conſtituebat, quo prima claſſis declamaret, quo ſecunda, quo tertia, & ſic deinceps. TURNEBUS.

83. *Numerantium potius.*] Taxat auctor peſſimum & depravatiſſimum morem veterum pædagogorum, qui Rhetores ſive Sophiſtas auro corrumpebant, ut ſæpius diſcipulos ſuos declamare docerent, & juberent: quod luce meridiana clarius percipere eſt ex verbis Satirici Juvenal. Sat. VII. 165.

Quantum vis ſtipulare, & protinus accipe, quod do;
Ut toties illum pater audiat?

Sed quid opus aliorum teſtimoniis? cum ipſe auctor lib. II. cap. 7. ait: *Patres maxime exigere, ut eorum pueri multa ediſcant, atque ita demum ſtudere liberos ſuos, ſi quam frequentiſſime declamaverint, credunt.* ALMELOV.

84. *Quod dixi.*] *Quid dixi*; Voſſ. tert.

85. *Quam ſuſtinere.*] *Suſtineri*; Ald. Leid. ſed lib. I. cap. 2. *ſuſtinere* legitur; & recte.

86. *Ducantur.*] *U* vocali in *i* mutata, *dicantur* eſt legendum. REGIUS.

87. *Vel materias dividere.*] Ut ſi propoſuerit præceptor plura *themata*, unum tractet; aut, ſi propoſuerit *thema* multiplex, partes quaſdam auferat. TURNEB. *Materiam ſibi dividere*; MS. Bodl. Andr. *materiam dividere*; MSS. Voſſ. ſec. *vel materias ſibi dividere*; Ald.

88. *Diligenter effecta.*] *Una* nomen huic ſenſui adſcribendum videtur, ut ſit, *una diligenter effecta*; ſic enim *una* & *plures* ſe invicem reſpicient. REGIUS. *Una enim* deſunt etiam in MSS. Alm. Voſſ. ſecund. tert. *una diligenter*; Locat. Ald.

89. *Quidque ponatur.*] *Quicquam*; Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

CAPUT VI.

De cogitatione.

PROXIMA ſtylo cogitatio eſt, [1] quæ & ipſa vires ab hoc accipit, & eſt inter ſcribendi laborem, extemporalemque fortunam media quædam, & neſcio an uſus [2] frequentiſſimi. Nam ſcribere [3] nec ubique nec ſemper poſſumus: cogitationi temporis ac loci plurimum eſt. Hæc paucis admodum horis magnas etiam *cauſſas* complectitur. Hæc, quoties intermiſſus eſt ſomnus, ipſis noctis tenebris adjuvatur. Hæc inter medios rerum actus aliquid invenit [4] vacui, nec otium patitur. Neque vero rerum ordinem modo (quod ipſum ſatis erat) intra ſe ipſa diſponit, ſed verba etiam copulat, totamque ita contexit orationem, ut ei nihil præter manum deſit. [5] Nam memoriæ quoque plerumque inhæret fidelius, quod nulla ſcribendi ſecuritate laxatur. Sed ne ad hanc quidem vim cogitandi perveniri poteſt, aut ſubito, aut cito. [6] Nam primum facienda multo ſtylo forma eſt, [7] quæ nos etiam cogitantes ſequatur: tum aſſumendus uſus paulatim, ut pauca primum complectamur animo, quæ reddi fideliter poſſint: mox per incrementa tam modica, ut onerari [8] ſe labor ille non ſentiat, augenda uſu, & exercitatione multa [9] continenda eſt, quæ quidem maxima ex parte memoria conſtat: ideoque aliqua mihi in illum locum differenda ſunt. Eo tamen pervenit, ut is, cui non refragetur ingenium, acri ſtudio adjutus tantum conſequatur, ut ea etiam, quæ cogitarit, [10] quæque ſcripſerit, atque edidicerit, in dicendo fidem ſervent. [11] Cicero certe Græcorum Metrodorum [12] Scepſium, & [13] Eriphylum Rhodium, noſtrorumque Hortenſium tradidit, quæ cogitaverant, ad verbum in agendo retuliſſe. Sed ſi forte [14] aliquis inter dicendum [15] effulſerit extemporalis [16] color, non [17] ſuperſtitioſe [18] cogitatis demum eſt inhærendum. Neque enim tantum habent curæ, ut non ſit dandus & fortunæ locus, cum ſæpe etiam ſcriptis ea, quæ ſubito nata ſunt, inſerantur. Ideoque totum hoc exercitationis genus ita inſtituendum eſt, [19] ut & digredi ex eo, & redire in id facile poſſimus. Nam, ut primum eſt domo afferre paratam dicendi copiam, & certam; ita [20] refutare temporis munera longe ſtultiſſimum

Antequam orationem habeamus, cogitatione ſepire debemus & complecti totam *cauſſam*: ſed cogitatio conſtat ingenii acumine & memoria, de qua dicemus lib. XI. TURNEB.

1. *Que & ipſa vires, &c.*] Nam cogitatio eſt earum rerum, quas dicturi ſumus, nec tamen ſcripturi: ea autem oratio non eſt extemporalis, propter cogitationem diligentem, quæ præceſſit. TURNEB.

2. *Frequenſiſſimi.*] Voſſ. ſec. *frequentiſſimus*, ut & in Vallenſi lib. fuiſſe dicit Aſcenſius.

3. *Nec ubique.*] *Non ubique*; Voſſ. prim.

4. *Vacui.*] *Vacuum*; Voſſ. prim. & tert. omiſſo *τῷ nec*: quo etiam modo legitur in Bernenſ.

5. *Nam memorsæ.*] Fidelius continere ſolemus, quæ dumtaxat cogitavimus, quam quæ ſcripſimus, quia ſcriptio animum avocat a rei *cogitatione*. TURNEB.

6. *Nam primum facienda.*] Aſſiduus ſtylus quamdam dicendi & orandi rationem ingenerare nobis ſolet, quæ poſtea ſe cogitationi ultro offert. TURNEB.

7. *Que non incogitames.*] *In* præpoſitio eradenda, ac *nec* particula videtur adſcribenda, ut *nec cogitantes* legatur. REGIUS. *Nos nec cogitantes*; Ald. marg. Vidov.

8. *Se labor ille.*] *Ille* abeſt a Voſſ. prim. & tert. forte, *labore illo non ſentiat*, ſcilicet *cogitatio*, vel *vis cogitandi*; nam ita vox *continenda*, quæ mox ſequitur, requirit. BURMANNUS.

9. *Continenda.*] Vide ad Petronii cap. 11. BURMAN.

10. *Queque ſcripſerit.*] *Æque ac que ſcripſerit*; Obrecht. quod Rollinus etiam probat.

11. *Cicero certe.*] Artem memoriæ invenit Simonides, conſummavit Metrodorus, &, quæ cogitaverat, dicere potuit. Cicero quoque in IV. Academic. Hortenſii memoriam commendat; ſed tamen ait in Hortenſio majorem fuiſſe verborum memoriam; in Lucullo, rerum. TURNEB.

12. *Scepſium.*] *Epheſium*; Locat. *Septium*; Ald. Vide Cicer. II. *de Orat.* 88. & I. *Tuſcul.* 24. Vide cap. 2. lib. XI. ubi de eodem Scepſio. CAPPER.

13. *Eriphylum.*] *Empylum*, vel *Emphylum*; Vall. *Emphilum*; Voſſ. ſec. hunc vero apud Ciceronem reperire non potui, neque ejus rationem habuit Meurſius in catalogo Rhodiorum illuſtrium, lib. II. cap. 9.

14. *Aliquis.*] *Aliqui*; Voſſ. tert. forte *alicui*. BURMAN.

15. *Effulſerit.*] *Effluxerit*; MSS. Vall. Voſſ. ſec. Colb. marg. Vidov.

16. *Color.*] *Calor*; Obrecht. recte, ut puto: millies hæc nomina permutarunt librarii; & hic convenit melius *τῷ effulſerit*, vel, ut mallem, *affulſerit*: ita apud Flor. IV. 9. *ut prima effulſit occaſio*: in MSS. erat *affluxit*, unde Salmaſius *affulſit*: calor autem adſtruitur ex illis capite ſeq. *quem ſi calor & ſpiritus dabit*. BURMAN.

17. *Superſtitioſe.*] *Superſtitione*; Voſſ. prim. & tert.

18. *Cogitatis.*] *Excogitatis*; Vaſc. Steph. Baſil. Vidov.

19. *Ut & digredi ex eo, & redire in id facile poſſimus.*] Non ita ſcripſit Quinctilianus, ſed Correctores: ideo bene velut ex repoſito theſauro, ex MS. producit cl. Gebhardus, Crepund. lib. III. cap. 18. pag. 151. *ut & digredi, & regredi in id facilius poſſimus.* Ovid. lib. I. Amor. Eleg. VIII. ex MS.

——— *Oculis quoque pupula duplex*
Fulminat, & geminum lumen ab orbe redit.

Vulg. *venit.* PAREUS. *Degredi ex eo*; Voſſ. prim. ſic & ſupra lib. VIII. cap. 2. ex MSS. apud Manil III. 356. *degrediere* in Gemblacenſi codice; & apud Cicer. I. *de Divin.* 45. *ſed unde huc degreſſa eſt, eodem redeat oratio*: quamvis *digredi* hic retineam; cum *degredi* proprie ſit de alto loco deſcendere, ut centies apud Livium Sigonius, & alii pro *digredi* repoſuerunt. BURMAN.

20. *Refutari.*] *Refutare* active legendum eſſe conſtat. REGIUS. *Refutari*; Voſſ. prim. ſec. Locat.

eſt. Quare cogitatio in hoc præparetur, ut nos fortuna decipere non poſſit, adjuvare poſſit. Id autem fiet memoriæ viribus, ut illa, quæ complexi animo ſumus, fluant ſecura; [21] ne ſolicitos & reſpicientes, & una ſpe ſuſpenſos recordationis, non ſinant [22] providere: alioqui vel extemporalem temeritatem malo, quam male cohærentem cogitationem. Pejus enim quæritur retrorſus, quia, [23] cum illa deſideramus, ab aliis avertimur; & ex memoria potius [24] repetimus, quam ex materia. [25] Plura ſunt autem, [26] ſi utrumque quærendum eſt, quæ inveniri poſſunt, quam quæ inventa ſunt.

21. *Ne ſolicitos.*] In edition. Lugduno-Batav. & Burmann. *non ſollicitos*: quod vix poſſe ferri videtur; præter quam quod τὸ *ne* in antiquis & bonis editionibus legitur. CAPPER.

22. *Providere.*] *Prævidere*; Voſſ. tert. Locat. Ald. Par. Gryph. Colin. & ita fere ſemper turbant in his verbis librarii: ſed *providere*, eſt in futurum proſpicere, an reliqua orationis membra apte ſatis ſint cohæſura, ut ſæpius hoc ipſo capite. BURMAN.

23. *Cum illa.*] *Dum*; V. C. Alm.

24. *Repetimus.*] *Res petimus*; Voſſ. tert. Obrecht.

25. *Plura ſunt autem.*] Etiam ſi perdiu cogitaveris, attamen omnia invenire non poteris, quæ ſunt in re: quid igitur obeſt, quo minus præter ea, quæ cogitaverimus, aliud ex tempore inveniamus? TURNEB.

26. *Si utrumque.*] *Si ſtrictius utrumque*; Locat. Ald. Colon. marg. Colin. & Vidov. forte ſcripſit Fabius: *ſi utrum rectius, quærendum eſt.* BURMAN.

CAPUT VII.

Quemadmodum extemporalis facultas paretur & contineatur.

VII. MAXIMUS vero ſtudiorum fructus eſt, & velut [1] præmium quoddam ampliſſimum longi laboris, [2] ex tempore dicendi facultas: quam qui non erit conſecutus, mea quidem ſententia civilibus officiis renuntiabit, & ſolam ſcribendi facultatem potius ad alia opera convertet. [3] Vix enim bonæ fidei viro convenit auxilium [4] in publicum polliceri, quod in præſentiſſimis quibuſque periculis deſit; ut [5] indicare portum ad quem navis accedere, niſi lenibus ventis vecta, non poſſit. Siquidem innumerabiles accidunt ſubitæ neceſſitates, vel apud magiſtratus, vel [6] repræſentatis judiciis continuo agendi. [7] Quarum ſi qua, non dico cuicumque innocentium civium, ſed amicorum ac propinquorum alicui evenerit, ſtabitne mutus, [8] & ſalutarem petentibus vocem, [9] ſtatim, ſi non ſuccurratur, perituris, moras & ſeceſſum & ſilentium quæret, [10] dum illa verba fabricentur, & memoriæ [11] inſidant, & vox ac latus præparetur? [12] Quæ vero patitur hoc ratio, ut quiſquam ſit orator imparatus ad caſus? Quid, cum adverſario reſpondendum erit, fiet? Nam ſæpe ea, quæ opinati ſumus, & contra quæ ſcripſimus, fallunt, ac tota ſubito *cauſſa* mutatur. [13] Atque, ut gubernatori [14] ad incurſus tempeſtatum,

Extemporalem facultatem primus reperit Gorgias Leontinus, ut auctor eſt Philoſtratus; is enim auſus eſt dicere in auditoriis, qua de re quis audire vellet. Alii aiunt a Pericle inventam fuiſſe, alii a Pythone Byzantio, alii etiam ab Æſchine, poſtea quam miſſus eſt in exilium. TURNEB. Videndi commentatores ad Petron. cap. VI. & Creſoll. Theatr. Rhet. lib. III. cap. 2.

1. *Præmium quoddam ampliſſimum.*] *Præmium quoddam amplius*; V. C. Alm. Locat. Ald. Steph. Gryph. Baſil. Colin. Vidov. omittunt vero *amplius*; Voſſ. ſec. Vallæ lib. & edit. Roign. ſed vulgata recte ſe habet. BURMAN.

2. *Ex tempore.*] Extemporalem orationem primus Æſchines, auctore Philoſtrato, reperit. PHILAND.

3. *Vix enim.*] *Nec enim*; Ald. marg. Vidov.

4. *In publicum.*] Illa propoſitio *in*, ut ſupervacua, mihi videtur expungenda. REGIUS. Obſecutus eſt Regio Aldus, & omittit *in* Voſſ. prim. ſed reliqui recte retinuerunt, & optime Aſcenſius vindicavit; ut enim *in publicum conſulere*, *providere*, &c. dicimus, ita neſcio, cur non *in publicum polliceri* dici poſſit Orator, qui eloquentiam clientibus ſuis promittit; *polliceri* enim eſt profiteri, ut & *promittere*. Vide ad Petron. cap. 20. & ita *polliceri operam ſuam* eodem ſenſu dixit Cicero *Divinat.* cap. 6. BURMAN.

5. *Intrare portum.*] *Intrare* quidem legitur, ſed nihil ſenſui convenire videtur: forſitan vero *monſtrare* caſtigate legeretur. REGIUS. *Intrare*; MSS. Joan. Alm. Voſſ. omn. Andr. Locat. Baſil. Vidov. *indicare*; Roign. Baſil. Colin. Leid. Oxon. Obrecht. *monſtrare*; Ald. Colon.

6. *Repræſentatis judiciis.*] Id eſt, ante ſtatutum, vel exſpectatum tempus prolatis. Sic *repræſentare pecuniam*, pro τῷ ſolvere ante tempus. CAPPER.

7. *Quarum ſi qua.*] *Quare*; Voſſ. tert.

8. *Et ſalutarem.*] *Etiam ſal.* Voſſ. prim.

9. *Statim.*] *Statimque*; Voſſ. prim. ſec. Locat. Ald. Stephan. Baſil. Colin. Vidov.

10. *Dum illa verba.*] *Illic* legit Schelius ad Dialog. *de Orat.* cap. 9.

11. *Incidant.*] *Inſidant* vero recte reliqui. MSS. cod.

12. *Quæ vero patitur hoc oratio ut quiſquam ſit orator aliquando mitteretur caſus.*] Hoc in aliis exemplaribus ſic emendatum legitur; ut duo illa verba, *aliquando* & *mitteretur*, ſint expuncta, ac pro illis duo hæc, *imparatus* & *ad*, ſint repoſita, hoc modo: *Quæ vero patitur hoc oratio ut quiſquam ſit orator imparatus ad caſus.* Mihi vero & *qui* pro *quomodo*, & *ratio*, non *oratio*, legendum videtur. REGIUS. *Qua vero hoc ratio, ut quiſquam ſit orator aliquando miſſere caſus*; Voſſ. ſec. ex quibus ſuſpicor, vulgatam lectionem a quodam gloſſatore eſſe concinnatam, & olim ſcriptum fuiſſe: *Quæ vero patitur hoc ratio, ut quiſquam ſit orator, qui aliquando mutiret ad caſus*: certe aliquid ſimile latere, & verbum *miſſeret* vel *mittere* ex *mutire* enatum puto: ſed videant acutiores. BURMAN.

13. *Atqui ut.*] *Atque* potius legendum eſt, quam *atqui.* REGIUS.

14. *Ad incurſus.*] Quoſdam legere *ad incurſus quoque*, notat

ſic

ſic [15] agenti ad varietatem *cauſſarum* ratio mutanda eſt. Quid porro multus ſtylus, & aſſidua lectio, & longa [16] ſtudiorum ætas facit, ſi manet eadem, quæ fuit, incipientibus difficultas? Periiſſe profecto confitendum eſt præteritum laborem, cui ſemper [17] idem laborandum eſt. [18] Neque ego hoc ago, ut ex tempore dicere malit, ſed ut poſſit. [19] Id autem maxime hoc modo conſequemur. Nota ſit primum dicendi via. Neque enim prius contingere curſus poteſt, quam ſcierimus, quo ſit & qua perveniendum. Nec ſatis eſt, non ignorare, quæ ſunt *cauſſarum judicialium* partes, aut quæſtionum ordinem recte diſponere, quanquam iſta ſunt præcipua; ſed quid quoque loco primum ſit, quid ſecundum, ac deinceps: quæ ita ſunt natura copulata, ut mutari aut intervelli ſine confuſione non poſſint. [20] Quiſquis autem viam, qua ſit ingrediendum, diſcet, ducetur ante omnia rerum ipſa ſerie, velut duce: propter quod homines etiam modice exercitati, facillime tenorem in narrationibus ſervant. Deinde, quid quoque loco quærant, ſcient: nec circumſpectabunt, nec offerentibus ſe aliunde ſenſibus turbabuntur: nec confundent ex diverſis orationem velut ſalientes huc, illuc, nec uſquam inſiſtentes. Poſtremo habebunt modum & finem, qui eſſe citra diviſionem nullus poteſt. Expletis pro facultate omnibus, quæ propoſuerint, perveniſſe ſe ad ultimum ſentient. [21] Et hæc quidem ex arte, illa vero ex ſtudio, ut copiam ſermonis optimi, quemadmodum præceptum eſt, comparemus: multo ac fideli ſtylo ſic formetur oratio, [22] ut ſcriptorum colorem, [23] etiam quæ ſubito effuſa ſunt, reddant, ut cum multa ſcripſerimus, [24] etiam multa dicamus. Nam conſuetudo & exercitatio facilitatem maxime parit, quæ ſi paululum intermiſſa fuerit, non velocitas illa modo tardatur, [25] ſed & *νάρκημα* ipſum coit atque concurrit. Quanquam enim opus eſt naturali quadam mobilitate animi, ut, dum proxima dicimus, ſtruere ulteriora poſſimus, [26] ſemperque noſtram vocem proviſa & formata cogitatio excipiat; vix tamen aut natura, aut ratio in tam multiplex officium diducere animum queat, ut *inventioni*, *diſpoſitioni*, *elocutioni*, ordini rerum verborumque, tum iis, quæ dicit, quæ ſubjuncturus eſt, quæ ultra ſpectanda ſunt, adhibita vocis, pronuntiationis, geſtus obſervatione, una ſufficiat. Longe enim præcedat oportet intentio, ac præ ſe res agat; quantumque dicendo conſumitur, tantum ex ultimo prorogetur: ut, donec perveniamus ad finem, non minus proſpectu procedamus, quam gradu, ſi non interſiſtentes offenſanteſque brevia illa atque conciſa ſingultantium modo [27] ejecturi ſimus. [28] Eſt igitur uſus quidam irrationalis, quem Græci *ἄλογον τριβὴν* vocant, [29] quo manus in ſcribendo decurrit, quo oculi totos ſimul in lectione verſus, flexuſque eorum & tranſitus intuentur, & ante ſequentia vident, quam [30] priora dixerunt. [31] Quo conſtant miracula illa in ſcenis pi-

Aſcenſius, qui vocem *quoque*, vel rejiciendam, vel in *quoſque* mutandam cenſet.

15. *Agenti.*] Oratori *cauſſas* forenſes agenti. CAPPER.

16. *Studiorum ætas.*] Forte *longa ſtudioſorum ætas*: niſi *ſtudiorum ætatem longam*, pro longo tempore, quod quis ſtudiis impendit, capere malis: quæ ſi cui durior locutio videatur, is ſciat, & *ætatem* tribui aliis rebus, ut ædificiis, vino, &c. de quibus vide Juret. ad Symmachi lib. I. Epiſt. 5. BURMAN.

17. *Idem laborandum.*] *Idem* non habet Voſſ. tert.

18. *Neque ego hoc ago, &c.*] Attamen Demoſthenes nunquam, niſi præmeditatus, acceſſit ad *cauſſam* agendam: Demades vero ſæpius ex tempore dixit: auctor Plutarch. TURNEB.

19. *Idem autem.*] Recte a quibuſdam, loco illius *idem*, *id* legitur. REGIUS.

20. *Quiſquis autem via ducetur, ducetur ante.*] Emendatum hoc quoque in quibuſdam legitur exemplaribus, ſic ut illud prius *ducetur* ſit eraſum, ac *viam* pro *via* ſcriptum, & hæc quatuor verba ſint adſcripta, *qua ſit ingrediendum diſcet*, ut legatur: *quiſquis autem viam, qua ſit ingrediendum, diſcet, ducetur, &c.* REGIUS. *Via*; Leid. *qua ſit ingrediendum* deeſt in Voſſ. ſec. tert. Locat. Baſil. Vidov.

21. *Et hæc quidem ex arte.*] Extemporalis facultas paratur partim arte, partim conſuetudine & exercitatione, & mobili animi natura; nam qui ſunt obtuſi, nunquam hanc orationem aſſequentur. TURNEB. *Et hoc quidem*; Voſſ. prim.

22. *Ut ſcriptorum colorem ..... reddant.*] Hoc eſt, ut ſpeciem referant orationis diligenter conſcriptæ & elaboratæ. CAPPER.

23. *Etiam quæ ſubito.*] *Etiam ea quæ*; Voſſ. ſec. Locat. Gryph. Colin. Vidov.

24. *Etiam qui multa dicamus.*] *Qui* particula, ut ſupervacua, eſt eradenda, tametſi a quibuſdam in *quam* depravetur. REGIUS. Non diſplicet *τὸ quam* Aſcenſio.

25. *Sed & ipſum coit.*] Manifeſte hic aliquid deeſt; *ipſum* namque pronomen, ad quod referatur, non habet. REGIUS. *Sed ipſum coit*; Voſſ. tert. Locat. And. Ald. Gryph. Baſil. *ſed & animus ipſe in ſe ipſum coit*; Dan. *coit atque concreſcit*, conjiciebat Gallæus.

26. *Semperque noſtram manum.*] Horat. Art. Poët. 311:
Verbaque proviſam rem non invita ſequentur.

27. *Ejecturi ſumus.*] *Elucturi*; V. C. Alm. forte pro *eructaturi*, de quo verbo vide Heinſ. ad Ovid. XIV. Metam. 211. BURMAN.

28. *Eſt igitur uſus.*] *Uſus irrationalis* eſt exercitatio, quæ nihil habet in ſe artis, ſed tamen continuatione efficit majorem celeritatem; ut ſæpe ſcribendo acquiritur celeritas ſcribendi, non adhibita ratione aut arte: talis exercitatio debet eſſe in extemporali oratione. TURNEB. *Irrationabilis*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. tert. Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Vidov. Colin. Obrecht. Oxon.

29. *Qua manus.*] Ut ad *uſum* referatur potius, quam ad *τριβὴν*, *quo* mihi legendum videtur. REGIUS. *Qua manus*, & *qua oculi*; Voſſ. omnes, Bern. Ald. Baſil.

30. *Priora dixerunt.*] *Duxerunt*, conjiciebat Gallæus, ut *ſulcum*, *verſum ducere*, &c. BURMAN.

31. *Quo conſtant miracula.*] De his habetur apud Martialem lib. IX. 39.
Summa licet, velox Agathine, miracula ludas;
Non tamen efficies, ut tibi parma cadat.
REGIUS. Pilarii ſunt præſtigiatores, qui, adhibitis pilulis & ſphærulis, miracula efficiunt. At *ventilatores* ſunt, qui tanta arte præſtigiis utuntur, ut ea, quæ in manibus habent, diſpareant, & in ventum abire videantur. TURNEB. In

lariorum ac [32] ventilatorum, ut ea, quæ emiſerint, ultro venire in manus credas, & qua jubentur, decurrere. Sed hic uſus ita proderit, ſi ea, de qua locuti ſumus, ars anteceſſerit, ut ipſum illud, quod in ſe rationem non habet, in ratione verſetur. Nam mihi ne dicere quidem videtur, niſi qui diſpoſite, ornate, [33] copioſe dicit. [34] Sed nec tumultuarii nec fortuiti ſermonis contextum mirabor unquam, quem jurgantibus etiam mulierculis [35] ſuperfluere video: quem ſi calor ac ſpiritus tulit, ([36] frequenter enim accidit, ut ſucceſſum extemporalem conſequi cura non poſſit) Deum tunc affuiſſe, cum id [37] eveniſſet, veteres oratores, ut [38] Cicero dicit, aiebant. Sed ratio manifeſta eſt. Nam bene concepti affectus & recentes rerum imagines continuo impetu feruntur, quæ nonnumquam mora ſtyli refrigeſcunt, & dilatæ non revertuntur. [39] Utique vero cum infelix illa verborum cavillatio acceſſit, & curſus ad ſingula veſtigia [40] reſtitit, [41] non poteſt ferri contorta vis, [42] ſed, ut optime vocum ſingularum cedat electio, non continua, ſed compoſita eſt. Quare capiendæ ſunt illæ, [43] de quibus dixi, rerum imagines, quas vocari φαντασίας [44] indicavimus; omniaque, de quibus dicturi erimus, perſonæ, quæſtiones, ſpes, metus, habenda in oculis, in affectus recipienda. [45] Pectus eſt enim, quod diſertos facit, & vis mentis. Ideoque imperitis quoque, [46] ſi modo ſunt aliquo affectu concitati, verba non deſunt. [47] Tum intendendus animus, non in aliquam rem unam, ſed in plures ſimul continuas; ut, ſi per aliquam rectam viam mittamus oculos, ſimul omnia, quæ ſunt in ea circaque, intuemur, non ultimum tantum videmus, ſed uſque ad ultimum. Addit ad dicendum etiam pudor [48] ſtimulos, [49] addit & dicendorum exſpectata laus: mirumque videri poteſt, quod, cum ſtylus ſecreto gaudeat, atque omnes arbitros reformidet, extemporalis *actio* auditorum frequentia, ut miles [50] congeſtu ſignorum, excitatur. Namque & difficiliorem cogitationem exprimit [51] & expellit dicendi neceſſitas,

Martialis epigrammate eſt *pericula ludat*: *miracula* vero noſter appellat, ut θαύματα Græci, qui & præſtigiatores θαυματοποιοὺς dicebant, de quibus plura videri poſſunt apud Caſaub. ad Theophraſt. Caract. περὶ ἀπονοίας, & ad Athen. lib. I. cap. 6. egregie vero hunc locum illuſtravit Fabrett. *inſcript.* cap. 4. pag. 25. ubi titulum producit, poſitum L. ÆLIO. AVG. LIB. SECVNDO. PILARIO. OMNIUM. EMINENTISSIMO. & oſtendit ita dictos a pilulis, quas, dum projicere videntur, ſub certis vaſculis repoſitas oſtendunt, & rurſus ex uno in aliud transferunt, moxque evaneſcere faciunt; (ut etiam Philander jam antea ceperat) quales *pilarios* multi hodie apud nos, non niſi cum magna pecuniarum jactura vident & mirantur. Lipſium quoque refutat, qui Gladiatores ex his *pilariis* & *ventilatoribus* fecit: *ventilatores* male explicare Turnebum putat Gallæus, & intelligit eos, qui arma & ſcuta ventilabant, ut apud Martial. lib. V. epig. 32.

——— *& in toto ventilat arma bove*,

ubi vide Scriverium: ſed cum verbum hoc de pluribus dicatur, difficile dictu eſt, quid ventilaverint agilitate & arte ſumma hi præſtigiatores. BURMAN.

32. *Ventilatorum.*] *Ventulatorum*; Voſſ. prim. ſecund. Bern.

33. *Copioſe dicit.*] *Dicat*; Voſſ. prim. tert. *copioſeque dicit*; Vaſc. Steph. Gryph. Baſil. Vidov.

34. *Sed tumultuarii.*] *Nec* particula adſcribenda mihi videtur. REGIUS. Deeſt *nec* in MSS. Alm. Voſſ. prim. *ſed* vero non eſt in Voſſ. ſec.

35. *Cum eo, quod ſi calor, &c.*] Depravatus ita eſt hic locus, ut, quo modo emendari debeat, mihi non conſtet. REGIUS. Hic locus admodum eſt abruptus, ut aſteriſco notandus ſit; deeſſe enim aliquid videtur: eſt tamen ſenſus, *nonnunquam ipſo affectu effici, ut oratio extemporalis meditatam & ſcriptam ſuperet.* TURNEB. *Superfluere quod ſi*; Voſſ. prim. & tert. *ſuperfluere video: cum eo quod*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. *video: quod ſi*; Val. lib. MSS. Bodl. Andr. & ita Obrecht. & puto non male, ſi *tulit* explicemus *dedit*, *effecit*, ut nimirum, ubi contextus ſit optime cohærens, nec interſiſtat aut offenſet orator, tunc Deum adfuiſſe dicerent, non rationem & curam. BURMAN.

36. *Frequenter enim.*] *Enim* deeſt in Voſſ. ſec. Locat. Ald.

37. *Eveniſſet.*] Deum vero adeſſe audentibus, & fortibus, in omni alia re frequenter veteres jactabant. Val. Flac. IV. 652.

——— *Stetimus tamen, & Deus adfuit auſis.*

Vide Columna. ad Ennii Fragm. ex VII. Annal. pag. 73. BURMAN.

38. *Cicero dicit, aiebant.*] Lib. I. *de Orat.* PHILAND. Voſſ. prim. tert.

39. *Utique vero.*] Præcipue vero refrigeratur affectus, cum ſtylus eſt diligentior, quam deceat; ut ſingula propemodum verba expendantur; tunc enim vis rerum amittitur. TURNEB.

40. *Reſtitit.*] Ita omnes fere, ſed *reſiſtit* edidit Obrecht.

41. *Non poteſt furti contorta vis.*] *Ferri*, non *furti*, neque *fieri*, ut quidam depravant, mihi legendum videtur. REGIUS. *Furti*; Locat. *fieri*; V. C. Alm.

42. *Sed ut optime.*] Depravatus quidem mihi videtur hic locus, ſed qua ratione corrigi poſſit, non occurrit. REGIUS. Etiam ſi illi cavillatores verborum dictiones apte collocant, eorum tamen oratio non eſt idonea, quoniam affectus continuatione fieri debent: at oratio eorum, quanquam compoſita eſt, non tamen continuatione contorquetur. TURNEB.

43. *De quibus dixi.*] Lib. VI. cap. 2.

44. *Indicavimus.*] *Diximus*; MS. Bodl. Andr.

45. *Pectus eſt enim.*] Verba non debent in labris naſci, ſed ex mente depromi. Alluſit autem ad opinionem Chryſippi, qui animam poſuit in pectore, quemadmodum Ariſtoteles principia omnium ſenſuum in corde collocavit. TURNEB. Lud. Creſollius Vacat. Autumnal. lib. III. p. 461. PAREUS. Et hinc Homerum vocem ἐκ στήθεος arceſſere Iliad. Γ. 221. notarunt viri eruditi.

46. *Si modo non ſunt.*] *Non*, ne ſenſum in contrarium vertat, mihi videtur eradendum. REGIUS.

47. *Tum intendendus.*] *Tamen* etiam olim lectum fuiſſe, indicat Regii nota, qua *tum* reduxit.

48. *Stimulos.*] *Ad dicendum etiam pudor ſtimulos habet, & dicendorum*, &c. MSS. Voſſ. ſec. Colb.

49. *Addit & dicendorum exſpectata laus.*] *Habet &*; Andr. Locat. Ald. Par. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

50. *Congeſtu ſignorum.*] *Concentu*; Andr. Ald. Baſil Gryph. ego vulgatam recte ſe habere puto; non enim de claſſico agi puto, ſed de frequentia auditorum; quia, ut orator in foro, ita & miles, (id eſt, vir militaris, imperator vel dux, ut etiam apud Horat. IV. od. VI 5 capiendum eſt) e tribunali alloquens milites, incitatur magis, ſi plura congerantur, & denſa circumſiſtant ſigna; ut ea in nummis, in quibus allocutiones illæ exhibentur, videmus. Vide illuſtr. Spanh. de præſt. & uſu numiſm. diſſert. IX. BURMAN.

51. *Et expellit.*] Editio Lugdunenſis & *expolit*, quod fortaſſe nonnullis ſpecioſum videatur, quaſi diceret Fabius, cogitationes, rudes alioqui & inconditas, expoliri & certo ordine diſponi, accedente dicendi neceſſitate. Lectionem autem eſſe vitioſam docent optimi quique codices, Andr. Ven. Sich. Par Vaſc. Steph. Et quidem elegantiſſimus rhetor fortius tantum atque preſſius videtur indicare, quod per vocabulum *exprimit* ſignificavit, eſſe nimirum vim quamdam in dicendi neceſſitate, quæ quaſi ſolvit & liberat men-

& ſecundos impetus auget placendi cupido. [52] Adeo præmium omnia ſpectant, ut eloquentia quoque, quanquam plurimum habeat in ſe voluptatis, maxime tamen præſenti fructu laudis opinioniſque ducatur. [53] Nec quiſquam tantum fidat ingenio, ut id ſibi ſperet incipienti ſtatim poſſe contingere: ſed, ſicut in cogitatione [54] præcepimus, ita [55] facilitatem quoque extemporalem a parvis initiis paulatim perducemus ad ſummam: quæ neque perfici neque contineri, niſi uſu, poteſt. Cæterum pervenire eo debet, ut cogitatio non utique melior ſit ea, [56] ſed tutior; cum [57] hanc felicitatem, non [58] in proſa modo multi [59] ſint conſecuti, ſed etiam in carmine, ut [60] Antipater Sidonius, & Licinius Archias. Credendum enim Ciceroni eſt: non quia [61] noſtris quoque temporibus non [62] & fecerint quidam hoc, & faciant, [63] quod tamen ipſum non tam probabile puto (neque enim habet aut uſum res, aut neceſſitatem) quam exhortandis in hanc ſpem, qui foro præparantur, utile exemplum. Neque vero tantam [64] eſſe unquam fiduciam facilitatis velim, ut non breve ſaltem tempus, quod nuſquam fere deerit, ad ea, quæ dicturi ſumus, diſpicienda ſumamus: quod quidem in judiciis ac foro datur ſemper. Neque enim quiſquam eſt, qui *cauſſam*, quam non didicerit, agat. [65] Declamatores quoſdam perverſa ducit ambitio, ut expoſita controverſia protinus dicere velint; quin etiam, quod eſt in primis frivolum ac ſcenicum, [66] verbum petant, quo incipiant. Sed tam contumelioſos in ſe ridet invicem eloquentia: & [67] qui ſtultis videri eruditi volunt, ſtulti eruditis videntur. Si qua tamen fortuna tam ſubitam fecerit agendi neceſſitatem, mobiliore quodam opus erit ingenio, & vis omnis intendenda rebus, & in præſentia [68] remittendum aliquid ex cura verborum, ſi ſequi utrumque non dabitur. [69] Tum & tardior pronuntiatio moras habet, & ſuſpenſa ac velut dubitans oratio: ut tamen deliberare, non hæſitare, videamur. [70] Hoc, dum egredimur e portu, ſi nos nondum aptatis ſatis armamentis aget ventus: deinde paulatim ſimul euntes aptabimus vela, & diſponemus rudentes, & impleri ſinus optabimus. [71] Id potius, quam ſe inani verbo-

tem, intellectumque noſtrum. GIBSON. Ex margine Steph. videtur hæc lectio manaſſe. Schelius ad Dial. *de Orat.* cap. 6. etiam *expellit* prætulit.

52. *Adeo pretium omnia exſpectant.*] Quamvis *pretium* legatur, ſenſui tamen *præmium* convenire videtur. REGIUS. Adeo *pretium omnia exſpectant*; Vall. lib. Voſſ. ſec. Locat. *præmium o. exſpectant*; Colin. Vidov. *pretium o. ſpectant*; cod. Bern. Baſil. ego credo *præmium* illud ab interpretatione eſſe ortum, ut millies factum, ubi *pretium* fuerat ſcriptum. Vide cl. Gronov. Obſ. II. 25. & ad Liv. XXVI. 40. & Heinſ. ad Ovid. Heroid. Epiſt. 6. 146. BURMAN.

53. *Quiſque.*] *Quiſquam* manifeſte legendum eſt. REGIUS. *Nec quiſquam.*] Exercitatione eſt eo uſque provehenda facultas extemporalis, ut cogitata oratio non ſit melior aut præſtantior extemporali, ſed ſit longe ſecurior, quia cogitandi ſpatium ſolet omnia efficere firmiora. TURNEB.

54. *Præcepimus.*] *Præcipimus*; Voſſ. prim.

55. *Facilitatem.*] *Facultatem*; Voſſ. ſec. Steph. Gryph. Colin. Vidov. Oxon. Obrecht.

56. *Sed tutior.*] *Sed utilior*; Baſil. Gryph.

57. *Hanc felicitatem.*] *Hanc facilitatem*; MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Gryph. Colin. Baſil. Par. Obrecht. *facultatem*; Colon.

58. *In proſa.*] *In* non habet V. C. Alm. & mox *etiam carmine.*

59. *Sint conſecuti.*] Prior vox deeſt in edit. Obrecht.

60. *Antipater.*] Antipater Sidonius (ut ſcribit Cicero lib. III. *de Orat.* cap. 30.) multa exercitatione fecerat, ut verſus hexametros & cujuſcumque alterius generis ex tempore funderet: idem ſcribit de Archia, in oratione pro eodem cap. 8. TURNEB. *Antipater omnibus annis uno die tantum natali corripiebatur febri, & eo conſumptus eſt ſatis longa ſenecta*; Plin. VII. 51. ALMEL.

61. *Noſtris quoque.*] *Quoque* deeſt in Voſſ. tert. *Noſtris quoque.*] Noſtris quoque temporibus non defuere, qui extemporali illa facultate valuerunt: talis fuit Joh. Picus Mirandulanus, de quo alibi diximus: Andreas Maro, quem Archiæ fere comparat magnus Gyraldus Dialogo IV. Poëtar. His addi licet Conradum Goclenium, bonarum literarum apud Lovanienſes Profeſſorem; & haud ita pridem Jacobum Davy Cardinalem Perronium. COLOMES.

62. *Et faciant.*] Reſpicit forte ſui temporis Poëtas, Statium & Martialem, qui ſibi verſibus ex tempore fuſis placebant, ut notum. BURMAN.

63. *Quod tam non ipſum probabile puto.*] Perverſus eſt hoc loco verborum ordo: ſic autem corrigitur, ſi *tamen* particula, loco illius *tam*, ſcribatur, & illud *tam* ad *probabile* transferatur, hoc modo: *Quod tamen ipſum non tam probabile puto.* REGIUS. *Quod tamen ipſum tam probabile credo*; Voſſ. ſec. *credo* etiam Cod. Colb.

64. *Eſſe unquam tantam fiduciam facilitatis, ut non.*] Etſi facile ſubintelligi poteſt, mihi tamen hoc verbum *velim* adſcribendum videtur, ut legatur hoc modo: *Neque vero eſſe unquam tantam fiduciam facilitatis velim.* REGIUS. *Tanta cuique eſſe debet fiducia facilitatis, ut*; Andr. *velim* omittebant præterea Voſſ. ſec. Locat.

65. *Declamatores quoſdam.*] Philoſtratus ait, Sophiſtas, cum ex tempore dicere ſolebant, tamen aliquantum ſpatii ſemper ſumpſiſſe ad cogitandum, extra unum Gorgiam, quem imitabantur Fabii tempore declamatores. TURNEB. *Declamantes*; Voſſ. prim.

66. *Verbum petant, quo incipiant.*] Vide Creſoll. Theatr. Sophiſt. pag. 416. CAPPER.

67. *Qui ſtultis videri eruditi, &c.*] Luculentiſſimum eſt hoc figuræ τῆς Ἀντιμεταβολῆς exemplum. CAPPER.

68. *Remittendum aliquid ex cura verborum, ſi ſequi utrumque non dabitur.*] Excidit *ſequi* quibuſdam codicibus, vitio procul dubio Librarii alicujus, cui lectio poſſet ſine eo vocabulo integra videri. Illud autem, ne verbo uno Fabius privaretur, ex codice MS. Bodleiano, editis Andreæ, Aldi, Sichardi, & Pariſienſis, ſuo loco reſtituimus. GIBSON. *Sequi* non habent cod. Bern. Steph. Roigu. Leid. ſed Voſſ. ſec. Locat. Aldus & Colin. ita diſtinguunt: *verborum. Si ſequi utrumque non dabitur, tum & tardior*, &c.

69. *Tum & tardior.*] *Tamen &*; Baſil. *Tardior.*] Attamen ne tum quidem deerit *cogitatio*; nam cum mora quadam in exordio loquemur, ac fingemus nos dubitare, ut interim cogitare poſſimus, quid ſit utile *cauſſæ*. TURNEB.

70. *Hoc, dum egredimur.*] Venuſta eſt *allegoria*, qua ſignificat initio ita eſſe dubitandum ac tarde loquendum, ut interea aliquid inveniamus. Etenim, cum firmamenta *cauſſæ* invenerimus, celerior erit noſtra oratio. TURNEB. *Hoc* ſcilicet faciendum. Virg. II. Georg. 352.

——— Hoc effuſos munimen ad imbres:
Hoc, ubi hiulca ſiti findit canis æſtifer arva.

& verſ. 312.

Hoc, ubi non a ſtirpe valent. GALLÆUS.

71. *Id potius quam ſe i. v. t. d. quam ſi tempeſtatibus, qui volent, auferendum.*] Hic quoque locus eſt depravatus, qui ſic a quibuſdam corrigitur, ut legant, *auferetur*, pro illo *auferendum*. Sed ne ſic quidem integer habetur ſenſus: mihi autem illa duo verba, *qui volent*, expungenda videntur ſolum, ut legatur: *id potius, quam ſe inani verborum torrenti dare quaſi tempeſtatibus auferendum.* REGIUS. *Qui*

rum torrenti dare, quaſi tempeſtatibus, quo volent, auferendum. [72] Sed non minore ſtudio [73] continetur hæc facultas, quam paratur. [74] Ars enim ſemel percepta non labitur: ſtylus quoque intermiſſione paulum admodum de celeritate deperdit: [75] promptum hoc, & in expedito poſitum, exercitatione ſola continetur. Hac uti ſic optimum eſt, ut quotidie dicamus audientibus pluribus, maxime de quorum ſimus judicio [76] ac opinione ſoliciti; rarum eſt enim, ut [77] ſatis ſe quiſquam vereatur. Vel ſoli tamen dicamus potius, quam non omnino dicamus. [78] Eſt illa exercitatio cogitandi, totaſque materias vel ſilentio (dum tamen quaſi dicat [79] intra ſeipſum) perſequendi, [80] quæ nullo non & tempore & loco, quando non aliud agimus, explicari poteſt: & eſt in parte utilior, quam hæc proxima. Diligentius enim componitur, quam illa, in qua contextum dicendi intermittere [81] veremur. [82] Rurſus illa prior plus confert, [83] vocis firmitatem, oris facilitatem, motum corporis, qui & ipſe, ut dixi, [84] excitat oratorem, & [85] jactatione manus, pedis ſupploſione, [86] ſicut cauda leones facere dicuntur, hortatur. [87] Stu-

volent; Voſſ. prim. ſec. quod ex Vallæ libro non improbat Aſcenſius; ſed in ablativo caſu pro *qua* capit: mavult tamen *quo* vel *qua*. BURMAN.

72. *Sed non minore ſtudio continetur hæc facultas, quam paratur.*] Omiſſio vocabuli *non*, ut in editione Lugdunenſi videmus, deſtruit certe & evertit Fabii ſententiam. Præcipit enim ille, ſtylum jam comparatum non eſſe remittendum, quod niſi perpetua exercitatione retinendus non eſt. *Stylus* (inquit paulo inferius) *intermiſſione paulum admodum, de celeritate deperdit*; MS Bodleianus, omneſque editi ſaniores recte retinent voculam *non*. GIBSON. To *non* deeſt in Bern. Recte quidem cenſuit Gibſon particulam *non* eſſe retinendam; ſed et nequaquam aſſentiri poſſum, ubi hæc Fabii verba *hæc facultas* ad ipſum ſtylum pertinere ac referri putat; nam ad extemporalem dicendi facultatem referuntur, ut & illa, quæ mox inſequuntur: *promptum hoc & in expedito poſitum exercitatione ſola continetur*. CAPPER.

73. *Continetur hæc facultas.*] Id eſt, conſervatur extemporalis hæc dicendi facultas. Vide notam proxime ſuperiorem. CAPPER.

74. *Ars enim ſemel percepta non capitur.*] Hic ſenſus aliquid mendæ mihi contraxiſſe videtur; obſcurior eſt enim, quam ut facile percipi poſſit: quo autem modo ſit illuſtrandus, mihi non liquet. REGIUS. *Ars enim ſemel percepta non labitur*: lectio omni ex parte integra, & menti Fabii pulcherrime accommodata. Inſtituit ille comparationem inter ſtylum & artem; docetque juvenes, eorum eſſe longe diverſam rationem. Artem enim (inquit) ſi ſemel perceperis, ea facit in mente veſtigia, quæ non facile delentur. Stylus vero etiam firmatus, ſi vel minimum intermittatur, de celeritate ſua facilitateque deperdit. Unde manifeſtum eſt, mendoſe legi: *Ars enim ſemel præcepta non labitur*. GIBSON. *Percepta non capitur*; V. C. Alm. Bern. Locat. Ald. *percepta non rapitur*; Baſil. *percepta non labitur*; Vaſcoſ. Steph. Gryph. Colin. Vidov. *percepta mora labitur*; Obrecht. male puto Gibſonem hæc explicare. Idem enim, non diverſum, de arte & ſtylo adfirmare Fabium docet vocula *quoque*, cum ex ſententia Gibſonis debuiſſet dicere, *ſtylus vero*, &c. quare putem excidiſſe vocem, & legendum *ars enim ſemel percepta non exercendo labitur*, vel ſimile quid: ſi uſus & exercitatio intermittatur, labitur ars. Nam illud Obrechti *mora labitur*, obſcurius puto, niſi pro longo tempore ſumatur, quod ſine exercitatione inerter tranſigatur. Quod an notare poſſit, videndum: certe paulo ante *moram ſtyli* dixit, non intermiſſionem, ſed tarditatem: & modo, *tardior pronuntiatio moras habet*: imo per *moras, ſeceſſum, & ſilentium* quoſdam conſequi tentare, ut verba publice facere audeant, dixit in initio capitis hujus: hic vero νάρκημα ipſum, ut ſupra vocavit, non tantum *mora* debet intelligi, quæ longum quidem tempus & tarditatem notat, ſed non inertiam & torporem. Ovidius paſſim queritur in *Triſtibus* & *ex Ponto* libris, ingenium, venam & uſum ſcribendi ſibi periiſſe *ſitu*, & non exercendo: ſic lib. III. Triſt. 14.

Sed, quæcumque fuit, nullo exercente refugit,
Et longo periit arida facta ſitu.

Vid. & v. XII. 2. & I. *ex Pont.* v. 8. & paſſim: & tale quid hic deſiderari puto: poſſet & legi *non uſu labitur*. BURMAN. Qui Gibſonem jure merito reprehendit, quatenus ille artis & ſtyli longe diverſam ſecundum Fabium eſſe rationem affirmabat: ſed a me impetrare nequeo, ut ejus opinioni accedam, qua Fabii contextum ſic immutare vellet: *Ars enim ſemel percepta non exercendo* vel *non uſu labitur*. Nam Quinctilianus, ut attentiſſimis lectoribus patebit, quoddam συγκρίσεως, comparationis genus inſtituit inter artem & ſtylum ex una parte, & extemporalem dicendi facultatem ex altera: ita ut ars, quæ ſemel percepta fuerit, aliquanto exercitii defectu non labatur, & ſtylus intermiſſione paululum admodum de ſua celeritate deperdat: extemporalis autem dicendi facultas, etiam ſi vel minimum exercitationis defectum patiatur, conſervari non poſſit; quia ſola exercitatione conſervatur. Hic omnino ſenſus eſt horum Quinctiliani verborum: *Ars enim ſemel percepta non labitur: ſtylus quoque intermiſſione paululum admodum de celeritate deperdit: promptum hoc, & in expedito poſitum, exercitatione ſola continetur*. CAPPER.

75. *Promptum hoc & in expedito poſitum.*] Hoc eſt, contra vero hæc extemporalis dicendi facultas. Vide notam proxime ſuperiorem. CAPPER.

76. *Ac opinione.*] *Atque opinione*; Ald.

77. *Satis ſe quiſquam.*] *Quiſquam* legendum eſt, non *quiſque*. REGIUS. *Quiſque*; Voſſ. tert. Bern. ſenſus eſt, ſe judicem ſatis ſeverum timeat, cum ſibi indulgere omnes ſoleant & blandiri.

78. *Eſt illa.*] Alia quoque eſt exercitatio extemporalis orationis, quando cogitabundi materiam aliquam nobis proponimus, quam & perſequimur non loquentes; illa etenim cogitatio æquiparat pene dictionem. TURNEB. *Eſt alia*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Vaſcoſ. Steph. Colin. Vidov. Oxon. Obrecht. Rollin. Quorum lectionem alteri prætulimus, quæ in editionib. Lugduno-Batav. & Burman. conſpicitur. CAPPER.

79. *Contra ipſum.*] *Intra* ut legatur, ſenſus expoſcit. REGIUS. *Intra ipſum*; Vall. lib. Locat. *contra ipſum*; Voſſ. prim. tert. *contra ſe ipſum*; marg. Baſil. quæ in textu, *dum tamen dicat intra ſe ipſum*.

80. *Quæ nullo non eſt tempore, re, loco.*] *Eſt* verbum cum *re* ablativo, ut redundans, eradendum videtur. REGIUS. *Quæ nullo non tempore, re, loco*; Locat. *Quæ nullo non tempore locoque*; Ald. Baſil. Vidov.

81. *Veremur.*] *Deberemus*; V. C. Alm.

82. *Rurſus illa.*] *Rurſus in illa*; Voſſ. prim. *in alia*; Voſſ. ſec. tert. Locat.

83. *Vocis firmitatem, &c.*] *Firmitate, oris facilitate, motu*. &c. MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Par. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Vidov.

84. *Excitat.*] *Exſertant*; MS. Palat. unde *exſertat* amplectitur & illuſtrare conatur Gebhardus lib. III. Crepund. 18. ſed fruſtra; vox enim ſequens *hortatur*, vindicat præcedentem *excitat*. BURMAN.

85. *Jactatione manus.*] Lud. Creſollius Vacat. Autumnal. lib. II. pagg. 338. 375.

86. *Sicut cauda leones.*] Ariſt. & ex Ariſtotele Plinius aiunt, leonem ſe ad pugnam excitare cum verberatione caudæ, qua flagellat latera ſua; ſic enim iram concipit. TURNEB.

87. *Studendum ſemper.*] Plato Dialog. VII. de Legum latione: *Ei vero, qui hoc agit, omnis nox ac dies non ſufficit, ut quod perfectum, & ſatis in ipſis eſt aſſecutus. Proinde cum hæc ita ſe habeant, exercitiis ordinem omnibus liberis per omne tempus conſtitutum eſſe oportet, ab aurora fere initio ſumpto, uſque ad alteram ſemper perpetuo auroram & ſolis ortum.* ALMEL. Cujus Latina verſio a Græco contextu mirum quantum abſcedit: en tibi Platonis verba: πᾶσα δ' ἡ νὺξ τε καὶ ἡμέρα σχεδὸν οὐκ ἔστιν ἱκανὴ τοῦτ' αὐτὸ πράττοντι, τὸ τέλεον καὶ ἱκανὸν αὐτῶν ἐκλαμβάνειν· οὕτω δὴ τούτων πεφυκότων, τάξιν δεῖ γίγνεσθαι πᾶσι τοῖς ἐλευθέροις τῆς διατριβῆς περὶ τὸν χρόνον ἅπαντα, σχεδὸν ἀρξάμενον ἐξ ἕω μέχρι τῆς ἑτέρας ἀεὶ συνεχῶς ἕω τε καὶ ἡλίου ἀναβολῆς, hoc eſt: *dum autem hoc ipſum agit, ei neque nox omnis neque dies ferme ſufficit, ut quod in eis exercitationibus perfectum eſt ac ſufficiens, conſequatur. Et certe, cum hæc ita ſe habeant, omnibus ingenuis*

dendum vero [88] ſemper, & ubique. Neque enim [89] fere tam eſt [90] ullus dies occupatus, ut [91] nihil lucri, vel (ut Cicero Brutum facere tradit) operæ ad ſcribendum, aut ad legendum, aut dicendum rapi aliquo momento temporis poſſit. Siquidem [92] C. Carbo etiam in tabernaculo ſolebat hac uti exercitatione dicendi. Ne id quidem tacendum eſt, quod eidem Ciceroni placet, nullum noſtrum uſquam negligentem eſſe ſermonem: quidquid [93] loquemur, ubicumque ſit pro ſua ſcilicet portione perfectum. Scribendum certe nunquam eſt magis, quam cum multa dicemus ex tempore. Ita enim ſervabitur pondus, [94] & innatans illa verborum facilitas in altum reducetur, ſicut ruſtici proximas vitis radices amputant, quæ illam in ſummum ſolum ducant, ut inferiores penitus deſcendendo firmentur. Ac neſcio an utrumque, cum cura & ſtudio fecerimus, invicem proſit, ut ſcribendo dicamus diligentius, dicendo ſcribamus facilius. Scribendum ergo, quoties licebit: ſi id non dabitur, cogitandum: ab utroque excluſi, [95] debent tamen adniti, ut neque deprehenſus orator, neque litigator deſtitutus eſſe videatur. [96] Plerumque autem multa agentibus accidit, ut maxime neceſſaria, & utique initia ſcribant, [97] cætera, quæ domo afferunt, cogitatione complectantur, ſubitis ex tempore occurrant. [98] Quod feciſſe M. Tullium, [99] commentariis ipſius apparet. Sed feruntur [100] aliorum quoque, & inventi forte, ut eos dicturus quiſque compoſuerat, & in libros digeſti; ut cauſſarum, quæ ſunt actæ a Servio Sulpitio, cujus tres orationes exſtant. Sed hi, de quibus loquor, commentarii ita ſunt exacti, ut ab ipſo mihi in memoriam poſteritatis eſſe videantur compoſiti. [101] Nam Ciceronis ad præſens modo tempus aptatos libertus Tyro contraxit: quos [102] non ideo excuſo, quia non probem, ſed ut ſint magis admirabiles. [103] In hoc genere prorſus recipio hanc brevem annotationem, libelloſque, [104] qui vel manu teneantur, & ad quos interim reſpicere fas ſit. Illud, quod [105] Lænas præcipit, [106] diſplicet mihi, quæ ſcri-

& conditionis liberæ pueris ordinem quemdam circa omne tempus exercitationum conſtituere oportet, adeo ut initium ducatur ab aurora, uſque ad alteram perpetua ſerie auroram & ſolis exortum. Cæterum neſcio quomodo Burmannus Almelovenii verſionem relinquere potuerit inemendatam. CAPPER.

88. *Semper & ubique.*] Vid. ad lib. I. cap. I.

89. *Fere tam.*] *Fere* non habet Voſſ. tert. *neque vero tam*; Baſil.

90. *Ullus dies.*] *Dies* non eſt in V. C. Alm.

91. *Nihil lucrativæ ut Cicero, &c.*] *Nihil lucri (vel ut C. B. f. t.) operæ*; Andr. Ald. Vaſc. *lucri, vel ut Cicero, &c.* Par. Vaſcoſ. Steph. Roign. *lucri, ut Cicero B. f. t. operæ*; marg. Gryph. Vidov. ſuſpecta mihi vox illa *lucrativa*, cujus omnis auctoritas hoc ſolo Quinctiliani loco a Lexicographis nititur: quare Stephani lectio præferenda videtur; ipſa vero verba Ciceronis ubi exſtent, ignoro: ſed in *Orator.* cap. 10. dicit, Brutum nunquam intermittere ſtudia doctrinæ, & ſemper aliquid ſcribere: Ciceronem vero *lucrativam operam* dixiſſe minime credo. BURMAN. In cujus annotatione tria ſaltem occurrunt, quæ improbem. Nam primo quidem immerito ſuſpecta ipſi erat illa vox *lucrativa*, quæ in pluribus *Digeſtorum* locis invenitur, ut apud Julian. L. *omnes* ff. de actionib. & obligationib. *omnes debitores, qui ſpeciem ex cauſſa lucrativa debent, liberantur; cum ea ſpecies ex cauſſa lucrativa ad creditorem pervenisſet*: & alibi paſſim. *Acquiſitio lucrativa* legitur apud Ulpianum in L. *apud Celſum* §. *Auctoris* ff. de Doli mali except. *lucrativa poſſeſſio* in L. 2. ff. *ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti*, &c. Secundo non omnis auctoritas illius vocis hoc ſolo Quinctiliani loco nititur, ut ex allatis teſtimoniis patet. Tertio quænam Lexica Burmannus legerit, neſcio; cum ſcripſit *a Lexicographis* hunc ſolum Quinctiliani locum adduci ad firmandum hujus vocis *lucrativa* uſum. Nam Danetus quidem aliique vulgaris notæ Lexicographi unum Quinctilianum laudant; ſed Latinæ linguæ Theſaurus *Pandectarum* teſtimonium affert. CAPPER.

92. *C Carbo.*] Caius Carbo, qui ſecutus eſt partes Marianas adverſus Syllam, in ſuo tentorio exercere ſolebat eloquentiam. Sic Brutus ea nocte, quæ præceſſit prœlium Pharſalicum, ſcribebat in tentorio epitomen Polybii. TURNEB. Ciceronis de hoc oratore judicium vide cap. 86. *de clar. orator.* ALMEL.

93. *Loquemur.*] *Loqueremur*; Voſſ. tert. *Loquimur*; Voſſ. ſecund.

94. *Et trans in illa verborum facilitas in altum reducatur.*] Hic quoque ſenſus ita eſt depravatus, ut nondum mihi potuerit emendari. REGIUS. Hæc eſt Locatelli & forte vetuſtiorum editorum lectio: *& intrans illa v. f. i. a. reducatur*; Voſſ. ſec. Andr. Ald. Baſil. marg. Vaſc. Steph. *& vibrans illa, &c. reducetur*; Vaſc. Steph. Colin. Vidov. Gryph. Roign. *innatans*. Par. Leid. Oxon. Obrecht. unde autem hæc lectio, an ex libris ſcriptis, an ex conjectura, ſit profecta, non indicarunt: ſed rectam eſſe & probam puto. Vide quæ ad lib. VII. cap. I. notavimus. BURMAN. Rollinus quoque τὸ *innatans* edendum curavit.

95. *Debent tamen vincere.*] In quibuſdam exemplaribus, pro illo *vincere*, *inniti* legitur & rectius, ut mihi videtur. REGIUS. *Vincere*; Locat. *inniti*; Voſſ. ſec. Ald. *adniti*; Steph. Gryph. Baſil. Colin. & alii. *vincere adniti*; Vidov. *debet tamen dicere*; Obrecht. *debemus tamen adniti* conjiciebat Francius: *unice adniti*: Pith. corruptum locum eſſe, tot variæ lectiones indicant; Obrechti vero correctio non abſurda, ſi vel *excluſus*, vel *debent* edidiſſet. BURMAN.

96. *Plerumque autem.*] Sic hoc tempore extant *proœmia* Demoſthenis *judicialis* generis & *ſuaſorii*, quæ ſibi comparaverat ille, & in commentarios redegerat. TURNEB.

97. *Ceteraque domo afferant.*] *Quæ* ſcribatur, ut nomen ſit, non copula, & *afferunt*, non *afferant*, eſt legendum. REGIUS. *Ceteraque domo afferunt*; Locat.

98. *Quod feciſſe M. Tullium, &c.*] *Commentarii*, libri ſunt, qui ſummas rerum complectuntur: illi conficiebantur ab oratoribus ad *cauſſæ* diſpoſitionem, & memoriam. TURNEB.

99. *Commentariis ipſius.*] *Suis commentariis*; MSS. Colb. Voſſ. ſec. BURMAN. De commentariis illis vide Sigonium & alios ad fragmenta oration. pro Gabinio, & Aſconium Pedian. ad fragmenta oration. *in Toga candida* pag. 980. editionis Græv. ὑπομνήματα vocat Photius cod. 265. CAPPER.

100. *Aliorum quoque.*] *Aliorum, quorum*; Voſſ. prim.

101. *Nam Ciceronis.*] *Jam*; Voſſ. tert. Ald.

102. *Non ideo excuſo.*] *Non in eo excuſo*; V. C. Alm.

103. *In hoc genere.*] Sunt quidam libelli minores *commentariis*, qui capita *cauſſæ* breviter complectuntur: eos in manu ad memoriam tenere ſolebant oratores, unde *enchiridia* appellantur: vulgo *memorias* & *brevia* appellamus. TURNEB.

104. *Qui vel manu.*] *Vel* omiſit Ald.

105. *Lænas.*] Eſt Popilius Lænas, cujus & meminit lib. XI. cap. 3. infra: quis vero ſit ille, ignoro; non enim alterum ex Popiliis, quos Cicero *in Bruto* cap. 25. inter oratores numerat, puto: male ſupra lib. III. I. ſuſpicatus eram, Vipſanium Lænatem eſſe. BURMAN.

106. *Diſplicet mihi, ne in iis, quæ.*] Adeo corruptus eſt hic ſenſus, ut neque mihi percipi, neque emendari poſſit. REGIUS. *Mihi ne in his quæ ſcripſerimus*; MSS. Bodl. Alm. marg. Baſil. *ne in iis quæ*; Ald. *mihi ea quæ*; Obrecht.

pſerimus, [107] in ſummas, [108] ſive commentarios & capita, conferre; facit enim & [109] diſcendi negligentiam hæc ipſa fiducia, & lacerat ac deformat orationem. Ego [110] autem ne ſcribendum quidem puto, [111] quod non ſimus memoria [112] proſecuturi. [113] Nam hic quoque accidit, ut revocet nos cogitatio ad illa elaborata, nec ſinat præſentem fortunam experiri. Sic anceps inter utrumque animus æſtuat, cum & ſcripta [114] perdidit, & non quærit nova. Sed de memoria deſtinatus eſt libro proximo locus, nec huic parti ſubjungendus, quia ſunt alia prius nobis dicenda.

107. *In ſummas.*] *Vel in ſummas;* Voſſ. ſec. marg. Baſil. *velut in ſummas;* Obrecht.

108. *Sive commentarios.*] *In commentarium;* Voſſ. prim. tert.

109. *Diſcendi.*] *Ediſcendi;* MSS. Joan. Voſſ. ſec. *dicendi;* Steph.

110. *Autem ne.*] *Nec;* Voſſ. prim. tert.

111. *Quod ſimus memoria.*] Sic quidem legitur; ſed niſi corrigatur hic ſenſus, ſibi ipſi Fabius videbitur repugnare; ſcribendas enim orationes præcipit, ut eas facilius memoria complecti poſſimus. Quare *non* adſcribendum mihi videtur, ut legatur, *quod non ſimus.* REGIUS. Omittunt *non* omnes fere, præter Ald. Colin. & defendit vulgatam lectionem Aſcenſius. BURMAN. A quo miror non admiſſam fuiſſe Raphaelis Regii emendationem, utpote quam & editiones quædam antiquæ adoptarint, & plura Fabii teſtimonia luculente confirment, in quibus diſerte docet ideo ſcribendum eſſe, ut quæ ſcripſerimus, memoriter ediſcamus. Sic in hoc ipſo loco non vult, ut *ni* ſcripta in ſummas conferantur: *quia facit diſcendi negligentiam hæc ipſa fiducia.* Sic lib. XI. cap. 2. *non firme tantum continere . . . nec quæ ſcripſeris modo, iterata lectione complecti* [oportet] *ſed,* &c. & paulo poſt: *Unde accidit, ut, quæ per plures dies ſcribimus ediſcendi cauſſa, cogitatione ipſa contineat* [mentis intentio] & ibidem infr. *Illud neminem non juvabit, iiſdem, quibus ſcripſerit, ceris ediſcere.* Denique cap. 2. lib. XI. *Non dubitatio eſt an ad verbum ſit ediſcendum dicturis . . . . ſi memoria ſuffragatur, tempus non deſit, nulla me velim ſyllaba effugiat: alioqui etiam ſcribere ſit ſupervacuum.* CAPPER.

112. *Perſecuturi.*] *Proſecuturi;* Voſſ. ſec. Val. lib. Vaſcoſ. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht.

113. *Nam hic.*] *Nam hoc;* MSS. Voſſ. ſec. Colb. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *nam id;* V. C. Alm.

114. *Perdidit.*] *Perdit;* Voſſ. ſec. Locat. Ald. Vaſcoſ. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

M. FAB. QUINCTILIANI
DE
INSTITUTIONE ORATORIA
LIBER UNDECIMUS.

CAPUT PRIMUM.

Præfatio, & de apte dicendo.

PARATA, ſicut ſuperiori libro continetur, facultate ſcribendi, cogitandique, & ex tempore etiam, cum res poſcet, orandi, proxima eſt cura, ut *dicamus apte*: quam virtutem [1] quartam *elocutionis* Cicero demonſtrat, quæque meo quidem judicio maxime neceſſaria eſt. Nam, cum ſit ornatus orationis varius & multiplex, conveniatque [2] alius alii; niſi fuerit accommodatus rebus atque perſonis, [3] non modo non illuſtrabit eam, [4] ſed etiam deſtruet, & vim rerum in contrarium vertet. Quid enim prodeſt, eſſe verba & Latina, [5] & ſignificantia, & nitida, *figuris* etiam *numeriſque* elaborata, niſi cum iis, in quæ judicem duci formarique volumus, conſentiant? Si genus ſublime dicendi parvis in *cauſſis*, parvum limatumque grandibus, lætum triſtibus, lene aſperis, minax ſupplicibus, ſummiſſum concitatis, trux atque violentum jucundis adhibeamus? Ut monilibus, & margaritis, ac veſte longa, quæ ſunt ornamenta feminarum, deformentur viri; [6] nec habitus triumphalis, quo nihil excogitari poteſt auguſtius, feminas deceat. [7] Hunc locum Cicero breviter in tertio [8] *de Oratore* libro perſtringit: neque tamen videri poteſt quidquam omiſiſſe, dicendo, *Non omni cauſſæ, nec auditori, nec perſonæ, nec tempori congruere orationis unum genus.* [9] Nec fere pluribus in *Oratore* eadem. Sed illic L. Craſſus, cum apud ſummos oratores, homineſque eruditiſſimos dicat, ſatis habet, [10] partem hanc velut notare inter agnoſcentes. Et hîc Cicero alloquens Brutum teſtatur eſſe hæc ei nota, ideoque brevius a ſe dici, quanquam ſit fuſus locus, [11] tractetur- I.

De verbis Latinis dictum eſt libro primo, de perſpicuis & ornatis libro octavo, nono, decimo: reliqua pars eſt, dicere *apte* & *commodate*, quod eſt orationem rebus & perſonis convenientem habere. Atque huic parti ſubjicitur *decorum*, de quo multa a philoſophis & oratoribus ſcribuntur: attamen *apte dicere* nonnulli ſubjiciunt ornatui, ut docuit Fabius libro primo, qui tamen ſeparavit libro octavo. TURNEB. Lege quæ de hoc argumento præclara ſcripſit Hermogenes lib. II. *περὶ ἰδεῶν, de dicendi formis* cap. 9. *περὶ δεινότητος*, quæ eſt prudentia & ſolertia τοῦ bene, apte, decenter utendi omnibus & ſingulis orationum formis. CAPPER.

1. *Quartam.*] Cicero III. *de Orat.* 10.

2. *Alias alii.*] *Alius* legendum, non *alias*. REGIUS. *Alia*; Voſſ. prim. tert.

3. *Non modo non illuſtrabit.*] *Non modo illuſtrabit*: Voſſ. prim. tert. & certe ſæpe, *non modo*, pro *non modo non*, dici a veteribus obſervarunt viri docti. Vide Manut. ad Ciceron. I. ad fam. 9. Muret. X. Var. lect. 7. Boſ. ad Ciceron. IV. ad Att. 2. & 14. Gronov. ad Liv. XXV. 26. Græv. ad Ciceron. pro Quinct. 4. & Comment. ad Juſtin. II. I. & in hoc ipſo capite mox: *in quibus non ſolum cantare, ſed ne argumentari quidem decet*: ubi etiam alterum *non* intruſerunt. BURMAN.

4. *Sed etiam deſtruet.*] *Sed &*; Locat. Ald. Colin. Vidor.

5. *Et ſignificantia.*] Græci dicerent *ἐμφατικὰ* id eſt, quæ peculiarem quamdam ſignificandi vim &, ut vulgo aiunt, *energiam* habeant. CAPPER.

6. *Nec habitus triumphalis.*] Mulieres habent inſtitas & ſtolas longas, quæ ſunt talares: at triumphantes utuntur trabea, veſte picta, & toga palmata. TURNEB.

7. *Hunc locum Cicero.*] Excuſat Ciceronem Fabius, qui breviter hanc partem tractaverit; ſcribebat enim ad doctos & peritos: itaque potius opus erât admonitione, quam præceptione. Fabius autem inſtituit diſcentes & rudes. TURNEB. Vide Cicer. III. *de Orat.* 55.

8. *In Oratore.*] Capp. 21. 22. 35. & alibi.

9. *Nec fere pluribus in oratione eadem.*] Licet ita legatur in exemplaribus, auſim tamen affirmare, non *in oratione*, ſed *in Oratore* legendum: id quod facile ex iis, quæ ſequuntur, *Et hîc Cicero Brutum alloquens, &c.* apparet: in *Oratore* autem Brutum alloquitur Cicero. REGIUS. *Oratione*; Voſſ. tert.

10. *Partem hanc.*] *Partem oratoris hanc*; Voſſ. tert.

11. *Tracteturque a philoſophis latius.*] Hoc ideo ait, quia huic parti ſubjicitur *decorum*, de quo philoſophi in *Officiis* tractare ſolent copioſiſſime. TURNEB.

que a philoſophis latius. Nos inſtitutionem profeſſi, non ſolum [12] ſcientibus iſta; ſed etiam diſcentibus tradimus: ideoque paulo pluribus verbis debet haberi venia. Quare notum [13] ſit nobis ante omnia, quid conciliando, docendo, [14] movendo judici conveniat; quid quaque parte orationis petamus. [15] Ita neque vetera, aut tranſlata, aut ficta verba [16] in incipiendo, narrando, argumentando [17] tractabimus; [18] neque decurrentes contexto nitore circuitus, ubi dividenda erit *cauſſa*, & in partes ſuas [19] digerenda, neque humile atque quotidianum ſermonis genus, & compoſitione ipſa diſſolutum, *epilogis* dabimus; nec jocis lacrymas, [20] ubi opus erit miſeratione, ſiccabimus. [21] Nam ornatus omnis non tam ſua, quam rei, cui adhibetur, conditione conſtat: nec plus refert, quid dicas, quam quo loco. Sed totum hoc, *apte dicere*, non *elocutionis* tantum genere conſtat, [22] ſed eſt cum *inventione* commune. Nam ſi tantum habent etiam verba momentum, [23] quanto res ipſæ majus? Quarum quæ eſſet obſervatio, ſuis locis ſubinde ſubjecimus. Illud eſt [24] diligentius docendum, eum demum dicere apte, qui, non ſolum quid expediat, [25] ſed etiam quid deceat, inſpexerit. Nec me fugit, plerumque hæc eſſe conjuncta. [26] Nam quod decet, fere prodeſt: neque alio magis animi judicum conciliati, aut, ſi res in contrarium tulit, alienari ſolent. Aliquando tamen & hæc diſſentiunt. Quoties autem pugnabunt, ipſam [27] utilitatem vincet quod decet. Nam quis neſcit, nihil magis profuturum ad abſolutionem Socrati fuiſſe, quam ſi eſſet uſus illo *judiciali* genere defenſionis, & oratione ſummiſſa conciliaſſet judicum animos ſibi, crimenque ipſum ſolicite redarguiſſet? Verum id eum minime decebat: ideoque ſic egit, [28] ut qui pœnam ſuam honoribus ſummis eſſet æſtimaturus. [29] Maluit enim vir ſapientiſſimus, quod ſupereſſet ex vita, ſibi perire, quam quod præteriiſſet. Et quando ab hominibus ſui temporis parum intelligebatur, poſterorum ſe judiciis reſervavit, brevi detrimento jam ultimæ ſenectutis ævum ſeculorum omnium conſecutus. Itaque quamvis Lyſias, [30] qui tum in dicendo præſtantiſſimus habebatur, defenſionem illi ſcriptam [31] attuliſſet, [32] uti ea noluit; [33] cum bonam quidem, ſed parum ſibi convenientem, judicaſſet. Quo vel ſolo patet, non perſuadendi, [34] ſed bene dicendi finem in Oratore ſervandum;

12. *Scientibus ita.*] *S* litera adſcripta, *iſta* legendum eſt. REGIUS.

13. *Sit nobis.*] *Nobis* non habet V. C. Alm.

14. *Monendo judici.*] *N* litera in *v* converſa, *movendo* legendum eſt. REGIUS.

15. *Ita neque vetera.*] Quando judicem nobis conciliamus, aut docemus, ut in narratione & argumentatione, veteribus verbis, audacter tranſlatis, aut fictis eſt ſuperſedendum. Hæc autem locum habent in *amplificationibus* & *locis communibus*: in *epilogis* etiam apte uſurpantur. TURNEB. *Nec vetera, nec tranſlata*; edit. Obrecht.

16. *In incipiendo.*] *In* non agnoſcunt Locat. Ald. Vaſc. Steph. Colin. Vidov. Baſil. Gryph.

17. *Tractabimus.*] Non concoquit hanc vocem Rollinus, quam, ſi non pro *uſurpabimus* licet explicare, mallet *aptabimus*: ſed eleganter Quinctilianus more ſuo *tractabimus verba*, dicit, pro ſummo ſtudio & anxio examine, ſingula excutiemus, ut, quod cuique parti conveniat, eligamus. Ita lib. x. cap. 1. *Non enim ſcripta, lectione ſecura tranſcurrimus; ſed tractamus ſingula, & neceſſario introſpicimus, &c.* & ita Ciceronem locutum ad lib. VII. cap. 1. notavimus: ubi plura de hac voce: deducta eſt *tranſlatio* ab illis, qui materiam ſequacem, ut ceram, lutum, &c. tractant, & in formas, quas volunt, ducunt; ut *tractare ceram*, Ovid. II. Art. 49. & VIII. Metam. 196. extendit vero hoc verbum vim ſuam etiam ad ſequens *decurrentes circuitus*, qui tractari non nimis artificioſe debent in diviſionibus & partitionibus. BURMAN.

18. *Neque decurrentes.*] In editionib. Vaſcoſ. Stephan. Lugduno-Batav.. Rollin. &c. legitur *decurrentis*: ſed recte Burmannus *decurrentes* edendum curavit, pro ut legendum eſſe Rollinus jam præmonuerat: Nam *decurrentes circuitus* dicuntur αἱ περίοδοι, periodi oratoriæ. CAPPER.

19. *Digerenda.*] *Dirigenda*; MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Andr. Vidov. marg. Baſil. vide ad lib. II. 6. & x. 4. BURMAN.

20. *Ubi opus erit.*] Aliquid verborum hic deeſſe videtur. Forſitan autem *nec* particula iterum eſt adſcribenda, ut legatur: *nec, ubi opus erit miſeratione, ſiccabimus*. REGIUS.

21. *Nam ornatus omnis.*] Ornatus non tam expenditur ex ſe, quam ex relatione: itaque numeroſa compoſitio, quæ videtur ex ſe ornata, in tenui dicendi genere inornata eſt, quia non eſt apta. TURNEB.

22. *Sed eſt cum invent.*] Ut ſi in *cauſſa* tenui utaris graviſſimo loco communi, de majeſtate populi Romani, aut res afferas grandiores, quam poſtulet *cauſſa*. TURNEB. *Commune* non habet V. C. Alm.

23. *Quanto res ipſa magis.*] *Ipſæ* plurium numero legendum eſt, & *majus* loco *magis* reponendum mihi videtur, ut intelligamus res ipſas multo majus habere momentum, quam verba. REGIUS. *Magis*; Voſſ. omn. Bern. Locatel.

24. *Diligentius dicendum.*] *I* vocali in *o* converſa, *docendum* a quibuſdam recte legitur. REGIUS.

25. *Sed etiam quid deceat.*] Hoc tamen *decorum* proprie non intelligitur de philoſophico, quanquam de eo quoque, ſed potius de *decoro* poëtico: id autem eſt, cum accommodatur oratio rebus & perſonis. TURNEB.

26. *Nam quod deceat.*] *Decet* legendum eſt. REGIUS. *Deceat*; Voſſ. omnes.

27. *Utilitatem vincet.*] *Vincat* malebat Francius.

28. *Ut qui pœnam ſuam.*] Nam, ut ait Cicero (I. *de Orat.* 64.) ſic *cauſſam* egit Socrates, ut non ſupplex aut reus, ſed magiſter & dominus judicum videretur: quin etiam dixit ſe meruiſſe, ut publice in Prytaneo aleretur. TURNEB. Athenis mos erat, ſi fraus capitalis non eſſet, ut damnati rei interrogarentur quam pœnam & quam quaſi æſtimationem commeruiſſe ſe maxime confiterentur. Reſpondit autem Socrates ſe meruiſſe, ut publice aleretur in Prytaneo: qui honos apud Græcos maximus habebatur. ROLLIN.

29. *Maluit enim ſapientiſſimus, quod ſupereſſet ex vita ſibi aperire.*] Sic quidem in exemplaribus legitur; ſed *vir* mihi adſcribendum videtur, & *a* litera eraſa, *perire* legendum, hoc modo: *maluit enim vir ſapientiſſimus, quod ſupereſſet ex vita, ſibi perire*. REGIUS.

30. *Qui tum in dicendo.*] *Qui unus tum*; marg. Baſil. & Gryph. neque ineleganter. Cicero IV. ad fam. 8. *Neque monere te audeo præſtanti prudentia virum, nec confirmare maximi animi hominem, unumque fortiſſimum*; ut ibi Codices optimi pro Scauro: *Tubulum unum ex omni memoria ſceleratiſſimum*: & ita paſſim ille; ut & Virgil. II. Æneid 426. *Juſtiſſimus unus*: ſic & *unus omnium*, de quo vide ad lib. VI. 3. BURMAN.

31. *Attuliſſet.*] *Obtuliſſet*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Vidov. Colin. Gryph. Baſil.

32. *Uti ea noluit.*] Sic enim Socrates reſpondit Lyſiæ: *Quemadmodum, ſi calceos Sicyonios mihi afferres, quia muliebres eſſent, illis non uterer*; ſic oratione tua non utar, quia parum decora mihi foret. TURNEB.

33. *Cum bonam.*] *Cum eam bonam*; Ald.

34. *Sed bene dicendi.*] Vide lib. II. cap. 15.

dum; cum interim perſuadere deforme ſit. Non fuit hoc utile abſolutioni; ſed (quod eſt majus) homini fuit. [35] Et nos ſecundum communem potius loquendi conſuetudinem, quam ipſam veritatis regulam, diviſione hac utimur, ut ab eo, quod deceat, utilitatem ſeparemus. Niſi forte [36] prior ille Africanus, qui patria cedere, quam cum tribuno plebis humillimo contendere [37] de innocentia ſua maluit, inutiliter ſibi videtur conſuluiſſe; aut P. [38] Rutilius, vel quum illo pene Socratico genere defenſionis eſt uſus, [39] vel quum, revocante eum P. Sylla, manere in exilio maluit, [40] quid ſibi maxime conduceret, neſciebat. [41] Hi vero parva illa, quæ abjectiſſimus quiſque animus utilia credit, ſi cum virtute conferantur, deſpicienda judicaverunt: ideoque perpetua ſeculorum admiratione celebrantur. Neque nos ſimus tam humiles, ut, quæ laudamus, inutilia credamus. Sed hoc qualecumque diſcrimen raro admodum [42] evenit. [43] Cæterum idem fere (ut dixi) in omni genere cauſſarum & proderit, & decebit. [44] Eſt autem quod omnes & ſemper & ubique [45] ſuadere ac dicere honeſte, facereque deceat; contraque neminem ullo unquam [46] in loco turpiter. [47] Minora vero, quæque ſunt ex mediis, plerumque ſunt talia, ut aliis ſint [48] concedenda, aliis non ſint, aut pro perſona, tempore, loco, cauſſa magis ac minus vel [49] excuſanda debeant videri, vel reprehendenda. Cum dicamus autem de rebus aut alienis, aut noſtris, dividenda ratio eſt eorum, dum ſciamus pleraque neutro loco convenire. In primis igitur omnis ſui vitioſa jactatio eſt, eloquentiæ tamen in Oratore præcipue: affertque audientibus non faſtidium modo, ſed plerumque [50] etiam odium. [51] Habet enim mens noſtra natura ſublime quiddam & erectum, & impatiens ſuperioris. Ideoque abjectos, aut ſummittentes ſe, libenter allevamus, quia hoc facere tanquam majores videmur: &, quoties diſceſſit æmulatio, ſuccedit humanitas. At qui ſe ſupra modum extollit, premere ac deſpicere creditur, nec tam ſe majorem, quam minores cæteros facere. Inde invident humiliores, ([52] nam hoc vitium eſt eorum, [53] qui nec cedere volunt, nec poſſunt contendere) rident ſuperiores, [54] improbant boni. Plerumque vero deprehendas arrogantium [55] fallacem [56] de ſe opinionem: ſed [57] in his veri quoque ſufficit conſcientia. [58] Reprehenſus eſt

35. *Et nos ſecundum communem.*] Nam ſecundum Stoïcos, cum omne decorum ſit honeſtum, omneque honeſtum utile, omne decorum eſt utile: hoc autem de *decoro* eſt intelligendum. TURNEB. *Etiam nos*; Locat. omittit particulam Ald.

36. *Prior ille Africanus.*] Scipio Africanus a Petilio Aleo Tribun. pleb. vel (ut alii dicunt) a Nævio in jus eſt vocatus, atque accuſatus, quod pecunia victo Antiocho parta populum Romanum fraudaſſet: quamobrem Linternum ſeceſſit, ubi periit. TURNEB.

37. *De Innocentia.*] *De* non habent Voſſ. omn.

38. *Rutilius.*] Vide de hoc Rutilio Ciceron. I. *de Orat.* 53. Val. Max. VI. 4. ALMEL.

39. *Vel quum.*] *Vel* deeſt in V. C. Alm. *cum* vero Voſſ. prim.

40. *Quod ſibi maxime.*] *Quid* legendum eſt. REGIUS.

41. *Hi vero parva illa.*] Optimi illi viri non ſepararunt *decorum* ab utili: & vulgarem utilitatem, quæ a virtute abeſt, contempſerunt. TURNEB.

42. *Evenit.*] *Eveniet*; Voſſ. tert. Ald. *eveniret*; Voſſ. ſecund.

43. *Cæterum.*] Deeſt hæc vox in Voſſ. prim.

44. *Eſt autem.*] Quæ cum *recto* atque virtute conjuncta ſunt, illa ſemper ſunt *decora*, & contraria *indecora*: at quæ pendent ex mediis officiis aut rebus indifferentibus, pro ratione circumſtantiæ nunc ſunt *decora*, nunc *indecora*; ut verba Therſitæ adverſus Agamemnonem ridentur; eadem ſi dicerentur a Diomede, non riderentur: ita perſona *decorum* fecit & *indecorum*. TURNEB.

45. *Perſuadere ac dicere honeſte, contra quem neminem.*] Si *que*, m litera craſa, ſcribatur, ut ſit copula, nimirum hic ſenſus videri poterit abſolutus; tametſi in quibuſdam exemplaribus *honeſteque facere* adſcripta ſint: in aliis autem etiam *deceat*, hoc modo: *ac dicere honeſte honeſteque facere deceat.* REGIUS. *Suadere*; Voſſ. prim. Vaſcoſ. Steph. Leid. Oxon. Obrecht. *ubique facere ac dicere honeſte deceat*; V. C. Alm. *dicere honeſte contraque*; Voſſ. ſec. Locat. *dicere honeſte, honeſteque facere deceat*; Ald. Colin. Vidov. Baſil. Gryph.

46. *In loco.*] *In* deeſt in Voſſ. I.

47. *Minora vero quæque ſunt ex mediis plura ſunt talia.*] *Que* copula eradatur, ut *quæ* ſolum legatur, & *plerumque*, non *plura*, ſcribatur. REGIUS. *Minora vero, quæque ſunt ex mediis, plerumque ſunt talia, ut*, &c. MS. Bodleianus, atque editi quique meliores. *Quæque*; Alm. Voſſ. omnes Locat. Steph. Gryph. Baſil. Leid. Oxon. Obrecht. *plura ſunt*; Voſſ. ſec. Lugduno-Batav. Locat. Bern. marg. Baſil. quod defendit Aſcenſius.

48. *Concedenda.*] *Contemnenda*; V. C. Alm.

49. *Excuſanda.*] *Excuſata*; MSS. Alm. Colb. Voſſ. omn. Locat. Ald. Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. in cod. Bern. *Magis vel minus excuſata debeant videri.*

50. *Etiam odium.*] Quinct. I. 6. *Sed opus eſt modo, ut neque crebra ſint hæc, neque manifeſta, quia nihil eſt odioſius affectatione.* ALMEL.

51. *Habet enim mens noſtra.*] Cum quiſpiam ſe commendat & extollit, id ita auditor accipit, quaſi id dictum ſit in ſui contemptum, atque ægerrime fert ſuperiorem eſſe oratorem: ac vere ſui commendatio eſt alterius depreſſio. TURNEB.

52. *Nam hoc vitium eſt eorum.*] Τὸ *nam*, quod deerat in editionib. Lugduno-Batav. & Burmann. reſtitui ex antiquis editionib. Vaſcoſ. Steph. &c. CAPPER.

53. *Qui nec credere.*] R litera craſa, *cedere* emendare in quibuſdam legitur exemplaribus. REGIUS. *Credere*; Voſſ. ſecund.

54. *Improbant bonis.*] *S* litera expuncta, *boni* legendum eſt. REGIUS. *Boni*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Obrecht. Rollin. *bonos* reliqui fere omnes: forte trajecta hic ſunt verba, & ita conſtituenda: *facere hoc vitium eſt eorum, qui nec cedere volunt, nec poſſunt contendere. Inde invident humiliores, rident ſuperiores, improbant boni.* BURMAN. A quo factam verborum trajectionem probare non poſſum; nam *qui ſe ſupra modum extollit*, &c. non tantum *poteſt contendere*, ſed etiam contendit: immo victoriam ſibi tribuit: quam vero *parentheſin* adjeci, ea totam, opinor, periodum illuſtrat. CAPPER.

55. *Fallacem.*] *Falſam*; MS. Bodl. Andr. Ald. Vidov.

56. *De ſe opinionem.*] *De ſe* abeſt a Voſſ. omn.

57. *In his veri quoque.*] *In his veris*; Voſſ. prim. tert. *in veris*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht. ſenſus eſt: alii vera ſibi attribuunt, nec minus ideo ſunt arrogantes; quia vere quidem, ſed præclare nimis de ſe ipſi ſentiunt; ad arrogantiam quippe ſufficit ut ſibi quis ipſi nimium ſit conſcius ſuæ in dicendo ſolertiæ. ROLLIN.

58. *Reprehenſus eſt in hac.*] Plutarch. etiam in comparatione Demoſthenis & Ciceronis, Ciceronem vituperat præſertim hoc nomine, *quod nimius ſit jactator*: a quo vi-

in hac parte non mediocriter Cicero, quanquam is quidem rerum a ſe geſtarum major, quam eloquentiæ, fuit in orationibus utique jactator. At plerumque illud quoque non ſine aliqua [59] ratione fecit. Aut enim tuebatur eos, quibus erat uſus adjutoribus in [60] opprimenda conjuratione; aut reſpondebat invidiæ: cui tamen non fuit par, ſervatæ patriæ pœnam paſſus exſilium: ([61] ut illorum, quæ egerat [62] in conſulatu, frequens commemoratio poſſit videri non gloriæ magis, quam defenſioni, data. Eloquentiam quidem cum pleniſſimam diverſæ partis advocatis concederet, ſibi nunquam in agendo immodice arrogavit. Illius ſunt enim: [63] *Si quid eſt in me ingenii, judices, quod ſentio quam ſit exiguum*; &: [64] *Nam quo minus ingenio poſſum, ſubſidium mihi diligentia comparavi.* Quinetiam contra Q. Cæcilium de accuſatore in Verrem conſtituendo, quamvis multum eſſet in hoc quoque momenti, uter ad agendum magis idoneus veniret, dicendi tamen facultatem magis illi detraxit, quam arrogavit ſibi; *ſeque non conſequutum, ſed omnia feciſſe, ut poſſet eam conſequi*, dixit. In epiſtolis aliquando familiariter apud amicos, nonnunquam in dialogis, aliena tamen perſona, verum de eloquentia ſua dicit. [65] Et aperte tamen gloriari, [66] neſcio an ſit magis tolerabile vel ipſa [67] vitii hujus ſimplicitate, [68] quam illa jactatione perverſa, ſi abundans opibus [69] pauperem ſe, nobilis obſcurum, & potens infirmum, [70] & diſertus imperitum plane & infantem vocet. Ambitioſiſſimum gloriandi genus eſt etiam deridere. Ab aliis ergo laudemur. [71] Nam ipſos, ut Demoſthenes ait, *erubeſcere, etiam cum ab aliis* [72] *laudabimur, decet.* Neque hoc dico, non aliquando de rebus a ſe geſtis oratori eſſe dicendum, ſicut eidem Demoſtheni pro Cteſiphonte: quod tamen ita emendavit, ut neceſſitatem id faciendi oſtenderet, invidiamque omnem [73] in eum regereret, [74] qui hoc ſe coëgiſſet. [75] Et M. Tullius ſæpe dicit de oppreſſa conjuratione Catilinæ: ſed modo id virtuti Senatus, modo providentiæ Deorum immortalium aſſignat. Plerumque contra inimicos atque obtrectatores plus vindicat ſibi. [76] Erant enim tuenda, cum objicerentur. In carminibus utinam peperciſſet, quæ non deſierunt carpere maligni:

[77] Cedant arma [78] togæ, concedat laurea linguæ.

&:

O fortunatam natam me conſule Romam.

[79] &: *Jovem illum,* [80] *a quo in concilium deorum advocatur*; &: *Minervam, quæ omnes eum artes edocuit*: quæ ſibi ille, ſecutus quædam Græcorum exempla, permiſerat. Verum eloquentiæ ut indecora jactatio, [81] ſic nonnumquam concedenda fiducia eſt.

tio procul ſane abeſt Demoſthenes. Ciceronem tamen Fabius excuſat. TURNEB.

59. *Ratione fecit.*] *Facit*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. *fecit ratione*; Obrecht.

60. *Opprimenda conjuratione aut reſpondebat.*] Forte *in opprimenda conjuratione, aut reponebat invidiæ*; ut quidam illud Juvenalis Satir. 1. *numquamne reponam* exponunt. BURMAN.

61. *Ut illorum.*] *Ut aliorum*; Voſſ. prim.

62. *In conſulatu.*] *Conſulatu*; Voſſ. prim. tert. *conſul*; Voſſ. ſec.

63. *Si quid eſt.*] Eſt initium orationis pro Archia.

64. *Nam quo.*] *Quia ingenio*; Voſſ. ſec. *nam quod*; Voſſ. prim. *& quod ingenio*; Voſſ. tert. Bern. *nam* deeſt in V. C. Alm. eſt ex oratione pro Quinct. cap. 1. ubi & *nam quod* quoſdam legere Lambinus notavit: deinde legitur *ſubſidio mihi diligentiam comparavi*; ut etiam expreſſerunt Ald. Colin. Vidov. Baſil. Gryph.

65. *Et aperte tamen.*] Nonnulli diſſimulatione quadam ſe laudant, quæ res multo eſt intolerabilior, propter *hypocriſin*, quam aperta ſui laudatio. TURNEB. Vide Caſaub. ad Theoph. Caract. περὶ εἰρωνείας, pag. 171.

66. *Neſcio an ſit.*] Pro *τις eſt fortaſſe*; nam exprimitur modeſtus affirmandi modus. CAPPER.

67. *Vitii hujus.*] *Ipſa illa vitiis hujus*; Ald. Vidov.

68. *Quam illa jactatione perverſa.*] Mallet Rollinus *jactatio*, vel hæc verba delere, ſi *neget* ſit retinendum: forte *q. i. j. perverſa uti.*

69. *Pauperem ſe neget.*] *Neget* non habent V. C. Alm. Vaſc. Steph. quibus lubens acceſſi. CAPPER.

70. *Et diſertus.*] Ita MSS. Alm. Voſſ. ſec. tert. Ald. Vidov. *quam ſi ſe diſertus*; Vaſcoſ. Steph. *& ſi diſertus*; Colin. *quam ſi diſertus*; marg. Vaſcoſ. Steph. & edition. Lugduno-Batav. Burmann. quibus hac quidem in parte auſcultandum eſſe non exiſtimavi. CAPPER.

71. *Nam ipſos.*] *Nam & ipſos*; Voſſ. prim. *ipſos*, pro *nos ipſos*. Vide ad lib. VII. cap. 2.

72. *Laudabimur.*] *Laudamur*; Obrecht.

73. *In eum regeret, qui hoc ſe cogi eſſet.*] Depravatus a librariis hic locus, ſic eſt emendandus, ut *regeret* & *coëgiſſet* legamus. REGIUS. *Regeret*; Voſſ. ſec. *qui hoc ſe coëgi eſſet*; Locat. *qui hoc ſe coëgiſſet eloqui*; Obrecht. ſed omnes fruſtra; elegantiſſimam enim eſſe vulgatam lectionem, quam Regius vindicavit, facile perſuadebit ſummi Gronovii ad Liv. IV. 26. obſervatio, Sigonium, exquiſitius loquendi genus tentantem, arguentis. BURMAN.

74. *Qui hoc ſe coëgiſſet.*] Nam accuſaverat Cteſiphontem Æſchines, quod Demoſthenem coronaſſet, virum probum. Ita Demoſtheni Cteſiphontis defenſori dicendum fuit de rebus, quas geſſiſſet, ut innocentiam ſuam oſtenderet. TURNEB.

75. *Et M. Tullius.*] *Sed & M. Tullius*; Obrecht.

76. *Erant enim tuenda quum objicerentur.*] Nam objiciebatur Ciceroni, quod contra legem Porciam de conjuratis ultimum ſupplicium ſumpſiſſet: qua de cauſſa miſſus quoque eſt in exilium. TURNEB.

77. *Cedant arma togæ.*] Cicero carmine ſcripſerat tres libros de temporibus ſuis, ut ſcribit in epiſtola quadam ad Lentulum: ſolebat quoque gloriari, & appellare diem oppreſſæ conjurationis, *natalem Urbis.* TURNEB.

78. *Togæ.*] Pro *linguæ*, *laudi* legitur in orat. in Piſon. cap. 30. ſed emendavit jam Victor. (vid. Var. Lect. 24.) & poſt eum alii: *laudi* tamen tuetur Grævius, & ad 1. *de Offic.* 22. Jac. Gronovius.

79. *Et Jovem illum.*] Hoc erat in libris temporum ſuorum, auctore Valla. Nam Cicero, libros tres de temporibus ſuis ſcripſiſſe ſe, epiſtola ad Lentulum ſcribit. PHILAND.

80. *A quo in concilium.*] *A quo concilium*; Voſſ. prim. tert. *in conſilium*; Locat.

81. *Sic nonnunquam.*] *Ita nonnunquam*; V. C. Alm.

Nam [82] quis reprehendat hæc? [83] *Quid putem? contemptumne me? Non video nec in vita, nec in gratia, nec in rebus geſtis, nec in hac mea mediocritate ingenii, quid deſpicere poſſit Antonius.* Et paulo poſt apertius: *An decertare mecum voluit contentione dicendi? Hoc quidem beneficium eſt. Quid enim plenius, quid uberius, quam mihi pro me, & contra Antonium dicere?* Arrogantes & illi, qui ſe judicaſſe de *cauſſa*, nec [84] aliter affuturos fuiſſe proponunt. Nam & inviti judices audiunt [85] præſumentem partes ſuas; nec hoc oratori contingere inter adverſarios, quod Pythagoræ inter [86] diſcipulos contigit, poteſt: *Ipſe dixit.* Sed iſtud magis minuſve vitioſum eſt pro perſonis dicentium. Defenditur enim aliquatenus ætate, dignitate, auctoritate: quæ tamen vix in ullo tanta fuerint, ut non hoc affirmationis genus temperandum ſit aliqua moderatione, ſicut omnia, in quibus patronus argumentum ex ſeipſo petet. Quod [87] fuiſſet tumidius, ſi criminis loco eſſe negaſſet Cicero, [88] Equitis Romani eſſe filium [89] ſe defendente: [90] at ille fecit hoc etiam favorabile, conjungendo cum judicibus dignitatem ſuam: *Equitis autem Romani eſſe filium, criminis loco poni ab accuſatoribus,* [91] *neque his judicantibus oportuit, neque defendentibus nobis.* Impudens, tumultuoſa, iracunda *actio*, omnibus indecora: ſed, ut quiſque ætate, dignitate, uſu præcedit, magis in ea [92] reprehendendus. Videas autem rixatores quoſdam neque judicum reverentia, neque agendi [93] more ac modo contineri. Ex [94] quo ipſo mentis habitu manifeſtum ſit, tam in ſuſcipiendis, quam in agendis *cauſſis* nihil penſi habere. [95] Profert enim mores plerumque oratio, & animi ſecreta detegit. [96] Nec ſine cauſſa Græci prodiderunt, *Ut vivat, quemque* [97] *etiam dicere.* Humiliora illa vitia, ſummiſſa adulatio, affectata ſcurrilitas, in rebus ac verbis parum modeſtis ac pudicis vilis pudor, in omni negotio neglecta auctoritas: quæ fere accidunt iis, qui nimium aut blandi eſſe, aut ridiculi volunt. [98] Ipſum etiam eloquentiæ genus alios aliud decet. Nam neque tam plenum, & erectum, & audax, & [99] præcultum ſenibus convenerit, quam preſſum, & [100] mite, & limatum, & quale intelligi vult Cicero, cum dicit, orationem ſuam cœpiſſe [101] *caneſcere*; ſicut veſtibus quoque non purpura coccoque fulgentibus illa ætas ſatis apta ſit. In juvenibus etiam uberiora paulo, & pene periclitantia feruntur. At in iiſdem ſiccum, & ſolicitum & contractum dicendi propoſitum, plerumque affectatione ipſa ſeveritatis inviſum eſt: quando etiam morum ſenilis auctoritas immatura in adoleſcentibus creditur. [102] Simpliciora militares decent. [103] Philoſophiam ex profeſſo (ut quidam faciunt) oſtentantibus, parum decori ſunt

82. *Quis reprehendat.*] *Quis reprehendatur*; V. C. Alm.

83. *Quid putem.*] Philip. II. num. 1.

84. *Aliter affuturos.*] *Aliter eam tuturos*; Obrecht. jam vero *adeſſe cauſſæ* idem ſignificat, quod eam tueri. CAPPER.

85. *Præſumentem partes ſuas.*] Eum, qui præſumat id, quod ad ipſorum officium pertinet CAPPER.

86. *Diſcipulos contigit.*] *Contigit* abeſt a C. Alm.

87. *Fuiſſet timidius.*] *Tumidius* mihi legendum videtur: hæc autem pro Cœlio ait Cicero cap. 2. REGIUS. *Timidius*; Voſſ. ſec.

88. *Equitis Romani eſſe filium.*] Nam Cicero (ut ſcribit Eutropius) natus eſt Arpini, matre Helvia, & patre Equite, ex regio Volſcorum genere oriundo. TURNEB.

89. *Se defendente.*] Cum ipſe Cicero *cauſſam* illam defenderet. CAPPER.

90. *At ille fecit.*] Particulam *at* ſuſtulit Rollinus; ſed, quo auctore, neſcio. In editionib. Lugduno-Batav. & Burmann. ante τὸ *at* erat punctum, quod in minorem diſtinctionis notam mutavi, τὴν τῶν Vaſcoſ. Steph. &c. interpunctionem fere ſecutus. CAPPER.

91. *Neque his judicantibus.*] *Neque vobis judicantibus*; MSS. Bodl. Alm. Andr. Ald.

92. *Reprehendendus.*] *Reprehendet*; Locat.

93. *More ac.*] Deſunt in V. C. Alm. ego retinenda tamen putem; ita enim Horat. IV. Od. 2.

Ego Apis Matinæ,
More modoque, &c.

& Cicero frequentiſſime. Vide pro *Muræn.* 34. pro *Cluent.* 35. II. Verr. II. de Univ. 1. & multis aliis locis. Terent. Andr. 1. 1.

Prope adeſt, cum alieno more vivendum eſt mihi.
Sine nunc meo me vivere interea modo.

Ex quibus colligo *more* eſſe aliquo exemplo & conſuetudine facere. Vide Serv. ad Virgil. VIII. 635. *modo* vero, legitimo fine, quem non egredi decet: ſæpe etiam *modo* & *ratione* facere Cicero dicit, & *recte & ordine*: quæ omnia eodem fere redeunt. BURMAN.

94. *Quo ipſo mentis habitu manifeſtum ſit tam in ſuſcipiendis, quam in agendis cauſſis nihil penſi habere.*] Ita Andreas, Aldus, editiones Vaſcoſani, Stephanique: ita etiam noſtra. *Ex quo ipſo mentis habitu*, aliæ. GIBSON. *Ex quo ipſo*; Voſſ. ſec. Locat. Vidov. Baſil. Gryph. *quo ipſo*; Bern.

95. *Profert.*] *Præ ſe fert*; marg. Baſil.

96. *Nec ſine cauſſa Græci.*] Proverbium eſt apud Græcos: *Qualis vita, talis oratio*: quo nimirum ſignificant, ab homine probo parem quoque proficiſci orationem, ab improbo improbam. TURNEB. Vide Eraſm. in *Qualis vir, talis oratio*, pag. 127. & Gilb. Cognat. pag. 650. BURMAN.

97. *Etiam dicere.*] *Ita dicere*; marg. Baſil.

98. *Ipſum etiam eloquentiæ.*] Oratio ætati eſt aptanda: ſenes autem remiſſi ſunt: quocirca eorum oratio debet eſſe tranquillior: juvenes autem ſunt fervidi: ſit igitur eorum oratio exultantior atque fervidior. TURNEB. *Ipſum autem*; Ald.

99. *Præcultum.*] *Perculium*; Obrecht. ego nihil contra omnes codices mutandum cenſeo, præcipue cum vox ſit proba & efficax; auget enim hic præpoſitio, ut in *præclarus*, *prædives*, &c. *conveniret* eſt in V. C. Alm. BURMAN.

100. *Mite & limatum.*] *Mite, elimatum*; Voſſ. prim. tert.

101. *Caneſcere.*] In *Bruto* cap. 2.

102. *Simpliciora.*] Nunc ab aliis perſonæ conditionibus petitur *decorum* orationis, ac in homine militari ſimplex eſſe debet & fortis oratio, nec admodum compta: hinc declarabitur locus Tranquilli, cap. 55. qui Cæſarem ait fuiſſe *eloquentia militari.* TURNEB. Sed ibi legendum eſſe *eloquentia militarique re*, præterquam quod viri docti oſtenderunt, ipſa Cæſaris eloquentia docet, qua, ſi voluiſſet ei ſoli vacaſſe, Ciceroni dubiam redditurus fuiſſet palmam. Vide lib. X. cap 1. BURMAN.

103. *Philoſophiam ex profeſſo.*] Oratores, qui philoſophiam ſectantur, qualis fuit Cato & Rutilius, affectibus uti non debent, nec item *proſopopæia* aut *apoſtrophe*: numeroſas etiam *periodos* non captabunt. TURNEB. *Ex proviſo*; Voſſ. tert.

pleriquc orationis ornatus, [104] maximeque ex affectibus, quos illi vitia dicunt. Verba quoque exquiſitiora, & compoſitio numeroſa tali propoſito diverſa. Non enim ſolum illa lætiora, qualia a Cicerone dicuntur, [105] *Saxa atque ſolitudines voci reſpondent*; ſed etiam illa, quanquam plena ſanguinis, [106] *Vos enim jam, Albani tumuli atque luci, vos, inquam, imploro atque teſtor, voſque, Albanorum obrutæ aræ, ſacrorum populi Romani ſociæ & æquales*; non conveniant barbæ illi atque triſtitiæ. At [107] vir civilis, vereque ſapiens, qui ſe non otioſis diſputationibus, ſed adminiſtrationi [108] reipublicæ dediderit (a qua longiſſime iſti, qui philoſophi vocantur, receſſerunt) omnia, quæ ad efficiendum oratione, quod propoſuerit, valent, [109] libenter adhibebit; cum prius, [110] quod honeſtum ſit, efficere in animo ſuo conſtituerit. [111] Eſt quod principes deceat, aliis non conceſſeris. Imperatorum ac [112] triumphalium ſeparata eſt aliqua ex parte ratio eloquentiæ; ſicut Pompeius abunde diſertus rerum ſuarum narrator; & hic, qui bello civili ſe interfecit, Cato eloquens ſenator fuit. Idem dictum ſæpe in alio liberum, in alio furioſum, in alio ſuperbum eſt. Verba adverſus Agamemnonem [113] a Therſite habita ridentur: [114] da illa Diomedi, aliive [115] cui pari, magnum animum ferre præ ſe videbuntur. [116] *Ego te conſulem putem*, inquit L. Craſſus Philippo, *cum tu me non putes ſenatorem?* Vox honeſtiſſimæ libertatis, non tamen ferres quemcumque dicentem. [117] Negat ſe magni facere aliquis poëtarum, *utrum Cæſar ater, an albus homo ſit*; inſania: verte, ut idem Cæſar de illo dixerit, arrogantia eſt. Major in perſonis obſervatio eſt apud [118] comicos tragicoſque. Multis enim utuntur, & variis. Eadem & eorum, qui orationes aliis ſcribebant, fuit ratio, & declamantium eſt. Non enim ſemper ut advocati, ſed plerumque ut litigatores dicimus. Verum etiam in iis *cauſſis*, quibus advocamur, eadem differentia diligenter eſt cuſtodienda. Utimur enim fictione perſonarum, & velut ore alieno loquimur: dandique ſunt iis, quibus vocem accommodamus, ſui mores. Aliter enim P. Clodius, aliter Appius Cæcus, aliter [119] Cæcilianus ille, aliter Terentianus pater fingitur. Quid aſperius [120] lictore Verris? [121] *Ut adeas, tantum dabis.* Quid fortius illo, cujus inter ipſa [122] verberum ſupplicia una vox audiebatur, [123] *Civis Romanus ſum?* Quam dignæ [124] Milonis in *peroratione* ipſa voces eo viro, qui pro republica ſeditioſum civem toties compeſcuiſſet, quique inſidias virtute ſuperaſſet? Denique non modo quot in *cauſſa*, totidem in *proſopopœia* ſunt varietates: ſed hoc etiam plures, quod in his puerorum, feminarum, [125] populorum, [126] mutarum etiam rerum aſſimulamus affectus, quibus omnibus debetur ſuus decor. [127] Eadem in iis, pro quibus agemus, obſervanda ſunt. Aliter enim pro alio ſæpe dicendum eſt, ut [128] quiſque honeſtus, humilis, invidioſus, ſavorabilis erit, adjecta propoſitorum quoque & anteactæ vitæ differentia. Jucundiſſima vero in oratore humanitas, facilitas, moderatio, benevolentia. Sed illa quoque diverſa bonum

104. *Maximeque quos illi.*] *Maxime*; Voſſ. tert.

105. *Saxa.*] Pro *Arch.* 8.

106. *Vos enim.*] Pro *Milon.* 31.

107. *Vir civilis.*] Græcis ὁ πολιτικὸς ἀνὴρ, ὁ πολιτευόμενος, qui Reipublicæ adminiſtrandæ operam navat. CAPPER.

108. *Reipublicæ dediderit.*] Editio Lugdunenſis, *dederit*, contra fidem MS. Bodleiani, editorum Andreæ, Aldi, ac pene omnium. Noſtra etiam lectio, fortiori firmioreque animi propenſione ad aliquod ſtudium hominem impulſum ſignificat. GIBSON. *Dediderit*; omnes codices.

109. *Libenter adhibebit.*] Prior vox deeſt in Obrecht. edit.

110. *Quod honeſtum.*] *Quicquid*; Voſſ. tert.

111. *Eſt quod Princeps deceat.*] *Principes* legendum eſſe, ne admonitione quidem eſt dignum. REGIUS. *Quod principes deceat, aliis non conceſſeris.* Lectio, in qua nihil vitii facile reperiendum eſt. Neſcio tamen quo pacto locum *&* *eſt* plurimis codicibus occupavit *&c.* Nos, ſecuti editiones Aldi, Sichardi, Vaſcoſani, Stephanique, id quod rectiſſimum videretur, repoſuimus. GIBSON. *Et*; Vidov. Leid.

112. *Triumphalium.*] *Triumphantium*; Locat. Colon. Par. Gryph. Colin. Vidov.

113. *A Therſite.*] Therſites lib. II. Iliados objurgat Agamemnonem, quod injuria affecerit Achillem, ſuadetque Græcis, ut mittant Agamemnonem, & in patriam revertantur. TURNEB.

114. *At illa Diomedi.*] Loco illius *at*, *da* mihi verbum videtur reponendum hoc modo: *da illa.* REGIUS. *At illa*; Voſſ. ſec. Locat.

115. *Cui pari.*] *Cui par*; Voſſ. tert. Bern.

116. *Ego te.*] Cicero III. *de Orat.* I.

117. *Negat ſe magni facere.*] Significat Catullum, qui ſic in Cæſarem ſcripſit, carm. 92.

Nil nimium Cæſar ſtudeo tibi velle placere,
Nec ſcire, utrum ſis albus, an ater homo.

qui proverbialiter ſignificavit, ſe non magni facere, probus eſſet Cæſar, an improbus. TURNEB.

118. *Comicos.*] *Tragicos comœdoſque*; Voſſ. tert.

119. *Cæcilianus ille.*] *Ex Cæcilianus*; Voſſ. tert. forte *ſenex Cæcilianus ille*: quod inde veroſimilius, quia Cicero in libro *de Senectute* frequenter verſibus Cæcilianis utitur, in quibus ſenex de ſenectutis incommodis queritur. Vide cap. 8. BURMAN.

120. *Lictore.*] *Lictore* pro *litore* eſt legendum. REGIUS.

121. *Ut adeas.*] v. Verr. 45.

122. *Verborum.*] *Verberum* aperte eſt legendum loco *verborum.* REGIUS. *Verborum*; Voſſ. omn. Locat.

123. *Civis Romanus ſum.*] Idcirco miſer ille hanc vocem geminabat, quia lex Porcia vetabat, ne civis Romanus virgis cæderetur, aut ſecuri percuteretur. TURNEB. v. Verr. 63.

124. *Milonis.*] Pro *Milon.* cap. 34.

125. *Populorum.*] *Pupillorum.*; Ald. Baſil. Gryph.

126. *Multarum etiam rerum.*] *L* litera expuncta, *mutarum* eſt legendum. REGIUS. *Multarum*; V. C. Alm. Bernenſ.

127. *Eadem in iis.*] *Decorum* a perſona tripliciter petitur, a perſona dicentis, a perſona pro qua dicit, & ad quam dicit. TURNEB.

128. *Quiſquis honeſtus.*] *Quiſque* legendum eſt. REGIUS. *Quiſquis*; Locat. Ald.

virum decent, malos odiſſe, [129] publica vice commoveri, ultum ire ſcelera & injurias: [130] & omnia, [131] ut initio dixi, honeſta. Nec tantum, quis & pro quo, ſed etiam apud quem dicas, intereſt. Facit enim & fortuna diſcrimen & poteſtas: nec eadem apud principem, [132] magiſtratum, ſenatorem, [133] privatum, tamen liberum, ratio eſt: nec eodem ſono publica judicia, & arbitrorum diſceptationes aguntur. Nam, ut orantem pro capite ſolicitudo deceat & cura, & omnes ad amplificandam orationem quaſi machinæ; ita in parvis rebus [134] judiciiſque vana ſint eadem, rideaturque merito, qui apud diſceptatorem de re leviſſima [135] ſedens dicturus, utatur illa Ciceronis confeſſione, [136] *Non modo ſe animo commoveri, ſed etiam corpore ipſo perhorreſcere.* Quis vero neſciat, [137] quin aliud dicendi genus poſcat gravitas ſenatoria, aliud aura popularis? cum etiam ſingulis judicantibus, non idem apud graves viros, quod leviores; non idem apud eruditum, quod militarem, ac ruſticum deceat; ſitque nonnunquam ſummittenda & contrahenda oratio; ne judex eam vel intelligere vel capere non poſſit. Tempus quoque ac locus egent obſervatione propria. Nam & tempus tum lætum, tum triſte, [138] tum liberum, tum anguſtum eſt. [139] Atque ad hæc omnia componendus orator. Et [140] loco publico, privatone; celebri, an ſecreto; aliena civitate, an tua; in caſtris denique, an foro dicas, intereſt plurimum: ac ſuam quidque formam, & proprium quemdam modum eloquentiæ poſcit; cum etiam in cæteris actibus vitæ non idem in foro, curia, campo, theatro, domi, facere conveniat; & pleraque, quæ natura non ſunt reprehendenda, atque ideo interim ſunt neceſſaria, alibi quam mos permiſerit, turpia habeantur. [141] Illud jam diximus, quanto plus nitoris & cultus *demonſtrativæ* materiæ, ut ad delectationem audientium compoſitæ, quam [142] quæ ſunt in actu & contentione, *ſuaſoriæ judicialeſque* permittant. Hoc adhuc adjiciendum, aliquas etiam, quæ ſunt egregiæ dicendi virtutes, quo minus deceant, effici conditione *cauſſarum.* An quiſquam tulerit reum in diſcrimine capitis, præcipue qui apud victorem [143] & principem pro ſe ipſe dicat, frequenti [144] *tranſlatione*, [145] fictis ac repetitis ex vetuſtate verbis, *compoſitione*, quæ ſit maxime a vulgari uſu remota, decurrentibus *periodis*, quam [146] lætiſſimis locis ſententiiſque dicentem? Non perdant hæc omnia neceſſarium [147] periclitanti ſolicitudinis colorem, petendumque etiam innocentibus miſericordiæ auxilium? [148] Commoveaturne quiſquam ejus fortuna, quem tumidum, ac ſui jactantem, & ambitioſum [149] inſtitorem eloquentiæ in ancipiti ſorte videat? Non: immo oderit reum verba aucupantem, & anxium de fama ingenii, & cui eſſe diſerto vacet. [150] Quod mire M. Cœlius in defenſione *cauſſæ*, qua reus de vi fuit, comprehendiſſe mihi videtur:

129. *Publica vice commoveri.*] Hoc eſt, quod vulgo dicunt, *Reipublicæ zelo tangi*, affici, &c. CAPPER.

130. *Et omnia.*] *Et* deeſt in Locat.

131. *Ut initio.*] *Ut in initio*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Vidov.

132. *Magiſtrum.*] *Magiſtratum* aperte legendum eſſe conſtat. REGIUS.

133. *Privatum tamen liberum.*] Editio Lugdunenſis, *tantum liberum.* Lectio noſtra pendet ex auctoritate editionum optimarum, Aldinæ, Sichardinæ, Pariſienſis, Vaſcoſani, & Stephani. GIBSON. Ita & Locat. Gryph. Colin. Vidov. *tantum*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Bern. marg. Baſil. *Privatum tantum liberum.*] Ut *Recuperatores privati* judicabant, neque tamen judicium eorum liberum eſt, ſed legibus aſtrictum: quocirca videtur intelligere eos arbitros, qui ex bona fide judicant, non legis rigore. TURNEB. Minime hic de *Recuperatoribus* agit, ſed de quolibet *privato*, dummodo ſit liber; alia eſt enim ratio apud ſervos & etiam libertinos. BURMAN.

134. *Judicibuſque.*] *Judiciiſque* legendum videtur. REGIUS. *Judicibuſque*; Voſſ. tert.

135. *Sedens dicturus.*] Orator in publicis judiciis ſtans dicebat. Unde apud Cicer. legitur: *ſurrexi ad dicendum.* At in privatis, ut apud arbitros, ſedens dicebat. TURNEB.

136. *Non modo ſe.*] *Divinat.* 13. *ubi corpore toto* legitur.

137. *Quin aliud dicendi.*] *Quanto aliud*; Voſſ. ſec. Obrecht. marg. Baſil.

138. *Tum liberum, tum anguſtum eſt.*] Interdum oratoribus libera dicendi tempora permittebantur, ut, quot horis vellent, *cauſſam* perorarent: nonnunquam illis dabantur clepſydræ, quibus tempus dicendi præfiniebatur: auctor Plinius lib. VI. epiſt. Cicero quoque conqueritur ſibi duntaxat datam eſſe ſemihoram ad perorandam *cauſſam* Rabirii. TURNEB.

139. *Atque.*] *Atqui*; Vaſcoſ. Steph. Colin. Vidov. Baſil. Gryph.

140. *Loco publico, privatone.*] *Ne* conjunctione expuncta, *an* particula videtur adſcribenda, ut legatur: *publico an privato.* REGIUS. *Privatoque*; Voſſ. ſecund. obſecutus eſt Raphaëli Aldus: ſed nulla cauſſa eſt mutandæ veteris lectionis. Ita Ovidius Epiſt. XII. 149.

Cum minor e pueris, juſſus, ſtudione videndi,
Conſtitit, &c.

ut ibi legendum puto; & ita ſæpe *an* priori loco omitti vidimus ſupr. ad lib. VII. I. BURMAN.

141. *Illud jam diximus*] Eſt etiam *decorum* petendum a genere *cauſſæ* & materiæ: ſed hac de re ſatis eſt locutus in cap. de ornatu lib. VIII. cap. 3. TURNEB.

142. *Quæ ſunt in actu & contentione.*] Αἱ πραγματικαί τε καὶ ἀγωνιστικαὶ ὑποθέσεις, vel οἱ ἀγῶνες, ut Græci dicerent. CAPPER.

143. *Et principem.*] *Et principalem*; V. C. Alm.

144. *Tranſlatione.*] Μεταφορᾷ, *metaphora*, vel *metaphorica* & *tropica* locutione. CAPPER.

145. *Fictis ac repetitis.*] *Fictis aut repetitis*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Colin. Vidov. *& repetitis*; Baſil.

146. *Lætiſſimis locis.*] *Jocis*; Andr. Ven. Locat. Baſil. Gryph. Vidov. qui & in marg. *lectiſſimis*; & Aſcenſ. *lectiſſimis locis* conjecerat.

147. *Periculi tanti.*] Loco illorum genitivorum, hoc participium *periclitanti* contenderim eſſe reponendum. REGIUS. *Periculi tanti*; Locat.

148. *Commoveaturne.*] *Moveaturne*; Voſſ. omn. cod Colb.

149. *Inſtitorem.*] *Inſtitor* eloquentiæ eſt, qualem Cicero & Lucanus Curionem fuiſſe dicunt, qui linguam venalem habuiſſe & jactaſſe fertur. SICHARD. Vide lib. VIII. 3.

150. *Quod mire M. Cælius.*] Omittunt Voſſ. codd. MSS. prim. & tert.

Ne cui veſtrum, atque etiam omnium, qui ad rem agendam adſunt, [151] *mens aut vultus moleſtior, aut vox immoderatior aliqua, aut denique,* [152] *quod nimium eſt,* [153] *jactantior geſtus fuiſſe videatur.* [154] Atqui ſunt quædam *actiones* in ſatisfactione, deprecatione, confeſſione poſitæ: ſententioliſne flendum erit? *Epiphonemata* aut *enthymemata* exorabunt? Non quidquid meris adjicietur affectibus, omnes eorum diluet vires, & miſerationem ſecuritate laxabit? [155] Age, ſi de morte filii ſui, vel [156] injuria, quæ morte ſit gravior, dicendum patri fuerit, [157] aut in narrando gratiam illam expoſitionis, quæ continget ex ſermone puro atque dilucido, quæret, breviter ac ſignificanter, ordinem rei protuliſſe contentus, aut argumenta [158] diducet in digitos, & propoſitionum ac partitionum captabit lepôrem, &, ut plerumque in hoc genere moris eſt, intentione omni remiſſa [159] loquetur? Quo fugerit interim dolor ille? ubi lacrymæ ſubſtiterint? unde ſe [160] in medium tam ſecura obſervatio artium miſerit? Non ab *exordio* uſque ad ultimam vocem continuus quidam gemitus, & idem triſtitiæ vultus ſervabitur, ſi quidem volet dolorem ſuum etiam in audientes transfundere? quem ſi uſquam remiſerit, in animum judicantium non reducet. [161] Quod præcipue declamantibus (neque enim me pœnitet ad hoc quoque opus meum, & curam ſuſceptorum ſemel adoleſcentium reſpicere) cuſtodiendum eſt, quo plures in ſchola finguntur affectus, quos, non ut advocati, ſed ut paſſi, ſubimus. Cum etiam [162] hoc genus ſimulari litium ſoleat, [163] cum jus mortis a ſenatu quidam vel ob aliquam magnam infelicitatem, vel etiam pœnitentiam petunt, in quibus [164] non ſolum cantare, quod vitium [165] pervaſit, aut laſcivire, ſed ne argumentari quidem niſi mixtis, & quidem ita, ut in ipſa probatione magis emineant, affectibus decet. Nam qui intermittere in agendo dolorem poteſt, videtur poſſe etiam deponere. Neſcio tamen an hujus (de quo loquimur) decoris cuſtodia maxime circa eos, contra quos dicimus, examinanda ſit. Nam ſine dubio in omnibus ſtatim accuſationibus hoc agendum eſt, ne ad eas [166] libenter deſcendiſſe videamur. Ideoque mihi illud Caſſii Severi non mediocriter diſplicet: *Dii boni, vivo: &, quo me vivere juvet,* [167] *Aſprenatem reum video.* Non enim juſta ex cauſſa vel neceſſaria videri poteſt [168] poſtulaſſe eum, ſed quadam accuſandi voluptate. Præter hoc tamen, quod eſt commune, propriam moderationem quædam *cauſſæ* deſiderant. [169] Quapropter & qui curationem bonorum patris poſtulabit, doleat ejus valetudine: & quamlibet gravia filio pater objecturus, miſerrimam ſibi oſtendat eſſe hanc ipſam neceſſitatem: [170] nec hoc paucis modo verbis, ſed toto colore *actionis*,

151. *Mens aus.*] *Mens aut*; MSS. Bodl. Voſſ ſec. tert. Obrecht. quod damnat poſt Aldum Aſcenſius. BURMAN.

152. *Quod nimium eſt.*] Rollinus malebat *minimum*.

153. *Jactantior.*] *Jactatior*; Vall. lib. & Voſſ. ſec.

154. *Atqui ſunt quædam.*] *Cauſſæ*, quæ poſtulant miſerationem, abeſſe debent a laſcivia: non igitur in his captabimus ſententias ad delectationem, neque *epiphonemata*, aut *enthymemata* ad argutiam, ſed queruli eſſmus & ſupplices. TURNEB. Apud quem pro τῷ *captabimus* perperam legebatur *captamus* in editione Lugduno-Batav. & Burmann. errorem emendavimus, cum ex ipſo verborum ſenſu, tum ex ediſſone Pariſienſi 1556. CAPPER.

155. *Age, ſi de morte.*] Nunc de *cauſſa* agit, quæ alterum affectum poſtulat, ſcilicet iracundiam: in ea narratio debet eſſe concitata & iracunda, nec lepôrem captare debemus in argumentis, ſed impetum & affectum: quocirca vitanda erit affectata illa παρεγχείρησις, id eſt, *diductio in digitos*, quam in Hortenſio reprehendit Cicero. TURNEB. Sed hac voce παρεγχείρησις peſſime abutitur ille Turnebianus interpres. Vide quæ ſupra notavimus ad lib. I. cap. 2. & ad lib. II. cap. 6. ubi veram τῆς παρεγχειρήσεως notionem exhibuimus. CAPPER.

156. *Injuria.*] Per injuriam, quæ morte ſit gravior, intelligere poſſumus ſtuprum; ut ita Juſtin. lib. IX. 6. & paſſim alii utuntur, & Græcis ὕβρις eodem ſenſu uſurpatur. Vide Herald. Animad. in Salmaſ. lib. V. cap. 18. §. 15. BURMAN.

157. *Aut in narrando.*] Dubitat Aſcenſius an non pro *aut*, *an* utrobique ſit legendum.

158. *Diducet.*] *Duces*; V. C. Alm.

159. *Loquetur.*] *Loquatur*; Ald. Vidov.

160. *In medium.*] Lucan. IV. 491.

In medium mors omnis abit.

161. *Quod præcipue.*] Præcepta rhetorum, ut ex Sulpitio Victore colligere poſſumus, ſunt de his *judicialibus cauſſis*, quæ affectum non deſiderant, ſed purum docendi modum; quas *judiciales* appellat Sulpitius: attamen aliæ ſunt *pathetica*, quæ ubique deſiderant affectum; aliæ *ethicæ*, quæ ubique deſiderant expreſſionem morum. TURNEB.

162. *Hoc genus ſimulacri.*] *C* litera expuncta, *ſimulari*, hoc eſt, fingi, legendum eſt: hoc autem controverſiæ genus a Græcis προσαγγελία dicitur. REGIUS. Hinc illa Græcorum rhetorum locutio: ἑαυτὸν προσαγγέλλειν, quod Latinis rhetoribus eſt *reddere cauſſam mortis voluntariæ*, vel *jus mortis petere*: ſed hoc verbum interpretes Latini ſæpius male verterunt. CAPPER.

163. *Cum jus mortis, &c.*] Id fingebatur propter conſuetudinem Maſſilienſium; etenim homini permittebatur ut venenum biberet, ſi juſtam afferret mortis cauſſam: qui mos in inſula quoque Cæa valuit. Valerius lib. II. TURNEB.

164. *Non ſolum cantare.*] *Non* particula negativa huic loco deeſſe videtur; legendum enim eſt *non ſolum non cantare.* REGIUS. *Non ſolum non*; Locat. Ald. Steph. ſed reliqui recte omittunt, & Aſcenſius recte vindicat. Vide ſupra hoc ipſo capite in principio. BURMAN.

165. *Pervaſit.*] *Perſuaſit*; MSS. Bodl. Alm. marg. Baſil.

166. *Libenter deſcendiſſe.*] Accuſator eſt, qui confidenter de criminationibus ſe effert, ait Seneca. Qui vero accuſat, ſed ad id gravate admodum deſcendit, calumniam is omnem facile evitabit. SICHARD.

167. *Aſpernatem.*] Ald. Steph. Gryph. Vidov. Leid. Obrecht. Oxon. cum *Aſprenatem* legendum ſit; eſt enim Nonius Aſprenas, quem veneficii accuſavit Caſſius Severus (Suet. Auguſt. 36.) & cujus noſter etiam ſupra meminit lib. I. cap. 5. BURMAN.

168. *Poſtulaſſe.*] Id eſt, accuſaſſe.

169. *Quapropter & qui.*] Dementes & furioſi apud Romanos in perpetua ſunt cura, neque ſuorum bonorum domini ſunt: petit igitur filius, cujus pater eſt furioſus, bonorum adminiſtrationem. TURNEBUS.

170. *Ne hoc paucis.*] *C* litera adſcripta, *nec* legendum eſſe conſtat. REGIUS.

ut id eum non dicere modo, ſed etiam vere dicere appareat. [171] Nec cauſſanti pupillo ſic tutor iraſcatur unquam, ut non remaneant amoris veſtigia, & ſacra quædam patris ejus memoria. Jam quo modo contra abdicantem patrem, [172] querentem uxorem, agi *cauſſam* oporteret, in [173] libro, ut arbitror, ſeptimo dixi. Quando etiam [174] ipſos loqui, quando advocati voce uti deceret, [175] quartus liber, in quo *proœmii* præcepta ſunt, continet. Eſſe & in verbis quod deceat, aut turpe ſit, nemini dubium eſt. [176] Unum jam igitur huic loco, quod eſt ſane ſummæ difficultatis, adjiciendum videtur, quibus modis ea, quæ ſunt natura parum ſpecioſa, quæque non dicere, ſi utrumlibet eſſet liberum, maluiſſemus, non tamen ſint indecora dicentibus. Quid aſperiorem habere frontem poteſt, aut quid aures hominum magis reſpuunt, quam cum eſt filio [177] filiiſve advocatis in matrem perorandum? aliquando tamen neceſſe eſt, ut in *cauſſa* Cluentii Aviti: ſed non ſemper illa via, qua contra Saſſiam Cicero uſus eſt: non quia non ille optime, ſed quia plurimum refert, qua in re & quomodo lædat. Itaque illa, cum filii caput palam impugnaret, fortiter fuit repellenda. Duo tamen, quæ ſola ſupererant, divine Cicero ſervavit; primum, ne obliviſceretur reverentiæ, quæ parentibus debetur; deinde ut, repetitis altius cauſſis, diligentiſſime oſtenderet, quam id, quod erat in matrem dicturus, non oporteret modo fieri, ſed etiam neceſſe eſſet. Primaque hæc expoſitio fuit, quanquam ad præſentem quæſtionem nihil pertinebat: adeo in *cauſſa* difficili atque perplexa nihil prius intuendum credidit, quam quid deceret. Fecit itaque nomen parentis non filio invidioſum, ſed ipſi, in quam dicebatur. Poteſt tamen aliquando mater & in re leviore [178] aut minus infeſta contra filium ſtare: tum lenior atque ſummiſſior decebit oratio. Nam & ſatisfaciendo, aut noſtram minuemus invidiam, aut etiam in diverſum eam transferemus: &, ſi graviter dolere filium palam fuerit, credetur abeſſe [179] ab eo culpa, fietque ultro miſerabilis. Avertere quoque in alios crimen decet, ut fraude aliquorum concita credatur: & omnia nos paſſuros, nihil aſpere dicturos, teſtandum: ut, [180] etiam ſi non poſſimus non conviciari, nolle videamur. Etiam, ſi quid objiciendum erit, officium eſt patroni, ut id, filio invito, ſed fide cogente, facere credatur. Ita poterit uterque laudari. Quod de matre dixi, de utroque parente accipiendum eſt. [181] Nam inter patres etiam filioſque, cum interveniſſet emancipatio, litigatum ſcio. In aliis quoque propinquitatibus cuſtodiendum eſt, ut inviti, & [182] neceſſario, [183] & parce judicemur dixiſſe: magis autem aut minus, ut cuique perſonæ debetur reverentia. Eadem pro libertis adverſus patronos obſervantia. Et, ut ſemel plura complectar, [184] nunquam decebit ſic adverſus tales agere perſonas, quo modo contra nos agi ab hominibus conditionis ejuſdem iniquo animo tuliſſemus. Præſtatur hoc aliquando etiam [185] dignitatibus, ut libertatis noſtræ ratio reddatur, ne quis nos aut petulantes in lædendis his, aut etiam ambitioſos putet. [186] Itaque Cicero, quanquam erat in Cottam graviſſime dicturus, neque aliter agi P. Oppii *cauſſa* poterat, longa tamen præfatione excuſavit officii ſui neceſſitatem. Aliquando etiam inferioribus, præcipueque adoleſcentulis, parcere aut mederi decet. Utitur hac moderatione Cicero pro Cœlio [187] con-

171. *Nec cauſſanti.*] Rollinus vero *cauſſanti* explicat accuſanti, in *cauſſam* vocanti, quod neſcio an huic linguæ Latinæ ſeculo conveniat: ſed *cauſſari* eſt cauſſas adducere, quare malæ adminiſtrationis tutorem accuſet, quas ſi acerbe nimis adducat, non tamen decet iraſci tutorem. BURMAN.

172 *Querentem uxorem.*] Quæ *cauſſa*, ſeu controverſia dicitur *malæ traſlationis*. CAPPER.

173. *Libro ſeptimo.*] Cap. 4.

174. *Ipſos loqui quando.*] Hæc verba non habent MSS. Alm. Voſſ. omn. Locat. Ald. Steph. Par. Gryph. Baſil. Colin. Vidov. qui tantum habent, *quando etiam advocati*, &c.

175. *Libro quarto.*] Cap. 1.

176. *Unum jam igitur.*] Ad *decorum* quoque pertinet *color*, id eſt, rei turpis decens velamentum: ſed ejus ratio eſt paulo difficilior: de *colore* nonnulla præcepit Fabius in cap. de *narratione*. TURNEB.

177. *Filiiſve advocatis.*] *Filiive advocatis*; Obrecht. edit.

178. *Aut minus infeſtæ.*] *Ac* copula, loco illius *aut*, reponenda, & *infeſta*, loco *infeſtæ*, mihi videtur eſſe legendum. REGIUS. *Ac minus infeſta*; Ald. reliqui *aut minus infeſta*.

179. *Ab eo culpa.*] *Culpam*; Locat. Ald. Vidov. Baſil. Gryph.

180. *Etiamſi non poſſimus non.*] *Etiam ſi quid non poſſimus conviciari*; Ald. Colin. *etiamſi non poſſimus conviciari*; Voſſ. omn. Bern. Locat.

181. *Nam inter patres etiam, &c.*] *Emancipatio* eſt imaginaria venditio, qua filius extra poteſtatem patris & manum emittitur; nam quamdiu filius eſt in poteſtate patris, cum patre litigare non poteſt; ut auctores ſunt juriſconſulti. TURNEB.

182. *Neceſſario.*] *Neceſſaria*; V. C. Alm.

183. *Et parte.*] *Parce* manifeſto legendum eſt. REGIUS.

184. *Nunquam decebit.*] Quod hic oratoribus, id omnibus inculcat Chriſtus, Matth. VII. 17. *Nunquam alteris faciendum, quod nobis fieri nolimus.* ALMEL.

185. *Dignitatibus.*] *Dignationibus*; cod. Bern. Locat. & marg. Vaſc. Steph. certe *dignationis* nomen ſæpe a librariis loco motum, videre poſſumus ex virorum doctorum notis ad Suet. Cæſ. 4. qui ſæpe hac voce utitur; ut & Livius lib. VII. 25. & ſic plurali *dignationes* Tacitus dixit lib. II. Ann. 33. BURMAN. *Dignitatibus.*] Iis, qui ſunt in dignitate conſtituti. ROLLIN.

186. *Itaque Cicero.*] Fuit Ciceroni pro Oppio neceſſario dicendum contra Cottam, quoniam ex ſola Cottæ epiſtola accuſatus eſt Oppius. TURNEB.

187. *Contra Atracinum.*] *Contra Atractinum*; Voſſ. prim. *Aratinum*; Voſſ. ſec. ſed legendum *Atratinum*, ut apud Cicer. pro Cœlio cap. 3. legitur; fuit enim hoc cognomen Semproniis: hunc vero Conſulem ſuffectum Antonio A.

tra Atratinum, ut eum non inimice corripere, ſed pene [188] patrie monere videatur. [189] Nam & juvenis, & nobilis; & non injuſto dolore venerat ad accuſandum. Sed in iis quidem, in quibus vel judici, vel etiam [190] aſſiſtentibus ratio noſtræ moderationis probari debet, minor eſt labor: illic plus difficultatis, ubi ipſos, contra quos dicimus, veremur offendere. Duæ ſimul hujuſmodi perſonæ Ciceroni pro Muræna dicenti obſtiterunt, M. Catonis, Serviique Sulpitii: quam decenter tamen Sulpitio, cum [191] omnes conceſſiſſet virtutes, [192] ſcientiam petendi conſulatus ademit? Quid enim aliud eſſet, quo ſe victum homo nobilis & juris antiſtes magis ferret? Ut vero rationem defenſionis ſuæ reddidit, cum ſe ſtuduiſſe petitioni Sulpitii contra honorem Murænæ, non idem debere [193] accuſationi contra caput, diceret? [194] Quam molli autem articulo tractavit Catonem? cujus naturam ſumme admiratus, non ipſius vitio, ſed Stoïcæ ſectæ, quibuſdam in rebus [195] factam duriorem videri volebat: ut inter eos non forenſem contentionem, [196] ſed ſtudioſam diſputationem crederes incidiſſe. [197] Hæc eſt profecto ratio, & certiſſimum præceptorum genus, illius viri obſervatio, ut, cum aliquid detrahere ſalva gratia velis, concedas alia omnia: in hoc ſolo vel minus peritum, quam in cæteris, adjecta, [198] ſi poterit fieri, etiam cauſſa, [199] cur ita ſit, vel paulo pertinaciorem, vel credulum, vel iratum, vel impulſum ab aliis. Hoc illis commune remedium eſt, [200] ſi in tota *actione* æqualiter appareat non honor modo, ſed etiam charitas: præterea cauſſa [201] ſit nobis juſta ſic dicendi: neque id moderate tantum faciamus, ſed etiam neceſſario. Diverſum ab hoc, [202] ſed facilius, cum hominum aut alioqui turpium, aut nobis inviſorum quædam facta laudanda ſunt. [203] Decet enim rem ipſam probare [204] in qualicumque perſona. [205] Dixit Cicero pro Gabinio & P. Vatinio, inimiciſſimis antea ſibi hominibus, & in quos orationes etiam ſcripſerat: [206] verum cauſſa juſta ſit fatendo, non ſe de ingenii fama, ſed de fide eſſe ſolicitum. [207] Difficilior ei ratio in judicio Cluentiano fuit, [208] cum Scamandrum neceſſe haberet dicere nocentem, cujus egerat *cauſſam.* Verum illud elegantiſſime, cum eorum, a quibus ipſe [209] productus eſſet, [210] precibus, tum

U. C. DCCXX. putat Glandorpius; & qui in Tabella, quam habet Gruter. pag. 299. ſed correctiorem Pigh. ad An. DCCXIX. occurrit; & apud Gruter. pag. 297. *Atratinus* exhibetur. Fulvius etiam *Atratinus* pag. 542. 9. occurrit: nummi præterea, a Fulvio & Vaillantio in gente Sempronia adducti, aſſerunt hanc ſcripturam: unde autem Turnebus habeat hujus Atratini patrem fuiſſe Servium Polam, neſcio. Meminit quidem Polæ Servii Cicero lib. II. ad Q. Fr. Epiſt. 13. ut hominis tetri & feri, & quem verebatur, ne ad accuſandum Cœlium veniret: ſed nullum indicium eſt, eum patrem fuiſſe Atratini, ſed obſcurum, & alterius gentis hominem, non aliunde potui cognoſcere. Certe nobili juveni Atratino pater eſſe nequit; ejus enim pater fuit L. Sempronius Atratinus, quem Cœlius ambitus accuſavit, cum Præturam peteret, ut indicat Cicero paſſim in Oratione pro Cœlio: ubi etiam Abrahamus, ad capp. 7. & 31. de Pollæ accuſatione neſcio quid notat, cum clare in principio orationis patrem Atratini accuſatum dicat Cicero: erroris fontem indagare mihi nondum licuit, ſed ab interpretibus orationis Cœlianæ antiquioribus eum defluxiſſe arbitror. Ita enim Joan. Tiſſinus in argumento & ad cap. 7. Leodegar. a Quercu ad cap. 3. niſi quod ſuſpicor occaſionem dediſſe verba illa obſcura cap. 10. *de bonis Pallæ*, (quem locum noſter lib. IV. 2. reſpexit) quod unum ex tribus criminibus erat Cœlio objectis, ad quæ reſponderat Craſſus, & ubi Tiſſinus conjecerat *Pollæ* legendum eſſe. Melanchthonis autem notæ ad initium orationis *Abdiam* quemdam a Cœlio ambitus accuſatum dicunt, quod ab imperito diſcipulo, excipiente magiſtri dictata, profluxiſſe puto; vel ex compendio ſcripturæ, quæ *Atratini* nomen contraxerat. BURMAN.

188. *Patrie monere.*] *Monere* deeſt in Voſſ. tert. quia vox illa *patrie* a nullo, quod ſciam, uſurpetur: mallem *patrio more monere*, ut ex primis ſyllabis verbi *monere τὸ more* ſit abſorptum: ſed nihil definio. Plura enim Fabius primus uſurpavit; nam qui *patria* legunt, ut Aſcenſius quoſdam facere notat, ut ſit admonere patriæ, in qua natus ſit, mihi ſenſum non percepiſſe videntur. BURMAN.

189. *Nam & juvenis.*] Nam Cœlius Servium Polam Atracini patrem accuſarat: ita hac accuſatione Atracinus patris injuriam ulciſcebatur. TURNEB.

190. *Adſiſtentibus.*] *Adſtantibus*; V. C. Alm.

191. *Omnes virtutes.*] Pro Cluent. cap. 10.

192. *Scientiam petendi conſulatus.*] Cap. 21.

193. *Accuſationi contra caput.*) *Actioni*; V. C. Alm. Andr.

194. *Quam molli autem.*] In oratione pro Muræna multa jocatus eſt in *paradoxa* Stoïcorum; cumque laudaſſet Catonis Uticenſis naturam, auſteritate præceptorum factam eſſe duriorem ſignificavit. TURNEB. Lib. IV. *Adverſ.* 10. de hac locutione vide ſupr. ad lib. II. cap. 4.

195. *Factum.*] *Factam*; Voſſ. prim. ſec. Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. ut ad *naturam* referatur.

196. *Sed ſtudioſam.*] *Sed ſtudioſorum*; Ald.

197. *Hæc eſt profecto ratio.*] Ex Ciceronis exemplo præceptum elicit, quo in aliquem dicere poterimus, ut tamen non offendamus. TURNEB.

198. *Si poterit.*] *Si potuerit*; Voſſ. tert.

199. *Cur dicta ſit.*] Pro illo participio *dicta*, recte a quibuſdam *ita* legitur. REGIUS. *Cur id ita ſit*; MSS. Joan. Alm. Voſſ. prim. tert. Bern. Ald. ab his vero deficiunt codices Voſſ. prim. tert. uſque ad illa capitis ſecundi, *ſed hæc vox ſit modica*; BURMAN.

200. *Niſi tota actione.*] Quo minus hoc præceptum intelligatur, depravatione eſt effectum, quæ fortaſſe tolleretur, ſi de illo *niſi* hæc ſyllaba *ni* eradatur, ut hoc modo legatur, *ſi tota actione.* REGIUS. *Niſi tota*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. *ſi tota actione*; Ald.

201. *Sit nobis juſta.*] *Sit nobis juſta ſic dicenda*; V. C. Alm. *ſit nobis juſta ſic dicendi*; Voſſ. ſec.

202. *Sed facilius.*] At Ariſtoteles difficillimum eſſe putavit, laudare illaudatum virum. SICHARD.

203. *Decet enim rem ipſam.*] *Licet*; marg. Baſil.

204. *In qualicumque perſona.*] *Perſona* deeſt in Voſſ. ſec.

205. *Dixit Cicero pro Gabinio.*] Gabinium, a quo ejectus fuerat, in judicio *repetundarum* Cicero defendit. Publium autem Vatinium, infeſtum ſemper ſuæ dignitati, duobus publicis judiciis tutatus eſt. Auctor Valer. lib. IV. TURNEB. Vide Ciceronianarum orationum fragmenta.

206. *Verum & juſta ſic faciendo.*] Tria hic verba depravata ita corrigantur, ut *cauſſa* loco illius & copulæ, & loco illius *ſic*, legatur *ſit*, & *fatendo* pro *faciendo*, hoc modo: *verum cauſſa juſta ſit fatendo*: de hac vero humanitate Ciceronis Valerius libro IV. II. §. 4. meminit REGIUS. *Verum juſta ſit fatendo*; V. C. Alm. Ald. *verum & juſta ſic faciendo*; Voſſ. ſec. *verum & juſta ſit fat.* Locat.

207. *Difficilior ei ratio.*] *Difficilior enim ratio*; Par. Baſil.

208. *Cum Scamandrum, &c.*] Nam antea defenderat Cicero Scamandrum, qui accuſabatur veneficii, ac dicebatur veneficium illud paraſſe in Cluentium. TURNEB. Vide pro Cluent. cap. 17.

209. *Productus.*] *Perductus*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Colin. Vidov.

210. *Preces tunc etiam adoleſcentiam ſuam excuſat.*] *Preci-*

etiam

etiam adoleſcentia ſua excuſat: detracturus alioqui [211] plus auctoritatis, ſi, in *cauſſa* præſertim ſuſpecta, ſe eum eſſe, qui temere nocentes reos ſuſciperet, fateretur. [212] Apud judicem vero, [213] quod aut propter alienum commodum in *cauſſa*, quam ſuſceperimus, aut ſuum, ut perſuadendi ardua ratio, ita dicendi expeditiſſima. Fiducia enim juſtitiæ ejus, non *cauſſæ*, nihil nos timere ſimulabimus. Ipſe erit gloria inflandus, ut tanto clarior futura ſit fides ac religio in pronuntiando, [214] quanto minus vel offenſæ vel utilitati ſuæ indulſerit. [215] Hoc modo & apud eos, a quibus appellatum erit, ſi forte ad eoſdem [216] remittentur, adjicienda ratio vel neceſſitatis alicujus, ſi id *cauſſæ* cedit, vel erroris, vel ſuſpicionis. [217] Tutiſſimum ergo pœnitentiæ confeſſio, & ſatisfactio culpæ: perducenduſque [218] omni modo judex ad iræ pudorem. Accidit etiam [219] nonnunquam, ut eamdem *cauſſam*, de qua pronunciavit, cognoſcat iterum: tum illud quidem commune, apud alium nos judicem diſputaturos de illius ſententia non fuiſſe; neque enim emendari ab alio, quam ab ipſo, fas eſſe: cæterum ex *cauſſa*, ut quæque permittet, aut ignorata quædam, aut defuiſſe teſtes, aut (quod timidiſſime, & ſi nihil aliud plane fuerit, dicendum eſt) patronos [220] non ſatisfeciſſe: ſuccurret etiam, ſi apud alios judices agetur, [221] ut in ſecunda aſſertione, aut in Centumviralibus judiciis duplicibus, [222] parte victa: decentius erit, quoties contigerit, ſervare judicum pudorem: de qua re latius [223] in probationum loco dictum eſt. Poteſt evenire, ut in aliis reprehendenda ſint, quæ ipſi fecerimus; ut objicit Tubero Ligario, *quod in Africa fuerit*. [224] Et ambitus [225] quidam damnati recuperandæ dignitatis gratia reos ejuſdem criminis detulerunt; ut in ſcholis luxuriantem patrem luxurioſus ipſe juvenis accuſat. [226] Id quam decenter fieri poſſit, equidem non invenio, [227] niſi aliquid reperiatur; quod interſit, perſona, ætas tempus, cauſſa, locus, animus. Tubero juvenem ſe patri hæſiſſe, illum a ſenatu miſſum non ad bellum, ſed ad frumentum coëmendum ait; ut primum licuerit, a partibus receſſiſſe; Ligarium & perſeveraſſe, & non pro Cn. Pompeio, inter quem

…us tum etiam adoleſcentia ſua exc. MSS. Bodl. Alm. Colb. Voſſ. ſec. Andr. Obrecht. *precibus tum e. adoleſcentium ſuam;* Locat. Ald.

211. *Plus auctoritatis, ſicut in cauſſa præſertim ſuſpecta, ſi enim eſſe qui timere, &c.*] Multorum verborum emendatione indiget hic locus; nam *ſi*, loco illius *ſicut*, ſcribendum; & *ſe*, loco illius *ſi*; & *temere*, loco illius *timere*, hoc modo: *plus auctoritatis, ſi in cauſſa præſertim ſuſpecta ſe eum eſſe, qui temere n. r. ſ. fateretur.* REGIUS.

212. *Apud judicem vero.*] Si quando judicis animus a noſtra *cauſſa* erit averſus propter commodum aliquod, laudare debebimus juſtitiam ejus; ſic enim omiſſo commodo ſpectabit æquitatem. TURNEB.

213. *Quod aut propter aliquod commodum in cauſſa quam ſuſceperimus, aut ſunt ut.*] Depravatus adeo eſt hic locus, ut vix emendationem admittat; tametſi enim illud verbum *ſunt* in hæc duo *ſuum* & *ſumitur* ſit commutatum in exemplaribus quibuſdam, tamen ne ſic quidem ullus elicitur ſenſus: ſic autem corrigi poſſet, ſi, loco illius *in* præpoſitionis, *eorum*, &, loco illius *quam*, ſcriberetur *quorum*, & pro *cauſſa* legeremus *cauſſam*, relativoque poſtponeremus, & illud *ſunt* in *ſuum* converteretur, & *ratio* pro *oratio* legeretur, dum caſtigatius exemplar inveniatur, hoc modo: *propter aliquod commodum eorum, quorum cauſſam ſuſceperimus, aut ſuum, ut perſuadendi ratio, ita d. e.* REGIUS. *Quod aut propter alienum commodum in cauſſa quam ſuſceperimus, aut ſuum, &c.* edit. Sichardi, Pariſienſis, Vaſcoſani, & Stephani. *Quod aut propter aliquod commodum*, editiones Andreæ, & Aldi. *Quam aut proponitur alienum commodum*, legit editio Lugdunenſis. GIBSON. *Propter aliquod commodum in cauſſa q. ſ. a. ſuum;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Andr. Locat. niſi quod hi duo *ſunt* habent. Aldus recepit correctionem Regii: locus non videtur ſanus, & deeſſe verbum; ut *apud judicem vero excuſatur*, vel ſimile quid; aut, expuncta voce quod: *Apud judicem vero, aut propter alienum, &c. eſt ratio dicendi expeditiſſima licet ardua perſuadendi.* Francius conjiciebat *apud judicem vero, quanquam aut proponitur alienum, &c.* ulcus ſubeſt. BURMAN. Deeſſe hic aliquid videtur: loquitur de judice, cujus vel proprium commodum agitur, vel alienum, id eſt, amicorum aut propinquorum. ROLLIN. Hic ſane locus abſque alicujus cod. MS. ope ſanari poſſe non videtur. Si tamen conjecturæ indulgendum eſſet, τὸ *quod* cum Burmanno lubens delerem. CAPPER.

214. *Quanto minus vel offerre.*] *Minus vel offenderit;* marg. Baſil. *minus offenſæ;* Obrecht.

215. *Hoc modo & apud.*] *Hac & apud;* Andr. Ven. Locat. Ald. *hoc & apud;* V. C. Alm.

216. *Remittemur.*] *Remittentur;* Voſſ. ſec. Locat. Ald. Steph. Gryph. Baſil. Colin. Vidov. Oxon. Obrecht.

217. *Tutiſſimum ergo.*] *Igitur;* Ald.

218. *Omnino adire pudorem.*] Facile hæc clauſula *hypodiaſtole* emendatur appoſita, & diphthongo, ut *ad* præpoſitio ab illo *iræ* genitivo ſejungatur: *omni modo* etiam pro *omnino* legendum. REGIUS. *Omnino;* Locat. vide ad lib. I. cap. 2. *adire;* MSS. Alm. Voſſ. ſec.

219. *Nonnunquam eadem cauſſa, de qua pronunciavit cogatque.*] Difficulter emendari poteſt hic locus, ſine verborum & adjectione & immutatione: ſi namque *ut* particula adſcribatur, & illud verbum *cogat* commutetur in hoc *agatur*, illa *que* copula eraſa, nimirum ſenſus & integer & apertus videbitur. Quid enim hoc clarius? *Accidit nonnunquam, ut eadem cauſſa, de qua pronunciavit, iterum agatur.* REGIUS. *Nonnunquam eadem cauſſa d. q. p. cogatque iterum;* Voſſ. ſec. Locat. *ut eadem cauſſa d. q. p. iterum agatur;* Ald.

220. *Non ſatisfeciſſe.*] *Non ſuffeciſſe;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Alm. Andr. marg. Vaſc. Steph. Obrecht.

221. *Ut in ſecunda aſſertione.*] Aſſertio ſecunda, ſecundum eſt judicium, in quo de liberali *cauſſa* diſputatur, id eſt, de libertate alicujus. Centumviralia autem judicia diviſa erant in duas haſtas, ita ut poſſet provocari ab una haſta ad aliam: plura hac de re diximus lib. V. cap. 2. TURNEBUS.

222. *Parte victa.*] Hoc eſt, ſi victa in judicio fuerit ea pars litigans, in cujus gratiam dicturi ſumus; hic enim τὸ *pars* unum ex litigantibus ſignificat, ut & lib. III. cap. II. *Qui viderit, quid ſit quod in controverſum veniat, quid in eo, & per quæ velit efficere pars diverſa, quid noſtra, &c.* CAPPER.

223. *In probationum loco.*] *In* deeſt in MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald.

224. *Et ambitus.*] Nam lex erat, ut *ambitus damnatus ignominioſus eſſet:* ſi tamen alterum accuſaſſet ambitus, & reum peregiſſet, obliterata priore ignominia in integrum reſtitueretur. TURNEB.

225. *Qui damnati.*] Non *qui*, ſed *quidam*, ut legatur, ſenſus expoſcit. REGIUS. *Qui;* Voſſ. ſec. marg. Baſil.

226. *Id quam decenter.*] *Id quî decenter* malebat Aſcenſ. *id quomodo decenter;* Obrecht.

227. *Niſi aliud reperitur.*] *Aliquid* recte legitur a quibuſdam: *reperiatur* autem etiam videtur legendum. REGIUS. *Aliquid reperitur;* Voſſ. ſec.

& Cæſarem dignitatis fuerit contentio, cum ſalvam [228] uterque rempublicam vellet; [229] ſed pro Juba atque Afris inimiciſſimis [230] populo Romano ſtetiſſe. Cæterum vel facillimum eſt, ibi alienam [231] culpam accuſare, ubi fateris tuam. Verum id jam judicis eſt, non actoris. Quod ſi nulla contingit excuſatio, ſola colorem habet pœnitentia. Poteſt enim videri ſatis emendatus, qui in odium eorum, in quibus erraverat, ipſe converſus eſt. Sunt enim quidam, qui hoc natura ipſa rei non indecens faciunt; ut cum pater ex meretrice natum, [232] quod amet meretricem in matrimonium, abdicat. Scholaſtica materia, [233] ſed non, quæ non poſſit accidere. Hic igitur multa non deformiter dicet; vel quod omnium ſit votum parentum, ut honeſtiores, quam ſint ipſi, liberos habeant (nam [234] & filia nata, meretrix eam mater pudicam eſſe voluiſſet;) vel [235] quod humilior ipſe fuerit (licet enim hoc dicere;) vel quod non habuerit patrem, qui moneret; quin eo minus [236] faciendum filio fuiſſe, ne renovaret domus pudorem, & exprobraret patri nuptias, matri prioris vitæ [237] neceſſitatem, ne denique legem quamdam ſuis quoque ſubinde liberis daret: & credibilis erit etiam propria quædam in illa meretrice turpitudo, quam nunc hic pater ferre non poſſit. [238] Alia prætereo. Neque enim nunc declamamus, ſed oſtendimus, nonnunquam poſſe ipſis incommodis dicentem bene uti. Illic major æſtus, ubi quis pudenda queritur, ut ſtuprum, præcipue in maribus; aut [239] os profanatum. Non dico, ſi loquatur ipſe (nam quid aliud ei, quam gemitus ac fletus, & exſecratio [240] vitæ conveniat? ut judex intelligat potius dolorem illum, quam audiat:) ſed patrono quoque per ſimiles affectus eundum erit, quia hoc injuriæ genus verecundius ineſt paſſis, quam auſis. Mollienda eſt in pleriſque alio colore aſperitas orationis; [241] ut Cicero de proſcriptorum liberis fecit. Quid enim crudelius, *quam homines, honeſtis parentibus ac majoribus natos, a republica ſummoveri?* Itaque durum id eſſe ſummus ille tractandorum animorum artifex confitetur: ſed ita legibus Syllæ [242] cohærere ſtatum civitatis affirmat, ut, his ſolutis, ſtare ipſa non poſſit. [243] Aſſecutus itaque eſt, ut aliquid eorum quoque cauſſa videretur facere, contra quos diceret. Illud etiam [244] in jocis monui, quam [245] turpis eſſet fortunæ inſectatio; & ne in totos ordines, aut gentes, aut populos, petulantia incurreret. Sed interim fides patrocinii cogit quædam de univerſo genere aliquorum hominum dicere, [246] ut libertinorum, vel militum, vel publicanorum, vel ſimiliter aliorum: in quibus omnibus commune remedium eſt,

228. *Utrique Remp.*] *Uterque* manifeſte legendum eſt. REGIUS. & cur non *utrique volens* ſcripſerit Fabius, ut centies alii locuti ſunt? BURMAN.

229. *Sed pro Juba.*] Hic Juba fuit rex Mauritaniæ, qui ſecutus eſt partes Pompeii, ac demum in Africa a Cæſare ſuperatus. TURNEB.

230. *Populo Romano.*] *Populi Romani*; Ald.

231. *Culpam accuſare.*] *Culpam incuſare*; V. C. Alm. ita lib. v. 13. *Vultus, inceſſus, habitus incuſari ſolet.*

232. *Quod amet ex meretrice in matrim.*] Depravatus hic ſenſus facile emendatur, ſi hæ duæ dictiones *ex meretrice* adſcribantur, ut legatur hoc modo: *ut cum pater ex meretrice natum, quod amet ex meretrice in matrimonium, abdicat.* Neque ignoro a quibuſdam ita depravari, ut quam longiſſime a dictionum ſimilitudine recedant, hoc modo legentes: *Ut c. p. ex meretrice natum quod duxerit meretricem in m. abd.* quamvis autem ſic quoque aptus ſit ſenſus, mihi tamen prior lectio approbatur, ſi, ut dixi, *ex meretrice* adſcribamus, ac *natam* ſubintelligatur; ita namque accipiemus filium fuiſſe a patre abdicatum, quod natam ex meretrice gratia matrimonii amaret. REGIUS. *Pater natum, quod amet meretricem, abdicat*; Voſſ. ſec. *quod amet ex meretrice in matrimonium abdicat*; Locat. *pater ex meretrice natum, quod duxerit meretricem in matrim. abd.* Andr. Ald. Ego vulgatam retinui: & recte *amare in matrimonium* dici puto; cum amare meretricem non eſſet opprobrio; ſed ita, ut uxoris loco haberet. Nam in Andria Terentii id quoque indignatur & Chremes, act. I. I. 118. & deinde ipſe pater act. v. ſc. 3. Francius malebat *habet in matrimonium*. BURMAN.

233. *Sed non quæ non.*] Hoc autem adjicit, ne inutiles illas in ſcholis declamationes, quas Petronius initio *Satyric.* damnat, & ſæpe ipſe Fabius culpavit, approbare videatur.

234. *Et filia nata meretrix eam.*] Quomodo corrigi poſſit hic locus, mihi non liquet. REGIUS. Senſus apertiſſimus, ſi modo *filia nata* ablativo caſu capiatur, neque opus legere cum Vallenſi libro. & Voſſ. ſec. *& ſi filia nata*: ſed ignorarunt illi, ſæpe poſt ablativos abſolutos poni pronomen: potuiſſet quidem dicere *filiam natam meretrix mater pudicam eſſe voluiſſet*; ſed alterum ex uſu obvium prætulit: ita Juſtin. II. 4. *Theſeus obtenta in pretium captiva, eamdem in matrimonium aſſumat.* Flor. IV. 12. *defuncto ibi fortiſſimo juvene, ipſi quod nunquam alias, ſenatus cognomen ex provincia dedit*: quem locum etiam tentant viri eruditi: ſed vindicat recte Vavaſſor de vi & uſu quor. verb. pag. 115. & ita ſæpe alii. BURMAN.

235. *Qui humilior ipſe.*] *Quod*, loco illius *qui*, recte legitur in quibuſdam exemplaribus. REGIUS. *Qui*; Voſſ. ſec. *ipſa*; Locat.

236. *Faciendum filio.*] *Id faciendum*; MSS. Bodl. Alm. Ald. Obrecht.

237. *Neceſſitatem.*] Quia forte paupertate coacta quæſtum fecerat.

238. *Alia prætereo.*] *Alia præterea*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil.

239. *Os profanatum.*] *Honos profanatus*; Voſſ. ſec. male. Vide ad Petron. cap. 9. *cujus ne ſpiritus quidem purus eſt.* BURMAN. Neſandam & abominandam libidinem pluribus explicare vetat pudor. CAPPER.

240. *Vitæ conveniat.*] *Vitæ conveniant*; Locat. Ald.

241. *Ut Cicero de proſcrips.*] Sylla uſque adeo fuit ſanguinarius proſcriptor, ut proſcriptorum liberos patrimoniis ſpoliaverit, & lege lata illis viam ad magiſtratus præcluſerit: quod nunc Fabius ait. TURNEB.

242. *Coërcere ſtatum.*] *Contineri* forſitan recte legeretur. REGIUS. *Coërceri*; Andr. Locat. Ald. *contineri*; marg. Baſil. Vaſc. Steph. Gryph.

243. *Secutus itaque eſt.*] Hac ſyllaba *as* appoſita *aſſecutus* ut legatur, ſenſus expoſcit. REGIUS. *ſecutus*; Voſſ. ſecund.

244. *In jocis monui.*] *In locis*; Voſſ. ſec. ut & ante Regium quidam ediderunt. Vide lib. VI. cap. 3.

245. *Turpis.*] Nam ait Demoſthenes, nullum propter fortunæ aut naturæ incommodum ſubſannari aut contemni debere; &, qui in hac re oſtendunt, quam ſint ingenioſi, hos ad omnia vitia quam propenſiſſimos eſſe. SICHARD.

246. *Ut libertinorum.*] *Vel lib.* Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *ut* omittit Voſſ. ſec.

ut ea, quæ lædunt, non libenter tractare videaris; nec in omnia impetum facias, ſed in id, quod expugnandum eſt; [247] & reprehendens, alia laude compenſes. [248] Si milites cupidos dicas eſſe, non mirum, quod periculorum ac ſanguinis majora ſibi deberi præmia putent; eoſdem petulantes, & hoc fieri, quod bellis magis, quam paci, aſſueverint. Libertinis detrahenda eſt auctoritas; licet his teſtimonium reddere induſtriæ, per quam exierint de ſervitute. Quod ad nationes exteras [249] pertinet, Cicero varie. Detracturus Græcis teſtibus fidem, [250] doctrinam his concedit ac literas, ſeque ejus gentis amatorem eſſe profitetur: [251] Sardos contemnit, [252] Allobrogas [253] ut hoſtes inſectatur: quorum nihil tunc, cum diceretur, parum aptum, aut [254] remotum a cura decoris fuit. Verborum etiam moderatione detrahi ſolet, ſi qua eſt rei invidia: [255] ſi aſperum dicas [256] nimium ſeverum, injuſtum perſuaſione labi, pertinacem ultra modum [257] tenacem eſſe propoſiti: [258] plerumque velut ipſos coneris ratione vincere, quod eſt molliſſimum. Indecorum eſt [259] ſuper hæc omne nimium; ideoque etiam quod natura rei ſatis aptum eſt, niſi modo quoque temperetur, gratiam perdit. Cujus rei obſervatio judicio magis quodam ſentiri, quam præceptis tradi poteſt. Quantum ſatis ſit, & quantum recipiant aures, non habet hæc res menſuram & quaſi pondus; [260] quia, ut in cibis, alia aliis magis complent. Adjiciendum etiam breviter videtur, quod fere dicendi virtutes diverſiſſimæ non ſolum ſuos amatores habeant, ſed ab eiſdem ſæpe laudentur. [261] Nam Cicero quodam loco ſcribit, *id eſſe optimum*, [262] *quod cum te facile crediderit conſequi imitatione, non poſſis.* Alio vero, [263] *non ſe id egiſſe*, [264] *ut ita diceret, quomodo ſe quilibet poſſe confideret, ſed quomodo nemo.* Quod poteſt pugnare inter ſe videri. Verum utrumque, ac merito, laudatur. [265] *Cauſſa* enim modoque diſtat; quia ſimplicitas illa, & velut ſecuritas inaffectatæ orationis, mire tenues *cauſſas* decet; majoribus illud admirabile dicendi genus magis convenit. In utroque eminet Cicero, ex quibus alterum imperiti ſe poſſe conſequi credent; neutrum, qui intelligunt.

247. *Et reprehendens.*] *Et ea reprehendens* volebat Francius, & Rollinus ſubaudit *quædam*, vel ita legi volebat. BURMAN.

248. *Si milites cupidos.*] *Si cupidos*; Locat. Ald. *ſi cupidum dicas*; MSS. Alm. Voſſ. ſec.

249. *Pertinet. Cicero varie detracturus.*] Rollinus ita diſtinguebat: *pertinet, Cicero varie. Detracturus Græcis*, &c. non male, me judice. BURMAN. Qui tamen vulgatam interpungendi rationem ſua in editione ſervaverat. CAPPER.

250. *Doctrinam his concedit ad literas.*] *D* litera in *c* converſa, *ac literas* legendum: hoc autem facit *pro Sextio* Cicero. REGIUS.

251. *Sardos contemnit.*] In oratione *pro Varено.*

252. *Allobrogas.*] In oratione *pro Fonteio* paſſim.

253. *Ut hoſtes.*] *Ut hoſtis*; Voſſ. ſec. quod ambiguum. BURMAN.

254. *Remotum a cura.*] *Remotum cura*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund.

255. *Si aſperum.*] *Sic aſperum*; Obrecht.

256. *Nimium ſeverum.*] Malebat *nimis* Rollinus.

257. *Tenacem propoſiti.*] Alludere videtur ad illud Horat. III. od. 3. *tenacem propoſiti virum.* ALMEL.

258. *Plerumque velut ipſos.*] Locus ſuſpectus Rollino, neque mihi integer videtur. BURMAN.

259. *Super hæc omnia nimium.*] *Super hæc omne nimium*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Vidov. Colin. Obrecht.

260. *Quia in cibis iis alia.*] Niſi hoc adverbium *ut* adſcribatur, & illud pronomen *iis* eradatur, minus integer videtur hic ſenſus REGIUS. *Quia in cibis iis*; Voſſ. ſec. Locat. *quia ut in cibis iis*; V. C. Alm.

261. *Nam Cicero.*] Senſum ex *Oratore* Ciceronis cap. 23. retulit magis, quam verba: ſunt autem hæc: *Orationis ſubtilitas imitabilis quidem videtur exiſtimanti, ſed nihil eſt experienti minus.* PHILAND.

262. *Quod non te f. c. c. i. non poſſet*] Quidam hunc locum ſic corrigunt, ut *poſſis* legant, & recte quidem: ſed *cum* quoque, loco illius *non*, eſt reponendum hoc modo: *quod cum te f. c. c. i. non poſſis.* REGIUS. *Quod non te facile, & poſſet*; Locat. ſimile quid eſt in *Orator.* cap. 23.

263. *Non id egiſſe, ut ita ſe diceret.*] *Se* pronomen tranſpoſitum videtur; in tertium vero locum eſt transferendum hoc modo: *alio vero, ſe non id egiſſe*, &c REGIUS. *Non id egiſſe, ut ita ſe diceret*; Locat. *non id egiſſe ut ita diceret*; Voſſ. ſec.

264. *Ut ita diceret, quomodo ſe quilibet, &c.*] Videntur iſta pugnare, ſed tamen maxime conſentiunt; alterum enim dicitur de tenui genere dicendi; alterum de grandiloquo: utrumque genus eſt Cicero ſequutus pro materiæ ratione: plus tamen eſt eloquentiæ in poſteriori genere. TURNEB.

265. *Cauſſa enim modo diſtat.*] *Que* copula videtur adſcribenda, ut legatur *modoque.* REGIUS. *Modoque* codices optimi. Et mendoſam quidem editionis Lugdunenſis lectionem protinus agnoſcet, qui locum hunc Fabii perlegerit. Ea ita habet, *cauſſa enim modo diſtat.* GIBSON. *Modo*; Voſſ. ſec. Baſil.

CAPUT II.

De memoria.

II. MEMORIAM quidam naturæ modo eſſe munus exiſtimarunt; eſtque in ea non dubie plurimum, ſed ipſa excolendo, ſicut alia omnia, augetur: & totus, de quo diximus, [1] adhuc inanis eſt labor, niſi cæteræ partes hoc [2] velut ſpiritu [3] continentur. [4] Nam & omnis diſciplina memoria conſtat, fruſtraque docemur, ſi, quidquid audimus, præterfluat: & exemplorum, legum, reſponſorum, dictorum, [5] beneque factorum velut quaſdam copias, quibus abundare, quaſque in promptu ſemper habere debet orator, eadem illa [6] vis repræſentat. Neque immerito *theſaurus* hic *eloquentiæ* dicitur. [7] Sed non firme tantum continere, verum etiam cito percipere multa acturos oportet; nec quæ ſcripſeris modo, iterata lectione complecti, ſed in cogitatis quoque rerum ac verborum contextum ſequi; &, [8] quæ ſint ab adverſa parte dicta, meminiſſe; [9] nec utique eo, quo dicta ſunt, ordine refutare, ſed opportunis locis ponere. Quid? extemporalis oratio [10] non alio mihi videtur mentis vigore conſtare. Nam, dum alia dicimus, quæ dicturi ſumus, intuenda ſunt. Ita cum ſemper cogitatio ultra id, quod eſt, longius quærit; quidquid interim reperit, quodammodo apud memoriam deponit: quod illa, [11] quaſi media quædam manus, acceptum [12] ab *inventione*, tradit *elocutioni*. Non arbitror autem mihi in hoc [13] immorandum, quid ſit, quod memoriam faciat: quanquam plerique imprimi quædam veſtigia noſtro [14] animo, quæ, velut [15] in ceris annulorum ſigna ſerventur, exiſtimant. [16] Neque ero tam credulus, ut [17] quaſi habitu

Albutius exiſtimavit, memoriam eſſe totam in natura poſitam, ut Fabius docuit cap. 3. lib. III. Exiſtimare autem debemus duplicem eſſe, naturalem & artificialem; naturalem, quæ cum cogitatione nobis inſita eſt; artificialem, quæ inductione & præceptione conſtat, eſtque poſita in locis & imaginibus. TURNEBUS. Naturæ munus eſſe quoque ſentit Philoſtratus in vita Dionyſii Sophiſtæ: *Μνήμη μὲν γὰρ δίδωσι τέχνας, αὐτὴ δ' ἀδίδακτος, καὶ οὐδὲ μιᾷ τέχνῃ ἁλωτός· ἔστι γὰρ πλεονέκτημα φύσεως ἢ τ' ἀθανάτου ψυχῆς μοῖρα.* ALMEL. Græcorum verborum ſenſus eſt hujuſmodi: *Nam memoria quidem artes tradit; ipſa vero doceri non poteſt, neque arte ulla comprehendi. Eſt enim naturæ prærogativa quædam, vel aliquid immortali animæ velut* [divina] *ſorte attributum.* CAPPER.

1\. *Adhuc inanis labor.*] Hoc verbum *eſt* frequenter quidem eleganter prætermittitur, ſed huic ſenſui mihi adſcribendum videtur, &, pro *velut*, *veluti* legendum hoc modo: *adhuc inanis eſt labor, niſi ceteræ partes hoc veluti ſpiritu continentur.* Idem vero & Cicero in prologo *de Oratore* ſentire videtur. REGIUS. *Eſt* non habent Voſſ. ſec. Vall. lib. Locat. Baſil.

2\. *Velut ſpiritu.*] Vide Turneb. IV. Adv. 30. & ſupr. ad lib. IV. 3.

3\. *Continentur.*] *Contineantur*; Locat. quod merito reprobat Aſcenſius, ne periodus in finem hexametri exeat: *niſi* vero indicativo gaudere, notius eſt, quam ut probetur.

4\. *Nam & omnis.*] Hac de cauſſa dicunt phyſici, animalia dumtaxat illa eſſe diſciplinabilia, quæ memoriam habent, cujuſmodi ſunt canes; nam quæ ea carent, ut muſcæ, diſciplinam non admittunt. TURNEB.

5\. *Beneque factorum.*] *Bene factorumque*; Obrecht.

6\. *Vis repræſentat.*] *Vis præſentat*; Voſſ. ſec.

7\. *Sed non firme.*] More ſuo latius memoriam accipit, quam Ariſtoteles, ut etiam ſolertiam & ingenii acumen complectatur. Sic locutus eſt Fabius lib. I. cap. 4. TURNEBUS.

8\. *Quæ ſint ab adverſario.*] *Sunt*; Locat. Ald. Obrecht.

9\. *Nec utique ea, quo.*] *Eo* legendum videtur potius, quam *ea*. REGIUS. *Ea*; Voſſ. ſec. Locat.

10\. *Nec alio mihi videtur.*] Etſi ita quoque lectus hic locus ſenſu ſuo non fraudetur, audacter tamen contenderim, illam *nec* particulam eſſe expungendam, ac, ejus loco, hanc *num* eſſe reponendam, ut videatur eſſe legendum hoc modo: *Quid extemporalis oratio? num alio mihi videatur mentis vigore conſtare?* nec inficior aliter quoque commode poſſe legi, ut, loco *nec*, ſcribatur hæc particula *non*. REGIUS. *Nec alio*; Vall. lib. Voſſ. ſec. Locat. Obrecht. marg. Vidov. forte ſcripſit: *non alio mihi videtur, quam mentis vigore conſtare*; ita enim ſolere *τῷ alio* uti, docuimus ad lib. II. cap. 4. BURMAN.

11\. *Quaſi media manus.*] Ita & lib. XII. 8. *mediam manum* vocat tertium, quem litigator docet *cauſſam*, ut deinde ab eo iterum diſcat patronus. BURMAN.

12\. *Ab inventione.*] *Ab intentione*; Voſſ. ſec. Locat. Ald.

13\. *Immorandum quidquid memoria faciat.*] Pro *memoria* quidam recte *memoriam* legunt: ſed, illius etiam *quicquid* loco, *quid* legendum mihi videtur hoc modo: *quid memoriam faciat.* REGIUS. *Immorandum quidquid memoriam faciat*; Voſſ. ſec. Locat. *immorandum quid memoriam faciat*; Ald.

14\. *Animo noſtro velut in gyris annulorum.*] In *ceris* legendum, non *gyris*, facile videbit, qui Ariſtotelis opuſculum *de memoria, & reminiſcentia*, in quo hæc tractantur, diligentius legerit: ſed alio quoque flagitio hic ſenſus mihi infectus eſſe videtur; niſi enim hoc relativum *quæ* adſcribatur, oratio manca, minuſque congrua eſſe videbitur. Quare hoc modo mihi legendum videtur: *veſtigia noſtro animo, quæ velut in ceris annulorum*, &c. REGIUS. *Noſtro animo velut in gyris annulorum*; Locat. marg. Baſil. *animo velut in ceris*; Vall. lib. *animo velut in figuris*; Voſſ. ſec. Andr. *noſtro*, deeſt in Obrecht.

15\. *In ceris.*] Ariſtoteles putat hoc modo memoriam fieri, cum phantaſiæ ſimulacrum inſculptum fuerit parti memoratrici, non ſecus quam annulus ſigillare ſolet; nam & hac utitur ſimilitudine. TURNEB.

16\. *Neque ero tam credulus.*] Videtur Fabius reſpexiſſe ad id, quod lib. primo dixit, *peculiarem eſſe hominibus ſolertiam & mentis agitationem*: quanquam philoſophi, pro corporis conſtitutione, nunc meliorem, nunc deteriorem memoriam eſſe aiunt: niſi fortaſſe *habitum* appellat qualitatem acquiſitam ex multis actionibus; nam quanquam multis actionibus videtur fieri melior memoria, non tamen habitum acquirit, ſed vim ſuam exerit magis atque magis, quæ antea veluti ſopita erat. TURNEB.

17\. *Quaſi habitu tardiorem, &c.*] Aliquid verbi hic mihi deeſſe videtur: quid vero adſcribendum ſit, mihi non liquet. REGIUS. Aſcenſius addendum putat *quodam*, ut ſit, *quodam quaſi habitu. Ut quemadmodum habitu tardiorem firmioremque memoriam fieri, ejus putem cauſſam quoque ad artificium pertinere: magis admirari naturam ſubit, tot res ve-*

tardiorem firmioremque memoriam fieri putem. [18] Ejus autem, quod ad animum pertinet, magis [19] admirer naturam, ſubito res vetuſtas, tanto ex intervallo repetitas, reddere ſe & offerre; nec tantum requirentibus, ſed etiam ſponte interim; nec vigilantibus, ſed etiam quiete compoſitis magis: eoque [20] illa quoque animalia, quæ carere intellectu videmus, meminerunt, & agnoſcunt, &, quamlibet longo itinere diducta, ad aſſuetas ſibi ſedes revertuntur. Quid? non hæc varietas mira eſt, excidere proxima, vetera inhærere? [21] heſternorum immemores, acta pueritiæ recordari? Quid? quod quædam requiſita ſe occultant, & eadem forte ſuccurrunt? nec manet ſemper memoria, [22] ſed aliquando etiam redit? Neſciretur tamen quanta vis eſſet ejus, quanta divinitas illa, [23] niſi hoc lumen orandi extuliſſet. Non enim rerum modo, ſed etiam verborum ordinem præſtat; nec ea pauca contexit, ſed durat prope [24] in infinitum, & in longiſſimis *actionibus* prius audiendi patientia, quam memoriæ fides deficit. Quod & ipſum argumentum eſt, ſubeſſe artem aliquam, juvarique ratione naturam; cum [25] iidem docti facere illud, indocti & inexercitati non poſſimus: [26] quanquam invenio apud Platonem, obſtare memoriæ uſum literarum; videlicet quod illa, quæ ſcriptis repoſuimus, velut cuſtodire deſinimus, & ipſa ſecuritate [27] dimittimus. Nec dubium eſt, quin plurimum in hac parte valeat mentis intentio, & velut acies luminum [28] a proſpectu rerum, quas intuetur, non averſa. Unde accidit, ut, quæ per plures dies [29] ſcribimus ediſcendi cauſſa, cogitatione ipſa contineat. [30] Artem autem memoriæ primus oſtendiſſe dicitur [31] Simonides, cujus vulgata fabula eſt: [32] Cum pugili coronato carmen, quale componi victoribus ſolet, mercede pacta ſcripſiſſet, [33] abnegata ei pecuniæ pars eſt, [34] quod more poëtis frequentiſſimo digreſſus, in laudes Caſtoris & Pollucis exierat: quapropter partem [35] ab iis petere, quorum facta [36] celebraſſet, jubebatur: & perſolverunt, ut traditum eſt. Nam, cum eſſet grande convivium in honorem ejuſdem victoriæ, atque adhibitus ei cœnæ Simonides, nuncio [37] eſt excitus, quod eum duo juvenes, equis advecti, deſiderare majorem in modum dicebantur. Et illos quidem non invenit, fuiſſe tamen [38] gratos erga ſe, exitu comperit. Nam [39] vix eo limen egreſſo;

uſtas, &c. Obrecht. an ſcripſerit, *ut quaſi habitum, tardiorem firmioremque*, &c. ut in ea ſit opinione, natura datam eſſe memoriam, non vero eſſe habitum, ut Philoſophi vocant, rem quæ exercitatione, conſuetudine acquiritur, quanquam eis augetur, neque fieri memoriam tardiorem & firmiorem; ſed dari a natura celerem, vel tardam, firmam aut lubricam. BURMAN.

18. *Ejus autem, &c.*] *Ea autem, quæ ad animum pertinent, magis admirere*; marg. Baſil. *ad animam*; Vidov.

19. *Admirer.*] *Admirere*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Par. Vaſc. Steph. Colin. Vidov.

20. *Illa quoque animalia.*] Id quidem merito; quia memoria eſt ex ſenſibus interioribus, qui ſunt brutis cum hominibus communes. TURNEB. Quam quidem Turnebiani notam neſcio quomodo Burmannus omiſerit, qui cæteras tanta cum diligentia congeſſit. CAPPER.

21. *Heſternorum.*] *Externorum*; Voſſ. ſec. quæ ſolemnis librariorum aberratio in codicibus veteribus. Vide ad Ovid. I. Triſt. III. 44.

22. *Sed aliquando etiam redit.*] Hæc pars eſt, quæ ab Ariſtotele *reminiſcentia* appellatur, eſtque in ſolis hominibus, non in brutis; quando ſcilicet memoriam abolitam atque deperditam ex tenui veſtigio inſtauramus. TURNEB.

23. *Niſi in hoc lumen orandi extuliſſet.*] Integra quidem plerisque hæc clauſula videtur; mihi vero ſic eſſe depravata, ut, niſi *vim* aut *artem*, ſimileve nomen adſcribamus, parum elegans & ſenſus & oratio habeatur; in maximum namque lumen orandi artem a memoria fuiſſe erectam aſſerit Quinctilianus. Forſitan igitur hic accuſativus *vim* ita eſt adſcribendus, ut hoc modo legatur: *niſi in hoc lumen orandi vim extuliſſet.* REGIUS. *Vim* non habent MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. neque ante Regii correctionem puto hanc vocem hic lectam, quæ inepte repetitur, poſtquam præceſſerit, *quanta vis eſſet.* An ergo vis memoriæ, vim orandi extulit? quis hanc in Fabio ſcabiem ferret? quare amplector Obrechti emendationem, *niſi* (vel *ni*) *hoc orandi lumen extuliſſet*: rectius etiam dici puto *efferre lumen*, quam *vim*. Petron. 89.

Jam plena Phœbe candidum extulerat jubar.

& ita paſſim ſidera, luna & ſol, *efferre os, radios, lumen* dicuntur. BURMAN.

24. *In infinitum.*] Voculam *in* omittit Obrecht.

25. *Iidem docti facere illud, indocti.*] *Cum idem docti facere illud indocti*, &c. Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Baſil. Colin.

26. *Quanquam invenio, &c.*] Cæſar lib. VI. belli Gall. cap. 14. *Eos, qui diſcunt, literis confiſos, minus memoriæ ſtudere: quod fere plerisque accidit, ut præſidio literarum diligentiam in perdiſcendo ac memoriam remittant.* PITHOEUS.

27. *Dimittimus.*] *Amittimus*, malebat Francius.

28. *A proſpectu rerum.*] *A promtu rerum*; V. C. Alm.

29. *Scribimus ediſcendi cauſſa.*] *Scribimus ſi ediſcenda ſunt*; Ald. *ſcribimus ſi ediſcenda ſint*; MS. Bodl. Andr. *ſcribimus ediſcendi fine*; Obrecht.

30. *Artem autem memoriæ.*] Artem memoriæ primus reperit Simonides, conſummavit & abſolvit Metrodorus Scepſius. TURNEB. Vide Calderini Obſerv. in *Face Critica*, tom. I. pag. 317.

31. *Simonides.*] Superavit memoria Simonidem Proclus, narrante Philoſtrato lib. II. de vita Sophiſt. varia fideliſſimæ memoriæ exempla, Grotii, Voſſii, Salmaſii aliorumque recenſet Ant. Borremanſ. Variar. cap. 3. ALMEL.

32. *Cum pugili coronato, &c.*] Conſuetudo erat, ut in ludis *Olympicis*, *Pythiis*, & cæteris certaminibus ſacris, victores laudarentur a poëtis lyricis, quos mercede conducebant: id intellectu facile eſt ex Pindaro. TURNEB. Hanc hiſtoriam etiam tangit Phædr. lib. IV. fab 24. ubi videndi commentatores.

33. *Abnegata ei pecuniæ pars eſt.*] *Abnegatam ei pecuniæ partem*; Locat. Ald. Gudius ad Phædr. IV. 24. legit: *abnegatas ei duas pecuniæ partes.*

34. *Quod more.*] *Quod, de more*; Locat. Ald. Par. Colin.

35. *Ab iis petere.*] *Ab his capere*; Baſil.

36. *Celebraſſet jubebatur.*] *Videbatur*; Voſſ. ſec.

37. *Eſt excitus.*] Gronov. ad Senec. *de Tranquill.* 14. legebat *excitatus.*

38. *Gratos erga ſe.*] *Gratos erga ſe eos*; V. C. Alm. Ald. unde egregie Obrecht. *gratos erga ſeſe Deos exitu comperit*; ita apud Valer. Maxim. I. I. 8. *pertinax eorum indulgentia*, ut in antiquis editionibus erat, in *Deorum* a viris doctis mutatum fuit; & apud Livium lib. I. cap. 21. Codicem Palatinum habere, *quod Dearum ſibi concilia eſſent*, Gebhardus teſtatur; pro *earum*. BURMAN. Sed unius codicis Almeloveniani auctoritas & Obrechti Burmannique conjecturæ non tanti videntur eſſe ponderis, ut vulgatam lectionem, quæ rectam facilemque ſententiam exhibet, immutemus. CAPPER.

39. *Vix eo limen egreſſo.*] *Vix eo ultra limen egreſſo*; V. C. Alm.

triclinium illud ſupra convivas corruit, [40] atque ita contudit, ut non ora modo oppreſſorum, ſed membra etiam omnia requirentes ad ſepulturam propinqui, nulla nota poſſent diſcernere. Tum Simonides dicitur [41] memor ordinis, quo quiſque diſcubuerat, corpora ſuis reddidiſſe. Eſt autem magna inter auctores diſſenſio, Glaucone Caryſtio, an Leocrati, an Agatharcho, an Scopæ ſcriptum ſit id carmen; & Pharſali fuerit hæc domus, ut ipſe quodam loco ſignificare Simonides videtur, atque Apollodorus, & Eratoſthenes, & Euphorion, & Lariſſeus Eurypylus tradiderunt; [42] an Cranone, ut [43] Apollas Callimachus, quem ſecutus Cicero hanc famam latius fudit. Scopam nobilem Theſſalum periiſſe in eo convivio conſtat: adjicitur ſororis filius: putant & ortos pleroſque [44] ab illo Scopa, qui major ætate fuerit: quanquam mihi totum de Tyndaridis fabuloſum videtur: neque omnino hujus rei meminit uſquam poëta ipſe, profecto non taciturus de tanta ſua gloria. [45] Ex hoc Simonidis facto notatum videtur, [46] juvari memoriam ſignatis animo ſedibus, idque credere ſuo quiſque experimento. Nam, cum in loca aliqua poſt tempus reverſi ſumus, non ipſa agnoſcimus tantum, ſed etiam, quæ in his fecerimus, reminiſcimur, perſonæque ſubeunt, nonnunquam tacitæ quoque cogitationes in mentem revertuntur. Nata eſt igitur, ut in pleriſque, ars ab experimento. [47] Loca diſcunt quam maxime ſpatioſa, multa varietate ſignata, domum forte magnam, & in multos [48] diductam receſſus. In ea [49] quidquid notabile eſt, animo diligenter affigitur, ut ſine cunctatione ac mora partes ejus omnes cogitatio poſſit percurrere. Et primus hic labor eſt, non hærere in occurſu. Plus enim quam firma debet eſſe memoria, quæ aliam memoriam adjuvet. [50] Tum quæ ſcripſerunt, vel cogitatione complectuntur, & [51] alio ſigno, quo moneantur, notant: quod eſſe vel ex re tota poteſt, ut de navigatione, militia: vel ex verbo aliquo. Nam etiam [52] excidentes, unius admonitione verbi in memoriam reponuntur. Sit autem ſignum navigationis, ut *anchora*; [53] militiæ, ut *aliquid ex armis*. [54] Hæc ita digerunt: [55] primum ſenſum vel locum

40. *Atque ita contudit.*] *Confudit;* MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Par. marg. Baſil. *confundit;* V. C. Alm. & puto *confudit* recte legi; hoc enim verbo in ſimili re uti ſolent: ita apud Ovid. 5. Metam. 58.

——— *Fractis confudit in oſſibus ora.*

ubi & alii codices *contundit.* Vide quæ notavimus olim ad Petronii cap. 105. BURMAN.

41. *Memor ordine quo quiſque.*] Pro *ordine* ratio Grammatices, ut *ordinis* legatur, expoſcit. REGIUS. *Memor, ordine quo;* Voſſ ſec. Locat. quam ego antiquam ſcripturam eſſe puto, pro *memor, quo ordine. Memor ordinis quo;* edidit Obrecht. BURMAN. Non Obrechtus tantum, ſed ipſo longe antiquiores Vaſcoſ. Steph. Lugduno-Batav. editor *τὸ ordinis* excudendum curaverunt: hos etiam ſecutus eſt Rollinus: neque erat cur Burmannus *τῷ ordine* ederet. CAPPER.

42. *An Cranone.*] Cranon oppidum Theſſaliæ, a Cranone Pelaſgi filio dictum, de quo & Valer. Maxim. lib. 1. 8. hanc narrat hiſtoriam. REGIUS. Puto ſcribendum, *Cranone;* ſic enim appellat Plinius oppidum quoddam Theſſaliæ, Pharſalo proximum. TURNEB. *Cranone;* Voſſ. ſec. Ald. Par. Baſil. Colin. alii *Granone*: poſt alios & Faber ad Phædrum *Cranone* reſtituit Catul. Epiſt. Theſ. 35.

Cranoniſque domos. BURMAN.

Legeſis etiam Ægidium Menagium ad Diogen. Laërt pag. 85. column. 1. CAPPER.

43. *Apollas Callimachus.*] Quis hic ſit, ignoro: & Fabric. Biblioth Græc. lib. III. cap. 19. in fin. dicit. quoſdam legere *Apollos & Callimachus*: ſed quod ego in nullo codice reppeti, licet etiam cl. Bentl. ad Callim. fragm. 71. ita legat: non tamen veroſimile eſt; quia tunc *quos ſecutus Cicero*, ſcripſiſſet Fabius: quare locum mendoſum puto. BURMAN.

44. *Ab illo Scopa.*] Duo enim fuerunt, de quibus vide Menag. ad Laërt. lib. II. cap. 25. ubi Caſaubonus quoque *Scopadas* ex Scopa ortos ex Theocr. recenſet & illuſtrat lect. Theocr. cap. 17. & illorum veſtigia legens cl. Perizon. ad Ælian. Var. XII. I. ſed noſter videtur Scopam illum his temporibus antiquiorem facere, quia ex eo, junior hic Scopas cum gentilibus ſuis cameræ ruina oppreſſus fuit: contra ad Ælianum Perizonius, antiquiorem oppreſſum putat: ſed ſi ipſe junior Cyro donum miſerit, veroſimile eſt, antiquiorem ante Simonidem obiiſſe: & præterea noſter dicit quoſdam putaſſe, omnes Scopadas hac ruina oppreſſos, qui ex priore Scopa erant orti, inter quos etiam junior; quamvis hæc ſint obſcuriora: præterea in V. C. Alm. Ald. Obrecht. erat *ab alio Scopa*, non male. BURMAN.

45. *Ex hoc facto Simonides notavit videtur.*] Verbum illud *videtur*, ut redundans, a ſenſu non admittitur, quamvis in quibuſdam exemplaribus *Simonidis & notari*, fuerit depravatum. Simonides namque ipſe notavit, memoriam ſignatis animo ſedibus juvari; ipſe namque memoriæ artificialis auctor ſcribitur fuiſſe. REGIUS. *Simonides facto notavit, videtur juvari;* Locat. *Simonidis facto notari videtur;* Voſſ. ſec. *ex hoc Simonides facto notavit, ut videtur, juvari m. ſ. a. ſ. idque credet & ſuo quiſque experimento;* Obrecht. Rollinus adjicere volebat *poteſt: idque poteſt credere ſuo q. ex.* BURMAN.

46. *Juvari memoriam.*] Memoria juvatur locis & imaginibus: ſunt autem loci ſpatia quædam, in quibus locamus imagines, id eſt, figuras & effigies rerum, quarum volumus memores eſſe. TURNEB.

47. *Loca diſcunt.*] *Diſcuntur;* MSS. Voſſ. ſec. Colb. Vall. lib.

48. *Deductam receſſus.*] *Diductam*, hoc eſt, diviſam atque diſtinctam, ut legamus, ſenſus expoſcit. REGIUS.

49. *Quidquid nobile eſt.*] Ita quidem legitur, ſed corrupte, ut mihi videtur. *Notabile* autem ſenſui maxime eſt accommodatum: itaque forſitan eſt legendum. REGIUS. *Nobile;* MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſecund. Andr. Ven. Ald. Colon. Par.

50. *Tamen quæ ſcripſerunt.*] *Tum*, loco *tamen*, aperte eſt reponendum. REGIUS.

51. *Alio ſigno quo.*] *Alio quo ſigno quo;* V. C. Alm. *aliquo ſigno quo;* MSS. Voſſ. ſec. Colb. Ald.

52. *Excidentes unius.*] *Excidentes res;* Obrecht. quod unde habuerit, neſcio. Adjecit forſan ex conjectura, quia ſæpius Latini dicunt: *hoc mihi excidit*, pro *τῷ oblitus ſum*: ſed in *τῷ id excidit mihi* ſubaudiri poteſt *τὸ e mente*, vel *e memoria*: quid ergo vetat quominus Latine dicatur *excido*, pro *τῷ obliviſcor*, ſubaudiendo *e memoria illius* rei? immo ipſe Fabius cap. 3. hujus libri ſic loquitur: *Reclinari etiam ad ſuos ..... delicatum; ſicut palam moneri, excidentis, aut legere.* CAPPER.

53. *Militiæ ut aliquid.*] *Vel ſpiculum militiæ, aut aliquid ex armis;* MS. Bodl.

54. *Hæc itaque diligere primum ſenſum bello tum veſtibulo q. a.*] Adeo depravatus eſt hic locus, ut varie quidem in exemplaribus legatur: ſed vix ullo modo ſenſus elici poteſt; alii namque legunt, loco *diligere*, *deligunt*, alii *digerunt*, alii *ſenſum* in *locum* permutant: verum ne ſic quidem, ut dixi, integer hujus loci habetur intellectus REGIUS. *Hæc ita deligere primum ſenſum bello tum veſtibulo;* Voſſ. ſecund. Locat. *hæc ita digerunt;* Andr. Colin. Obrecht. *hæc itaque digerunt;* Leid. & alii.

55. *Primum ſenſum vel locum.*] *Primum locum veſtibulo;* Andr. Ald. Colin. Vidov.

veſtibulo quaſi aſſignant, [56] ſecundum atrio, tum [57] impluvia circumeunt, nec cubiculis modo aut [58] exhedris, [59] ſed ſtratis etiam ſimilibuſque per ordinem committunt. Hoc facto, cum eſt repetenda memoria, incipiunt ab initio loca hæc recenſere, &, quod cuique crediderunt, repoſcunt, & eorum imagine admonentur: ut, quamlibet multa ſint, quorum meminiſſe oporteat, [60] ſint ſingula connexa [61] quodam choro, ne errent conjungentes prioribus [62] ſequentia ſolo ediſcendi labore. Quod de domo dixi, & in operibus publicis, & in itinere longo, ut urbium ambitu, & picturis, fieri poteſt. Etiam fingere ſibi has imagines licet. Opus eſt ergo locis, quæ vel finguntur, vel ſumuntur. imaginibus, vel ſimulacris, quæ utique fingenda ſunt. [63] Imagines notæ ſunt, quibus ea, quæ ediſcenda ſunt, notamus: [64] ut, quomodo Cicero dicit, [65] *locis pro cera, ſimulacris pro literis utamur*. Illud quoque ad verbum ponere, optimum fuerit: *Locis eſt utendum multis, illuſtribus*, [66] *explicatis, modicis intervallis*: [67] *Imaginibus autem agentibus, acribus, inſignitis, quæ occurrere*, [68] *celeriterque percutere animum poſſint*. [69] Quo magis miror, quomodo Metrodorus in XII. ſignis, per quæ Sol meat, trecenos & ſexagenos invenerit locos. Vanitas nimirum fuit atque jactatio circa memoriam ſuam potius arte, quam natura gloriantis. [70] Equidem hæc ad quædam prodeſſe non negaverim; ut ſi rerum nomina multa, per ordinem audita, reddenda ſint. Namque in iis, quæ didicerunt, locis [71] reponunt res illas, *menſam*, ut hoc utar, *in veſtibulo*, *in atrio pulvinum*, & ſic cætera: deinde relegentes inveniunt, ubi poſuerint. Et forſitan [72] in hoc ſunt adjuti, qui, auctione dimiſſa, quid cuique vendidiſſent, teſtibus argentariorum tabulis reddiderunt: [73] quod præſtitiſſe Hortenſium dicunt. Minus idem proderit in ediſcendis, quæ orationis perpetuæ erunt. [74] Nam & ſenſus non eamdem imaginem, quam res, habent, [75] cum alterum fingendum ſit, & horum tamen utrumque commonet. [76] Sed ſermonis alicujus habiti verborum contextus eadem arte quomodo comprehendetur? Mitto, quod quædam nullis ſimulacris ſignificari poſſunt, [77] ut certæ *conjunctiones*. [78] Habeamus enim ſane, ut qui notis ſcribunt, certas [79] imagines omnium, & loca ſcilicet infinita, per quæ verba, quæ ſunt in quinque contra Verrem ſecundæ *actionis* libris, explicentur, ut meminerimus etiam omnium quaſi depoſitorum; nonne impediri quidem eorum, quæ dicit, decurſum neceſſe eſt duplici memoriæ cura? Nam quomodo poterunt copulata fluere, ſi propter ſingula verba ad ſingulas formas reſpiciendum erit? Quare [80] &

56. *Secundum atrio.*] *Secundum puta atrio;* MSS. Bodl.

57. *Impluvia.*] *Impluvium* pars eſt in ædibus ſub dio ad lumen admittendum, quo pluvia ex tectis decidit. TURNEB.

58. *Exhedris.*] *Exhedra* aula eſt magna, a frequentia ſedium appellata, cujuſmodi ſunt Pariſiis ſcholæ theologicæ & ſcholæ dialecticæ. TURNEB.

59. *Sed ſtratis.*] *Sed ſtatuis;* Andr. Ald. Vidov. Obrecht. marg. Gryph.

60. *Sint ſingula.*] *Fiant;* Obrecht.

61. *Quodam choro.*] *Quodam corio;* MS. Bodl. & Vall. lib.

62. *Sequentia ſolo.*] *Conſequentia;* V. C. Alm.

63. *Imagines notæ ſunt, &c.*] Imagines collocantur in locis, ac ſunt veluti literæ & ſcripturæ: loca autem veluti pugillares, in quibus ſcribimus. TURNEB.

64. *Ut Cicero dicit.*] Lib. II. *de Orat.* cap. 86.

65. *Locis eſt utendum.*] Ibid. cap. 87.

66. *Exſpectatis.*] Emendate legitur *explicatis*. REGIUS.

67. *Imaginibus aliquid agentibus.*] *Imaginibus autem agentibus;* Voſſ. ſecund. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht. marg. Steph. Baſil. & ita apud Cicer. legitur.

68. *Celeriterque percutere.*] *Celeriterque percurrere;* Ald. Gryph. Baſil. Vidov.

69. *Quo magis miror.*] Metrodorus Scepſius duodecim ſignis Zodiaci utebatur ad memoriam, ac ſingula dividebat in triginta loca: hoc autem modo peccabat, quia ſub ſenſum non cadebant, ut facile occurrerent, & intelligerentur, nec explicata erant modicis intervallis. TURNEB. Metrodorus diſcipulus Carneadis. Cicer. I. *de Orat.* 30. ſcripſit librum de natura, referente eodem *Acad. quæſt.* II. 23. ALMEL.

70. *Equidem hæc.*] Videtur Fabius damnare illam memoriam, quæ conſtat locis & imaginibus, ut memoriam artificialem putet tantum ſtudio & exercitatione conſtare. TURNEB.

71. *Reponunt res.*] *Ponunt res;* Voſſ. ſec.

72. *In hoc ſunt adjuti.*] Primam vocem non habet Obrecht.

73. *Quod præſtitiſſe Hortenſ. dic.*] Hoc ſcribit Seneca, Proœm. Declamat. *Aut quod fecit Hortenſius, qui, a Siſenna provocatus, in auctione perſedit totum diem, & omnes res & pretia & emptores ordine ſuo, argentariis recognoſcentibus, ita ut in nullo falleretur, recenſuit.* REGIUS. Quod autem de argentariis addit, ita intelligendum eſt, eos interfuiſſe emptionibus, tabulas confeciſſe, pecunias quibuſdam mutuaſſe. TURNEB.

74. *Nam & ſenſus.*] Ut memores ſimus periodorum, præſtare non poterit locus aut imago: quanquam locus & imago memoriam ſolent monere: ſed tamen verborum contextus his non adjuvatur. TURNEB.

75. *Cum alterum fingendum ſit, & horum tamen utrumque commonet.*] Hæc additítia & inexplicabilia cenſet Gallæus.

76. *Sed cum ſermonis alicujus habitu.*] Emendatione mihi hic quoque locus indigere videtur. Fortaſſe autem illa præpoſitio *cum* eſt eradenda, &, pro illo *habitu*, legendum eſt *habiti*; aut certe, ut nihil eradatur, hoc participium *ediſcendus* cum *eſt* verbo, ut adſcribatur, ſenſus expoſcit, hoc modo: *Sed cum ſermonis alicujus habiti verborum contextus eſt ediſcendus, eadem arte quomodo comprehendetur?* ut intelligamus verborum contextum alicujus habitæ orationis minime artificiali memoria comprehendi poſſe. REGIUS. *Si cum ſermonis*, &c. MS. Bodl. Andr. marg. Baſil. *ſed cum ſermonis alicujus habitu;* Locat. Vaſc. Steph. Baſil. *ſed cum ſermonis alicujus habiti verborum contextus ſit ediſcendus eadem;* Ald. Gryph. Vidov. (niſi quod ille *habitu*.) *Sed ſermonis alicujus habitu;* Colon. Par. Colin. Oxon. *ſed ſermonis alicujus habiti verborum;* Leid. Obrecht. locus corruptus, nec ex quo me expedio: forte *ſed ſermonis alicujus habiti, aut verborum contextus, qua tandem arte comprehendetur?* BURMAN.

77. *Ut cæteræ conjunctiones.*] *Certæ* legendum, non *cæteræ*. REGIUS. *Ut certe conjunctionis;* Voſſ. ſec. Vidov. Baſil.

78. *Habeamus enim ſane.*] *Exceptores* ad compendia ſcripturæ infinitas prope notas habebant, quibus ſignificabantur vocabula; & hac de cauſſa dicebantur *notarii*. TURNEB.

79. *Imagines.*] *Nominum;* Obrecht.

80. *Et Carneades.*] legendum eſſe *Charmadas*, vel *Charmides*, ex Ciceronis I. *Tuſcul.* 24. recte, mea ſententia,

Charmadas [81] & Scepſius (de quo modo dixi) Metrodorus, quos [82] Cicero dicit uſos hac exercitatione, ſibi habeant ſua: nos ſimpliciora tradamus. Si longior complectenda memoria fuerit oratio, proderit per partes ediſcere, (laborat enim maxime onere) & hæ partes non ſint perexiguæ : alioqui [83] nimis multæ erunt, & eam [84] diſtinguent atque concident. Nec utique certum [85] imperaverim modum, ſed maxime ut quiſque finietur locus: [86] niſi forte tam ſit numeroſus, ut ipſe quoque dividi debeat. [87] Dandi ſunt certi quidam termini, ut contextum verborum (qui eſt difficillimus) [88] continuet crebra meditatio, partes deinceps ipſas repetitus ordo conjungat. Non eſt inutile, quo facilius hæreant, aliquas [89] apponere notas, quarum recordatio commoneat & quaſi excitet memoriam. [90] Nemo enim fere tam infelix, ut, quod cuique loco ſignum deſtinaverit, neſciat: ut, ſi erit tardus ad hoc, [91] eo quoque adhuc remedio utatur, ut ipſæ excitent notæ. Hinc eſt [92] ex illa arte non inutile, [93] attendere ſigna ad eos, qui exciderunt, ſenſus; *anchoram* (ut ſupra poſui) ſi de nave dicendum eſſet; *ſpiculum*, ſi de prœlio. Multum enim ſigna faciunt & ex alia memoria venit alia, ut, cum [94] tranſlatus annulus vel alligatus commoneat nos, [95] cur id fecerimus. Hæc magis adhuc adſtringunt, quæ memoriam ab aliquo ſimili transferunt ad id, quod continendum eſt; ut in nominibus, ſi *Fabius* forte ſit tenendus, referamus ad illum *cunctatorem*, qui excidere non poteſt; aut ad aliquem amicum, qui idem vocetur : quod eſt facilius in *Apris*, & *Urſis*, & *Naſone*, aut *Criſpo*, ut id memoriæ affigatur, unde ſunt nomina. [96] Origo quoque aliquando declinatorum, tenendi magis cauſſa eſt; ut in *Cicerone*, *Verrio*, *Aurelio*, [97] ſi debent inſeri. Illud neminem non juvabit, iiſdem, [98] quibus ſcripſerit, ceris ediſcere. [99] Sequitur enim veſtigiis quibuſdam memoriam, & velut oculis intuetur non paginas modo, ſed verſus prope ipſos, [100] qui tum dicit ſimilis legenti. Jam vero ſi litura aut adjectio aliqua aut mutatio interveniat, ſigna ſunt quædam, quæ intuentes [101] deer-

vidit Daviſius; quia Cicero ibi Charmidan, Metrodorum, & Hortenſium, qui memoria inſigni valuerunt, conjungit; & ſimiles mendas ex Cicerone ipſo, ubi *Carneades* pro *Charmadas* legebatur, ſuſtulerunt ante, & quaſi præiverunt Daviſio Jonſ. de Hiſt. Philoſ. ſcript. lib II. cap. 14. & Salmaſ. Exercit. Plin. pag. 36. apud Macrobium quoque lib. VII. cap. 1. *Carneadem* pro *Charmadam* olim legebatur: ſed Pontanus ex Plutarchi lib. I. Conviv. Quæſt. apud quem tamen *Χαρμίδας* eſt, correxit: nuper etiam vir diligentiſſimus Zachar. Pearce ad Cicer. I. *de Orat.* II. & ſeqq. aliquoties pro *Carneade*, *Charmadam* repoſuit. BURMAN. Legendum eſſe *Charmadas*, patet inſuper ex Fortunatiani loco pag. 75. Rhetor. Pithœan. ubi ſic legitur : *hac exercitatione qui utebatur?* [legere malim *utebantur*] *Charmadas & Scepsius* [lego *Scepſius*] *Metrodorus*, &c. CAPPER.

81. *Et Sepſius.*] *Scepſis* eſt urbs Phrygiæ, ut ait Strabo, unde *Scepſius* dicitur Metrodorus : quare non *Sepſius*, ſed *Scepſius* eſt ſcribendum. REGIUS. Vide cap. 6. lib. X. circa medium. CAPPER.

82. *Cicero.*] II. *de Orat.* 88.

83. *Nimis multæ.*] *Rurſus multæ;* V. C. Alm.

84. *Diſtinguent.*] Suſpecta mihi hæc vox; laudi enim eſt, & ordinis, res diſtinguere; at diſcindere, concidere & in minutas partes ſecare, nimiæ diligentiæ : quare forte *diſcindent* legendum, quod ſequenti *concident* rectius jungitur. Ita lib. I. cap. 2. *Ingenia concidi & comminui* dicit; & lib. V. 10. *quæ ſi perſequamur, nullus erit ea concidendi modus.* BURMAN.

85. *Imperaverim modo.*] Reponendum eſſe *modum*, aperte conſtat. REGIUS. *Modo;* Voſſ. ſecund.

86. *Niſi forte numeroſus.*] Hoc verbum *ſit*, & compoſitionis & ſenſus integritas expoſcere videtur, ut legatur : *niſi forte tam ſit numeroſus.* REGIUS. Abeſt *τὸ ſit* a Voſſ. ſec. Locat. & Aſcenſius abeſſe jubet, ne ſit finis hexametri, & referri *numeroſus* ad *finietur* : ſed æque exibit in finem hexametri, ſi, *ſit* omiſſo, *tam numeroſus* legatur; neque hoc vitandum puto, niſi in fine periodi; hic vero in medio collocata vox *numeroſus* nihil auribus officit : alioqui fere ſemper ab ea abſtinendum eſſet. BURMAN.

87. *Dandi ſunt.*] Cum ediſcimus, terminos præfigere debemus, ad quos una memoria perveniamus; ſic enim fiet, ut in continuatione verborum reddenda nunquam hæſitemus. TURNEB.

88. *Continuet.*] *Contineat;* Obrecht.

89. *Apponere notas.*] *Ponere:* Obrecht.

90. *Nemo enim.*] Aut *ſignum* & *notam* pro eodem accipit, aut (quod verius videtur) *notam* appellat quoddam compendium ſcribendi, quod apponendum erit initiis partium ad memoriam excitandam. TURNEB. Ego puto, notam & ſignum hic idem eſſe, quod apponitur margini orationis, ad memoriæ ſubſidium. BURMAN.

91. *Eo quoque adhuc remedium utatur ut ipſæ notæ.*] Depravatum eſſe ſenſum, facile ex eo colligitur, quod varie in exemplaribus legitur; nam & *remedio* alibi legitur, & *excitent* adſcribitur hoc modo, *ut ipſæ excitent notæ* : ſed ne ſic quidem verus percipitur ſenſus. REGIUS. *Ipſæ excitent notæ;* Ald. *tardus, ad hoc eo q. remedio adhuc utatur, ut ipſæ e. n.* Obrecht. Francius malebat *& ſi erat tardus.*

92. *Ex illa arte.*] *Ex ipſa arte;* Voſſ. ſec. Ald.

93. *Attendere ſigna.*] *Appendere ſigna ad eos q. exciderunt;* Obrecht. in emendat. ſed in contextu edidit *excidunt* : *appendere* etiam Francius jam conjecerat.

94. *Annulus tranſlatus.*] A manu in manum; ut ita deprecandi ominis cauſſa Trimalchio trajecit annulum in dextram manum. Petron. cap. 74. BURMAN.

95. *Cum iis fecerimus.*] In quibuſdam quidem exemplaribus legitur, pro *iis*, *hæc* : ſed ne ſic quidem omnes mendæ ſublatæ ſunt; loco enim illius particulæ *eum*, *cur* eſt legendum, & *id* potius, quam *hac*, hoc modo : *cur id fecerimus.* REGIUS. *Cum hac fecerimus;* Voſſ. ſec.

96. *Origo quoque.*] Derivatio quoque & origo firmant memoriam : itaque *cicer*, *ver*, *aurum*, revocabunt in memoriam *Ciceronem*, *Verrem*, *Aurelium.* TURNEB.

97. *Si debet inſeri.*] Quid ſibi velit hæc clauſula, non liquet mihi; tametſi in quibuſdam exemplaribus *miſceri* legatur pro illo *inſeri*. REGIUS. *Si debet inſeri;* Voſſ ſecund. Andr. Locat. Ald. Par. Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. *ſi debet miſceri;* MS. Bodl. marg. Baſil. *ſi debent inſeri:* Leid. Oxon. *ſi hi miſceri;* V. C. Alm. *Aurelio. Si debet miſceri illud, neminem, &c.* Obrecht. Aſcenſius exponit, *ſi debet inſeri orationi unum illorum nominum.* BURMAN.

98. *Quibus ſcripſerit.*] *Scripſeris* malebat Francius.

99. *Sequuntur enim in veſtigiis.*] *In* præpoſitio, ut quæ a ſenſu repellatur, eſt eradenda. REGIUS. *Sequuntur;* Voſſ. ſecund. Locat. Ald. *Sequitur enim veſtigiis quibuſdam memoriam.*] Recte ex hoc loco oſtendit Beroaldus, male quoſdam Græciſmum ſtatuere in his Plinii. lib. VIII. cap. 8. *mox ſanguinis veſtigiis ſequuntur*, ubi ſubintelligi debet *ferat* : *veſtigia* vero ſunt ſigna, *σημεῖα*, ut explicuit lib. V. cap. 9. Vide Tennul. ad Frontin. III. XV. 5. *indicia* ita explicat Serv. ad Virg. II. Georg. 258. BURMAN.

100. *Quæ tum dicit.*] *Qui*, non *quæ*, legendum videtur : *quæ tum dicit;* Voſſ. ſec. *qui dum dicit* Francius volebat.

101. *Errare.*] *Deerrare;* V. C. Alm. quod mihi efficacius videtur; quia eſt ab incepto jam & inſtituto quaſi

rare

rare non poſſumus. [102] Eſt ratio, ut illi, de qua primum locutus ſum, arti non diſſimilis, ita (ſi quid me experimenta docuerunt) & expeditior & potentior, [103] ediſcere tacite. Nam id quoque eſt, [104] quod tum erat, optimum, ſi non ſubirent velut otioſum animum plerumque aliæ cogitationes, propter quas excitandus eſt voce, ut [105] duplici motu juvetur memoria, dicendi, & audiendi. Sed hæc vox ſit modica, & magis murmur. Qui autem, legente alio, ediſcit, in parte tardatur, quod [106] acrior eſt oculorum, quam aurium ſenſus: in parte juvari poteſt, [107] quod, cum ſemel aut bis audierit, continuo illi memoriam ſuam experiri [108] licet, & cum legente contendere. Nam & alioqui id maxime faciendum eſt, ut nos ſubinde tentemus; quia continua lectio, & quæ magis, & quæ minus hærent, æqualiter tranſit. In experiendo teneaſne, & major intentio eſt, & nihil [109] ſupervacui temporis perit, quo etiam, quæ tenemus, [110] repeti ſolent: ita ſola, quæ exciderunt, retractantur, [111] ut crebra reiteratione firmentur: quanquam ſolent hoc ipſo maxime hærere, quod exciderunt. Illud ediſcendo ſcribendoque commune eſt, utrique plurimum conferre bonam valetudinem, [112] digeſtum cibum, animum cogitationibus aliis liberum. [113] Verum & in his, quæ ſcripſimus, complectendis multum valent, & in iis, quæ cogitamus, continendis [114] prope ſolæ, (excepta, quæ [115] potentiſſima eſt, exercitatione) diviſio & compoſitio. Nam qui recte diviſerit, nunquam poterit in rerum ordine errare. Certa ſunt enim non ſolum in digerendis quæſtionibus, ſed etiam in exſequendis, ſi modo recte dicimus, prima ac ſecunda, & deinceps: cohæretque omnis rerum copulatio, ut ei nihil neque ſubtrahi ſine manifeſto intellectu, neque inſeri poſſit. [116] An vero Scævola in luſu [117] duodecim *ſcriptorum*, cum prior calcu-

itinere aberrare: idem reperit in MS. Palatino Gebhard. III. Crepund. 18. & aliis locis illuſtrat. BURMAN.

102. *Eſt ratio ut eſt illi.*] Illud *eſt*, iterum adſcriptum, videtur eradendum hoc modo: *Eſt ratio ut illi.* REGIUS. *Eſt ratio ut & illi:* Ald. Gallæus ita conſtituebat & diſtinguebat. *Hac ratio, ut illi de q. p. l. ſ. a. n. d. i. (ſ. q. m. ex. d.) e. e. & potentior. Ediſcere tacitum erat optimum, ſi non*, &c. BURMAN.

103. *Ediſcere tacite.*] Nam qui memoria artificiali utitur, tacite ediſcit, cum ea, quæ audit, in imaginibus & locis collocat: ideo dixit hanc rationem illi ſimilem eſſe. TURNEBUS.

104. *Quod tum erat optimum.*] *Quod erat optimum:* Voſſ. ſecund. *quod ſi tum erat optimum, non ſubirent;* V. C. Alm. locus corruptus & obſcurus: ego diſtinctionem Gallæi probam puto; & ita legi poſſe puto ex veſtigiis codicum: *Quæ ratio, ut eſt illi, de q.* &c. *& potentior. Ediſcere tacite (nam id quoque eſt quæſitum) erat optimum, ſi non ſubirent, &c.* illud *quæſitum* latebat in *quod ſitum*, quod habet codex Almelov. illam ergo rationem, per veſtigia & ſigna ſequi orationis contextum, eſſe expeditiorem dicit, quod experimentis ſuis probat, neque nos non idem ſæpe experti fuimus. Deinde accedit ad modum ediſcendi, qui varie traditur, vel ut tacite ediſcant, vel ſuppreſſiore voce, vel alio legente. BURMAN.

105. *Duplici motu.*] Dubitabat Franciius, an non *modo* legendum foret.

106. *Acrior eſt.*] Negat hoc Apuleius, Floridor. cap. 2. propter Socratis apophthegma. SICHARD. Apuleii locum exſtare arbitror in primo *Floridorum* libro non longe ab initio, ubi ſic legitur: *Ut te videam, inquit* [Socrates] *aliquid loquere: ſcilicet Socrates tacentem hominem non videbat... nec iſta re cum Plautino milite congruebat, qui ita ait:*

Pluris eſt oculatus teſtis unus, quam auriti decem.

immo enim vero hunc verſum ille ad examinandos homines converterat:

Pluris eſt auritus teſtis unus, quam oculati decem.

Ad hæc, opinor, Sichardus reſpexit. CAPPER.

107. *Quod cum ſemel.*] *Quod ſemel;* Voſſ. prim. tert.

108. *Licet.*] Abeſt hæc vox a Voſſ. prim. tert.

109. *Supervacui.*] *Supervacanei;* Andr. Ald.

110. *Reperiri ſolent.*] *Repeti*, ut legatur, ſenſus expoſcit, non *reperiri*. REGIUS. *Reperiri;* MSS. Bodl. Joan. Voſſ. omnes, Andr. Locat.

111. *Ut crebra reiteratione firmentur.*] Veritus, (opinor) nonnemo ſtudioſus, ne in ταυτολογίας Fabium conjiceret, pro *reiteratione* poſuit *iteratione*, quaſi ejuſmodi (ut ſic dicam) reduplicationes non eſſent Latinis ſcriptoribus uſitatæ. Quid apud illos frequentius invenitur, quam *rurſus reverti*, & ejus generis locutiones: nunc equidem ego debere etiam nimiæ licentiæ exiſtimo, quod apud Fabium lib. XI. cap. 4. *rurſus a me tractatum* legitur in pluribus codicibus, pro *rurſus a me retractatum*, quod a nonnullis poſitum video. GIBSON. *Reiteratione;* Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *intentione;* Voſſ. prim.

112. *Digeſtum cibum.*] Quia interim, dum cibus concoquitur, vapores ad cerebrum elevantur, qui officiunt ingenio & memoriæ: at concocto cibo ceſſant vapores, ac purum eſt cerebrum: hac de cauſſa celebratur maxime memoria matutina, ut abierit in proverbium. TURNEB.

113. *Verum & in his.*] *Verum etiam in iis;* Voſſ. ſec. Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov.

114. *Prope ſolæ.*] *Prope ſola;* Voſſ. tert. Bern. qualia jam obſervavimus ad lib. VII. cap. 4.

115. *Potentiſſima eſt.*] *Potiſſima;* V. C. Alm. Locat. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Par.

116. *An vero Scævola.*] Mucium Scævolam in duodecim *ſcriptorum* (ſic legendum, non *ſcruporum*) luſu excelluiſſe nos etiam docet vetus Epigramma, a Salmaſio ad Hiſt. Auguſt. pag. 464. e veteri libro Johannis Lacurnæi primum vulgatum. Eſt autem ejuſmodi:

DE TABULA.

In parte alveoli pyrgus velut urna reſedit,
Qui vomit internis teſſerulas gradibus.
Sub quarum jactu diſcordans calculus exit,
Certanteſque fovet ſors variata duos.
Heic proprium faciunt ars & fortuna periclum;
Hæc cavet adverſis caſibus, illa favet.
Compoſita eſt tabulæ nunc talis formula belli,
Cujus miſſa facit teſſera principium.
Ludentes vario tum exercent prælia fato,
Ruſſeus an nitidus premia forte ferat.
Paſcitur a multis avide damnoſa voluptas,
Nec ſædet gliſcens otia ſegnities.
Hoc opus inventor nimium Palamedis amavit;
Et parili excellens Mucius ingenio.

COLOMES.

117. *Duodecim ſcruporum.*] *Scrupos* appellat eos calculos & teſſeras, quibus luſitamus in alveolo. Hæc dictio reperitur etiam apud Cicer. in *Orat.* ad Q. fratrem: videtur tamen hic luſus nonnihil evariaſſe a noſtro. TURNEB. Hunc luſum Sidonius *calcularium* vocat: non autem multum abſimilis eſt illi, quem hodie *duplicatum nonarium* appellant. SICHARD. *Scriptorum* olim lectum fuiſſe, ex Badii notis patet, & ita eſt in Leidenſi editione; & recte ita ſcribi jam viri docti docuerunt. Vide Victor. v. Var. Lect. cap. 13. ſed præcipue Salmaſ. ad Vopiſc. Procul. cap. 1. qui operoſe de illo egit, (qui recte a ludo latrunculorum, quem hic Badius intelligebat, diſtinguit) & nuper Thom. Hyde de Nerdeludio; qui pag. 10. in MS. Bodl. hoc loco *ſcriptorum* legi adfirmat: unde patet, quam negligenter Gibſon illum codicem contulerit, qui hic & Leidenſem lectionem damnat, quam ſolam debuerat laudare. BURMAN. Adde, quod in cod. Bernenſi diſerte legatur

lum promoviſſet, eſſetque victus, dum rus tendit, repetito totius certaminis ordine, quo dato erraſſet recordatus, rediit ad eum, [118] quicum luſerat, iſque ita factum eſſe confeſſus eſt: minus idem ordo valebit in oratione, præſertim totus noſtro arbitrio [119] conſtitutus, cum tantum ille valeat [120] alternus? Etiam quæ bene compoſita erunt, memoriam ſerie ſua ducent. Nam, ſicut facilius verſus ediſcimus, quam [121] proſam orationem; ita [122] proſam vinctam, quam diſſolutam. Sic contingit, ut etiam quæ ex tempore videbantur effuſa, ad verbum repetita reddantur: quod meæ quoque memoriæ mediocritatem ſequebatur, [123] ſi quando interventus aliquorum, qui hunc honorem mererentur, iterare declamationis partem coëgiſſet: nec eſt mendacio locus, [124] ſalvis qui interfuerunt. Si quis tamen unam maximamque a me artem memoriæ quærat, [125] exercitatio eſt, & labor; multa ediſcere, [126] multa cogitare, & (ſi fieri poteſt) quotidie, [127] potentiſſimum eſt. Nihil æque vel augetur cura, vel negligentia intercidit. Quare & pueri ſtatim, ut præcepi, quam plurima ediſcant, &, quæcumque ætas operam juvandæ ſtudio memoriæ dabit, devoret initio tædium illud & ſcripta & lecta ſæpius revolvendi, & quaſi eumdem cibum remandendi. Quod ipſum hoc fieri poteſt [128] levius, ſi pauca primum, & quæ [129] tædium non afferant, cœperimus ediſcere; tum quotidie adjicere [130] ſingulos verſus, quorum acceſſio labori ſenſum incrementi non afferat, [131] in ſummam ad infinitum uſque perveniat; & poëtica prius, tum oratorum, noviſſime etiam [132] ſolutiora *numeris*, & magis ab uſu dicendi remota, [133] qualia ſunt Juriſconſultorum. Difficiliora enim debent eſſe, quæ exercent, quo ſit levius ipſum illud, [134] in quod exercent; [135] ut athletæ ponderibus plumbeis aſſuefaciunt manus, quibus vacuis & nudis in certamine utendum eſt. Non omittam etiam, quod quotidianis experimentis [136] deprehenditur, minime fidelem eſſe paulo tardioribus ingeniis recentem memoriam. Mirum dictu eſt, nec in promptu ratio, quantum nox interpoſita afferat firmitatis, ſive quieſcit labor ille, cujus ſibi ipſa fatigatio obſtabat, ſive maturatur, atque concoquitur, [137] ſeu firmiſſima ejus pars eſt recordatio: quæ ſtatim referri non poterant, contexuntur [138] poſtera die: confirmatque memoriam idem illud tempus, quod eſſe in cauſſa ſolet oblivionis. [139] Etiam illa prævelox fere cito effluit, &, velut, præſenti officio functa nihil in poſterum debeat, tanquam dimiſſa diſcedit. Nec eſt mirum magis hærere animo, quæ diutius affixa ſint. Ex hac ingeniorum diverſitate nata dubitatio eſt, [140] an ad verbum ſit ediſcendum dicturis, an vim modo rerum atque ordinem complecti ſatis ſit: de quo ſine dubio non poteſt in univerſum pronunciari. Nam, ſi memoria ſuffragatur, tempus [141] non deſit, nulla me velim ſyllaba effugiat: alioqui etiam [142] ſcribere ſit ſupervacuum. Idque præcipue a pueris obtinendum, atque in

ſcriptorum, ut in ſuis *Addendis* Burmannus annotarat. Denique verus Turnebus Adverſarior. lib. XXVII. cap. 3. legit hic *ſcriptorum*: quam lectionem ex Hortenſio Ciceronis confirmat CAPPER.

118. *Quicum luſerat.*] *Quorum*; Voſſ. prim. tert. Bern.

119. *Conſtitutus.*] *Conſtructus*; MSS. Bodl. Alm. Andr.

120. *Alternus.*] *Alterius* conjiciebat Francius, ſed perperam; in duodecim enim ſcriptorum ludo alternis luditur, & calculi promoventur. BURMAN.

121. *Proſam orationem.*] *Prorſam*; V. C. Alm.

122. *Proſam vinctam.*] Id eſt, oratoriis adſtrictam *numeris*, de quibus cap. 4. lib. IX. fuſe diſſeruit. CAPPER.

123. *Si quando interventus aliquorum.*] Solebant proceres Romani per otium frequentare ſcholas, & audire illuſtres declamatores: ſic Antoninus philoſophus in ſchola audivit declamantem Hermogenem. TURNEBUS.

124. *Salvis qui.*] Hoc eſt, quando quidem ſuperſtites etiamnum vivunt ii, qui meis declamationibus interfuerunt. CAPPER.

125. *Exercitatio & labor.*] Utile præceptum, quod Hermogenes etiam commendat. SICHARD.

126. *Multa cogitare.*] *Multa agitare*; MSS. Joan. Voſſ. prim. tert.

127. *Potentiſſimum.*] *Potiſſimum*; Andr. Par. Vidov. Baſil. Gryph.

128. *Levius.*] Male poſuit editio Lugdun. *lenius*, quamlibet ea ſit lectio ſpecioſa; conſulit enim Quinctilianus, in tradendis præceptis memoriæ atque ediſcendi, puerorum imbecillitati; dicitque, non ita grave onus eos ſenſuros, ſi illud opus paulatim proſequantur. *Levius* oſtendunt codices MSS Bodl. & Joan editi fere omnes. GIBSON. *Levius*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Vidov. Colin. Oxon. Obrecht.

129. *Tædium non afferant.*] *Odium*; MSS. Bodl. Alm. Voſſ. prim. tert. Andr. Ald. marg. Baſil. Steph.

130. *Singulos.*] Deeſt in V. C. Alm.

131. *In ſummam.*] *In ſummam ac infinitum*; Voſſ. ſecund. marg. Baſil.

132. *Solutiora numeris.*] Ea, in quibus oratorii *numeri* minus accurante ſervantur. CAPPER.

133. *Qualia ſunt Juriſconſultorum.*] Scripta *Juriſconſultorum* admodum Latina ſunt, ſed nullo modo numeroſa; ſatis enim habent ſequi proprietatem in docendo. TURNEB.

134. *In quod exercent.*] *In quo*; Voſſ. prim.

135. *Ut athletæ ponderibus*] Athletæ ad firmanda brachia geſtare ſolent maſſas plumbeas, quas vocant *halteres*: his etiam in ſaltando ſolent corpus librare. TURNEB.

136. *Deprehenditur.*] *Defenditur*; Voſſ. tert.

137. *Seu firmiſſima eius pars eſt recordatio.*] *Recordationem* appellat Fabius, quam vulgo, non ſatis apte forte, vocant *reminiſcentiam*: ea eſt recollectio memoriæ. TURNEB.

138. *Poſtera die.*] *Poſtero*; Ald. Baſil. Gryph Steph. Colin. Vidov. Oxon. Obrecht.

139. *Etiam illa prævelox.*] Cerebrum molle & humidum facile admittit impreſſionem ſimulacrorum, ſed eamdem facile perdit. At cerebrum aliquanto durius vix admittit ſimulacrorum impreſſionem, ſed eam diu continet: ita qui facile percipiunt, memoriam diu non continent; qui autem difficulter, diu. TURNEB. *Pervelox*; MSS. Alm. Voſſ.

140. *An verbum.*] Præpoſitio *ad* reponenda videtur, ut legatur *an ad verbum*. REGIUS. *Ad verbum*; Voſſ. prim. tert. & ita in Vallenſi libro eſſe Badius notat, & recte ex more Fabium loqui, qui omittit priore loco *an*, ut jam ſupra notavimus ad lib. VII. 2. & alibi.

141. *Non deſit.*] *Non deſuit*; MSS. Alm. Voſſ. prim. ſec. Bern.

142. *Scribere præcipue a pueris ſit ſupervacuum.*] Tria hæc

hanc conſuetudinem memoria exercitatione redigenda, ne nobis diſcamus ignoſcere. [143] Ideoque & admoneri, & ad libellum reſpicere vitioſum, quod libertatem negligentiæ facit; nec quiſquam ſe parum tenere judicat, quod, ne ſibi excidat, non timet. Inde interruptus *actionis* impetus, & [144] reſiſtens ac ſalebroſa oratio, & qui dicit ediſcenti ſimilis, etiam omnem bene ſcriptorum gratiam perdit vel hoc ipſo, quod ſcripſiſſe ſe confitetur. Memoria autem facit etiam prompti ingenii famam, ut illa, quæ dicimus, [145] non domo attuliſſe, ſed ibi protinus [146] ſumpſiſſe videamur: quod & oratori & ipſi *cauſſæ* plurimum confert. Nam & magis miratur, & minus timet judex, quæ non putat adverſus ſe præparata. [147] Idque in *actionibus* inter præcipua ſervandum eſt, ut quædam etiam, quæ optime [148] vinximus, velut ſoluta enunciemus; & cogitantibus nonnunquam & dubitantibus ſimiles quærere videamur, quæ attulimus. Ergo quid ſit optimum, neminem fugit. Si vero aut memoria natura durior erit, aut non ſuffragabitur tempus, [149] etiam inutile erit ad omnia ſe verba alligare; cum oblivio unius eorum cujuſlibet, aut deformem hæſitationem, aut etiam ſilentium inducat. Tutiuſque multo, comprehenſis animo rebus ipſis, libertatem ſibi eloquendi relinquere. Nam & invitus perdit quiſque id, quod elegerat, verbum: nec facile reponit aliud, dum id, quod ſcripſerat, quærit. Sed ne hoc quidem infirmæ memoriæ remedium eſt, niſi in iis, qui ſibi facultatem aliquam dicendi ex tempore paraverunt. Quod ſi cui utrumque defuerit, huic omittere omnino totum *actionum* laborem, ac, ſi quid in literis valet, ad ſcribendum potius ſuadebo convertere. Sed hæc rara infelicitas erit. [150] Cæterum quantum natura ſtudioque valeat memoria, vel Themiſtocles teſtis, quem unum intra annum optime locutum eſſe Perſice conſtat; vel Mithridates, cui duas & viginti linguas, quot nationibus imperabat, traditur notas fuiſſe; vel Craſſus ille dives, qui, cum Aſiæ præeſſet, quinque [151] Græci ſermonis differentias ſic tenuit, ut, qua quiſque apud eum lingua poſtulaſſet, eadem ſibi jus redditum ferret; vel Cyrus, quem omnium militum tenuiſſe creditum eſt nomina. Quin ſemel auditos quamlibet multos verſus protinus dicitur reddidiſſe Theodectes. [152] Dicebantur etiam nunc eſſe, qui facerent, ſed mihi nunquam, ut ipſe intereſſem, contigit: habenda tamen fides eſt [153] vel in hoc, ut, qui crediderit, & ſperet.

verba, *præcipue a pueris*, in ſenſum ſequentem ſunt transferenda, ut legatur: *Scribere ſit ſupervacuum, idque præcipue a pueris obtinendum.* REGIUS.

143. *Ideoque & admoneri.*] Notat Aſconius, oratores malos olim habuiſſe *monitores*, id eſt, poſticos ſuggeſtores: quæ res turpiſſima eſt; præſtat enim ediſcere orationem. TURNEB. Vide ad lib. VI. 4.

144. *Reſiſtens oratio.*] Eſt, quæ intermittitur, & mox iterum integratur, ut ſolent viatores per ſalebras & aſpera loca iter facientes; & ita *reſiſtit ſonus* apud Ovid. Epiſt. IV. 8. quod hoc Fabii loco recte defendi poteſt: & ſic Valer. Flac. VI. 755.

Ut fera Nyctelii pauliſper ſacra reſiſtunt,
Mox rapuere Deum jamjam quocumque paratæ
Thyades. BURMAN.

145. *Non domo.*] *Non modo*; V. C. Alm. marg. Baſil. eadem varietas fuit lib. VIII. 3. & in hac ipſa phraſi *modo depromere*, pro *domo depromere*, apud Ciceronem. Vide Victor. ad VII. *ad Famil.* 25. & ita *domi naſci* illa dicuntur, quæ non aliunde ſumimus. Vide ad Petron. cap. 38. BURMAN.

146. *Sumſiſſe.*] *Promſiſſe* mihi, pro illo *ſumſiſſe*, rectius legi videretur. REGIUS. *Aſſumſiſſe*; Voſſ. prim. tert. *promſiſſe*; Ald. Baſil. Gryph. Colon.

147. *Idque in actionibus.*] Etiam bene compoſita pronunciatione diſſimulanda ſunt, ut ſoluta videantur; ſic enim videbitur extemporalis oratio. TURNEB. *Ideoque*; Locat. Baſil. Gryph. Vidov. *ideo*; Par.

148. *Vinximus.*] *Junximus*; MSS. Bodl. Voſſ. tert. Andr. Locat. Colon. Par. marg. Baſil. Cæterum *vincire* dicit, τὸ orationem ad oratorios *numeros* alligare, de quibus cap. 4. lib. IX. CAPPER.

149. *Etiam utile.*] *Inutile* legendum eſſe, ex ipſo percipitur ſenſu. REGIUS.

150. *Cæterum quantum.*] Themiſtocles actus in exilium, ſe recepit ad Xerxem Perſarum regem, quem vicerat: a quo exceptus eſt magnifice, & præfectura donatus. Illic intra annum didicit linguam Perſicam. Jam cum quidam profiteretur artem memoriæ, dixit ſe malle artem oblivionis: quo ſignificabat, nimiam eſſe memoriæ ſuæ fecunditatem. TURNEB.

151. *Græci ſermonis differentias.*] Quas dialectos vulgo vocant. CAPPER.

152. *Dicebantur.*] *Dicebatur*; Voſſ. prim. Obrecht.

153. *Vel in hoc qui crediderit.*] *Ut* particula eſt adſcribenda, hoc modo: *vel in hoc, ut qui crediderit, & ſperet*; REGIUS.

CAPUT III.

De pronunciatione.

III. PRONUNCIATIO a pleriſque *actio* dicitur, ſed prius nomen a voce, ſequens a geſtu videtur accipere. Namque *actionem* Cicero alias quaſi [1] ſermonem, alias [2] eloquentiam quamdam corporis dicit. Idem tamen duas ejus partes facit, quæ ſunt eædem pronunciationis, vocem atque motum. Quapropter utraque appellatione indifferenter uti licet. Habet autem res ipſa miram quamdam in orationibus vim ac poteſtatem. [3] Neque enim tam refert, qualia ſint, quæ intra noſmetipſos compoſuimus, quam quo modo efferantur; nam ita quiſque, ut audit, movetur. Quare neque probatio ulla, [4] quæ modo venit ab oratore, tam firma eſt, [5] ut non perdat vires ſuas, [6] niſi adjuvetur aſſeveratione dicentis. Affectus omnes langueſcant neceſſe eſt, niſi voce, vultu, totius prope habitu corporis inardeſcant. [7] Nam cum hæc omnia fecerimus, [8] felices, ſi tamen noſtrum [9] illum ignem judex conceperit: [10] nedum eum ſupini ſecurique moveamus, ac [11] non & ipſe noſtra oſcitatione ſolvatur. Documento ſunt vel ſcenici actores, qui & optimis poëtarum tantum adjiciunt gratiæ, ut nos [12] infinite magis eadem illa audita, quam lecta, delectent, & viliſſimis etiam quibuſdam [13] impetrent aures, ut, quibus [14] nullus eſt in bibliothecis locus, ſit etiam frequens in theatris. Quod ſi in rebus, quas fictas eſſe ſcimus & inanes, tantum pronunciatio poteſt, ut iram, lacrymas, ſolicitudinem afferat, quanto plus valeat neceſſe eſt, ubi & credimus? [15] Equidem vel mediocrem orationem, commendatam viribus *actionis*, affirmaverim plus habituram eſſe momenti, quam optimam eadem illa deſtitutam. Siquidem & [16] Demoſthenes, quid eſſet [17] in toto dicendi opere primum, interrogatus, pronunciationi palmam dedit, eidemque ſecundum ac tertium locum, donec ab eo quæri deſineret: ut eam videri poſſet non præcipuam, ſed ſolam judicaſſe. [18] Ideoque ipſe tam diligenter [19] apud Andronicum [20] hypocriten ſtuduit, ut [21] admiran-

More ſuo initio laudat *pronunciationem*, eam partitur in vocem & geſtum: de vocis qualitate & cura agit, deinde de motu & cultu corporis, demum vocem & geſtum accommodat *cauſſis* & *cauſſarum* partibus. TURNEB. De pronunciatione agit Cicero III. *de Orat.* cap. 56. & ſeqq.

1. *Sermonem.* III. *de Orat.* 59.

2. *Eloquentia corporis.*] Vide Ciceronis *Oratorem* 17.

3. *Neque enim eam refert.*] Illum accuſativum *eam* nec ſenſus nec loquendi ratio agnoſcit: quare, loco ejus, *tam* particula eſt adſcribenda. REGIUS.

4. *Qua modo venit ab oratore.*] Nam probationes inartificiales ſuo pondere ſatis valent citra aſſeverationem dicentis, ſuntque firmiores artificialibus, ut dictum eſt lib. V. TURNEB.

5. *Ut non perdet.*] *E* in *a* converſa, *perdat* legatur, & *inardeſcant*, ut ſint conjunctivi modi. REGIUS.

6. *Niſi adjuvetur.*] *Adjuvatur*; V. C. Alm.

7. *Nam cum hæc omnia.*] Significat probationes & affectus jacere ſine pronunciatione; ſi enim videaris lentus & ſupinus, non movebitur auditor probationibus aut affectibus. TURNEB.

8. *Felices ſi tamen.*] *Felices tamen ſi noſtrum*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Colin. Steph. *felices: tamen ſi*; Gryph. Vidov. *felices ſumus ſi*; Obrecht.

9. *Illum ignem.*] Elegantiſſime Cicero II. *de Orat. Ut nulla materies inflammatur, niſi ad eam ignis admoveatur; ſic auditor non facile commovetur, niſi orator inflammatus accedit ad accendendum illum & commovendum.* ALMEL. Verba in Cicerone cap. 45. aliter concepta leguntur: quare puto ea aliunde cepiſſe virum clariſſimum. BURMAN. Et certe Ciceronis verba ſunt hujuſmodi: *Ut enim nulla materia tam facilis ad exardeſcendum eſt, quæ, niſi admoto igni, ignem concipere poſſit: ſic nulla mens eſt tam ad comprehendendam vim oratoris parata, quæ poſſit incendi, niſi inflammatus ipſe ad eam & ardens acceſſeris.* CAPPER.

10 *Nedum ſ. ſ. moveamur.*] Depravatus hic locus facile ſic emendari poteſt, ſi *eum* adſcribamus, & *moveamus* legatur, hoc modo: *nedum eum ſupini ſecurique moveamus.* REGIUS. *Nedum ſ. ſ. moveamur*; Locat. *nedum ſ. ſ. moveamus*; Voſſ. ſec.

11. *Non & ipſe.*] *Ac non & ipſe*; Voſſ. prim. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Obrecht. *& non ipſe*; V. C. Alm. Vidov. Colin. *non & ipſe*; Leid. Oxon.

12. *Infinite magis.*] *Infinito magis*; Voſſ. ſec. quod non temere videtur; ita enim & hoc ipſo in capite ſub finem: *tamen infinito magis illa flexa & circumducta ſunt*: & lib. VIII. 4. dixit *infinito plus*; *magis* enim ablativo jungi oſtendit & Bentl. ad Horat. I. od. 25. & revera *magis* eſſe comparativum, & idem quod *majus* notare docet Vall. lib I. eleg. cap. 12. & veteres etiam pro *majus* dixiſſe patet ex Curt. IV. III. 19. ubi *magis obſeſſis ſolatium, quam auxilium* in MSS. eſt, non *majus*. BURMAN.

13. *Impetrent.*] *Impetrant*; edidit Obrecht.

14. *Nullis eſt in bibliothecis.*] *Nullus* manifeſte eſt legendum. REGIUS.

15. *Equidem vel.*] *Vel* deeſt in V. C. Alm.

16. *Demoſthenes.*] Videtur ita ſenſiſſe Demoſthenes; propterea quod maxime in hac parte laboravit; nam vaſto erat corporis motu initio, & lingua parum explanata. TURNEB. Auſon. Profeſſor. I.

Et Demoſthenicum, quod ter primum ille vocavit,
In te ſic viguit, cedas ut ipſe tibi.

ALMEL. Cicero III. *de Orat.* 56.

17. *In toto dicendi opere primum. In toto genere dicendi primum*; Voſſ. ſec. Par. *toto genere dicendi ſummum*; Baſil. Colin. Vidov. Gryph. Obrecht.

18. *Ideoque.*] *Ideo*; V. C. Alm.

19. *Apud Andronicum.*] Plutarchus ait geſtum Demoſthenis & pronunciationem formatam fuiſſe a Satyro hiſtrione; neque meminit, quod ſciam, Andronici. TURNEBUS.

20. *Hippocratem.*] *Hypocriten* recte a quibuſdam legitur. REGIUS.

21. *Admirantibus Rhodiis.*] Æſchines exul Rhodum ſeceſſit, ubi & rhetoricam profeſſus eſt: rogatu Rhodiorum recitavit orationem ſuam contra Cteſiphontem, deinde

tibus ejus orationem Rhodiis non immerito Æſchines dixiſſe videatur: *Quid ſi ipſum audiſſetis?* Et M. Cicero *unam in dicendo actionem dominari* putat. [22] Hac Cn. Lentulum plus opinionis conſecutum, quam eloquentia, tradit; eadem C. Gracchum in deflenda fratris nece totius populi Romani lacrymas concitaſſe; [23] Antonium & Craſſum multum valuiſſe, plurimum vero [24] Q. Hortenſium: cujus rei fides eſt, quod ejus ſcripta tantum [25] intra famam ſunt, [26] qui diu princeps oratorum, aliquando æmulus Ciceronis exiſtimatus eſt, noviſſime, quoad vixit, ſecundus: ut appareat, placuiſſe aliquid eo dicente, quod legentes [27] non invenimus. Et hercle cum valeant multum verba per ſe, & [28] vox propriam vim adjiciat rebus, & geſtus motuſque [29] ſignificet aliquid, profecto perfectum quiddam fieri, cum omnia [30] coierint, neceſſe eſt. [31] Sunt tamen qui rudem illam, & qualem impetus [32] cujuſque animi tulit, *actionem* judicent fortiorem, & ſolam viris dignam; ſed non alii fere, quam qui etiam in dicendo curam, & artem, & nitorem, & quidquid ſtudio paratur, ut affectata & parum naturalia ſolent improbare; vel qui verborum atque ipſius etiam ſoni ruſticitate, ut [33] L. Cottam dicit Cicero feciſſe, imitationem antiquitatis affectant. Verum illi perſuaſione ſua fruantur, qui hominibus, ut ſint oratores, ſatis putant naſci: noſtro labori dent veniam, qui nihil credimus eſſe perfectum, niſi ubi natura [34] curâ juvetur. In hoc igitur non contumaciter conſentio, primas partes eſſe naturæ. Nam certe bene pronunciare non poterit, cui aut in ſcriptis memoria, aut in iis, quæ ſubito dicenda erunt, facilitas prompta defuerit: nec ſi inemendabilia otis incommoda obſtabunt. Corporis etiam poteſt eſſe aliqua tanta deformitas, ut nulla arte vincatur. [35] Sed ne vox quidem, niſi liberalis, *actionem* habere optimam poteſt. Bona enim firmaque, [36] ut volumus, uti licet: mala vel imbecilla & inhibet multa, ut inſurgere, exclamare: & aliqua cogit, ut [37] ſummittere, deflectere, & [38] raſas fauces ac latus fatigatum deformi cantico reficere. Sed nos de eo nunc [39] loquimur, cui non fruſtra præcipitur. Cum ſit autem omnis *actio*, ut dixi, in duas diviſa partes, vocem, geſtumque, quorum alter oculos, altera aures movet, per quos duos ſenſus omnis ad animum penetrat affectus, prius eſt de voce dicere, cui etiam [40] geſtus accommodatur. In ea prima obſervatio eſt, qualem habeas; ſecunda, quomodo utaris. Natura vocis ſpectatur quantitate & qualitate. [41] Quantitas ſimplicior eſt. [42] In ſumma enim grandis aut exigua eſt: ſed inter has extremitates mediæ ſunt ſpecies, & ab ima ad ſummam, ac retro, multi ſunt gradus. Qualitas magis [43] varia eſt; [44] nam eſt & candida & fuſca, & plena & exilis, & [45] lenis & aſpera, &

orationem Demoſthenis pro Cteſiphonte: cumque videret, Rhodios ſummopere motos, addidit: *Quid ſi audiſſetis dicentem Demoſthenem?* vel, ut vult Hieronymus, *quid ſi audiſſetis belluam illam?* TURNEB. Locus Hieronymi ex lib. II. Epiſt. 2. ſelect. Eadem pene verba apud Photium pag. 29. Ed. Hoeſch. Plin. VII. 30. ALMELOV.

22. *Hac Cn. Lentulum.*] In *Bruto 66. hinc;* marg. Baſil.

23. *Antonium.*] Cicero in *Brut.* 38.

24. *Q. Hortenſium.*] Gellius quoque lib. primo ait, *tam affectato uſum fuiſſe geſtu Hortenſium, ut a Torquato homine ſevero vocatus ſit Dionyſia geſticularia & ſaltatricula.* TURNEBUS.

25. *Intra famam.*] Gallæus corrigebat *infra*; ut & faciunt multi apud Florum lib. IV. cap. II. ſed male; notat enim eſſe ſcripta minora, quam olim fama celebrata fuere, dum diceret: de qua locutione vide Gronov. I. Obſ. 10. Manut. ad Cicer. IV. ad fam. 4. Marcil. ad Martial. Spectac. Epiſt. 10. BURMAN.

26. *Quam diu deinceps orator.*] Ex quatuor his verbis tria ſunt depravata; neque enim *quam*, ſed *qui*; non *deinceps*, ſed *princeps*; non *orator*, ſed *oratorum* contenderim, vel refragantibus exemplaribus, eſſe legendum. REGIUS. *Quam diu princeps orator*; Voſſ. ſec.

27. *Non invenimus.*] Videtur huic contrarium hoc Plinianum lib. VII. Epiſt. 17. *ſed difficilile, ut oratio, dum recitatur, ſatis faciat.* ALMEL. Minime diſſentit a Fabio Plinius; non enim ibi de *actione* agit, ſed de recitatione orationis, quæ ſine *actione* ex ſcripto fiebat more illius ævi, ut explorarent judicia amicorum: recitata ergo minus ſatisfacit. Vide & Plin. V. Epiſt. 13. BURMAN.

28. *Vox propriam vim adjiciat.*] *Vox praeterea viam adjiciat*; cod. Bern. *viam* legitur & in codd. Voſſ. prim. tert.

29. *Significet aliquid.*] *Significent*; Voſſ. ſec.

30. *Coïerint.*] *Coierunt*; Locat. Ald. *coiere*; Voſſ. ſec.

31. *Sunt tamen qui, &c.*] Quidam oratores antiquos ſequebantur, eorumque rigorem & aſperitatem pronunciatione & compoſitione imitabantur: de his dictum eſt initio cap. de *compoſitione*. BURMAN.

32. *Cujuſque animi.*] *Animi* deeſt in Voſſ. prim.

33. *L. Cottam.*] Vide Cicero III. *de Orat.* II. & *Brut.* 74.

34. *Cura juvetur.*] *Cura* deeſt in V. C. Alm.

35. *Sed ne vox quidem.*] Videtur appellare *vocem liberalem*, quam appellavit lib. primo ὀρθοέπειαν, id eſt, *emendatam cum ſuavitate vocum explanationem*, ut præterea adſit firmiras. TURNEB.

36. *Ut voluimus.*] *Volumus*, *i* craſa, legatur. REGIUS. *ut volumus*; V. C. Alm.

37. *Summittere.*] *Intermittere*; V. C. Alm. *ſummittere & deflectere*; Voſſ. prim. tert.

38. *Raucas fauces.*] *Raſas*; MSS. Bodl. Alm. Voſſ. omn. marg. Vaſcoſ. Steph. & ita mox *fauces raſæ exaſperant.* Gallæus *rauſas* a *raucio*, ut a *fulcio fulſas* conjiciebat: forte ſcripſit *ravas fauces*; ut ita apud Ovid. I. Am. XII. 19. corrigit Heinſ. qui ex Sidonio *ravum guttur* ſecundis curis adfert. BURMAN.

39. *Loquimur.*] *Loquamur*; Voſſ. ſec. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

40. *Geſtus.*] *Actus*; marg. Gryph.

41. *Quantitas enim ſimplicior.*] *Eſt* verbum, loco *enim*, videtur reponendum. REGIUS. *Quantitas ſimplicior*; Vall. lib. Voſſ. ſec. *quantitas enim ſimplicior eſt*; Ald.

42. *In ſumma.*] *In ſummam*; Voſſ. ſec.

43. *Varia eſt.*] *Eſt* deeſt in Voſſ. ſec. Locat. Colin. Obr.

44. *Nam eſt & candida.*] Ariſtoteles in *Topicis* λευκὸν, id eſt, *candidum*, in voce interpreratur εὐήκοον, id eſt, bene audibile: vocem venire, revocari, & *candidam* in *fuſcam* tranſire ſcribit Plin lib. XXVIII. cap. 6. PHILAND. Tranſlatio eſt a coloribus ad vocem: eſt autem vox *candida*, quæ pura eſt & explanata: *fuſca* autem quadamtenus obſcura, neque ſatis pura. Sic Tranquillus ſcribit, fuiſſe vocem Neronis *fuſcam*. TURNEB. Vide Voſſ. Inſt. Orat. VI. cap. 8. §. 2.

45. *Et lenis.*] *Levis*; Bern.

contracta & fuſa, & dura & flexibilis, & clara & obtuſa: ſpiritus etiam longior, brevior que. [46] Nec cauſſas, cur quidque eorum accidat, perſequi, propoſito operi neceſſarium eſt; eorumne ſit differentia, in quibus aura illa concipitur, an eorum, per quæ velut organa meat; an ipſi propria natura, an prout movetur; lateris pectoriſve firmitas, an [47] capitis etiam plus adjuvet. Nam opus eſt omnibus, ſicut non oris modo ſuavitate, ſed narium quoque, per quas, [48] quod ſupereſt vocis, [49] egeritur. [50] Dulcis tamen eſſe debet, non exprobrans ſonus. Utendi voce multiplex ratio. Nam præter illam differentiam, quæ eſt tripartita, [51] acutæ, gravis, flexæ; tum intentis, tum remiſſis, [52] tum elatis, tum inferioribus *modis* opus eſt, [53] ſpatiis quoque [54] lentioribus aut citatioribus. Sed iis ipſis media interjacent multa: &, ut facies, quanquam ex pauciſſimis [55] conſtat, infinitam habet differentiam; ita vox, etſi paucas, quæ nominari poſſint, continet ſpecies, propria cuique eſt; & non hæc minus auribus, quam oculis illa, [56] dignoſcitur. [57] Augentur autem ſicut omnium, ita vocis quoque bona, cura; [58] & negligentia minuuntur. Sed cura non eadem oratoribus, quæ *phonaſcis*, convenit: tamen multa ſunt utriſque communia, firmitas corporis, ne ad [59] ſpadonum, & mulierum, & ægrorum exilitatem vox noſtra tenuetur: quod ambulatio, unctio, veneris abſtinentia, facilis ciborum digeſtio, [60] id eſt frugalitas, præſtat. Præterea ut ſint fauces integræ, id eſt, molles [61] ac leves, quarum vitio & frangitur, & obſcuratur, [62] & exaſperatur, & ſcinditur vox. [63] Nam, ut tibiæ, eodem ſpiritu accepto, alium clauſis, alium apertis foraminibus, alium non ſatis purgatæ, alium [64] quaſſæ ſonum reddunt; ita [65] fauces tumentes ſtrangulant vocem, [66] obtuſæ obſcurant, raſæ exaſperant, convulſæ fractis ſunt organis ſimiles. Finditur etiam ſpiritus objectu aliquo, ſicut lapillo tenues aquæ, [67] quarum fluxus etiam ſi [68] ultra paulum coït, [69] aliquid tamen cavi relinquit poſt idipſum, quod offenderat. [70] Humor quoque vocem ut nimius impedit, ita conſumptus [71] deſtituit. [72] Nam & fatigatio corpora non ad præſens modo tempus, ſed etiam in futurum afficit. [73] Sed, ut communiter & *phonaſcis* & oratoribus neceſſaria [74] eſt exercitatio, qua omnia convaleſcunt; ita curæ non [75] idem genus eſt. Nam neque certa tempora [76] ad ſpatiandum dari poſſunt tot civilibus officiis occupato, nec

46. *Nec cauſſas.*] *Nec cauſſam*; Voſſ. prim. tert. *proſequi* etiam tert.

47. *Capitis etiam.*] *Etiam* non habet Voſſ. ſec.

48. *Quod ſupereſt.*[*Quod deeſt*; V. C. Alm.

49. *Egeritur.*] *Segeritur*; Voſſ. prim. tert. *egreditur*; MSS. Bodl. Alm. Locat. Baſil. Par. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Vidov.

50. *Dulcis tamen.*] Cum exprobramus, amara & aſpera voce utimur: itaque per *Metaphoram*, *exprobrantem ſonum* vocavit aſperum. TURNEB.

51. *Acuta, gravis, flexa.*] Habito reſpectu ad accentus acutum, gravem, & circumflexum. CAPPER.

52. *Tum elatis.*] *Tum inflatis*; Voſſ. omn. marg. Baſil. Steph. Vaſcoſ.

53. *Spatiis quoque.*] Habito reſpectu ad ſyllabas longas & breves, quibus conſtant pedes, tempora, & conſequenter *numeri*, *οἱ ῥυθμοί*. CAPPER.

54. *Lenioribus.*] T litera interpoſita, *lentioribus* eſt legendum, ut citatioribus opponatur. REGIUS.

55. *Conſtat infinita, ita vox.*] Emendate quidam legunt *infinitam*, & hæc duo verba *habet differentiam* adſcribunt hoc modo: *infinitam habet differentiam; ita vox*. REGIUS. Deſunt hæc duo verba in Voſſ. prim. tert. *conſtet infinita differentia*; Voſſ. ſec.

56. *Dignoſcitur.*] *Dinoſcitur*; Voſſ. tert. ita & ſcriptum eſt in codice Biblioth. Leidenſis apud Horat. I. Epiſt. xv. 29.

Non qui civem dinoſceret hoſte.

& ita mox *ſonis homines, ut æra tinnitu dinoſcimus*: & Declam. VI. ex MS. *vix jam dignoſcendam ſpeciem*: & paſſim. BURMAN.

57. *Augentur autem, ſicut omnium.*] *Phonaſci* dicuntur præceptores exercendæ vocis: illi vocem efficiunt mollem & teneram, cum orator deſideret fortem & durabilem: eſt igitur opus diverſa cura. TURNEB.

58. *Et negligentia.*] *Et negligentia vel inſcitia*; Voſſ. omn. Locatel. Ald.

59. *Spadonum & mulierum.*] Spadones & mulieres vocem non mutant, ſed ſemper habent exilem, quia propter defectum caloris eorum arteriæ ſunt anguſtæ: ſunt & rationes aliæ apud Ariſtot. in *problematibus*. TURNEB.

60. *Id eſt frugalitas.*] *Idem frugalitas*; Voſſ. ſec. Bern.

61. *Et lenes.*] Aſcenſius quoſdam *lenes* legere dicit; ille *leves*: ſed ſine diphthongo ſcribendum *leves*.

62. *Et exaſperatur.*] Deſunt in V. C. Alm. *Aſperatur*; Obrecht.

63. *Nam ut tibia.*] Vide Turneb. IV. Adv. 10.

64. *Quaſſæ.*] Puto *caſſæ*, id eſt, inanes, vacuæ, quæ opponuntur non ſatis purgatis: de qua voce vide comm. ad Virg. Æneid. II. 85. Heinſ. ad Ovid. VI. Faſt. 406. & XV. Metam. 399. *quaſſæ* enim tibiæ eſſent fractæ; ut *quaſſa aula* vel *olla*; Plaut. Curcul. Act. III. v. 26. de qua voce Galli ſuum *caſſer*. Vide Salmaſ. ad Jus Attic. pag. 299. eadem varietas eſt in MSS. Horatii II. Sat. v. 36. ubi, pro *caſſa nuce*, *quaſſa* eſt teſte Cruequio: & ita legiſſe Scholiaſtes videtur, qui *fracta* explicat, cum ſit inanis, vacua. BURMAN. Vide Gronov. ad Senec. de brevitate vitæ cap. x.

65. *Fauces tumentes ſtrangulant vocem.*] Vox ſtrangulari dicitur, quum e loco clauſo redditur abſque quodam velut exitu. Sic Plin. dixit *ſtrangulari ſonitum in tonitru*. TURNEBUS. Et eo ſenſu dixit Ovid. V. Triſt. I.

Strangulat incluſus dolor.

66. *Obtuſæ obſcurant.*] Lege *obeſæ obſcurant, rauſæ exaſperant*: ſupra idem error, ubi lege *rauſas fauces*, pro quo vulgo *raucas* & *raſas*: τὸ *obtuſæ* fauces quid eſt? quid & *raſæ*? num *convulſæ* ſunt *ἐσπασμέναι* & *σπασθεῖσαι*? GALLÆUS.

67. *Quorum fluxus.*] *Fluctus*; Colon. Baſil. Par. *ſpiritus*; MSS. Bodl. Joan. Alm. Voſſ. omn. Bern. Andr. Locat. Ald. marg. Baſil. Colon. Vidov.

68. *Ultra paulum coit.*] *Ultra parum coit.* Voſſ. prim.

69. *Aliquid tamen cavi.*] *Aliquid tamen cavum*; Voſſ. prim. ſecund.

70. *Humor quoque.*] Nimius humor efficit vocem obtuſam & obſcuram; majorem enim ſonitum reddunt quæ ſunt duriora; humor autem mollis eſt: etiam ſiccæ fauces efficiunt clangorem gruis aut raucedinem. TURNEB.

71. *Deſtituit.*] *Deſtruit*; Voſſ. prim.

72. *Nam & fatigatio.*] *Nam fatigatio ut*; Voſſ. ſec.

73. *Sed ut comm. & phonaſcis.*] Lud. Creſollius Vacat. Autumnal. lib. III. cap. 12. ſect. 2 pagg. 526. & ſeqq. Joh. a Wouweren tractat. de Polymathia cap. 5. pagg. 36. 37. PAREUS.

74. *Eſt exercitatio.*] *Eſt* non habet V. C. Alm.

75. *Idem genus eſt.*] Ultima vox abeſt ab edit. Obrecht.

76. *Ad ſpatiandum.*] *Ad reſpirandum*; marg. Baſil. Gryph. *ad ſpirandum*; Voſſ. ſec. Vall. lib. Locat.

præparare ab imis ſonis vocem ad ſummos, nec ſemper [77] a contentione concedere licet, cum pluribus judiciis ſæpe dicendum ſit. Ne ciborum quidem eſt eadem [78] obſervatio. Non enim tam molli teneraque voce, quam forti ac durabili opus eſt; cum [79] illi omnes, etiam altiſſimos ſonos, leniant cantu oris, nobis pleraque aſpere ſint concitateque dicenda, & [80] vigilandæ noctes, & [81] fuligo lucubrationum bibenda, & [82] in ſudata veſte durandum. Quare vocem deliciis non molliamus, [83] nec imbuatur ea conſuetudine, [84] quæ duratura non ſit: ſed exercitatio ejus talis ſit, qualis uſus: [85] nec ſilentio [86] ſubſidat, ſed firmetur conſuetudine, qua difficultas omnis [87] levatur. Ediſcere autem, quo exercearis, erit optimum, (nam [88] ex tempore dicenti, avocatur cura vocis ille, qui ex rebus ipſis concipitur, affectus) & [89] ediſcere quam maxime varia, quæ & clamorem, & diſputationem, & ſermonem, & flexus habeant, ut ſimul in omnia paremur. Hoc ſatis eſt, alioqui nitida illa & curata vox inſolitum laborem recuſabit; ut aſſueta gymnaſiis & oleo corpora, quamlibet ſint in ſuis certaminibus [90] ſpecioſa atque robuſta, [91] ſi militare iter, [92] faſceſque, & vigilias imperes, [93] deficiant, & quærant unctores ſuos, nudumque ſudorem. [94] Illa quidem in hoc opere præcipi quis ferat, vitandos ſoles atque ventos, & nubila etiam ac ſiccitates? Ita ſi dicendum in ſole, aut ventoſo, humido, [95] calidove die fuerit, reos [96] deſeremus? [97] Nam crudum quidem, aut ſaturum, aut ebrium, aut [98] ejecto modo vomitu, quæ cavenda quidam monent, declamare neminem, qui ſit mentis compos, puto. [99] Illud non ſine cauſſa eſt ab omnibus præceptum; ut parcatur maxime voci in illo a pueritia in adoleſcentiam tranſitu; [100] quia naturaliter impeditur, non, ut arbitror, propter calorem, quod quidam putaverunt, (nam eſt [101] major aliis) ſed propter humorem potius. Nam [102] hoc ætas illa turgeſcit. Itaque nares etiam, ac pectus, [103] eo tempore tument, atque omnia [104] velut germinant, tenera, & injuriæ obnoxia. Sed, ut ad propoſitum redeam, jam confirmatæ conſtitutæque vocis genus exercitationis optimum duco, quod eſt operi ſimillimum, dicere quotidie, ſicut agimus. Namque hoc modo non vox tantum confirmatur & latus, ſed etiam corporis decens & accommodatus orationi motus componitur. Non alia eſt autem ratio pronunciationis, quam ipſius

77. *A contentione contendere.*] *Contendere* nihil ſenſui congruit: *conquieſcere* autem loco illius mihi reponendum videtur. REGIUS. *Cedere*; Andr. *conquieſcere*; Ald. marg. Steph. Baſil. *contendere*; Locat. Ego *concedere*, quod in multis eſt, explico domum ire, vel in locum aliquem, ubi ab actione fatigati nos reficiamus; ut ita paſſim Terentius utitur; ut *domum concedere* Heaut. III. I. 90. & alibi: ſed & ſimpliciter dixit Hecyr. IV. II. 21. *tempus eſt concedere*: quod poſtea *rus concedere*, *ex ædibus concedere* dixit. BURMAN.

78. *Obſervatio.*] *Servatio*; Voſſ. tert.

79. *Illi omnes.*] Videlicet *Phonaſci*, οἱ φωνασκοὶ, οἳ τὴν φωνὴν ἀσκοῦσι, *qui vocem exercent*. CAPPER.

80. *Vigilandæ noctes.*] Docet Ariſtoteles in *problematibus*, vigilias nimias voci obeſſe, quoniam colligunt cruditatem & malos humores: itaque præcipiebant *phonaſci*, ut vigiliæ vitarentur. TURNEB.

81. *Fuligo.*] Non abſimilis locus Juvenalis VII. v. 221. & ſeq. ALMEL.

82. *In ſudata veſte.*] Hæc autem *phonaſci* dicunt eſſe vitanda, ac præcipiunt, ut poſt ſudorem ungamur: *phonaſcorum* tamen legibus non ſe aſtringit orator. TURNEBUS.

83. *Nec imbuatur.*] *Nec imbuamur*; Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

84. *Quam deſideratura.*] Sic quidem legitur; ſed videtur ſenſus expoſcere, ut *quæ duratura non ſit* legatur. REGIUS. *Quam deſertura ſit*; Vall. lib. Voſſ. ſec.

85. *Nec ſilentio.*] *Ne ſilentio*; Voſſ. ſec. tert.

86. *Subſideat.*] E vocali eraſa, *ſubſidat* rectius legitur. REGIUS. *Subſideat*; Locat.

87. *Levatur.*] *Levetur*; Voſſ. prim.

88. *Ex tempore dicentem advocata cura.*] Accurata emendatione depravatus hic locus indigeret; ſed eam nondum excogitare potui: niſi forte non *dicentem*, ſed *dicenti* & *avocatur* legatur. REGIUS. *Dicentem advocata* & *affectu*; Locat.

89. *Ediſcere quam maxime.*] *Et* copula eleganter a quibuſdam eſt adſcripta hoc modo: *Et ediſcere*. REGIUS.

90. *Specioſa.*] Malebat Aſcenſius *ſpatioſa*; & ita marg. Vidov. id eſt, ſpatioſis & latis humeris: ſed rectum eſt *ſpecioſa*, id eſt, nitida & ſpecie robur & ſanitatem præferentia. Vide ad libr. II. 4. BURMAN.

91. *Si militare iter.*] Solent imperatores milites ſuos longis itineribus & *anguſtiis* exercere: eratque conſuetudo militiæ Romanæ, ut miles ferret arma ſua, omneſque ſarcinas: quod ita exegiſſe dicitur a militibus ſuis Marius, ut proverbio dicatur, *muli Mariani*. TURNEB.

92. *Faſceſque.*] *S* litera expuncta, *faces* legendum mihi videtur. REGIUS. *Faceſque*; Ald. marg. Vaſcoſ. Steph. Vidov. *faſcem & vigilias*; V. C. Alm. *faſcem*; Voſſ. prim.

93. *Deficiant.*] *Deficient*; Voſſ. prim. tertius, qui & *quærent* habet.

94. *Illa quidem.*] *Illa tamen*; Voſſ. ſec. Locat. Par. Vaſc. Steph. Baſil. Vidov. Colin.

95. *Calidove.*] *Calido*; Voſſ. ſec. tert.

96. *Diſcremus.*] *Deſeremus* legendum eſſe, facile conſtat. REGIUS.

97. *Nam quidem crudum.*] *Quidem* particula, ut quæ ex ſecundo elegantiæ ratione repellatur, in tertium locum eſt transferenda, ut legamus: *nam crudum quidem*. REGIUS.

98. *Ejecto modo.*] *Evecto* legit ex MS. Gebh. III. crep. 18. male. Celſ. lib. 1. cap. 3. *Ejectum eſſe ab Aſclepiade vomitum video.* Et poſt: *Qui quotidie ejiciendo vorandi facultatem moliuntur*: & alibi ſæpius utitur hoc verbo: ita & *rejicere* Sueton. Aug. 77. BURMAN.

99. *Illud non ſine cauſſa.*] Quarto decimo fere anno in pueris vox mutatur, ac dicuntur tunc *gallulaſcere*, quia ſono gallinaceo vocem reddunt ſimilem: quod putant fieri propter inſignem mutationem, quæ tum fit in corpore. TURNEB. An intelligit, ut a coitu abſtineatur? illa enim ætate auſpicantes pueri τραγίζειν dicuntur. Ideoque cantoribus fibula imponebatur: ſed Quinctilianus pudori pepercit, pueros alloquens. GALLÆUS.

100. *Qui naturaliter.*] *Quia* mihi legendum videtur. REGIUS. *Qui*; Voſſ. prim. ſec.

101. *Major in aliis.*] *Major aliis*; Leid. Oxon. Obrecht.

102. *Hac ætas illa turgeſcit.*] *Hoc*, non *hac*, legendum eſſe patet. REGIUS. *Succeſſit*; V. C. Alm. & ita e MS. Gebh. 1. Crep. 6. a *ſuccus*.

103. *Eo tempore.*] *Eo maxime tempore*; Ald.

104. *Velut germinant, tenera, & injuriæ obnoxia.*] Varie hoc quoque legitur; nam quidam ſic legunt: *velut germinant, eoque ſunt tenera & injuriæ obnoxia*: ſed rectius in eo, quod ſuſcepimus corrigendum, mihi legi videtur. REGIUS.

orationis. Nam, ut illa emendata, dilucida, ornata, apta eſſe debet; [105] ita hæc quoque. Emendata erit, id eſt, vitio carebit, ſi fuerit os facile, explanatum, jucundum, urbanum, id eſt, in quo nulla neque ruſticitas neque peregrenitas reſonet. [106] Non enim ſine cauſſa dicitur *barbarum*, *Græcumve*. Nam ſonis homines, ut [107] æra tinnitu, dignoſcimus. Ita fiet illud, quod Ennius probat, cum dicit [108] *ſuaviloquenti ore Cethegum fuiſſe*: non quod Cicero in iis reprehendit, [109] quos ait *latrare*, *non agere*. Sunt enim multa vitia, de quibus dixi, cum in quadam primi libri parte puerorum ora formarem, opportunius ratus, in ea ætate facere illorum mentionem, in qua emendari poſſunt. [110] Itaque ſit ipſa vox primum (ut ſic dicam) ſana, id eſt, nullum eorum, [111] de quibus nunc dixi, [112] patiatur incommodum; deinde non [113] ſubſurda, rudis, immanis, dura, rigida, [114] vana, præpinguis, aut tenuis, inanis, acerba, puſilla, mollis, effeminata; ſpiritus, nec brevis, nec parum durabilis, [115] nec in receptu difficilis. Dilucida vero erit pronunciatio, primum, ſi [116] verba tota exegerit, quorum pars devorari, pars deſtitui ſolet, [117] pleriſque extremas ſyllabas non proferentibus, dum priorum ſono indulgent. Ut eſt autem neceſſaria verborum explanatio, ita omnes [118] computare & velut adnumerare literas, moleſtum, & [119] odioſum. Nam & vocales frequentiſſime coëunt, & conſonantium quædam inſequente vocali diſſimulantur: utriuſque exemplum [120] poſuimus:

——— *Multum ille & terris*.....

Vitatur etiam duriorum inter ſe congreſſus, unde *pellexit*, *& collegit*, & quæ alio loco dicta ſunt. Ideoque laudatur in [121] Catulo ſuavis appellatio literarum. Secundum eſt, ut ſit oratio [122] diſtincta, id eſt, ut, qui dicit, & incipiat, ubi oportet, & deſinat. Obſervandum etiam, quo loco ſuſtinendus, & quaſi ſuſpendendus ſermo ſit, ([123] quam Græci [124] ὑποδιαςολὴν, vel ὑποσυςολὴν, [125] vel ὑποςιγμὴν vocant) quo deponendus. Suſpenditur, *Arma, virumque cano*, quia [126] illud *virum*, ad ſequentia pertinet: ut ſit, *virum, Trojæ qui primus ab oris*: & hic iterum; [127] nam, etiam ſi aliud eſt, unde venit, quam quo venit, non diſtinguendum tamen, quia utrumque eodem verbo continetur, *venit*. Tertio *Italiam*, [128] quia interjectio eſt *fato profugus*, & con-

Eoque teneræ: Baſil. Gryph. Vidov. Colin. *eoque ſunt teneræ*; Ald.

105. *Ita hæc quoque emendata.*] Rollinus ita diſtinguebat: *ita hæc quoque. Emendata erit*, &c. non male; ſed mallem: *Emendata erit, ſi vitio carebit, ſi*: nam in Voſſ. tertio erat, *emendata erit i. vitio carebit*. BURMAN. A quo miror in ipſum Fabii contextum inductam non fuiſſe Rollinianam interpunctionem. Hæc enim facile probari poteſt ex ſequentibus, ubi legitur: *dilucida vero erit pronunciatio*...... *ornata eſt pronunciatio* ....*jam tempus eſt dicendi quæ ſit apta pronunciatio*. Igitur particula hæc *ita* non ſolum in τὸ *emendata* cadit, ſed etiam in τὸ *dilucida, ornata, apta*: ergo poſt τὸ *quoque* interpungendum eſt. CAPPER.

106. *Non enim ſine cauſſa.*] Aut hoc ſignificat, quoſdam non ſincere pronunciare linguam Latinam, ſed *barbare*, vel *Græcanice*; aut certe ſignificat, nativam pronunciationem linguæ Græcæ maxime intelligi ſono, quo diſtinguimus *Barbarum* a *Græco*. TURNEB.

107. *Æra tinnitu dignoſcimus.*] *Dinoſcimus*: MSS. Alm. Voſſ. prim. tert.

108. *Suaviloquenti ore.*] Exſtat hic locus apud Ciceronem in *Brut.* 15. ubi legitur *latrare, non loqui*. Vide & III. *de Orat.* 34. ALMEL. *Suaviloquentiorem* quoſdam legiſſe, ex Badii notis apparet.

109. *Quos agit latrare.*] *Ait* procul dubio legendum eſt. REGIUS.

110. *Itaque ſit ipſa vox.*] *Itaque ſi ipſa vox primum fuerit*: MSS. Bodl. Joan. Alm. Voſſ. ſec. tert. Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov.

111. *De quibus nunc dixi.*] *De quibus modo retuli*: MSS. Bodl. Alm. Voſſ. prim. tert.

112. *Patiatur.*] *Patietur*: Voſſ. omn. Bern. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

113. *Subſurda.*] *Surda*; V. C. Alm.

114. *Vana.*] *Varia*: Ald. Colon. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. marg. Vaſc. Steph. ſed *varia* in laude ponitur: *vana* autem quid ſit, non facile quis dixerit: & mox ſequitur *inanis*: quare ego mallem *vaſta*: ita Columel. I. 9. *vaſtitatem vocis* dixit: & lib. VII. 12. *canem vaſti latratus*. *Vaſta* autem vox eſt inſuavis, hiulca, ruſtica, & quæ magno hiatu editur; ut ita *literam vaſtiorem* vocat & Cicero *Orat.* 45. & *vaſtam & hiantem orationem* auctor ad Heren. IV. 12. III. *de Orat.* 43. & *vaſtius deducere verba*. Ita *vaſtum murmur* leoni tribuit Valer. Flac. III. 588. quod Virgilius Timavo dat lib. I. Æneid. 249. cogitabam etiam, num ſcripſerit Fabius *rava*, quæ eſt, teſte Feſto, *parum liquida, proxime canum latratum ſonans*; unde & *rabula* dicti, de qua vide Heinſ. ad Ovid. I. Am. 12. 19. ſed magis placet *vaſta*. BURMAN. Cujus conjectura multum habet probabilitatis: defendi tamen poteſt vulgata lectio, quatenus *vana* vox dicitur ℟ tranſitoria, non durabilis, evanida, fallax: quo ſenſu τὸ *vana* a τῷ *inanis*, quod ſequitur, quadamtenus diſtingui poſſet. CAPPER.

115. *Nec in receptu.*] *Nec in perceptu* quoſdam legere, ex Badii notis colligitur.

116. *Verba tota exegerit.*] *Exierint*: MS. Alm. Andr. Ald. Obrecht. ſed ego mutare non ſuſtinui; ita enim & lib. IX. cap. 4. *Nec alibi fere apti, quam ubi curſus orationis exigitur, & clauſulis non interſiſtitur*: ubi *Metaphora* a fluviis ſumpta, qui exigunt & evolvunt aquas in mare. Ovid. II. Epiſt. 114.

Et facer admiſſas exigit Hebrus aquas.

ubi plura de hoc verbo notabimus. BURMAN.

117. *Pleriſque extremas ſyllabas, &c.*] Illi ſunt, qui κολοβόται, id eſt, *mutilatores* dicuntur; particulas enim dictionum detruncant. TURNEB.

118. *Computare.*] *Imputare*: MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. quod rectum puto, & melius τῷ *annumerare* conjungi.

119. *Odioſum.*] *Odioſum eſt*: Locat. Ald.

120. *Poſuimus.*] Lib. IX. cap. 4.

121. *Catulo.*] *Catullo*; Baſil. Par. Gryph.

122. *Diſtincta i. qui dicit & i. u. oportet deſinat.*] Ut particula, ac & copula deſiderantur, ut legatur: *id eſt, ut, qui dicit, & incipiat ubi oportet, & deſinat*. REGIUS.

123. *Quam Græci.*] *Quod*; V. C. Alm.

124. Ὑποδιαςολήν.] Editio Lugd. omittit *vel* ὑποσυςολήν. Error ex ſimilitudine literarum ortus: nos, quoniam in optimis codicibus ea reperimus, & loco, quem occupat, aptiſſima deprehendimus, ſuæ ſedi reſtituenda exiſtimavimus. GIBSON. ὑποδιαςολὴ vel ὑποσυςολή. Ald. Baſil. Gryph. Vidov. Obrecht.

125. *Vel* ὑποςιγμήν.] Deſunt hæc in V. C. Alm.

126. *Illud virum.*] *Virum* deeſt in V. C. Alm.

127. *Nam etiam ſi aliud, &c.*] Differentiam facit Fabius inter *diſtinguere* & *ſuſpendere*; nam *ſuſpenditur*, quod leve habet diſcrimen; *diſtinguitur*, quod majus; ut quadamtenus videatur ſermo perfectus eſſe. TURNEB.

128. *Quia interjectio eſt.*] Id eſt, quia interſeruntur hæc verba *fato profugus*. CAPPER.

tinuum

tinuum ſermonem, qui faciebat, *Italiam*, *Lavinaque*, [129] dividit. [130] Ob eamdemque cauſſam, [131] quarto *profugus*, deinde, *Lavinaque venit litora*: ubi jam erit diſtinctio, quia inde alius incipit ſenſus. Sed in ipſis etiam diſtinctionibus tempus alias brevius, alias longius dabimus. Intereſt enim, [132] ſermonem finiat, an ſenſum. Itaque illam diſtinctionem, *litora*, protinus altero ſpiritus initio inſequar: cum illuc venero, *atque altæ mœnia Romæ*, deponam, & morabor, & novum rurſus exordium faciam. [133] Sunt aliquando & ſine reſpiratione quædam moræ etiam in periodis; ut in illa: *In cœtu vero populi Romani*, *negotium publicum gerens*, *magiſter equitum*, *&c.* Multa membra habent, ſenſus enim ſunt alii atque alii; & ſicut una circumductio eſt, ita paulum morandum in his intervallis, [134] non interrumpendus eſt contextus; [135] & e contrario ſpiritum interim recipere ſine intellectu moræ neceſſe eſt: quo loco quaſi ſurripiendus eſt: alioqui, ſi inſcite recipiatur, non minus afferat obſcuritatis, quam vitioſa diſtinctio. [136] Virtus autem diſtinguendi fortaſſe ſit parva, ſine qua tamen eſſe nulla alia in agendo poteſt. Ornata eſt pronunciatio, cui ſuffragatur vox facilis, magna, [137] beata, flexibilis, firma, dulcis, durabilis, clara, [138] pura, [139] ſecans aëra, [140] auribus ſedens. Eſt enim quædam ad auditum accommodata, non magnitudine, ſed proprietate, ad hoc velut tractabilis, utique habens omnes in ſe, qui [141] deſiderantur, ſonos, intentioneſque, & [142] toto (ut aiunt) organo inſtructa: cui aderit lateris firmitas, ſpiritus cum ſpatio pertinax, tum labori non facile ceſſurus. [143] Neque graviſſimus, ut in muſica, ſonus, nec acutiſſimus orationibus convenit. Nam [144] & hic parum clarus, nimiumque plenus, nullum afferre animis motum poteſt; & ille [145] prætenuis, & immodicæ claritatis, [146] cum eſt ultra verum, tum neque pronunciatione flecti, neque diutius ferre intentionem poteſt. Nam vox, ut [147] nervi, quo remiſſior, [148] hoc & gravior & plenior: quo tenſior, hoc tenuis & acuta magis eſt. Sic ima vim non habet, ſumma rumpi periclitatur. Mediis igitur utendum ſonis; [149] hique, cum augenda [150] intentio eſt, excitandi; cum ſummittenda, ſunt temperandi. Nam prima eſt obſervatio recte pronunciandi, æqualitas, ne ſermo ſubſultet imparibus ſpatiis ac ſonis, miſcens longa brevibus, gravia acutis, elata ſummiſſis; & inæqualitate horum omnium, ſicut pedum, [151] claudicet. [152] Secunda, varietas eſt, quæ [153] ſolum eſt pronunciatio. Ac [154] ne quis

129. *Dividi.*] T litera adſcripta, *dividit* legatur. REGIUS.
130. *Ob eamdemque.*] *Ob eamdem*; Voſſ. ſec.
131. *Quarto profugus.*] Rollinus legebat *quarto*, *fato profugus.*
132. *Sermonem finiat.*] *Finiant*; V. C. Alm. Obrecht. ubi τὸ *ſermo* unicum vocabulum ſignificat: quo ſenſu apud Servium ſæpe legitur *honeſtus ſermo*, pro τῷ honeſtum vocabulum. Vide ad 1. Æneid verſ. 5. ad 1. Georgic. verſ. 93. & ad 3. Georgic. verſ. 250. Sic etiam Luctatius ad Statii Thebaïdem pag. 12. edition. in 4.° τὸ *ſedet polyſemus ſermo eſt*, id eſt, hoc vocabulum *ſedet* multa ſignificat: unde Servius jam laudatus ad 1. Æneid. ſic loquitur: *Rem unius ſermonis circumlocutionibus dicere*, pro τῷ, id per *periphraſin* exprimere, quod uno vocabulo poſſet efferri; ut ſi dicas *urbem Trojæ* pro τῷ *Trojam.* CAPPER.
133. *Sunt aliquando.*] Finita periodo ſpiritus eſt recipiendus: aliis in locis, ut in *membris* & *inciſis*, debet eſſe mora ſine reſpiratione; aut, ſi ſit reſpiratio, non percipiatur. TURNEB. *Sine reſpiratione aliqua quadam moræ*, *etiam in periodis*; *ut enim illa*, *in cœtu*, *&c. multa membra habent* (*ſenſus enim ſunt alii atque alii*) *& unam circumductionem*, *ita paulum*, *&c.* Ita edidit Obrecht. *ſub unam circumductionem*; MS. Alm. Voſſ. ſec.
134. *Non interrumpendus.*] Gallæus volebat *non interrumpendus tamen eſt.*
135. *Et e contrario.*] *Sed e contrario*; V. C. Alm.
136. *Virtus autem.*] Nam mala diſtinctio efficit obſcuritatem: ita cum ſit oratio obſcura, quia non intelligitur, perdit reliquas virtutes. TURNEB.
137. *Beata.*] *Læta*; Obrecht. & certe illa *beata* vox quid ſit, neſcio; an *læta*? ut lib. v. 14. pro *latiſſimi amnes.* MSS. *beatiſſimi* habent; & hoc ipſo capite *vocem minus claram*, *& quaſi latiorem facit.* BURMAN. Robertus Titius in lib. v. locorum controverſorum 2. nondum edito, ſed quem publico non invidebit eruditiſſimus Brenkmannus, legit *elata*. BURMAN. *In Addend.*
138. *Pura.*] *Pulchra*; Voſſ. prim. tert. has voces quoque commutatas a librariis, docere poſſunt eruditiſſimæ Bentleii notæ ad Horat. Art. Poët. 99. BURMAN.
139. *Secans aëra.*] *Secant*, *erecta*; marg. Baſil.
140. *Auribus ſedens.*] *Et auribus ſedens*; MSS. Alm. Voſſ. tert.
141. *Deſiderantur ſonos.*] *Deſiderantur ſimul*; Voſſ. prim. tert. *deſiderantur*, *ſinus*; Bern.
142. *Toto* (*ut aiunt*) *organo*] *Metaphora* eſt ducta ab organis muſicis, quæ, cum ſunt omnibus chordis intenſa, aut omnibus fiſtulis inſtructa, ut nihil deſit, ſuavem efficiunt concentum. TURNEB. *Et tota* (*ut aiunt*) *organa. Cui*; V. C. Alm.
143. *Neque graviſſimus.*] Medium ſonum poſtulat oratio, ſed qui interdum augeatur, interdum temperetur: non autem debet intendi ad acumen *netes*, aut ad gravitatem *hypates.* TURNEBUS. In cujus verbis notandum eſt νήτην & ὑπάτην appellari *ultimam* ſeu *imam* organi Muſici chordam, quæ acutiſſimum ſonum reddat; ὑπάτην vero *ſummam*, quæ graviſſimum. CAPPER.
144. *Et hic parum.*] *In his parum*; V. C. Alm.
145. *Prætenuis.*] *Pertenuis*; Editio Obrecht.
146. *Cum eſt ultra v.*] *Tum eſt*; Editio Obrecht.
147. *Nervi tam remiſſior.*] *Tam* particula nullo modo huic ſenſui convenit. Quare ejus loco *quo* reponatur. REGIUS.
148. *Hoc & gravior.*] *Hoc gravior*; V. C. Alm.
149. *Hi quoque cum.*] *Que* copula illius *quoque* loco ut reponatur, ſenſus expoſcit. REGIUS. *Hique*; MSS. Alm. Voſſ. prim. tert. Baſil. Gryph. Oxon. Obrecht. *uque*; Ald. Colin. Vidov. *ii quoque*; Voſſ. ſec. *hi quoque dum augenda intentione excitandi tum ſubmittendi ſunt temperandique*; marg. Baſil.
150. *Intentio eſt.*] *Intentione*; Voſſ. tert.
151. *Claudicet.*] *Claudicet ſermo*; Locat. Ald. Baſil. Gryph. Steph. Vaſc. Par. Colin. Vidov.
152. *Secunda.*] *Secunda varietas quod*; Voſſ. ſec. Locat. *varietas*, *quæ ſolum eſt pro*; Ald. *varietas eſt*, *quæ ſolum eſt*; Baſil. Gryph. Steph. Colin. Vidov. Oxon. Obrecht.
153. *Solum eſt.*] Dicit pronunciationem rectam in ſola variandi ratione conſiſtere. GALLÆUS.
154. *Ne quis pugnare*, *&c.*] Æqualitas eſt in ſpatiis, & ſonis ipſius periodi; varietas, ut pro rerum varietate diverſus quoque ſit pronunciationis habitus, ut tamen in periodis æqualitas ſervetur. TURNEB. *Ac ne quis* omnes, quos vidi, habent, præter Leidenſem.

pugnare inter ſe putet æqualitatem & varietatem; cum illi virtuti contrarium ſit [155] vitium inæqualitas; huic, [156] qui dicitur μονοειδὴς, quaſi quidam *unus aſpectus*. Ars porro variandi cum gratiam præbet, ac renovat aures, tum dicentem ipſa [157] laboris mutatione reficit; ut ſtandi, ambulandi, ſedendi, jacendi vices ſunt, nihilque eorum pati unum diu poſſumus. Illud vero maximum (ſed id paulo poſt tractabimus) quod ſecundum rationem rerum, de quibus dicimus, animorumque habitus, [158] conformanda vox eſt, ne [159] ab oratione diſcordet. Vitemus igitur illam, quæ Græce [160] μονοτονία vocatur, [161] una quædam ſpiritus ac ſoni intentio; non ſolum ne dicamus omnia clamoſe, quod inſanum eſt; aut [162] intra loquendi modum, [163] quod motu caret; aut ſummiſſo murmure, quo etiam debilitatur omnis intentio; ſed ut in iiſdem partibus, iiſdemque affectibus ſint tamen quædam non ita magnæ vocis declinationes, prout aut verborum dignitas, aut ſententiarum natura, aut depoſitio, [164] aut inceptio, aut tranſitus poſtulabit; [165] ut qui ſingulis pinxerunt coloribus, [166] alia tamen eminentiora, alia reductiora fecerunt, ſine quo ne membris [167] quidem ſuas lineas dediſſent. Proponamus enim nobis illud Ciceronis in [168] oratione nobiliſſima pro Milone principium; nonne ad ſingulas pene diſtinctiones, quamvis in eadem facie, tamen quaſi vultus mutandus eſt? *Etſi vereor, judices, ne turpe ſit, pro fortiſſimo viro dicere incipientem timere.* [169] Etiamſi eſt toto propoſito contractum atque ſummiſſum, quia & exordium eſt, & ſoliciti exordium; tamen fuerit, neceſſe eſt, aliquid plenius & erectius, dum dicit, *Pro fortiſſimo viro*, quam cum, *Etſi vereor*, &, *Turpe ſit*, &, *Timere.* Jam ſecunda reſpiratio increſcat, oportet, [170] & naturali quodam conatu; quo minus pavide dicimus, quæ ſequuntur, & quo magnitudo animi Milonis oſtenditur: *Minimeque deceat, cum T. Annius ipſe magis de reipublicæ ſalute, quam de ſua perturbetur.* Deinde quaſi objurgatio ſui eſt: *Me ad ejus cauſſam parem animi magnitudinem afferre non poſſe.* Tum invidioſiora: *Tamen hæc novi judicii nova forma terret oculos.* Illa vero jam pene [172] apertis (ut aiunt) tibiis: *Qui quocumque inciderunt, veterem conſuetudinem fori, & priſtinum morem judiciorum* [173] *requirunt.* Nam ſequens [174] latum etiam atque fuſum eſt: *Non enim corona* [175] *conſeſſus veſter cinctus eſt, ut ſolebat.* Quod notavi, ut appareret, non ſolum in membris *cauſſæ*, ſed etiam in articulis eſſe aliquam pronunciandi varietatem, ſine qua nihil [176] neque majus neque minus eſt. Vox autem ultra vires urgenda non eſt. Nam & ſuffocata ſæpe, & [177] majore niſu minus clara eſt, & interim eliſa in illum ſonum erumpit, [178] cui Græci [179] κλωσμὸν nomen a gallorum immaturo cantu dede-

155. *Vitium.*] *Vitium* abeſt a Voſſ. prim.

156. *Quæ dicitur quaſi quidam μονοειδὴς.*] *Qui*, non *quæ* eſt legendum, & tranſpoſita hæc duo ſunt verba *quaſi quidam*, quæ ſic in ordinem redigentur, *huic qui dicitur μονοειδὴς, quaſi quidam.* REGIUS. Gallæus illa verba, *quaſi quidam unus aſpectus*, gloſſema putat. *Quæ dicitur μονοειδία*; Bern. Obrecht. Cujus quidem lectio ſatis habere probabilitatis videtur. CAPPER.

157. *Laboris mutatione.*] *Permutatione*; Locat. Ald. Obr.

158. *Confirmanda.*] *Conformanda* ut legatur, ſenſus expoſcit. REGIUS. *Confirmanda*: MSS. Alm. Voſſ. prim.

159. *Ab oratione diſcordet.*] Eſt quidem omnino turpis iſta diſcordia. Plin. lib. II. Epiſt. 19. ALMEL.

160. *Μονοτονία.*] Exemplum præbet nobis M. Craſſus. Vide Ciceron. in *Brut.* 66. ALMEL.

161. *Una quædam ſpiritus ac ſoni intentio.*] Et hæc a gloſſatoris manu eſſe Gallæus credebat. *Quædam ſpecies*: Voſſ. prim. *ac toni*; Voſſ. ſec.

162. *Intra loquendi modum.*] Id eſt, quomodo loqui ſolemus in ſermone familiari, libero, ſimplici, &c. CAPP.

163. *Quod motu aut ſummiſſo.*] Huic ſenſui aliquid verbi deeſſe videtur. Quare *caret* verbum videtur eſſe adſcribendum, hoc modo: *quod motu caret.* REGIUS.

164. *Aut inceptio.*] *Aut interceptio*; V. C. Alm.

165. *Ut qui ſingulis pinxerunt.*] Hæc, quæ pinguntur ſingulis coloribus, a Plinio appellantur *monochromata*; hiſque ſæpenumero olim utebantur ante varietatem colorum in pictura inventam. TURNEB.

166. *Alia reductiora.*] Hæc deſunt in V.C. Alm. ſed male: *reducta* ſunt oppoſita eminentibus, quæ introrſus recedunt; ut *reducta vallis*, Horat. lib. I. Od. 17. vide Barth. ad Stat. VI. Theb. 255. ita & *retracta* & *prominens* inter ſe oppoſita, apud Melam. I. III. & noſtr. lib. II. 17. *quædam eminere in opere, quædam recedere*: dixit & *eminentem colorem* lib. VIII. 3. & lib. X. I. *& quanto eminentioribus vincimur, fortaſſe æqualitate penſamus*: & ita τὸ ὑπόχον & ἐξέχον apud Philoſtr. vit. Apoll. II. 20. recte noſtri Fabii verbis vertit & illuſtrat Olearius. BURMAN.

167. *Quidam ſuas.*] *Quidem* aperte legendum eſt, non *quidam*, REGIUS.

168. *Oratione nobiliſſima.*] *Noviſſima*; V. C. Alm.

169. *Etiam ſi eſt toto.*] *Etiam toto*; V. C. Alm.

170. *Et naturali.*] *Et* ſupervacuum, vel *etiam* notare vult Rollinus.

171. *Quem ſequuntur.*] *M* expuncta atque *a* adſcripta, *quæ* legendum eſt. REGIUS.

172. *Apertis (ut aiunt) ſibiis.*] Ita dixit per *Metaphoram*, pro *clara* & *aperta voce*; tibiæ enim foraminibus clauſis reddunt ſonum gravem, apertis foraminibus clarum. Vide & Fabium lib I. cum [illegible] ſonum appellat. TURNEB. Vide Veri Turnebi Adverſar. lib. IV. cap. X. CAPPER.

173. *Requirunt.*] In Ciceronis pleriſque codicibus legi *minime vident* notat Rollinus: ſed illos vitioſos jam correxerunt viri docti. *Deſiderant*; marg. Baſil.

174. *Latum etiam atque.*] *Latum atque etiam*; Obrecht.

175. *Conſeſſus videtur cinctus eſt.*] Culpa librariorum *veſter* pronomen in *videtur* verbum eſſe depravatum, ex oratione Ciceronis percipi poteſt. REGIUS.

176. *Nec majus.*] *Neque majus neque minus eſt*; V. C. Alm. Leid. Obrecht.

177. *Majore niſu.*] *Majore nixu*; Voſſ. ſec.

178. *Cui Græci nomen immaturo & gallorum cantu.*] Copula *&* eſt eradenda, *ab* vero præpoſitio adſcribenda, hoc modo: *Cui Græci ab immaturo Gallorum cantu nomen dederunt.* REGIUS. *Cui Græci nomen a Gallorum immaturo cantu dederunt*; Voſſ. ſec. κλωσμὸν non agnoſcunt, V. C. Alm. Andr. Locat. Ald. Baſil. Obrecht. κλωσμόν; Par. Steph. Gryph. Colin. Vidov.

179. *Κλωσμόν.*] Politianus, aliquando de hoc loco conſultus, reſpondit legendum eſſe ἀκωδῶν. Sic enim vocant Græci quemcumque *ineptum* & *diſſonum*: alii κλωσμὸν ſubſtituunt, ea vox eſt gallinaceorum, Latini appellant *glocitationem*: alii etiam negant, a Fabio ſcriptam Gr.

runt. Nec volubilitate nimia [180] confundenda, quæ dicimus: qua & diſtinctio perit, & affectus: & nonnunquam etiam verba aliqua ſui parte fraudantur. Cui contrarium eſt vitium nimiæ tarditatis. Nam & difficultatem inveniendi fatetur, & ſegnitia ſolvit animos, &, in quo eſt aliquid, temporibus præfinitis [181] aquam perdit. Promptum ſit os, non præceps; moderatum, non lentum. Spiritus quoque nec crebro receptus concidat ſententiam; nec eo uſque trahatur, donec deficiat. Nam & deformis eſt conſumpti illius ſonus, & reſpiratio ſub aqua diu preſſi ſimilis, & receptus longior, & non opportunus; ut qui fiat, non ubi volumus, ſed ubi neceſſe eſt. Quare longiorem dicturis periodum colligendus eſt ſpiritus: ita tamen, ut id neque diu, neque cum ſono faciamus, neque omnino ut manifeſtum ſit: [182] reliquis partibus optime inter juncturas ſermonis revocabitur. Exercendus autem eſt, ut ſit quam longiſſimus: quod Demoſthenes ut efficeret, [183] ſcandens in adverſum [184] continuabat quam poſſet plurimos verſus. Idem, quo facilius verba ore libero exprimeret, calculos lingua volvens dicere domi ſolebat. Eſt interim & longus, & plenus, & clarus ſatis ſpiritus, non tamen [185] firmæ intentionis, ideoque tremulus; ut corpora, quæ [186] aſpectu integra, nervis parum ſuſtinentur. [187] Id βράγχον Græci vocant. Sunt qui ſpiritum cum ſtridore per raritatem dentium non recipiunt, ſed reſorbent. Sunt qui crebro anhelitu, & introrſum etiam clare ſonante, imitentur jumenta onere & jugo laborantia. Quod affectant quoque, tanquam inventionis copia urgeantur, majorque vis eloquentiæ ingruat, quam quæ emitti faucibus poſſit. [188] Eſt aliis concurſus oris, & cum verbis ſuis colluctatio. Jam tuſſire, & exſpuere crebro, & ab imo pulmone pituitam [189] trochleis adducere, & oris [190] humore proximos ſpargere, & [191] majorem partem ſpiritus in eloquendo per nares effundere, etiamſi non utique vocis ſunt vitia, quia tamen propter vocem accidunt, potiſſimum huic loco ſubjiciantur. [192] Sed quodcumque ex his vitium magis tulerim, quam, quo nunc maxime laboratur in cauſſis omnibus ſcholiſque, [193] cantandi: quod inutilius ſit, an fœdius, neſcio. Quid enim minus oratori convenit, quam modulatio ſcenica, & nonnunquam ebriorum aut [194] comeſſantium licentiæ ſimilis? [195] Quid vero movendis affectibus contrarium magis, quam, cum dolendum, iraſcendum, indignandum, commiſerandum ſit, non ſolum ab iis affectibus, in quos inducendus eſt judex, recedere, ſed ipſam fori ſanctitatem [196] ludorum talarium licentia ſolvere? Nam Cicero illos ex Lycia & Caria [197] rhetores pene cantare in *epilogis* dixit. Nos etiam [198] cantandi ſeveriorem paulo modum exceſſimus. [199] Quiſquamne, non dico de homicidio, ſacrilegio, parricidio,

vocem, aiuntque ſignificari a Fabio *alectryphoniam*, id eſt, *gallicinium*: ſed ita dumtaxat ſignificatur pars noctis. TURNEB. Vide Politian. Miſcell. VII. cap. antepenult.

180. *Confundenda.*] Gallæus volebat *concidenda.*

181. *Aquam perdit.*] Alludit ad *clepſydras*, quæ dabantur oratoribus; nam aquæ effuſione intervalla temporis notabantur: hinc illud eſt, *dicere ad clepſydram.* TURNEB.

182. *Reliquis.*] *In reliquis* Francius volebat.

183. *Scandens in adverſum.*] Sic Valer. Maxim lib. VIII. cap. 7. *adverſa loca ſcandens.* Cicero autem I. *de Orat.* 61. *aſcenſu ingrediens arduo.* PHILAND.

184. *Continuabat.*] *Concinebat*; marg. Baſil. Gryph.

185. *Firmæ intentionis.*] *Tamen firmæ ſatis intentionis*; Andr. *tamen ſatis firmæ intent.* Ald. Colin.

186. *Aſpectu integra.*] *Aſpectu ſunt integra*; Voſſ. prim. tert.

187. *Id Græci βράγχον.*] Βράγχον Græci appellant raucedinem contractam ex pituita, quæ eſt in arteria & larynge: at Fabius videtur appellaſſe raucedinem quamdam tremulam ex debilitate ſpiritus. TURNEB. Ita de Alcimene Agathias in Anthol. lib. II. cap. 22.

Κεῖτο μὲν Ἀλκιμένης κεκαυμένος ἐκ πυρετοῖο,
Καὶ περὶ λευκανίην βράγχεα λαρυγγίζων.

Alcimenes calida correptus febre jacebat,
Murmura concluſo gutture rauca ſonans.

BURMAN.

188. *Eſt & aliis.*] *Et* non habent MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. & reliqui.

189. *Trochleis.*] *Trochlea*, machina eſt, habens rotulam & axiculum, cum armilla, qualis videtur in tollenonibus puteorum. TURNEB. Hoc ait, ut indicet, quanto labore & conatu ex imis pulmonibus educant ſputa; vel quod in gutture ejuſcemodi ſtrepitum edunt, qualem ſolet, dum hauritur trochlea. Eſt autem trochlea rota putealis. SICHARD. An potius *tracheis*. A. Gell. lib. XVII. II. *Per alteram fiſtulam, quæ Græce nominatur τραχεῖα, ſpiritus a ſummo ore in pulmonem, atque inde rurſus in os & nares commeat.* Macrobius VII. 15. ita editor Leidenſis, quod ex Vallæ annotationibus natum eſſe, Badii notæ docere poſſunt. BURMAN.

190. *Humores proximos.*] *Humore* manifeſte eſt legendum; multis enim hoc inter orandum evenit, ut ſputo proximos adſpergant. REGIUS. De hoc fœdo & moleſto auditoribus proximis vitio quædam jam ad Petron. cap 44. obſervavimus; & hinc ψακάδες vel ψεκάδες dicti Antimachus & Olympiacus quidam, quia eos, quibuſcum loquebantur, ſputo adſpergere ſolerent. Vide Scholiaſt. Ariſtoph. in Achar. verſ. 1149. & Suid. in ψεκάς. BURMAN.

191. *Majorem partem ſpiritus in eloquendo.*] *Majorem partem ſpiritum per nares effundere*, ex MS. legit Salmaſ. ad Tert. Pall. pag. 164. PAREUS. *Spiritus in loquendo per*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Colin. Vidov.

192. *Sed quodcumque.*] Pronunciationis laſcivia tempore Fabii deflectebat in canticum, quæ res obeſt affectibus movendis: (quanquam Cicero in *epilogis* cantum quemdam deſiderat:) eſt iſta quoque res turpis & ſcenica. TURNEB.

193. *Cantandi.*] Supple τὸ vitium. CAPPER.

194. *Comeſſantium.*] Alii ſcribunt *comiſſantium*, quidam *comaſſantium*, tanquam a κωμάζειν. CAPPER.

195. *Quid vero movendus affectibus contrarium magis, quam dolendum, &c.*] Librariorum culpa verba hujus ſenſus depravata ſic corrigantur; nam *movendis affectibus & dolendum*, & deinde *affectibus*, pro *effectibus*, eſt legendum. REGIUS.

196. *Ludorum talarium.*] Idcirco id ait, quia poſt epulas frequenter luſitatur aſtragalis, quo in luſu cantillatur. TURNEB. Dan. *Lyciorum & Carum licentia.* PITHOEUS. Neſcio an *ludi talares* recte dicantur, cum *talarius ludus* Ciceroni I. *de Offic.* 42. dicatur melius: neque, quî ludis talariis cantus conveniat, video, quo ex Phrygia (ita, non *Lycia*, habent editiones Ciceronis) & Caria oratores in *epilogis* utebantur, teſte Cicerone *Orat.* 18. corruptum locum eſſe puto. BURMAN.

197. *Rhetores.*] *Rhetoras*; V. C. Alm. Locat.

198. *Cantandi.*] *In cantando*; edit. Obrecht.

199. *Quiſquam denique.*] *Quis denique*; V. C. Alm;

ſed de calculis certe atque rationibus; quiſquam denique (ut ſemel finiam) in lite cantat? Quod ſi omnino recipiendum eſt, nihil cauſſæ eſt, cur non illam vocis modulationem fidibus ac tibiis, imo [200] mehercule, [201] quod eſt huic deformitati propius, [202] cymbalis adjuvemus. Facimus tamen hoc libenter; [203] nam nec cuiquam ſunt injucunda, [204] quæ cantant ipſi; & laboris in hoc, quam in agendo, minus eſt. Et ſunt quidam, qui ſecundum alia vitæ vitia, etiam hac ubique audiendi, quod aures mulceat, voluptate ducantur. Quid ergo? non & Cicero dicit eſſe *aliquem in oratione cantum obſcuriorem?* [205] Et hoc quodam naturali vitio venit. Oſtendam non multo poſt, ubi & quatenus recipiendus ſit hic flexus, & [206] cantus quidem, ſed ([207] quod plerique [208] intelligere nolunt) obſcurior. Jam enim tempus eſt dicendi, quæ ſit apta pronunciatio: quæ certe ea eſt, quæ iis, de quibus dicimus, accommodatur: [209] quod quidem maxima ex parte præſtant ipſi motus animorum, [210] ſonatque vox, ut feritur. [211] Sed, cum ſint alii veri affectus, alii ficti & imitati, veri naturaliter erumpunt, ut dolentium, iraſcentium, indignantium, ſed carent arte: [212] ideoque non ſunt [213] diſciplinæ traditione formandi. Contra qui effinguntur imitatione, artem habent, ſed hi carent natura: ideoque in his primum eſt bene affici, & concipere imagines rerum, & tanquam veris moveri: ſic velut media vox, quem habitum [214] a nobis acceperit, hunc judicum animis dabit. Eſt enim [215] mentis index & velut exemplar, ac totidem, quot illa, mutationes habet. [216] Itaque lætis in rebus plena, ſimplex, & ipſa quodam modo hilaris fluit: at in certamine erecta totis viribus, & velut omnibus nervis intenditur. Atrox in ira, & [217] aſpera ac denſa, & reſpiratione crebra. Neque enim poteſt eſſe longus ſpiritus, cum immoderate effunditur. [218] Paululum in invidia facienda [219] lentior, quia non fere ad hanc niſi inferiores confugiunt: at in blandiendo, fatendo, ſatisfaciendo, rogando, lenis & ſummiſſa. Suadentium, & monentium, & pollicentium, & conſolantium gravis. In metu & verecundia contracta, adhortationibus fortis, diſputationibus teres, miſeratione flexa & flebilis, & conſulto quaſi obſcurior: [220] at in egreſſionibus fuſa, & ſecuræ claritatis, [221] in *expoſitione* ac [222] ſermonibus recta, & inter acutum ſonum & gravem media. Attollitur autem [223] concitatis affectibus, [224] compoſitis

200. *Mehercule.*] *Hercule*; V. C. Alm. *mehercules*; Locat. Ald. Baſil. Gryph. Vidov.

201. *Quod in huic deformitati.*] Loco *in* præpoſitionis *eſt* verbum reponatur. REGIUS.

202. *Cymbalis.*] Cymbala enim reddunt ſonum effeminatum, & nonnunquam ſtreperum: itaque evirati Cybeles ſacerdotes his utebantur in ſacrificiis. TURNEB.

203. *Nam nec cuiquam.*] *Nam more avium cuique ſunt jucunda*; Obrecht.

204. *Quæ cantat ipſe.*] *Quæ cantant ipſi*; MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſecund. tert. Vall. lib. Andr. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *quæ cantat: ipſi & laboris*; Locat. ego recepi plurimorum codicum ſcripturam *cantant ipſi*, quam mutarunt ſcioli, qui putabant τῷ *cuiquam* non recte ſubjici pluralem, ſed hoc uſitatum. Terent. Andr. IV. I.

Hoccine credibile aut memorabile,
Tanta vecordia innata cuiquam ut ſiet,
Ut malis gaudeant, atque ex incommodis
Alterius ſua ut comparent commoda.

Plura notavimus hujus generis ad lib. IX. 2. unde vero Obrechtus, ſuam lectionem depromſerit, an ex ingenio, an ex codice, neſcio: prius puto. BURMAN. In editionib. Vaſcoſ. Steph. Lugduno-Batav. Rollin. legitur *qua cantat ipſe*: quæ quidem lectio ſpernenda non eſt. In marginib. Vaſcoſ. & Stephan. *cantant ipſi.* CAPPER.

205. *Et hoc quodam naturali initio venit.*] Sic quidem legitur; ſed pro *initio* fortaſſis *vitio*, & *venire* legendum eſt. REGIUS. *Initio*: Locat. Ald. marg. Baſil. Certe Cicero *Orat.* 18. non hoc dicit vitio naturali evenire, ſed induſtriam ſequi ducem naturam ad aurium voluptatem. BURMAN.

206. *Cantus quidem.*] Francius malebat *quidam.*

207. *Sed quid.*] Non caret menda hic locus, ac *quod* fortaſſe, non *quid*, videtur eſſe legendum. REGIUS. *Sed quid*; Voſſ. ſec.

208. *Intelligere nolunt.*] *Volunt*; Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Baſil.

209. *Quod quidam.*] *Quidem* legendum eſt. REGIUS. *Quidam*; Voſſ. ſec.

210. *Sonatque vox ut feritur.*] Inſtrumenta vocis ſubſerviunt voluntati: igitur, pro voluntatis motu, nunc vehementior, nunc remiſſior editur vox, pro motu inſtrumentorum. TURNEB.

211. *Sed cum ſint.*] Affectus eſt duplex; quidam verus, ex juſta cauſſa generatus; alter fictus, quem phantaſiæ libertas comminiſcitur: itaque lib. VI. volebat oratorem eſſe *euphantaſiotum*, ut optime conciperet *phantaſias* & *viſa.* TURNEB.

212. *Ideoque non ſunt diſciplinæ.*] Editioni Lugdun. Batav. excidit *non*, contra fidem omnium codicum. GIBSON.

213. *Diſciplinæ traditione.*] *Diſciplina & ratione*; V. C. Alm. quod vehementer placet, & ex colliſione ſyllabarum *na traditione*, pro *na & ratione*, vulgata orta videtur lectio: ita paſſim *rationem* vocat artem, & methodum, qua aliquid docetur; ut lib. XI. 2. dicit *juvari naturam ratione*: & *eſt ratio arti non diſſimilis*: & Cicero millies *rationem* dixit pro modo, methodo, ut nunc amant loqui, aliquid docendi, tradendi: ita I. *de Orat.* 58. *virtus ſi tradi ratione poſſit*: ita *via & ratio*, lib. I. *de Orat.* & alibi infra XII. I. *præceptis & ratione formare.* BURMAN.

214. *A nobis acceperit.*] Editio Lugdunenſis *a noſtris acceperit*, eleganter ſatis atque nitide: imo lectio eſt ea quidem ſpecioſior, quam elegimus: quam ob cauſſam gravi non caret ſuſpicione emendationis temerariæ, ſtudioſi cujuſquam ingenio factæ; præſertim cum ei refragantur MS. Bodl. Ald. Sich. Par. Vaſc. & Steph. GIBSON. *A noſtris*; Voſſ. omn. Locat. Obrecht.

215. *Mentis index & velut exemplar.*] *Mentis velut exemplar ac*; Voſſ. ſec. Locat. *mentis index, ac totidem*; V. C. Alm. Voſſ. prim. tert.

216. *Itaque lætis.*] *Ideoque lætis*; marg. Baſil.

217. *Aſpera ac denſa.*] *Aſpera ac depreſſa*; Obrecht. *diverſa*; Voſſ. tert.

218. *Paululum in invidia facienda.*] *Paulum*; Locat. Ald. Baſil. Gryph. Vidov. Colin.

219. *Lentior.*] *Lenior*; MSS. Joan. Voſſ. omn. Vall. lib. marg. Colon. Vidov. Obrecht. *levior*; Locat.

220. *At ingreſſionibus.*] E vocalis eſt adſcribenda, ut *in egreſſionibus* legatur. REGIUS. *At ingreſſionibus*; Baſil.

221. *In expoſitione.*] Id eſt, in narratione, ut patet ex notis ad cap. 2. lib. IV. CAPPER.

222. *Sermonibus.*] Familiaribus colloquiis. CAPPER.

223. *Concitatis affectibus.*] Τοῖς πάθεσι. CAPPER.

224. *Compoſitis.*] Τοῖς ἤθεσι. CAPPER.

deſcendit, pro utriuſque rei modo altius vel inferius. Quid autem quiſque in dicendo poſtulet locus, paulum differam, ut de geſtu prius dicam: qui & ipſe voci conſentit, & animo cum ea ſimul paret. Is quantum habeat in oratore momenti, ſatis vel ex eo patet, quod pleraque, etiam citra verba, ſignificat. Quippe non manus ſolum, ſed nutus etiam [225] declarant noſtram voluntatem, & in mutis pro ſermone ſunt: [226] & ſalutatio frequenter ſine voce intelligitur, atque afficit, & [227] ex ingreſſu vultuque [228] perſpicitur habitus animorum: & animalium quoque, ſermone carentium, ira, lætitia, adulatio, & oculis, & quibuſdam aliis corporis ſignis deprehenditur. Nec mirum, ſi iſta, quæ tamen in aliquo ſunt poſita motu, tantum in animis valent; quum pictura, tacens opus, & habitus ſemper [229] ejuſdem, [230] ſic in intimos penetret affectus, ut ipſam vim dicendi nonnunquam ſuperare videatur. Contra ſi geſtus ac vultus ab oratione [231] diſſentiant, triſtia dicamus hilares, affirmemus aliqua renuentes; [232] non auctoritas modo verbis, ſed etiam fides deſit. Decor quoque [233] a geſtu atque a motu venit. Ideoque Demoſthenes [234] grande quoddam intuens ſpeculum, componere [235] *actionem* ſolebat. [236] Adeo, quamvis fulgor ille [237] ſiniſtras imagines reddat, ſuis demum oculis credidit, quod efficeret. Præcipuum vero in *actione*, ſicut in corpore ipſo, caput eſt, cum ad illum, de quo dixi, decorem, tum etiam ad [238] ſignificationem decoris. Illa ſunt, ut ſit primo rectum, & ſecundum naturam. Nam [239] & dejecto humilitas, & [240] ſupino arrogantia, & in latus inclinato languor, [241] & præduro ac rigente barbaria quædam mentis oſtenditur. Tum accipiat aptos ex ipſa *actione* motus, ut cum [242] geſtu concordet, & manibus ac [243] lateribus obſequatur. Aſpectus enim ſemper eodem vertitur, quo geſtus, [244] exceptis quæ aut damnare, [245] aut non concedere, aut a nobis removere oportebit: ut idem illud vultu videamur averſari, manu [246] repellere:

[247] ——— *Dii talem terris avertite peſtem.*

& :

[248] ——— *Haud equidem tali me dignor honore;*

225. *Declarant.*] *Declarat*; Voſſ. tert.

226. *Et ſalutatio.*] Aliquid verborum hic mihi deeſſe videtur. REGIUS. *Et ſaltatio*; V. C. Alm. & Vallæ liber: quam veram lectionem puto; reſpicit enim mimos & pantomimos, qui, ſine voce, manu & nutu loquaces, ſaltabant fabulas; ut ita Ovidius, Suetonius (& quis non?) *ſaltare* utuntur: & ita hoc ipſo capite *abeſſe plurimum a ſaltatore debet orator*, id eſt, hiſtrione, vel comœdo, ut in fine capitis dicit. Confuſas vero fuiſſe ſæpius has a librariis voces, *ſalutator* & *ſaltator*, docere poſſunt notæ Jureti ad Symmachi lib. VIII. Epiſt. 41. In ſalutatione vero quis geſtus ita ſit efficax, ut ſine voce intelligatur, non video; cum illa paucis verbis, immo vel uno *ave*, *ſalve*, vel *vale*, peragi ſoleret: ideoque non ſatis efficax argumentum Fabio præberet, ad oſtendendum quantum ſit momenti in geſtu. BURMAN. Cujus lectio cum unius fere cod. Almelov. auctoritate nitatur, vulgatæ non videtur anteponenda. Præterea pantomimorum ſaltationes non *frequenter* tantum, ſed ſæpiſſime, immo & fere ſemper erant ſine voce: contra vero *ſalutatio*, licet verbis fieri ſoleat, *frequenter* tamen *ſine voce intelligitur*, quia fit aliquo nutu, capitis inclinatione, vel denudatione, flexione genuum, pede retrorſum jactato, oris, manuſve oſculo, &c. CAPPER.

227. *Ex ingreſſu.*] *In progreſſu*; Voſſ. prim. tert. *ex vultu progreſſuque*; Locat. *ex vultu ingreſſuque*; plerique alii.

228. *Perſpicitur.*] *Proſpicitur*; Voſſ. tert.

229. *Ejuſdem ſic intimos.*] *In* præpoſitio adſcribenda eſt, ut *in intimos* legamus. REGIUS. *Intimos*; MSS. Voſſ. tert. Colbert.

230. *Sic in intimos, &c.*] Hac cauſſa olim nonnulli oratores rem truculentam, de qua dicturi erant, in tabella pictam judicibus repræſentabant, ut eos moverent: id tamen non probavit Fabius lib. VI. TURNEB.

231. *Diſſentiant.*] *Diſſentiat*; Voſſ. prim. tert.

232. *Non auctoritas modo.*] Sic Polemon Sophiſta, cum hiſtrio geſtum orationi non accommodaſſet, dixit *ſolœciſmum* manu eſſe factum, ac hiſtrionem ejecit theatro. TURNEB. *Auctoritates*; Voſſ. prim.

233. *A geſtu atque motu.*] *Atque a motu*; MSS. Alm Voſſ. Locat. Ald. Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. & recte. Vide ad lib. IV. 2. & VI. 3. ubi ita *in* & *ad* repeti ſolere docuimus. BURMAN.

234. *Grande quoddam intuens ſpeculum.*] Εἶναι αὐτῷ μέγα κάτοπτρον οἴκοι, καὶ πρὸς τοῦτο τὰς μελέτας ἐξ ἐναντίας ἱστάμενον περαίνειν, ex Demoſthenis ipſius ore tradidit Demetrius Phalereus, referente Plutarcho. Sic Themiſtius Orat. 13. abſentem Imperatorem Conſtantium laudans, cum in Senatu cauſſam redderet, cur Romam uſque non fuiſſet profectus, ut eum coram præconio ferret, dixit: ἐνόμιζες ἂν καὶ ἐμμελετητήριον πρὸ τῆς ἀληθινῆς θέας, τοῖς εἰκόσι καὶ τοῖς κατόπτροις. COLOMESIUS. Idem Apulei. Apolog. pag. 87. edit. Gent. *Demoſthenem vero primarium dicendi artificem, quis eſt, qui non ſciat, ſemper ante ſpeculum, quaſi ante magiſtrum, cauſſas meditatum.* ALMEL. Idem facere magnum eloquentiæ externæ olim decus & magiſter Francius ſolebat, ut ipſi ſæpe vidimus; & ita ipſos etiam tyrones ad ſpeculum apte & decenter dicere docebat: ſic & puellæ ad ſpeculum ſe componebant. Vide ad Petron. cap. 128. BURMAN.

235. *Actionem.*] Quam ὑπόκρισιν Græci vocant. CAPPER.

236. *Adeo quamvis.*] Speculum, ut docent Optici, ex reflexione radiorum mutat ſitum partium, ut dextræ partes in nobis, illic fiant ſiniſtræ. Jam cum mutetur in diverſum tota imago, merito ſiniſtra dicitur reſpectu noſtræ. TURNEB.

237. *Siniſtras imagines reddat.*] *In ſiniſtras imagines redeat*; Locat.

238. *Significationem decoris. Illa ſunt.*] *Significationem. Capitis illa ſunt*; Obrecht. alii continuo ordine legunt, *ad ſignificationem decoris illa ſunt*; & ſic Bern. cod.

239. *Et dejecto.*] *Et* deeſt in V. C. Alm. Locat.

240. *Supino.*] Supinum caput fit, cum quis caput medias in ſcapulas ita reflectit, ut cœli verticem aſpiciat. CAPPER.

241. *Et præduro ac rigente.*] Signa ſunt iſta, quæ dicuntur ab Ariſtotele *phyſiognomonica*. Itaque nonnulli erant olim *phyſiognomones*, qui ex corporis habitu conjicerent, qualis eſſet cujuſque animus. TURNEB.

242. *Geſtu concordet, &c.*] *Geſtus concordet manibus*; V. C. Alm.

243. *Lateribus obſequatur.*] *Conſequatur*; Locat.

244. *Exceptis quæ aut damnare.*] Cum aliquid damnamus, vultum avertimus, & manum in aliam partem; quaſi repellere velimus manu. TURNEB.

245. *Aut non concedere.*] *Aut concedere*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Obrecht. ſed male; nam in exemplo, *haud equidem tali me dignor honore*, non conceditur. BURMAN.

246. *Repellere.*] Francius legebat *repellere; ut: Dii talem*, &c.

247. *Dii talem terris.*] Ex Virgil. III. Æneïd. 620.

248. *Haud equidem.*] I. Æneid. 335.

[249] Significat vero plurimis modis. Nam præter annuendi, renuendi, confirmandique motus, ſunt & verecundiæ, & dubitationis, & admirationis, & indignationis, noti & communes omnibus. Solo tamen eo facere geſtum ſcenici quoque doctores vitioſum putaverunt. Etiam frequens ejus nutus non caret vitio: [250] adeo jactare id, & comas excutientem rotare, fanaticum eſt. Dominatur autem maxime vultus. Hoc ſupplices, hoc minaces, hoc blandi, hoc triſtes, hoc hilares, hoc erecti, hoc ſummiſſi ſumus: [251] hoc pendent homines, hunc intuentur, hunc ſpectant, etiam antequam [252] dicamus: hoc quoſdam amamus, hoc odimus, hoc plurima intelligimus: hic eſt ſæpe pro omnibus verbis. [253] Itaque in iis, quæ ad ſcenam componuntur, fabulis, artifices pronunciandi a perſonis quoque affectus mutuantur: ut ſit [254] Niobe in tragœdia triſtis, atrox Medea, attonitus Ajax, truculentus Hercules. [255] In comœdiis vero, præter aliam obſervationem, [256] qua ſervi, lenones, paraſiti, ruſtici, milites, [257] vetulæ, meretriculæ, ancillæ, ſenes auſteri ac mites, juvenes ſeveri ac luxurioſi, matronæ, puellæ, inter ſe diſcernuntur; pater ille, cujus præcipuæ partes ſunt, quia interim concitatus, interim lenis eſt, altero erecto, altero compoſito eſt ſupercilio: atque id oſtendere [258] maxime Latinis actoribus moris eſt, quod cum iis, quas agunt, partibus congruat. [259] Sed in ipſo vultu plurimum valent oculi, per quos maxime [260] animus emanat, ut citra motum quoque & hilaritate eniteſcant, [261] & triſtitia quoddam nubilum [262] ducant. Quinetiam lacrymas his natura mentis indices dedit: quæ aut [263] erumpunt dolore, aut lætitia manant. Motu vero intenti, remiſſi, ſuperbi, torvi, mites, aſperi fiunt: quæ, ut actus popoſcerit, fingentur. Rigidi vero [264] & extenti, aut languidi & torpentes, aut ſtupentes, aut [265] laſcivi & mobiles, [266] aut natantes, & quadam [267] voluptate ſuffuſi, aut limi, & ([268] ut ſic dicam) [269] venerei, aut poſcentes aliquid, pollicenteſve [270] nonnunquam eſſe debebunt. Nam opertos compreſſoſve eos in dicendo quis, niſi plane [271] rudis aut ſtultus, habeat? [272] Et ad hæc omnia exprimenda in palpebris etiam & in genis eſt quoddam [273] deſerviens his miniſterium. Multum & ſuperciliis agitur. Nam & oculos formant aliquatenus, & fronti imperant. His contrahitur, attollitur, [274] demittitur: [275] ut una

249. *Significat vero.*] *Vero* abeſt a Voſſ. prim.

250. *Adeo jactare.*] *Ideo;* Voſſ. ſec. *Jactare & comas excutientem rotare phanaticum.*] *Jactare id comaſque, & concutientem rotare phreneticum eſt;* Obrecht. quæ mihi minime probantur; nihil enim notius eſt inſanis illis fanaticorum & vaticinantium geſtibus, quibus caput & comas jactabant & rotabant: quod & recte Badius jam notavit; & deinde plurimi viri eruditi. Vide Meurſ. & Potter. ad Lycophron. Caſſand. v. 4. Rupert. ad Flor. III. 19. & alios: *excutere* vero *comas* eſt ligatas ſolvere, & ventis jactandas dare; nam ſparſis comis inſaniebant. Vide Serv. ad II. Æneid. 403. ſic Ovidius IV. Metam. 491.

Nexaque vipereis diſtendens brachia nodis
Cæſariem excuſſit. BURMAN.

251. *Hoc pendent homines.*] *Omnes;* marg. Baſil. *ab hoc pendent* malebat Francius: poſſet tamen & vulgata defendi ex Catul. Epithal. Thet. 70.

——— *Toto te ex pectore, Theſeu,*
Toto animo, tota pendebat perdita voce.

ubi tamen etiam *ex te* Voſſius malebat, quem vide. BURMAN.

252. *Dicamus.*] *Dicimus;* Voſſ. prim.

253. *Itaque in iis.*] *Ita in iis;* Voſſ. ſec. tert.

254. *Niobe.*] *Ærope;* V. C. Alm. & Bern. ut Atrei uxor intelligatur.

255. *In comœdiis vero.*] *In comœdiis quoque;* Baſil.

256. *Qua ſervi.*] *E qua ſervi;* V. C. Alm.

257. *Vetulæ.*] Non eſt in MSS. Alm. Voſſ. omn. Ald. Baſil.

258. *Maxime latus actoribus.*] Quid ſibi velit hoc loco illud *latus*, mihi ſane non liquet: forſitan vero *Latinis* recte legeretur, ut intelligamus Latinos id præ ſe ferre, quod iis perſonis, quas agunt, conveniat. REGIUS. *Latus;* Voſſ. ſec. Locat. *Latiis;* Vall. lib. quod quia Poëticum videbatur, Badio auctore *Latinis* receptum fuit. *Latias* tamen *muſas* Columella præfat. lib. I. dixit. BURMAN.

259. *Sed in ipſo vultu.*] Plinius quoque ait, *in oculis animum habitare:* itaque cum eos oſculamur, videmur *animum diſſuaviari.* TURNEB. Vide Cicer. III. *de Orat.* 59. & hos optimo jure rerum inſpectores eſſe Diphilus Comicus dixit, referente Theodoreto Sermon. VI. de Providentia pag. 89. Maxim. Tyr. diſſert. I. pag. 10. ALMEL.

260. *Animus emanat.*] Longin. de Sublim. ſect. 3. *ἔστιν φανὸν ποιεῖν ὅπως ἐμπυρίζεσθαι τὴν τινων ἀναίδειαν, ὡς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς.* Quare ſcitiſſime dicitur a Cicerone de petitione Conſul. *quod vultus & frons ſit janua animi.* Hieron. ſelect. Epiſt. II. 19. *Speculum mentis eſt facies, & taciti oculi cordis fatentur arcana.* Latin. Pacat. paneg. Trajan. pag. 29. edit. Steph. ALMEL.

261. *Et triſtitia.*] E eraſa, *triſtitia* legendum videtur; REGIUS. *Triſtitia;* Voſſ. ſec. Locat.

262. *Ducant.*] *Inducant;* Obrecht.

263. *Erumpunt dolore.*] *Erumpunt dolore,* quia tum conſtringuntur pori, & extrudunt humorem: in *lætitia manant,* quia tum nimis laxantur pori, neque humorem continere poſſunt. TURNEB.

264. *Et extenti.*] *Exerciti;* Voſſ. prim. tert. *an extenti* ſunt, ut Tiberii illi *contenti & tumentes,* apud Sueton. cap. 7. BURMAN.

265. *Laſcivi, mobiles, natantes, venerei oculi, &c.*] Huiuſmodi oculi Perſio nominantur *patrantes,* Horatio *putres,* Chryſoſtomo *ὑγροὶ*, Juvenali *trementes.* Apuleius lib. III. Metamorph. *udos ac tremulos* vocat, *prona libidine marcidos, jam jamque ſemiadopertulos.* Anacreon & cæteri Poëtæ Græci *ὑγρούς.* Sed vide tu mihi omnino pulcherrima de oculis iſtiuſmodi comportantem Lodovicum Creſollium, vacat Autumn. lib. II. cap. 4. ſection. 3. pagg. 168. 169. & ſeqq. Commentar. Gaſp. Barthii ad Claudianum; & noſtrum, ad Muſæi *Erotopægnion.* PAREUS. Vide ad Petron. cap. 126. BURMAN.

266. *Aut natantes.*] *Et natantes;* Voſſ. ſec.

267. *Voluptate.*] *Voluptate ſua;* Voſſ. tert.

268. *Ut ſic dicam.*] *Ut dicam;* Voſſ. prim. tert.

269. *Venerei.*] *Venereus* aſpectus dicitur limus & pætus; id eſt, obliquus, qui aptiſſimus eſt nutibus amatorum. TURNEB.

270. *Nonnunquam eſſe.*] *Nunquam eſſe;* Voſſ. ſec. & ita volebat Francius.

271. *Rudis aut ſtultus.*] *Et ſtultus;* Locat. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

272. *Et ad hæc.*] More Plinii, *genas* appellat *oculorum involucra; palpebras* autem, *vallum pilorum.* TURNEB.

273. *Deſerviens.*] *Obſerviens;* Locat.

274. *Emittitur.*] *Demittitur* legendum puto, ut illi *attollitur* opponatur. REGIUS. *Emittitur;* Voſſ. omnes, Locatel.

275. *Ut una res in ea.*] In quibuſdam exemplaribus recte *nulla* legitur pro *una.* REGIUS. *Ut una;* MSS. Alm. Voſſ.

res in ea plus valeat, ſanguis ille, qui mentis habitu movetur, [276] &, cum infirmam verecundia cutem [277] accipit, effunditur in ruborem; cum metu refugit, abit omnis, & [278] pallore frigeſcit; temperatus medium quoddam ſerenum efficit. Vitium in ſuperciliis, ſi aut immota ſunt omnino, aut nimium mobilia, [279] aut inæqualitate (ut modo de perſona comica dixeram) diſſident, aut contra id, quod dicimus, finguntur. [280] Ira enim contractis, triſtitia deductis, hilaritas remiſſis oſtenditur. Annuendi quoque [281] & renuendi ratione [282] demittuntur, aut allevantur. Naribus labriſque non fere quidquam decenter oſtendimus; tametſi [283] deriſus, contemptus, faſtidium ſignificari ſolet. Nam & [284] *corrugare nares* (ut Horatius ait) & inflare, & movere, & digito inquietare, & impulſu ſubito ſpiritum excutere, & [285] diducere ſæpius, & plana manu reſupinare, indecorum eſt: [286] cum emunctio etiam [287] frequentior non ſine cauſſa reprehendatur. Labra & porriguntur male, & ſcinduntur, & adſtringuntur, [288] & diducuntur, & dentes nudant, & in latus ac pene ad aurem trahuntur, & velut quodam faſtidio replicantur, & pendent, & vocem tantum altera parte dimittunt. Lambere quoque ea & mordere, deforme eſt: cum etiam [289] in efficiendis verbis modicus eorum eſſe debeat motus. Ore enim magis, quam labris, loquendum eſt. [290] Cervicem rectam oportet eſſe, non rigidam aut ſupinam. Collum diverſa quidem, ſed pari deformitate & contrahitur, & tenditur: ſed tenſo ſubeſt & labor, [291] tenuaturque vox ac fatigatur. Affixum pectori mentum, minus claram, [292] & quaſi latiorem preſſo gutture facit. Humerorum raro decens allevatio atque contractio eſt. Breviatur enim cervix, & geſtum quemdam humilem atque ſervilem, & quaſi fraudulentum facit; cum ſe [293] in habitum adulationis, admirationis, metus fingunt. [294] Brachii moderata projectio remiſſis humeris, atque explicantibus ſe in proferenda manu digitis, continuos & decurrentes locos maxime decet. At cum ſpecioſius quid uberiuſque dicendum eſt, ut illud, [295] *Saxa atque ſolitudines* [296] *voci reſpondent*, exſpatiatur in latus, & ipſa quodammodo ſe cum geſtu fundit oratio. Manus vero, ſine quibus trunca eſſet actio ac debilis, vix dici poteſt, quot motus habeant; cum [297] pene ipſam verborum copiam perſequantur. Nam cæteræ partes loquentem adjuvant, hæ (prope eſt ut dicam) ipſæ loquuntur. [298] An non his poſcimus? pollicemur? vocamus? [299] dimittimus? minamur? ſupplicamus? [300] abominamur? timemus? [301] interrogamus? negamus? gaudium, triſtitiam, dubitationem, confeſſionem, pœnitentiam, modum, copiam, [302] numerum, tempus, oſtendimus?

ſec. Locat. Leid. Oxon. Obrecht. alii *ut nulla res in eo plus valeat. Sanguis*, &c.

276. *Ut cum infirmam.*] *Ut* particula, niſi eradatur, ſenſum confundit. REGIUS. *Ut cum*: Voſſ. ſec. Locat. *& cum*; Baſil. Gryph. Steph. Colin. Vidov. omittit *ut* Ald. *& cum infirma verecundia cutem accipit*; Locat. Baſil. Gryph. Steph. Colin. Vidov. Roign. Gallæus legebat *ſanguis ille, q. m. h. movetur, cum verecundia effunditur in ruborem, cum metu refugit, & cum pallore frigeſcit*, reliquis ejectis. Mihi illa verba, *ut una res in ea plus valeat*, ſuſpectiſſima vitii ſunt, & aqua hic hæret. Badius, poſtquam ſe diu torſiſſet, legit *ſanguis enim ille.* BURMAN.

277. *Accipit.*] *Accepit*: V. C. Alm.

278. *Pallore frigeſcit.*] Natura in turpitudine ſanguinem effundit ad exteriores partes, ut hoc tanquam velamento regat turpitudinem; ſic enim Macrobius ſcribit: in metu vero ſanguis petit interiores & nobiliores partes, ut tuetur naturam. TURNEB.

279. *Aut inæqualitate ut modo.*] *Inæqualia*, in quibuſdam legitur exemplaribus, & *aut* conjunctio adſcribitur, hoc modo: *Aut inæqualia, aut ut modo*, &c. ſed minus recte, ut mihi quidem videtur, illa *aut* conjunctio fuit adſcripta. REGIUS. *Aut inæqualiâ*: V. C. Alm.

280. *Sit enim contractis.*] *Etenim* legendum eſt, non *ut enim*, aut *ira enim*, ut in quibuſdam legitur exemplaribus. REGIUS. *Etenim contractis triſtitia, diductis hilaritas, remiſſis* (*demiſſis* Ald.) *pudor oſtenditur*; Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Par. Colin. Vidov.

281. *Et renuendi.*] *Renuendive*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Steph. Colin. Vidov.

282. *Demittuntur.*] *Remittuntur*; V. C. Alm.

283. *Deriſum, &c. ſignificare ſolet.*] *Deriſus* ac *ſignificari* legendum eſt. REGIUS. *Deriſus iis interim, contemtus, &c.* Obrecht.

284. *Corrugare.*] Horat. 1. Epiſt verſ. 23.

285. *Diducere.*] *Deducere*: Voſſ. omn.

286. *Cum emunctio.*] *Cum & emunctio*; Voſſ. prim.

287. *Frequentur.*] *Frequentior* emendate in quibuſdam legitur exemplaribus. REGIUS. *Frequenter*: Voſſ. ſecund. Locat.

288. *Et diducuntur.*] *Et deducuntur*; Voſſ. omn. Locat. Ald. *& ducuntur*; V. C. Alm.

289. *In efficiendis.*] *Efferendis* rectius mihi legere videtur, quam *efficiendis*. REGIUS. *Efficiendis*; Locat. & cod. Bern. male auſcultarunt hic Regio auditores, ut jam Gronovius ad Senec. 1. *de Ira* 3. oſtendit. Vide ſupra lib. 1. cap. 11. BURMAN.

290. *Cervicem.*] *Cervicem* appellat colli partem: *collum* autem accipit pro jugulo, id eſt, anteriore colli parte. TURNEB.

291. *Tenuaturque vox.*] *Tenuatur* merito, quia diſtenſo collo tenditur arteria atque tenuatur: itaque vox eſt exilior. TURNEB.

292. *Et quaſi latiorem.*] Nam tum detrahitur de longitudine arteriæ, ſed tamen fit latior: itaque erumpit gravior vox. TURNEB. *quaſi hebetiorem*; Obrecht.

293. *In habitum.*] *In habitus* olim lectum fuiſſe, docent Badii notæ.

294. *Brachii moderata projectio.*] Senec. v. Controv. vr. *Apud patres noſtros, qui forenſia ſtipendia auſpicabantur, nefas putabatur brachium extra togam exerere: quam longe ab his moribus aberant, qui tam verecunde etiam virtute utebantur!* PITHOEUS.

295. *Saxa.*] Pro Arch. 8.

296. *Voci.*] *Voce*; Voſſ. ſec. & ita apud Ciceronem quidam codices.

297. *Pene ipſam.*] *Proſequantur* etiam Francius legebat; quemadmodum edidit Obrecht.

298. *An non.*] Deeſt in V. C. Alm.

299. *Dimittimus, minamur.*] *Miramur* Badius ſe reperiſſe dicit.

300. *Abominamur.*] Non habet hanc vocem Obrecht.

301. *Interrogamus? gaudium.*] Recte *negamus* verbum a quibuſdam adſcribitur. REGIUS. *Interrogamus* & *negamus* non habet V. C. Alm.

302. *Numerum.*] Solebant antiqui certis flexionibus digi-

[303] Non eædem concitant? ſupplicant? inhibent? probant? admirantur? verecundantur? Non in demonſtrandis locis atque perſonis [304] adverbiorum atque pronominum obtinent vicem? ut, in tanta per omnes gentes nationeſque linguæ diverſitate, hic mihi [305] omnium hominum communis ſermo videatur. [306] Et ii quidem, de quibus ſum locutus, cum ipſis vocibus naturaliter exeunt geſtus: alii ſunt, qui res imitatione ſignificant; ut [307] ſi ægrum, [308] tentantis venas medici ſimilitudine, aut citharœdum, formatis ad modum percutientis nervos manibus, oſtendas: quod eſt genus quam longiſſime in *actione* fugiendum. Abeſſe enim plurimum [309] a ſaltatore debet orator, ut ſit geſtus [310] ad ſenſus magis, quam ad verba, accommodatus: quod etiam hiſtrionibus paulo gravioribus facere moris fuit. Ergo ut ad ſe manum referre, cum de ſe ipſo loquatur, [311] & in eum, quem demonſtret, intendere, & aliqua his ſimilia permiſerim; ita non, effingere ſtatus quoſdam, &, quidquid dicet, oſtendere. Neque id in manibus ſolum, ſed in omni geſtu ac voce ſervandum eſt. Non enim aut in illa periodo, [312] *Stetit ſoleatus Prætor populi Romani*, inclinatio incumbentis in mulierculam Verris effingenda eſt; aut in illa, [313] *Cædebatur in medio foro Meſſanæ*, motus laterum, qualis [314] eſſe ad verbera ſolet, torquendus; aut vox, qualis [315] dolore exprimitur, eruenda: cum mihi comœdi quoque peſſime facere videantur, [316] qui, etiamſi juvenem agant, cum tamen [317] in *expoſitione* aut ſenis ſermo, [318] ut in *Hydriæ prologo*, aut mulieris, ut *in Georgo*, incidit, [319] tremula vel effeminata voce pronunciant. Adeo in illis quoque eſt aliqua vitioſa imitatio, quorum ars omnis conſtat imitatione. [320] Eſt autem geſtus ille maxime communis, quo medius digitus in pollicem contrahitur explicitis tribus, & principiis utilis cum leni in utramque partem motu modice prolatus, ſimul capite atque humeris ſenſim [321] ad id, quo manus feratur, obſecundantibus; & in narrando certus, [322] ſed tum paulo productior; & [323] in exprobrando & arguendo acer atque inſtans. Longius enim partibus his & liberius exſeritur. Vitioſe vero idem ſiniſtrum quaſi humerum petens in latus agi ſolet: quanquam adhuc pejus aliqui tranſverſum brachium proferunt, & cubito pronunciant. Duo quoque medii ſub pollicem veniunt: & eſt hic adhuc priore geſtus inſtantior, principio & narrationi non [324] accommodatus. At cum tres contracti pollice premuntur, tum digitus ille, quo uſum optime Craſſum [325] Cicero dicit, explicari ſolet. Is in exprobrando & indicando ([326] unde ei nomen eſt) valet: & [327] adlevata ac ſpectante humerum manu paulum [328] inclinatus affirmat: [329] verſus in terram & quaſi pronus urget, [330] aliquando pro numero eſt. [331] Idem ſummo articulo utrimque [332] leviter [333] apprehenſo, duobus modice curvatis, [334] minus tamen minimo, aptus ad diſpu-

torum numeros computare: qua de re extat liber Venerabilis Bedæ. TURNEB.

303. *Non eædem.*] *Eadem* non habet V. C. Alm.

304. *Adverbiorum.*] *Aut verborum;* Voſſ. prim. tert. Bern.

305. *Omnium hominum.*] *Hominum* abeſt ab V. C. Alm. certe alterutrum ſine ſenſus detrimento ejici poteſt; ut apud Sueton. Aug. 88. *Communis hominum error eſt;* ubi & poſſet legi *omnium. Videatur haberi* edidit Obrecht.

306. *Et ii.*] *Etiam hi;* Voſſ. ſec. *etiam ii;* Locat. Ald. *& hi;* V. C. Alm.

307. *Se ægrum.*] E in *i* converſo, *ſi* legendum eſt, ne ſenſus perdatur. REGIUS.

308. *Tentantis venas.*] Latini nomine venarum etiam complectuntur arterias, quomodo loquitur Hippocrates quoque: attamen venæ non pulſant, & ſanguinem habent: arteriæ vero continent ſpiritum, ideoque pulſant. TURNEB. Ovid. Epiſt. xx. 139.

Dumque ſuo tentat ſalientem pollice venam.

& Suet. Tib. 72. *Exiſtimans tentatas ab eo ſibi venas.* BURMAN.

309. *A ſaltatore.*] Ita mox circa finem: *non enim comœdum eſſe, ſed oratorem, volo.* Vide & lib. 1. capp. 11. & 12. ALMEL. *Abeſſe ſaltatore;* V. C. Alm.

310. *Ad ſenſus.*] *Ad ſenſum;* V. C. Alm.

311. *Et in eum.*] *Aut in eum;* Ald.

312. *Stetit ſoleatus.*] Vide Verr. 33. reſpicit vero ad ſequentia verba *muliercula nixus.*

313. *Cædebatur.*] Vide Verr. 62.

314. *Eſſe ad verbera.*] *Eſſe ſervorum ad verbera;* Obrecht.

315. *Dolore exprimitur.*] *Dolori;* MSS. Alm. Voſſ. tert.

316. *Qui etiamſi.*] *Quod etiamſi;* Voſſ. prim.

317. *In expoſitione.*] Id eſt, narratione. Vide quæ notata ſunt ad cap. 2. lib. iv. CAPPER.

318. *Ut in Hydriæ prologo.*] *Hydria & Georgus* tituli ſunt comœdiarum: quanquam autem appellationes ſunt Græcæ, ſuſpicor tamen comœdias fuiſſe Latinas: eſt autem *hydria* urna aquaria; *georgus* agricola. TURNEB. *Georgio;* Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Vidov. *Georgico;* V. C. Alm. ſed *Georgus* fuit titulus comœdiæ Menandri, ut & *Hydria.*

319. *Tremula voce.*] Vide Broukh ad Tibul. 1. verſ. 49.

320. *Eſt autem geſtus.*] Vide Polyhymniam apud Spon. miſcell. pag. 44. ALMEL. Sed ibi duo ultimi digiti in palmam manus reclinati ſunt; tres priores expliciti & extenſi.

321. *Et id quo.*] Loco *&* copulæ, *ad* præpoſitio adſcribenda videtur. REGIUS. *Et id quo;* Locat. *ad id, quod;* Voſſ. ſec.

322. *Sed tum.*] *Sed;* V. C. Alm. Ald.

323. *In exprobrando.*] *In explorando;* marg. Baſil. Gryph.

324. *Accommodatus.*] *Commodatus;* Voſſ. prim. Bern.

325. *Cicero.*] Lib. 11. *de Orat.*

326. *Unde ei nomen eſt.*] *Unde & ei nomen eſt;* V. C. Alm.

327. *Allevata a ſpectante.*] C literæ adjectione corrigitur hic locus, hoc modo: *allevata ac ſpectante.* REGIUS. *A ſpectante;* Locat.

328. *Inclinatus affirmat.*] Hinc Conſtantia in nummis depingitur indicem attollens. Vide ad Tabul. Arſchot. tab. 39. num. 32. ALMELOV. *Affirmat.*] *Is affirmat;* V. C. Alm.

329. *Verſus in terram.*] *Verſus & in terram quaſi pronus;* Locat.

330. *Aliquando pro numero.*] *Index* enim in manu ſiniſtra ſignificat triginta; in manu dextra tercentum, ſi cum pollice jungatur. TURNEB. *Et aliquando;* MSS. Alm. Voſſ. tert.

331. *Item.*] *Idem* omnes, quos vidi, codices.

332. *Leviter.*] *Leniter;* V. C. Alm. Locat. Steph. Baſil. Gryph. Vidov. Oxon. Obrecht.

333. *Apprehenſo.*] *Depulſo;* Voſſ. prim.

334. *Minus tamen minimo.*] *Minus tamen in uno;* Locat.

tandum

tandum eſt. Acrius tamen argumentari videntur, qui medium articulum potius tenent: tanto contractioribus ultimis digitis, quanto priores deſcenderunt. [335] Eſt & ille verecundæ actioni aptiſſimus, quo, quatuor primis leviter in ſummum coëuntibus digitis, non procul ab ore aut [336] pectore fertur ad nos manus, & deinde prona ac paululum prolata laxatur. Hoc modo cœpiſſe Demoſthenem [337] credo in illo pro Creſiphonte timido ſummiſſoque principio: ſic formatam Ciceronis manum, cum diceret, *Si quid eſt in me* [338] *ingenii, judices, quod ſentio quam ſit exiguum.* [339] Eadem aliquatenus liberius [340] deorſum ſpectantibus digitis [341] colligitur [342] in os, & fuſius paulo [343] in diverſum reſolvitur, ut quodammodo ſermonem ipſum proferre videatur. Binos interim digitos diſtinguimus, ſed [344] non inſerto pollice, paulum tamen inferioribus intra ſpectantibus, ſed ne illis quidem tenſis, qui ſupra ſunt. [345] Duo interim extremi palmam circa ima pollicis premunt, ipſe prioribus ad medios articulos jungitur: interim quartus oblique reponitur: interim quatuor remiſſis magis quam tenſis, pollice intus inclinato, habilem in latus demonſtrando, [346] aut diſtinguendo, quæ dicimus, manum facimus, cum [347] ſupina in ſiniſtrum latus, prona in alterum fertur. Sunt & illi breves geſtus, cum manus leviter pandata, [348] qualis voventium eſt, parvis intervallis, & [349] ſubaſſentientibus humeris movetur, [350] maxime apta parce & quaſi timide loquentibus. [351] Eſt admirationi conveniens ille geſtus, quo manus modice ſupinata, ac per ſingulos a minimo [352] collecta digitos, redeunte flexu ſimul explicatur atque convertitur. Nec uno modo interrogantes geſtum componimus: plerumque [353] tamen vertentes manum, utcumque compoſita eſt. [354] Pollici proximus digitus, [355] mediumque, qua dexter eſt, unguem pollici ſummo ſuo jungens, remiſſis cæteris, eſt & approbantibus, & narrantibus, & diſtinguentibus decorus. [356] Cui non diſſimilis, ſed compreſſis tribus digitis, quo nunc Græci plurimum utuntur, etiam utraque manu, quoties *enthymemata* [357] ſua geſtu velut cornu tundunt cæſim. [358] Manus lenior promittit & aſſentatur, citatior hortatur, interim laudat. Eſt & ille [359] urgens orationem geſtus vulgaris magis, quam ex arte, qui [360] contrahit alterno [361] celerique motu, & explicat manum. [362] Eſt & illa cava, & rara, & ſupra humeri altitudinem elata cum quodam motu velut hortatrix manus, [363] a peregrinis ſcholis jam prope recepta. Tremula, ſcenica eſt. Digitos, cum ſummi coïerunt, ad os referre, [364] cur quibuſdam diſplicuerit, neſcio. [365] Nam id & leviter admirantes, & in-

335. *Eſt & ille verecundæ orationi.*] *Verecundi orationi*; V. C. Alm. *verecundæ actioni*; Locat. Ald. Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

336. *Pectore fertur ad nos.*] *Feratur*; Ald. *refertur*; V. C. Alm. ita mox *digitos, cum ſummi coïerunt, ad os referre.*

337. *Credo in illo.*] *Creditur*; Locat. Obrecht.

338. *Ingenii mei.*] *In me* legendum eſſe, facile percipitur ex principio orationis *pro Archia*. REGIUS. *Ingenii mei*; Locat.

339. *Eadem aliquatenus.*] Collectio manus veluti ſignificat vocabulorum comprehenſionem: ejuſdem explicatio verba comprehenſa ad auditorem mittit. TURNEB.

340. *Deorſum ſpectantibus.*] Francius volebat *ſurſum*.

341. *Colligitur.*] *Tollitur*; Voſſ. prim.

342. *In os.*] *In nos*; MSS Alm. Voſſ. tert. Ald.

343. *In diverſa.*] *In diverſum*; V. C. Alm.

344. *Non incerto pollice.*] C litera in s mutata, *inſerto* legendum eſt. REGIUS. *Incerto*; Locat. Vidov.

345. *Duo interim.*] *Duo* deeſt in V. C. Alm. Bern.

346. *Aut diſtinguendo.*] *Aut diſtinguendis*; Voſſ. prim. ſec. Bern.

347. *Supina.*] Merito eſt ſupina manus in ſiniſtro latere, quia inde incipimus percuſſionem; prona autem eſt in dextro, quia illic fit depoſitio. TURNEB.

348. *Qualis voventium.*] *Foventium*; Voſſ. omn. Locat. Ald. marg. Steph. Colin. Baſil. Gryph. Obrecht.

349. *Subaſſentientibus.*] *Sub aſſentientibus*; Ald.

350. *Maxime apta parte.*] Pro *parte* legendum eſt *parce*. REGIUS. *Maxime altera facie apta parte*; V. C. Alm.

351. *Eſt admirationi.*] *Eſt cum admirationibus*; Voſſ. prim. tert.

352. *Collecta digitos.*] *Collecta digito*; Locat. Ald.

353. *Tamen verentes.*] T litera interjecta, *vertentes* legendum videtur. REGIUS.

354. *Pollici proximus digitus.*] Arbitror ab hoc geſtu inoleviſſe proverbium antiquum, *premere pollicem*, pro *approbare* atque *favere*: contrarium autem eſt, *pollicem invertere*, id eſt, *improbare*. TURNEB.

355. *Mediumque, qua dexter eſt.*] *Mediumque contingens, qua dexter eſt*; Colin. Vidov. Par. Gryph. *mediumque contingens dextra unguem*; Andr.

356. *Cui non diſſimilis.*] *Cui indiſſimilis*; Voſſ. prim. tert.

357. *Sua geſtu velut corrotunda.*] *Suo* pro *ſua* legendum videtur, ut cum *geſtu* copuletur. Sed ne ſic quidem hujus loci depravationes tolluntur; quæ faciles quidem videntur, ſed emendari mihi non poſſunt: neque ignoro a quibuſdam ſic corrigi, ut *cornu tundit cæſus*, legatur, pro *illa corrotunda cæſim*: cæterum ne ſic quidem percipitur ſenſus. REGIUS. Quoniam digiti videntur repræſentare cornua; digitos autem Græci non tam movebant in acutum, id eſt, *punctim*, quam in latus, id eſt, *cæſim*; poteſt eſſe alluſio ad cornua aciei. TURNEB. *Velut cornu tundant*; Voſſ. ſec. *velut cornu tundunt*; *cæſim manus*: ita diſtinguit Ald. Aſcenſius *corrotundant* prius fuiſſe credit: quare ſcripſerit Fabius forte, *velut corrotundant ſenſim*: hoc verbo *corrotundare* utuntur Seneca & Petronius capp. 39. & 76. ubi vide commentarios. BURMAN.

358. *Manus levior.*] *Lenior* videtur eſſe legendum. REGIUS.

359. *Urgentis orationem.*] *Urgens*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Par. Vaſc. Steph. Gryph. Vidov. Colin. *urgentis orationis*; Lugduno-Batav. Obrecht. ſed eam lectionem ſecutus ſum, quam major & melior editorum pars exhibebat. CAPPER.

360. *Qui contrahit.*] *Qui contrahitur*; Locat.

361. *Celerique.*] *Celeri*; V. C. Alm.

362. *Eſt & illa cava & rara.*] *Cava & rata*; Locat. Ald. *cava & lata ſupra humeri altitudinem cum quodam motu*, Obrecht. *raram* explicat Badius, diviſis, ſed in concavitatem incurvatis digitis.

363. *A peregrinis ſcholis jam.*] *A peregrinis ſoliis* volebat Francius. Gallæus provinciales ſcholas intelligebat.

364. *Cur quibuſdam diſplicuit.*] *Diſplicuerit* manifeſte legendum eſt. REGIUS.

365. *Nam id & leniter.*] *Leviter* legendum eſſe, ne admonendum quidem eſt. REGIUS. *Id & leviter*; Voſſ. prim. tert. Locat. Ald. Steph. Colin. Leid. Oxon. Obrecht. *nam & id leviter*; Baſil. Gryph. Vidov. *nam & leniter*; Voſſ. ſecund.

terim ſubita indignatione, velut paveſcentes, & deprecantes, facimus. Quin compreſſam etiam manum [366] in ſignum pœnitentiæ vel iræ pectori admovemus, ubi vox vel inter dentes expreſſa non dedecet: *Quid nunc agam? Quid faciam?* Averſo pollice [367] demonſtrare aliquid, receptum magis puto, quam oratori decorum. [368] Sed cum omnis motus ſex partes habeat, [369] ſeptimuſque ſit ille, qui in ſe redit, orbis, vitioſa eſt una circumverſio: reliqui, ante nos, & dextra lævaque, & ſurſum & deorſum aliquid oſtendunt: in poſteriora geſtus non dirigitur. Interim tamen [370] velut rejici ſolet. Optime autem manus a ſiniſtra parte incipit, in dextra [371] deponitur: ſed ut deponi, non ut ferire videatur: quanquam [372] & in fine interim cadit, ut cito tamen redeat: & nonnunquam reſilit vel negantibus nobis, vel admirantibus. Hic veteres artifices illud recte adjecerunt, *ut manus cum ſenſu & inciperet, & deponeretur.* Alioqui enim aut ante vocem erit geſtus, aut poſt vocem: quod eſt utrumque deforme. In illo lapſi nimia ſubtilitate ſunt, [373] quod intervallum motus tria verba eſſe voluerunt: quod nec obſervatur, nec fieri poteſt: ſed illi quaſi menſuram tarditatis [374] celeritatiſque aliquam eſſe voluerunt, nec immerito, ne [375] aut diu otioſa eſſet manus, aut (quod multi faciunt) *actionem* continuo motu conciderent. Aliud eſt, [376] quod & fit frequentius [377] & magis fallit. Sunt quædam latentes ſermonis percuſſiones, & quaſi aliqui pedes, [378] ad quos plurimorum geſtus cadit, ut ſit unus motus, [379] *Novum crimen*; alter, *C. Cæſar*; tertius, *Et* [380] *ante hanc diem*; quartus, [381] *Inauditum*; deinde, *Propinquus meus*; [382] &, *Ad te Quintus Tubero detulit.* Unde id quoque fluit vitium, ut juvenes, cum ſcribunt, [383] geſtu præmodulati cogitationem ſic componant, quomodo [384] caſura manus eſt. [385] Inde & illud vitium, ut geſtus, qui in fine dexter eſſe debet, [386] in ſiniſtrum frequenter deſinat. [387] Melius illud, cum ſint in ſermone omni brevia quædam membra, ad quæ, ſi neceſſe ſit, recipere ſpiritum liceat, ad hæc geſtum diſponere; ut puta, *Novum crimen, C. Cæſar*, habet per ſe finem quemdam ſuum, quia ſequitur conjunctio; deinde, *Et ante hanc diem* [388] *inauditum*, ſatis circumſcriptum eſt. Ad hæc [389] commodanda manus eſt, [390] idque dum erit prima & compoſita *actio.* At ubi jam [391] calor eam concitaverit, etiam geſtus cum ipſa orationis celeritate crebreſcet. [392] Aliis locis citata, aliis preſſa conveniet pronunciatio. Illa tranſcurrimus, [393] congerimus, feſtinamus: [394] hac inſtamus, inculcamus, infigimus. Plus autem affectus habent lentiora: ideoque Roſcius citatior, Æſopus gravior fuit, quod ille comœdias, hic tragœdias egit. Eadem motus quoque obſervatio eſt. Itaque in fabulis, juvenum, ſenum, mili-

366. *In pœnitentia vel ira.*] *In ſignum pœnitentiæ vel iræ*: hac certe nulla lectio clarior eſſe poteſt & expreſſior. Ego equidem, niſi codicum teſtimonio confirmaretur, ſuſpicarer, eam primum explicationis cauſſa in ora alicujus libri poſitam fuiſſe, adeoque in textum receptam: ſed cum illam præferant MS. Joan. editiones Ald. Sich. Par. Vaſc. & Steph. non dubitandum duxi, quin merito reciperetur, ejecta altera *manum in pœnitentia vel ira.* GIBSON. Conſentiunt etiam Voſſ. omn. Locat. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Oxon. Obrecht. in cod. Bern. legitur: *in pœnitentia vel ira.*

367. *Demonſtrare aliquid.*] *Aliquē*; V. C. Alm.

368. *Sed cum omnis motus.*] Motus localis ſeptem ſunt ſpecies, *ante, poſt, dextrum, lævum, ſurſum, deorſum*: additur his motus circularis, quem prorſus Fabius vituperat in *Oratore.* TURNEB.

369. *Septimuſque.*] *Septimus ſit*; Voſſ. ſecund. Locat. Ald.

370. *Velut rejici ſolet.*] *Rejici ſolent*; Vaſcoſ. Steph.

371. *Deponitur, ſed ut deponi.*] *Deponitur, ſed ut deponere*; Ald. Baſil. Par. Gryph. Colin. Vidov. *reponitur, ſed ut ponere*; Voſſ. ſec. *deponitur, ſed ut ponere*; V.C. Alm. Bern. Locat.

372. *Et in fine interim.*] *Et in fine & interim*; Voſſ. tert. Locat. Ald.

373. *Quod intervallum.*] Poteſt ita accipi ſenſus, vel quod trinis quibuſque verbis ſit finiendus unus motus, vel quod inter duos motus quies eſſe debet in pronunciatione trium vocabulorum. TURNEB.

374. *Celeritatiſque eſſe.*] Recte quidam *aliquam* adſcribunt ſic: *celeritatiſque aliquam eſſe.* REGIUS. *Aliquam* deeſt in Locat.

375. *Aut diuo otioſa eſſet, &c. conciderent.*] *Diu*, vocali o craſa, & t adſcripta, *eſſet*, & , n expuncta, *concideret* legendum videtur. REGIUS.

376. *Quod & fit.*] *Quod fit*; V. C. Alm. Locat. Ald.

377. *Et magis fallit.*] *Et manus fallit*; Voſſ. prim. tert.

378. *Ad aliquos plurimorum.*] *Ad quos* videtur legendum. REGIUS. *Ad aliquos*; Locat. *plurimum*; Voſſ. prim. Ald.

379. *Novum crimen Caius.*] *Cai* legendum eſſe, facile ex principio orationis pro Ligario apparet. REGIUS.

380. *Ante hanc diem.*] *Ante hunc diem*; Steph Baſil. & ita apud Ciceronem legitur.

381. *Inauditum.*] *Non audisum*; Voſſ. omn. Locat.

382. *Et ad te Q. Tubero*] *Propinquus meus ad te, & Q. Tubero detulit*; Voſſ. ſec. *& ad te & Q. Tubero*; Locat.

383. *Geſtu præmodulati cogitationem.*] *Geſtus p. cogitationem*; Voſſ. ſec. *geſtus p. cogitatione*; Voſſ. prim tert. marg. Vaſc. Steph.

384. *Caſura manus eſt.*] *Caſura manus ſit*; Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov.

385. *Inde & illud.*] Hujus rei eſt ratio, quia, cum tot percuſſionibus diſtinguitur motus manus, nonnunquam finimus periodum in ſiniſtra parte. TURNEB.

386. *In ſiniſtrum.*] *In ſiniſtram*; Locat. Vaſcoſ. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

387. *Melius illud.*] Fabius exiſtimat motum unum terminandum eſſe vel *commate*, vel *colo*, non in ſingulis percuſſionibus. TURNEB.

388. *Inauditum.*] *Non auditum*; Voſſ. omn. Locat. *ante hunc diem*; Steph.

389. *Commodanda.*] *Accommodanda*; V. C. Alm.

390. *Idque dum erit prima.*] *Idque dum erupit erit prima*; Locat. Ald. Baſil. *idque dum eruperit prima*; Par. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Vidov.

391. *Calor eam.*] *Eam* deeſt in V. C. Alm.

392. *Aliis locis.*] *Et aliis*; V. C. Alm.

393. *Congerimus, abundamus.*] Deeſt hoc poſterius verbum in Cod. Colb. Par. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Vidov. & certe gloſſatoris videtur, qui *congerimus* explicabat; tria enim ſequentia verba totidem prioribus, non quatuor recte reſpondent & opponuntur, ut recte Badius animadvertit.

394. *Hac inſtamus.*] *Hac ſtamus*; V. C. Alm.

tum, matronarum gravior ingreſſus eſt: ſervi; [395] ancillæ, paraſiti, piſcatores citatius moventur. Tolli autem manum artifices ſupra oculos, [396] demitti infra pectus vetant: adeo a capite [397] eam petere, aut ad imum ventrem deducere, vitioſum habetur. [398] Ad ſiniſtram intra humerum promovetur, ultra non decet. Sed cum [399] averſantes in lævam partem velut propellemus manum, ſiniſter humerus proferendus, ut cum capite ad dextram ferente conſentiat. Manus ſiniſtra nunquam ſola geſtum recte facit: dextræ ſe frequenter accommodat, [400] ſive in digitos argumenta digerimus, ſive [401] averſis in ſiniſtrum palmis abominamur, ſive objicimus adverſas, ſive [402] in latus utramque diſtendimus, ſive ſatisfacientes, [403] aut ſupplicantes. Diverſi autem ſunt hi geſtus, ſive ſummittimus, ſive adorantes attollimus, ſive aliqua [404] demonſtrationi aut invocationi protendimus: [405] *Vos Albani tumuli atque luci.* Aut Gracchanum illud: [406] *Quo me miſer conferam? quo vertam? in Capitoliumne? at fratris ſanguine redundat: an domum? matremne ut miſeram lamentantemque videam & abjectam?* Plus enim affectus in his junctæ exhibent manus. In rebus parvis, [407] triſtibus, mitibus, breves; magnis, lætis, atrocibus, extenſiores ſunt. Vitia quoque earum ſubjicienda ſunt, quæ quidem accidere etiam exercitatis actoribus ſolent. Nam geſtum poculum poſcentis, aut verbera minantis, [408] aut numerum quingentorum flexo pollice efficientis, quæ ſunt a quibuſdam ſcriptoribus notata, ne in ruſticis [409] quidem vidi. At ut brachio exſerto introſpiciatur latus, ut manum alius ultra ſinum proferre non audeat, alius, in quantum patet longitudo, protendat, aut ad tectum erigat, aut repetito ultra lævum humerum geſtu [410] ita in tergum flagellet, ut conſiſtere poſt eum parum tutum ſit, aut ſiniſtrum ducat orbem, [411] aut temere ſparſa manu in proximos offendat, aut cubitum utrumque in diverſum latus ventilet, ſæpe ſcio evenire. Solet eſſe & pigra, & trepida, & ſecanti ſimilis: interim etiam uncis digitis, aut a capite dejiciatur, aut eadem [412] manus ſupinata in ſuperiora jactetur. [413] Fit & ille habitus, qui eſſe in ſtatuis pacificator ſolet, qui, inclinato in humerum dextrum capite, [414] brachio ab aure protenſo, manum [415] infeſto pollice extendit: qui quidem maxime placet iis, qui ſe dicere [416] ſublata manu jactant. [417] Adjicias licet eos, qui ſententias [418] vibratis digitis jaculantur, aut manu ſublata denuntiant, aut (quod [419] per ſe interim recipiendum eſt) quoties aliquid ipſis placuit, in ungues eriguntur: ſed vitioſum id faciunt, aut digito, [420] quanto plurimum

395. *Ancillæ.*] *Ancillime*; Locat. forte corruptum pro *ancillulæ*, ut quoſdam legere Badius notavit.

396. *Demitti infra pectus.*] *Demittere intra*; V. C. Alm. *Demitti intra*; cod. Bernenſ.

397. *Eam petere.*] *Eam petere*; MSS. Alm. Voſſ. omn. Locat. *eum geſtum repetere* legebat Daniel.

398. *Ad ſiniſtram.*] Videtur ſignificare, manum dextram, ſi verſus ſiniſtram moveatur, ultra humerum ſiniſtrum non eſſe promovendam. TURNEB. *At ſiniſtram i. h. promovere*; Voſſ. ſec. Locat. Baſil. Gryph. Vaſc. Steph. Colin Vidov. *ad ſ. i. h. promoveatur*; Ald. *in ſiniſtrum i. h. provehatur*; MS. Bodl. *ad ſ. i. h. promovere*; Cod. Colb. *ad ſ. i. h. pro-movetur*; Leid. Oxon. Obrecht.

399. *Averſantes.*] *Adverſantes*; V. C. Alm.

400. *Sive in digitos.*] Hoc autem geſtu ſæpenumero utebatur Hortenſius, ut cavillatur Cicero *in Verrem.* Huc pertinet *parencheireſis*, de qua dixit Fabius lib. 11. TURNEB. Qui quam turpiter allucinetur, dum τὴν παρεγχείρησιν huc pertinere cenſet, abunde liquet ex iis, quæ ad titul. cap. 6. lib. 11. annotavimus. CAPPER.

401. *Averſis in ſiniſtrum.*] *In ſiniſtram* quoſdam legere Badius notat.

402. *In latus utramque.*] *Utrumque*; Locat. Par. Vaſc. Steph. Baſil Gryph. Colin. Vidov. Obrecht.

403. *Aut ſupplicantes.*] *Aut ſupplicantes jungimus*; Daniel.

404. *Demonſtrationi.*] *Demonſtrationis aut invocationis*; Voſſ. prim. tert.

405. *Vos Albani.*] Pro Milon. cap. 31.

406. *Quo me miſer.*] Vide Jan. Douz. fil. notas ad Catull. cap. 6. PAREUS. *Quo me miſer conferam in capitolium ad fratris ſanguinem? an domum.*] Temeritate imperiti alicujus, ſed arrogantis, depravatus eſt hic locus; nam & membrum unum eſt prætermiſſum, & alterum ita corruptum, ut verus integerque ſenſus percipi non poſſit; *d* enim litera in *t* converſa, *at*, ut ſit conjunctio, legendum, & *ſanguine*, & *redundat* verbum eſſe adſcribendum, non ex oratione Gracchi, quæ non exſtat, ſed ex libro III. *de Orat.* 56. Ciceronis intelligitur. REGIUS. *Quo me vertam*, legitur in Voſſ. prim. Badius vero dubitat an Fabius ad verbum Ciceronem expreſſerit; cum ſæpe verba ipſa adducere neglexerit; ut & notavit Philander, & nos jam aliquoties animadvertimus. BURMAN.

407. *Triſtibus militibus.*] *Li* ſyllaba eraſa *mitibus* manifeſte legendum eſt. REGIUS.

408. *Aut numerum quingentorum.*] Beda de numeris antiquorum, ait *pollicem dextræ manus inflexum inſtar gamma literæ, efficere numerum quingentorum*, ut in *ſiniſtra manu efficere ait quinquaginta.* TURNEB. Numeri notam fuiſſe ambiguam primum neſcio cujus, deinde 50. ultimo 500. notat Aſcenſius. Philander vero longum huc Bedæ locum tranſcribit.

409. *Quidem dixi.*] In quibuſdam exemplaribus legitur *vidi*, loco illius *dixi*. REGIUS.

410. *Ita in tergum.*] *Ita interdum*; V. C. Alm.

411. *Aut timere ſparſa.*] *Temere* legendum eſſe, nemo non videt. REGIUS.

412. *Manus ſupinata.*] *Manu*; V. C. Alm. Gallæus malebat, *ut a capite dejiciatur, aut eadem ſupinata*, &c.

413. *Fit & ille habitus.*] Statuæ nonnullæ componebantur habitu *pacificatoris*, quæ pacem quamdam præ ſe ferre videbantur: de his intellexit Statius in *Sylvis* (lib. 1. 1. 15.) cum ſcripſit:

——— *Juvat ora tueri*
Mixta notis belli, placidamque gerentia pacem.

Cæterum Fabius eos, qui *levata manu* dicunt, reprehendit lib. 11. cap. 13. TURNEB.

414. *Brachio ab aure protenſo.*] *Protenſo*; Locatel. Par. Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

415. *Infeſto pollice extendit.*] *Protendit*; V. C. Alm. Apul. 11. Metam. *Inſtar oratorum conformat articulum, duobuſque infimis concluſis digitis, cæteros eminentiores porrigit, & infeſto pollice clementer ſubrigens, inſit.* Ubi vide Commentar.

416. *Sublata manu.*] Vide ad lib. 11. cap. 12.

417. *Adjiciat licet.*] Aut *adjicias*, aut *adjicere*, legendum videtur. REGIUS. *Adjicias*; MSS. Alm. Voſſ. tert. Locat.

418. *Vibratis digitis jaculantur.*] *Vibrantis dicit jaculantur*; V. C. Alm. forte *ſententias vibrantes digitis jaculantur*: ita *ſententiolæ vibrantes.* Petron. cap. 118. & ipſe Fabius lib. x. 1. vide ad Petron. cap. 47. de *jaculari* vero vidimus ad lib. VI. 3. & IX. 2. BURMAN.

419. *Per ſe interim.*] Gallæus conjiciebat *parce interim.*

420. *Quanto plurimum.*] *Quantum plurimum*; V. C. Alm.

poſſint, erecto, aut etiam duobus, aut utraque manu ad modum aliquid portantium compoſita. His accedunt vitia non naturæ, ſed trepidationis; [421] cum ore concurrente rixari, ſi memoria feſellerit, aut cogitatio non ſuffragetur; quaſi faucibus aliquid obſtiterit, inſonare; in adverſum tergere nares, obambulare ſermone imperfecto, reſiſtere ſubito, & laudem ſilentio poſcere: quæ omnia perſequi, prope infinitum eſt. Sua enim cuique ſunt vitia. Pectus ac venter ne [422] projiciantur, obſervandum. [423] Pandant enim poſteriora, & eſt odioſa omnis ſupinitas. Latera cum geſtu conſentiant. Facit enim aliquid & totius corporis motus: adeo ut Cicero plus illo agi, quam manibus ipſis putet. Ita enim dicit [424] in *Oratore*: *Nullæ argutiæ digitorum*, [425] *non ad numerum* [426] *articulus cadens*, *trunco magis toto ſe ipſe moderans*, *& virili laterum flexione.* Femur ferire, quod Athenis primus feciſſe creditur [427] Cleon, & uſitatum eſt, & [428] indignantes decet, & [429] excitat auditorem. Idque [430] in Callidio Cicero deſiderat: *Non frons*, inquit, *percuſſa*, *non femur*: [431] *pedum* ([432] *quod minimum eſt*) *nulla ſupploſio.* Quanquam (ſi licet) de fronte diſſentio. Nam [433] & complodere manus ſcenicum eſt, & pectus cædere. Illud quoque [434] raro decebit, cava manu ſummis digitis pectus appetere, ſi quando noſmetipſos alloquemur, cohortantes, objurgantes, miſerantes: quod ſiquando fiet, togam quoque inde [435] removere non decebit. In pedibus [436] obſervantur ſtatus & inceſſus. Prolato dextro ſtare, & eamdem manum ac pedem proferre, deforme eſt. [437] In dextrum incumbere interim datur, ſed [438] æquo pectore: qui tamen comicus magis, quam oratorius geſtus eſt. Male etiam in ſiniſtrum pedem inſiſtentium [439] dexter aut attollitur, aut ſummis digitis ſuſpenditur. [440] Varicare ſupra modum, [441] & in ſtando deforme eſt, &, accedente motu, prope obſcœnum. Procurſio opportuna, brevis, moderata, [442] rara. Conveniens etiam ambulatio quædam, propter immodicas laudationum moras: quanquam [443] Cicero rarum inceſſum, neque ita longum probat. Diſcurſare vero, &, quod Domitius Afer [444] de Sura Manlio dixit, *ſatagere*, ineptiſſimum: urbaneque [445] Flavius Virginius interrogavit de quodam ſuo [446] antiſophiſta, *quot millia paſſuum declamaſſet.* Præcipi & illud ſcio, ne ambulantes avertamur a judicibus, ſed ſint

421. *Cum ore concurrente.*] Corrupta verba credo; neque enim quid *os concurrens* ſit, intelligo; an *more concurrentium*, vel *concurrentis rixari?* vel *cum auditore concurrente rixari*, vel cum *oratore concurrente*, vel ſimile quid? certe ita paulo poſt *magis in ore conſpicitur* quidam codices legunt, pro *in oratore*, vitio ex compendio ſcripturæ nato: certe latet ulcus, quod felicioribus medicis ſanandum relinquo. BURMAN. Vulgata lectio defendi poteſt, ſi hoc modo explicetur: *cum ore*, ſeu facie alicujus vel aliquorum ex auditoribus *concurrente* dicentis ori ſeu faciei: quod fere accidit, cum orator auditores aſpicit & ab iis viciſſim aſpicitur. CAPPER.

422. *Projiciantur.*] Ita Sueton. Neronem dicit fuiſſe *projecto ventre.* cap. 51. & Joſ. Iſcan. de Bel. Trojan IV. 139.

Ardua membra, teres oculus, projectior alvus.

BURMAN.

423. *Pandant.*] Id eſt, incurvant. ROLLIN.

424. *In Oratore.*] Cap. 18.

425. *Non ad numerum.*] Cadit articulus ad *numerum*, cum argutus digitus numeroſe movetur, atque adeo ad *numerum* ipſius periodi nimis affectate cadit. TURNEB.

426. *Articulis cadens.*] *Articulus* emendate legitur in Ciceronis *Oratore.* REGIUS.

427. *Cleon.*] Cleon filius fuit coriarii, dux tamen ab Athenienſibus miſſus eſt in Thraciam: in politia ſemper fuit turbidus: qua de *cauſſa* paſſim reprehenditur ab Ariſtophane. TURNEB. De Cleone vide Ælian II. 9. & X. 17. ibique clariſſimum Perizonium.

428. *Indignates.*] *Indignantes*; MSS. Bodl. Alm. Locat. Ald. Steph. Baſil. Colin. Vidov. Oxon. Obrecht.

429. *Excitat.*] Quod patet exemplo ſophiſtæ Scopeliani, qui, ut ſe & auditores excitaret, femur ſubinde feriebat, teſte Philoſtr. de vit. Soph. I. ALMELOV.

430. *In Callidio.*] Cicero in *Brut.* 79. & 80.

431. *Pedum.*] *Pedis* eſt apud Ciceronem.

432. *Quod minimum eſt.*] *Quod nimium eſt*; Colin.

433. *Et complodere.*] *Etiam*; MSS. Alm. Voſſ. ſec.

434. *Rara decebit.*] *Raro* manifeſte legendum eſt REGIUS.

435. *Removere non decebit.*] *Non decedebit*, pro *dedecebit*; V. C. Alm.

436. *Obſervantur.*] *Obſervatur*; edit. Obrecht.

437. *In dextrum incumbere.*] *Procumbere*; Locat. *recumbere*; Obrecht.

438. *Æquo pectore.*] Non projecto, ut paulo ante dixit.

439. *Dexter aut attollitur.*] *Dexter aut tollitur*; V. C. Alm. Locat. Ald.

440. *Varicare ſupra modum.*] Hinc lux aliqua affulget huic Ovidii loco, lib. III. Artis amatoriæ. 303.

Illa, velut conjux Umbri rubicunda mariti,
Ambulat; ingentes varica ferque gradus.

Quanquam haud ſatis aſſequor, cum doctiſſimo Caſaubono ad Theophraſti Charact. pag. 135. edit. 1612. quomodo *varica* mulier *ingentes gradus* facere poſſit; id enim plane contra rerum naturam eſt: niſi ſi *ingentes gradus* improprie dixit Ovidius, gradus parvos quidem & lentos, ſed quos efficiant multum hiantia crura. COLOMES. Satisfacient Caſaubono Heinſii curæ ſecundæ in Ovidium. BURMAN.

441. *Et in ſtando.*] *Inſtando*; Locat.

442. *Rara, conveniens etiam.*] *Rara, conveniens: etiam*; &c. Obrecht. *rara convenit. Etiam*; Voſſ. ſec. Locat. *rara: convenit etiam*; Par. Vaſc. Steph. Colin. *rara, convenit & ambulatio*; Ald. Vidov. De hujuſmodi ambulatione vide Hottoman. in notis ad Ciceron. oration. *pro Roſcio Amerin.* num. 22. edit. Græv. pag. 155. CAPPER.

443. *Cicero.*] *Orat.* cap. 18.

444. *De Sura Manlio.*] *Mallio*; Voſſ prim. tert. *de Sura Manlio*; marg. Baſil. eadem varietas in hoc homine lib. VI. cap. 3.

445. *Flavius Virginius.*] Idem videtur, qui Virginii ſolo nomine laudatur a noſtro alibi. Vide ad lib. III. cap. I. an vero idem ille ſit, qui *Flavius* quoque ſæpiſſime dicitur, dubito; cum ille *Sergius Flavius* dicatur libro VIII. 3. quæ tamen nomina ita juncta æque ſuſpecta mihi ſunt, ac hoc *Flavii Virginii*, quia duo ſint diverſarum gentium: an *Flaccus Virginius*? certe *Verginius Flaccus* vocatur præceptor Perſii in ejus vita, quæ Suetonio vulgo tribuitur: & in catalogo Rhetorum, quem Achilles Statius ad finem notarum ad claros Rhetores. Suetonii ex MSS. protulit, legitur *Virgilius Flavus*, forte corrupte pro *Virginio Flacco*: vocavit ergo noſter cognomine poſtpoſito *Flaccum Virginium*, vel, ut malo, *Verginium* BURMAN.

446. *Antiſophiſta.*] *Antiſophiſtam* appellat ſophiſtam, qui inimicus erat Virginio rhetori, id eſt, ſophiſtæ. Nam *ſophiſtæ* a Græcis dicuntur profeſſores rhetorices, atque declamatores, ut apud Philoſtratum. Cæterum Virginius hoc dicto notavit nimiam diſcurſationem, quaſi ille non

obliqui pedes, [447] ad conſilium nobis reſpicientibus. Id fieri judiciis privatis non poteſt. Verum & breviora [448] ſunt ſpatia, nec averſi diu ſumus. Interim tamen recedere ſenſim datur. Quidam & reſiliunt, quod eſt plane ridiculum. [449] Pedis ſupploſio, ut loco eſt opportuna, ut ait Cicero, *in contentionibus aut incipiendis, aut finiendis*; ita crebra & inepti eſt hominis, & deſinit judicem in ſe convertere. Eſt & illa indecora in dextrum ac lævum latus vacillatio alternis pedibus inſiſtentium. Longiſſime fugienda mollis *actio*, [450] qualem in Titio Cicero dicit fuiſſe; unde etiam ſaltationis quoddam genus *Titius* ſit appellatum. Reprehendenda eſt & illa frequens & concitata in utramque partem nutatio, quam in [451] Curione patre irriſit & [452] Junius, quærens *quis* [453] *in lintre loqueretur*, & [454] Cn. Sicinius: nam cum, aſſidente collega, qui erat propter valetudinem & deligatus, & plurimis medicamentis propter dolorem artuum delibutus, multum ſe Curio ex more jactaſſet, *Nunquam*, inquit, *Octavi, collegæ tuo gratiam referes*: [455] *qui niſi fuiſſet, hodie te iſtic muſcæ comediſſent*. Jactantur & humeri: quod vitium [456] Demoſthenes ita dicitur emendaſſe, ut, cum in anguſto quodam pulpito ſtans diceret, haſta humero dependens immineret, ut, ſi calore dicendi [457] vitare id excidiſſet, offenſatione illa [458] commoneretur. Ambulantem loqui ita demum oportet [459] *in cauſſis* publicis, in quibus multi ſunt judices, [460] ſi, quod dicimus, quaſi ſingulis inculcare peculiariter velimus. [461] Illud vero non ferendum, quod quidam, rejecta in humerum toga, [462] cum dextra ſinum uſque ad lumbos reduxerunt, [463] ſiniſtra geſtum facientes [464] ſpatiantur, & fabulantur: cum etiam lævam reſtringere prolata longius dextra ſit odioſum. Unde [465] moneor, ut ne id quidem tranſeam, ineptiſſime fieri, cum inter moras laudationum aut in aurem alicujus loquuntur, aut cum ſodalibus jocantur, aut nonnunquam ad librarios ſuos ita reſpiciunt, [466] ut ſportulam dictare videantur. Inclinari ad judicem, cum doceas, utique ſi id, de quo loquaris, ſit [467] obſcurius, decet. Incumbere advocato adverſis ſubſelliis ſedenti, [468] contumelioſum eſt. Reclinari etiam ad ſuos, & manibus ſuſtineri, niſi plane juſta [469] fatigatio eſt, [470] delicatum; ſicut palam moneri, [471] excidentis, aut legere. [472] Namque in his omnibus & vis illa dicendi ſolvitur, & frigeſcit affectus, & judex parum ſibi præſtari reverentiæ credit. Tranſire in diverſa ſubſellia, parum verecundum eſt. Nam & Caſſius Severus urbane

declamaſſet, ſed *deambulaſſet*. TURNEB. Vide Ciceron II. Acad. quæſt. 23. Diogen. Laërt. procem. lib. I. & Philoſtr. lib. I. de vit. Soph. ALMEL. *Antiſophiſte*; Obrecht.

447. *Ad concilium.*] *Ad conſilium*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. & recte.

448. *Sunt ſpatia, &c. ſumus.*] *Sint, & ſimus*; V. C. Alm. Locat. Ald. Par. Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

449. *Pedis ſupploſio.*] Cicero III. *de Orat.* 59. *Brut.* 43.

450. *Qualem in Tityo.*] Tityus orator fuit loquax, ut ait Cicero in *Bruto* 62. idem molliter ita movebatur, ut videretur geſticulari: unde mollis quædam ſaltatio vocata eſt *Tityus* ab ejus nomine. TURNEB. *Sex. Titius* Ciceroni dicitur; & *Titio* & *Titius* eſt in Voſſ. ſec.

451. *Curione patre.*] *Curione prætore*; marg. Baſil.

452. *Et Junius*] *Et Julius*; Voſſ. omn. Vall. lib. *C. Julius*; marg. Gryph.

453. *In lintre.*] Qui ſunt in navicula, propter naviculæ vacillationem nunc in hanc, nunc in illam partem, nutant: eam mutationem repræſentabat Curio. TURNEB. *E lintre*; Voſſ. ſec. Vall. lib. Colon. Par. Colin. Vidov. Gryph. & ita apud Ciceronem legitur in *Brut.* cap. 60.

454. *C. Sicinius.*] Cicero d. l. *Cn. Sicinius*, qui diverſus a *C. Sicinio* probabili oratore. Cicero *Brut.* 76.

455. *Qui niſi fuiſſet.*] Nam Curio motu ſuo, tanquam muſcario effecerat, ne muſcæ confluerent ad medicamenta Octavii. TURNEB. *Fuiſſet hodie te iſtic.*] *Fuiſſet iſtic, hodie te muſcæ*; Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin Vidov. *fuiſſet, iſtic hodie te*; Baſil.

456. *Demoſthenes.*] Hoc refert Libanius in ejus vita. PHILAND.

457. *Vitare id.*] Scio equidem, qua ratione τὸ *id* poſſit defendi; ut *jactare humeros*, vel *vitium* ſubintelligatur. Sed cum *haſta dependens* proxime præcedat, durius hoc videtur. Quare mallem *vitare ictum excidiſſet*. BURMAN.

458. *Commoneretur.*] *Commoveretur*; Ald. Par.

459. *In cauſſis.*] *Si in cauſſis*; MSS. Alm. Voſſ. tert. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

460. *Si quod.*] *Si* deeſt in MSS. Almel. Voſſ. prim. & tert. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

461. *Illud vero non ferendum.*] *Illud non ferendum*; MSS. Alm. Voſſ. prim. tert. *Illud vero refellendum*; Baſil. Colon. Gryph. Colin. Vidov.

462. *Cum dextra ſinum.*] *Sinus* erat in veſtibus Romanorum laxitas quædam eo in loco, ubi ſunt brachia: etenim Romanorum veſtes carebant manicis: *ſinus* autem videtur habuiſſe nonnullam ſimilitudinem cum manicis ſupparorum. TURNEB. Quem vide lib. II. Adverſ. 26. BURMAN. Immo vide alterum, ſed verum Turnebum, qui citato loco ſic habet: *Videtur* (*ſinus*) *fuiſſe pars quædam laxior & tanquam excurrens in dextra lacinia veſtis; ut, cum corpus toga amictum involutumque eſſet, a dextra in ſiniſtrum humerum rejiceretur, & e ſiniſtro humero in brachium plerumque deſcenderet, aut ſtatim principio brachio ſiniſtro exciperetur, aut ipſum involveret; tum enim ſic ſibi togam injiciebant, ut & in humerum ſiniſtrum ſibi ſinum rejicerent ..... id autem, quod diximus, eſſe ſinum oſtendamus e Quinctiliani Inſtit. Rhetoric.* lib. XI. cap. 3. &c. CAPPER.

463. *Siniſtra geſtum.*] *Ut ſiniſtra g.* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

464. *Spatiantur & fabulantur.*] *Spatientur & fabulentur*; Locat. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

465. *Moneor ne id quidem.*] *Moneor quoque ut ne id q.* Ald.

466. *Ut ſportulam.*] *Sportula* erogatio erat decem ſeſtertiorum, id eſt, decem *caroleorum* & unius ſemiſſis: dabatur a patronis clientibus, & (ut ſcribit Plinius) dabatur *ab oratoribus redemptis auditoribus & laudatoribus*. TURNEB.

467. *Obſcurius, decet.*] *Licet*; V. C. Alm.

468. *Contumelioſum eſt.*] *Jam contumelioſum eſt*; Locat. Ald.

469. *Fatigatio eſt.*] *Fatigatione*; marg. Baſil. *fatigatio* ſine *eſt*; Locat.

470. *Delicatum.*] *Delicatum fuerit, palam*; Obrecht.

471. *Excidentis.*] Hoc eſt, obliviſcentis; quamvis enim Latini ſæpius dicant *id mihi excidit* (ſubaudiendo e mente vel e memoria) nihil obſtare video quominus dicatur etiam *excido*, pro τῷ *obliviſcor*, ita ut ſubaudiamus *e memoria illius rei*. Sic in cap. 2. hujus libri non longe ab initio: *Nam etiam excidentes, unius admonitione verbi in memoriam reponuntur*. CAPPER.

472. *Namque in.*] *Nam in*; Steph. Colin. Vidov. Gryph.

adverſus hoc [473] facientes [474] lineam popoſcit. Et ſi aliquando concitate itur; nunquam non frigide reditur. [475] Multa ex iis, quæ præcipimus, [476] mutari neceſſe eſt ab iis, qui dicunt apud [477] tribunalia. Nam & vultus erectior, ut eum, apud quem dicitur, ſpectet: [478] & geſtus, ut ad eumdem tendens, [479] elatior ſit, neceſſe eſt, & [480] alia, quæ occurrere, etiam me tacente, omnibus poſſunt. Itemque ab iis, qui ſedentes [481] agunt. [482] Nam & fere fit hoc in rebus minoribus: & iidem impetus *actionis* eſſe non poſſunt & quædam vitia fiunt neceſſaria. Nam & dexter pes a læva judicis [483] ſedenti proferendus eſt, & ex altera parte multi geſtus neceſſe eſt in ſiniſtrum eant, ut ad judicem ſpectent. Equidem pleroſque & ad ſingulas ſententiarum [484] clauſulas video [485] aſſurgentes ſibi, & nonnullos ſubinde aliquid etiam ſpatiantes: quod an deceat, ipſi viderint: cum id faciunt, [486] non ſedentes agunt. [487] Bibere, [488] aut etiam eſſe inter agendum, quod multis moris fuit, & eſt quibuſdam, ab oratore meo procul abſit. Nam [489] ſi quis aliter dicendi onera perferre non poſſit, non ita miſerum eſt non agere, potiuſque multo, quam & operis & hominum contemptum fateri. Cultus non eſt proprius oratoris aliquis, ſed [490] magis in oratore conſpicitur. [491] Quare ſit, ut in omnibus [492] honeſtis debet eſſe, ſplendidus & virilis. Nam & toga, & calceus, & capillus, [493] tam nimia cura, quam negligentia, ſunt reprehendenda. Eſt aliquid in amictu, quod ipſum [494] aliquatenus temporum conditione mutatum eſt. Nam veteribus nulli ſinus; perquam breves poſt illos fuerunt. [495] Ita-

473. *Facientes.*] *Facientem*; V. C. Alm. Obrecht.

474. *Lineam popoſcit.*] *Lineam poſcere* dixit per *Metaphoram* Severus, quemadmodum longurii atque vacerræ in equili ponuntur inter equos, ne pugnent: eſt & apud Ovidium *linea* in ſubſelliis theatri ad dividendum: eo etiam referri poterit. TURNEB. *Lineam* hic accipe pro eo ligno longo & tereti, quod ſolet in ſtabulis interponi equis, ne ſe mutuo mordeant, aut calcibus feriant. PHILAND. Lud. Creſoll. Vacat. Autumnal. lib. 11. cap. 12. ſect. 3. pagg. 383. 384. Cæl. Rhodigin. lib. v. cap. 14. pag. 222. PAREUS. *Lineas*; Voſſ. tert.

475. *Multa ex iis.*] *Multum*; Voſſ. omn.

476. *Mutari.*] *Mutare*; Voſſ. tert.

477. *Tribunalia.*] *Tribunalia* ſunt majorum magiſtratuum, ut inquit Aſconius; *ſubſellia* minorum: itaque tribunalia ſunt longe altiora. TURNEB.

478. *Et geſtus.*] *Et* deeſt in Voſſ. tert.

479. *Elatior.*] *Clarior*; marg. Baſil. Gryph.

480. *Alia quæ occurrere.*] *Alia quoque occ.* Locat. Ald.

481. *Agunt.*] *Agent*; Voſſ. ſec.

482. *Nam & fere.*] Hæc ad *poſſunt* uſque parentheſi includunt Ald. Baſil.

483. *Sedentis.*] *Sedenti*; V. C. Alm. Leid. *ſedentis* vero plurimi alii: ſed prætuli *ſedenti*, ſc. oratori.

484. *Clauſulas.*] Abeſt a Voſſ. prim.

485. *Aſſurgentes ſibi*] *Sibi* non agnoſcit V. C. Alm.

486. *Non ſedentes agunt.*] Senſus mihi obſcurior videtur, qui perſpicuus fiet, ſi legatur: *quod an deceat, ipſi viderint, & cum id faciunt, num ſedentes agant?* Si enim ſurgant & ſpatientur, non poſſunt dici ſedentes agere. BURMAN.

487. *Bibere.*] Ne nimirum nimio clamore rauceſſerent, quodam plaſmate liquido guttur colluebant, ut Perſius dicit Sat. 1. 17. ad quem vide Claver. & Caſaub. & Mart. vi. 35. BURMAN.

488. *Aut eſſe inter.*] *Eſſe* deeſt in Voſſ. prim.

489. *Si quis.*] *Si quidem*; Voſſ. prim.

490. *Magis in ora conſpicitur.*] *In oratore*, non *in ora* mihi legendum videtur; eſt enim cultus magis in oratore conſpicuus. REGIUS. *Magis more* editio Lugdunenſis. Error hinc natus quod (*oratore*) in Codicibus MSS. ita fuerit conciſe ſcriptum, (*ōre*) cum virgula fortaſſe ſupra vocabuli caput ducta; cui præpoſitum *in*, literæ *m* non multum diſſimile, in unam vocem facile coaleſcere potuerunt; præſertim cum *more* iſtud hoc in loco nonnullum habere intellectum videatur; quaſi præcepiſſet Fabius, eo veſtitu indui debere oratorem, quem *mos* ætatis præſcripſerit. GIBSON. *In oratore*; MS. Bodl. Andr. Ald. Sich. Par. Vaſc. Steph. & Obrecht. *in ora*; Voſſ. tert. *in ore*; marg. Baſil. Gryph. *conſpiciatur* etiam Voſſ. prim. Dubius hic hæreo; nam & repetitio illa vocis *oratoris* in tam brevi periodo, odioſa videtur: neque dubium cuiquam eſſe poteſt de oratore agi: & illud *more conſpicitur*, rectiſſimum ſenſum habet; quaſi homines ſoleant magis in oratore cultum conſpicere & deſiderare, quam in aliis hominibus: *more* vero eleganter pro *de* vel *ex more*, id eſt, ut fieri ſolet: vide Heinſ. ad Phædr. 1. fab. 12. *Conſpici* vero eleganter illa dicuntur, quæ notabilia ſunt, & in oculos hominum præ cæteris incurrunt. Liv. xxi. 4. *veſtitus nihil inter æquales excellens, arma atque equi conſpiciebantur.* Suet. Claud. xv. *ne quid faciat, quod conſpici & derideri poſſit.* Columel. præfat. lib. 1. *tota vita vellent imprudentes negotii ſui conſpici*: ita *conſpiciendi* & *conſpecti* homines ſunt notabiles aliqua re: de quo plura ad Val. Flacc. lib. vi. 296. agemus. Græci ita ἐκθλίπτεσθαι utuntur. Vide Euripid. Phœn. 554. Ælian. 11. Var. 12. lectio vero illa *in ore*, venit ex litera *m*, reſoluta a librariis in præpoſitionem *in*: quod millies in codicibus animadvertitur: & plane eodem modo apud Ovidium Epiſt. x. 137.

Aſpice demiſſos lugentis in ore capillos.

ubi *lugentum* vel *lugentis more*, MSS. habere Heinſius teſtatur. BURMAN. A quo miror omiſſa fuiſſe, quæ de hoc Fabii loco ſcripſit Salmaſius Plinian. exercitat. pag. 232. edit. Traject. 1689. Eruditiſſimi Philologi verba ſunt: *Quinctilianus* lib. xi. cultus non eſt proprius oratoris aliquis, ſed magis in hora conſpicitur. *Ita legimus ex vetuſtiſſimo codice Bongarſi, qui habebat in ora. Vulgo edunt*: ſed magis more conſpicitur: *quod ſenſu caret. Non eſſe cultum proprium oratoris aliquem dicit, ſed magis conſpici in hora qua agit; nam inter agendum multa in cultu mutat. Alia quippe amictus obſervatio, dum incipit, alia procedente actu, alia cum ad locos & argumenta ventum eſt: de quibus vide in ſequentibus apud eumdem. Sic non proprius aliquis oratoris cultus, ſed in hora conſpicitur. Idem eſt* ad horam. *Idem* lib. xii. ſed loquor de oratore, qui non clamorem modo ſuum *cauſſis*, ſed omnia, quæ profutura ſunt, debet. Itaque cum nec inutilem, ſi ad horam forte conſtiterit, neque in recitationibus faciendis eſſe imperitum velim: *ita dictum* ad horam, *ut* ad præſens: *Ad horam autem conſiſtit orator, qui ex tempore dicere cogitur, & ſtatim cauſſam agere* .... ad horam *&* in hora *idem eſt, ut* ad præſens *&* in præſenti. Huc uſque Salmaſius. Cæterum eam lectionem ſecutus ſum, quæ & MSS. Bodl. & pluribus antiquis editionib. innititur. CAPPER.

491. *Quare ſit.*] Corrupte ſic legitur: caſtigate autem, ſi, illa *i* litera in *e* mutata, *ſic ut* legatur. REGIUS. *Quare ſit, u. i. o. h. d. e. ſplendidus*; Ald. Baſil. Colin. Vidov. Leid. Oxon. Obrecht.

492. *Honeſtis.*] Id eſt, qui non ſunt ex fæce plebis. Vide ad Petron. 55. & ita centies Fabius utitur.

493. *Tam nimia cura.*] Theocritus Chius Anaximenis veſtitum, tanquam illiberalem, reprehendit, tradente Hermippo. Calliſtratus Ariſtophaneus maledictis inclamavit in Ariſtarchum, quod eruditioni veſtis non congrueret. Athen. 1. 18. ALMELOV. Eadem præcipit amatoribus Ovidius lib. 1. Art. 505. & ſeqq. BURMAN.

494. *Aliqua temporum.*] *Aliquatenus* recte a quibuſdam legi videtur. REGIUS.

495. *Itaque etiam geſtu.*] Opprobrium erat habere manicam: unde dixit Virgil.

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Itaque antiqui, qui neque ſinum, neque manicas habebant, initio orationum ante impetum dicendi brachia intra veſtem continebant. TURNEB.

que etiam geſtu neceſſe eſt uſos eſſe in principiis [496] eos alio, quorum brachium, ſicut Græcorum, veſte continebatur. Sed nos de præſentibus loquimur. [497] Cui *lati clavi* jus non erit, [498] ita cingatur, ut tunicæ prioribus oris infra genua paulum, poſterioribus ad medios poplites uſque perveniant. [499] Nam infra mulierum eſt, ſupra centurionum. Ut purpuræ recte deſcendant, levis cura eſt. [500] Notatur interim negligentia. *Latum* habentium *clavum* modus eſt, ut ſit paulum cinctis ſummiſſior. Ipſam togam rotundam eſſe, & apte cæſam velim. Aliter enim multis modis [501] fiet enormis. Pars ejus prior mediis cruribus optime terminatur, poſterior [502] eadem portione altius quam cinctura: [503] Sinus decentiſſimus, ſi aliquanto ſupra imam togam fuerit, nunquam certe ſit inferior. [504] Ille, qui ſub humero dextro ad ſiniſtrum oblique ducitur, velut balteus, [505] nec ſtrangulet, nec fluat. Pars togæ, [506] quæ poſtea imponitur, ſit inferior; nam ita [507] & ſedet melius, & continetur. Subducenda etiam pars aliqua tunicæ, ne [508] ad lacertum [509] in actu redeat: [510] tum ſinus injiciendus humero, cujus extremam oram rejeciſſe [511] non dedecet. Operiri autem humerum cum toto jugulo non oportet: alioqui [512] amictus fiet anguſtus, & dignitatem, quæ eſt in latitudine pectoris, perdet. Siniſtrum brachium eouſque allevandum eſt, ut quaſi [513] normalem illum angulum faciat. Super quod ora ex toga duplex æqualiter ſedeat. [514] Manus non impleatur annulis, præcipue medios articulos non tranſeuntibus: cujus erit habitus optimus, allevato pollice, & digitis leviter inflexis, [515] niſi ſi libellum tenebit: quod non utique captandum eſt. Videtur enim fateri memoriæ diffidentiam, & ad multos geſtus eſt impedimento. Togam veteres [516] ad calceos uſque [517] demittebant, ut Græci pallium. Idque ut fiat, qui de geſtu ſcripſerunt circa tempora illa, Plotius Nigidiuſque præcipiunt. Quo magis miror [518] Plinii Secundi docti hominis, & in hoc utique libro pene etiam nimium curioſi, perſuaſionem, qui ſolitum id facere Ciceronem [519] velandarum varicum gratia tradit; cum hoc amictus genus in ſtatuis eorum quoque, qui poſt Ciceronem fuerunt, appareat. [520] Palliolum, ſicut faſcias, quibus crura veſtiuntur, & [521] focalia, & au-

496. *Eos aliquorum.*] Non *aliquorum*, ſed *alio quorum* procul dubio legendum eſt. REGIUS.

497. *Cui laticlavi.*] *Latuſclavus* tunica erat multis clavis confixa, eadem *palmata* vocata: erat autem inſigne ſenatorii ordinis. TURNEB. *Cui latus clavus non erit*; Voſſ. ſec. omnia hæc, quæ de compoſitione togæ, & tunicæ Fabius habet, diligenter excuſſit Ferrarius, præcipue in libro I.° de re veſtiaria. Vide & ampl. Cuper. Apoth. Hom. pag. 191.

498. *Ita cingatur & tunicæ.*] *Ut* loco *&* reponatur. REGIUS.

499. *Nam infra mulierum eſt.*] Tunica prolixior decet mulierem propter verecundiam ſexus: brevior decet virum militarem, ut ſit expeditior. TURNEB.

500. *Notatur interim negligentia.*] *Negligentiæ*; Voſſ. prim.

501. *Fiet enormis.*] *Fiet* non habet V. C. Alm.

502. *Eadem portione altius.*] Legendum videtur, *eadem proportione* (vel *portione*) *altiuſve quam.* GALLÆUS. *Altius quam cinctura.*] Vide Ferrar. I. de re veſt. 24. & 39. apud quem cl. Gronovius legit *qua cinctura* in cod. Bern. *Altius qua cinctura.*

503. *Sinus decentiſſimus.*] Quid *ſinus* ſit, vide Turneb. lib. XI. Adverſar. cap. 26. Salmaſ. ad Tertull. de Pallio, pagg. 374. 383. Rubenium Elector. lib. I. cap. 17. Roſini Antiquit. Rom. lib. V. cap. 32. PAREUS. Multis hæc illuſtrarunt cl. Gronovius & Ferrarius lib. I. de re veſt. cap. 39.

504. *Ille qui ſub.*] Intelligit torulum quemdam, qui fertur ab humero ad humerum more cinguli. TURNEB. *Ille qua ſub* legit Marcilius ad Tertul. de Pall. pag. 110.

505. *Nec ſtrangulet.*] *Ne*; Voſſ. tert.

506. *Quæ poſtea imponitur,*] *Quæ poſt, ſit inferior*: ſic emenda, quod a prioribus confirmatur: pars togæ prior mediis cruribus optime terminatur, poſterior eadem, &c. locus interpolatus ab iis, qui non capiebant. GALLÆUS.

507. *Et ſedet melius.*] *Et eſſet*; codd. Voſſ. prim tert.

508. *Ad lacertum.*] *Ad lacerum*; Voſſ. prim.

509. *In actu.*] *In actum*; Voſſ. prim. tert.

510. *Tamen ſinus.*] *Tum*, loco illius *tamen*, eſt legendum. REGIUS. Legendum, *tum ſinus extremam oram rejeciſſe non dedecet*: τὸ *injiciendus humero* ex ſequentibus iſtis ſumptum videtur: *jam ab initio narrationis ſinus ab humero*, &c. GALLÆUS.

511. *Non dedecet.*] *Non decet*; Voſſ. prim.

512. *Amictus fiet anguſtus.*] *Amictus*; Locat. Baſil. Gryph. Vaſcoſ. Steph. Colin. Vidor.

513. *Normalem illum angul.*] *Normalis angulus* dicitur rectus & perpendicularis, ſic videlicet appellatus a *norma*. TURNEB. Macrob. lib. II. cap. 9. *Hortenſius vir ex profeſſo mollis, & in præcinctu ponens omnem decorem. Fuit enim veſtitu ad munditiem curioſo: &, ut bene amictus iret, faciem in ſpeculo ponebat: ubi ſe intuens togam corpori ſic adplicabat, ut rugas non forte, ſed induſtria, locatas artifex nodus conſtringeret, & ſinus, ex compoſito fluens, nodum lateris ambiret.* PITHOEUS.

514. *Manus non, &c.*] Annuli (ut docet Plin.) magis geſtabantur ſiniſtra, quam dextra: porro tot geſtabant interdum, ut manus oneraretur: quod vitioſum putat Fabius. TURNEB. Talem nobis Charinum deſcribit Martial. XI. 60.

Senos Charinus omnibus digitis gerit,
Nec nocte ponit, annulos,
Nec dum lavatur, &c.

& lib. V. 63. Criſpulum. Vide Creſoll. Theatr. Sophiſt. pagg. 239. 240.

515. *Niſi ſi libellum.*] *Niſi libellum*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund.

516. *Ad calceos uſque.*] *Uſque* non habet Locat.

517. *Demittebant.*] *Dimittebant*; Voſſ. tert. Steph. Oxon. Obrecht. ſed male; *demittere* eſt enim ad inferiora mittere.

518. *Plinii ſecundi.*] Hinc aperte colligitur, caligarum uſum apud priſcos non fuiſſe: ſcripſit autem & Plinius de oratoria inſtitutione, in quo libro hæc traduntur. REGIUS. reſpicit libros Plinii tres, quos *Studioſos* inſcripſit, quibus oratorem ab incunabulis inſtituit & perfecit. Plin. lib. III. Epiſt. 5. BURMAN.

519. *Velandarum varicum.*] *Velandorum*; V. C. Alm. Locat. & maſculini generis eſſe *varix*, Voſſius cenſet lib. III. Art. Grammat. cap. 34.

520. *Palliolum, ſicut faſcias.*] Apparet *palliolum* veſtimentum fuiſſe calidum, quod vice tunicæ ſubjiceretur togæ. Sic Tranquillus ait *Clodium, cum morbo laboraret, palliolatum ludos ſpectaſſe.* TURNEB. Salmaſ. ad Tertullian. de Pallio pag. 269. Turneb. [*Adverſar.*] lib. VII. cap. 10. pag. 215. PAREUS.

521. *Focalia.*] *Focale* (ut ait Acron) ornamentum eſt faucium. Apparet tamen ex Porphyrionis ſententia, *focalia* fuiſſe faſcias & quædam medicamenta, quibus fauces in valetudine foverentur: de quibus egiſſe videtur Martialis:

rium ligamenta, ſola excuſare poteſt valetudo. Sed hæc amictus obſervatio, dum [522] incipimus: procedente vero actu, jam pene ab initio narrationis, ſinus ab humero recte velut ſponte delabitur: & cum ad argumenta ac locos ventum eſt, [523] rejicere a ſiniſtro togam, dejicere etiam, ſi hæreat, ſinum conveniet. [524] Lævam a faucibus ac ſummo pectore abducere licet. Ardent enim jam omnia. Et, ut vox vehementior ac magis varia eſt, ſic amictus quoque habet actum quemdam velut prœliantem. Itaque, ut lævam involvere toga, & incingi, pene furioſum eſt; ſinum vero in dextrum humerum [525] ab imo rejicere, ſolutum ac delicatum, fiuntque adhuc pejus aliqua; ita cur laxiorem ſinum ſiniſtro brachio non ſubjiciamus? Habet enim acre quiddam atque expeditum, & [526] calori concitationique non inhabile Cum vero magna pars eſt exhauſta orationis, utique afflante fortuna, pene omnia decent, ſudor ipſe & fatigatio, & negligentior amictus, & ſoluta ac velut labens undique toga. Quo magis miror hanc quoque ſuccurriſſe Plinio curam, ut ita ſudario frontem ſiccari juberet, ne comæ turbarentur, quas componi poſt paulum, ſicuti dignum erat, graviter & ſevere vetuit. Mihi vero illæ quoque turbatæ [527] præ ſe ferre aliquid affectus, & ipſa oblivione curæ hujus commendari videntur. At ſi incipientibus aut paulum progreſſis decidat toga, non reponere eam, [528] prorſus negligentis aut pigri, aut quomodo debeat amiciri, neſcientis eſt. Hæc ſunt vel [529] illuſtramenta pronunciationis, vel vitia: quibus propoſitis, multa cogitare debet orator. [530] Primum, quid, apud quos, quibus præſentibus ſit acturus. Nam, ut dicere alia aliis, & apud alios magis [531] convenit; ſic etiam facere. Neque eadem [532] in voce, geſtu, inceſſu, apud principem, ſenatum, populum, [533] magiſtratum, privato, publico judicio, [534] poſtulatione, *actione* ſimiliter decent. Quam differentiam ſubjicere ſibi quiſque, qui animum intenderit, poteſt, tum qua de re dicat, & [535] efficere quid velit. Rei quadruplex obſervatio eſt. Una in tota *cauſſa*. Sunt enim triſtes, hilares, ſolicitæ, ſecuræ, grandes, puſillæ: ut vix unquam ita ſolicitari partibus earum debeamus, [536] ut non ſummæ meminerimus. Altera, quæ eſt in differentia partium, ut in *prooemio*, *narratione*, *argumentatione*, *epilogo*. Tertia in ſententiis ipſis, in quibus ſecundum [537] res & affectus variantur omnia. [538] Quarta in verbis, quorum ut eſt vitioſa, ſi efficere omnia velimus, imitatio; ita [539] quibuſdam, niſi ſua natura redditur, vis omnis aufertur. Igitur in laudationibus, (niſi ſi funebres erunt) gratiarum actione, exhortatione, ſimilibus, læta & magnifica & ſublimis eſt *actio*. [540] Funebres conciones, conſolationes, plerumque *cauſſæ* reorum, triſtes atque ſummiſſæ. In ſenatu conſervanda auctoritas, apud populum dignitas, in privatis modus. De partibus *cauſſæ*, & ſententiis verbiſque, quæ ſunt multiplicia, pluribus dicendum. Tria autem præſtare debet *pronunciatio*: conciliet, perſuadeat [541] moveat: quibus natura cohæret, ut etiam delectet. Conciliatio

Declamaturus circumdas vellera collo:
Conveniunt noſtris auribus illa magis.
TURNEB.

522. *Incipimus.*] *Inceperimus*: Obrecht.

523. *Rejicere a ſiniſtro.*] Gallæus malebat *ad ſiniſtrum.*

524. *Lævam a faucibus.*] *V* litera in *n* converſa, *lænam* ut legamus, ſenſus expoſcit; de veſte namque, non de manu, Fabius mihi loqui videtur. REGIUS. *Læna* veſtis eſt militaris & magiſtratuum atque oratorum: dicitur a Græcis χλαῖνα. TURNEB. *Lævam*: MSS. Bodl. Voſſ. prim. ſec. Andr. *levam* hic & mox præfert cl. Gronovius apud Ferrarium lib. 1. de re veſt. cap. 39. licet Ferrarius pro *læna* pugnet ibi, & lib. 11. cap. 13. ſed perperam, certe in ſecundo loco; prœliantis enim ſtatus eſt, cum ſiniſtra involvitur toga, ita ut hæc pro clypeo quaſi ſit. Vide ad Petron. cap. LXIII. & LXXX. & ipſum Ferrarium lib. 1. cap. 5. ubi *levam* affert. Priori tamen loco malim *læva etiam*, vel *autem*, ut læva manu deducatur ſinus a faucibus & pectore: *etiam*, vel *autem*, compendio per m̄ ſcribi ſolita, vitio dederunt locum. BURMAN. Omnes fere codices *lævam* hic habent, præter Lugdunenſem. in Bernenſi autem cod. ſic legitur: *Si hæreat ſinum conveniet læva a faucibus ac.* quæ ſane lectio Burmanni conjecturam non mediocriter confirmat. CAPPER.

525. *Ab imo rejicere.*] *Ad imum* iterum Gallæus volebat; ſed timide. BURMAN.

526. *Calori.*] Vitioſe *colori* in Leidenſ. & Oxon. legitur.

527. *Præ ſe ferre.*] *Præferre*; Voſſ. prim.

528. *Prorſus non negligentis.*] *Non* particula, iterum adſcripta, videtur eradenda, ut citra negationem legatur. REGIUS.

529. *Illuſtramenta.*] *Inſtrumenta*; V. C. Alm.

530. *Primum quid.*] *Primum quis*; MSS. Joan. Alm. Voſſ. prim. ſec. Colb. marg. Baſil.

531. *Convenit.*] *Conceſſum eſt*: MSS. Bodl Alm. Voſſ. ſec. Bern. Andr. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Colon. Par.

532. *In nocte.*] Pro *nocte*, *voce* legendum videtur. REGIUS.

533. *Magiſtratum.*] *Magiſtratus*; Voſſ. prim. tert. Bern.

534. *Poſtulatione.*] *Poſtulatio eſt*, ut inquit Ulpianus, *cum apud eum, qui juriſdictioni præeſt. vel noſtrum, vel alicujus deſiderium exponimus, vel etiam alterius deſiderio refragamur.* TURNEB.

535. *Afficere quid velit.*] *A* in *e* converſa, *efficere* manifeſte legendum eſt. REGIUS.

536. *Ut non ſummæ.*] *Ut non in ſumā*; V. C. Alm.

537. *Res & affectus.*] *Res & actus*: Locat Baſil. Par. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Vidov. ſed plerique in marg. *affectus.*

538. *Quarta, in verbis.*] Verba enim cum imitatione pronuncianda ſunt. Sic *latronem* pronunciamus vehementi & forti voce: neque tamen omnia debet efficere imitatio: de his quatuor partibus ſigillatim a Fabio mox explicabitur. TURNEB.

539 *Quibuſdam.*] *In quibuſdam* olim lectum fuiſſe, ex Aſcenſii notis apparet.

540. *Funebres.*] Idcirco appellavit *funebres* conciones, propterea quod Romæ in Roſtris claræ perſonæ laudabantur apud populum: orationes autem, quæ ad populum habentur, *conciones* dicuntur. TURNEB.

541. *Moneat.*] *Moveat* legatur. REGIUS.

fere

ſere aut commendatione morum (qui neſcio quomodo ex voce etiam atque *actione* [542] pellucent) aut orationis ſuavitate conſtat; perſuadendi vis [543] affirmatione, quæ interim plus ipſis probationibus valet: [544] *An iſta* (inquit Callidio Cicero) *ſi vera eſſent, ſic a te dicerentur? &: Tantum abeſt, ut inflammares noſtros animos;* [545] *ſomnum iſto loco vix tenebamus.* Fiducia igitur appareat, & conſtantia, utique ſi auctoritas ſubeſt. Movendi autem ratio aut in repræſentandis eſt, aut [546] imitandis affectibus. Ergo cum judex in privatis, aut præco in publicis [547] dicere de *cauſſa* juſſerit, [548] leniter conſurgendum: [549] tum in componenda toga, vel (ſi neceſſe erit) etiam ex integro injicienda, dumtaxat in judiciis (apud principem enim & magiſtratus ac tribunalia non licebit) paulum eſt commorandum, ut & amictus ſit [550] decentior, & protinus aliquid ſpatii ad cogitandum. Etiam cum ad judicem nos [551] converterimus, [552] & conſultus prætor permiſerit dicere, non protinus eſt erumpendum, ſed danda brevis cogitationi mora. Mire enim auditurum dicturi cura delectat, & judex ſe ipſe componit. [553] Hoc præcipit Homerus Ulyſſis exemplo, quem *ſtetiſſe oculis in terram defixis, immotoque ſceptro, priuſquam illam eloquentiæ procellam* [554] *effunderet,* dicit. In hac cunctatione ſunt quædam non indecentes, ut appellant ſcenici, moræ, caput mulcere, manum intueri, infringere articulos, ſimulare conatum, ſuſpiratione ſolicitudinem fateri, aut quod quemque magis decet: [555] eaque diutius, ſi judex nondum intendet animum. [556] Status ſit rectus, æqui & [557] diducti paulum pedes, vel procedens [558] minimo momento ſiniſter: genua recta, [559] ſic tamen, ut non extendantur: humeri remiſſi, vultus ſeverus, non mœſtus, nec ſtupens, nec languidus: brachia a latere modice remota: manus ſiniſtra, qualem ſupra demonſtravi: dextra, cum jam incipiendum erit, paulum prolata ultra ſinum geſtu quam modeſtiſſimo, velut exſpectans quando incipiendum ſit. [560] Vitioſa enim ſunt illa, intueri lacunaria, perfricare faciem, & [561] quaſi improbam facere: tendere confidentia vultúm, aut, quo ſit magis torvus, ſuperciliis adſtringere: capillos [562] a fronte contra naturam retroagere, ut ſit horror ille terribilis: tum, id quod Græci frequentiſſime faciunt, cre-

542. *Pellucent.*] *Prolucent;* Obrecht. edit.

543. *Affirmatione.*] *Aſſeveratione* facile cenſerem eſſe legendum, ſi, quod vidiſſem exemplar, quod mihi adſtipularetur; eſt enim *aſſeverare*, ut ſuperius quoque diximus, vim quamdam animi motumque corporis inter ipſa argumenta probationeſque admiſcere; ut ipſe Fabius alibi. *Aſſeveratione* autem legendum eſſe, etiam, quæ ſequuntur, aperte indicant. REGIUS. *Affirmatione;* MSS. Bodl. Joan. Bern. Voſſ. ſec. tert. Colb. Andr. quæ voces ſæpe apud noſtrum confuſæ. Vide lib. v. 12. & alibi: nos codices ſcriptos expreſſimus. BURMAN. *Affirmationem* & *aſſeverationem* eſſe fere ſynonymas, jam ſupra notavi ad pag. 319. num. 43. CAPPER.

544. *An iſta.*] Hoc exemplo docet Fabius, multum poſſe ad perſuadendum *aſſeverationem*. Etenim Callidius orator, cum graviſſimum crimen objiceret ſine *aſſeveratione* & contentione orationis, idcirco facile refutatus eſt a Cicerone. TURNEB. In Ciceron. *Brut.* 80. legitur, *tu iſtuc niſi fingeres, ſic ageres?* & mox *tantum abfuit.*

545. *Somnum iſto loco.*] *iſto ſtylo;* Voſſ. tert. marg. Steph. Baſil. Vaſc.

546. *Imitandis.*] *In imitandis;* Voſſ. prim.

547. *Dicere de cauſſa.*] *Dicere cauſſam;* Voſſ. prim. tert. Vaſc. Steph.

548. *Leniter conſurgendum.*] *Leniter eſt conſurgendum;* V. C. Alm. *leviter;* Andr. Locat. Ald. Colin. Vidov.

549. *Tum in componenda toga.*] *Tum in componendam togam;* Voſſ. prim. *tum componenda;* Ald. Colin. propriam vero hanc eſſe locutionem oſtendit Turneb. lib. IX. Adv. 6. & nos latius, ſi Deus volet, ad Ovid. Metam. IV. 318. demonſtrabimus. BURMAN.

550. *Decentior & protinus.*] Gallæus volebat, *& ſit protinus aliquid.*

551. *Converterimus.*] *Convertimus;* Locat. Ald.

552. *Et conſultus prætermiſerit dicere.*] *Permiſerit* manifeſte legendum eſt. REGIUS. *Conſultus permiſerit dicere;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Andr. Locat. Ald. Par. Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. ſed recte *prætor*, quod abſorptum eſt in illo *prætermiſerit*, addidit jam marg. Stephani, & poſtea editi; ab eo enim veniam dicendi impetrabat orator. BURMAN. Τὸ *Prætor* legitur etiam ad marginem edition. Vaſcoſ. CAPPER.

553. *Hoc præcipit Homerus.*] Locus eſt ex tertio *Iliados.* verſ. 217. Nam miſſus Ulyſſes cum Menelao legatus, antequam verba faceret, defixit in terram oculos, eſtque cunctatus: quem locum Ovidius in contentione Ulyſſis & Ajacis eſt imitatus lib. XIII. Metam. 125. TURNEB. Ex Regio, & ille ex Valla, teſte Aſcenſio. BURMAN. Græci Poetæ verba ſunt hæc:

Στάσκεν, ὑπαὶ δὲ ἴδεσκε κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας,
Σκῆπτρον δ' οὔτ' ὀπίσω, οὔτε προπρηνὲς ἐνώμα,
Ἀλλ' ἀστεμφὲς ἔχεσκεν.....
Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος ἵει,
Καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσι, κλ.

hoc eſt,

Stabat, ſubtuſque aſpiciebat defixis in terram oculis,
Sceptrum vero neque retrorſum neque in anteriorem
Partem movebat:
Sed immobile tenebat.........
At cum magnam vocem e pectore mittebat,
Et verba hybernis imbribus nivalibus ſimilia, &c. CAPP.

554. *Effundere.*] T litera adſcripta, *effunderet*, eſt legendum. REGIUS. *Illam eloquentiam, & eloquentiæ procellam effunderet;* Voſſ. prim.

555. *Eaque diutius.*] *Ea diutius;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. tert. Vall. lib. *eo diutius.* Locat. Ald. *eoque diutius;* Baſil. Gryph. Vaſcoſ. Steph. Colin. Vidov. Oxon.

556. *Status ſit rectus.*] *Status quidem ſit rectus;* Ald.

557. *Diducti paulum.*] *Paululum;* Voſſ. prim.

558. *Minimo momento.*] *Momento* deeſt in Voſſ. ſec. Locat. Baſil. Gryph. Colin. Steph. Vidov.

559. *Sic tamen ut non.*] *Ut* non fuiſſe in antiquis libris, notæ Aſcenſii teſtantur.

560. *Vitioſa enim ſunt illa, &c.*] Juvenal. Sat. I. 56. *Doctus ſpectare lacunar.* Caper in Arte: *laquearia*, non *lacunaria* dici notat. PASSER. *Laquearia;* marg. Vidov. Flavii Capri locus a Paſſeratio laudatus exſtat in libello de Orthographia pag. 2246. veterum Grammatic. edition. Putſchianæ. CAPPER.

561. *Quaſi improbam facere.*] *Improbiorem;* Andr. marg. Colon.

562. *A fronte.*] Sueton. in Vitell. 17. *Per totum viæ ſacræ ſpatium reducta coma a capite ceu noxii ſolent.* PASSER. Nihil huc facit Suetonii locus, quem & Vallam adſcripſiſſe Badius notat, cum ibi legendum ſit *reducto coma capite*, ut viri docti oſtenderunt: ſed explicando huic loco egregius eſt Catulli locus Epithal. Thetid. 194. ubi de Furiis:

Eumenides, quibus anguino redimita capillo
Frons exſpirantis poſtportat pectoris iras.

XXxx

bro digitorum [563] labiorumque motu [564] commentari, [565] clare exſcreare; pedem alterum longe proferre, partem togæ ſiniſtra tenere, ſtare diductum vel rigidum, vel ſupinum, vel incurvum, vel humeris, ut luctaturi ſolent, ad occipitium ductis. [566] *Proœmio* frequentiſſime lenis convenit pronunciatio. Nihil eſt enim ad conciliandum gratius verecundia: non tamen ſemper. Nec enim uno modo dicuntur *exordia*, ut docui. Plerumque tamen & vox temperata, ac geſtus modeſtus, & [567] ſedens humero toga, & laterum lenis in utramque partem motus, eodem ſpectantibus oculis, decebit. *Narratio* magis [568] prolatam manum, amictum recidentem, geſtum [569] diſtinctum, vocem [570] ſermoni proximam, [571] ac tantum apertiorem, ſonum ſimplicem [572] frequentiſſime poſtulabit [573] in his dumtaxat: [574] *Quintus igitur Ligarius*, [575] *cum eſſet adhuc nulla belli ſuſpicio*; &: [576] *A. Cluentius Habitus pater hujuſce.* Aliud in eadem poſcunt affectus, vel concitati: *Nubit genero ſocrus*; vel flebiles: [577] *Conſtituitur in foro Laodiceæ ſpectaculum acerbum & miſerum toti Aſiæ provinciæ.* Maxime varia & multiplex *actio* eſt probationum. Nam & proponere, partiri, [578] interrogare, ſermoni ſunt proxima, & [579] *contradictionem* ſumere. Nam ea quoque diverſa propoſitio eſt. Sed hæc tamen aliquando irridentes, [580] aliquando imitantes pronunciamus. Argumentatio plerumque agilior, & acrior, & inſtantior, conſentientem orationi poſtulat etiam geſtum, id eſt, [581] fortem celeritatem. [582] Inſtandum quibuſdam in partibus & denſanda oratio. *Egreſſiones* fere lenes, & dulces, & remiſſæ, ut [583] raptus Proſerpinæ, [584] Siciliæ deſcriptio, Cn. [585] Pompeii laus. Neque eſt mirum, minus habere contentionis ea, quæ ſunt extra quæſtionem. Mollior nonnunquam cum reprehenſione diverſæ partis imitatio: [586] *Videbar videre alios intrantes, alios autem exeuntes, quoſdam ex vino vacillantes.* Ubi [587] non diffidens a voce [588] permittitur geſtus, [589] quo fit in utramque partem tenera quædam, ſed intra manus tamen, & ſine motu laterum, tranſlatio. Accendendi judicis plures ſunt gradus. [590] Summus ille, & quo nullus eſt in oratore acutior: [591] *Suſcepto bello, Cæſar, geſto jam etiam ex parte magna.* Prædixit enim:

ubi videndus Voſſius, qui horrorem illum terribilem & furialem ibi egregie animadvertit. BURMAN.

563. *Laborumque motu.*] *Labiorum*, *i* vocali interjecta, legendum eſt. REGIUS. *Labrorumque*; Vallæ lib. Voſſ. ſec. Ald. Colin.

564. *Commentari.*] *Commendari* quoſdam legiſſe, Badius indicat.

565. *Clare exſcreare.*] *Ridere, exſcreare*; Obrecht.

566. *Proœmio frequentiſſ.*] Hoc utique verum eſt, ſi ſpectes *exordii* officium: quia tamen nonnunquam in *exordio* moventur affectus graviores, ut in oratione pro Roſcio Amerino, paulo concitatiori geſtu erit utendum. TURNEB.

567. *Sedens humero toga.*] Id autem ait, quia in locis vehementibus ſæpenumero ſolemus dejicere ex humero togam. TURNEB.

568. *Prolatam manum.*] *Prolatum manu amictum, recidentem geſtum*: marg. Baſil.

569. *Diſtinctum.*] Abeſt a Voſſ. prim. tert. marg. Baſil.

570. *Sermoni proximam.*] Id eſt, ſermoni mero ac ſimplici, qualis in familiaribus colloquiis adhiberi ſolet. Sic paulo poſt idem Fabius: *proponere, partiri, interrogare, ſermoni ſunt proxima*, & infra: *Nec ille* (Æſchines) *Thebas ſermone deflevit.* Dixerat antea poſt initium hujus capitis: *aut intra loquendi modum.* Huc etiam referre poſſis illud Horatii Satir. 4. lib. 1.

——— neque, ſi quis ſcribat, uti nos,
Sermoni propiora, putes hunc eſſe poëtam . . . .
Idcirco quidam, Comœdia nec ne poëma
Eſſet, quæſivere, quod acer ſpiritus ac vis
Nec verbis nec rebus ineſt, niſi quod pede certo
Differt ſermoni, ſermo merus, &c. CAPPER.

571. *Ac tantum apertiorem.*] *Tantum acriorem*; MSS. Bodl. Joan. Alm. Voſſ. prim. Obrecht. *ac tamen acriorem*; Andr. *apertiorem*; Ald. Colin. Vidov. *ac jam tum acriorem*; marg. Baſil. BURMAN.

572. *Frequentiſſime.*] Abeſt a Voſſ. prim. tert.

573. *In his dumtaxat.*] Sic quidem legitur, ſed corrupte, ut mihi videtur; illa enim tria verba parum cum reliquis convenire videntur. Ac fortaſſe, *ut* particula adſcripta, illud *dumtaxat*, ut redundans, eſt oblinendum. REGIUS.

574. *Quinctus igitur.*] Pro Ligario cap. 1. ubi quidam codices *Quintus enim*, ut hic Voſſ. ſec. Vall. lib. Ald.

575. *Cum eſſet adhuc.*] *Cum eſſet in Africa*: MSS. Alm. Voſſ. prim. ſec. ſed eradendum *in Africa* jam Raphael monuit: licet Aſcenſius admitti poſſe credat.

576. *A. Cluentius.*] Pro Cluentio cap. 5.

577. *Conſtituitur.*] 1. Verr. 30. ubi etiam *& miſerum & grave toti Aſiæ pr.* legitur.

578. *Interrogare.*] Id intellige de ſimplici rectaque interrogatione, qualis eſt, ſi quis dicat: *quot ſunt horæ diei? quota eſt hora*, &c. nam alia eſt interrogatio *ſchematica* ſeu figuræ rationem habens; ut apud Ciceronem in Catilin. *Patere tua conſilia non ſentis?* & apud Virgilium 3. Æneid. verſ. 56.

——— quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames?

hæ quippe locutiones quemdam animi affectum exprimunt, ideoque figuratæ ſunt: ſimplici autem locutione diceretur: *Patent conſilia tua. Nihil non mortalia pectora cogis*, &c. CAPPER.

579. *Contradictionem.*] De *contradictionibus* multa locutus eſt Fabius lib. v. Hæ autem ſunt propoſitiones, quibus adverſarius ſuam *cauſſam* fulcit, & noſtram ſubvertit. Itaque, quia nobis obſunt, ſumendæ ſunt, ut refellantur. TURNEB.

580. *Aliquando irridentes.*] Deſunt in MSS. Alm. Voſſ. tert.

581. *Fortem celeritatem.*] *Fortem. Celeriter inſtandum*, &c. &c. Obrecht.

582. *Inſtandum.*] *Tantum*; V. C. Alm.

583. *Raptus Proſerpinæ.*] iv. Verr. 48.

584. *Siciliæ deſcriptio.*] Verr. 11. cap. 1.

585. *Laus Pompeii.*] Pro Balb. cap. 4.

586. *Videor videre.*] Exemplum eſt ex oratione pro Gallio, citaturque a Fabio in cap. de ornatu lib. VIII. 3. eſt enim *diatypoſis* ſive *energia*. TURNEB. *Videor*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov. Cæterum in hac Turnebiani Commentatoris nota, pro τῷ *energia*, legendum eſt ἐνάργεια, id eſt *perſpicuitas* vel *illuſtratio*. Hæc enim aliquam habet cum Διατυπώσει *deſcriptione* affinitatem CAPPER.

587. *Non diſcedens a voce p. g. quoque in.*] *Diffidens* ut legatur, ſenſus expoſcere videtur magis, quam *diſcedens*, & *quo*, illa particula *que* eraſa; *fit* autem verbum aut adſcribendum, aut ſaltem ſubintelligendum, ut legatur *tranſlatio fit.* REGIUS.

588. *Permittitur geſtus.*] *Promitur*; Ald.

589. *Quo fit.*] *Quoque in utramque*; Voſſ. omn. Locat. Ald. *at quoque in utramque*; Baſil. Colin. Gryph. Vidov.

590. *Summus ille.*] Locus hic ſic intelligendus eſt, ut de *voce* accipiatur, in loci hujus pronunciatione, ut maxima ſit vox & acutiſſima, ſupra quam nullus ſit alius major tonus. TURNEB.

591. *Suſcepto.*] Pro *Ligar.* cap. 3.

Quantum potero, voce contendam, ut populus [592] *hæc Romanus exaudiat.* Paulum inferior, & habens [593] aliquid etiam jucunditatis: *Quid enim* [594] *tuus ille, Tubero, in acie Pharſalica gladius agebat?* Plenius adhuc & [595] lentius, ideoque dulcius: [596] *In cœtu vero populi Romani negotium publicum gerens.* Producenda omnia trahendæque tum vocales, aperiendæque ſunt fauces. [597] Pleniore tamen hæc canali fluunt: [598] *Vos, Albani tumuli atque luci.* [599] Nam cantici quiddam [600] habent, ſenſimque reſupina ſunt: [601] *Saxa & ſolitudines voci reſpondent.* Tales ſunt illæ inclinationes vocis, quas invicem Demoſthenes atque Æſchines exprobrant, non ideo improbandæ; cum enim uterque alteri objiciat, palam eſt utrumque feciſſe. Nam neque ille per Marathonis & Platæarum & Salaminis propugnatores [602] recto ſono juravit, [603] nec ille Thebas [604] ſermone deflevit. [605] Eſt his diverſa vox, & pene extra organum, cui Græci nomen amaritudinis dederunt, ſupra modum ac pene naturam vocis humanæ acerba: [606] *Quin compeſcitis vocem iſtam, indicem ſtultitiæ,* [607] *teſtem paucitatis?* Sed id; quod excedere modum dixi, in illa parte prima eſt: *Quin compeſcitis? Epilogus*, ſi enumerationem rerum habet, deſiderat quamdam [608] conciſorum continuationem; [609] ſi ad concitandos judices eſt accommodatus, aliquid ex iis, quæ ſupra dixi; ſi placandos, inclinatam quamdam [610] lenitatem; ſi miſericordia commovendos, flexum vocis, & [611] flebilem ſuavitatem, qua præcipue franguntur animi, quæque eſt maxime naturalis. Nam etiam orbos [612] viduaſque videas in ipſis funeribus canoro quodam modo proclamantes. [613] Hîc etiam [614] fuſca illa vox, qualem Cicero fuiſſe in Antonio dicit, mire facit; habet enim in ſe, [615] quod imitemur. Duplex eſt tamen miſeratio; altera cum invidia, qualis modo dicta de damnatione Philodami; altera cum deprecatione demiſſior. Quare, etiamſi eſt in illis quoque cantus obſcurior, *In cœtu vero populi Romani*; non enim hæc rixantis modo dixit, &, *Vos, Albani tumuli*; neque enim quaſi inclamaret, aut [616] teſtaretur, locutus eſt; tamen [617] infinito magis illa flexa [618] & circumducta ſunt: [619] *Me miſerum, me infelicem*; &: *Quid reſpondebo liberis meis?* &: *Revocare tu me in patriam potuiſti, Milo, per hos; ego te in eadem patria per eoſdem retinere non potero?* Et cum bona C. Rabirii [620] uno ſeſtertio addicit: *O meum miſerum acerbumque præconium.* Illa quoque mire facit in *peroratione* velut deficientis dolore & fatigatione confeſſio; ut pro eodem Milone: [621] *Sed finis ſit*;

592. *Hæc exaudiat.*] *Hoc*: V. C. Alm. & ita apud Ciceron.

593. *Aliquid jam jucunditatis.*] Loco illius *jam*, *etiam* eſt legendum. REGIUS. *Jam*: Voſſ. ſec. Locat.

594. *Tuus ille Tubero.*] *Tuus ille diſtrictus in acie*: Ald.

595. *Lentius.*] *Licentius*: Voſſ. tert.

596. *In cœtu.*] Cicer. II. *Philipp.* 25.

597. *Pleniore tamen.*] *Metaphora* eſt ducta a tubis & canalibus aquæductuum; ita enim tranſtulit ad arteriam *tracheam*, quæ canalis eſt vocis. TURNEB.

598. *Vos Albani.*] Pro *Milone* 31.

599. *Nam cantici.*] *Jam cantici*: Obrecht. edidit. Canticum autem eſt quædam *monodia* perſonæ ſcenicæ. De cantico ejuſque uſu lege Diomedem pag. 489. veterum Grammatic. Putſch. CAPPER.

600. *Habent.*] *Habentia*: Obrecht.

601. *Saxa.*] Pro *Arch.* 8.

602. *Recto ſono juravit.*] In Marathone, campo Atticæ regionis, Miltiades ſuperavit copias Darii Perſarum regis. Themiſtocles autem in Salaminio freto naumachia Xerxem vicit: at Pauſanias Mardonium Xerxis ducem ad Platæas urbem Bœotiæ ſuperavit: per hos autem juravit Demoſthenes, ut ignominiam cladis ad Chæroneam acceptæ levaret. TURNEB. *Rectus* porro *ſonus* dicitur *ὁ μονοειδής*, ſimplex & uniformis, qui nullo animi affectu exprimendo inflectitur. CAPPER.

603. *Nec hic Thebas.*] *Nec ille*: V. C. Alm. Voſſ. prim. tert. Vall. lib. Locat. Ald. illud *hic* a librariis profectum credo, qui putabant vitioſe dici *ille* & *ille*, pro *ille* & *hic*: ſimilem maculam jam etiam eluimus lib. II. cap. 8. BURMAN. *Nec hic*; Vaſcoſ. Steph.

604. *Sermone deflevit.*] Hoc eſt, ſermone mero ac ſimplici, quo familiaribus in colloquiis utimur. Vide quæ paulo ſupra notavi ad illa Fabii verba, *vocem ſermoni proximam.* Cæterum totum hunc de *recto ſono* & *ſermone* locum male interpretatus eſt Creſollius pag. 409. Theatr. Sophiſt. his enim verbis figuratam orationem intellexit: atqui Fabius non de figuris, neque de orationis forma nunc loquitur, ſed de ipſa pronunciatione, de varia vocis inflexione. CAPPER.

605. *Eſt his diverſa.*] Significat eam vocem, quam appellant *πικρόφωνον* Græci, id eſt, *acerbam vocem*: eam dixit eſſe extra organum Fabius; quia eſt extra legitimum tonum ex nimia contentione reprehenſionis. TURNEB.

606. *Quin compeſcitis.*] Pro Rabir. Perd. 6. ubi legitur: *Quin continetis, & ſtultitiæ veſtræ.* BURMAN.

607. *Teſtem paucitatis.*] *Teſtem pravitatis*; Andr. Par. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

608. *Conciſorum.*] *Τῶν κομμάτων*, quæ a Latinis Rhetoribus *inciſa* ſolent appellari. CAPPER.

609. *Sed ad concitandos.*] *Si* particula eſt adſcribenda, loco illius *ſed.* REGIUS.

610. *Levitatem.*] *Lenitatem* eſt legendum. REGIUS. *Si lenitatem*: V. C. Alm.

611. *Flebilem.*] *Fidelem*: Voſſ. tert.

612. *Videbas.*] *Videas*, *b* litera expuncta, legas. REGIUS. *Videbas*: Voſſ. prim. *videaſque*: Voſſ. ſec.

613. *Hic etiam.*] Francius malebat *huc.*

614. *Fuſca.*] *Subraucam* dicit Cicero in *Brut.* 38.

615. *Quod imitemur.*] *Quod imitamur*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund.

616. *Teſtaretur.*] *Deteſtaretur*: Voſſ. ſec. Ald. Colin. Vidov. marg. Baſil.

617. *Infinito magis.*] Hanc rationem loquendi illuſtravimus ad hujus capitis initium. BURMAN.

618. *Et circumdata.*] *Circumducta* legendum videtur. REGIUS. *Circumdata me miſerum*; Locat. *ſunt* etiam non habet Ald.

619. *Me miſerum.*] Pro *Milon.* cap. 37.

620. *Uno ſeſtertio adjicit.*] *Addicit* eſt ſcribendum. REGIUS. *Adjicit*: Voſſ. ſec. *Uno ſeſtertio.*] Apud Ciceronem (pro Rabir. Poſt. 17.) legitur, *numo ſeſtertio*, id eſt, viliſſimo pretio; *nummus* enim & *ſeſtertius* idem ſignificant: hæc tamen duo ſæpe conjunguntur, potiſſimum in obliquis, ne exiſtimemus eſſe *ſeſtertium* neutrius generis. TURNEB. Turnebi ſententiam ſecutus eſt vir eruditiſſimus Bentl. ad Horat. I. Sat. IV. 14. & legit *nummo ſeſtertio*: & multis firmat locis, ubi pro illa voce *nummo* ſæpe librarii *minimo* ſuppoſuerunt: ſed cur retineat *minimo* in lib. III. §. 2. ff. de Tranſact. neſcio, cum ibi quoque in MSS. eſſe *nummo*, docuerit olim Lindenbrog. ad Terent. Andr. II. 2. Vide & Rader. ad Mart. X. epig. 31. BURMAN.

621. *Si finis ſit.*] *Sed* legendum eſſe, qui legerit *perorationem* pro Milone, facile videbit. REGIUS.

neque enim præ lacrymis jam loqui poſſum. Quæ ſimilem verbis habere debent etiam pronunciationem. Poſſunt videri alia quoque hujus partis atque officii, reos excitare, pueros attollere, propinquos producere, veſtes laniare: ſed ſuo loco [622] dicta ſunt. Et quia [623] in partibus *cauſſæ* etiam aliis eſt varietas, ſatis apparet, accommodandam ſententiis ipſis pronunciationem, ſicut oſtendimus. Sed verbis quoque, quod noviſſime dixeram, non ſemper, ſed aliquando. [624] An non hæc, *Miſellus & pauperculus*, ſummiſſa atque contracta? *Fortis, & vehemens, & latro*, erecta & concitata voce [625] dicenda ſunt? [626] Accedit enim vis & proprietas rebus tali adſtipulatione: quæ niſi adſit, [627] aliud vox, aliud animus oſtendat. Quid? quod eadem verba mutata pronunciatione indicant, affirmant, exprobrant, negant, mirantur, indignantur, interrogant, irrident, elevant? Aliter enim dicitur;

[628] *Tu mihi quodcumque hoc regni,*
&: [629] *Cantando tu illum?......*
&: [630] *Tune ille Æneas?*
&: [631] ——— *Meque timoris*
Argue tu, Drance.

Et [632] ne morer, intra ſe quiſque vel hoc, vel aliud, quod volet, per omnes affectus verſet: verum eſſe, quod dicimus, ſciet. [633] Unum jam his adjiciendum eſt, cum præcipue in *actione* [634] ſpectetur decorum, ſæpe aliud alios decere. Eſt enim latens quædam in hoc ratio, & inenarrabilis; &, ut vere hoc dictum eſt, caput eſſe artis, [635] decere quod facias; ita id neque ſine arte eſſe, neque totum arte tradi poteſt. In quibuſdam virtutes non habent gratiam, in quibuſdam vitia ipſa delectant. Maximos [636] actores comœdiarum, Demetrium & [637] Stratoclem, placere diverſis virtutibus vidimus. Sed illud minus mirum, quod alter deos, & juvenes, & bonos patres, ſervoſque, & matronas, & graves anus optime; alter acres ſenes, callidos ſervos, paraſitos, lenones, & omnia [638] agitatiora melius; fuit enim natura diverſa. Nam vox quoque Demetrii jucundior, illius acrior erat. [639] Annotandæ magis proprietates, quæ transferri non poterant, manus jactare, & dulces exclamationes theatri cauſſa producere, [640] & ingrediendo ventum concipere veſte, & nonnunquam [641] dextro latere facere geſtus: quod neminem alium [642] præter Demetrium decuit; namque in hæc [643] omnia ſtatura & mira ſpecie adjuvabatur. Illum curſus, & agilitas, & vel parum conveniens perſonæ riſus, (quem non ignarus rationis populo dabat) & contracta etiam cervicula. Quidquid [644] horum alter feciſſet, fœdiſſimum videretur. Quare norit ſe quiſque, nec tantum ex communibus præceptis, ſed etiam ex natura ſua capiat conſilium formandæ *actionis*. Neque illud tamen eſt nefas, ut aliquem vel omnia vel plura deceant. Hujus quoque loci [645] clauſula ſit eadem, neceſſe eſt, quæ cæterorum eſt, [646] regnare maxime modum. Non enim comœdum

622. *Dicta ſunt.*] Lib. VI. cap. I.

623. *In partibus cauſſæ & aliis.*] *Etiam*, loco & copulæ, mihi legendum videtur. REGIUS. *In partibus cauſſæ in aliis*: Voſſ. prim. *in partibus cauſſæ talis eſt*: Voſſ. ſec. Vall. lib.

624. *At non hæc.*] *T* litera in *n* mutata, *an* legendum eſt. REGIUS. *At non*: Voſſ. ſecund. Bern. Vall. lib. marg. Baſil.

625. *Dicenda ſunt.*] *Dicendum eſt*: MSS. Alm. Voſſ. prim. ſec. Locat.

626. *Accedit.*] *Accidit*: Voſſ. ſec.

627. *Aliud vox.*] Francius *oſtentat*, pro *oſtendat*, volebat.

628. *Tu mihi.*] I. Æneid. 82.

629. *Cantando.*] Eclog. III. 25.

630. *Tune ille.*] Æneid. I. 611.

631. *Meque timoris.*] XI. Æneid. 383.

632. *Ne morer.*] *Ne moremur*: Voſſ. tert.

633. *Unum jam.*] Quæ ſunt firmiſſima, & tamen arte tradi non poſſunt, ultimo loco adjicit; præcepta enim *decori* quanquam quædam poſita ſunt hoc capite, ſi nimirum ea ſerventur, quæ dixit Fabius; attamen *decorum* quoddam petitur a propria cujuſque natura, uſque adeo ut, quod in alio virtus eſt, in alio ſit vitium. TURNEB.

634. *Spectetur decorum.*] *C* litera adſcripta, *decorum* manifeſte eſt legendum. REGIUS. *Decor*: V. C. Alm.

635. *Dicere quod facias.*] *Decere*, *i* vocali in *e* converſa, ſcribendum. REGIUS. Emendandus locus Ciceronis lib. I. *de Orat.* 24. unde hic ſumptus eſt: *Sed etiam ipſi illi Roſcio, quem ſæpe audio dicere caput eſſe artis dicere*, ſcribe *decere* pro *dicere*. PHILANDER. *Ut vere hoc dictum eſt, caput eſſe, decere, quod facias*; V. C. Alm. *vere hoc*, etiam Ald. Colin. Oxon. Obrecht.

636. *Auctores comœdiarum.*] Recte, *u* vocali eraſa, quidam *actores* legunt. REGIUS.

637. *Stratoclem.*] *Stratoclea*: MSS. Bodl. Voſſ. omn. Andr.

638. *Agitatiora.*] Hac de cauſſa propter argumenti varietatem & perſonarum motum, dicuntur quædam comœdiæ *ſtatariæ*, quædam *motoriæ*: de quibus vide Donatum in Terentium. TURNEB. *Agitatoria*: Baſil. Par. Gryph. Vidov.

639. *Annotandæ magis.*] *Annotandæ memoria magis*: MSS. Bodl. Alm. Andr.

640. *Et ingrediendo.*] *Et in ingrediendo*: V. C. Alm. & *egrediendo*: marg. Baſil. hoc etiam de puella Ovidius III. Art. 301. ita effert:

Hæc movet arte latus, tunicifque fluentibus auras
Excipit, extenſos fertque ſuperba pedes.

641. *Dextra latere.*] *Dextro* legendum eſſe, ne admonendi quidem ſumus. REGIUS.

642. *Præter Demetrium.*] *Niſi Demetrium*; Voſſ. prim. tert.

643. *Omnia ſtatura.*] *Omnia quaſi ſtatura*; MS. Bodl. Andr. Ald.

644. *Horum alter.*] *Aliter* quoſdam legiſſe Aſcenſius indicat.

645. *Clauſula ſit.*] *Sit* abeſt a V. C. Alm.

646. *Regnare modum.*] De quo ne notum illud Horatii, *eſt modus in rebus*, &c. repetamus, ſolum hunc Pindari locum ex Olymp. Od. 13. ſubjicere voluimus;

Ἕπεται δ᾽ ἐν ἑκάστῳ μέτρον. Νοῆ-
σαι δὲ καιρὸς ἄριστος.

eſſe, ſed oratorem volo. Quare [647] neque in geſtu perſequemur omnes argutias, nec in loquendo diſtinctionibus, [648] temporibus, affectionibus moleſte utemur; ut ſi ſit in ſcena dicendum:

Quid igitur faciam? non eam, ne nunc quidem,
Cum arceſſor ultro? an potius ita me comparem,
Non perpeti meretricum contumelias?

[649] Hic enim dubitationis moras, vocis flexus, varias manus, diverſos nutus actor adhibebit. Aliud oratio ſapit, nec vult nimium [650] eſſe condita. *Actione* enim conſtat, non imitatione. Quare non immerito reprehenditur [651] pronunciatio vultuoſa, & geſticulationibus moleſta, & vocis mutationibus reſultans. Nec inutiliter ex Græcis veteres tranſtulerunt, quod ab his ſumptum Lenas Popilius poſuit, eſſe hanc [652] *inotioſam actionem*. Optime igitur idem, qui omnia, Cicero præceperat, quæ ſupra [653] ex *Oratore* poſui: quibus ſimilia [654] in *Bruto* de Marco Antonio dicit. Sed jam recepta eſt *actio* [655] paulo [656] agitatior, & exigitur, & quibuſdam partibus convenit: ita tamen temperanda, ne, dum actoris captamus elegantiam, perdamus viri boni & gravis auctoritatem.

Sequitur vero in quolibet modus.
Intelligere vero occaſio eſt optima. ALMEL.

647. *Nec in geſtu.*] *In* deeſt in Obrecht.

648. *Temporis affectationibus.*] *Effictionibus* mihi videtur eſſe legendum, nec ignoro *affectionibus* a quibuſdam legi. REGIUS. *Effictionibus*; Gryph. Vaſcoſ. Steph. Colin. Vidov. *affectibus* vel *affectionibus*; marg. Vaſcoſ. Steph. *affectionibus*; Voſſ. ſec. Leid. Oxon. Obrecht.

649. *Hic enim eſt dubitationes, moras.*] Depravatus hic locus ſic emendari poteſt; *eſt* enim verbum videtur expungendum, & *dubitatione*, litera *s* eraſa, legendum. REGIUS. *Dubitatione*; V. C. Alm. Locat. Colin.

650. *Eſſe condicta.*] *C* litera expuncta, *condita* mihi legendum videtur. REGIUS.

651. *Pronunciatio vultuoſa.*] Vulgo ſolent *vultuoſum* accipere pro triſti & ſevero: attamen apud Ciceronem & Fabium ſignificat crebras vultus mutationes, quales fiunt ab hiſtrionibus. TURNEB.

652. *Inotioſam actionem.*] Videtur Popilius vertiſſe ἄσχολον ὑπόκρισιν, id eſt, *inotioſam actionem*, quæ multis negotiis geſticulandi vultumque fingendi occupatur. TURNEB. Pro *inotioſam* legendum omnino *mocoſam*, ut e codice MS. a Bongarſio commodato emendavit Salmaſius ad Treb. Poll. Gallien. cap. 8. Actio *mocoſa* eſt ἡ μωκώδης, mimica & geſticulatoria. COLOMESIUS. Sed refutavit illam Salmaſii & Colomeſii lectionem Gronovius ad Senecam 1. Natural. quæſtion. 1.

653. *Ex Oratore.*] Cap. 19.

654. *In Bruto*] Cap. 38.

655. *Paulo agitatior.*] *Paulo etiam agitatior*; Obrecht.

656. *Agitatior, &c.*] *Agitatior etiam &c*; Voſſ. ſec. Par. Vaſc. Gryph. Steph. Colin. Vidov. *agitatior etiam exigitur*; Locat. *agitatior & jam ex*; Ald. Baſil.

M. FAB. QUINCTILIANI
DE
INSTITUTIONE
ORATORIA
LIBER DUODECIMUS.

PROOEMIUM.

VENTUM eſt ad partem operis deſtinati longe graviſſimam. Cujus equidem onus ſi tantum opinione prima concipere potuiſſem, quanto me premi ferens ſentio, maturius conſuluiſſem vires meas. [1] Sed initio pudor omittendi, quæ promiſeram, tenuit: mox, quanquam [2] per ſingulas prope partes labor creſceret, ne perderem quæ jam effecta erant, per omnes difficultates animo me ſuſtentavi. Quare nunc quoque, [3] licet major quam unquam moles premat; tamen proſpicienti finem mihi conſtitutum eſt vel deficere potius, quam deſperare. [4] Fefellit autem, quod initium a parvis [5] ceperamus: mox velut aura ſolicitante provecti longius, dum tantum nota illa, & pleriſque artium ſcriptoribus tractata præcipimus, nec adhuc a litore procul videbamur, & multos [6] circa velut iiſdem ſe ventis credere auſos habebamus. [7] Jam cum eloquendi rationem noviſſime repertam, pauciſſimiſque tentatam ingreſſi ſumus, rarus, qui jam procul a portu receſſiſſet, reperiebatur. [8] Poſtquam vero nobis ille, quem inſtituebamus, orator, a dicendi magiſtris dimiſſus, aut ſuo jam impetu fertur, aut [9] majora ſibi auxilia ex ipſis ſapientiæ penetralibus petit; quam in altum [10] ſimus ablati, ſentire cœpimus. Nunc *cœlum undique & undique pontus.* Unum modo in illa immenſa vaſtitate cernere videmur M. Tullium, qui tamen ipſe, quamvis tanta atque [12] ita inſtructa nave hoc mare ingreſſus, contrahit vela, [13] inhibetque remos, & de ipſo demum

Oratorem finiit Cato, *virum bonum dicendi peritum.* Superioribus igitur libris Fabius oratori tribuit dicendi peritiam: hoc libro oratoris mores format, officiaque præſcribit: quo nomine eſt ſummopere commendandus, quia partem ab omnibus prætermiſſam tractavit. TURNEB.

1. *Sed initio.*] Cum propoſuit magnitudinem & difficultatem, attentionem conciliavit: nunc vero cauſſas affert, quamobrem inſtitutum opus non omiſerit; erat enim pollicitus inſtitutionem oratoriam ſuis familiaribus, ut ſcribit in præfatione; & alioqui turpe erat deſiſtere, cum propinquus eſſet finis. TURNEB. *Sed initio pudore omittendi quæ promiſeram, mox,* &c. Obrecht.

2. *Per ſingulas prope partes.*] *Quoque partes:* Locat. Baſil. Steph. Colin. Vidov.

3. *Licet majori, quam unquam mole premar.*] MS. Bodleianus, Aldus, Sichardus, editio Pariſienſis, Vaſcoſanus, & Stephanus, noſtram hanc lectionem confirmant. Quæ quidem cum per ſe elegans eſt & accurata, miror quo conſilio ejecta eſt editione Lugdunenſi, inſerta altera, ſaltem non magis nitida: *Licet major, quam unquam moles premat.* GIBSON. *Major, quam unquam moles premat:* V. C. Alm. Voſſ. omn. Vall. lib. Obrecht. marg. Baſil. niſi quod Voſſ. prim. & tert. pro *unquam*, *antea* habent. Et elegantem hanc quoque lectionem cur repudiemus, non video. Ovid. II. Triſt. 221.

Non ea te moles Romani nominis urget. BURMAN.

4. *Fefellit autem*] Aperit cauſſas erroris, ac reliqua, quæ dixit, a *metaphora* nautica ſunt deſumpta: eſt tamen quibuſdam in partibus *allegoria.* TURNEB.

5. *Cœperamus.*] Citra diphthongum *ceperamus*, mihi legendum videtur, ut intelligatur ſumpſeramus. REGIUS. *Cœperamus:* Voſſ. ſec. Ald. & Obrecht. ſed ſecundis curis emendavit *ceperamus.* BURMAN.

6. *Circa.*] *Circum:* Obrecht.

7. *Jam cum eloquendi.*] Ait rationem eloquendi noviſſime repertam, quia antiqui oratores utebantur oratione horrida, nec in uſu erat compoſitio numeroſa, quæ primum eſt reperta a Thraſymacho & Gorgia, deinde emendata ab Iſocrate. TURNEB.

8. *Poſtquam vero.*] Superioribus libris ea tractavit Fabius, quæ doceri ſolent a rhetoribus: hoc libro, quæ etiam ſtudia ejus eſſe debeant, explicat: docet jus civile diſcendum, philoſophiamque. TURNEB.

9. *Majora ſibi auxilia.*] *Matura ſibi auxilia:* marg. Baſil.

10. *Sumus ablati.*] *Simus* recte legitur. REGIUS.

11. *Nunc cœlum undique.*] Hemiſtichium eſt ex quinto Æneidos, quo ſignificat Virgilius, navem eſſe in medio mari. TURNEBUS. In aliis codicibus Virgilii lib. v. 9. eſt:

——— *Maria undique & undique cœlum.*

12. *Ita inſtructa nave.*] *Tam inſtructa nave:* Obrecht.

13. *Inhibetque remos.*] *Inhibentur remi & naves*, quum non ſolum remi ſuſtinentur, ſed potius navis in contrarium agitur, id eſt, in puppim navigatur. Præterea ſe comparat cum Cicerone, partemque ab eo & ab aliis prætermiſſam ſe tractaturum pollicetur. TURNEBUS. Vide de hac locutione ſummum Gronov. IV. obſ. 26. ubi dubitat, an non *remis* ſit legendum. BURMAN. Cæterum ſi τὸ *remis* legeretur, ſubaudiendum eſſet τὸ *navis*, vel τὸ *navem:* ut ſit plena locutio, *navem remis inhibere*, *navis remis inhibetur.* Id Græci dicunt, πρύμναν κρούεσθαι. CAPPER.

genere dicendi, quo ſit uſurus perfectus orator, ſatis habet dicere. At noſtra temeritas etiam mores ei conabitur dare, & aſſignabit officia. Ita nec antecedentem conſequi poſſumus, & longius eundum eſt, [14] ut res feret. [15] Probabilis tamen cupiditas [16] honeſtorum, & [17] vel tutioris audaciæ eſt tentare, quibus paratior venia eſt.

14. *Ut res feret.*] *Ut res paret;* V. C. Alm. Voſſ. prim. tert. *eundum eſt. Ut res feret: probabilis* &c. ita diſtinguit Locat. & alios feciſſe Aſcenſius indicio eſt: unde Rollinum credo habere, quod velit illa *ut res feret* jungi ſequentibus: ſed male: *velut* non habent Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *vel*; Steph. Vaſc. BURMAN.

15. *Probabilis.*] *Laudabilis* Francius conjiciebat.

16. *Honeſtorum.*] *Honeſtarum;* Voſſ. prim.

17. *Vel tutioris.*] *Velut tutioris;* Obrecht. *Tutioris audaciæ. Relitioris audsentiæ;* V. C. Alm. *tutioris audentiæ;* Voſſ. prim. tert. Obrecht. marg. Steph. Vaſc. *audientæ;* MS. Bodl.

CAPUT PRIMUM.

Non poſſe oratorem eſſe, niſi virum bonum.

SIT ergo nobis orator, [1] quem inſtituimus, is, qui a M. Catone finitur, [2] *vir bonus, dicendi peritus.* Verum id, quod ille poſuit prius, [3] etiam ipſa natura potius ac majus eſt, utique *vir bonus.* [4] Id non eo tantum, quod, ſi vis illa dicendi malitiam inſtruxerit, nihil ſit publicis privatiſque rebus pernicioſius eloquentia; [5] ſed nos quoque ipſi, qui pro virili parte conferre aliquid ad facultatem dicendi conati ſumus, peſſime mereamur de rebus humanis, ſi latroni comparemus hæc arma, non militi. Quid de nobis loquor? Rerum ipſa natura in eo, quod præcipue indulſiſſe homini videtur, [6] quoque nos a cæteris animalibus ſeparaſſe, non parens, ſed noverca fuerit, ſi facultatem dicendi, ſociam ſcelerum, adverſam innocentiæ, hoſtem veritatis invenit. [7] Mutos enim naſci, & egere omni ratione ſatius fuiſſet, quam providentiæ munera in mutuam perniciem convertere. Longius tendit hoc judicium meum. [8] Neque enim tantum id dico, eum, qui ſit orator, virum bonum eſſe oportere; ſed ne futurum quidem oratorem, niſi virum bonum. [9] Nam certe neque intelligentiam conceſſeris iis, qui, propoſita honeſtorum ac turpium via, pejorem ſequi [10] malint; neque prudentiam [11] iis, qui in graviſſimas frequenter legum, ſemper vero malæ conſcientiæ, pœnas a ſemetipſis improviſo rerum exitu [12] induantur. Quod ſi neminem malum eſſe, niſi ſtultum eum-

I.

Cæteri rhetores hanc partem omiſerunt, quia temporibus Socratis a philophia ſeparata fuit eloquentia. Fabius autem philoſophiam moralem conatur oratori aſſerere, quem negat eſſe poſſe ſine morum probitate. TURNEB. Pluribus hac de re diſſerentem & ab ipſo Fabio diſſentientem lege (ſi vacat & lubet) Voſſium in opuſculo *de natura & conſtitutione rhetorices* pagg. 13. 14. 15. 16. ubi ſæpe λογομαχεῖν mihi videtur. CAPPER.

1. *Quem conſtituimus.*] *Inſtituimus* ſcribitur. REGIUS. *Conſtituimus;* V. C. Alm. Voſſ. tert. Bern. Val. lib. quod probat Aſcenſius & explicat, *definimus*; quia jam non de inſtituendo, ſed conſtituendo agit: ſed *inſtituimus* poteſt ſumi in præterito tempore, nempe, in prioribus libris. BURMAN.

2. *Vir bonus dicendi peritus.*] Plato in Gorgia: Τὸν γὰρ μέλλοντα ὀρθῶς ῥητορικὸν ἔσεσθαι, δίκαιον ἄρα δεῖ εἶναι, καὶ ἐπιστήμονα τῶν δικαίων. Cicero pro Cæcina: *Ita bonus & juſtus vir eſt, ut natura, non diſciplina conſultus eſſe videatur; ita peritus ac prudens, ut ex jure civili non ſcientia ſolum quædam, verum etiam bonitas nata videatur.* Gellius lib. XVIII. cap. 5. *Antonius Julianus Rhetor, vir bonus & facundiæ florentis.* Rutilius Numatianus Itinerarii lib. 1.

Hic docuit, qualem poſcat facundia ſedem,
Ut bonus eſſe velit, quiſque diſertus erit.

Plinius Junior lib. IV. Epiſt. 7. *Herennius Senecimi* [illegible] *e Catonis illud de Oratore in hunc e contrario vertit, Orator eſt vir malus dicendi imperitus.* COLOMES.

3. *Etiam ipſa.*] *Etiam* deeſt in V. C. Alm.

4. *Id non eo tantum, quod ſi.*] Hic locus ad ſenſus abſolutionem aut *ſpectat* verbum, aut ſimile deſiderat: *ut* certe, loco illius *quod*, reponendum contenderim, ut legatur: *id non eo tantum, ut ſi vis,* &c. REGIUS. *Id* omittit Steph. *ut ſi;* Baſil.

5. *Sed quoque ipſi.*] *Noſque ipſi*; Voſſ. omn. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *nos quoque;* V. C. Alm.

6. *Nos quoque a cæteris*] Semidocti alicujus temeritate factum eſt, ut hic ſenſus ex aperto & candido obſcurior difficiliorque redderetur. Is enim, quicumque fuerit, putavit, illud *quoque* conjunctionem eſſe, eoque illi pronomini *nos* ſubjiciendam, non animadvertens hoc loco eſſe ablativum, cum illa copula *que* colligatum; ac idcirco ante illud pronomen *nos* collocandum, ut legatur: *quoque nos a cæteris.* REGIUS. *Quo nos;* V. C. Alm. Hic locus tractatus eſt a Fabio lib. II. cap. 17. ubi docet cætera animalia appellari muta: unde & Græci vocant ἄλογα: quanquam hoc alii referunt ad rationis defectum. TURNEB.

7. *Mutos enim.*] *Muta;* Voſſ. prim.

8. *Neque enim.*] Sententiæ hujus eſt ſenſus, nihil eſſe poſſe utilius & honeſtius, quam ſi orator aliquis ſit vir bonus: imo vero, niſi vir bonus fuerit, orator eſſe non poterit. TURNEB.

9. *Nam certe.*] Ratiocinatione utitur, cujus *major* eſt *a repugnantibus, minor a conſequentibus,* & a teſtimonio ſapientum. TURNEB.

10. *Malint.*] *Mallent;* Voſſ. ſecund. tert. *malunt*; Locat. Ald.

11. *Iis, qui in graviſſimas.*] *Iis cum in*; Voſſ. prim. *prudentiam cum in;* Voſſ. ſecund. marg. Baſil. Locat. Obrecht. *prudentiam qui*; Ald. Baſil. Steph. Gryph. Colin. Vidov.

12. *Inducantur.*] *Induantur*; MSS. Alm. Voſſ. omn. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Vidov. Par. & ita veteres editiones habuiſſe, ex Badii notis colligo, qui dubitat utrum rectius *indicantur*, an *inducantur*: certe *indui in laqueos* paſſim occurrit, & hic *induantur* probat Gebhard. ex MSS. Palatinis lib. III. Crepund. 5. & Gronov. ad Senec. Herc. Fur. 1312. Vide ſupra ad lib. V. 7. ubi eadem varietas. BURMAN.

dem, non modo [13] a ſapientibus dicitur, ſed vulgo quoque ſemper eſt creditum; certe [14] non fiet unquam ſtultus, orator. Adde quod ne ſtudio quidem operis pulcherrimi vacare mens, niſi omnibus vitiis libera, poteſt: [15] primum quod in eodem pectore nullum eſt honeſtorum turpiumque [16] conſortium: & cogitare optima ſimul ac deterrima non magis eſt unius animi, quam ejuſdem hominis bonum eſſe ac malum. Tum illa quoque ex cauſſa, quod mentem tantæ rei intentam, [17] vacare omnibus aliis, etiam culpa carentibus, curis oportet. Ita demum enim libera, ac tota, nulla diſtringente atque alio [18] ducente cauſſa, ſpectabit id ſolum, ad quod accingitur. [19] Quod ſi agrorum nimia cura, & ſolicitior rei familiaris diligentia, & venandi voluptas, [20] & dati ſpectaculis dies, multum ſtudiis auferunt ([21] huic enim rei perit tempus, quodcumque alteri datur;) quid putamus facturas cupiditatem, avaritiam, invidiam? quarum impotentiſſimæ cogitationes ſomnos [22] etiam ipſos, & illa [23] per quietem viſa perturbant. Nihil eſt enim tam occupatum, tam multiforme, tot ac tam variis affectibus conciſum atque laceratum, quam mala mens. Nam & cum [24] inſidiatur, ſpe, curis, [25] labore diſtringitur; & jam, cum ſceleris compos fuerit, ſolicitudine, pœnitentia, pœnarum omnium exſpectatione torquetur. Quis inter hæc literis, aut ulli [27] bonæ arti locus? Non hercle magis, quam frugibus [28] in terra ſentibus ac rubis occupata. Age, non ad perferendos ſtudiorum labores neceſſaria frugalitas? [29] Quid ergo ex libidine ac luxuria ſpei? Non præcipue acuit ad cupiditatem literarum amor laudis? [30] Num igitur malis eſſe laudem curæ putamus? Jam hoc quis non videt, maximam partem orationis [31] in tractatu æqui bonique conſiſtere? Dicetne de his ſecundum debitam rerum dignitatem malus atque

13. *A ſapientibus dicitur.*] *Sapientibus dicitur;* V. C. Alm.

14. *Non fiet unquam ſtultus orator.*] Clariori ſenſu dicerent Græci: *ὁ μωρὸς οὔποτε γένοιτο ῥήτωρ: qui ſtultus eſt, is nunquam fiet orator.* CAPPER.

15. *Primum, quod in, &c.*] Argumentum eſt a *contrariis;* etenim contraria in eodem eſſe non poſſunt. Cæterum Chryſippus exiſtimavit animum eſſe in pectore, ideoque ſic locutus eſt Fabius. TURNEB.

16. *Conſortium.*] Senec. de conſt. cap. 5. *Turpitudo introire eo, ubi virtus honeſtumque eſt, non poteſt.* ALMEL. Qui Senecæ verba non tam de ſcripto, quam de memoria retuliſſe mihi viſus eſt. Nam Seneca loco citato ſic habet: *Unum enim malum illi eſt turpitudo, quæ intrare eo, ubi jam virtus honeſtumque eſt, non poteſt.* CAPPER.

17. *Vacare omnibus.*] Conferenda hæc cum illis, quæ lib. x. cap. 3. dixit: *Nam ſi non niſi refecti, non niſi hilares, non niſi aliis omnibus curis vacantes ſtudendum exiſtimaremus, ſemper erit, propter quod nobis ignoſcamus.* ALMEL.

18. *Ducente cauſſa.*] Malebat *cura* Rollinus.

19. *Quod ſi agrorum nimia cura.*] Sic quidem legitur, & recte omnibus fere legi videtur; ſed parum Fabii propoſito nimia agrorum cura convenire videtur; neque enim de ruſticis, ſed de urbanis hic verba fiunt, ac de iis demum, qui arti oratoriæ ſtudent, qui certe in colendis agris minime ſolent occupari: quare, loco *agrorum*, auſim contendere *corporum* eſſe legendum, quamvis nulla mihi exemplaria adſtipulentur. REGIUS. *Corporum nimia cura* legunt Aldus, Sichardus, Pariſienſis editio, Vaſcoſ. Steph. aliæque. Majori certe ratione, quam qua editio Lugdunenſis *agrorum* poſuit; partim quod antiqui illi ſemper mentionem agriculturæ honorificentiorem faciunt, quam ut in ea providenda nimium operæ inſumi poſſe exiſtimarent; partim quod effeminatam corporis curam proba illa ac robuſta ingenia maxime damnarent. GIBSON. *Agrorum* tamen habent MSS. Alm. Voſſ. omn. Locat. Vidov. Obrecht. marg. Baſil. Gryph. Vaſcoſ. Steph. & nos prætulimus; nam agit tantum de iis, quæ tempus ſtudiis auferunt, licet laudabiles ſint occupationes. Si tamen, cum nimiæ ſint, non ſinunt vacare oratoriæ facultati, & etiam viros bonos, ut erant ruſticæ rei dediti, patresfam. venandi ſtudioſos, &c. diſtringunt; quid non facient vitia, *cupiditas*, &c. denique non recte corporis curæ ſubjiceretur diligentia rei familiaris, quæ optime agrorum curæ convenit. BURMAN.

20. *Et dati ſpectaculis dies.*] Quo fit, ut de anguſtia temporis ſemper conqueramur, ut eleganter noſter hoc libro cap. ult. ſed uterentur exemplo Ciceronis, qui de ſe pluribus agit *pro Archia.* cap. 6. ALMEL.

21. *Huic enim rei, &c.*] Alluſio eſt ad apophthegma Plinii: dicebat etiam *omne tempus perire, quod ſtudiis non impenderetur*: eſt autem locus comparationis *a minori.* TURNEB.

22. *Etiam ipſos.*] *Ipſos* non erat in V. C. Alm.

23. *Per quietem viſa.*] Hoc dictum eſt juxta phyſicos; qui talia aiunt eſſe ſomnia, quales fuerint diurnæ cogitationes, phantaſia ſcilicet ſpecies reſervante. TURNEB. Hæc non capio: an cogitationes impotentiſſimæ turbant viſa? Immo contra, viſa turbare ſolent quietem & ſomnos. Quare puto legendum: *ſomnos etiam ipſos, ut illa per quietem viſa, perturbant*: etſi illa minus placeant. Forte ut *mille per quietem viſa.* BURMAN. Qui nodum in ſcirpo quæſiiſſe hic videtur. Putavit ſcilicet τὰ *illa per quietem viſa* in accuſativo eſſe caſu, cum ſint in nominativo, & ita conſtrui debeant: *quarum impotentiſſimæ cogitationes & illa per quietem viſa perturbant ipſos etiam ſomnos.* Nam ex diurnis & ταῖς καθ᾽ ὕπαρ cogitationibus oriuntur τὰ κατ᾽ ὄναρ φαντάσματα, *illa per quietem viſa.* Unde patet quam immerito τὸ *illa* Burmanno diſplicuerit; cum demonſtrativum hujuſmodi pronomen Græcorum articulum τὰ utcumque poſſit exprimere. CAPPER.

24. *Inſidiatur præ curis.*] *Spe*, loco illius præpoſitionis *præ*, eſt legendum. REGIUS. *Præ curis*; Voſſ. ſec. marg. Baſil. *inſidiatur pectori, ſpe, curis*; Obrecht. quod probare certe nequeo, neque malam malam mentem pectori inſidiari recte dici puto: ſed mala mens inſidias meditatur alteri cuicumque, quas dum molitur, ſpe, curis, labore diſtringitur: ubi vero compos eſt ſceleris, torquetur ſolicitudine, &c. BURMAN.

25. *Labore.*] Deerat in V. C. Alm.

26. *Etiam cum ſceleris.*] Eleganter loquendi ratio expoſcit, ut, loco illius *etiam*, hæc copula *&* reponatur, hoc modo: *& cum ſceleris compos.* REGIUS. *Et etiam*; Voſſ. tert. *& cum*; Ald. Colin.

27. *Bonæ arti locus.*] *Bonæ arti cultus;* Colon. Par.

28. *Interea ſentibus.*] *In terra* legendum eſſe, ne quidem admonitione indiget. REGIUS. Solitos librarios ita aberrare patet ex Silii lib. xv. 441. ubi etiam, pro *in terra*, *interea* ediderunt, ut & apud Val. Flac. 1. 452. BURMAN.

29. *Quid igitur.*] *Quid ergo;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

30. *Num igitur malis eſſe laudem curæ putamus?*] *Non igitur*, &c. ſine interrogatione, editio Lugdunenſis. Sed ea lectio, mea quidem ſententia, jejuna eſt, & impetum viresque orationis perdit; neque congruit ei indignationi, qua in pravos mores Fabius plerumque incurrit. Interrogative legunt, *Num igitur*, &c. MS. Bodleianus; Aldus, Sichardus, Pariſienſis editio, Vaſcoſanus, & Stephanus. GIBSON.

31. *In tractatu æqui bonique.*] Et certe orationis τῆς in genere judiciali finis eſt juſtum ac legitimum. Atqui juriſprudentia, ſecundum τοὺς Νομικούς, eſt *ars æqui & boni.* CAPPER.

iniquus?

Iniquus? Denique, ut maximam partem [32] quæſtionis eximam, demus id, quod nullo modo fieri poteſt, idem ingenii, ſtudii, doctrinæ, peſſimo atque optimo viro: uter melior dicetur orator? Nimirum qui homo quoque melior. Non igitur unquam malus idem [33] homo, & perfectus orator. Non enim perfectum eſt quidquam, quo melius eſt aliud. [34] Sed, ne more Socraticorum [35] nobiſmet ipſi reſponſum finxiſſe videamur, [36] ſit aliquis adeo contra veritatem obſtinatus, ut audeat dicere, eodem ingenio, ſtudio, doctrina præditum, [37] nihilo deteriorem futurum oratorem malum virum, quam bonum. Convincamus hujus quoque amentiam. Nam hoc certe nemo [38] dubitabit, omnem [39] oratorem id agere, ut judici, quæ propoſita fuerint, vera & honeſta videantur. Utrum igitur hoc facilius bonus vir perſuadebit, an malus? Bonus quidem & [40] dicet ſæpius vera [41] atque honeſta. [42] Sed etiam ſiquando aliquo ductus officio (quod accidere, ut mox docebimus, poteſt) falſo hæc affirmare conabitur, [43] majore cum fide neceſſe eſt audiatur. At malis hominibus [44] ex contemptu opinionis, & ignorantia recti, nonnunquam excidit ipſa ſimulatio. Inde immodeſte proponunt, [45] ſine pudore affirmant. Sequitur in iis, quæ certum eſt effici non poſſe, deformis pertinacia, & irritus labor. Nam ſicut in vita, [46] ita in *cauſſis* quoque, ſpes improbas habent. Frequenter autem accidit, ut his etiam vera dicentibus fides deſit, [47] videaturque talis advocatus, malæ [48] *cauſſæ* argumentum. Nunc de iis dicendum eſt, quæ mihi quaſi conſpiratione quadam vulgi reclamari videntur. *Orator ergo Demoſthenes non fuit?* [49] atqui malum virum accepimus. *Non Cicero?* [50] atqui hujus quoque mores multi reprehenderunt. Quid agam? magna reſponſi invidia [51] ſubeunda eſt, mitigandæ ſunt prius aures. [52] Mihi enim nec Demoſthenes tam gravi morum dignus videtur invidia, ut omnia, quæ in eum ab inimicis congeſta ſunt, credam; cum [53] & pulcherrima ejus in republica conſilia, [54] & finem vitæ clarum legam. Nec Marco Tullio defuiſſe video in ulla parte civis optimi voluntatem. Teſtimonio eſt actus nobiliſſime conſulatus; integerrime provincia adminiſtrata; [55] & repudiatus vigintiviratus; & civilibus bellis, quæ in ætatem ejus graviſſima inciderunt, neque ſpe neque metu declinatus animus, quo minus optimis ſe [56] partibus, id eſt, reipublicæ, jungeret. Parum fortis videtur quibuſdam, quibus optime reſpondit ipſe, *Non ſe timidum in ſuſcipiendis, ſed in providendis periculis:* quod probavit morte quoque ipſa, quam [57] præſtantiſſimo ſuſcepit animo. Quod ſi defuit his viris ſumma virtus, [58] ſic quærentibus, an oratores fuerint, reſpondebo, quomodo Stoïci, [59] ſi interro-

32. *Quæſtionis eximiam.*] Sic quidem legitur, ſed, *i* vocali eraſa, *eximam* ut legatur, ſenſus expoſcit. REGIUS. *Eximiam;* Voſſ. ſec.

33. *Homo &c.*] *Homo erit, &c;* Obrecht.

34. *Sed ne more Socrat.*] Socratici philoſophi, ut Plato & Xenophon, dialogos ſcribere ſolent, & eas perſonas, quibuſcum loquuntur, inducunt ea dicentes nonnunquam, quæ non ſit difficile refutare, ac ſæpenumero *inductionibus* eum, quem alloquuntur, ſolent decipere. TURNEB.

35. *Nobiſmet ipſis.*] *Nobiſmet ipſi;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. & Vallæ lib.

36. *Sit aliquis.*] *Si ſit aliquis;* Ald.

37. *Nihilo deteriorem oratorem malum virum, &c.*] Longe clarior eſſet Græca locutio: οὐ χείρω ῥήτορα ἔσεσθαι τὸν κακὸν, ἢ τὸν ἀγαθόν: *non deteriorem oratorem fore illum, qui ſit malus vir, quam qui ſit bonus.* CAPPER.

38. *Dubitabit.*] *Dubitavit* V. C. Alm.

39. *Oratorem.*] *Orationem;* marg. Baſil.

40. *Dicet.*] *Dicit;* Obrecht.

41. *Atque honeſta. Sed etiam.*] Francius ita diſtinguebat & legebat; *atque honeſta etiam. Si quando.*

42. *Sed etiam ſi quando.*] Fabius hoc libro docebit, nonnunquam ab oratore, id eſt, viro bono, turpia defendi; ſed tum, cum magna officii aut Reipub. ratione ducetur. TURNEB.

43. *Majore cum fide.*] Sic Ariſtoteles, cum tractat de probationibus *ethicis*, ait *mores præcipuam facere fidem.* TURNEB.

44. *Ex conceptu opinionis.*] Recte quidam legunt *contemptu;* mali enim negligunt hominum de ſe opinionem. REGIUS. *Ex conceptu;* Locat. Ald. marg. Gryph. Colin.

45. *Sine pudore affirmant.*] *Sine pondere;* Andr.

46. *Ita in cauſſis.*] *Ita* defuit in V. C. Alm.

47. *Videaturque talis advoc.*] Sic Pollio pro Urbiniæ heredibus adverſarii *cauſſam* malam eſſe dixit, quod defenderetur a Labieno: auctor Fabius lib. IV. TURNEB.

48. *Cauſſæ augmentum.*] *Argumentum* ſenſus expoſcit. REGIUS.

49. *Atqui malum virum accepimus.*] *Virum* non habet Steph.

50. *Atque hujus mores.*] *Atqui* legendum eſt. REGIUS.

51. *Subeunda eſt.*] *Eſt* non habent Locat. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

52. *Mihi enim nec.*] Illa particula *enim* expungenda videtur. REGIUS.

53. *Et pulcherrima.*] *Et* deeſt in V. C. Alm.

54. *Et finem vitæ clarum.*] Poſt mortem Alexandri, cum imperaret Macedoniæ Antipater, ac Demoſthenem, qui rebus Macedonum ſemper adverſus fuerat, in quodam templo concluſiſſet, Demoſthenes venenum, quod ſub gemma annuli habebat, hauſit, ſicque mortuus eſt. TURNEB.

55. *Et repudiatus vigintiviratus.*] Mortuo Cæſare, quidam dicebant immutandum Reip. ſtatum, faciendamque *Ariſtocratiam*, ac eligendos viginti viros, qui Remp. gubernarent: quod Cicero diſſuaſit, quum alioqui in *viginti* numeraretur. TURNEB. Pudet certe talia ſub Turnebi nomine prodire; cum certe ille minime ignoraverit, agi de Vigintiviris agro Campano dividundo, inter quos eſſe noluit Cicero; ut ex Dione & aliis docet Fabricius in Hiſtoria Ciceronis ad A. U. C. DCXCIV. ubi recte hunc Quinctiliani locum laudat; & Aſcenſius ex loco Ciceronis ad Atticum IX. ep. 2. indicaverat jam, ſed obſcurius. BURMAN.

56. *Partibus id eſt reip.*] *Optimis partibus reipub. ſe jungeret;* Locat. *optimis, id eſt reipub. ſe jungeret;* Baſil. Colin.

57. *Præſtantiſſimo.*] Mallem, ſi per libros liceret, cum Francio *præſentiſſimo*, ut ſupra jam lib. VI. cap. 4. & lib. II. 13. indicavimus; licet etiam hoc libro 14. *animi præſtantiam* dicat, ubi etiam *præſentiam* præferrem; ſæpiſſime enim has confuderunt librarii voces: ita apud Valer. Max. II. VI. 11. *animi præſtantia*, ubi alii codices *præſentia:* ut & paſſim apud alios. Vide Ovid. XIII. Metam. 757 Virgil. XII. 152. quam præſenti vero animo cervicem jugulandam præbuerit, videri poteſt apud Fabricium in Ciceronis hiſtoria ſub finem. BURMAN.

58. *Sic quærentibus.*] *Hic* malebat Francius.

59. *Si interrogarentur.*] *Interrogemur* eſt legendum. REGIUS. *Interrogarentur;* Locat.

gentur, an ſapiens Zeno, an Cleanthes, [60] an Chryſippus, reſpondeant, magnos quidem illos ac venerabiles; non tamen id, quod natura hominis ſummum habet, conſecutos. [61] Nam & Pythagoras, [62] non *ſapientem* ſe, ut qui ante eum fuerunt, ſed *ſtudioſum ſapientiæ* vocari voluit. Ego tamen ſecundum communem loquendi conſuetudinem ſæpe dixi, dicamque, perfectum oratorem eſſe Ciceronem, ut amicos & bonos viros, & [63] prudentiſſimos dicimus vulgo, quorum nihil niſi perfecte ſapienti datur. [64] Sed cum proprie, & ad legem ipſam veritatis loquendum erit, eum quæram oratorem, quem & ille [65] quærebat. Quanquam enim ſtetiſſe ipſum in [66] faſtigio eloquentiæ fateor, [67] ac vix, quid [68] adjici potuerit, invenio, fortaſſe inventurus, [69] quod adhuc abſciſſurum putem fuiſſe (nam fere ſic docti judicaverunt, plurimum in eo virtutum, nonnihil fuiſſe vitiorum; & ſe ipſe multa [70] ex illa juvenili abundantia coërcuiſſe teſtatur;) tamen quando nec ſapientis ſibi nomen, minime ſui contemptor, aſſeruit, & melius dicere, certe data [71] longiore vita, & ætate ad componendum ſecuriore, potuiſſet; non maligne crediderim, defuiſſe ei ſummam illam, ad quam nemo propius acceſſit. Et licebat, [72] ſi aliter ſentirem, fortius [73] id & liberius defendere. [74] An vero M. Antonius neminem a ſe viſum eloquentem, quod tanto minus erat, profeſſus eſt; ipſe etiam M. Tullius [75] quærit adhuc eum, & tantum imaginatur ac fingit; ego non audeam dicere, aliquid in hac, quæ ſupereſt, [76] æternitate inveniri poſſe, eo, quod fuerit, perfectius? Tranſeo illos, qui Ciceroni ac Demoſtheni ne in eloquentia quidem ſatis tribuunt: quanquam neque ipſi Ciceroni Demoſthenes [77] videatur ſatis eſſe perfectus, quem *dormitare* interim dicit; [78] nec Cicero Bruto Calvoque, qui certe compoſitionem illius etiam apud ipſum reprehendunt; [79] nec Aſinio utrique, qui vitia orationis ejus etiam inimice [80] pluribus in locis inſequuntur. Concedamus ſane (quod minime natura [81] patiatur) repertum eſſe aliquem malum virum, ſumme diſertum: nihilo tamen minus oratorem eum negabo. Nam nec omnibus, qui fuerint manu prompti, viri fortis nomen conceſſerim, quia ſine virtute intelligi non poteſt fortitudo. An ei, qui ad defendendas *cauſſas* advocatur, non eſt opus fide, quam nec cupiditas corrumpat, nec [82] gratia avertat, nec metus frangat; ſed proditorem, transfugam, prævaricatorem donabimus oratoris illo ſacro nomine? Quod ſi mediocribus etiam patronis convenit hæc, quæ vulgo dicitur, *bonitas*; cur non orator ille, qui nondum fuit,

60. *An Chryſippus.*] *An Chryſippus: ipſi reſpondeant;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Par. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

61. *Nam & Pythagoras.*] Cum ante Pythagoram arroganti nomine plerique *σοφοὶ*, id eſt, *ſapientes*, nominarentur; Pythagoras Leonti Phliaſiorum tyranno dixit ſe Philoſophum, id eſt, *ſapientiæ ſtudioſum* eſſe: inde invaluit, ut reliqui philoſophi appellarentur. TURNEB. Vide quæ habet Menag. in obſer. ad Laërt. pag. 5. edit. Lond. ALMEL. Cicero v. Tuſc. 3.

62. *Non ſapientem . . . . . ſed ſtudioſum ſapientiæ*] Οὐ σοφὸν, ἀλλὰ φιλόσοφον. CAPPER. *Et ceteri qui ante eum.*] *Ut* loco illius *&* reponatur, hoc modo, *ut ceteri.* REGIUS. *Ceteri* nullus fere codex agnoſcit. BURMAN.

63. *Prudentiſſimos.*] *Prudentiſſime*; V. C. Alm. Gallæus volebat, *ut amicos & bonos viros & prudentes dicimus vulgo perfectos, quorum*, &c. ut *perfectos* a librariis propter repetitam bis vocem ſit omiſſum, & ex *prudentes*; pro *prudentes*, factum ſit *prudentiſſimos.*

64. *Sed cum proprie.*] Nam in *Oratore* ad Brutum Cicero adhuc quærit oratorem perfectum, nec ullum fuiſſe putat. TURNEB.

65. *Quærebat.*] Non habet hanc vocem Obrecht.

66. *Faſtigio eloquentiæ.*] *Eloquentiæ* deerat in V. C. Alm.

67. *Ac vix quid adjici.*] Sic Fabius VI. ait in Cicerone potius reperiri poſſe, quod detrahatur, quam quod adjiciatur. TURNEB.

68. *Adjici poterit.*] *Potuerit* emendate legitur. REGIUS.

69. *Quod adhuc.*] *Quid;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. tert. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

70. *Ex illa juvenili.*] *Illa* deeſt in V. C. Alm.

71. *Longiore vita, ætate ad componendum ſecuriore.*] Pro *ſecuriore* ſi legeretur *ſeveriore*, ſenſui fortaſſe magis conveniret. REGIUS. *Ætate ad componendum ſeveriore*, eleganter de Cicerone dictum, qui a nonnullis propter nimiam abundantiam reprehenditur. Et fatetur Quinctilianus, plurima eum melius fuiſſe dicturum, ſi *ætate ſeveriore* (qua ſcilicet ubertas illius immortalis paulum coërceretur) ſcripſiſſet. Lectionem igitur hanc merito ſuffeciſſe me arbitror in locum illius, *ætate ad componendum ſecuriore*, impulſum auctoritate optimorum codicum. GIBSON. *Longiora vi & tempore ad comp. ſecuriore;* V. C. Alm. *longiore vita & ſe ad componendum ſecuriore*; Voſſ. ſec. *longiore vita & ætate a. c. ſeveriore*; Ald. *longiore vita ætate a. c. ſecuriore*; Locat. Ego ex veſtigiis Almel. codicis legerem *data longiore vita & tempore ad componendum ſecuriore*; quia turbulentiſſimis temporibus vixit, quibus ſecurum vix erat eloquentiæ vires exſerere, ut expertus eſt propter Philippicas ſuas Cicero: poſſet & ex Voſſiani codicis veſtigiis legi, *& ſeculo ad componendum ſecuriore*, quod gloſſator expoſuit per *ætate*. BURMAN. In edit. Obrecht. legitur *ſeveriore.*

72. *Si aliter ſentirem.*] *Si aliud*; Locat. Par. Vaſc. Steph. Colin. Vidov.

73. *Id & liberius.*] *Id liberiuſque*; V. C. Alm. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

74. *An vero M. Antonium.*] Nam in libro quodam ſcripſit Antonius, *multos ſe vidiſſe diſertos, eloquentem neminem*: poſſet tamen aliquis eloquens eſſe, qui non eſſet perfectus orator. TURNEB. Cicero *Orat.* 5.

75. *Quærit adhuc.*] Cicero *Orat.* 2. & III. *de Orat.* 22. & ſeqq.

76. *Æternitate.*] *Æternitatem*; Obrecht.

77. *Videatur ſatis eſſe.*] *Videatur eſſe*; Obrecht.

78. *Nec Cicero Bruto.*] Nam Brutus in epiſtola ad Ciceronem, Ciceronem appellat *fractum & elumbem*; Calvus autem *diſſolutum & enervem.* Auctor Tacitus in dialogo. TURNEB. Sed illum de Oratoribus dialogum Tacito jampridem abjudicarunt naſutiores critici. CAPPER.

79. *Nec Aſinio utique.*] *Utrique* legitur recte, & *inſequuntur*, pro illo *conſequuntur.* REGIUS. *Utique & conſequitur*; Locat. *Aſinio.* Aſinius Pollio in multis Ciceronem reprehendit: ejus filius librum compoſuit, quo patrem ſuum eloquentiorem eſſe Cicerone oſtendit. Auctor Cæcilius in epiſtolis. TURNEB.

80. *Pluribus locis.*] *Pluribus in locis*; MSS. Colb. Voſſ. prim. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Par.

81. *Patiatur.*] *Patitur*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

82. *Gratia avertat.*] *Gratia vertat*; V. C. Alm.

ſed poteſt eſſe, tam ſit moribus, quam dicendi virtute perfectus? [83] Non enim forenſem quamdam inſtituimus operam, nec mercenariam vocem, [84] nec (ut aſperioribus verbis parcamus) non inutilem ſane [85] litium advocatum, quem denique *cauſſidicum* vulgo vocant; ſed virum, cum ingenii natura præſtantem, tum vero tot pulcherrimas artes penitus mente complexum, datum tandem rebus humanis, qualem nulla antea vetuſtas cognoverit, ſingularem, perfectumque undique, optima ſentientem, optimeque dicentem. [86] In hoc quota pars erit, quod aut innocentes tuebitur, aut improborum ſcelera compeſcet, aut in pecuniariis quæſtionibus veritati contra calumniam [87] aderit? [88] Summus ille quidem in his quoque operibus fuerit, ſed in majoribus clarius elucebit, cum regenda ſenatus conſilia, & popularis error ad meliora ducendus. [89] An non talem quemdam videtur finxiſſe Virgilius, quem in ſeditione vulgi, jam faces & ſaxa jaculantis, [90] moderatorem dedit?

> [91] *Tum pietate gravem ac meritis ſi forte virum quem*
> *Conſpexere, ſilent, arrectiſque auribus adſtant.*

Habemus igitur ante omnia *virum bonum*; [92] poſt hæc adjecit *dicendi peritum*:

> *Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.*

[93] Quid? non in bellis quoque idem ille vir, quem inſtituimus, ſi ſit ad prœlium miles cohortandus, ex mediis ſapientiæ præceptis orationem trahet? Nam quomodo pugnam ineuntibus, tot ſimul metus laboris, [94] doloris, poſtremo mortis ipſius exciderint, niſi in eorum locum pietas, & fortitudo, [95] & honeſti præſens imago ſucceſſerit? Quæ certe melius perſuadebit aliis, qui prius perſuaſerit ſibi. Prodit enim ſe, quamlibet cuſtodiatur, ſimulatio: nec unquam tanta fuerit [96] eloquendi facultas, ut non titubet ac hæreat, quoties ab animo verba diſſentiunt. Vir autem malus aliud dicat neceſſe eſt, quam ſentit. Bonos nunquam honeſtus ſermo deficiet, nunquam rerum optimarum (nam iidem etiam prudentes erunt) [97] inventio: quæ etiam ſi lenociniis deſtituta ſit, ſatis tamen natura ſua ornatur: nec quidquam non diſerte, quod honeſte, dicitur. Quare juventus, immo omnis ætas ([98] neque enim rectæ voluntati ſerum eſt tempus ullum) totis mentibus huc tendamus, in [99] hoc elaboremus: forſan & conſummare contingat. Nam, ſi natura non prohibet, & eſſe virum bonum, [100] & eſſe dicendi peritum, cur non aliquis etiam unus utrumque [101] conſequi poſſit? cur autem non ſe quiſque ſperet fore illum aliquem? Ad quod ſi vires ingenii [102] non ſuffecerint, tamen ad quem uſque modum proceſſerimus, meliores erimus ex utroque. [103] Hoc certe prorſus eximatur animo, rerum pulcherrimam eloquentiam cum vitiis

83. *Non enim forenſem.*] Appellat *forenſem operam*, cauſſidicum vulgarem & formularium, qui ſæpenumero verſatur in foro. TURNEB.

84. *Nec (ut aſperioribus, &c.*] *Rabulam* voluit dicere, qua ex *cauſſis* proverbio circumferebatur, *canina eloquentia*; quia nonnulli in foro rixari ſolebant, & optimum quemque allatrare. Poteſt etiam referri ad calumniatores & prævaricatores. TURNEB. Francius volebat, *& (ut a. v. p.) non inutilem.*

85. *Litium advocatum.*] Tacitus in dialogo auctores *cauſſarum* ſuo tempore appellatos fuiſſe ait *advocatos* & *cauſſidicos*: ita nomen *oratoris* dumtaxat dabatur eximiis patronis. TURNEB. Quid *cauſſidici* differant ab oratoribus, vide ad Petron. cap. XLVI. BURMAN.

86. *In hoc quota pars erit.*] Antea dixit in mediocribus patronis deſiderari bonitatem: nunc vero docet longe majores eſſe virtutes perfecti oratoris. TURNEB.

87. *Addiderit.*] Tribus literis eraſis *aderit* manifeſte legendum eſt cum interrogatione. REGIUS.

88. *Summis.*] *Summus* legendum eſſe, nemo non videt. REGIUS.

89. *An non talem.*] Hac ſimilitudine Virgilius eſt ſequutus Catonis definitionem; nam initio oratorem virum eſſe bonum ſignificavit, deinde adjecit dicendi peritiam. TURNEB.

90. *Moderatorem dedit.*] *Moderatorem dedit animi*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov.

91. *Tum pietate.*] Virg. 1. Æneid. 155.

92. *Poſt hac adjecit.*] *Poſt hoc*; Ald.

93. *Et quid non.*] *Et* copula, ut redundans, videtur expungenda. REGIUS.

94. *Doloris.*] *Dolorum*; Voſſ. ſec. tert.

95. *Et honeſti patris imago.*] Caſtigate in quibuſdam exemplaribus, loco *patris*, legitur *præſens imago*. REGIUS.

96. *Eloquendi facultas.*] *Loquendi*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. tert. Obrecht.

97. *Inventioque, etiam ſi lenocinii deſtituta ſit.*] *Lenociniis* quidem emendate in quibuſdam legitur exemplaribus; ſed fœdiora inſunt in hoc loco flagitia, quæ, niſi tollantur, & ſenſum & Fabii elegantiam penitus confundent. Unius autem particulæ emendatione totus illuſtratur hic locus; *que* enim copula in *quæ* relativum eſt convertenda, ſicque diſtinctiones adhibendæ, ut intelligamus, rerum optimarum inventionem nunquam viris bonis defuturam, hoc modo: *Nunquam rerum optimarum (nam iidem etiam prudentes erunt) inventio, quæ etiamſi lenociniis deſtituta ſit.* REGIUS. *Inventioque*; Voſſ. ſec.

98. *Neque enim recta voluntati.*] Ferme eadem ſunt verba Cypriani in tractatu ad Demetrianum: *In iſto adhuc mundo manenti pœnitentia nulla ſera eſt.* ALMEL.

99. *In hac elaboremus.*] *A* vocali in *o* mutata, *hoc* legatur. REGIUS. *In hec*; V. C. Alm. *in hac*; Voſſ. ſec. dubium eſt, an *in hoc* ſit accuſativi, an ablativi caſus. Certe Senec. Ep. 108. dixit *in rem unam laboremus.* Cicero quidem lib. v. ad fam. 12. dixit *in eo genere laborarunt*: ſed ibi diverſus paulo ſenſus. BURMAN.

100. *Et eſſe dicendi peritum.*] Illud alterum *eſſe* mihi redundare videtur; ſufficit enim prius, ſi ante illam *&* copulam collocetur, hoc modo, *eſſe & bonum virum & dicendi peritum.* REGIUS. Auſcultavit Rgio Aldus, qui *& dicendi peritum* edidit.

101. *Conſequi poſſet.*] *Poſſit* recte legitur. REGIUS.

102. *Non ſuffecerint.*] *Non ſufficerent*; V. C. Alm. & mox ad *quem modum.*

103. *Hoc certe procul eximatur animorum pulcherrimam eloquentiam.*] Depravatus hic locus ſic mihi videtur corrigendus, ut, non *procul*, ſed *prorſus*, & *animo*, loco *animorum* legatur, & *rerum* adſcribatur hoc modo: *Hoc certe prorſus*

mentis poſſe miſceri. [104] Facultas dicendi, ſi in malos incidit, & ipſa judicanda eſt malum; pejores enim illos facit, quibus contingit. [105] Videor mihi audire quoſdam (nec enim deerunt unquam, qui diſerti eſſe, quam boni malint) illa dicentes: Quid ergo tantum eſt artis in eloquentia? cur tu de coloribus, & difficilium *cauſſarum* defenſione, nonnihil etiam [106] de confeſſo loquutus es, niſi aliquando vis & facultas dicendi expugnat ipſam veritatem? Bonus enim vir non agit niſi bonas *cauſſas*: eas porro etiam ſine doctrina ſatis per ſe [107] tuetur veritas ipſa. Quibus ego, cum de meo primum opere reſpondero, etiam pro boni viri officio, ſiquando eum ad defenſionem nocentium ratio duxerit, ſatisfaciam. [108] Pertractare enim, quo modo aut pro falſis, aut etiam pro injuſtis aliquando dicatur, non eſt inutile, vel propter hoc ſolum, ut ea facilius & deprehendamus, & refellamus, quemadmodum remedia melius adhibebit, cui nota, quæ nocent, fuerint. [109] Neque enim Academici, cum [110] in utramque diſſerunt partem, non ſecundum alteram vivunt. [111] Neque Carneades ille, qui Romæ, audiente Cenſorio Catone, non minoribus viribus contra juſtitiam dicitur diſſeruiſſe, quam pridie pro juſtitia dixerat, injuſtus ipſe vir fuit. [112] Verum &, virtus quid ſit, adverſa ei malitia detegit: & æquitas fit ex iniqui contemplatione manifeſtior, & [113] plurima contrariis probantur. Debent ergo oratori ſic eſſe adverſariorum nota conſilia, ut hoſtium imperatori. Verum & illud, quod prima propoſitione durum videtur, [114] poteſt afferre ratio, [115] ut vir bonus in defenſione *cauſſæ* velit auferre aliquando judici veritatem. [116] Quod ſi quis a me proponi mirabitur, (quanquam non eſt hæc mea proprie ſententia, ſed eorum, quos graviſſimos ſapientiæ magiſtros ætas vetus credidit) ſic judicet, pleraque eſſe, quæ non tam factis, quam cauſſis eorum, vel honeſta fiant, vel turpia. Nam ſi hominem occidere, ſæpe virtus, liberos necare, nonnunquam pulcherrimum eſt, [117] aſperiora quædam adhuc dictu, ſi communis utilitas exegerit, facere conceditur. [118] Ne hoc quidem nudum eſt intuendum, qualem *cauſſam* vir bonus, ſed etiam quare, & qua mente defendat. [119] Ac primum concedant mihi omnes oportet, quod Stoïcorum quoque aſperrimi confitentur, facturum aliquando bonum virum, ut mendacium dicat,

ſus eximatur animo rerum pulcherrimam eloquentiam; ex ſententia namque Euripidis eloquentiam *rerum humanarum reginam* quoque appellavit Fabius. REGIUS. *Hoc certe procul;* MSS. Alm. *hoc etiam prorſus*; Ald. marg. Baſil. Voſſ. omn. *animo pulcherrimam;* Ald.

104. *Facultas dicendi.*] Fabius lib. 11. multis argumentis probabat, rhetoricam non eſſe *cacotechniam*: quod tamen multi aſſerebant, quia pleroſque videbant abutentes eloquentia ad perniciem aliorum. TURNEB.

105. *Videor mihi.*] Graviſſima quæſtio exoritur, cujus meminit Fabius in cap. *de deliberativo genere*, an orator oppugnare debeat aliquando veritatem; eſt enim viri boni, veritatem colere, cujus eſt ſimplex oratio. Præterea Fabius præcepit de *coloribus* in cap. *de narratione*. Sunt autem veriſimiles alicujus rei turpis aut inhoneſtæ cauſſæ: præcipit de *cauſſis* difficilibus, quæ omnino nobis contrariæ ſunt, ut adverſarius melius habere jus videatur. Hæc pertinent ad oppugnationem veritatis, ſuntque contra juſtitiam. TURNEB.

106. *De confeſſo.*] Supple *crimine*, *peccato*, &c. quomodo videlicet id excuſari poſſit. CAPPER.

107. *Tuetur.*] *Tuebitur;* Voſſ. tert.

108. *Pertractare enim.*] Contrarium perfecte cognoſci non poteſt ſine ſuo contrario, ut virtus ſine vitio: igitur in præceptis de his coloribus agendum fuit quoque de oppugnatione veritatis, cognitionis cauſſa, non uſu. TURNEB. *Tractare;* V. C. Alm. protractare cod. Bern. In relatis Turnebiani verbis, pro τῷ *uſu*, legendum videtur *uſus*, ut ſit, *non uſus cauſſa*. CAPPER.

109. *Neque enim Academici.*] Academicorum eſt, de propoſito dogmate in utramque partem diſſerere: itaque cum diſputant pro virtute & contra virtutem, dumtaxat tamen ſecundum virtutem vivunt. TURNEB. *Neque Academici*; Voſſ. tert.

110. *In utramque dixerunt.*] *Diſſerunt*, id eſt, diſputant, legatur. REGIUS.

111. *Neque Carneades.*] Athenienſes tres philoſophos miſerunt legatos Romam, Clitomachum Peripateticum, Diogenem Stoicum, Carneadem Academicum, cujus in dicendo copia maxima fuit. TURNEB. de Carneade vid. Philoſt. lib. 1. vit. Sophiſt. ALMEL.

112. *Verum & virtus, &c.*] Cicero IV. Tuſcul. 15. *Hujus virtutis contraria eſt vitioſitas; ſic enim malo quam malitiam appellare eam, quam Græci* κακίαν *appellant. Nam malitia certi cujuſdam vitii nomen eſt, vitioſitas omnium:* uſi tamen ſunt, Salluſt. Liv. Plaut. Seneca. Cicero ipſe 1. de Legib. *Paſſerat.* PITHOEUS.

113. *Plurima contrariis probantur.*] Eſt unum ex axiomatibus philoſophicis, *contraria juxta ſe poſita eluceſcere:* ſed noſter magis ſpecifice *probantur* dicit, id eſt, experimentum fit rebus contrariis, quæ & medicorum regula (licet aliquando exceptionem patiatur) ſecundum præcepta magni Hippocratis. Vide Aphor. XXII. ſec. II. XLVIII. & L. ſec. 5. Aph. XIX. & de locis in homine LI. ALMELOV.

114. *Poteſt afferre ratio.*] *Poteſt eſſe ratio;* Baſil. Gallæus volebat: *poteſt ferre ratio*, ut in fine capitis: *ut res feret.*

115. *Ut vir bonus in defenſione cauſſæ velit auferre aliquando judici veritatem.*] Editio Lugdunenſis, *afferre;* contra mentem Quinctiliani. Hoc enim in loco confirmat, quod ſuperius poſuit, poſſe virum bonum aliquando malæ *cauſſæ* defenſionem ſuſcipere, adeoque, cum utilitas publica poſtulat, *auferre judici veritatem.* GIBSON. Eleganter vim hujus verbi *auferre* illuſtravit ſummus Gronov. ad Liv. VI. 15. ut enim præſtigiatores auferunt ſolertia ſua oculos ſpectantium, ita orator aufert veritatem judici. BURMAN.

116. *Quod ſi quis a me.*] Quemadmodum docet Cicero in *Paradoxis*, cum probat æqualia eſſe peccata, non tam facta expendenda eſſe, quam factorum cauſſas (nam cauſſæ bonum aut malum facinus efficiunt;) idem hic quoque Fabius tradit, non expendendum eſſe, an dicat contra veritatem orator, ſed qua de cauſſa contra veritatem dicat. TURNEB.

117. *Aſperiora quædam adhuc.*] *Aſperiora adhuc;* edit. Obrecht.

118. *Ne hoc quidem nondum eſt intuendum.*] *Nudum* in quibuſdam exemplaribus emendate legitur, pro illo *nondum*. REGIUS. *Ne hoc quidem nudum eſt;* Voſſ. prim. *ne hoc quidem nudum;* Voſſ. tert. utrcque omiſſo *intuendum*. BURM.

119. *Ac primum.*] Cum juſtæ ſunt *cauſſæ*, interdum eſt mentiendum: in qua opinione Plato eſt in Hippia. Hoc tamen inter theologos eſt controverſum; mentiendum enim negat Auguſtinus; Ambroſius & Chryſoſtomus videntur innuere, quoddam mendacium non eſſe in vitio. Hujus loci meminit Fabius lib. 12. cap. 17. TURNEB. Apud quem, pro τῷ *Hippia*, legebatur *Lyſia:* neque hunc errorem Burmannus emendaverat. Cæterum de hac Fabii opinione vide quæ ſupra notavimus ad cap. 17. lib. 12. CAPPER.

& quidem nonnunquam levioribus cauſſis ; [120] uti pueris ægrotantibus, utilitatis eorum gratia, multa [121] non facturi promittimus: [122] nedum ſi ab homine occidendo graſſator avertendus ſit, aut hoſtis pro ſalute patriæ fallendus: ut hoc, quod alias in ſervis quoque reprehendendum eſt, ſit alias in ipſo ſapiente laudandum. Id ſi conſtiterit, multa jam video poſſe evenire, propter quæ orator bene ſuſcipiat tale *cauſſæ* genus, quale, remota ratione honeſta, [123] non ſuſcepiſſet. [124] Nec hoc dico, quia ſeveriores ſequi placet leges pro patre, fratre, amico periclitantibus: tametſi non mediocris hæſitatio eſt, hinc juſtitiæ propoſita [125] imagine, inde pietatis, nihil dubii relinquamus. Sit aliquis inſidiatus tyranno, atque ob id reus; utrumne ſalvum cum nolet is, qui a nobis finitur, orator? an ſi tuendum ſuſceperit, non tam falſis defendet, quam qui apud judices malam *cauſſam* tuetur? Quid? ſi quædam bene facta damnaturus eſt judex, niſi ea non eſſe facta convicerimus, non vel hoc modo ſervabit orator non innocentem modo, ſed etiam laudabilem civem? [126] Quid? ſi quædam juſta natura, ſed conditione temporum [127] inutilia civitati ſciemus; nonne utemur arte dicendi, bona quidem, ſed malis artibus [128] ſimillima? [129] Ad hoc nemo dubitabit, [130] quin, ſi nocentes mutari in bonam mentem aliquo modo poſſint, ſicut [131] poſſe interdum conceditur, ſalvos [132] eſſe eos magis e republica ſit, quam puniri. Si liqueat igitur oratori, futurum bonum virum, [133] cui vera objicientur; non id aget, ut ſalvus ſit? Da nunc, ut crimine manifeſto premarur dux bonus, & ſine quo [134] vincere honeſte civitas non poſſit; nonne ei [135] communis utilitas oratorem advocabit? [136] Certe Fabricius Cornelium Rufinum, [137] alioqui & malum civem, & ſibi inimicum, tamen, quia utilem ſciebat ducem, imminente bello palam conſulem ſuffragio ſuo fecit; [138] atque id mirantibus quibuſdam reſpondit, *A cive ſe ſpoliari malle, quam ab hoſte venire.* Ita hic, ſi fuiſſet orator, non defendiſſet eumdem Rufinum vel manifeſti peculatus reum? Multa dici poſſunt ſimilia, ſed vel unum [139] ex his quodlibet ſufficit. Non enim hoc agimus, ut iſtud illi, quem formamus, viro ſæpe ſit faciendum; ſed ut, ſi talis coëgerit ratio, ſit tamen vera finitio, *Oratorem eſſe virum bonum, dicendi peritum.* [140] Præcipere vero ac diſcere quomodo etiam probatione [141] difficilia tractentur, [142] neceſſarium eſt. Nam frequenter

120. *Ut in pueris.*] *Uti pueris*; Obrecht.

121. *Non facturi promittimus.*] *Non facturi pronunciamus*; marg. Baſil.

122. *Nedum ſi.*] Hoc in loco τὸ *nedum* æquivalet τῷ *a fortiori, longe potiori ratione.* CAPPER.

123. *Non ſuſcepiſſet.*] *Non recepiſſet*; Voſſ. omn. & Bern. ita ſæpe Cicero etiam, ſed hic propter præcedens *ſuſcipiat*, idem verbum repetendum puto.

124. *Nec hoc dico.*] Latius ſpargit ſuum præceptum Fabius, nec exiſtimat ſolum ſuſcipiendas malas *cauſſas*, propter eas perſonas, quas defendere cogimur, vel ob propinquitatem vel ob neceſſitudinem; ſed rem accipit in omnibus perſonis, dummodo ſubſit honeſta ratio: hoc igitur per *prolepſin* occupatur a Fabio. TURNEB.

125. *Imagine.*] *Imago eſt*; Voſſ. prim. tert.

126. *Quod ſi.*] Antiqui multa tribuere ſoliti ſunt utilitati civitatis, ut ob utilitatem ejus honeſtatem nonnunquam immutari putarent: exemplum eſſe poterit, quod ſuaſit Themiſtocles, ut incenderetur claſſis Lacedæmoniorum: quod tamen non obtinuit propter Ariſtidem. TURNEB.

127. *Inutilia.*] Ἄχρηστα, hoc eſt, damnoſa. Sic Aul. Gell. lib. VII. cap. XI. *hominem nequam* Græce vertit ἀχρεῖον, ἄχρηστον. CAPPER.

128. *Simili.*] *Simillima* omnes, quos vidi, codices & editiones. BURMAN. Qui etiam *ſimili* ediderat contra tot editionum & codicum fidem. CAPPER.

129. *Ad hoc, nemo, &c.*] Attingit locum *deprecationis*, in quo ſolent oratores polliceri in poſterum emendationem vitæ. TURNEB. *At hoc nemo dubitabit*; marg. Baſil. quod verum. Ita hoc eodem capite ſupra dixit: *Nam hoc certe nemo dubitabit, oratorem id agere*: & ita Terent. Adelph. act. IV. 5. *hæc dum dubitas.* Cicero pro Roſc. Amer. 31. *reſtat, judices, ut hoc dubitemus*: & cap. 40. *ſi quod illorum forte dubitabitur*: & alibi vid. II. in Verr. 22. & 28. Virgil. IX. 190.

——— *percipe porro,*
Quid dubitem.

Ovid. Epiſt. XVII. 37.

Hoc quoque enim dubito.

Columel. III. 3. *idque adeo plurimi dubitent*: & ita alii. BURMAN. Sed vulgatam lectionem ei prætuli, quam in una Baſil. edition. margine Burmannus repererat. CAPP.

130. *Quando ſi nocentes.*] Hæc periodus depravata corrigitur, ſi, loco illius *quando*, *quin* reponamus, ut accipiamus neminem dubitaturum, quin ſit magis ex utilitate reipub. eos eſſe ſalvos, qui in bonam mentem mutari poſſunt, quam puniri. REGIUS. *Quando ſi*; Locat.

131. *Poſſe interdum.*] *Interdum* abeſt a Voſſ. omnibus.

132. *Eſſe eos.*] *Eos* abeſt a Voſſ. prim.

133. *Cum vera objicientur.*] *Cum* quidem recte fere legi videtur, ſed *cui* dativum ſenſus expoſcit. REGIUS. *Cum*; Voſſ. ſec. Locat. & ex Vallæ libro probare videtur Badius, ſubintelligendo *ei*. BURMAN.

134. *Vincere honeſte.*] *Vincere hoſtem*; Cod. Colb. & Obr. curis ſecundis.

135. *Communis utilitas.*] Hac defenſione uti patronos Verris dicit Cicero. V. Ver. 1. *Sit fur, ſit ſacrilegus, ſit flagitiorum omnium vitiorumque princeps: at eſt bonus imperator, & felix, & ad dubia reipub. tempora reſervandus*; ubi Hottomannus Quinctiliani verba hæc adducit.

136. *Certe Fabricius, &c.*] Hic Rufinus vir erat furaciſſimus, accuſatuſque fuerat peculatus a Fabricio. Hiſtoria eſt apud Gellium lib. IV. cap. 8. TURNEB. Cicero II. *de Orat.* 66. quum vero hoc dictum Fabricii prorſus id ipſum ſit, quod Herodotus lib. 1. cap. 156. refert de Lydis, ſcilicet fuiſſe illis optabilius effeminari, quam ſubactos venundari; videant, qui ubique acuta captant & triumphant, ubi aliquid protulerint, quod libenter præterеant ſaniores. BURMAN.

137. *Et aliquando malum.*] Loco illius *aliquando*, recte *alioqui* legeretur, & copula poſtpoſita, hoc modo: *alioqui & malum civem.* REGIUS. *Et aliquando*; Locat. *& alioquint* Voſſ. tert.

138. *Atque id mirantibus.*] *Atque admirantibus*; MSS. Alm. Colb. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Colin. Vidov.

139. *Ex his quolibet.*] D adſcripta, *quodlibet* legatur. REGIUS.

140. *Præcipere vero.*] De ſecunda parte objectionis loquitur, id eſt, de *cauſſarum* difficilium defenſione, cum exiſtimant auditores jus noſtrum eſſe deterrimum, quia premimur multis argumentis. TURNEB.

141. *Difficilia tractentur.*] *Probatione difficili cauſſa pertractetur*; Obrecht. *in probatione difficilia tractentur*; Ald. in marg. Colon. Gibſon dicit eſſe *in probationibus*, ut & in Aldo, qui *in probatione* habet, ut correxerat Raphaël, qui etiam *probationes difficiliores* conjiciebat. BURMAN.

142. *Neceſſe eſt.*] *Neceſſarium eſt*; Leid. Oxon. Obrecht. *Neceſſe eſt*; Vaſc. Steph.

etiam optimæ *cauſſæ* ſimiles ſunt malis, & innocens reus multis veriſimilibus premitur: quo fit, ut [143] eadem *actionis* ratione ſit defendendus, [144] qua, ſi nocens eſſet. [145] Jam innumerabilia ſunt bonis *cauſſis* maliſque communia, teſtes, literæ, ſuſpiciones, opiniones. Non aliter autem veriſimilia, [146] quam vera, & confirmantur, [147] & refelluntur. Quapropter, [148] ut res feret, [149] flectetur oratio, [150] manente honeſta voluntate.

143. *Eadem actionis ratione.*] *Eadem rationis actione*; Voſſ. prim. *eadem reſponſionis accommodatione*; Obrecht.
144. *Quaſi nocens.*] *Qua, ſi nocens eſſet*; Ald. Vaſeoſ. Steph. Obrecht.
145. *Jam innumerabilia.*] Hoc referri poteſt ad *confeſſum*, de quo locutus eſt tertia parte objectionis. TURNEB.
146. *Quam vera &c.*] *Et* deeſt in Voſſ. tert.
147. *Et refelluntur.*] Hæc deſunt in edit. Obrecht.
148. *Ut res feret.*] *Ut referet*; V. C. Alm.
149. *Flectetur.*] *Flectatur*; edit. Obrecht.
150. *Manente honeſta voluntate.*] *Honeſtate*; Voſſ. tert. marg. Vaſeoſ. Steph. *vero manente & honeſta voluntate*; Obr.

CAPUT II.

Cognoſcenda eſſe oratori, quibus mores formentur.

II. [1] QUANDO igitur orator eſt vir bonus, is autem citra virtutem intelligi non poteſt, [2] virtus, etiamſi quoſdam impetus [3] ex natura ſumit, tamen perficienda doctrina eſt: mores ante omnia oratori ſtudiis erunt excolendi, atque omnis honeſti juſtique diſciplina pertractanda: ſine qua nemo nec vir bonus eſſe, nec dicendi peritus poteſt. [4] Niſi forte accedamus iis, qui natura conſtare mores, & nihil adjuvari diſciplina putant; ſcilicet, ut ea quidem, quæ manu fiunt, atque eorum etiam contemptiſſima, confiteantur egere doctoribus; virtutem vero, qua nihil homini, [5] quo ad deos immortales propius accederet, datum eſt, obviam [6] & illaboratam, tantum [7] quia nati ſumus, habeamus. [8] Abſtinens erit, qui idipſum, [9] quid ſit abſtinentia, ignorarit? Et fortis, qui metus doloris, [10] mortis, ſuperſtitionis, nulla ratione purgaverit? Et juſtus, qui æqui bonique tractatum, qui leges, quæ natura ſunt omnibus datæ, quæque propriæ populis & gentibus conſtitutæ, [11] non eruditiore aliquo ſermone tractaverit? O quam iſtud parum putant, [12] quibus tam facile videtur! Sed hoc tranſeo, de quo neminem, qui literas vel [13] primis, ut aiunt, labris deguſtarit, dubitaturum puto: ad illud ſequens [14] revertar, ne dicendi quidem ſatis peritum fore, qui non & naturæ vim omnem penitus perſpexerit, & mores præceptis ac ratione formarit. Neque enim fruſtra [15] in tertio *de Oratore* libro L. Craſſus cuncta, quæ de æquo, [16] juſto, vero, bono, deque iis, quæ ſunt contra poſita, [17] dicuntur, propria [18] eſſe oratoris affirmat; ac philoſophos, cum ea dicendi viribus tuentur, uti rhetorum armis, non ſuis. Idem tamen confitetur, [19] ea jam eſſe a philoſophia petenda, videlicet

Tres philoſophiæ partes oratori neceſſarias docet, maximeque *moralem*: dicit autem more Platonis, ſemina virtutum nobis eſſe innata, ſed illa tamen eſſe amplificanda ſtudio & doctrina. TURNEB.
1. *Quando igitur orator, &c.*] Cicero apud Lactant. lib. IV. cap. 14. *Philoſophia quidem præcepta noſcenda: vivendum autem civiliter.* Empor. Rhetor. *Nobis, omiſſo illo rigore philoſophiæ, in conſiliis dandis civiliter diſputandum eſt.* PITHOEUS. Emporii locus exſtat in Rhetoribus Pithœan. pag. 286. CAPPER.
2. *Virtus etiam ſi.*] *Virtus etſi*; Ald.
3. *A natura.*] *Ex natura*; V. C. Alm. Obrecht.
4. *Niſi forte.*] Ariſtoteles primo cap. ſecundi libri Ethicorum probat, virtutem natura non conſtare, ſed exercitatione & habitu; quanquam nonnulli philoſophi virtutem in natura poſuerunt. TURNEB. *Forte accedamus.*] *Forte accedimus*; Voſſ. ſec. *accedemus*; Voſſ. tert. Bern.
5. *Quo ad deos.*] *Quod ad*; Voſſ. prim. Bern.
6. *Et illaboratam.*] *Et* deeſt in Voſſ. omn. & Obrecht. edit.
7. *Quia nacti.*] *C* litera eraſa, *nati* legendum eſt. REGIUS. Francius volebat *qua nati ſimus*. In editionib. Vaſc. Steph. & Rollin. *nati ſumus*: ſed in Bernenſi quoque codice, *nati ſimus*.
8. *Abſtinens erit.*] Addit confirmationem per inductionem: cæterum cum vulgo *abſtinens* accipiatur pro eo, qui rebus alienis abſtinet, ſuiſque contentus eſt, hic tamen ſignificare videtur temperantem, qui ſcilicet animi perturbationem ſedat. TURNEB.
9. *Quicquid ſit abſtinentia.*] *Qui*, litera *c* expuncta, legatur, &, pro *ignorat*, *ignorarit*, hoc modo: *qui, quid ſit abſtinentia, ignorarit.* REGIUS. *Qui quid ſit*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov. *ignoret*; MSS. Alm. Voſſ. omn. Obrecht.
10. *Mortis, ſuperſtitionis.*] Deſunt hæc in Voſſ. prim. tert.
11. *Non eruditione.*] *Eruditiore* legendum eſt. REGIUS. *Eruditiore ſ. tractarit*; V. C. Alm. *tractaris* etiam Voſſ. tert.
12. *Quibus non facile.*] In quibuſdam exemplaribus recte, loco illius *non*, *tam* eſt repoſitum. REGIUS.
13. *Primis, ut aiunt, labris.*] Vide Eraſmi Chiliad. I. cent. IX. Prov. 192. ALMEL. *Deguſtaret*; Voſſ. prim.
14. *Revertar.*] *Prævertar*; Obrecht. ita Columel. III. 7. *Non intempeſtivum eſt, nos ad ea prævertı*: ita & Curtius; vide Freinshem. indicem: & Gronov. ad Plin. XXVIII. 8. BURMAN.
15. *In tertio de Oratore.*] Cap. 19. & ſeqq. 27. 31. & alibi.
16. *Juſto, vero, bono.*] *Juſto* abeſt a Voſſ. prim. tert. qui & *vero bonoque* habent.
17. *Dicuntur.*] *Dicantur*; Obrecht edit.
18. *Eſſe oratoris.*] *Eſſe* deeſt in Voſſ. prim. tert.
19. *Ea jam eſſe a.*] Gallæus volebat *a philoſophis petenda; videlicet quia magis illi videntur i. p. e. r. fuiſſe*; Francius *quia prius hæc illi videtur*, &c. BURMAN.

quia magis hæc illi videtur in poſſeſſione earum rerum fuiſſe. Hinc etiam illud eſt, quod Cicero pluribus [20] libris & epiſtolis teſtatur, dicendi facultatem ex intimis ſapientiæ fontibus fluere; [21] ideoque aliquamdiu præceptores eoſdem fuiſſe morum, atque dicendi. [22] Quapropter hæc [23] exhortatio mea non eo pertinet, ut eſſe oratorem philoſophum velim, quando non alia vitæ ſecta longius a civilibus officiis, atque ab omni munere oratoris receſſit. [24] Nam quis philoſophorum aut in judiciis frequens, aut clarus in concionibus fuit? [25] Quis denique in ipſa, [26] quam maxime plerique præcipiunt, reipublicæ adminiſtratione verſatus eſt? [27] Atqui ego illum, quem inſtituo, [28] Romanum quemdam velim eſſe ſapientem, qui non ſecretis diſputationibus, ſed rerum experimentis atque operibus, vere civilem [29] virum exhibeat. Sed quia deſerta ab iis, qui ſe ad eloquentiam contulerunt, ſtudia ſapientiæ, non jam in actu ſuo atque in hac fori luce verſantur, [30] ſed in porticus & gymnaſia primum, mox in conventus ſcholarum receſſerunt; id quod eſt oratori neceſſarium, nec [31] a dicendi præceptoribus traditur, ab iis petere nimirum [32] neceſſe eſt, apud quos remanſit. [33] Evolvendi penitus auctores, qui de virtute præcipiunt, ut oratoris vita cum [34] ſcientia divinarum rerum ſit humanarumque conjuncta. Quæ ipſæ quanto majores ac pulchriores viderentur, [35] ſi illas ii docerent, qui etiam [36] eloqui præſtantiſſime poſſent? [37] Utinamque ſit tempus unquam, quo perfectus aliquis (qualem optamus) orator [38] hanc partem ſuperbo nomine, & vitiis quorumdam bona ejus corrumpentium inviſam, vindicet ſibi, [39] ac, velut rebus repetitis, in corpus eloquentiæ [40] adducat. Quæ quidem cum ſit [41] in tres diviſa partes,

20. *Libris & epiſtolis.*] *Et libris &*; V. C. Alm.

21. *Ideoque aliquamdiu*] Sic Phœnix apud Homerum ait, ſe datum eſſe pædagogum Achilli, rerum actorem & verborum oratorem. TURNEB. Phœnicis verba leguntur in Homer. Iliad. I. verſ. 443.

Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι πρηκτῆρά τε ἔργων. CAPPER.

22. *Quapropter hac.*] Vult oratorem peritum eſſe philoſophiæ, non tamen vivere more philoſophico, quia philoſophi (ut Plato) jubent abſtinendum eſſe rep. Et Pythagoras, qui potius philoſophi nomen uſurpavit, dixit, *a fabis abſtineto*, id eſt, a magiſtratibus & officiis civilibus: orator autem in politicis officiis agit. TURNEB. In cujus nota pro *τῷ potius* legendum mihi videtur *primus*. Nam Burmannus quidem hic ſiluit. CAPPER.

23. *Exhortatio mea.*] *Mea* non eſt in MSS. Alm. Voſſ. tert.

24. *Nam quis philoſophorum.*] Macrob. in Somn. Scip. *Soli ſapientiæ deditos ut abunde Græcia tulit, ita Roma neſcivit.* PITHOEUS.

25. *Quis denique.*] Epicurus enim dicebat: *latita, dum vivis*: atque ita ſignificabat, ſibi ſoli vivendum eſſe, neque accedendum ad reip. adminiſtrationem. TURNEB. Epicuri verba ſunt hæc: *λάθε βιώσας*: de quo effato lege Plutarchi opuſculum tom. 2. pag. 1128. ubi Epicuri ſententiam perpendit & refellere conatur. CAPPER.

26. *Quam maxime plerique præcipiunt.*] Aliquid huic ſenſui mihi deeſſe videtur, ac fortaſſis hoc participium *vitandam* recte adſcriberetur; nec inficior *fugiendam* quoque legi poſſe, hoc modo: *quam maxime fugiendam plerique præcipiunt.* REGIUS. Omiſit *vitandam* editio Lugdunenſis, quo Fabii ſententia evertitur; ea enim lectione repræſentatur, tanquam aſſerens, philoſophos ſeſe adminiſtrationi Reipublicæ dedidiſſe; cui omnino repugnare eum, ex ipſo orationis colore ac conſilio manifeſtum eſt. GIBSON. Omittunt & MSS. Voſſ. omn. Locat. Ald. *plerique eorum vitandam*; Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Oxon. Obrecht. Ego tamen abeſſe hanc vocem *vitandam* volui, & intruſam puto a librariis; duplici enim argumento utitur Fabius; primum eſt, nullum philoſophum in *judiciis* & *concionibus* fuiſſe clarum; alterum, neminem, etiam eorum, qui diſcipulos ad rempublicam capeſſendam hortabantur & formabant, ipſum *verſatum eſſe in adminiſtratione reipub.* & hæc ideo veriora ſunt, ſi Romanam rempubl. ſpectemus, a qua ut & a judiciis & concionibus abfuerunt philoſophi, ita nec rempub. geſſerunt: ſed apud Græcos utroque munere functos plurimos, qui ſe jactabant philoſophos, legimus: hinc mox Romanum ſapientem, id eſt, civilem virum, non Græculum otioſum, & in umbra diſputantem ſibi proponit: & ita recte Badius etiam mihi ſenſiſſe videtur, qui ad Platonem, & alios refert, quos multa de republ. præcepiſſe, ſed ipſos nunquam attigiſſe docet. BURMAN. In cujus ego ſententiam lubens deſcendi: ſed in Gibſonis annotatione aliquid invenio, quod probari vix ac ne vix quidem poſſit: *Ea*, inquit, *lectione* [edition. Lugduno-Batav. & Burman.] *repræſentatur* [Fabius] *tanquam aſſerens, philoſophos ſeſe adminiſtrationi Reipublicæ dedidiſſe*: verum ea lectio contrarium omnino innuit; ſic enim habet: *Quis in ipſa, quam plerique præcipiunt, reipublicæ adminiſtratione verſatus eſt?* quod perinde eſt, ac ſi ſcripſiſſet Fabius: *Philoſophorum nullus in Reipublicæ adminiſtratione verſatus eſt.* CAPPER.

27. *Atqui eo quem inſtituum.*] *Ego* & *inſtituo* manifeſte legendum eſt. REGIUS. *Eo*; Leid.

28. *Romanum.*] Sic de oratione, quam vult eſſe *Romanam, non civitate donatam*, lib. VIII. I. ALMEL.

29. *Virum exhibeat.*] *Se* pronomen videtur adſcribendum, hoc modo: *ſe vere civilem virum exhibeat.* REGIUS. Recepit *ſe* Aldus, reliqui non; neque neceſſarium puto: ita Juſtin. VIII. 4. *Theſſali Bœotiique orant, ut profeſſum adverſum Phocenſes ducem Græciæ exhibeat*: & lib. XXVII. 2. *Qui pro auxilio bellum, pro fratre hoſtem exhibuit*; ubi etiam quidam *ſe* intrudunt. BURMAN.

30. *Sed in porticus.*] *Porticum* ait propter Zenonem, qui docuit in porticu: addit *gymnaſia*, propter Platonem, qui docuit in Academia; & Ariſtotelem, qui docuit in *Lyceo*; & Antiſthenem, qui occupavit gymnaſium *Cynoſarges*: mox etiam conditæ ſcholæ, ad quas commeabant diſcipuli. TURNEB.

31. *Adjiciendi.*] Loco *adjiciendi*, *a dicendi* eſt legendum. REGIUS. *Adjiciendi*; cod. Bern.

32. *Neceſſe eſt.*] *Neceſſarium eſt*; V. C. Alm.

33. *Evolvendi.*] *Volvendi*; V. C. Alm.

34. *Scientia divinarum rerum humanarumque.*] Hæc autem pura puta eſt ἡ τῆς philoſophiæ definitio. CAPPER.

35. *Si illas hi docerent.*] *Si illas ſcilicet docerent*; marg. Baſil.

36. *Eloqui poſſunt.*] *Poſſent*; Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht. *poſſunt*; edit. Vaſc. Steph. Rollin.

37. *Utinamque ſit tempus unquam.*] Minus recte mihi ſic legi videtur; illud enim adverbium *unquam* nihil ſenſum juvat; cum præſertim circa negationem in oratione non ponatur. REGIUS. Recte vero Badius *unquam* vindicat, ex conſueta illa formula, *en unquam*, quam egregie illuſtravit ſummus Gronovius ad Liv. XXX. 21. & ita apud Ovid. I. Amor. 6.

——— *Sic unquam longa relevere catena.*

ut correxit Heinſius. BURMAN. Vide Virgil. Eclog. I. verſ. 78. & Eclog. 8. verſ. 7. ubi legitur ea loquendi formula, *en unquam*. CAPPER.

38. *Hanc partem.*] *Hanc artem*; Obrecht. edidit.

39. *Ac veluti rebus repetitis.*] Alluſio eſt ad conſuetudinem Romanam; antequam enim bellum indiceretur, mittebatur fæcialis cum verbenario ad res repetendas, quæ ablatæ fuerant; eaque dicebatur *clarigatio*, id eſt, clara voce facta rerum repetitio. TURNEB.

40. *Adducat.*] *Abducat*; Locat. Steph. *reducat* malebat Badius.

41. *In tres partes.*] Vide Sidon. Apollin. carm. XV. Cicer. *Academ. quæſt.* I. 5. ALMEL.

[42] *naturalem, moralem, rationalem*; quæ tandem non eſt cum oratoris opere conjuncta? Nam, [43] ut ordinem retroagamus, de [44] ultima illa, quæ tota verſatur in verbis, nemo dubitaverit, ſi & proprietates [45] vocis cujuſque noſſe, & ambigua aperire, & perplexa diſcernere, [46] & de falſis judicare, [47] & colligere ac reſolvere, quæ velis, [48] oratoris eſt: quanquam ea non tam eſt minute atque conciſe [49] in *actionibus* utendum, quam [50] in diſputationibus; quia [51] non docere modo, ſed [52] movere etiam ac delectare audientes debet orator: ad quod impetu quoque & viribus ac decore eſt opus; ut vis amnium major eſt altis ripis, multoque [53] gurgitis tractu fluentium, quam tenuis aquæ, & objectu lapillorum reſultantis. [54] Et, ut palæſtrici doctores illos, quos *numeros* vocant, non idcirco diſcentibus tradunt, ut his omnibus ii, qui didicerint, in ipſo luctandi certamine utantur, (plus enim pondere & firmitate & ſpiritu agitur) ſed [55] ut ſubſit copia illa, ex qua unum aut alterum, cujus ſe occaſio dederit, efficiant; ita hæc pars *dialectica*, ſive illam dicere malimus *diſputatricem*, ut eſt utilis ſæpe & *finitionibus*, & [56] *comprehenſionibus*, & ſeparandis, quæ ſunt differentia, & reſolvenda ambiguitate, & diſtinguendo, dividendo, illiciendo, implicando; ita, ſi totum ſibi vindicaverit in foro certamen, [57] obſtabit melioribus, & ſectas ad tenuitatem ſuam vires ipſa [58] ſubtilitate conſumet. Itaque [59] reperias quoſdam in diſputando mire callidos, [60] cum ab illa cavillatione diſceſſerint, non magis ſufficere in aliquo graviore actu, quam parva quædam animalia, quæ in anguſtiis mobilia, campo deprehenduntur. Jam quidem pars illa moralis, quæ dicitur *Ethice*, certe [61] tota oratori eſt accommodata. [62] Nam in tanta *cauſſarum* ([63] ut ſuperioribus libris diximus) varietate, cum alia [64] *conjectura* quærantur, [65] alia *finitionibus concludantur*, [66] alia *jure ſummoveantur*, [67] vel *transferantur*, [68] alia *colligantur*, vel

42. *Naturalem, moralem, rationalem*] Græcis φυσικὴν, ἠθικὴν, λογικήν. CAPPER.

43. *Ut ordinem retroagamus.*] Ita ſæpe Cicero & Plinius in Epiſtolis: *Quod ultimum fuit tuarum literarum, ad illud primum reſpondebo.* ALMEL.

44. *Ultima illa.*] *Illa* deeſt in Voſſ. tert.

45. *Vocis cujuſque.*] *Vocis cujuſcunque*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund.

46. *Et de falſis judicare.*] Hoc nomine mihi videtur complecti captiones ſophiſticas, adverſus quas *elenchorum* libros ſcripſit Ariſtoteles: huc pertinet, quod Fabius ſcribit de *ceratinis* & *crocodilinis*, lib. I. cap. 10. TURNEB.

47. *Et colligere.*] Alludit ad libros *analyticos* Ariſt. in quibus docet reſolutionem *ſyllogiſmorum* in partes: addidit autem *colligere*, quia docet Ariſt. illic, quo pacto *concluſionem* poſſimus elicere ſecundum formam *ſyllogiſticam*. TURNEB. Tò Fabii *colligere* τῷ Græcorum συλλογίζεσθαι reſpondet: *reſolvere* autem τῷ τὴν τῶν συλλογισμῶν ἀνάλυσιν ποιεῖν. CAPPER.

48. *Oratoris eſt.*] *Oratorum eſt*; MSS. Alm. Voſſ. prim. tert. Bern. Baſil.

49. *In actionibus.*] Forenſibus videlicet, in agendis *cauſſis*. CAPPER.

50. *In diſputationibus.*] Philoſophicis nimirum & dialecticis. CAPPER.

51. *Non docere modo.*] Docere τοῖς λόγοις, argumentis, probationibus, rationum momentis. CAPPER.

52. *Movere etiam & delectare.*] Cicero de optim. gen. Orat. I. Phædr. præfat. lib. I. Vide ad Horat. Art. Poet. 333. notas noſtras uberrimas. ALMEL. *Movere*] Τοῖς πάθεσι vehementiores affectus excitando. *Delectare.*] Τοῖς ἤθεσι, moribus bonis, quos orator præ ſe ferat, & in eo, pro quo dicit, oſtendat; itemque leniores affectus in auditorum animis movendo. CAPPER.

53. *Gurgitis tractu.*] Hic locus addendus illis, quibus illuſtravimus orationis *tractum* lib. V. cap. 8. BURMAN.

54. *Et ut palæſtrici.*] Melius hic ſcribitur *numeros*; ut lib. X. cap. I. *Sed ut Athleta, qui omnes jam perdidicerit a præceptore numeros*; & lib. IX. de *compoſitione*. PHILANDER. *Numeros* hoc loco appellat optimam motus & geſtus conformationem, quæ ad decorum facit, ut teſtatur lib. IX. cum inquit: *Metrum in verbis modo, rhythmus etiam in corporis motu eſt.* TURNEB. *Quos nervos*; Andr. Ald. Baſil. Gryph. Colon. marg. Vaſc. ita confuderunt has voces librarii apud Ovid. I. Amor. I. 18. & IV. Triſt. IV. 4. BURMAN.

55. *Ut ſubſit copia*] *Ut ſit copia*; V. C. Alm.

56. *Comprehenſionibus.*] Supple, verborum, quibus bona definitio concipitur. Vide cap. 15. lib. II. ubi Fabius in definitione duo diſtinguit, I. qualitatem rei τὸ τί ἐστι, 2. verborum, quibus definitio conſtat, comprehenſionem. Rhetoris noſtri verba ſunt hæc: *Quæſtionem habet duplicem; aut enim de qualitate ipſius rei, aut de comprehenſione verborum diſſenſio eſt*: & infra: *Sed ne hic quidem ſatis comprehenſum eſt.* CAPPER.

57. *Obſtabit melioribus.*] Vide Cicer. II. *de Orat.* 4. quomodo in Græcos invehatur, ubi eorum diſputationes ineptas vocat. ALMELOV.

58. *Subtilitate conſumet.*] Videri poteſt Lucianus tom. I. pag. 19. edit. Bened. ubi agit Prometheum in verbis: qui ſane locus de ſubtilitate illa nimia, lectu digniſſimus eſt. ALMELOV. *Subtilitate ſua conſumet*; Voſſ. tert.

59. *Reperias.*] *Reperies*; Voſſ. tert.

60. *Cum ab illa.*] *Cum ab illa vero cav.* MSS. Alm Voſſ. prim. ſecund. Locat. Ald. Par. Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. Vidov. *cum ab illa vera*; Colin.

61. *Tota oratori.*] Cicero I. *de Orat.* 15. *Hic locus de vita & moribus totus eſt oratori perdiſcendus.* ALMEL. *Oratori*; Voſſ. prim. *oratoris*; Bern.

62. *Nam in tanta.*] *Nam in tota*; Locat.

63. *Ut ſuperioribus.*] *Sicut in ſuperioribus*; Voſſ. tert. *ſicut ſuperioribus*; V. C. Alm.

64. *Conjectura quærantur.*] Ubi *ſtatus* quæſtionis eſt *conjecturalis*; vulgo facti quæſtio. CAPPER.

65. *Alia finitionibus concludantur.*] *Alia in finitionibus concludantur*; Baſil. Alludit autem Fabius ad *ſtatum* quæſtionis *definitivum*, ubi quæritur quid ſit res, & quo nomine appellanda. CAPPER.

66. *Alia jure ſummoveantur.*] Hac locutione Fabius *tranſlativum ſtatum* intelligit, quem lib. VII. cap 5. deſignavit his verbis: *Qui neque feciſſe ſe negabit*; [per *ſtatum* quæſtionis *conjecturalem*] *neque aliud eſſe, quod fecerit, dicet*; [per *ſtatum definitivum*] *neque factum defendet* [per *ſtatum qualitatis abſolutum*, vel *aſſumptivum*] *neceſſe eſt in ſuo jure conſiſtat, in quo plerumque* actionis *eſt quæſtio. Tranſlativus* ille *ſtatus* in eo præſertim conſiſtit, quod reus actori dicat: *Non debebas apud hunc judicem, vel hoc tempore, vel hac lege adverſus me agere*: vulgo vocamus *exceptionem* judicii *declinatoriam*, & aliquando *præſcriptionem*. CAPPER.

67. *Vel transferantur.*] Hæc particula *vel* eſt hoc in loco *exegematica*, ſeu explicativa τῷ *jure ſummoveantur*, & ad eumdem *ſtatum tranſlativum* alio magis proprio vocabulo indicandum confert: ſed cave putes hic τῷ *transferantur* ſignificari *ſtatum* illum *qualitatis aſſumptivum*, quo crimen in alium regeritur, & cui nomen μετάστασις, *remotio*; vel, quo culpa refunditur in eum ipſum, qui malum perpeſſus eſt (*relationem* Latini Rhetores vocant, Græci ἀντέγκλημα;) nam infra demum Fabius de *ſtatu qualitatis* aget hac loquendi formula: *Plerajque vero eſſe quis neſcit, quæ totæ in ſola qualitate conſiſtant?* CAPPER.

68. *Alia colligantur.*] Alludit ad eum *legalem ſtatum*, cui

[69] ipſa

[69] ipſa inter ſe concurrant, vel [70] in diverſum *ambiguitate* ducantur; nulla fere dici poteſt, cujus non parte in aliqua tractatus æqui ac boni [71] reperiatur. Pleraſque vero eſſe quis neſcit, quæ totæ in ſola *qualitate* conſiſtant? [72] In conſiliis vero quæ ratio ſuadendi eſt ab honeſti quæſtione ſepoſita? [73] Quid illa etiam [74] pars tertia, quæ laudandi ac vituperandi officiis continetur? Nempe in tractatu recti pravique verſatur. [75] An de juſtitia, fortitudine, abſtinentia, temperantia, pietate, non plurima dicet orator? ſed ille vir bonus, qui hæc non vocibus tantum ſibi nota atque nominibus, [76] aurium tenus in uſum linguæ perceperit, ſed qui virtutes ipſas mente complexus, ita ſentiet, nec in cogitando ita laborabit, ſed, quod ſciet, vere dicet. [77] Cum ſit autem omnis generalis quæſtio ſpeciali potentior, quia [78] univerſo partes continentur, non utique accedit parti, [79] quod univerſum eſt; profecto nemo dubitabit, generales quæſtiones in illo maxime ſtudiorum more verſatas. Jam vero cum ſint multa propriis brevibuſque [80] comprehenſionibus finienda, unde etiam *ſtatus cauſſarum* dicitur *finitivus*; nonne ad id quoque inſtrui [81] ab iis, qui plus in hoc ſtudii dederunt, oportet? Quid? non quæſtio juris omnis, aut verborum proprietate, aut æqui diſputatione, aut voluntatis *conjectura* continetur? quorum pars [82] ad *rationalem*, pars ad *moralem* tractatum redundat. Ergo natura permixta eſt omnibus iſtis oratio, quæ quidem oratio eſt vere. Nam ignara quidem hujuſce doctrinæ loquacitas erret, neceſſe eſt, ut quæ vel nullos, vel falſos duces habeat. [83] Pars vero naturalis, cum eſt ad exercitationem dicendi tanto cæteris uberior, quanto majore ſpiritu de divinis rebus, quam humanis [84] loquendum eſt, tum illam etiam moralem, ſine qua nulla eſſe (ut docuimus) oratio poteſt, totam complectitur. [85] Nam ſi regitur providentia mundus, adminiſtranda certe bonis viris erit reſpublica. Si divina noſtris animis origo, tendendum ad virtutem; nec voluptatibus terreni corporis ſerviendum. [86] An hæc non frequenter tractabit orator? [87] Jam de auguriis, reſponſis, religione denique omni, de quibus maxima ſæpe in ſenatu conſilia verſata ſunt, non erit ei diſſerendum, ſi quidem (ut nobis placet) futurus eſt [88] vir idem civilis? Quæ denique intelligi ſaltem poteſt eloquentia hominis optima neſcientis? Hæc ſi ratione manifeſta non eſſent, exemplis [89] tamen crederemus. [90] Siquidem & Periclem, cujus eloquentiæ, etiamſi nulla ad nos monumenta

nomen συλλογισμός. Latini eloquentiæ magiſtri modo *ſyllogiſmum*, modo *ratiocinativum*, modo *collectivum ſtatum* appellant. Vide cap. 8. lib. VII. CAPPER.

69. *Ipſa inter ſe concurrant.*] Reſpicit ad *ſtatum legalem*, qui dicitur ἀντινομία, id eſt, legum contrarietas; ubi videlicet duæ leges inter ſe concurrunt, conferuntur, colliduntur, &c. Vide cap. 7. lib. VII. CAPPER.

70. *In diverſum ambiguitate ducantur.*] Id pertinet ad eum *legalem ſtatum*, quem vocare ſolent ἀμφιβολίαν. Lege cap. 9. lib. VII. CAPPER.

71. *Reperiatur.*] *Reperiantur*; Obrecht. edit.

72. *In conſiliis vero.*] Locus eſt hic finalis *generis deliberativi*, ut oſtendamus rem eſſe *honeſtam*: addunt rhetores *utilitatem*: *honeſtum* quoque finis eſt *demonſtrativi generis*. TURNEB. *In conſiliis.*] Perinde eſt ac ſi dixiſſet Quinctilianus: in genere *deliberativo*, vel in orationibus generis *deliberativi*. CAPPER.

73. *Quid illa etiam.*] *Quin illa etiam*: Voſſ. prim. Bern. Locat. Ald. *quin etiam illa*; Baſil. Gryph. Vidov. *Quid etiam pars*; Colin.

74. *Pars tertia, quæ laudandi ac vituperandi, &c.*] Vulgo dicimus genus *demonſtrativum*. CAPPER.

75. *An de juſtitia.*] De iis virtutibus ſæpe eſt oratori tractandum, vel cum ita poſtulat *cauſſæ* ratio, vel cum excurrit in *locos communes*, qui ſunt de virtutibus & vitiis. TURNEB.

76. *Aurium tenus in uſum.*] *Tenus ac in uſum linguæ*; Andr. Ald.

77. *Cum ſit autem.*] Orator tractat *hypotheſin*, eamque ad *theſin* revocat: ſed *theſis* quæſtio eſt philoſophica, atque adeo *theſis*, quæ ab oratore tractatur, magna ex parte a philoſophia morali ducitur. TURNEB. *Cum autem omnis*; Voſſ. ſecund.

78. *Univerſo pars.*] *In univerſo*; Voſſ. prim. *partes continentur*: omnes fere codices præter Voſſianos, qui *pars continetur*. Edition. Vaſcoſ. Steph. Obrecht. Rollin. habent *univerſo partes continentur*: quam lectionem alteri a Burmanno adoptatæ ideo præferendam eſſe cenſui, quod pluribus libris MSS. & editis inniteretur. CAPPER.

79. *Quod univerſum.*] *Quod in univerſum*; Voſſ. prim.

80. *Comprehenſionibus.*] Supple, verborum, quibus rerum definitiones conſtant. CAPPER.

81. *Ab iis qui in hoc ſtudii.*] *Ab aliis qui*; Baſil.

82. *Ad rationalem.*] Πρὸς τὴν λογικήν. Logicam & Dialecticam vulgo ſolent appellare. CAPPER.

83. *Pars vero naturalis.*] *Partem naturalem* latius accipit quam Ariſt. nam Ariſtoteli ſcientia poſita eſt, vel in illis rebus, quæ ſunt intra cœlum, vel in cœlo: ſecundum Fabium etiam complectitur *metaphyſicam* & *theologiam*. TURNEB.

84. *Loquendum eſt.*] *Eloquendum eſt*; Voſſ. tert.

85. *Nam ſi regitur.*] Hæc propoſitio tractatur in phyſica; ac dicunt Stoici & Academici mundum providentia regi; negant autem Epicurei: ſi tamen propoſitio ſit confeſſa, ex Dei imitatione vir bonus Rempublicam adminiſtrabit. TURNEB.

86. *An hoc non.*] *An hæc non*; V. C. Alm. & Bern.

87. *Jam de auguriis, reſponſis, religioneque omni, de quibus, &c.*] Aliter editio Lugdunenſis: *Jam de auguriis, reſponſis, religione, denique omnibus, de quibus*, &c. contra fidem optimorum codicum: quaſi auguria & reſponſa, religionis pars non eſſent. GIBSON. *De augurum reſponſis*; Vaſc. Steph. Par. Baſil. Gryph Colin. Vidov. *religione denique omni, de quibus*: MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Vall. lib. Ald. Baſil. Francius conjiciebat, *religione, deque omnibus, de quibus*, &c.

88. *Vir idem civilis.*] Πολιτικός, id eſt, adminiſtrandæ Reipublicæ idoneus, peritus, deditus, &c. Burmannus ediderat *vir civilis idem*: ſed antiquarum editionum Vaſc. Steph. &c. lectionem ſecutus ſum. CAPPER.

89. *Tamen crederemus.*] *Saltem crederemus*; V. C. Alm. Francius dubitabat an *cederemus* legendum eſſet.

90. *Si quidem & Periclem.*] Cicero in *Bruto* ait, quaſdam ſuo tempore extitiſſe Periclis orationes: attamen Fabius lib. III. Periclis eas eſſe negat. Eupolis etiam dicebat *Periclem fulgurare, tonare, & Græciam permiſcere*: dicebat item *in Periclis labris ſeſſitare Pitho*, quæ eſt Dea eloquentiæ. TURNEB. Sed pſeudo-Turnebus ille, quæ ſunt Ariſtophanis, ea tribuit Eupolidi; ſic enim habet Ariſtophanes in *Acharnenſ.* Act. 2. ſcen. 5. Περικλέης οὑλύμπιος ἤστραπτεν, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα, hoc eſt: *Pericles ille Olympius fulminabat, tonabat, Græciam commiſcebat, conturbabat*, &c. Eupolidis autem locus ita refertur a Scholiaſte Ariſtophanis in *Acharnenſ*: Πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ

venerunt; vim tamen quamdam incredibilem cum hiſtorici, tum etiam; liberrimum genus hominum, comici veteres tradunt; [91] Anaxagoræ phyſici conſtat auditorem fuiſſe; & Demoſthenem, principem omnium Græciæ oratorum, dediſſe operam Platoni. Nam M. Tullius, non tantum ſe debere ſcholis rhetorum, quantum [92] Academiæ ſpatiis, frequenter ipſe teſtatus eſt. [93] Neque ſe tanta in eo unquam fudiſſet ubertas, ſi ingenium ſuum conſepto fori, non ipſius rerum naturæ finibus terminaſſet. [94] Verum ex hoc alia mihi quæſtio exoritur, quæ ſecta conferre plurimum eloquentiæ poſſit: quanquam ea [95] non inter multas poteſt eſſe contentio. [96] Nam in primis nos Epicurus [97] a ſe ipſe dimittit, qui [98] fugere omnem diſciplinam navigatione quam velociſſima jubet. Neque vero Ariſtippus, ſummum in voluptate corporis bonum ponens, [99] ad hunc nos laborem adhortetur. [100] Pyrrho quidem quas in hoc opere partes habere poteſt, cui judices eſſe, apud quos verba faciat, & reum, pro quo loquatur, & ſenatum, in quo ſit dicenda ſententia, non liquebit? Academiam [101] quidam utiliſſimam credunt, quod mos in utramque partem diſſerendi ad exercitationem forenſium *cauſſarum* proxime accedat. Adjiciunt loco probationis, quod ea præſtantiſſimos in eloquentia viros ediderit. [102] Peripatetici ſtudio quoque ſe quodam oratorio jactant. [103] Nam *theſes* dicere exercitationis [104] gratia fere eſt ab his inſtitutum. [105] Stoïci, ſicut copiam nitoremque eloquentiæ fere præceptoribus ſuis defuiſſe concedant, neceſſe eſt; ita nullos aut probare acrius, aut concludere ſubtilius contendunt. [106] Sed hæc inter ipſos, qui velut ſacramento rogati, vel etiam ſuperſtitione conſtricti, nefas ducunt [107] a ſuſcepta ſemel perſuaſione diſcedere. Oratori vero nihil eſt neceſſe in cujuſquam jurare leges. Majus [108] enim eſt opus atque præſtantius, ad quod ipſe tendit, & cujus eſt velut candidatus, ſi quidem eſt futurus [109] cum vitæ, tum etiam eloquentiæ laude perfectus. Quare in exemplum [110] bene dicendi facundiſſimum quemque [111] proponet ſibi ad imitandum: moribus vero formandis [112] quam honeſtiſſima præcepta, rectiſſimamque ad virtutem viam deliget. Exercitatione quidem utetur omni; [113] ſed tamen erit plurimus in maximis quibuſque ac natura pulcherrimis. Nam quæ poteſt materia reperiri ad graviter copioſeque dicendum magis abundans, quam de virtute, de republica, de providentia, de origine animorum, de amicitia? Hæc ſunt, quibus mens pariter aque oratio inſurgant: *Quæ* [114] *vere bona*, [115] *quid mitiget metus, coërceat cupiditates, eximat nos opinionibus vulgi, animum-*

τοῖς χείλεσι, κλ. *Suada quædam* [perſuaſionis Dea] *labris ejus inſidebat*, &c. Cæterum in Turnebiani commentarii editione facta Pariſiis an. 1556. & in ipſa Burmanniana perperam omnino legebatur *Pytho* pro τοῦ *Pitho*, qui Græcus eſt accuſativus Πειθῶ pro τοῦ Πειθόα. Latine diceremus *Pithonem*, ut *Didonem* ex τοῦ Διδόα, Διδῶ. CAPPER.

91. *Anaxagoræ Phyſici.*] Vide Clement. Alex. lib. II. pag. 51. ALMEL. *Philoſophi*, marg. Baſil.

92. *Academiæ.*] De ſectis Academicis vid. Sext. Empir. *Pyrrh. Hypotypoſ.* I. 33. Fabium cap. præcedente; Lactant. I. 6. Cicer. II. *Acad. quæſt.* 3. ALMEL. *Academiæ ſpatiis.*] Dubitat Aſcenſius an non *ſylvis* legendum, propter illud Horatii II. Epiſt. II. 45.

Atque inter ſylvas Academi quærere verum:

& ita marg. Vidov. ſed male; reſpicit enim ad ambulationes, quas in ſpatiis Academiæ conficiebant philoſophantes. Ita Cicer. *Orat.* 3. *ſpatia Academiæ* etiam dicit, & plures alii. BURMAN.

93. *Neque ſe tanta in eo unquam fudiſſet ubertas.*] Locutio cum ſumme elegans, tum optimorum codicum auctoritate munita. Quin etiam Fabius hoc genere loquendi peculiariter delectatus, eo fere utitur, quoties de flumine iſto eloquentiæ loquitur: *Fundit ſe oratio, fuſa narratio, fuſus ſcriptor*: & ejuſmodi φερόντε, ſunt ei admodum familiares. Quam frigidum autem e contra, jejunumque eſt editionis Lugdunenſis illud: *Neque tanta in eo unquam fuiſſet ubertas.* GIBSON. *Neque tanta in eo unquam fuiſſet*; Voſſ. omn. *neque ſe tanta eo unquam fudiſſet*; Locat.

94. *Verum ex hoc.*] Cicero lib. III. *de Orat.* rejectis aliis ſectis, oratori idoneam fore putat Peripateticam & Academicam: Fabius autem oratori maxime utiles putat has duas ſectas: ait tamen oratorem eſſe liberum debere, ut ex omnibus, quod utile videatur, excerpat. TURNEB.

95. *Non inter multos.*] *Non inter multas*; Voſſ. ſec. Baſil. Vaſc. Steph. Roign. Obrecht. curis ſecundis; Rollin.

96. *Nam, &c. Epicurus*] Cicero lib. I. *de Finibus* ait, ab Epicuro ſpretam eſſe eloquentiam, ſpretam dialecticam, reliquaſque diſciplinas, præter phyſicam & moralem. TURNEB. Vide lib. II. cap. 17. ALMELOV.

97. *A ſe ipſe.*] *A ſe ipſo*; Voſſ. omn. Ald.

98. *Fugere navigatione quam velociſſima jubet.*] Vide an non huc pertineat τὸ Ἐπικούρειον ἀκάτιον, de quo Plutarchus initio libelli, πῶς δεῖ τὸν νέον τῶν ποιημάτων ἀκούειν, *quomodo adoleſcens audire poëmata debeat.* CAPPER.

99. *Ad hunc nos laborem.*] *Adhuc nos ad laborem hortetur*; Locatel.

100. *Pyrrho quidem.*] Pyrrho omnia revocavit ad dubitationem, ita ut ne ſenſibus quidem crederet: ab hoc ſunt appellati *Scepsici*, hoc eſt, conſideratores. TURNEB. Ab hoc Sextus Empiricus libros *Pyrrhonianarum Hypotypoſeωn* inſcripſit. ALMEL. *Pyrrhon*; Voſſ. ſec. Colon.

101. *Quidam utiliſſimam.*] *Quidem*; V. C. Alm.

102. *Peripatetici.*] Vide Ciceronem I. *Acad. quæſt.* 4. ALMELOV.

103. *Nam theſes.*] Cicero in *Orat. ad Brutum* ait, Ariſtotelem ita diſcipulos exercuiſſe, ut eos dicere cogeret de *theſi* propoſita in utramque partem: itaque *locos Topicorum* refert ad *problema*, id eſt, ad *theſin*: poſtea rhetores *theſin* habuerunt inter *progymnaſmata*. Vide Fab. lib. II. TURNEB.

104. *Gratia.*] *Gratia fere præceptoribus ſuis defuiſſe*, omiſſis reliquis, Stephani & Roignii editiones; ſed, ut puto, vitio Operarum.

105. *Stoïci.*] Vide Lactant. I. 12. ALMEL.

106. *Sed hæc.*] Rogantur *ſacramento* milites, quando adiguntur ad jusjurandum, pollicenturque ſe legitime militaturos: itaque *ſacramentum* frangere non ſolent; & alioqui emanſores & deſertores puniuntur legibus. TURNEB.

107. *A ſuſcepta ſemel.*] *A ſuſcepta demum*; Voſſ. ſec.

108. *Enim eſt opus.*] *Enim opus*; Voſſ. ſec. tert. Locat. Ald.

109. *Cum vita.*] *Tum vita*; Locat. Colin. Vidov.

110. *Bene dicendi.*] *Bene* deeſt in V. C Alm.

111. *Proponet.*] *Proponat*; Voſſ. tert. & mox *diligat.*

112. *Quam honeſtiſſima.*] *Quæque honeſtiſſima*: marg. Baſil.

113. *Sed tamen erit.*] *Erit* deeſt in Voſſ. tert.

114. *Vere bona.*] *Quæ vere bona*; MS. Bodl. omn. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Par. *quæ vera bona*; Andr. *qua vero bona*; Locat. τὸ *quæ* deeſt in Vaſc. Steph Rollin.

115. *Qua mitigent.*] *Quid mitiget, coërceat, eximat*; MSS.

que [116] *cæleſtem.* [117] Neque ea ſolum, quæ talibus diſciplinis continentur, ſed magis etiam, quæ ſunt tradita antiquitus, [118] dicta, ac facta præclare, & noſſe, & animo ſemper agitare [119] conveniet. Quæ profecto nuſquam plura majoraque, quam in noſtræ civitatis monumentis reperientur. An fortitudinem, juſtitiam, fidem, continentiam, frugalitatem, contemptum doloris ac mortis, melius alii docebunt, quam Fabritii, Curii, Reguli, Decii, Mutii, aliique innumerabiles? [120] Quantum enim Græci præceptis valent, [121] tantum Romani (quod eſt majus) exemplis. [122] Tantumque non cognatis [123] id e rebus admoneri [124] ſciet, qui non modo proximum tempus, lucemque præſentem intueri ſatis credat, ſed omnem poſteritatis memoriam, ſpatium vitæ honeſtæ, & curriculum laudis exiſtimet. Hinc mihi ille juſtitiæ hauſtus bibat, hinc ſumptam libertatem in *cauſſis* atque conſiliis præſtet. Neque erit perfectus orator, niſi qui honeſte dicere & ſciet, & audebit.

Bodl. Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht. *qua mitigent, coërceant, eximant*; Vaſcoſ. Stephan. Rollin.

116. *Cæleſtem pariant.*] *Pariant* non agnoſcunt MSS. Alm. Voſſ. omn. Andr. Locat. Ald. Baſil. Vaſc. Steph. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht. Paſſeratius *probant* legebat: certe mihi hic aliquid deeſſe videtur. Aſcenſius *judicet* vel *exiſtimet* putat apponendum. BURMAN.

117. *Neque ea ſolum.*] Hactenus probavit, utilem eſſe philoſophiam; nunc exemplorum cognitionem, ab hiſtoriis ductam, eſſe neceſſariam docet: ſed hic exemplorum uſus ad philoſophiam moralem referre videtur. TURNEB.

118. *Dicta & acta.*] *Dicta acta*; Voſſ. prim. *dicta ac facta*; Voſſ. ſec. & omnes fere edit.

119. *Conveniet.*] *Convenit*; Obrecht. edit.

120. *Quantum enim.*] Cicero III. de *Orat.* *Nam ut virtutis a noſtris, ſic doctrinæ ſunt ab illis* [Græcis] *exempla repetenda. Paſſerat.* PITHOEUS.

121. *Tantum Romani*] Priorem vocem non habet Obrecht.

122. *Tantumque non.*] Significare videtur hiſtoriam Romanorum, cujus cognitio eſt oratori perneceſſaria, pulcherrimam eſſe; ex qua colligere poſſit aliquis, non habendam eſſe dumtaxat rationem præſentis vitæ, ſed multo magis immortalitatis: quanquam id referri poſſet etiam ad totam philoſophiam, & ea, quæ dicta ſunt. TURNEB. *Tantum quod*; Voſſ. tert. Ald. *tantumque non cognatis ſideribus admoneri*; Locat. *tantumque non cognatis id e rebus*; Aſcenſ. & reperit verbum *conveniet*: *tantum quod non cognatis ſideribus admoneri, quin non modo proximum tempus lucemque præſentem intueri ſatis credat*; Obrecht. Rollinus aliquid hic eſſe mendi ſuſpicatur; ſed Fabii ſenſum facilius (opinor) percipiet, qui *τὸ tantum non τῷ* Græcorum *μονονουχὶ* æquivalere animadvertet, & idem ſignificare, quod *fere*, *ferme*, *propemodum*, *quaſi*, &c. CAPPER.

123. *Id e rebus.*] *Idem rebus*; Voſſ. omn. Vall. lib.

124. *Sciet.*] Deeſt in Voſſ. omnibus, Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidor.

CAPUT III.

Neceſſariam juris civilis oratori eſſe ſcientiam.

[1] JURIS quoque civilis neceſſaria huic viro ſcientia eſt, & morum ac religionum ejus reipublicæ, quam capeſſet. Nam qualis eſſe ſuaſor in conſiliis publicis privatiſve poterit, tot rerum, quibus præcipue civitas continetur, ignarus? [2] Quo autem modo patronum ſe *cauſſarum* non falſo dixerit, qui, quod eſt in *cauſſis* potentiſſimum, ſit ab altero petiturus? pene non diſſimilis iis, qui poëtarum ſcripta pronunciant. Nam quodammodo mandata perferet, & ea, quæ ſibi a judice credi poſtulaturus eſt, aliena fide dicet; & ipſe litigantium auxiliator egebit auxilio. [3] Quod ut fieri nonnunquam minore incommodo poſſit, cum domi præcepta & compoſita, ſicut & cætera, quæ in *cauſſa* ſunt, [4] in diſcendo cognita ad judicem perferet; quid fiet in iis quæſtionibus, quæ ſubito inter ipſas *actiones* naſci ſolent? non deformiter reſpectet? & inter ſubſellia [5] minores advocatos interroget? [6] Poteſt autem ſatis diligenter accipere, quæ tum audiet, cum ei dicenda ſunt? aut fortiter affirmare, aut ingenue pro ſuis dicere? poſſit in *actionibus*: III.

Jus civile pars eſt philoſophiæ moralis; continetur enim ſub parte politica: eſt autem jus civile poſitum aut in magiſtratibus & rebus humanis, aut in ſacerdotibus & rebus divinis; ſic enim partitur Cicero in lib. *de legibus*, & Juriſconſultus titulo primo *Pandectarum*. TURNEB.

1. *Juris quoque civilis neceſſaria, &c.*] Jul. Severianus libello de Arte dicendi: *Oratori juris civilis neque omittendum ſtudium eſt, nec penitus appetendum. Nam nec rudis eſſe debet juris orator; &, ſi ſe multum juris ſcientiæ dederit, plurimum de cultu oratoris atque impetu remittit.* Quod fortaſſis ex antiquo ſcriptore mutuatum a Jul. Severiano Fabius hic quaſi ex profeſſo reprehendere videtur. *Paſſerat.* PITHOEUS.

2. *Quo autem modo.*] Nonnulli enim oratores, juris ignari, ſolebant juriſconſultos conſulere, quum jure videbatur *cauſſa* egere. TURNEB.

3. *Quod ut fieri.*] *Quod ſi fieri*; Ald. Locat. *quod ut ferri*; Voſſ. prim.

4. *In diſcendo.*] *In* non habet Ald. Aſcenſius *indiſcendo* una voce pro *intus*, id eſt, domi diſcendo capit; ut ita apud Suetonium in Cæſ. quidam *incœnare* capiunt. BURMAN.

5. *Minores advocatos.*] *Advocatum* hic appellat eum, qui jus ſuggerit, ut ait Aſconius; aut certe alluſit ad conſuetudinem antiquam; multi enim erant unius *cauſſa* defenſores: ſit igitur *major advocatus* ille, qui orationem habet: cæteri *minores*, qui opera & conſilio adjuvant. TURNEB.

6. *Poteſt autem.*] *Poteſt aut*; Ald.

[7] quid fiet in *altercatione*, ubi occurrendum continuo, nec [8] libera ad diſcendum mora eſt. Quid? ſi forte peritus juris ille non aderit? Quid? ſi quis non ſatis in ea re doctus, falſum aliquid ſubjecerit? Hoc enim eſt maximum ignorantiæ malum, quod credit eum ſcire, qui moneat. [9] Neque ego ſum noſtri moris ignarus, oblituſve eorum, qui velut [10] ad arculas ſedent, & tela agentibus ſubminiſtrant: neque idem Græcos quoque neſcio [11] factitaſſe, unde nomen his [12] *pragmaticorum* datum eſt. Sed loquor de oratore, qui non clamorem modo ſuum *cauſſis*, ſed omnia, quæ profutura ſunt, debet. [13] Itaque eum nec inutilem, ſi [14] ad horam forte conſtiterit, neque [15] in teſtationibus faciendis eſſe imperitum velim. Quis enim potius præparabit ea, quæ, cum aget, eſſe in *cauſſa* velit? Niſi forte imperatorem quis idoneum credit in prœliis quidem ſtrenuum & fortem, & omnium, quæ pugna poſcit, artificem; ſed neque delectus agere, nec copias contrahere atque inſtruere, nec proſpicere commeatus, nec locum capere caſtris ſcientem; prius eſt enim [16] certe parare bella, quam gerere. Atqui ſimillimus huic ſit advocatus, ſi plura, quæ ad vincendum valent, aliis reliquerit; cum præſertim hoc, quod eſt maxime neceſſarium, [17] non tam ſit arduum, quam procul intuentibus fortaſſe videatur. [18] Namque omne jus, quod eſt certum, aut ſcripto aut moribus conſtat: dubium æquitatis regula examinandum eſt. Quæ ſcripta ſunt, aut poſita in more civitatis, nullam habent difficultatem; cognitionis ſunt enim, non inventionis: at quæ conſultorum reſponſis explicantur, aut in verborum interpretatione ſunt poſita, aut in recti pravique diſcrimine. Vim cujuſque vocis intelligere, aut commune prudentium eſt, aut proprium oratoris: æquitas optimo cuique notiſſima. Nos porro & bonum virum, & prudentem in primis oratorem putamus: qui, cum ſe ad id, quod eſt optimum natura, direxerit, non magnopere commovebitur, ſi quis ab eo conſultus [19] diſſentiet, cum ipſis illis diverſas inter ſe opiniones tueri conceſſum ſit. Sed etiam ſi noſſe, quid quiſque [20] ſenſerit, volet, [21] lectionis opus eſt, [22] qua nihil eſt in ſtudiis minus laborioſum. [23] Quod ſi plerique, deſperata [24] facultate agendi, ad diſcendum jus declinaverunt, quam id ſcire facile eſt oratori, quod diſcunt, qui ſua quoque confeſſione oratores eſſe non poſſunt? Verum & M. Cato cum in dicendo præſtantiſſimus, tum juris idem fuit peritiſſimus: & Scævolæ Servioque Sulpitio conceſſa eſt etiam facundiæ virtus. [25] Et M. Tullius non modo in-

7. *Quid fiet in altercatione.*] *Altercationem* Fabius appellat contentioſam diſputationem per alternam interrogationem & reſponſionem, quæ fieri ſolebat poſt orationem perpetuam. Vide Fab. lib. VI. cap. 5. TURNEB. *Quid in altercationibus*; Vall. lib. Aſcenſius malebat, *quid faciet altercationibus?*

8. *Libera ad diſcendum mora.*] Ovid. II. Metam. 143.
——— *non eſt mora libera nobis.*
hunc enim Ovidii locum a Francio ad marginem libri ſui indicari puto. BURMAN.

9. *Neque ego ſum.*] Apud Romanos, ut docet Aſconius (ad *Divin.* cap. 4.) quidam erant *advocati*, quidam *cognitores* & *ſubſcriptores*, qui oratorem adjuvabant, juſque ſuggerebant: ſic apud Græcos erant *pragmatici*, veluti quidam *formularii* & *leguleii*, qui oratorem inſtruebant, juſque miniſtrabant. TURNEB.

10. *Ad arculas.*] In margine Stephanianæ editionis erat: *Arculas intelligit telorum, unde illud Virgilii* lib. X. Æneid. verſ. 333.
Suggere tela mihi. ———

11. *Factitaſſe.*] *Factitare*; Voſſ. ſec. tert. Vaſc. Steph.

12. *Pragmaticorum.*] Vide ad lib. III. 6.

13. *Itaque eum.*] *Ita eum*; Voſſ. tert.

14. *Ad horam.*] *Ad oram*; V. C. Alm. Locum corruptum ſuſpicatur Rollinus; ſed puto ſignificari idem, quod mox cap. ſexto ait de ſcholaſtico declamatore in forum tranſlato, qui novitate ſtupet, & cui nihil prodeſt meditata *actio*, cum in judicio ſæpe *laboratam congeſtamque domi dierum ac noctium ſtudio actionem aqua deficit.* Patronus ergo debet ita poſſe conſiſtere in judicio, ut ex tempore contrahat *actionem*, & intra ſpatium, quod clepſydra definit, ea dicat, quæ *cauſſa* requirit: & ita lib. XI. cap. 3. dicit, *ſi non ſuffragabitur tempus, inutile eſſe, ſe ad omnia verba alligare. Conſiſtere* vero eſt verbum contendentium & certantium inter ſe. Vide ad Petron. XIX. & ad Declamationes paſſim: *ad horam* vero eſt ad tempus aliquod, definitum, certum. Ita enim amant loqui veteres, ut noſter lib. XI. 2. *poſt tempus*, pro poſt aliquod certum tempus: ſic *ante diem*, pro ante aliquot dies, Juſt. VI. 7. *ante menſes* idem XX. 5. *poſt dies* XLIV. 4. qualia ex Pricæo & aliis, qui olim talia obſervarunt, recte adduci puto ad illum *horarum commeatum* in Minucio Felice illuſtrandum: in quo licet forte peccaverit eruditus Propertii enarrator, dubito tamen, an Chriſtiano homini liceat ideo in eum tot ex trivio convicia evomere, & Rhadamanteo quodam faſtu pronunciare, *eum abiiſſe, quo mendacia & mendaciorum architecti abſtrahuntur*, id eſt, ad inferos, ad quos nemo critici alicujus ſtomachoſi ſententia, ſed juſto tantum Dei judicio detrudi poſſe credimus. BURMAN.

15. *In teſtationibus.*] Vide Turneb. II. Adv. 27. PAREUS. *Teſtationum* nomine Fabius quaſdam præſcriptiones intelligit, & tabulas teſtificandi gratia factas & obſignatas. *Conſignationes* etiam vocaſſe videtur hoc libro cap. 8. vide lib. V. cap. 7. ubi duplicis generis teſtimonia diſtinguit; alia *dicuntur per tabulas*; alia *a præſentibus.* Et poſtea: *Sæpe inter ſe collidi ſolent inde teſtatio, hinc teſtes: locus utrimque; hæc enim ſe pars* [teſtes præſentes] *jurejurando, illa conſenſu ſignantium tuetur.* CAPPER.

16. *Certe parare.*] *Certa*; Voſſ. tert. Bernenſ.

17. *Non tam ſit.*] *Nec tam ſit*; Voſſ. ſec. Locat. Ald.

18. *Namque omne jus.*] *Jus* appellat *certum*, quando *cauſſa* ad certam legem aut ad certam conſuetudinem refertur; *jus dubium*, quando *cauſſa* certam non habet legem; neque enim leges ſcribi poſſunt de omnibus rebus. Jus igitur illud petendum eſt aut ab æquitate, aut ab aliqua legis ſimilitudine, aut ab opinione alicujus juriſconſulti. TURNEB.

19. *Diſſentiet.*] *Diſſentiat*; Locat. Ald. Gryph. Steph. Vidov.

20. *Senſerit.*] *Sumpſerit*; Voſſ. tert.

21. *Lectionis opus eſt.*] Recte, non *lectione*, ut aliæ editiones. Firmat Voſſianus codex, qui fuit Joachimi Camerarii. COLOMES. Ex Voſſ. Art. Grammat. VII. 8. *lectione*; V. C. Alm. Baſil. Gryph. Vaſcoſ. Steph. Colin. Vidov.

22. *Qua nihil.*] *Quo* Francius volebat.

23. *Quod ſi plerique.*] Cicero in oratione pro Muræna cap. XIII. ait, *Quemadmodum apud Græcos, qui citharœdi eſſe non poſſunt, aulœdi fiunt; ita apud Romanos, qui oratores eſſe non poſſunt, fiunt juriſconſulti.* TURNEB. Vide lib. VIII. 3.

24. *Facultate agendi.*] Supple, *cauſſas* in foro. CAPPER.

25. *Et Marcus Tullius.*] Cicero lib. primo *de Orat.* ſub perſona Craſſi pollicetur ſe jus civile redacturum in artem: jam in lib. *de rep.* & in lib. *de legibus* multa ſcripſit ad jus Romanum pertinentia. TURNEB.

ter agendum [26] nunquam eſt deſtitutus ſcientia juris, ſed etiam componere aliqua de eo cœperat: ut appareat, poſſe oratorem [27] non diſcendo tantum juri vacare, [28] ſed etiam docendo. Verum ea, quæ de moribus excolendis ſtudioque juris [29] præcipimus, [30] ne quis eo credat reprehendenda, quod multos cognovimus, qui tædio laboris, quem ferre tendentibus ad eloquentiam neceſſe eſt, confugerint ad hæc deverticula deſidiæ: [31] quorum alii ſe ad *album* [32] ac rubricas tranſtulerunt, & formularii, vel, ut Cicero ait, [33] *leguleii* quidam eſſe maluerunt: tanquam utiliora eligentes ea, quorum ſolam facilitatem ſequebantur: [34] alii pigritiæ arrogantioris, [35] qui ſubito fronte conficta, [36] immiſſaque barba, veluti deſpexiſſent oratoria præcepta, [37] paulum aliquid ſederunt in ſcholis [38] philoſophorum; ut deinde [39] in publico triſtes, domi diſſoluti, captarent auctoritatem contemptu cæterorum. Philoſophia enim ſimulari poteſt, eloquentia non poteſt.

26. *Nunquam eſt deſtitutus.*] *Nuſquam*; Obrecht.
27. *Non diſcendo.*] *Non dicendo*; MSS. Joan. Voſſ ſec.
28. *Sed etiam docendo.*] *Sed etiam dicendo*; V. C. Alm.
29. *Præcipimus.*] *Præcipimus modo*; Obrecht.
30. *Ne quis eo.*] *Nonne quis eo*; Voſſ. omn. Vall. lib. Locat. *non æquius eo quis*; Ald.
31. *Quorum alii ſe ad album.*] *Album* appellat, aut in quo proponebantur prætoris edicta, aut in quo ſcribebantur judicum nomina: appellat *rubricas*, juris titulos, quia *rubrica* & minio tingebantur: *formularios* dixit, formularum & actorum peritos, quique tenent (ut vulgo dicimus) *curiæ ſtylum*, qui iidem *leguleii* appellantur: hi adeſſe ſolebant patronis, illisque leges & formulas ſuggerere. TURNEB. Hunc Fabii locum ſic etiam exponit verus Turnebus Adverſar. lib. IV. cap. 5. *Ecce hic* album *pro prætorio jure dixit*, [Fabius] rubricas *pro jure civili, quod* XII. *tabulis continebatur; ut &* formularios *ad prætorias retulit formulas; leguleios ad* XII. *tabularum leges.* Leguleius *autem diminutionis formam habet, ut* equuleus, hinnuleus. CAPPER.
32. *Ad rubricas.*] *Ad rubrica*; Voſſ. tert.
33. *Leguleii.*] Cicero I. *de Orat.* 55. hunc locum explicat H. Stephanus in expoſtulatione de Latinitate falſo ſuſpecta, cap. 1. pag. 75. ALMELOV.
34. *Alii.*] *Aliique pigritiæ*; Voſſ. tert.
35. *Qui ſubito fronte conficta, &c.*) Jan. Gebhard. Crepund. lib. II. cap. 9. pag. 80. ſic legendum cenſet: *Qui ſubito fronte conſtructa immiſſaque barba, veluti depexuiſſent oratoria præcepta, &c. Conſtruere frontem* elegantiſſime dictum & aptiſſime, pro rigidum quid fronte inducere ac minari. Pari elegantia dixit Claudianus:

——— *Frangere vultus:*
Fracturumque reos humili ſub judice vultus.

Plautus *conſulcare frontem* dixit; Seneca, *aſtringere*; Cicero, aliique *contrahere*; venuſtiſſime Apuleius *ſtriatam frontem*; Tertullianus *moroſiorem*; Martialis Cocus *matutinam*; Fabius noſter ſupra lib. II. cap. 3. *improbam* nominat *faciem*; Seneca *attractiorem* vocat; alii *nubilam*, *adductam*, *caperatam* frontem. Qua de re iterum iterumque adeundus politiſſimus & Fabii noſtri optimus maximus illuſtrator, Ludovicus Creſollius, Vacat. Autumn. lib. II. cap. III. ſect. II. pag. 153. PAREUS. Neſcio, an quid mutandum ſit, cum & *fingere vultum*, Terent. Heaut. V. 1. dixerit: ſed, ſi quid mutandum, mallem vel cum Gallæo, & Almelovenio, *conſtricta fronte*, ut apud Petron. cap. CXXXII. *Quid me ſpectatis conſtricta fronte, Catones*, & noſtrum lib. I. cap. II. *conſtricta ſupercilia*, & XI. 3. *vultum ſuperciliis adſtringere*; vel *contracta*, ita enim ſolent loqui, & *attrahere*, *contrahere*, *adſtringere*, *adducere* frontem in re ſimili. Vide Gruter. ad Senec. I. *de Benef.* 1. & VI. 7. Heinſ. ad Ovid XXI. Heroid. 165. ut contra *diffundere*, *relaxare*, *remittere*, &c. Gallæus etiam conjiciebat, *qui ſubito frontem, conſtructa immiſſaque barba veluti depexuiſſent oratorum*, &c. ſed illa *conſtructa barba* mihi non placet. BURMAN.
36. *Immiſſaque.*] Mallet *promiſſa* Francius, ſed male: ut ad Ovid. VI. Metam. 168. pluribus probabitur. BURMAN.
37. *Paulum.*] *Paululum*; Obrecht.
38. *Philoſophorum.*] *Philoſophanti*; V. C. Alm. forte pro *philoſophantium*.
39. *In publico triſtes.*] *Teſtes*; Voſſ. ſec.

CAPUT IV.

Neceſſariam oratori cognitionem hiſtoriarum.

IN primis vero abundare debet orator exemplorum copia, cum veterum, tum etiam novorum: adeo ut non ea modo, quæ conſcripta ſunt hiſtoriis, aut ſermonibus velut [1] per manus tradita, quæque quotidie aguntur, debeat noſſe; verum ne ea quidem, quæ ſunt a clarioribus poëtis ficta, negligere. Nam illa quidem priora, aut teſtimoniorum, aut etiam judicatorum [2] obtinent locum. Sed hæc quoque aut vetuſtatis fide tuta ſunt, aut ab hominibus magnis præceptorum loco ficta creduntur. Sciat ergo quam plurima: unde etiam ſenibus auctoritas major eſt, quod plura noſſe & vidiſſe creduntur: [3] quod Homerus frequentiſſime teſtatur. Sed non eſt exſpectanda ultima ætas; cum ſtudia præſtent, ut, quantum ad cognitionem pertinet rerum, etiam præteritis ſeculis vixiſſe videamur. IV.

Docuit libro primo, oratorem tenere debere *encyclopædiam*: nunc tamen ea ſcribit tantum, quæ ſunt magis oratori neceſſaria, ut philoſophia, jus civile, & hiſtoria. Hiſtoria conducit ad exempla: quanquam exempla quoque petuntur a poëtis & rebus fabuloſis, ut docuit Fab. lib. V. TURNEB.

1. *Per manus tradita.*] Recte Aſcenſius hic indicari antiquum memoriæ prodendi res morem notat, ex illo Virgilii VII. Æneid. 206.

Atque equidem memini (fama eſt obſcurior annis)
Auruncos ita ferre ſenes.

ubi videndus Servius.

2. *Obtinent locum.*] Nam in Hiſtoriis veritatem ac prudentiæ ſapientiæque principia recondita omnes credimus. Dionyſ. Halicarnaſſ. 1. 1. ALMEL.
3. *Quod Homerus.*] Homerus lib. II. *Odyſſeæ* inducit Ægyptium virum ita ſenem loquentem in concione, quem *ſenectute curvum* dicit, & *rerum infinitarum peritum.* Ita tribuit auctoritatem perſonæ. TURNEB. Græci Poetæ verba ſunt Odyſſ. B. 15. Αἰγύπτιος ἦρχ' ἀγορεύειν, Ὃς δὴ γήραϊ κυφὸς ἔην, καὶ μυρία ᾔδη, hoc eſt, *Ægyptius concionari cœpit, qui ſenectute incurvus erat, & plurima norat.* CAPPER.

CAPUT V.

Quæ ſint oratoris inſtrumenta.

V. HÆC ſunt, quæ me redditurum promiſeram, inſtrumenta, non artis, ut quidam putaverunt, ſed ipſius oratoris. Hæc arma habere ad manum, horum ſcientia debet eſſe ſuccinctus, [1] accedente verborum figurarumque facili copia, & *inventionis* ratione, & diſponendi uſu, & memoriæ firmitate, & *actionis* gratia. Sed plurimum ex his valet [2] animi præſtantia, quam nec metus frangat, [3] nec acclamatio terreat, nec audientium auctoritas ultra debitam reverentiam tardet. Nam, ut abominanda ſunt contraria his vitia [4] confidentiæ, temeritatis, improbitatis, arrogantiæ; ita citra conſtantiam, fiduciam, fortitudinem, nihil ars, nihil ſtudium, nihil profectus ipſe profuerit; ut ſi des arma timidis & imbellibus. [5] Invitus mehercle dico, quoniam & aliter accipi poteſt, ipſam verecundiam, vitium quidem, ſed amabile, & quæ virtutes facillime generet, [6] eſſe interim adverſam, [7] multiſque in cauſſa fuiſſe, ut bona ingenii ſtudiique in lucem non prolata, ſitu quodam ſecreti conſumerentur. [8] Sciat autem, ſi quis hæc, forte minus adhuc peritus diſtinguendi vim cujuſque verbi, leget, non probitatem a me reprehendi, ſed verecundiam, quæ eſt timor quidam, [9] reducens animum ab iis, quæ facienda ſunt, [10] unde confuſio, & cœpti pœnitentia, & ſubitum ſilentium. Quis porro dubitet vitiis adſcribere affectum, propter quem facere honeſte pudet? [11] Neque ego rurſus nolo eum, qui ſit dicturus, & ſolicitum ſurgere, & colore mutari, & periculum intelligere: quæ ſi non [12] accident, etiam ſimulanda erunr: ſed intellectus hic ſit operis, non metus: moveamurque, non concidamus. Optima eſt autem emendatio verecundiæ, fiducia: [13] & quamlibet imbecilla frons, magna conſcientia ſuſtinetur. Sunt & naturalia, [14] ut ſupra dixi, quæ tamen & cura juvantur, inſtrumenta, vox, latus, decor: quæ quidem tantum valent, [15] ut frequenter famam ingenii faciant. Habuit oratores ætas noſtra copioſiores: ſed cum diceret, [16] eminere inter æquales Trachalus videbatur: ea corporis ſublimitas erat, is ardor oculorum, frontis auctoritas, geſtus præſtantia, vox quidem, non ut Cicero deſiderat, [17] pene tragœdorum, ſed ſuper omnes, quos ego quidem audierim, tragœdos. [18] Certe cum in Baſilica Julia diceret primo tribunali, [19] quatuor autem judicia, ut moris eſt, cogerentur, atque omnia clamoribus fremerent, & auditum eum & intellectum, &, quod agentibus cæteris [20] contumelioſiſſimum fuit, laudatum quoque ex quatuor tribunalibus memini. Sed hoc [21] votum eſt, & rara feli-

Fabius cap. ult. lib. XI. de inſtrumento egit, inſtrumentumque vocavit, ſine quo formari materia, & in id, quod velimus, opus effici non poſſit. Igitur ſcientias illas, quas ſupra enumeravit, inſtrumenta putat oratoris, & alia quædam præterea, quæ hoc capite enumerantur. TURNEB.

1. *Accedente.*] *Antecedente*; MS. Bodl.

2. *Animi præſtantia.*] Et hic mallem *præſentia*, quæ proprie conſtantiæ & fiduciæ convenit. Vide ſupr. cap. 1. BURMAN.

3. *Nec acclamatio terreat.*] Sic Demoſthenes in horriſono littore declamabat, ut non moveretur acclamationibus & murmurationibus plebis. TURNEB.

4. *Confidentiæ.*] *Fidentiæ*; Voſſ. tert.

5. *Invitus mehercle dico.*] Non vituperat hoc loco verecundiam Fabius, ſed & nimiam & non opportunam damnat: itaque pulcherrimus extat Plutarchi libellus *de vitioſa verecundia*. TURNEB. Plutarchi libellus inſcribitur περὶ τῆς δυσωπίας. CAPPER.

6. *Eſſe interim adverſam.*] *Eſſe int. adverſa*; V. C. Alm. *eſſe inter adverſa*; Vall. lib. cod. Bern.

7. *Multiſque in cauſſa.*] *Multis in*; Voſſ. tert.

8. *Sciat autem.*] Duplex eſt verecundia; altera enim efficitur propter turpitudinis metum, quæ quidem laudatur; altera etiam a rebus honeſtis retrahit, quæ vituperatur. TURNEB.

9. *Reducens animum.*] *Abducens*; Andr.

10. *Unde confuſio.*] *Sunt. Inde confuſio*; Voſſ. ſec. Locat. Baſil. Colin.

11. *Neque ego.*] Cicero in lib. *de Orat.* ad Q. fratrem actorem illum damnat, *qui orare incipit abſque metu*: ac certe fatetur Cicero, ſemper agendi initio ſe commotum fuiſſe. TURNEB.

12. *Accident.*] *Acciderent*; V. C. Alm. & Bern.

13. *Et quamlibet.*] *Etiam qualibet*; Locat. Ald. ſed elegans ille uſus vocis *quamlibet* multis ad Ovidium locis ab illuſtri Heinſio aſſertus: & ita Declam. V. pro *quemlibet divitem*, *quamlibet* quidam codices exhibent. BURMAN.

14. *Ut ſupra dixi.*] Procemio libri primi.

15. *Ut frequenter famam ingenii faciant.*] Sic Hortenſius propter elegantiam pronunciationis par eſſe Ciceroni videbatur: qui alioqui, ſi cætera comparaſſes, longe inferior fuiſſet. TURNEB.

16. *Eminere inter æquales Trach.*] Uſque adeo probatur actio & pronunciatio Trachali, ut proverbium ſit: *Trachalo vocalior*. TURNEB.

17. *Pene tragœdorum.*] Cicero I. *de Orat.* 28. qui tamen illud *pene* non voci, ſed *actioni* addit: de Trachalo vide ſupra ad lib. VI. 3.

18. *Certe cum in baſil.*] Initio judicia centumviralia dividebantur in duas haſtas: deinde diviſa ſunt in quatuor partes, quæ tamen cogebantur in unam Baſilicam: eſt autem *Baſilica* ampliſſima aula, qualis in hac urbe eſt Palatina. TURNEB. Vide Turneb. Adverſar. lib. IV. cap. 4.

19. *Quatuor judicia.*] Vide Plin. I. Epiſt. 18. & IV. 24. & VI. 33. & Valer. Maxim. lib. VII. cap. 7.

20. *Contumelioſum.*] *Contumelioſiſſimum*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. tert. Ald. Obrecht.

21. *Votum eſt.*] *Notum eſt*; Voſſ. prim. Locat. ſed ele-

citas: quæ ſi non adſit, ſane ſufficiat, ab iis, quibus quis dicit, audiri. Talis eſſe debet orator, [22] & hæc ſcire.

gans vulgata lectio, quæ rem difficillimam, & ad quam non niſi *votis pervenire* licet, ut loquitur Juſtinus xxv. 4. Claudian. 1. Eutr. 172.

Quod nec vota pati, nec fingere ſomnia poſſent.

ubi vide Dempſter. ſic *ſupra vota res fluere* dixit idem Juſtin. xxiii. 3. & noſter Declam. 3. *ad omne votum fluente fortuna.* BURMAN. Ἐν τῇ εὐχῇ, *in voto*, Platonica e loquendi formula de bono quopiam eximio, quod eſt eti quidem poſſit, acquiri vero minime. CAPPER.

22. *Et hæc ſcire.*] *Et* deeſt in MSS. Alm. Voſſ. prim. tert. Obrecht.

CAPUT VI.

Quod ſit incipiendi cauſſas agere tempus.

AGENDI autem initium ſine dubio ſecundum vires cujuſque ſumendum eſt: neque ego annos definiam; cum [1] Demoſthenem puerum admodum [2] *actiones* pupillares habuiſſe manifeſtum ſit; Calvus, Cæſar, [3] Pollio, multum ante quæſtoriam omnes ætatem graviſſima [4] judicia ſuſceperint; prætextatos egiſſe quoſdam ſit traditum; [5] Cæſar Auguſtus duodecim natus annos aviam pro Roſtris laudaverit. [6] Modus mihi videtur quidam tenendus, [7] ut neque præpropere diſtringatur immatura frons, & [8] quidquid eſt illud adhuc acerbum, proferatur. Nam inde & contemptus operis [9] innaſcitur, & fundamenta jaciuntur impudentiæ, & (quod eſt ubique pernicioſiſſimum) prævenit vires fiducia. [10] Nec rurſus differendum eſt tyrocinium in ſenectutem. Nam quotidie metus creſcit, majuſque fit ſemper, quod auſuri ſumus: &, dum deliberamus, quando incipiendum ſit, incipere jam ſerum eſt. Quare fructum ſtudiorum viridem & adhuc dulcem promi decet, dum & venia & ſpes eſt, & paratus favor, & audere non dedecet: &, ſi quid deſit operi, ſupplet ætas: &, ſiqua ſunt dicta juveniliter, pro indole [11] accipiuntur; [12] ut totus ille Ciceronis pro Sexto Roſcio locus: *Quid enim tam commune, quam ſpiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus ejectis?* [13] Quæ cum ſex & viginti natus annos, ſummis audientium clamoribus dixerit, deferbuiſſe tempore, & annis liquata jam ſenior idem fatetur. [14] Et hercle quantumlibet ſecreta ſtudia contulerint, eſt tamen proprius quidam fori profectus: alia lux, alia veri diſcriminis facies: pluſque, ſi ſepares, uſus ſine doctrina, quam citra uſum doctrina, valeat. [15] Ideoque nonnulli ſenes in ſchola facti ſtupent novitate, cum in judicia venerunt, & omnia ſuis exercitationibus ſimilia deſiderant. At illic & judex tacet, & adverſarius obſtrepit, & nihil temere dictum pe- VI.

1. *Demoſthenes.*] Plutarch. in vita Demoſthenis auctor eſt, ipſum tutoribus ſuis diem dixiſſe, multaque adverſus eos ſcripſiſſe: quare hic *pupillares*, non *populares*, legendum. PHILAND. Demoſthenes, compilatus a ſuis tutoribus, pene puer contra eos actionem inſtituit: aiunt nonnulli eum natum fuiſſe 13. annos: atque hodie extant orationes contra Aphobum tutorem. TURNEB. Vide Suid. in Demoſthen. ALMEL.

2. *Actiones pupillares.*] *Populares*; Locat. Ald. Colin. Vidov. marg. Baſil. Gryph.

3. *Pollio multum ante.*] *Pollio, Matius, multum* .... Andr. Ald. ſed Matium illum, Cæſaris amicum, de quo ad Sueton. Cæſ. 52. agunt eruditi, oratorem fuiſſe non puto: quare forte *Mutius* poſſet legi, niſi ille poſtremo loco nominaretur, cum fuerit prior. BURMAN.

4. *Judicia.*] Id eſt, *cauſſas* in foro agendas, orationes in genere *judiciali* habendas. CAPPER.

5. *Cæſar Auguſtus.*] Suetonius quoque tradit, a Tiberio novem annos nato laudatum eſſe patrem defunctum. TURNEB.

6. *Modus.*] Idem præcipit in Agricultura Pallad. lib. 1. tit. 7. ALMEL.

7. *Ut neque præpropere, &c.*] *Metaphora* ducta videtur a frondibus, *quas* (ait Columella) *decerpere ſolent ruſtici ad jumentorum pabulum.* TURNEB. *Diſtinguatur*; Voſſ. ſec. mihi *deſtringatur* legendum videtur, perſuaſus iis, quæ ampl. Cuperus lib. iv. obſ. 5. de his verbis obſervavit. BURM.

8. *Quidquid eſt illud.*] Elegans hoc loquendi genus, ut ex hoc loco, & libro 1. cap. 3. noſtri Fabii obſervat ſummus Gronov. ad Liv. ix. 3. in notis prioris editionis; & ita *quidquid id eſt*: de quo Heinſius & Drakenborchius noſter ad Sil. vi. 119. *neque propere* etiam habet Locat. BURMAN.

9. *Innaſcitur.*] *Naſcitur*; Obrecht. edit.

10. *Nec rurſus differendum eſt tyrocinium.*] *Tyrocinium* appellat illum diem, quo juvenes ſolemniter deducebantur in forum, ut initiarentur *cauſſis* agendis: fiebat autem magna ex parte, quo die ſumebatur virilis toga. Auctor Budæus in poſterioribus annotationibus. TURNEB.

11. *Accipiuntur.*] Aſcenſius, ne ſit finis hexametri, malebat *capiuntur.*

12. *Ut totus ille Cicero.*] Sic locutus eſt Cicero (pro Sext. Roſc. cap. 26.) cum ageret de pœna parricidarum, ac ſignificare vellet eos elementis omnibus eſſe privatos. Idem tamen in *Orat.* (cap. 30.) ad Brutum ait, *iſta eſſe redundantiora, neque dum ſatis matura*: quum tamen iſta diceret, ſequuti ſunt maximi clamores, ut ille teſtatur. TURNEB.

13. *Quæ cum ſex, &c.*] Aulus Gell. xv. 28. erraſſe hac in re ſcribit Cornelium Nepotem & Feneſtellam. Feneſtella autem ſcripſit a Cicerone habitam eſſe hanc orationem 26. ætatis anno; ipſe ex temporis ſupputatione habitam eſſe probat 27. ætatis anno. Jam illud *deferbuiſſe* metaphoricum eſt, eſtque a vino ductum; vina enim deferveſcunt, ac redduntur maturiora & mitiora. TURNEB. *Deferviſſe*; Val. lib. Colon. Par. quam lectionem ex MSS. tuentur viri docti ad Cicer. pro Cœlio cap. 18. & ex Terent. Adelph. i. 2. probat Priſcian. lib. ix. pag. 866.

14. *Et hercule quantumlibet.*] *Et equidem quantumlibet*; Voſſ. ſec.

15. *Ideoque nonnulli.*] Antea id ſcripſit de Portio La-

rit: &, [16] ſi quid tibi ipſe ſumas, probandum eſt: & laboratam congeſtamque dierum ac noctium ſtudio *actionem* [17] aqua deficit: &, omiſſo magna ſemper flandi tumore, in quibuſdam *cauſſis* [18] loquendum eſt: quod illi diſerti minime ſciunt. Itaque nonnullos reperias, qui ſibi eloquentiores videantur, quam ut *cauſſas* agant. [19] Cæterum illum, quem juvenem, teneriſque adhuc viribus nitentem in forum deduximus, & incipere [20] a quam maxime facili ac favorabili *cauſſa* velim, ut [21] catuli ferarum molliore præda ſaginantur; & non utique ab hoc initio continuare operam, & ingenio adhuc alendo callum inducere; [22] ſed jam ſcientem, quid ſit pugna, & in quam rem ſtudendum ſit, refici atque renovari. Sic & [23] tyrocinii metum, dum facilius eſt audere, tranſierit, nec audendi [24] facilitatem uſque ad contemptum operis adduxerit. [25] Uſus eſt & hac ratione M. Tullius: [26] & cum jam clarum meruiſſet inter patronos, qui tum erant, nomen, in Aſiam navigavit, ſeque & aliis ſine dubio eloquentiæ ac ſapientiæ magiſtris, ſed præcipue tamen [27] Apollonio Moloni, quem Romæ quoque audierat, Rhodi rurſus formandum ac velut [28] recoquendum dedit. Tum dignum operæ [29] pretium venit, cum inter ſe congruunt præcepta & experimenta.

trone, qui, peritus alioqui declamator, cum in forum veniſſet, pene obſtupuit. TURNEB. Vide Petron. Sat. principio. BURMAN.

16. *Tibi ipſe ſumas.*] *Tibi ſumas*; V. C. Alm.

17. *Aqua deficit.*] Oratores dicebant ad *clepſydram*, & ex aquæ fluxu ſpatium illis dabatur ad agendum. Igitur declamatores ſcribere nonnunquam ſolent prolixam orationem, quum judex breviſſimum tempus ad agendum ſit daturus. TURNEB. *Aquam perdit* dixit ſupra lib. XI. cap. 3. ita Plato in Theæteto pag. 117. *urget enim ipſos aqua fluens.* Et Themiſtius in oratione *quomodo philoſopho ſit dicendum* pag. 51. quibus ex locis patet, *clepſydras* in uſu fuiſſe, quibus demetiebantur tempus: qua in ſententia & eſt Nicolaus Cuſanus in dialogo *de Staticis experimentis.* Vide Alex. ab Alex. lib. IV. 2. quæ augebantur vel minuebantur a judicibus vel arbitris. Martial. VI. 35. & Dion. Nic. in Severo & Plin. lib. II. epiſt. 11. vid. & Palmerium exercit. ad Græcos Auct. pag. 735. Kuhn. ad Pollux. lib. VIII. cap. 9. ſec. 32. Scip. Gentil. ad Apulei. pag. 154. & 191. & Harpocrat. in διαμεμετρημένη. Schott. Adag. cent. II. e Suid. n. 28. pag. 352. Busbequius auctor eſt, Turcas aqua tempus demetiri. Epiſtol. I. pag. 28. ALMELOV. *Deficit.*] *Defecit*; Voſſ. prim. Locat. Ald. Bern.

18. *Loquendum eſt.*] Simplici & familiari ſermone utendum. ROLLIN.

19. *Cæterum illum quem.*] Non præfinivit certum tempus *cauſſarum* agendarum: nec tamen, a quibus ſit incipiendum *cauſſis*, docet. Addit, ſi orator juvenis tyrocinium inceperit, non debere illum operam continuare; ſed ſæpenumero intermiſſis *cauſſis* eum ad diſciplinas redire oportet. TURNEB.

20. *A quam maxime.*] *A* deeſt in Voſſ. prim. ſec. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

21. *Catuli ferarum.*] *Ferarum* non habet V. C. Alm.

22. *Sed jam ſcientem.*] *Sed etiam ſc.* Ald.

23. *Tyrocinii metum.*] *Metam*; Obrecht.

24. *Facilitatem.*] *Dicendi facultatem*; Obrecht. τὸ *facilitatem* legitur etiam in cod. Bernenſ.

25. *Uſus eſt & hac ratione M. Tullius.*] Id fecit, quoniam in oratione pro Roſcio videbatur offendiſſe Syllam dictatorem: igitur, relicta Roma, navigavit in Aſiam, ubi dedit operam Menippo Cenocli & Dionyſio rhetoribus. Jam Athenis dedit operam Antiocho Academico, Rhodi Apollonio Moloni. TURNEB. Vide Ciceron in *Bruto* cap. 89. & 91. ALMEL. *Uſus & hac ratione*; Obrecht.

26. *Et cum jam.*] *Cum jam*; Obrecht. edit.

27. *Apollonio Moloni.*] Sic & lib. III. cap. 3. vocatur *Apollonius Molon*: attamen a Porphyrio in *Homericis quæſtionibus* appellatur Ἀπολλώνιος ὁ τοῦ Μόλωνος, hoc eſt, *Apollonius Molonis.* Plutarchus etiam in Julii Cæſaris vita non longe ab initio Ἀπολλώνιον τοῦ Μόλωνος vocat. CAPPER.

28. *Recoquendum.*] Vide de hoc verbo agentem Junium lib. 5. obſerv. 5.

29. *Pretium venit.*] *Tenuit*; Ald.

CAPUT VII.

Quæ in ſuſcipiendis cauſſis oratori obſervanda ſint.

VII. CUM ſatis in omne certamen virium fecerit, prima ei cura in ſuſcipiendis *cauſſis* erit: in quibus defendere quidem [1] reos profecto, quam facere, vir bonus mallet: non tamen ita nomen ipſum [2] accuſatoris horrebit, ut nullo neque publico neque privato duci poſſit officio, ut aliquem ad reddendam rationem vitæ vocet. Nam & leges ipſæ [3] nihil valeant, niſi actoris idonea voce munitæ: &, ſi pœnas ſcelerum expetere fas non eſt, prope eſt, ut ſcelera ipſa permiſſa ſint: & licentiam malis dari, certe contra bonos eſt. Quare [4] neque ſociorum querelas, nec amici vel propinqui necem, nec erupturas in rempublicam conſpirationes [5] inultas patietur orator: non pœnæ nocentium cupidus, ſed emendandi vitia, corri-

Cicero lib. II. *Officior.* ait, ſatius eſſe defendere, quam accuſare; ita tamen, ut propter juſtas rationes ad accuſationem deſcendere debeamus: nec tamen eſt committendum, ut accuſationum frequentia accuſatoris nomen mereamur: quod accidit Marco Bruto, ut teſtatur in *Officiis.* TURNEB.

1. *Reos .... facere.*] Aliquem *reum facere* dicitur is, qui accuſat, ipſumque judicio perſequitur, ut admiſſi ſceleris pœnas luat. CAPPER.

2. *Accuſatoris.*] *Accuſationis*; MSS. Alm. Voſſ. prim. Bern.

3. *Nihil valent.*] *Valeant*; Voſſ. omn. Ald. Leid. Oxon. Obrecht.

4. *Neque ſociorum.*] *Sociorum ſcelera*; Voſſ. prim.

5. *Inultas patietur.*] *Multas*; Locat.

gendique

gendique mores. Nam qui ratione traduci ad meliora non poſſunt, ſolo metu continentur. [6] Itaque, ut accuſatoriam vitam vivere [7] & ad deferendos reos præmio duci proximum latrocinio eſt; ita peſtem inteſtinam propulſare, cum [8] propugnatoribus patriæ comparandum. Ideoque principes in republica viri non detrectaverunt [9] hanc officii partem: creditique ſunt etiam clari juvenes, obſidem reipublicæ dare malorum civium accuſationem, quia nec odiſſe improbos, nec ſimultates provocare, niſi ex fiducia bonæ mentis videbantur. Idque cum ab Hortenſio, [10] Lucullis, Sulpitio, Cicerone, Cæſare, [11] plurimis aliis, tum ab utroque Catone factum eſt: quorum alter appellatus eſt *ſapiens*, alter niſi creditur fuiſſe, vix ſcio, cui reliquerit hujus nominis locum. [12] Namque defendet omnis orator, idemque portum illum eloquentiæ ſuæ ſalutarem non etiam piratis patefaciet, duceturque in advocationem [13] maxime *cauſſa*. Quoniam tamen omnes, qui non improbe litigabunt, quorum certe bona pars eſt, ſuſtinere non poteſt unus, [14] aliquid etiam commendantium perſonis dabit, & [15] ipſorum, qui judicio decernent, ut optimi cujuſque voluntate moveatur; namque hos & amiciſſimos vir bonus habebit. [16] Summovendum vero eſt utrumque ambitus genus; vel potentibus contra humiles venditandi operam ſuam; vel illud etiam, jactantius minores, utique contra dignitatem, attollendi. Non enim fortuna [17] *cauſſas* vel juſtas vel improbas facit. Neque vero pudor obſtet, quo minus ſuſceptam, cum melior videretur, litem, cognita [18] inter dicendum iniquitate, dimittat, cum prius litigatori dixerit verum. Nam & in hoc maximum, ſi æqui judices ſumus, beneficium eſt, ut non fallamus vana ſpe litigantem. Neque eſt dignus opera patroni, qui non utitur conſilio. Et certe non convenit ei, quem oratorem eſſe volumus, injuſta tueri ſcientem. [19] Nam ſi ex illis, quas ſupra diximus, *cauſſis* falſum tuebitur, erit tamen honeſtum, quod ipſe faciet. [20] Gratiſne ei ſemper agendum ſit, tractari poteſt. Quod ex [21] prima ſtatim fronte dijudicare, [22] imprudentium eſt. Nam quis ignorat, quin id longe ſit honeſtiſſimum, ac liberalibus diſciplinis, & [23] illo, quem exigimus, animo digniſſimum, non vendere operam, [24] nec elevare tanti beneficii auctoritatem? cum pleraque hoc ipſo poſſint videri vilia, quod pretium habent. Cæcis hoc, [25] ut aiunt, ſatis clarum eſt: nec quiſquam, qui ſufficientia ſibi (modica autem hæc ſunt) poſſidebit, hunc quæſtum ſine crimine [26] ſordium fecerit. [27] At ſi res familiaris amplius aliquid ad uſus neceſſarios exiget, [28] ſecundum omnes ſapientium leges patietur ſibi

6. *Itaque ut accuſatoriam.*] Id ait contra eos, qui faciebant *quadruplaturas* in foro Romano: ideo *quadruplatores* vocabantur: illi autem erant delatores, qui conſequebantur ex damnatione alicujus quartam partem bonorum. TURNEB. Dictum ea forma, ut *vellicullariam vitam vivere* dixit Cato apud Feſt. in *vellicularia*.

7. *Et ad deferendos reos.*] Lex Cincia vetabat, *ne patronus ob alicujus defenſionem pecuniam vel premium aliquod caperet.* TURNEB. *Ad defendendos reos*: Andr. Locat. Ven. Par. Quomodo etiam legiſſe Turnebianum commentatorem ex eo patet, quod Cinciam legem, qua vetabatur ne quid præmii patronus ad defendendum reum acciperet, huc retulerit. CAPPER.

8. *Propugnatoribus patriæ.*] Elegans loquendi genus, pro *facinori*, egregio facto propugnatorum comparandum; & ita Juſtinus IV. 3. *Auſi facinus nulli tyranno comparandum*: quem locum recte vindicant ibi Voſſius, & ad lib. II. 14. & Gronov. ad Liv. Epitom. XLVI.

9. *Hanc officii.*] *Hanc officio*: Voſſ. prim. tert. Bern.

10. *Lucullis.*] *Lucullo*: Locat. Ald.

11. *Pluribus aliis.*] *Plurimis aliis*; MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſecund. tert. Locat. Ald. Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht. *pluribuſque aliis*; Andr.

12. *Namque defendet.*] Quanquam optimum eſt defendere, ad idque propenſiſſimi eſſe debemus, non tamen prædones atque piratas tuebimur; in primis enim conſideranda eſt *cauſſæ* æquitas: in alio codice legitur *neque*, ac ſenſus tum etiam optimus eſt. TURNEB. *Namque defendat*: Locat. Ald. Gallæus malebat: *Neque defendet omnes orator, idemque p. i. e. ſ. ſalutarem etiam piratis patefaciet.* Rollinus etiam *neque defendet omnes* legebat. Excidiſſe aliquam vocem, quæ *piratis* opponatur, puto; & forte: *Neque defendet omnes orator: miſeris* (vel *reis*) *quidem portum illum e. ſ. ſ. non etiam piratis patefaciet.* BURMAN.

13. *Maxime cauſſa.*] Ipſius maxime *cauſſæ* conſideratione.

14. *Aliquid & commendantium.*] Orator in ſuſcipiendis *cauſſis* moveri debet commendantium perſonis, & decernentium judicio, ut *cauſſas* eas potius ſuſcipiat, quam alias TURNEB. *Etiam commendantium*; Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Vidov. Colin. Oxon. Obrecht.

15. *Ipſorum, qui judicio decernent.*] Hoc eſt, litigantium perſonis dabit aliquid, ipſorum litigantium rationem aliquam habebit, aliqua conſideratione ducetur. CAPPER.

16. *Summovendum vero eſt.*] Quidam abſque judicio ſemper potentes defendunt, non habita ratione *cauſſæ*: alii ſemper humiles tuentur adverſus potentes, ſine reſpectu *cauſſæ*: utrique ſunt in vitio. TURNEB.

17. *Cauſſas vel juſtas.*] *Cauſſarum juſtas*; V. C. Alm.

18. *Inter dicendum.*] *Inter diſceptandum*: Voſſ. ſec. Ald. Steph. Gryph. Colin. Vidov. *inter diſcendum*; MSS. Bodl. Alm. Locat. Baſil. Par. Vaſc.

19. *Nam ſi ex illis.*] Supra Fabius dixit, ab oratore poſſe defendi ea, quæ injuſta videntur, dummodo ſubſit honeſta cauſſa: at ſi ſciens rem iniquam defenderet abſque prætextu honeſtæ *cauſſæ*, id turpiſſimum videretur. Recurre ad finem primi capitis. TURNEB.

20. *Gratiſne ei ſemper.*] Idcirco id quærit Fabius, quia (quemadmodum eſt apud Tacitum lib. XIII. 42.) ante Fabii ætatem magna contentione advocatorum ſublata fuit lex Cincia. TURNEB.

21. *Prima fronte.*] Vide lib. VII. I.

22. *Imprudentium.*] *Prudentium*; Vallæ lib.

23. *Illo quem exigimus.*] *Quem in eloquente exigemus*; Bern. Obrecht. ſed curis ſecundis *exegimus*. *Et quem in loquendo exigimus* I marg. Baſil.

24. *Nec levare.*] *Elevare* rectius in pleriſque exemplaribus & ſignate legi conſpexi: quæ lectio a nobis probatur; *levare* enim eſt laborem extenuare, ut *ego hoc te faſce levabo*: *elevare* ſignificat deprimere, ut apud Propertium,

Elevat aſſiduos copia longa viros.

BARTH. MERULA.

25. *Ut aiunt ſatis clarum eſt.*] *Satis eſt*; Locat.

26. *Sordium.*] Hoc eſt, turpis avaritiæ. CAPPER.

27. *At ſi res familiaris.*] *At res familiaris*: Locat.

28. *Secundum omnes ſapientium.*] *Secundum omnium ſapientium*; MSS. Alm. Voſſ. Locat. Ald. Colin. Vidov.

gratiam referri; [29] cum & Socrati [30] collatum ſit ad victum; & [31] Zeno, Cleanthes, Chryſippus mercedes a diſcipulis acceptaverint. Neque enim video, quæ juſtior acquirendi ratio, quam ex honeſtiſſimo labore, & ab iis, de quibus optime meruerint, quique, ſi nihil invicem præſtent, indigni fuerint defenſione. Quod quidem non juſtum modo, ſed neceſſarium etiam eſt; cum hæc ipſa opera, tempuſque omne, alienis negotiis datum, facultatem aliter acquirendi recidant. [32] Sed tum quoque tenendus eſt modus: ac plurimum refert, & a quo accipiat, & quantum, [33] & quouſque. Paciſcendi quidem ille piraticus mos, [34] & imponentium periculis pretia procul abominanda negotiatio, etiam [35] a mediocriter improbis aberit; cum præſertim bonos homines bonaſque *cauſſas* tueri non ſit metuendus ingratus, [36] qui ſi futurus, malo tamen ille peccet. Nihil ergo acquirere volet orator ultra, quam ſatis erit: ac ne pauper quidem tanquam mercedem accipiet, ſed mutua benevolentia utetur, [37] cum ſciat ſe tanto plus præſtitiſſe; [38] quia nec venire hoc beneficium oportet, nec perire. Denique ut gratus ſit, ad eum magis pertinet, qui debet.

29. *Cum & Socrati.*] Ariſtoxenus ſcribit, ut Laërtius (lib. II. ſec. 20.) tradit, Socratem pecunias ex artis profeſſione ad victum congregare ſolitum. MERUL. Xenophon lib. I. memor. dicit, Socratem nullam unquam mercedem ſuæ doctrinæ exegiſſe. PHILAND. Horum exemplo ſignificat, non eſſe interponendam pecuniæ ſtipulationem atque pactionem in *cauſſarum actione*; nam hoc nomine Socrates apud Xenophontem in commentariis reprehendit ſophiſtas, quia mercedem exigebant: ſi quid tamen conferatur, quo egeat, acceptare debebit orator. TURNEB.

30. *Collatum ſit.*] *Collocatum*; Locat.

31. *Zeno.*] *Zenon*; Voſſ. omn. Baſil.

32. *Sed tum quoque.*] Similis eſt locus apud juriſconſultos in titulo de *proconſulis officio*; jubet enim Ulpianus, ut *proconſul nec omnia accipiat, nec paſſim, nec ab omnibus.* TURNEB.

33. *Et quotiſque paciſcendi q. &c. procul abominanda paſciſcenda negotiatio.*] Quid ſibi velit Fabius hoc loco, ne ipſe quidem, ſi vivat, intelliget: adeo mendoſus eſt ejus codex: quare ita emendetur, quo Fabius nitore ſuo candidus ſit: loco *quotiſque* dictionis reponatur *quouſque* & *paciſcenda* expungatur, ut ſuperflua dictio, hoc modo: *& quouſque. Paciſcendi q. i. p. m. & i. p. p. procul abominanda negotiatio, &c.* MERULA. Unde illas vitioſas lectiones petierit Merula, Badius neſcit: nec ego in quoquam repperi: an homo vanus ſibi finxit? BURMAN. *Paciſcendi quidem.*] Vetat, ne fiant cauponationes & dinundinationes *cauſſarum*, interpoſita pecuniæ pactione, ſi cujus *cauſſam* ſuſceperis agendam; nam alioqui graviſſimum erat olim opprobrium, habere linguam venalem. TURNEB.

34. *Imponentium.*] *Ponentium*; MSS. Alm. Voſſ. tert. ita Horat. II. Sat. III. 23.

Callidus huic ſigno ponebam millia centum.

35. *A mediocriter.*] *A* deeſt in V. C. Alm.

36. *Qui ſi futurus.*] Hic quoque locus detractione unius literæ obſcurior videtur: ſic autem optime corrigi poſſe videtur, ſi *qui* relativo *d* literam addiderimus, ut per interrogationem legatur hoc modo: *Quid ſi futurus? malo tamen ille peccet.* MERULA. *Quid ſi futurus*; Locat.

37. *Quum ſciat.*] *Quum ſciet*; Voſſ. ſec. tert.

38. *Quia nec venire.*] *Non enim quia venire hoc beneficium non oportet, perire oportet*; Obrecht. forte: *Non enim quia venire hoc beneficium non oportet, perire debet*; *denique*, &c. ut illud *debet* a *denique* ſit abſorptum. BURMAN.

CAPUT VIII.

Quæ [1] in diſcendis cauſſis oratori obſervanda ſint.

VIII. PROXIMA [2] diſcendæ *cauſſæ* ratio, [3] quod eſt oratoris fundamentum. Neque enim quiſquam tam ingenio tenui [4] reperitur, qui, cum omnia, quæ ſunt in *cauſſa*, diligenter cognoverit, ad docendum certe judicem non ſufficiat. Sed ejus rei pauciſſimis cura eſt. Nam, ut [5] taceam de negligentibus, quorum nihil refert, ubi [6] litium cardo vertatur, dum ſint, quæ vel extra *cauſſam* ex perſonis aut communi tractatu locorum occaſionem clamandi largiantur; [7] aliquos & ambitio pervertit, qui partim tanquam occupati, ſemperque [8] aliud habentes, quod ante agendum ſit, pridie ad ſe venire litigatorem, aut [9] eodem matutino jubent, nonnunquam etiam inter ipſa ſubſellia didiciſſe ſe gloriantur; partim jactantia in-

Antea præceptum eſt a Fabio, & a Cicerone traditum lib. II. *de Orat.* Ab oratore cauſſam familiariter cognoſci debere, ut & adjumentis uti poſſit optimis, & contradictionibus occurrere: diſcit autem orator *cauſſam*, quum a litigatore accipit ejus explicationem. TURNEB.

1. *In diſcendis.*] *In docendis*; cod. Bern.

2. *Diſcendæ.*] *Dicendæ*; Voſſ. prim.

3. *Quod eſt oratoris fundamentum.*] Editio Lugdunenſis legit, *orationis fundamentum*, cui refragantur editiones Aldina, Sichardina, aliæque. Nec enim in hac parte Fabius membra orationis attingit, ſed illis jam perfecte cognitis, aliis quibuſdam ſubſidiis oratorem inſtruit. GIBSON. *Orationis*; V. C. Alm. *Oratoris*; Vaſcoſ. Steph. Bern. Rollin.

4. *Reperitur.*] *Reperietur*; Vall. lib. Voſſ. omn. Baſil.

5. *Taceam.*] *Taceamus*; edit. Obrecht.

6. *Litium cardo.*] *Cardinem litium* appellat locum illum, in quo eſt tota controverſia, & *cauſſæ ſtatus*: ſic antea dixit, *cardinem cauſſæ ponere*: appellare vulgo ſolemus præcipuum & verum litis punctum. TURNEB.

7. *Aliquod & ambitio.*] Mutatione interdum unius literæ plerumque evenire ſolet, ut totus ſenſus confundatur: id quod hoc in loco intueri facile, vel parum doctus poterit. Emendabitur igitur Fabii lectio optime, ſi *aliquos*, non *aliquod*, legerimus hoc modo: *aliquos & ambitio pervertit.* MERULA.

8. *Aliud habentes.*] *Aliquid habentes*; Ald.

9. *Eodem matutino.*] Ita *heſterno* dixit Auſonius Epig. 74: pro heſterno die, vel heri, ubi nihil mutem. Plinio nihil familiarius: ita lib. IX. 8. & 10. *meridiano* & *cotidiano* apud Chariſ. lib. II. pag. 177. *heſterno*, pag. 180. *repentino* pag. 193. *ſempiterno* pag. 194. & ſimilia. BURMAN.

genii, ut res cito accepiſſe videantur, [10] tenere ſe & intelligere prius [11] pene, quam audiant, mentiti, cum multa & diſerte, ſummiſque clamoribus, quæ neque ad judicem, neque [12] ad litigatorem pertineant, [13] decantaverunt, bene ſudantes beneque comitati per forum reducuntur. [14] Ne illas quidem tulerim delicias eorum, qui doceri amicos ſuos jubent: quanquam minus mali eſt, ſi illi ſaltem recte diſcant, recteque doceant. Sed quis diſcet tam bene, quam patronus? Quomodo autem ſequeſter ille & [15] media litium manus, & quidam interpres, impendet æquo animo laborem in alienas *actiones*, cum [16] dicturus ipſe non ſit. Peſſimæ vero conſuetudinis, [17] libellis eſſe contentum, quos componit aut litigator, qui confugit ad patronum, quia liti ipſe non ſufficit; aut aliquis ex eo genere advocatorum, qui ſe non poſſe agere confitentur, deinde faciunt id, quod eſt in agendo difficillimum. Nam qui judicare, quid dicendum, quid diſſimulandum, quid declinandum, [18] mutandumve, fingedum etiam ſit, poteſt; cur non ſit orator, quando, quod [19] difficilius eſt, facit? Hi porro non tantum nocerent, ſi omnia ſcriberent, uti geſta ſunt. [20] Nunc *conſilium* [21] & *colores* adjiciunt, & aliqua [22] pejora veris, quæ plerique cum acceperunt, immutare nefas habent, & velut *themata* in ſcholis poſita cuſtodiunt. Deinde deprehenduntur, & *cauſſam*, quam diſcere ex ſuis litigatoribus noluerunt, [23] ex adverſariis diſcunt. Liberum igitur demus ante omnia iis, quorum negotium erit, tempus ac locum: exhortemurque ultro, ut omnia quamlibet verboſe, &, unde volent, [24] repetito tempore [25] exponant. Non enim tam obeſt audire ſupervacua, quam ignorare neceſſaria. Frequenter autem & vulnus & remedium in iis orator inveniet, quæ litigatori in neutram partem habere momentum videbantur. Nec tanta ſit acturo memoriæ fiducia, ut ſubſcribere audita pigeat. Nec ſemel audiſſe ſit ſatis: cogendus eadem iterum ac [26] ſæpius dicere litigator; non ſolum quia effugere aliqua prima expoſitione potuerunt, præſertim hominem (quod ſæpe evenit) imperitum; ſed etiam, ut ſciamus, an eadem dicat. Plurimi enim mentiuntur, &, tanquam non doceant *cauſſam*, ſed agant, non ut cum patrono, ſed ut cum judice loquuntur. [27] Quapropter nunquam ſatis credendum eſt, ſed agitandus omnibus modis, & turbandus, & evocandus. Nam, ut medicis non apparentia modo vitia curanda ſunt, ſed etiam invenienda, quæ latent, ſæpe ipſis [28] ea, qui ſanandi ſunt, occulentibus; ita advocatus plura, quam oſtenduntur, aſpiciat. [29] Nam, cum ſatis in audiendo patientiæ impenderit, in aliam rurſus ei perſonam tranſeundum eſt; [30] agenduſque adverſarius, proponendum, quidquid omnino excogitari contra poteſt, quidquid recipit in ejuſmodi [31] diſceptatione natura. Interrogandus quam infeſtiſſime, ac premendus. Nam, dum omnia quærimus, aliquando ad verum, ubi minime exſpectavimus, [32] pervenimus. In ſumma, optimus eſt [33] in dicendo patronus incredulus.

10. *Tenere ſe &c.*] *Tenere &*: Obrecht.

11. *Pene priuſquam audiant.*] *Prius pene, quam ut audiant;* V. C. Alm.

12. *Ad litigatorem pertineat decantaverint bene ſudentes.*] Si quis diligenter inſpexerit, facile cognoſcet duobus in locis depravatum eſſe hunc locum; *pertineant* enim, non *pertineat*, & *ſudantes*, non *ſudentes*, ſi quis legerit, is profecto rectiſſime ſenſum eliciet. MERULA.

13. *Decantaverunt.*] *Decantaverint & reducantur*; Locat.

14. *Ne illas quidem.*] Alii gravantur a litigatore *cauſſam* audire: itaque jubent, ut cuidam ex eorum amicis a litigatore *cauſſa* exponatur, a quo poſtea *cauſſam* diſcant. TURNEB.

15. *Media litium manus.*] Ita memoriam quaſi *mediam manum* vocat, quæ acceptum ab *inventione* tradit *elocutioni*, lib. XI. 2.

16. *Dicturus ipſe non ſit.*] *Dicturus vere non ſit*; Voſſ. ſecund.

17. *Libellis eſſe contentum.*] *Libellos* appellat Fabius, brevia, quibus applicatur *cauſſa*: fiebant autem libelli vel a litigatoribus, vel ab advocatis minoribus, ut hodie a procuratoribus nonnunquam. TURNEB. In cujus annotatione, pro τῷ *applicatur*, legendum eſſe τὸ *explicatur* exiſtimo. CAPPER.

18. *Mutandum fingendum etiam ſit.*] *Mutandumve, fingendum etiam ſit*; Voſſ. ſec. *imitandum, fingendum etiam ſit*; Colon. Par. Vaſc. Steph. *imitandumque, fingendum etiam ſit*; Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *mutandumve, fingendum etiam quandoque ſit, poteſt*; Obrecht.

19. *Difficilius eſt facit.*] *Difficilius eſt oratorem facit*; MSS. Alm. Voſſ. tert. *difficilius eſt, & oratorem facit*; cod. Bern.

20. *Nunc conſilium.*] *Nunc & conſilium*; Obrecht.

21. *Et colores adjiciunt.*] *Colores* prætextus ſunt & velamenta rerum turpium, atque etiam *cauſſæ*, quæ rem falſam efficiunt probabilem. TURNEB.

22. *Pejora veris.*] *Veris* puto eſſe in dativo caſu. *Adjiciunt veris*, id eſt, rebus ut geſtæ ſunt, *conſilium & colores*, id eſt, argumenta, quibus rem fortaſſe falſam probabilem efficiant, *& aliqua* adhuc iis *pejora*. ROLLIN.

23. *Ex adverſariis diſcunt.*] *Diſcent*; Voſſ. prim. *ab adverſariis diſcunt*; Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Par. Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

24. *Repetito tempore.*] *Repetita ex tempore*; Locat. Baſil. Gryph. Colin. Par. Vidov. *repetito ex tempore*; V. C. Alm.

25. *Exponat.*] Quis non videt, legendum eſſe *exponant*? ut referatur ad illud pronomen *iis*. MERULA.

26. *Sæpius dicam litigator.*] Pro *dicam*, *dicere* reponendum. MERULA.

27. *Quapropter nunquam.*] Idem præcepit lib. V. cum ageret de teſtibus. Cæterum quod *evocare* dixit, ſignificat interrogationibus paulatim elicere litigatorem, ut aliquid loquatur ſibi ipſi contrarium. TURNEB.

28. *Ea qui ſanandi ſunt.*] *Ea quæ ſananda ſunt*; V. C. Alm. *ea qui curandi ſunt*; Obrecht.

29. *Nam cum ſatis.*] Fabius cap. I. lib. VII. præcipit, *non minus cogitandum pro adverſa parte, quam pro ſua*: ea res enim conducit ad conſtitutionem *cauſſæ* & ſolutionem contradictionum: alium hic adhibet uſum, ut cognoſcatur *cauſſæ* veritas: quod fiet, ſi argumentetur patronus contra litigatorem quaſi adverſarius. TURNEB.

30. *Agendus adverſarius.*] Patronus adverſarium agere debet, adverſarii quaſi perſonam induere, ſuſtinere, &c. CAPPER.

31. *Diſceptatione.*] *Diſputatione*; V. C. Alm. *diſcrepatione*; Voſſ. ſec.

32. *Pervenimus.*] *Perveniemus*; Voſſ. prim. Obrecht.

33. *In dicendo.*] *In diſcendo.*] Voſſ. prim.

Promittit enim litigator omnia, teſtem populum, paratiſſimas [34] conſignationes, ipſum denique adverſarium quædam non negaturum. [35] Ideoque opus eſt intueri omne litis inſtrumentum: quod videre non eſt ſatis, perlegendum erit. Nam frequentiſſime aut non ſunt omnino, quæ promittebantur, aut minus continent, aut cum alio aliquo nocituro permixta ſunt, aut nimia ſunt, & fidem hoc ipſo detractura, quod non habent modum. [36] Denique linum ruptum, aut [37] turbatam ceram, aut [38] ſine agnitione ſigna frequenter invenies: quæ, niſi domi excuſſeris, in foro inopinata decipient: pluſque nocebunt deſtituta, quam non promiſſa nocuiſſent. Multa etiam, quæ litigator nihil ad *cauſſam* pertinere crediderit, patronus [39] eruet: modo per omnes, quos tradidimus, argumentorum *locos* eat: quos ut circumſpectare in agendo, & attentare ſingulos minime convenit, [40] propter quas diximus cauſſas; [41] ita in diſcendo rimari neceſſarium eſt, quæ perſonæ, quæ tempora, quæ loca, inſtituta, inſtrumenta, cæteraque, ex quibus non tantum illud, quod eſt artificiale probationis genus, colligi poſſit, ſed qui metuendi teſtes, quomodo ſint refellendi. Nam plurimum refert, invidia reus, [42] an odio, an contemptu laboret: quorum fere pars prima ſuperiores, proxima pares, tertia humiliores premit. [43] Sic *cauſſam* perſcrutatus, propoſitis ante oculos omnibus, quæ proſint noceantve, tertiam [44] deinceps perſonam induat judicis, fingatque apud ſe agi *cauſſam*, &, quod ipſum moviſſet de eadem re pronunciaturum, id potentiſſimum, apud quemcumque agetur, exiſtimet: & ſic eum raro fallet eventus, aut culpa judicis erit.

34. *Conſignationes.*] Vide Turneb. lib. 11. Adverſ. cap. 27. *conſignationes* illæ ſunt tabulæ teſtimoniales obſignatæ, de quibus lib. v. cap. 7. *teſtationes* vocavit cap. 3. hujus libri. CAPPER.

35. *Ideoque opus eſt.*] Paulus juriſconſultus id omne *inſtrumentum* appellat, quo lis inſtruitur: vulgo appellare ſolemus omnia ſcripta, quibus lis inſtruitur. TURNEB.

36. *Denique linum ruptum.*] Conſuetudo erat, ut ait Paulus, *ut inſtrumenta triplicato lino trajicerentur, cui ſignaculum ex cera imponebatur*: eo alludit Fabius. TURNEB.

37. *Turbata cera.*] *Turbata cætera*; Voſſ. prim. tert. & cod. Bern. *turbatam ceram*; Salmaſ. ſed pro *invenies*, *intervenient*, Obrecht. legit: nos Salmaſium ſecuti ſumus, quem hanc etiam lectionem in epiſt. pagg 206. & 210. aſſeruiſſe notat Colomeſius. BURMAN.

38. *Sine agnitione ſigna.*] *Sine agnitore ſigna* vocat, cum nemo ex teſtibus ſignum ſuum agnoſcit. Ita legendus ille locus. Salmaſ. *de modo uſurar.* pag. 451. *ſine agnitione*; Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *ſine agnitore*; Obrecht. Turnebi nomen, quod perperam hic adſcriptum majuſculis etiam literis in Burmann. editione fuerat poſt *ni de modo uſurar.* pag. 451. [hoc modo, TURNEB.] delegendum curavi. CAPPER.

39. *Eruet.*] *Servet*; Voſſ. prim. ſec. cod. Bern.

40. *Propter quas diximus cauſſas.*] Fabius in fine cap 10. lib. v. docet, quum propoſita fuerit materia, non ſcrutanda eſſe ſingula argumenta, & velut oſtiatim pulſanda, ſed diuturna exercitatione veluti in promptu habenda. TURNEB.

41. *Ita in diſcendo.*] *Ita etiam in diſcendo*; Locat. Ald. Par. Steph. Gryph. Colin. Vidov. *ita in dicendo*; Voſſ. prim. tert.

42. *An odio.*] *Ac odio*; Locat.

43. *Sic cauſſam.*] Ita omnes, quos vidi, præter Leidenſem, qui *ſi* habet: ſed male.

44. *Deinceps perſonam.*] *Deinde*; Locat. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

CAPUT IX.

Quæ ſervanda in agendis cauſſis oratori ſint.

IX. [1] QUÆ ſint in [2] agendo ſervanda, toto fere opere exſecuti ſumus: pauca tamen propria hujus loci, quæ non tam dicendi arte, quam [3] officiis agendi continentur, attingam. Ante omnia, ne, quod pleriſque accidit, ab utilitate eum *cauſſæ* præſentis cupido laudis abducat. Nam, ut gerentibus bella non ſemper exercitus per plana & amœna ducendus eſt, ſed adeundi plerumque aſperi colles, expugnandæ civitates, quamlibet præciſis [4] impoſitæ rupibus, aut operum mole difficiles; ita oratio gaudebit quidem occaſione [5] latius decurrendi, & æquo congreſſa campo totas vires populariter explicabit: at ſi juris anfractus, aut eruendæ veritatis latebras adire cogetur, non obequi-

Reprehendit lib. 11. eos, qui plauſibiles *locos* captabant ad oſtentandam eloquentiam: in eoſdem hoc loco invehitur, ac totum locum tranſigit, ſimilitudine ducta a re militari. TURNEB.

1. *Quæ ſint.*] *Quæ ſunt*; Locat.

2. *In agendo.*] Supple, *cauſſas* forenſes. CAPPER.

3. *Officiis agendi.*] *Agendis*; Voſſ. prim. & tert. cod. Bern.

4. *Impoſita rupibus.*] *Montibus*; Voſſ. ſec. cod. Colbert. Locat. *poſitæ montibus*; Baſil. Steph. Vaſc. Gryph. Vidov. mihi vulgata ſatis placet. Ita Horat. iv. Od. 14.

——— *& arces*
Alpibus impoſitas tremendis.

Vide ad Petron. cap. 116. *montes* autem a gloſſatore puto profectos, qui *rupes* ita interpretatus eſt: ſic confuderunt has voces codices MSS. apud Ovid. Remed. 179 & iv. Faſt. 511. & Claud. præfat. lib. 11. de Rapt. 19. BURMAN.

5. *Latius decurrendi.*] *Latius*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. marg. Baſil.

tabit, nec illis [6] vibrantibus concitatiſque ſententiis velut miſſilibus utetur; ſed operibus, & cuniculis, & inſidiis & occultis artibus rem geret. Quæ omnia [7] non, dum fiunt, laudantur, ſed cum facta ſunt: unde etiam [8] cupidis minus opinionis, plus fructus venit. Nam, cum illa dicendi vitioſa jactatio inter plauſores ſuos detonuit, reſurgit veræ virtutis fortior fama: nec judices, a quo ſint moti, diſſimulant, & doctis creditur: nec eſt orationis vera laus, niſi cum finita eſt. [9] Veteribus quidem etiam diſſimulare eloquentiam fuit moris: idque M. Antonius præcipit, quo plus dicentibus fidei, minuſque ſuſpectæ advocatorum inſidiæ forent. Sed illa diſſimulari, quæ tum erat, potuit; nondum enim tantum dicendi [10] lumen acceſſerat, ut etiam per obſtantia erumperet. Quare artes quidem & conſilia lateant, & quidquid, ſi deprehenditur, perit. Hactenus eloquentia ſecretum habet. Verborum quidem delectus, gravitas ſententiarum, figurarum elegantia, aut non ſunt, aut apparent: [11] ſed vel propter hoc ipſum oſtentanda non ſunt, quod apparent: [12] aut, ſi unum e duobus eligendum, *cauſſa* potius laudetur, quam patronus. Finem tamen hunc præſtabit orator, ut videatur optimam *cauſſam* optime egiſſe. Illud certum erit, neminem pejus agere, quam qui diſplicente *cauſſa* placet: neceſſe eſt enim, extra *cauſſam* ſit, quod placet. [13] Nec illo faſtidio [14] laborabit orator, non agendi *cauſſas* minores, tanquam infra eum ſint, aut detractura ſit opinioni minus liberalis materia. Nam & ſuſcipiendi ratio juſtiſſima eſt, officium, & optandum etiam, ut amici quam minimas lites habeant: [15] & abunde dixit bene, quiſquis rei ſatisfecit. [16] At quidam, [17] etiamſi forte ſuſceperunt negotia paulo ad dicendum tenuiora, extrinſecus adductis ea rebus [18] circumliniunt; ac ſi [19] defecerint alia, [20] conviciis implent vacua *cauſſarum*; ſi contingit, veris; ſi minus, fictis, modo ſit materia ingenii, mereaturque clamorem, dum dicitur. Quod ego adeo longe puto ab oratore perfecto, ut eum ne vera quidem objecturum, [21] niſi id *cauſſa* exigit, credam. [22] Ea eſt enim prorſus *canina*, [23] ut ait Appius, *eloquentia*, [24] *cenſuram maledicendi ſubire*: quod facientibus, etiam male audiendi præſumenda patientia eſt. Nam & in ipſos fit impetus frequenter, qui egerunt, & certe patroni petulantiam litigator luit. Sed hæc minora ſunt ipſo illo vitio animi, quo maledicus a malefico non diſtat, niſi occaſione. Turpis voluptas, & inhumana, & nulli audientium bono grata: a litigatoribus quidem frequenter exigitur, qui ultionem malunt, quam defenſionem. Sed neque alia multa ad arbitrium eorum facienda ſunt. Hoc quidem quis [25] hominum liberi modo ſanguinis ſuſtineat, [26] petulans eſſe ad alterius arbitrium? Atqui etiam in advocatos partis adverſæ libenter nonnulli [27] in-

6. *Vibrantibus concitatiſque ſententiis.*] Τοῖς γοργοῖς, vel ταῖς γοργότησι Græci dicerent, ut patet ex Hermogenis lib. II. *περὶ ἰδεῶν*, *de variis dicendi formis*, cap. I. CAPPER.

7. *Nondum fiunt.*] *Non* ſeparanda eſt ab ea particula *dum*, ut legatur: *non, dum fiunt, laudantur.* MERULA.

8. *Cupidis minus opinionis.*] *Cupidiſſimis opinionis*; MSS. Bodl. Joan. Alm. Voſſ. prim. Ven. Locat. *unde etiam cupidiſſimis opinionis, fructus venit*; Obrecht.

9. *Veteribus quidem.*] M. Antonius orator in libro, quem de eloquentia imperfectum reliquit, hoc memoriæ mandavit. Idem præcipit Antonius lib. II. *de Orat.* Fabii tamen tempore non ita diſſimulari poterat eloquentia. TURNEB.

10. *Lumen.*] An *fulmen*? PASSERAT.

11. *Sed vel propter.*] *Vel* deeſt in V. C. Alm.

12. *Aut ſi unum.*] *Ac ſi unum*; V. C. Alm. *aut ſi unum eſt* e. edit. Obrecht.

13. *Nec illo faſtidio.*] Etiam ſummus orator minimas *cauſſas* & tenuiſſimas tractabit: quæ quanquam non ſunt capaces ſummæ facundiæ, attamen ornate agi poſſunt & apte; ille enim apte dicit, qui orationem accommodat *cauſſæ*. TURNEB. *Nec ullo*; Locat Ald.

14. *Laborabit orator.*] *Orator* deeſt in V. C. Alm.

15. *Et abunde dixit bene, quiſquis rei ſatisfecit.*] Ita Andreas, Aldus, Sichardus, editioneſque optimæ. MS. Bodleianus, errore librarii, legit *quiſque*. Editio Lugdunenſis habet *qui rei ſatisfecit*: eam autem ejeci, partim, quod a codicum numero majore ejecta eſt, partim, quod *quiſquis* videtur magis preſſe & accurate Fabii mentem explicare. GIBSON. *Qui rei*; Voſſ. ſec. marg. Baſil.

16. *At quidam etiam.*] Quidam famæ captatores in *cauſſis* exiguis uti ſolent digreſſionibus ad ornamentum; aut, ſi locus non eſt digrediendi, utuntur conviciis, vel in litigatorem adverſarium, vel in ejus patronum. TURNEB.

17. *Etiamſi forte.*] *Etiam qui forte*; edit. Obrecht.

18. *Circumliniunt.*] *Circumliniunt*; cod. Bern.

19. *Defecerint.*] *Defecerunt*; cod. Bern.

20. *Conviciis implent.*] Hæc explicat Juretus ad Symmach. lib. v. epiſt. 39.

21. *Niſi id cauſſa exigit.*] Francius malebat *niſi cum id cauſſa exigit.*

22 *Ea eſt enim.*] Nonius Marcellus in dictione *Rabula*, citat ex Salluſtio hunc locum: *Canina, ut ait Appius, facundia exercebatur*: hoc autem uſurpatur in maledicos & conviciatores, qui ea de cauſſa paulo poſt etiam a Fabio *latratores* appellantur. Eadem ratione Columella in procemio appellavit *caninum ſtudium*; & Ovidius *canina verba*. Tractum eſt vel a canum latratu, vel a philoſophis Cynicis, qui mordaces erant. TURNEB. *Caninam facundiam* dixit Lactant. IV. 18. ALMEL.

23. *Ut ait Appius.*] Vide Menardi notas ad Cicer. pro Roſc. Amerin. cap. 20. ALMELOV.

24. *Cenſuram maledicendi.*] *Cogniturum maledicendi*; MSS. Alm. Voſſ. prim. ſecund. Vall. lib. Locat. Obrecht. marg. Vidov. *Cenſuram maledicendi ſubire.*] Proterve maledicere, & ſic cenſoriam notam ob maledicendi protervitatem incurrere. Suſpectus eſt mihi hic locus. ROLLIN.

25. *Hominum liberi ſanguinis.*] Vide ad Petron. cap. 113. BURMAN.

26. *Petulans eſſe.*] Rarior hæc in ſoluta oratione conſtructio, quæ frequens ex Græciſmo Poëtis, pro *petulantem.* Ovidius II. Triſt. verſ. 10.

Acceptum refero verſibus, eſſe nocens.

Lentulus inter Ciceronis epiſt. *ad Fam.* XII. 15. *Venlebant in ſuſpicionem detinuiſſe nos & demorati eſſe*, quod mutant viri docti: eadem etiam cum verbo *ſuſtineo* conſtructio eſt apud Ovid. IV. Triſt. 10. 74.

Ultima, quæ mecum ſeros permanſit in annos,
Suſtinuit conjux exſulis eſſe viri. BURMAN.

Sic fere Græci dicunt: *οὐκ ἀνέχεται ὑπ' ἄλλῳ τεταγμένος*, *alterius imperio ſubjectus* [eſſe] *non ſuſtinet.* CAPPER.

27. *Invehuntur.*] *Vindicantur*; marg. Baſil.

vehuntur: quod niſi ſi forte meruerunt, & inhumanum eſt reſpectu communium officiorum, & cum ipſi, qui dicit, inutile, ([28] nam idem juris reſponſuris datur) tum *cauſſæ* contrarium, [29] quia plane & adverſarii [30] fiunt, & inimici: & quantulumcumque [31] his virium eſt, contumelia augetur. Super omnia perit illa, quæ plurimum oratori & auctoritatis & fidei affert, modeſtia, ſi a viro bono [32] in rabulam latratoremque convertitur, compoſitus non ad animum judicis, ſed ad ſtomachum litigatoris. [33] Frequenter etiam ſpecies libertatis deducere ad temeritatem ſolet, non *cauſſis* modo, ſed ipſis quoque, qui dixerunt, periculoſam. Nec immerito Pericles ſolebat optare, ne quod ſibi verbum in mentem veniret, quo populus offenderetur. Sed quod ille de populo, id ego de omnibus ſentio, qui tantumdem poſſunt nocere. Nam quæ fortia, dum dicuntur, videbantur, ſtulta, cum læſerunt, vocantur. [34] Nunc quia varium fere propoſitum agentium fuit, & quorumdam cura tarditatis, quorumdam facilitas temeritatis crimine laboravit; quem credam fore in hoc oratoris modum, tradere non alienum videtur. Afferet ad dicendum curæ ſemper quantum plurimum poterit. [35] Neque enim ſolum negligentis, ſed & mali, & in ſuſcepta *cauſſa* perfidi ac proditoris eſt, pejus agere, quam poſſit. Ideoque ne ſuſcipiendæ quidem ſunt *cauſſæ* plures, quam quibus ſuffecturum ſe ſciat. Dicet ſcripta, [36] quam res patietur, plurima; [37] &, ut Demoſthenes ait, ſi [38] continget, [39] ſculpta. [40] Sed hoc aut primæ *actiones*, aut quæ in judiciis publicis poſt interjectos dies dantur, permiſerint: at cum protinus reſpondendum eſt, omnia parari non poſſunt: adeo ut paulo minus promptis etiam noceat ſcripſiſſe, ſi alia ex diverſo, quam opinati [41] fuerunt, occurrerint. Inviti enim recedunt a præparatis, [42] & tota *actione* reſpiciunt, requiruntque, num aliquid ex illis [43] intervelli, atque ex tempore dicendis inſeri poſſit: quod ſi fiat, non cohæret, nec commiſſuris modo, ut in opere male juncto, hiantibus, ſed ipſa coloris inæqualitate detegitur. Ita [44] nec liber eſt impetus, nec cura contexta, & utrumque alteri obſtat. Illa enim, quæ ſcripta ſunt, [45] retinent animum, non ſequuntur. Itaque in his actionibus [46] *omni*, ut agricolæ dicunt, *pede ſtandum eſt.* Nam, cum in propoſitione ac refutatione *cauſſa* conſiſtat, quæ noſtræ partis ſunt, ſcripta eſſe poſſunt: quæ etiam reſponſurum adverſarium certum eſt, (eſt enim aliquando certum) pari cura refelluntur. Ad alia unum paratum afferre poſſumus, ut *cauſſam* bene noverimus, alterum ibi ſumere, ut dicentem adverſarium diligenter audiamus. Licet tamen præcogitare plura, & animum ad omnes caſus componere: idque eſt tutius ſtylo, quo facilius & omittitur cogitatio, & transfertur. Sed ſive in reſpondendo fuerit ſubito dicendum,

28. *Nam idem juris reſponſuris detur.*] Sueton. in Veſpaſiano cap. 9. *Ita pronuntiavit non oportere maledici ſenatoribus; remaledici jus faſque eſſe.* PITHOEUS.

29. *Quæ plane & adverſarii.*] *Quia plane adverſarii fiunt & inimici;* Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht. ſenſus autem eſt, illos, qui modo in *cauſſa* adverſarii erant, his conviciis inimicos etiam in perpetuum fieri.

30. *Fiunt.*] Hujus verbi nominativus eſt τὸ *advocati partis adverſæ:* quæ verba per *ſyllepſin* facile ſubintelliguntur ex præcedentibus τοῖς *in advocatos partis adverſæ.* CAPPER.

31. *His virium eſt.*] *Iis virium eſt;* Locat. Ald. contumelia autem capiendum in ablativo caſu, ut, quantulumcumque ſit virium, augeatur illud per contumeliam, quæ acriores facit, & irritat. Cæterum in τῷ *his* ſubintelligitur *reis partis adverſæ advocatis.* CAPPER.

32. *In rabulam.*] *Rabula* clamator eſt improbus, nimiuſque vociferator: ſic appellantur oratores, qui maximo clamore maximiſque conviciis in *cauſſa* agenda utuntur: huc pertinet, quod dictum eſt de *canina facundia.* TURNEBUS. Feſtus: *Rabula a rabie dictus, quem nunc advocatum vel cauſſarum patronum dicimus.* Prudent. *Atque canina foro latrat facundia toto.* PITHOEUS. Vide Cicer. 1. *de Orat.* 46. & 48. & lib. III. cap. 34. ALMEL.

33. *Frequenter etiam ſpecies libertatis.*] Ea eſt, quæ dicitur a Græcis παῤῥησία, nimia in loquendo audacia atque licentia, quæ ſæpenumero ſolet obeſſe. TURNEB.

34. *Nunc quia.*] Ait in oratore optimam eſſe dicendi facilitatem, ut poſſit ex tempore etiam agere, ſi cogatur: attamen, cum occaſio erit, optimum ait eſſe, uti oratione aut præmeditata, aut ſcripta. TURNEB.

35. *Neque enim ſolum.*] *Neque enim hoc ſolum negligentis, ſed mali & in ſuſcepta perfidi;* V. C. Alm. *negligentis & mali;* Locat. *ſed mali & in;* Ald.

36. *Quam res patietur.*] *Quam res patietur;* Obrecht. Cui jam præiverant edition. Vaſcoſ. & Stephan. quibus Rollinus etiam acceſſerat. CAPPER.

37. *Et ut Demoſthenes.*] Hic quoque Demoſthenes cum rogaretur a populo Athenienſi, ut de quapiam re orationem haberet, recuſavit, quod diceret ſe imparatum: at ejus tempore Demades fere ex tempore loquebatur. TURNEB.

38. *Continget.*] *Contingeret;* Obrecht.

39. *Et ſculpta.*] Adverte hic *ſculpta* a *ſculpo*, ſi locus mendoſus non eſt, cum Diomedes auctor ſit, dicendum eſſe *ſcalpo* non *ſculpo.* PHILAND. *Et* deeſt in Voſſ. omn. & Obrecht. edit. BURMAN. Et ſane περιττεύει [ſupervacaneum eſt] alterum illud *&*, quod ſcriba imperitius ex ultima τῷ *continget* ſyllaba repetiit. CAPPER.

40. *Sed hoc aut primæ actiones.*] Prima *actio* eſt primum judicium, quo *cauſſa* agitur. Quod ſubnectit continuo Fabius, pertinet ad *ampliationem & comperendinationem*, quum ſcilicet *cauſſa* differtur, ut poſt aliquot dies denuo agatur. TURNEB.

41. *Fuerant, occurrent.*] *Fuerint, occurrerint;* Voſſ. ſecund. tert. Locat. Ald. *fuerant, occurrerint;* Obrecht. *fuerunt, occurrerint;* Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Vaſc. Steph. Rollin.

42. *Et tota oratione.*] *Et nota oratione;* MSS. Joan. Voſſ. omn. Locat. marg. Baſil.

43. *Intervallis.*] *Intervalli;* Voſſ. prim. tert. *intervelli;* Voſſ. ſecund. quod verum puto; *intervellere* enim eſt ex præparatis illis partem excerpere & avellere, quam ex tempore dicendis inſerant: ipſe Fabius lib. X. 7. *Ita ſunt natura copulata, ut mutari, aut intervelli confuſione non poſſint:* fruſtra ſudat in *intervallis* his explicandis Rollinus, cui obſcurus & mendoſus jure locus viſus eſt. BURMAN.

44. *Nec liber eſt impetus, &c.*] *Nec liber eſt impetus* in iis, quæ dicunt ex tempore; *nec cura contexta* in iis, quæ ſcripta memoriter recitant. ROLLIN.

45. *Retinent animum, non.*] *Retinent animum: quæ ex tempore dicenda ſunt, non ſequuntur;* Obrecht.

46. *Omni (ut agricolæ dicunt) pede.*] Proverbium eſt ab

[47] ſive quæ alia ita exegerit ratio, [48] nunquam oppreſſum ſe ac deprehenſum credet orator, cui diſciplina & ſtudium & exercitatio dederit vires etiam [49] facilitatis; quemque armatum ſemper, ac velut in procinctu ſtantem, non magis unquam in *cauſſis* oratio, quam in rebus quotidianis ac domeſticis ſermo deficiet; nec ſe unquam propter hoc oneri ſubtrahet, modo ſit [50] *cauſſæ* diſcendæ tempus; nam cætera ſemper ſciet.

agricolis ductum, qui cum maxime laborant, utriſque maxime pedibus ſe ſuſtinent: alioqui vehemens eſſe labor non poſſet. Poteſt etiam duci a militibus, qui locum non deſerunt in acie. TURNEB. *Omni pede.*] pro τῷ *omni contentione, totiſque viribus.* Vide Turneb. Adverſar. lib. VII. cap. 19. CAPPER.

47. *Sive quæ alia ita exegerit ratio.*] *Sine quum alia* Merula legi ait.

48. *Numquam oppreſſum.*] *Non*; Voſſ. prim. tert. Bern. *non preſſum ſe ac depreſſum*; Voſſ. ſecund. *depreſſum*; Voſſ. prim. tert. *preſſum ac deprehenſum*; V. C. Alm.

49. *Facilitatis.*] *Facultatis*; Voſſ. prim.

50. *Cauſſa dicendæ.*] *Diſcendæ*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht. BURMAN.

CAPUT X.

de genere dicendi.

SUPEREST, ut dicam [1] de genere orationis. Hic erat propoſitus XI
a nobis in diviſione prima locus tertius; nam [2] ita promiſeram, me de arte, de artifice, de opere dicturum. Cum ſit autem [3] rethorices atque oratoris opus oratio, pluresque ejus formæ, ſicut oſtendam; in omnibus his & ars eſt & artifex: plurimum tamen invicem differunt; nec ſolum ſpecie, ut ſignum ſigno, & [4] tabula tabulæ, & actio actioni; ſed genere ipſo, [5] ut a Græcis Tuſcanicæ ſtatuæ, & [6] Aſianus eloquens Attico. Suos autem hæc operum genera, quæ dico, ut auctores, ſic etiam amatores habent: [7] atque ideo nondum eſt perfectus orator: ac [8] neſcio an ars ulla, non ſolum quia aliud in alio magis eminet, ſed quod [9] non una omnibus forma placuit, partim conditione vel temporum vel locorum, partim judicio cujuſque atque propoſito. Primi, quorum quidem opera [10] non vetuſtatis modo gratia [11] viſenda ſint, clari pictores fuiſſe dicuntur Polygnotus atque Aglaophon, [12] quorum ſimplex color tam ſui ſtudioſos adhuc habet, ut illa prope rudia, ac velut futuræ mox artis primordia, maximis, qui poſt eos extiterunt, [13] auctoribus [14] præferantur, proprio quodam [15] intelligendi ([16] ut mea fert opinio) ambitu. [17] Poſt

Diverſa dicendi genera eſſe docet hoc cap. utiturque ad hujus rei probationem artificum ſimilitudine: ſed enim optima eſt dicendi ratio, quæ tenuia ſubtiliter, mediocria temperate, grandia magnifice eloquitur. TURNEB.

1. *De genere orationis.*] Hermogeni dicitur ἰδέα λόγου, Proclo in *Chreſtomathia* [apud Photium cod. 239 Bibliothec.] πλάσμα, Dionyſio Halicarnaſſ. χαρακτήρ, Demetrio Pſeudo-Phaler. ἑρμηνεία, Ciceroni *forma dicendi*, Herenniano Rhetorices Magiſtro *dicendi figura*, vulgo *ſtylus.* CAPPER.

2. *Ita promiſeram.*] Lib. II. cap. 14.

3. *Rhetoris.*] *Rhetorices*; MSS. Alm. Voſſ. prim. Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. Vidov. Oxon. Obrecht.

4. *Tabula tabula & actio actione.*] *Tabula tabulæ & actioni actio*; Locat. Ald. *tabula tabulæ, & actione actio*; V. C. Alm. Baſil. Colin. *diſtare* quoque cum dativo conſtrui vidimus ad lib. V. 10.

5. *Ut a Græcis Tuſcanicæ, &c.*] Plinius in *Naturali hiſtoria* lib. XXXIV. 7. ait, claros in Hetruria fuiſſe ſtatuarios: ſed tamen illi ſtatuarii multum deferebant Græcis. TURNEBUS.

6. *Aſianus.*] De hac differentia mox pluribus aget. Vide & Cicer. *de optim. gener. orat.* 3. & *de clar. orat.* 95. ALMEL. Vide ad Petron. cap. II. Styli Aſiani primum auctorem fuiſſe Hegeſiam Rhetorem Magneſium, qui Atticam corrupit eloquentiam, dicit Strabo lib. XIV. pag. 648. & quem Cicero in *Bruto* 83. *fractum, minutum, & in ipſa concinnitate puerilem* dicit. Philoſophus ſectæ Cyrenaïcæ ab eodem dicitur Cicerone I. Tuſc. quæſt. 34. & Val. Max. VIII. 9. BURMAN.

7. *Atque ideo nondum eſt perfectus orator.*] Quia perfectus orator eſſe non poteſt, niſi excellat in omnibus dicendi generibus: itaque quum quidam ſequantur hoc vel illud dicendi genus, inde factum eſt, ut orator perfectus non fuerit. TURNEB.

8. *Neſcio an ars ulla.*] Supple, perfecta ſit. Cæterum τὸ *neſcio an* æquivalet τῷ *fortaſſe.* CAPPER.

9. *Non una omnibus.*] Hæc præcipua & veriſſima ratio; nam varia ſunt hominum judicia, variæ voluntates. Plin. I. epiſt. 20. ALMEL.

10. *Non vetuſtatis modo.*] Forſitan aliquis putet verba hæc deeſſe, *ſed etiam artis.* Buleng. de Pictur. & Statuar. I. 2. ALMEL.

11. *Viſenda ſint.*] *Sunt*; Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

12. *Quorum ſimplex color.*] Intelligit *monochromata*, id eſt, quæ uno colore ſunt depicta; vel certe ita accipere debemus *ſimplicem pingendi rationem.* Polygnotus Thaſius fuit, porticum Athenis depinxit: cujus tempore fuit Aglaophon, ut ait Plinius. Cujus liber trigeſimus quintus eſt legendus ad hujus loci intellectum. TURNEB. Vide Scheffer. de Arte pingendi pag. 74. ALMEL. De Pictoribus vero illuſtribus in primis conſulendus Junius in catalogo pictorum, ubi ſæpe Quinctilianum advocat & illuſtrat: unde nobis ſingula transferre non libet.

13. *Auctoribus.*] *Pictoribus*; Voſſ. ſec. Andr. Ald.

14. *Præferantur.*] *Præferant*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Bern. Baſil.

15. *Intelligendi.*] Ad hunc locum vide Scheffer. de Art. pingendi pag. 213. qui tamen male aſteriſco eum notari ſcribit in editione Pareana Londinenſi, quaſi non integer eſſet, cum ille aſteriſcus ſit indicium notæ, quæ margini adjecta fuit in quibuſdam editionibus in hæc verba: *Intelligendi, id eſt, judicandi, quaſi artem intelligant, id eſt, quomodo tumens vel cavum in plano exprimatur*: reperitur vero illa in Lugdunenſi 1580. & partim in Stephani & Roignii, hinc in Leidenſi, & forte aliorum. Vide de hoc verbo ad Petron. XLII. & ſupr. lib. I. 2. BURMAN.

16. *Ut mea fert opinio.*] *Ut mea eſt opinio*; Voſſ. prim.

17. *Poſt Zeuxis.*] Plinius lib. XXXV. deſcribit certamen

Zeuxis atque Parrhaſius non multum ætate diſtantes (circa Peloponneſia ambo tempora; nam cum Parrhaſio ſermo Socratis apud Xenophontem invenitur) plurimum arti addiderunt. [18] Quorum prior luminum umbrarumque inveniſſe rationem, ſecundus examinaſſe ſubtilius lineas traditur. Nam Zeuxis plus membris corporis dedit, id [19] amplius atque auguſtius ratus, atque (ut exiſtimant) Homerum ſecutus, cui validiſſima quæque forma etiam in feminis placet. Ille vero ita circumſcripſit omnia, [20] ut eum *legumlatorem* vocent, quia deorum atque heroum effigies, quales ab eo ſunt traditæ, cæteri, tanquam ita neceſſe ſit, [21] ſequuntur. Floruit autem circa Philippum, & uſque ad ſucceſſores Alexandri, pictura præcipue, [22] ſed diverſis virtutibus. [23] Nam cura Protogenes, [24] ratione Pamphilus ac Melanthius, facilitate Antiphilus, concipiendis [25] viſionibus (quas φαντασίας vocant) Theon Samius, [26] ingenio & gratia, quam in ſe ipſe maxime jactat, Appelles eſt præſtantiſſimus. [27] Euphranorem admirandum facit, quod & cæteris optimis ſtudiis inter præcipuos, & pingendi fingendique [28] idem mirus artifex fuit. Similis in ſtatuis differentia. Nam duriora, [29] & Tuſcanicis proxima Càlon atque Egeſias, jam minus rigida Calamis, molliora adhuc ſupradictis [30] Myron fecit. [31] Diligentia ac decor in Polycleto ſupra cæteros, cui quanquam a pleriſque [32] tribuitur palma, tamen, ne nihil detrahatur, deeſſe pondus putant. Nam ut humanæ formæ decorem addiderit ſupra verum, ita [33] non expleviſſe Deorum auctoritatem videtur. Quin [34] ætatem quoque graviorem dicitur refugiſſe, nihil auſus ultra leves genas. [35] At quæ Polycleto defuerunt, Phidiæ atque Alcameni dantur. Phidias tamen diis, quam hominibus, [36] efficiendis melior artifex [37] traditur, in ebore vero longe [38] citra æmulum, vel ſi nihil, niſi Minervam Athenis, aut Olympium in Elide Jovem, feciſſet: cujus pulchritudo adjeciſſe aliquid etiam receptæ religioni videtur: adeo majeſtas operis Deum æquavit. [39] Ad veritatem Lyſippum & [40] Praxitelem acceſſiſſe optime affirmant. Nam Deme-

horum duorum pictorum, qui floruerunt eo tempore, quo Lacedæmonii, qui Peloponneſum incolunt, bellum inierunt contra Athenienſes. TURNEB. Pro *Zeuxis*, repoſui *Zeuſis*, obſecutus editionibus Aldinæ, Colonienſi, Sichardinæ, Pariſienſi, & Roberti Stephani. GIBSON. *Zeuſis* etiam Locat. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht. Nihil tamen video *cauſſæ*, cur vulgo recepta ſcriptura hæc *Zeuxis* immutetur, cum ſit a Græco vocabulo Ζεῦξις, Ζεύξιδος. Vide Suidæ Lexicon in τῷ Ζεῦξις. CAPPER.

18. *Quorum prior, luminum, &c.*] Umbræ & lumina efficiunt, ut alia & alia videatur pictura: itaque cum luminibus admiſcetur umbra, videtur in pictura aliquid eminens eſſe, & aliquid poſitum in receſſu. Parrhaſius autem, ut ait Plinius, *ita extremas lineas depinxit, ut reliquos ſuperet.* TURNEB.

19. *Amplius atque.*] *Amplius aut*; Voſſ. tert.

20. *Ut eum legumlatorem vocent.*] Vocabant eum, ut opinor, νομοθέτην, id eſt, *legumlatorem*; quia, ut ait Plinius, *reliquit multas tabulas graphidis, quas poſteriores pictores imitabantur.* Eidem tribuit inventionem ſymmetriæ Plinius. TURNEB. Vide Scheffer. de Art. ping. pag. 117. ALMELOV.

21. *Sequuntur.*] *Sectantur*; Voſſ. prim.

22. *Sed diverſis.*] *Sed ex diverſis*; Voſſ. ſec.

23. *Nam cura Protogenes.*] Unde Apelles eum vituperabat, quod non poſſet tollere manum de tabula: ſic ſignificabat nimiam eſſe ejus diligentiam. TURNEB. Hujus patriam Xanthum fuiſſe auctor eſt Conſtantinus Porphyrog. *Themat.* lib. 1. *Them.* 14. ubi etiam addit, hunc Bacchi ædem apud Rhodios picturis illuſtraſſe. ALMEL.

24. *Ratione Pamphilus.*] Pamphilus peritiſſimus fuit *arithmetices* & *geometriæ*, ac ſine his artibus negat pictorem aliquem optimum eſſe poſſe: præceptor fuit Melanthii & Apellis. TURNEB.

25. *Viſionibus.*] Vernacule dicimus *idées*, *images*, *imaginations*, &c. CAPPER.

26. *Ingenio & gratia, &c.*] Plinius ait, ita judicaſſe de cæteris Apellem, ut diceret, illis deeſſe venerem, quæ a Græcis χάρις dicitur: vertit Fabius *gratiam.* TURNEBUS.

27. *Euphranorem.*] Idem plane de Hilario Bithynio Eunapius in Priſco: Πρὸς τῷ καθαρῷ τῆς ἄλλης παιδείας καὶ γραφικῆς οὕτω φιλοσοφήσαντι, ὥστε οὐκ ἐπιλείπειν ἐν ταῖς ἐκείνου χερσὶν ὁ Εὐφράνωρ: quæ verba, ab interprete non intellecta, ſic vertenda ſunt: *Qui præter ingenuam (ſive liberalem) diſciplinam, in pictura quoque ita verſatus eſt, ut per ejus manus Euphranor adhuc ſupereſſe videatur*: τὸ καθαρὸν τῆς παιδείας eſt ἡ καθαρὰ παιδεία, *ingenua* ſive *liberalis diſciplina*: φιλοσοφεῖσθαι *ſtudere, in exercitio aliquo verſari*; ut ad Antoninum Imp. docuit accuratiſſimus Gatakerus pag. 5. COLOMES. Qui vulgatum quidem interpretem Hadrianum Junium recte reprehendit; is enim Eunapii verba ſic Latine verterat: *adverſus liberalium artium vacuos ita philoſophatus eſt.* Sed ipſe Colomeſius in ſua verſione duo hæc vocabula τῆς ἄλλης omiſit, quæ ſic reddenda erant: *præter cæteras* [liberales diſciplinas, &c.] deinde pro τῷ φιλοσοφεῖσθαι ſcribere φιλοσοφεῖν debuerat; hinc enim eſt participium τὸ φιλοσοφήσαντι, quo Eunapius utitur. CAPPER.

28. *Idem mirus.*] *Idem* deeſt in Voſſ. ſec.

29. *Et Tuſcanicis.*] Calon, ut ſcribit Plinius, floruit 87. Olympiade: ſuſpicor tamen errorem eſſe in Plinio; legitur enim illico *Eglias* pro *Egeſias*. TURNEB. *Calos* marg. Baſil. eum vero hic Egeſias a nemine inter ſtatuarios memoretur, ſed eo nomine fuerit Philoſophus & Hiſtoricus, *Hegias* legit cultiſſimus ille Broukhuſius ad Propert. lib. III. eleg. VII. v. 10. quo nihil verius putamus. BURMANNUS.

30. *Myron.*] Hujus *bucula* maxime laudatur, de qua multa ſunt ſcripta in epigrammatibus Græcis. TURNEB. Ejus *Diſcobolon* noſter laudavit lib. II. cap. 13.

31. *Diligentia ac decor, &c.*] Plinius certe ait, a Polycleto conſummatam fuiſſe artem, ab eoque eruditam fuiſſe *toreuticen*: idem reliquit *canona*, ex quo reliqui ſtatuarii lineamenta fingendi petebant. TURNEB.

32. *Tribuitur.*] *Tribuatur*; Locat.

33. *Non expleviſſe.*] *Non explicuiſſe*; Voſſ. tert. Andr.

34. *Ætatem graviorem refugiſſe.*] Id eſt, hominum ætate provectiorum ſtatuas effingere noluiſſe. CAPPER.

35. *At quæ Polycleto.*] Parum convenit Plinio & Fabio in horum artificum ætate; ſi quidem, ut Plinius ſcribit, *Phidias vixit ante Polycletum.* TURNEB.

36. *Efficiendis.*] Pro *effigiandis*, ut cum Apuleio loquar, vel *effingendis*. Macrob. V. Sat. 17. *hac materia, vel maxime in efficiendis ſimulacris utuntur.* Cod. Theod. leg. ult. de artific. *efficiendos ſacros vultus.* COLOMES. Vide ad lib. V. cap. 12.

37. *Traditur.*] *Creditur*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Colb. Bern. Ald. marg. Baſil.

38. *Citra æmulum.*] Vulgo dicimus *inimitabilem.* CAPPER.

39. *Ad veritatem.*] Ita Petronius 83. *Zeuxidos manus & Protogenis rudimenta, cum ipſius naturæ veritate certantia*, dixit: ubi vide commentatores. BURMAN.

40. *Praxitelis.*] Veneris Cnidiæ, ut præſtantiſſimi Praxitelis monumenti, meminit Conſtant. Porph. lib. 1. *Them.*

trius

trius tanquam nimius [41] in ea reprehenditur, & fuit ſimilitudinis, quam pulchritudinis, amantior. In oratione vero ſi ſpecies intueri velis, totidem [42] pene reperias ingeniorum, quot corporum, formas. Sed fuere quædam genera dicendi conditione temporum horridiora, alioqui magnam jam ingenii vim [43] præ ſe ferentia. [44] Hinc ſunt Lælii, [45] Africani, [46] Catones, Gracchique, quos tu licet [47] Polygnotos vel Calonas appelles. Mediam illam formam teneant L. Craſſus, Q. Hortenſius. [48] Tum deinde efflorescat non multum inter ſe [49] diſtantium tempore oratorum ingens proventus. [50] Hinc vim Cæſaris, indolem Cœlii, ſubtilitatem Callidii, gravitatem Bruti, acumen Sulpicii, acerbitatem Caſſii, diligentiam Pollionis, dignitatem Meſſalæ, ſanctitatem Calvi reperiemus. In his etiam, quos ipſi [51] vidimus, copiam Senecæ, vires Africani, maturitatem Afri, jucunditatem Criſpi, ſonum Trachali, elegantiam [52] Secundi. At M. Tullium, non illum habemus Euphranorem circa plurium artium ſpecies præſtantem, ſed in omnibus, quæ [53] in quoque laudantur, eminentiſſimum. Quem tamen & ſuorum homines temporum inceſſere audebant ut tumidiorem, & Aſianum, & redundantem, [54] & in repetitionibus nimium, & in ſalibus aliquando frigidum, & in compoſitione fractum, exſultantem, ac pene (quod procul abſit) viro molliorem. Poſtea vero, quam [55] triumvirali proſcriptione conſumptus eſt, [56] paſſim qui oderant, qui invidebant, qui æmulabantur, [57] adulatores etiam præſentis potentiæ, non reſponſurum invaſerunt. Ille tamen, qui jejunus a quibuſdam [58] & aridus habetur, non aliter ab ipſis inimicis male audire, quam [59] nimiis floribus & ingenii affluentia, potuit. Falſum utrumque; ſed tamen illa mentiendi [60] propior occaſio. [61] Præcipue vero preſſerunt eum, qui videri Atticorum imitatores [62] concupierant. [63] Hæc manus, [64] quaſi quibuſdam ſacris initiata, ut alienigenam, [65] & virum ſuperſtitioſum, [66] devinctumque illis legibus inſequebatur. Unde nunc quoque aridi, & [67] exſucci, & exſangues (hi ſunt enim, qui ſuæ imbecillitati ſanitatis appellationem, quæ eſt maxime contraria, obtendant) [68] quia clariorem vim eloquentiæ, velut ſolem, ferre non poſſunt, umbra magni nominis delitefcunt: quibus quia multa, & pluribus locis Cicero ipſe reſpondit, [69] tutior mihi de hoc diſſerendi brevitas erit. Et [70] antiqua quidem illa diviſio [71] inter Aſianos atque Atticos fuit; cum hi preſſi & integri, contra inflati illi & inanes haberentur; [72] & in his nihil ſuperflueret, illis judicium

24. elegans etiam lapidis inſcriptio apud Aldrovand. de quadrupedibus pag. 108. ALMEL.

41. *In eo reprehenditur.*] *In ea*; Obrecht. edit. & ſic legitur in cod. Bern.

42. *Pene reperias.*] *Reperies*; Voſſ. tert.

43. *Præ ſe ferentia.*] *Præſerentia*; Voſſ. prim. tert.

44. *Hinc ſunt Lælii, &c.*] De his oratoribus vide Fab. lib. 10. cap. 1. circa finem. TURNEB.

45. *Africani.*] Ita ſcribendum, non *Aphricani*, Manutius ex variis nummis & lapidibus docet. ALMEL.

46. *Catones Gracchique.*] *Catones etiam Gracchique*; MSS. Alm. Voſſ. prim. ſec. Ald.

47. *Polygnotos.*] *Calonas*; Ald. Steph. & alii: rectius, ut Badius, ne calones, qui lixæ ſint, videantur intelligi.

48. *Tum deinde efflorefcat.*] *Cum d. floreſcat*; Voſſ. tert. *tum d. floreſcat*; Voſſ. prim.

49. *Diſtantium temporum.*] *Tempore*; MSS. Alm. Bern. Voſſ. omn. Colb. Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

50. *Hinc vim Cæſaris.*] Vide Ciceron. III. *de Orat.* 7. & Hieronym. lib. II. epiſt. 13. ubi diverſas oratorum virtutes memorant. ALMEL. In cod. Bern. legitur *hic vim.*

51. *Videmus.*] *Vidimus*; omnes fere codices.

52. *Secundi.*] Hic in dialogo de cauſſis corr. Eloq. cap. 2. *Julius Secundus* dicitur, & loquens inducitur. Vide & x. cap. 1. & Martial. v. 81. ubi quidam Plinium volunt intelligi, errore nato ex cognominis *Secundi* ambiguitate. ALMEL.

53. *In quoque.*] *Nunc quoque*; Voſſ prim. tert.

54. *Et in repetitionibus.*] *Et repetitionibus*; Voſſ. ſec.

55. *Triumvirali proſcriptione.*] Marci Antonii, qui unus erat e Triumviris conſtituendæ Reipublicæ. Reliqui duo erant Octavianus Auguſtus, & Lepidus. CAPPER.

56. *Paſſim qui.*] *Paſſim quod oderant*; Voſſ. prim.

57. *Adulatores etiam præſentis potentiæ.*] Itaque Pollio, filius Aſinii Pollionis, libros in Ciceronem ſcripſit, ac ſuum patrem probavit Cicerone eloquentiorem, quemadmodum teſtatur Cæcilius Plinius in epiſtolis. TURNEB.

58. *Et aridus habetur.*] *Atque aridus habebatur*; V. C. Alm. Ald. Steph. Gryph. Colin. Vidov.

59. *Nimiis.*] *Nimius floribus*; V. C. Alm.

60. *Propior occaſio.*] *Proprior*; cod. Bern.

61. *Præcipue vero preſſerunt eum.*] Tempore Ciceronis quidam oratores tenues atque aridi exstiterunt, qui ſe Atticos, Atticorumque imitatores dicebant: illi Lyſiam imitabantur, qui inter Atticos oratores tenuis eſt & exilis; & Ciceronem reprehendebant, quia copioſior erat. TURNEB.

62. *Concupierant.*] *Concupiebant*; fere omnes: ſed τὸ *concupierant* legitur etiam in cod. Bern.

63. *Hæc manus.*] Hæc turba, hæc factio, quæ in Ciceronem quaſi conjuraverat. CAPPER.

64. *Quaſi quibuſdam.*] *Quaſi* deeſt in V. C. Alm.

65. *Et virum ſuperſtitioſum.*] *Parum ſtatioſum*; V. C. Alm. *metrorum ſuperſtitioſum*; Obrecht. quod vix placet, & tamen aliquod ulcus latere puto. Quid ſi legatur, *parum ſuperſtitioſum devinctumque illis legibus?* culpabant enim luxuriem Ciceronis, quæ ſe non devinciebat illis legibus & ſacris, quibus Attici ſe initiatos jactabant; unde & *alienigenam*, ſive ſacris illis non initiatum vocabant. BURMAN. In cod. Bern. legitur *metrum ſuperſtitioſum*: quæ lectio τὴν Obrechti conjecturam quadamtenus firmat. Nam τὸ *metrum* ex τοῦ *metrorum* fieri facile potuit. CAPPER.

66. *Devinctumque.*] *Devictumque*; Voſſ. prim. tert. *inſequebantur*; etiam Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

67. *Exſucci.*] *Exſucti*; Voſſ. prim.

68. *Quia vim.*] *Quique vim*; Voſſ. prim. *Qui quia*; cod. Bern.

69. *Tutior mihi.*] *Tutior enim mihi*; Voſſ. tert.

70. *Antiqua illa diviſio.*] Meminit & hujus diviſionis Julius Severianus in præfatione præceptorum Artis Rhet. ex quo colligitur Aſiaticos non ſtuduiſſe tam perſuadere, quam rapere; erant enim tumidi & judicio carentes: contra Cicero multis locis oſtendit, Atticos perſuaſioni ſtuduiſſe. Vide III. *de Orat.* 11. & alibi. ALMEL

71. *Inter Aſianos atque Atticos.*] *Inter Atticos atque Aſianos*; MS. Bodl. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. tranſpoſitio videtur nata ob ſequentes voces *hi* & *illi*; ſed has modo ad proximiores, modo ad remotiores, promiſcue referri ſæpe viri docti oſtenderunt.

72. *Et in his nihil.*] *Et* deeſt in V. C. Alm. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht.

maxime ac [73] modus deeſſet. [74] Quod quidam, quorum [75] & Santra eſt, hoc putant accidiſſe, quod paulatim ſermone Græco in proximas Aſiæ civitates influente, nondum ſatis periti loquendi facundiam concupierint; ideoque ea, quæ [76] proprie ſignari [77] poterant, [78] circuitu cœperint enuntiare, ac deinde [79] in eo perſeverarint. Mihi autem orationis differentiam feciſſe & dicentium & audientium naturæ videntur, quod Attici limati quidem & emuncti nihil inane aut redundans ferebant. [80] Aſiana gens tumidior alioqui atque jactantior, vaniore etiam dicendi gloria inflata eſt. [81] Tertium mox, qui hæc dividebant, adjecerunt genus Rhodium: quod velut medium eſſe atque ex utroque mixtum volunt. Neque enim Attice preſſi, neque Aſiane ſunt abundantes, ut aliquid habere videantur gentis, aliquid auctoris. [82] Æſchines enim, qui hunc exſilio delegerat locum, intulit eo ſtudia Athenarum, quæ, velut ſata quædam [83] cœlo terraque degenerant, ſaporem illum Atticum peregrino miſcuerunt. [84] Lenti ergo quidem ac remiſſi, non ſine pondere tamen: neque fontibus puris, neque torrentibus turbidis, ſed lenibus ſtagnis ſimiles habentur. Nemo igitur dubitaverit, longe eſſe optimum genus Atticorum. In quo ut eſt aliquid inter ipſos commune, id eſt, judicium acre, terſumque; ita ingeniorum plurimæ formæ. [85] Quapropter mihi falli multum videntur, qui ſolos eſſe Atticos credunt tenues, & lucidos, [86] & ſignificantes, ſed quadam eloquentiæ frugalitate contentos, ac ſemper [87] manum intra pallium continentes. Nam quis erit hic Atticus? Sit Lyſias; hunc enim [88] amplectuntur amatores iſtius nominis modum. Non igitur jam uſque ad [89] Coccum & Andocidem [90] remittemur? Interrogare tamen velim, an Iſocrates Attice dixerit? [91] Nihil enim tam eſt Lyſiæ diverſum. Negabunt? At ejus ſchola principes oratorum dedit. Quæratur ſimilius aliquid. Hyperides Atticus? Certe. [92] At plus indulſit voluptati. Tranſeo plurimos, Lycurgum, Ariſtogitona, & his priores, Iſæum, Antiphontem: quos ut homines, inter ſe genere ſimiles, differentes dixeris ſpecie. Quid ille, cujus modo fecimus mentionem, Æſchines? nonne his latior & audentior, & excelſior? Quid denique Demoſthenes? non cunctos illos tenues & circumſpectos, [93] vi, ſublimitate, impetu, cultu, compoſitione ſuperavit? non inſurgit locis? non figuris [94] gaudet? non *tranſlationibus* nitet? [95] non oratione ficta dat tacentibus vocem? [96] non illud jusjurandum *per cæſos in Marathone ac Salamine* propugnatores rei-

73. *Modus deeſſet.*] *Modus denique*; V. C. Alm.

74. *Quod quidam.*] Ideo copioſi erant & redundantes Aſiani, quia, cum ſermo Græcus eſſet demum per Aſiam diſperſus, Aſiani non ſatis tenebant linguæ proprietatem: itaque circumlocutionibus ſæpenumero utebantur, quibus demum aſſueverunt: hanc tamen rationem non probat Fabius. TURNEB.

75. *Et Santra.*] *Sanctra*; Ald.

76. *Proprie ſignari.*] Propriis verbis ſignificari, exprimi, &c. CAPPER.

77. *Poterant.*] Rollinus legi poſſe, *ſignari non poterant*, conjicit.

78. *Circuitu.*] Verborum circuitione, τῇ περιφράσει. CAPPER.

79. *In eo perſeverarint.*] *In eo* deeſt in V. C. Alm. *perſeverarent*; Voſſ. tert.

80. *Aſiana gens tumidior.*] Hieronym. 11. ſelect. Epiſt. 13. *Quod & in diſertiſſimis viris Græciæ legimus, qui Aſianum tumorem Attico ſiccabant ſale*, &c. ALMEL.

81. *Tertium ..... genus Rhodium.*] Tria hæc dicendi genera, ſcilicet Aſianum, Atticum, & Rhodium, memorat etiam Emporius in opuſculo de *Ethopœia* pag. 278. Rhetor. Pithœanor. CAPPER.

82. *Æſchines enim.*] Æſchines, in judicio *de corona* ſuperatus a Demoſthene, Rhodum abiit exulatum, illieque profiteri cœpit rhetoricam, ut docet Philoſtratus in vita ſophiſtarum: ab hoc exortum eſt genus Rhodium. TURNEBUS.

83. *Cœlo terraque degenerant.*] Vide Heinſ. ad Ovid. III. ex Pont. I. 45.

84. *Lenti ergo quidem.*] *Ergo quidam*; cod. Bern.

85. *Quapropter mihi.*] Attica eloquentia, quæ eſt omnium optima, tria dicendi genera complectitur, tenue, mediocre, & grandiloquum; his enim omnibus dicendi generibus uſus eſt Demoſthenes. Itaque falluntur, qui Atticos oratores tenues ſemper & limatos putant. TURNEBUS.

86. *Et ſignificantes, ſed quadam.*] *Et quadam*; Voſſ. ſec. *& ſignificantes ſe quadam* legit Meurſ. Spicileg. ad Theocrit. pag. 84.

87. *Manum intra pallium continentes.*] Sic proverbialiter eſt locutus de illis, qui lenti ſunt & remiſſi, ac ſedata utuntur oratione; nam oratores, qui utuntur contentione, brachium ſolent exerere atque vibrare. TURNEB. Fuit hoc apud antiquos Athenienſes pudoris & modeſtiæ ſignum. Videatur Caſaubonus ad Laertium pag. 63. edit. 1594. COLOMES. *Inter pallium*; Voſſ. prim.

88. *Amplectuntur.*] *Amplectimur*; Voſſ. ſec. locus mihi ſuſpectus videtur, neque τὸ *modum* concoquo: Francius volebat *admodum*. BURMAN.

89. *Coccum & Andocidem.*] Andocides numeratur a Plutarcho inter decem oratores Athenienſes: de Cocco nihil ille ſcribit: tantum Suidas ait, hunc fuiſſe Iſocratis diſcipulum, & oratorem Athenienſem, qui quaſdam orationes reliquerit. Videtur autem ſignificare, Andocidem & Coccum tenuiores fuiſſe Lyſia. TURNEB.

90. *Remittemur.*] *Remittentur*; Voſſ. ſec.

91. *Nihil enim tam eſt, &c.*] Iſocrates enim maxime comparatus eſt ad delectandum, Lyſias ad docendum: itaque alter eſt temperatus, alter tenuis: alterius oratio diligens, alterius negligenti ſimilis. TURNEB.

92. *At plus.*] *Certe plus indulſit*; MSS. Alm. Voſſ. ſec.

93. *Vi, ſublimitate.*] *In ſublimitate*; Voſſ. tert.

94. *Gaudet.*] Deeſt in Voſſ. prim. tert.

95. *Non oratione ficta dat tacentibus vocem.*] De Demoſthene dictum, & eleganter dictum. *Tacentibus* præferunt MS. Bodleianus, editiones Andreæ, Aldi, Sichardina, aliæque. Editio Lugdunenſis legit *carentibus*. GIBSON. *Carentibus* repperi in Pareanis, & Colonienſi 1555. Lugdunenſi 1580. ſed in alia nulla earum, quas conferre ſoleo. BURMAN. In editionib. Vaſcoſ. & Steph. legitur etiam *tacentibus*: jam vero his Fabii verbis, *oratione ficta dat tacentibus vocem*, exprimitur ſententiæ figura, cui nomen προσωποποιΐα. CAPPER.

96. *Non illud jusjurandum.*] Demoſthenes in oratione *de corona*, ut avertat invidiam cladis apud Chæroneam acceptæ, jurat per eos, qui ceciderunt in Marathonis campis adverſus copias Darii, & eos, qui ceciderunt in Salaminio freto adverſus Perſen: atque illic de gloria diſputat, cui poſthabenda mors eſt & clades: atque ita locum philoſophicum tractat. Porro Demoſthenes in epiſtolis ſcribit, ſe auditorem Platonis fuiſſe. TURNEB.

publicæ, ſatis manifeſto docet præceptorem ejus Platonem fuiſſe? Quem ipſum [97] num Aſianum appellabimus, plerumque inſtinctis divino ſpiritu vatibus comparandum? Quid Periclea? ſimilemne credimus Lyſiacæ gracilitati, [98] quem fulminibus & [99] cœleſti fragori comparant Comici, dum illi conviciantur? Quid eſt igitur, [100] cur in iis demum, qui tenui venula per calculos fluunt, Atticum ſaporem putent? [101] ibi demum thymum redolere dicant? [102] Quos ego exiſtimo, ſi quod in his finibus uberius invenerint ſolum, fertilioremve ſegetem, negaturos Atticam eſſe, quod plus, quam acceperit, ſeminis reddat; quia hanc ejus terræ fidem Menander eludit. [103] Itaque ſi quis nunc ad eas Demoſthenis virtutes, quas ille ſummus orator habuit, tamen quæ defuiſſe ei, ſive ipſius natura, ſive [104] lege civitatis videntur, adjecerit, ut affectus concitatius moveat, [105] audiam dicentem, *Non fecit hoc Demoſthenes?* & ſi quid [106] exierit numeris aptius (fortaſſe non poſſit;) ſed tamen, ſi quid exierit, non erit Atticum? Melius de hoc nomine ſentiant, credantque *Attice dicere eſſe optime dicere.* [107] Atque in hac tamen opinione perſeverantes Græcos magis tulerim. Latina mihi facundia, ut inventione, diſpoſitione, conſilio, [108] cæteris hujus generis artibus ſimilis Græcæ ac prorſus diſcipula ejus videtur; ita circa rationem eloquendi vix habere imitationis locum. [109] Namque eſt ipſis ſtatim ſonus dulcior, quando & jucundiſſimas [110] ex Græcis literas non habemus, *vocalem* alteram, alteram *conſonantem*, quibus nullæ apud eos dulcius ſpirant: quas mutuari ſolemus, quoties illorum nominibus utimur. [111] Quod cum contingit, neſcio quomodo velut hilarior protinus [112] renidet oratio, ut in [113] *Zephyris* & *Zopyris*, quæ ſi [114] noſtris literis ſcribantur, [115] ſurdum quiddam & barbarum efficient, & velut in locum earum ſuccedent triſtes & horridæ, quibus Græcia caret. [116] Nam illa, quæ ſexta eſt noſtrarum, pene non humana voce, vel omnino non voce potius, inter diſcrimina dentium efflanda eſt:

97. *Num Aſianum*] *Non;* Voſſ. ſec.

98. *Quem fulminibus, &c.*] Ariſtophanes ſic de Pericle ſcripſit: *Fulgebat, tonabat, permiſcebat Græciam.* TURNEB. Vide ad lib. 11. cap. 16. in fine.

99. *Cæleſti fragori comparant Comici.*] *Comici*, pro e *Comicis quidam*, Ariſtophanes ſcilicet, in *Acharnenſibus*. Eadem formula uſus eſt Plutarchus in præceptis politicis, de Cleone, qui excluſis amicis adulatores admiſerat: Ἑκατὸν δὲ κύκλῳ κεφαλαὶ κολάκων οἰμωξομένων ἐλιχμῶντο περὶ αὐτὸν, ὡς οἱ Κωμικοὶ λέγουσι. οἱ Κωμικοὶ, id eſt, Ariſtophanes in *Veſpis*. COLOMES. Græcorum verborum ſenſus eſt hujuſmodi: *Centum vero flentium adulatorum capita caput ejus circumlambebant, ut aiunt Comici* CAPPER.

100. *Cur in iis demum.*] *Quod in iis demum;* Ald. Vaſc. Steph. Baſil. Gryph. Vidov.

101. *Ibi demum thymum redolere.*] Hoc dictum eſt hac de cauſſa, quia in Hymetto monte Atticæ copia eſt præſtantiſſimi thymi: atque hac de cauſſa probatur mel Atticum a Dioſcoride & Plinio. TURNEB.

102. *Quos ego exiſtimo.*] Thucydides lib. 1. de bello Peloponneſiaco ait, in Attica ſolum eſſe tenue, nec ſatis fertile. Itaque a ſolo ad ingenia & oratores metaphoram tranſtulit: ut, quemadmodum ſolum illic eſt tenue, ſic dumtaxat ſint oratores tenues. TURNEB.

103. *Itaque ſi.*] *Ita ſi;* MSS. Alm. Voſſ. prim. tert. *ita nunc ſi quis;* Locat. Ald.

104. *Lege civitatis.*] Qua orator vetabatur *epilogo* uti, ne affectus moveret. ANONYM. In Burmann. edition. nota hæc e ſuo loco fuerat avulſa, & appoſita his Fabii verbis, *Attice dicere*. CAPPER.

105. *Audiam.*] *Audiat;* Voſſ. ſecund.

106. *Exierit.*] *Dixerit*, & mox *tamen ſi quid dixerit;* V. C. Alm.

107. *Atque in hac tamen.*] Attica eloquentia maxime ſpectatur in *elocutione*, quam Græci imitari poſſunt, Latini non poſſunt: ergo Græci, qui tenuiter dicere putant eſſe Atticum, magis excuſari poſſunt, quam Latini; quia Latini illi Attici non poſſunt imitari *elocutionem* Græcam, de cujus elegantia eſt dicturus Fabius. TURNEB.

108. *Cæteris hujus.*] *Cæteriſque;* Locat. Ald. Baſil. Steph. Gryph. Colin. Vidov.

109. *Namque eſt ipſis ſtatim ſonus dulcior.*] Ita editiones optimæ. Neque intelligo, qua mente ab editione Lugdunenſi in illius locum altera ſufficitur: *namque eſt ipſis ſtatim ſonus durior;* cum Fabium hic jucunditatem dulcedinemque linguæ Græcæ prædicantem videmus GIBSON. *Ipſi;* Obrecht. *ipſis durior;* MSS. Alm. Voſſ. omn. Locat. Ald. marg. Baſil. Gryph.

110. *Ex Græcis literas.*] *Ex Græcis υ & ζ literas;* Vaſc. Steph. Roign. Vide lib. 1. cap. 4. ubi dicit *tum enim ab iiſdem duas mutuamur.*

111. *Quod cum contingit.*] Eraſmus in lib. *de recta pronunciatione*, ait, υ *pſilon* ſonare ut *u* gallicum, medio nimirum ſono inter *i* & *u*: vulgo autem perperam pronunciatur. TURNEB. Deſiderii Eraſmi, Jacobi Ceratini, Adolphi Mekerchi, Joannis Checi, Juſti Lipſii, Voſſii, Lanceloti & cæterorum, qui nativam Græcæ linguæ pronunciationem impugnare & immutare audaciori, quam feliciori, conatu voluerunt, vitilitigationes expendimus & refellimus in Philologico de antiqua Helleniſmi pronunciatione commentario, quem Gallice conſcriptum aliquando, ſi Deus dederit, in lucem edemus. Ibi oſtenditur *u* Gallicum Græcis Latiniſque auribus fuiſſe prorſus ignotum, υ ψιλὸν autem leniori quopiam & delicatiori τοῦ *I* ſono eſſe proferendum: quod præ cæteris adſtruunt; 1.° Priſcianus pag. 539. Veter. Grammatic. ubi ſic habet: *Et I quidem, quando poſt V conſonantem loco* Digamma Ϝ *Æolici ponitur brevis ſequente D, vel M, vel R, vel T, vel X, ſonum Y Græcæ videtur habere, ut* video, vim, virtus, vitium, vix, &c. 2.° Velius Longus ibid pag. 2219. *Quibuſdam*, inquit, *literis deficimus, quas tamen ſonus enunciationis arceſſit, ut cum dicimus* virtutem & virum, &c. *perveniſſe fere ad aures peregrinam literam invenies.* 3.° Alcuinus Caroli Magni Præceptor ibid. pag. 2083. *Fiunt quoque hæ ipſæ mediæ, quando Y Græcæ vocalis ſonum habent; I, quando poſt V loco* conſonantis *poſita eſt, ſequente D vel M, vel R, vel T, vel X*, video, vim, virtus, vitium, vix. 4.° Iſidorus Hiſpalenſ. lib. 1. origin. cap. 4. *A Græcis duas literas mutuavit latinitas, Y & Z, propter nomina Græca: & hæ apud Romanos uſque ad Auguſti tempus non ſcribebantur: ſed, pro Z, SS ponebant: pro Y vero I ſcribebant.* CAPPER.

112. *Renidet.*] In Voſſ. ſec. erat *re .... oratio:* ſed de verbo *renidere* vide Heinſ. ad Ovid. x. Metam. 558. & IV. Faſt. 430. BURMAN.

113. *Zephyris.*] *Zephyris Zophyriſque;* Steph. Vidov. *Zephiris Zopyriſque;* Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. *Zephyris Zopyriſque;* Vaſcoſ. &c.

114. *Noſtris literis ſcribantur.*] *Noſtris ſcribantur;* Voſſ. prim.

115. *Surdum quiddam.*] *Surdum quidem & barbarum efficiens ſonum;* Locat. *Surdum quiddam, & b. e. ſonum;* MSS. Bodl. Voſſ. ſec. Vidov. Baſil. Gryph.

116. *Nam illa.*] *Nam & illa;* edit Obrecht. Cæterum his vocabulis, *illa quæ ſexta eſt noſtrarum*, literam F intelligit, quæ ſextum Latino in *alphabeto* locum tenet. CAPPER.

quæ etiam cum *vocalem* [117] proximam accipit, quaſſa quodam modo, utique [118] quoties aliquam *conſonantium* [119] frangit, multo [120] fit horridior. [121] Æolicæ quoque literæ, qua *ſervum cervumque* dicimus, etiam ſi forma a nobis repudiata eſt, [122] vis tamen nos ipſa perſequitur. [123] Duras & illa ſyllabas facit, quæ ad conjungendas demum ſubjectas ſibi *vocales* eſt utilis, alias ſupervacua; ut *equos* ac *equum* ſcribimus, cum ipſæ [124] etiam hæ *vocales* duæ efficiant ſonum, [125] qualis apud Græcos nullus eſt, ideoque ſcribi illorum literis non poteſt. [126] Quid? quod pleraque nos illa, quaſi [127] mugiente, litera cludimus *M*, qua nullum Græce verbum [128] cadit? [129] At illi *N*, jucundam, & in fine præcipue, quaſi tinnientem [130] illius loco ponunt, quæ eſt apud nos [131] rariſſima in clauſulis. Quid? quod ſyllabæ noſtræ [132] in *B* literam, & *D* innituntur adeo aſpere, ut plerique non antiquiſſimorum quidem, ſed tamen veterum, mollire tentaverint, [133] non ſolum *averſa* pro *abverſis* dicendo, ſed & in præpoſitione *B* literæ abſonam [134] & ipſam *S* ſubjiciendo? Sed accentus quoque cum rigore quodam, tum ſimilitudine ipſa minus ſuaves habemus; [135] quia ultima ſyllaba nec *acuta* unquam excitatur, [136] nec *flexa* circumducitur, ſed in *gravem*, vel duas *graves* cadit ſemper. Itaque tanto eſt [137] ſermo Græcus Latino jucundior, ut noſtri poëtæ, quoties dulce

117. *Proximam.*] *Proxima*; Voſſ. tert. Bern. Leid.

118. *Quoties aliquam conſon. frangit.*] Fab. cap. 4. lib. 1. ait, *vocales* ſæpenumero coire, *conſonantes* nunquam, niſi altera alteram frangat: quo videtur nunc alludere. TURNEB. *Aliquam conſonantem*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Vidov.

119. *Ut in hoc ipſo frangit.*] Hæc verba non ſunt in V. C. Alm. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Vaſcoſ. Steph. Colin. Vidov. Oxon. Obrecht. ſed in quibuſdam in margine ponuntur, & puto a gloſſatore profecta, qui exemplum in ipſo verbo *frangere* voluit dare; ut in *effringo*, pro *exfringo*, ubi *x* frangitur in molliorem ſonum, mutata litera *x* in *f*. BURMAN.

120. *Sit horridior.*] *Fit*; Locat. Obrecht. Baſil. Gryph. & aliæ.

121. *Æolicæ quoque literæ.*] Claudius Cæſar imperator adjecerat *digamma* Æolicum, quod tamen poſtea (ut meminit Priſcianus) eſt repudiatum. TURNEB. Imperator ille *Digamma* Æolicum, ſi proprie loqui velis, non ipſe adinvenerat, ſed hanc in formam Ⅎ inverterat, ut hoc ſigno deſignarentur illæ ſyllabæ, quas vulgo per V conſonans exprimimus; *DaVus SerVus*, pro quibus Claudius Cæſar ſcribebat DAℲUS SERℲUS. CAPPER.

122. *Vis tamen nos ipſa.*] *Vis tamen, non ſonus ipſe*; V. C. Alm. *vis tam non ipſa*; Locat.

123. *Duras & illa ſyllabas.*] *Duras & illas ſyllabas*; Vaſc. Steph. Voſſius 1. Inſtit. Grammat. 22. legit *duras & ſyllabas facit*. Pronomine τῷ *illa* Rollinus literam *u* intellexit in ſuis ad hunc Fabii locum notis: ſed literam Q intelligendam eſſe, ſatis patet ex iis, quæ diſſeruimus in Gallico de antiqua Græcarum literarum pronunciatione Commentario. CAPPER.

124. *Etiam hae vocales.*] *Etiam vocales*; V. C. Alm. Locat. Ald. Vaſcoſ. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

125. *Qualis apud Græcos.*] Nam Græci hunc ſonum ſolent mutare in *ου*; (qua de re pulcherrime diſſerit Plutarchus in libello *de recta pronunciatione*) nonnunquam quoque in *υ pſilon*. TURNEB. Sed quis unquam legit, aut fando audivit Plutarchi libellum *de recta pronunciatione*? ſcripſerat, opinor, Turnebianus ille interpres *Eraſmus*, vel *Mekerchus*, aut etiam *Checus*. Nam hi tres Græcorum pronunciationem libris editis oppugnarunt quidem, ſed non expugnarunt. Cæterum qua demum ratione intelligi poſſit nullum apud Græcos eſſe ſonum, qui ultimas haſce Latinorum ſyllabas *quos* & *quum* exprimat, in laudato jam libro pluribus explicare conatus ſum. CAPPER.

126. *Quid, quod.*] Apud Græcos nullum verbum terminatur in *m*, apud Latinos plurima: contra apud Græcos multæ dictiones terminantur in *n*, apud Latinos paucæ, quum illa litera ſit dura, hæc ſuaviſſima. TURNEBUS.

127. *Mugiente litera.*] Vide Bochart. in Hierozoïc. part. 1. lib. 11. cap. 29.

128. *Cadit.*] *Claudimus*; Voſſ. tert.

129. *At illi n.*] Præcipue Attici, ut ex Demetrii Phalerei *de Elocutione* pag. mihi 105. patet. ALMEL.

130. *Illius loco ponunt.*] *Illius loco ponunt N, quæ eſt apud nos rariſſime in clauſulis.* Ita emendat clariſſimus Præceptor meus Jacob. Tollius in *Guſtu primo* ad Longin. pag. 350. ALMEL.

131. *Rariſſima in clauſulis.*] Etiam in mediis; ut pro *tunſus*, *pranſus*, *frons*; *tuſus*, *praſus*, *fros* veteres legerunt, docente Lipſio lib. 111. Var. lect. 19. ALMEL.

132. *In B. literam & D.*] *B litera & D immittuntur*; Voſſ. ſec. *B litera & D innituntur*; Locat.

133. *Non ſolum aſverſa pro abverſis dicendo.*] Hic codices magnopere inter ſe differunt. Quod pro *averſa* editionis Lugdunenſis, *aſverſa* poſuimus; id fecimus auctoritate editionum Pariſienſis, Vaſcoſani, Stephanique, & marginalis lectionis Sichardi. *Adverſa* reperio in textu Sichardino. *Adverſis* præferunt MS. Bodleianus, editiones Andreæ, Aldi, & Sichardi. GIBSON. Petrus Ciacconius ad Columnam Duilii pag. 71. probat ex lib. 1. Quinctiliani cap. 7. hic *avorſa* legendum eſſe. ALMEL. *Aſverſa pro adverſis*; Gryph. Colin. *aſverſa pro abverſis*; Vidov.

134. *Et ipſam s.*] *Et ipſam ſ.* MSS. Bodl. Joan. Voſſ. ſec. Andr. Locat. Baſil. marg. Vaſc. Steph. male; nam ita *abſtraho* dixerunt pro *abtraho*; & ſic in ſimilibus.

135. *Quia ultima.*] *Quia nobis nulla dictio ultima*, &c. Dan. *Ultima ſyllaba nec acuta unquam.*] Id eſt, in polyſyllabis Latinorum dictionibus ultima ſyllaba nunquam acuto profertur accentu: ſic etiam ſupra lib. 1. cap. 5. *Eſt in omni voce utique acuta; ſed nunquam plus una, nec ultima unquam: ideoque in diſſyllabis prior.* A Græcis contra profertur ὁ θεὸς, ἡ ὁδός. Cæterum in monoſyllabis etiam Latinis aliud obtinet. Nam, ut ibidem docet Fabius, *ea vero quæ ſunt ſyllabæ unius, erunt acuta, aut flexa; ne ſit aliqua vox ſine acuta.* CAPPER.

136. *Nec flexa circumducitur.*] Hoc eſt, in Latinorum polyſyllabis ultima nunquam circumflexo accentu effertur. Sic & lib. 1. cap. 5. *Itaque neutra* (id eſt, neque acuta, neque circumflexa ſyllaba) *claudet vocem Latinam.* Itaque perperam vulgo ſcribitur & typis excuditur *muſâ*, *vitâ*, &c. cum circumflexo. Græci contra paſſim dicunt θεῦ, ὁδῦ, &c. Vide quæ ad lib. 1. cap. 5. de accentibus & *apice* jam annotavi. CAPPER.

137. *Sermo Græcus Latino jucundior.*] Reclamant deliciæ noſtræ Thomas Gatakerus, in diſſertatione de N. T. ſtylo contra Pſochenium pag. 6. Habet, *inquit*, revera hic Pſochenius σύμψηφον καὶ σύμμαχον M. Fabium Quinctilianum, oratorem nobiliſſimum, eumque Latinum; ut nec judicii ratione cenſendo parum idoneus, nec affectus, qui judicium tranſverſum agat, reſpectu, ſuſpectus jure habeatur. Nolim equidem cum viro tanto, in cauſſa præſertim illiuſmodi, cui rite dijudicandæ plura tanto, atque ampliora illa, ſuppetebant adminicula, in certamen lubens deſcendere. Illud tamen monere haud abs re fuerit, quod uſus vitæ nos edocet quotidianus. Quemadmodum altera ex parte venire ſæpe compertum eſt, ut propenſiores in ſua ſuoſque affectus a recto cenſendi tramite abducant; ſic ex altera parte etiam id, nec raro, contingit, exterorum admiratione effaſcinatos, ita affici mortales, ut ſuis quoque iniquiores evadant. Scilicet

Ξεῖνος πτολιμεῦ μᾶλλον ἀνθρώπων ἴθ☉ν.

Nec eſt inſolens rerum domeſticarum faſtidium; ut Cicero 1. de fin. *vile habetur, quod domi eſt*; ut Seneca 111. de Benef. cap. 3. vel *quidquid intra pomœria* naſcitur; ut Varro. Denique vitioſum hunc affectum ipſe Fabius lib. 1. cap. 10. agnovit: *Aliena*, inquit, *favemus; ideoque cum κυρτοκοχύλια mirati ſumus, incurvicervicum vix a riſu defendimus*: ea innuit a gente ſua in ſuis deridiculo habita, quæ in Græcis non probarent modo, ſed applauderent & ſuſpicerent: hactenus Gatakerus. COLOMES.

carmen eſſe voluerunt, [138] illorum id nominibus exornent. His illa potentiora, quod res plurimæ carent appellationibus, ut eas neceſſe ſit [139] *transferre*, aut [140] *circumire*: etiam in iis, quæ denominata ſunt, ſumma paupertas in eadem nos frequentiſſime revolvit: at illis non verborum modo, ſed [141] linguarum etiam inter ſe differentium copia eſt. Quare qui a Latinis exiget illam gratiam ſermonis Attici, det mihi [142] in eloquendo eamdem jucunditatem, & parem copiam. [143] Quod ſi negatum eſt, ſententias aptabimus iis vocibus, quas habemus, nec rerum nimiam tenuitatem, ut non dicam pinguioribus, fortioribus certe verbis miſcebimus, ne virtus utraque pereat ipſa confuſione. Nam quo minus adjuvat ſermo, rerum inventione pugnandum eſt. Senſus ſublimes [144] variique eruantur. Permovendi omnes affectus erunt, oratio *tranſlationum* nitore illuminanda. [145] Non poſſumus eſſe tam graciles? ſimus fortiores. Subtilitate vincimur? valeamus pondere. [146] Proprietatis penes illos eſt certior copia? vincamus [147] ingenio. Græcorum etiam minora ſuos portus habent? nos plerumque majoribus velis moveamur: validior ſpiritus noſtros ſinus tendat. Non tamen alto ſemper feremur; nam & [148] litora interim ſequenda ſunt. Illis facilis per quælibet vada acceſſus; ego aliquid non multo tamen altius, in quo mea cymba [149] non ſidat, inveniam. Neque enim, ſi tenuiora hæc ac preſſiora Græci melius, in eoque vincimur ſolo, [150] & ideo in comœdiis non contendimus, [151] prorſus tamen omittenda pars hæc orationis, ſed exigenda ut optime poſſumus: poſſumus autem [152] rerum & modo & judicio eſſe ſimiles: verborum gratia, quam [153] in ipſis [154] non habemus, extrinſecus [155] condienda eſt. An non in privatis & acutus, & non aſper, & non indiſtinctus, & non ſupra modum [156] elatus M. Tullius? non in M. [157] Callidio inſignis hæc virtus? non Scipio, Lælius, Cato in [158] eloquendo velut Attici [159] Romanorum fuerunt? [160] Cui porro non ſatis eſt, quo nihil eſſe melius poteſt? [161] Ad hoc quidam nullam eſſe naturalem putant eloquentiam, niſi quæ ſit quotidiano ſermoni ſimillima, quo cum amicis, conjugibus, liberis, ſervis [162] loquamur, [163] contenti promere animi voluntatem, nihilque arceſſiti & elaborati [164] requirentes; quidquid huc ſit adjectum, id eſſe affectationis, & ambitioſæ in loquendo jactantiæ, re-

138. *Illorum id nominibus.*] Id eſt, vocabulis; ut apud Græcos τὸ ὄνομα de omni orationis parte ſolet uſurpari. CAPPER.

139. *Transferre.*] Hoc eſt, tranſlatione, τῇ μεταφορᾷ, exprimere. CAPPER.

140. *Circumire.*] Verborum circuitione, τῇ περιφράσει, circumlocutione ſignificare. CAPPER.

141. *Linguarum inter ſe differentium copia.*] Alludit Fabius ad decantatas illas Græcorum dialectos, & ad quinque præcipuas, videlicet Ionicam, Doricam, Atticam, Æolicam & communem. CAPPER.

142. *In eloquendo.*] *In loquendo*; MSS. Alm. Voſſ. prim. ſec. Locat. Ald. Steph. Gryph. Colin. Vidov.

143. *Quod ſi negatum eſt.*] Quoniam a Græcis vincimur *elocutione*, recurrendum eſt ad *inventionem*, qua poterimus eos aut ſuperare, aut certe æquare: quanquam, ſi verſabimur in tenui genere, inventio illa nec ſublimior eſſe debebit, nec verba pinguiora, ſed aliquanto fortiora, quam dictiones Atticorum; nam Atticorum gracilitatem non poſſumus imitari. TURNEB.

144. *Variique eruantur.*] *Varii eruantur*; Locat. Obrecht in cod. Bernenſi legitur: *variiſque ſenſus ſublimes eruantur.*

145. *Non poſſumus eſſe, &c.*] Superant nos Græci tenui ſtylo: ſuperare illos poterimus in grandiloquo, quoniam affectibus non perinde utuntur, nec *tranſlationibus*, propter copiam linguæ. TURNEB.

146. *Proprietas penes illos eſt.*] *Proprietatis penes illos eſt certior copia? vincamus ingenio. Græcorum*, &c. V. C. Alm. Locat. Vaſcoſ. Steph. Baſil. Gryph. Par. Colin. Vidov. *Proprietas penes illos eſt, certiore copia vincamus ingenia Græcorum*; Vall. lib. *certiore* etiam Voſſ. omn. Suſpectus locus; qui enim copia vincant Latini, cum paulo ante deſideraverit illam in Latinis, qua Attici abundant? debuiſſet proprietati Græcæ linguæ opponere *tranſlationes* & figuras, quarum lumine illuſtratur oratio: forte excidit vox, & legendum: *proprietas penes illos eſt certior? figurarum copia vincamus*: certe ſimile quid requiri mihi videtur. BURMAN. Eam lectionem ſecutus ſum, quam & manuſcripti quidam codices & editiones ex antiquis optimæ jam exhibuerant. CAPPER.

147. *Ingenia Græcorum etiam, &c.*] Significat nos non poſſe deſcendere in tantam ſubtilitatem, ſed id tamen eſſe compenſandum aliqua amplitudine; ita tamen, ut videamur eſſe tenues, quanquam non ita ut Græci. TURNEB. *Ingenia Græcorum etiam minora ſuos portus habent? nos plerumque majoribus velis moveamur.* Lectio ut ab optimis codicibus comprobata, ita ad ea, quæ antecedunt, quæque ſequuntur, accommodatiſſima. Fabius enim, inſtituta inter Græcos Latinoſque comparatione, hos monet, quibus modis nonnulli ſui defectus reſarciantur. Parum autem oratoris ſententiæ reſpondet editionis Lugdunenſis lectio: *Ingenia Græcorum etiam minora ſuos portus habent, nos plerumque majoribus velis movemur.* GIBSON. Gallæus conjiciebat *navigia Græcorum*, &c. & mox *ſemper feramur*. BURMAN. Vide notam proxime præcedentem. CAPPER.

148. *Litora interim ſequenda.*] *Legenda*; Francius conjiciebat.

149. *Non concidat.*] *Non conſidat*; omnes fere editi: ſed *non ſidat*; MSS. Alm. Voſſ. omnes. Obrecht. quod recepimus. BURMAN.

150. *Et ideo in comœdiis.*] Fabius docet lib. 10. [cap. 1.] *Latinos in comœdia maxime claudicare, quia non poſſunt imitari gratiam ſermonis Attici.* TURNEB.

151. *Prorſus tamen omittenda.*] *Non omittenda*; V. C. Alm. Locat. Vaſcoſ. Steph. Gryph. Colin. Vidov. *tamen nobis omittenda.* Dan.

152. *Rerum & modo.*] *Rerum modo*; Locat. Ald. Obr.

153. *In ipſis.*] In ipſis verbis: ita exponit Rollinus.

154. *Non habemus.*] Rollinus conjiciebat, *quam ut ipſi non habemus.*

155. *Condienda.*] *Condenda*; Gryph marg. Vidov. *concienda* conjiciebat Badius, id eſt, arceſſenda. *Condienda eſt, aut non in privatis*, &c. Bern.

156. *Elatus.*] *Elevatus*; V. C. Alm.

157. *Callidio.*] *Calidio*; cod. Colb.

158. *Eloquendo.*] *Loquendo*; Voſſ. omn. Locat. Colin.

159. *Romanorum fuerunt.*] *Fuerint*; cod. Bern.

160. *Cui porro.*] *Qui porro*; Edit. Obrecht.

161. *Ad hoc quidam.*] Alios Fabius reprehendit, qui optimam putant eloquentiam eſſe, in qua pure ponimus animi noſtri ſenſa, ut nihil interim addamus, quod vel delectet vel moveat; nullam denique adhibeamus gratiam orationis, præter communem loquendi formulam. TURNEB. *Adhuc*; Voſſ. prim. ſec. Bern. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

162. *Loquamur.*] *Loquimur*; Obrecht. edit.

163. *Contenti.*] *Contento*; Voſſ. tert. Obrecht.

164. *Requirentes.*] *Requirente*; Voſſ. prim. tert. Obrecht.

motum a veritate, fictumque ipſorum gratia verborum, quibus ſolum [165] a natura ſit officium attributum, [166] ſervire ſenſibus; ſicut athletarum corpora etiamſi validiora fiant exercitatione, [167] & lege quadam ciborum, non tamen eſſe naturalia, atque ab illa ſpecie, quæ ſit conceſſa hominibus, abhorrere. Quid enim, [168] inquiunt, attinet *circuitu* res oſtendere, & *tranſlationibus*, id eſt, aut pluribus, aut alienis verbis, cum ſua cuique ſint aſſignata nomina? Denique antiquiſſimum quemque maxime ſecundum naturam dixiſſe contendunt, mox poëtis ſimiliores extitiſſe, etiamſi parcius, ſimili tamen ratione, [169] falſa & impropria virtutes ducentes. Qua in diſputatione nonnihil veri eſt, ideoque non tam procul, quam ſit a quibuſdam, recedendum a propriis atque communibus. Si quis tamen ([170] ut in loco dixi compoſitionis) ad neceſſaria, quibus nihil minus eſt, aliquid melius adjecerit, non erit hac calumnia reprehendendus. Nam mihi aliam quamdam videtur habere naturam ſermo vulgaris, aliam [171] viri eloquentis oratio: [172] qui, ſi res indicare modo ſatis eſſet, [173] nihil ultra verborum proprietatem elaboraret: ſed, cum debeat [174] delectare, movere, in plurimas animum audientis ſpecies impellere, utetur iis quoque adjutoriis, quæ ab eadem ſunt nobis conceſſa natura. [175] Nam & lacertos exercitatione conſtringere, & augere vires, & colorem trahere, naturale eſt: ideoque in omnibus gentibus alius alio facundior habetur, [176] & eloquendo dulcis magis. Quod ſi non eveniret, omnes pares eſſent, & idem omnes deceret. [177] At loquuntur, [178] & ſervant perſonarum diſcrimen: ita quo quiſque plus efficit dicendo, hoc magis [179] ſecundum naturæ eloquentiam dicit. Quapropter ne illis quidem nimium repugno, qui dandum putant nonnihil eſſe temporibus atque auribus, nitidius aliquid [180] atque affectatius poſtulantibus. Itaque non ſolum ad [181] priores Catonem Gracchoſque, ſed ne [182] ad hos quidem oratorem alligandum puto. Atque id feciſſe M. Tullium video, ut [183] cum omnia utilitati, tum partem quamdam delectationi daret, cum & ipſam ſe rem agere diceret ([184] agebat autem maxime) litigatoris. Nam hoc ipſo proderat, quod placebat. [185] Ad cujus voluptates nihil equidem, quod addi poſſit, invenio, [186] niſi ut ſenſus nos quidem dicamus plures. Neque enim fieri poteſt ſalva tractatione *cauſſæ* & dicendi auctoritate, [187] ſi crebra hæc lumina & continua [188] fuerint, ut non invicem offecerint. [189] Sed me hactenus cedentem nemo inſequatur ultra: do tempori, [190] ne

165. *A natura.*] Τὸ *a* deeſt in Voſſ. Bern. Locat. Ald.

166. *Servire ſenſibus.*] Ταῖς διανοίαις, ſententiis, internis animi ſenſibus, (*animi ſenſum* & *ſenſa mentis* dixit Tullius) non autem τοῖς αἰσθήσεσι, ſenſibus externis; cujuſmodi ſunt viſus, auditus, odoratus, &c. CAPPER.

167. *Et lege quadam ciborum.*] Nam *athletæ* veſcuntur pane *coliphio* dicto: præterea veſcuntur (ut inquit Galenus) carne porcina, quæ multum alimenti præſtat. TURNEBUS.

168. *Inquiunt.*] *Inquit*; Locat Ald.

169. *Falſa & impropria virtutes ducentes.*] Græce diceretur: ἀρεταῖς ἡγούμενοι τὰ ψευδῆ καὶ τὰ ἄκυρα, id eſt: *quæ falſa ſunt & impropria, ea virtutum loco habentes.* CAPPER.

170. *Ut in loco.*] *Ut in illo loco*; Voſſ. ſec. Steph. Baſil. Gryph. Vidov.

171. *Viri eloquentis.*] *Viri periti ac eloquentis*; Baſil. *Eloquens*; Voſſ. tert.

172. *Qui ſi.*] *Cui ſi*; edit. Obrecht.

173. *Nihil ultra.*] *Nihil extra*; V. C. Alm.

174. *Delectare.*] Hic deficiebant codices Voſſiani primus & tertius. Deficiebat etiam codex Bernenſis; non tamen quaſi quædam deſiderari viderentur; ſed in media pagina finiebatur. BURMAN.

175. *Nam & lacertos.*] Quemadmodum athletica exercitatio improbatur, ſed non tamen improbatur palæſtra, ſi ea utaris ad robur; ita in *elocutione*, ſi ſemper recedas a propriis & communibus, pecces; non tamen, ſi quid præter ſermonem vulgarem elaboraveris. TURNEB.

176. *Et eloquendo.*] *In eloquendo*; Voſſ. ſec. *& loquendo*; V. C. Alm.

177. *At loquuntur.*] *At aliter loquuntur*; Obrecht. Cujus lectionem lubenter ſecutus eſſem, ſi codd. MSS. aut antiquis editionibus eſſet innixa. CAPPER.

178. *Et ſervant.*] *Et ſalvant*; Ald. Baſil. Colon.

179. *Secundum naturæ eloquentiam.*] *Secundum naturam eloquentiæ*; MSS. Bodl. Alm. Voſſ. ſec. Ald. Quæ quidem lectio improbari non debet. CAPPER.

180. *Atque affectatius.*] *Atque affectius*; Voſſ. ſec. Vall. lib. Obrecht. in Theſauro Fabri, neſcio an auctore Buchnero, *effectius* legendum eſſe, notatur; me non repugnante. Vide ad lib. V. cap. 12. BURMAN.

181. *Priores Catonem Gracchoſque.*] *Catone Gracchiſque*; Obrecht. nihil autem novi, *non ſolum* poni, pro *non ſolum non*, ut ita bis *non modo*, pro *non modo non*, lib. XI. cap. 1. BURMAN.

182. *Ad hos quidem.*] *Ad hos quidem ipſos*; V. C. Alm.

183. *Cum omnia.*] *Cum omnium*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Baſil.

184. *Agebat autem maxime.*] *Agebat autem rem litigatoris*; Voſſ. ſec. locus ſuſpectus; nam, ſi ipſam rem ſe agere dicebat, quis dubitet, quin litigatoris ageret? ſed cum luxuriari & nitidius loqui videretur, ut auditores delectaret, magis poterat videri ſuam rem agere, ut qui ingenium & eloquentiam jactare dici poſſet, ut placeret: ſed ſic quoque maxime agebat rem litigatoris. Quare forte ſcripſerit Fabius: *Atque id feciſſe M. Tullium video; & cum omnia utilitati, tum partem quamdam delectationi dares; & cum ſuam rem agere diceretur, agebat rem maxime litigatoris.* BURMAN.

185. *Ad cujus voluptates.*] Nullus poteſt magis delectare, quam Cicero: quanquam hoc tempore, inquit Fabius, *pluribus utuntur ſententiarum ornamentis*: quod non fit commode, quia invicem obſtant illuſtres iſtæ ſententiæ crebræ, & verborum ornamenta. TURNEB.

186. *Niſi ut ſenſus nos quidem dicamus plures.*] *Ne ſi ſenſus*; marg. Vaſc. & Steph. *niſi ut ſenſus B quidem*; V. C. Alm. *niſi ut ſenſus non quidem*; Leid. Edit.

187. *Si crebra.*] *Si n̄ crebra*; V. C. Alm. *ſi non crebra*; Vall. lib. & Voſſ. ſec. Locat. Ald.

188. *Fuerunt ut non invicem offecerint.*] *Fuerunt & invicem offecerint*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. *fuerint, non invicem.* Baſil.

189. *Sed me hactenus.*] Fabius ſignificat propter ſui temporis conditionem majoribus utendum eſſe ornamentis, quam tempore Ciceronis; ita tamen ut ornamenta illa nullo modo laſciva & effeminata videantur. TURNEB. *Sed ne hactenus*; Andr. Par. Steph. Gryph. Colin. Vidov.

190. *Ne craſſa toga ſit, non ſerica.*] *Ne nigra toga ſit, non ſerica*; Ald. marg. Baſil. *ne craſſa toga ſit, ut non ſerica*; Voſſ. ſec. *ne hura toga ſit*; V. C. Alm. forte *ne hirſa*: ita *hirta toga* apud Sil. I. 613. ubi tamen *hirtas comas* malunt interpretes: ſed ego Modii membranas præfero. *Craſſa*

craſſa toga ſit, non ſerica; ne intonſum caput, [191] non in gradus atque annulos [192] totum comptum; [193] cum in eo, qui ſe non ad luxuriam ac libidinem [194] referat, eadem ſpecioſiora quoque ſint, quæ honeſtiora. [195] Cæterum hoc, quod vulgo [196] *ſententias* vocamus; ([197] veteribus præcipueque Græcis in uſu non fuit, [198] apud Ciceronem invenio) dum rem contineant, & copia non redundent, & ad victoriam ſpectent, quis utile neget? Feriunt animum, & uno ictu frequenter impellunt, & ipſa brevitate magis hærent, & [199] dictione perſuadent. [200] Ac ſunt, qui hæc excitatiora lumina, etiamſi dicere permittant, a componendis tamen orationibus excludenda arbitrentur. [201] Quocirca mihi ne hic quidem locus intactus eſt omittendus, [202] quod plures eruditorum aliam eſſe dicendi rationem, aliam ſcribendi putaverunt; ideoque in agendo clariſſimos quoſdam nihil poſteritati manſuriſque mox literis reliquiſſe, ut Periclem & Demadem; rurſus alios ad componendum optimos, *actionibus* idoneos non fuiſſe, ut Iſocratem; præterea in agendo plus [203] impetus poſſe plerumque, & petitas vel paulo licentius voluptates. Commovendos enim eſſe, [204] docendoſque animos imperitorum. At quod libris dedicatur, & [205] in exemplum editur, terſum ac limatum, & ad legem ac regulam compoſitum eſſe oportere, quia veniat in manus doctorum, & judices artis habeat artifices. [206] Quin illi ſubtiles, ut ſimiles [207] ac multi perſuaſerunt magiſtri, παράδειγμα dicendo, ἐνθύμημα ſcribendo [208] eſſe aptius tradiderunt. Mihi unum atque idem videtur bene dicere, ac bene ſcribere; neque aliud eſſe oratio ſcripta, quam monumentum *actionis* habitæ. [209] Itaque nullas non (ut opinor) debet habere virtutes; non dico nulla vitia. Nam imperitis placere aliquando, quæ vitioſa ſunt, ſcio. Quo different igitur? [210] Quod ſi mihi des conſilium judicum ſapientum, perquam multa recidam ex orationibus non Ciceronis modo, ſed etiam ejus, qui eſt ſtrictior multo, Demoſthenis. Neque enim affectus omnino movendi erunt, nec aures [211] delectatione mulcendæ, cum etiam *proœmia* ſupervacua eſſe apud tales, Ariſtoteles exiſtimet; non enim trahentur his illi ſapientes: proprie & ſignificanter rem indicare, probatione colligere, ſatis eſt. [212] Cum vero

toga eſt gloſſatoris, qui meminerat illius Horatii I. Sat. III. 14. firmat vero maxime noſtram conjecturam auctor Dialogi *de Oratorib.* cap. 26. *Adeo malim, oratorem vel hirta toga induere, quam fucatis & meretriciis veſtibus inſignire*: ubi *meretriciæ veſtes* ſunt, quæ Fabio *ſericæ*, quibus uſas meretrices notiſſimum: quem locum ibi & alios diligentiſſimus Drakenborchius adduxit: illud *nigra* autem derivatum eſſe puto, quia pro *hirta*, librarii aberrans manus *atra* ſcripſerat; ut ita apud Stat. lib. II. 541. Heinſius in *ſecundis* ad Ovidium *curis* recte correxit:

Per tamen Olenii tegmen ſuis, hirtaque ſetis
Terga. ———

color enim tergi nihil contra jaculum valet, ſed hirſuties: & confirmat alter Statii locus lib. IV. 364. *Hirtaque ſetis, ora*: de ſericis vero veſtibus, viro indignis, vide Tacit. II. Ann. 33. & ibi Lipſium in excurſu. BURMANNUS.

191. *Non in gradus atque annulos.*] *Non ſmaragdus atque annulo centum ſint cum eo, quod ſi non a. l. ac l. referas*: Locat. quæ unde profecta ſint, ignoro; ſed defendi ex iis poſſe video, quæ lib. XI. 3. tradit, *ne manus impleatur annulis*: ſed ſequor potius vulgatam lectionem, quia proprie comæ in gradus formari dicuntur, a delicatis & mollibus. Vide ad Petron. cap. 18. & Junium *de coma.* BURMANNUS.

192. *Totum comptum.*] *Totum* omittunt Ald. Colin. Vidov. Obrecht. *ſectum comtum*; marg. Baſil.

193. *Cum in eo qui ſe non.*] *Cum eo quod ſi non ad lux*; Voſſ. ſec. Vall. lib.

194. *Referat.*] *Referas*; Voſſ. ſec. Locat.

195. *Cæterum hoc.*] *Sententias* hoc loco Fabius appellat ſplendidiora orationis lumina, præcipue in clauſulis poſita, quemadmodum ipſe teſtatur lib. VIII. cap. 5. Erat autem tempore Fabii nimius earum uſus. TURNEB.

196. *Sententias vocamus.*] Τὰ νοήματα intelligit (de quibus vide ad cap. 5. lib. VIII.) non τὰς διανοίας, *cogitationes*, neque τὰς γνώμας, *ſententioſa dicta* dumtaxat. Nam αἱ διάνοιαι & γνῶμαι apud Græcos quoque in uſu fuerunt: quas autem hoc loco ſententias Fabius memorat, eas Græcis in uſu non fuiſſe affirmat. CAPPER.

197. *Veteribus.*] *Quodque veteribus*; Obrecht.

198. *Apud Ciceronem invenio.*] *Apud Ciceronem enim invenio*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil.

199. *Dictione perſuadent.*] *Delectione*; marg. Baſil.

200. *Ac ſunt.*] *At ſunt*; Locatel.

201. *Quocirca mihi.*] Fabius eos redarguit, qui dicunt aliter eſſe ſcribendum, quam dicendum; quia cum dicimus, ſequimur auditorum judicium; auditores autem ſæpenumero ſunt imperiti. Quum autem ſcribimus, dictionem comparamus ad judicium doctorum. Fabius vero eodem modo & ſcribendum & dicendum putat. TURNEBUS.

202. *Quod plures.*] *Quo plures*; Voſſ. ſec.

203. *Impetus poſſe plerumque.*] *Impetus plerumque*; Ald. Baſil. *impetum poſſe pl.* Obrecht.

204. *Docendoſque.*] *Decendoſque*; Voſſ. ſec. forte *ducendoſque*: quo verbo paſſim de Orpheo uſos Poëtas Heinſius ad Claud. I. in Rufin. præfat. v. 13. oſtendit: & plura ad Ovid. XI. Metam. 2. producentur: ita mox hoc eodem capite: *Et ducit animos naturali voluptate vox omnis.* BURMAN.

205. *In exemplum editur.*] *Redditur*; Locat.

206. *Quin illi ſubtiles, &c.*] Παράδειγμα, cum ſit ſingulare, maxime ſolet movere animos imperitorum: itaque quidam ſubtiles aiunt eſſe utiliſſimum, cum oratio habetur. At vero ἐνθύμημα argutam habet concluſionem a *repugnantibus*, vel a *conſequentibus*; nec ſatis intelligitur ab imperitis, ſed a peritis deprehenditur: itaque aiunt aptius eſſe ſcribendo, quam dicendo. TURNEB.

207. *Et multi perſuaſerunt.*] Forte; *Quin illi ſubtiles (ut ſibi ac multis perſuaſerunt) magiſtri.* BURMAN.

208. *Eſſe altius.*] *Eſſe aptius*; Dan. Obrecht.

209. *Itaque nullas.*] In oratione ſcripta debent eſſe virtutes omnes, quinetiam vitia nonnulla: quia quum haberetur oratio, ſeſe accommodavit ad captum judicum orator, ut eorum animos tractaret: itaque quædam dixit, quæ non dixiſſet apud doctos. TURNEB. *Itaque nullas non (ut opinor) debet habere virtutes, non dico, nulla vitia*; Pariſienſis editio, aliæque. Quam lectionem confirmant ſequentia. Etſi enim omnes in oratione Fabius virtutes poſtulat, non tamen omnia vitia excludit; quia *imperitis placent aliquando, quæ vitioſa ſunt.* Eſt autem dicentis, ſeſe ad omnium mores captumque comparare. Male edit. Lugdunenſis: *Itaque nullas non (ut opinor) debet habere virtutes dico, non vitia.* GIBSON. *Itaque nullas non opinor debet habere virtutes dico, non vitia*; Voſſ. ſec. *dico non vitia*; etiam Locat. Ald. Baſil.

210. *Quod ſi mihi.*] *Si mihi*; Voſſ. ſec.

211. *Delectatione mulcendæ.*] *Delectatione movendæ*; Ald.

212. *Cum vero judex.*] Significat differentiam petendam

judex detur aut populus, aut ex populo, laturique ſententiam indocti ſæpius; atque interim ruſtici; omnia, quæ ad obtinendum quod intendimus, prodeſſe [213] credemus, adhibenda ſunt, eaque etiam [214] cum dicemus, [215] promenda, [216] & cum ſcribemus, ut doceamus quomodo dici oporteat. [217] An Demoſthenem mallem ſic egiſſe, ut ſcripſit, aut Ciceronem? aut eos præſtantiſſimos oratores [218] alio, quam ſcriptis, cognoſcimus? Melius egerunt igitur, an pejus? nam ſi pejus, ſic potius oportuit dici, ut ſcripſerunt: ſi melius, ſic oportuit ſcribi, ut dixerunt. Quid ergo? Semper ſic aget orator, ut ſcribit? Si licebit, ſemper: quod ſi impediant brevitate [219] tempora a judice data, multum ex eo, quod potuit dici, recidetur: editio habebit omnia. [220] Quæ autem ſecundum naturam judicantium dicta ſunt, non ita poſteris tradentur, ne videantur propoſiti fuiſſe, non temporis. Nam id quoque plurimum refert, quo modo judex audire velit: [221] atque ei vultus ſæpe ipſe rectus eſt dicentis, ut Cicero [222] præcipit. Ideoque inſtandum iis, quæ placere intellexeris; reſiliendum ab iis, quæ non recipientur. Sermo ipſe, qui facile judicem doceat, [223] optandus. Nec id mirum ſit, cum etiam teſtium perſonis aliqua mutentur. Prudenter enim, qui cum interrogaſſet ruſticum teſtem, an *Amphiona* noſſet? negante eo, [224] detraxit aſpirationem, breviavitque ſecundam ejus nominis ſyllabam, & ille eum ſic optime norat. Hujuſmodi caſus efficiunt, ut aliquando dicatur aliter quam ſcribitur, cum dicere, quomodo ſcribendum eſt, non licet. [225] Altera eſt diviſio, quæ in [226] tres partes & ipſa [227] diſcedit, [228] qua diſcerni poſſe etiam recte dicendi genera inter ſe videntur. Namque unum ſubtile, quod [229] *ἰσχνὸν* vocant. Alterum grande atque robuſtum, quod conſtituunt *ἁδρόν*. Tertium alii medium ex duobus: alii floridum (namque id *ἀνθηρὸν* appellant) addiderunt: quorum tamen ea fere ratio eſt, ut primum docendi, ſecundum movendi, tertium illud utrocumque nomine, delectandi,

eſſe ab auditore, quia aliter eſt dicendum apud doctum, aliter apud indoctum. Erant autem apud Romanos tribus urbanæ & tribus ruſticæ: itaque ex tribubus ruſticis nonnunquam legebantur judices, & mittebantur in decurias, ut meminit Fabius alio in loco. TURNEB.

213. *Credemus.*] *Credimus*; Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Colin. Vidov.

214. *Cum dicemus.*] *Cum dicimus*; Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Colin. Vidov. Gryph. Steph. Roign.

215. *Promenda.*] Deeſt in Voſſ. ſec.

216. *Et cum ſcribemus.*] *Et ſcribimus*; Voſſ. ſecund. *& cum ſcribimus*; Locat. Ald. Baſil. Steph. Gryph. Colin. Vidov. Oxon. Obrecht.

217. *An Demoſthenem mallem.*] *An Demoſthenes male ſic egiſſet vel ſcripſit*; Voſſ. ſecund. *An D. male ſic egiſſet, ut ſcripſit, aut Cicero? aut eos*; Obrecht. Rollinus conjicit, *an Demoſthenem nollem.*

218. *Alio quam ſcriptis.*] *Alia quam*; Baſil. Gryph. Obrecht. male: *alio*, eſt alio argumento, alia re. Vide ſupra ad lib. II. cap. 4. BURMAN.

219. *Tempora a judice data.*] A judice dabatur oratoribus certum ſpatium agendæ *cauſſæ*: itaque interdum una, interdum duæ, interdum plures *clepſydræ* dabantur. Ergo, ſi propter anguſtias temporis copioſe *cauſſam* tractare non potuerit orator, quum orationem tamen ſcribet, copioſius erit, ac nihil omittet. TURNEB.

220. *Quæ autem ſecundum nat.*] Interdum judices ita ſunt imperiti, ut ſæpenumero ſit inepte loquendum, quo res ab illis intelligatur: illa tamen vitia non erunt in oratione ponenda, quum ſcribetur. TURNEB.

221. *Atque ei vultus.*] *Atque ejus vultus ſæpe ipſe rector eſt dicentis*; Obrecht. Gallæus hæc irreptitia credit, & confodi vult. Obrechti quidem conjectura valde arrideret, ſi qua τῶν MSS. vel editorum codd. auctoritate niteretur: ſed tamen vulgata lectio defendi etiam poteſt hoc ſenſu: *Ipſe dicentis vultus ei* [judici] hoc eſt, ab eo [judice] *ſæpe rectus* fuit & regitur. Sic paulo poſt: *ad quam ſe recturus ſit orator.* CAPPER.

222. *Præcipit.*] *Præcepit*; Steph. Colin. Vidov. Baſil. Gryph.

223. *Optandus.*] *Aptandus*; Obrecht.

224.] *Detraxit aſpirationem.*] Id eſt, dixit *Anfiona*, non *Amphiona*; hoc enim intereſt inter *f* & *ph* auctore Priſciano, quod non tam fixis labris pronuncianda eſt *f*, quam *ph*. PHILAND. Rogaſſe autem puto, an *Ampona*, vel *Ampionem* noſſet: hoc autem nomine *Amphionis* multi in lapidibus occurrunt, inter libertos præcipue & viliores homines: *Amphionem* eſt in Voſſ. ſecund. Ald. quod præfert Badius, quia res non in Græco, ſed Romano foro acta eſt. BURMAN. Cujus in nota pro τῷ *Ampona* legendum mihi videtur *Ampiona*, ita ut illius erroris *cauſſam* in Operas Typographicas lubens refundam. CAPPER.

225. *Altera eſt diviſio.*] Superior diviſio petita eſt a nationibus, quæ certum habebant dicendi characterem: hæc a qualitatibus orationis: ac certe magis Ciceroni probatur, quam ſuperior. Macrobius tamen quatuor dicendi genera conſtituit, copioſum, breve, ſiccum, floridum. TURNEB. Macrobii verba leguntur cap. 1. lib. V. Saturnal. Demetrius pſeudo-Phaler. quatuor etiam dicendi formas agnoſcit in opuſculo *de Elocutione* num. 36. his verbis: Εἰσὶ δὲ τέσσαρες οἱ ἁπλοῖ χαρακτῆρες, ἰσχνὸς, μεγαλοπρεπὴς, γλαφυρὸς, δεινὸς, id eſt: *Quatuor ſunt ſimplices dicendi characteres, tenuis, magnificus, elegans, gravis.* Sed genus illud, quod Macrobius *floridum* vocat, & Demetrius *elegans*, cæteris permixtum eſſe affirmat Proclus in *Chreſtomathia* cod. 239. Bibliothec. Phot. ubi ſic habet: Ἀνθηρὸς κατ' ἰδίαν οὐκ ἔστι πλάσμα, ἀλλὰ συνεκφέρεται, καὶ συμμέμικται τοῖς εἰρημένοις, hoc eſt: *Floridum non eſt ex propria natura ſpecialis dicendi forma, ſed cum prædictis ſimul effertur & commiſcetur.* Aulus Gell. *Noct. Attic.* lib. VII. cap 14. tres tantummodo ſermonis characteres admittit: *Et in carmine,* inquit, *& in ſoluta oratione genera dicendi probabilia ſunt tria, quæ Græci χαρακτῆρας vocant, nominaque eis fecerunt apponi, ἁδρὸν, ἰσχνὸν, μέσον. Nos, quem primum poſuimus,* uberem *vocamus, ſecundum* gracilem, *tertium* mediocrem. Uberi *dignitas atque amplitudo eſt,* gracili *venuſtas & ſubtilitas, medius in confinio eſt utriuſque modi participes,* &c. Hermogenes autem lib. 1. περὶ ἰδεῶν, *de variis dicendi formis*, pagg. 243. 253. edition. Gaſpar. Laurent. ſeptem orationis characteres enumerat; 1.° τὴν σαφήνειαν *perſpicuitatem*, cui ſpecies hæ ſubjiciantur, καθαρότης *puritas*, & εὐκρίνεια *bene diſtinctus* verborum & locutionum *ordo*; 2°. τὸ μέγεθος *magnitudinem*, cui ſubjectæ ſint quaſi ſpecies, σεμνότης *gravitas*, τραχύτης *aſperitas*, περιβολὴ *circumductio*, vel *amplificatio*, ἀκμὴ *vigor*, σφοδρότης *vehementia*; 3.° τὸ κάλλος *pulchritudinem*, ſeu *elegantiam*; 4.° τὴν γοργότητα, *concitatam*, & quaſi *fulminatricem* dicendi vim; 5.° τὸ ἦθος *moratam orationem*, cui ſubjiciantur, ἐπιείκεια *modeſtia*, ἀφέλεια *ſimplicitas*, ἀληθὴς *veritas* aut *veracitas*, βαρύτης *oneroſa* dicendi ratio; 6.° τὴν ἀλήθειαν *veritatem* aut *veracitatem*; 7.° τὴν δεινότητα *vim apte utendi* cæteris formis. CAPPER.

226. *In tres partes.*] *In tres & ipſa*; Steph.

227. *Diſcedit.*] *Deſcendit*; Voſſ. ſec.

228. *Qua diſcerni.*] *Quia*; Obrecht.

229. Ἰσχνόν.] Ἰσχνὸν πλεῖον; Locat. An erat in exemplari ἢ λεῖον, vel ἢ λεπτὸν, vel aliud, quod aliquam cum τῷ ἰσχνὸν affinitatem haberet? CAPPER.

230 ſive

[230] ſive aliud interconciliandi præſtare [231] videtur officium. In docendo autem acumen, [232] in interconciliando lenitas, in movendo gravitas videatur. [233] Itaque illo ſubtili præcipue ratio narrandi probandique [234] conſiſtit; ſed quod etiam detractis cæteris virtutibus, ſuo genere plenum ſit. [235] Medius hic modus, & *tranſlationibus* crebrior, & figuris erit jucundior, egreſſionibus amœnus, compoſitione aptus, ſententiis dulcis, lenior tamen, ut amnis lucidus quidam, & virentibus utrimque ſylvis inumbratus. At ille, qui [236] ſaxa devolvat, & [237] pontem indignetur, & ripas ſibi faciat, multus & torrens judicem vel nitentem contra, feret cogetque ire qua rapit. Hic orator & defunctos excitabit, ut [238] Appium Cæcum: apud hunc & patria ipſa exclamabit, [239] aliquemque (ut apud Ciceronem in oratione contra Catilinam in ſenatu) alloquetur. Hic & amplificationibus extollet orationem, [240] & vi *ſuperlationum* quoque eriget: [241] *Quæ Charybdis tam vorax?* &: *Oceanus mediusfidius ipſe.* Nota [242] ſunt enim jam ſtudioſis hæc lumina. Hic deos ipſos in congreſſum prope ſuum ſermonemque deducet: [243] *Vos enim Albani tumuli atque luci: vos, inquam, Albanorum obrutæ aræ, ſacrorum populi Romani ſociæ & æquales.* Hic iram, hic miſericordiam inſpirabit, [244] hic dicet: *Te vidit, & flevit, & appellavit;* [245] & per omnes affectus tractatur. Hinc itaque illuc ſequetur, nec doceri deſiderabit. Quare ſi ex tribus his generibus neceſſario ſit eligendum unum, quis dubitet [246] hoc præferre omnibus, & validiſſimum alioqui, & maximis quibuſque *cauſſis* accommodatiſſimum? [247] Nam & Homerus [248] brevem quidem cum animi jucunditate, & propriam, (id enim eſt [249] *non errare verbis*) & [250] carentem ſupervacuis eloquentiam Menelao dedit, quæ ſunt virtutes [251] generis illius primi. Et *ex ore* Neſtoris dixit *dulciorem melle profluere* [252] *ſermonem:* qua certe delectatione nihil fingi majus poteſt. [253] Sed ſummam aggreſſus, ut in Ulyſſe, facundiam, magnitudinem illi junxit: cui [254] *orationem nivibus hybernis, & copia verborum, atque impetu parem* tribuit. Cum hoc igitur nemo mortalium contendet: hunc ut [255] deum homines intuebuntur. Hanc vim &

230. *Sive aliud.*] Τὸ *aliud* ſuperfluum videtur; & fortaſſe huc irrepſit e ſuperiore verſu, ubi eſt *illud*. ROLLIN. Cujus conjectura non parum habet probabilitatis. CAPPER.

231. *Videtur.*] *Videatur;* MSS. Alm. Voſſ.

232. *In interconciliando.*] *In conciliando;* V. C. Alm.

233. *Itaque illo.*] Superior diviſio dumtaxat complectitur ſimplicia dicendi genera; nam interdum miſcentur, ac in quibuſdam orationibus omnia iſta dicendi genera deprehendas, ut forte in exordio ſit mediocre genus, in narratione tenue, in concluſione & amplificationibus grandiloquum. Deinceps autem Fabius deſcribit dicendi genera. TURNEB.

234. *Conſiſtit.*] *Conſiſtet;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

235. *Medius hic modus.*] *Modus* deeſt in Voſſ. ſec. Locat. Ald.

236. *Saxa devolvit.*] Reſpexit Horatium, qui Pindarum, amni rapido comparans, *verba devolvere* dixit, lib. IV. Od. 2. de quo verbo nos plura ad Ovid. VIII. Metam. 586. BURMAN.

237. *Pontem indignatur.*] Virgilii illa VIII. Æneïd. 728. in animo habuit:

Pontem indignatus Araxes.

Cæterum neſcio an illud (*ripas ſibi faciat*) torrenti ſatis conveniat, quem ſupra ripas fluere Horatius & alii ſæpe dicunt: niſi intelligamus eum notas & antiquas ſupergreſſum, novas ſibi facere; vel forte, *nec ripas ſibi faciat.* legendum, ut campis omnibus inundatis nullæ ſint ripæ. BURMAN.

238. *Appium Cæcum.*] Pro *Cælio.* 14.

239. *Aliquemque.*] *Aliquandoque;* MSS. Bodl. Alm. Andr. *aliquandoque Ciceronem;* Locat. Ald. Baſil. Gryph. Par. Colin. Vidov. *aliquemque (ut Ciceronem,* &c. Obrecht. ſed non Ciceronem, verum Catilinam alloquitur. Vide *Orat.* I. cap. 7. BURMAN.

240. *Et vi ſuperlationum.*] *Et in ſuperlationem;* Locat, Ald. marg. Vidov. *Superlationum.*] Vulgo *hyperbolarum* ex Græca voce τῶν ὑπερβολῶν. CAPPER.

241. *Quæ charybdis.*] II. Philipp. 27.

242. *Sunt enim jam.*] *Sunt enim etiam;* V. C. Alm.

243. *Vos Albani.*] Pro *Milon.* 31.

244. *Hic dicet.*] *Hic dicit te vidit, appellavit & flevit;* Voſſ. ſecund.

245. *Et per omnes affectus.*] *Et per omnes affectus auditor huc atque illuc ſequetur, nec doceri deſiderabit;* Obrecht. *hic itaque;* Voſſ. prim. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. *doceri;* iidem. Certe illud *tractatur* nollem abeſſe, & legerem potius: *Et ita per omnes affectus tractatus judex, huc illuc ſequetur, nec doceri deſiderabit;* de judice enim potius, quam de auditore agi puto: & *metaphora* de illis, qui lentam & ſequacem materiem tractant, ſumpta: de qua ſæpe vidimus. Vide ad II. 14. BURMAN. Quam lectionem exhibebant editiones Vaſcoſ. Steph. &c. eam ſecutus ſum; nam Burmannus ediderat: *ſequitur, nec docere deſiderabit:* quæ lectio vix eſt ut tolerari queat, nedum probari. CAPPER.

246. *Hoc præferre.*] *Hunc præferre;* Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Baſil. quod Badius non mutat, & refert ad *modum*, quia ſupra dixit: *medius hic modus.* BURMAN.

247. *Nam & Homerus.*] Homerus in *Iliade* iſta tria dicendi genera poſuit; nam Menelao, qui Lacedæmonius erat, tribuit ſubtile genus, Neſtori mediocre, Ulyſſi ampliſſimum, cui plus tribuit, quam cæteris. TURNEB.

248. *Brevem quidem cum animi jucunditate.*] *Brevem quidem cum jucunditate;* MSS. Alm. Voſſ. ſecund. BURMAN. Alludit Fabius ad hæc Homeri verba *Iliad.* Γ. 214.

παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως. ——— CAPPER.

249. *Non errare verbis.*] *Non deerrare* legit Gebhard. lib. III. Crepund. 18. & eo alludit V. C. Alm. qui habet *derrare.* Vide Homer. *Iliad.* Γ. 215. BURMAN. Græci Poëtæ verba ſunt: οὐδ' ἀφαμαρτοεπής. CAPPER.

250. *Carentem ſupervacuis.*] Reſpicere videtur Quinctilianus ad illud *Iliad.* Γ. 214.

ἐπεὶ οὐ πολύμυθος. CAPPER.

251. *Generis illius primi.*] Videlicet τοῦ ἰσχνοῦ, *tenuis.* CAPPER.

252. *Sermonem.*] In Voſſ. ſecund. adſcripta erant Græca verba: γλυκερός οἱ ἀπὸ στόματος ῥέεν αὐδή: ſed aliter habent ſe verba Homeri *Iliad.* Α. 249.

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

BURMAN. Hoc autem dicendi genus eſt τὸ μέσον, *medium*, quod alii ἀνθηρὸν & γλαφυρὸν, *floridum* & *elegans* appellarunt. CAPPER.

253. *Sed ſummam aggreſſus.*] *Sed ſummam aggreſſus eſt in Ulyſſe;* Ald. Hic porro Fabius innuit τὸ ἁδρὸν dicendi genus *grande* & *robuſtum.* CAPPER.

254 *Orationem nivibus, &c.*] Scribe, *cui orationem flumini, nivibus hybernis aucto, & copia,* &c. PHILAND. Vide *Iliad.* Γ. 221. 222. ubi Homerus ita ſcribit: Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος εἵη, Καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν, hoc eſt: *Sed quando & magnam vocem e pectore mittebat, & verba nivibus hybernis ſimilia.* CAPPER.

255. *Deum homines intuebuntur.*] Vide Cicer. I. *de Orat.* capp. 23. & 46. & II. 42. III. 14. ALMEL.

celeritatem in Pericle miratur [256] Eupolis, hanc fulminibus Ariſtophanes comparat: hæc eſt vera dicendi facultas. [257] Sed neque his tribus quaſi formis incluſa eloquentia eſt. Nam ut inter gracile validumque tertium aliquid conſtitutum eſt; ita horum [258] intervalla ſunt. Atque inter hæc ipſa mixtum quiddam ex duobus medium eſt eorum. [259] Nam & ſubtili plenius aliquid atque ſubtilius, & vehementi remiſſius atque vehementius invenitur: ut illud lene aut aſcendit ad fortiora, aut ad tenuiora ſummittitur: ac ſic prope innumerabiles ſpecies reperiuntur, quæ utique aliquo momento inter ſe differant; ſicut quatuor generaliter ventos [260] a totidem mundi cardinibus accepimus flare, cum interim plurimi medii eorum, varietate regionum [261] ac fluminum [262] proprie deprehendantur. Eademque muſicis ratio eſt, qui cum in cithara quinque conſtituerunt ſonos, plurima deinde varietate complent ſpatia illa nervorum, atque iis, quos interpoſuerunt, inſerunt alios, ut pauci illi tranſitus multos gradus habeant. [263] Plures igitur etiam eloquentiæ facies, ſed ſtultiſſimum quærere, ad quam recturus ſe ſit orator; cum omnis ſpecies, quæ modo recta eſt, habeat uſum, atque id [264] ipſum omne ſit oratoris, quod vulgo *genus dicendi* vocant. Utetur enim, ut res exiget, omnibus, nec pro *cauſſa* modo, ſed & pro partibus *cauſſæ*. Nam, ut non eodem modo pro reo capitis, & in certamine hereditatis, & de *interdictis* ac [265] *ſponſionibus*, & de *certa re credita* dicet; ſententiarum in ſenatu, & concionum, & privatorum conſiliorum ſervabit diſcrimina; [266] vitam ex differentia perſonarum, locorum, temporumque mutabit: ita in eadem oratione [267] aliter conciliabit, non [268] ex iiſdem partibus iram, & miſericordiam petet: alias ad docendum, alias ad movendum adhibebit artes. Non unus color *procemii*, *narrationis*, *argumentorum*, *egreſſionis*, *perorationis*, ſervabitur. Dicet idem graviter, ſevere, acriter, vehementer, concitate, copioſe, amare, comiter, remiſſe, ſubtiliter, blande, leniter, dulciter, breviter, urbane, [269] non ubique ſimilis, [270] ſed ubique par ſibi: ſic fiet tum id, propter quod maxime repertus eſt uſus orationis, ut dicat & utiliter, & ad efficiendum quod intendit, potenter: tum laudem

256. *Eupolis.*] In comœdia Δῆμοι. PHILAND. Eupolidis & Ariſtophanis verba retulimus in notis ad hujus libri cap. 2. ubi de his Quinctiliani verbis: *ſi quidem & Periclem*, &c. CAPPER.

257. *Sed neque his tribus.*] Fabius ait, non ſolum tres eſſe dicendi characteres, verum etiam in ſingulis illis characteribus eſſe varietatem: itaque quidam character graviſſimus eſt, quidam minus gravis; & tamen hæ tres differentiæ continentur ſolo charactere gravitatis: ſignificat igitur in ſingulis generibus alias differentias eſſe ſecundum magis & minus. TURNEB.

258. *Intervalla ſunt.*] *Inter ſe valla ſunt*; V. C. Alm. marg. Baſil. forte *inter ſe intervalla ſunt*: ut neglexerit iterare *inter* librarius: *intervalla* autem hic diſcrimina, διαφορὰς notant. Vide Victor. Var. lect. XXXIV. 16. ubi ex Cicerone ſimilia producit loca. BURMAN.

259. *Nam & ſubtili.*] Ex orationibus ſubtilibus quædam ſunt ſimpliciter ſubtiles, quædam illis ſubtiliores, quædam paulo pleniores. TURNEB. *Quorum & ſubtili plenius atque ſubtilius*; Voſſ. ſec.

260. *A totidem.*] *A* deeſt in Voſſ. ſec. Locat. Ald.

261. *Ac fluminum.*] *Ac flaminum*; Obrecht. dubito an recte dicantur venti varietate *fluminum* deprehendi, cum flamina & venti ſint eadem, nihilque differant, niſi quod *flamina* Poëtis magis ſint uſitata: ſed varietate *fluminum* ventos deprehendi verum eſt, cum illud ſit quorumdam fluminum ingenium, ut proprios ſibi ventos emittant. Ita narrat Frontin. lib. II. cap. II. §. 7. *Volturnum amnem ultra aliquorum naturam fluminum ingentes auras mane proflare, quæ arenarum & pulveris vortices agant*: & contra de Nilo dicit Solin. cap. XXXV. *Solum ex omnibus nullas exſpirare auras.* Livius XXI. 54. *Quidquid auræ fluminis appropinquabant, adflabat acrior vis frigoris*: & ita eleganter *Flumineum ventum* vocat Valer. Flac. II. 12.

——— Flumineo cujus (Amyri) *redeuntia vento*
Vela legunt ———

& hi venti ex *aura* illa, quem & *fumum* ſæpe Poëtæ vocant, oriuntur, ita ut ſupra fluvios nubes conducantur, & inde venti. Ovid. I. Metam. 571. de Peneo:

Dejectuque gravi tenues agitantia fumos
Nubila conducit. ———

& XIII. Metam. 602.

——— Veluti cum flumina natas
Exhalant nebulas. ———

quo faciunt & illa Valer. Flac. VIII. 452.

——— Et Tempe viridi lucentia fumo.

ubi male *fundo* Maſerius. Idem Valer. Flac. de Acheronte v. 594.

——— Concava torques
Ater aquas Acheron, vaſtoque exundat hiatu
Fumeus, & ſæva ſequitur caligine campus.

ſic ex mari quoque aura quædam ſurgebat, quam jam e longinquo deprehendere poſſunt viam facientes verſus mare. Curt. lib. IX. 4. *Jam proſpicere ſe Oceanum, jam perflare ad ipſos auram maris.* Idem lib. IX. 9. *Cum gubernatores adgnoſcere ipſos auram maris, & haud procul videri ſibi Oceanum abeſſe, indicant regi.* Plin. XXXVI. 22. *Nec contra humores & auram maris robuſti*: & hanc Julianus in Miſopog. pag. 341. edit. Spanhem. vocat αὔραν τῆς ὕδατος. Omnem denique dubitationem tollit Plinius lib. II. cap. 43. *Namque ventos & e fluminibus ac ſinubus & e mari videmus, & quidem tranquillo, & alios quos vocant Altanos, e terra conſurgere*: ubi varietas & regionum & fluminum notatur: & idem a Seneca lib. V. natural. quæſt. 7. doceri, viri docti jam ad Plinii locum adnotarunt, neque opus eſſe puto in re nota Philoſophorum ſcrinia compilare. BURMAN.

262. *Proprie deprehendantur.*] *Proprii*; V. C. Alm. *proprii deprehenduntur*; Voſſ. ſecund. Ald. *deprehenduntur*; etiam Locat. Baſil.

263. *Plures igitur.*] Orator uno certo dicendi genere contentus eſſe non debet, ſed profecto omnibus utetur, prout flagitabit *cauſſa*, atque interdum erit tenuis, interdum temperatus, interdum ſublimis; neque id ſequetur ſolum in *cauſſarum* diverſitate, ſed etiam in varietate partium: itaque interdum alio utetur ſtylo in *exordio*, alio in *narratione*, alio in *confirmatione*, & ſic de aliis. TURNEB.

264. *Ipſum omne ſit.*] *Ipſum non ſit*; MSS. Alm. Voſſ. prim. Locat. marg. Baſil.

265. *Sponſionibus.*] Hoc eſt, de certa pecuniæ ſumma, quam litigantes deponebant τῷ victori ceſſuram. CAPPER.

266. *Vitam ex differentia.*] *Multa ex differentia*; Obrecht.

267. *Aliter conciliabit.*] Hic deeſſe aliquid vult Rollinus, ut *aliter inflammabit, aliter conciliabit*: ſed facile vulgatam lectionem tolerabit, qui legerit ea, quæ de locutione hac, ut videtur, imperfecta, notavit Gronovius ad Livii lib. III. cap. 37. & ad Tacit. III. 37. locum ergo alterius *aliter* ſupplent ſequentia: *Non petet ex iiſdem partibus.* BURMAN.

268. *Ex iiſdem partibus.*] *Ex iiſdem eventibus*; Obrecht.

269. *Non ubique ſimul.*] *Non ubique ſimilis*; Ald.

270. *Sed ubicumque par ſit.*] *Sed ubique par ſibi ſic fiet cum id*; V. C. Alm. Voſſ. ſecund. niſi quod *ubicumque*: *ſed ubi-*

quoque nec doctorum modo, ſed etiam vulgi [271] conſequetur. [272] Falluntur enim [273] plurimum, qui vitioſum & corruptum dicendi genus, quod aut verborum licentia reſultat, aut puerilibus ſententiolis laſcivit, aut immodico tumore turgeſcit, aut inanibus locis bacchatur, aut caſuris, ſi leviter excutiantur, floſculis nitet, aut præcipitia pro ſublimibus habet, aut ſpecie libertatis inſanit, [274] magis exiſtimant populare atque plauſibile. Quod quidem placere multis nec inficior, nec miror. Eſt enim jucundioris ac favorabilis qualiſcumque [275] eloquentiæ, & ducit animos naturali voluptate vox omnis, neque aliunde illi per fora [276] atque aggerem circuli: quo minus mirum eſt, quod nulli non agentium parata vulgi corona eſt. Ubi vero quid exquiſitius dictum accidit auribus imperitorum, qualecumque id, quod modo ſe ipſi poſſe deſperent, habet admirationem, neque immerito; nam ne illud quidem facile eſt. Sed evaneſcunt hæc [277] atque emoriuntur comparatione meliorum; [278] *ut lana tincta fuco citra purpuram placet; at ſi contuleris etiam lacernæ, conſpectu melioris* [279] *obruatur*, [280] ut Ovidius ait. Si vero judicium his corruptis acrius adhibeas, [281] ut buccinis purpuram, jam [282] illud quod fefellerat, [283] exuat mentitum colorem, & quadam vix enarrabili fœditate palleſcat. Luceat igitur hæc citra ſolem, ut quædam [284] exigua animalia igniculi videntur in tenebris. Denique mala multi probant, nemo improbat bona. Neque vero omnia iſta, de quibus locuti ſumus, orator optime tantum, ſed etiam facillime faciet. Neque enim vis ſumma dicendi [285] eſt admiratione digna, ſi infelix uſque ad ultimum ſolicitudo perſequitur, ac oratorem macerat & coquit, ægre verba vertentem, & perpendendis [286] coagmentandiſque eis intabeſcentem. Nitidus ille, & ſublimis, & locuples, circumfluentibus undique eloquentiæ copiis imperat. Deſinit enim in adverſa niti, qui pervenit in ſummum. Scandenti circa ima [287] labor eſt: cæterum quantum proceſſeris, mollietur dives & lætius ſolum. Et ſi hæc quoque, [288] jam lenius ſupina, perſeverantibus ſtudiis evaſeris, inde fructus illa-

cumque par ſibi fiet: tum id; Par. Vaſc. Steph. Gryph. Vidov. *ſed ubicumque par ſibi ſic fiet, tum id;* Baſil. *ſed ubique par ſibi, ſic fiet, cum id;* Ald. *ſed ubique par ſibi ſiet tum id;* Colin. *ſed ubique partibus, ſic ſiet cum id;* Obrecht. vulgatum probat Gibſon. ego cum Aldo facerem: *Non ubique ſimilis, ſed ubique par ſibi: ſic fiet, cum id,* &c. & in fine periodi, *conſequatur*. BURMAN.

271. *Conſequetur.*] *Conſequatur;* MSS. Alm. Voſſ. ſecund. Locat. Ald. Burman.

272. *Falluntur enim.*] Supra de optimo charactere egit, nunc corruptum dicendi genus damnat;&,quemadmodum tres ſunt præcipui characteres; ita tria ſunt dicendi genera vitioſa, *tumidum* pro ſublimi, *laſcivum* pro mediocri, *nimis humile* pro tenui. Fabius tamen duorum meminit potiſſimum, quia ejus ſeculo erant frequentiſſima. TURNEB.

273. *Plurimum.*] *Plurimi;* Locat. Ald.

274. *Magis exiſtimant.*] *Magis exiſtiment.*

275. *Eloquentiæ.*] *Eloquentia;* Voſſ. ſecund. in quo & *jucundi oris* diviſis vocibus ſcriptum videbatur: *jucundi operis ac f. q. eloquentia;* Obrecht. *favorabilioris;* Vaſc. Steph. Roign.

276. *Atque aggerem.*] *Aggerem* pro via publica etiam dici, notant Grammatici: non tamen temere de omni dici credam: ſed hic intelligi aggerem Tarquinii, quem ſatis illuſtrarunt omnes, qui in urbe Roma deſcribenda laborarunt: in hoc autem concurſum etiam plebis factum, ut & in Circo, ut hariolos & circulatores viderent, apparet ex Juvenal. Sat. VI. 588.

Plebeium in Circo poſitum eſt & in aggere fatum.

Ubi male proximum Circo aggerem facit Farnabius, qui inde longe remotus fuit; agger enim ad portam Viminalem in regione quinta; Circus Flaminius in regione nona; Maximus vero, qui ſæpe per excellentiam Circus, in regione undecima; alii etiam Circi longe inde ſejuncti. BURMAN.

277. *Atque emoriuntur.*] *Atque moriuntur;* Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Gryph. Colin. Vidov.

278. *Ut lana tincta fuco.*] *Fucus* (ut ait Servius) *herba eſt, ex qua veſtes tinguntur.* Eſt & herba, quæ appellatur *fucus marinus* apud Dioſcoridem. *Buccinum* vocat quoddam genus conchæ, ex quo tingitur color ſimilis purpuræ, ſed dilutior & pallidior. TURNEB. Locus varie lectus; ut, *lana tincta buccino;* marg. Baſil. Gryph. *ſucco;* Baſil. *Ut lana tincta fuco citra purpuras placet, at ſi contuleris etiam, lacerna conſpectu melioris obruatur, ut Ovidius ait; ſi vero judicium his corruptis acrius adhibeatur, ut fuco tinctis ſulphura, &c. palleſcant;* Obrecht. *ut lana tincta fuco citra purpuras placet: at ſi contuleris etiam Tyriæ lacernæ, conſ. m. ob. u. O. a. ſi vero j. iis c. a. a. ut fucis purpuram,* Aldrovandum de teſtaceis lib. III. cap. 5. pag. 100. legere, & pluribus de hoc loco agere notavit Almelovenius. *Citra purpuras;* etiam Voſſ. ſecund. Locat. Ald. & plurimi alii: totum etiam locum excutit egregie Ferrar. de Re veſtiar. part. II. lib. II. cap. 24.

279. *Obruatur.*] Vide ad Petron. 5. BURMAN.

280. *Ut Ovidius ait.*] In iis, quæ Ovidii exſtant, hæc nuſquam comparent. Vide in fragmentis Ovidianis Nic. Heinſium. COLOMESIUS. Qui ex tragœdia ſumpta ita in verſus digerit:

Ut lana tincta purpuram citra placet,
At ſi contuleris eam lacernæ,
Conſpectu melioris obruatur.

Pro *Lacernæ* autem *Lacenæ* eſſe in Vallenſi codice notat Gallæus, & capit pro Lacæna purpura; ut eſt apud Heſych. Λάκαινα culicum genus, & λάκων canis venatorius; & apud Horat. *fulvus Lacon;* & in Gloſſis, λάκων, Umber. BURMAN. Horatii quidem locus exſtat in Od. 6. libri *Epodon:* ſed Heſychii verba perperam relata ſunt, nec melius tranſlata; ſic enim habet Lexicographus ille: Λάκαινα κυλίκων τι εἶδος, id eſt: *Lacæna eſt quædam calicum, ſive poculorum ſpecies;* & paulo poſt: Λάκων .... εἶδος, παρὰ τοῖς Τακτικοῖς, ἢ ὁ Σπαρτιάτης ἀντικρὺς τῶν Ἀθηναίων, hoc eſt: *Lacon eſt.... [aliqua vox deeſſe videtur] ſpecies apud eos, qui de re militari ſcripſerunt, vel Spartanus per antitheſin ad Athenas.* CAPPER.

281. *Ut buccinis purpuram.*] *Ut ſuccinis ſulſura;* Locat. Ald. Baſil. *ut ſuccinis purpuram;* Vidov. *ut buccina purpuram;* Aſcenſ.

282. *Illud quod fefellerat.*] *Quo;* Voſſ. ſecund. Vallæ lib.

283. *Exuat mentium colorem.*] Scribe *mentitum colorem.* Virgil. Eclog. IV.

Nec varios diſcet mentiri lana colores. PHILAND.

284. *Exigua animalia.*] Illi ſunt vermiculi, qui *lampyrides* dicuntur & *nitedulæ*, atque adeo *pyrolampides*, qui in tenebris reddunt colorem. TURNEB.

285. *Eſt admiratione.*] *Eſſet adm.* Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil. Gryph.

286. *Coagmentandiſque.*] *Coaugmentandiſque;* Locat.

287. *Labor eſt.*] *Labores;* Locat.

288. *Jam levius ſuprema.*] *Jam lenius ſupina p. ſ. evaſeris;* V. C. Alm. *lenius ſuprema, &c. evaſeris;* Voſſ. ſec. *evaſeris* etiam Obrecht. locus corruptus, & qui etiam Rollinum retinuit, qui *levius* abundare & ex ſuperiori *lætius* prognatum vult: ſed legendum ex veſtigiis codicum MSS.

borati offerunt ſeſe, & omnia ſponte proveniunt: quæ tamen quotidie niſi decerpantur, areſcunt. [289] Sed & copia [290] habet modum, ſine quo nihil nec laudabile, nec ſalutare eſt; & nitor ille cultum virilem, & inventio judicium. Sic erunt magna, non nimia; [291] ſublimia, non abrupta; fortia, non temeraria; ſevera, non triſtia; gravia, non tarda; læta, non luxurioſa; jucunda, [292] non diſſoluta; [293] plena, non tumida. Similis in cæteris ratio eſt. [294] Tutiſſima fere per medium via, quia utriuſque ultimum vitium eſt.

Et ſi hæc quoque, jam lenius ſupina, perſeverantibus ſtudiis evaſeris; oratoriæ enim artis ſtudioſus ſcandere primo & eniti in ſumma debet: quo vero magis laboraverit, eo mollius & lætius ſolum: deinde ſi juga, jam leniter ſupina, non abrupta & ardua, ut media montis, evaſerit, jam facilia omnia, & quocumque velit, ex illo vertice ſe feret; *ſupina* enim non *ſuprema*, legendum; ubi enim in verticem montis evaſeris, ibi jam prona & leniter declivis planities ſe oſtendit: ita *ſupinum Tibur* Horat. III. Od. IV. quod Acron *montuoſum* exponit, ut apud Virgil. II. Georg. 276. *ſupini colles*; & Juvenal. III. 192. *pronum Tibur* vocat, ubi Scholiaſtes ex Horatio citat *clivumque ſupinum*, pro *Tibur ſupinum*; alterum enim exſtare apud Horatium non puto: & ſic Stat. IV. Theb. 236. *Anget reſupina; maniplos Elis*. Ubi Scholiaſtes Barthii explicat *retro inclinata*; ſcilicet, cum primo aſcenderis in montem, in quo urbs poſita eſt, retro iterum in pronum & ſupinum montem extenditur, qualis verus eſt Neomagi in Gelria & multarum aliarum urbium ſitus. Sic & *ſupinum curſum* fluminibus adſcribit Ovid. IV. Pont. V. 43. cum quaſi retro aguntur: & eo ſenſu *crines a fronte ſupinos*, dixit Stat. VIII. Theb. 640. (ubi *ſupernos* male quidam codices, ut recte notat Barth.) qui ſunt, ut Petronius ait cap. 126. *radicibus retro flexis* a fronte: ſic quoque *palmes ſupinus*, Martiali XII. 31. cujus rami non in ſummum excreſcunt, ſed retro flexus umbram faciunt. Non autem morari quemquam debet quod dicat: *hæc*, cum præceſſerit *ſolum*; nam & *ima* & *media* montis ad ſummum comprehendit, quæ ſi evaſerit, jam ſupina ſe oſtendit planicies: ſimilis autem fere huic locus in Præfat. lib. I. *Neque ad conſummatam eloquentiam pervenire natura humani ingenii prohibet: quod ſi non contingat, altius tamen ibunt, qui ad ſumma nituntur, quam qui, præſumpta deſperatione quo velint evadendi, protinus circa ima ſubſtiterunt*: ubi *evadere* etiam pro ad verticem venire ponitur: *lenis* vero paſſim de itinere facilis deſcenſus dici notius eſt, quam ut adſtruatur: unicus Lucani locus adducendus, unde in lenibus collibus & tumulis etiam dives & lætum ſolum eſſe patet: ita ille lib. IV. I.

Colle tumet modico, lenique excurrit in altum
Pingue ſolum tumulo. BURMAN.

289. *Sed & copia.*] Orator habere debet paratam copiam, ut quandocumque opus fuerit, his omnibus dicendi generibus commode poſſit uti, ita ut nec adhæreſcat, nec laboret. TURNEB. Vide ad libri hujus cap. 3. circa finem. ALMELOV.

290. *Habet modum.*] Malim *habeat*. ROLLIN.

291. *Sublimia, non abrupta.*] *Metaphora* eſt ducta ab iis, qui conſcendunt montem aliquem; nam in arduum & adverſum nituntur. TURNEB.

292. *Non diſſoluta.*] *Non luxu diſſoluta*; Ald.

293. *Plena non tumida.*] *Fortia non tumida*; V. C. Alm. *fortia* omittit Ald. *Grandia non tumida*; Voſſ. ſec. quæ lectio defendi poteſt ex Petronii illis cap. 2. *Grandis &, ut ita dicam, pudica oratio, non eſt maculoſa nec turgida*: & cap. 4. *Jam illa grandis oratio pondus haberet*. Cicero III. *de Orat.* 38. *Quibus loco poſitis grandior atque antiquior oratio ſæpe videri ſolet*: ſed non temere rejecerim *plena*, quæ tumidis recte opponuntur, quæ plenitudinem mentiuntur: ita *plenus orator* Ciceroni, & noſtro lib. X. I. BURMAN.

294. *Tutiſſima.*] *Ac tutiſſima*; V. C. Alm. Obrecht.

CAPUT XI.

Quæ poſt finem ſtudia.

XI. HIS dicendi virtutibus uſus orator in judiciis, conſiliis, concionibus, ſenatu, in omni denique officio boni civis, finem quoque dignum & optimo viro, & opere ſanctiſſimo faciet: non quia prodeſſe unquam ſatis ſit, & illa mente atque illa facultate prædito non conveniat operis pulcherrimi quam longiſſimum tempus; ſed quia decet hoc quoque proſpicere, [1] ne quid pejus, quam fecerit, faciat. Neque enim ſcientia modo conſtat orator, quæ augetur annis, [2] ſed voce, latere, firmitate: quibus fractis aut imminutis ætate ſeu valetudine, cavendum eſt, ne quid in oratore ſummo deſideretur, ne interſiſtat fatigatus, ne quæ dicet, parum audiri ſentiat, ne ſe quærat [3] priorem. Vidi ego longe omnium, quos mihi cognoſcere contigit, ſummum oratorem, Domitium Afrum [4] valde ſenem, quotidie aliquid ex ea, quam meruerat, auctoritate perdentem, cum, agente illo, quem prin-

Orator optimus antequam perveniat ad extremam ſenectutem, ceſſare debet a *cauſſis* agendis: neque tamen tum erit otioſus, ſed vel docebit rhetoricam, vel jus civile, vel hiſtoriam ſcribet. TURNEB.

1. *Ne quid pejus.*] *Ne quis id pejus*; Locat. *ne quis pejus quam f. f.* Vidov.

2. *Sed voce, latere, firmitate.*] Editio Lugdunenſis habet *laterum firmitate*. Lectio quidem illa, quam repoſuimus, magis ſpecioſa. Sed cum ex MS. Bodleiano, editiſque Andreæ, Aldi, & fere omnium, noſtram eſſe genuinam conſtat, alteram autem ſtudioſi alicujus emendationem; non æquum eſt, ut ſcriptor politiſſimus ullorum commentis inquinetur. GIBSON.

3. *Priorem.*] Lege *priorem*. Vide quæ præcedunt. PASSERAT. *Quæratur perire.* DAN. Scribe *quæratur*: id eſt, ne conqueratur & graviter ferat ſe poſt alium nominari, qui ipſe antecellere ſolebat. PHILAND. *Queratur perire*; Voſſ. ſecund. Locat. Obrecht. Rollin. *queratur pejorem*; Colin. ſed elegantiſſima mihi apparet lectio V. C. Alm. Baſil. Gryph. Vidov. Colon. & marg. Steph. & Vaſc. *ne ſe quærat priorem*: id eſt, ne deprehendat ſe multum a priore illo oratore, qui fuit florente ætate, differre: ſic dixit Petron. cap. 119. *Quærit ſe natura, nec invenit*: ſed de eleganti hujus verbi uſu plura videbis apud cl. Grævium lect. Heſiod. cap. 9. & cultiſſimum Brouk. ad Tibul. II. III. 26. & Barth. ad Stat. II. Achil. 211. BURMAN.

4. *Valde ſenem, quotidie, &c.*] Horatii præceptum:

Solve ſeneſcentem mature ſanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus & ilia ducat.

& refer huc fabulam ultimam Phædri. BURMAN.

cipem fuiſſe quondam fori non erat dubium, alii (quod [5] indignum videatur) riderent, alii erubeſcerent: quæ occaſio [6] illis fuit dicendi, *malle eum deficere, quam deſinere*. Neque erant illa qualiacumque mala, ſed minora. Quare, antequam in has ætatis veniat inſidias, receptui canet, & in portum integra nave perveniet. Neque enim minores eum, cum id fecerit, ſtudiorum [7] fructus ſequentur. [8] Aut ille monumenta rerum poſteris, [9] aut, ut L. Craſſus in libris Ciceronis [10] deſtinabat, quærentibus tradet, aut eloquentiæ [11] componet artem, aut pulcherrimis vitæ præceptis [12] dignum os dabit. [13] Frequentabunt vero ejus domum optimi juvenes [14] more veterum, & veram dicendi viam velut ex oraculo petent. Hos ille formabit quaſi eloquentiæ parens, & ut vetus gubernator, litora & portus, & quæ tempeſtatum ſigna, quid ſecundis flatibus, quid adverſis, ratis poſcat, docebit: non humanitatis ſolum communi ductus officio, ſed amore quodam operis. Nemo enim minui velit id, in quo maximus fuit. Quid porro eſt honeſtius, quam docere quod optime ſcias? Sic ad ſe Cœlium deductum a patre [15] Cicero profitetur. [16] Sic Panſam, Hircium, Dolabellam in morem præceptoris exercuit, quotidie dicens, audienſque. [17] Ac neſcio an eum tunc beatiſſimum credi oporteat fore, cum jam ſecretus & conſecratus, liber invidia, [18] procul a contentionibus, famam in tuto collocarit, & [19] ſentiat vivus eam, quæ poſt fata præſtari magis ſolet, venerationem, & [20] quid apud poſteros futurus ſit, videbit. Conſcius ſum mihi, quantum mediocritate valui, quæque antea ſcierim, quæque operis hujuſce gratia potuerim inquirere, candide me atque ſimpliciter in notitiam eorum, ſi qui forte cognoſcere voluiſſent, protuliſſe. Atque id viro bono ſatis eſt, docuiſſe quod ſcierit. Vereor tamen, ne aut magna nimium videar exigere, qui eumdem virum bonum eſſe, & dicendi peritum velim; [21] aut multa, qui tot artibus in pueritia diſcendis, morum quoque præcepta, & ſcientiam juris civilis, præter ea, quæ de eloquentia tradebantur, adjecerim; quique hæc operi noſtro neceſſaria eſſe [22] crediderint, velut pondus rei perhorreſcant, ac deſperent ante experimentum. [23] Sed hi primum renuntient ſibi, [24] quanta ſit humani generis vis, quam potens efficiendi quæ velit, cum maria tranſire, ſiderum curſus numeroſque cognoſcere, mundum ipſum pene dimetiri, [25] minores, ſed difficiliores, artes potuerint. Tum cogitent, quantam rem petant, [26] quamque nullus ſit hoc propoſito

5. *Indignum videbatur.*] *Videatur*; Voſſ. ſecund. Obr.

6. *Illis fuit dicendi.*] *Illi fuit dicendo*; Voſſ. ſec. *illi fuit dicendi*; Baſil. *illis* omittit Obrecht. forte *occaſioque aliis fuit dicendi*; vel latet ſub *illis* nomen proprium alicujus, qui hoc dictum jaculatus eſt. BURMAN.

7. *Fructus ſequentur.*] *Perſequentur*; MSS. Alm. Voſſ. ſecund. *proſequentur*; Baſil. Gryph. Obrecht.

8. *Aut ille monumenta, &c.*] Sic Cicero lib. I. *de Leg.* pollicetur ſe ſcripturum hiſtoriam: Craſſus lib. I. *de Orat.* ſe reſponſurum ait de jure civili. TURNEB.

9. *Aut ut.*] *Aut* deeſt in Voſſ. prim. Locat. Ald.

10. *Deſtinabat quærentibus tradet.*] *Deſtinabat quærentibus reddet*; Locat. *deſtinabat jura quærentibus tradet*; Obrecht. quod maxime placet. Rollinus *jus* vel *reſponſa* ſupplet.

11. *Componet artem.*] Vide Cicer. I. *de Orat.* 42. & ita Cato apud Ciceronem *de Senect.* cap. 11. *Septimus mihi originum liber in manibus, omnia antiquitatis monumenta colligo; cauſſarum illuſtrium, quaſcumque defendi, nunc quam maxime conficio orationes; jus augurum, Pontificum, civile tracto,* &c. quæ noſtrum reſpexiſſe etiam puto. BURMAN.

12. *Dignum os.*] Gallæus mallet, *dignum os accommodabit.*

13. *Frequentabant ejus.*] *Frequentabunt vero ejus*; omnes fere codices præter Stephani, qui omittit *vero*.

14. *More veterum.*] Cicero in libris *Officiorum* ait, moris fuiſſe apud antiquos Romanos, ut juvenes aliquem civem ſibi proponerent imitandum veluti præceptorem, cum quo aſſidui erant. TURNEB. Vide quæ jam ſupra notavi ad lib. X. cap. 5. CAPPER.

15. *Cicero profitetur.*] Alm. Vide Cicer. pro *Cælio* cap. 4.

16. *Sic Panſam.*] Poſt mortem Cæſaris quotidie exercebat declamationibus Panſam & Hircium Cicero, eoſque ideo appellabat *grandes prætextatos*, quia jam majoris erant ætatis. TURNEB. Vide IX. *ad Fam.* 16. & Suet. *de Rhet. illuſt.*

17. *Ac neſcio an eum .... credi oporteat fore.*] *Fore* deeſt in Locat. eſt vero locutio elegans, pro credo eum beatiſſimum, ne quis putet legendum eſſe, *neſcio an non eum beatiſſimum*, &c. Cicero *de Senect.* 20. *ſed haud ſcio an melius Ennius.* Flor. III. 12. *Ac neſcio an ſatius fuerit populo Romano Sicilia & Africa contento fuiſſe*: idem fere notare hic *neſcio an*, quod *fortaſſe*, notavit doctiſſimus Vorſtius ad Sulp. Sever. II. Hiſtor. ut & Epiſt. I. & ita male cl. Francium tentaſſe locum Fabii lib. VIII. 4. vidimus. BURMAN.

18. *Procul a contentionibus.*] Reſpexit forte illa Horatii Epod. II,

Beatus ille, qui procul negotiis. ALMEL.

Procul contentionibus; V. C. Alm.

19. *Sentiat vivus.*] Plin. II. Epiſt. I. de Virginio Rufo, *poſteritati ſuæ interfuit.* Ovid. IV. Triſt. 10. & ex Pont. IV. 16. ALMEL.

20. *Quid apud poſteros*] *Quis* legebat Almelovenius.

21. *Aut multa.*] Suppleri vult Rollinus *nimium multa*; quod ex Badio hauſit. BURMAN.

22. *Crediderim velut pondus rei perhorreſcant.*] *Crediderint vel remoram perhorreſcant*; Obrecht. forte, *quique etſi hæc operi noſtro neceſſaria eſſe crediderint; velut moroſiora perhorreſcant*; vel *onerosiora*. BURMAN. Rollinus quoque *crediderint* legendum eſſe exiſtimavit. CAPPER.

23. *Sed hi primum.*] Docet hoc poſſibile eſſe quod exigit, cum tam capax ſit humani ingenii natura: addit argumentum a comparatione. TURNEB. *Namque primum*; Voſſ. ſec. & ita olim lectum, ex Merula patet. *Hi primum*, omiſſo *ſed*; V. C. Alm. *Qui primum*; Obrecht.

24. *Quanta ſit humani generis vis.*] Lectio prima fronte minus probanda, quam editionis Lugdunenſis ea, *quanta ſit humani ingenii vis.* Sed hæc, cui refragantur optimæ quæque editiones, non caret ſuſpitione manus alicujus temerariæ; quod ſcilicet majorem præ ſe fert elegantiæ ſpeciem. GIBSON. *Generis*; V. C. Alm. Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Colin. Vidov. BURMAN.

25. *Minores ſed difficiliores.*] *Minores &*; Voſſ. ſec. Locat. Ald. neſcio an exciderit verbum hic aliquod; nam *poſſe artes* non eleganter dici puto: deeſt *diſcere* forte, vel ſimile quid; niſi *tranſire, cognoſcere, dimetiri* per appoſitionem, *artes* vocet. BURMAN. Sed nihil obſtare video, quominus Latine dicatur: *αἱ τέχναι*, *artes illæ minores potuerunt maria tranſire, ſiderum curſus numeroſque cognoſcere, mundum ipſum pene dimetiri*: adeo ut de ipſis artibus *metonymice* dicatur, quod artificibus aut hominibus arte præditis proprie convenit. CAPPER.

26. *Quamque nullus.*] *Quamquam*; Voſſ. ſec.

præmio labor recuſandus. Quod ſi mente conceperint, huic quoque parti facilius accedent, ut ipſum iter neque impervium, neque ſaltem [27] durum putent. Nam id, quod prius, quodque majus eſt, ut boni viri ſimus, voluntate maxime conſtat: quam qui vera fide [28] induerit, facile eaſdem, quæ virtutem docent, artes accipiet. Neque enim aut tam perplexa, aut tam numeroſa ſunt [29] quæ premunt, ut non paucorum admodum annorum intentione diſcantur. Longam enim facit operam, quod repugnamus. Brevis eſt inſtitutio vitæ honeſtæ beatæque, [30] ſi credas. Natura enim nos ad mentem optimam genuit: adeoque diſcere meliora volentibus promptum eſt, ut vere intuenti mirum ſit illud magis, malos eſſe tam multos. Nam, ut aqua piſcibus, [31] ut ſicca terrenis, circumfuſus nobis ſpiritus volucribus convenit; ita certe facilius eſſe oportebat, ſecundum naturam, quam contra eam vivere. Cætera vero, etiam ſi ætatem noſtram non ſpatio ſenectutis, [32] ſed tempore adoleſcentiæ metiamur, abunde multos ad diſcendum annos habent. Omnia enim breviora reddet ordo, & ratio, & modus: ſed culpa eſt in præceptoribus prima, [33] libenter detinentibus puerum, partim cupiditate diutius exigendi mercedulas, [34] partim ambitione, quo difficilius ſit quod pollicentur, partim etiam inſcientia tradendi, vel negligentia. Proxima [35] in nobis, qui morari in eo, quod novimus, quam diſcere quæ nondum ſcimus, melius putamus. Nam, ut de noſtris [36] potiſſimum ſtudiis dicam, quid attinet tam multis annis, [37] quam in more eſt plurimorum, (ut de his, a quibus magna in hoc pars ætatis abſumitur, taceam) declamitare in ſchola, & tantum laboris in rebus falſis conſumere, cum ſatis ſit modico tempore imaginem veri diſcriminis, & dicendi leges comperiſſe? Quod non dico, quia ſit unquam omittenda dicendi exercitatio, ſed quia non [38] ſit in una ejus ſpecie conſeneſcendum. [39] Cognoſcere enim, & præcepta vivendi perdiſcere, & in foro nos experiri potuimus, dum ſcholaſtici ſumus. [40] Dicendi ratio talis, ut non multos annos poſcat. [41] Quælibet enim ex iis artibus, quarum prius habui mentionem, in paucos libros contrahi ſolet. [42] Adeo infinito ſpatio ac traditione opus non eſt. Reliqua eſt, quæ [43] vires cito facit, conſuetudo. Rerum cognitio quotidie creſcit; [44] & tamen quam multorum ad eas librorum neceſſaria lectio eſt, quibus aut rerum exempla ab hiſtoricis, aut dicendi ab oratoribus petuntur? Philoſophorum quoque conſultorumque opiniones, ſicuti alia, [45] velimus legere, neceſſarium eſt. Quæ quidem poſſumus omnia: ſed [46] breve nobis tempus nos [47] facimus. Quantulum enim ſtudiis [48] impartimur? [49] Alias horas vanus ſalutandi labor, alias datum fabulis otium,

27. *Durum.*] Valer. Flac. I. 565.

——— durum vobis iter & grave cæli
Inſtitui.

ubi plura. BURMAN.

28. *Induerit.*] Gallæus *imbuerit* volebat.

29. *Quæ premunt.*] *Quæ petuntur*; Obrecht. forte *quæ tremunt*: ita apud Stat. VIII. 663.

Illum fugiuntque tremuntque.

ubi codices alii *premuntque*. BURMAN.

30. *Si credas.*] *Si cedas*, legit Gatakerus ad Antônin. Imper. lib. II. §. 5. Rollinus volebat *ſi cupias*, vel *velis*; ſed forte ſcripſit *ſi quæras*: ita confuſa hæc verba a librariis apud Ovidium lib. II. Amor. VII. 13. & XI. 22. ſi ergo quis iter & inſtitutionem vitæ honeſtæ bona fide quærat, brevis eſt nec difficilis. BURMAN. Vulgatam vero lectionem ſic exponebat Rollinus: *ſi credas id eſſe breve & facile*; vel, *ſi credas iis, quæ de virtute præcipiuntur.*

31. *Ut ſicca.*] Gallæus dictum pro *ſicca terra*, exemplo Græcorum volebat; ut Homer. Iliad. ξ. 308. Ἐπὶ τραφερήν τε καὶ ὑγρήν. Virgilius *ſiccum* dixit III. Georg 4. 33. *Exilit in ſiccum*. BURMAN. Sic Geneſ. I. ὤφθη ἡ ξηρά: apparuit arida. CAPPER.

32. *Sed tempore adoleſcentiæ.*] *Sed tempore adoleſcentiam*; marg. Baſil.

33. *Libenter detinentibus puerum.*] *Qui libenter detinent, occupaverit*; V. C. Alm. *qui libenter detinent quos occupaverunt*; marg. Baſil. Obrecht. *libenter detinentes puerum*; Voſſ. ſec. BURMAN. Cauſſæ nihil erat cur Burmannus vulgatam ſolicitaret & mutaret lectionem, quam exhibent editiones Vaſcoſ. Steph. Lugduno-Batav. Rollin. &c. unus, quod ſciam, Obrechtus Burmannianam lectionem repræſentarat: ea vero partim unici cod. Almelov. ſæpiſſime fallacis auctoritate, partim edition. Baſil. margine innititur. CAPPER.

34. *Partim etiam inſcitia.*] *Inſcientia*; Voſſ. ſec. Locat. Obrecht. quos ſecuti ſumus. Vide ſupr. ad lib. IX. 4. BURMAN.

35. *In nobis.*] Intelligit adoleſcentes Rhetoricæ operam dantes. ROLLIN. Nihil tamen obeſt quominus intelligat etiam omnes bonarum literarum & eloquentiæ ſtudioſos, quantacumque tandem ſint ætate provecti: qui poſterior ſenſus ex conſequentibus firmari videtur. CAPP.

36. *Potiſſimum.*] *Potiſſimis*; Voſſ. ſec.

37. *Quam in more.*] *Quanquam in more*; Andr. Locat. Ald. Baſil.

38. *Sit in una ejus ſpecie.*] *Sit una ejus ſpecie*; Colin. Vidov.

39. *Cognoſcere enim.*] *Enim* deeſt in MSS. Almelov. Voſſ. ſec. Locat. Rollinus hic aliquid deeſſe, quod ad *cognoſcere* referatur, ut *multa*, vult: ſed *præcepta* & huc, & ad *perdiſcere* pertinet; ut infra *illis hæc inveniendа fuerunt, nobis cognoſcenda ſunt*. BURMAN.

40. *Dicendi.*] *Diſcendi*; MSS. Bodl. Voſſ ſec. Andr. Ald. alios *docendi* legere dicit Rollinus. BURMAN.

41. *Qualibet enim.*] *Qualibet enim ex iis partibus*; MSS. Bodl. Andr.

42. *Adeo infinito.*] Badius legit *ideo*.

43. *Vires cito faciet conſuetudo.*] Vide lib. I. cap. I. XI. 3. & X. 3. ALMEL.

44. *Et tamen multorum.*] *Et tamen quam multorum*; V. C. Alm. Obrecht. qui & per interrogationem extulit recte. BURMAN.

45. *Velimus legere neceſſarium eſt quæ quidem poſſumus omnia.*] *Velimus legere, quod quidem poteſt omnia*; Obrecht. *quod quidem poſſumus* a Merula legebatur.

46. *Breve nobis tempus*] Adeundus Seneca in aureo libello *de brevitate vitæ*. COLOMES.

47. *Facimus.*] *Fecimus*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Steph. Baſil. Gryph. Vidov.

48. *Impartimur.*] *Partimur*; MSS. Alm. Voſſ ſec. Locat. Ald.

49. *Alias horas, &c.*] Dictum eſt ex conſuetudine Romanorum; quidam enim ſolebant circumire domos divitum, diviteſque ſalutare, ut ſportulam adipiſcerentur. TURNEB.

alias ſpectacula, alias convivia trahunt; adjice [50] tot genera ludendi, & inſanam corporis curam. [51] Trahat inde peregrinatio, rura, calculorum anxiæ ſolicitudines, [52] multæ cauſſæ libidinum, & vinum, & [53] flagitioſus omni genere voluptatum animus. Ne ea quidem tempora idonea, quæ ſuperſunt. Quæ ſi omnia ſtudiis impenderentur, jam nobis longa ætas, & abunde ſatis ad diſcendum ſpatia viderentur, [54] & diurna tantum computantibus tempora: [55] & noctes, quarum bona pars omni ſomno longior eſt, adjuvarent. [56] Nunc computamus annos, non quibus ſtuduimus, ſed quibus viximus. Nec vero, ſi Geometræ, & Grammatici, cæterarumque artium profeſſores omnem ſuam [57] vitam, quamlibet longa fuerit, in ſingulis artibus conſumpſerunt, ſequitur ut plures quaſdam vitas ad plura diſcenda deſideremus. Neque illi didicerunt hæc uſque in ſenectutem, ſed ea ſola didiciſſe contenti fuerunt, ac tot annos [58] in utendo, non in percipiendo exhauſerunt. [59] Cæterum ut de Homero taceam, in quo nullius non artis [60] aut perfecta, aut certe non dubia, veſtigia repeḥriuntur; [61] ut Eleum Hippiam tranſeam, qui non liberalium modo diſciplinarum [62] præ ſe ſcientiam tulit, ſed veſtem & annulum, crepidaſque, quæ omnia manu ſua fecerat, in uſu habuit, [63] atque ita ſe præparavit, ne cujus alterius ope egeret, neve ullius rei; [64] Gorgias quoque ſummæ ſenectutis, [65] id quærere auditores, de quo quiſque vellet, jubebat. Quæ tandem ars digna literis Platoni defuit? [66] Quot ſeculis Ariſtoteles didicit, ut non ſolum quæ ad philoſophos atque oratores pertinent, ſcientia complecteretur, ſed animalium ſatorumque naturas omnes perquireret? Illis enim hæc invenienda fuerunt, nobis cognoſcenda ſunt. Tot nos præceptoribus, tot exemplis inſtruxit antiquitas, ut poſſit videri [67] nulla ſorte naſcendi ætas felicior, quam noſtra, cui docendæ priores elaboraverunt. Marcus Cenſorius Cato, idem orator, idem hiſtoriæ conditor, idem juris, idem rerum ruſticarum peritiſſimus, inter tot operas militiæ, [68] tantas domi contentiones, rudi ſeculo [69] literas Græcas ætate jam declinata didicit, ut eſſet hominibus documento, ea quoque percipi poſſe, quæ ſenes concupiſſent. [70] Quam multa, immo pene omnia tradidit Varro? Quod inſtrumentum dicendi M. Tullio defuit? Quid plura? [71] cum etiam Cornelius Celſus mediocri vir ingenio, non ſolum de his omnibus

50. *Tot genera ludorum.*] Ovid. IV. Pont. 2. Juven. Sat. IX. 126. ALMELOV.

51. *Trahat inde peregrinatio.*] *Peregrinatio, jura, calculorum*; Voſſ. ſec. *jura* etiam Vall. lib. Locat. forte *peregrinatio, cura calculorum, anxiæ ſolicitud.* nam *rura*, quorum ſtudium honeſtiſſimum Romanis fuit, inter has occupationes inutiles & vanas numerari non puto; cum mox inter varias artes, quibus Cato excelluit, ruſticam etiam recenſeat. BURMAN. Sed ſtudium ruris, etſi per ſe honeſtum ſit, multum tamen de ſtudiis oratoriæ arti neceſſariis detrahit: non erat itaque cur vulgatam lectionem ſolicitare Burmannus tentaret. CAPPER.

52. *Multæ cauſſæ.*] *Multæ cauſſa libidinum*; Voſſ. ſec.

53. *Flagitioſus.*] *Flagitioſis o. g. v. animis*; Voſſ. ſec. Locat. Ald.

54. *Et diurna.*] Rollinus delens *&*, legit *abunde, &c. ſpatii videretur diurna, &c.* ſed ignoravit antiquos *abunde ſpatia* æque dixiſſe, ac *ſpatii*; ut Salluſtium & alios locutos etiam lexicographi jam notaruut. BURMAN. Qui probandæ opinioni ſuæ non externa tantum, ſed & ipſius Fabii propria teſtimonia poterat arceſſere. Nam hoc ipſo in capite Rhetor noſter ſic habet paulo ſupra: *abunde multos ad diſcendum annos habent*, ubi τὸ *abunde* non cum genitivo, ut Rollinus malebat, ſed cum accuſativo conſtruitur. CAPPER.

55. *Et noctes.*] Phil. VII. 50. *Quid? quod æſtimatione nocturnæ quietis, dimidio quiſque ſpatio vitæ ſuæ vivit:* lege quæ adnotavit Dalecampius. ALMEL.

56. *Nunc computamus.*] Computamus annos, quibus literis vacavimus, cum tamen multis diebus illorum annorum nihil literis impenderimus: eſſet igitur ſatius dies numerare, quam annos. TURNEB. Vide Plin IV. Epiſt. 24. ALMEL.

57. *Vitam quamlibet.*] *Vitam longam quamlibet longa f.* Voſſ. ſec.

58. *In utendo.*] Deſunt in MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald.

59. *Cæterum ut de Homero.*] Plutarchus in Homeri vita oſtendit Homerum omnium diſciplinarum fuiſſe peritum, ac reliquos ab eo hauſiſſe diſciplinas: itaque appellatur *fons ingeniorum.* TURNEB.

60. *Aut perfecta.*] *Aut præcepta*; Locat.

61. *Ut Eleum Hippiam.*] Hippias Eleus ſophiſta fuit, cujus & meminit Philoſtratus: hic peritus fuit omnium diſciplinarum, atque (ut ſcribit Apuleius lib. II. Floridorum) *ludis Olympicis venit Piſam miro cultu viſendus, ac omnia corporis indumenta quæ geſtabat, ipſe ſibi fecerat.* TURNEB. Sophiſta vocatur Clement. Alex. Strom. VI. pag. 262. Edit. Medic. uſus eſt præceptore Socrate. Dion. Chryſ. Orat. III. ALMEL.

62. *Præ ſe tulit.*] *Per ſe*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Steph. Vidov. ut fuerit αὐτοδίδακτος: hæc autem ex Ciceron. III. *de Orat.* 32. ubi & de Gorgia.

63. *Atque ita ſe.*] *Ad quæ ita*; marg. Baſil.

64. *Gorgias quoque.*] Oratio extemporalis ab hoc Gorgia fluxit; nam ab auditoribus petebat de quo vellent audire, & ex tempore declamabat: quo nomine aliquoties apud Platonem a Socrate irridetur. Hæc igitur profeſſio indicabat illum eſſe omnium rerum peritum. Hic vixit centum annos. TURNEB.

65. *Id quærere auditores.*] *Quærere audituros*; V. C. Alm. Steph. Par. Gryph. Colin. Vidov. *id* deeſt quoque in Voſſ. ſec. Ald. Obrecht. *hic quærere*; Locat. Gallæus volebat *id quærere auditores jubebat, de quo quiſque vellet, audituros.*

66. *Quot ſeculis.*] Ariſtoteles viginti annis Platonem audivit: idem ab Alexandro habuit viginti nummorum millia ad inveſtiganda animalia, ut hiſtoriam animalium & cauſſas ſcriberet. Auctor Plinius. Ergo Fabius docet, facilius eſſe nobis artes diſcere, quam antiquis; illi enim invenerunt, nos inventis utimur. TURNEB. *Quot ſcilicet*; marg. Baſil. Cæterum in hac Fabii locutione τὸ *ſeculum* non annos triginta, neque centum, neque mille (quibus τὸ τοῦ *ſeculi* ſpatium alii aliter definierunt) ſed diuturnum tempus, & plures annos ἀορίστως indicat: quo fere ſenſu Tullius lib. II. epiſt. 14. Bruto ſcripſit: *in multa ſecula videbamus rempublicam liberatam.* CAPPER.

67. *Nulla ſorte.*] *Nulla forte*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil.

68. *Tantas domi content.*] Nam (ut teſtatur Plinius lib. VII.) *quater & quadragies* cauſſam *dixit, ſemperque eſt abſolutus.* TURNEB.

69. *Literas Græcas.*] Vide Cicer. *Acad. quæſt.* II. 2. & Hieron. Epiſt. ſelect. lib. II. epiſt. 12. ALMEL.

70. *Quam multa imo pene omnia.*] *Quam multa pene omnia*; MSS. Alm. Voſſ. ſec. Locat. Ald. Baſil.

71. *Cum etiam Cornelius Celſus.*] Cornelius Celſus in

conſcripſerit artibus, ſed amplius rei militaris, & ruſticæ etiam, & medicinæ præcepta reliquerit? dignus vel ipſo propoſito, ut eum ſciſſe omnia illa credamus. [72] At perficere tantum opus, [73] arduum eſt, & nemo perfecit. Ante omnia ſufficit ad exhortationem ſtudiorum, [74] non capere id rerum naturam, ut quidquid non eſt factum, [75] ne fieri quidem poſſit; cum omnia, quæ magna ſunt atque admirabilia, tempus aliquod, quo primum efficerentur, habuerint. Quantum enim Poëſis ab Homero & Virgilio, tantum faſtigium accepit eloquentia a Demoſthene atque Cicerone. Denique quidquid eſt optimum, ante non fuerat. Verum etiamſi quis ſumma deſperet (quod cur faciat, cui ingenium, valetudo, facultas, præceptor, non deerunt?) tamen eſt (ut [76] Cicero ait) [77] *pulchrum in ſecundis tertiiſque conſiſtere.* Neque enim, ſi quis Achillis gloriam [78] in bellicis conſequi non poteſt, Ajacis aut Diomedis laudem aſpernabitur; [79] neque qui Homeri, non Tyrtæi. Quinimmo, ſi hanc cogitationem homines habuiſſent, ut nemo ſe meliorem fore eo, qui optimus fuiſſet, arbitraretur; ii ipſi, qui ſunt, optimi non fuiſſent: neque poſt Lucretium ac Macrum Virgilius, neque poſt Craſſum & Hortenſium Cicero, ſed [80] nec alii poſtea vicerint. [81] Verum ut tranſeundi ſpes non ſit, magna tamen eſt dignitas ſubſequendi. An Pollio & Meſſala, qui, jam Cicerone arcem tenente eloquentiæ, agere cœperunt, parum in vita dignitatis habuerunt, parum ad poſteros gloriæ tradiderunt? Alioqui peſſime de rebus humanis perductæ in ſummum artes mererentur, ſi, quod optimum [82] fuiſſet, defuiſſet. Adde quod magnos modica quoque eloquentia parit fructus: ac ſi quis hæc ſtudia utilitate ſola metiatur, pene illi perfectæ par eſt. Neque erat difficile, vel veteribus vel novis exemplis palam facere, non aliunde majores honores, opes, amicitias, laudem præſentem, futuram, hominibus contigiſſe: ſi tamen dignum literis eſſet, ab opere pulcherrimo, cujus tractatus atque ipſa poſſeſſio pleniſſimam ſtudiis gratiam refert, hanc minorem exigere mercedem, [83] more eorum, qui a ſe non virtutes, ſed voluptatem, quæ fit ex virtutibus, peti dicunt. Ipſam igitur orandi majeſtatem, qua nihil dii immortales melius homini dederunt, & qua [84] remota muta ſunt omnia, & luce præſenti & memoria poſteritatis carent, toto animo petamus, nitamurque ſemper ad optima: quod facientes, aut evademus in ſummum, aut certe multos infra nos videbimus.

Habes, Marcelle Victori, quibus præcepta dicendi pro virili parte adjuvari poſſe per nos videbantur: quorum cognitio ſtudioſis juvenibus ſi non magnam utilitatem afferet, at certe, quod magis petimus, bonam voluntatem.

re ruſtica ſæpenumero citatur a Columella. Scripſerat quoque Celſus libros de Arte dicendi, quos citat Fabius lib. III. Hodie extant ejus libri de medicina. TURNEB. Minoris auctoritatis Celſum inſimulat Nonius Marcellus in verbo *Cyma.* PASSERAT.

72. *At perficere tantum opus.*] Docet oratorem perfectum poſſe eſſe aliquem, quanquam nondum ſit inventus: ac ſi quis ſummam eloquentiam non poſſit adipiſci, attamen pulchrum eſſe obtinere ſecundum aut tertium locum: qui locus etiam tractatur a Cicerone in oratore perfecto ad Brutum. TURNEB.

73. *Arduum eſt.*] *Eſt* deeſt in Voſſ. ſec. qui & *perficit* habet, ut & Locat.

74. *Non capere id rerum.*] *Non capere rerum;* Voſſ. ſec. Locat. Ald. *non cadere in rerum*; Steph. Gryph. Colin. Vidov.

75. *Ne fieri.*] *Nec fieri quidem poſſit: quum omnia &c. habuiſſe:* Obrecht.

76. *Cicero ait.*] *Orator.* cap. I.

77. *Pulchrum in ſecundis.*] In eamdem ſententiam Horat. I. Epiſt. I.

Eſt quadam prodire tenus, ſi non datur ultra.

Quin & de ſe Seneca *de vita beata* cap. 17. *Exigo a me, non ut optimis par ſim, ſed ut malis melior,* &c. pulcherrime. COLOMES.

78. *In bellicis.*] Aſcenſius *in bellis* vel *in bellicis.*

79. *Neque qui Homeri, &c.*] Tyrtæus dux fuit Lacedæmoniis in bello contra Meſſenios; Lacedæmonioſque incitabat ad virtutem bellicam ſuis carminibus: huic Fabius ſecundum locum tribuit, ſecutus Horatii conſilium in Arte. TURNEBUS. *Neque qui Homeri non fuerunt;* MSS. Alm. Voſſ. ſec. *neque Heſiodi & Theocriti, qui Homeri non fuerint;* Ald. Colin. Vidov. & Andr. niſi quod ille *aut Theocriti.* Aſcenſius diſtinguebat *neque qui Homeri non,* (ſcilicet laudem conſequi non poteſt) *Tyrtæi;* ſc. aſpernabitur: quod ſecutus Obrechtus: forte *neque qui Homeri non tulerit, Tyrtæi.* BURMAN.

80. *Nec alii poſtea.*] *Alii poſt eos;* MS. Bodl. Andr. Ald.

81. *Verum ut tranſeundi ſpes non ſit magna.*] *Tranſire* Fabio idem eſt ac aliis *præterire*; *præterire* autem eſt *vincere.* Παρελθεῖν dicunt Græci. Anacreon:

> Μέγα δὲ πρόσωπον ἔστω,
> Τὸ δ' Ἀδώνιδος παρελθόν.
> *Facieque latus eſto,*
> *Superanſque Adonideam.*

Sic locus ille legendus vertenduſque cum πολυμαθεστάτῳ Heinſio ad Silium pag. 402. ubi Typographorum σφῆνοι, ac Eliam Andream jure confutat; non vero cum Salmaſio ad Achillem Tatium pag. 664.

> Τὸν Ἀδώνιδος παρελθὼν
> Ἐλεφάντινος τράχηλος.
> *Cervix eburnea vincens*
> *Adonidis candore cervices.* COLOMES.

Τὸ *ut* deeſt in Voſſ. ſec.

82. *Fuiſſet, defuiſſet.*] *Defuiſſet* deeſt in MSS. Alm. Voſſ. ſec. *fuiſſet, effeciſſent:* Obrecht. *defeciſſet* legi poſſit ROLLIN.

83. *More eorum, &c.*] Loquitur de Epicureis, qui *virtutem per ſe expetendam eſſe negant, ſed dumtaxat* (ut ait Cicero) *quia ſit efficiens voluptatis.* TURNEB.

84. *Remota muta ſunt omnia.*] *Qua remota omnia & luce,* &c. MSS. Alm. Voſſ. prim. Locat.

INSTITUTIONUM ORATORIARUM FINIS.

ANNALES

HENRICI DODWELLI

ANNALES QUINCTILIANEI:

SEU

VITA M. FABII QUINCTILIANI

Per Annales diſpoſita.

ANNALES QUINCTILIANEI:

SEU

VITA

M. FABII QUINCTILIANI

Per Annales diſpoſita.

I. M. FABIUM, de quo agimus, Quinctilianum ego ſub Claudio natum fuiſſe nullus dubito, nec longe ab imperii illius initio. De Domitio enim Afro præceptore ſuo ſic ipſe meminit, ut ſe alio loco, cum illum audiret, (*a*) *juvenem* fuiſſe ſignificet, alio autem (*b*) *adoleſcentulum*. Hinc facile colligimus, cœptam fuiſſe dumtaxat illam adoleſcentuli juventutem. Nuperam ſcilicet a toga virili, quæ anno demum ætatis XV. (*c*) labente erat, pro Romanarum Legum diſciplina, ſumenda. Ætatem enim jam puberem quidem, ſed togæ prætextæ proximam deſignat vox illa utraque, tam juventutis, quam etiam adoleſcentiæ. Ita Nero Germanici filius, Caligulæ frater natu maximus, *juventam ingreſſus* (*d*) fuiſſe dicitur, quo die forum ingreſſus eſt, & puber habebatur, pro cenſu Romano. Sic etiam Nero alter, qui poſtea Auguſtus erat, toga virili ſumpta, licet maturata, (*e*) *Princeps juventutis* appellatus eſt. Quo etiam eodem exemplo, non juniores tantummodo Nerone Principes juventutis (*f*) cognominati ſunt, ſed antiquiores etiam Caius & Lucius Auguſti nepotes, & per adoptionem filii, cum ſcilicet togam puerilem prætextam exuerent. Sic etiam puero nomen adoleſcentis opponit Cicero: (*g*) ut plane innuat pueritiæ proximam fuiſſe illorum etiam temporum adoleſcentiam. Nec ſane alia ætas erat, quæ & Rhetores audire ſolebat in ſchola, & Oratores in foro etiam Senatorios, qualis erat Quinctiliani præceptor ille Domitius, ab hac ipſa pueritiæ proxima juventute atque adoleſcentia. Sic enim ætatem, quæ Rhetoribus formanda tradi ſolebat, Quinctilianus ipſe deſcribit: *Nam & adulti* (inquit) (*h*) *fere pueri ad hos præceptores transferuntur, & apud eos juvenes etiam facti perſeverant*. Proinde cavet, ne permiſti invicem ſederent pueri (*i*) adoleſcentibus. Idem ergo cum juvenibus illi illius adoleſcentes, pueriſque ambo ætate proximi. Cum adultos fere pueros fuiſſe dicit, qui a Grammaticis ad Rhetoras transferrentur, id una innuit, & minores fuiſſe, & tamen proximos, nec adeo multo minores illos, annis adoleſcentiæ. Decimum certe ætatis annum egit ipſius Quinctiliani filius, quem deflet, major, quem tamen nondum Rhetoricis ſtudiis inſtituerat. Hos enim li-

Quinctilianus, cum Domitium Afrum audiret ſenem, ipſe juvenis erat & adoleſcentulus.

(*a*) Quinct. *Inſt.* lib. x. cap. 1.
(*b*) Quinct. *Inſt.* lib. v. cap. 7.
(*c*) Vide Præl. v. & x. ad *Sp.* Adrian.
(*d*) Tacit. *Ann.* III. 29.
(*e*) Tacit. *Ann.* XII. 41.
(*f*) Præl. XVIII. ad *Sp.* Adrian. §. 10.
(*g*) Cicero ad *Attic.*
(*h*) Quinct. *Inſt.* lib. II. cap. 2.
(*i*) Quinct. *ibid.*

bros propterea ſcripſit, ut, ſi ſe (*a*) *fata intercepiſſent*, *præceptore tamen patre uteretur.* Nondum ergo præceptore patre uſus decennis tamen puer, & qui ſpem cultus optimam pollicebatur. Majores ergo pueros fuiſſe arbitror, qui Rhetoribus inſtituendi tradebantur. Pro ea nimirum majorum minorumque puerorum diſtinctione, quæ recepta eſt in cenſu diſciplinaque Romanorum. Ea autem pueritia a (*b*) X. cœpit, ni fallor, ætatis anno; ſed eo tamen penitus expleto. Majoribus certe pueris accerſitus eſt duodecennis Tiberius. (*c*) Sed cum adultos fere dicat Quinctilianus, adoleſcentes autem ſub Rhetorum diſciplina perſeveraſſe; non multo ſane anno XIV. minores fuiſſe docet, & a majoris etiam pueritiæ citimis limitibus paulo remotiores. Itaque, quo propius adoleſcentiæ limites attingebat pueritia illa a Rhetoribus inſtituenda; eo profecto ulterius in adoleſcentiam ipſam incurriſſe neceſſe erat eamdem illam inſtitutionem. Sed vero eadem ætate, qua in ſchola Rhetoras, in foro Oratores etiam Senatorios audiebat idem ille, ſeu juvenis, ſeu adoleſcens. Sic enim Auctor Dialogi *de Oratoribus*: (*d*) *Juvenis ille, de quo loquimur, Oratorum diſcipulus, fori auditor, ſectator judiciorum, eruditus & aſſuefactus alienis experimentis, cui cotidie audienti nota leges, non novi judicum vultus, frequens in oculis conſuetudo concionum, ſæpe cognitæ populi aures*, &c. Nec illud modo. *Fabulas* (*e*) etiam *M. Apri & Julii Secundi*, & *diſputationes*, & *arcana ſemotæ dictionis* excipiebat Auctor ipſe Dialogi; Oratorum ſcilicet Senatoriorum, qui juventutem publice inſtituendam non ſuſceperant. Domeſticam enim diſciplinam ne quidem illi dedignabantur, qui ſcholas tamen publicas aſpernabantur, ſeque indignas judicabant. Ita Hirtium & Dolabellam, non autem Panſam, ut vult (*f*) Suetonius, diſcipulos & grandes prætextatos agnoſcit (*g*) Cicero jam Senator. Cum grandes prætextatos appellat, ætatem una ſignificat fuiſſe prætextatam, qua Oratorum diſcipuli domeſticis inſtitutionibus intereſſe ſolebant. Propterea enim pro prætextatis illos habuit, quod idem facerent quod facere ſolebant non alii, quam prætextati prætextatiſque ætate proximi. Fuitque admodum (*h*) juvenis Auctor Dialogi *de Oratoribus*, cum illos, quos dixi, Oratores Senatorios domi etiam audiret. Juvenes jam atque adoleſcentes in hac cauſſa eoſdem fuiſſe probavimus. Cur itaque dubitemus, qui admodum juvenis erat, illum eumdem fuiſſe cum adoleſcentulo? Et ſane accepta virili toga in forum deduci ſolebant adoleſcentes. Ita licuit ab ea uſque ætate Oratores etiam in foro audire Senatorios. Proinde hac ipſa ætate, qua Rhetorum ſcholas frequentavit Quinctilianus, forum etiam & judicia publica adiit, & domeſtica Oratorum Senatoriorum colloquia, ita nimirum celeberrimorum tunc temporis Oratorum erudiendus experimentis. Horum autem Oratorum Senatoriorum præſtantiſſimum agnoſcit hunc Domitium Afrum non uno in loco Quinctilianus. Nec modo forenſibus ejus orationibus uſus eſt; verum etiam domeſticis colloquiis. Libros illius duos *de Oratoris officio* (*i*) in audiendis teſtibus non perlegerat tantummodo, verum etiam maximam eorum partem ex ipſo cognoverat; illis proculdubio colloquiis. Is enim non Senator ſolum, verum etiam Conſularem (*k*) in Senatu gradum aſſecutus fuerat jam olim Imperante Caligula. Ita Rhetor eſſe non potuit, nec ſcholæ adeo publicæ vacare. Hæc ergo prima illa pueritiæque proxima ætate noſter Quinctilianus.

Ætas illa juvenis atque adoleſcentuli ab anno XIV. pertingebat ad annum XVII. expletum ſcilicet.

II. Videamus porro quouſque extendenda ſit ætas illa juvenis atque adoleſcentuli. Ego illam ad annum uſque ætatis XVII. pertigiſſe puto, ſupremum nempe veteris pueritiæ limitem: ut proinde nondum adoleſcens ille, ſed adoleſcentulus fuerit appellandus. Ab anno certe XVIII. judices (*l*) erant, quibus id licuit, pro jure cenſus atque natalium. Et novum ab eodem illo anno XVII. militiæ gradum deductum obſervavimus in Annalibus noſtris Velleianis. (*m*) Pro ſuo etiam vitæ ſtudio, munere virili congruo quiſque erat occupandus. Deduci enim ſolebant in forum, cum togam ſumerent, ut diximus, virilem. Primo nimirum ut judiciis publicis intereſſent, orationibuſque celeberrimorum ſui temporis Oratorum, ad annum illum, quem dixi, XVII. Tum deinde licuit (quibus ea eſſet ſui fiducia) ut *cauſſas* ipſi publicas etiam perorarent. Ergo certe ipſo ætatis anno Aphobum tutorem accuſavit (*n*) Demoſthenes. Sic etiam Romanis licuiſſe veriſimillimum eſt, Græcæ profecto diſciplinæ, in Græca præſertim arte, æmulis. Non longe inde diſcedunt veterum celeberrimorum exempla, quorum ullam retinemus hodieque memoriam. Anno ætatis XIX. *cauſſam* egit Quinctiliani diſcipulus (*o*) Plinius Junior, his ipſis proximus, de quibus agimus, temporibus. (*p*) *Nono decimo ætatis anno L. Craſſus C. Carbonem, uno & viceſimo Cæſar Dolabellam, altero & viceſimo Aſinius Pollio C. Catonem, non multo ætate antecedens Calvus Vatinium, iis orationibus inſecuti ſunt, quas hodieque cum admiratione legimus*, inquit Auctor Dialogi *de Oratoribus*. Sic etiam

(*a*) Quinct. *Inſt.* lib. VI. Proœm.
(*b*) Præl. XVIII. ad *Sp.* Adrian. §. 9.
(*c*) *Ibid.*
(*d*) *De Orat.* cap. 34.
(*e*) *Ibid.* cap. 2.
(*f*) Suet. *de clar. Rhetorib.* cap. 1.
(*g*) Cicero lib. IX. ad *Pæt.* Epiſt.
(*h*) *De Orat.* cap. 1.
(*i*) Quinct. *Inſt.* lib V. cap. 7.
(*k*) Dio. lib. LIX.
(*l*) Præl. V. ad *Sp.* Adrian. §. 12.
(*m*) Ann. *Vell.* §. 10.
(*n*) Demoſth. in *Aphob.*
(*o*) Plin. lib. V. Epiſt. 8.
(*p*) Dial. *de Orat.* cap. 34.

Calvum

Calvum, Cæſarem, Pollionem, multum ante quæſtoriam omnes ætatem (quæ annorum erat, ut alibi (*a*) oſtendimus, XXV.) graviſſima judicia ſuſcepiſſe obſervavit ipſe (*b*) Quinctilianus. Paulo ſerius primam *cauſſam* egit (*c*) Cicero, anno nimirum ætatis XXVI. Sed prætextatos (*d*) egiſſe quoſdam, non quidem ipſe meminerat; ſed traditum tamen (a majoribus nimirum) teſtatur Quinctilianus. Ea ætate erat Auguſtus, duodecim ſcilicet annos natus, cum aviam pro Roſtris laudaret, non (*e*) Quinctiliano dumtaxat teſte, verumetiam (*f*) Suetonio. Ne alibi funebrem illum ſermonem; quam in foro, ubi erant Roſtra fuiſſe ſuſpicemur; biennio videlicet ante togam, ut alibi (*g*) oſtendimus, virilem; non autem quadriennio, ut videtur velle (*h*) Suetonius. Quanquam autem in loco publico, non populi tamen, ſed gentis Octaviæ privata erant illa ſolemnia. Morem alioqui receptum in eo violatum exinde conſtat, quod ante togam virilem ne quidem ſolerent in forum deduci. Tantum aberat ut in foro publiciſque adultorum cœtibus licuerit concionari. Eadem enim erat, illis temporibus, puerorum impuberum ſub pædagogis agentium fere diſciplina, atque feminarum. Vetat, uti vidimus, Quinctilianus ipſe, ne, vel in ſcholis Rhetorum, permiſti ſederent pueri cum adoleſcentibus. Quanto magis cavendum erat, ne palam in promiſcuis virorum conventibus verſarentur? In feminis certe inhoneſtum hoc fuiſſe, pro moribus antiquis, oſtendit apud Livium (*i*) Cato Cenſorius. Ideo tutores utriſque aſſignati, tam pueris, quam mulieribus, qui eorum perſonas in publico ſuſtinerent. Mox tamen a virili toga, fori aditu patefacto, ne quidem ita licuit in foro concionari. Vidimus quidem exempla concionantium, annum, quem dixi, XVII. non multo ſuperantium. Qui hoc anno non expleto hoc auſus fuerit, nondum vidimus. Suppeditat tamen, ni fallor, Valerius Maximus (*k*). M. ille Cottam dicit, cum a Capitolio deſcenderet, quod toga virili ſumpta factum, Cn. Carbonem patris accuſatorem ipſum accuſaſſe. Hoc ille primo quoque, quo per leges licuit, tempore factum innuit, paulo poſt tumultus junioris Gracchi, quibus pater fuerat accuſatus. Hoc tamen tempore obtinuit, ni fallor, pueritia illa Servii Tullii vetuſtior, non ante annum ætatis XVII. abſolvenda. Paulo antea obtinuiſſe probare poſſemus, ſi id ageremus. Eſt autem admodum incertum initium pueritiæ junioris anno XIV. terminandæ. Hoc tantum ſcimus fuiſſe Imperatoribus antiquius. Quod ſi recte pueritiam illam Cottæ de veteri pueritiæ meta intellexerimus; ita duo in noſtram ſententiam apprime facientia lucrabimur; primo mox ab anno XVII. abſoluto licuiſſe concionari; ſecundo tum primum licuiſſe, cum nihil ſit cur dubitemus primam quamque illius accuſationis occaſionem legitimam a M. Cotta vindictæ avido fuiſſe captatam. Eſtque ſane hæc ætas media inter ætatem Auguſti aliorumque a Quinctiliano memoratorum, quam probat ipſe maxime in ſuo Oratoriæ candidato. Vult enim ille, ut neque (*l*) *præpropere diſtringeretur immatura frons, & quicquid eſſet illud acerbum proferretur; nec rurſus differendum eſſet tirocinium in ſenectutem.* Ætas porro illa, cujus annos definire noluit, juvenilis tamen erat, & virium tenerarum. Sic enim poſtea: *Ceterum illum, quem juvenem, teneriſque adhuc viribus nitentem, in forum deduximus, incipere a quam maxime facili ac favorabili* cauſſa *velim; ut catuli ferarum molliori præda ſaginantur.* Sed conſilium erat Quinctiliani, ne primo ſtatim, quo licuit, tempore in foro *cauſſas* orarent adoleſcentes. Non tamen negat jus fuiſſe illis agendi, ſi vellent auderentque, hac ipſa, de qua loquimur, ætate. Inde conſentaneum erat, ut ætate, qua jus erat agendi, ſatis inſtructus eſſet ad uſum fori, a ſtudiis Oratoriæ adoleſcens, quem hic formandum ſuſceperat. Inde rurſus, ut eadem etiam plerumque ætate finis eſſet temporis in Artis Oratoriæ ſtudio, pro illius ſeculi ſcholarumque Rhetoricarum methodo, ponendi.

III. Olim certe licentiam fuiſſe, mox a toga virili, in foro agendi, vel ex illo M. Cottæ colligitur exemplo. Fuitque hæc ipſa, de qua loquimur, ætas par veterum, ut dixi, pueritiæ. Et ſane congruum erat, ut, cum togæ prætextæ annos contraxiſſent, in ſumenda toga virili, nonnulla tamen puerilis diſciplinæ veſtigia obſervarentur, dum veteris etiam cenſus pueritiam exuiſſent. Et ne quidem illud incongruum, ut, habita puerilis verecundiæ ratione, a concionibus publicis aliquantiſper abſtinerent. Nequit autem, fateor, hujus ætatis menſura e juventutis nomine colligi, quo uſus eſt Quinctilianus. Ex alia tamen illius voce recte, ni fallor, elicitur. Eſt enim adoleſcentulus ille, qui admodum adoleſcens aliis appellatur; qui prima eſſet adoleſcentia, quæ a (*m*) Cicerone memoratur atque (*n*) Suetonio; qui ita adoleſcens eſſet, ut nondum tamen finem feciſſet adoleſcendi, ut ægre nomen ipſum tuëretur adoleſcentis, adoleſcentulus proinde rectius, quam adoleſcens, appellandus. Recte nimirum quadrant hæc omnia in mediam illam ætatem inter novam veteremque pueritiam. Hæc enim, novo cenſu adoleſcentia habebatur, veteri pueritia tantummodo, nondum adoleſcentia. Ita dubia fue-

Hæc erat adoleſcentia imberbis: cœpit autem adoleſcentia barbatula ab anno XVIII. expleto, pertigitque ad annum primæ barbæ ponendæ, ætatis nimirum XXI.

(*a*) Præl. x. ad *Sp.* Adrian. §. 8.
(*b*) Quinct. *Inſt.* lib. XII. cap. 6.
(*c*) Quinct. *ibid.* & Gell. *Noct. Att.*
(*d*) Quinct. *ibid.*
(*e*) Quinct. *ibid.*
(*f*) Suet. Aug. cap. 8.
(*g*) Præl. v. ad *Sp.* Adrian. §. 1.
(*h*) Suet. *ibid.*
(*i*) Liv. L. XXXIV. capp. 2. 3. 4.
(*k*) Valer. Maxim. lib. v. cap. 34.
(*l*) Quinct. *Inſt.* lib. XII. cap. 6.
(*m*) Cicero.
(*n*) Suet. Oth. cap. 2. Domitian. cap. 1.

rit hujus ætatis vel adoleſcentia. Nec alia ſane ætas eſſe potuit, qua flagris a patre objurgatus eſt Otho, diſciplina plane puerili, vel illius ſaltem ætatis, quæ Rhetorum ſcholas frequentabat, tam puerorum quam etiam juvenum ſeu adoleſcentum. Ita ferula objurgari apud eumdem legimus (*a*) Suetonium. Ferulam autem in ſcholis agentium diſcipulorum fuiſſe conſtat e (*b*) Juvenali. Nec aliter de pueris Poëta alius:

(*c*) *Solea puer objurgabere rubra.*

In eo tantum diſcrimen, quod ſolea pueri ferula juvenes objurgarentur. Nec alia certe prima adoleſcentia Domitiani, quam committit cum ejuſdem pubertate Suetonius. Hoc certum, ætatem illam Domitiani, & ſub Nerone fuiſſe, & turpibus amoribus idoneam, qualis illa fuerit oportet de qua agimus. Pubertatemque ab anno ætatis XIV. arceſſit (*d*) Feſtus. De hac ætate ita (*e*) Cenſorinus: *De tertia autem ætate adoleſcentulorum tres gradus* (inquit) *eſſe factos in Græcia, priuſquam ad viros perveniatur, quod vocent annorum quatuordecim* παῖδα; μελλέφηβον *autem quindecim; dein ſedecim* ἔφηβον; *tum ſeptemdecim* ἐξέφηβον. Plane adoleſcentuli ſunt, ut videmus, quorum gradus hoſce recenſet, pro Græcorum mente, Cenſorinus. Ita imberbem (*f*) adoleſcentulum patrem Clodii adoptivum appellat Cicero, quem, rotundo uſus numero, minorem annis viginti fuiſſe dicit. Erat ergo adoleſcentuli ætas imberbis, quæ hoc ipſo nomine dubia erat, eſſetne potius pueritiæ accenſenda. A barbæ enim illa veſte inveſtes dicti pueri, & veſticipes adoleſcentes. Nonius: *Inveſtes dicuntur impuberes, quibus propter teneram ætatem nulla pars corporis pilat.* Ita pueros barbatis (*g*) opponit Juvenalis, prima nempe barba veſtitis, ſeu prima potius lanugine. Ab illis enim barbæ pilis finis plerumque cenſebatur pueritiæ. Sic (*h*) Iſidorus: *Puer a puritate vocatus, quia purus eſt, & necdum lanuginem floremque genarum habens.* Et barbam veſtis nomine intellexit verbis illis (*i*) Virgilius:

Aurea Cæſaries ollis, atque aurea veſtis.

Facere tamen ad pueritiæ finem initiumque adoleſcentiæ cenſebantur alii quoque ſub axillis pili. Tunc Hirquitalli dicti pueri veteribus Latinis, τραγίζειν Græcis, ſeu a libidine, ut vult (*k*) Feſtus, hircina; ſeu a fœtore corporis hircino, unde *hircum olere* apud (*l*) Horatium, & *gens Centurionum hircoſa (m)* Perſio; ſeu denique a voce craſſiore hircina, ut voluit (*n*) Ariſtoteles, & poſt illum Cenſorinus. *In alis cubare hircum* illum teſtatur (*o*) Horatius; *ſub alarum valle caprum* (*p*) Catullus. Cum barba etiam prima committit (*q*) Martialis. Sic enim ille:

Inde tragos, celereſque pili, mirandaque matri
Barba.

Erant quidem ex his ætatis ſignis nonnulla hujus, de qua agimus, adoleſcentiæ fine paulo maturiora. Gloſſæ veteres: *Irquis*, τραγιῶν παῖς ἀρχὴν ἡβῶσας. Sic enim Græca recte, uti puto, emendavit (*r*) Scaliger. Ita initio pubertatis convenerit hircinus ille ſeu corporis fœtor, ſeu vocis ſonus. Et ſane vocis craſſiorem illum ſonum ſecundæ annorum hebdomadi exeunti, vel tertiæ incipienti aſſignat (*ſ*) Cenſorinus. Nec aliter Ariſtoteles, qui poſt annos illum ponit bis ſeptenos. Sed barbæ tamen nota adoleſcentiam noſtram, pro recepto vulgi ſermone, deſignavit accurate. Primam nimirum intelligimus barbæ lanuginem, quæ imberbem illam adoleſcentuli adoleſcentiam proxime excipiebat. Primam certe barbam, & quidem gravem illam, cum demeteretur, ut loquitur (*t*) Juvenalis, anno tamen radebant (*u*) ætatis XXI. ita nempe gravem, ut pyxide aurea conditam Jovi Capitolino conſecraret (*x*) Nero Imperator. Proinde annorum aliquot antequam ſummitteretur, barbam fuiſſe conſentaneum eſt. Prima adoleſcentiæ barbatæ lanugo ab anno cenſebatur ætatis XVIII. eoque, ut videtur, expleto. Hoc nos docet (*y*) Juvenalis, cum barbatum ſuum, quem puero opponit, quatuor dumtaxat annis puero majorem agnoſcit, & prima tantummodo lanugine veſtitum. Ita prima lanugo in annum XVIII. expletum convenerit, cum etiam pueritia in anno XIV. ſimiliter expleto terminata fuerit. Inde barbatuli (*z*) juvenes appellabantur ad illum uſque annum, ut videtur, quo barbam primam radebant, ætatis ſcilicet XXI. Hanc pubertati plenæ ætatem conſtituunt (*a a*) Juriſconſulti, uſque a temporibus Hadriani. Nec id immerito, etiam pro ſententia veterum. Docet enim nos (*b b*) Cicero annum fuiſſe

(*a*) Suet. Calig. cap. 20.
(*b*) Juven. *Sat.* I. verſ. 15.
(*c*) Perſ. *Sat.* V. verſ. 169.
(*d*) Feſt. voc. *pubes.*
(*e*) Cenſorin. *de die nat.* cap. 14.
(*f*) Cicero *pro dom. ſua.* capp. 13. 14.
(*g*) Juven. Sat. XIII. verſ. 55.
(*h*) Iſidor. lib. XI. cap. II.
(*i*) Virg. *Æneid.* VIII. verſ. 659.
(*k*) Feſt. *Hirquitall. & Irquit.*
(*l*) Horat. *Serm.* lib. I. *Sat.* 2. & 4.
(*m*) Perſ. *Sat.* III. verſ. 77.
(*n*) Ariſtot. *Hiſt. Animal.* lib. VII.
(*o*) Horat. *Epod.* XII.
(*p*) Catull. *Carm.* 7.
(*q*) Martialis. lib. XI. Epig. 23.
(*r*) Scalig. *ad Feſt.* voc. *Hirquitalli.*
(*ſ*) Cenſorin. cap. 14.
(*t*) Juven. *Sat.* I. verſ. 25.
(*u*) Macrob. *in Somn.*
(*x*) Suet. *Ner.* cap. 12. Dionyſ. *Xiphilin.*
(*y*) Juven. *Sat.* XIII. verſ. 56. 57. 58. 59.
(*z*) Cicero *ad Att.* lib. XVI.
(*a a*) *Dig.* L. I. tit. 7. l. 40. I. L. XXXIV. tit. I.
(*b b*) Cicero, *Orat. pro M. Cœlio.*

unum olim (a toga ſcilicet virili, finitaque annorum certe XVII. quæ fuerat olim recepta, pubertate) *ad cohibendum brachium toga conſtitutum, & ut exercitatione ludoque campeſtri uterentur. Eademque* (inquit) *erat, ſi ſtatim mereri ſtipendia cœperamus, caſtrenſis ratio, ac militaris.* Hinc ergo intelligimus, cur ratas admodum habeamus virorum facundorum ante annum XIX. *actiones.* Necdum enim licuit, per diſciplinam modeſtiæ juvenilis, brachium extra togam exerere, quod tamen his ipſis temporibus ad pronunciationem neceſſarium fuiſſe, ex ipſo ſatis conſtat (*a*) Quinctiliano. Leges ille dicit, in pronunciatione, manibus utriſque etiam de toga componenda, a togæ illa cohibitione alieniſſimas. Ita ante annum XVIII. exactum *cauſſas* Orator agere commode non potuit. Et tamen anno XVII. abſoluto, finem fuiſſe conſtat adoleſcentiæ imberbis, illius ſcilicet, quæ puerorum ſocia erat in ſcholarum Rhetoricarum diſciplina. Hæc certe adoleſcentia erat propriiſſime ita appellata. Inde exoleti audiebant impudici, non certe ultra corporis hircinum fœtorem & primam barbæ lanuginem, injuriis illis opportuni & idonei. Flore nimirum illo, quem veteres appellabant, ætatis marceſcente, deinceps adoleſcendi finem feciſſe cenſebantur. *Exoletus qui adoleſcere*, id eſt, *creſcere deſiit*, inquit Feſtus. Florem enim illum adoleſcentiæ tribuunt veteres. Hieronymus in Gloſſario indito: *Adoleſcentia flos ætatis.* Nec aliter Cicero in *Topicis*. Et florem ætatis contaminatum Cæſari exprobravit (*b*) Cicero. Et conſtupratum adoleſcentulum memorat (*c*) Suetonius. Inde intelligimus adoleſcentulorum, de quibus agimus, hanc fuiſſe adoleſcentiam. Fateor equidem Plinium, qui, cum primam *cauſſam* ageret, annum agebat (*d*) XIX. a ſe tamen haberi pro (*e*) adoleſcentulo. Recte id nimirum, ſi priorem adoleſcentiæ univerſæ partem in animo habebat. Adoleſcentiam enim (*f*) Varro ab anno ætatis XV. ad annum deducit XXX. Sed receptior erat alia adoleſcentiæ æſtimatio a Solonis notiſſima elegia deducta, quæ ætates per annorum hebdomadas partiebatur, & ab anno proinde ætatis XIV. expleto, adoleſcentiam cenſebat ad annum XXVIII. ſimiliter expletum. Ita e Romanis etiam (*g*) Cenſorinus, & prædictum S. Hieronymi Gloſſarium Balliolenſe: *Adoleſcentia tertia ætas hominis, quæ duabus conſtat hebdomadibus propter intellectum & actionem.* Utrovis modo in dimidiam partem adoleſcentiæ priorem incidebat ætas illa Plinii adoleſcentuli, quæ ratio illi eſſe potuit, cur ita loqueretur. Sed & alia quoque ratio fortaſſe erat, ſi de barbata illi ſermo eſſet adoleſcentia. Certe barbatulos illos potius quam barbatos cenſebant, dum primam barbam poſuiſſent anno, quo dixi, XXI. Forma utique eadem, qua etiam adoleſcentulos, diminuta. Interim nihil obſtat quo minus vox adoleſcentuli ſimpliciter accepta, imberbem potius adoleſcentiam denotet quam barbatam. Hi certe erant adoleſcentuli, quos totos dies apud Rhetoras deſidere cauſati ſunt (*h*) Cenſores. Hoc erat noſter in numero Quinctilianus. Eſt tamen alia nonnunquam laxior vocis ſignificatio. In Satyrico (*i*) Petroniano Giton annorum circa XVI. *criſpus* tamen, *mollis*, *formoſus*, & *puer*, appellatur. Alibi tamen idem Giton cum (*k*) ſeptenni puellula comparatur. Fieri ergo poteſt, ut, pro XVI. ſit potius, legendum XIV. Sed nec alibi deſunt laxioris uſus exempla: Auguſtum *vicennem puerum* tamen appellat (*l*) Brutus. Criſpinum etiam (*m*) *ſedecennem* (*n*) *puerum* aliquoties ſimiliter indigitat Papinius Statius. Immo *vicennem puerum* memorat coævus noſtro (*o*) Martialis. Sed alia vocis certe ratio eſt, cum affectu aliquo ſeu contemptus, ſeu etiam blanditiarum, adhibetur. Tunc enim proclive eſt, ut plus æquo deprimatur, pro modo, quo res æſtimare ſolent homines illis affectibus præpediti. Alia tamen longe illa, qua pro ætatis temporiſque nota uſurpatur. Tum enim certe vel receptam illam pueritiam deſignabit, vel ad rem, de qua agitur, deſignandam prorſus erat inutilis. Hoc autem ſenſu vocem illam intellexit noſter Quinctilianus.

IV. Itaque, cum ſuam ille adoleſcentuli ætatem cum Domitii Afri committit ſenectute, extremam illam proculdubio ſenectutem intellexit, quæque mortem Domitii proxime præceſſerit. Audivit enim illum ad mortem uſque etiam deficientem, ſeque (cum deficeret) vidiſſe teſtatur, cum ne quidem deficiens Domitius a foro tamen abſtinuerit. Sed vero Domitii mortem anno demum æræ noſtræ Chriſtianæ LIX. exeunti aſſignat (*p*) Tacitus. Ita duo lucrabimur; nec ante annum æræ Chriſtianæ XLII. nec poſt annum XLV. naſci noſtrum potuiſſe Quinctilianum. Si antea natus fuiſſet, non potuit appellari, cum Domitius moreretur, adoleſcentulus, qui, ſi annum XVII. exceſſiſſet, primum illum veteris adoleſcentiæ, & cum pueritia veteri communem, gradum ſuperaverat. Erat enim, ab illo deinceps anno, juſtus jam adoleſcens, pro utroque, tam antiquiorum quam juniorum, cenſu; non autem amplius adoleſcentulus. Sin poſt annum XLV. natus fuiſſet, jam puer fuiſſet ſolummodo vivo Domitio, & ne quidem ullo ſenſu juvenis aut adoleſcentulus.

Quinctilianus adoleſcentulus, cum moreretur Domitius Afer, an. vid. Ær. Ch. LIX.

(*a*) Quinct. *Inſt.* lib. XI. cap. 3.
(*b*) Suet. *Cæſ.* cap. 42.
(*c*) Suet. *Vitell.* cap. 12.
(*d*) Plin. lib. V. Epiſt. 8.
(*e*) Plin. lib. I. Epiſt. 18.
(*f*) Ap. *Cenſor.* cap. 14.
(*g*) Cenſorin. *ibid.*
(*h*) Ap. Suet. *de Rhet.* cap. 1.
(*i*) Petron. cap. 97.
(*k*) *Ibid.*
(*l*) Ap. Cicer. *ad Brut.* Epiſt. 16.
(*m*) Stat. lib. V Sylv. 2. verſ. 12.
(*n*) *Ibid.* verſ. 8. 27. 51. 82.
(*o*) Mart. lib. VII Epig. 13.
(*p*) Tacit. *Ann.* lib. XIV. cap. 19.

Et quidem illa adoleſcentuli ætate fere expleta. Natus proinde ſub finem anni Ær. Ch. XLII.

V. Sic tamen inter duos hoſce annos Quinctiliani natalem ego conſtituendum exiſtimo, ut ad priorem annum XLII. ſit propius admovendus. Erat enim, uti vidimus, non jam amplius, cum Domitium audiret, Romano cenſu puer, ſed adoleſcentulus. Itaque togam jam mutaverat, & pro puerili prætexta virilem atque puram induerat; quam tamen non ipſo, qui XIV. ætatis annum claudebat, natali; ſed alio aliquo, qui in annum XV. incurrebat, feſto ut plurimum induere ſolebant. Id enim ſatagebant, & pro virilitatis honore ſummo habebant, ut quam poſſent maxima amicorum pompa atque apparatu in forum deducerentur. Togam ita dedit Quinti fratris filio Quinto die feſto Liberalium (*a*) Cicero. Sic Conſulatus duos ea ipſa de cauſſa ſuſcepit (*b*) Auguſtus, ut nepotes Caium Luciumque conſulari apparatu in forum deduceret. Erant enim diebus feſtis non veſtium dumtaxat ſplendidior ornatus, ſed major etiam amicorum, in urbe, frequentia. Inde XV. ætatis anno togam frequentius tribuunt auctores, quod eo jam labente, & magna etiam ex parte ſæpe elapſo, indui ſoleret. Hoc nos alibi (*c*) exemplis horum ſuperiorumque atque inferiorum temporum oſtendimus. Itaque annus ætatis XV. fuerit neceſſe eſt, cum primum Domitium audiret Quinctilianus. Nec tamen moram ejus in Domitio audiendo brevem fuiſſe veriſimile eſt. Alioqui luxiſſet, ſignificaſſet certe, illam tantæ ſpei fruſtrationem. Aliter vix potuit toties & tam grato animo memoriam ejus injicere, ſi brevior fuiſſet illius cum viro tanto conſuetudo. Illum certe Domitium cum Julio Africano cenſet, eorum (*d*) quos viderit Oratorum longe præſtantiſſimos; illum, inquam, (*e*) *Domitium longe omnium ſummum Oratorem.* Nec tamen unquam dolet ereptum ſibi, quam vellet, maturius, quo adeo moleſte fuiſſet cariturus. Accedit præterea, quod defecerit in fine, in rei oratoriæ exiſtimatione, Domitius. *Vidi* (inquit (*f*) noſter) *ego longe omnium, quos mihi cognoſcere contigit, ſummum Oratorem Domitium Afrum valde ſenem, quotidie aliquid ex ea quam meruerat auctoritate perdentem; cum, agente illo, quem principem fuiſſe quondam fori non erat dubium, alii (quod indignum videbatur) riderent, alii erubeſcerent.* Hæc certe cum fierent, vix credi poteſt, tum primum ſeſe Quinctilianum ad Domitium contuliſſe; cum hæc paſſim recepta eſſet de Domitio opinio. Vigentem potius florentemque Domitium ſectatus eſt; cum ea demum mutatio ut contigerit, obſervarit ipſe Quinctilianus. Proinde aliquot, ante Domitii exceſſum, annis. Nec enim ſubito obſervari ſolent tantæ illæ mutationes; cum ſoleat minores defectus obſcurare fama jam olim acquiſita, paſſimque peritiorum judicio recepta atque celebrata. Accedit denique & aliud diutinæ in Domitii diſciplina moræ argumentum, quod duorum a Domitio ſcriptorum de teſtimoniis librorum pleraque ſibi ex ipſo cognita (*g*) teſtetur ipſe Quinctilianus. Erat enim illud celebrioribus præceptoribus in more, ut dictata eorum ſcriptis exciperent diſcipuli. Sic libros duos, (*h*) ante haſce Inſtitutiones, de hac eadem Arte Oratoria ſcriptis mandaverant, ſeque inconſulto, ediderant ipſius Quinctiliani diſcipuli, priorem pueri, poſteriorem juvenes. Hos enim fuiſſe in ſcholis Rhetorum diſcipulorum ordines, jam antea e Quinctiliano ipſo obſervavimus. Sic fabulas Oratorum, Senatoriorum, & *diſputationes, & arcana ſemotæ dictionis* penitus excepit (*i*) Auctor Dialogi de Oratoribus, eadem ipſe qua Quinctilianus, cum Domitium audiret, ætate, admodum juvenis. Eadem etiam cum majoribus illis Quinctiliani diſcipulis. Sed vero pueris vix potuit, pro Romana diſciplina, libera eſſe cum Oratoribus Senatoriis converſatio. Ægre illis foras prodire conceſſum eſt, niſi patre comite aut pædagogo. Togam plane virilem ſumpſerit oportet, qui domos Oratorum frequentarit. Qui ergo XV. ætatis annum cœperat, cum ſe Domitio Afro traderet imbuendum, fieri certe vix poteſt, quin annum ætatis XVI. in ejuſdem diſciplina conſummaverit. Cum tamen adoleſcentulus in ejus ſchola perſeveraverit, proinde annum XVII. ætatis, cum obiret Domitius, nondum expletum fuiſſe veriſimillimum eſt. Itaque anni XLII. fine natum Quinctilianum fuiſſe crediderim. Nec ſane longe me a vero ejus natali aberrare puto.

Coſſutianus Capito damnatus anno Ær. Chr. 57. adoleſcente Quinctiliano.

VI. Obſtat certe, ne multo ſerius differri potuerit, nota quoque aliæ ætatis ſuæ a (*k*) Quinctiliano ipſo memorata. *Egregie* (inquit) *nobis adoleſcentibus, dixiſſe accuſator Coſſutiani Capitonis videbatur, Græce quidem, ſed in hunc ſenſum, erubeſcit Cæſarem timere.* Bis quidem, fateor, e Tacito conſtat, periclitatum fuiſſe Coſſutianum illum Capitonem. Utrobique de lege Cincia, qua cautum, ne quis ob *cauſſam* orandam pecuniam donumve acciperet. Primo ſub (*l*) Claudio, anno æræ noſtræ Chriſtianæ XLVII. Tum deinde ſub (*m*) Nerone, anno ejuſdem æræ LVII. Sed poſteriorem illam accuſationem intellexit certe Quinctilianus. Priori enim vice non erat nominatim delatus Coſſutianus. Sed cum id ageretur, ut lege repetundarum tenerentur qui præmia accepiſſent advocati, *cauſſam* ſuam agi ſenſerunt Coſſutianus ille & Suilius, *nec judicium* (inquit Tacitus) *quippe in manifeſtos, ſed pœnam ſtatui videbant.* Inde *Cæſarem circumſiſtentes ante acta deprecati ſunt.* Nulla hic prorſus erat delatio, nullus accuſator; ſed pœnæ dumtaxat, etiam

(*a*) Cicero *ad Attic.* lib. v. Epiſt. 20.
(*b*) Suet. Aug cap. 26.
(*c*) Præl. v. *ad Sp.* Adrian.
(*d*) Quinct. lib. x. Inſt cap. 1.
(*e*) Quinct. lib. xII. cap. 11.
(*f*) Ubi ſupra.
(*g*) Quinct. lib. v. Inſt. cap. 7.
(*h*) Quinct. lib. 1. Inſtit. Proœm.
(*i*) Dialog. capp. 1. 2.
(*k*) Quinct. Inſt. lib. vI. cap. 1.
(*l*) Tacit. *Ann.* lib. xI. cap. 6.
(*m*) *Idem.* Ann. lib. xIII. cap. 33.

nemine deferente, metus. Atqui ſub Nerone accuſatus eſt is idem Coſſutianus a Cilicibus, quaſi *idem jus audaciæ apud illum in provincia ratum eſſet, quod in urbe exercuerat.* Hic *pervicaci accuſatione conflictatus, poſtremo defenſionem omiſit, ac lege repetundarum damnatus eſt.* Hic locum habuit lingua etiam, quam in Coſſutiani Capitonis accuſatore obſervaverat Quinctilianus noſter, Græca. Erat enim ea Cilicum. Ita hic annum tenemus, qui in prædictam illam inciderit Quinctiliani adoleſcentiam. Id quoque tenemus, poſt annum XLIII. ne quidem naſci potuiſſe. Nec enim ita anno LVII. togæ virilis annos potuit impleviſſe, ut togam ſumeret. Imo initio anni LVII. accuſationem illam Coſſutiani fuiſſe veriſimillimum eſt; ſi quidem anni ſuperioris fine diſceſſerit e provincia ipſe Coſſutianus. Sic enim ſolebant qui in longinquas miſſi eſſent provincias, ut ſero in provincias appellebant, (poſt mare liberum, menſemque Martium, aut Aprilem, aut aliquando ſerius Roma profecti) ita ſero, nec prius quam ad exitum annus ſpectaret, Romam redire. A die enim appulſus in provinciam numerandi erant anni, quibus provinciis præficiebantur, ut e Ciceronis provincia conſtat Cilicienſi, multiſque ejus hoc de argumento ſcriptis epiſtolis. Sic, niſi anno XLIII. ineunte natus fuiſſet Quinctilianus, non potuit anno LVII. itidem togam ſumpſiſſe, quæ anno XV. affecto ſumi ſolebat, atque adoleſcentibus accenſeri. Melius omnia reſpondebunt, ſi anno XLII. exeunte natus fuerit, & tamen ante menſem, menſiſve diem, quo Domitius Afer, poſt multos tamen inde annos, extinctus fuerit.

Auditus etiam a Quinctiliano Servilius Nonianus, eodem, quo Domitius, extinctus anno Domini LIX.

VII. Faciet præterea ad eamdem temporis notam Orator alius, eodem quo Domitius anno, eodemque teſte Tacito, extinctus. Servilium illum appellat Tacitus, ſi tamen idem ille Servilius cum Servilio Noniano, quem ab Oratoria celebrat, non noſter modo (*a*) Fabius, ſed Auctor etiam (*b*) Dialogi de Oratoribus. Servilium certe Nonianum a ſe auditum teſtatur ipſe Quinctilianus. Et cum auditum agnoſcit, id ſimul, ni fallor, innuit, tum illum in foro celebrem fuiſſe, cum ſtudiis operam daret Quinctilianus, nondum ipſe foro initiatus, adhuc nimirum diſcipulus, nondum patronus; adhuc eo diſcipulatus gradu, ut foro intereſſe liceret, quod non pueris, ſed adoleſcentulis, conceſſum jam oſtendimus. Et de illo ſane loquitur Servilio Noniano Auctor Dialogi, quaſi nondum eſſet amplius in vivis VI. illo Veſpaſiani anno, quo Dialogus fuiſſe ſupponitur: ſic etiam ut Aufidio Baſſo poſtponat, pro temporis, ni fallor, quo ſunt extincti, ordine. Hunc ipſum Aufidium Baſſum memorat (*c*) Seneca, jam *ſenio degravatum, quaſſum, ætati obluctantem, mortiſque in confinio* poſitum: talem nimirum illum, ut poſt illam mentionem diu ſupereſſe non potuerit. Hæc anno, ut videtur, proximo ante incendium Lugdunenſe (*d*) Seneca. Sequitur enim mentio veris, alterius, ni fallor, anni. Tum illo anno, ſi temporis ordinem in epiſtolis diſponendis obſervaverit, conflagratio illa ſequitur urbis (*e*) Lugdunenſis, quam anno coloniæ tribuit centeſimo. Deduxit coloniam illam L. Munatius Plancus anno urbis Varroniano 711. teſte Dione. Ita arſerit anno ejuſdem epochæ 811. qui idem eſt Æræ noſtræ Chriſtianæ 58. Ita deceſſerit Aufidius anno epochæ Chriſtianæ 57. Recte ante Servilium Nonianum, qui, pro Taciti rationibus, eodem anno obiit quo Domitius, Chriſti nimirum LIX. Ne dubitemus eumdem eſſe Servilium illum Nonianum ab Auctore Dialogi memoratum cum Taciti Servilio.

Conveniunt notæ pueritiæ ejus, qua quidem nobis apparent.

VIII. Conveniunt porro fines pueritiæ ſuæ a Quinctiliano ipſo deſignati, qua quidem nobis explorati ſunt. *Nobis* (*f*) (inquit) *pueris inſignes pro Voluſeno Catulo Domitii Afri, Criſpi Paſſieni, Decimi Lælii, orationes ferebantur.* Nec ſane potuit Criſpi Paſſieni oratio aliqua in aliam aliquam, pro noſtris rationibus, ætatem Quinctiliani, quam puerilem, incidere. Erat enim Criſpus ille Paſſienus Orator Agrippinæ conjux, & Neronis, poſtea Imperatoris, proinde vitricus, fraude Agrippinæ conjugis occiſus. Nupſit Agrippina Claudio patruo anno Æræ Chriſtianæ XLIX. teſte (*g*) Tacito, ipſis Kalendis Januariis, ut nos docet (*h*) Suetonius. Imo anno ſuperiori XLVIII. de illo matrimonio actum diſcimus e Tacito. Nec enim antea quam ſui matrimonii certa eſſet Agrippina, illud etiam a Claudio impetravit, ut filia Claudii Octavia jam antea L. Silano deſponſa Neroni ſuo uxor daretur. Inde Silanus a Vitellio Cenſore Prætura Senatuque motus, atque abdicare coactus: quam quidem abdicationem IV. Kalendas Januarias tribuit Suetonius. Hinc ſane conſtat, jam illo anno XLVIII. mortuum fuiſſe Paſſienum, quem certe Claudio Imperium adepto mortuum, tam e Seneca diſcimus, quam etiam e Tacito & Suetonio. Paſſieni de Claudio dictum a (*i*) Seneca in teſtimonium adducitur: *Malo divi Auguſti judicium, malo Claudii beneficium.* Hoc certe ante Claudii imperium, quo penes Claudium beneficia erant, non potuit dicere Paſſienus. Scribit præterea ad illum de exilio ſuo Epigramma (*k*) Seneca, exul nimirum

(*a*) Quinct. lib. x. *Inſt.* cap. 1.
(*b*) Dialog. cap. 23.
(*c*) Senec. Epiſt. 30.
(*d*) Senec. Epiſt. 67.
(*e*) Senec. Epiſt. 91.
(*f*) Quinct. lib. x. *Inſt.* cap. 1.
(*g*) Tacit. *Ann.* lib. XII. cap. 7.
(*h*) Suet. Claud. cap. 29.
(*i*) Senec. *de Benef.* lib. 1. cap. 15.
(*k*) Epigr. VI. ante conſ. ad *Helviam.*

ipſe ſub Claudio, opera Meſſalinæ. Dictum ejuſdem de Caligula refert etiam (a) Tacitus, *neque meliorem unquam ſervum, neque deteriorem dominum fuiſſe.* Hoc etiam certe extincto Caligula, atque imperante Claudio. Suetonii verba ſunt in hanc ſententiam diſertiſſima. Sic enim ille de Nerone: *Verum (b) Claudio imperium adepto, non ſolum paternas opes recuperavit, ſed & Criſpi Paſſieni vitrici ſui hereditate ditatus eſt.* Male ergo mors ejus ſub Caligula refertur in Chronico Euſebiano. Sed multa ſunt iſtiuſmodi in Chronico illo ab Hieronymo plerumque quoad res Romanas interpolato male diſpoſita. Illud tamen certum, ante Claudii imperium, ne quidem potuiſſe Paſſieno nubere Agrippinam. Deceſſit maritus ejus prior Domitius Neronis Imperatoris pater, (c) Nerone ipſo trimulo. Natus eſt Nero Decemb. XV. anni quo obiit Tiberius, Æræ Chriſtianæ XXXVII. Ita patrem amiſerit anno ejuſdem Æræ XL. Tum a fratre Caio Agrippina, Jovem ſe fingente, cum aliis ſororibus, vitiata eſt, tandemque relegata; nec antea, quam Claudius imperaret, reducta, boniſque reſtituta. Hoc ſane intervallo nupſiſſe illam incredibile eſt, ſeu cum a fratre ſtupraretur, (quod anno demum eodem quo mortuus fuerat maritus XL. factum conſtat e (d) Dione,) ſeu cum ageret in exilio. Itaque inter annum XLI. & XLVIII. neceſſe eſt contigiſſe illud Agrippinæ cum Paſſieno matrimonium. Ita potuerit Paſſienus, Quinctiliano puero, utramque habere conjugem, tam ſcilicet primo Domitiam, quam poſtea Agrippinam. Idque ſane fuiſſe videtur, Quinctiliano ipſo teſte, veriſimillimum. Sic enim ille de Junio Baſſo: (e) *Nobis (inquit) pueris, Junius Baſſus, homo imprimis dicax, Aſinus albus vocabatur.* Ita plane appellatus propter illam ipſam dicacitatem, ut oſtendit (f) Turnebus. Illius dicam in Paſſieni Domitiam recenſet, non multis interpoſitis, idem (g) Quinctilianus. Ea ſi cauſſa fuerit cur ita cognominaretur Junius Baſſus; ſic in pueritiam Quinctiliani convenerit Domitia quoque illa Paſſieni. Certe cum primum inclareſceret illo dicacitatis nomine Junius Baſſus, tum novum nactus eſt *Aſini albi* cognomentum. Id quoque, Quinctiliano ipſo, ut vidimus, teſte certum eſt, in ſuam pueritam incidiſſe Junii Baſſi illam, ſcurrilitatis nomine, claritatem. Id denique certum eſt, provectiori Quinctiliani ætati convenire minime potuiſſe jocum illum in Paſſieni priorem uxorem Domitiam; cum ne quidem ultra pueritiam illius pertigerit mors ipſa Paſſieni. Potuit ergo pueritia Quinctiliani antiquior eſſe dica illa in Domitiam, non potuit eſſe ſerior. Sed nec multo eſſe potuit antiquior. Vixit enim Baſſus ille nupera, etiam cum Inſtitutiones illas ſcriberet Quinctilianus, memoria. Certe poſt Caſſium Severum & Domitium Afrum, ne vetuſtiores fuiſſe ſuſpicemur, quibus nupera illa memoria opponitur. Ita nec multo ante Quinctiliani pueritiam, pro noſtra Chronologia diſpoſitam, jocari illa potuit Baſſus in Domitiam Paſſieni. Imo ſatis illa omnia commode conciliari invicem poſſunt pro noſtris hypotheſibus. Erat enim Quinctilianus anno Æræ Chriſtianæ XLVIII. quo Paſſienum obiiſſe ſuſpicamur, ad minimum ſexennis. Quo certe ſpatio uxorem utramque, tam Domitiam, quam Agrippinam, habere potuit Paſſienus. Nec diu illum poſt nuptias Agrippinæ vixiſſe veriſimile eſt. Filium enim illa Neronem in ſpem imperii, per fas & nefas, augendum cenſuit, quem etiam hereditate vitrici Paſſieni locupletatum teſtis eſt Suetonius. Heredem tamen ille non Neronem ſcripſerat, ſed ipſam Agrippinam: ſi tamen nos vera doceat vetus Juvenalis (h) Scholiaſtes. Itaque & propter hereditatem (quam illi copioſam fuiſſe exinde conſtat, quod funere ſit elatus publico) illi nupſit Agrippina, in filium transferendam; & propter illam ipſam hereditatem illum viſa eſt e medio ſuſtuliſſe. Proinde prima quaque, ut videtur, ſceleris occaſione. Fieri poteſt ut pacta fuerit, cum Paſſieno nuberet, de teſtamenti hereditate, pro eodem exemplo, quo Claudio nubens pacta eſt Neroni ſuo uxorem Octaviam; tum deinde illum ſuſtulerit, ne mutaret teſtamentum. Moram illa, quam breviſſimam, ſi vera fuerint, exigebant; & ne falſa videantur ſuadent mores feminæ ſceleratiſſimæ alioqui notiſſimi. Denique nec illud obſervatu indignum eſt, quod ait: *Nobis pueris inſignes pro Voluſeno Catulo orationes ferebantur.* Non ait auditas a ſe puero illas orationes, cui, per ætatem puerilem, ne quidem patuit in forum, ubi habebantur, aditus. Ne quidem lectas a ſe puero fuiſſe innuit. Tantum ait, *ferebantur*, ut doceret, non quidem ſibi, aut coævis pueris innotuiſſe, ſed majoribus rei Oratoriæ ſtudioſis. Plane pueritiam deſignavit, qualem noſtræ ferunt rationes, ita ab Oratoribus in foro audiendis remotam, ut ne quidem legendis in ſchola par fuerit Oratorum illuſtrium orationibus.

Galbam Quinctilianus in Provinciam Hiſpaniam comitatus eſt.

IX. Sed vero poſt Domitium Afrum & Servilium Nonianum alios ſuos præceptores nullos memorat Quinctilianus. Proinde merito eſt, quod ſuſpicemur, non diu poſtea ab illo ſcholas Rhetorum fuiſſe frequentatas. Et quidem illa adoleſcentiæ ætate a ſtudiis Rhetorices ad uſum ſe conferre ſolebant adoleſcentes, ab anno, ut vidimus, ætatis circiter XIX. labente ſcilicet, expleto autem XVIII. qui annus erat cohibendo intra togam brachio poſt primam adoleſcentiam legitimus. Tunc enim prima lanugo, & prima,

(a) Tacit. *Ann.* lib. VI. cap. 20.
(b) Suet. Neron. cap. 6.
(c) Suet. Neron. *ibid.*
(d) Dio, lib. LIX.
(e) Quinct. lib. VI. *Inſt.* cap. 3.
(f) Turneb. Adverſ. XXVIII. 35.
(g) Quinct. lib. VI. cap 3.
(h) Schol. in *Juvenal.* Sat. IV. verſ. 81.

proprieque ita dicta, virilitas. Tunc prima illis a pueris, quos quatuor annis præcedebant, reverentia, ut par ſenectæ fuerit aliquatenus, (*a*) Juvenale teſte, vel prima illa lanugo. Et quidem opportune accidit, ut ipſo illo ætatis Quinctiliani, pro noſtris calculis, anno; ſecundo autem a morte Domitii, Ætæ noſtræ Chriſtianæ LXI. in Hiſpaniam mitteretur a Nerone Galba. Octennio enim provinciam illam tenuiſſe, teſtes habemus diſertos (*b*) Suetonium & (*c*) Plutarchum. Rediit autem Romam Galba eo ipſo anno, quo Nero interfectus eſt, LXVIII. ſed exeunte. Ita incipere octennium illud anno alio non potuit, quam illo, quem nos numeramus Æræ noſtræ receptæ LXI. Hoc ergo anno, cum in provinciam Hiſpaniam proficiſceretur Galba, noſtrum etiam comitem accepit, ni fallor, Quinctilianum. Scio nullum eſſe, qui id diſerte teſtetur, hiſtoricum. Et tamen ita rem habuiſſe ſuſpicor. Erat enim certe Galba Quinctiliani patronus, ut exinde conſtat, quod reverſus e provincia Quinctilianum ſecum Romam duxerit, teſte, ut videbimus, Hieronymo. Fuerat ergo in Hiſpania, cum Galba illi præeſſet, Quinctilianus. Imo Hiſpanum illum, & quidem Calagurritanum, agnoſcit (*d*) Auſonius. Ea ratio eſſe potuit, cur primam Artis Oratoriæ profeſſionem facere vellet in patria, & libenter illam Galbæ in provinciam ituri invitationem amplecteretur. Convenit præterea, uti dixi, ætas Quinctiliani XIX. annorum, eadem nimirum illa, qua & L. Craſſus olim, & hoc ipſo ſeculo Plinius Quinctiliani diſcipulus Oratoriam auſpicatus eſt. Nec ſane aliud ullum tempus habemus monimentis conſignatum, quo in patriam conceſſerit, aut quo illa geſſerit, unde poſtea Calagurritanus fuerit appellandus. Puer certe atque adoleſcens Romæ fuit, ut ex his ipſis conſtat Inſtitutionibus. Et cum ſalarium e fiſco acciperet, per (*e*) viginti annos continuos Romæ egit. Imo poſtquam ſeſe illo docendi munere publico abdicaſſet, adhuc Romæ hæſit. Ibi (*f*) uxorem perdidit; ibi filium (quem deflet) utrumque. Ibi illum deprehendit (*g*) Domitianus, cum nepotum ſtudiis illum præficeret. Ibi Inſtitutiones haſce continuo (*h*) biennio, &, quod excurrebat, abſolvit. Ibi ſecundas nuptias inivit, & novam de ſecundis illis nuptiis filiam ſuſtulit, cui dotem auxit diſcipulus ejus (*i*) Plinius. Sic ille nullam ætatis partem in Hiſpania agere potuit, ſi hanc, in qua verſamur, non egerit. Quid dico ipſe? Imo ne majores quidem illius alibi, præterquam Romæ, legimus. Hic certe patrem (*k*) ſuum ipſe memorat. Hic etiam avum ejus fortaſſe vidit audivitque M. Annæus (*l*) Seneca pater. Cur ergo Calagurritanus appellandus, ſi mora ejus in urbe patria Calagurritana nulla fuerit inſignis? quæ tamen alia, quam hoc tempore, nulla inſignis eſſe potuit. Potuit, fateor, a patria cognomen accipere, ut numquam prorſus fuiſſet in patria. Sed fuit certe, fuitque hoc ipſo, ut videtur, tempore, quo Galba provinciæ ejus patriæ præfectus eſt. Res ſane ejus in hoc opere obiter memoratæ diu illum Roma abfuiſſe indicant. Res enim Romæ geſtas a prima pueritiæ memoria repetit, & ab initio adoleſcentiæ. Inde hiatus manifeſtus eſt. Nec enim proximæ ætatis res, hujus nimirum, quo illum abfuiſſe putamus, octennii ullas unquam advocat. Cur igitur dubitemus, qui illum ex Hiſpania Romam reduxit, eumdem Roma illum in Hiſpaniam arceſſiviſſe, amicum nempe ſtudiorum ejus patronumque Galbam?

X. Cæterum, quo munere functus fuerit in patria noſter Fabius, ſcholæ an fori, præceptoriſne an advocati, id fateor eſſe mihi incompertum. Togæ tamen fuiſſe potius, quam Sagi munus, exinde colligo, quod e datis in hoc munere ſui experimentis, Galba illum Romæ, jam Imperator, Scholæ Oratoriæ publicæ præfecerit, & ſalario publico e fiſco ſolvendo inſtruxerit. Nec ſane militaris erat Quinctiliano indoles. Nec ullum incumbebat militandi munus aut neceſſitas. Nec enim illi ſtirps erat Senatoria, & ne jus quidem petendi honores Senatorios, ut ſtipendia ad honores illos neceſſaria implere teneretur. Hoc oſtendunt profeſſio ejus publica, & ſalarium e fiſco; & impares ejus honoribus Senatoriis facultates a Plinio obſervatæ; & Conſularia ejus tandem ornamenta, non ipſe Conſulatus, *honeſtamenta potius nominis, quam inſignia poteſtatis*, ut de eo obſervavit (*m*) Auſonius. Inde facile intelligimus nunquam ab eo geſtum fuiſſe Conſulatum, utpote natalibus debitum, ſed ornamenta dumtaxat Conſularia a Principe impetrata, plane Conſulatibus poſteriorum temporum Codicillaribus affinia, ut & munera ei virorum Conſularium adminiſtrare liceret, & veſtitu Conſularium laticlavio uteretur, & imaginem ſuam habitu Conſulari ad poſteros tranſmitteret. Raræ autem admodum erant, his temporibus, militum conſcriptiones, conſtitutis jam perpetuis præſidiorum limitumque legionibus. Itaque inviti admodum pauci, ſiqui fortaſſe ulli, ad militiam adigebantur. Nec emeritum habere ob oculos potuit, cui ſpes erat auctioris, honeſtioriſque e ſtudiis ſuis lucri. Vigebant autem, non Romæ ſolum, verum etiam in provinciis, ut Juris ſtudia, ſic etiam Artis Oratoriæ. Par enim erat uſus Oratoriæ & neceſſitas in Judiciis provincialibus atque in urbanis. Par etiam ſcholarum neceſſitas Rhe-

Docuit, exercuitque, ut videtur, in Hiſpania, ſub Galba Præſide, Artem ſuam Oratoriam Quinctilianus;

(*a*) Juvenal. Sat. XIII. verſ. 58. 59.
(*b*) Suet. Galb. cap. 9.
(*c*) Plutarch. Galb.
(*d*) Auſon in *Prof.* & Hieronym. in *Chr. Euſeb.*
(*e*) Inſt. Procem.
(*f*) Inſt. lib. VI. Procem.
(*g*) Inſt lib. IV. Procem.
(*h*) Epiſt. ad *Thryphon. Bibliopol.*
(*i*) Plin. lib. VI Epiſt. 32.
(*k*) Quinct. *Inſt.* lib. IX. cap. 3.
(*l*) Senec. *Præf.* ad lib. V. Controv. & alibi.
(*m*) Auſon. *Paneg.* ad Gratian.

toricarum, ut juventus artibus ad forum neceſſariis imbueretur. Imo ſtudia illa in provinciis viguiſſe, in hac etiam ipſa provincia Hiſpania, oſtendunt tot doctiſſimorum provincialium, etiam Hiſpanorum, illis quoque temporibus, exempla, Lucani, Senecarum, Martialis, aliorumque, præter noſtrum, Quinctilianorum. Imo utroque in loco, tam ſcilicet in foro, quam etiam in ſchola, hanc artem noſtrum factitaſſe veriſimillimum eſt. Erat, fateor, e veteribus Iſocrates, qui docuit quidem, non item exercuit, hanc Artem Oratoriam. Sed vocem cauſabatur ille, quo minus exerceret, non ſeparatum aliquod docendi exercendique munus. Erant præterea fortaſſe juniorum Sophiſtarum nonnulli umbraticis illis declamandi, non item veris orandi, controverſiis inſignes. Erant etiam, qui animi magis cauſſa declamarent, quam quod ſcholæ quicquam aut foro præpararent. Hoc erat in numero Juvenalis, teſte vitæ ejus auctore Anonymo. Sed rari admodum erant, illis præſertim, quibus vixit Quinctilianus, temporibus, qui ſeparatam a forenſi uſu profiterentur Oratoriam. Habebant certe diſcipulos celeberrimi quique Oratores, etiam Senatores, etiam Conſulares. Habuit certe Cicero, habuit Domitius Afer, habuit Paſſienus, omnes ordinis ampliſſimi. Et cum ſcholæ præficeretur Quinctilianus, non tamen proinde a *cauſſis* abſtinuit in foro perorandis. Imo illo ipſo XX. annorum ſpatio, quo ſcholæ præfuit, *cauſſas*, quas Romæ egit, publicas egit omnes; nec antea ſcholam abdicavit, quam ſe a foro etiam excuſaſſet. Imo a vero fori uſu, tamque diutina tot annorum experientia, ipſe ſua (*a*) Inſtitutionum Oratoriarum præcepta arceſſit. Proinde innuit ſe fuiſſe interea in forenſi uſu verſatiſſimum. Sic itaque illum, dum in Hiſpania eſſet, feciſſe veriſimillimum eſt. Potuitque Galba, qui foro pariter atque exercitui Hiſpanico præſidebat, fori etiam deſignare advocatos. Sic habuit Cæſar in provincia ſua juriſconſultum Trebatium, non minus fori legumque Civilium proprium, quam fuerint advocati. Hæc certe ratio eſſe potuit, cur Galbam ſecutus fuerit in provinciam, præſertim patriam, Quinctilianus. Spectabantque ad (*b*) Cæſarem, non autem ad populum Romanum, provinciæ Hiſpanicæ reliquæ, excepta Bætica, omnes. Certe illa (cui præfuit Galba, in qua erat Quinctiliani patria, ad Iberum fluvium ſita Calagurris) Tarraconenſis. Inde factum, ut tot annis Galba illam obtinuerit. Erant enim Cæſaris provinciæ, pro Cæſaris placito, plane arbitrariæ. Præcipue poſt Tiberium, qui primus morem illum cœperat, quo pluribus annis iiſdem Præfectis eædem provinciæ credebantur. Rationem etiam, cur Tiberius ita fecerit, tradidit (*c*) Joſephus.

In Hiſpaniam profectus eſt Quinctilianus ann. Ær. Ch. LXI. ineunte, Romam reverſus ann. ejuſdem æræ LXVIII. exeunte.

XI. Itaque cum Galbam ſecutus videatur in provinciam Quinctilianus, eumdemque rurſus e provincia redeuntem comitatus Romam venerit; hinc ſane colligimus e Galbæ in provinciam proficiſcentis redeuntiſque temporibus conſtituendum eſſe diſceſſum noſtri, reditumque, Quinctiliani. Sed vero (*d*) medio Neronis principatu provinciam illam Galbæ oblatam teſtis eſt Suetonius. Hinc facile colligimus anni potius LXI. initio, quam LX. fine, in provinciam conceſſiſſe Galbam, & cum eo Quinctilianum. Erat enim annus ille Neronis VII. cujus numerantur anni vulgo XIV. paucis nimirum anni XIV. deſideratis dumtaxat menſibus. Et cœperat ille Neronis annus VII. ab anni ſuperioris LX. Idibus Octobris. Sic etiam VIII. in provincia æſtiva expleverit Galba. Tardum certe Galbæ iter Romam verſus, audita ſcilicet Neronis cæde, teſtatur fuiſſe (*e*) Tacitus. Inde fieri vix potuit, ut Romam ante anni LXVIII. finem attigerit. Et tamen ante LXIX. initium attigiſſe neceſſe eſt. Conſulatum certe Romæ ſecundum iniit, principio nimirum anni LXIX. Et Roma Vitellius in Germaniam profectus eſt, teſte (*f*) Suetonio. Non certe antea a Galba inde miſſus, quam Romam Galba ipſe appuliſſet. Inferioris Germaniæ legiones (poſtquam ceſſiſſet Virginius Rufus) diutius ſine Conſulari fuiſſe, docet (*g*) Tacitus. Inde, ni fallor, quod legatum Galba non antea mittendum cenſuiſſet, quam Romam ipſe veniret, quod melior futurus eſſet ibi, quaſi in re præſenti, delectus. Atqui in Germaniam venerat ſuperioris anni Kalendis Decembribus (*h*) ipſe Vitellius. Itaque Novembri ſaltem ineunte Romam Galba venerit oportet. Et cum eo noſter proinde Quinctilianus.

Inde arceſſendi anni XX. quibus ſcholæ publicæ Romæ præfuit Quinctilianus.

XII. Ait porro Quinctilianus ipſe ſe (*i*) *ſtudia ſua per viginti annos erudiendis juvenibus* impendiſſe. Anni illi ab hoc procul dubio, in quo verſamur, anno Æræ Chriſtianæ LXVIII. exeunte arceſſendi erunt, deſinentque adeo anno ejuſdem Æræ receptæ LXXXVIII. ipſo quoque ſimiliter exeunte. Et quidem idem Hieronymus, quo teſte Galbam Quinctiliano comite Romam veniſſe didicimus, Domitiano etiam imperante, hæc habet verba non alio, quam ad vicennii hujus finem omnino referenda: (*k*) *Quinctilianus ex Hiſpania Calagurritanus, qui primus Romæ publicam ſcholam aperuit, & ſalarium e fiſco accepit, claruit.* Male Hieronymum intelligunt, qui illo demum Domitiani anno ſcholam Romæ a Quinctiliano apertam exiſtimant. Non hoc voluit Hieronymus; non Auctor ejus quicumque demum fuerit, Quinctiliano ipſi coævus. Scripſit enim

(*a*) Inſtit. lib. VI. cap. 2. lib. IX. cap. 2.
(*b*) Dio, lib. LIII.
(*c*) Joſeph. Antiq. lib. XVIII. cap. 8.
(*d*) Suet. Galb. cap. 8.
(*e*) Tacit. *Hiſt.* lib. II. cap. 6.
(*f*) Suet. Vitell. cap. 7.
(*g*) Tacit. Hiſt. lib. I. cap. 9.
(*h*) Tacit. Hiſt. lib. I. cap. 51.
(*i*) Quinct. Prooem. *Inſt.*
(*k*) Hieronym. in *Chr. Euſebian.*

certe

certe (*a*) Inſtitutiones, quas habemus, ut e multis conſtat earumdem locis, ſuperſtite adhuc Domitiano. Antea tamen, quam manum illi operi admoveret, jam elapſos ſupponit viginti illos annos, quibus juventutem erudierit. Hinc certo conſtat exordium illorum annorum ſub Domitiano non eſſe ponendum. Finem potius docendi deſignavit illis verbis auctor Hieronymi. Reſpondetque numerus annorum ab illo, quod modo dixi, exordio ductus accuratiſſime. Septimis enim Domitiani COSS. convenit annus Domini LXXXVIII. ſic tamen ut a Septembris die XIII. octavus Domitiani a morte Titi fratris annus fuerit numerandus. Deſinetque ſane illa ipſa illius anni parte annus ſcholæ XX. debitumque fuerit XX. ejus e publico ſtipendium, ſi ab anni LXVIII. fine inchoetur. Et quidem anno Domitiani VII. aut VIII. notam illam apponunt editiones antiquiſſimæ pleræque, & codices etiam antiquiſſimi. Utrorumque rationes, cur ita diſpoſuerint, e noſtris illis colligi poterant, quas dedimus, hypotheſibus. Erant autem longe pauciores, errorisque manifeſti ſuſpecti, quos obſervavit anno ejuſdem V. aſſignaſſe Pontacus.

XIII. Ne autem temere hæc Hieronymum effudiſſe ſuſpicemur, habuit certe ob oculos de Quinctiliano auctorem Quinctiliani ævo proximum Suetonium. Imo illum ipſum Suetonium in Chronico teſtem ſeſe advocaſſe, in rebus præſertim Romanis, quarum parcior fuerat Euſebius, in Chronici Euſebiani a ſe Latine traducti Præfatione, ipſe teſtatur Hieronymus. Scripſit enim ſane Suetonius de claris Rhetoribus librum, cujus hodieque fragmentum habemus, admodum mutilatum; ut e catalogo conſtat, quem præfixum repræſentant codices MSS. In illo aliorum quoque Rhetorum nomina legimus, quorum vitas deſcripſerit in illo opere Suetonius, quæ tamen olim perierint; & in illis Marcum etiam Fabium Quinctilianum. Et quidem alios inde Rhetoras, qui tamen nulli comparent in opere Suetoniano hodierno, excerpſit, & ſuo quemque loco, pro temporis ordine, diſpoſuit Hieronymus. Cur itaque dubitemus, quin & Quinctilianum ſuum ſimiliter inde tranſtulerit? Noſtrum vero illum fuiſſe, de quo ſcripſit Suetonius, Quinctilianum, non patrem ejus aut avum, e temporis illa, in qua illum exhibet catalogus, ſerie, facile colligimus. Præcedunt enim ibi L. Statius Urſulus, P. Clodius Quirinalis, M. Antonius Liberalis, Sex. Julius Gabinianus; quos Claudii, & Neronis, & Veſpaſiani etiam temporibus appoſuit Hieronymus. Solus illum ſequitur Julius Tito. Sed Titonem nullum, opinor, legimus in cognominibus Romanis; ſæpius Tironem. Eſtque fortaſſe Julius ille Tiro, cujus codicillos memorat ſub Trajano (*b*) Plinius. Hoc ſi verum, Julius ille Tiro, jam nuper, cum ſcriberet Plinius, defunctus, Quinctiliani in ſchola Rhetorica ſucceſſor eſſe potuit. Sic alius a noſtro Quinctiliano eſſe non potuit, qui fuerit loco illi, pro temporis ordine, quem ſecutus eſt in vitis illis diſponendis Suetonius, inſerendus. Sed deſunt, fateor, notæ illæ temporum in Suetonio hodierno, etiam in vitis illis, quas cum Suetonio hodierno communes habuit Hieronymus. Nullum in illo legimus Imperatoris annum, quo ipſi illi, qui ſuperſunt hodieque Rhetores floruerint. Inde ſuſpicio eſt, pleniorem fuiſſe in vitis illis Suetonium, quem adhibuit Hieronymus, quam ſit ille, quem hodie habemus. Sed ut temere illos certis Imperatorum annis aſſignarit Hieronymus, ut multa alia ab Eutropio accepta annis ille aſſignavit, quorum tamen annos certos nullos deſignaverat Eutropius; hic certe ratio nulla eſt, cur ſcholæ Quinctilianeæ initium, ſeu prætermiſerit Suetonius, ſeu temere adeo, nec ullo præeunte auctore, deſignarit Hieronymus. Erat enim epocha illa conſtitutæ ſcholæ publicæ inſignis admodum, & Galbæ procul dubio reſcripto munita, non magis a Suetonio prætermittendo, quam fuerit Senatuſconſultum de Rhetoribus olim ab urbe pellendis, cujus tamen verba cenſuit conſervanda (*c*) Suetonius. In Galbæ autem reſcripto COSS. fuiſſe veriſimillimum eſt, & menſem menſiſque diem, & ſalarium e fiſco ſolvendum. Ita nihil deerat, quo cœpti ſtipendii tempus fieret exploratiſſimum. Inde initium erat profeſſorum publicorum ſibi invicem contendentium in Arte Rhetorica. Inde ad alias quoque diſciplinas liberales majores fuit exemplum. Erant enim poſtea Grammaticæ, Medicinæ, Philoſophiæ, &c. Profeſſores publici publicis e fiſco ſalariis alendi. Inde annus erat certus, quo claruiſſe dici poſſent Rhetores. Is ipſe nimirum, quo ad profeſſionem illam publicam fuiſſent admiſſi. Per annos etiam Imperatorum deſignandus erat, a quibus erant ſalarium accepturi. Ita initium Quinctiliani conſignare Suetonium oportebat tot nominibus inſigne. Et finem quoque profeſſionis non debuit certe tacere Suetonius, ipſum etiam multis nominibus inſignem; imprimis, quod nec pulſus, nec morte ſublatus, ſed honeſta plane miſſione a Principe impetrata, ſcholam abdicarit; tum deinde, quod poſt vigeſimum hoc fecerit ſtipendium. Utrumque pro exemplo diſciplinæ militaris, qua miſſiones erant, poſt certum ſtipendiorum numerum, ab Imperatoribus impetrandæ. Et ſane officia illa Palatina omnia, tam inermia nimirum illa, quam etiam armata, pro militiis habebantur, & diſciplinæ proinde militari erant obnoxia. Etiam in legem tranſiit primum hoc Quinctiliani, poſt ſtipendium vigeſimum, miſſione honeſta donati exemplum. Sic enim poſtea in Roma nova, urbe

Hæc Hieronymus, ut videtur, Auctore Suetonio.

(*a*) *Inſtit.* lib. IV. procem. lib. X. cap. 2.
(*b*) Plin. lib. VI. epiſt. 31.
(*c*) Suet. *de clar. Rhetor.* cap. 1.

nimirum Conſtantinopolitana, ſenioris Romæ plerumque ad exempla formatæ, legitima illa conſtituebantur profeſſionum publicarum ſtipendia. *Grammaticos* (inquiunt (*a*) Principes) *tam Græcos quam Latinos, Sophiſtas, & Juriſperitos in hac Regia urbe profeſſionem ſuam exercentes, & inter ſtatutos numeratos, &c. cum ad viginti annos obſervatione jugi ac ſedulo docendi labore pervenerint; placuit honorari, & his, qui ſunt ex vicaria dignitate, connumerari.* Sic illi præcipiunt anno Æræ noſtræ CDXXV. cum jam olim inoleviſſet mos veteranos etiam milites, emerito honeſtaque miſſione, poſt vigeſima ſtipendia, decorandi. Hoc certe conſtituerat (*b*) Caracalla anno ejuſdem Æræ CCXIV. Imo jam olim, ante Caracallam, legionibus in Germania tumultuantibus hoc idem conceſſerat (*c*) Tiberius. Scio aliter fuiſſe ſub Auguſto. Hoc tamen Tiberii exemplum alios deinde Principes, ſub quibus floruit Quinctilianus, imitatos fuiſſe veriſimile eſt, non pariter ac fuerit Tiberius, avaros. Hoc ergo militum exemplo miſſionem honeſtam impetravit, poſt vigeſima ſtipendia, Quinctilianus. Exemplo Quinctiliani impetravere alii, poſt Quinctilianum deinde Rhetores. Ita nec initium Quinctiliani in ſchola publica, nec finem ſilere debuit Suetonius. Nec potuit, Suetonio hic præeunte, errare Hieronymus. Denique nec illud obſervatu indignum eſt, ut anno certo, ita medio Domitiani imperio, hæc attribuere Hieronymum; non autem ad primum ejus annum ultimumve referre, quo temporis incerti geſta, nec certo etiam Auctorum teſtimonio nitentia, plerumque referre ſolet.

Docuit certe Quinctilianus multis ſub Domitiano annis, abdicavitque multis annis ante ejuſdem finem.

XIV. Verbum certe illud Euſebiani Chronici CLARUIT, cum certo anno affigitur, ad rem geſtam aliquam inſignem, quæ quaſi vitæ quædam Epocha habenda fuerit, referendum eſt. Nec eſt ſane alia vitæ hujus, in qua verſamur, Epocha, quæ huic anno aptius reſpondeat, quam hæc ipſa abdicatæ a Quinctiliano ſcholæ Rhetoricæ. Jam plane oſtendimus, Domitiano imperante, finem fuiſſe illius, quo ſcholæ præfuit, vicennii. Quod tamen ita intelligendum eſt, ut nec in finem Imperii illius, nec in exordium, ſcholæ finis inciderit. Multis deinde annis Domitianum imperaſſe, vel e notis illis colligitur, quæ in his ipſis Quinctiliani Inſtitutionibus apparent, uti mox videbimus. Poſtea ſcripſit noſter *de cauſſis corruptæ Eloquentiæ*, exuto nimirum docendi munere ſeſe ad ſcribendum accingens. Tum filio minore orbatus eſt, a cujus morte ad fratris majoris exceſſum pluſquam triennii ſpatium interceſſit. Hæc Quinctilianus libro VI. exeunte anno operis primo. Paulo antea, quam IV. librum ſcriberet, ſororis nepotum ſtudiis a Domitiano præfectus eſt. Etiam poſtea Domitianum laudat a ſtudio Poëtices L. X. florentem ſcilicet vigentemque. Hæc ille ſuſcepti operis anno ſecundo, ab exuto ſcholæ officio quarto vel quinto potius ineunte. Nondum tamen vel Philoſophos urbe prohibuerat Domitianus. Quæ ſane docent, anno ante pulſos Philoſophos ad minimum quinto, abdicaſſe Quinctilianum; totidemque adeo annis ante annum Domini XCIV. cui conveniebat exilium illud, pro noſtris (*d*) rationibus. Hæc ſane multis ante Domitiani finem annis abdicatam a Quinctiliano ſcholam oſtendunt. Initio tamen Imperii illius nondum abdicaverat. Hoc certe docet Martialis, cujus illa ſunt ad Quinctilianum verba: (*e*)

Quinctiliane, vagæ moderator ſumme juventæ,
Gloria Romanæ Quinctiliane togæ.

Cum moderatorem juventæ eum appellat, ſcholæ Rhetoricæ præfectum illum fuiſſe ſupponit, cujus diſcipulos juvenes fuiſſe jam probavimus. Cum togæ illum Romanæ gloriam agnoſcit, ſimul in foro gloriam ejus oſtendit, in quo togati *cauſſas* agebant Oratores, qui tamen uno eodemque tempore utrumque, tam docendi, quam etiam orandi munus abdicavit, uti vidimus; ſimul etiam claritatem ejuſdem innuit, quam huic tamen, quo ſcholæ præfuit, tempori tribuit Hieronymus. Et ſane illum jam illo ipſo tempore ſcholæ moderatorem, & togæ Romanæ gloriam fuiſſe ſupponit, quo hæc ſcribebat ipſe Martialis, quod ſane fecit imperante Domitiano. Bis enim illum compellat hoc eodem Epigrammatum libro, epigr. 2°. & 91°. ita ſcilicet, ut eum priori loco Germanici titulo ornatum doceat, & laurea de victis Cattis. Germanicum Domitianum COS. VII. ipſo nimirum cujus Idibus Septembribus deceſſerat frater Titus, anni fine appellant numi. Imo omnes ſuos libellos, quibus Domitianus famam, id eſt, vitam dederat, Domitiano proinde ſupplicaſſe agnoſcit ipſe (*f*) Martialis. Inde illud ſaltem colligimus, edendorum ſaltem Epigrammatum conſilium nullum fuiſſe ante Imperium Domitiani. Ita ante anni LXXXII. finem librum illum edere non potuit Martialis. Potuit poſtea, cum Epigrammata jam olim ſcripta in libros poſtea edendos collegerit Martialis: quod multis oſtendi poſſet, ſi opus eſſet, exemplis. Inde fateor eſſe difficillimum Epigrammatum ſingulorum tempora e libri, in quo continentur, editi tempore colligere. Rara tamen apud Martialem Epigrammata occurrunt Domitiani hiſce, in quibus jam verſamur, temporibus antiquiora. Scripſit ille pauca ſub Tito. Sunt etiam

(*a*) Cod. L. XII. tit. 15.
(*b*) Cod. L. V. tit. 65.
(*c*) Tacit. *Ann.* I. cap. 36.
(*d*) Ann. Plinian.
(*e*) Mart. lib. II. Epigr. 90.
(*f*) Præf. lib. VIII. Epigr.

aliqua in libro de Spectaculis ſeculi fortaſſe Neroniani, quæ proinde eruditi (*a*) ſuſpecta habent, ne ſint fortaſſe Martialis. Non tamen obſtat, ut exiſtimant, illius ætas; cum egerit Martialis, quo anno Nero interfectus eſt, annum ætatis, pro noſtris rationibus, ad minimum XXVI. Puerum enim ſe juvenemque nonnulla ſcripſiſſe teſtatur ipſe (*b*) Martialis; ſed quæ haud equidem ipſe jam noſſet, quæque a Quinto Pollio Valeriano petenda lectorem monet. Inde facile colligimus locum illis nullum fuiſſe in hac Epigrammatum, quæ exſtat, hodierna collectione. Id potius obſtat fortaſſe, quod ea fere omnia, quorum tempus exploratum habemus, intra Domitiani Imperium continentur; & rara admodum, ſi qua fortaſſe ulla, antiquiora ſint. Inde enim colligitur, Tito vel Domitiano imperante, animum ad ſcribendum applicuiſſe Martialem. Nec enim animi gratia ſcripſit ille, ſed patronorum; cum ſcilicet ſpes lucri ab illis ſtudiis appareret, quæ erat certe ſub his tandem Principibus ampliſſima. Erat enim *Titus* ipſe *Latine Græceque, vel in orando, vel in fingendis poëmatibus promptus, & facilis ad extemporalitatem uſque*, teſte (*c*) Suetonio. Et Domitianum ab iiſdem ſtudiis commendant, non (*d*) Suetonius modo, ſed (*e*) Plinius major, ſed (*f*) Quinctilianus noſter, ſed (*g*) Tacitus, ſed (*h*) Silius Italicus, (*i*) Valerius Flaccus, atque etiam ipſe (*k*) Martialis. Idque teſtatum faciunt tot ab eo inſtituti ludi in honorem Jovis Capitolini, & ſuæ item Minervæ, ingeniorum præſertim certaminibus illuſtrandi. Fecit itaque ſpes illa Poëtam Martialem, quæ & *corvos Poëtas* fecit & *Poëtrias picas, magiſter artis ingeniique largitor venter*. Hoc certe primum tempore collegit Epigrammata, edidirque. Hoc exinde conſtat, quod Domitiano tot Epigrammata, etiam in primis libris, inſcripſerit. Et tamen primis Domitiani annis illa conveniebant: ſic quidem, ut non longe abeſſe potuerint ab illo ipſo anno Æræ noſtræ LXXXVIII. quo ſcholam Quinctilianus abdicavit. Jam ante alibi (*l*) oſtendimus cum IV. Statianarum Sylvarum libro concurriſſe librum Martialis IX. cum anno nimirum Æræ noſtræ XCV. quo Conſulatum XVII. inivit Domitianus. Illo autem libro, Epigram. 86. ita ad Norbanum ſcribit Martialis.

Omne tibi noſtrum, quod bis trieteride juncta
Ante dabat Lector, nunc dabit Auctor, opus.

Numerat nimirum ſex annos ab eo uſque tempore, quo libros ſuos miſerat ad Norbanum, pro more illorum temporum, a ſervo aliquo vel libetto Anagnoſta, ſeu lectore, poſt cibum legendos. Tempus autem illud ita deſignat:

Cum tua ſacrilegos contra, Norbane, furores
Staret pro Domino Cæſare ſancta fides.

Intelligit, ni fallor, defectionem Antonii Saturnini oppreſſi a Maximo illo Norbano. Addit & notam temporis aliam:

Me tibi Vindelicis raptum narrabat in oris,
Neſcia nec noſtri nominis Arctos erat.

Sed legendum, ut puto, pro raptum, potius jam tum, quam quod alii illius loco reponunt viri ſane eruditiſſimi. Intelligit ergo tempus illud, non quo primam Epigrammatibus colligendis edendiſque, nedum ſcribendis, manum admoverit; ſed quo ex editis adeo jam inclaruerat, ut non Romæ dumtaxat, ſed caſtris etiam Germanicis, nomen ejus jam eſſet celeberrimum. Ambæ autem illæ notæ in quarti quintive libri editionem conveniunt, vel etiam fortaſſe tertii. Quatti enim certe libri Epigram. 11. in illum ipſum Antonium invehitur. Utque hoc in loco Arcti, ſic ibi Urſæ & Rheni nomine, cujus aquas proinde appellat Arctoas, locum belli deſignat. Cum autem libti V. Epigram. 13. adeo non eſſet in Arcto ignotus Martialis, ut jam toto orbe frequens legeretur; inde colligimus, poſt primorum librorum vel trium vel duorum editionem illa fuiſſe Norbani in Antonium geſta. Scripſit enim in eumdem Antonium lib. III. Epigr. 66. Ea tamen, ſi conſulatum Domitiani XVII. ſexennio integro præceſſerint, anno ad minimum Domini LXXXIX. geſta fuerint neceſſe eſt; proinde lib. II. epigr. 90. in quo de Quinctiliano agitur, certe ante anni LXXXVIII. finem ſcripſerit ediderítque. Si quidem ſingulis annis ſingulos ediderit libros, ita anno LXXXVII. liber ille ſecundus conveniet. Et ſane tatum fuiſſe ſi anno integro librum non emitteret, alibi (*m*) Martialis ipſe nos docet. Ita inter initium Domitiani, cum animum ſerio rei Poëticæ daret Martialis, annumque Domini LXXXVII. de Quinctiliano illa ſcripſerit Martialis. Præerat itaque hoc tempore ſcholæ Quinctilianus; & quidem maxima peritiæ, in Arte Oratoria, fama.

XV. Sed vero etiam ante Domitiani Imperium e Plinii noſtri temporibus certum eſt, **Docuit etiam** docuiſſe Quinctilianum. Frequentabat ille Quinctilianum, (*n*) præceptoremque illum **ſub Tito, &**

(*a*) P. Scriverius.
(*b*) Mart. lib. I. Epigr. 113.
(*c*) Suet. *Tit.* cap. 3.
(*d*) Suet. *Dom.* capp. 2. 20.
(*e*) Plin. *Præf. Nat. Hiſt.*
(*f*) Quinct. *Inſt.* lib. x. cap. I.
(*g*) Tacit. *Hiſt.* IV. 86.
(*h*) Sil. Ital. *Bell. Punic.* lib. III.
(*i*) Valer Flacc. Arg. lib. I.
(*k*) Mart. lib. VIII. Epigr. 82.
(*l*) Præl. IV. ad *Sp.* Adr. §. 3.
(*m*) Martial. lib. x. Epigr. 70.
(*n*) Plin. lib. II. Epiſt. 14.

ſub finem ſalutem Veſpaſiani.

agnoſcit, & quidem cum eadem Plinius ætate eſſet, qua Quinctilianum ipſum fuiſſe probavimus, cum ipſe Domitium Afrum frequentaret, (*a*) adoleſcentuli. Hac enim ipſa voce uſus eſt in hac eadem *cauſſa* ipſe Plinius. Certum eſt hanc Plinii adoleſcentuli ætatem minorem fuiſſe anno ejuſdem XIX. quo primam *cauſſam* egit in foro, perfunctus nimirum ſcholæ Rhetoricæ diſciplina. Etiam anno, quo periit avunculus, Domini nimirum LXXIX. 2°. Titi, Auguſt. XXIV. non Romæ erat, ſed Miſeni, ubi claſſem curabat avunculus. Ibi nullæ Rhetorum ſcholæ, aut forum etiam in quo Oratores eſſent audiendi. Inde colligimus, ut alii annos illos, quos primæ illi adoleſcentuli ætati aſſignavimus, in diſciplina ſcholæ forique exceſſiſſent, vix tamen fieri poſſe, ut Plinius exceſſerit. Atqui anni illi adoleſcentiæ Plinianæ ab anno LXXV. & poſt diem menſis Auguſti XXIV. incipiunt, & ad annum LXXVIII. ſaltem exeuntem pertingunt. Hoc ergo intervallo in ſcholæ illa Præfectura neceſſe eſt fuiſſe Quinctilianum. Loquitur etiam de Quinctiliani (*b*) ſchola pariter atque mercede (*c*) Juvenalis. Sic tamen ille in Satiræ illa (*d*) farragine tempora confundit, dum a primis Cæſarum initiis ad ſua uſque tempora vitia perſtringat, ut temporis, quo res geſtæ fuerint, notam nullam ex eo liceat elicere.

Cum docendi munere munus etiam orandi depoſuit, miſſus a Domitiano honeſte poſt XX. ejus in munere ſtipendium.

XVI. Cæterum cum ſchola uſum præterea Artis ſuæ in foro abdicavit etiam Quinctilianus. Hoc nos docet ipſe illis verbis: (*e*) *Nos quando & præcipiendi munus etiam pridem deprecati ſumus, & in foro quoque dicendi, quia honeſtiſſimum finem putabamus, deſinere dum deſideraremur; inquirendo ſcribendoque talia, conſolemur otium noſtrum, quæ futura uſui bonæ mentis juvenibus arbitremur, nobis certe ſunt voluptati.* Hinc ſane conſtat utrumque munus illum, non niſi Principis, a quo ſalarium acceperat, venia impetrata, depoſuiſſe. Diſcimus etiam, cur depoſuerit, rationem; quod ſcilicet honeſtiſſimum muneris finem illum putaret, deſinere dum deſideraretur. Habuit nimirum ob oculos ſui olim Præceptoris exemplum Domitii Afri, cui vitio datum obſervaverat, quod deficere (*f*) mallet, quam deſinere; quod ſcilicet deficientis præ ſenio ingenii rationem nullam habuiſſet. Hinc ille occaſionem aucupatus eſt, ſalva jam & matura fama, otium petendi. Annum tunc agebat, pro rationibus noſtris, ætatis dumtaxat XLVI. XLVII. fortaſſe in anni, quo deſiit XX. ejus ſtipendium, fine jam inchoato: ut proinde Principis fortaſſe potius, ſub quo *cauſſas* fuerit acturus, quam ætatis, rationem habuerit. *Inquietam* certe *anxiamque* Oratorum *vitam, licet illos certamina & pericula ſua ad Conſulatus evexiſſent*, cauſatur (*g*) Maternus, cur ſe ab Oratoria ad Poëticen receperit, qui ſub mitiore vixit oravitque Principe, quam fuerit Domitianus. Potuit tamen noſter vel ætatis *cauſſam*, pro illorum, quibus vixit, temporum opinionibus, obtendere ſatis veriſimilem. Finis enim militiæ veteris, pro cenſu Servii Tullii, in anno erat ætatis XLV. Et gregariæ militiæ finem, in anno ſaltem L. pro declamantium legibus, agnoſcit ipſe (*h*) Quinctilianus: ita nimirum, ſi quis tirocinium paulo ſerius inchoaſſet, ut ſcilicet ſtipendiorum numerus legitimus ante illum ætatis annum exire non potuerit. Aliter miſſionem honeſtam dabant, etiam ante annum ætatis vel XLV. expleta ſtipendia. Ita diſputat Spurius Liguſtinus inſigni ejus illa apud (*i*) Livium oratione: *Viginti duo ſtipendia annua in exercitu emerita* (inquit) *habeo, & major annis ſum quinquaginta.* Utroque ſe nomine a militia excuſandum oſtendit, tam quod ſtipendia legitima, quam quod ætatem militiæ legitimam, ſuperaverat. Stipendiorum autem numerum, etiam in gregali militia, vix majorem legimus eo, quem in illo docendi orandique munere exegerit Quinctilianus. Nec abſurde ſtipendiorum numerum inde arceſſitum jam oſtendimus, unde primum fluxit ſtipendiorum exemplum, a re nempe militari. Ita ſuppetebant Quinctiliano, pro noſtris rationibus, ætas, juſtique ſatis, in ſpeciem, colores, ad petendam muneris vacationem.

Cauſſa Nævii Apruniani ab eo acta anno fortaſſe LXX. jam adhuc certe juvene.

XVII. His ergo limitibus concludi neceſſe eſt Quinctiliani omnes, quas in foro habuit, orationes; illam imprimis, quam etiam emiſit ipſe ſolam, de *cauſſa* (*k*) Nævii Apruniani, in qua quæſitum dicit, *præcipitatane eſſet ab eo uxor, an ſe ipſa ſua ſponte jeciſſet.* Coram Prætore de parricidio *cauſſam* illam actam, vix eſt quod dubitemus. Quis ille fuerit Nævius Aprunianus me fateor ignorare. Facile tamen inducor ut credam, ſub initium Veſpaſiani *cauſſam* illam egiſſe Quinctilianum. Se enim fatetur *juvenili cupiditate gloriæ* cauſſam *illam emiſiſſe.* Proinde juvenis fuerit oportet, cum emitteret: minor certe anno ætatis XXXV. qui ſupremus erat juventutis limes, concurrebatque cum anno Æræ Chriſtianæ LXXVII. pro noſtris ſaltem hypotheſibus: poſt finem rurſus anni LXVIII. quo Quinctiliani reditum diſpoſuimus: vix porro anno LXIX. tumultuoſiſſimo, nec *cauſſis* agendis, nedum in lucem dandis, conſentaneo: proinde ſub initium, ut videtur Veſpaſiani, ſedataque Republica, anno fortaſſe LXX. vel paulo poſtea, cum celebritatem nominis de Arte Oratoria eſſet in foro conſecutus. Tum enim maxime juvenili illa gloriæ

(*a*) Plin. lib. VI. Epiſt. 6.
(*b*) Juven. *Sat.* VI. verſ. 279.
(*c*) Juven. *Sat.* VII. verſ. 186. 187.
(*d*) Juven. *Sat.* I. verſ. 86.
(*e*) Quinct. lib. II. *Inſt.* cap. 12. fin.
(*f*) Quinct. *Inſt.* lib. XII. cap. 11.
(*g*) Ap. Dialog. *de Orator.* cap. 13.
(*h*) Quinct. *Inſt.* lib. IX. cap. 2.
(*i*) Liv. lib. XLII. cap. 34.
(*k*) Quinct. lib. II. *Inſt.*

cupiditate

cupiditate illum arſiſſe veriſimile eſt. *Cæteras* dicit, quæ *ſub nomine* ejus *ferebantur*, actiones *negligentia excipientium in quæſtum Notariorum corruptas minimam ſui partem habuiſſe*. Nempe in uſum adoleſcentum, quos foro interfuiſſe jam oſtendimus, illas exceperant Notarii, nec aliunde quæſtus illius ſpes, quam ab illis adoleſcentibus.

Pro Regina Beronice apud ipſam egit anno LXXVI. fortaſſe, vel ſequenti.

XVIII. His etiam iiſdem limitibus (*a*) *pro Regina Beronice* egit *apud eam ipſam*. Sic enim ipſe de hac *cauſſa* loquitur. Ipſum Romæ vel ſcholæ munus ab eo ſuſceptum detinuit. Ut proinde nec alibi, præterquam Romæ, Regina Beronice eſſe potuerit. Venit illa Romam cum Agrippa fratre poſt VI. Veſpaſiani Titique IV. Conſulatum, ut nos docent fragmenta Dionis Xiphiliniana. Erant illi in Conſulatibus illis collegæ anno Æræ noſtræ LXXV. Ibi aliquantiſper cum Tito in Palatio verſata eſt, ea nimirum ſpe, fore ut Tito nuberet. Uxorem certe illam Titi appellat Victor Epitomator. Et cum populo Romano ingratum id ſenſiſſet Titus, Dio etiam dicit illam fuiſſe a (*b*) Tito repudiatam, uxorem nimirum, ſi non poſſet ab eo, niſi per repudium, ſeparari. Sed nuptias tantummodo promiſſas agnoſcit (*c*) Suetonius. Urbe tamen, ſeu repudiatam, ſeu rejectam, diſceſſiſſe innuit Dio, dum Romam dicit ſub initium Titi eam fuiſſe reverſam: ſic tamen ut Titi in eam jam reverſam laudet continentiam. Imo rurſus illam diſcedere coëgit. Sunt enim illa verba (*d*) Suetonii: *Statim* (inquit) *ab urbe dimiſit invitus invitam*. Vox illa *ſtatim* tam ad initium Titi, quam ad reditum illum Beronices, referenda eſt, ne parvam ejus in ſecundo hoc adventu moram fuiſſe dubitemus. Certe de initio Imperii intelligenda eſſe confirmat Victor Epitomator. Sic enim ille: *Denique, ut ſubiit pondus Regium, Beronicen nuptias ſuas ſperantem regredi domum præcepit*. Hæc Titus anno, quo patri ſucceſſit, Æræ noſtræ LXXIX. Sic inter annum LXXV. & LXXIX. orationem illam oportet habuiſſe Quinctilianum. Sic item ut anno LXXIX. habere non potuerit propter brevem illius in urbe moram. Sed nec anno LXXV. quo primo in urbem appulit, ſi tamen vere illo Conſulatu, & non poſtea potius, appulerit. Omiſit enim deinceps Xiphilinus Conſulatus ad finem Veſpaſiani. Serior enim erat illius in urbem adventus, quam ut eo anno lites ab ea ſuſceptas fuiſſe veriſimile ſit. Omnino ad tempus illud noſtri illa ſpectabat oratio, quo Beronice ita apud Titum, ac ſi ejus fuiſſet uxor, omnia gerebat. Sic enim Dio. Proinde antea illam dixit, quam prima vice Regina a Tito repudiaretur. Ita anno vel LXXVI. vel LXXVII. vel LXXVIII. Imo certe ſi in Palæſtinam diſceſſerit, anno LXXVI. vel ſequenti. Nec enim alioqui temporis ſpatium illi fuiſſet in urbem Titi initio revertendi. Nec diu illam tuliſſe videtur Titus, cum illam populo ſenſiſſet ingratam. Nec diu etiam diſtulit fortaſſe populus ſententiæ ſuæ ſignificationem, toties nimirum in theatro, ubi licentiſſime omnia, etiam Principe præſente, agebat. Hinc etiam annorum, quibus in foro egit & in ſchola noſter, notas habemus cum noſtris illis, quas modo dedimus, rationibus conſentientiſſimas.

Inſtitutiones ſcripſit noſter poſt aliquot anos a munere abdicato.

XIX. Progredior jam ad tempus, quo haſce, quas habemus, Artis Oratoriæ Inſtitutiones noſter abſolverit, pro virili noſtra, eruendum. Id quod ſane fateor eſſe difficillimum. Nec tamen alia Quinctiliani tempora recte conſtitui poterunt, niſi illud eruatur. Itaque, quo accuratius illud indagemus, erunt certe imprimis conſtituendi limites, extra quos ne quæri quidem oporteat. Ait ergo Quinctilianus paulo ſe plus quam biennium huic operi impendiſſe. Hoc verbis ipſe diſertiſſimis agnoſcit in epiſtola ad Tryphonem Bibliopolam. Hinc facile colligimus, ante anni CXI. ſaltem initium, ne quidem abſolvi, nedum edi, potuiſſe. Eſto enim, mox a depoſito munere, ſeſe ad opus hoc, in quo verſamur, accinxerit: ſic tamen biennium a fine anni LXXXVIII. deductum in fine anni XC. finem accipiet. Ita nimirum, ut, quod ſupererat, in annum ſequentem inciderit. Atqui illud etiam certum, nec mox illum a depoſito munere hoc opus incepiſſe, nec abſolutum mox in lucem emiſiſſe. Dicit ſe diu (*e*) amicis hoc petentibus fuiſſe reluctatum. Agnoſcit pridem ſe munus ſuum fuiſſe deprecatum. Idque cum non magnos feciſſet in hoc opere progreſſus, libro nimirum illius (*f*) ſecundo. Scriptum a ſe alium *de cauſſis corruptæ Eloquentiæ* (*g*) librum docet ipſe, cum minor natu filius decederet. Sic autem loquitur, quaſi, non magno admodum interpoſito ſpatio, dolores uxor cum duobus filiis amiſſa renovaſſet. Horum autem ultimus paulo antea defunctus eſt, quam VI. aggrederetur Inſtitutionum librum: otiumque, ni fallor, arguit, veniamque muneris impetratam, cum illum quoque priorem librum ederet. Tantum enim aberat a libris edendis poſitus in munere Quinctilianus, ut ne quidem (*h*) *cauſſas* una plures a ſe editas, ut vidimus, agnoſcat. Ediderant præterea juvenes ſcholæ auditores (*i*) duos ejus nomine, de hac eadem Arte Oratoria, ipſo tamen inconſulto, libros. Certe poſt ſcholæ vacationem, cum nulla jam супereſſet ſpes ipſum ulterius audiendi. Tunc enim dictata in ſchola accepta concinnarunt, ediderunt que. Antea tamen, quam vel primam hiſce, quas habemus, Inſtitutionibus manum admoviſſet, ut e proœmio operis univerſi colligitur. Spatium ergo aliquod interceſſerit oportet, quod tamen admodum magnum eſſe

(*a*) Quinct. lib. IV. *Inſt.* cap. I.
(*b*) Dio. lib. LXVI.
(*c*) Suet. *Tit.* cap. 7.
(*d*) Suet. *ibid.*
(*e*) Proœm.
(*f*) Lib. II. cap. 12.
(*g*) Lib. VI. Proœm.
(*h*) Lib. VII. *Inſt.* cap. 2.
(*i*) Proœm.

non potuit. Adhuc enim ſcholæ ſuæ auditores (*a*) juvenes, & (*b*) ſuos adoleſcentes, non ſemel appellat. Ætatemque illam juventutis nomine, ut videtur, intelligit, quæ ſtudiis, pro illius ſeculi more, impendi ſolebat, Oratoriis; a pueritia ad primam ſaltem barbam. Ita juvenes, qui anno XVII. minores ipſum audiverant, ne quidem adhuc barbam primam poſuiſſe veriſimile eſt. Sic infra quadriennium ſcripſerit a munere abdicato.

Nec tamen, cum ſcripſiſſet, ſtatim edidit. XX. Illud præterea e Quinctiliano ipſo exploratum habemus, non mox editos fuiſſe Inſtitutionum libros, poſtquam fuiſſent ad finem uſque perducti. Se enim fatetur, poſtquam illos compoſuiſſet, *uſum* deinde *Horatii conſilio*, *qui in Arte* (inquit) *Poëtica ſuadet, ne præcipitetur editio, nonumque prematur in annum.* Proinde datum illis *otium, ut, refrigerato inventionis amore, diligentius repetitos tanquam lector perpenderet.* Inde facile colligimus jam abſolutos fuiſſe tamen aliquantiſper, dedita etiam opera, ſuppreſſos, cum ipſe illos nondum opinaretur *ſatis maturuiſſe.* Sed citius, quam decreverat, flagitante Bibliopola, illos emiſit. Proinde ante annum, pro Horatii, (cujus uſus eſt conſilio) mente, nonum. Sed unum ſaltem annum fluxiſſe innuit, ex quo editionem flagitaverat Bibliopola, cum illum ipſum teſtem advocat paulo majori, quam biennii, ſpatio compoſitionem operis fuiſſe conſummatam. Vix ſane fuerat ita locuturus, niſi pluſquam triennis fuiſſet expectatio. Imo nihil vetat, quo minus fuerit etiam quadriennis. Ita unus ad minimum annus fluxerit ab operis fine ad ejuſdem editionem, cum etiam *annis* & ſuam fuerit ſcriptionem emenſus & lectoris etiam expectationem.

Scripſit illas anno, ut videtur, XCII. & XCIII. XXI. Et tamen infra Domitiani Imperium concludi omnia videntur, operis initium, finis, etiam editio. Domitiano ſæpe adulatur. Nec in operis initio dumtaxat, verum etiam longius provectus. Nec unquam innuit meliora tempora, ne quidem in epiſtola, quam ſcripſit ultimam ad Tryphonem Bibliopolam. Vix tamen habemus illorum temporum ſcriptorem, quin temporum mutationem, prima quaque occaſione data, fuerit gratulatus. Gratulatur certe (*c*) Martialis, gratulatur (*d*) Plinius Junior. Et pleni ſunt in hanc ſententiam coævi numi. Itaque ediderit oportet Quinctilianus Inſtitutiones ſuas vel ultimo Domitiani anno, vel penultimo, Æræ nimirum noſtræ Chriſtianæ XCVI. vel XCV. Sic etiam abſolverit anno XCV. vel XCIV. incœperit autem vel anno XCIII. vel XCII. His certe limitibus concludi omnia oportet. Ego prioribus potius annis omnia contigiſſe cenſeo. Abdicavit, ut vidimus, anno LXXXVIII. exeunte. Tum deinde otium nactus ad ſcribendum ſe accinxit, ita antea a ſcribendo officii moleſtiis impeditus, ut ne quidem *actionem* pluſquam unicam ediderit. Alia autem ſcribere vix potuit vacare, cui ne quidem *actiones* officio cognatiſſimas ſcribere vacavit. Imo hanc ipſam muneris abdicationem, otiumque inde conſecutum, pro ratione habet (*e*) Quinctilianus, cur amici illum ad ſcribendas Artis Oratoriæ Inſtitutiones hortarentur. Proinde innuit, ni officio ceſſiſſet, nullum alioqui futurum locum illis eorum hortationibus. Proinde *de cauſſis corruptæ eloquentiæ*, niſi munere exutus, vix potuit ſcribere Quinctilianus, & muneris datis pariter acceptiſque rationibus. Sic otium nullum plenum eſſe potuit ante initium anni LXXXIX. Ergo illo ipſo anno ineunte hoc opus inchoatum ab eo fuiſſe ſupponamus. Cum hoc ſcribere aggreſſus eſſet, ſimili ſe, quo poſtea, ictu percuſſum teſtatur (*f*) Quinctilianus, morte nimirum minoris natu filii. Cum ſe ſcribere aggreſſum dicit, jam cœptum opus atque aliquatenus affectum una ſignificat. Ad eumdem, ut videtur, modum quo, quinque prioribus Inſtitutionum libris ad finem perductis, majorem etiam filium amiſit. Ita affecto opere, & proinde affecto etiam anno LXXXIX. filius ille minor deceſſerit. Sed vero quintum egreſſus erat, cum moreretur, annum, poſt paucos a matris obitu menſes elatus, quæ etiam ipſa nondum ætatis ſuæ annum undeviceſimum expleverat. Proinde concurrerit cum matris anno XIV. hujus filii natalis, ut paucos illos menſes matris anno XIX. ſupplendo concedamus, quibus matri filius ſupererat. Erant enim illi plane neceſſarii, tam ad ſupplendum filii annum quintum, quam ad exceſſum etiam illum, quo annum ætatis V. fuerat egreſſus. Sic XIII. matris anno exeunte natus fuerit filius etiam major, qui certe antea naſci non potuit, cum ante annum ætatis XII. expletum ne quidem nuptiæ feminarum, apud Romanos, fuerint legitimæ. Atqui filius ille major, qui erat, cum decederet mater, pro his rationibus, etiam ipſe ſexennis, decimum annum ingreſſus eſt, jam adoptatus a patre aliquo Conſulari, jam Prætori avunculo, patris fortaſſe Conſularis fratri, gener deſignatus. Tres igitur a matris morte anni, anno Æræ noſtræ XCII. ineunte, deſinent. Pars autem illa, qua decimum annum ingreſſus eſt, ad annum eumdem XCII. ſpectabit, jam utique affectum. Ut proinde anno ad minimum XCII. affecto puerum illum obiiſſe neceſſe ſit. Jam autem librum operis deſignati V. abſolverat Quinctilianus, annum nimirum biennii & illius, quod excurrebat, ſaltem primum. Et primum adeo hujus operis annum deſignabit Æræ noſtræ, quem diximus, XCII. Secundus ergo XCIII. erit. Et quod deinde ſupra biennium supereſt, anno XCIII. vel exeunti, vel etiam ineunti XCIV. erit aſſi-

(*a*) Prooem. pag. 2.
(*b*) Liv. VII. cap. 3.
(*c*) Mart. lib. X. Epigr. 6. 7. 34. 72.
(*d*) Plin. lib. I. Epiſt. 5. 12.
(*e*) Prooem.
(*f*) Lib. VI. Prooem.

gnandum. Sic matrem filiorum illorum ætate, quæ per leges nubilis erat, prima duxerit Quinctilianus, anno nimirum ætatis ſuæ XII. uti diximus, expleto, Domini nimirum LXXXII. ineunte. Et recte adeo ætatem ejus puellarem fuiſſe dicit ſuæ comparatam. Egit enim certe Quinctilianus ætatis ſuæ annum XL. cum illa ſuæ expleviſſet XII. Sic etiam primo ſuſcepti operis anno, nimirum XCII. ſororis nepotes Quinctiliano crediderit Domitianus; cum ſcilicet tres ſuſcepti operis libros priores abſolviſſet. Annum enim ego primum quinque prioribus libris tribuendum exiſtimo. Tum enim dilatorum aliquantiſper ſtudiorum veniam petit; idque pro magno habet, ſi poſt tantos dolores, poſſet ea, etiam mora quantavis interpoſita, repetere.

XXII. Satis autem apte conveniunt huic anno memoratæ in hoc opere temporum notæ. Ait (*a*) *laudes Jovis Capitolini perpetuam* fuiſſe *ſacri certaminis materiam.* Agones intelligit Capitolinos in perpetuum Quinquennales in honorem Jovis Capitolini. In illis & proſa oratione Græce Latineque certatum teſtatur (*b*) Suetonius. Inſtituti illi ſunt a Domitiano anno Æræ noſtræ LXXXVI. ut nos docet (*c*) Cenſorinus. Ita binos videre potuit, cum hæc ſcriberet, Quinctilianus. Ait præterea de Britannia, cum illam Cæſar aggrederetur, in *ſuaſoria* quærendum an (*d*) inſula eſſet? *Nam tunc* (inquit) *ignorabatur.* Et quidem nupera Quinctiliani memoria, hoc ipſo imperante, ſub quo ſcripſit ille, Domitiano, primus claſſe Britanniam circuivit Agricola, inſulamque eſſe deprehendit. Agricolæ hoc tribuendum eſſe, conſentientem (*e*) Tacito teſtem habemus etiam (*f*) Dionem. Sed quo anno hoc deprehenderit Agricola, nondum habent eruditi exploratum. Tum autem ait contigiſſe Dio, cum milites quidam, facta ſeditione, interfectiſque centurionibus tribuniſque ſuis, ad naves confugiſſent, atque inde ſolviſſent; tum enim ait circumnavigaſſe illos eam partem Britanniæ, quæ ſpectat ad occidentem ſolem, ut fluctibus ventoque ferebantur; quumque id feciſſent, atque ad altera caſtra Romanorum, quæ ibi erant, appuliſſent imprudentes; Agricolam & alios miſiſſe, qui navibus eumdem curſum tenerent, ex quibus etiam inſulam eſſe comperiſſe. Eadem illa procul dubio hiſtoria eſt, quam de Uſipiis narrat in Agricolæ vita Tacitus, cap. 28. Quem annum proxime ſuperiorem eo, quo victus eſt ab Agricola Galgacus, ex eodem Tacito fuiſſe colligitur. Ait enim eadem æſtate cohortem Uſipiorum in Britanniam trajeciſſe, qua victi ſunt a Romanis Britanni Romanorum caſtra nocte aggreſſi, capp. 26. 27. 28. Sic item in procinctu ipſo pugnæ in Galgacum loquitur Agricola: *Ii ſunt, quos proximo anno, unam legionem furto noctis adgreſſos, clamore debellaſtis.* Proinde terminum Britanniæ, cum pugnaretur, jam patere agnoſcit etiam ipſe Galgacus, cap. 30. Verum id quidem de profugis Uſipiis, quos illo ipſo anno Britanniam circumvectos teſtatur Tacitus, cap. 28. Sed nondum plenam fidem Romanis fecerat profugorum circumvectio, donec miſſi etiam ab Agricola inſulam circumdediſſent: quod poſt prœlium cum Galgaco contigit. Tunc enim præfecto claſſis circumvehi Britanniam præcepit Agricola, eodem auctore Tacito, cap. 38. Annum illum octavum numerat apud illum Agricola adventus ſui in Britanniam, cap. 33. Is autem nondum viderunt eruditi, cum quo ſit Domini anno committendus. Ego cum anno Æræ noſtræ LXXXVI. eumdem exiſtimo. Ait Dio a rebus ab Agricola in Britannia geſtis Titum Imperatorem XV. fuiſſe appellatum. Sed male Dionem intelligunt, qui de belli exitu illum loqui putant. Imo bellum illud ſub Tito fuiſſe idem docet Dio. Cum fuiſſe dicit, cœpiſſe, ni fallor, innuit. Firmat præterea Dionis de Titi titulo Imperatorio teſtimonium etiam Tacitus, qui primo hujus belli anno, quo venit in provinciam Agricola, res ab eo geſtas docet titulo Imperatorio digniſſimas, pacem ſcilicet a Britannis petitam, ac deditam inſulam Monæ; unde Voadiciæ defectione revocatus fuerat Suetonius Paulinus. Sequitur: (*g*) *Nec Agricola proſperitate rerum in vanitatem uſus, expeditionem aut victoriam vocabat, victos continuiſſe: ne laureatis quidem geſta proſecutus eſt. Sed ipſa diſſimulatione famæ famam auxit, æſtimantibus quanta futuri ſpe tam magna tacuiſſet*, cap. 18. Erant itaque res illæ expeditionis nomine victoriæque ſatis dignæ, & literis etiam laureatis. Nec Principi, cujus auſpiciis geſtæ erant, obſtare oportebat modeſtiam Agricolæ. Proinde de primo hujus præfecturæ anno, non de ultimo, titulum illum Titus auxit Imperatorium. Hoc etiam docent tot aliæ res Domitiani, rebus Agricolæ poſterioribus coævæ, a Tacito ipſo recenſitæ, cap. 39. nec ipſæ tamen Imperii initio aſſignandæ: *Falſus* nimirum *e Germania triumphus, emptis per commercia, quorum habitus & crines in captivorum ſpeciem formarentur.* Hæc certe bello cum Quadis, & Marcomannis, & cum Decebalo Dacorum Rege aſſignanda eſſe, e Dionis fragmentis colligitur, tam Xiphilianis, quam etiam Theodoſianis, & Conſtantini Porphyrogeneti, oppreſſo jam Sabino Conſulari. Imo Decebalum illi in eo bello hoſtem fuiſſe innuit certe coævus (*h*) Plinius, dum confert invicem res Domitiani Trajanique cum eodem illo hoſte geſtas, nempe Decebalo. Scio Oppium illum Sabinum appellari in nonnullis codicibus Suetonii. Sed non temere Caſaubonum, verum auctore

Certe poſt annum LXXXVI. quo inſtituti ſunt a Domitiano Agones Capitolini, & quo Britanniam tum primum circumnavigatam inſulam eſſe deprehenderat Agricola.

(*a*) Quinct. *Inſt.* lib. III. cap. 7.
(*b*) Suet. *Domit.* cap. 4.
(*c*) Cenſorin. cap. 17.
(*d*) Quinct. lib. VII. *Inſt.* cap. 3.
(*e*) Tacit. *Agric.* cap. 28. ad 38.
(*f*) Dio lib. LXVI.
(*g*) Tacit. vit. *Agric.* cap. 18.
(*h*) Plin. *Panegyr.*

Salmaſiano aliiſque codicibus MSS. Appium repoſuiſſe obſervavit cl. Grævius. Et Appium eumdem agnoſcit (*a*) Eutropius. Agnoſcunt etiam Faſti cum Domitiano X. COS. collegam Appium Junium Sabinum, anno Æræ Chriſtianæ LXXXIV. Is in provinciam miſſus Conſularis anno ſequenti LXXXV. & occiſus a Dacis ita Domitiano occaſionem dedit anno eodem exeunte, ut in illos expeditionem ipſe ſuſceperit. Anno autem proximo, pro noſtris rationibus, victus eſt ab Agricola Galgacus. Miſſum enim exiſtimo in provinciam Agricolam a Veſpaſiano etiamnum ſuperſtite anno Æræ noſtræ LXXIX. ſic tamen, ut res ab eo geſtæ in Titi Imperium inciderint. Obierat enim pater die Junii XXIV. antea nimirum, quam in provinciam venire potuerit Agricola. Inde factum, ut res ab eo geſtæ Titi auxerint titulos Imperatorios. Et quidem Imp. XV. Titus appellatus eſt jam Divi filius, Trib. Pot. IX. (quæ medio anno LXXX. exibat) ut nos docent numi cl. Mediobarbi, & theſauri Palatini unus editus a cl. Begero. Sic etiam ut ſint etiam apud Mediobarbum numi nonnulli eadem Tribunitia poteſtate ſignati, qui cum Imp. tantum XIV. agnoſcunt, quibus ſimilem nos etiam unum vidimus in theſauro Laudenſi Bodleiano. Inde manifeſtum eſt, hac tandem Tribunitia poteſtate titulum illum Imperatorium novum acceſſiſſe. Et quidem tranſacta æſtate debellatum cum Britannis docet (*b*) Tacitus. Hoc proinde anno, non ſequenti, quo exeunte Tribunitiam poteſtatem X. Titus numeravit. Imo T. P. IX. illam cum COS. VII. committunt numi, anno proinde LXXIX. percuſſi. Sequenti enim anno Conſulatum Titus inivit VIII. Itaque primus Agricolæ in Britannia is annus erat, quem numeramus Domini LXXIX. octavus autem, quo Britanniam circumnavigavit; LXXXVI. Æræ Chriſtianæ; idem nimirum, quo victus a Dacis falſum tamen de Dacis triumphum egit Domitianus. Ipſo illo anno *T. P. V. COS. XII. Domitianum Imp. XI. XII. XIII.* appellant numi; unde intelligimus titulos Imperatorios ad minimum XII. & XIII. de novo acceſſiſſe. Occurrit in iiſdem etiam VICTORIA AUGUSTI SC. cum tropæo. Deſunt tamen fateor triumphi notæ quadrigæ, quas tamen ſignatas legimus in prioris anni LXXXV. numis. Hæc ratio fuiſſe videtur, cur illi potius anno triumphum illum commentitium aſſignet Mediobarbus. Idque fortaſſe rectius. Neſcio enim an eo ſpectarint verba Taciti de excepto a Domitiano victoriæ nuncio: *Inerat conſcientia, deriſui fuiſſe nuper falſum e Germania triumphum*, cap. 39. *Nuper* ait, non *hoc ipſo*, quo Agricola Britannos vicit, *anno*, deriſui fuiſſe falſum Domitiani triumphum: ut fuerit proinde ad ſuperiorem potius annum fortaſſe referendus. Id unum tamen in ea ſententia difficile eſt, quod raro admodum in provincias mitterentur, aut e Principis latere diſcederent Conſules Ordinarii per annum illum, quo Conſulatum geſſerant, magiſtratu ipſo licet abdicato. Erant enim illi e conſilio Principis Senatorio, & in Imperii comitiis locum habebant apud Principem ipſum celebrandis. Sic (*c*) Galbæ legimus adfuiſſe collegam ejus in Conſulatu Vinium, dum ab eo Piſo adoptaretur in comitiis Imperii. Ita Trajano adfuit in terræ motu Antiocheno (*d*) Pedo Conſul Ordinarius; cum tamen anni fine motus ille contigerit. Ita (*e*) Memmium etiam Fuſcum Conſulem Ordinarium comitem habuit Byzantii Valerianus in expeditione Perſica, diu poſtea, quam magiſtratu ceſſiſſent Conſules Ordinarii. Sed pendebat hoc e Principis arbitrio, nec adeo multum pugnamus, quin potuerit Conſulem Ordinarium ipſo Conſulatus anno in provinciam mittere Domitianus, id ſcilicet exigente uſu Reipublicæ, Princeps ipſe alioqui licentiſſimus. Nobis impræſentiarum ſatis eſt, ſi hoc anno LXXXVI. Britanniam circumnavigarit Agricola. Hinc enim colligitur, poſtea librum hujus operis VII. ſcripſiſſe Quinctilianum. Nec enim ille quaſi de re nova loquitur.

Poſt Octob. XXIV. anni LXXXVI. quo juvenis eſſe deſierat Domitianus.

XXIII. Porro de ipſo Domitiano ita (*f*) Quinctilianus: *Germanicum Auguſtum ab inſtitutis ſtudiis deflexit cura terrarum, parumque Diis viſum eſt, eſſe eum maximum Poëtarum. Quid tamen iis ipſis ejus operibus, in quæ donatus Imperio juvenis ſucceſſerat, ſublimius, doctius, omnibus denique numeris præſtantius? Quis enim caneret bella melius, quam qui ſic gerit? Quem præſidentes ſtudiis Deæ propius audirent? Cui magis ſuas artes aperiret familiare numen Minerva?* Itaque jam erat in Imperio, cum ſcriberet noſter, Domitianus. Etiam & bella geſſerat, unde pariter Imperatoris honorem, (fictitium tamen) ac Poëtæ. Scripſerat enim de bello Titi fratris Judæo, ut e Valerii Flacci colligimus Argonautico. Ut proinde ſatis apte invicem bella contulerit Quinctilianus, quæ geſſerat Domitianus, & quæ cecinerat. Ab illis bellis in propria perſona geſtis tot illos habemus in coævis horum temporum numis titulos Imperatorios. Ab illis cognomina non Germanici modo (cujus meminit Quinctilianus) ſed Dacici, quo illum ornant, non quidem numi aut inſcriptiones, ſed coævi tamen Auctores, (*g*) Martialis atque (*h*) Juvenalis. Et templum gentis Flaviæ jam condiderat, & templi numen (ſic enim fortaſſe potius legendum) familiare Minervam adſciverat. Et ludos, ni fallor, inſtituerat in ejuſdem numinis honorem, in Albano quotannis celebrandos. Sed hæc fateor primis aliquot Imperii

(*a*) Eutrop lib. VII.
(*b*) Agric. cap. 18.
(*c*) Tacit. *Hiſt.* lib. I. cap. 14.
(*d*) Dio.
(*e*) Pollio vit. *Valerian.*
(*f*) Quinct. lib. X. *Inſt.* cap. 1.
(*g*) Martial. Epiſt. Ded. lib. VIII.
(*h*) Juvenal. *Sat.* VI. verſ. 204.

annis convenire potuiſſe. Non item illud, quod dicit, donatum Imperio juvenem ſucceſſiſſe. Id quod oſtendunt proximi ante Auguſteam dignitatem numi, qui illum *Principem juventutis* appellant: non utique ita appellandum, ni fuiſſet etiam ipſe, Romano ſaltem cenſu, juvenis. Sed poſt ſupremam Auguſti dignitatem, neminem legimus, ut fuerit ætate juvenis, qui tamen *Princeps juventutis* fuerit appellatus. Imo juvenis nomen, annis etiam juvenilibus, indignatus eſt (*a*) Auguſtus Caius, tanquam Imperii majeſtati parum congruum. Et alio tamen capite Auguſto indignus erat titulus *Principis juventutis*, quod Ordinis dumtaxat Equeſtris principatum deſignaret, cum tamen Ordinis ampliſſimi Princeps eſſet, ut alibi (*b*) oſtendimus, Auguſtus. Non tamen illud obſtabat, quo minus ætas etiam Auguſti, pro recepto Romanorum cenſu, haberetur juvenilis. Pertigitque cenſus ille ad annum ætatis XXXV. Natus eſt Domitianus anno Æræ noſtræ LI. Octobris die XXIV. Sic juventutem abſolverit natali ſuo Octobris die itidem XXIV. anni LXXXVI. Nec dedignabatur juventutis ſuæ mentionem ille, qua quidem ad rerum geſtarum magnitudinem augendam faciebat ætas ipſa minorennis. Hoc certe nomine illum laudat (*c*) Joſephus ab ætate ejus juvenili, cum Capitolium occuparet: non id procul dubio facturus, ſi ingratum cenſuiſſet. Imo de ætate ſua, cum triumpharet, juvenili gloriatur ipſe Domitianus: & quidem jam Auguſtus. Legimus apud cl. Mediobarbum numum COS. X. ſignatum, in cujus parte poſtica illa ſunt verba: JOVI JUVENI TRIUMPHATORI. Ita ille anno Domini LXXXIV. quo annum egit ætatis ad minimum XXXIII. Similiter JOVI JUVENI in multis Commodi jam etiam Auguſti numis legimus. Nec vero dubium eſt, Deos illos Deaſque, qui in numis Auguſtorum Auguſtarumque occurrunt, pro ipſis ſæpe Auguſtis atque Auguſtabus intelligi. Sic etiam JUVENTA IMPERII in numo Caracallæ cum patre jam Auguſti legitur. Et JUVENTUS AUG. in numis Auguſtorum Gallieni atque Claudii, qui ſucceſſit Gallieno. Et quæ eodem ſpectant, ad ætatem nempe Principis juvenilem, SPES PUBLICA & JOVI CRESCENTI, in numis item Gallieni. Proinde non abſurde Domitiano, cum ſuccederet, juventutem gratulatur Quinctilianus. Idem tamen ſupponit, qui, cum Imperio donaretur, juvenis fuerat, jam ſane amplius, cum hæc ſcriberet, juvenem non fuiſſe, ſed annis aliquot ætatem illam ſuperaſſe, quod noſtris convenit, examuſſim, quas dedimus, rationibus.

XXIV. Sed & illa quoque Quinctiliani verba ad Domitiani tempora referenda ſunt: (*d*) *Laudandum in quibuſdam, quod geniti immortales; in quibuſdam, quod immortalitatem virtute ſunt conſecuti: quod pietas Principis noſtri præſentium quoque temporum decus fecit.* Habuit nimirum in animo illos, quos ſibi pietatis officiis conjunctos Domitianus in Deorum numerum retulerat: Titum nempe fratrem, & Titi filiam Juliam, & filium e Domitia Cæſarem infantem. Sed vero Titum ipſo mox Imperii initio conſecravit, alioqui memoriæ ejus infenſiſſimus. Filium ſecundo ejus Conſulatu natum teſtatur (*e*) Suetonius, qui certe de ſecundo ante Imperium Conſulatu intelligi non poteſt; cum & infantem illum, & tamen Auguſti Domitiani filium, fuiſſe doceant numi, doceat etiam (*f*) Martialis. Accedo itaque viris doctiſſimis, qui ſecundum illum Conſulatum de ſecundo intelligunt Conſulatu Ordinario, poſt Imperium, quem tertio Imperii anno, Domini LXXXIII. geſſit Domitianus. Et quidem utroque modo Conſulatus illius numerant antiqui Faſti, nunc ſcilicet prætermiſſis Conſulatibus ſuffectis, nunc etiam illis in cenſum acceptis. Potuitque hoc e coævo aliquo Auctore, qui ſuffectos Conſulatus dedignatus fuerit, accipere Suetonius. Imo potuit ipſe, primo poſt Imperium Conſulatu, ita numerare Domitianus. Sprevit ille, fateor, ſuffectos ſuos ſub patre Conſulatus, unicumque inter illos Ordinarium, quod ſciret illis præcipitem ſuam dominandi libidinem fuiſſe repreſſam. Idem tamen poſtea, cum Conſulatuum multitudinem mire affectaret, hos etiam cenſuit in numerum accipiendos. Poſtea certe numum ego inſcriptionemve coævam nullam reperio, quæ priores etiam Conſulatus omiſerit. Porro Domitia *mater Divi Cæſaris* in numis appellatur. Inde certo conſtat, fuiſſe illam poſtea in matrimonio Domitiani. Imo anno proximo & filiam Domitiano peperit, ſi tamen vera ſit lectio, quam e codice Salmaſiano alioque vetuſto ſervavit doctiſſimus Grævius, filiam illam natam oportet anno noſtræ Æræ LXXXIX. Poſt partum illum utrumque repudiatam docet Suetonius, propter adulterium cum Paride hiſtrione, & tamen rurſus in conjugium ab impatiente diſcidii, quaſi hoc efflagitante populo, receptam. Sic aliquot annis infantis Cæſaris partu ſerius fuerit repudium illud Domitiæ. Imo caput Domitiæ ſpicis ornatum in numo Domitiani XI. COS. reperit cl. Mediobarbus. Numus ille ante annum Domini LXXXV. cudi non potuit. Julia adhuc ſerius in Cœlitum numerum adſcripta eſt. Ait illam Suetonius a Domitiano devincto Domitiæ nuptiis pertinaciſſime recuſatam. Inde intelligimus, ſolutis demum cum Domitia nuptiis, ardentiſſime palamque illam a Domitiano fuiſſe dilectam: poſt repudium nempe Domitiæ, de quo teſtem habemus diſertiſſimum (*a*) Dionem. Repudiata enim Domitia, occiſoque propter adulte-

Poſt anni XCI. finem; quo Julia conſecrata eſt.

(*a*) Dio lib. LIX.
(*b*) Præl. xviii. ad *Sp.* Adrian. §. 8.
(*c*) Joſeph.
(*d*) Quinct. *Inſt.* lib. iii. cap. 7.
(*e*) Suet. *Domit.* cap. 3.
(*f*) Martial. lib. iv. Epigr. 3. lib. vi. Epigr. 3.
(*g*) Dio lib. LXVII.

rium ejus Paride hiſtrione, tum demum ait Domitianum cum fratris ſui filia Julia, tan quam cum uxore coiiſſe. Tantum enim abeſt ut poſt mortem Domitiæ hoc continger potuerit, ut Juliæ Domitia, imo ipſi Domitiano, ſuperſtes fuerit. Imo adſcitam in con ſilium de cæde Domitiani fuiſſe docet Victor Epitomator: imo ante illum ipſe Dio. Se vero Juliæ conſecratæ duos, qui meminerint, numos habet cl. Mediobarbus, alium COS XV. alium COS. XVI. ſignatos: recenti, ut videtur, ambos mortis conſecrationiſqu memoria. Sic anno Æræ noſtræ XCI. deceſſerit, cum jam prope eſſet Conſulatus Do mitiani XVI. Sic inter annos LXXXV. & XCI. Domitiam repudiaverit Domitianus, & cum Julia jam palam, tanquam cum uxore conſueverit. (*a*) Juvenalis plures uno abortu Juliam feciſſe teſtatur, e qua *cauſſa* mortuam fuiſſe tradit (*b*) Suetonius. Ita plures unc annos in illo Domitiani, ſeu matrimonio, ſeu concubinatu, Juliam fuiſſe neceſſe erit Imo illo tempore violatam docet (*c*) Juvenalis a Domitiano Juliam, quo leges de pu- dicitia amariſſimas revocavit Domitianus. Juliam ſcilicet & Scantiniam: illas nimirum leges, de quibus in vita ejus (*d*) Suetonius, & (*e*) Martialis. Et paulo ante expeditio- nem illam in Germaniam, in qua ne quidem hoſtem vidit, ut videtur innuere Dio. Ego repudiatam Domitiam, violatam Juliam, ſub finem anni LXXXV. exiſtimo. Itaque poſt annum XCI. ſcripſiſſe illa Quinctilianum oportet, ſi poſt Juliæ conſecrationem ſcrip- ſerit. Aliquot certe ſupponit conſecrationes his, quas diximus, admodum affines, & tales illas, ut præſentium, quibus ſcripſit, temporum decus fuerint, perſonarum Prin- cipi pietatis officiis conjunctarum. Sed vero in Titi conſecratione proprium nullum erat præſentium temporum decus; cum deceſſores bonos olim conſecrare ſolerent boni ſuc- ceſſores. Itaque utramque hanc conſecrationem in animo habuerit oportet, ſi plures una conſecrationes deſignare voluit hominum pietatis officiis Domitiano conjunctorum. Quæ ſane accurate cum noſtris conveniunt, quas dedimus, hypotheſibus. Potuit etiam for- taſſis & gentis Flaviæ templum commune omnium Flaviorum ob oculos habere. Quod tamen ipſum poſt aliquot Imperii annos condidit. Annum autem, quo abſolverit, nec e numis, qui ejus meminerunt, nec ex Auctoribus, habemus exploratum. Chro- nici autem Euſebiani, quæ ſit in annorum ſitu fides præſtare non audeo. Sero illius meminit (*f*) Martialis.

Poſt finem an. LXXXIX. quo finem *Argonauticis* videtur impoſuiſſe Valerius Flaccus.

XXV. Ita denique de Valerio Flacco idem Quinctilianus: *Multum* (inquit) *in Valerio Flacco nuper amiſimus.* Obierat ergo, & nuper obierat, Valerius ille Flaccus: idem nempe Valerius, cujus habemus hodieque Argonautica, qui tamen hoc opus ſcripſit imperante Domitiano. Hoc certe colligimus ex illis illius ad Veſpaſianum verbis:

(*g*) *Tuque ô pelagi cui major aperti*
Fama, Caledonius poſtquam tua carbaſa vexit
Oceanus Phrygios prius indignatus Iulos,
Eripe me populis, & habenti nubila terræ,
Sancte pater; veterumque fave veneranda canenti
Facta virûm. Verſam proles tua pandit Idumen
(Namque poteſt) Solymo nigrantem pulvere fratrem,
Spargentemque faces, & in omni turre furentem.
Ille tibi cultuſque Deûm, delubraque genti
Inſtituet; cum jam genitor lucebis ab omni
Parte poli: neque enim in Tyrias Cynoſura carinas
Certior, aut Graiis Helice ſervanda magiſtris:
Seu tu ſigna dabis, ſeu te duce Græcia mittet,
Et Sidon, Niluſque, rates. Nunc noſtra ſerenus
Orſa juves; hæc ut Latias vox impleat urbes.

Invocat, fateor, hoc in loco, Veſpaſianum ipſum. Male tamen inde colligunt non- nulli, ſcripſiſſe illum imperante Veſpaſiano. Invocat, inquam, ſed ſanctum jam, conſe- cratum ſcilicet. Sed in eo loco ſitum, unde illum populis & terræ nubiloſæ poſſet eripere, cœleſti procul dubio illo. Quomodo enim ille Valerium potuit terræ eripere, ſi ipſe adhuc verſaretur in terris? Ait præterea, cum lucem eſſet ab omni poli parte daturus, tum demum illi cultus Deorum inſtituturum, & delubra genti Flaviæ, fore Domitianum. Non tamen inde colligendum, nondum illum ita illuxiſſe. Imo gentis Flaviæ templum ſtruxerat certe Domitianus, jam Auguſtus, cum illa ſcriberet Valerius. Sed morem ille Poëtarum ſecutus eſt, ita de rebus jam præteritis, quaſi adhuc futuræ eſſent, vaticinantium: receptam etiam illorum temporum ſententiam imitatus, receptos fuiſſe in ſidera conſecratos Imperatores, quæ etiam ipſa fuerint, pro Principis dignitate, conſpicua. Sic enim Romulum & Remum cum ſideribus, ſic Caſtorem & Pollucem

(*a*) Juven. *Sat.* 11. verſ. 30. 31. 32. 33.
(*b*) Suet. *Domit.* cap. 22.
(*c*) Juven. *Sat.* 11. verſ. 37. 44.
(*d*) Suet *Domit.* capp. 7. 8.
(*e*) Mart. lib. VI. Epigr. 2. 4.
(*f*) Mart. lib. IX. Epigr. 1.
(*g*) Valer. Flacc. *Argon.* lib. 1. verſ. 7.&c.

repræſentant hodieque antiqui numi. Sic & Neronem ſideribus potiturum gratulatur (a) Lucanus. Sic in hoc ipſo Domitiani Imperio puerum illum Cæſarem Divum ſideribus cinctum exhibent coævæ illius in numis effigies. Scio etiam aliorum hominum inſignium animas in ſtellis conſtituiſſe Platonicos, ut e ſomnio Scipionis diſcimus, & Macrobii in illud Commentario. Sed Cæſaribus e Julio ſidere petitum arbitror exemplum. Id ergo vult Valerius, ſidus Veſpaſiani ita fore, pro animæ dignitate, lucidum, ut ſplendidiſſimos nautarum duces conſtellationes Cynoſuram & Helicen fulgore ſuo fuerit ſuperaturum: ut proinde illud potius deinceps obſervarent nautæ, qui ſtellas in navigationibus ſuis obſervabant omnium fulgentiſſimas. Sed unde illa reſciſcere potuit, ſi vivo illa ſcripſiſſet Veſpaſiano? Unde Domitianum fore, non patri modo, verum etiam fratri, ſuperſtitem? Unde, non Titum, qui Veſpaſianum patrem in Divorum numerum retulerat, ſed Domitianum cultus Deûm illi inſtituturum? Unde & illum cultus modum, templum nimirum commune gentis Flaviæ cum ſodalibus Flavianis? Scripſit ergo illa certe rerum jam potito Domitiano: & quidem ipſo operis, ut videmus, exordio. Eo tamen uſque in Domitiani tempora perſeveravit, ut opus integrum abſolveret, editionique maturum redderet: quod certe paucorum eſſe non potuit, pro illorum temporum tarda admodum maturitate, annorum. Recitabant enim, emendabant, apud ſe premebant in aliquot annos retractandum: his præſertim, de quibus agimus, temporibus. Sic vidimus facere voluiſſe noſtrum ipſum Quinctilianum, in opere etiam non Poëtico. Sic fecit etiam Poëta Valerio coævus Statius, caloris licet impetuſque, ut e Sylvis conſtat, extemporanei. Is tamen ipſe duodecim Thebaidos libros (b) per annos duodecim elucubravit. Illo ſi exemplo ſcripſerit Valerius, annos ad minimum octo libris octo impenderit, annumque adeo Domitiani octavum ſuperaverit, qui anno Æræ noſtræ LXXXIX. exeunti convenit. Et ſane Flaccum hunc Valerium, ut videtur, a re Poëtica celebrem memorat aliquoties, ſub Domitiano, (c) Martialis.

XXVI. Sic illæ nimirum notæ invicem conſentiunt, ut, niſi affecto Domitiani Imperio, ſcribere illa Quinctilianus non potuerit. Sic item vice verſa, ut nulla prorſus ſit neceſſitas, cur ultra illum, quem dedimus, anni XCIV. cœpti limitem protrahantur, ad finem operi imponendum. Imo pugnat nota alia, ne ad annum XCIV. affectum vel finis operis producatur. Philoſophiæ aliquoties meminit, ſemperque cum (d) laude: ita nimirum, ut præcipua illius decora potiori jure ſuæ vindicet Oratoriæ, æmulus proinde, non inimicus illius, appellandus. Etiam (e) Philoſophorum, præſertim (f) Socratis, nec fere ſine encomiis. Id unum in illis reprehendit, quod alieniores eſſent a gerenda (g) Republica, quam ſuum eſſe voluit, quem hic inſtituebat, ſapientem pariter atque oratorem. Et, ſi quos obiter perſtringit Philoſophos, ſic tamen id facit, ut Philoſophiam ipſam veneretur, eamque ſemper purget, ne commune haberet cum Philoſophis illis convitium. Itaque non tam Philoſophos illos agnoſcit, quam Philoſophiæ potius (h) oſtentatores, rei nimirum optimæ nomen dumtaxat ementientes, cum eſſent a re ipſa, quam profitebantur, alieniſſimi. Hæc ille paſſim, etiam in libro (i) ultimo, ne dubitemus alienis a Philoſophiæ laude temporibus, vel biennium illud, imo biennii etiam additamentum, quod operi concinnando impendiſſe ſe agnoſcit, eſſe finiendum. Non ita certe ſcripſiſſe veriſimile eſt, cum Philoſophos, malos pariter ac bonos, ad unum omnes, in reliquis (k) Epictetum, hoc uno nomine, quod Philoſophi eſſent, arceret urbe Domitianus. Non ita certe ornaſſet homines Domitiano ingratiſſimos Domitiani tam proclivis, ut quam molliſſime loquar, aſſentator. Sed anno illo ipſo XCIV. edictum illud, ut alibi oſtendimus, quo urbe Philoſophis interdictum eſt, emiſit Domitianus.

Finis Inſtitutionum anno XCIV. recentior eſſe non potuit, quo pulſi ſunt ex urbe Philoſophi.

XXVII. Poſtremis certe Domitiani temporibus hæc eſſe tribuenda, vel inde colligimus, quod Marcello Victorio Inſtitutiones ſuas Quinctilianus inſcripſerit. Idem certe fuiſſe videtur Marcellus ille cum eo, cui IV. ſuum Sylvarum librum inſcripſit etiam Statius. Studium in Marcello eloquentiæ arguit, quod libros de illo argumento illi dicarit noſter Quinctilianus. Et ſuum quoque Marcellum a facundia celebrat Statius. Sunt enim illa ejus verba:

Idem colligitur e Marcelli temporibus, ejuſque filii.

(l) ——— *juvenes facundia præterit annos.*

Et rurſus:

(m) ——— *nec enim tibi ſola potentis*
Eloquii virtus.

Fuit & Marcello Quinctilianeo filius (n) puer prima ætate, cujus in uſum Inſtitutiones ſuas deſtinavit Quinctilianus. Prima illa ætas non infantiæ fuit, ſed quæ *manifeſtum iter ad ingenii lumen oſtenderet.* Itaque minoris pueritiæ, quæ infra annum XII. cenſebatur. Paulo certe majorem illum ipſius Quinctiliani filio majori, inde conjicimus,

(a) Lucan. lib. I.
(b) Stat. lib. XII. Theb. fine.
(c) Martial. lib. I. Epigr. 76. IV. 49.
(d) Procem. lib. I. cap. 4. lib. X. cap. I. lib. XII. cap. 2.
(e) Lib. X.
(f) Lib. II. cap. 15. lib. VIII. cap. 4. lib. XI. cap. I.
(g) Lib. XI. cap. I. lib. XII. cap. 2.
(h) Lib. II. cap. I.
(i) Lib. XII. cap. 2.
(k) Gell. *Noct. Att.* lib. II. cap. 18.
(l) Lib. IV. Sylv. 4. verſ. 45.
(m) *Ibid.* X. 64. 65.
(n) Lib. I. Procem.

quod initio operis in Marcelli filii uſum Inſtitutiones ſcriptas monuerit; in ſui filii uſum eas ſcriptas non ante libri IV. Procemium monuerit; ſic etiam ibi, ut Marcelli filium ſuo antepoſuerit. Ita filio ſuo pluſquam (*a*) novenni major Marcelli filius X. certe ſaltem ætatis annum attigerit neceſſe eſt. Nondum majorem illam pueritiam ingreſſus, qua Rhetoribus tradi in diſciplinam ſolebant. Et filium Marcelli adhuc puerum memorat Statius:

> (*b*) *Surge agedum, juvenemque puer deprende parentem*
> *Stemmate materno felix, virtute paterna.*
> *Jam te blanda ſinu Tyrio ſibi gloria felix*
> *Educat, & cunctas gaudet ſpondere curules.*

Jam certe toga virili minorem illum fortaſſe innuit, cum puerum illum appellat; ſi quidem locutus fuerit, pro cenſu Romano, moribuſque, accurate. Fieri tamen potuit, ut ſenſu paulo laxiori uſurpaverit Statius. Sinu enim illo Tyrio, qui cunctas curules ſellas ſpondebat, latum fortaſſe clavum intellexit, qui aditum patefacere ſolebat ad omnes honores Senatorios. Ea ſi mens illius fuerit, ſic togam virilem jam nuper ſumptam a puero illo Marcelli innuerit Statius: pro lege ſcilicet Auguſti, qua *liberis Senatorum, quo celerius Reipublicæ aſſueſcerent, protinus virilem togam, latum clavum induere, & Curiæ intereſſe permiſſum*, teſtatur (*c*) Suetonius. Hæc Statius menſe Julio anni, quo XVII. Conſulatum ſuſcepit Domitianus, Æræ noſtræ XCV. & quidem pro calculis noſtris ſatis accurate. Qui enim anno XCII. quo Inſtitutiones cœpit Quinctilianus, annum abſolverat ætatis dumtaxat X. XIV. abſolvere non potuit ante annum XCVI. ita nimirum, ſi pueri voce Statius uſus fuerit accurate. Quod ſi laxius illam intellexerit, & togam puer ille cum lato clavo ſuſceperit ante menſem Julium anni XCV. ſic etiam ante menſem Julium anni XCII. annum ætatis XI. abſolverit, duodecenni tamen minor, & minoribus adeo pueris accenſendus, ne quidem ita filio Quinctiliani multo major. Ita quidem hæc invicem cohærent, ut error, ſi quis tamen ſit, magnus certe eſſe non poſſit. Convenit præterea, quod Marcellum ipſum eodem illo anno XCV. (*d*) forma egregium & (*e*) juvenes annos habentem, ipſumque adeo (*f*) juvenem memoret Statius: proinde infra annum ætatis XXXV. Et tamen (*g*) faſcibus ejus ſubtextam dicit curam viæ Latinæ obliquæ. Faſces illi, ſi Conſulares fuerint, ſic annum ſuperarit oportet ætatis XXXIII. ſic annum egerit ætatis vel XXXIV. vel XXXV. natus proinde anno Æræ noſtræ Chriſtianæ vel LIX. vel LX. Ita filio ſuo major eſſe non potuit annis vel XX. vel. XXI. ducta nimirum uxore pueri matre anno ætatis ſuæ vel XX. vel XIX. Scio quidem marium ætatem nuptiis neceſſariam annorum eſſe XIV. ita nimirum, ut majorum ea ætate matrimonia reſcindi non poſſent. Alioqui minorum annis XVIII. virorum vix unquam legimus matrimonia. Hæc (*h*) certe ætas erat juſtæ & a pueris colendæ, ut vidimus, virilitatis. Hæc ætas primæ lanuginis pubertatis plenæ indicis. Hac denique ætate filium adoptivum præcedere oportebat patrem adoptivum, modum nimirum patris naturalis receptiſſimum imitante patre adoptivo & legitimo. Sic etiam magnum errorem ne quidem patiuntur rationes noſtræ, ſi cum Marcelli etiam ætate conferantur. Denique ſi togam cum lato clavo ſuſceperit anno XCV. filius Marcelli, ita certum eſt ante illum annum ſcripſiſſe Quinctilianum duobus ad minimum annis; cum nondum ætatem illam attigiſſet filius Marcelli pueritiæ majoris, quæ Rhetorum eſſet Inſtitutionibus matura. Sic undiquaque veriſimiles conſtabit noſtros eſſe calculos.

Pugnat ipſa temporum ratio, quominus noſter, qui *de cauſſis* ſcripſit *corruptæ eloquentiæ*, idem Auctor eſſe potuerit Dialogi *de Oratoribus*.

XXVIII. Conſtitutis jam illis, quæ vidimus, hujus operis temporibus, ad rerum ejus aliarum hoc intervallo geſtarum tempora ſimiliter conſtituenda pergamus. Imprimis vidimus Quinctiliani librum *de cauſſis corruptæ Eloquentiæ* anno Æræ noſtræ LXXXIX. ab eo fuiſſe conſcriptum. Vel inde facile intelligimus verum eſſe non poſſe, quod cenſuere viri nuper eruditiſſimi, eumdem fuiſſe illum Quinctiliani librum cum illo, quem habemus hodieque Dialogo *de claris Oratoribus*. Hoc quidem certum, codices MSS. omnes non Quinctiliano noſtro, ſed Tacito, dialogum illum aſſignare. Unde ergo colligunt, refragantibus Manuſcriptis, Quinctiliano tamen eſſe aſſerendum? Nempe quia ſcripſerat noſter *de cauſſis corruptæ Eloquentiæ*, de eo etiam egerat argumento Auctor Dialogi. Sed cujuſcumque demum Auctoris ille fuerit Dialogus, vel temporum ipſa ratio pugnat quo minus fuerit Quinctiliani. Ait enim ſe (*i*) Dialogi Auctor, juvenem admodum fuiſſe cum colloquio illi intereſſet, quod tamen VI. Veſpaſiani anno fuiſſe ſupponit. VI. ille annus a Kalendis Juliis anni LXXIV. ad anni LXXV. pertigit Kalendas itidem Julias, quo certe tempore annum egit Quinctilianus, pro noſtris rationibus, ætatis vel XXXII. vel XXXIII. Quæ ſane ætas erat illa quidem juvenilis, ut jam oſtendimus; non ita tamen ut admodum juvenis fuerit ætate illa appellandus. Initium juventutis deſignat vox illa *admodum*: & quidem juventutis illius, quæ proxime pueritiam togam-

(*a*) *Jam decimum ætatis annum ingreſſus.* Quinct. lib. VI. Procem.
(*b*) Stat. lib. IV. Sylv. 4. verſ. 74. &c.
(*c*) Suet. *Aug.* cap. 38.
(*d*) V. 8.
(*e*) V. 45.
(*f*) V. 74.
(*g*) V. 59. 60.
(*h*) Hæc ſupra.
(*i*) Dialog. cap. 1.

que

que prætextam, pro Romanis moribus, exceperit: illius, inquam, juventutis, qua Oratorum concionibus ſermonibuſque aderant juvenes, qui nomen dabant ſtudio Oratoriæ, quod ſe feciſſe teſtatur Auctor Dialogi *de Oratoribus*. Ait enim ſeſe *M. Aprum* & (*a*) *Julium Secundum, celeberrima tum ingenia fori Romani, non modo in judiciis ſtudioſe audiviſſe, ſed domi quoque & in publico fuiſſe aſſectatum, mira ſtudiorum cupiditate, & quodam ardore juvenili, ut fabulas quoque eorum* (ſic enim domeſtica illorum colloquia appellat) *& diſputationes, & arcana ſemotæ dictionis penitus exceperit*. Studia plane narrat illius, pro illorum temporum more, juventutis. Taciti ætati illa conveniunt ad amuſſim. Natum illum putamus anno LIX. Sic anno LXXIV. annum egerit XV. anno LXXV. XVI. quæ ætas erat admodum juvenilis, qua ſcholas Oratorum & colloquia frequentabant adoleſcentes ſtudiis illis imbuendi. Ait præterea Dialogi Auctor, *Julium* illum *Secundum in celeberrimis fuiſſe fori Romani tum ingeniis*. Sic nempe loquitur de Julio Secundo quaſi de alterius, quam quo vixit ſcripſitque Auctor, ſeculi ornamento. Aliter de illo noſter (*b*) Quinctilianus: *Memini* (inquit) *narraſſe mihi Julium Secundum, illum æqualem meum, atque a me, ut notum eſt, familiariter amatum, miræ facundiæ virum, infinitæ tamen curæ, quid eſſet ſibi a patruo ſuo dictum*. Vox illa æqualis Latinis idem valet, quod Græcis συνῆλιξ vel ἡλικιώτης, deque ætate intelligitur æquali: eorum ſcilicet, qui ſimul pueri juveneſque fuerint; ſimulque ſtudiis ætati congruis incubuerint, tam puerilibus nimirum, quam etiam juvenilibus. Paucorum admodum diſcrimen illa patiuntur annorum. Non tantum certe, ut unus alterum ſtudioſe audiverit, aut domi quoque & in publico aſſectatus fuerit, aut fabulas etiam & diſputationes & arcana ſemotæ dictionis penitus exceperit. Imo venerabile fuiſſe præcedere quatuor annis teſtatur (*c*) Juvenalis: ita nimirum, ut parem aliquatenus reverentiam illam agnoſcat, quæ a pueris primæ juvenum lanugini dari ſolebat ac ætati barbatæ. Utrobique enim pariter aſſurgebant, proinde aliam illam, nec ſuæ æqualem, ætatem agnoſcentes. Erat præterea laxius Quinctiliano in ſuo *de cauſſis corruptæ Eloquentiæ* libro, quam ſit illud Dialogi *de Oratoribus* argumentum. Egerat enim in illo noſter *de Tropis*, interque illos de *Hyperbole*. Sic enim librum Inſtitutionum VIII. claudit: *Sed de hoc ſatis, quia eumdem locum plenius in eo libro, quo cauſſas corruptæ Eloquentiæ reddebamus, tractavimus*. Tale nihil occurrit in hodierno *de Oratoribus* Dialogo. Sed nec ullus eſt in Dialogo hiatus. Polliceri quidem videtur Auctor in fine (*d*) Dialogi plura: novo tamen colloquii futuro die, nec alio, quam ad Dialogi ipſius argumentum ſpectantia. *Si qua* (inquit *Maternus*) *tibi obſcura in hoc meo ſermone viſa ſunt, de his rurſus conferemus*. Ad ſecundum plane Dialogum pertinere videbantur illa, quem abſolverit necne Auctor, incertum eſt. Unicum tamen, in utroque Inſtitutionum loco, memorat noſter ſuum *de cauſſis corruptæ Eloquentiæ* librum; & continuum, ut videtur, illum; non autem in forma Dialogi. Denique jam oſtendimus librum illum anno LXXXIX. ſcripſiſſe Quinctilianum: nempe anno XIV. vel ad ſummum XV. poſt colloquium VI. Veſpaſiani anno habitum. Qui autem admodum juvenis erat tempore colloquii, is annum ætatis XX. ſuperare non potuit, nec adeo annum XXXV. expleviſſe anno Domini LXXXIX. Itaque juvenem adhuc fuiſſe oportet, qui juvenis admodum fuerat VI. Veſpaſiani. Sed vero, qui Dialogum edidit Auctor VI. Veſpaſiani admodum juvenis, jam ſane ſe ne quidem juvenem fuiſſe innuit, cum Dialogum ſcriberet ederetque. Neutrum vere de ſe aſſerere potuit utriuſque operis Auctor: nec vere Quinctilianus, ſe fuiſſe juvenem admodum VI. Veſpaſiani: nec vere rurſus Auctor Dialogi, quicumque demum is fuerit, ſe juventutem anno Æræ Chriſtianæ LXXXIX. ſuperaviſſe. Aliarum gentium temporumve ſermo eſt, de quo aliquoties obſervavit Caſaubonus, quod κομιδῆ νέους tricenarios appellaverint. Noſtra admodum juvenis ætas non νέος Græcis habetur, ſed μείρακος ſeu μειρακίον. Hæc enim certe juventus, quæ mox pueritiæ ſucceſſit in ſtudiis Oratoriæ, non alia eſſe potuit, quam dixi, ſi ad Romanas ſaltem conſuetudines exigatur.

XXIX. Poſtea uxorem noſter aliam duxit, ex qua filiam ſuſtulit Tutilii neptem, a (*e*) Plinio juniore diſcipulo memoratam. Et quidem ætatis ſuæ Rhetoricæ ſcriptorem a Quinctiliano commemoratum Tutilium dicit (*f*) Catanæus. Sed feſellit virum doctum, niſi ipſe fallor, memoria. Rutilius enim ille, non Tutilius, eſt, cujus mentio eſt apud Quinctilianum illo ipſo Inſtitutionum loco, quo nos retulit Catanæus. Verba noſtri illa ſunt: (*g*) *Scripſit de eadem materia* [Rhetorica ſcilicet] *non pauca Cornificius, aliqua Stertinius, nonnihil pater Gallio; accuratæ vero priores Gallione Celſus & Lenas, & ætatis noſtræ Virginius, Plinius, Rutilius. Sunt & hodie clari ejuſdem operis auctores: qui ſi omnia complexi forent, conſuluiſſent labori meo. Sed parco nominibus viventium*. Vel itaque feſellit memoria, uti dixi, Catanæum; vel pro Rutilio Tutilium ille in coævis exemplaribus repererat. Eſtque ſane literarum illarum mutatio longe facillima, ſi præſertim literis conciperetur minuſculis, ut ſolent plerumque nomina etiam propria concipi in codicibus Manuſcriptis. Erat ſane illis etiam temporibus, ut e (*h*) Martiali conſtat, Rhetor Tutilius, quam veram eſſe in Martiali lectionem lex ipſa carminis

Aliam poſteà uxorem duxit Quinctilianus Tutilii vel Rutilii Rhetoris filiam.

(*a*) Cap. 2.
(*b*) Quinct. *Inſt.* lib. x. cap. 3.
(*c*) Juven. Sat. XIII. verſ. 54. 55. 56. 57. 58. 59.
(*d*) Dialog. cap. 42.
(*e*) Plin. lib. VI. Epiſt. 32.
(*f*) In loc. Plinii.
(*g*) Quinct. lib. III. cap. 1.
(*h*) Mart. lib. V. Epigr. 56.

evincit. Inde (*a*) Scriverius Quinctilianum ipſum corrigendum eſſe cenſet: præſertim accedente Plinii etiam teſtimonio, &, Plinii in loco, etiam Librariorum. Sic illi ambo, tam Scriverius, quam Catanæus, quaſi unico dumtaxat Quinctiliani in loco legeretur ille Rutilius. Sed Rutilii ſæpe meminit (*b*) noſter, quem etiam (*c*) Lupi cognomine afficit. In illis omnibus durum eſt, ſi Librarius errore ſibi conſtanti atque uniformi deviarit. Fieri ergo poteſt, ut illius Rutilii filiam uxorem duxerit Quinctilianus. Erat enim ſane ejuſdem cum Quinctiliano ipſo ordinis ſocer ille Tutilius, ſeu Rutilius. Id nos docet ipſe Plinius, cum filiam ejus Nonio Celeri viro Senatorio nupturam ita a Quinctiliano patre inſtitutam dicit, ut decebat filiam (inquit) tuam, Tutilii neptem. Idem ergo decor, eademque dignitas, Quinctiliani patris avique, ſeu Tutilii, ſeu Rutilii. Infra Senatoriam tamen, & proinde ſponſi Nonii Celeris, dignitatem fuiſſe innuit ſatis aperte Plinius. *Cum tamen* (inquit) *ſit nuptura honeſtiſſimo viro, Nonio Celeri, cui ratio civilium officiorum neceſſitatem quamdam nitoris imponit; debet, ſecundum conditionem mariti, veſte, comitatu, (quibus non quidem augetur dignitas, ornatur tamen) inſtrui.* Hinc illa Plinio occaſio, pro mariti futuri dignitate, dotis augendæ. Vir honeſtiſſimus non alius erat, pro ſeculi illius ſermone, quam Senatorius. Et quidem Senatoriam ſponſi gentem arguunt tot illi, in coævis temporum illorum Faſtis, Conſulatus. Videantur Faſti annorum Æræ Chriſtianæ VIII. XXXIX. vel potius XXXVIII. XCIV. CXXVIII. Arguit etiam neceſſitas illa nitoris a ratione civilium officiorum impoſita. Eſt enim ea ipſa (*d*) ſumptuoſa dignitas, cujus alibi meminit idem Plinius: non alia utique, quam Senatoria. Nitor ille veſtitus in lato erat præcipue clavo; comitatus autem in clientium ſportulantium ſatellitio atque ſalutationibus. Hos ſumptus ſi qui alii a Senatoriis facere & poſſent & vellent; non tamen per leges licuit. Tantum aberat ut neceſſitate aliqua imponente illos facere oportuerit.

Nec ſocer Quinctiliani, nec ipſe adhuc Senatorius. Opponuntur enim Senatoribus Rhetores.

XXX. Erat ergo tam Quinctilianus ipſe, quam & ſocer illius, dignitate infra Senatoriam. Id, quod etiam e Rhetorum, quo functi fuerant, officio facile colligendum erat. Maximam enim fortunæ inconſtantiam cenſuit (*e*) Juvenalis, ſi ex Conſule Rhetor fieret, aut vice verſa de Rhetore Conſul. Sic loquitur ille quaſi altiſſimæ infimæque ſortis haberetur tanta illa mutatio. Idem de gradu Senatus Prætorio obſervavit Plinius, vel apud illum potius Valerius Licinianus. Cum enim eo decideret, ut exul ſub Domitiano de Senatore, Rhetor de Oratore fieret; ſic Declamationis Præfationem eſt exorſus: (*f*) *Quos tibi, fortuna, ludos facis? Facis enim ex profeſſoribus Senatores, ex Senatoribus profeſſores.* Itaque non Conſularis modo, aut Prætoria dignitas immenſum quantum a Profeſſorio munere diſtabat; ſed & alia quælibet, quæ quidem eſſet Senatoria. Sed diſcrepabant invicem, ut e Plinio vidimus, Rhetor & Orator, eloquentia atque eloquentiæ profeſſio: ita nimirum, ut oratoriæ eloquentiæque ſtudium eſſet, etiam in viro quoque Senatorio, honeſtiſſimum. Loci autem Senatorii honorem imminuebat, ſi quis Senator idem Rhetor eſſet, & Rhetoricam profiteretur. Rhetor appellabatur, qui ſcholæ publicæ præſidebat; Profeſſor, qui juventutem inſtituendam publice profitebatur, qui nempe declamabat potius, quam orabat, de fictitiis ſcilicet eloquentiæ exercendæ controverſiis (ſic enim appellabant) potius, quam de veris in foro, aut etiam in Senatu, *cauſſis*. Non tamen dedignabantur, etiam Senatores, domi juvenes in ſtudiis Oratoriæ inſtituere, etiam declamantes audire, & ipſi quoque declamationibus præfationibuſque præire. Sic enim Hirtium & Panſam & Dolabellam generum domi docuit Cicero jam Conſularis: ſic Quinctilianum noſtrum Domitius Afer, qui fuerat antea quam naſceretur noſter, (*g*) Conſul ſub Caligula.: ſic, Quinctiliano admodum juvene, inter Pomponium & Senecam etiam (*h*) præfationibus tractatum eſt, *an gradus eliminat, apud Accium in Tragœdia dici oportuiſſet.* Erat enim Rhetorum illa potius, quam Oratorum, de re Grammatica diſputatio. Et præfationes illæ ad profeſſionem ſpectabant, ut modo vidimus in *cauſſa* Valerii Liciniani. Et quidem erat, cum præfationes illas ederet, jam certe Senator Seneca. Revocatus ab exilio, (*i*) Prætor deſignatus eſt anno Æræ noſtræ XLIX. cum ne quidem juvenis ætatem attigiſſet Quinctilianus. Qui autem Prætor deſignatus eſt, jam olim in Senatu fuerit oportet, ante exilium, & honores etiam geſſerit Prætura priores, Quæſturam ſaltem & Tribunatum, vel Ædilitatem. Scio quidem locum inter Prætorios per ſaltum aliquando dari ſolitum etiam illis, qui honores Senatorios priores nullos geſſerant. Sic Magiis ſuis datum teſtis eſt (*k*) Velleius: ſic etiam ſæpenumero Principibus Imperii heredibus. Idque fecerint in civium luſtrationibus, pro arbitratu ſuo etiam aliquando Cenſores: ſed rarius id civibus, qualis erat Seneca, privatis conceſſum legimus. Nec quicquam legimus in illius *cauſſa* proprio aliquo jure actum, cur factam exiſtimemus legis aliquam indulgentiam. Sic porro (ut ad inſtitutum noſtrum redeamus) M. Aprum & Julium Secundum audiverat Auctor (*l*) Dialogi *de Oratoribus*.

(*a*) Scriv. ad loc. Martialis.
(*b*) Quinct. lib. III. *Inſt.* cap. 1. lib. IX. capp. 2. 3.
(*c*) Quinct. lib. IX. cap. 2.
(*d*) Plin. *Paneg.*
(*e*) Juvenal. *Sat.* VII. verſ. 197. 198.
(*f*) Plin. lib. IV. Epiſt. 11.
(*g*) Dio. lib. LIX.
(*h*) Quinct. *Inſt.* lib. VIII. cap. 3.
(*i*) Tacit. *Ann.* XII. cap. 8.
(*k*) Vell. lib. II. cap. 16.
(*l*) Dialog. cap. 2.

Et tamen latum clavum jam acceperat, ut ex ipſa ejus Oratione conſtat, (*a*) Marcus Aper; etiam Quæſturam, Tribunatum, & Præturam, qui tamen erant honores Senatorii. Sed hæc eadem facere domi ſuæ; aut in domibus, in quibus recitabant, conductitiis, ne quidem enatorem dedecebat locum in Senatu obtinentem. In ſchola autem, qui faceret, is *Profeſſor* appellabatur: quo ſenſu vox illa ad vitæ artificia extendi ſolebat. Is *Scholaſticus* a ſchola cognomen illud adeptus. Eumdem autem cum (*b*) Scholaſtico Rhetorem fuiſſe docet Auctor ille Dialogi *de Oratoribus*. Hoc ergo munus erat in viro Senatorio minus decorum. Et talis fuerat, cum ſcholæ publicæ præeſſet, Rhetor noſter Quinctilianus.

Non tamen illud obſtabat, quo minus nuptias filia ejus conſequeretur Senatorias.

XXXI. Non tamen illud obſtabat, quo minus nuptias filia ejus conſequeretur Senatorias. Nec enim infamis erat ipſa illa Rhetorices profeſſio, quamvis inferiori loco haberetur præ dignitate Senatoria. Imo liberalia illa ſtudia maximi faciebant etiam Senatores, qui non cenſus illius, externive, qui in Senatore neceſſarius erat, ſplendoris rationem ſolam habendam eſſe cenſerent. Inde Quinctilianum noſtrum modicum facultatibus, animo tamen beatiſſimum prædicat diſcipulus Plinius: eo nimirum ſenſu beatiſſimum, quo vetulam divitem beatam appellat (*c*) Juvenalis, pro coævo illorum temporum ſermone. Itaque, qui ſtudia illa magni faciebant Senatores, ne quidem conditiones eruditorum aſpernabantur. Ita *Pompeius Julianus provinciæ Princeps inter altiſſimas* [nuptiarum ſcilicet] *conditiones, generum non honoribus principem, ſed ſapientia, elegit Euphratem*, teſte (*d*) Plinio, Philoſophum. Sic etiam Quinctiliani e priori matrimonio (*e*) filium heredem adoptaverat pater Conſularis, generum etiam deſignaverat avunculus Prætor. Non ergo eſt, quod miremur filiæ ejus conditionem tam honeſtam; cum jam majori haberetur in pretio, eſſetque in dies in eloquentiæ fama celebrior; cum jam diſcipulos ſuos haberet, adulta nimirum ætate, Senatores.

Secundam illam uxorem Ann. XCIV. duxit, filiam autem Ann. XCV. ſuſcepit Quinctilianus.

XXXII. Tempus autem novi hujus matrimonii e filiæ, ni fallor, ætate colligemus. Eam ætate nubili fuiſſe veriſimillimum eſt, cum dotis illam acceſſionem offerret Plinius. Scio quidem ſponſalia fuiſſe illis temporibus frequentiſſima liberorum etiam impuberum: vix tamen, ut opinor, niſi ambo fuiſſent impuberes, tam ſponſus nimirum, quam ſponſa. Atqui Nonii Celeris ſponſi ætatem adultam, ut puto, arguunt civilia illa officia, quæ neceſſitatem mororis illi imponebant. Arguit etiam dotis fortaſſe conſtitutio, matrimonii mox futuri magis propria, quam ſponſalium. Nec vero e priori matrimonio natam exinde colligimus, quod, exſtinctis duobus, quos dixi, filiis, deinde ne quidem patrimonii ſui (*f*) heredem ſupereſſe queratur Quinctilianus; exinde etiam, quod puellam illam appellet Plinius. Non tamen inde, quod puella fuerit, impuberem fuiſſe oportebat. Etiam annis pubertati proximis manſit tamen, pro coævo illorum temporum ſermone, nomen ætatis puellaris. Sic ipſe Quinctilianus uxorem ſuam priorem, quæ annum XIX. attigerat, ætate (*g*) puellari fuiſſe dicit, ſuæ comparata. Cum ſuæ comparatam ætatem illam puellarem appellat, majorem illam recepta ætatis puellaris ſignificatione, nec multo tamen majorem, agnoſcit. Sic itidem de uxore ſua coævus Quinctiliano, minor tamen, (*h*) Plinius: abortum feciſſe, *dum ſe prægnantem eſſe puellariter neſciret*. Quod ſi ætate nubili fuerit filia Quinctiliani, cum dotem illam donaret Plinius, annum certe ætatis XII. exegerit oportet, limitem nimirum Romanæ, in femineo ſexu, pubertatis. Plinius autem, poſt annum Domini CVII. quo libros illos epiſtolarum collegit, edidit que, ſcribere illa non potuit. Antea potuit, nec multo tamen. Rara enim admodum, ſi qua fortaſſe ulla, hic apparent, quæ ſcripſit ante cædem Domitiani. Eſto ergo, duodecennis fuerit filia illa Quinctiliani ipſo illo anno, quo epiſtolam illam ſcripſit ediditque Plinius. Ita natam illam fuiſſe oportuit anno Æræ noſtræ XCV. Nec adeo nubere mater illius potuit ante annum XCIV. ut hæc illius primogenita fuiſſet. Æſtate enim anni CVII. in ſeceſſu Laurentino, libros priores epiſtolarum octo collegit Plinius, emiſitque. Itaque antea jam epiſtolam illam ſcripſerat, adeoque antea XII. ætatis annum impleverat filia Quinctiliani. Vix autem ante annum XCIV. fieri potuit, ut novam illam uxorem duxerit Quinctilianus. Ita enim libri VI. initio ſcribit, quaſi nec heredem haberet, nec vel ſpem heredis: non ita certe ſcripturus, ſi de novo aliquo matrimonio cogitaſſet. (*i*) *Nos* (inquit) *miſeri, ſicut facultates patrimonii noſtri, ita hoc opus, aliis præparamus, aliis relinquemus.* Nondum ergo anno, pro noſtris rationibus, XCII. jam affecto, de alia uxore egerat; cum tamen jam ultra triennium a prioris uxoris morte effluxiſſet. Inde connixis viribus in hoc Inſtitutionum opus incubuit, dum ad finem illud perduxiſſet, quod ineunte anno XCIV. factum exiſtimamus. Tum demum otium erat cogitandi de novo illo matrimonio. Adeoque arcte invicem cohærent hæc omnia, ut longe me a vero matrimonii hujus tempore abeſſe non exiſtimem. Orbam vero patre hanc uxorem Quinctilianus duxerit neceſſe eſt, ſi quidem filia fuerit Tutilii. Tutilium enim ſuæ ætatis ſcriptoribus accenſet ipſe Quinctilianus, (ſi quidem idem ille cum Rutilio) qua vivis etiam-

(*a*) Cap. 7.
(*b*) Cap. 35.
(*c*) Juven. *Sat.* 1. verſ. 39.
(*d*) Plin. lib. 1. Epiſt. 10.
(*e*) Quinct. lib. VI. *Inſt.* Procem.
(*f*) Quinct. Procem. lib. VI. fin.
(*g*) Quinct. *ibid.*
(*h*) Plin. lib. VIII. Epiſt. 10.
(*i*) Procem. lib. VI. fin.

num, cum illa commentaretur ipſe, ſcriptoribus opponebantur. Hæc ille libro operis tertio. Unde colligimus ante annum XCII. fuiſſe defunctum. Eoque ordine recenſet illos ætatis ſuæ ſcriptores, Virginium [Rhetorem nimirum] Plinium, & Tutilium. Si quidem vero obituum ordine, ſic omnium ultimum neceſſe erit deceſſiſſe Tutilium. Atqui Plinium (majorem ſcilicet, quem habuit in animo Quinctilianus) anno (*a*) LXXIX. exceſſiſſe probavimus. Itaque medio illo ſpatio deceſſerit Tutilius inter anni LXXIX. diem Augusti menſis XXIV. & annum XCII. Et filiam tamen anno XCIV. nubilem reliquit, puberem ſcilicet, adeoque ad minimum duodecennem. Si virginem duxerit, Quinctilianum ipſum infra annum LX. fuiſſe neceſſe eſt. Id enim probri loco Ciceroni objectum ipſe narrat, quod (*b*) ſexagenarius Popiliam virginem duxiſſet. Recte & illud, pro noſtris hypotheſibus, quæ illum quinquagenario propiorem faciunt, quam ſexagenario.

Superſtes erat,, & exiſtimo, Plinio diſcipulo Præceptor Quinctilianus.

XXXIII. Ita vitam Quinctiliani ad annum uſque CVII. Æræ noſtræ Chriſtianæ produximus, quo illam de filiæ nuptiis Epiſtolam ſcripſit Plinius diſcipulus: nimirum ultra annum Climactericum magnum, tot viris maximis, pro veterum ſententia, fatalem. Quouſque poſtea vixerit, in tanta veterum monimentorum inopia, ſtatuere difficile eſt. Hæc certe ultima illius eſt mentio, quæ quidem hodieque exſtat, indubia prorſus, fideique exploratæ. Nihil ultra conſtat, ni locum conjecturis concedamus atque ratiociniis. Suſpicor tamen illum Plinio diſcipulo fuiſſe ſuperſtitem, imo Hadriani etiam Imperium attigiſſe. Si quidem antea mortuus fuiſſet, quam Plinius e ſeceſſu in provinciam diſcederet, vix, puto, hoc tacuiſſet ipſe Plinius. Multos ille coævorum epiſtolis, cum defungerentur, ornavit; (*c*) Virginium Rufum, (*d*) Corellium, (*e*) Saturninum, (*f*) Martialem Poëtam, ipſum, quem contemnit, (*g*) Regulum. Etiam captavit undequaque epiſtolarum argumenta, in otio præſertim illo & ſeceſſu ſtudiis gratiſſimo. Solumne prætermiſſurus, quem maximo in honore habuit,, præceptorem Quinctilianum? Solumne illum, qui ſtyli oſtentandi uberrimum præbiturus erat argumentum, ſtyli ipſe oſtentator jactantiſſimus? Præſertim jam gliſcente indies epiſtolarum fama, cum jam memoriæ cauſſa cuperet epiſtolis Plinianis inſeri (*h*) Geminius, parentationem certe inferiaſque negare non potuit memoriæ præceptoris longe chariſſimi. Proinde annum illum ſeceſſus Pliniani CVII. ſuperaviſſe noſtrum, eſt ſane veriſimillimum.

Quinctilianus ornamentis Conſularibus inſignitus. Si quidem a Domitiano, anno Ær. Chriſt. XCII.

XXXIV. Quod vero illum ad Hadriani etiam tempora pertigiſſe cenſeam, ex ornamentis, quibus tandem honeſtatus eſt Conſularibus elicio. Illum certe Principis fuiſſe præceptorem, eoque nomine inſignibus Conſularibus ornatum, tradit (*i*) Auſonius. Erat, fateor, poſt abdicatum officium docendi publicum, cura nepotum e ſorore a Domitiano illi demandata. Certum hoc ex ipſo (*k*) Quinctiliano. Horum nomine ornamenta Conſularia illi decreta fuiſſe aliquando ſuſpicabar. Sic (*l*) Verrium Flaccum e ſchola in palatium ad nepotes ejus erudiendos tranſtulerat Auguſtus: ea tamen conditione, ut ne quem amplius poſtea diſcipulum reciperet: ad eumdem plane modum, quo Quinctilianum noſtrum ſchola publica defunctum ſuis e ſorore nepotibus imbuendis præfecit Domitianus. Et viginti annorum in munere docendi publico factis ſtipendiis, vicariam dignitatem poſtea emeriti loco decreverunt (*m*) Theodoſius junior & Valentinianus Cæſar, anno Æræ noſtræ CCCCXXV. Suſpicabar legem illam a priorum temporum exemplis emanaſſe, quibus profeſſoribus publicis emeritis, aut principum inſtitutoribus, honores plerumque decerni ſolebant. Inde colligebam conſularium ornamentorum tempus, vel a fine viceſimi in ſchola publica Quinctiliani ſtipendii, vel a nepotum illa Domitiani inſtitutione eſſe arceſſendum. Atque ea me in ſententia magis confirmabat, quod per Clementem Conſularia illa ornamenta ſortitum noſtrum teſtetur Auſonius. Erant quidem ſub Domitiano duo Clementes in Domitiani gratia celebres, Arretinus alius, alius ex eadem, qua Domitianus ipſe, gente Flavius, Domitiani e Veſpaſiani patris fratre Flavio Sabino a Vitellianis interfecto patruelis. Solus autem in hac *cauſſa* locum habere potuit Clemens ille poſterior Flavius. Duxit enim ille ipſam illam Domitiani ſororem, cujus noſter meminit Quinctilianus, ut nos docet in Apollonii vita (*n*) Philoſtratus. Imo ipſos illos ex ea filios ſuſtulit, quorum ſtudiis Quinctilianus a Domitiano præfectus eſt. Ipſos enim illos *Flavii Clementis filios, etiam tum parvulos, ſucceſſores palam deſtinaviſſe, &, abolito priori nomine, alterum Veſpaſianum appellari juſſiſſe, alterum Domitianum* teſtatur (*o*) Suetonius. Ad adoptionem plane ſpectare videbatur nominum illa mutatio. Ita nimirum, ut in illius familiam tranſiruri viderentur, qui nova illis nomina impoſuerat. Ita Cæſares fuiſſent & filii Auguſti in numis appellandi, quos palam Domitianus ſucceſſores deſtinaverat, ſimileſque adeo illis, de quibus loquitur Auſonius. Sic fuerit illorum inſtitutor, pro eorum, de quibus ille loquitur, exemplo,

(*a*) Ann. Plinian.
(*b*) Quinct. lib. VI. capp. 3. 4.
(*c*) Lib. II. Epiſt. I. lib. IX. Epiſt. 19.
(*d*) Lib. I. Epiſt. 12.
(*e*) Lib. V. Epiſt. 5.
(*f*) Lib. III. Epiſt. 21.
(*g*) Lib. VI. Epiſt. 2.
(*h*) Lib. IX. Epiſt. 11.
(*i*) Auſon. *Gratiar. Act. ad Gratian.* p. 712.
(*k*) Quinct. Procem. Lib. IV.
(*l*) Suet. *Grammat.* cap. 17.
(*m*) Cod. lib. XII. tit. 15.
(*n*) Philoſtrat. lib. VIII. vit. Apollonii.
(*o*) Suet. *Domit.* cap. 15.

honore

honore aliquo publico renumerandus. Sic recte Clemens illorum pater Conſularia illa ornamenta præceptori filiorum impetrarit: is, inquam, potius quam Domitianus ipſe, quod nondum plena peracta eſſet adoptio, nec adeo e poteſtate ejus in Domitiani ſacra domeſtica pueri migraverant. Eo etiam ſpectare potuit majoris Quinctiliani filii a viro Conſulari adoptio, & quod Prætorio jam avunculo gener fuerit deſignatus. Nec diu ante pueri obitum fuiſſe ambos illos ejuſdem honores e patris Quinctiliani teſtimonio facile colligitur. Tum vero admodum opportuni fuiſſent, patre jam Conſularia ornamenta ſortito, parem nimirum honorem cum viris Prætoriis atque Conſularibus. Hic ergo Clemens ſi Conſularia illa ornamenta Quinctiliano noſtro impetraverit, a vero tempore, quo fuerint impetrata, longe aberrare non poterimus. Clementem illum tantum non in ipſo ejus Conſulatu Domitianum interemiſſe docet Suetonius. Si quidem de menſibus loquitur quibus Conſulatum ipſum geſſerit, ſic anni XCV. menſe Martio ineunte cæſus fuerit Clemens; nec potuit adeo poſt illum ipſum menſem Conſularia ornamenta conſequi Quinctilianus. Sed nec antea illa conſequi idem potuit, quam ſtudiis puerorum præficeretur: quod factum anno, pro noſtris rationibus XCII. Sic medio illo ſpatio inter annum XCII. & XCV. concludi oportebit Quinctiliani noſtri ornamenta illa Conſularia; ſi quidem illa, & propter pueros illos, & illo impetrante Clemente, fuerit conſecutus. Imo ipſo illo anno XCII. quo pueris præceptor datus eſt, ſi hæc patris ornamenta Conſularia in cauſſa fuerint, cur filium Quinctiliani pater Conſularis adoptaverit, & generum eumdem Prætorius avunculus deſignaverit. Nuper enim, cum moreretur, Conſulari adoptione ad omnium ſpes bonorum patris admotum, teſtis eſt de filio Quinctilianus ipſe pater: ſatis nimirum commode inter libri IV. Inſtitutionum & VI. initia.

Non tamen propter illos Domitiani nepotes, ſed propter Auguſtum aliquem cujus Præceptor fuerit, Quinctilianus ornamenta illa Conſularia conſecutus eſt.

XXXV. Sic equidem hunc Quinctiliani honorem diſponendum eſſe crederem, ſi horum puerorum cauſſa illum, & hoc Clemente impetrante, fuiſſet conſecutus. Potius tamen eo propendeo, ut propter Hadrianum, eoque adeo imperante, ornamenta illa noſter acceperit. De Auguſtorum enim præceptoribus, qualis ipſe fuerat Auguſti Gratiani, loquitur Auſonius. *An tu* (inquit) *ſolus præceptor Auguſti? Imo ego cum multis conjunctus officio, ſed cum pauciſſimis ſecretus exemplo.* Proinde Auguſtorum dumtaxat præceptores in ſequentibus commemorat. Pergite deinde: *Nolo Conſtantini temporum taxare collegas: Cæſares docebantur.* Hic palam oſtendit, ita ſibi conſilium eſſe, ſolos Auguſtos, Auguſtorumque præceptores recenſendi, ut ne quidem Cæſarum præceptores memorare vellet. Et fuit quidem Auguſti Neronis præceptor Seneca. Et Auguſti magiſtrum Frontonem Marci appellat ipſe Auſonius. Unicus eſt, de quo ulla poſſit eſſe ſuſpicio Auguſtuſne fuerit, Maximinus junior, ſeu potius Maximus, (ſic enim illum appellant coævi numi) Maximini Thracis filius, cujus præceptorem Titianum hic adducit Auſonius. Sunt tamen etiam in illius numis argumenta, Auguſtum illum a patre tandem fuiſſe appellatum. PIETAS AUG. in averſa parte legitur apud cl. (a) Begerum e Theſauro Palatino. ET VICTORIA AUGUSTORUM in uno, VICTORIA AUG. in alio numo apud cl. Mediobarbum. Itaque pro Auguſti Magiſtrò Quinctilianum noſtrum habuit Auſonius: quo titulo ipſe etiam alibi ſæpe gloriatur. Atqui tantum abeſt, ut Auguſti fuerint Domitiani illi nepotes, ut ne quidem ullos illorum numos habeamus, qui vel Cæſares illos, vel Auguſti filios agnoſcant. Imo nepotes illos, non filios Domitiani, appellat ipſe Quinctilianus. Inde colligitur, cum Librum IV. ipſe ſcriberet, cum ſtudiis illorum præficeretur, nondum illos a Domitiano fuiſſe adoptatos. Nulla prorſus illorum occurrit, poſt cædem Domitiani, in hiſtoria mentio, quæ tamen merito expectanda erat, ſi publico aliquo titulo illos Domitianus inſigniviſſet. Ad *cauſſam* ergo, quam egit Auſonius, nihil plane faciebat nepotum Domitiani illud Magiſterium.

Auguſtus ille vix alius eſſe potuit, quam Hadrianus.

XXXVI. Quod ſi ab Auguſto aliquo diſcipulo Conſularibus ornamentis inſignitus fuerit noſter, quærendum deinde erat, quis ille eſſe potuerit. Domitianum certe ſi inſtituiſſet, vix tacuiſſet ipſe Quinctilianus, cum de honore illo loquitur, quo nepotum curæ ipſe ab eo fuiſſet admotus. Majoris enim gloriæ fuiſſet, ſi Auguſtum ipſum docuiſſet, quam ſi filios Auguſti. Succeſſit Nerva Quinctiliano ipſo ætate major, ne diſcipulus eſſe poſſet. Trajanus annos Oratoriæ dari ſolitos in caſtris egit, ut (b) alibi oſtendimus. Imo expertem illum bonarum artium & ignarum fatetur Dio, adeo nimirum a Quinctiliani diſciplina alienum, ut nec alium aliquem Oratoriæ magiſtrum habuerit. Proinde ſupereſt ſolus Hadrianus, cujus magiſter eſſe potuit, ſi quidem Auguſtum ille diſcipulum habuerit. Et quidem illum conſtat artium liberalium omnium fuiſſe peritiſſimum. Erat præterea Hadrianus Romæ, cum ſcholam abdicaret Quinctilianus, & ætate etiam illa, quæ Rhetoribus dare operam ſolebat. Anni enim LXXXVIII. fine annum ætatis egit XIII. jam pueris grandioribus accenſendus, quos apud Rhetoras ſtuduiſſe jam probavimus. Nec antea Roma in patriam conceſſit, quam juſtam pueri ætatem penitus expleviſſet, ſumpſiſſetque togam virilem. Potuit ergo euſque Quinctilianum docentem audire, ſed privatus adhuc, & ne ſpei quidem Imperatoriæ, cum ſpem adhuc nullam Imperii concepiſſet vel Trajanus ejus avunculus. Ut tamen Quinctilianum

(a) Beger. num. 51.

(b) Præl. IV. ad *Spart.* Adrian. §. 5.

in ſchola docentem non audiviſſet Hadrianus, cum operam ille ſtudiis Rhetoricis nondum daret; aliud nihilominus tempus erat, quo ſe Oratoriæ addixerit, & quo Quinctiliani diſciplinam ſaltem domeſticam ſatis commode habere potuerit. Quæſtor *Hadrianus* anno CI. *cum Orationem Imperatoris in Senatu agreſtius pronuncians riſus eſſet, usque ad ſummam peritiam & facundiam Latinis operam dedit*, inquit in vita (*a*) Spartianus. Hoc autem ipſo tempore Quinctilianum adhuc Romæ fuiſſe e Plinio juniore conſtat. Eumdem poſtea jam principem profeſſores omnes (in illis etiam Rhetoras) & honoraviſſe, & divites feciſſe, idem docet (*b*) Spartianus. Vix eſt, quod dubitemus, quin hoc numero fuerit, ſi quidem adhuc in vivis eſſet, noſter Quinctilianus: Profeſſor ille nimirum olim publicus, & publico etiam ſtipendio. Imo honorem illum ornamentorum Conſularium habuiſſe, jam docuit Auſonius. Juvenalis etiam (*c*) divitem agnoſcit, & fato potius cuidam imputat, quam ſtudio Rhetorices. Sic enim ille:

——— Unde igitur tot
Quinctilianus habet ſaltus? exempla novorum
Fatorum tranſi: felix & pulcer & acer:
Felix & ſapiens, & nobilis, & generoſus
Adpoſitam nigra Lunam ſubtexit aluta.

cum divitiis hic & nobilitatem felici tribuit, & quidem Senatoriam. Illorum enim erant Lunulæ illæ calceis adſutæ. Inde patriciam Lunam illam appellat (*d*) Statius: nec certe propter gentes Patricias proprie ſic dictas, quæ erant Senatorum ſub Romulo, ſed quod Senatorum propria eſſet, qui Patres conſcripti, etiam minorum gentium appellabantur. Innuit etiam poſtea nobilitatem Conſularem verbis illis:

(*e*) *Si fortuna volet, fies de Rhetore Conſul;*
Si volet hæc eadem, fies de Conſule Rhetor.

Hæc ſane cum Quinctiliani *cauſſa* dicat, vix eſt quin Quinctilianum talem oſtendant; e Rhetore nimirum nobilem, Senatorium, Conſularem; & quidem illis divitiis inſtructum, quæ eſſent etiam ad cenſum Senatorium neceſſariæ. Jam enim olim ante hæc Quinctiliani tempora ad locum in Senatu capiendum neceſſarius erat, præter natales, etiam cenſus Senatorius. Is erat, his Quinctiliani temporibus, teſte (*f*) Juvenale, triplex equeſtris, qui cum quadringent. eſſet ſeſtertium, Senatorius proinde valebat duodecies HS. & quidem ab ultimis Auguſti temporibus. Auxit enim ille veterem Senatorum cenſum nunc ad decies, tandem vero ad duodecies ſeſtertium, ut e (*g*) Dione colligitur & (*h*) Plutarcho, ſuffragante etiam in cenſu ſeſtertium duodecies (*i*) Suetonio. Itaque hanc ſummam explere illum oportebat, qui locum in Senatu tenere vellet. Neceſſarium ſane ad ſumptuoſam illam, quam appellat Plinius, dignitatem cum decore ſuſtinendam. Inde factum, ut quos vellent in Senatum adlegere, iis, ſi aliunde non ſuppeteret, cenſum auxerint ipſi etiam Auguſti. Prævivit Auguſtus ipſe primus, qui cum cenſum, pro eo, quo dixi modo, ampliaſſet, (*k*) *ſupplevit non habentibus*. Secutus eſt Auguſtum (*l*) Tiberius. Inde in exemplum tranſiit apud ſucceſſores. Alioqui onerosus futurus erat, nec adeo expetendus ordo etiam ampliſſimus, ſi deeſſent expenſæ. Inde *Propertium Celerem* virum *Prætorium veniam ordinis ob paupertatem petiiſſe* dicit (*m*) Tacitus. Inde Tribunatus, ſi deeſſent candidati, Senatores ex equitibus creavit Auguſtus, ea tamen lege, (*n*) ut, poteſtate tranſacta, in utro vellent ordine manerent. Quoties nimirum metueretur gradus Senatorius propter expenſas; inde denique toties legimus, etiam apud juniores Auguſtos, decretos honores cum ſumptibus. Proinde non eſt, quod dubitemus, quicumque demum ornamenta illa Conſularia Quinctiliano noſtro decrevit Auguſtus, eumdem etiam divitias honori ſuſtinendo pares illi decreviſſe. Erant quidem ornamenta illa Conſularia, Conſulatu ipſo nonnihil inferiora. Proinde *honeſtamenta nominis potius, quam inſignia poteſtatis* viſa teſtatur Auſonius. Inde (*o*) Conſularia ornamenta Prætoriis etiam viris conceſſit Julius. Et, cum Conſulatum ipſum dare gravaretur, Conſularia tamen (*p*) ornamenta Claudio detulit Auguſtus. Imo procuratoribus ſuis ducennariis Conſularia ornamenta indulſit ipſe Claudius. Rei tamen ipſius vicem ſupplebant illa ornamenta, pariter ut ſupplebant triumphi juſti locum ornamenta triumphalia. Proinde non eſt quod dubitemus, quin & Conſulatus loco fuerint ornamenta etiam Conſularia: honor proinde Senatorius, ſumtuumque adeo Senatoriorum, qui vicem geſſit honoris in Senatu ſummi. Jura certe habuit Conſularia, ſi minus ſententiæ inter Conſulares in Senatu dicendæ, at ſaltem trabeæ Conſularis, atque clientelæ: illa certe ad minimum jura, quæ ſumptus exigerent. Atqui certum

(*a*) Spart. Hadr. cap. 3.
(*b*) Spart. *ibid.* cap. 16.
(*c*) Juven. *Sat.* VII. verſ. 188. 189. 190. 191. 192.
(*d*) Stat. lib. V. Sylv. 2. verſ. 28.
(*e*) Juvenal. *Sat.* VII. verſ. 197. 198.
(*f*) Juven. *Sat.* XIV. verſ. 326.
(*g*) Dio lib. LV.
(*h*) Plutarch. *Anton.*
(*i*) Suet. *Aug.* cap. 41.
(*k*) Suet. *Aug.* ibid.
(*l*) Tacit. *Ann.* I. cap. 75.
(*m*) Tacit. *ibid.*
(*n*) Suet. *Aug.* cap. 40.
(*o*) Suet. *Jul.* cap. 76.
(*p*) Suet. *Claud.* cap. 5.

eſt ita nondum Domitiano imperante, ut ne quidem cum ſcriberet Plinius diſcipulus ſub Trajano, Quinctiliano noſtro divitias fuiſſe Senatorias. Modicum facultatibus ſcio, inquit ille ipſe (*a*) Plinius: præ cenſu ſcilicet Senatorio. De filiæ enim ibi nuptiis agit Senatoriis.

XXXVII. Sed vero Juvenalem ſcripſiſſe ante Plinium recepta eſt, fateor, etiam apud eruditos, opinio: inde nimirum orіunda quod irati hiſtrionis exulem illum appellet Sidonius Apollinaris. Iratum illum hiſtrionem Paridem intelligunt, & quidem poſteriorem illum Paridem, propter adulterium cum Domitia, occiſum a Domitiano. Ab illo credunt Paride, propter paucos quoſdam Satiræ, quibus illum perſtrinxerit, verſus, pulſum fuiſſe in exilium Juvenalem, *miſſum* nimirum *per ſpeciem honoris ad præfecturam cohortis in extrema parte tendentis Ægypti*; inde nunquam rediiſſe, verum *intra breviſſimum tempus angore & tædio periiſſe.* Hæc ſi vera eſſent, ſic ante repudium Domitiæ, quo tempore Paris occiſus eſt, oportuit ſcripſiſſe Juvenalem. Aliquot certe annis ante conſecrationem Juliæ, quæ anno periit, ut vidimus, Æræ noſtræ XCI. multis certe ante finem Domitiani annis, cui adeo ipſe ſuperſtes eſſe non potuit. Ita periiſſe neceſſe erat, antea quam ſcriberet Plinius, tantas illas Quinctiliani divitias. Quo tandem, quæſo, illius merito? Quo etiam infeſto Principe, cum Domitiani gratia eſſet florentiſſimus? Ubinam ergo beatitudo ejus illa, quam adeo in illo celebravit diſcipulus Plinius? Mirum eſt profecto, nondum vidiſſe eruditos, quam hæc omnia inepte invicem cohæreant. Atqui illud ipſum ſuſpectam hanc ſententiam facere potuit, quod longe veriſimilius eſt, a modicis illis facultatibus, quas memorat Plinius, ad divitias noſtrum (quarum meminit Juvenalis) aſcendiſſe, quam vice verſa illum a divitiis ad modicas facultates recidiſſe. Ita certe cum nullo prorſus inſigni infortunio notatum obſervarunt veteres.

Non ſibi conſtat recepta illa opinio, quod ſub Domitiano ſcripſerit, & a Paride actus ſit in exilium Juvenalis.

XXXVIII. Sed miri ſunt in hac univerſa cauſſa tam recentiorum, quam etiam veterum errores. Paridem illum ſeniorem intelligunt vitæ Juvenalis Auctor Anonymus, & vetus ille, quem habemus, Juvenalis interpres, Claudii nimirum Neronis libertum a patrono ipſo, ut teſtantur (*b*) Dio & (*c*) Suetonius, interfectum. Proinde ad Neroniana tempora illa refert Scholiaſtes, in quibus Paridis mentionem fecit Juvenalis. Ita Domitiani tempora pertingere Juvenalis non potuerit, qui paulo poſt exilium obierit: quod tamen, vel ex ipſo Satirarum opere, conſtat eſſe falſiſſimum. Atqui juniorem illum fuiſſe Paridem a Domitiano cæſum, quem perſtrinxit Juvenalis, vel inde conſtat, quod Statium Poëtam dicat, poſt recitatam cum laude *Thebaïdem*, *Agaven* ſuam Tragœdiam Paridi illi vendidiſſe. Hic ſane Statius ab eo, quem habemus, alius eſſe non potuit. Ediderat ille *Thebaïdem* ſuam paulo antea quam primum ederet *Sylvarum* librum: probatam nimirum antea recitationibus. Ita poſt initium Domitiani, & tamen ante Paridis cædem, & repudium Domitiæ, *Agaven* vendiderit oportet Statius. Adeo præterea certum eſt, poſt cædem Domitiani Satiras ſcripſiſſe Juvenalem: ut mirum ſit profecto monitos a (*d*) Lipſio, & (*e*) Salmaſio de eo amplius dubitare poſſe viros eruditos. Non repeto hic argumenta jam ab illis olim obſervata. Novum addo, quod illos fugerat, ſed vero longe certiſſimum. (*f*) Marium ille Priſcum dicit nuper Afros diſcinxiſſe, proinde exulem factum damnatum repetundarum: ſic tamen ut diis ipſe iratis frueretur, Provincia autem victrix ploraret. Hanc ipſam Afrorum cauſſam coram Trajano tert. Conſule (*g*) Plinius egit menſe Januario anni C. & quidem eo eventu, ut rapta fiſco addicerentur, quæ cauſſa erat Provinciæ plorandi, reliquis ipſe in exilio frueretur. Sunt & illa Juvenalis de Domitiano verba:

Ne veterum quidem hic hallucinantium teſtimonia ſatis ipſa ſibi conſentiunt.

> (*h*) *Cum jam ſemianimem laceraret Flavius urbem*
> *Ultimus, & calvo ſerviret Roma Neroni*, &c.

Hæc verba ad exilium Poëtæ retulit vetus Scholiaſtes: *Propter quod* (inquit) *ſub ſpecie honoris relegatus eſt ad cohortis curam in Ægypto, Hoaſa, ubi mortuus eſt.* Sed mitius fingitur Domitiani, quam fuit, ingenium; cum verba illa exilio expiata credunt, & quidem tali exilio, quod ſpeciem haberet honoris, quod Præfectura potius quam exilium appellaretur. Fuit quidem Juvenalis in exilio, etiam in Ægypto, ut e Satira ejus colligitur 15. non tamen certe ſub Domitiano. Imo Juvenalem in ipſa Subura memorat (*i*) Martialis, anno poſtquam in patriam rediiſſet (quod Trajani tertio Conſulatu factum) ad minimum III. Æræ noſtræ Chriſtianæ CIII. poſt cædem Domitiani VIII. cum tamen tædio & angore (exilii ſcilicet) mortuum teſtetur vitæ Auctor Anonymus. Nunquam redierit oportet, qui tædio exilii & angore ſit mortuus. Fieri tamen vix potuit, quin redierit, Nerva exules revocante, qui a Domitiano fuiſſet relegatus, ſi quidem Domitiano fuiſſet ſuperſtes: præſertim ille qui per ſpeciem honoris exulaverat. Ita pugnant omnia, quo minus vera eſſe poſſit recepta illa ſententia.

XXXIX. Sed vero a Sidonii illo teſtimonio pendent recepti illi errores irati hiſtrionis

Miſſus eſt

(*a*) Plin. lib. VI. Epiſt. 32.
(*b*) Dio L.
(*c*) Suet. *Nero.*
(*d*) Lipſ. lib. IV. Epiſt. Quæſt. Epiſt. 20.
(*e*) Salmaſ. in Solin. Polyhiſt.
(*f*) Juvenal. *Sat.* I. verſ. 47. 48. 49. 50. Sat VIII. verſ. 120.
(*g*) Plin. *Paneg.* cap. 76. & lib. II. Epiſt. 11. 12.
(*h*) Juven. *Sat.* IV. verſ. 37. 38.
(*i*) Martial. lib. XII. Epigr. 18.

Juvenalis in exilium ab Hadriano; & quidem anno Æræ Chriſtianæ CXVIII.

exulem Juvenalem appellantis. Addit præterea manifeſtam, ut putat, Suidæ Auctoriſque veteris, qui vitam Juvenalis conſcripſit, cl. Ryckius. Atqui non idem dicunt illi, ut mox videbimus, quod putat ille dicere Sidonium. Ego potius viciſſim ex illis explicandum exiſtimo Sidonium. Sic autem ſe rem illam totam habuiſſe cenſeo. Exul erat, uti jam dixi, Juvenalis, cum Satiram ſcriberet XV. Hoc confirmat etiam in verſ. 27. Scholiaſtes: *De ſe* (inquit) *Juvenalis dicit, quia in Ægypto militem tenuit, & ea promittit ſe relaturum, quæ ipſe vidit.* Proinde rixæ illi ipſe adfuit, quam deſcribit inter Ombitas & Tentyritas. Tempus autem ipſe deſignavit rixæ illius, cum & nuper illam contigiſſe dicit, & quidem Conſule (*a*) Junio. Scio quidem Vincum nonnullos, Juncum alios in loco illo legere. Id quoque ſcio in inſcriptionibus, non tamen horum temporum, occurrere Æmilium Juncum. Sed, quicunque demum is fuerit Conſul, Ordinarium certe fuiſſe veriſimillimum eſt. Deſignatis enim Conſulibus res extra Italiam geſtas ſignare non ſolebant, teſte (*b*) Dione. Juncum autem aut Vincum nullum prorſus agnoſcunt horum temporum Faſti inter Conſules Ordinarios. Rectius ergo Junium reponunt codices, & fide pariter & numero potiores, ne quidem metri ratione refragante, ut jam olim obſervavit Salmaſius. Et quidem Junium duplicem habent Faſti coævi Juvenali; alium Domitiani in X. Conſulatu collegam Appium Junium Sabinum, anno Domini LXXXIV. alium Hadriani in ſuo itidem Conſulatu III. collegam Q. Junium Ruſticum. Quo minus prior intelligi poſſit, obſtant illa omnia, quæ in his ipſis Satiris occurrunt, Domitiani temporibus recentiora. Poſteriorem ergo intellexerit oportet anno Æræ receptæ CXIX. Hoc ergo anno erat in exilio Juvenalis, teſtis earum, quas deridet, rixarum. Sed vero Roma illum ejicere non potuit Trajanus, qui ab anno uſque CXII. Romæ ipſe non adfuit, nec etiam ante annum CXVIII. quo Romam venit Imperator Hadrianus. Romæ enim nata eſt exilii occaſio, quod Romæ Satiras recitaverit, quod Romæ ſecundis omnium ſuffragiis exceptus fuerit, quod Romæ Princeps ille, quicumque fuerit, ingeniis faverit, Præfecturiſque Poëtas remunerari ſolitus fuerit, & quidem interpellantibus (qui Paridis in loco videri poſſent) ſeu amicis, ſeu libertis. Inde enim factum, ut, quæ in Paridis olim defuncti opprobrium ſcripſiſſet Juvenalis, ea Princeps in ſuam amicorumve aut etiam temporum ſuorum contumeliam acceperit: inde nimirum, ut levi atque joculari delicto, ut obſervavit vitæ auctor, par etiam pœna decerneretur. *Semeſtres Paridis militias*, Tribunatus ſcilicet, Poëtis venditas exprobrat (*c*) Juvenalis: ita nimirum ut Præfectos *Pelopeia*, Tribunos *Philomela* fecerit. Proinde ipſe cohortis Præfectura donatus eſt, quaſi Satirarum præmio. Plane hoc pro indole Hadriani ſatis joculari, & pœnæ loco, & in ſpeciem honoris. Objectat ille venalia illa Poëmata emptorum nomine edita, captatoſque adeo ab illis alienorum operum honores. Neſcio an proinde ingenii ſui fœtus ſub libertorum nomine ediderit Hadrianus (hoc enim de eo teſtatur (*d*) Spartianus:) quo ſe adeo alienum oſtenderet a convicio illo captandi debitos alienis operibus honores, ut contra ſua alienis nominibus ſuppoſuerit, & quidem, qualis Paris fuerat, libertorum. Itaque & Romæ fuerit oportet, & ſuæ indolis experimenta dederit in literatos munificentiſſimæ; cum Juvenalis illa in ſe dicta ſuſpicari poſſet Hadrianus. Sic ante anni CXVIII. finem, aut CXIX. initium, mitti vix potuit in exilium Juvenalis. Erat autem, cum relegaretur, octogenarius. Proinde natus fuerit vel anni XXXVIII. fine, vel XXXIX. initio. Inde reliqua Juvenalis tempora erunt arceſſenda.

Eodem illo anno CXVIII. poſtquam Romam veniſſet Hadrianus, Satiras omnes ſcripſit, recitavit, ediditque Juvenalis.

XL. Ait vitæ Auctor, ad *mediam* fere *ætatem declamaſſe, animi magis cauſſa, quam quod ſcholæ aut foro prepararet.* Suffragatur & ipſe, cum ait ſe conſilium dediſſe Syllæ, *privatus ut altum dormiret.* Plane declamatorium illud erat argumentum. Inde facundiæ nomine illum celebrat Martialis: recte nimirum ille, ſatiſque, pro temporum ratione, congrue. Media enim ætas Juvenalis incurret in annum, pro noſtris hiſce calculis, LXXVIII. vel LXXIX. multis antea annis, quam ſcriberet illa Martialis. Sed nulla adhuc memoratur ejus celebritas a re Poëtica, ne quidem a Quinctiliano, ubi agit de ſcriptoribus Satirarum: non equidem, ut ſuſpicatur Rigaltius, quaſi illum læſiſſet hoc ipſo Satirarum opere Juvenalis. Tantum abeſt, ut id moleſte ferre poſſet noſter, ut ſane contra nuſpiam illius, niſi cum honore, meminerit. Sed monet noſter Lectorem aliquoties ſe dedita opera a (*e*) nominibus viventium abſtinere. Et multis poſtea annis ſcripſit Juvenalis illas, quas habemus, Satiras. Addit enim vitæ Auctor, poſteaquam declamationibus inclaruiſſet: *Deinde paucorum verſuum Satira non abſurde compoſita in Paridem pantominum, Poëtamque Claudii Neronis, ejus ſemeſtribus militiolis tumentem, genus ſcripturæ induſtrioſe excoluit.* Proinde unicam illam fuiſſe paucorumque verſuum Satiram innuit, quam primam ſcripſit Juvenalis; eam cum non abſurde compoſitam ipſe judicaſſet, inde animos ſumpſiſſe ad genus ſcripturæ induſtrioſe excolendum. Manſit tamen intra privata Auctoris ſcrinia prima ejus illa in hoc genere ſcribendi exercitatio: adeo nimirum ab eo nondum edita, ut ne quidem amicorum auditoriis recitanda crederetur.

(*a*) Juven. *Sat.* xv. verſ. 27.
(*b*) Dio, L.
(*c*) Juvenal. *Sat.* VII. verſ. 88. 89. 92.
(*d*) Spartian. *Hadrian.*
(*e*) Quinct. lib. III. cap. I. lib. X. cap. I.

Sic

Sic enim ſubjungit Auctor : *Et tamen diu ne modico quidem auditorio quicquam committere eſt auſus.* Id quod etiam primis primæ Satiræ verbis ſatis aperte ſignificat ipſe Juvenalis. Nec enim alio ſpectare videntur illa, in quibus queritur tamdiu ſe fuiſſe Poëtarum recitantium auditorem, *ſemper clamaſſe Frontonis platanos, & convulſa marmora, ruptaſque aſſiduo lectore columnas;* cum ipſe ſcilicet nondum in eo ſcripti genere aliorum patientiam exercuiſſet. Tam longe aberant illa a Paridis ira concitanda, ſi vel ſuperſtite Paride fuiſſent ſcripta, cum irritare non poſſent, cum nondum emanaſſent in publicum. Nec tamen veriſimile eſt, ante cædem Paridis vel illam paucorum verſuum Satiram ſcripſiſſe Juvenalem. Nihil, fateor, de ſcriptionis tempore accuratum tradidit, quem unicum habemus de his rebus teſtem, vitæ Auctor Anonymus. Id unum indicat, poſt mediam ætatem ad illa Juvenalem ſtudia deflexiſſe. Sed nihil plane de ſtudiis ejus Poëticis Poëta (*a*) Martialis. Is tamen ſe ita Juvenali familiarem fuiſſe gloriatur, ut non magis Pyladi amicus fuerit Oreſtes, aut Theſeus Pirithoo, ne vel arcana Juvenalis ſtudia Martialem latuiſſe ſuſpicemur. Imo (*b*) a mortuis ille prudenter abſtinendum eſſe cenſet: tantum abeſt, ut vivum Paridem, vel in prima illa Satira, laceraret. Juniorum ergo Auctorum iſta ſunt tantummodo ratiocinia, non autem e veterum monimentorum coæva fide deprompta teſtimonia. Cum vero genus ſcripturæ induſtrioſe excoleret, tum & reliquum Satirarum corpus ſcripſit, inque illam, quam retinent hodieque, formam redegit; & ea quoque, quæ prima fecerat, novis ſcriptis infercivit. Sunt enim illa Auctoris Anonymi verba : *Mox magna frequentia magnoque ſucceſſu bis ac ter auditus eſt, ut ea quoque, quæ prima fecerat, inferciret novis ſcriptis.* Recitavit, ni fallor, omnia, emiſitque in publicum, anno CXVIII. poſtquam Romam veniſſet Hadrianus, quem ille Principem a benevolo ejus in hæc ſtudia animo, in hac ipſa (*c*) Satira in qua occurrunt verba illa de Paride, commendat. Inde, ni fallor, animos ſumpſit ſcripta ſua in publicum emittendi. Inde tantus ille recitantium numerus, de quo in prima Satira; cum ſpes illa lucri appareret, ditante profeſſores, uti vidimus, Hadriano. Omnes ergo Satiras ſub Hadriano editas exiſtimamus, non poſtremas tantummodo, ut voluit *Salmaſius*. Paratas enim ad editionem uno eodemque tempore fuiſſe, vel illud arguit, quod bis illas terque recitaret : non ſcilicet ſeorſim, ſed unis continuiſque recitationibus, quas quidem ante exilium ſcripſerat univerſas. Cumque diu ſe a recitatione continuerit, proinde anni CXVIII. fine, feriis fortaſſe, quas recitationibus plerumque dabant, vindemialibus, non autem æſtivis recitavit. Ultimas Satiras a XIII. tum certe ſcriptas nota illa ſexageſimi a Fonteii Conſulatu anni docet, etiam obſervante Salmaſio. Ad Trajani etiam tempora exeuntia ſpectabant terræ motus illi, quorum mentio occurrit in Satira VI. verſ. 409, 410. obſervante Lipſio. Erat enim terræ motus ille anno, pro noſtris calculis CXIV. exeunte, pro (*d*) receptis autem CXV. itidem exeunte. Et Frontonem illum, cujus platani & marmora perpetuis Poëtarum recitationibus ſonabant, ut nos docet Juvenalis ipſo Satiræ I. initio, non alium exiſtimo a celeberrimo Oratore M. Cornelio Frontone Marci Luciique Antoninorum Magiſtro, qui ſub Hadriano præcipue & Pio & Marco floruit, ne ad tempora Hadriano antiquiora poſſit commode referri. Vidit illum certe audivitque ſub Pio (*e*) Gellius. Conſulatum autem ſub diſcipulo geſſit, ut videtur, Marco. Erant, fateor, alii quoque, illis temporibus, Frontones, ut obſervavit olim ad locum junioris Plinii Catanæus. In illis etiam Fronto Catius, ſub Trajano, Orator & ipſe & Senator Plinio ipſi coævus, & ab eo (*f*) non uno in loco memoratus. Illum grandævum admodum fuiſſe oportet, ſi Marci tempora attigerit, ſi Plinii tempore ætate fuerit Senatoria. Eumdemque ſane credidit Catanæus: neſcio an recte. Sed temporum ratio, & favor in illum Hadriani, & par adeo illius in literatos ſtudium id efficiunt, ut non alium illum fuiſſe veriſimillimum ſit a Marci præceptore, de quo loquitur Juvenalis. Id tamen præcipue ſuadet, uti dixi, tantus ille recitantium numerus temporibus Hadriani convenientior, quam Trajani. Trajano certe imperante Romam ita reliquit Martialis, ut in patriam diſceſſerit, nec inde unquam poſtea redierit: non alia, ut videtur, cauſſa, quam quod lucri e ſtudio Poëtices quærendi ſpes omnis deinceps penitus decollaverit. Proinde veriſimilius exiſtimo, qui anno CXVIII. Hadrianum offenderit, miſſum proinde in exilium initio anni CXIX. *Erat tum* (inquit vitæ Auctor) *in deliciis aulæ hiſtrio, multique fautores ejus quotidie provehebantur. Venit ergo Juvenalis in ſuſpicionem, quaſi tempora figurate notaſſet.* Nempe illa in Paridem dicteria hiſtrionem, in ſuum (cujus nomen non prodidit Auctor) hiſtrionem dicta interpretabatur Hadrianus, & ſe magis in illo, quam hiſtrionem ipſum, in hiſtrionis ſui perſona notatum, quod honores ſuos viris literatis conceſſiſſet, interpellante hiſtrione. Ad Principes enim ipſos pertinebant laudes illæ temporum, aut convicia. Idque frequentiſſime illis objectum, ſi quid perſonis vilioribus in Reipublicæ adminiſtratione tribuiſſent. Servorum libertorumque gratia nihil fere contumelioſius. Sexto Pompeio hoc objectum legimus, & Imperatori Claudio. Et multa iſtiuſmodi exempla, ſi opus eſſet, adduci poſſent. Nec tamen libertorum dignitas minori erat

(*a*) Martial. lib. VII. Epigr. 24.
(*b*) Juvenal. *Sat.* I.
(*c*) Juvenal. *Sat.* VII. verſ. 1.
(*d*) Præl.
(*e*) Gell. *Noct. Att.* lib. XIII. 27. lib. XIX. 8. 10. 13.
(*f*) Plin. lib. II. Epiſt. 11. lib. IV. Epiſt. 9. lib. VI. Epiſt. 13.

in pretio, quam hiſtrionum. Inde Juvenali exilii cauſſa. Scripſit ergo in exilio Satiram XV. & XVI. ſi tamen vere & illa Juvenalis fuerit, quod negatum a pleriſque teſtatur vetus Scholiaſtes. Sed cum nuper Conſulem Junium fuiſſe dicat, jam ſane, cum Satiram illam ſcriberet XV. elapſum illum Conſulatum innuit. Is ergo cum Conſul fuerit anno CXIX. proinde ante annum ad minimum CXX. ſcribere illa non potuit Juvenalis. Nec vero poſtea ſcripſiſſe, exinde colligimus, quod *intra breviſſimum exilii tempus angore ille & tædio* perierit.

Quinctilianus eodem anno CXVIII. cum primum Romam veniret Hadrianus, honoratus ab eo ornamentis Conſularibus.

XLI. Conſtitutis ergo illum in modum Juvenalis temporibus, jam etiam intelligimus quomodo ſupremi hi Quinctiliani honores ſint etiam conſtituendi. Vidimus enim certe Hadriano antiquiores eſſe ne quidem potuiſſe quos ipſe decreverit Hadrianus. Et vero primo illius in urbem adventu decretos fuiſſe, veriſimillimum eſt, qui in ipſum illum annum incidit, quem dixi, CXVIII. Tum enim illum multa feciſſe ad populi captandam benevolentiam, teſtantur Hiſtorici, teſtantur etiam coævi numi. Sic etiam ejus auctor Trajanus ipſe, ut e Plinii conſtat Panegyrico. Nec vero quicquam ad famam conciliandam, cujus ille erat avidiſſimus, efficacius eſſe potuit, quam ſi literatorum benevolentiam demereretur. Nec ulli etiam literati facilius in oculos ejus incurrebant, qui aliis exemplo eſſe poſſent, quam profeſſores; nec ulli etiam profeſſores, quam urbani illi, & publicis nutriti ſtipendiis, quo fuerat noſter in numero Quinctilianus. Ita certe proclive erat cogitare Principi, qualis erat Hadrianus, ipſi literato literarumque ſtudioſiſſimo. Et qui primus legitur e Principibus Quinctilianum noſtrum honoraſſe, in eo quoque prævivit, Galba, quod mox ab ejus in urbem adventu ſcholæ illum præfecerit, & ſalario publico inſtruxerit. Hoc ergo exemplo, hoc etiam ipſo tempore, quo imperium in urbe auſpicatus eſt, honore noſter Conſulari ab Hadriano fuerit ornandus. Sic etiam meminit illius Juvenalis, quaſi adhuc eſſet, cum illa commentaretur, in vivis. *Quinctilianus* (inquit) *habet*, &c. quaſi nimirum jam haberet. Nec pugnabat cum operis conſilio, ſi etiam virorum mentionem faceret honorificam. Id ſolum in prima Satira monuerat, non alios a ſe carpendos, præterquam mortuos. Quis autem fuerit Clemens ille, qui Quinctiliano ornamenta illa ſub Hadriano impetraverit, me ſane fateor ignorare. Erat tamen coævus Plinio Clemens alius ab utroque Domitiani Conſule, Atrius, & ſub Trajano, ſub quo illam Epiſtolam ſcripſit (*a*) Plinius. Fieri poteſt, ut hic fuerit Quinctiliani amicus, ut erat coævus Plinius, eique hæc ornamenta Conſularia rogaverit, vel commonefecerit potius Hadrianum de Quinctiliani olim in ſe meritis. Sed plus ſatis fortaſſe conjecturarum, quibus tamen indulgendum eſt ubi deſunt coæva, & fide digna monumenta. Ita Quinctilianum ad annum Æræ noſtræ CXVIII. affectum, ætatiſque ſuæ LXXVI. deduximus. Vixeritne ulterius, & quouſque, in tanta veterum monumentorum clade affirmare nihil poſſumus. Vix tamen eſt, ut diu poſtea ſuperſtes fuerit, cujus nulla prorſus mentio occurrit in rebus Hadriani, nec in A. Gellii ſaltem præceptorum memoriis, nec in Ælii Veri fratrumve Auguſtorum præceptoribus, nec denique in amicis Sophiſtis ipſius Hadriani gratia florentibus. Ne quidem ætas patitur ut vitam multo poſtea produxerit.

Quinctiliani vita innocentiſſima.

XLII. Erat autem Quinctilianus, non ab Oratoria dumtaxat, ſed (quæ laus omnium maxima erat) a vitæ etiam integritate, celeberrimus. Oratorem ille neminem, qui non idem vir bonus fuiſſet, agnoſcit. Ne quidem voluit eſſe, ſi tamen poſſet. Opinionem certe viri boni ad fidem aliis faciendam neceſſariam eſſe contendit; nec tamen tueri poſſe viri boni opinionem diutinam, qui non intus bonus fuiſſet, & ex animo. Hoc ergo animo cum ad Oratoriæ ſtudium accederet, dedit proinde operam, ne quis, quod in Oratore ſuo perfecto neceſſarium crediderat, in ipſo deſideraret. Ita certe loquitur (*b*) Juvenalis, quaſi Quinctiliani nomine virum bonum intelligeret. Ita Martialis, quaſi veniam ab eo peteret vitæ luxurioſæ, nec ad amuſſim virtutis exactæ. Sic enim ille:

(*c*) *Vivere quod propero pauper, nec inutilis annis,*
Da veniam.

Cur illud, quæſo, niſi vultum ille tam gravis hominis, tamque ſeveri Cenſoris, extimeſceret? Et felicem illum alio in loco (*d*) Juvenalis, beatum prædicat (ut vidimus) (*e*) Plinius diſcipulus. Vidimus quidem illos ad divitias alludere, facultatum Juvenalem, animi Plinium. Nec illud fugit, ad felicem prædictionum Aſtrologicarum eventum ſpectare Horatium, quem hoc in loco imitatus eſt fortaſſe Juvenalis. Habuiſſe tamen ambo ob oculos videntur Stoïcorum paradoxum de veris ſapientis divitiis, illumque adeo habere pro Philoſophorum ſapiente. Ita certe Plinius, qui nec Poëtas cogitabat, nec Aſtrologos: ſed Philoſophiæ nomen profiteri noluit. In illo Philoſophos etiam improbavit noſter, quod alieniores eſſent a capeſſenda Republica, cujus erat ipſe ſtudioſiſſimus. Unde ergo ſapiens habendus, niſi propter mores honeſtiſſimos, & ad ſapientiæ præcepta accuratos? Et quidem quanquam Philoſophi habitum admittere nollet, ſententia tamen plerumque eſt locutus vixitque plane Philoſophica. Probat hoc in Socrate & Catone, quod nollent vulgi gratiam captare humilibus indigniſque ſua magnanimitate ſermonibus, qui tamen erant in Arte Oraroria receptiſſimi. Socratem præcipue miratur, quod Orationem

(*a*) Plin. lib. IV. Epiſt. 2.
(*b*) Juven. *Sat.* VI. verſ. 77.
(*c*) Martial. lib. II. Epigr. 90.
(*d*) Juven. *Sat.* VII. verſ. 190. 191. 192. 193.
(*e*) Plin. lib. VI. Epiſt. 32.

Lyſiæ pulcherrimam nollet tamen in concione adhibere, nec ſe couſque demittere, etiam cum de capite periclitaretur. Hæc ille pro Philoſophorum mente pariter ac ſermone. Animum præterea nullius culpæ ſibi conſcium illa etiam arguunt, quibus charorum ſibi uxoris liberorumque funera deflet atque lamentatur: (*a*) *Nullam terras deſpicere providentiam teſter? ſi non meo caſu, cui tamen nihil objici, niſi quod vivam, poteſt*, &c. Nullum plane tale in ſe delictum agnoſcit, quod fuerit, pro ſententia Gentilium, tam atroci ſupplicio luendum. Inde enim invidiam numinibus faciebant in luctu ſuo veteres, ſi qui præter meritum ſuum innocentes plecterentur. Inde curam nimirum providentiamque in dubium vocabant. Nemeſi enim invidiæque Deorum imputabant mala illa; quibus nullum eſſet, cur immitterentur, hominum, quod quidem ſciri poſſet, peccatum. Promiſſorum certe & jurisjurandi fidem obſervatam arguunt, quod fidem illam ſancire ſolerent diris in ſe familiamque ſuam imprecationibus, ſi feſelliſſent, a numine immittendis. Et dolum malum, etiam fide nec data nec ſancita, Diis obnoxium credebant. Hæc certe vitam Quinctiliani innocenter actam oſtendunt.

XLIII. Candorem præterea illius in agnoſcendis revocandiſque erroribus teſtatum faciunt verba illius illa: *Ipſe me paulum in alia, quam prius habuerim, opinione, nunc eſſe confiteor. Et fortaſſe tutiſſimum erat famæ modo ſtudenti, nihil ex eo mutare, quod multis annis non ſenſiſſem modo, verum etiam approbaſſem. Sed non ſuſtineo eſſe conſcius mihi diſſimulanti, in eo præſertim opere, quod ad bonorum juvenum aliquam utilitatem componimus, in ulla parte judicii mei.* Hic conſcientiæ ſuæ potiorem habuit, quam vel famæ, curam. Ita locus nullus erat gloriæ cupiditati, qua bona Gentilium opera deprimit plerumque S. Auguſtinus, eoque duce, juniores etiam Theologi. Utinam adeo cordatos haberemus multos Chriſtianos. Eamdem ſapiunt modeſtiam, quæ de ſe alibi dicit, de inferendis ſingulorum, pro *cauſſæ* exigentia, narrationibus. *Me certe* (inquit) *quantacumque noſtris experimentis habenda eſt fides, feciſſe hoc in foro, quoties ipſa deſiderabat utilitas, probantibus & eruditis, & iis qui judicabant, ſcio: & (quod non arroganter dixerim, quia ſunt plurimi, quibuſcum egi, qui me refellere poſſent, ſi mentiar) fere ponendæ a me* cauſſæ *officium exigebatur.* Quam ille hæc exiliter de ſuis in re Oratoria experimentis, tot ſcilicet annorum illis, tam in ſchola quam etiam in foro? Nec ſua tamen in verba adigit ipſos illos juvenes, quorum fuerat ſtudiis præfectus, quorumque gratia has ipſas elucubravit, quas habemus, Inſtitutiones. Aliorum fidem, aliorum judicium, appellat, tam nempe adverſariorum advocatorum, quam ipſorum judicum; ne vel juvenibus ſuis (quos hoc in opere alloquitur) arroganter quidpiam, aut pro imperio, videretur imponere. Illa porro, cum de Cicerone loquitur, quam demiſſe! *Diſſentire vix audeo* (inquit) *a Cicerone.* Similem & illa ſpirant Quinctiliani modeſtiam. In eamdem ſententiam alibi: *De compoſitione non equidem poſt Marcum Tullium ſcribere auderem, (cui neſcio an ulla pars operis hujus ſit magis elaborata) niſi & ejuſdem ætatis homines, ſcriptis ad ipſum etiam literis, reprehendere id collocandi genus auſi fuiſſent, & poſt eum plures multa ad eamdem pertinentia memoriæ tradidiſſent.* Quam etiam & illa non elate, ſed cum ſumma Ciceronis majorumque reverentia conjuncta!

Candor Quinctiliani & modeſtia.

XLIV. Idem a morum vitiis, etiam in ſermone, puriſſimus eſt. Suo, quem inſtituit formatque, Oratori viro optimo, ne quidem loqui illa concedit, quæ viro gravi indigna eſſent atque indecora. Scurrilitatem ille atque maledicentiam averſatur prohibetque. Ab eo abeſt quam longiſſime, ut obſcœnitatem aliquatenus probet. Eam tamen majores illo junioreſque probavere Gentiles. Tuetur ipſe Cicero, tuentur etiam a coævorum Quinctiliano virorum maximorum ſanctiſſimorumque exemplis diſcipulus Quinctiliani Plinius, & Plinio paulo junior Apuleius. Non dico jam peccantiſſimum in hoc ſermonis vitio Juvenalem, quamvis & ipſum neſcio quem Philoſophiæ honorem præ ſe ferentem. Hinc ſane intelligimus, quam revereri illum atque erubeſcere, & veniam rogare oportuerit Martialem. Ait (*b*) ille quidem laſcivam ſibi eſſe paginam, at vitam tamen bonam. Plane tamen metuebat ne non de eo fidem noſtro facturus eſſet Quinctiliano. Idque jure merito. Sic enim ille de veteri Poëta Afranio: (*c*) *Utinamque non inquinaſſet argumenta fœdis puerorum amoribus, mores ſuos faſſus.* Urbanitatem ille quamdam dicacitatemque in ſuo patitur Oratore: ſed talem illam, quæ a ſcurræ mimique perſona aliena eſſet, quæ virum gravem conſtantemque minime dedeceret, nec dicentis auctoritatem aliquatenus imminueret. (*d*) *Oratori minime convenit diſtortus* (inquit) *vultus, geſtuſque, quæ in mimis rideri ſolent. Dicacitas etiam ſcurrilis & ſcenica huic perſonæ alieniſſima eſt.* Iterum: (*e*) *Oratorem præterea ut dicere urbane volo, ita videri affectare id plane nolo. Quapropter ne dicet quidem ſalſe, quoties potuerit, & dictum potius aliquando perdet, quam minuet auctoritatem.* In eamdem ſententiam paulo antea: (*f*) *Ludere nunquam velimus, longeque abſit propoſitum illud, potius amicum, quam dictum, perdendi.* Sic enim libentius legerim quam, ut vulgo legitur, *perdidi.* Et paulo poſtea: (*g*) *Ea, quæ dicit vir bonus, omnia ſalva dignitate ac verecundia decent. Nimium enim riſus pretium eſt, ſi probitatis impendio conſtat.* Quam illa ad mentem εὐτραπελίαν prohibentis (*h*) Apoſtoli? niſi quod ſan-

Etiam in ſermone, (quod rarum illo ſeculo) bonis moribus adverſa improbat ſcurrilitatem, maledicentiam, obſcœnitatem.

(*a*) Quinct. lib. VI. Procem.
(*b*) Mart. lib. I. Epigr. 4.
(*c*) Quinct. lib. X. *Inſt.* cap. I.
(*d*) Quinct. lib. VI. *Inſt.* capp. 3. 4.
(*e*) *Ibid.*
(*f*) *Ibid.*
(*g*) *Ibid.*
(*h*) *Epheſ.* V. 4.

ctitatis ea eſt (apud Apoſtolum) dignitas, cui parum decoram illam cenſet urbanitatem, quæ (apud Quinctilianum) viri boni gravitas eſt atque verecundia. Idem noſter alibi de jocis ita : (*a*) *Id tamen in declamationibus eſt notabilius, laudarique, me puero, ſolebat.* Incidit, pro noſtris rationibus, pueritia illa Quinctiliani, qua declamationibus ille in ſcholis Rhetorum operam dabat, in finem Claudii, & initium Neronis. Illo autem tempore melius audiviſſe dicacitatem illam e Senecæ fratriſque Junii Gallionis in Claudium Satiris intelligimus, & Domitii Afri de illo argumento libris. Erant enim illi certe tunc temporis in foro Oratores omnium celeberrimi. Immodica tamen jocandi licentia Junius Baſſus, illa ipſa noſtri pueritia, aſinus albus cognominatus eſt. Ita factum, ut deinceps minus fortaſſe probaretur. Inde diſcimus, quam opportune dicacitatem prohibuerit, Quinctiliano puero, noſter Apoſtolus : (*b*) ille nimirum, qui ea omnia præcipiebat ὅσα σεμνὰ, ὅσα ἁγνὰ, ὅσα εὔφημα, εἴ τις ἀρετὴ, ϗ εἴ τις ἔπαινος. Ad receptas enim hominum opiniones voces illæ pleræque referendæ ſunt, & ad receptam adeo viri gravis honeſtique dignitatem. Diſcimus præterea, quam fuerit, ſupra vulgus Oratorum, gravis & ſeverus ipſe Quinctilianus.

Ne quidem *colores* adhiberi voluit, niſi bonis, honeſtiſque de cauſſis.

XLV. Sed vero *colores* Quinctiliano noſtro convicii loco Juvenalem putat objicere Rigaltius : quaſi nimirum artem ille profiteretur *ſtruendi & deſtruendi verſutia ancipitem*, atque excuſandis ſceleribus utilem & idoneam. Proinde illum putat, cum Auctores Satirarum recenſeret, laudato Perſii libro, Juvenalem prætermiſiſſe. Sequelam illam falſiſſimam eſſe abunde jam, ni fallimur, evicimus. Jam enim oſtendimus, cum ſcriberet Quinctilianus, nondum Satiras vel cogitaſſe Juvenalem. Oſtendimus etiam dedita opera illum a nominibus viventium abſtinere : ita nimirum, ut ne Turnum quidem nomine deſignarit, quem in eo ipſo argumento celebrem, & quidem illo ipſo (ſub quo ſcripſit noſter) Domitiano imperante, e Juvenalis ipſius vetere Scholiaſte ſcimus atque Martiali. Idem (*c*) Scholiaſtes addit præterea Lenium & Silium, omnes ex Aurunca, quos adeo potuerit Auruncæ alumnos appellare Juvenalis,pariter ac Lucilium. Et ſane plures fuiſſe coævos in hoc Poëſis ſtylo celebres, quanquam tacitis nominibus, docet ipſe Quinctilianus : (*d*) *Sunt clari* (inquit) *hodieque, & qui olim nominabuntur.* Quod vero Perſium etiam de nomine deſignarit, quod jam olim in vivis eſſe deſiiſſet. Sed nec illud convicium erat, quod Quinctilianum a *coloribus* laudarit, ſed potius elogium. Nec enim adeo Quinctilianum hic perſtringit Juvenalis ipſum, quam Quinctiliani nomine Rhetorem quemvis : illa nimirum cauſſa, quod eſſet noſter, cum ſcriberet Poëta, in ſua facultate inſigniſſimus, ſi illum intellexit vetus Scholiaſtes. *Quinctilianus*, ait, *Orator egregius. Dic, Orator, colorem ad defenſionem hujus* cauſſæ. Nec ſane fuit Quinctilianus *colorum* inventor. A Græcis illi, ut alia pleraque artium liberalium ad Latinos emanaverant. *Colores* etiam e Latinis memorat aliquoties (*e*) Seneca pater. Imo Othonis Junii librum carpit de hoc ipſo argumento. Sed nec ipſe magis ſceleribus excuſandis *colores* adhibuit, quam coævi alii ſui temporis Oratores. Non potuit certe ſcelerum excuſandorum *cauſſam* ex profeſſo agere vir ille, quem (*f*) informat optimus, & a ſceleribus abhorrentiſſimus. Ars illa defenſionum ut adfuiſſet, non potuit tamen adeſſe animus. Tam ille malos a juſtis legum pœnis eripere nolebat, quam nec juſtos ſub legum prætextu calumniari & opprimere. Occurrunt tamen in reis alioqui bonis aliquoties *cauſſæ* excuſandæ potius, quam defendendæ, cum ſcilicet vir alioqui non malus peccat imprudens, & bono etiam animo. Hic certe artem illam *colorum* atque excuſationum callere oportebat illum, quem inſtituebat noſter, bonum peritumque Oratorem. Sed & ipſe Judex aliquoties in cauſſa eſt, cur *colores* adhibendi ſint : affectibus deditus, & malis apparentibuſque rerum fucis magis, quam veris ſolidiſque rationibus obnoxius. Hic certe artibus viro tamen bono & ingenuo dignis eſt fallendus, ut vel æquum ab illo obtineas. Hic coloribus minus in ſpeciem honeſtis, & fallacibus circumveniendus eſt ; eo tamen fine, ut honeſtum ab eo & verum extorqueas : ita nimirum, ut mendacium interim nullum, aut quid aliud a viri boni officio alienum Orator ipſe dicat aut admittat. Imo in hoc ſita erat ars illa Oratoris honeſti, ſi, pro captu auditorum, argumenta, quibus bonos tamen honeſtoſque fines aſſequeretur, accommodaret. Nec aliud erat, in *coloribus* ſuis adhibendis, noſtri Quinctiliani conſilium. (*g*) *Honeſta quidem* (inquit) *honeſtis ſuadere facillimum eſt : ſi vero apud turpes recta obtinere conabimur, ne videamur exprobrare diverſam vitæ ſectam, cavendum eſt. Et animus deliberantis, non ipſa honeſti natura, quam ille non reſpicit, promovendus : ſed laude, vulgi opinione, &, ſi parum proficiet hæc vanitas, ſecutura ex his utilitate : aliquanto vero magis objiciendo aliquos, ſi diverſa fecerint, metus.* Pergit deinde paucis interpoſitis : *Aliquando bonis quoque ſuadentur parum decora, dantur parum bonis conſilia, in quibus ipſorum, qui conſulunt, ſpectatur utilitas.* Sed magis fieri ſolere illa, quam ſibi probari, oſtendit in ſequentibus. *Nec me* (inquit) *fallit, quæ ſtatim cogitatio ſubire poſſit legentem* : HOC ERGO PRÆCIPIS ? ET HOC FAS PUTAS ? Quibus ita reſpondet : *Poterat me liberare M. Cicero, qui ita ſcribit ad Brutum, propoſitis plurimis,*

(*a*) Quinct. lib. VIII. *Inſt.* cap. 3.
(*b*) *Philip.* IV. 8.
(*c*) Schol. *ad Sat.* I. verſ. 20.
(*d*) Quinct. lib. X. *Inſt.* cap. I.
(*e*) Controv. 3. lib. III. Controv. 21. Controv. 25. lib. IV. Præf. lib. V. Controv. 33 Excerpt. lib. IV. Controv. 8.
(*f*) Lib. I. Cont. 3.
(*g*) Quinct. lib. III. *Inſt.* cap. 8.

quæ

quæ honeſte ſuaderi Cæſari poſſent, ſimne bonus vir ſi hæc ſuadeam? Minime. Addit deinde poſt pauca: Nec ego quicquam fieri turpiter velim; *verum interim hæc vel ad ſcholarum exercitationes pertinere credantur, Nam & Iniquorum ratio noſcenda eſt, ut melius æqua tueamur.* Hinc ſane conſtat, ab eo non probari, ſi quis mala, quocumque demum prætextu, ſuaderet. Itaque ſequentia ad aliam illam ejus rationem referenda ſunt, qua iniquorum rationem noſcendam eſſe dixerat, quo quis melius poſſet vel æqua tueri. Pergit ergo: (*a*) *Interim ſi quis bono inhoneſta ſuadebit*, (alius quis nimirum ab eo, quem hic informat, bono Oratore) *meminerit non ſuadere tanquam inhoneſta; ut quidam declamatores Sextum Pompeium ad piraticam, propter hoc ipſum, quod turpis & crudelis ſit, impellunt: ſed dandus illis deformibus COLOR, idque etiam apud malos. Nec enim eſt quiſquam tam malus, ut malus videri velit.* Quid hic apertius, quam malum omnem *colorum* uſum a Quinctiliani mente eſſe alieniſſimum? Conſtat præterea, quæ alibi de *coloribus* tradit (*b*) Quinctilianus, ea ad *colorum* artem, non autem ad malum artis uſum, eſſe referenda. Vidit enim ille certe quantum pugnaret cum viri boni, quem ille Oratorem inſtituit, officiis uſus ille *colorum*. Sic ergo alibi ipſe ſibi eadem objicit, quæ vult Rigaltius objeciſſe Juvenalem: (*c*) *Quid ergo tantum eſt artis in eloquentia? Cur tu de COLORIBUS, & difficilium* cauſſarum *defenſione, nonnihil etiam de confeſſo locutus es, niſi aliquando vis & facultas dicendi expugnat ipſam veritatem? Bonus enim vir non agit niſi bonas* cauſſas: *eas porro etiam ſine doctrina ſatis per ſe tuetur veritas ipſa.* Reſpondet ut antea: *Pertractare quo modo aut pro falſis, aut etiam pro injuſtis aliquando dicatur, non eſſe inutile, vel propter hoc ſolum, ut deprehendamus* (inquit) *& refellamus; quemadmodum remedia melius adhibebit, cui nota, quæ nocent, fuerint.* Tum etiam oſtendit bono nonnunquam, nec viro bono indigno, conſilio auferendam eſſe aliquando Judici veritatem; eoque facere *colorum* illam artem. Videat Lector, ſi libeat, quo pacto illa colligat. Nec enim longius evagandum eſt. Mihi ſatis eſt impræſentiarum malarum *cauſſarum*, per quæſitos in ſpeciem *colores* defendendarum artem nunquam profiteri voluiſſe noſtrum Quinctilianum.

Vix tamen defendenda ejus in Domitianum tyrannum adulatio.

XLVI. Unica tamen eſt in moribus ejus macula, quam ego nec eluere, nec tueri volo, effuſa nimirum illius in Domitianum tyrannum adulatio. Tanta quidem illa, ut ne quidem hominis nomine dignum divinis ille tamen laudibus extollat. Quarti enim libri procemio pro numine illum habet, & primo etiam loco invocandum cenſet. *Nunc omnes* (inquit) *in auxilium Deos, ipſumque in primis, quo neque præſentius aliud, neque ſtudiis magis propitium numen eſt, invocem.* Morum ille (*d*) ſanctiſſimum cenſorem appellat, cujus in neptem Juliam flagitia, dum morum ſtudium profiteretur, irridet Juvenalis. (*e*) *Quis* (inquit) *caneret bella melius, quam qui ſic gerit?* cum ne bella quidem ab eo recte geſta compertum eſſet, poſt emptam pacem, emptoſque, de quibus triumphari poſſet, captivos; poſt proditas machinas, fictaſque Decebali nomine deditionis literas. Virtutum neſcio quem fulgorem in eo deprædicat, qua laus ejus in re Poëtica perſtringeretur, quem tamen novit a ſævitia, avaritia, libidine, infamiſſimum. Hæc ille, poſt tot illa annorumque plurimorum experimenta, ne adhuc latere Domitiani vitia potuiſſe ſuſpicemur. Hæc nos libentius in coævis Martiali, Statio, & viro cæteroqui maximo, ſed tamen militari, ferremus Julio Frontino. Sed in viro bono, Philoſophiæque ſtudioſo; ſed in animo erecto vereque generoſo magis eſt profecto, quod miremur tam projectam illam & ſervilem adulandi humilitatem. Licuit enim fortaſſe, quem merito laudare non potuit, ſaltem tacere. Neſcio tamen idne ipſum licuerit, ſi vellet eſſe ſalvus. *Reor quidem aliter, quam invocato numine maximi Imperatoris* nullum opusculum *meum cœpiſſe*, inquit (*f*) Statius. Hæc ille neceſſario feceritne officio non conſtat fateor. Ita tamen ſe rem habuiſſe ſuſpicor. Sic enim itidem coævus Statio (*g*) Martialis Domitianum ipſum compellat: Omnes *quidem libelli mei, Domine, quibus tu famam, id eſt, vitam dediſti, tibi ſupplicant; &, puto, propter hoc leguntur.* Fieri ergo poteſt, ut, viri celebres niſi ſui mentionem cum laude feciſſent, hoc ægre fuerit laturus. Maxime vero hoc expectare potuit a Quinctiliano, qui & ſalarium publicum e fiſco, & honeſtam miſſionem, & nepotes ſororis inſtituendos in ſpem Imperii ab ipſo Domitiano accepiſſet. Fecit certe præter morem ſuum, cum vivum illum a ſtudio Poëtico laudaret, qui alios laudare non ſolet præterquam mortuos. Erat enim ingenio laudis avidiſſimo & ſuſpicaciſſimo Princeps, ſi quis alius, certe Domitianus. Utriſque enim, & colentibus eum, & non colentibus pariter ſuccenſebat; illis, quod aſſentari; his quod negligere viderentur. Ipſa (*h*) Dio. Itaque, ne negligere videretur, adulandum cenſuit noſter Quinctilianus. Sic alia ejus illuſtria facinora fœdo tandem adulationis vitio ſimiliter dehoneſtavit pater A. Vitellii Imperatoris L. Vitellius. Ita nulla ſunt ſine maculis hominum, præſertim Ethnicorum, ornamenta.

Quinctiliani in Arte ſua Oratoria ex-

XLVII. Quantus vero fuerit, & quam diligens in ſua Arte Oratoria obſervator, ipſe nobis obiter oſtendit. De movendis affectibus illa ſunt ejus verba: *Sed mihi in*

(*a*) *Ibid.*
(*b*) Quinct. lib. iv. *Inſt.* cap. 2.
(*c*) Quinct. lib. xii. *Inſt.* cap. 1.
(*d*) *Ibid.*
(*e*) Quinct. lib. x. *Inſt.* cap. 1.
(*f*) Stat. *Sylv.* iv. Præf.
(*g*) Mart. lib. viii. Præf.
(*h*) Dio. lib. LXVIII.

perientia, & memoria.

animo eſt, quæ latent penitus, ipſa hujus loci aperire penetralia; quæ quidem, non aliquo tradente, ſed experimento meo, ac natura ipſa duce, accepi. Itaque etiam obſervavit ipſe quæ antea penitus latuerant, ipſa nimirum Artis penetralia. Obſervaverat lugentes utique in recenti dolore diſertiſſime quædam exclamare, & iram nonnunquam indoctis quoque eloquentiam facere; hæc ideo facere, quod illis ineſt vis mentis, & veritas ipſa morum. Inde colligit in iis, quæ veriſimilia eſſe volunt Oratores, eorum, qui vere patiuntur, affectibus ipſis ſimiles eſſe oportere, & a tali animo proficiſci debere orationem, qualem facere Judicem volet. Nec in vita modo communi, verum etiam in ludis, qui vitam illam imitantur, hiſtrionicis, hoc idem obſervavit, quod fictio illa perſonæ alienæ faceret movendis veris affectibus. *Vidi ego ſæpe hiſtriones* (inquit) *atque comœdos, cum ex aliquo graviore actu perſonam depoſuiſſent, flentes adhuc egredi. Quod ſi in alienis ſcriptis ſola pronunciatio ita falſis accedit affectibus; quid nos* (pergit) *faciemus, qui illa cogitare debemus, ut moveri periclitantium vice poſſimus?* Tum poſt alia ita concludit: *Hæc diſſimulanda mihi non fuerunt, quibus ipſe, quantuſcumque ſum, aut fui; (nam perveniſſe me ad aliquod nomen ingenii credo) frequenter motus ſum, ut me non lacrymæ ſolum deprehenderint, ſed pallor & vero ſimilis dolor.* Hæc ille e propriis hauſit experimentis. Quæ quam doctum illum artificem fecerint, docet alibi, ubi agit de ſententiarum figuris: (*a*) *Equidem quandoque & in perſonas* (ait) *incidi tales, & in rem quoque, (quod eſt magis rarum) quæ obtineri niſi hac arte non poſſet. Ream tuebar, quæ ſubjeciſſe dicebatur marito teſtamentum, & dicebatur chirographum marito expirante heredibus dediſſe: & verum erat. Nam quia per leges inſtitui uxor non poterat heres, id fuerat actum, ut ad eam bona per hoc tacitum fideicommiſſum pervenirent. Et caput quidem veri facile erat, ſi hoc diceremus palam: ſed peribat hereditas. Ita ergo fuit nobis agendum, ut Judices illud intelligerent factum, delatores non apprehenderent ut dictum: & contigit utrumque. Quod non inſeruiſſem, veritus opinionem jactantiæ, niſi probare voluiſſem, in foro quoque eſſe his figuris locum.* Idem (*b*) alibi ſuam in diſpoſitione argumentorum artem experientia oriundam, aliquoties memorat. Inde peritiam ejus, inde & prudentiam habemus exploratam. Nec inferior ei fuit memoria, accurata licet rerum dicendarum diſpoſitione ac methodo, ut fatetur, adjuta. (*c*) *Sic enim contingit,* (inquit) *ut etiam, quæ ex tempore videbantur effuſa, ad verbum repetita reddantur: quod* Meæ *quoque memoriæ mediocritatem ſequebatur, ſi quando interventus aliquorum, qui hunc honorem mererentur, iterare declamationis partem coëgiſſet: nec eſt mendacio locus, ſalvis qui interfuerunt.* Ita inſtructus Artem Oratoriam ornandam ſuſcepit excolendamque noſter Quinctilianus.

Hæc tamen obiter. Nec enim vitam Quinctiliani nos, ſed tempora ejus indaganda cenſuimus.

(*a*) Quinct. lib. IX. *Inſt.* cap. 2.
(*b*) Quinct. lib. VII. *Inſt.* cap. 1.
(*c*) Lib. XI. cap. 2.

Anni vitæ. | Anni Æræ Christianæ.

ANNALIUM QUINCTILIANEORUM

SYNOPSIS CHRONOLOGICA:

Obiterque Poëtæ etiam Juvenalis, rerumque ad vitam illius attinentium.

NATUS JUVENALIS Poëta. Hoc certe anno, vel ſequentis initio. §. 39. Juvenal. 1 | 38
Pater Neronis Imp. Domitius prior Agrippinæ maritus mortuus, Nerone trimulo. Tum 40
ſtuprata a fratre Caligula, hoc eodem anno. Poſtea relegata, nec ante annum ſequentem
a Claudio revocata. §. 8.
NATUS QUINCTILIANUS, anno exeunte. §. 4. 5. 6. Quinctil. 1 | 42
Inter ann. XLI. & hunc annum cum uxore priori Domitia vixit Criſpus Paſſienus Ora- 6 | 48
tor, & poſtea Agrippinam Neronis matrem uxorem duxit, ab ea tandem veneno ſublatus.
Poſterius hoc matrimonium hoc ipſo fortaſſe anno. Hæc Quinctiliano puero, Inſt. lib. x.
cap. 1. Ea vix pueritia, quæ nec Oratores audiret in foro, nec in ſchola Rhetores. Nempe 7
ſupra infantiam, & tamen infra annum majoris pueritiæ XII. §. 8. 7
AGRIPPINA CLAUDIO nupſit ipſis hujus anni Kal. Januariis. §. 8. 8 | 49
Togam ſumit Quinctilianus hoc anno virilem, anno ætatis XIV. expleto. Inde etiam incipit ejuſdem adoleſcentia,
ſeu juventus. §. 1. 2. 3. 4. 14 | 56
Itaque ante hujus anni finem ea omnia contigerint oportet, quæ, ſe puero, contigiſſe Quinctilianus ipſe teſtatur.
Nobis (inquit) *pueris Junius* (vel potius fortaſſe *Julius*) *Baſſus, homo in primis dicax, Aſinus albus vocabatur.* Inſt. lib. 15
VI. cap. 3. Proinde Domitia Paſſieni uxor ſub Claudio vixerit, in quam Baſſi jocum ipſe memorat, *ibid.* Vide ann.
48. *Nobis pueris inſignes pro Voluſeno Catulo, Domitii Afri, Criſpi Paſſieni, Decimi Lælii Orationes ferebantur,* Inſt. lib. x.
cap. 1. Sed cum unus horum Criſpus fuerit Paſſienus, proinde ante finem anni 48. orationes illas fuiſſe oportet.
Vide §. 8. De urbanitate in Declamationibus ait: *laudarique me puero ſolebat.* Inſt. lib. VIII. cap. 3. vide §. 44. 15
Hoc anno Coſſutianus Capito repetundarum poſtulatus a Cilicibus, damnatusque §. 6. *Nobis* (inquit) *adoleſcen-* 57
tibus. Quinctil. Inſt. lib. VI. cap. 1. Hoc etiam eodem anno mortuus eſt Aufidius Baſſus, poſt Senecæ Epiſt. 30. ſed 16
ante Epiſt. 91. in qua mentio eſt incendii Lugdunenſis; & ante mortem Servilii Noniani. Dialog. *de Orat.* cap. 23.
§. 7. 16
Incendium Lugdunenſe poſt centum annos ex quo coloniam illam deduxerat L. Munatius Plancus. Senec. Epiſt. 58
91. quæ adeo ipſa etiam hoc anno ſcripta eſt. §. 7. 17·17
Hoc anno exeunte mortuus eſt Domitius Afer, a Quinctiliano auditus juvene. (Quinct. Inſt. lib. x. cap. 1.) 59
& adoleſcentulo. (Quinct. Inſt. lib. IV. cap. 7.) Eodem anno mortuus etiam Servilius Nonianus a Quinctiliano 18
auditus. Quinct. lib. x Inſt. cap. 1. Ea nimirum ætate, quæ Oratoribus in foro audiendis addici ſolita eſt, ab anno
XIV. expleto ad XVII. ſimiliter expletum. §. 1. 2. 3. 7. Natus etiam hoc anno Tacitus §. 28. Hoc anno forte, Ju-
venale primam barbam metente, Romæ tonſor erat Criſpinus. Juv. Sat. 1. verſ. 25. 27.
Ante hujus anni finem ea contigiſſe puto, & poſt anni 56. ſimiliter finem, quæ ſe juvene aut adoleſcente
eveniſſe dicit Quinctilianus. De Nicoſtrato athleta dicit: *Quem adoleſcentes ſenem vidimus.* Inſt. lib. II. cap. 8. Me-
minere illius Nicoſtrati auctor Dialogi de Oratoribus cap. 10. & Pauſanias in Eliacis. Rurſus: *Memini juvenis
admodum inter Pomponium & Senecam etiam Præfationibus eſſe tractatum, an gradus eliminat, apud Accium in Tragœdia dici
oportuiſſet?* Inſt. lib. VIII. cap. 3. vide §. 30. Eſt enim certe illa admodum juvenis ætas eadem, quæ admodum
adoleſcentis, ſeu adoleſcentuli, adoleſcentiæ nimirum imberbis, quæ barbatulæ opponitur, quæ ambitu prædicto
continebatur. §. 2. 3. Alibi: *Quorum utrumque in iis eſt, quæ me juvene ubique cantari ſolebant.* Inſt. lib. VIII. cap.
3. Iterum: *Atreus, quem nobis juvenibus doctiſſimi ſenes acuta prima dicere ſolebant.* Inſt. lib. 1. cap. 5. Hoc tamen in
loco, quo juvenum nomen ſenibus opponitur, fieri poteſt ut ad annum uſque ætatis XXXV. juventus extendatur.
Non item in illo: *Clarum auctorem juvenis audivi, cum lecta e capite cujuſdam oſſa, ſententiæ gratia, tenenda matri de-
diſſet, infeliciſſima femina, nondum extuliſti filium, & jam oſſa legiſti.* Inſt. lib. VIII. cap. 5. Denique: *Nobis* (inquit)
adoleſcentibus ſeniores præcipiebant ne unquam jusjurandum deferremus. Inſt. lib. V. cap. 6. Hic adoleſcentes ſenioribus
opponi videmus; ſed illis præcipientibus: ut facile intelligamus illos hic adoleſcentes intelligendos, qui eſſent ſe-
niorum præceptis imbuendi, eoſdem nimirum, qui Oratores ſequebantur & Grammaticos. Suntque ſane ſenes illi in
ſuperiori etiam loco non alii quam Grammatici, qui vocem *Atreus* docebant qua ſyllaba eſſet acuenda. Eſt tamen
adoleſcendi ſignificatio paulo arctior quam juveneſcendi: vide §. 3. Ut tamen ultra annum hunc extendi poſſit
Quinctiliani illa adoleſcentia, nihilominus ultra annum æræ noſtræ 61. extendenda non eſt, quo Romam reliquit,
& in Hiſpaniam conceſſit. Erat enim, cum rediret, jam penitus adultus, anno nimirum æræ ejuſdem 68. exeunte.
Infra hos certe limites concludendi erunt, quos Romæ memorat a ſe auditos viſoſque Præceptores. Nec enim re-
verſus præceptores deinceps ullos audiit, ſed ipſe potius aliis adoleſcentibus præcipiebat. §. 9. Huc ergo referenda
& loca etiam illa: *Eorum, quos viderim Domitius Afer & Julius Africanus, longe præſtantiſſimi.* Inſt. lib. x. cap. 1. Sic
vidit ille Domitium, ut ſe audiviſſe teſtatus eſt eodem, quo Domitius, anno mortuum Servilium Nonianum. Iterum
de Domitio ita: *Vidi ego longe omnium, quos mihi cognoſcere contigit, ſummum Oratorem valde ſenem quotidie aliquid ex ea,
quam meruerat, auctoritate perdentem.* Inſt. lib. XII. cap. 11. Ad eumdem modum de aliis: *In his etiam, quos ipſi vidi-
mus, copiam Senecæ, vires Africani, maturitatem Afri, jucunditatem Criſpi, ſonum Trachali, elegantiam Secundi.* Inſt. lib.
XII. cap. 10. Hoc intervallo docuiſſe illos omnes exiſtimo, non item eſſe mortuos. Nonnullos enim illorum nu-
pera memoria recenſet, de qua ejus loquendi forma infra pluribus agemus. 19
Galba in Hiſpaniam Taraconenſem (in qua patria Quinctiliani Calagurris) miſſus a Nerone. Illum ſecutus 61
Quinctilianus artem ſuam oratoriam in patria profeſſus eſt. §. 9. 10. 11. 20-26
Galba poſt octennium, cæſo Nerone, ſub hujus anni finem, Novembri menſe incunte, Romam rediit, & cum 68
eo Quinctilianus. §. 11. Inde incipiunt XX. anni, quibus Rhetoricam in ſchola publica, & ſalario publico, Romæ pro- 27
feſſus eſt. §. 12. 13. & quibus Oratoriam etiam exercuit in foro. §. 16. 28
Cauſſa Aprutiani a Quinctiliano acta jam adhuc *juvene, & juvenili cupiditate gloriæ emiſſa.* Quinct. Inſt. lib. VII. cap. 70
3. vide §. 17. Nata etiam hoc anno prior Quinctiliani uxor. §. 24. 29
33

75 34-34 Plinius junior Quinctilianum audit adoleſcentulus, uſque ad annum LXXVIII. §. 15. Tacitus etiam hoc eodem anno Dialogo *de Oratoribus* adeſt VI. Veſpaſiani anno, ipſe admodum juvenis, natus nimirum annos XVI. Illi, non Quinctiliano, Dialogus aſſeritur. §. 28.

76 35-36 Pro Regina Beronice apud ipſam egit Quinctilianus. Inſt. lib. IV. cap. 1. Hoc ſcilicet anno vel ſequentis initio. §. 18.

78 37-37 *Ad mediam fere ætatem declamavit* (inquit vitæ Juvenalis Auctor Anonymus) *animi magis cauſſa, quam quod ſcholæ aut foro prepararet.* Inde poſtea Martialis illum facundum appellat. §. 40.

79 38-39 A Veſpaſiano in Britanniam miſſus Agricola. Tranſacta æſtate Britannos vicit. Inde Titus IMP. XV. T. P. IX. COS. VII. §. 22.

81 40-40 Hujus anni initio natus Marcelli Victorii filius, cujus meminit Quinctilianus. Inſt. Procem. pag. 2. & lib. IV. Procem. §. 27. Marcellus ipſe Victorius, annis XXXIII. major, & XXXV. minor. ibid. Et Annal. Statian. §. 4. Nomen pueri Gallus. Stat. lib. IV. Sylv. IV. verſ. 20.

82 41-41 Nupſit Quinctiliano prior uxor annos nata duodecim. §. 21.

83 42-42 Natus Quinctiliano filius major anno matris ſuæ XIII. §. 21. Domitiano natus filius Cæſar Divus a Domitia, cujus conſecrari meminit Quinctilianus. §. 24.

84 43-43 Nata Domitiano filia e Domitia. §. 24. Natus Quinctiliano filius minor anno matris XIV. §. 21. App. Junio Sabino bellum primum Dacicum. §. 22.

85 44-44 Sabinus Conſularis a Dacis oppreſſus. Fine anni Domitiani de Dacis falſus triumphus. §. 22. Hoc adhuc Domitia in matrimonio Domitiani. §. 24.

86 45-46 Juventutem egreditur Domitianus. §. 23. Agones Capitolini a Domitiano inſtituti, in quibus *laudes Jovis Capitolini perpetua ſacri certaminis materia.* Quinct. Inſt. lib. III. cap. 7. §. 22. Britannia inſula circumvecta ab Agricola VIII. ejus in Britannia præfecturæ anno. Jam inſulam eſſe conſtabat, cum ſcriberet Quinctilianus. Inſt lib. VII. cap. 3. §. 22.

Finis annorum XX. quibus Romæ Quinctilianus rhetoricam profeſſus eſt. §. 12. 13. 14. 15. 21. Tum ſcholæ abdicationem a Domitiano impetravit, ſimulque uſum artis ſuæ Oratoriæ, etiam in foro. §. 16.

88 47 Hoc ambitu XX. annorum, quibus Romæ docuit oravitque *cauſſas* noſter, ea omnia concludenda arbitror, quæ ille ætate ſua, ſuiſque temporibus contigiſſe teſtatur: ita nimirum ut ſuam ille ætatem cenſuerit & ſua tempora, cum in ſchola celebraretur, & in foro. Palæmonem Grammaticum ætate ſua fuiſſe ſcribit. Inſt lib. 1. cap. 4. eumdem nimirum Palæmonem, de quo Suetonius in libro de Grammaticis, virum ingenii jactantiſſimi. Fuit quidem Remmius ille Palæmon Vicentinus Quinctiliano noſtro ætate aliquanto major: ſic tamen ut ad illa, quæ dixi, tempora pervenerit. Tiberium, ſub quo primum profiteri cœpit, & mox Claudium, *nemini minus inſtitutionem puerorum vel juvenum committendam, prædicaſſe*, teſtatur Suetonius. Proinde ad Claudii tempora illum pertigiſſe certum eſt. Et quidem ſub Claudio anno ejus VIII. Æræ nimirum receptæ XLVIII. ejus cum Antonino liberali æmulationem in Euſebiano Chronico opponit Hieronymus. Adhuc illum ad tempora recentiora deducit Plinius, Nat. Hiſt. XIV. 4. Ait illum *infra XX. annos mercatum rus in agro Nomentano*, quod infra VIII. cultus annum ad *vix credibile* feracitatis *miraculum* perduxerit, intra X. autem fere curæ annum *Annæo Senecæ principi tum eruditionis ac potentiæ*, immani pretio vendiderit. Si quidem ab anno, quo illa Plinius commentatus eſt, Æræ receptæ LXXVII. retro ſuppuientur anni illi, ſic anno Æræ ejuſdem LVII. rus illud mercatus fuerit Palæmon, & anno LXVII. Senecæ vendiderit. Fieri hoc non potuit, cum anno LXV. inter Aprilis XIX. quo conjuratio in Neronem proceſſura erat, & menſis ejuſdem diem XXX. quo ſublatus eſt poëta Lucanus, Seneca ſeſe, juſſu Neronis, interfecerit. Itaque numero rotundiori uſus eſt Plinius. Sic tamen X. ille annus anno Senecæ ultimo conveniet, quo vindemiam ipſe videre non potuit, ut proinde fere X. ille annus a Plinio ſuppiitetur. Hoc ergo anno ſalvus adhuc erat Palæmon. *Inviſo* enim *&* *oſtentaturo palmam* illam peritiæ ruſticæ *Senecam* teſtatur tradidiſſe Plinius. Nec euſque modo perſeveravit ille. Nihil ſane innuit Plinius, quo, vel cum ſcriberet ille, jam ſaltem obiiſſe colligamus. Niſi forte liberior illa, quam in vivum, oſtentationis cenſura faciat ut illum anno LXXVII. jam defunctum ſuſpicemur. Atqui, eodem quo Quinctilianus tempore, ludis juventutis Romanæ præfuit, pueris etiam Romanis præfuiſſe Palæmonem indicat Juvenalis. Inde factum ut, quo exemplo, Quinctiliani nomen pro Rhetore poſuit Sat. VI. verſ. 75. 279. ſic etiam pro Grammatico Palæmonis nomen poſuerit, artemque adeo Grammaticam ipſam Palæmonis artem appellarit, Sat. VI. verſ. 451. Non equidem qua forma artem Rhetoricam, artem Theodori vocat, Sat. VII. verſ. 177. cum multi fuerint ante Palæmonem, etiam apud Romanos, Grammatici; imo Romæ Grammaticam, cum ad ſcholam pueros quorum ipſe Pædagogus erat, comitaretur, Palæmon ipſe didicerit, ut e Suetonii conſtat libro de Grammaticis. Plane itaque pro exemplo illo, quod dixi, Quinctiliani. Proinde etiam, ut Rhetoricæ inſtitutionis mercedes Quinctiliano ſolutas docet, Sat. VII. verſ. 186. 187. ſic etiam Grammaticæ inſtitutionis mercedes idem ſolutas teſtatur fuiſſe Palæmoni, verſ. 215. 216. 217. 218. 219. 220. Hæc ille eadem illa Satira, qua Domitiani tempora, & in illis Paridem laceraverat: vix ſane ita illos conjunctiurus, niſi uno eodemque tempore alter ſcholam Rhetorices, alter Grammatices, fuiſſet moderatus. Et ne Juvenalem ſolum in ea fuiſſe ſententia cenſeamus, ſimiliter Palæmonem cum Quinctiliano eodem Epigrammatum lib. II. Epigr. 86. 90. quaſi coævos committit ipſe etiam Quinctiliano ipſi coævus Martialis. Et tamen Palæmonem magiſtrum Quinctiliani noſtri facit Juvenalis vetus Scholiaſtes ad Sat. VI. verſ. 451. Docuitque ſane illis ipſis temporibus, quibus puer erat noſter, ætate illa quæ Grammaticis credebatur, ſub finem Claudii & initio Neronis. De eadem formula ita alibi noſter: *& ætatis noſtræ Virginius, Plinius, Rutilius.* Inſt. lib. III. cap. I. Plinius ille major eſt, quem hoc ipſo ſpatio, quo ſcholam tenuit Quinctilianus, extinctum conſtat e noſtris Plinii nepotis Annalibus, anno nimirum Æræ vulg. LXXX. Eſtque ſatis commodus ille nominum ordo, ut qui Plinium præcedit Rhetor ille Virginius, & qui ſequitur Rutilius, ambo tamen in Quinctiliani noſtri vicennium inciderint. Idem alibi: *Quod factum noſtris temporibus eluſit Vibius Criſpus.* Inſt. lib. V. cap. 13. Quaſi nimirum ſuo quoque vicennio *cauſſas* egiſſet Criſpus. Et tamen alio in loco viſis a ſe (cum ſcilicet Præceptores ipſe juvenis audiret) eumdem Criſpum accenſet. Inſt. lib. XII. cap. 10. Denique eumdem inter clara nuper ingenia numerat lib. X. cap. 1. Recte nimirum omnia, &, pro noſtris hypotheſibus, ſatis accurate. Florebat in foro Vibius ille Criſpus, illo præſertim tempore, quo forum noſſet, non actor ipſe, ſed auditor tantummodo, ſtudiorumque cauſſa, frequentabat. Sic tamen ille, ut in foro adhuc, cum reverſus ex Hiſpania *cauſſas* in foro oraret ipſe Quinctilianus, ageret Vibius Criſpus. Hæc nos vera fuiſſe docet Auctor Dialogi *de Oratoribus.* Ait enim ibi M. Apet Vibium Criſpum Marcellumque Eprium, donec libuit, principes fori, tunc etiam principes fuiſſe in Cæſaris amicitia, anno nimirum illo Veſpaſiani VI. Chriſti LXXV. Sic ille cap. 8. Erat ergo Vibius Criſpus adhuc in viris, & forum tamen abdicaverat. Mox etiam oſtendemus, ad Domitiani tempora nuperamque Quinctiliani, cum Inſtitutiones ſcriberet, memoriam eumdem perveniſſe Criſpum. Hinc denique & illud intelligi poteſt, quod ait noſter: *Duapondo & trepondo uſque ad noſtram ætatem ab omnibus dictum eſt.* Inſt. lib. 1. cap. 5. Id ſcilicet illum velle, ne quidem, cum ipſe profiteretur, adhuc illas in deſuetudinem abiiſſe formulas.

89 47 48 Mortua uxor Quinctiliani, nondum expleto anno ætatis undeviceſimo. Itaque anni initio. Erat ætate puellari, ſi ad Quinctiliani ætatem conferretur. Paucis poſtea menſibus mortuus filius minor V. annum ætatis egreſſus, cum ſcribere pater eſſet aggreſſus *de cauſſis corruptæ eloquentiæ.* Hæc e Procem. lib. VI. Inſt. §. 14. 20. 28. Finem *Argonauticis* hoc eodem anno impoſuit fortaſſe Valerius Flaccus. §. 25. Martialis Epigrammata edere cœpit VI. anno ante annum XCV. L. IX. Epigr. 85. §. 14.

91 49 Julia Titi filia a Domitiano conſecrata. Quinct. lib. III. *Inſt.* cap. 7. §. 24.

92 50-50 51 51 Inſtitutiones exorſus eſt Quinctilianus. Hoc anno ſtudiis filiorum ſororis a Domitiano præfectus eſt, cum libros tres priores operis abſolviſſet. Eodem affecto, vel potius exeunte, filium majorem amiſit, cum librum V. ad finem perduxiſſet. §. 14. 19. 21. Filius Marcelli Victorii, in cujus uſum Inſtitutiones ſcripſit Quinctilianus, annum egit jam ætatis ſuæ XI. & Marcellus ipſe annum vel XXXI. vel XXXII. §. 27. Hoc anno Quinctilianus inſignitus ornamentis Conſularibus, ſi quidem, propter Domitiani nepotes a ſe inſtitutos, & patre eorum Flavio Clemente impetraute, honorem illum conſecutus eſſet. §. 34.

Secundus annus eorum, quos Inſtitutionibus concinnandis impendit. §. 21. 93

Hoc anno incunte Inſtitutiones abſolvit Quinctilianus, cum paulo plus quam biennium illis impendiſſet. Epiſt. ejus ad Tryphonem Bibliopolam. §. 32. Poſtea Philoſophos expulit urbe Domitianus. §. 14. Poſtea etiam Quinctilianus aliam uxorem duxit Tutilii filiam. §. 32. 52-52

Hoc denique ambitu inter finem anni, quo ſcholam abdicavit, LXXXVIII. & hujus anni initium, ea omnia concludo, quæ ipſe nuper eveniſſe dicit. *Multum*, ait, *in Valerio Flacco nuper amiſimus.* Inſt. lib. x. cap. 1. mortuo nimirum, ut jam conjecturam fecimus, poſtquam utrumque tam docendi quam orandi munus Quinctilianus abdicaverat. Ita de Cæſio Baſſo Poëta, *quem nuper* (inquit) *vidimus: eum longe præcedunt ingenia viventium.* Inſt. lib. x. cap. 1. Sic illum viventibus opponit, quaſi de illorum numero nuper eſſe deſiiſſet. Et alio in loco: *Erant claræ & nuper ingenia, Trachalus, Vibius Criſpus, Julius Secundus.* Inſt. lib. x. cap. 1. Tres hic recenſeri videmus conjungique invicem a Quinctiliano nuperæ memoriæ Oratores. An forte propter temporis, quo deceſſerant, vicinitatem? Tres certe ſimiliter conjunxit Martialis Rhetoras, qui uno eodemque anno perierint, lib. 11. Epigr. 64. Suſpicabar eoſdem utrobique intelligendos. Nec id; (ut videbatur) abſurde. Ita periiſſent eodem anno, quo erat in ſchola Quinctilianus, cujus hoc eodem libro meminerat, & quidem Epigrammate poſteriori 90. Sed nec ordinem temporis in ejuſdem libri Epigrammatibus diſponendis obſervavit Martialis; nec uno ſaltem eodemque anno ſcripta ſunt, quæ in prioribus libellis continentur; & poſt ſcholam certe Quinctiliani depoſitam vel primum librum collegit ediditque Martialis. Eſt tamen præterea, cur dubitemus iidemne ſint cum Quinctilianeis, Martialis illi Rhetores. Facit ut dubitemus vox ipſa Rhetorum, quos cauſſidicis, id eſt oratoribus opponit Martialis. Imo ita opponit, ut Rhetoribus illis ſcholas fuiſſe innuat, in quas ſuccedere poſſet Taurus ille, ad quem ſcribit, ſi vellet profiteri. Hi quantum a Senatoribus diſcreparint, jam ſupra oſtendimus. §. 30. Erant autem Quinctilianei illi omnes, ni fallor, Senatores. Prior ille Trachalus etiam Conſularis, ſi quidem idem cum Silii Italici collega anno LXVIII. M. Galerio Trachalo. Bis etiam Conſularis Vibius Criſpus, ſi quidem de illo intelligendus ſit Criſpo, de quo loquitur Juvenalis ipſe, Poetæ Scholiaſtes. Sunt tamen, fateor, quæ de Auctoris ſui Criſpo tradit Scholiaſtes, de Criſpo Paſſieno veriora, quem ſub Claudio ſublatum probavimus, quam de noſtro Criſpo Vibio. Idque ipſum de Paſſieno teſtatur, bis Conſulem fuiſſe, Plinius, Nat Hiſt. XVI. 44. Sed aliunde veriſimile eſt, qui Principibus adeo familiaris erat, ut e Dialogo *de Oratoribus* cap. 8. conſtat, & Juvenale Sat. IV. verſ. 81. qui cenſu erat pluſquam Senatorio, teſte Dialogi Auctore Tacito; qui concilio procerum Domitiani aderat, Auctore Juvenale verſ 73. 144. 145. quod certe Senatoribus conſtabat; quem jam olim in foro Principem eſſe docuit ibidem Tacitus; illum profecto Rhetorum numero, qui ſcholis præerant, eſſe ne quidem potuiſſe, quos eodem anno teſtatur deceſſiſſe Martialis. Nec alium denique fuiſſe puto Julium Secundum. Dum enim in Dialogo illo Maternus Aprum nondum a ſcholaſticis controverſiis receſſiſſe teſtatur cap. 14. receſſiſſe Secundum videtur innuere. Alii itaque quærendi erunt Rhetores, quos potuerit deſignare Martialis. Utcumque tamen ad hæc illos tempora vixiſſe veriſimile eſt: de Vibio certe Criſpo certum eſt, ad Domitiani ſaltem tempora illum perveniſſe. Reſponſum ejus interroganti, eſſet ne quis intus cum Cæſare, ne muſca quidem, inter initia Principatus Domitiani factum teſtatur Suetonius, *Domit* cap 3. Poſtea aderat & in illo ridiculo de *Rhombo* concilio, quod traducit Juvenalis Sat. IV. verſ. 81. Nec enim alterius erat Criſpi jucunda illa ſenectus, quam illius, cujus ſtylum a jucunditate celebrat aliquoties noſter Quinctilianus, lib. v. cap. 13. lib. XII. cap. 11. Erat quidem concilium illud antea quam in Dacos mitteretur Fuſcus: eo tamen tempore, quo ſe jam metuendum præbuerat Domitianus: eo etiam quo e Britannia nuncii expectabantur; verſ. 126 127. & a Cattis & Sicambris; verſ. 147. anno ad minimum LXXXII. Initio enim Imperii pacem fuiſſe docent nummi. Et hoc demum anno titulos Imperatoris multiplicare incepit. Sed quocumque demum tempore illud fuerit concilium, plures ſane ſub Domitiano vixiſſe annos ex illo ipſo Juvenalis loco facile colligitur. Sic enim Criſpum ad *ectogeſima* dicit perveniſſe *ſolſtitia*, ut *multas hyemes* tranſegerit *illa quoque tutus in aula*; verſ. 92. 93. Sic potuit ille ſatis commode ad tempora illa vivere, quibus noſter Quinctilianus abdicavit. Sic tamen ille ut ante V. operis librum ſit mortuus, cum non ſoleat noſter aliorum mentionem facere, præterquam mortuorum. Julium Secundum æqualem ſuum fuiſſe dicit, *Inſt.* lib. x. cap. 3. proinde tribus aut ad ſummum quatuor annis ſeſe juniorem. Alter ſimul pueri aut adoleſcentuli, eorumdemque ſtudiorum ſocii eſſe non poterant. §. 28. Sic autem de illo loquitur, quaſi ante juſtam perfecti Oratoris ætatem interceptus fuerit, lib. x. *Inſt.* cap. 1. Si maturitatem illam, pro modo Quinctiliani ipſius æſtimemus, qui munere deceſſit antequam deficeret, ætatis ſuæ anno XLVI. ſic proximo ab abdicatione Quinctiliani anno defunctus fuerit, aut non multo poſtea: antea nimirum quam ipſe eamdem, quam in abdicatione ſua Quinctilianus, ætatem expleviſſet. Denique eadem forma noſter alibi: *Rufinus* (inquit) *& merito nuper Poëtam, qui dixerat: prætextam in ciſta mures roſere Camilli.* Inſt. lib. VIII. cap. 3. Quis ille Poëta fuerit, jam melius judicabunt qui, quo tempore concludendus eſt, intelligent. 94 53 53

Poſtquam abſolviſſet Quinctilianus Inſtitutiones, unus ad minimum annus acceſſit ad earumdem editionem. §. 20. 95
Menſe Julio jam togam virilem ſumpſerat filius Marcelli Victorii. §. 27. Marcellus ipſe Victorius hoc anno infra annum ætatis XXXV. & ſupra XXXIII. §. 27. Nata Quinctiliano filia Tutilii neptis. §. 32. 54-58

Marius Priſcus damnatus repetundarum, memoratus a Juvenale. §. 38. 100

Juvenalis hoc anno Romæ, non in exilio, teſte Martiale. §. 38. 59-61

Filiæ Quinctiliani jam ætate nubili, viz. annorum XII. dotem obtulit Plinius. §. 29. 30. 31. 32. 103

Terræ motus Antiocheni meminit Juvenalis Sat. VI. verſ. 409. 410. qui hoc anno contigit, pro noſtris rationibus. §. 40. 62-65 107

Romam venit hujus anni initio Hadrianus. Tum turba Poëtarum recitantium in M. Cornelii Frontonis platanis. 66-72
§. 40. Tandem poſt illos recitat Satiras ſuas priores XIV. Juvenalis. Inde illi exilii occaſio. Cum exul eſſet, octogenarius erat. §. 39. 40. 114 73-76
Recitavit forte Juvenalis feriis vindemialibus. §. 40. Quinctiliano, cum Romam veniret Hadrianus, data ornamenta Conſularia. §. 36. 37. 38. 39 40. 41. 118

COS. Junio Ruſtico exul in Ægypto Juvenalis. §. 39. Hujus anni initio in exilium miſſus. §. 40. 77-77

Scripſit in exilio Juvenalis Satiram XV. & (ſi ejus ſit) etiam XVI. Eodem, ut videtur, anno mortuus. §. 40. 119

78-79 120

79

INDEX

RERUM, PERSONARUM; VERBORUM, LOCUTIONUMQUE MEMORABILIUM.

Cum Dictio per ſeipſa memorabilis initium non ducit articuli, tum Italico eſt excuſa charactere.

Hæc lineola | numerum Arabicum antecedens, paginas; ſequentes numeri ſola virgula diſtincti notas deſignant.

A

Ab actore pro τῷ in gratiam accuſatoris. | 411. 131,
qui ſunt *ab Iſocrate*. | 131. 151,
abdicare pro τῷ exheredare. | 441. 112,
abdicatio filiorum an Romanis uſitata fuerit. | 441. 112,
de *abdicatione* filiorum apud Græcos. | 179. 403,
abdicationum formæ ſunt duæ. | 441. 112, 113,
abdicatus pro τῷ relegatus aut ablegatus. | 441. 112,
abeſſe ab ultimis vitiis. | 87.
non *abhorrere* a fide, pro τῷ eſſe credibile. | 552. 128,
abruptum ſermonis genus vitandum. | 233. 213,
abſciſſio quid ſit apud Cornificium. | 499. 428;
abſente nobis. | 627. 169,
abſentia pro diffidentia premitur. | 269. 5,
in τῆς *abſoluta* & *aſſumptiva* quid ſubaudiatur. | 437. 21, 24, 34,
abſolutum pro poſitivo gradu. | 570. 94,
& *abſtemius* etymologia. | 56. 23,
abſtinentia & continentia quomodo inter ſe diſtent. | 297. 375,
abſtinentia, quid ſit. | 86. 8,
ex *abundanti*. | 258. 73, | 267.
Academica Philoſophorum ſecta cur ſit oratori utilis. | 730. 101, præſtantiſſimos in eloquentia viros edidit. | 730. 101,
neque *Academici*, cum in utramque diſſerunt partem, non ſecundum alteram vivunt. | 724. 109,
accedere alicui opinioni. | 123.
accedere alicui, pro τῷ in ejus ſententiam deſcendere. | 153.
accedere, pro τῷ aſſentiri. | 398. 43,
accedere alicui rei, quid ſignificet. | 431. 73,
non *accedit* parti, quod univerſum eſt. | 729. 78,
accentus dictionibus non apponebant oi veteres. | 456. 27,
accentus minus ſuaves cur Latini habeant. | 748. 135,
accentuum Latinorum regulæ. | 39. 124, uſque ad 143,
a quo quis *accipiat*, & quantum, & quouſque, plurimum refert. | 738. 32,
de τῷ *Accii* gradus eliminat. | 486. 166, 167,
de *Accii* loco Pomponius & Seneca diſputarunt. | 486. 165,
Accius cur cauſſas non ageret, cum apud eum in tragœdiis tanta vis eſſet optime reſpondendi. | 331. 233,
Accius in Phœniſſis laudatur. | 486. 168,
acclamatio biſariam accipitur. | 508. 71,
Accurſii filia leges docebat ex cathedra. | 9. 18,
accuſatio ſimplicior eſt defenſione. | 322.
in *accuſatione* plus auctoritatis habet is, de cujus innocentia conſtat. | 420.
in *accuſatione* ſimplici quid videndum ſit Oratori. | 407.
ne ad *accuſationes* libenter deſcendiſſe videamur. | 678. 166,
accuſationibus etiam mediocres in dicendo ſuffecerunt. | 323.
accuſator quod objicit, crimini de quo eſt judicium, maxime conveniat. | 422. 116, 117, quo quidque modo dixerit, refert. | 328. prius factum eſſe probet, deinde a reo factum. | 419.
accuſatoribus conviciari interdum patrocinii fides cogit. | 331. 223,
acetabulum quid proprie ſit. | 522. 195,
de genitivis *Achilli*, *Ulyſſi*. | 45. 287, 288,
in *Achillei* clypei cælatura lites & actores. | 128. 23, 24,
ἀχρεῖος, ἄχρηστος quis aliquando dicatur. | 725. 127,
ἄχρηστον inutile quid aliquando ſignificet. | 725. 127,
ἄχρωμος ſpecies quæſtionis quæ ſit Fortunatiano. | 243. 456,
ἄχρωμος στάσις ſtatus coloris expers quiſnam ſit. | 241. 412, | 439. 77,
aciſculus frigido joco dictus eſt paciſculus. | 380.
acor ipſe in cibis interdum jucundus eſt. | 572.
acquirendi ratio nulla juſtior eſt, quam ex honeſtiſſimo labore & ab iis, de quibus optime meruimus. | 738. 31,
acres ſententiæ & ſenſus. | 582. 314, 320,
acria debent currere, delicata fluere. | 617. 577,
acria illa ſimilia abſurdis ſunt, quæ tanquam ſine ratione dicta feruntur. | 393.
Acron interpres Horatii laudatur. | 337. 37,
acti jam multum eſt. | 413.
actio mollis longiſſime fugienda eſt. | 709. 450, laborata congeſtaque dierum ac noctium ſtudio | 736. 16, an & quo modo differat a *cauſſa*. | 215. 88, egreſſionibus qualis conveniat. | 714. 582, 583,
actio crediti quænam ſit & dicatur. | 426. 208, ubinam læta, magnifica & ſublimis eſſe debeat. | 712. 539,
actio depoſiti quænam ſit & dicatur. | 426. 203, inofficioſa quæ dicatur. | 717. 652,
actio malæ tractationis quænam fuerit. | 428. 9, | 438. 54,
actio oratoris non eſt continuo motu concidenda. | 706. 375,
actio probationum maxime varia eſt & multiplex. | 714. 577,
actio pro continua ſeu perpetua oratione. | 397. 17,
actio majeſtatis quæ ſit. | 289. 185;
actio quid ſit. | 179. 404, ſenſu peculiari ſumitur. | 237. 303, 304.
actione conſtat oratio, non imitatione. | 717. 650,
actione Cicero jus, id eſt, ſtatum tranſlativum intellexit. | 172. 269,
in *actione* regnat maxime modus. | 716. 646,
in *actione* præcipue ſpectatur decorum. 716. 634,
actionem mutare quid ſit. | 358. 191,
actionem habere quid ſit. | 314. 164,
actiones impotentes quænam dicantur. | 327. 113,
actiones quænam triſtes eſſe ac ſummiſſæ debeant. | 712. 540,
actiones legis quænam ſint. | 483. 117,
actiones ſecundæ quæ ſint. | 212. 8, pœnariæ quæ ſint. | 251. 34, | 440. 90,
in *actionibus* quid inter præcipua ſervandum ſit. | 691. 147,
actionis formandæ ex natura ſua capiat quiſque conſilium. | 716. 644,
actionis controverſia ſive tranſlatio quid ſit. | 324. 53,
actionis initio quomodo ſe componere debeat Orator. | 113. 547, *& ſeq.* quænam in Oratore vitioſa ſint. | 713. 560,
actionis quæſtio quænam ſit. | 446. 4,
actionis jure crimen excludere, quid ſit. | 407. 29,
ab *actionis* genere repelli, quid ſit. | 205. 37,
actionis quæſtiones vel tranſlationis, quæ. | 180 449, 450,
actionum formulæ. | 204. 11, 14,
actor & litigator quomodo inter ſe differant. | 212. 18,
actor cauſſæ infirmum ſe & imparem ingeniis contra agentium dicat. |

213. 39, non ſtudium advocati videatur afferre, ſed pene teſtis fidem. | 212. qua ratione ad agendum acceſſiſſe ſit exiſtimandus. | 212. primo firmum aliquid ponat, ſummo firmiſſimum. | 407.
actoris & rei perſonam aliquando idem homo ſuſtinet. | 163. 86,
actus Apoſtolor. laudantur. | 165. 138, | 497. 386,
τ̃ *actus* peculiaris quædam ſignificatio. | 425. 172,
actutum. | 252. 51,
non *acuitur* apud Latinos prima brevis, una aut duabus longis ſequentibus. | 45. 285,
acumen ex arte non venit, arte tamen adjuvatur. | 400.
in τοῖς *acuta*, *flexa*, *gravis* quid ſubaudiatur. | 38. 101, | 39. 131, 136, 143,
acuta pro acuto accentu. | 38. 101, | 39. 142,
nec *acuto* unquam accentu excitatur apud Latinos ultima ſyllaba, nec circumflexo efferetur. | 748. 136,
τ̃ *ad* ſonum a ſono τ̃ *at* vix diſtinguebant veteres. | 56. 9,
de τῷ *ad aliquid.* | 172. 275,
τὸ *ad aliquid* eſt idipſum quod vulgo dicitur relativum. | 49. 49,
de in diem *addictione* Pandectarum titulus. | 165. 136,
addicti & nexi, quinam apud Romanos dicerentur. | 434. 120,
addictum inter & ſervum differentiæ plures. | 434.
an *addictus* quem lex ſervire, donec ſolverit, jubet, ſervus ſit. | 434. 120,
a *defenſore* pro τῷ in gratiam defenſoris. | 411.
adeſſe *cauſſa* quid ſignificet. | 675 84,
adeſſe pro τῷ patrocinium ſuſpicere, cauſſam tueri. | 238. 328,
τ̃ *adeſſe* ſenſus peculiaris. | 304. 544, | 412. 141,
tempus *adhærens* quid ſit. | 291. 225,
adhibeatur judicium inventis, diſpoſitio probatis. | 652. 20,
ἀδιάνοητα quæ verbis aperta occultos ſenſus habent, peſſima ſunt. | 477. 103,
οἱ ἀδιάφορας περιλαμβάνοντες λόγοι. | 343. 143,
aditum ſibi ad aures facere. | 219.
adjuncta verba ad nomen. | 489. 224,
adjunctio quid ſit Herenniano Rhetori. | 541. 188, | 578. 262, 263, quodnam ſit figuræ genus apud Ciceron. | 541. 188,
locus ab *adjunctis* & τὸ *adjunctum negotio*, ut differant. | 541. 188,
adminiſtratio pro actione ſive operatione πρᾶξει. | 134. 18, quid ſit Celſo Rhetori. | 281. 18,
admitti in animum judicis. | 212.
adoleſcentes ne aliter quam dicturi ſint, exerceri velint. | 201.
adoleſcere de aliis quam de hominibus dicitur. | 661. 60,
ἀδρὸν humile cauſſæ genus. | 218.
ἀδρὸν eſt grande ac robuſtum dicendi genus, & movendo aptum. | 752. 229, quale ſit & ubinam locum habeat. | 753. 236. *& ſeqq.*
adſtringere ſe ad ſervitutem juris. | 125.
adſtricta corpora quæ dicantur. | 467. 468. 102,
adverbiaſcere. | 33. 184,
in *adverbium* tranſeuntia vocabula | 33.
ſine *adverſario* dicere. | 330.
adverſariorum dicta cum ſua confirmatione nunquam referamus. | 328.
adverſariorum dicta & argumenta quomodo referre oporteat. | 328.
hunc *adulari* dicebant veteres. | 566. 6,
adulatio ſub facie libertatis frequenter latet. | 551. 119,
adulterii incerti quomodo poſſit accuſari ſola mulier. | 426. 427.
adulterii rea eſt, quæ cum anno vidua fuiſſet, enixa eſt. | 324. 56,
in *adulterio* inventam uxorem quatenus liceret olim occidere. | 303. 526, 527,
de *adulteris* lex antiqua explicatur. | 162. 75.
adulterium plerumque duorum diſcrimen eſt. | 426.
adulterum ſine adultera puniri lex non ſinebat. | 426. 211,
advocati minores quinam dicantur. | 731. 5,
advocatio quid ſit. | 333. 254, | 415. 210, quid ſit apud Ciceronem. | 301. 472,
advocato *cauſſam* agere, quam litigatori, facilius eſt. | 218. 177,
litium *advocatus.* | 723. 85,
advocatus plura quam oſtenduntur [ſibi a litigatore] aſpiciat. | 739. 28,
advocatus quid ſit. | 177. 370,
Ægeria Numæ. | 93.
Ælianus laudatur. | 412. 413. 155,
æmulari abſolute poſitum. | 23. 34,
æmulatio quoties diſceſſit, ſuccedit humanitas. | 673. 51,
citra *æmulum* eſſe quis dicatur. | 744. 38,
ænigmatum exempla varia. | 527. 285, 287, 288, 289,
ænigma eſt allegoria obſcurior. | 526. 284. in oratione vitium eſt. | 526. 284,
ænigma Virgilianum. | 527. 285,
αἶνος & παροιμία quatenus inter ſe conveniant & diſtent. | 311. 97,
ai ſyllabam varie per a & i efferebant; quidam ſemper; quidam in genitivo vel dativo ſingulari tantum. | 58. 65,
αἶνος quid ſit. | 311. 97,
Æoles υ pro τῷ o ponunt. | 29. 107, 108,
de *Æolica* litera in τοῖς ſervus, cervus. | 748. 121,
Æolicæ dialecto ſermo Latinus eſt ſimillimus. | 52. 130,
in *æqui* bonique tractatu maxima pars orationis conſiſtit. | 720. 31,
æquitas ſit ex iniqui contemplatione manifeſtior. | 724. 112, optimo cuique notiſſima. | 732. 18,
æquitate judex quando parandus eſt. | 415. 236, 237,
æquitatis tractatione cur nihil libentius judices audiant. | 416. 234,
æqui tractatio quænam ſit. | 306. 594,
in *æquo* eſt pro τῷ in utramque partem valet. | 279.
æquum & jus an & quomodo diſtent. | 402. 21, 22,
æquum pectus quid ſignificet. | 708. 438,
æquum eſt aliquid, ſed jure prohibitum. | 180.
de *ærumna.* | 484. 142,
τὸ κατ' αἴσθησιν dicitur de ſtatu conjecturali ſeu quæſtione facti. | 169. 197,
Æſchines hypocrita fuit. | 128. 36,
Æſchines Rhodiis Demoſthenicam orationem mirantibus quid dixerit. | 693. 21,
Æſchylus tragœdiæ primus auctor. | 632. 287, grandiloquus ſæpe uſque ad vitium. 632. 287, laudatur. | 347. 34,
Æſchylo Sophocles & Euripides præſtant. | 632. 290,
Æſchyli Prometheus laudatur. | 165. 138,
Æſchylus quaſvis in ſcena perſonas agebat. | 632. 287,
æſtimare pœnam ſuam honoribus ſummis. | 672. 28,
Æſopi fabellæ. | 64. 2,
Æſopus cur eſſet in agendo gravior. | 706. 394,
Ἀἰσχροποιητὸν quid ſit. | 311. 98,
ætas diſcrimen facit. | 419.
aliter alia *ætas* emendanda eſt. | 92.
ætatem graviorem refugere quid ſignificet. | 744. 34,
ætatem ferre quodnam vinum dicatur. | 627. 166,
τὸ *ætatis* fuerunt quid ſignificet. | 28. 82,
αἰτιολογία cauſſæ ſubjectio. | 240. 392, figura quænam ſit. | 549. 51, 52, 55, 58, figura quænam ſit apud Rutilium. | 585. 403, ut differat ab ethologia. | 65. 8, quodnam ſit figuræ genus. | 387. 318,
αἰτιολογίαν a τῇ προσαποδόσει diſtinxit Rutilius. | 585. 405, quomodo deſignet Cicero. | 542. 207,
αἰτιολογικῶς | 160. 27,
αἴτιον & αἰτία an & quatenus inter ſe differant. | 206. 3, 16,
αἰτιώδες quid. | 65. 8,
affectatio frigida & puerilis. | 424.
affectatione nihil eſt odioſius. | 54. 187,
ab *affectibus* quædam materiæ ſeu cauſſæ remotæ ſunt. | 154. 10,
affectibus accuſator ſæpius ac magis patrono utitur. | 352. 35, 36, 37, 38,
in *affectibus* eſt velut ſpiritus [eloquentiæ] atque animus | 362.
affectibus occupatus judex omnem inquirendæ veritatis rationem amittit. | 362.
affectibus falſis accedere … | 369. 155,
affectibus moti judices rem ſuam jam agi exiſtimant. | 362.
in *affectibus* plus calor, quam diligentia valet. | 654. 68,
affectio pro affectu. | 318.
affectu aliquo concitatis imperitis quoque verba non deſunt. | 666. 45,
affectum, aut qui non eſt eloquentiæ, vis facit, aut majorem quam eſt. | 367.
in *affectum* nihil intrare poteſt, quod in aure ſtatim offendit. | 589. 36,
affectus quantum in animis hominum valeant. | 361. 362.
affectus aliquid præ ſe ferre. | 712. 527,
affectus concitandi ſumma accuſatori, in quo poſita ſit. | 353.
affectus componere, quid ſignificet. | 353. 51,
affectus concitati, vehementer commoti qui dicantur. | 363. 32, *& ſeqq.*
affectus cur quidam a Rhetorica excludendos putent. | 261. 5.
affectus implere quid ſit. | 245. 510,
circa *affectus* movendos ſumma in hoc poſita eſt, ut moveamur ipſi. | 367. 114,
affectus in oratione quando & quomodo ſint neceſſarii. | 352. mandari non poſſunt. | 219. 185, mites, lenes, compoſiti qui dicantur. | 363. 32, *& ſeqq.*
affectus movere Athenis per præconem prohibebatur orator. | 352. 28, non ſolum dicendo, ſed etiam faciendo quædam, movemus. | 356 136,
affectus præſtant, ut cauſſam noſtram meliorem eſſe judices velint. | 362.
affectus facile deficit, qui deſcendit. | 356. 135,

affectus quocumque irruperint, plurimum valent. | 154.
affectus recipiunt etiam aliæ a proœmio & peroratione partes. | 360. 228, | 361. 4,
affectus, ſi aliter ad æquitatem perduci judex non poterit, neceſſario movebit orator. | 131.
affectuum diſcrimen a probationibus. | 362. duæ ſunt ſpecies. | 362. tractatio dominatur in judiciis, eloquentiam regit. | 361.
afficere aliquo modo, quid ſit. | 228. 88,
afficere quid ſignificet. | 466. 69,
τὸ *affici* vitii eſt loco apud Philoſophos [Stoicos.] | 352. 29, 30,
afficiamur antequam afficere conemur. | 367. 122, 123,
affirmare plus dicit, quam indicare. | 572. 134,
affirmatio & aſſeveratio, ſunt fere ſynonymæ voces. | 319. 43,
ex *affirmatione*, probatio. | 319. 43,
Africani dictum apud Neronem de morte matris. | 508. 78,
ἀγανάκτησις [indignatio] figuræ genus | 540. 171, | 546. 292,
Agathiæ epigramma laudatur. | 699. 187,
inter *agendum* [ſeu pronunciandum] non decet bibere aut eſſe. | 710. 487,
contra *agentes* quinam dicantur. | 213. 29,
ager Varroni ſic dictus, quia in eo agatur. | 53.
agere adverſarium quid ſignificet. | 739. 30, cum aliquo, pro τῷ litigare. | 177. orbum & naufragum. | 369.
agere pro τῷ cauſſam agere in foro tanquam patronus. | 414. 177,
agere injuriarum. | 163. 95,
recte *agere*, quid ſit forenſi ſenſu. | 178. 392,
aggreſſio, quid ſit apud Valgium. | 283. 53,
ſi *agimus*, noſtra confirmanda ſunt primum, tum, quæ noſtris opponuntur, refutanda. | 334. 271, 272,
de τῷ qui agit | 162. 73,
nemo pejus agit, quam qui diſplicente cauſſa placet. | 741. 12,
is cum quo *agitur*. | 162. 56, | 163. 78, | 409. 77, | 445. 170.
qua de re *agitur*, quid Ciceroni. | 208. 62,
Aglaophon pictor clariſſimus. | 743. 11, 12,
agnominatio adjectis, detractis, mutatis per jocum literis, frigida eſt. | 380. differt a nominum fictione. | 381. 210,
Agnon Rhetorices accuſationem quodam in libro profeſſus eſt. | 129. 50,
ἀγὼν, quid ſit Græcis Rhetoribus. | 250. 6,
ἀγῶνες Rhetorum. | 85. 52,
ἀγωνιστικὴ ῥυθμική, quid ſit. | 598. 211,
ἄγραφον ἀδίκημα, quid ſit, & quomodo Latine vertatur. | 444. 159,
in τῷ *agreſtem*, quomodo breve ſit τὸ *gre*. | 607. 361,
agriculturæ tres partes. | 80. 28,
Agrippa unde dictus. | 32. 156,
[Menenii] *Agrippæ* hiſtoria. | 311.
Ajacis clypeus qualis eſſet. | 504. 86.
Ajjo, Majjamque geminata j ſcribere Ciceroni placuit. | 27. 66,
ἀκόλουθα, quæ dicantur. | 297. 390,
ἀκατάληπτον, quid ſit. | 252. 42,
ἀκροαματικὰ τοῦ Ariſtotelis. | 143. 54,
ἀκμάζειν, quid ſignificet. | 435. 146,
ἄκυρον & ἀκυρολογία, quid ſit. | 514. 33,
ἄκυρον improprium quale vitium eſt. | 472. 15,
album, quid ſignificet apud Quinctilianum. | 733. 31.
Albutius memoriam & pronunciationem eſſe Rhetoricæ partes negavit. | 147. 12,
Alcamenes qualis fuerit ſtatuarius. | 749. 35,
Alcidamantis epitheta, cur Ariſtoteli frigida videantur. | 524. 216,
Alcidamas Eleates Rhetor a Platone Palamedes dictus. | 142. 38,
Alcuini de Rhetorica dialogus cum Carolo Magno laudatur. | 202. 2,
Alcuini ſyſtema de quæſtionum ſtatibus. | 182. 468,
Alexander Aphrodiſienſis laudatur. | 339. 62, | 523. 206,
Alexander Magnus eum, qui grana ciceris ex ſpatio diſtante miſſa, in acum continuo & ſine fruſtratione inſerebat, ejuſdem leguminis modio donavit. | 135. 13,
Alexandri duces deliberarunt an Babylonis incendio ſepeliendus eſſet. | 510. 109,
Alexandrinæ deliciæ. | 17. 34,
Alexanter & Caſſantra in vetuſtis templis. | 29.
τὸ eſt *aliquid*, quid ſignificet. | 7. 59,
aliter pro τῷ alioqui. | 133. 136,
ἀλληγορία, quomodo Latine dicatur. | 525. 246, quid ſit & efficiat. | 525. 246*, rebus ſit & verbis. | 534. 22, an ſit in illis Horatii *ò navis! referent*, &c. | 525. 250,
allegoriæ quotidiano ſermoni ſervientis exempla. | 526. 277,
allegoriæ, ſimilitudinis, & metaphoræ permixta gratia. | 526. 269,
allegoriam facit continua metaphora. | 555.
ἐκ τῶν πρὸς ἄλληλα, quiſnam argumenti locus. | 296. 363, | 298. 401, quomodo id Latine vertatur a Cicerone & Quinctiliano. | 296. 363, | 298. 401,
cur *alleramus* libenter humiles & ſummittentes ſe. | 673. 363,
alligare ſe ad omnia verba. | 691. 149.
artem ad exitum, quid ſit. | 123. 143,
allocotheta fictitia vox legitur in Deſpauter. | 579. 263,
allocutiones ſunt ἀναπαύσεις. | 65. 9,
ἀλλοίωσις figura Rutiliana quænam ſit. | 585. 398,
allophylis fictitia vox in Deſpauter. | 579. 263,
Almeloveniana Platonici loci verſio reprehenditur & emendatur. | 668. 87,
Almelovenii emendatio rejicitur. | 216. 122, error arguitur. | 546. 289, gravis error arguitur. | 549. 64, locus emendatur. | 720. 16, nota una duos errores continet. | 567. 14, ſpiſſus error in verborum Technicorum expoſitione. | 437. 32,
Almelovenius epanaphoram cum epizeuxi confudit. | 572. 139, verba pauca multis erroribus implicuit. | 572. 139,
ἄλογος τριβὴ uſus irrationalis, quid ſit. | 665. 28,
alterare & alteratio. | 622. 86,
aliud eſt *altercatio*, aliud rixa. | 399. 45,
altercatio poſita eſt in ſola inventione. | 396. quibuſdam in cauſſis ad victoriam plurimum valet. | 397. quid ſit. | 95. 124, | 732. 7, cui opponatur. 396. 1, 2,
in *altercatione* opus eſt ingenio veloci ac mobili, animo præſenti & acri. | 398. plurimum valet acumen. | 399. 400. 59, nuſquam plus loci reperit urbanitas. | 399. quid præſtandum ſit. | 398.
altercationibus occurrere. | 95.
altercationis artes variæ. | 400. 401.
altercator turbidus & clamoſus eſt, qui literas neſcit. | 400. 79,
altercator bonus vitio iracundiæ careat. | 399.
τὸ *alterum* quando geminatur, prius ad proxime præcedens ſæpe refertur. | 548 28,
alto non ſemper feramur; litora interim ſequenda ſunt. | 749. 148,
amantes de forma judicare non poſſunt. | 362. 20,
amas me, pro τῷ gratum mihi feciſti. | 391. 390,
ambiguarum vocum puerilis captatio. | 493. 291,
ambigua verba raro belle reſpondent, niſi cum rebus ipſis adjuvantur. | 379.
ambiguitate in diverſum duci, ad quem ſtatum quæſtionis oratoriæ referatur. | 729. 70,
ambiguitatem ſemper conjectura explicari neceſſe eſt. | 170. 226,
ambiguitatis cauſſa eſt productio & correptio. | 458. 57, 58,
ambitio licet vitium ſit, cauſſa virtutum eſt. | 19.
ambitioſus declamandi ſudor. | 377.
ambitioſus in malis quis dicatur | 347. 35,
ambulantem loqui an & ubi oporteat. | 709. 459,
amici potentes quinam ſint. | 319. 57.
circa oratoris *amictum*, quid obſervare oporteat. | 711. 497; & *ſeqq.* | 712. 522. & *ſeqq.*
Ammianus Marcellinus laudatur. | 158. 84, | 234. 21, | 334. 276,
Ammonius Grammaticus laudatur. | 268. 2, | 311. 97,
amœnitas locorum an ad literarum ſtudia & laborem conferat. | 655. 81,
amœnitas ſylvarum remittit potius cogitationem, quam intendit. | 655. 82,
amor ſenſum oculorum premit. | 362. 20,
amphibrachys membrum periodumve cludit. | 610.
amphibolia naturalis ineſt ablativo caſui. | 457. 43, 44, adjectione facta detractione ſolvetur. | 457. 49, fit vitioſa locatione verborum. | 592. 593. per flexum. | 456. 457. 34, quando pluribus verbis emendanda ſit. | 457. 50, accuſativi geminatione facta ſolvitur ablativo. | 457.
ἀμφιβολία ſtatus eſt legalis, cui nomen ambiguitas. | 164. 110, vocibus accidit ſingulis aut conjunctis. | 455. 6,
amphiboliæ in conjunctis verbis quomodo emendentur. | 457. 38, 39, 40, 41, 42,
amphiboliæ lis quomodo in diverſum trahat. | 459. 17,
amphiboliæ omnis quæſtio in quibus conſiſtat | 458.
amphiboliæ per caſus exemplum. | 456. 30, 31,
amphiboliæ per collocationem exemplum. | 456. 33, in conjunctis verbis plus eſt, quam in ſingulis. | 456. 29, ſpecies ſunt innumerabiles. | 455. 2,
amphiboliarum in conjunctis verbis exempla

exempla. | 456. 31, 33, 34,
amphibologia male legitur in Deſpauterio & alibi. | 579. 265, male ſcribitur a Raphaele Regio & Burmanno. | 456. 25, vox eſt barbara. | 304. 539, intoleranda. | 455. 1,
amphictyones quinam eſſent. | 305. 562,
ἀμφίδοξον dubium vel anceps cauſſæ genus. | 218.
amplificatio alia eſt rerum, alia elocutionis. | 500. *ad init.* quomodo increſcat. | 500. 501. 4, *& ſeqq.* ἡ per comparationem incrementum ex minoribus petit. | 502. per comparationem quomodo fiat. | 502. per incrementum quomodo fiat. | 501. 14, *& ſeqq.* per ratiocinationem alibi poſita eſt, alibi valet. | 502. per ratiocinationem an & cur proprie dicatur. | 502. 47, *& ſeqq.* per ratiocinationem quomodo fiat. | 503. 61, 66, quatuor generibus conſtat. | 500. 13,
amplius dicere conceditur; quia dici quantum eſt, non poteſt. | 532.
Anacreon laudatur. | 760. 81,
ἀναδίπλωσις figura quæ ſit & quot nominibus deſignetur. | 575. 189,
ἀνηγμένον figura Rutilii, ſeu Gorgiæ peculiaris. | 565. 455, quæ figura ſit Rutilio. | 586. 432,
ἀνακεφαλαίωσις quando in aliis ab epilogo partibus utilis ſit. | 352. 32, quibuſdam in cauſſis nullo loco neceſſaria eſt. | 352. locorum e quibus argumenta ducuntur. | 301. 479, 480, *& ſeqq.* quid ſit. | 211. 22; quomodo Latine dicatur. | 351. 5,
ἀνακοίνωσις [communicatio] figura quænam ſit. | 540. 156, | 545. 277, | 550. 86, | 551. 92,
ἀνακόλουθον quid. | 43. 232,
ἀναδίπλωσιν figuram quomodo vocent Latini Rhetores. | 575. 189,
ἀναλαμβάνεσθαι εἰς τὸ γένος filii quando dicantur. | 441. 112,
analogia & etymologia rationem ſermonis præſtant. | 47.
analogia inventa eſt, poſtquam loquebantur. | 49. non demiſſa cælo formam loquendi dedit. | 49. 62, 63, non eſt lex loquendi ſed obſervatio. | 49. non ratione nititur ſed exemplo. | 49. quid ſit. | 36. 67, | 47. 2, an & quomodo differat a ſimilitudine. | 314. 167, quomodo Latine vertatur. | 47. ſibi ipſa plurimis in locis repugnat. | 48.
analogiæ ratio non per omnia duci poteſt. | 48. 40,
analogiam nulla res alia fecit, quam conſuetudo. | 49. 65,
ἀνάμνησις figura Rutilii, ſeu Gorgiæ peculiaris. | 565. 455,
ἀνανταπόδοτον quid ſit. | 497. 382, 383,
anapæſtus ſpondeo præponi poteſt. | 609. optime eſt ſibi junctus. | 611. 458, quomodo mollior fiat. | 611. 462,
ἀναφορὰ vel ἐπαναφορὰ quæ figura ſit. | 572. 143, quomodo vocetur a Cicerone. | 541. 185, | 544. 233,
ἀναπλασμὸς quid ſit Minutiano Rhetori. | 302. 485,
ἀνασκευάζειν deſtruere quid ſit Rhetoribus. | 203. 17,
ἀνασκευὴ quid. | 93. 74,
ἀναστροφὴ quid ſit. | 41. | 625. 126, quomodo Latine vertatur. | 536.
Anaximenes Lampſacenus Rhetoricæ τῆς ad Alexandrum auctor. | 151. 152. 37, tria cauſſarum genera ſtatuit & ſeptem ſpecies. | 151. 152. 37,
Anchiſa, Ænea, Hermagora, Pelia, &c. pro τοῖς Anchiſas, Æneas, Hermagoras. | 44. 45. 279,
ἀνδρολήψια quid ſit. | 452. 37.
ἀνεπίφατος actio quænam dicatur. | 221. 253,
Nicolaus *Angelius* Bucinenſis laudatur. | 145. 87,
de *anima* opinio veterum quorumdam. 348. 60,
de *anima* poſt mortem opinio Platonis & Stoicorum. | 339. 72,
animalia majora diutius viſceribus parentum continentur. | 652. 16,
in *animalium* quoque virtus ea eſt, qua præſtat cætera vel pleraque. | 136. 42,
animam recipere, auramque communem haurire pro τῷ reſpirare, vivere. | 348.
animi motus non ſunt in noſtra poteſtate. | 367. 124,
animi origo cæleſtis. | 8. 7,
animo ſolo facta dictaque noſtra defendi poſſunt | 426. 199,
animo perſeverandum, ſi viribus deficiemur. | 211.
animorum tractandorum ſummus artifex. | 682. 241,
animum judicum ſumere. | 561. 352,
animus ſe bona fide in multa ſimul intendere totum non poteſt. | 655. 81,
annis aliis aliud magis convenit. | 286. 134,
annuli magis geſtabantur ſiniſtra, quam dextra. | 711. 514,
ἀνοικονόμητον male diſpoſitum. | 494. 298,
anonymus de Rhetorica ſcriptor laudatur. | 566. 466,
anonymus περὶ μέτρων ex cod. MSS. Reg. 3336. laudatur. | 605. 338,
ἀνταπαγωγὴ fictitia Julii Scaligeri figura. | 550. 68,
ἀντανάκλασιν figuram quomodo deſignet Cicero. | 544. 238,
ἀντανάκλασις confinis eſt τῇ προσονομασίᾳ. | 580. 289, quæ figura ſit, & quomodo Latine verti poſſit. | 580. 289,
ἀνταπόδοσις alias dicitur ſimpliciter ἀπόδοσις. | 497. 383,
ἀνταπόδοσις redditio contraria quid ſit & efficiat. | 497. 382, 383,
ἀντέγκλημα relatio. | 164. 110. quid ſit Rhetoribus. | 323. 16, | 418. 40, quomodo Latine vertatur. | 437. 38,
anteoccupatio genus eſt figuræ apud Ciceron. | 540. 164, | 545. 283,
ἀντεισαγωγὴ figura quænam ſit. | 547. 52,
ἀνθηρὸν eſt floridum dicendi genus, & delectando idoneum. | 752. 229,
ἀνθορισμὸς definitio alia, ſeu contraria. | 429. 38,
ἀνθυποφορὰ eſt ſolutio τῆς ὑποφορᾶς. | 565. 455,
ἀνθυποφορὰ figura Rutilii ſeu Gorgiæ peculiaris. | 565. 455,
ἀνθυποφορὰν, quam figuram vocet Quinctilianus. | 584. 371,
antigerio quid ſit. | 54. 190, | 484. 141,
Antigoni imaginem latere tantum altero Apelles oſtendit. | 115. 52, 53, 54,
ἀντικατηγορία mutua accuſatio quid ſit & quotuplex. | 205. 22, 24, 26, 28, 29, | 418. 40, vertitur a quibuſdam concertativa. | 418. 41, ut differt ab ἀντεγκλήματι relatione. | 418. 40,
ἀντικατηγορίας Apollodorus duas eſſe controverſias dixit | 420.
τὸ κατ᾽ ἀντίληψιν Hermagoreorum quid ſit, & quomodo Latine vertatur. | 437. 21, 22,
ἀντίληψις eſt ſtatus qualitatis abſolutus. | 164. 110,
ἀντιλογία. | 132. 114.
in *Antimacho* vis, & gravitas, & non vulgare eloquendi genus. | 629. 226,
Antimachus cur ψυχρὸς dictus. | 699. 190,
ἀντιμεταβολὴ [commutatio] quomodo vocetur a Cicerone. | 541. 197, quænam figura ſit. | 584. 359,
ἀντινομία dicitur caput peculiare legali ſtatui. | 451. 31,
in *antinomia* duo ſunt ſcripti & voluntatis ſtatus. | 450. 4,
ἀντινομία quid ſit Rhetoribus. | 408. 57, | 450. 3, 6,
ἀντινομία ſtatus legalis, cui nomen leges contrariæ. | 164. 110,
ἀντιπαραστάσεις & ἐνστάσεις verbis abutitur pſeudo-Turnebus. | 408. 59,
ἀντιπαράστασις a Gaſpare Laurentio male vertitur depulſio. | 408. 59, a Georgio Trapezunt. male vertitur obſiſtentia. | 408. 59,
ἀντιπαράστασις & ἔνστασις quid ſint Rhetoribus. | 408. 59,
ἀντιπαράστασις Hermogeniana quomodo Latine vertenda. | 257. 62,
ἀντιπερίστασις quid. | 79. 8,
Antiphilus Poeta facilitate præſtantiſſimus fuit | 744. 24.
Antiphon orationem primus omnium ſcripſit. | 142. 39, 40,
ἀντίφρασις an locum habeat in etymologia | 52. 53. 152, 153, quid ſit & efficiat. | 528. 307,
antiquis hæc invenienda fuerunt, nobis cognoſcenda ſunt. | 759. 66,
antiquo quid ſit. | 96. 145,
ἀντίρρησις figura Rutilii, ſeu Gorgiæ peculiaris. | 565. 455,
antiſigma quid & cujuſnam uſus. | 26. 40,
ἀντίστασις eſt comparatio vel compenſatio. | 164. 110, eſt comparativum cauſſæ genus. | 564. 432, quomodo Latine vertatur. | 438. 60,
antiſtes juris. | 680. 192,
ἀντιστρέφεσθαι quid ſit dialecticis. | 278. 24.
ἀντιστρέφοντα carmina, quæ. | 62. 25,
ἀντιστρέφοντες. | 278. 22,
ἀντιστροφὴ figura quomodo vocetur ab Herenniano Rhetore. | 541. 197, | 573. 147, quomodo vocetur a Cicerone. | 541. 186, | 544. 234,
ἀντιστροφῆς figuræ varia nomina. | 541. 186, | 544. 234, | 573. 147,
τὸ κατ᾽ ἀντίθεσιν Rhetorum quid ſit & quomodo a Latinis vertatur. | 437. 33, 34,
ἀντίθεσις eſt qualitatis aſſumptivæ ſtatus. | 564. 432, eſt ſtatus qualitatis aſſumptivus. | 164. 110,
ἀντίθεσις & ἀντίθετον, quam varie vertatur a Latinis. | 541. 199,
ἀντίθεσις literæ quid Grammaticis. | 36. 55,
ἀντίθετον contrapoſitum non uno ſit modo. | 583. 345, quid ſit, & quomodo Latine dicatur. | 583. 345, utrum dictionis an ſententiæ figura ſit. | 583. 346,
ἀντιθέτων contrapoſitorum modi varii. | 583. 346, *& ſeqq.*
ἀντίζευγμα quænam figura vocari poſſit. | 543. 220, | 579. 265,
Antonii oratoris locus laudatur. | 585. 408, ſententia de ſtatibus quæſtionum oratoriarum. | 170. 234, 235, 236, 237,

Antonius dicebat Rhetoricam eſſe obſervationem quamdam, non artem. | 127. 13, diſſimulator artis fuit | 128. multos ſe vidiſſe diſertos aiebat, eloquentem neminem. | 722. 74. poſt Catonem opus inchoavit de Rhetorica, non perfecit. | 145. 82,
antonomaſia detracto nomine, cui opponitur, valet pro illo. | 520. 168, 169,
ἀντονομασία cur fiat per epitheton. | 520. 168, 169, male ſcribitur per ω in ſecunda. | 519. 165, quid ſit & efficiat. | 519. 520. 166, & ſeqq. quomodo differat a τῷ κατ' ἐξοχήν. | 520. 166,
antonomaſia recentiorum improbatur. 474. 39,
antonomaſiæ Quinctilianea definitio a quorumdam vitilitigationibus defenditur. | 520. 166, definitio a veteribus tradita. | 520. 166, duplex modus. | 520 168,
antonomaſiæ vocabulo abutuntur novi Rhetores. | 507. 46, uſus oratoribus eſt rarus. | 520. uſus qualis apud oratores eſſe poſſit | 520. 174. & ſeqq.
antonomaſiam cum τῇ ἐξοχῇ perperam confundunt recentiores. | 520. 166,
his *antonomaſiis* Tydides & Pelides non utuntur oratores | 520.
anxietas, dum diſcimus adhibenda eſt, non cum dicimus. | 470.
anxius de fama ingenii. | 677. 149,
ἀνεπιγχείρητος quid. 102. 1,
Apelles pictor ingenio & gratia præſtantiſſimus fuit. | 744. 26,
Aper in dialogo de Oratorib. Ciceronem dicit non ſatis eſſe expolitum & ſplendentem. | 469. 127,
τὸ *a petitore primo loco*, quid ſignificet. | 215. 89, | 332. 241,
apex quid & quomodo ab accentu diſtinguatur. | 27. 56, | 38. 106, | 55. 4, 5,
apicis loco veteres geminatione vocalium utebantur. | 27 56,
ἀφαίρεσιν quid ſit. | 35. 48. | 625. 125,
ἀφέλεια quid ſit in elocutione. | 499. 443,
ἄφοδοι reditum quidam figuris annumerant. | 584. 373,
ἄφοδος [reditus] quænam figura ſit. 539. 142,
ἀφορμαὶ ἔργων quæ. | 166.
ἀφορμαὶ Græcorum Rhetorum quæ. | 164. 111,
Aphthonii Græcus interpres laudatur | 65. 8,
ἀπαγγελτικόν quid. | 72. 135,
ἀποδεικτικὸν controverſiæ genus, quid ſit | 219. 185,
ἀπόδειξιν γραμμικὴν apud Geometras. | 282. 34,
ἀπόδειξις eſt evidens probatio. | 282. 33,
τὸ ἀποδιδόναι reddere ſignificatio peculiaris. | 512. 164,
de *apodixi* ἀποδείξει quid Cæcilius ſentiat. | 282. 35,
ἀπόδειξιν figuram quomodo deſignet Cicero. | 545. 274,
ἀπόδοσις & ἀνταπόδοσιν quid ſignificent. | 313. 137,
ἀπόδοσις quid ſit Hermogeni. | 222. 263, quid ſit in comparatione. | 497. 383, eſt alterum comparationis membrum. | 342. 124, reſpondet τῇ προτάσει. | 497. 383,
τὸ ἀπίθανον quid ſignificet. | 364. 55,
ἀποκαρτέρησις quid ſit. | 509. 510. 105,
ἀπαγωγὴ quid ſit. | 35. 48, | 625. 125,
Apollodorei & Theodorei Rhetores unde dicti. | 144.
Apollodorei quas judicis præparandi ſpecies enumerent. | 219. 198, & ſeqq.
Apollodorus incomprehenſibilia figurarum præcepta exiſtimavit. | 536. 61,
Apollodorus Pergamenus, a quo Apollodoreorum Rhetorum ſecta, | 110. 8, 9, Auguſti Cæſaris præceptor in arte Rhetorica. | 144. 71,
Apollonius Dyſcolus laudatur. | 48. 21, | 171. 250,
Apollonius Molon Ciceronis præceptor in Rhetoricis. | 144. 67,
Apollonius Molonis. | 736. 27,
Apollonius Rhodius cur in ordinem a Grammaticis datum non venerit. | 630. 232, laudatur. | 523. 206,
apologatio vox eſt in uſum non recepta. | 311. 101,
ἀποφαντικὸν eſt modus indicativus. | 48. 21,
ἀπόφασις figura quænam ſit. | 549. 51, 52, 55, 58, | 555. 210,
ἀπόφασιν quam multa ſignificet apud Rhetoras. | 555. 209, quid ſit Fortunatiano Rhetori. | 555. 209, quid ſit Quinctiliano. | 555. 209, quid ſit Rufiniano Rhetori. | 555. 209,
ἀποφατικὰ negantia quæ dicantur. | 314. 152,
ἀποφθεγματικὸς vocat Marſus dictum medium. | 395.
ἀποπλάνησιν figura quæ ſit & quomodo a Cicerone deſignetur. | 540. 162, | 545. 281,
ἀποπλάνησις quid ſit. | 139. 65, | 256. 31,
ἀπορία [dubitatio] figuræ genus. | 540. 152, | 545. 272, | 550. 83,
ἄπορος dubium. | 168.
ἀποσιώπησις quam varie vertatur a Latinis. | 556. 242, eſt figuræ genus | 540. 168, | 556. 242, & ſeqq. | 557. 255,
ἀποστροφὴ quid ſit | 222. 267, 270, | 537. 87, quid efficiat. | 553. 166,
ἀποστροφὴ quomodo Latine dicatur a Quinctiliano | 553 165. 169,
apoſtrophum admittebant Latini veteres in vocalium concurſu. | 593. 138,
apparatus Ciceroniani conſarcinator redarguitur. | 541. 188,
apparent aut non ſunt verborum delectus, gravitas ſententiarum, figurarum elegantia. | 741. 10,
appellari a creditoribus quid ſit. | 317. 13,
appellatio eſt ipſum nomen appellativum. | 568 40,
appellatione ſua cujuſque rei non ſemper utimur. | 472. 5,
appellationibus res plurimæ carent. | 749. 138,
Appii Decemviri hiſtoria. 330. 192,
Appius Cæcus dicendi viribus diremit deformem Pyrrhi pacem. | 125. 17.
τὸ *applicitum* aliud eſt a τῷ inſerto. | 96.
τὸ *apponi* pro τῷ tenere locum epitheti. | 520. 169,
τοῦ *apponi* ſenſus peculiaris. | 524. 219, 237,
appoſita vel comparativa quæ dicantur. | 300. 441,
appoſitæ res ad faciendam fidem. | 275.
appoſitio figura Grammatica. | 43. 236,
appoſitum dicitur τὸ ἐπίθετον. | 300. 441. | 520. 169,
appoſitum pro τῷ nomen adjectivum. | 117. 6, | 592 98,
τὸ *appoſitum* quid ſignificet. | 524. 219, | 525. 243,
Aproniani [Nævii] qualis fuerit cauſſa. | 421. 93,
Apſines Rhetor Græcus laudatur. | 364. 55,
apte dicere ad elocutionem & ad inventionem ſpectat. | 672. 22,
apte dicit is, qui & quid expediat, & quid deceat, inſpexerit. | 672. 25,
dicere *apte*, quam ſit neceſſarium. | 671. 2, & ſeqq. quarta virtus eſt elocutionis. | 671. 1, quid ſit & quam late pateat. | 671. 2, 8,
aptota ἄπτωτα & monoptota μονόπτωτα. | 51. 106,
Apuleius laudatur. | 466. 83, | 490. 230, | 623. 86, | 689. 106, | 701. 234, | 702. 265, | 707. 415, | 759. 61,
τὸ *aqua* deficit, ad quem veterum morem pertineat. | 736. 17,
τὸ *aquam* perdere, quid ſignificet. | 699. 181,
Aquilæ Romani locus Hermagoræ ſententiam illuſtrat. | 173. 297,
Aquilæ Romani locus emendatur. | 539. 148, | 543. 220,
M. *Aquilium* quomodo defenderit Antonius orator. | 119 29,
Aquilius juriſconſultus laudatur. | 344. 150,
arbos, labos. &c. olim pro τῷ arbor, labor. | 28.
Archidemus Rhetor laudatur. | 614. 517,
de *Archilocho* iambographo judicium. | 631. 256,
Archimedes obſidionem Syracuſarum in longius traxit. | 75. 76. 210,
Archiæ Pythagorici opuſculum laudatur. | 293. 284,
Archias Grammaticen Muſicæ ſubjectam putavit. | 69.
Areopagitæ puerum damnarunt coturnicum oculos eruentem. | 279.
Areus Rhetor. | 144. 68,
argentarii & trapezitæ quinam ſint. | 303. 530,
argumenta a quibus præſertim cauſſis ducant oratores. | 298. 412, quæ turba valent, ea diducenda ſunt. | 325. 71, 72, infirma ſi non poſſunt valere quia magna ſint, valebunt quia multa ſunt. | 317. infirmiora congreganda ſunt, ut mutuo auxilio ſuſtineantur. | 317. levia, ſi multa ſunt, nocent ut grandine, quamvis non ut fulmine. | 317. 18, per ſe fortia non oportet circumſtantibus obſcurare. | 317. petuntur a rebus & a perſonis. | 285. plerumque naſcuntur ex cauſſa. | 361. 15, potentiſſima primo ne ponenda ſint loco, an ſummo, an partita primo ſummoque. | 319. 52, pro meliore parte plura ſunt ſemper. | 361. quamlibet ſint ad docendum apta, erunt infirma niſi majore ſpiritu oratoris impleantur. | 334. 287, quædam turba valent, diducta leviora ſunt. | 240. 256, quomodo ducantur ex finitione, ſeu fine. | 292. 266, quomodo ex loco. | 288 179, & ſeqq. quomodo ex rebus. | 287. 288. & ſeqq 151, 154, & ſeqq. quomodo a perſonis | 285.
argumentandi forma vetus. | 339. 62, 63, 64,
argumentari apertis in rebus, ſtultum eſt. | 318. 29,

argumentatio ex conſequentibus quænam ſit. | 336. ex pugnantibus fortior multo probatio eſt. | 336. ex remotione quænam dicatur. | 329. 174, fit a majori vel a pari vel a minori. | 277. 30, hypothetica. | 297. 384, pleruniquc eſt agilior, acrior, inſtantior. | 714. 580, 581,
argumentationem omnem Cicero quomodo dividat. | 308. 12,
argumentatio quomodo differat ab argumento. | 336. 2,
argumenta vel per ſe inſpiciuntur, vel ad aliud referuntur. | 276. 24, vitioſa quæ ſint. | 330.
argumenti quænam ſit vis. | 305. 586,
argumenti elocutio. | 336. eſt duplex, una ex conſequentibus, altera ex pugnantibus. | 336. 4.
argumenti nomine quid Latini complectantur. | 280. 1,
argumenti locus, actio, gradus, ſunt interdum ſynonyma. | 305. 567, varia nomina. | 283.
in *argumentis* citati & celeres ſumus. | 616. 573,
argumentis cur nervorum nomen tribuat Quinctilian. | 276. 12,
argumento, niſi in re controverſa, locus eſſe non poteſt. | 277.
argumentorum elocutio non omnem ornatum reſpuit. | 343. 147, temperanda eſt ex genere materiæ. | 343. 147,
argumentorum loci quidam ſunt ſtatibus omnibus communes. | 292. 260, locus invicem probantium. | 296. 363, pugnacitas. | 250. 6, preſſæ narrationis gracilitati conjuncta eſt. | 250. 6.
argumentorum firmiſſimis ſingulis inſtandum. | 317. 9,
argumentorum opus. | 283.
argumentum a fictione. | 302. 485,
argumentum & argumentatio an & quomodo inter ſe differant. | 239. 359, | 244. 500, ex circumſtantia cujuſmodi ſit. | 303. 522, oportet eſſe confeſſum. | 317. quam multa ſignificet. | 283. quid proprie. | 336. 2, quomodo definiatur. | 283. 56, non omne undique venit. | 285.
ἀρὰ [exceratio] figuræ genus. | 540. 178, | 546. 299,
aridi oratores quinam dicantur. | 467. 93,
Arionis hiſtoria. | 378. 159,
Ariſtarchus octo partes orationis eſt ſecutus. | 30.
ariſtæ per metalepſin ſunt anni. | 522. 203,
Ariſtides Quinctilianus laudatur. | 68. 43,
Ariſtippus ſummum in voluptate corporis bonum ponebat. | 730. 99,
Ariſtophanes an & quando in ſcenam prodierit. | 632. 285,
Ariſtophanes Grammaticus τὰς ὑποθήκας Heſiodi eſſe primus negavit. | 11.
Ariſtophanes laudatur. | 233. 213, | 474. 49, | 577. 243, | 729. 90,
Ariſtoteles auctor non eſt Rhetorices ad Alexandrum. | 30. 119, | 150. 60, | 152. 47, verſum ex Philoctera parodice laudabat. | 143. 55, cur propoſitionem procœmio ſubjungat. | 203. 18, definitivi ſtatus vim intellexit. | 172. 266, laudatur. | 278. 10, 11, | 279. 28, | 281. 14, | 284. 73, 78, 83, | 297. 382. | 298, 401, | 308. 12, | 315. 193, | 318. 37, | 362. 27, | 363. 28, | 364. 53, | 367. 114. | 488. 198, 202, | 506. 10, 18, | 523. 206, | 524. 237, | 527. 295, | 577. 243, | 607. 372, 374, octo τῆς λέξεως locutionis latius ſumptæ partes agnovit. | 30. 118, oratoriam artem docuit. | 143. 54, 55, 56, tres tantum orationis partes admiſit. | 30. 118, unde ducenda putet in deliberativis materiis exordia. | 192. 33, 34, τὸ deliberativum genus vocat δημηγορικὸν aut δημηγορητικὸν concionale. | 150. 2, 3, 5,
Ariſtoteli quænam & quot ſint elocutionis virtutes. | 471. 3,
de *Ariſtotelis* decem categoriis quas Quinctilian. elementorum nomine indicavit. | 164. 111, quatuor primæ ad ſtatus pertineant, cæteræ ad quoſdam argumentorum locos. | 165. 128, 129,
Ariſtotelis elementa decem, circa quæ verſetur omnis quæſtio. | 164. 111, liber, cui nomen Gryllus. | 129, 43, 44, opinioni de pedibus quinam accedant. | 607. 374, quanta ſcientia fuerit. | 759. 66, ſententia de ſtatibus quæſtionum oratoriarum. | 171. 258, | 172. 260, & ſeqq.
Ariſtoxenus Grammaticen Muſicæ ſubjectam putavit. | 69. 73, vocis rationem dividit in ῥυθμὸν & μέλος ἔμμετρον. | 70. 92, 93,
Arithmeticæ utilitas. | 73.
τὸ *arma avocare* quid ſignificet. | 538. 102,
armamentum ſcribi poteſt per ὑφ' ἓν & per διαζευκτικῶς. | 455. 15,
arma templis affigendi mos. | 283. 175,
armis erepta non niſi armis poſſe retineri. | 305.
ἁρμονία quid ſit. | 68. 52, 53, | 70. 93,
Arnobius laudatur. | 17. 36, 37,
arrogans de ſe perſuaſio magnos profecius perdidit. 93.
ars ab experimento nata. | 686. 46,
ars architectonice. | 138.
ne *ars* appareat, cavere, ſummæ artis eſt. | 220. 221. 234, 237,
quæ *ars* efficit, tradi omnia non poſſunt. | 460. 36,
ars, artigraphus quid. | 7. 72,
ars, circumcurrens, quæ. | 138. 22, naturæ ipſi inerit. | 613. 502, κακοτεχνία quid ſit ſecundum Galenum. | 135. 6, ματαιοτεχνία. | 138. 28, deſinit eſſe ſi apparet. | 249. 584, nulla ſtatim fuit. | 588. ubicumque oſtentatur, veritas abeſſe videtur. | 587. 450, ποιητικὴ quæ. | 133. 6, πρακτικὴ quæ. | 133. 7, prima dicentium eſt, ne ars eſſe videatur. | 76. nulla eſt qualis inventa eſt, nec intra initium ſtetit. | 648. 21,
ἄρσις & θέσις quis. | 72. 135,
ἄρσις & θέσις in pronunciatione quid faciant. | 61. 2, quid ſignificent apud Muſicos & Grammaticos. | 597. 207,
ars ſatis præſtat, ſi eloquentiæ copias ponit in medio. | 461.
ars ſumma, materia optima melior. | 135. 14,
ars θεωρητικὴ quæ. | 133. 2, 4, cur nondum ulla perfecta fuerit. | 743. 8,
arte quædam tradi non poſſunt. | 612. 485, quidnam comprehendi non poſſit. | 304. 555,
ſine *arte* nulla res ſatis valet. | 588. 30,
artem quæ non habent, eam majorem vim habere credunt. | 112.
artem comitatur ſemper decor. | 583. 589. 30, Cleanthes quomodo definierit. | 132. homines ante invenerunt quam docuerunt. | 460. 46,
artifices habendi ſunt, qui ante artes editas bene dixerunt. | 606.
artes quæ ſunt altiores, pleruinque occultantur, ut artes ſint. | 478. 5, mediæ quid ſint. | 135. 2, nudæ quid ſint. | 7. 72,
non *artibus* editis factum eſt ut argumenta inveneriinus. | 306. 600,
τὸ *de artibus* quid ſignificet. | 629. 214,
articulum τὸ κόμμα figuris annumerat Cornificius. | 586. 426,
articulo molli tractare aliquem. | 680. 194,
articulus apud Latinos in alias partes orationis ſpargitur. | 30. 128,
artificialia τὰ τεχνικὰ, quæ. | 63. 53,
artis definitio ab omnibus fere probata. | 132. 133. 129,
artium ſcriptores, pro τῶν qui de Rhetorica ſcripſerunt. | 124. 150, | 140. 7,
artium diviſio generalis. | 133.
artis eſt aliud oſtendiſſe, quam petas. 537.
artis judices habere artifices. | 751. 205,
artis initium eſt obſervatio. | 146. 9, præcepta non proſunt ſine ſtudio, exercitatione, & natura. | 306. 607,
Artorius Proculus tropis figuræ nomen impoſuit. | 533. 9,
Aruſpices quinam eſſent. | 274. 154,
aruſpex pronunciare oportet & abſtemius. | 56. 21,
Aſconii lectio rejicitur. | 233. 199,
aſcenſus quodnam figuræ nomen apud Aquilam Roman. | 577. 257,
ἀσχημάτιστον male figuratum. | 494.
Aſiani Oratores cujuſmodi fuerint. | 467. 90, 91, | 745. 71, | 746. 79, quonam pede plurimum uſi ſint. | 610. 433,
Aſianum dicendi genus cur inflatum ac tumidum fuerit. | 746. 74,
Aſinii Oratoris locus laudatur. | 548. 41,
Aſinius patronum inter argumenta malæ cauſſæ poſuit. | 213. 38,
Aſinius uterque Ciceronianæ orationis vitia inimice inſecuti ſunt. | 722. 79,
Aſpaſia Rhetoricæ magiſtra. | 151. 17,
Aſpaſiæ hiſtoria. | 313. 140,
Aſpaſiæ male reſpondit Xenophontis uxor. | 313. 140,
antiqua Latinæ *aſpirationis* nota. | 26. 43,
ex *aſſe* heres quis dicatur. | 309. 72, | 415. 230,
aſſectari & appellare mulierem, quomodo differant. | 243. 449,
aſſentio dicitur & aſſentior. | 36. 66, 69, 71, 72,
aſſertio ſecunda quid eſſet. | 263. 10, quid ſignificet apud Quinctilian. | 681. 221,
aſſertio quid ſit apud juriſconſultos. | 174. 303,
aſſeveratio quid Grammaticis. | 31. 132,
aſſiduus unde dicatur. | 292. 274, 275,
aſſignatum alicui parti & velut deditum. | 236.
aſſimilare, an aſſimulare ſcribendum ſit. | 460. 37,
aſſumptio quid ſit dialecticis. | 308. 22, quid ſit in epichiremate. | 337. 25, | 339. 63,
aſſumptionem dicebant veteres id omne per quod aliud probatur. | 339. 63,
aſſumptionis ſyllogiſticæ varia nomi-

na. | 339. 74, 75, | 340. 94,
aſſumptiva cauſſa vel qualitas quid ſit. | 437. 34,
ἀσύστατον quid ſit apud Marcellinum Hermogenis interpretem. | 159. 5,
in *aſter* nomina quæ ſimilitudinem & imitationem ſignificant, vulgaria & humilia ſunt. | 484. 119,
ἀστεϊσμὸν figuram quomodo deſignet Cicero. | 545. 282,
ἀστεϊσμὸς quid ſit. | 527. 298, | 528. 306, unde dicatur. | 394. 429,
ἀσύνδετον quæ figura ſit, quoque alio modo vocetur. | 576. 218, 224,
ἀσύστατα quæſtionum genera, quæ ſint. 243. 447,
aſyſtaton cauſſæ genus [*ἀσύστατον*] quid ſit. | 285. 90,
atabulus quid ſit, & unde derivetur. | 475. 64,
de *Atalanta.* | 279. 39,
ἀτεχνία quæ. | 135. 5,
atellanæ fabulæ quænam fuerint. | 379. 187,
athleta pulcher aſpectu ſit, cujus lacertos exercitatio expreſſit. | 480. 48,
Athenæus Dipnoſophiſt. laudatur. | 68. 37, | 536. 72,
Athenæi ſententia de ſtatibus quæſtionum oratoriarum. | 171.
Athenæus Rhetor par & æmulus Hermagoræ. | 144. 65, voluit *τὰς* quinque Rhetoricæ partes eſſe ipſius elementa *στοιχεῖα*. | 149. 46,
apud Athenienſes moris erat ſcribere litigatoribus, quæ illi pro ſeipſi dicerent. | 123. 122,
Athenis non licebat pro altero cauſſam agere. | 123. 122.
οἱ ἄτομοι. | 132. 121, | 149. 48,
atrocibus rebus verba etiam ipſo auditu aſpera magis conveniunt. | 482. 90,
atrocitate ipſa indignum eſt crimina defendi. | 423.
Attice dicere, eſt optime dicere. | 747. 106,
Attici oratores præcipui quinam fuerint. | 746. 88. *& ſeqq.* quales fuerint. | 745. 71, | 746 79, 84,
Atticiſmus *Ἀττικισμὸς* proprie dicitur elegantia ſermonis Athenarum. | 394. 430, | 395. 440,
Atticos oratores falſo putant eſſe tenues ſemper & limatos. | 746. 85,
Atticum dicendi genus eſt longe optimum. | 746 84,
Atticus Rhetor Græce tradidit Apollodori Rhetoris præcepta. | 144. 76, 77,
attrectatio quid Grammaticis. | 31. 133,
auctores magni quæ dixerunt, non omnia ſunt perfecta. | 624. 104, ſummi ſunt homines tamen. | 624. 108. interdum labuntur & oneri cedunt. | 624. 105,
de *auctoribus* magnis cur modeſte pronunciandum ſit. | 624. 111,
auctoribus vetuſtis ſua eſt utilitas, ſua novis. | 627. 167,
de *auctoribus* vetuſtis noviſque varietas opinionum. | 627. 174, *& ſeqq.*
in *auctoribus* magnis aliqua vitioſa incidunt | 649 53,
auctoritatem capiat e contemptu cæterorum. | 733. 39,
auctoritatis ratio, ſic habenda eſt, ne ſit inviſa ſecuritas. | 357.
aucupari verba. | 677. 149.
audaciæ tutioris eſt tentare, quibus paratior venia eſt. | 719. 17,
audendi facilitatem uſque ad contemptum operis adducere | 736. 24,
auditor favet ingenio ſuo & alio dicente ſe laudat. | 561. 343, gaudet intelligere. | 561. 343,
auditorum tria ſunt genera. | 151. 23, 24, 25, 26,
qui *audiunt* libenter, magis attendunt, & facilius credunt. | 479.
averſa oratio a judice quam figuram efficiat. 537. 87,
averſione uti quid ſignificet. | 536. 71,
avertere animum ab intentione rerum. | 369.
averti a judice ſermonem, quid ſit. | 243. 474,
augendi genus eſt, tantum aliquid efficere, ut non poſſit augeri. | 501.
augendi gratia non tota modo totis, ſed etiam partes partibus comparantur. | 502.
augurale quid proprie ſit. | 474. 36,
augures quinam eſſent. | 274. 155.
auguſtale, an augurale dicere oporteat. | 474. 36,
Aurelii Auguſtini ſyſtema de ſtatibus quæſtionum. | 182. 468,
Aurelio Auguſtino attributa principia rhetorices. | 155. 23, | 156. 51,
D. *Auguſtinus* laudatur. | 470. 152, | 614. 517,
Auguſti reſponſum datum Præfecto quem ignominia notabat. | 383. 254, 255,
Auguſto datum equitis Romani reſponſum mordax. | 383. 251,
Auguſtus duodecim annos natus aviam pro roſtris laudavit. | 735. 5, *τὸ* caldum malebat, quam calidum. | 50. 79, Dolabellam, qui torquem aureum ab eo petebat, quomodo eluſerit. | 388.
αὐλητρὶς πιοῦσα & *αὐλὴ τρὶς πιοῦσα* quomodo invicem diſtent. | 455. 18, 19, 20,
Aulus Gellius laudatur. | 50. 77, | 431. 60, | 455. 3, 4, | 530. 351, 693. 24, | 699. 189, | 719. 2, | 725. 127, | 752. 225, quot & quænam dicendi genera conſtituat. | 752. 225,
avocare ab intentione operis deſtinati. 655. 81,
auribus omnem ſermonem primum accipimus. | 621. 49,
aurium judicium de compoſitione quale ſit. | 612. 482,
Auſonius laudatur. | 692. 16,
τὸ ἀεὶ ὃ αὐτοῦ καὶ ἕτερον quid Græcis Rhetoribus. | 155. 28, | 167. 167, | 173. 284,
τὸ autumo tolerabile putat Quinctilianus. | 485.
Axenius ad Phædri prolog. laudatur. | 311. 91,
ἀξία quibuſdam eſt ſtatus quantitatis. | 173. 285,

B

IN B literam & D innituntur aſperæ ſyllabæ Latinæ. | 748.
bacchari inanibus locis. | 755. 273,
Bacchius pes choreum vitat, amat ſpondeum. | 610. 429, & cludit & ſibi jungitur. | 428. quiſnam ſit. | 606. 456,
de *Bagoa.* | 321. 85,
Adrian. *Bailleti* error circa Cinnæ Smyrnam. 657. 11,
barbariſmi & ſolœciſmi vitia quatuor modis excuſantur. | 34. 19,
barbariſmos & ſolœciſmos a figuris ſeparare ſæpe difficile eſt. | 34.
barbariſmus in loquendo fit quatuor modis. | 34. 31, 32, 33, 34, in ſcribendo fit quatuor modis. | 34. 26, 27, 28, 29, quid ſit & quomodo differat a ſolœciſmo. | 34. 17, | 40. 158, tribus modis accipitur. | 34. 35.
βαρβαρόλεξις quid. | 35. 37,
Barneſius in explicando veterum rhythmo graviter erravit. | 596. 190,
Barthii cenſura in Quinctilian. improbatur. | 637. 386,
Gaſpar *Barthius* laudatur. | 16. 9, | 17. 29, | 48. 25, | 247. 572,
Baſilica quid eſſet. | 734. 18,
D. *Baſilius* Magn. laudatur. | 72. 131, | 479 25,
βάσις quid ſit Hermogeni. | 222. 263,
Jun. *Baſſi* dicteria qualia fuerint. | 375. 106,
Jun. *Baſſus* per jocum dictus eſt Aſinus albus. | 381. 382. 229,
βοῦ quid Grammaticis Græcis. | 29. 85,
τὸ beatitas & *beatitudo* Ciceroni dura videbantur. | 486. 171,
Marin. *Becichemus* Scodrenſis laudatur. | 145. 87,
Beda laudatur. | 707 408,
Bedæ locus emendatur. | 605 338,
Vincent. *Bellovacenſis* vocabularium laudatur & emendatur. | 322. 95,
belluarum corpora humanis præſtantiora. | 126. 37, 42,
bellum ex duello. | 29.
bene dicere non poteſt niſi vir bonus. 123. 140,
beneficio ingenii. | 110. 11,
beneficium nec venire oportet, nec perire. | 738. 38,
τὸ Beneventum etymologia. | 52. 133,
benevolentia judicum unde concilianda ſit. | 212. 15, quomodo ducatur a perſonis | 212.
Bentleii notæ in Horat. laudantur. | 697. 138,
βίαιος Hermogenis an violatio & inverſio recte exprimant. | 326. 94. Georgius Trapezuntin. male vertit violationem | 326. 94,
βίαιον Hermogenis quid ſit. | 326. 94,
βίαιον vel *τὸ τῶν βίαιος* quid. | 185. 533,
[Furii] *Bibaculi* carmen laudatur. | 517. 99,
de *Bibaculo* Poëta. | 640. 447,
Publ. *Bleſſus* Junium cur fibulam ferream dixerit. | 382. 230, 232,
Boetio ambiguitas eſt in verbis conjunctis, homonymia [æquivocatio [in ſingulis. | 455. 6,
J. *Bolueri* erudita de priſcis literis diſſertatio laudatur. | 27. 50,
bona externa non ideo laudantur, quod habuerit quis ea, ſed quod his honeſte ſit uſus. | 188.
bono viro ſatis eſt docuiſſe, quod ſcierit. | 757. 20,
bonos validius inhibet pudor, quam metus. | 560. 332,
bonum virum quæ deceant. | 676. 677. 129, *& ſeqq.*
Boxhornius laudatur. | 56. 24,
βρόγχος quid ſignificet. | 699. 187,
Brachii qualis projectio quales locos deceat. | 703. 294,
βραχυλογία ſeu *βραχυέπεια* quid ſit & efficiat. | 498. 410, quæ figura ſit & quomodo Latine vertatur a Cicerone. | 539. 136, | 546. 302, | 576. 223, quæ figura ſit Rutilio. | 586. 437, cui opponatur. | 233. 200, 203, 204,
breviora omnia reddet ordo, ratio, & modus | 758. 32,
brevitas quædam partium ſolet eſſe, quæ longam efficit ſummam. | 233. 193, 194,
Briſſonius de regn. Perſar. laudatur. | 321. 88,
Gaſpar *Brulovius* laudatur. | 54. 184,

Bruti

Bruti epiſtola laudatur. | 604. 328,
Bruti hiſtoria. | 309. 34,
Bruti oratoris locus laudatur. | 586. 410,
Brutus in Philoſophia, quam in orationibus præſtantior. | 646. 552, pro Milone orationem ſcripſit, non pronunciavit. | 623. 100.
Budæi opinio refellitur. | 177. 369,
Budæus laudatur. | 373. 67, 68, | 569. 63, erroris arguitur. | 558. 296,
buccinum quid ſignificet. | 755. 278,
brachium in latus jactare. | 232. 190,
Burmannea Quinctilianei textus emendatio & interpretatio reprehenditur. | 14. 115, 121,
Burmannea Quinctiliani editio emendatur. | 6. 54, | 9. 24, | 16. 27, | 24. 8, | 25. 26, | 26. 38, 40, 41, | 27. 50, 53, | 28. 68, 85, | 29. 108, | 30. 126, | 31. 129, | 31. 32. 35 37, | 37. 77, 92, | 39. 118, 144, | 41. 175, 177, | 10. 41, | 11. ibid. 58, | 43. 232, | 44. 262, | 45. 285, | 46. 47. 9, | 51. 104, | 52. 133, | 56. 18, | 57. 47, | 58. 62, | 60. 107, 113, | 61. 6, 11, | 62. 24, | 63. 31, | 65. 48, | 66. 67. 9, | 68. 37, | 69. 61, 68, 77, | 70. 84, | 72. 129, 131, 135. | 73. 141, 162, | 74. 165, | 75. 209, | 76. 1, | 77. 18, | 78. 53, | 84. 39, | 86. 2, | 87. 88. 10, | 89. 18, | 90. 4, | 95. 124, 130, | 99. 34, | 101. 60, | 102. 103. 14, | 105. 31, 33, | 108. 20, | 109. 62, | 112. 10, | 114. 9, | 115. 34, | 116. 69, 77, | 120. 32, 48, | 121. 85, 86, 87, | 122. 95, 104, | 123. 142, | 124. 1, | 125. 15, | 127. 7, | 129. bis 38, 57, | 131. 82, | 132. 129, | 133. 131, | 136. 23, | 140. 6, bis | 141. 29, | 142. 37, 39, ter 41, | 143. 54, 55, ter | 144. 72, 76, | 145. 89, 90, | 147. 2. | 148. 19, 21, | 149. 35, | 150. 5, | 151. 17, | 151. 37, | 152. 153. 155. 20, 23, | 156. 48, | 160. 12, 14, bis 25, | 161. 32, 33, 50, | 162. 57, 66, | 163. 77, 88, | 165. 136, 138, quater | 166. 140, 158, | 167. 165, | 168. 179, 187, 188, | 169. [linea fere integra omiſſa erat] | 172. 260, 261, 279, | 173. 284, | 175. 320, | 176. 354, 360, | 177. 368, | 178. bis 399, | 179. 404, | 280. 436, | 184. 513, | 189. 71, bis 78, | 191. 21, | 197. 178, | 198. 201, | 203. 19, | 204. 2, | 206. 2, | 207. 24, | 209. 100, | 210. 5, | 211, 3, | 212. 9, | 214. 73, | 215. 93, & ſeqq. ibid. 99, | 216. 113, | 219. 185, 202, | 221. 239, | 222. 265, | 223. 295, | 224. 301, 303, 305, | 226. 13, | 227. 51, 59, | 228. quater | 229. 98, 105, | 230. 119, 132, | 231. 150, | 233. 198, 213, | 234. 218, | 236. 261, | 237. 287, 302, | 239. 347, 359, 362, | 240. 384, | 242. 416, | 243. 469, | 244. 486, 495, 496, | 245. 504, 517, | 246. 543, 549, 550, | 247. 565, | 248. 577, 579, bis | 250. 11, | 252. 56, | 253. 18, | 254. 24, | 255. 57, | 263. 9, | 267. 13, 14, 35, | 269. 38, | 271. 84, | 272. 115, | 273. 31, | 274. 164, | 275. 5, 6, | 276. 10, 26, | 277. ad init. 4, | 278. bis | 279. 28, | 280. bis 50, | 281. bis | 282. bis 33, 40, | 284. 73, 86, | 285. 103, 107, 112, | 286. 114, | 287. 148, | 289. 182, | 291. 231, | 292. 275, | 294. 316, | 296. 355, | 298. 410, | 299. 415, 431, | 301. 481, ibid. ter. | 303. 536, | 306. 591, | 308. 12, | 310. 61, 77, | 311. 91, | 312. 122, 123, bis | 313. 128, 135, 149, 154, ter. | 315. 192, | 317. 11, | 320. 64, | 321. 86, 88, | 325. 60, 73, 74, | 327. 129, | 328. 149, | 330. 64, | 321. 86, 88, | 325. 60, 73, 74, | 327. 129, | 328. 149, | 330. 182, 187, | 332. 233, | 330. 260, 263, | 334. 280, 290, | 337. 36, | 338. 38, | 339. 74, | 340. 100, | 341. 113, 115, | 345. 5, | 346. 18, | 348. 42, 58, | 349. 64, | 351. 14, | 352. 28 quinquies, | 353. 74 bis, | 355. 123, | 356. 128, 148, | 358. 176, 178, | 359. 207, | 361. 10, bis | 362. 20, ter, 22 ter, | 364. 55, 58, | 365. 68, | 366. 85 bis, 87, | 367. 124, 126, | 368. bis. 135, | 369. 151, ibid. 5, | 371. 23, 24, 28, 33, | 372. 373. 64, | 374. 74, | 375. 107, | 376. 118, 124, 128, | 379. 193, | 380. 203, 207, | 382. 239, | 383. 257, | 384. 261 | 385. 280, | 386. 304, | 387. 311, 314, 320, | 387. 388. 327, | 388. 389. 341, | 390. 356, 362, 376, | 391. 392, | 392. 399, 407, | 393. 407, 409, 410, | 395. 440, | 396. 450, | 397. 17, | 398. 38, 43, | 399. 44, | 400. 73, | 404. 9, | 412. 155, | 413. 155, | 414. 199, | 415. 206, | 416. 232, | 417. 19, | 421. 97, | 422. 423. 142, | 425. 172, 175, | 426. 196, 212, | 430. 40, | 431. 70, | 431. 432. 79, 85, | 433. 93, | 435. 154, | 437. 21, 33, 34, | 438. 53, 58, | 439. 68, 75, | 441. 112, | 444. 159, 163, 165, | 445. 188, | 446. 10, | 447. 32, | 448. 5, 10, | 449. 29, | 450. 6, | 451. 16, 31, | 452. 37, | 454. 25, 456. 457. 34, | 458. 58, | 460. 36, | 463. 8, | 468. 102, | 471. 14, | 472. 11, | 473. 28, bis | 474. 36, | 477. 101, | 480. 21, 482. 92, | 484. 119, | 485. 148, 152, | 488. 187, 198, | 489. 225, 228, | 490. 228, | 492. 263, | 493. 272, 293, | 495. 336, 338, | 496. 370, | 497. 383, | 498. 395, | 502. 35, | 503. 76, 79, | 504. 80, 91, | 509. 88, 94, 97, | 510. 132, | 511. 142, | 513. 11, | 514. 20, 31, | 516. 82, 91, | 517. 111, 121, | 518. 124, 142, | 519, 165, | 520. 173, | 521. 187, 192, | 523, 204, 209, | 524. 229, 233, | 525. 246, | 527. 297, | 528. 321, | 529. 330, 335, | 534. 21, 23, | 535. 46, | 536. 72, | 539. 133, | 542. 214, 216, | 544. 254, | 545. 264, | 546. 289, | 548. 31, | 549. 54, 61, | 551. 101, | 553. 158, | 554. 201, | 555. 209, | 556. 228, 246, 249, | 557. 254, | 558. 282 ter, 285, | 565. 460, 464, | 567. 14, 26, | 569. 57, 69, ter, 71, | 570. 84, 96, | 571. 7, 10, 110, | 573. 151 quater, 160, 166, | 574. 171, | 575. 197, | 576. 231, | 577. 239, | 580. 280, 286, | 581. 295, 311, | 582. 317, | 583, 343, 345, 352, | 584. 367, | 585. 389, 399, 402, 404, 408, | 586. 422, 423, | 588. 16, | 589. 50, | 590. 52, | 591. 91, | 592. 102, | 593. 127, | 594. 158 bis, | 595. 159, 165, | 596. 182, | 599. 228, 232, | 600. 236, | 601. 263, | 602. 272, 275, 280, | 603. 300, | 604. 319, 321, 326, 334. | 605. 338, 340, 345, 346, | 606. 350, 352, 357, | 608. 385, 387, | 609. 400, 403, 406, 413, 414, 415, 416, 418, | 610. 434, 442, | 611. 454, | 612. 487, | 613. 512, | 614. 517. | 615. 532, 536, | 617. 580, | 618. 609, | 620. 16, 23, | 622. 67, 71, | 623. 92, | 614. 107, | 625. 129, 130, | 628. 193, | 629. 213, 224, | 631. 256, 260, | 633. 308, | 634. 333, | 637. 397, | 639. 432, | 643. 488, 501, | 644. 514, 521, | 645. 527, | 646. 553, 562, 564, | 647. 12, | 648. 25, | 650. 67, | 654. 64, | 655. 80, | 657. 2, 4, | 658. 12, | 659. 14, 18, | 662. 76, | 663. 12, | 664. 21, | 666. 47, | 668. 74, | 670. 111, | 671. 9, | 673. 47, 52, 54, | 674. 69, 70, | 675. 90, | 677. 140, 146, | 678. 154, | 679. 177, | 681. 211, | 684. 1, | 686. 41, 44, | 688. 81, | 692. 16, | 693. 32, | 694. 64, 65, 66, | 695. 89, 99, | 696. 114, | 698. 156, 166, 178, 179, | 699. 187, 189, 190, | 702. 265, | 706. 393, | 709. 457, | 710. 486, | 711. 510, | 713. 552, | 714. 389, | 715. 599, 601, | 718. 3, | 720. 20, | 722. 64, | 724. 119 bis, | 725. 128, | 726. 1, 11, | 727. 27, | 728. 47, | 730. 92, 100, | 731. 118, | 732. 10, 12, 14 bis, 19, | 733. 35, | 734. in init. | 737. 7, | 738. 3, | 735. 18, | 742. 41, | 747. 104, | 752. 224, | 753. 245, | 755. 280, | 757. 22,
Burmannea Quinctiliani lectio improbatur. | 507. 45,
Burmannea & Geometer, Geometris, Geometri, declinatio improbatur. | 67. 9,
Burmanneæ editionis error in referenda Gibſonis nota. | 14. 116,
Burmanneæ editionis error in referendo & Latine vertendo Clementis Alexandrini loco. | 14. 124,
Burmanni conjectura improbatur. 95. 126, diligentia deſideratur. | 184. 513, | 362. 22, | 387. 320, | 388. 389. 341, | 393. 407, | 412. 153, | 414. 199, | 424. 166, 170, | 484. 139, | 489. 490. 228. | 509. 105, | 514. 50, | 516. 91, | 522. 202, | 523. 212, | 527. 286, | 552. 125, | 566. 2, | 571. 110, 117, | 572. 129, | 582. 317, | 585. 389, 402, | 587. 5, | 595. 159, 160, | 604. 319, | 606. 357, | 613. 512, | 620. 16, | 623. 93, | 669. 87, 91, | 678. 154, | 683. 249, | 685. 20, | 696. 105, | 710. 490, | 724. 108, 119, | 727. 22, | 730. 90, | 755. 280, dubitatio tollitur. | 515. 60, emendatio improbatur. | 14. 115, 121, | 189. 81, | 241. 405, | 282. 37, | 297. 376, | 333. 266, 365. 71, | 370. 15, | 389. 349, | 380. 205, | 394. 433, | 395. 436, | 399. 43, 44, | 423. 142, | 427. 221, | 431. 79, | 241. 405, | 380. 205, | 484. 139, | 599. 228, | 603. 297, | 604. 319, | 615. 532, | 658. 12, | 668. 74, | 670. 111, | 685. 38, | 720. 23, | 758. 33, | 759. 51, explicatio improbatur. | 365. 71, | 391. 384, | 423. 142, | 431. 79, | 456. 34. | 484. 139, | 489. 225, | 658, 12, | 668. 74, famoſum poema,

cui titulus, *Iter in Arcadiam novam.* | 393. 407, ſententia explicatur. | 392. 392, ſpiſſus error arguitur. | 393. 407, | 414. 199, | 513. 204, in Burmanni annotatione una tria reprehenduntur. | 669. 91,

Burmannus Gibſonem quatenus merito reprehendat. | 668. 74, auctorem citat, quem non legit; & quem legit, non intellexit. | 393. 407, duos una in lineola errores commiſit. | 623. 93, & veritati & ſibi contradicit, *ibid.* contradicere ſibi videtur. | 431. 79, duas contradictorias Quinctiliano adſcribit. | 141. 113, | 437. 34, Heſychium male interpretatur. | 755. 280, Quinctiliani contextum fruſtra ſolicitat. | 70. 93, Rollinum Plagii nomine ſuſpectum immerito habet. | 594. 143,

Burrus & Bruges olim pro τοῖς Pyrrhus & Phryges. | 29. 90, 91,

Burſii [Adami] egregium opus de dialecticis rebus laudatur. | 343. 143,

[Joannes] Buteo conſcripſit explanationem ad Quinctiliani locum Geometricum. | 75. 197,

Bynkershoekii ſententia improbatur. | 180. 452,

C

C & Q literæ ſunt ejuſdem ſoni. | 379. 193,

Ɔ litera inverſa, mulierem [Caiam] ſignificat. | 59. 92,

C mollitur in G. | 77. 18, 19.

Caius ſcribitur & pronunciari debet Gaius. | 59. 90,

Calamis qualis fuerit ſtatuarius. | 744. 29,

de *calculis* cognoſcere quid ſit. | 443. 153,

Calidius dixit pro domo Ciceronis. | 623. 99,

caligarum uſus apud veteres non fuit. 711. 518,

Caligulæ judicium de Seneca. | 646. 647. 570, 572,

Callides Sophiſta. | 122.

Callimachus elegiæ princeps. | 630. 249,

Callimachus laudatur. | 343. 133, | 598. 211,

Calliſtrati ἐκφράσεις quid ſint. | 236. 284,

callum inducere non expedit ingenio adhuc alendo. | 736. 21,

Calon ſtatuarius qualis fuerit. | 744. 29,

Calpurnius laudatur. | 49. 63,

Calvi oratoris locus laudatur. | 353. 60, | 551. 106, | 577. 242,

calumnia pro cavillatione, *chicanne.* | 40. 166,

calumnia quid ſit, & unde dicatur. | 129. 55,

Calypſonem in accuſativo C. Cæſar probabat, improbat Quinctilianus. | 45.

Camerarii error arguitur. | 28. 68,

Camerarius ignorabat tertiam literam a Claudio Imperat. inventam. | 59. 86, laudatur. | 523. 212,

Camilli quinam ſint. | 483. 104,

campus pro area, ſuperficie, τῷ ἐπιπέδῳ. | 74. 182, quid per ſe poſitum ſignificet. | 311. 108,

candidatus eſſe alicujus operis. | 730. 108, Atticæ eloquentiæ. | 349. 65, Cæſaris quis diceretur. | 383. 248,

caneſcere cœpit oratio. | 675. 101,

Cangii Gloſſar. laudatur. | 656. 113,

Canis nomine Spurius filius appellabatur. | 184. 513,

Canopitarum dixit Cicero ex τοῦ Canobos. | 36. 60,

cantandi virium in oratore quam fœdum ſit. 699. 192, 193. | 700. 200, & *ſeqq.*

canthus quid. | 35. 39,

in *canticum* diſſoluta lectio. | 61.

canticum quid proprie ſit. | 61. 7, | 715. 599,

canticum ſigna ſeu notæ quomodo diſponerentur apud veteres. | 599. 220,

Capella [Martianus] laudatur. | 38. 101, | 39. 146, | 41. 195, | 141. 29, | 308. 22, | 402. 8, | 442. 118, | 559. 297,

Capellæ [Martiani] locus emendatur. | 606. 349,

Caper Grammaticus laudatur. | 52. 151,

Capperonerius de antiqua Græcæ linguæ pronunciatione librum conſcripſit, & Deo dante in lucem edet. | 57. 32, | 747. 111, | 748. 123, 125, Georgium Diæreten Græcum Hermogenis interpretem e Reg. MSS. tranſcribendum curavit. | 459. 1, Græca Hermogenis progymnaſmata e Reg. Biblioth. MSS. deſcripta ſervat & edenda curabit. | 64. 1, | 199. 224, Latin. ling. Theſaurum plurimis erroribus purgatum dabit. | 579. 263, Maximi Rhetoris librum e MSS. Reg. tranſcribendum curavit, & edendum curabit. | 278. 14, Philologicarum obſervationum Syllogen parat. | 70. 93, Photii amphilochia MSS. ex codd. Coiſlin. & Colbert. deſcribenda curavit. | 363. 31, Græcorum Rhetorum auctaria in lucem edet. | 660. 33, Latinas Græcorum Rhetorum verſiones emendavit. | 660. 33, Latinos Rhetoras Pith. cum emendationib. auctariis, & notis mox edet. | 581. 291, ſcholiaſtarum difficiliores locutiones explicabit. | 598. 211, veterum Technologiam cur fuſius exponat. | 520. 166,

capillum reponere quid ſignificet. | 468. 113, 114,

capita generalia Theodoro quænam ſint. | 206.

capita ſpecialia Theodoro quænam ſint. | 206.

in *capitis* diſcrimine. | 677. 142, 143,

capitis nutus frequens non caret vitio. | 702. 249,

τὸ *capſis* eſt, cape ſi vis. | 46. 303,

captatio quid ſit in re gladiatoria. | 334. 278,

captatione nimia gratiam rei conſumimus. | 526. 281,

captivi, ſi in patriam redierint, liberi ſunt. | 305.

caput alterius petere quid ſit. | 376. 113,

caput eſt præcipuum in Oratoris actione. | 701. 237,

caput jactare & comas excutientem rotare, fanaticum eſt. | 702. 250,

caput oratoris in actione quale eſſe oporteat. | 701. 238, & *ſeqq.*

in *caput* excreviſſe quid ſit. | 222. 265,

τὸ *caput* variæ ſignificationes. | 59. 8, | 209. 95, 96, 101,

caput ſignificat pluribus modis, | 702. 249,

ubi *cardo* litium vertitur. | 738. 6,

carmen ante ortum eſt, quam obſervatio carminis. | 612. 479,

carmen pro epico poëmate. | 90. 8,

Carneades, qui contra juſtitiam diſſeruit, non injuſtus ipſe vir fuit. | 724. 111,

Carthaginienſis non Carthaginenſis ſcribitur. | 573. 151,

Caſauboni libellus de Romanorum ſatira laudatur. | 639. 428,

Caſaubonus in explicando veterum rhythmo graviter erravit. | 596. 190, in Sueton. laudatur. | 391. 381,

Caſnar quid. | 35. 41,

Caſſander Thebas ab Alexandro everſas reſtituit. | 304 561,

de *Caſſiano* τοῦ cui bono. | 422. 115,

Caſſii Severi locus improbatur. | 678. 167,

Caſſii oratoris amarum dictum. | 500. 455,

Caſſius Severus tranſeuntes in diverſa ſubſellia, quomodo irriſerit. | 709. 710. 473,

Caſſius laudatur. | 312. 123,

Caſſiodori commentar. in pſalmos laudatur. | 574. 174, ſyſtema de quæſtionum ſtatibus. | 182. 468,

Caſſiodorus laudatur. | 49. 63, non officio, ſed nomine ſenator. | 53. 153,

Caſtorrum canticum. | 69. 61,

caſum potius, quam conſilium ſequi. | 405.

in *catenas* ligare & inexplicabili ſerie contexere. | 343. 142,

Catilina inique abſolutus. | 264. 25,

de *Catio* Epicureo judicium. | 646. 555,

Cato Cenſorius Romanorum primus de Rhetorica ſcripſit. | 145.

Cato Uticenſis dixit ſolum Cæſarem ſobrium acceſſiſſe ad evertendam Rempubl. | 474. 43,

Cato eſt vocabulum ambiguum. | 458. 57, 58,

Cato major literas Græcas ætate jam declinata didicit. | 759. 69, nullam adulteram non eamdem eſſe veneficam dixit. | 315. 186,

Catonis animo ferre, quid ſit apud Ciceronem. | 396. 456, apophthegma de ſenili juventa. | 348. 50, 52, locus laudatur. | 551.

Catonis ſaxea verruca. | 491. 242,

de *Catullo* Poëta. | 640. 446,

Catullus laudatur. | 350. 80, | 373. 68, | 480. 35, | 490. 230, | 499. 440, | 569. 75, | 617. 586, | 657. 11. | 676. 117, | 686. 42, | 702. 251, | 713. 562.

de *Caudino* Jugo. | 191. 13,

cavendi antiquior, quam ictum inferendi cura eſt. | 230. 119,

ſine *cauſſa* nihil credibile eſt factum eſſe. | 424.

cauſſa duplici ſenſu intelligitur. | 158. 80,

cauſſa & quæſtio quomodo inter ſe differant. | 338. 54,

cauſſa, judicatio, & continens in omni genere cauſſarum reperiuntur, & quid ſint. | 185. 544, & *ſeqq.*

cauſſa potius laudetur, quam patronus. | 741. 12,

de *cauſſa* prius an de perſona dicendum ſit. | 424.

pro *cauſſa* mala eſt, qualis ea ſit, non intelligi. | 217.

cauſſa quid proprie ſit apud Latinos Rhetoras. | 156. quomodo a quæſtione diſtinguatur. | 139. 51. | 160. 17,

cauſſa quomodo differat a quæſtione. | 160. 17,

cauſſæ cardinem hic ponit. | 317.

cauſſæ definitio Iſocratea. | 158. Apollodorea interprete Valgio. | 158.

cauſſæ paucorum calculorum quænam ſint. | 481. 72, publicæ capitaleſque quale dicendi genus poſcant. | 481.

cauſſæ quam variæ ſint & multi-

plices. | 712. 535,
cauſſæ veræ quibuſdam opponantur. | 444. 161,
cauſſæ pars Athenæo quid ſit. | 155. 24,
cauſſæ quomodo diſtent ab actionibus. | 465. 63, frequenter optimæ ſimiles ſunt malis. | 726. 142,
cauſſam quod ſcelus non habuerit, dignus eſt odio. | 424. 152,
ad cauſſam extra pertinentes opiniones. | 219. 199,
cauſſam faciendi ſceleris quiſquis habuit, non ideo fecit. | 325.
cauſſam eamdem idem judex iterum cognoſcebat. | 681. 219,
cauſſam non intelligi, placere actionem, monſtro ſimile eſt. | 232.
ad cauſſam quædam pertinent, quæ tamen in cauſſa non ſunt. | 216.
ad cauſſam quæ pertineant, etſi extra cauſſam ſint. | 216.
cauſſam quidam ſimiliter definierunt, ut Apollodorus negotium. | 158. 84,
cauſſam veneficii dicere quid ſit. | 315. 183,
cauſſarum genera tria ſunt. | 150. 151. 152. 153.
cauſſarum genera quo ſenſu ſint quinque. | 217. 218. 149,
cauſſarum oratoriarum generalis diviſio. | 728. 64, & ſeqq.
cauſſas non utique ab ultimo eſſe repetendas. | 299. 425,
cauſſas eaſdem ut quiſque egerit, utile eſt ſcire. | 623. 98,
de cauſſis [facinorum] frequenter quæri nihil attinet. | 425.
cauſſis bonis maliſque communia, ſunt innumerabilia. | 726. 145,
in cauſſis multa dicuntur, de paucis judicatur. | 334.
de Cæciliis albente cœlo. | 488. 87, 188,
Cæcilii ſententia de ſtatibus. | 171. 257,
Cæcilium poëtam Comic. veteres laudant. | 642. 465,
Cæcilius figuris adjicit τὴν ἀθροισμόν. | 586.
Cæcilius Poëta laudatur. | 503. 79,
Cæcilius Rhetorices magiſter. | 144. 69,
cæcus animi. | 71.
cædi diſcentes Chryſippus non improbat; Fabius minime vult. | 23.
τὸ cædis cauſſa quid ſignificet. | 227. 42,
Cæſar effeminate legenti dicebat: ſi cantas, male cantas; ſi legis, cantas | 61. 10,
Cæſaris anticatones erant in antiqua bibliotheca Leodienſi. | 190. 105, commentar. laudatur. | 340. 95, | 362. 19, editi de analogia libri. | 60. 113, inſcriptione traditur factum, ut optimus maximus per i, non per u ſcriberetur. | 58. 75, populum Rom. egit in furorem prætexta prolata in foro cruenta. | 356. 143,
cedere opere. | 84. 29,
cedere bonis quid ſit. | 354. 90,
cedere expedit, ubi vinci neceſſe eſt. | 400.
cedere & cadere victoria, quomodo inter ſe differant. | 275. 9,
τὸ cedere ſignificatio peculiaris | 337. 38,
ſi cedit cauſſæ pro τοῦ expedit, prodeſt. | 681. 216,
τὸ non protinus ceſſerit orator quominus, quid ſignificet. | 268. 10,
Celſi oratoris de proœmii optima compoſitione ſententia. | 615. proœmium laudatur. | ibid.
Celſi [Cornelii] quanta fuerit eruditio. | 759. 71, ſententia de cauſſarum oratoribus. | 123.
Celſi ſententia de proœmii compoſitione improbatur | 615. 552,
Celſus ab oratore fingi verba vetat. | 488. 191,
Celſus medicus laudatur. | 175. 332, | 695. 98,
Celſus Rhetor laudatur. | 145. 90, | 553. 176, | 565. 438, 441, qua diſpoſitione utendum putet. | 407. 33, vult eſſe quamdam ſuperiorem compoſitionem. | 616. 568,
celebrari perpetua ſeculorum admiratione. | 673. 41,
τὸ cenſeo, arbitror non cum participiis in dum ſolummodo, ſed cum infinitivis etiam veteres conſtruebant. | 60. 107,
Cenſor Romanus quibuſnam equum adimeret. | 310. 68,
Cenſoria virgula notare. | 24.
Centumviralia judicia quomodo diviſa fuerint. | 734. 18,
de Centumviralibus judiciis. 305. 575,
de Centumviralibus judiciis duas in haſtas diviſis. | 681. 221;
de Centumviralium partibus. | 263. 11,
Centumviri quinam fuerint. | 204. 18, | 226. 17,
de Centumviris & centumviralibus judiciis. | 221. 238, 240,
Centumvirorum variæ claſſes. | 263. 12,
Centumvirorum haſta. | 263. 11, 12,
Ceratinæ & Crocodilinæ, quæ qualeſve fuerint. | 67. 20,
Cercoetii & Franci ficta nomina quoſnam deſignent. | 511. 160,
τὸ cernere quam multa ſignificet. | 455. 11,
certamen fictum. | 96. 156,
certamen verum. | 96. 156,
certamina ſacra quæ. | 105. 19, 20, 21, 22,
certamina Rhetorum. | 85. 52,
pro certis quæ & quot habeantur. | 283. 61, 64, 65,
pro certo eſt. | 317.
certum efficiendum eſt id, quo [ſic enim legendum puto] probaturi ſumus, quod incertum eſt. | 340.
cervicem in ſingulari videtur Hortenſius primus dixiſſe. | 488. 189,
cervix oratoris in actione qualis eſſe debeat. | 703. 290,
ceſſare pro τοῦ deficere. | 67. 14, | 105. 30,
X vel X P quid ſignificet in veterum criticorum libris. | 24. 10,
Chabotius [Petrus] optimus Horatii interpres. | 64. 56,
χωλιαμβοὶ verſus quinam vocentur. | 15. 134,
Χαρακτηρισμὸς figuram quomodo deſignet Cicero. | 545. 278,
χαριεντισμὸς figura quænam ſit. | 540. 163, | 545. 282, quæ Rutilio Lupo. 586. 436,
Chariſii nomine orationes inſcriptæ. | 633. 307,
Chirographum quid ſit. | 324. 51,
ὁ Chiron nomine Centauri deſignatur. 523. 205,
chironomia quid ſit. | 78. 51, veteribus etiam philoſophis probata. | 78. 53, 54, 55, 56,
χλευασμὸς figura quænam ſit. | 545. 262, 282, ſpecies ironiæ. | 555. 218,
choreus accipiet ante ſe pyrrhychium. 610. 434, Ciceroni, Fabio & Longino conſtat longa & brevi. | 606. 352, Hephæſtioni eſt tribrachys. | 606. 352,
choronæ, chenturiones, &c. a quibuſdam dicebantur. | 37. 38. 98, |
χρειώδεις quid, & ut a chria differat. | 66. 21,
chria quid ſit & quomodo differat a ſententia & ethologia. | 65. 8, 9,
chriarum plura genera. | 65. 15;
Χρεία & χρεῖος differunt. | 165. 135, 138, | 289. 107,
Chryſippo nullum videtur eſſe verbum, quod non plura ſignificet. | 455. 3,
Chryſippus in inſtitutione puerili nullum tempus vacare cura voluit. | 11. nutrices quales eſſe velit. | 9.
Chryſoſtomus laudatur. | 72. 131,
cicatricoſa facies. | 221.
Cicero ad omnium ornandi virtutum exempla vel unus ſufficit. | 495. 333, aliis ſcribebat orationes, quas ipſi pronunciarent. | 198. 199, 201, aliquos jam editos a ſe libros aliis ipſe ſcriptis damnavit. | 176. 335, arcem tenebat eloquentiæ. | 760. 81, a Terentio primum dictum eſſe obſequium putat. | 487. 186, Catilinæ fregit audaciam, ſupplicationes in toga meruit. | 125. 21, cauſſas faciendi quomodo dividat. | 288. 161, circa elocutionis præcepta præcipue laboravit. | 466. 81, comparabilia ponit in collatione, exemplo & imagine. | 307. 10, componere aliqua de jure cœperat. | 732. 733. 25, cur tantum intulerit eloquentiæ lumen. | 661. 64, deliberativum genus dignitate [τῷ καλῷ] maxime contineri putat. | 191. 5, 6, diſſentit paulum ſecum explicando τοῦ συνέχοντι firmamento. | 208. 59, 64, diſtinguit theſes ſcientia & actione. | 155. 25, eloquentiam ſibi nunquam in agendo immodice arrogavit. | 674. 63, eminet plurimum in τῇ ἐναργείᾳ. | 494. 323, favorem & urbanum nova credit vocabula. | 487. 181, fuit artis Grammaticæ diligentiſſimus. | 60. habitus eſt nimius riſus affectator. | 370. 10, hexametri finem aliquando non vitavit. | 610. 427, jam non hominis, ſed eloquentiæ nomen habetur. | 644. 514, in enumerandis figuris mediam viam ſecutus eſt. | 538. 119, in filio recte loquendi uſquequaque aſper exactor. | 60. in libris de Invent. rhetor. theſin nihil ad oratorem pertinere docuerat. | 157. 61, quoſnam in morem præceptoris exercuerit. | 757. 16, in omnibus, quæ in quoque laudantur, eminentiſſimus. | 745. 53, aliquem in oratione cautum obſcuriorem eſſe dicit. | 700. 204, & ſeqq. in oratoriis τὰ τεχνικὰ, ut minora, ſciens omiſit. | 145. 85; in poëtarum lectione requieſcendum putat. | 624. 117, in rhetoricis Hermagoram eſt ſecutus. | 208. inventionem & diſpoſitionem prudentis hominis putat; eloquentiam, oratoris. | 466. 81. in utroque dicendi genere [ſimplici & admirabili] eminet. | 683. 265, jucundus incipientibus & apertis ſatis; nec prodeſſe tantum, ſed etiam amari poteſt. | 101. 52,
Cicero laudatur. | 42. | 137. 138. | 219. 220. 234, | 222. 278, | 223, 289, 291, | 224. 311, | 325. 319, 320, ibid. 5, 8, 11, | 227. 51, | 228. 229. 105, 113, | 230. 231. 167, | 233. 208, 209, | 234. 235, | 237. 295, | 239. 347, | 241. 412, | 244. 245. 249. 250. | 251. 21, | 252. 253. 13, | 254. 255. 257. 258. 259. | 270. 57, | 272. 115, | 275. | 283. | 288. 178, | 289. 182, 183, 194, | 291. 244, | 395. 341,

345, | 296. 351, | 298. | 301. 473, | 302. | 304 546, | 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 152, 157, 165, | 316. 210, | 322. 8, | 324. 37, | 326. 89, 95, 98, | 327. 328. 329. 331. 332. 336. 337. 24, | 338. 40, | 340. 341. 344. 349. 73, | 351. 353. 354. 81, | 355, 128, | 357. 171, | 359. 364 53, | 369. 370. 8, 16, 18, | 371. 31, | 372. 46, | 373. 70, | 374. 88, | 375. 107, | 376. 118, 121, | 377. 135, | 378. 168, | 379. 380. 204, | 381. 222, | 384. 276, | 385. 283, 288, | 390. 365, | 395. 396. | 403. 405. 2, | 411. 413. 172, | 418. 419. 62, | 428. 12, | 429. 33, | 432. 434. 120, 135, | 435. | 439. | 443. 146, 154, | 444. 163, | 449. | 456. 31, | 457. 458. 460, 36, | 461. 46, | 463. 13, | 464. 33, | 465. 63, | 469. 126, | 471. 3, 18, | 479. 18, | 481. 75, | 482, 100, | 483. 111, 113, 115, 117, 118, | 484. 119, | 486. 154, | 486. 168, | 487. 182, *& ſeqq.* | 488. 189, 200, | 489. 220, 221, 223, | 490. 233, | 491. 237, | 492. 265, 272, | 495. 326, | 497. 376, 391, | 498. 394, 395, | 499. 431, | 500. 501. 502. 503. 504. 505. | 507. 35, 48, 53, | 508. 64, 86, | 512. 164, | 514. 23, 43, 45, | 516. 67, 84, 89, 91 | 517, 120, | 520. 176, | 524. 226, 227, | 526. 264, 266, 269, | 527. 301, 302, | 530. 348, 351, | 531. 366, 371, 379, 388, | 533. 13, | 537, 85, | 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. | 548. 34, 35, 36, | 549. 59, *& ſeqq.* | 550. 66, *& ſeqq.* | 551. 95, 111, 120, | 552. | 122, 139, 142, | 553. 167, 168, 169, 174, | 554. 179, 187, 198, | 555. 211, 212, 214. | 556. 228, *& ſeqq.* | 557. 253, *& ſeqq.* | 564. 416, 429, 433, | 568. 46, | 569. 56, 71, | 570. 97, | 571. 107, 116, | 572. 140, 145, | 573. 148, 156, 159, 161, 164, 167, 169, | 574. 172, 175, 178, 180, 182, | 575. 187, 192, 199, 200, | 576. 220, | 577. 243, 245, | 578. 252, 261, | 579. 264, 266, | 580. 288, | 581. 300, 301, 303, | 582. 317, 326, 329, 331, | 583. 341, 347, 350, 351, | 584. 362, 365, 369, | 587. 3, | 589. 34, | 589. 40, 49, | 590. 54, | 591. 89, | 592. 108, 114, | 593. 127, | 594. 145, 157, | 595. 165, 167, 168, | 596. 180, 182, | 599. 224, 229, 232, | 600. 235, 237, 238, | 602. 277, | 603. 299, 305, *& ſeqq.* | 604. 222, 325, 332, | 609. 406, 411, 416, | 610. 419, 421, 433, 436, | 611. 445. 447, 452, 456, | 612. 485, | 613. 497, 507, 508, 511, 513, | 619. 2, | 623. 99, | 625. 139, *& ſeqq.* | 626. 158, | 633. 314, | 634. 329, 340, | 635. 350, | 636. 371, | 640. 432, 433, | 644. 523, | 646. 553, | 650. 81, | 651. 10. | 652. 11, | 655. 87, | 663. 19, | 664. 4, | 672. 30, | 674. 63, 77, *& ſeqq.* | 675. 83, 91, 101. | 676. 105, 106, 116, 121, 123, | 677. 136, | 683. 262, 263, | 687. 65, 66, 67, | 692. 9, | 696. 114, | 698. 168. *& ſeqq.* | 699. 183, 196, | 700. 204, 213, | 703. 295, | 705. 338, | 706. 279, | 707. 405, | 708. 424, 430, | 713. 544, | 714. 574, *& ſeqq.* 586, 591, | 715. 592, *& ſeqq.* | 716. 635, | 719. 2, | 721. 56, | 724. 112, | 725. 129, 135, | 726. 1, | 728. 61, | 730. 92, | 732. 23, | 734. 11, | 735. 12, | 743. 1, | 748. 137, | 753. 241, 243, | 757. 11, 17, | 760. 76,

Cicero minime ſui contemptor. | 722. 70, multas in τῷ de oratore figuras poſuit, quas in oratore videtur damnaſſe. | 585. 388, negat ante Periclem ſcriptum quicquam oratorie. | 142. 46, non erat timidus in ſuſcipiendis ſed in providendis periculis | 721. 56, non probat ſuos de Inventione Rhetorica libros. | 119. 23, 24, | 157. 61, non ſemel jocatur ex nomine. | 287. 149, non tantum ſcholis Rhetorum, quantum Academiæ ſpatiis debere ſe jactatus eſt. | 730. 92, numeros alios aliis in exordiis adhibet. | 616. 553, optimus auctor ac magiſter eloquentiæ | 310. pedibus quatuor & quinque ſyllabarum utitur. | 605. 346, periodo quam multa nomina det. | 614. 515, Platonem, Demoſthenem, Iſocratem effinxit. | 643. 501, præcipuum lumen eloquentiæ & præceptis ejus dedit. | 145. pro Milone orationem aliam dixit, aliam ſcripſit. | 229. 104, quænam Græcorum ſcripta Latine verterit. | 658. 7, quibuſnam illuſtrem fieri orationem putet. | 489. 220, *& ſeqq.* quid Cerelliæ ſcripſerit de tolerandis Cæſaris temporibus. | 396. 455, quid in oratione numeroſa quærere ſe teſſetur. | 600. 235, regnare in judiciis dictus eſt. | 644. 512, reprehenſus eſt ut jactator. | 673. 674. 58, rerum a ſe geſtarum major, quam eloquentiæ fuit jactator. | 674. 58, ſe tenebras offudiſſe judicibus in cauſſa Cluentii gloriatus eſt. | 130. 65, ſe totum ad imitationem Græcorum contulit. | 643. 501, ſexagenarius Publiliam virginem duxit. | 387. 314, ſtetit in faſtigio eloquentiæ. | 722. 66, ſuos Rhetoricos adoleſcenti ſibi elapſos eſſe dixit. | 145. 83, 84, Thucydidem & Xenophontem oratori utiles non putat. | 625. 139, τῆς παρίσωσις & ἀνθήσεως modum adhibuit. | 582. τοὺς quatuor ſyllabarum pedes numeros videri fatetur. | 605. 347, tres libros de temporibus ſuis carmine ſcripſerat. | 674. 77, 79, videtur fuiſſe ῥηθορικώτερος, quam διαλεκτικώτερος. | 405. 2, ille ſe profeciſſe ſciat, cui valde placebit. | 644. 514, unam in dicendo actionem dominari putat. | 693. 22, unicum apud Latinos ſpecimen orandi, docendique oratorias artes. | 145.

in *Cicerone* totas vires ſuas eloquentia experta eſt. | 643. 507, plurimium virtutum, nonnihil fuit vitiorum. | 722. 69,

apud *Ciceron.* quid ſit ad propoſitum ſubjecta ratio. | 585. 402,

Ciceronem Brutus appellabat fractum & elumbem. | 722. 78, Calvus diſſolutum & enervem. | *ibid.* quibus in clauſulis quidam carpant. | 602. 277,

apud *Ciceron.* quæ figura ſit diſtributis ſubjecta ratio. | 585. 404,

Ciceronem ipſa illa, quæ extorquet, impetrare credas. | 644. 508, Livius monet legendum in primis eſſe, tum ut quiſque erit Ciceroni ſimillimus. | 101. 52,

Ciceroni excidit iambus. | 604. 332, defuit ſumma illa, ad quam nemo propius acceſſit. | 722. 71, dormitare interdum Demoſthenes videtur. | 624. 107, nihil adjici poteſt. | 643. 495, quænam orationis vitia ſuorum homines temporum exprobrarint. | 745. 54,

Ciceroniana cauſſæ definitio. | 158. 86,

Ciceronianos ſe putant, ſi in clauſula nonnulli ponant τὸ eſſe videatur. | 649. 65,

Ciceronianum ſyſtema de *ſtatibus* quæſtionum oratoriarum. | 181. 468,

de *Ciceronianarum* orationum commentariis. | 223. 286,

Ciceronis apologia. | 721. 54, *& ſeqq.* artificium in cauſſis Cluentii, Oppii, Cœlii, Murænæ, Gabinii, Vatinii. | 679. 680.

de *Ciceronis* clauſula τῷ eſſe videatur. | 649. 64, 65,

Ciceronis commentarii quinam fuerint, | 669. 98, 99, 101, compoſitionem quinam reprehenderint. | 722. 78, conſilium laudatur. | 402. cum Demoſthene comparatio. | 643. 492, de Demetrio Phalereo judicium. | 636. 366, dictum de bello inter Cæſarem & Pompeium. | 508. 86, eloquentia contra leges etiam agrarias popularis fuit. | 125. 18, fabula contra Cepaſios. | 358. 188, judicium de compoſitione [verborum] Calvus & Brutus reprehenderunt. | 587. 3, laus & egregia commendatio. | 643. 644. 501, *& ſeqq.* locus a Philandro emendatus. | 392. 407, locus de Themiſtocle. | 70. 86, locus pro Cluentio. | 217. opinio de numeris oratoriis reprehendebatur a quibuſdam. | 599. 229, opinio ſingularis de oratorio numero. | 599. 229, oratio in toga candida. | 186. 10, patria & parentes. | 675. 88,

Ciceronis ſtomacho ferre, quid ſit apud Ciceronem. | 396. 456,

Ciceronis Topica quid contineant. | 157. 69,

de *Ciceronis* verſu: *O fortunatam natam,* &c. | 595. 168, de Cinnæ Smyrna novem annis ſcripta. | 657. 11,

circuitu res oſtendere pro periphraſtice loqui. | 750. 168,

circuitus decurrentes contexto nitore, quid ſint. | 672. 18,

circumciſa expoſitio aliud eſt, aliud brevis. | 233. 200, 202, *& ſeqq.*

circumcurrens linea pro circumferentia. | 74. 173,

circumductio Fabiana differt ab Hermogenis περίοδος. | 613. 495,

circumductio quid ſit apud Quinctil. | 613. 495,

cum *circumflexo* accentu perperam ſcribunt vulgo & typis excudunt *muſa, vita,* &c. | 39. 135, 139, | 55. 7, | 748. 136,

circumire omnia copioſa loquacitate. | 476. 477. 91,

circumire, pro periphraſin adhibere. | 749. 140,

oratio *circumlata*, quæ dicatur. | 221. 249, 250,

τὸ *circum litora* tanquam unum enunciatur diſſimulata diſtinctione. | 38.

circumſcriptio quæ figura ſit Ciceroni. | 543. 224, | 614. 516,

citharistæ citharam dumtaxat pulſabant, nec ipſi cantabant. | 307. 620,

citharœdi & citharistæ inter ſe differunt. | 79. 11, | 307. 620,

citharœdorum ne pes quidem eſt otioſus. | 79. 14,

civica donare aliquem quid ſignificet. | 388. 331.

civilem virum quæ deceat oratio. | 676. 107,
civilis vir quiſnam ſit. | 5. 30, quis dicatur a Quinctiliano. | 676. 107,
civilis ſcientia idem quod ſapientia eſt. | 123. 131,
civilitas eſt ipſa politice, ſive ars regendæ Reipublicæ. | 122. 92, | 123. 130, | 129. 46.
civitas quibus præcipue rebus contineatur. | 731. 1,
in qua *civitate* quidque quæratur, intereſt. | 289.
civitatium, pro τῷ civitatum. | 96. 141,
clarigatio quid ſit. | 430. 58, | 727. 39,
claſſem ducere quid. | 19. 81,
☞ *claſſis* etymologia. | 52.
Claudianus Poëta laudatur. | 248. 579, | 343. 133, | 733. 35, | 735. 21,
Claudius Imperator digamma Æolicum non invenit, ſed invertit. | 748. 121,
clauſula bifariam accipitur. | 508. 61,
clauſula e longis firmiſſima eſt. | 608. 387,
clauſula quid vocetur. | 508. 61,
clauſulæ [verſuum] clauſulis [orationum] non conveniunt. 604.
[lati] *clavi* jus. | 711. 497,
[latus] *clavus* quidnam eſſet, & cujus ordinis inſigne. | 711. 497,
Cleanthes Chryſippeam Rhetoricæ definitionem retulit. 123.
Clemens Alexandrinus laudatur. | 376. 128, | 584. 360,
Cleon in orando femur feriiſſe primus creditur. | 708. 427,
Cleöpatra multarum perita linguarum. | 9. 18,
ad *Clepſydram* dicere. | 699. 181,
ad *Clepſydram* cauſſas agebant oratores. | 677. 138,
de *Clepſydra* uſu apud veteres. | 736. 17,
Clerici [Johannis] conjectura improbatur. | 602. 283, error arguitur. | 535. 29,
Clitarchi probatur ingenium, fides infamatur. | 634. 342,
Clodius injuſte abſolutus. | 264. 24,
Cneius ſcribitur & pronunciari debet Gneius. 59. 94,
coacervatio diſſoluta eſt ἀσύνδετος. | 576. 231,
coacervatio duplex eſt. | 576. 231,
coacervatio juncta eſt πολυσύνδετος. | 576. 231,
coacervatio genus eſt figuræ apud Quinctilian. 576. 230,
coaleſcere in unum ſonum. | 59.
Coccus orator Atticus quiſnam fuerit. 746. 89,
coccus quid. | 16. 27,
Cocus Poëta quis. | 3. 4,
codex Theodoſian. laudatur. | 744. 36,
☞ *codicilli* ſenſus peculiaris. | 427. 215,
coercere verba vi quadam veritatis erumpentia. | 560.
cœlibes a cœlo derivari dixit Modeſtus. | 53.
cœlibes vocari dixit quaſi cœlites dixit Caius Granius. | 53. 164,
Cœlii locus in Antonium laudatur. | 578. 250,
M. *Cœlii* oratoris locus laudatur. | 677. 678. 150, 151,
M. *Cœlius* Lælii & ejus collegæ iter feſtiviſſime narravit. | 378. 157,
Cœlius Rhodigin. laudatur. | 612. 474,
cœlo mitti, ſeu demitti quænam dicantur. | 49. 63,
nemo non *cœpit* aliquando peccare. | 423.
ad *cogitandi* vim quomodo perveniri poſſit. | 663. 6,
cogitatio conſtat ingenii acumine & memoria. | 663. 1, eſt earum rerum quas dicturi ſumus nec tamen ſcripturi. | 663. 1, eſt inter ſcribendi laborem extemporalemque fortunam media. | 663. 1, uſus eſt apud oratores frequentiſſimi. | 663. 2,
cogitationem ſcribentium non exigunt literæ & ſyllabæ. | 307.
cognitio pro rei controverſæ judicatione. | 423. 140,
cognitor quis dicatur. | 177. 370,
τὸ *cognitor* quot ſignificatus habeat. | 177. 370,
cognoſcentes pro τῷ judices. | 264. 13.
cognoſcentis vocabulo judex intelligitur. | 203. 29, | 214. 69,
qui *cognoſcit*, pro τῷ judex. | 397. 24,
colaphum alicui ducere. | 388. 341,
coliphium quid eſſet. | 306. 608, | 750. 167,
collatio & ſimilitudo quomodo inter ſe differant. | 312. 111,
collatio quid ſit Ciceroni. | 312. 111,
collectio figuræ nomen apud recentiores Tullio Rhetoras. | 565. 447,
ἡ *collectio*, quæ ſit ſpecies argumentationis apud Latinos. 337. 37,
colligere indubitata quid ſit. | 343. 143,
☞ *colligere* ſenſus peculiaris. | 637. 383, | 728. 47, 68,
collum a cervice quomodo differat. | 703. 290,
collum oratoris quænam deforme reddant. | 703. 290,
Colomeſii diligentia deſideratur. | 744. 27,
Colomeſii emendatio rejicitur. | 373. 70,
Colomeſius Quinctiliano male attribuit exſcriptorum vel typographorum errorem. | 313. 140,
color dicendi quid ſit. | 395. 439, | 402. 24, | 412. 137, | 510. 129,
color quinque ſignificatus habet apud Rhetoras. | 241. 412, | 395. 439, 402. 24, | 412. 137,
colore eodem utraque pars aliquando utitur. 243. 447,
coluna ſcribebatur pro τῷ columna. | 59. 96,
Columella laudatur. | 390. 362, | | 443. 130, | 487. 186, | 561. 346, | 566. 6, | 623. 86, | 710. 490, | 726. 14, | 735. 7, | 741. 22,
actores *comici* nec ita prorſus, ut nos, pronunciant; nec procul a natura recedunt. | 109.
comœdi duo (Demetrius & Stratocles) virtutibus diverſis placebant. | 716. 637,
comœdia, cum mores in tuto fuerint, inter præcipua legenda erit. | 62.
comœdia in cothurnos non aſſurgit, nec tragœdia ſocco ingreditur. | 650. 81,
in *comœdia* cur Latini cum Græcis non contendant. | 749. 150,
in *comœdia* cur maxime claudicent Latini. | 642. 461,
comœdia plurimum conferre ad eloquentiam poteſt. | 62.
comœdia antiqua ſinceram ſermonis Attici gratiam fere ſola retinet. | 632. 278,
comœdiæ antiquæ anctores præcipui. | 632. 285, laus & commendatio. 632. | 280,
comœdiæ quædam cur dicantur ſtatariæ. | 716. 638, quædam cur motoriæ dicantur. | 716. 638, palliatæ quænam dicerentur, | 642. 469. togatæ quænam. | 642. 469,
de *comœdiæ* veteris ſcriptoribus. | 621. 42,
ex *comœdiis* locos certos & forenſibus actionibus ſimiles eligere oportet; quibus pronunciandi rationem pueros comœdus doceat. | 77. 35,
in *comœdiis* Veterum elegantia & Ἀττικισμὸς invenitur. | 63. 31,
comœdo dandum aliquid eatenus; qua pronunciandi ſcientiam futurus orator deſiderat. | 76. 1,
ad *commeatus* diem non adeſſe. | 439. 69,
commilitio Thebanorum uti. | 304.
commiſſura [quæ eſt in orationis partibus] ne pelluceat. | 461.
committere, & commiſſiones peculiari ſenſu. 215. 97,
committere pœnam quid ſignificet. | 440. 92,
committere quid ſit in architectura. 404. 7,
commoratio figura eſt, & quænam. | 538. 128,
commune qui prior dicit, contrarium facit. | 329.
communes locos in vitia compoſuit Cicero. 85. 53,
communi opinione in ea conſenſum eſt. 283.
τὸ *compar* quam figuram deſignet in Cornificio. | 583. 340, quid ſit Rhetoribus. | 246. 553,
comparatio an ſit figura. | 564. 431,
comparatio & ſimilitudo quomodo inter ſe diſtent. 297. 374. | 300. 441,
comparatio nunc eſt *cauſſæ* genus, nunc ad argumenta pertinet. | 564. 431, 432,
comparatio rerum eſt infinita. | 301.
a *comparatione* ductum argumentum triplex eſt, a majore, a pari, a minore. | 300.
comparationis exercitatio. | 93. 83, 84.
comparativa duo inter ſe committuntur. | 570. 96,
comparativa cauſſa quænam ſit. | 420. 87,
comparativæ cauſſæ ſunt duplicis generis. | 420. 87,
comparativum cauſſæ genus. | 204. 17, | 436. 15, aliter dicitur compenſatio. | 438. 60,
τὸ *comparativum* triplici ſenſu intelligit Quinctilianus. | 183. 489,
comparativus pro poſitivo. | 570. 94,
compaſcuus ager quis dicatur. | 299. 300. 436,
competere pro τῷ συμπαθεῖν congruere, convenire. | 214. 57,
complexio in epichiremate quid ſit. | 337. 26, quid ſit Ciceroni. | 284. 73, ſignificat interdum dilemma. | 295. 350,
complexus brevis verborum. | 433.
componendi rationem intelligunt docti, indocti voluptatem. | 612. 484,
componendum ſic fere quomodo pronunciandum erit. | 616. 571,
compoſitæ Latinorum dictiones fiunt ſeptem modis. | 46.
compoſitio [verborum] cur tantum valeat ad delectationem & ad motum animorum. | 589. 35, cur varia eſſe debeat. | 601. 258, debet eſſe honeſta, jucunda, varia. | 618. 604. in oratione varie pro rerum modo adhibetur. | 71.
compoſitio fit ex præpoſitione *ab*; non autem ex *a* neque ex *abs*. | 46, 319,

compoſitio dura & aſpera potior eſt effeminata & enervi. | 617.
compoſitio quid ſit Quinctiliano, & quibus conſtet. | 246. 549, quomodo ſit rebus accommodanda. | 614. 529, quomodo varianda. | 613. 503, ne tam bona quidem ulla erit, ut debeat eſſe continua. | 617. 588,
in *compoſitione* verborum ordinis neceſſitas. 593. 120,
de *compoſitione* [verborum] optime ſcripſit Cicero. | 587. 1, quinam poſt Ciceronem ſcripſerint. | 587. 5,
in *compoſitione* omni tria ſunt, ordo, junctura, numerus. | 591. 86,
in *compoſitionem* effeminatam & enervem invehitur Fabius. | 617. 588,
compoſitionem in eoſdem ſemper pedes ire, quam malunt ſit. | 617. 618. 588, *& ſeqq.*
compoſitionem Lyſias, Herodotus, Thucydides an neglexerint. | 590. 59, | 591. 76, adverſus eos qui illam plane contemnunt. | 588. 7, *& ſeqq.*
compoſitionis cura qualis eſſe debeat. | 618. 610, curam diſſimulare oportet. | 618. 611, varia genera. | 603. 303, alia eſt conditio in negando, quam in affirmando. | 591. 91, pene ultima oratoribus ars, quæ perfecta ſit, contigit. | 590. 58, plurimum refert, quæ quibus anteponas. | 596. 179, ratio in quibus conſiſtat. | 618. 608, tres partes, quænam ſint. | 618. 605, neceſſitas & utilitas multiplex. | 588. 589. 590. uſus qualis eſſe debeat. | 618. 609,
comprehenſio peculiarem habet ſignificatum. | 612. 477, | 613. 504,
comprehenſio præciſa quid ſit. | 431. 75,
comprehenſio quid ſit apud Quinctilian. | 493. 288, quid ſignificet apud Ciceron. | 614. 515, 530,
☞ *comprehenſio* ſenſus peculiaris. | 728. 56, | 729. 80,
comprehenſione diſſentire, quid ſit. | 430. 55,
a *computatione* diſſentire. | 73.
non *concedo* ut ſola ſint. | 364. 47,
conceptio [σύλληψις] quæ figura vocetur a Grammaticis | 579. 268,
conceptis verbis pejerare quid ſit. | 310. 67,
in τῷ *concertativa* quid ſubaudiatur. | 418. 41,
conchylium quid. | 17. 27, 28,
conchyliata peristromata. | 504, 93,
concidere docendi rationem per minutas rerum particulas. | 209.
conciliare mores alicujus, quid ſignificet | 538. 108,
conciliatio quibuſnam conſtet. | 513. 542,
concionis nomine cur funebres laudationes vocentur. | 512. 540,
concipere animo res natura prius eſt, quam enunciare. 537. 95,
τὸ *concitari* & τὸ affici differunt inter ſe. | 365. 61, 62,
concludere locum aliquem in unam ſpeciem. | 361. 1,
acute *concluſa*, quæ ſint Ciceroni. | 280. 7,
concluſio, comprehenſio, & connexio ſunt ſynonymæ. 337. 26,
concluſio quænam figura ſit apud Cornificium. | 586. 428, quid ſit Herenniano Rhetori. | 545. 268,
concluſio verborum cavillatrix. | 431.
τὸ *concurrere* inter ſe, ad quem ſtatum quæſtionis oratoriæ referatur. 729. 69,
concurſio genus eſt figuræ apud Ciceron. | 541. 187,
condiſcipulorum, quam præceptoris, jucundior imitatio, quia facilior. | 20.
τὸ *conditione* uti quid ſit. | 564. 413.
conduplicatio quænam figura ſit. | 537. 88, | 572. 130,
conferenda illuc eſt oratio. | 424.
conferre pedem cum ſingulis. | 325. 64,
conferre pedem quid ſignificet. | 526. 277,
in *confeſſis* verſari. | 413.
confeſſa probare. | 343.
confirmatio fit ex antecedentibus, aut conſequentibus, aut repugnantibus. | 276. 25, 26,
congiarium quid ſit & unde dicatur. | 380. 207,
congius quot ſextaria caperet. | 380. 207,
congregatio criminum accuſantem adjuvat, ſeparatio defendentem. | 410. 110,
coniſcare quid ſit. | 483. 113,
conjectores quinam dicerentur. | 274. 156,
conjectura utitur, quid ſignificet. | 162. 72, | 163. 78,
conjectura eſt facti quæſtio apud Rhetoras. | 417. 1,
conjectura excuti, quid ſignificet. | 326. 104,
conjectura omnis aut de re aut de animo eſt. | 417. 1,
conjectura quæri, quid ſignificet. | 728. 64,
animi *conjectura* quid ſignificet. | 418. 26, | 419. 50, | 425. 186,
conjectura unde dicta ſit. | 167. 160,
conjecturalem in ſtatum cauſſa facti non cadit. | 206. 16, | 207. 30, 32,
in *conjecturali* ſtatu idem eſt ſtatus, & τὸ κρινόμενον judicatio. | 207. 32,
conjecturalis ſtatus ad cæteros omnes confert. | 166. 151, aliquando refertur ad qualitatem. | 208. 56,
conjecturalis cauſſa. | 94. 106,
conjectura, conjecturalis ſtatus, quid Latinis Rhetoribus. | 155. 28,
conjecturalis ſtatus tria ſunt tempora. 417.
conjecturæ ſeu quæſtionis de facto capita ſunt præſertim tria. | 422. 113, 114, 115,
conjecturæ ſeu ſtatus conjecturalis varia nomina. | 167. 163, | 535. 40,
conjecturæ ſive facti quæſtiones quam varias habeant ſpecies. | 418. 419. 420.
conjecturæ ſubjicere, quid ſit. | 169. 208,
conjugationis activæ paſſivæque frequens permutatio. | 567. 28,
a *conjugatis* locus. | 299. 433,
conjuncti ſermonis ratio quænam ſit. | 489. 208,
conjunctum tempus. | 301. 481, quid ſit. | 277. 28, | 278. 19, quid ſit Quinctiliano. | 425. 426. 191,
connexio nunquam eſt falſa, ſi intentio & ratio veræ ſunt. | 341.
connexio poteſt eſſe vera, & tamen falſa intentio, & ratio. | 341. 113,
connexio in epichiremate quid ſit. | 337,
non *conſeneſcat* oratio dimetiendis pedibus ac perpendendis ſyllabis. | 611. 468,
conſequens figuræ nomen apud Rhetoras Tullio recentiores. | 565. 445,
τὰ *conſequentia* Quinctiliani ſunt adjuncta Ciceronis. | 297. 384,
conſignatio quid ſignificet. | 732. 15, | 740. 34,
conſilia & ſententiæ quomodo cauſſis & controverſiis opponantur. | 201, 268,
in *conſilio* aliquid habere, quid ſignificet. | 478. 117,
Conſilium ſcelera non habent. | 425.
in *conſilium* ferre. | 436.
conſilium pertinet etiam ad controverſias figuratas. | 402. 8,
in *conſilium* ſuos metus ferre. | 562. 374,
conſonantium nulla coït, niſi alteram frangat. | 27. 61,
conſonantium quarumdam concurſus vitandus. | 594. 147,
conſtitutio eſt in lege, more, judicato, pacto. | 437. 24, 32,
conſuetudine difficultas omnis levatur. | 695. 87,
ex *conſuetudine* fit natura. | 17. 37,
conſuetudo vires cito facit. | 758. 43, eſt certiſſima loquendi magiſtra. | 47. 7,
conſuetudo loquendi quid ſit. | 47. 7, | 55.
conſuetudo non erit, quod non caret reprehenſione. | 55.
conſuetudo ſermonis eſt conſenſus eruditorum. | 55.
conſuetudo vivendi eſt conſenſus bonorum. | 55.
☞ *Conſul* etymologia. | 52. 141,
Conſulatus quo ætatis anno peteretur. | 301. 473,
boni *conſulere* laborem alicujus. | 350. 77,
conſulere labori alicujus. | 146.
conſulere pro τῷ judicare. | 52. 143, 145,
conſultor dicitur qui conſilium petit; item qui dat. | 390. 357,
conſummari cum mors immatura non patta eſt. | 638. 405,
conſummatio quænam figura ſit Rutilio Lupo | 565. 443,
contenditur de rebus; ſed de perſonis judicatur. | 661. 59,
contentio apud quoſdam eſt antitheſis. | 541. 199, quam figuram deſignet. | 583. 345,
☞ *contentio* ſenſus peculiaris. | 540. 167,
contentionis nomine Cicero quid intelligat. | 170. 230,
in *contextu* & continuatione ſermonis. | 476. plus eſt obſcuritatis. | *ibid.*
τὸ *continens* quid Rhetoribus. | 206. 5, | 207. 27, vocatur aliter firmamentum. | 206. 207.
continentia quid ſignificet apud Quinctilian. | 137. 10,
non *continetur* minore ſtudio facultas, quam paratur. | 668. 72,
non *continuari* decet verba verbis, nec nomina nominibus. | 596. 175,
continuatio brevium verborum, ut & longorum, vitanda. | 595. 171,
continuatio quid ſit Ciceroni & Herenniano Rhethori. | 614. 516,
contra rationem loquendi. | 246. 550,
ante *contractum* ipſum rei. | 234. 231,
contradictio quid ſignificet apud Quinctilian. | 132. 114, | 433. 99,
contradictione uti quid ſit. | 332. 242, | 333.
contradictiones aliæ naſcuntur ex his quæ contradictioni oppoſuimus. | 334. 274. 275,
circa *contradictiones* multi duobus vitiis diverſis laborant. | 330.
contradictiones, quænam ſint. | 230. 140,
contradictioni ubi locus non eſt, quæ poteſt eſſe cauſſa dubitandi? | 195.
contrapoſita quænam vocet Quinctilian. | 587. 446,
contrapoſitum quid ſit Quinctiliano. | 541. 199,
contrarii vocabulo quid intelligat Quinctil. | 326. 87,
contrariorum varia genera quæ ſint apud Ciceronem. | 314. 152, quæ

ſint apud Quinctilian. | 314.
τὸ contrarium ab adverſo ſeparat Cicero. | *326. 86,
contrarium eſt, quo adverſarius bene uti poteſt. | 329. quid ſit Herenniano Rhetori. | 542. 199, quodnam ſit figuræ genus apud Ciceron. | 541. 199,
controverſa confeſſis probare. | 340.
in *controverſia* eadem aliud alii parti prius quæri frequenter expedit. | | 115. 27, 28,
controverſia de genere *judiciali* proprie dicitur, & τοῖς *ſuaſoriis* opponitur. | 95. 113, | 96. 139, 140, | 436. 13,
controverſia & quæſtio quomodo inter ſe differant. | 320. 59, minime communes cum aliis quæſtiones habens. | 304. 551, 561,
in *controverſia* pauca ſunt; extra omnia. | 209. 87, proprie dicitur de litibus in materia civili. | 170. 229, | 465. 63,
controverſia quid proprie ſit, quatenus opponitur τοῖς *ſuaſoriis*. | 161. 35, | 198. 206, | 204. 5,
controverſiarum judicialium genera quæ & quot ſint. | 204. 205.
de *controverſiis* coloratis. | 241. 412,
controverſum pro confeſſo argumentationem vitiat. | 330. 182,
de τῷ *contumeliam fecit*, quod Cicero reprehendit. | 569. 62,
convenit in reum. | 423.
converſio quid ſit Herenniano Rhetori. | 541. 197, quodnam ſit figuræ genus apud Ciceron. | 541. 197,
convertere in laborem tempora ad quietem data. 655. 88,
convertere verba, quid ſit. | 625. 126,
τὸ *converti* ſenſus peculiaris. | 241. 405,
conviciando non conteramus cauſſæ debita tempora. | 400. 64,
convicianiibus etiam male audiendi præſumenda patientia eſt. | 741. 24,
non *conviciari* etiam ſi non poſſimus, nolle videamur. | 679. 180,
conviciis implere vacua cauſſarum. | 741. 20,
convicium quid & quot ſignificet. | 1. 4,
convinctio rectius quam *conjunctio* diceretur a Grammaticis. | 30.
copulatio verborum idem facit, quod ἡ ſyllabarum. | 482.
cordacis nomen trochæo ſeu tribracho datum. | 607. 374,
cordax, quodnam fuerit ſaltationis genus. | 607. 374,
τὸ *Corinthia* quid ſignificet. | 474. 41,
Cornelia mater Gracchorum eloquentiæ multum contulit. | 9.
Cornificius an auctor ſit Rhetorices ad Herennium. | 145. 87, quaſnam figuras vulgatis adjiciat. | 586. 419.
Cornicum oculos configere quid ſit. | 483. 117,
Cornmannus [Henricus] *de miraculis mortuorum*. | 311. 91,
corporis cura mentem obruere. | 78.
correctio ἡ figura, duplex eſt. | 540. 153, nunc dictionis, nunc ſententiæ figura eſt. | 584. 280,
a *corrogatis* laudantur etiam quæ non placent. | 622. 81,
Corvinus [Valer.] | 93. 76,
Corvinum ſcribi poteſt per ὑφ' ἓν ὑπὸ διαστολήν. | 455. 16,
Corvus cur accuſatus fuerit Reipublicæ læſæ. | 444. 166,
Cos inſula quænam & unde dicta fuerit. | 531. 376,
Coſſ. pro τῷ *Conſules*. | 59. 96,
Cotelerii monumenta Eccleſiæ Græcæ laudantur. | 102. 1,
L. Craſſi & Scævolæ contentio. | 449.
Craſſi oratoris acre dictum. | 500. 458, locus laudatur. | 610. 425, | 611. 460,
craſſiore muſa. | 71.
Craſſus quanta memoria valuerit. | 691. 151,
Cratetis Philoſophi *chria* activa. | 65. 19,
credibilium tria ſunt genera. | 284.
credibilius ſi quid eſt altero, id ei contrarium non eſt, quod fuit credibile. | 132. 109,
crediti publici jus tranſire ad victorem non poſſe. | 305.
creditum quid ſit. | 303. 533,
Creſollii error arguitur. | 715. 604.
CreſolliusLudovic. laudatur. | 22. 29, 54. 184, | 250. 5, | 320. 79, | 348. 53, | 528. 321, | 587. 443, | 668. 85, | 694. 73, | 702. 265, | 711. 514, | 733. 35,
Creticum qui pedes bene præcedant. 611. 448,
Creticus pes aliter dicitur amphimacer. | 606. 354, cur ita vocetur. | 606. 354, eſt initiis optimus, & clauſulis. | 611. 445, ſeipſe ſequitur. | 611. 449,
crimen imperfectum, velut pendens & in conditione poſitum. | 441. 113,
crimen ſæpius accuſationem ipſam ſignificat. | 420. 88,
crimina quæ proprie dicantur. | 410. 110,
crimina quædam cauſſas per ſeipſa ſecum habent. | 425.
crimine manifeſto premi. | 725. 133,
Criſpi dictum de Spatales amatore. | 508. 82,
Criſpi [Vibii] dictum in eum qui loricatus in foro ambularet. | 508. 76.
Critolaus contra Rhetoricam artem ſcripſit. | 129. 48,
in *crucem tollere*. | 228.
cruditas, quid. | 139. 45,
cruditatem contrahere. | 435.
Cujacii obſervationes laudantur. | 438. 53, | 444. 159,
culpa ibi non eſt, undecumque cauſſa fluxit. | 435.
culpam deprehenſam tueri pertinaciter, culpa altera eſt. | 400. 84,
in *culpam* vocari pro τῷ accuſari, reum fieri. | 427.
cultu nihil non niteſcit. | 588. 16,
cultus corporis qualis oratorem deceat. | 710. 492, *& ſeqq.*
cultus applicitus rei, quid ſit. | 246. 542,
in τῷ *cum hominibus notis* medium eſſe debeat τὸ *hominibus*. | 490. 233,
in τῷ *nobiſcum*, &c. præpoſitio cur poſtponatur. | 490. 233,
cum, quom, & quum an & quomodo differant. | 56. 11, 12, 13,
cuneari per vim. | 251. 16,
cuneus in acie inſtruenda quid ſit. | 114. 16,
Cuperi obſervationes laudantur. | 311. 91,
cura & ſolicitudo quomodo inter ſe differant. | 468. 108,
cura hæc Plinio ſuccurrit, ut. | 512. 526,
curatores quinam dicantur & quibus dentur. | 438. 57,
curæ oblivione ipſa commendari. | 512. 527,
curæ multum in hoc debet adhiberi, quid proponendum ſit. | 304. 551,
curam agere, aut habere. | 267. 14,
curam quæ fatentur, fidem amittunt. | 468. 117,
Curianum judicium cujuſmodi fuerit. | 449. 29, 30,
curioſus diſtat a diligenti. | 493.
Curtius [Quint.] laudatur. | 343. 139,
L. Cuſpidius quomodo teſtamentum ordiatur. | 628. 194,
τὸ *cuſtodire* ſenſus peculiaris. | 236. 261,
Cydonius laudatur. | 245. 530,
S. *Cyprianus* laudatur. | 723. 98,
Cyrus omnium militum nomina tenebat. | 691. 151,
Cyrus Rhetor Græcus laudatur. | 444. 159,

D

D. Adjiciebatur olim pluribus in verbis. | 57. 33,
Daceriana loci Ariſtotelici expoſitio improbatur. | 30. 118,
Daceriana Plutarchi emendatio improbatur. | 386. 304,
Dacerii explicatio minus probatur. | 566. 5,
Dactyli nomen etiam Anapæſto tributum. | 597. 205,
Dactylus etiam periodum cludet. | 610. 435, cur ita vocetur. | 606. 353, cur ſpondeo non bene præponatur. | 610. 427, quos pedes ante ſe habere poſſit necne. | 610. 437,
Damaſcius laudatur ex Suida. | 511. 160,
Damnare noſtra tempora infelicitatis. 648. 21,
damnari non ſtatim debet is, per quem factum eſt, ut quis periret. | 435.
damnas eſto. | 457. 37,
per *damnationem* legatum quale ſit. | 457. 37,
non *damnavit* nos tarditatis natura. | | 101. 63,
damnant plerique quæ non intelligunt. | 624. 111,
debitoris corpus inter creditores dividi licuit jure XII. tabularum. | 180. 452,
Decemviri quinam fuerint. | 330. 192.
decere quod facias, caput eſt artis. 716. 635,
quod non *decet*, nihil poteſt placere. | 77.
quod *decet*, ipſam utilitatem vincat. | 672. 27,
quod *decet*, fere prodeſt. | 672. 26,
ab eo quod *decet*, utilitas non vere ſeparatur. | 673. 35,
τὸ *decuſum* ſignificatio peculiaris. | 525. 260,
declamandi utilitas & ratio. | 107. 108. 109. uſus quandonam incœperit apud Latinos. | 107. 5,
declamantis habitus quid. | 21. 101,
declamare quid. | 18. 56, | 83. 5,
declamatio erat Forenſium actionum meditatio. | 230. 231. 143, qualis eſſe debeat. | 109. quid ſit. | 18. 56,
declamationes cur & novitiis & conſummatis oratoribus utiles. | 661. 60, cur minus virium habeant, quam orationes. | 648. 39, attributæ Quinctiliano laudantur. | 444. 159,
declamationibus ad pugnam forenſem velut præpilatis exerceri olim ſolebant. | 320. 64, 65,
declamationum abuſus. | 108. 15, 30,
declamator poſitas in affectibus cauſſas propriis perſonis debet induere. | 219. 185,
adverſus *declamatores* qui verbum petebant, quo inciperent. | 667. 66,
declamatorium dicendi genus & forenſe ut inter ſe differant. | 108. 109. 38,

declinari pro τῷ *diſtare*, *differre*. | 584. 375,
declinata verba quænam vocentur. | 584. 358,
declinatio *chriarum* & narrationum quid ſit. | 66. 24,
declinatio de verborum conjugationibus etiam uſurpatur. | 28. 74, | 31. 136, | 33. 183,
declinatio & derivatio verba ſunt apud Quinctilian. ſynonyma. | 486. 170,
declinatio pro formatione nominis ab alio derivati. | 119. 17,
declinatio quænam figura ſit Ciceroni. | 542. 201,
declinatio verborum quid ſit apud Quinctilian. | 486. 170,
decoquere, quid. | 91. 30,
de *decoro* ſervando in orationibus. | 671. 1, 8, 11,
decorum a perſona triplex eſt. | 676. 127, neque ſine arte eſt, neque totum arte tradi poteſt. | 716. 635, quid & quotuplex. | 196. 144,
ne *decreſcat* oratio, & fortiori ſubjungatur aliquid infirmius. | 591. 87,
decretoria pugna quænam dicatur. | 397. 28,
decuriæ judicum quales. | 234. 214,
decurrere per capita, pro τῷ ſummatim dicere. | 351.
decurrere per materiam ſtylo quam velociſſimo. | 654. 62,
decus eſt in dicendo pulcherrimum, cum ſequitur, non cum affectatur. | 467.
dedocendi onus gravius ac prius, quam docendi. | 88.
deducta oratio quæ dicatur. | 221. 249,
δέησις [obſecratio] figuræ genus. | 540. 172, | 546. 294,
defendere difficilius eſt, quam accuſare. | 322. 8,
defenſio Æmilii Scauri. | 318. 35,
defenſio criminis per quem *ſtatum* fiat. | 436. 17,
defenſio facti ad quem *ſtatum* quæſtionis pertineat. | 443. 131,
defenſionis non una eſt lex, certumque præſcriptum. | 240. 393,
defenſionis modi quam varii ſint. | 323. 10, 11, 12, & *ſeqq.*
defenſionis permutatio reprehenditur ſæpe. | 331. 226, 227,
defenſionis ſolicitudine aliquid dubium facere. | 71.
defenſor bonus nemo, niſi qui eloquentiſſimus. | 323.
defenſor prius negabit eſſe factum. | 419.
deficere in primo limine. | 221. 259,
deficere potius, quam deſperare. | 718. 3, 4,
in *definiendo*, a genere perveniendum eſt ad ultimam ſpeciem. | 293. 282, 283,
definitio propriis confirmatur, differentibus ſolvitur. | 293. 292, 293, duobus modis evertitur. | 433. 109, ἡ κατὰ διαφορὰν ſecundum differentiam | 167. 167, Logica quomodo diſtet ab Oratoria. | 428. 15, Oratoria non eſt ad Logicam amuſſim exigenda. | 428. 17, ἡ per ſylleplin σύλληψις, quid ſit Hermogeni. | 430. 43,
in *definitione* maximus eſt uſus propriorum, differentium. | 433. 434. 114, & *ſeqq.*
in *definitione*, quæ duo diſtinguat Quinctilian. | 728. 56,
definitiones Rhetorum non ſunt ad Logicorum amuſſim expendendæ. | 518. 131,
definitionis certus ordo eſt, quid ſit res, an hoc ſit. | 433. 94, 95,
definitionum ſunt quindecim ſpecies ab Iſidoro expoſitæ. | 430. 51,
definitionum tres apud Hermogen. ſpecies a Quinctilian. prætermiſſæ. | 430. 45,
in *definitivo* ſtatu interdum de nomine, interdum de re quæritur. | 428. 429. 19,
definitivum ſtatum alii ad aliud quæſtionum genus referunt. | 431. 63, 64, 65, cur legalibus quæſtionibus quidam annumerarint. | 429. 30, | 431. 65, Cicero quomodo vocet. | 429. 33, 35,
definitivus ſtatus promiſcue dicitur *finis* & *de nomine*. | 253. 18, quid ſit. | 155. 28, pars eſt τοῦ tranſlativi. | 170. 220,
deflectere factum in aliquem. | 421.
quæ *deflexa* utcumque ſunt, ea tanquam exquiſitiora miramur | 99.
deformata prima manu marmora quæ dicantur. | 313. 148,
deformatos fructus oſtendere. | 348. 46,
deformitas cum in aliis demonſtratur, urbanitas; cum in dicentem recidit, ſtultitia vocatur. | 371.
defunctorum pignora producere, quid ſit. | 216. 102,
defunctos appellare numina ſua ſolebant Veteres. | 348. 48,
deguſtare literas vel primis labris. | 726. 13,
δείνωσις Demoſthenica quid ſit. | 367. 110, 112,
δείνωσις & δεινότης eſt orandi vis. | 361. 6, | 500. 446,
δείνωσις quid ſit, & in quo verſetur. | 565. 451,
delectus ibi non poteſt eſſe, ubi numero laboratur. | 511.
deliberandum eſt cum re præſenti. | 612. 491, cum ipſius cauſſæ utilitate | 335. 299,
deliberare cum materia, quid ſit. | | 188. 56,
deliberare, quid ſit. | 199. 240,
deliberatio circa bona vel mala quatuor modis verſatur. | 287. 288. 157, 159,
deliberatio omnis de dubiis eſt. | 194.
in *deliberativa* materia duplici ſimplex quæſtio prius tractanda eſt. | 194. 84,
deliberativa materia poſtulat affectus, ut quæ maxime. | 192. 47, 48,
deliberativas materias quidam ſola utilitate finierunt. | 191. 2,
deliberativi generis ſtylus. | 200. 250, 252,
deliberativi generis duo officia, ſuadere, ac diſſuadere. | 192.
deliberativo a genere Ariſtoteles & Theophraſtus affectationem removent. | 200. 254,
deliberativo in genere quinam ſtatus locum habeant. | 191. 14,
deliberativum genus an in privatis conſiliis locum habeat. | 193 56, 57, an tractatu ſit difficilius, quam judiciale. | 200. 256,
Demades orator orationes ſcribere non eſt auſus. | 129. 41, remex fuit. | 128 35,
dementiæ actio quænam fuerit apud Athenienſes | 428. 9, | 438. 47,
Demetrii pſeudo-Phalerei verſio Latina plurimis erroribus ſcatet. | 567. 14,
Demetrii vulgo Phalerei ſententia improbatur. | 529. 342,
circa *Demetrium* Phalereum inſtitutæ ſunt apud Græcos αἱ μελέται declamationes. | 97.
Demetrius Phalereus eloquentiam primus inclinavit. | 636. 362,
Demetrius vulgo Phalereus laudatur. | 373. 66, | 514. 20, 21, 31, | 515. 63, 64, | 529. 342, | 530. 363, | 532. 396, | 559. 297, | 563. 400, | 590. 59, | 591. 80, | 593. 135, | 608. 379, 387, | 614. 515, 517, 525, 528, | 615. 536, | 743. 1, | 752. 225,
Demetrius ſtatuarius fuit ſimilitudinis, quam pulchritudinis amantior. | 744. 745. 41,
demonſtrativæ materiæ plus nitoris permittunt, quam ſuaſoriæ judicialeſque. | 677. 141,
demonſtrativi generis eventus ad oratorem non ad cauſſam refertur. | 481.
demonſtrativo generi permittitur adhibere plus cultus & omnem artem confiteri ac oſtentare. | 109. 43,
demonſtrativum genus Ariſtoteles & Theophraſtus a parte negotiali removerunt. | 186. 2, negotiis inſeruit mos Romanus. | 186. 4, 5,
demonſtrativum genus quales numeros poſtulet. | 615. 540, omnes dicendi artes aperit, ornatumque orationis exponit | 481. qualem habeat elocutionem. | 481. 59, & *ſeqq.* quem ad finem tendat. | 481. ſolam petit audientium voluptatem. | 481. 55,
Demoſthene aliquid aliquo in loco melius alii dixerunt. | 650. 89,
in *Demoſthene* nec quid deſit, nec quid redundet, invenias. | 635. 349,
Demoſthenes tenue, mediocre & grandiloquum dicendi genus adhibuit. | 746. 93, admodum puer actiones pupillares habuit. | 735. 1, apoſtrophe utitur in exordio. | 222. 276, 277, apud Andronicum hypocriten ſtuduit. | 692. 19, calculos lingua volvebat, ut facilius verba exprimeret. | 699. 184, Ciceronem quantus eſt, fecit. | 643. 501,
Demoſthenes & Cicero multa in Rhetoricis innovarunt. | 511. 152,
Demoſthenes humerorum jactationem in dicendo, qua ratione emendarit. | 709. 456,
Demoſthenes & Cicero ut inter ſe differant. | 643. 494,
Demoſthenes grande ſpeculum intuens actionem componebat. | 701. 234, Græcorum longe perfectiſſimus. | 650. 89, litera ῥῶ laboravit. | 77. laudatur. | 249. 608, | 604. 321, | 336. 19, 21, | 556. 248, | 602. 272, 275, | longiſſimum in pronunciando ſpiritum quomodo effecerit. | 699. 183, Ciceroni non ſatis perfectus eſſe, immo interdum dormitare videbatur. | 722. 77, operam dedit Platoni. | 730. 91, oratorum princeps ac pene lex orandi. | 635. 347, pronunciationi primum, ſecundum, tertiumque locum dedit. | 692. 16, quomodo vitam finierit. | 54.
Demoſtheni nihil detrahi poteſt. | 643. 495,
Demoſthenis apologia. | 721. 52, ſevera compoſitio | 602. 272, conſilium laudatur. | 402. eloquentia cur ſit maxime laudabilis. | 544. 252, qualis fuerit. | 746. 93,
Demoſthenis oratio de Haloneſo an ſit genuina. | 191. 23, pro Cteſiphonte locus laudatur. 577. 239, ſententia laudatur. | 674. 71,
non *denominata* multa ſunt & Græce & Latine. | 473. 20,
denſare orationem. | 714. 582,
Deorum alii geniti ſunt immortales, alii immortalitatem conſecuti. | 187.

Deorum origo e cho. | 187 36,
depalmare, quid ſignificet. | 388. 341,
depellere, pro τῷ defendere. | 153. 66, | 161. 34,
deportatio ut differat a relegatione. | 263. 9,
deprecari, præcipiendi munus. | 113.
deprecatio apud Rhetores quænam ſit & quotuplex. | 439. 77,
deprecatio ἡ συγγνώμη apud quoſnam judices locum habeat. | 323. 33,
deprecatio, pro τῷ depulſio. | 162. 57,
in *deprecatione* quænam plurimum valeant. | 440.
deprehenſi teſtes, qui. | 270. 45,
depulſio pro defenſione ſeu criminum refutatione. | 465. 53, quid ſit apud Quinctilianum. | 397. 11,
derivare culpam in rem. | 439.
derivata ſunt quædam non a verbis modo ſed a nominibus. | 486.
derivatio cauſſæ quid ſit. | 218. 172, | 241. 412, | 439. 65,
derivatio criminis quid ſit. | 241. 412,
derivatione proxima verborum uti, quid. | 189. 90,
deſcendere ad intellectum audientis. | 20. 45, ad petitionem, quid ſit. | 228. 64,
deſcriptio Ciceroniana luxurioſi convivii. | 495. 334,
deſcriptio expugnatæ urbis. | 495. 496 343. 345, & *ſeqq.* M. Cœlii oratoris in Antonium. | 247. 770, 771, 772,
deſcriptio pathetica hominis occiſi. | 368.
deſerere, quid ſit in re militari. | 179. 409,
deſertor quis dicatur & quomodo differat ab emanſore. | 451. 23,
deſiderare magis conceſſeris ea, quæ non ſint poſita, quam dicere. | 427.
deſinere dum deſideramur, honeſtiſſimus finis eſt. | 113. 49,
Deſpauterii errores in Latinæ linguæ Theſaurum irrepſerunt. | 579. 263, errores quidam arguuntur. | 605. 338, fictitius ſoræſmus unde manarit. | 494. 301, Grammatica quot quantiſque ſcateat erroribus. | 579. 263,
Deſpauterius συνεκφώνησιν cum συνοικήσει confudit. | 579. 263, τὴν κυριολογίαν cum τῇ ὀρθοεπείᾳ male confudit. | 579. 263,
deſperare ante experimentum. | 757. 22,
deſperatur turpiter, quidquid fieri poteſt. | 68. 34,
deſtructio quid ſignificet apud Quinct. | 660. 33,
deſtruere aliquem infamia criminum. | 272. 116,
deſtruere, pro τῷ refellere, infirmare, &c. | 272. 101, 116, | 274. 160,
in *deſueſcendis* morari. | 201.
detrahere laudis ſimulatione. | 527. 297,
τὸ *detrahere* quid ſignificet. | 527. 298,
detrimento brevi ultimæ ſenectutis ævum ſeculorum omnium conſequi. | 672. 29,
ad *diverticula* eloquendi confugere. | 625. 123,
ad *diverticula* deſidiæ confugere. | 733. 30,
deverticula & anfractus ſuffugia ſunt infirmitatis. | 560. 340,
devovere ſe, quid ſit. | 266. 8, 10,
δευτερολογία quid ſit & quotuplex. | 212. 8,
Deuteronomium laudatur. | 299. 435,
δημηγορικὸν aut δημηγορητικὸν cauſſæ genus quid. | 150. 2, 3, 5,
τὸ περὶ διαβολῆς quid Ariſtoteli. | 213. 47,
διαβολὴ ſeu διαστολὴ figura apud Julium Rufinian. | 572. 136,
Dialecti Græcorum quæ, & quot. | 39. 121,
Dialectica oratori quatenus utilis ſit. | 728. 56, quomodo poſſit oratori obſtare. | 728. 57,
Dialecticam docebantur olim, antequam Rhetorices præexercitamenta diſcerent. | 97. 170,
Dialectice eſt oratio conciſa. | 136. 28,
Dialectici duas tantum orationis partes agnoſcunt. | 30. 116,
Dialecticus & orator quomodo inter ſe differant. | 728. 49, & *ſeqq.*
διαλλαγὴ figura duplicis eſt generis. | 565. 444, | 576. 216, figura quænam ſit apud Gorgiam juniorem. | 565. 444,
διαλογισμὸς eſt figuræ genus. | 552. 137,
dialogorum libertate geſtire. | 661. 62,
dialogus de cauſſis corruptæ eloquent. laudatur. | 415. 207, | 469. 127, | 604. 319, | 641. 456, | 661. 74, | 722. 78, | 751. 190,
διάλυσιν, διάλυσις, ἀσύνδετον quomodo Latine vocentur. | 542. 200, | 544 245,
διάλυσις *diſſolutio*, quæ figura ſit & quomodo aliter vocentur. | 576. 218, 224,
διαμερισμὸν figuram quomodo deſignet Cicero. | 546. 287,
διαμερισμὸς, diſtributio ut differat a διαιρέσει diviſione. | 546. 287,
ἡ διάνοια & ἡ γνώμη quomodo inter ſe diſtent. | 320. 61,
διαπόρησις [dubitatio] figuræ genus. | 540. 152, | 545. 272, | 550. 83,
διαπορητικὸν controverſiæ genus, quid ſit. | 219. 185,
τὰ διαφορούμενα. | 343. 143,
διασκευὴ quid ſit & quomodo Latine dici poſſit. | 565. 464,
diaſtaſis in pronunciatione quid ſit. | 56. 20,
διαστολὴ dicitur aliter ὑποδιαστολὴ & ὑποστιγμή. | 455. 13,
διαστολὴ Grammatica quid ſit. | 455. 13,
διασυρμὸς ironiæ ſpecies. | 556. 228, quæ figura ſit. | 539. 138, | 545. 262, 282,
διατύπωσις [deſcriptio] figuræ genus. | 540 161, | 545. 278,
διαίρεσιν & ἀπαρίθμησιν figuram ut deſignet Cicero. | 545. 273,
Diaretes [Georgius] Hermogenis interpres ineditus laudatur e Reg. MSS. | 459. 1,
dicacitas quid ſit & unde derivetur. | 374. 76,
dicacitas ſcurrilis & ſcenica oratori alieniſſima eſt. | 376. 118,
dicacitatem in jaciendo, facetias in narrando ponit Cicero. | 378.
dicacitatem inter & urbanitatem quid ſit diſcriminis. | 372. 47,
dicem & faciem pro τοῖς dicam & faciam ſcripſit Cato Cenſorius. | 59, 80,
ut *dicamus* quam optime, curandum eſt; dicendum tamen pro facultate. | 654. 54, quis, pro quo, & apud quem *dicas*, intereſt. | 677. 131,
dicendi ratio quibus contineatur. | 154. 155. 156. & *ſeqq.* an & quid differat a ratione loquendi. | 3. 5, | 18.
bene *dicendi* cupiditate nimia in ſilentium deſcendere. | 653. 47,
dicendi dedit initium natura, ſtudium & incrementum utilitas, ſummam ratio & exercitatio. | 146. 3,
dicendi facultas vera. | 754, 256,
dicendi genera alia ſunt in aliis cauſſis cauſſarumque partibus. | 650. 86,
recte *dicendi* genera ut inter ſe diſcernantur. | 752. 225,
dicendi genera quomodo antiquitus dividerentur. | 745. 70,
dicendi genera tria, ſi ſingula ſpectentur, plures gradus habent. | 754. 257, & *ſeqq.*
de *dicendi* genere multiplici ac vario. | 743. & *ſeqq.*
dicendi genus admirabile majoribus *cauſſis* convenit. | 683. 265,
dicendi genus grande eſt cæteris omnibus præferendum. | 753. 246,
dicendi genus ἰσχνὸν, ἁδρὸν, μέσον ſive ἀνθηρόν. | 752. 229,
dicendi genus medium ubinam locum habeat. | 753. 235,
dicendi primordia, quæ. | 64. 1,
dicendi ars quibus conſtet. | 116. 71, 73,
dicendi aliam eſſe rationem, aliam ſcribendi, putaverunt plures eruditorum. | 751. 202,
dicendi virtutes diverſiſſimæ ſuos amatores habent. | 683. 260,
dicendi vis eſt ἡ δεινότης. | 60. 112,
ad *dicendum* graviter & copioſe, quæ materia ſit abundans. | 730. 113, 114, & *ſeqq.*
in *dicente* qualis labrorum, vultus, oculorum, cervicisque conformatio eſſe debeat. | 77.
dicere videamur accurate non callide | 221.
dicere alia aliis & apud alios magis convenit. | 712. 531,
in ſe *dicere* non eſt fere niſi ſcurrarum. | 388.
dicere quid ſit Ciceroni. | 545. 256,
ne *dicere* quidem videtur, niſi qui diſpoſite, ornate, copioſe dicit. | 666. 33,
dicere proprie, jucunde, credibiliter far eſt. | 366.
dichoreus [ſeu ditrochæus] periodum ſuaviſſime terminat. | 609. 400, | 610. 432,
bene *dici* de una re plus quam ſemel poteſt. | 659. 17,
quando *dicitur* aliter quam ſcribitur. | 752. 224,
dicta in Verrem frigidius, aliis Cicero aſſignavit. | 370. 381.
dicta quædam ſunt quidem urbana, ſed riſum tamen non habent. | 394. quædam ſancte & antique, cur vitanda ſint. | 490. 231,
dicteria venuſtiora ſunt in reſpondendo, quam in provocando, | 372.
dicterii retorquendi multa ſunt genera. | 387. 388.
in *dicteriis* elevandi ratio eſt duplex. | 387.
in *dicteriis* jaciendis quot & quæ conſideranda ſint. | 376.
dicti contumelioſi exemplum. | 395. 443, honorifici. | 395. 442,
dicti genus vocatum conſequens. | 387.
de *dictis* Tullii tres libri olim editi. | 370. 314,
quo *dicto* Tullius Vatinium de commodiore valetudine gloriantem deriſerit. | 387. 320, Curionem ab excuſatione ætatis ſemper incipientem. | 387. 317, Vibium Curium de ſuis annis mentientem. | 386. 390. C. Cæſar Pomponium. | 387. 313,
de *dicto* Ciceronis : Ego quoque tibi

jure ſavebo. | 379. 193,
quo *dicto* Dolabellæ ſervus herum ſuum acerbe notarit. | 393. 417, Auguſtus Tarraconenſes de palma in ara ejus enata glorïantes. | 387. 321, Cicero Fabiam Dolabellæ dicentem triginta ſe annos habere. | 386. 387. Junius Baſſus Domitiam Paſſieni. | 387. Cicero ſexagenarius objurgantes quod juvenculam uxorem duxiſſet. | 387. Eques Romanus Auguſtum objurgantem. | 387.
dictorum ab Afro Domitio urbane ſunt editi libri. | 378.
dictorum acute & urbane nulla eſt exercitatio, nulli præceptores. | 372. 47,
dictorum urbanorum alia ſeria, alia jocoſa, alia media fecit Marſus. | 395.
dictum Afri Domitii ad Cloantillæ filios. | 508. 80, Auguſti ad militem qui libellum timide porrigebat. | 382. 234, Ciceronis de homine prælongo. | 385. 276, 277, de incerta Vatinii morte. | 385. 288, de M. Cœlio melius objiciente crimina, quam defendente. | 385. 289, de occiſi Clodii tempore. | 379. 380. 197, in Accium hominem callidum. | 392. 401, 402, in Hortenſium. | 393. 412, in Hauricum. | 379. 196, in Pictorium Fonteii accuſatorem. | 380. 204, in Sext. Clodium Phormionem. | 381. Lyſiæ de argumentis levibus. | 317. 18, Fabii Maximi de Auguſti congiariis. | 380. 207, Auguſti de duobus Pantomimis. | 384. 266, P. Oppii de genere Lentulorum. | 385. 279, 280, de Germanorum proceritate. | 510. 111, Pedonis de quodam mirmillone. | 382. 243, 244, L. Galbæ de quodam pilam negligenter petente. | 383. 247, 248, Neronis cujuſdam de ſervo peſſimo. | 380. 200, de viro ſtulti. | 510. 112, ejus, qui humile candelabrum emiſſet. | 393. 414, Vatinii in Calvum accuſatorem. | 382. 237,
dictum idem in alio liberum, in alio furioſum, in alio ſuperbum eſt. | 676. 112, Pompeii in Ciceronem partibus diffidentem. | 396. 451, 452, Auguſti in militem qui aliquid improbe peteret. | 392. 397, Hiſponis in objicientem bis acerba crimina. | 394. 422, Chryſippi in triumphos Cæſaris & Fabii Maximi. 382. 240, 241,
dictum ridiculum non ratione, ſed motu neſcio an enarrabili judicatur. | 370. 371. 21,
dictum patris in filium ſua membra lacerantem. | 509. 103,
dictum potius aliquando perdet orator, quam minuet auctoritatem. | 376.
dictum pro τῷ acute dicto. | 369. 8, | 372. 54,
dictum Suillii Trachalus quomodo repercuſſerit. | 387. 388. 327,
dixit abunde quiſquis rei ſatis fecit. 741. 15,
Dictys Cretenſis laudatur. | 644. 509,
didiciſſe nemo non mavult, quam diſcere. | 141.
diducere animum in multiplex officium. | 665. 26,
diducere argumenta in digitos. | 678. 158,
diduci plures in ſpecies. | 302.
Didymus βιβλιολάθας. | 64. 67, cum hiſtoriæ cuidam repugnaret, prolatus eſt ejus liber, qui eam continebat. | 64.
Didymus in Homer. laudatur. | 68. 36, 37,
dic' hanc apud Catonem, pro τῷ diem hanc. | 595. 159,
τὴν διέξοδον figuris quidam annumerant. | 584. 373,
ἡ διέξοδος Fortunatiano eſt digreſſio Rhetorica. | 584. 373, Galeno, Plutarcho, Euſtath. &c. eſt fuſior amplïorque rerum expoſitio. | 584. 373, tria ſignificat. | 584. 373.
διεζευγμένον quodnam ſit figuræ genus. | 543. 220, | 579. 265,
διήγημα ut differat a διηγήσει. | 66. 26,
diffarreatione ſolutum matrimonium. | 294. 315,
difficultas cur utiliſſima ſit exercitationi. | 660. 29,
digamma Æolicum quid, & cujuſnam uſus. | 26. 38,
digitorum certis flexionibus numeros olim computabant. | 703. 302,
digitorum uſus in oratoris actione, quam varius & multiplex. | 705. 339, & ſeqq.
in *digitos* argumenta digerere. | 707. 400,
per *digitos* ſupputandi vetuſta ratio. | 73. 147, 149,
digitus index, quem aliquando numerum ſignificet. | 704. 330,
dignitas ipſa interdum in argumentum facti vertitur, tanquam inde fuerit ſpes impunitatis. | 423.
dignitas tuetur reum. | 423.
digreſſio figura eſt & pars *cauſæ*. | 556. 250, | 557. 252, 253,
digreſſio an & quænam ſit verborum figura. | 543. 222,
digreſſionis oratoriæ varia nomina. | 114. 4, | 252. 43, 45,
in *Diis* variis quænam laudare oporteat. | 187.
δικαιολογία, quæ figura ſit Rutilio. | 586. 434,
δικαιολογικὴ στάσις ſtatus juridicialis. | 164. 110, | 167. 172, 175, | 170. 240, | 171. 254,
τὸ δικαιολογικὸν juridiciale, ſenſu Hermagoreo, quid. | 174. 306, 311,
τῆς δικαιολογικῆς juridicialis lex minimum ſignificatus. | 174. 311,
δικανικὸν dicendi genus quid. | 150. 2,
δικαστὴς cujus generis auditor ſit. | 151. 25,
— dilata ipſis præparationibus fidem perdunt. | 333.
diligentia nimia ſæpe nocet. | 468. 116,
diligentia nimia deterior ſit oratio. | 468. 116,
Diodorus cognomento Cronus nullum eſſe verbum ambiguum putavit. | 455. 3,
Diodorus Siculus laudatur. | 376. 114, | 584. 373,
Diogenes Babylonius. | 10. Diogenes alii. | *ibid.* 36,
ὁ διώκων quiſnam dicatur. | 204. 3,
Diomedes Grammaticus laudatur. | 25. 27, | 380. 205,
Diomedis Grammatici locus emendatur. | 475. 69, | 490. 228, | 594. 150,
Dion Chryſoſtomus laudatur. | 495. 338,
Dion deficientis lunæ caſu non eſt deterritus. | 75. 208,
Dion Nicæus laudatur. | 474. 36,
Dioni quot & quæ ſint Rhetoricæ partes. | 148. 29,
Dionis locus laudatur. | 629. 226,
Dionyſii Halicarnaſſ. de Græcis hiſtoricis judicium. | 634. 330, 340, de Græcis oratoribus judicium. | 635. 347, 351, & ſeqq. de Græcis Poëtis judicia. | 629. & ſeqq.
Dionyſii Halicarnaſſ. Interpretum errores. | 70. 93,
Dionyſio Halicarnaſſ. trochæus conſtat brevi & longa. | 606. 352,
Dionyſius Halicarnaſſeus Rhetor laudatur. | 144. 70, | 220. 228, | 222. 264, | 226. 13, | 241. 412, | 246. 549, | 363. 29, | 364. 55, | 392. 407, | 442. 118, | 469. 125, | 481. 61, | 482. 103, | 511. 160, | 523. 203, | 536. 74, | 544. 227, | 558. 293, 294, 296, | 559. 302, | 562. 370, | 587. 1, | 590. 59, 69, | 596. 190, 197, | 600. 236, | 602. 272, | 606. 352, 357, | 629. 204, 224, 226, | 630. 230, | 631. 261, 268, 272, 276, | 632. 277, 287, 296, | 634. 330, 340, | 635. 347, 352, 353, 357, | 636. 367, 378, | 743. 1, rhythmum eumdem eſſe ac pedem docet. | 596. 197,
διορισμὸς quænam figura ſit. | 545. 264,
diminutio, pro diminutivi nominis forma vel formatione. | 48. 17, 19,
Diphili comici dictum de oculis. | 702. 260,
directa fronte pugnare quid ſit & cui opponatur. | 325. 66,
diſcedere poſſeſſum a vero. | 519. 163,
diſcendi ſtudium voluntate conſtat. | 22,
diſcere non indignandum eſt, quod facere oporteat. | 78.
diſciplinis melior, uberiorque animus ſit. | 497. 374,
diſcipuli præceptores ſuos mentium parentes eſſe credant. | 106. 3, ament non minus, quam ipſa ſtudia. | 106.
diſcipulorum officium erga præceptorem. | 106. 107.
Diſcobolos Myronis. | 115. 46,
diſcrimen omne committere, quid ſit. 420. 87,
diſcrimine perquam tenui quædam dividuntur. | 533.
diſcutere oratione ſcenas, quid ſit. | 359. 219,
diſcutere miſerationem, quid ſit. | 359. 207,
diſertos facit pectus, & vis mentis. | 666. 45,
disjunctio quæ figura ſit apud Ciceron. | 543. 220,
diſparata quænam vocet Quinctilianus poſt Ciceronem. | 314. 156,
diſpoſitio œconomica totius cauſſæ, quam late pateat. | 461.
diſpoſitio eſt rerum, ordine quam optimo, collocatio. | 148. plerumque utilitate mutatur. | 405.
diſpoſitio cauſſæ potentiſſima eſt, quæ conſtitui, niſi velut in re præſenti, non poteſt. | 461. 47, 48, 50, more Homerico facta quænam ſit. 461. 52,
diſpoſitio quid ſit. | 405. 2,
diſpoſitionem bonam orationis præſtat, cui affuerint natura, doctrina, ſtudium. | 461.
diſputatrix pro τῇ dialectica vel logica. | 136. 31,
diſſimulata oratio, quæ dicatur. | 221. 252,
diſſimulatio & ſimulatio quid ſint & inter ſe quomodo differant. | 389. 347, 348,
diſſipata quænam Cicero vocet. | 574. 176,
diſſipatio quænam figura ſit Ciceroni. 542. 214,
diſſolvere contradicta. | 211.
diſſolvitur interdum per partes, quod contextu nocet. | 329. 158,

diſſolutio copulata, quod genus figuræ ſit Quinctiliano. | 576. 224,
diſſolutum quodnam ſit figuræ genus Ciceroni. | 542. 200, | 544. 245,
diſſolutus judex quiſnam dicatur. | 440. 85,
diſtare alicui an apud ſcriptores profanos dicatur. | 282. 36,
diſtincta oratio quomodo fiat. | 696. 122,
diſtinctio ſermonem finiat, an ſenſum intercll. | 697. 132,
diſtinctio quam figuram deſignet. | 583. 348,
diſtrahere pro τῷ differre. | 530. 347,
diverſa priori ſententia. | 90.
diverſa verba tali propoſito. | 676. 104,
diverſa pars, pro τῷ adverſarius. | 209.
qui ex *diverſo* agit. | 316.
diverſus cum dativo conſtruitur per Helleniſmum. | 491. 247, | 527. 295,
dividere verba, quam figuram deſignet. | 625. 127,
divinatio quid ſit apud oratores. | 204. 205. 17, 20,
divinationis nomine quænam judicia vocentur. | 443. 144,
diviſio in digitos diducta. | 259.
diviſio verborum quid ſit apud Philologos. | 530. 349. 351,
diviſio quomodo differat a partitione. | 294. 316, | 405. 2, 3,
in *docendo* acumen, in conciliando lenitas, in movendo gravitas videatur. | 753. 232,
docendo pueros quid aliud agimus, quam ne ſemper docendi ſint. | 100.
docentis ſanctitas teneriores annos ab injuria cuſtodiat, & ferociores a licentia gravitas deterreat. | 86.
docentium quædam non ſunt, ſed diſcentium. | 460.
docere honeſtiſſimum eſt, quod optime ſcias. | 757. 14,
doctrina ſi difficultatem facit, pudendum eſt magis. | 654. 59,
doctrinale Alexandri. | 579. 263,
dochimus pes perperam legitur in Deſpauterio & alibi, pro τῷ dochmius. | 579. 263,
dochimus vox eſt barbara & fictitia pro τῷ dochmius. | 605. 345, 346,
dochmius pes ex quibus fiat. | 609. 403, ſtabilis eſt in clauſulis & ſeverus. 609. 403,
dolet nemo diu niſi ſua culpa. | 349.
dolores etiam veros mitigat tempus. 356. 129,
domeſticus præceptor. | 16.
ne *dominus* appellaretur, Auguſtus vetuit. | 394. 426,
Domitianus Auguſt. ſororis ſuæ nepotum curam Quinctiliano commiſit. | 210 4, 5,
Domitii Afri dicteria qualia fuerint. | 375. jocus in diſpenſatorem qui ad reliqua non reſponderet. | 391. 391, 392, judicium de Virgilio. | 637. 390, laudatur. | 580. 281, ſententia. | 298. 408, | 506. 24, ſimulatio contra ſimulantem. | 390. 381, & *ſeqq.*
Domitius Afer fori princeps erat. | 756. 757. 4, in facetis narrationibus venuſtiſſimus. | 378. laudatur. | 583. 337, | 592. 116, maluit deficere, quam deſinere. | 757. 6, Manlium Suram quo dicto irriſerit. 381.
domo non licet aliquem in jus rapere. | 454. 31,
domus ſua unicuique eſt refugium. | 454. 31,
Donati & Bedæ locus emendatur. | 513. 1,
Donatus in Terent. laudatur. | 203. 241. 412, | 379. 193, | 468. 108, | 579. 263,
δωροδοκία quid ſit. | 212. 27,
Dorypliori quinam ſint. | 321. 88,
de *Doryphoro* Polycleti. | 321. 88,
Drakemburgius laudatur. | 26. 36,
Drepani oppidi etymologia. | 556. 240,
Drelleri Rhetorica laudatur. | 65. 8,
Druſius [Johannes] laudatur. | 400. 84, | 521. 193,
duale Latinum Antonius Rufus admittebat. | 42. 210,
dualia non ſunt τὰ ſcripſere, dixere, &c. | 41. 42.
duapondo & trepondo recte dici Meſſala confirmat. | 37. 76,
dua, tre, & pondo ſunt barbariſmi. | 36. 37.
dubia verba infirmiora in utramque partem ſint, neceſſe eſt. | 426.
dubiis probari dubia non poſſunt. | 317.
dubia verba aliena nunquam nocere poſſunt, niſi aut incerto auctore, aut mortuo. | 426.
dubitatio affert aliquam fidem veritatis. | 550. 83,
dubitatio nunc dictionis, nunc ſententiæ figura eſt. | 584. 376,
dubitatio nunquam incidet rei, quæ undique ſecundum nos ſit. | 195.
ducere pugnum alicui. | 388. 389. 341,
ducere mentem in dubium, pro τῷ dubitare de mente. | 306.
ducere os exquiſitis modis. | 587. 443,
τῷ *ducere* proprietas. | 117. 1,
duci, pro τῷ probare. | 569. 56,
ductus orationis. | 559. 297,
ductus literarum quid ſit. | 13. 89,
ductus orationis quintuplex. | 559. 297,
ductus rhythmicus quid ſit. | 598. 211,
C. *Duellio* poſita columna roſtrata. | 57. 33, 35,
pro τῷ *Duellios* quidam *Bellios* dixere. | 29. 91,
de τῷ dum geminato. | 569. 570. 75, 76,
duplicata verba quæ. | 46. 302, | 489. 225, quid ſignificent apud Ciceron. | | 572. 132,
τὸ *duplicari* verba, quid ſit apud Ciceron. | 543. 230,
duplicata verba quænam dicantur a Tito Livio. | 489. 225,
duplices quam ſi, &c. | 88. 8,
dura verba uſu molliri poſſunt. | 486. 171,
dureſcere in Gracchorum Catoniſque lectione. | 101.
ἡ δύναμις vis. | 119.
δυσπαρακολούθητον obſcurum cauſſæ genus. | 218.

E

Τοῦ E longi ſonus τῷ I ſono vicinus olim erat. | 490. 228,
E pro H in antiquis nummis & marmoribus. | 56. 56,
E quoque τῷ I loco fuit. | 29. 112,
eadem multa ſiunt, ſed aliter. | 137. 51,
ebrietas & ignorantia in qualitate crimen elevant, in conjectura premunt. | 424. 170, 171,
τὸ ἐχόμβρον τύπτειν, quid ſignificet. | 291. 225,
ἐχομβέως τινὸς, quid ſignificet. | 291. 225,
ediſcendo & ſcribendo, quænam plurimum conferant. | 689. 112,
an *ediſcendum* ſit ad verbum dicturis. | 690. 140, | 691. 149,
ediſcenti ſimilis qui dicit, omnem bene ſcriptorum gratiam perdit. | 691. 144,
ediſcere iiſdem, quibus ſcripſerit, ceris, neminem non juvabit. | 688. 98,
ediſcere ad verbum quandonam inutile ſit. | 691. 149,
pro *effectis* relinquere vix dum inchoata. 330. 190,
effectum quidquid in ſuo genere ſatis eſt, valet. | 500.
effeminata levitas & fuco eminens color. | 479.
efficere, pro τῷ argumentis probare. | 239. 362,
Egeſias qualis fuerit ſtatuarius. | 744. 29,
egredi portum. | 221. 258,
egreſſo deſtinatum modum voluminis finem imponere. | 618. 603,
non per ἐγκλίνειν ducendum ſcelus primum. | 423. 142,
per ἐγκλίνειν ducere ſcelus primum, quid ſignificare videatur. | 423. 142,
ἐγκωμιαστικόν narrationis genus, quid ſit. | 226. 27,
τὸ ἐγκλίνεσθαι declinari, de verbis etiam dicitur apud veteres. | 536. 57,
ἐγκυκλοπαιδεία eſt orbis doctrinæ. | 66. 2,
τὸ ἐγκωμιαστικὸν & τὸ ἐπιδεικτικὸν cauſſæ genus aliquantulum inter ſe differunt. | 152. 53, 57,
ἔκβασις exitus, quid ſignificet apud Rhetores. | 300.
τοῦ ἐκδέχεσθαι ſignificatio peculiaris. | 499. 434, | 517. 123,
ἐκκλησιαστὴς cujus generis auditor ſit. 150. 151. 5, 25,
ἐκπύρωσις Heracliti. | 132. 120,
ἐκφώνησις [exclamatio] figura. | 544. 248, | 551. 114, | 586. 418, quid ſit. | 507. 50, ut differt ab ἐπιφωνήματι. | 551. 114,
electa ex veterum orationibus loca ediſcere oportet. | 78. 39,
eleganter dictum id jam demum putant, quod interpretandum ſit. | 477.
elegia amatoria, & hendecaſyllaba amoveantur, aut ad firmius ætatis robur reſerventur. | 62.
ἐλεγκτικὴ & ἀνασκευαστικὴ quæ dicantur. | 132. 114,
elementa prima, id eſt, pueri diſcentes elementa. | 20. 86,
elementarius ſenex. | 20. 68,
elevandi genus eſt etiam cauſſarum relatio. | 587.
elevare verbis quædam. | 239. 347,
de *ellipſi* pronominis τῷ is, ea, id, &c. | 503. 76,
τὴν ἔλλειψιν quidam vocant ἀποσιώπησιν, ſed fruſtra. | 578. 258,
cur *ſynecdoches* nomine deſignetur interdum *ellipſis.* | 499. 434,
ἔλλειψις & ἀποσιώπησις quomodo inter ſe differant. | 578. 258, 259, 260,
ἡ ἔλλειψις figura dicitur aliter συνεκδοχὴ *intellectio.* | 778. 249,
ἔλλειψις quid ſit. | 41.
elocutio colori comparatur, rerum inventio corporis viribus. | 467. 100,
elocutio pars eſt operis [Rhetorici] difficillima. | 466. quibus maxime conſtet. | 620. 20, tranſlucida & verſicolor res ipſas effeminat. | 468. 106, ſpectatur in verbis aut ſingulis aut conjunctis. | 471. 2, antiquorum tum erat optima, ſed noſtris temporibus eſt aliena. | 101.
elocutione mutata manet ſenſus. | 537. 81,
in *elocutione* delectatio magis proprias partes habet. | 464. 36,
elocutionis fucatæ affectatores non or-

namenta quærunt, ſed lenocinia. | 469.

elocutionis fucatæ affectatoribus ſordent omnia, quæ natura dictavit. | 469.

elocutionis commendatio. | 467. 84, *& ſeqq.*

elocutionis tenera cute operire habitum orationis virilem & vim ſtricte robuſteque dicendi. | 320.

elocutionis elegantia tempori ſervit. 101. 56,

elogium quid ſit, & quomodo in malam etiam partem dicatur. | 440. 88,

eloquendi libertatem ſibi relinquere comprehenſis animo rebus. | 691. 449,

eloquens alius eſt a diſerto. | 67. 29, | 466. 75, eo ipſo præſtat hominibus, quo ipſi cæteris animalibus præſtant. | 125. 56,

eloquentem neminem a ſe viſum M. Antonius aiebat; deſertos viſos eſſe multos. | 466. 75,

eloquentes iidem atque ſapientes olim habebantur. | 5. 32,

eloquentia legum latoribus & urbium conditoribus utilis fuit. | 125. 26, 27, regina rerum eſt. | 82. 69, 70, locuples & ſpecioſa vult eſſe. | 342. 131, unde profecta ſit. | 620. 10,

eloquentia faſtigium accepit a Demoſthene atque Cicerone. | 760. 75,

eloquentia canina quænam dicatur. | 741. 23,

eloquentia plus circa movendum valet. | 256. 35,

eloquentia Ciceroni eſt virtus. | 136. 45, 46, 48,

non *eloquentia* ex artificio, ſed artificium ex eloquentia ortum eſt. | 146. 12,

eloquentia quando fuerit a philoſophia ſeparata. | 5. 33,

eloquentia quænam intelligi poteſt hominis optima neſcientis. | 729. 88,

in *eloquentia* lateat quicquid, ſi deprehenditur, perit. | 741. 10,

ab *eloquentia* longiſſime fuerunt diligentiſſimi artium ſcriptores. | 463. 12, 13,

eloquentia maxime pendet a judicio & conſilio. | 401. 1, ſimulari non poteſt. | 733. 39, feratur non ſemitis ſed campis. | 342.

in *eloquentia* quænam latere poſſint ac debeant. | 741. 10,

eloquentia nunquam tanta fuerit, ut non titubet, quoties ab animo verba diſſentiunt. | 723. 96,

eloquentiæ commendatio. | 127.

eloquentiæ utra conferat, ars, an natura. | 134. 135.

eloquentiæ maxima pars conſtat animo. | 20.

eloquentiæ copiis ab arte expoſitis uti noſtrum eſt. | 461.

eloquentiæ non arma ſed tympana dare. | 322. 92,

eloquentiæ genus alios aliud decet. | 675. 98,

eloquentiæ ſtudioſus oratorem aliquem ſequatur, dicentem audiat, imitetur, &c. | 661. 74, quid facere maxime debeat. | 661. 74,

eloquentiæ ſuæ portum ſalutarem aliquibus patefacere. | 737. 12,

eloquentiam libidinoſam reſupina voluptate auditoria probant. | 320. 79, 80,

eloquentiam quidam nullam eſſe naturalem putant, niſi quæ ſit quotidiano ſermoni ſimillima. | 749. 161,

ad *eloquentiam* plus momenti eſt in imitatione & ſcriptione. | 620. 10,

eloquentiam, quæ admirationem non habet, nullam judicat Cicero. | 479. 18,

eloquentiores nonnulli ſibi videntur, quam ut cauſſas agant. | 736. 18,

eloquentis viri oratio aliam habet naturam, aliam ſermo vulgatis. | 750. 171,

eloqui minus efficaciter. | 328.

eloqui quid ſit. | 466.

emancipari apud Romanos filii ob delicta poterant, & ſucceſſionis jure privari. | 441. 112,

emancipatio quid fuerit apud Romanos. | 679. 181,

τὸ *emanere* quid ſit in re militari. | 179. 409,

ἐμβατήριον carmen Lacedæmoniorum. | 69. 61,

emblemata, quænam ſint. | 95. 120,

emendandi quodnam ſit optimum genus. | 657. 5,

emendare ac dilucide dicentium tenue præmium eſt. | 478.

emendatio ipſa finem habet. | 657. 6, pars ſtudiorum eſt longe utiliſſima. | 657. 1,

emendationis eſt adjicere, detrahere, mutare. | 657. 1,

τὸ *eminere* ſignificatio peculiaris. | 510. 121,

Empedocles præcepta ſapientiæ verſibus tradidit. | 25.

ἐμπειρία vel τριβὴ, quid Platoni. | 122. 91.

ἔμφασις ab Herenniano Rhetore vertitur *ſignificatio*. | 507. 54, duas habet ſpecies. | 499. quæ figura ſit & quomodo Latine vertatur a Cicerone. | 539. 134, | 546. 305, | 558. 290, quid ſit & quid efficiat. | 474. 54, 56, quomodo Latine vertatur a Cornificio. | 499. 418,

emugire levata manu. | 113. 36,

enallage. | 42. 227,

ἐναντιότης figura Rutilii ſeu Gorgiæ peculiaris. | 565. 455, quomodo vertatur a Quinctiliano. | 585.

ἐναντιότητα quomodo interpretetur Quinctilian. | 565. 455,

ἐνάργεια *evidentia* vel *repræſentatio* plus eſt, quam perſpicuitas. | 494. 309, ex quibus contingat. | 496. 353, 355, nominatur a Cicerone illuſtratio & evidentia. | 368. 139,

ἐνάργεια quomodo diſtet ab ἐνεργείᾳ. | 256. 285, | 494. 309,

ἐναργείας varia genera. | 494. 495. 496.

ἐναργείας neceſſitas & commendatio. | 494. 313,

ἐνέργεια quid efficiat in elocutione. | 447.

τὸ ἐνδεχόμενον quid ſit. | 284. 77,

ἔνδοξον honeſtum cauſſæ genus. | 217. 218.

de τοῦ *enimvero*. | 569. 66,

Ennii locus de Cethego. | 119. 18, 19, | 696. 108,

de *Ennii* Metieo Suffetieo. | 36. 58,

Ennii verſus de Pyrrho ambiguus. | 456. 31, verſus laudatur. | 594. 152, | 612. 480,

Ennius laudatut. | 390. 354, 355, | 503. 79,

τὸ κατ' ἔννοιαν dicitur de *ſtatibus* qualitatis & finitionis. | 169. 198,

τὸ περὶ ἐννοίας quid Apollodoro Rhetori. | 168. 185,

ens & eſſentia Sergii Flavii. | 487. 174, 175,

τὸ *ens* & *eſſentia* non tantopere aſpernatur Quinctilian. | 487. 176,

ἔνστασις Hermogeniana quomodo Latine vertenda. | 257. 62,

enthymema dicitur oratorius ſyllogiſmus. | 341. 114,

τὸ ἐνθύμημα duo ſignificat. | 336. 2,

ἐνθύμημα, ἐπιχείρημα, ἀπόδειξις, an & quomodo differant. | 280. 281. 282.

ἐνθύμημα Latini commentum aut commentationem interpretantur. | 280. 2, non ſemper ad probationem adhibetur. | 507. 47, quid ſit Hermogeni. | 281. 16, quid proprie ſit. | 507. 43, quomodo appellet Cornificius. | 281. 13, Rhetoricus eſt ſyllogiſmus. | 73. | 281. 14, tres habet ſignificatus. | 280. 5, 6, 7,

enthymema quidam ſolum vocant argumentationem ex pugnantibus. | 336.

enthymematicæ ſententiæ exemplum. | 340. 95,

Ἐνθυμηματικὴ γνώμη quid ſit Ariſtoteli. | 280. 6,

enthymematis optimum genus quodnam videatur. | 336.

enthymematis hypothetici exempla. | 342. 116,

ἐνθυμήματος varia nomina. | 281. 9, 13, 14,

enthymematum ſtipatione oratio conferta non ſit. | 342.

τὸ de *eodem atque alio* quid ſignificet apud Rhetoras. | 428. 2, apud Latinos. | 155. 28, | 173. 284,

τὸ de *eodem & de alio* quidam modo qualitatem eſſe, modo definitionem volunt. | 168. 193, 194, nunc ad qualitatem, nunc ad ſtatum definitivumCicero refert. | 167. 167, | 168. 193,

ἐπαγωγὴ quid ſit & quomodo Latine vertatur. | 297. 377,

ἐπαναλήψεις quæ figura ſit Gorgiæ juniori. | 565. 446,

ἐπαναδίπλωσις quæ figura ſit Alexandro Rhetori. | 572. 132, quæ figura ſit Julio Rufiniano. | 573. 163,

ἐπαναλήψεως figuræ varia nomina. | 544. 236, | 573. 163,

ἐπανάληψις aliis aliud ſignificat. | 492. 252, quid ſit veteribus Grammaticis. | 492. 252,

ἐπαναφορὰ quæ figura dicatur Hermogeni. | 575. 189,

ἐπάνοδος & *regreſſio* quæ figura ſit. | 573. 166,

ἐπιτίμησις reprehenſio figura quænam ſit. | 542. 202, | 544. 247,

ἐπένθεσις quid ſit. | 35. 46, | 625. 124,

ἐπιθύμημα quid Hermogeni. | 281. 16,

ἐπεξηγηματικῶς quid ſignificet apud Scholiaſtas. | 274. 150,

epexegeſis ἐπεξήγησις figura quæ ſit. | 307. 1, | 322. 95,

ἐπεξεργασία quid ſit. | 500. 447,

ἐπερώτημα quid,& ut differat ab ἐπαγγελία. | 226. 25,

de Ἐπιμηνίῳ ἀκαλίᾳ apud Plutarchum. | 730. 98,

Epicuri argumentum de morte refellitur a Plutarcho & Alexandro Aphrodiſienſi. | 339. 62,

de *Epicuri* intermundiis. | 429. 23,

Epicuri opinio de Deo corporeo. | 429. 22,

Epicurus diſciplinas omnes fugit. | 129. 52, fugere omnem diſciplinam jubet. | 730. 96, 98,

ἐπιδεικτικὸν cauſſæ genus quid ſit. | 109. 55, | 152. 53, aliter dicitur ἐγκωμιαστικόν. | 152.

ἐπιδιήγησις quid ſit, & quomodo ea utendum. | 249. 590,

ἐπιδιόρθωσις quæ figura ſit. | 540. 153.

ἐπιείκεια

ἐπιείκεια & ἀκριβοδίκαιον inter ſe opponuntur. | 306. 594,
ἐπιείκεια quid ſit. | 252. 42,
ἐπιδιόρθωσις [purgatio] figuræ genus. | 540. 176, | 546. 296,
ſine *epithetis* nuda eſt & velut incompta oratio. | 524. 231,
epithetis poetæ frequentius & liberius utuntur. | 524. 224,
epithetis τοῖς *taciturna ſilentia, pavidus metus, mœſtus dolor, ſonitus ſonans, βίος βιωτός*, &c. | 474. 49,
his *epithetis* uti, humida vina, lac album, an & ubi liceat. | 524. 224,
epitheto apud oratorem niſi aliquid efficitur, redundat. | 524. 225,
ἐπίθετον antonomaſiæ conjunctione fit tropus. | 534. 24, cur nonnullis tropus non videatur. | 524. 241,
epitheton non ſingula modo, ſed etiam plura verba ſolent efficere. | 524. 237. ornatur maxime tranſlationibus. | 524. 226, plerumque antonomaſiæ pars eſt. | 534 23, proprio nomini ſemper junctum eſſe oportet. | 525. 245, quam late pateat apud Ariſtotelem. | 524. 237, quomodo vocetur a Cicerone. | 524. 219,
ἐπίθετον quot modis Latine vertatur. | 524. 218,
epitheton, ſi a proprio diviſeris facit antonomaſiam. | 525. 244, 245, ſolet fieri adjunctis aliis tropis. | 524. 228,
ἐπίκληρος quænam dicatur Græcis. | 633. 313, | 445. 182,
ἐπίκληρος una e Menandri comœdiis. | 633. 313,
ἐπίκοινα nomina promiſcua, quæ. | 31. 145, | 49. 43,
epilogi maxima pars eſt amplificatio. 360. 237,
epilogis pluribus quando utendum ſit. 360.
in *epilogis* plerumque dejecti & infracti ſumus. | 616. 617.
in *epilogo* creſcere debet oratio. | 356.
in *epilogo* affectus movere accuſatori & reo commune eſt. | 352. quid facere liceat & expediat. | 216. totos eloquentiæ aperire fontes licet. | 360.
ἐπίλογος μερικός partita peroratio. | 360. 244, 245,
epilogus apud Atticos affectibus carebat & cur. | 352. 28, cujuſmodi vocem poſtulet. | 715. 608, *& ſeqq.* interdum leniores affectus habet. | 359. 222,
ἐπιμονή quænam figura ſit, & quomodo Latine dicatur. | 538. 128, | 545. 260,
ἐπίπληξις vel ἐπιτίμησις [objurgatio] figuræ genus. | 540. 172, | 546. 293,
ἐπιπλοκή quænam figura ſit Rutilio Lupo. | 577. 237,
ἐπιπλοκὴ τῶν στάσεων quid ſit. | 459. 1, quid ſit Syriano. | 416. 232,
epiphonema quid ſit & quomodo ab ἐκφωνήσει differat. | 507. 50,
ἐπιστροφή figura quæ ſit & varia ejus nomina. | 573. 147,
ἐπιτάφιος λόγος, quid. | 151. 17,
τοῦ ἐπιτίθεσθαι ſenſus peculiaris | 524. 237, 240,
ἐπιτρέποντες una e Menandri comœdiis. | 633. 312,
ἐπιτροπή ſpecies eſt ironiæ. | 555. 216,
ἐπιτροπή ſeu συγχώρησις [permiſſio] figura quæ ſit. | 542. 209, | 551. 104,
ἐπιτροχασμός quæ figura ſit, & quomodo Latine dicatur. | 233. 193,
| 539. 133, 136,
in ἐπιζεύξει quibus de cauſſis verba geminentur. | 572. 133, 135,
ἐπιζεύξιν figuram quomodo deſignet Cicero. | 544. 230,
ἐπίζευξις [geminatio verborum] figura quomodo aliter vocetur. | 540. 182, | 572. 132, quænam figura ſit, & quomodo Latine dicatur. | 537. 88,
epichirematicæ probationi quot modis occurratur. | 341.
epichirematis intentio ſeu propoſitio apud veteres quid contineret. | 337. 24, 33,
ἐπιχείρημα quid dici judicet Celſus. | 281. quid ſit. | 253. 6, quid ſit hujus ætatis Rhetoribus. | 282. 31, quid Caſſiodoro. | 282. 31, quid Curio Fortunatiano. | 282. 31, quid Hermogeni. | 282. 31, quid Minutiano Rhetori. | 282. 31, quomodo differat a ſyllogiſmo. | 339. 76, quomodo Valgius Latine vertat. | 281. 283. 53, quot partibus conſtet aut conſtare poſſit. | 281. 23,
ἐπιχειρημάτων ἐργασία, quid ſit Hermogeni. | 328. 141,
epichirematos quot factæ ſint partes a quibuſdam, quot a Cicerone. | 337. 22, 23, tres eſſe partes videntur Quinctiliano & plurimis | 337. 31,
ἐπιχειρήματος varia apud Latinos nomina. | 281. 24, 25, | 282.
ἐποχή ſuſtentatio figura eſt apud Celſum Rhetorem. | 551. 97,
epodos quid ſit. | 641. 448, unde dicatur. *ibid.*
ἐποικοδόμησις quænam figura ſit Euſtathio Theſſalonic. | 577. 237,
de *Ephoro* hiſtorico judicium. | 634. 342,
Ephorus ſpondeum & tribrachyn fugiebat. | 607. 370, pæonem pedem ſequebatur. | 607.
equus decentior, cujus adſtricta ſunt latera. | 480. 45,
Eraſmi Eccleſiaſtes laudatur. | 548. 38, | 556. 232,
Eraſmi opus de copia verborum & rerum laudatur | 304. 551, | 620. 27,
Eraſmi proverbia laudantur. | 311, 103,
Eraſmus laudatur. | 258. 77, | 263. 2, | 675. 96,
Eratoſthenis opinio de ſolis magnitudine | 418. 33,
erat, pro τῷ eſſet. | 114. 6,
ἐργασία, ἐξεργασία, ἐνεργασία de argumentationibus uſurpantur. | 239. 362,
ἑρμηνεία, quid ſit apud Demetrium pſeudo-Phalereum. | 395. 439, | 743. 1,
liber περὶ ἑρμηνείας inſcribitur etiam περὶ φράσεως. | 200. 254,
τὸ περὶ ἑρμηνείας, quomodo verti Latine debeat | 200. 250, 254,
ἐρώτημα interrogatum & πύσμα quæſitum quomodo differant. | 539. 148, | 548. 28, 32,
errores Librariorum & Typographorum unde oriantur. | 193. 78,
error honeſtus eſt magnos duces ſequentibus. | 47.
ἔρρυθμον quicquid eſt, in oratione proſaica vitandum. | 604. 334,
non ἄρρυθμον quomodo differat a τῷ ἐρρύθμῳ. | 600. 236,
erubeſcere aliena ſtultitia. | 399.
erubeſcere aliquid & aliqua re. | 399. 43,
eruditionis famam unde quidam affectent, ut quædam ſoli ſcire videantur. | 475.
de τοῖς ἐσχηματισμένοις λόγοις figuratis controverſiis quinam ſcripſerint. | 558. 293, *& ſeqq.* | 559. 297,
ἐσχηματισμένον λόγον controverſiam figuratam dixit Quinctilian. | 560. 321, *& ſeqq.*
τῶν ἐσχηματισμένων λόγων controverſiarum figuratarum frequens materia. | 559. 299, *& ſeqq.*
ἐσχηματισμένου λόγου controverſiæ figuratæ triplex eſt uſus. | 559. 297, *& ſeqq.*
ὁ ἐσχηματισμένος λόγος controverſia figurata confinis eſt ἐμφάσει. | 558. 293, in foro etiam locum habet. | 560. 330, duplici ſenſu intelligitur. | 558. 296, quid ſit & quomodo differat ab εἰρωνείᾳ | 558. 294,
τὸ *eſſentia* & *entia* Flavii dura videntur. | 117. 3, 4,
τὸ *eſſentiæ* nomen Muretus a Cicerone uſurpatum fuiſſe probavit. | 164. 115,
τοῦ *&* particulæ vis emphatica. | 125. 18,
etymologia in definitione maxime rara eſt. | 434.
ἐτυμολογία quid ſit & quomodo Latine dicatur. | 292. 273,
etymologiæ quorumdam ridiculæ. | 54. 180,
etymologiæ duplex uſus. | 51. 119, in definitionibus aſſignatur locus. | 52. quidam ſubjecerunt omnem nominis cauſſam. | 54. 180, varia nomina | 51. 118,
Etymologicum magnum laudatur & emendatur. | 388. 327,
Evangelia κατὰ Matth. & Lucam laudantur. | 274. 150,
evaneſcunt hæc & emoriuntur comparatione meliorum. | 755. 277,
Evathlus artem, quam edidit, a Protagora decem millibus denariorum emiſſe dicitur. | 142. 35,
εὐχή [optatio] figuræ genus. | 540. 177, | 546. 298,
εὐχωλή genus orationis. | 152. 44,
Eudociæ Imperatricis metaphraſis in Octateuchum. | 659. 15,
Eumenius Rhetor laudatur. | 515. 63,
evidentia quid ſit & efficiat in narratione. | 237.
Eunapius laudatur. | 744. 27,
evocare ictum quid ſit in re gladiatoria. | 334. 277,
evolvere propoſitam rem quid ſit. | 401. 94,
Eupolis Poeta comicus laudatur. | 69. 77, 78, | 729. 90,
εὐφανιζόμενος quiſnam ſit. | 368.
εὐφημισμός quid ſit. | 239. 347, | 563. 389, & efficiat. | 528. 307,
de *Euphorione* Poeta. | 630. 242,
εὐφωνία quid. | 34. 15,
Euphranorem pictorem quid admirandum faciat. | 744. 27,
de *Euripide* judicium. | 632. 292, 296,
apud *Euripidem* argumentum ex nomine Polynicis frigidum. | 287. 148,
Euripides laudatur. | 312. 123, | 362. 22, | 392. 393, | 493. 272, | 497. 386, oratoribus utilior Sophocle. | 632. 292,
Euripidis Hecuba laudatur. | 166. 138, Hippolytus laudatur. | 166. 138, laudatio. | 632. 296, *& ſeqq.* Medea laudatur. | 299. 428,
Euripus quid ſit. | 526. 270,
Europai per διαίρεσιν, | 37.
εὐρυθμία, quid in corporis motu. | 71. 105,
Euſebius Cæſarienſ. laudatur. | 512. 164, error Interpretis, qui ejus

Commentar. in Pſalmos Latine vertit. | 512. 164,
Euſtathii παρεκβολαὶ in Homerum laudantur. | 278. 262,
Euſtathius Theſſalonicenſ. laudatur. 58. 61, | 436. 161, | 522. 203, | 659. 15,
exactor ſtudiorum. | 23,
exanclare, quid. | 54. 191,
τὸ *exaquatum*, quam figuram deſignet in Aquila Rom. | 583. 340,
excedere modum parvæ quæſtionis. | 59.
elata & excelſa non ſunt affectanda ſemper. | 248. 582,
excelſius quid Quinctiliano. | 202. 3, 11,
excidere, pro τῷ oblivioni tradi. | 80. 27, | 240. 387, pro τῷ oblivisci. | 686. 52,
τὸ *excido*, pro τῷ obliviſcor. | 709. 471,
τὸ *excipere*, pro τῷ ſuccedere, ſubſequi. | 603. 308,
excipere, pro τῷ ſuſtinere, reſiſtere, ſe tueri | 112. 9,
excitate lectores, quid ſit. | 378. 173,
excitari de ſpectaculis, quid. | 163. 94,
τὸ *excitatius* quid ſignificet. | 568. 44,
excitatus, pro expergefactio. | 238. 323,
τὸ *excitatus*, quid ſignificet. | 273. 136,
exclamatio Ciceroni figura eſt verborum. | 586. 418, figura eſt ſententiæ, potius quam verborum. | 586. 418,
excurrere in ſtudiorum ſeceſſus. | 661. 64,
excurrere, quid ſit apud Rhetoras. | 250. 3,
excurſio, quid ſit Rhetoribus. | 243. 473,
excuſare officii ſui neceſſitatem. | 679. 186,
excuſate fieri videtur. | 85.
excuſatio criminis per quem ſtatum fiat. | 436. 19,
excuſatio facti ad quem ſtatum quæſtionis pertineat. | 443. 132,
excutere aliquem, quid ſit. | 410. 103,
executio loci alicujus quid ſit. | 328. 141,
τὸ ἐξέχον quid ſit Philoſtrato. | 698. 166,
exempla cur homines malint, quam verba. | 622. 72,
exempla plurimum in conſiliis poſſunt. | 196. 145, ſunt potentiora ipſis artibus. | 622. 72, ſi dubia erunt, fabuloſa dicere licebit; ſin vera, maxime quidem diſſimilia. | 327. 129,
exemplis fabuloſis quomodo ſit utendum. | 310. 82,
quod de *exemplis*, idem de judicatis obſervandum. | 328. 134,
exemplis, quæ ſunt diſcentibus magis familiaria, utendum eſt. | 420.
exemplis veteribus artium ſcriptores utuntur, nullum novum inveniunt. 606.
exemplo ſi ſemper opus eſſet, nihil fuiſſet inventum. | 647. 9,
exemplorum diverſa ſunt genera. | 309. 310 & *ſeqq.* infinitus eſt numerus. | 301.
in *exemplum* aliquid proponere. | 412. 140,
exemplum generaliter ſumitur & ſpecialiter. | 307. 2, 3,
in *exemplum* operis aliquem ſumere ſibi. | 321.
exemplum pro re magni momen. | 212. 23,
exemplum, quid proprie ſit. | 309. 30, τὸ a pari & ſimilitudo differunt. 307. 7,
non *exequi* eo ordine, quo quidque propoſueris, turpiſſimum eſt. | 260.
exercitatio potentiſſimum eſt diſcendi genus. | 129. talis ſit, qualis uſus. 695. 84,
exercitatione omnia convaleſcunt. | 694. 74,
ἐξεργασία, quid ſit. | 500. 447,
ἐξετασικὸν cauſſæ genus, quid ſit. | 152. 37, 38,
exhedra, quid ſit. | 687. 58,
exheredatio Romanorum abdicationi Græcorum reſpondet. | 441. 112,
exhortatio figura eſt Rutilio & Celſo. | 565. 449,
exigere literarum ſonos, quid. | 26. 31,
ut *eximam* maximam partem quæſtionis. | 721. 32,
eximatur hoc prorſus animo. | 723. 103,
eximi turbæ. | 634. 341,
ἕξις habitus, quid ſit. | 619. 2, 3,
exiſtimatio & æſtimatio ut invicem differant. | 286. 133,
τῦ *exitus* & τῦ *exire* ſenſus peculiaris. | 589. 45,
τὸ κατ' ἐξοχὴν, ad quid revocaverit Quinctilian. | 520. 166,
ἔξοδος, quid ſit. | 296. 365,
exordia in demonſtrativo genere maxime libera ſunt. | 192. 37, ex iis etiam, quæ ſunt adjuncta perſonis & cauſſis, ducuntur. | 216. Salluſtii in bellis Catilinar. & Jugurth. | 192. 39, 41, Meſſalæ qualia ſint pleraque. | 213. quomodo perfici facillime poſſint. | 220.
exordii modus, ſeu longitudo. | 222. 260. duæ ſunt partes, & quænam. | 218. 152, 153, varia nomina. | 211. vis eſt etiam in aliis orationis partibus. | 224. 302, 303,
in *exordio* judex quomodo concilietur. | 213. adverſarii perſona quomodo tractanda ſit. | 213. 47, apoſtrophe an locum habere poſſit. | 222. 267, 269, judicis animus varie præparatur. | 616.
de *exordio* ab actione adverſarii. | 216. 114,
in *exordio* animus judicis quibuſnam ſit agitandus. | 216.
exordio quæ vox, qui geſtus congruant. | 714. 566, 567,
exordio cur utendum ſit. | 212.
in *exordio* dominantur τὰ ἤθη [affectus leniores] in epilogo τὰ πάθη [vehementiores.] 464. 35, detrahenda vel confirmanda judicum opinio. | 214. 70. an ex quæſtionibus aliqua ſint locanda. | 215.
exordio materiam partis adverſæ patronus, quomodo det. | 213.
in *exordio* metus judicum amovendus aut adhibendus. | 214.
exordio auditor, quomodo ſit præparandus. | 212. 10.
in *exordio* qualis eſſe debeat oratio. | 221. 249, 250, oratori favorem quænam concilient. | 216. quæ ſint vitanda. | 213. 221. litigatoris perſona quomodo ſit tractanda. | 213.
exordio unde multum gratiæ ſit. | 220. 220,
exordiorum vera vitia, quæ ſint. | 223.
exordium commune, quid ſit. | 223. commutabile, quid ſit. | 223.
exordium ἐξ ὑπολήψεως, quodnam ſit Hermogeni. | 550. 69, ut differat a προλήψει præſumptione figura. | 550. 69,
exordium e re natum. | 220. 222, figuras & tropos aliquando admittit. 223.
exordium Gorgiæ in Olympico [λόγῳ.] 192.
exordium an intra quatuor ſenſus terminandum ſit. | 222. 262, 263, pro cauſſarum varietate variandum eſt. | 218. 152, Demoſthenis pro Cteſiphonte quale ſit. | 216. 114, 115, 116.
exordium quando ſupervacaneum ſit. 223. 224. 301, quomodo diſſet ab epilogo. | 215. 99, | 216.
exordium ſeparatum, quid ſit. | 223. tranſlatum quid ſit. | 223. vulgare quid ſit. | 223. 297,
exornare, pro τῷ commendare, laudare, confirmare. | 272. 100,
exornatio & expolitio inter ſe differunt apud Herenn. | 337. 37. | 339. 76,
ἐξουθενισμὸς, quæ figura ſit, & quomodo Latine vertatur a Cicerone. | 539. 137, | 545. 261,
ἐξωτερικὰ τῦ Ariſtotelis. | 143. 54,
expectorare. | 486. 168,
quid *expediat*, & quid deceat, plerumque conjuncta ſunt. | 672. 25,
experimentis facillime ad conſentiendum homines ducuntur. | 196.
experimentum habetur velut quoddam rationis teſtimonium. | 201. 264,
ἐκποίησις τῦ γένους filii quando dicantur. | 441. 112,
explicantibus ſe in proferenda manu digitis. | 703. 294,
τὸ *exponere*, quid ſit apud Quinctilian. | 231. 156, expoſitio, quid apud eumd. | 203. 26, | 217. 130, | 224. 210,
de *expoſitis* filiis lex. | 563.
expoſitus maxime ſcriptor. | 100. 48,
exſpecto differt a τῷ expecto. | 56. 8,
extemporalem dicendi facultatem quis primus repererit. | 664. 1, quo maxime modo conſequamur. | 665. 19, & *ſeqq.* | 667. 55,
extemporales dictiones. | 95. 119,
extemporali dicendi facultate, quomodo utendum. | 668. 75,
extemporalis dicendi facultas utilis, immo neceſſaria. | 664. 1, & *ſeqq.*
extemporalis oratio. | 220. 223, | 684. 10,
ex temporalis temeritas male cohærenti cogitationi præſtat. | 663. 22,
ex tempore dicendi facultas maximus ſtudiorum fructus eſt & velut præmium. | 664. 1,
exercitatione ſola continetur. | 668. 75,
ex tempore carmina quinam fuderint. | 667. 60, 61, 62,
extendere verba quid ſit. | 625. 124,
extenuatio figura eſt, & quænam. | 539. 137, | 545. 262,
extra cauſſam uberior ſemper materia eſt. | 209. 85, 87,
extra dubitationem eſt. | 413.
extrarius accuſator quiſnam ſit. | 438. 45,
extrinſecus adhiberi in cauſſam, quid ſit. | 315. 174,
τὸ *extrinſecus probari*, aliud eſt a τῷ extrinſecus adduci vel adhiberi in cauſſam. | 305. 586,
exuere mentitum colorem. | 755. 283,
exul quis dicatur, & quænam amittat. 406. 19,
ad *exules* nulla lex pertinet. | 415. 205,
E, I jungendis olim utebantur in certis caſibus & numeris. | 57. 47,
εἶδος formam & ſpeciem ſignificat. | 294. 309, quid ſit apud Proclum. 567. 14,

τὰ εἰκότα pro ſignis apud Rhetoras non leguntur. | 279. 28,
τὸ εἰκὸς probabile quomodo definiat Ariſtoteles. | 284. 73,
τὰ εἰκότα ſunt probabilia & veriſimilia. | 284. 73,
εἰκὼν & μεταφορὰ quomodo inter ſe differant. | 312. 122,
εἰκὼν imago ut differat a parabole & exemplo. | 542. 217,
εἰκὼν εἰκασμὸς figuræ genus. | 542. 543. 217,
εἰκὼν imago quid ſit apud Philologos. | 515. 52, quid proprie ſit. | 312. 122, quid ſit Rhetoribus. | 496. 362,
εἰρομένη λέξις quæ dicatur Ariſtoteli. | 615. 538,
τὸ εἰσίχον quid ſit Philoloſtrato. | 698. 166,
τὸ ἦτα longius eſt in τῷ πλῆν, quam in τοῖς πλὴν, ἦν. | 606. 357, unde ſit Græcum H | 58. 56,
τὰ ἤθη quid Rhetoribus. | 154. 5, 8,
τὰ ἤθη & πάθη quomodo inter ſe differant | 557. 258,
ἠθικαὶ πίστεις quænam dicantur. | 276. 22,
ἠθικὴ unde dicatur. | 363.
ἠθικὸς controverſiæ genus, in quo mores hominum conſiderantur. | 219. 185,
τὸ ἠθικῶς quid ſignificet apud Scholiaſtas. | 598. 211,
ἠθολογία, an differat ab ἠθοποιΐα | 65. 9, eadem eſt quæ ἠθοποιΐα | 557. 256, | 586. 433, quid ſit & quomodo differat a chria & ſententia. | 65. 8, 9,
ἠθολόγος & ἠθοποιός. | 65. 9,
ἠθοποιεῖν & ἠθοποιὸς λόγος, quid ſit. | 237. 287,
ἠθοποιΐα figura quænam ſit. | 540. 157, | 545. 308, | 557. 256, | 586. 433, quid ſit. | 199. 224,
ἠθοποιΐα vel ἠθολογία, quid ſignificet. 363. 29, | 364. 56.
ἠθοποιΐα vel μίμησις cur inter leniores affectus numeretur. | 557. 259,
τὸ ἦθος accuratius definit ſeu deſcribit Quinctilian. | 364. 53, 54, apud Scholiaſtas quid ſignificet. | 628. 195, Ariſtoteli eſt bona indoles quæ virtutem præ ſe ferat. | 364. 53, 54, | 366. 82, eſt comœdiæ ſimile. | 366. 89, eſt lenior affectus. | 507. 50,
τὸ ἦθος exprimente nomine caret ſermo Romanus. | 363. 28,
inter ἦθος & πάθος quid diſcriminis ponat Emporius Rhetor. | 363. 39,
inter ἦθος & πάθος medium affectum admiſit Quinctilian. | 365. 74,
τὸ ἦθος & πάθος quomodo inter ſe differant. | 363. 32,
τὸ ἦθος quem peculiarem ſenſum habeat apud Scholiaſtas. | 598. 211, quomodo deſcripſerit Ariſtoteles. | 363. 28, quomodo Latine vertat Quinctilian. | 363. 28, quomodo Latini vulgo vertant. | 363.
ἤθεοι cælibes. | 53.

F

F. Latinorum litera, pene non humana voce profertur. | 747. 116,
Faber (Nicolaus) laudatur. | 397. 28,
a Tanaquil. *Fabri* cenſura vindicantur. Dionyſ. Halicarnaſſ. & Quinctilian. | 596. 197,
Fabricius Cornel. Rufin. malum civem cur Conſulem ſuffragio ſuo fecerit. | 725. 136, dicebat a cive ſe ſpoliari malle, quam ab hoſte venire. | 725. 138,
Fabricii (Franc.) hiſtoria Ciceron. laudatur. | 721. 55, 57,
fabula ſtrictiori ſenſu de tragœdia dicitur. | 90. 7,
fabulæ nomine Æſopi maxime celebrantur. | 311. 90, 91, variis nominibus appellantur. | 311. 90,
fabularum primus auctor Heſiodus, non Æſopus. | 311. 90, 91,
in *fabulis* varii ſunt variarum perſonarum motus. | 706. 707. 394, 395,
face, dice, duce dicebant antiquitatis affectatores. | 50. 91,
facere ingenii famam. | 734. 15,
ſigna *facere*, pro τῷ ſignorum loco habere. | 279. 42,
facilius eſt multa facere, quam diu. | 80.
plus *facere*, quam idem, plerumque facilius eſt. | 648. 29,
faces ad ſtudia ſubdere. | 20.
faceti etymologia, quam Hoelzinus attulit, rejicitur. | 370. 71,
facetiæ figuras mentis omnes recipiunt. | 386. 292,
facetiarum diverſa genera in tropos omnes cadunt. | 384. 275, poſſunt invicem permiſceri. | 383. 249,
facetiarum gratia major eſt, cum captare riſum non videntur. | 375. mixtura optima, quæ ex pluribus conſtat. | 383.
facetum fuiſſe Demoſthenem Cicero ait, non dicacem. | 370. 9, | 374. 79,
facetum non tantum circa ridicula conſiſtit. | 373. 71,
facetum quid ſit. | 373. 71.
faciendi modus quid ſit apud Quinctilian. | 567. 28,
facies dicentis recta ſit. | 77. 29,
facies adverſa quæ dicatur. | 115. 39, 40,
facta interdum magis proſunt noſtra, interdum aliena. | 426.
facta noſtra ſemper magis nocent, quam aliena. | 426.
pro *facto* eſt quicquid volumus. | 358. 193,
τὸ *factum* aliquando ſignificat facti genus, naturam, qualitatem. | 441. 110,
facultas quid ſit apud Rhetores. | 291. 237,
τοῦ *fallere* ſignificatio peculiaris. | 475. 63,
ut *falſa* etiam defendantur, aliquando exigit communis utilitas. | 132. 110,
falſa frequenter ſunt veriſimilia. | 231. 165,
τὸ *in falſo* quid ſignificet. | 427. 216,
famæ ultimus ſit locus, ubi res agitur & vera dimicatio eſt. | 481. 63, 64,
famam in tuto collocare. | 757. 18,
de *familia* Anchariana. | 224. 305,
familiariter noſſe totam cauſſam. | 269.
τὰ *fari* & *nuncupare* verba ſunt neceſſaria. | 485. 146,
faſces ſubmittere, quid. | 188. 63,
faſtidio verborum laborare, quid ſit. | 484. 123,
fateor feciſſe, pro τῷ feciſſe me fateor. | 421. 97,
fateri curam, quid ſit. | 468. 117,
fatigari cogitatione ipſa ſuſcepti operis. | 211.
favor pro laborantibus eſt naturalis. | 213.
febris quiete & abſtinentia mitigatur. | 128.
ſi *feci*, nihil ad rem pertinet cur fecerit. | 424.
de τῷ *feci* ut invocarem, pro τῷ invocari. | 210. 9,
fecit Teucer Ulyſſem reum Ajacis occiſi. | 227.
ferire femur an orator in pronunciatione poſſit. | 708. 426,
Ferrarius de re veſtiaria laudatur. | 711. 497, 502, 503, | 512. 524,
ferre mortem, an & quo ſenſu ſit impropria locutio. | 472. 473. 17,
ferrum pro gladio proſa recipiet. | 517.
τὸ *fervere* apud antiquos brevi media ſyllaba dicebatur. | 48. 20,
Feſti Pompeii locus emendatus ex editione Daceriana. | 184. 513,
Feſtus Pomp. laudatur. | 742. 32,
fictam orationem inducere perſonis, quid ſit. | 216. 101,
fide quali opus ei ſit, qui ad defendendas cauſſas advocatur. | 722. 82,
τὸ de *fide* rerum pertinet ad ſtatum conjecturalem ſeu quæſtionem facti. | 465. 59,
fidei commiſſum, quid. | 177. 368, tacitum. | 560. 326, verum quodnam ſit. | 560. 326,
fidem præſtare, quid ſit. | 443. 154,
fides difficillima eſt graviſſimi cujuſque ſceleris. | 251. 24,
fides eſt habenda vel in hoc, ut qui crediderit, & ſperet. | 691. 152, prævenit vires fiducia, | 735. 9,
ex *fiducia* bonæ mentis. | 737. 9,
fiducia oratoris locum probationis obtinet. | 333 in cauſſa etiam indubitabili ſeipſa nimium non exerat. | 220. ſolet opinione arrogantiæ laborare. | 216.
fiduciam orator præ ſe ferat. | 333. 264,
figura circa genus in nominibus. | 567. 21,
figura duobus modis dicitur. | 535. 47, & mutatione partium | 568. 37, & propriis verbis & ordine collocatis fieri poteſt. | 535. 29, in numero. | 567. 32, in verbis. | 567. 25, non eſt ſimplex rei cujuſque enunciatio. | 538. 116, aperta perdit hoc ipſum quod figura eſt. | 559. 308,
figura pro τῷ ἐσχηματισμένῳ λόγῳ figurata controverſia. | 559. 308, 311, | 560. paſſim. | 563 384, 402, 406, qua in re maxime ſit utilis. | 567. 17,
figura pro terminatione caſuum in nominibus | 51. 105,
figura quomodo duplicetur. | 552. 147,
figura ſententiæ & figura elocutionis frequentiſſime coeunt. | 537. 84,
figura ſententiæ plures habere verborum figuras poteſt. | 537. 82,
figura Ciceroni quid proprie ſit. | 538. 119, 120, 121, 122,
figuræ plures una in locutione inveniuntur | 549. 64,
figuræ nomen non merentur ordo, dinumeratio, & circumſcriptio. | 585. 391,
figuræ aliæ ſunt ſententiarum, aliæ verborum. | 537. 90, aliquot Celſo Rhetori peculiares. | 565. 450, & *ſeqq.* denſitate ipſa aperiuntur. | 560. quomodo & quantum differant a tropis. | 534. 17, 19, | 535. 29, quænam conſtent maxime ſimulatione. | 551. 107,
figuræ definitio Quinctilianea. | 534. 19,
figuræ dictionis duorum ſunt generum. | 566. 8, 9, | 572. 130,
figuræ genus Grammaticum. | 567. 11, fit iiſdem generibus, quibus vitia. | 567. Rhetoricum. 567. 11,
figuræ laboranti compoſitioni variatæ ſuccurrunt. | 612. 490, meliores iis,

quas antiqui tradidere, non poſſunt reperiri. | 585. non ſunt totidem, quot affectus. | 538.
figuræ verborum quædam paulum figuris ſententiarum declinantur. | 584. 375, poſſunt adhue plures reperiri. | 585. 387,
ſententiarum *figuræ* quam multiplicem utilitatem habeant. | 537. 96, | 538. 105, 107,
figuræ verborum quam ſint mutabiles. | 566. quandonam ferri non poſſint. | 587. 446,
figuræ quædam ita receptæ ſunt, ut pene jam hoc nomen effugerint. | 567.
figuræ ac tropi quid commune habeant. | 533. 11, 12, ſecretæ & extra vulgarem uſum poſitæ quid efficiant. | 567. 19,
ne *figuræ* quidem quæ rectæ fiunt, denſandæ ſunt nimis. | 587.
figuræ ſententiarum ubinam ſint præſertim adhibendæ. | 587. 445,
figuræ verborum quam ſint utiles & jucundæ. | 572. 128, ubinam ſint præſertim adhibendæ. | 587. 445,
figuræ ut ornant orationem opportune poſitæ, ita ineptiſſimæ ſunt, cum immodice petuntur. | 587.
figuram admittere aliud eſt, & aliud figuram eſſe. | 538. eamdem alii aliter appellant Rhetores. | 541. 182, | 544. 236. | 572. 132, latiori ſenſu Cicero, ſtrictiori Quinctilianus intelligit. | 547. 4,
figuram patris lædere quid ſignificet. | 442. 118,
figurarum Ciceroniano ſenſu intellectarum utilitas & neceſſitas. | 547. nomina fingere Græcis promptiſſimum eſt. | 538. 115, tertium genus quodnam admiſerit Cicero. | 543. 225, | 547. 548. genus unum quidam putaverunt. | 536. ſatietatem ut varietas, ita raritas effugit. | 572. 129, varietas, affectus maxime ducit. | 538. 105,
de *figurarum* uſu quid inprimis ſciendum ſit. | 587.
figuras a tropis differre quomodo probet Rhetor Alexander. | 534. 17,
figuras a tropis doctiſſimi Rhetores diſtinxerunt. | 533. 4, quas Ciceronianis adjunxerint Rutilius, Celſus, & Viſellius. | 565. 442. & *ſeqq.*
figuras in aliquem facere quid ſit. | 561. 358,
contra *figuras* λόγυς ἐσχηματισμένυς quomodo reſpondeatur. | 563. 404, & *ſeqq.* | 564. 410. & *ſeqq.*
figuras materiarum quas vocet Fortunatianus. | 217. 149,
figuras non eſſe tam multas, quam quidam putant. | 538. 114, omnes in ſenſibus eſſe, cur quidam dixerint. | 536. 78, omnes in verbis eſſe, cur quidam dixerint. | 536. 77, in Oratore Cicero paulo magis diſtincte tradit. | 543. 225, nulla pars dicendi eſt, quæ non recipere poſſit. | 538.
figuras aperire, pro τῷ figuratæ controverſiæ artificium detegere. | 563. 404,
figuras qui nimium affectarit, ipſam varietatis gratiam amittet. | 567. 18,
figuras verborum ſine ſententia ſectari quam ſit ridiculum. | 586. 441,
figuras cur plerique tropos eſſe exiſtimarint | 533. 4, 5,
figuras verſari neceſſe eſt in ſenſu & in verbis. | 537.
figuratæ controverſiæ quænam dicantur | 536. 74, unde ſic vocentur. | 536. 74,
figuratur oratio tam tranſlatis verbis, quam propriis. | 535. 45,
figuris ea quidam adſcripſerunt, quæ ſunt argumentorum. | 586.
cum *figuris* tropos perperam confundunt neoterici. | 471. 7,
de quibus *figuris* dicere voluerit Quinctilianus. | 547. 2,
figuris explicandis quinam proprie libros dedicarint. | 585. 385. parce, & cum res poſcet, utendum. | 567. 18, ἀπαγγελίσεις, διασκευάς, παραδιηγήσεις quidam aggregant. | 565. 464, ſic maxime judex credit, ſi nos putat nolle dicere. | 560.
figuris verborum quomodo utendum ſit. | 572. 129,
figuris carens oratio vitio laborat non minimo. | 536. 69,
filius ter abdicatus non poterat invitus in patris poteſtatem reduci. | 242. 443,
de τοῖς *fimbriaturis* & *figulaturis*. | 486. 172,
cauſſa *finalis* quid ſignificet apud Donat. in Terent. | 428. 2, | 433. 100,
ſi *fingamus* aliquid verbi periculoſius, quibuſnam remediis præmuniendum ſit. | 488. 198, 200,
fingenda ea demum, quæ non cadent in teſtem. | 242. 433,
fingere verba Græcis magis [quam Latinis] conceſſum eſt. | 486. 161,
τῷ *fingere* peculiaris apud Quinctilian. ſignificatus. | 302.
in *fine* verbis plurium ſyllabarum non eſt utendum. | 602. 289,
finem imponere, quid apud Juvenal. | 118. 1,
τῶ *fines* duos ponere, quid ſignificet. | 433. 100,
τὸ *finire* vi, quid ſignificet. | 292. 272,
finis, finitio, cauſſa finalis, quid Latinis Rhetoribus. | 155. 28,
τῷ *finis* homonymia. | 118. 1,
finis, pro τῷ definitio. | 118. 119. 120. & *ſeqq.* 1, 2,
finis, quid ſit Rhetoribus. | 428. 2,
finitio conjecturam ſequitur. | 428. 1, 2, & noſtra confirmanda eſt, & adverſarii deſtruenda. | 433.
finitio & finis idem ſignificant. | 292. 264,
finitio, ſi infirma eſt, ſæpe in ſyllogiſmum delabitur. | 453. 7, quibus conſtet. | 428. 13, & *ſeqq.* quid ſit. | 428. 2, 12,
finitio, ſeu ſtatus definitivus duplici modo adhibetur. | 428.
finitione opus eſt obſcurioribus & ignotioribus verbis. | 430. 57, interdum notis nomine verbis. | 431. 59,
ut *finitionem* confirmes, in hoc fere labor major eſt, quam ut in rem finitionem applices. | 433.
finitiones interdum ex cauſiis pendent. | 288. 171,
τὸ *finitionibus* concludi, quid ſignificet. | 728. 65,
finitionis comprehenſio, quid ſit. | 294. 307,
finitionis, ſeu ſtatus definitivi varia nomina. | 428. 2, optima eſt illa media via, ut res proponatur, verba non periclitentur. | 432.
in τῷ *finitiva*, quid ſubaudiatur. | 435. 157,
finitivus, pro τῷ indicativus. | 48. 21,
finitur, pro τῷ definitur. | 118. 1, 2,
firmitatem corporis quænam præſtent. 694. 59,
Valerius *Flaccus* laudatur. | 360. 236, | 390. 362, | 398. 38, | 432. 79, | 451. 17, | 497. 386, | 567. 32, | 652. 27, | 666. 37, | 691, 144, | 754. 261, *ter.* | 758. 27,
Flaminius ad Thraſimenum lacum victus. | 125. 11,
flamma conſidit. | 325. 79,
Flavianum jus civile, quid & a quo ſic dictum fuerit. | 483. 117,
Flavii Rhetoris auctoritas apud Quinctilian. ſumma erat. | 445.
Flavii Virginii dictum de ſuo antiſophiſta. | 708. 446,
flectere animum ab inſita opinione. | 240.
τὸ *flectere*, pro τῷ circumflexo accentu pronunciare. | 38. 107,
τὸ *flexa*, pro accentu circumflexo. | 38. 103, 104, 105, | 39. 131, 143,
flexus in oratione quid ſit. | 223. 282,
floribus caſuris, ſi leviter excutiantur, nitere. | 755. 273,
Florus laudatur. | 561. 346, | 591. 94, | 682. 234, | 757. 17,
fluere pleno alveo. | 84. 25,
focale quidnam eſſet. | 711. 521,
fomentis, quod aſperum eſt, præmollire. | 251.
forenſis opera & vox mercenaria. | 723. 83,
fori ſeveritas non ſerit Liberum & Cererem pro vino & pane dici. | 518. 141,
fori conſepto ingenium ſuum terminare. | 730. 93,
forma ut quæque perfectiſſima, ita capaciſſima eſt. | 74.
forma, pro figura. | 74.
forma veritatis, pro veri ſimilitudine. | 90. 9,
cujus *formæ* ſit circuitus, plurimum refert. | 74. 169,
formæ non pauciores animorum pene quam corporum. | 104.
formam Cicero vocat τὴν ſpeciem. | 294. 309,
formare filii diſciplinam. | 210.
τὸ *formas* fingere, quid ſit apud Quinctilianum. | 553. 151,
de τῷ *formula* cadere. | 176. 359,
formulam ſcribere, quid ſit. | 388. 341,
formularum atrocitas, quid ſignificet. 411. 128, 129,
formularii & leguleii quinam dicantur. | 733. 31,
τὸ in *formulis*, quid ſignificet. | 440. 89,
Fornerius (Guillelm.) laudatur. | 455. 18,
quæ *fortia*, dum dicuntur, videbantur, ſtulta, cum læſerunt, vocantur. | 742. 33,
fortia non ſint temeraria. | 756. 291,
de *fortibus* lata lex. | 414. 182,
vir *fortis*, quis dicatur. | 409. 84,
τὸ *fortiter*, quid ſignificet. | 47. 330,
fortiter facere, quid ſit. | 412. 142, | 414. 182,
tam *fortiter* tuenda quædam, quam facta ſunt. | 357. 155,
non *fortuna* cauſſas vel juſtas, vel improbas facit. | 737. 17,
τὸ *fortuna* corporis, pro caſtratione. | 455. 10,
fortuna in ſingulari, pro divitiis. | 360. 227,
fortuna ſæpe ſubſtituitur culpæ. | 439.
fortunæ inſectatio inhumana videri ſolet. | 376. 114,
ad *fortunæ* crimen fruſtra mala omnia relegamus. | 349. 68,
Fortunatiani Rhetoris locus emendatur. | 688. 80, ſyſtema de ſtatibus quæſtionum. | 182. 468,
Fortunatiano Rhetori, quæ ſint ςά-

σεως

τείνας partes. | 164. 111,
Fortunatianus Rhetor laudatur. | 94. 90, | 217. 149, | 219. 185.
τὸ περὶ οὐσίας exiſtentiam rei a quæſtione facti, ſeu perpetratæ actionis quadamtenus diſtinguit. | 164. 113, tres figurarum ſpecies ponit. | 537. 90,
per *fœmininum* genus quædam elocutiones gratiores fiunt. | 482. 103,
fordeum, fœdus, pro τοῖς hordeum, hœdus. | 28.
doctiſſimi *Frag*u*erii* de Plutarchi loco ſententia improbatur. | 316. 304,
Francii emendatio rejicitur. | 201. 275,
τὸ *fratres* de fratribus & ſororibus. | 579. 269,
τὸ *frigus* peculiari ſignificatu. | 273. 134,
frons, quamlibet imbecilla ſit, magna conſcientia ſuſtinetur. 734. 13, obducta vel adducta. | 653. 51, ſtriata, quæ dicatur ab Apuleio. | 733. 35, conſulcata, quæ dicatur apud Plautum | 733. 35,
ex *fronte* prima dijudicare, imprudentium eſt | 737. 21,
frontem perfricare. | 551. 106,
Frontinus laudatur. | 490. 230, | 661. 60, | 754. 261,
τὸ *frugalis*, pro τῷ *frugi* Quinctilianus improbat. | 50. 70,
frugalitas bonam valetudinem maxime præſtat. | 655. 88, ad perferendos ſtudiorum labores neceſſaria. | 720. 28, 29, apud Sybaritas forſitan odio foret. | 189. 84, unde dicta. | 52.
ad *frugem* aliquam perducere. | 361.
frugi hominem ſe eſſe M. Cœlius volebat probare, quia erat utilis multis. | 51. 120,
fucata corpora fœdiſſima ſunt ipſo formæ labore. | 463.
fugere tædium & effugere, quomodo differant. | 229. 94,
fur & latro quomodo inter ſe differant. | 300. 452,
de *jure* nocturno ac diurno. | 300. 451,
furti, an ſacrilegii ſit accuſandus qui privatam pecuniam in templo ſurripuit. | 177. 178. 178,
de *furto* privatæ pecuniæ in æde ſacra. | 226. 35,
τὸ *furtum* peculiari ſenſu intelligitur. 559. 302,

G

LATINI veteres literam G quibuſdam vocabulis adjiciebant in fine. | 57. 33,
Galba mendacium, quo mendacio eluſerit. | 388.
Galba Servius reus factus, quo modo judicio elapſus fuerit. | 119. 120. 30,
Galbæ dicteria qualia fuerint. | 375.
Galbæ etymologia. | 32. 153,
Galbæ reſponſum ei datum, qui penulam ipſius rogabat. | 383. 257, | 384. 269,
Gallæi dubitatio tollitur. | 515. 60, emendatio improbatur. | 551. 10,
a *Gallæo* editæ Latinæ verſionis [in libello de Homerica Poeſi] errores arguuntur. | 628. 195,
Gallæus & Raphaël Regius Quinctiliani contextum fruſtra ſolicitant. | 70. 93,
Galliambi verſus quinam eſſent. | 588. 24,
Gallio Latinus Rhetor. | 145. 89,
Gallionis locus laudatur. | 563. 396,
γαλυχία, quid. | 72. 135,
τὸ *gallus*, quam multa ſignificet. | 455. 9, 10,
gargariſmus & laryngiſmus, quid. | 77. 22,
garrulitas extemporalis circulatoriæ jactationis eſt. | 92. 65, 66,
Gatakeri liber de ſtylo Novi Teſtam. laudatur. | 221. 259,
Gatakerus laudatur. | 455. 18, | 569. 75, | 570. 78, Quinctiliano adverſatur. | 748. 137,
Gebhardi emendatio rejicitur. | 370. 10,
Gedoyni error circa Cinnæ Smyrnam. | 657. 11, error gravis arguitur. | 177. 373, | 430. 57,
Gedoynus apicem cum accentu male confudit in Gallica Fabii verſione. | 55. 5, malam interpunctionem ſecutus Quinctiliani locum peſſime vertit | 444. 165, Quinctiliani interpres æquilatera triangula convertit in τὰ Iſoſcele | 66. 5, Quinctiliani mentem non eſt aſſecutus. | 447. 18,
gelaſinus quid ſit, & unde dicatur. | 372. 44,
genera cauſſarum duplici ſenſu intelliguntur. 150. 61,
τῷ *genere* Cicero ſtatum qualitatis intellexit. | 172. 268,
generis quomodo per ſe nulla ſit proprietas. | 528. 318,
generum in partes cedere, quid ſit. 199. 219,
Geneteos liber laudatur. | 758. 31,
γένεσις, quid apud Græcos Rhetoras. | 155. 28, | 167. 163, | 173. 284,
genitivus facile ſubauditur ex præcedenti adjectivo. | 461. 61,
Gentilia verba quæ. | 43. 252,
gentium jus quid ſit. | 413. 162,
gentium univerſarum elevata teſtimonia. | 268. 19, 20,
genus ad refellendam ſpeciem valet, non ad probandam. | 293. 279,
τὸ *genus cauſſæ* locutio eſt homonyma, ſeu æquivoca. | 205. 32, | 218. 149,
genus cum dividitur in ſpecies, nihil habet proprium. | 528. 314, 318, triplicem habet ſignificatum. | 285. 112,
γεωδαισία. | 73. 151,
geometria ſe tollit ad rationem uſque mundi. | 75. 202,
geometriæ cum arte oratoria cognatio. | 73. vocabulo Quinctilianus quid intelligat. | 73. 141, 145, utilitas. | 73.
ad *geometriam* pertinens Quinctiliani locus computationibus quibuſdam explicatur. | 74. 75 figuris quibuſdam explicatur. | 74. 167,
geometricæ demonſtrationis ordo. | 73. 156,
Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus laudatur. | 102. 1,
geſtorum negotiorum actio quænam ſit. | 443. 158, quomodo vocetur a Rhetoribus. | 443. 156,
de *geſtu* quinam Veteres ſcripſerint. | 711. 517,
geſtus ac vultus ne diſſentiant ab oratione. | 701. 231,
geſtus quinam admirationi ſit conveniens. | 705. 351, ſit ad ſenſus magis, quam ad verba, accommodatus. | 704. 310,
geſtus ad vocem, vultus ad geſtum accommodetur. | 77. quinam approbanti, narranti & diſtinguenti conveniat. | 705. 354, cum ipſa orationis celeritate crebreſcet. | 706. 391, quinam enthymemata torquenti conveniat | 705. 356, quinam interroganti. | 705. 352.
quiſnam maxime ſit communis. | 704. 320. & *ſeqq.* quantum habeat in oratore momenti. | 701. 225, & *ſqq.* quinam verecundæ actioni ſit aptiſſimus. | 705. 335,
geſtuum vitioſorum quædam ſpecies. 706. 373, & *ſeqq.*
Gibſonus in annotatione aliquid improbatur. | 727. 26, interpretatio improbatur. | 668. 72, 74,
gilvum vinum κιῤῥὸς. | 391. 392,
gladia qui dixerunt, genere exciderunt. | 37. 81, 82,
τὰ *gladiola* Meſſalæ improbat Quinctilianus. | 54. 199,
Glandorpii error arguitur | 244. 486,
onomaſticon laudatur. | 42. 210, | 385. 280, | 386. 308, | 387. 314, | 389. 352,
Glaucia ex infima plebis fæce ad Præturam pervenit | 125. 22,
γλάνη per metalepſin eſt puella. | 522. 203,
gloriandi genus ambitioſiſſimum eſt, deridere. | 70.
gloriatio aperta forte tolerabilior eſt, quam ſi quis diſertus imperitum ſe vocet. | 674. 65,
gloſſemata & gloſſæ, quæ. | 63. 55,
Glyconi Spiridioni quid acciderit. | 358. 187,
Antonius *Gnipho* dicebat marmur, robura, ebura, marmura. | 51.
Gonzagæ Elizabethæ eruditio a Bembo laudata | 9. 18,
Gorgias alter, qui de figuris ſcripſit, quem ſecutus eſt Rutilius. | 141. 30,
Gorgias centum & novem annos vixit. | 141. Empedoclis diſcipulus poſt Coraca & Tiſiam Rhetoricæ præcepta tradidit. | 141. 30, in auditoriis interrogari ſe patiebatur, qua quiſque de re vellet. | 139. 48, | 759. 64, in παρίσοις καὶ ἀντιθέτοις paribus & contrariis immodicus. | 581. 311,
Gorgias junior æqualis Rutilio. | 565. 441,
τὸ γοργὸν Hermogenis ut exprimat Quinctilian | 627. 182,
ex *Gracchi* oratione locus laudatur. | 707. 406,
Gracchorum hiſtoria. | 309. 32,
C. *Gracchus* temporum ſuorum præcipuus orator | 71.
Gracci & triumpi apud Veteres. | 37. 97,
Graculus ita vocatur a Varrone, quia gregatim volet. | 53. 172,
Græca locutio Latinam obſcuriorem illuſtrare poteſt. | 750. 169,
Græca vocabula, an eadem ratione per caſus duci, qua Latina, conveniat. | 44. 266,
Græcæ linguæ quanta ſit copia. | 749. 140,
Græcæ linguæ nativam pronunciationem impugnare quinam voluerint. 747. 111, | 748. 125,
Græci auctores primum legendi pueris, deinde Latini. | 62. 28, feliciter Latinis eadem exprimunt. | 239. 362. fingendis nominibus feliciores, quam Latini. | 39.
Græci Lyrici licenter multa ſcripſerunt | 62. 23,
Græci a Romanis vocabula nonnunquam mutuantur. | 44. 265,
a *Græcis* Latini duas literas mutuantur. | 26. 37,
Græcis eſt ſonus dulcior, quam Latinis. | 747. 109,
Græcis hiſtoriis plerumque Poëticæ ſimilis eſt licentia. | 93. 78,
Græcis alioqui plurimis nominibus eſt utendum. | 117.

Græcis nominibus non eſt afferenda vis indecora in Latinum ſermonem mutatione. | 117.
Græcis nullus eſt ſonus, qualis in τοῖς equos & equum. | 748. 125,
Græcis quoque confeſſis verbis Romani utuntur, ubi Romana deſunt. | 44.
Græciſmi ſpecies apud Quinctilian. | 238. 332,
Græcam figuram vocat Fabius τοὺς Græciſmos, linguæ Græcæ idiotiſmos, Græcanicas loquendi formulas. | 11. 52,
Græciſmus in Quinctil. | 175. in Quinctilian. & Ciceron. | 231. 151, in Quinctiliano. | 352. 47, | 741. 26,
ex *Græco* ducentes Latinos non omnia ſequuntur. | 117. 1,
e *Græco* ſermo Romanus maxima ex parte converſus eſt. | 44. 262,
a *Græco* ſermone puerum incipere mavult Fabius. | 11. id ad nos an pertineat. | *ibid.* 44,
Græcorum γλώσσας, quid. | 14. 124,
apud *Græcos* erant adjutores præceptorum. | 98. 7,
Græcus ſermo quanto ſit Latino jucundior. | 748. 137, Latino clarior eſt. | 721. 37,
Grævius laudatur. | 279. 37,
Grammatica duas habet partes, methodicen & hiſtoricen. | 64. alias duas habet partes, recte loquendi ſcientiam & Poetarum enarrationem. | 24. 3,
ex *Grammatica* nihil nocuerit, niſi quod ſuperracuum eſt. | 60.
Grammatica plus habet in receſſu, quam fronte promittit. | 24. 5, | 25. prope omnium maximarum artium ſcientiam amplexa eſt. | 84. 26,
Grammatica quondam ac Muſica junctæ fuerunt. | 69.
Grammaticæ diſciplinæ non obſtant per illas euntibus, ſed circa eas hærentibus. | 60.
Grammaticæ laus & defenſio. | 25.
Grammatice loqui aliud eſt, aliud Latine. | 51. 113,
Γραμματικὴ Latine vocatur literatura. | 84. 21,
Grammatices amor & uſus lectionis, non ſcholarum temporibus, ſed vitæ ſpatio terminantur. | 63.
Grammatici etymologia. | 25. 26,
Grammatici inter virtutes habebitur, aliqua neſcire. | 64. 71,
Grammatici munus, quam late pateat. | 24. 4, 8, | 25. officia. | 18.
Grammatici olim iidem, qui Critici. 24. 8,
Grammatici veteres edit. Putſch. laudantur. | 7. 72, | 15. 134, | 24. 5, | 25. 27, | 26. 40, | 27. 48, 66, | 29. 85, | 31. 130, 132, | 32. 165, 166, 167, | 33. 184, 186, | 34. 27, 32, 37, | 35. 48, 50, | 36. 55, | 37. 92, | 38. 101, 106, | 39. 118, 146, | 41. 195, | 42. 221, | 47. 330. | 48. 21, 37, | 55. 5, | 56. 11, 19, | 57. 31, | 59. 86, | 61. 7, | 63. 45, 51, | 64. 65, | 66. 24, | 76. 11, | 94. 88, | 116. 70, | 129. 57, | 132. 129, | 133. 131, | *ibid.* 4, | 199. 224, | 380. 205, | 455. 12, | 460. 37, | 474. 35, | 475. 69, | 477. 105, | 489. 223, | 490. 228, | 491. 248, | 492. 252, 256, | 497. 388, | 512. 166, | 513. 1, 3, | 515. 54, 60, | 520. 166, 170, | 522. 203, *ter.* | 528. 305, 309, 321, | 533. 2, | 534. 23, | 568. 52, | 573. 151, 165, | 575. 189, | 576. 223, | 577. 240, | 578. 263, | 579. 265, | 588. 24, | 594. 150, | 595. 162, | 598. 218, | 599. 226, | 604. 319, | 605. 338, 346, | 606. 357, | 607. 375, | 608. 379, 380, 385, | 614. 518, | 636. 369, | 653. 41, | 657. 11, | 713. 560, | 715. 599, | 747. 111, *ter.*
Grammaticis in rebus explicandis Quinctilianus & Cicero aliquando minus accurati. | 117. 7, 8,
Grammaticus in prælegendo quænam præſtare debeat. | 63. 45, 46, | 64. literatori præſtat. | 55. 3,
Grammatiſta & literator alius eſt a Grammatico. | 24. 1, | 55. 3,
γραμμικαὶ ἀποδείξεις, quæ. | 73. 162, 163,
τὸ γράφειν ſcribere ſenſus peculiaris. | 336. 19,
gratia brevitati ſua eſt, ſua copiæ. | 659. 25,
gravari aliquid. | 10. & *ibid.* 40,
τὸ *gravari* cum accuſativo conſtructum. | 256. 40,
τὰ *gravia* non ſint tarda. | 756. 291,
ad *gremium* præceptoris, quid ſit. | 92. 61,
ad *gremium* revocari. | 98. 12,
Gronovii locus notatu dignus. | 31. 149,
Gronovius laudatur. | 50. 66, | 94. 103, | 304. 560, | 386. 310, | 391. 391, 392, | 595. 160, | 724. 115,
Grotius [Hugo] laudatur. | 44. 262,
Gurdus dictio eſt Hiſpana. | 44. 261,
gutturales literæ quæ. | 40. 149,
γυμναστικὴ exercitatrix, quid ſit. | 122. 95,
Gyraldus [Gregorius] laudatur. | 392. 399,
Gyraldus [Lilius] laudatur. | 638. 414, | 646 656,

H

TO' *H* utrum litera ſit, an nota. | 37. 92,
τῷ *H* parciſſime uſi ſunt veteres. | 37. 93,
habet amatores nec imitatores. | 643. 488,
habitus peculiari ſenſu. | 216. 110,
habere hoc mentis. | 238. 332,
Hannibal Fabium quomodo feſellerit. | 130. 60,
Harduinus [Johann.] laudatur. | 522. 201,
Harpocration laudatur. | 268. 2,
Hænonius [Philipp. Henric.] laudatur. | 15. 2,
hærent magis animo, quæ diutius affixa ſunt. | 690. 139,
Heinſius laudatur. | 275. 6,
hemina dimidium ſextarii capiebat. | 380. 207,
hendecaſyllaba, quæ. | 62 34,
hendiadys barbara eſt τὸ ἓν διὰ δυοῖν interpretatio. | 579. 263,
Heninius errat in Græcorum Latinorumque accentuum analogia, | 39. 141,
Henrici Steph. notæ ad Sext. Empiric. laudantur. | 367. 126,
Hephæſtion περὶ μέτρων laudatur. | 605. 338, 346, | 606. 352,
Heraclides Ponticus laudatur. | 523. 203,
Herculis perſonam & cothurnos aptare infantibus. | 357. 171, impetus adverſus Meropas. | 531. 375, permutatus cum Omphale habitus, & imperata penſa. | 187. 26,
in *here* neque E plane, neque I auditur. | 26.
here pro antiquo τῷ heri Quinctiliani ætate ſcribebatur. | 58. 59.
ad *heredem* jus, ad victorem res tranſit. | 305.
heredis alia eſt conditio, alia victoris. | 305.
Herenniani Rhetoris ſyſtema de oratoriarum quæſtionum ſtatibus. | 181. 468,
Herenniano Rhetori quæ & quot ſint elocutionis partes. | 471. 3, quid ſit dicendi figura. | 743. 1,
Herennianus Rhetor laudatur. | 261. 16, | 337. 23, | 356. 128, | 453. 1, | 489. 223, | 539. 133, 144, 147, | 541. 188, 197, 199, | 542. 210, | 544. 238, | 545. 268, | 572. 132, 139, 143, | 573. 147, 149, 150, | 577. 239, 241, | 578. 262, 263, | 581 293, 297, | 584. 379, | 585. 394, | 586. 419, 422, | 613. 509, | 743 1, τὰ inciſa vocat articulos. | 613. 509, videtur eſſe ipſemet Cornificius. | 581. 297, | 586. 419,
τῆς ad *Herennium* Rhetorices auctor non eſt Virginius. | 215. 85, non Cicero. | 117. 13, | 203. 31, | 541. 197, | 545. 268, | 551. 118, | 577. 241,
Hermagoras junior artis Rhetoricæ magiſter. | 144. 79,
Hermagoras propriam docendæ Rhetorices viam fecit. | 143. 63, Rhetoricæ materiam in theſes & cauſſas diviſit. | 157. 65,
Hermagoræ duo fuerunt. | 143. 63, | 144. 79,
Hermagoræ ſententia de partibus Rhetoricæ. | 148 32,
Hermagoreæ methodi ubinam exſtent veſtigia. | 144. 63,
Hermagoræ μέρη ἀποστάσεως. | 164. 111,
Hermagoreum ſyſtema de oratoriarum quæſtionum ſtatibus. | 182. 468,
de *Hermogene* iniquum Pſeudo-Turnebi judicium improbatur. | 463. 12,
Hermogenem M. Antoninus Imperator audivit. | 463. 12,
Hermogenes laudatur. | 220. 214, 222, 223, | 222. 262, 263, | 239. 362, | 245. 447, | 246. 539, | 281. 16, | 282. 31, | 302. 485, | 335. 295, | 408. 59, | 425. 173, | 451. 31, | 456. 26, | 463. 12, | 513. 1, | 517. 101, | 536. 74, | 544. 227, 236, | 550. 69, | 562. 370, | 565. 464, | 575. 189, | 577. 237, | 582. 325, | 614. 517, | 627. 182, | 671. 1, | 743. 1, | 752. 225, prooemiorum ſpecies quot ponat. | 219. 191, quot & quænam dicendi genera conſtituat. | 752. 225,
Hermogenianum ſyſtema de ſtatibus oratoriarum quæſtionum. | 182. 468, | 191. 14,
Hermogenis auditor Muſonius Philoſophus. | 463. 12, τὸ γοργὸν & τὰς γοργότητας quomodo Quinctil. expreſſerit. | 741. 6, ἡ [illegible] [[illegible]] quid. | 94. 90, interpres Græcus laudatur. | 70. 93,
Herodianus Hiſtoric. laudatur. | 248. 579,
Herodoti dialectus latentes numeros complectitur. | 590. 72,
in *Herodoto* leniter omnia fluunt. | 590. 72,
Herodotus laudatur. | 621. 50, | 725. 136,
Heroutypes cur ab Ariſtotele minus probetur in oratione. | 307. 371, idem eſt qui Dactylus. | 307. 371,
Heſiodi an fuerit liber, cui titulus

ἑτεροῖωσις. | 11. 58,
in *Heſiodo* levitas verborum & compoſitionis probabilis. | 629. 224,
Heſiodo palma datur in medio dicendi genere. | 629. 225,
Heſiodus laudatur. | 522. 203,
Heſychius laudatur. | 523. 206, | 755. 280,
Heteroſis. | 42. 227,
Hexameter verſus retrorſum fit Sotadeus. | 608. 380,
τὸ *hic* aliquando refertur ad perſonam remotiorem. | 100. 51, | 467. 94,
& *hic*, *hæc*, *hoc*, propria vis. | 102. 10,
D. *Hieronymus* laudatur. | 349. 65, | 396. 450, | 508. 87, | 644. 514, | 649. 58, 59, | 651. 6, | 657. 1, | 702. 260, | 746. 80,
Hippias Eleus, Rhetor. | 142. 37, ita ſe præparavit, ne cujus alterius ope egeret, neve ullius rei. | 759. 61,
Hippocentauri quinam a Poëtis fingerentur. | 390. 371,
Hippocrates laudatur. | 489. 217, | 493. 272, quoſdam errores ſuos confeſſus eſt. | 175. 332,
Hippolytæ Taurellæ carmen. | 9. 18,
Hiſtoria ad quid componatur. | 625. 131,
ex *hiſtoria* ducere urbanitatem eruditum eſt. | 393. 410,
hiſtoria eſt proxima Poëtis. | 625. 130, eſt quodammodo carmen ſolutum | 625. 130, narrandi tædium quomodo evitet. | 625. 133, orationem alere quomodo poſſit. | 625. 130, quale genus orationis deſideret. | 615. 536. & ſeqq. ſcribitur ad narrandum, non ad probandum. | 625. 130,
hiſtoriæ minus conveniunt interſiſtentes clauſulæ. | 590. 66, quis uſus oratori eſſe poſſit. | 626. 145, pleraſque virtutes oratori eſſe vitandas. | 625. 130,
hiſtoriarum cognitio quam neceſſaria ſit oratori. | 733. 1, & ſeqq.
hiſtorico nitore ubi liceat uti. | 626. 142,
hiſtorici Latini Græcis non cedunt. | 642 471,
hiulca interdum decent & faciunt ampliora quædam. | 594. 141,
τὸ *hoc* interdum ad remotius, & τὸ illud ad propius refertur. | 401. 90, 91, | 515. 51, | 517. 111,
ad *Homeri* & Virgilii virtutes intelligendas firmiore judicio opus eſt. | 62.
Homeri laus & egregia commendatio. | 628. 194, & ſeqq. | 629. 203, & ſeqq. verſu victi ſunt Megarei de Salamine contendentes cum Athenienſibus | 315. 192, verſus, qui non in omni editione reperitur. | 315. 193, virtutes æmulatione ſequi nemo poteſt. | 629. 219,
Homerica diſpoſitio quæ ſit. | 319. 52,
de *Homerica* Poëſi libellus. | 628. 195, hujus Latina verſio multis mendis purgatur. *ibidem.*
de *Homerica* Poëſi libellus laudatur. | 517. 113, | 520. 166, | 522. 203,
Homericæ Poeſeos virtutes eximiæ. 628. 629.
Homericarum perſonarum orationes quomodo a recentiorum vitilitigationibus defendi poſſint. | 198. 197,
ut ab *Homero* & Virgilio lectio inciperet, optime inſtitutum eſt. | 62.
in *Homero* nullius non artis aut perfecta, aut certe non dubia veſtigia reperiuntur. | 759. 60,
apud *Homerum* certamina propoſita eloquentiæ inter juvenes. | 128. oratores & omne orationis genus. | 128. 19, 21,
Homerum, ut Achillem, ſemper excipi par eſt. | 632. 283,
Homerus & Virgil. auditores quomodo attentos faciant. | 217. 128,
Homerus humani ingenii modum excedit. | 629. 218, laudatur. | 275. 5, 6, | 315. 192, | 331. 231, | 468. 104, | 482. 90, | 499. 421, 422, | 503. 75, | 504. 80, | 521. 193, *bis.* | 522. 203, | 523. 212, | 577. 244, | 628. 195, | 629. 208, 210, | 713. 553, | 727. 21, | 733. 3, | 753. 247, 248, 249, 250, 252, 254, | 758. 31, omnibus eloquentiæ partibus exemplum & ortum dedit. | 628. 196, quale dicendi genus Menelao dederit. | 753. 247, 250, quale Neſtori. | 753. 252, quale Ulyſſi | *ibid.* 254,
hominem Deus nullo magis a cæteris animalibus ſeparavit, quam dicendi facultate. | 126. 33, 36, quomodo definiant Architas, Hermogenes, & Porphyrius. | 293. 284,
homines quomodo laudari poſſint & debeant. | 187. 40, & ſeqq. 188.
hominis definitioni τὸ mortale cur adderent Veteres. | 293. 284, | 431. 76,
hominum vitia rebus aſſignare. | 330.
homo ratione atque oratione cæteris animalibus præſtat. | 136. 43,
an *homo* ſic dicatur, quia humo natus. | 53. 156,
homonyma analoga quænam ſint. | 473. 26,
de *homonymis* τῆς ῥητορικῆς ὕλης. | 555. 209,
honeſta vel turpia pleraque fiunt non tam factis, quam eorum cauſſis. | 724. 116,
honeſta verba moribus perdidimus. | 490.
quæ *honeſta* multi credunt, non ſatis eadem utilia exiſtimant. | 191.
honeſta honeſtis ſuadere facillimum eſt. | 196.
quæ *honeſtiora*, eadem ſpecioſiora quoque ſunt | 751. 194,
honeſtos vocat Fabius τοὺς fortunæ bonis abundantes. | 14. 108,
τὸ *honeſtum* Epicurei vanum, ſtolidum, ambitioſum vocant. | 195. 120, 122,
τὸ *honeſtum* quid & quot ſignificet. 62. 15,
honeſtus dicitur, qui non eſt ex fæce plebis. | 710. 492,
τὸ *ſermo honeſtus* quid ſignificet apud Servium Grammatic. | 618. 604,
honorare eſt dono, præmiove ornare. | 306. 591,
τὸ ad *horam*, quid ſignificet. | 732. 14,
horarum omnium homo Pollio Aſinios dictus. | 395. 449,
de *Horatii* ſororem occidentis facto. 178. 400,
Horatio dormitare interim Homerus videtur. | 624. 107,
Horatius laudatur. | 233. 208, | 382. 237, | 384. 263, | 275. 7, | 276. 10, | 311. 319. 57, | 343. 133, | 367. 114, | 374. 72, | 391. 392, | 393. 408, | 399. 50, | 402. 6, | 432. 79, 85, | 461. 50, | 467. 83, | 468. 114, | 470. 147, | 474. 45, | 480. 34, | 482. 103, | 483. 107, | 489. 213, | 494. | 512. 164, | 518. 136, | 519. 156, | 525. 250, | 546. 289, | 552. 135, | 561. 346, | 568. 42, 45, | 569. 56, | 570. 80, 87, | 580. 277, | 598. 217, | 599. 231, | 602. 283, | 604. 327, | 607. 372, | 620. 29, | 630. 244, 252, | 632. 285, | 636. 369, | 639. 415, | 640. 432, 440, 447, | 641. 449, | 642. 465, | 644. 518, | 649. 45, | 650. 76, | 653. 31, | 655. 87, | 656. 100, | 665. 26, | 675. 93, | 694. 56, | 698. 166, | 703. 284, | 714. 570, | 730. 92, | 738 34, | 740. 4, | 756. 288, *ibid.* 4, | 757. 18 | 760. 77, non raro græciſſat. | 570. 80, 87,
hordea & mulſa an dicantur pluraliter. | 37. 78,
hortativum genus quid ſit. | 299. 422, 423,
Q. *Hortenſii* diligentia in partiendo laudatur. | 259. filiæ oratio apud Triumviros. | 9. ſcripta cur tantum intra famam ſint. | 25.
Q. *Hortenſius* communes locos, quibus quæſtiones generaliter tractantur, edidit. | 85.
humani ingenii natura ita eſt agilis & velox, ut ne poſſit quidem aliquid agere tantum unum. | 79.
humanitas peculiari ſignificatu ſumpta. | 87. 24,
quæ *humilia* verba circa res magnas; apta circa minores videntur. | 482. 498,
humilia verba cujuſmodi ſint. | 472. 6,
humiliores cur invideant. | 673. 52,
humilius genus illuſtraſſe factis pulchrum eſt. | 187.
humilius verbum in oratione nitida notabile eſt | 482. 99,
humilitas verborum vim rebus interdum affert. | 483. 109,
humor pro aqua. | 149. 47,
humerorum raro decens allevatio atque contractio eſt. | 703. 292,
hybridæ voces, ſive Ibridæ, quænam ſint. | 46. 312,
hymnus & encomium quomodo inter ſe diſtent. | 186. 15,
Hyperidis locus laudatur. | 580. 275,
hypobolimæus eſt Menandri fabula. | 70. 79,

I

I LITERA ſibi inſidit. | 27. 62,
jacent ſemper quidam, dum timent, ne aliquando cadant. | 511. 150,
τὸ *jacere* abſolute, pro τῷ jacere ſermonem. | 553. 156,
jactantia. | 50. in parvis frivola | *ibid.*
jactatio ſui eſt vitioſa. | 673 50,
jaculatio verborum. | 378. 163,
iambi acerbitas in quibus Latinorum exſtet. | 640. 446,
iambis oratio noſtra magna ex parte conſtat. | 604. 318, aſperum & maledicum graſſatur. | 617. 585, τὰ aſpera cur maxime concitentur. | 616. 563, & ſeqq.
de *iambo* Romanorum. | 640. 444,
iambo recte præponuntur ſpondeus & bacchius. | 609. 414,
iambus quomodo Ariſtoteli videatur humanior. | 607 372,
Ibericas herbas, pro τῷ ſpartum dicentem Caſſius Severus irriſit. | 472. 9,
non *idoneus* dies ferendæ legi. | 96. 150,
ἰδέα λόγου quid ſit Hermogeni. | 395. 439, | 402. 24, | 412. 37, | 743. 1,
ἰδέα orationis quid ſit. | 241. 412,
ἰδέα quid ſignificet apud Hermogenem. | 567. 14,
ἰδιώτης quid apud Græcos Rhetoras. | 155. 28, | 167. 167, | 173. 284, 295,

τὸ περὶ ἰδιότητ@ de proprietate, quid ſignificet Rhetoribus. | 326. 106,
ἰδιωτισμὸς figura quænam ſit. | 540. 156,
idolopœia quid ſit Rhetoribus. | 199. 224, | 216. 101,
τὸ *igitur*, an præponi poſſit in oratione. | 41. 187,
ingenii igniculos oſtendere. | 347.
τὸ *ignoſcere*, pro τῷ pœnam remittere cum accuſativo conſtruitur. | 506. 14,
τὸ *illa* pronomen non ſemper ad remotius refertur. | 504. 99,
illuſio figura eſt, & quænam. | 539. 138, quid ſit Latinis Rhetoribus. 527. 293,
quod *illuſtrandæ* alterius rei gratia aſſumitur, debet eſſe clarius, eo quod illuminat. | 496. 366,
imago litis quid ſit. | 212. 7,
imbecillitati ſuæ ſanitatis appellationem obtendere. | 745. 67,
imirabilia non ſunt ea, quæ in oratore maxima ſunt. | 648. 41,
imitandi ratio ac methodus. | 649. 650. 65, & *ſeqq.*
imitandus qui maxime eſt, non etiam ſolus imitandus eſt. | 650. 89,
imitantes utinam tam bona dicerent melius, quam mala pejus dicunt. | 649. 53,
imitari quid præſertim in bonis oratoribus debeamus. | 651. 94,
imitari alios præter Ciceronem poſſimus. | 650. 90,
quos *imitari* primum, mox vincere velis, utile eſt habere. | 20.
imitatio calidiſſima ſimplicitatis plurimum facit. | 235. 257, omnis ficta eſt. | 648. 38, non ſit tantum in verbis. | 651. 93, per ſe ipſa non ſufficit. | 647. 8, frequens tranſit in mores. | 76.
imitatione pars artis magna continetur | 647. 2,
imitatione ſola nihil creſcit. | 648. 22, quam caute uti oporteat. | 647. 7, ad *imitationem* ſe erigere. | 90.
ad *imitationem* veritatis ſe componere. | 322. 95,
imitator nunquam par eſt auctori. | 648. 33, uni ſe alicui proprie, quem per omnia ſequatur, non addicat. | 650. 88,
contra *imitatores* malos. | 649. 56, & *ſeqq.*
quod *imitaturus* eſt quis, intelligat, & quare bonum ſit, ſciat. | 650. 65,
non *imitemur* in oratione poëtas, neque in poëmate oratores. | 60. 77,
imitemur id quod commune eſt | 650. 83,
quod imiteris, id conſequi contentum eſſe, turpe eſt. | 648. 13,
in τῷ *immunis* τὸ N, quod veritas exigit, M gemina commutatur. | 56. 19,
immutatio, quæ figura ſit apud Ciceron. | 543. 219, | 585. 397,
ab *imo* ad ſummum. | 106. 49,
impellere, pro τῷ evertere. | 325. 62,
impendere vim ſuam in plura eodem temporis momento. | 79.
impenſam alicui ſcientiæ operam dare. 73.
imperiti dum librariorum inſectari volunt inſcientiam, ſuam confitentur. | 595. 160.
imperitis placere aliquando, quæ vitioſa ſunt. | 751. 209,
apud *imperitos*, quid habeat admirationem. | 755. 276,
in τῷ *impingere* quid ſubintelligatur. | 221. 259,
impluvium quid ſit. | 687. 57,
imponere, pro τῷ fallere. | 517. 120,
impoſitionis primæ nomina, quæ. | 46. 296,
impotentia quid ſignificet. | 365. 70,
τὸ *improviſum* quodnam ſit figuræ genus. | 542. 211,
imprudens ætatum. | 12.
inania tempora quid ſignificent apud rhythmicos ſeu muſicos. | 598. 214,
inanes ſpes vigilantium ſomnia ſunt. | 368. 130,
incendere invidia caſum alicujus, quid ſit. | 245. 527,
incertum adulterium, quale dicatur. | 426. 213,
incidere in alicujus patrocinium. | 418.
a quibus *incipere* ſyllabis oporteat. | 608. 3,
incipiendum erit ab eo, cujus perſonam tuebimur. | 411.
incipere jam ſerum eſt, dum deliberamus quando incipiendum ſit. | 735. 10,
inciſa fiunt etiam ſingulis verbis. | 613 309,
inciſum [τὸ κόμμα] quid ſit. | 613. 505,
inclinari ad judicem [in dicendo] an & ubi deceat. | 709. 467,
incompoſitus moribus. | 257. 52,
τὸ *incomprehenſibilia* quid ſignificet. | 536. 61,
inconſequentia rerum fœdiſſima. | 526. 276,
inculcatas pueris perſuaſiones non facile mutaveris. | 141.
incumbere advocato adverſis ſubſelliis ſedenti, contumelioſum. | 709. 468,
incumbere in illum dicebant veteres. | 566. 4,
indecora dicentibus quomodo non ſint ea, quæ ſunt natura parum ſpecioſa. | 679. 176,
τὸ *indicare* [ἀποφαίνεσθαι,] quid ſignificet. | 547. 2,
indicativi varia nomina. | 48. 21,
de *indiciis* parvulorum. | 274. 158,
indocti dicunt omnia : doctis eſt electio & modus. | 112. 113. 20, 21.
indubitabile eſt. | 257.
inducere judicem in affectus. | 699. 195,
τὸ *induci* in laqueos & τὸ *indui* quomodo differant. | 270. 44,
inductio Socratica cujuſmodi eſſet. | 308. 15, | 313. 138,
inductionis tres a Suida propoſitæ ſpecies. | 308. 15,
inducere ſibi falſam ſcientiæ perſuaſionem. | 9. 30, alicujus perſonam. | 369. auctoritatem vera ſentientis. | 219.
indui graviſſimas in pœnas. | 719. 12, in laqueum. | 269. 270. 44,
indulgere ingeniorum ſuorum voluptati. | 624. 105,
indulgere ſibi quid ſit. | 508. 83,
quæ *induruerunt* in pravum, frangas citius, quam corrigas. | 23. τὸ *in epilogo eſt*, quid ſignificet. | 352. 47,
infantia eſt ſua ſtudiis. | 12.
inferiora quænam vocet Quinctilianus. | 410. 95,
inficialis ſtatus idem eſt, qui conjecturalis ſeu de facto. | 167. 163, 171,
infinitum dixit Quinctilianus, pro τῷ infinitivum. | 48.
infinitum verbum eſt ipſe modus infinitivus. | 568. 39,
ingenia in id potiſſimum quo tendunt, adjuventur. | 104.
ingenii pigri eſt contentum eſſe iis, quæ ſunt ab aliis inventa. | 647. 8,
ingenii tardi eſſe, non pejus quam mali. | 21.
ingeniorum præcox genus non temere pervenit ad frugem. | 21. proprietates neque arti, neque imitationi ſubjacent. | 648. 41,
ingenioſi tum demum ſcilicet, ſi ad intelligendos nos opus ſit ingenio. | 469. 125,
cur *ingenioſiores* habeantur οἱ ineruditi. | 112. 113.
ingenioſus cum vocatur ὁ diſertus contumelioſe laudatur. | 113. 30,
τὸ *ingenua* ſcribi poteſt per ὑφ' ἓν, & ὑποδιαστολῆς. | 455. 14,
ingredi diſciplinarum ſtudia. | 66.
non *inhærendum* eſt ſuperſtitioſe cogitatis. | 663. 17,
inhoneſta ſi quis bono ſuadebit, meminerit non ſuadere tanquam inhoneſta. | 197.
iniquorum judiciorum exempla. | 264. 23, 24,
iniquorum ratio noſcenda eſt, ut melius æqua tueamur. | 197.
iniquum petendum, ut æquum feras. | 258.
inire forenſium certaminum pugnam. | 322.
initia proximam clauſulis diligentiam poſtulant. | 601.
initia [verſuum] initiis [orationum] non conveniunt. | 604. 323,
initiata manus quaſi quibuſdam ſacris. | 745. 64,
initio movendus eſt judex, & ſummo impellendus. | 407. 35,
initiorum [in oratione numeroſa] cur facilior ſit ratio. | 601. 270,
injudicatum aliquid relinquere. | 632. 291,
injungere, pro τῷ *imponere*. | 4. 11,
injuratæ teſtes quinam ſint. | 269. 24,
injuria quid ſit, & quomodo fiat | 443. 138,
injuriæ atrocitas ex quibus creſcat. | 353. 74, & *ſeq.* | 354.
injuriæ genus hoc verecundius ineſt paſſis, quam auſis. | 682. 240,
injuriam pudori afferre. | 490.
innatantia quænam dicantur. | 412. 155,
inopinabiles materiæ. | 94. 94,
inopinata magis delectant. | 526. 280,
inornata quænam ſint, & quotuplicis generis. | 493. 494. 297, & *ſeqq.*
inornatum ſciamus eſſe quod ſit improprium. | 482. 81,
inſcriptæ pecudes, quæ. | 169. 201.
inſcripti maleficii actio quænam dicatur. | 444. 159,
inſcriptum maleficium quid ſit. | 444. 159.
inſecabilia corpora. | 132. 121, | 149. 48,
inſectatio fortunæ turpis eſt. | 682. 245,
inſinuatio quæ pars exordii, & quibus cauſſis conveniat. | 218. 152, 155,
inſtans tempus, pro præſenti. | 290. 201,
inſtantia, ἔνστασις, quid. | 163. 91,
inſtitor eloquentiæ. | 481. 62,
inſtitor ambitioſus eloquentiæ. | 677. 149,
inſtitutio an & quomodo differat ab inſtitutis. | 1. 5,
inſtituendus eſt quiſque, ita ut propria naturæ bona doctrina foveantur. | 104.
inſtituerunt dare. | 45. 289,
inſtrumenta quænam vocet Quinctilianus. | 274. 159, | 277. 3, quæ vocentur in re judiciaria. | 241. 409,
inſtrumentum duplici ſenſu intelligitur. | 158. 81, peculiari ſenſu in-

telligitur. | 165. 134, | 416. 233, | 425. 189, inſularum magnitudines non ſatis ſignificantur navigationis ambitu. | 74. 170,
intabeſcere perpendendis coagmentandiſque verbis. | 755. 286,
in *intellectu* omnium communi poſitum eſt. | 284.
ab *intellectu* artis abeſſe. | 115.
ſecundum *intellectum* quemdam. | 363. 41,
ad *intellectum* referre aliquod nomen. | 437. 22,
τὸ *intellectus* nominis quid ſit. | 459. 8,
intellectus, pro ſignificatione nominis. | 164. 118, | 280. 4, | 526. 268, | 536. 58,
non ut *intelligere* poſſit auditor, ſed ne omnino poſſit non intelligere, curandum. | 478.
intendere ſe in rem. | 217.
τὸ *intendere* crimen duplicem habet ſignificatum. | 565. 451,
intendere, pro τῷ accuſare. | 153. 66, | 161. 34,
de τῷ qui *intendit.* | 163. 76,
τῷ *intenditur* ſenſus peculiaris. | 338. 50,
intentio præcedat oportet, ac præ ſe res agat. | 665. 26, duplicem præſertim ſignificatum habet. | 340. 86,
intentio & propoſitio in epichiremate ſunt ſynonymæ. | 337. 24, 33, | 339. 62, in epichiremate quid ſit. | 337. 24. 33, | 339. 62, pro accuſatione. | 406. 21, | 465. 52, pro attentione. | 232 181, quid ſit apud Quinctilianum. | 397. 10,
τῷ τῷ *intercapedinis* nominativo uti cur non impediat. | 490. 491. 237,
interclusio & interpoſitio parentheſin ſignificant. | 571. 115,
interdicere & interdictum. | 249. 613,
interdicere quid ſit, cum τῷ *petere* opponitur. | 177. 373, 374,
interfatio quid ſit. | 234. 234,
interjectio parentheſin ſignificat. | 572. 138, quid ſit apud Quinctilianum. | 696. 128,
τὸ *interim*, pro τῷ *aliquando.* | 67. 24,
interiora ſacri adire. | 25.
inter paucos diſertus. | 653. 49,
interpretandi methodum optimam qui ſecuti fuerint. | 64. 56,
interpretatio quænam figura ſit apud Cornificium. | 586. 427,
interrogatio alia eſt ſimplex, alia figurata. | 714. 578, quandonam figura ſit. | 548. 34,
interrogationes Socraticorum, cujuſmodi eſſent. | 273. 123, 124,
interrogationis plures variique modi. | 548. 32, & *ſeqq.* | 549. 44, & *ſeqq.*
τὸ *interruptum* quodnam ſit figuræ genus Ciceroni. | 542. 216,
inteſtati qui dicantur. | 183. 508, | 255. 53,
τοῖς *inventis* unum vix aliqua pars ſequitur. | 651. 92,
numquam *invenitur*, ſi contenti fuerimus inventis. | 648. 14,
inventiunculæ facie ingenii blandiuntur. | 509. 99, ſi excuſſæ fuerint, riſum habent. | 509. 98,
inventiunculis plerique minime gaudent. | 509.
inverſio quid ſignificet apud Quinctilianum. | 525. 246,
invident qui nec cedere volunt, nec poſſunt contendere. | 673 53,
invidere aliqua re, an dicatur. | 566. 2,
invidere hanc rem, dicebant Veteres. | 566. 2,
invidia potentes ſequitur. | 213.
invidia adverſarios, convicium nos inviſos facit. | 365. 73, duplex eſt, altera invidum, altera invidioſum facit. | 366. 95, 96,
invidia premere quid ſit. | 351. 21,
invidia criminis pro reo eſt, antequam probatur. | 251. 22, 23,
invidia plus quam convicium, poteſt. | 365. 72,
in *invidiam* ſummam res atrociſſimas efferre. | 503. 66,
invidiam alicui quærere, quid ſit. | 354. 84,
τὸ *inviſum* plus dicit, quam τὸ *invidioſum.* | 353. 54,
invitis nihil facile perſuadetur. | 251.
inutilis pro noxio & pernicioſo. | 299. 420,
jocantem non feret quiſquam accuſatorem in atroci cauſſa. | 376. nec patronum in miſerabili cauſſa. | 376.
joci Ciceronis ex inopinato. | 389. 344, 346,
joci & per ſuſpicionem exemplum. | 390. 364, 365,
joco eum nemo laceſſat, quem lædere ſit periculum. | 376. 377. 131,
jocorum ex nomine frequens eſt materia. | 287. 149, genus ex decepta opinione venuſtiſſimum eſt. | 389. 342, 344, 345, 346,
per *jocum* Scipio Serapio dictus. | 381. 226, 228,
ad *jocum* confert ſimilitudo, ſi ad aliquid inferius leviuſque referatur. | 381. 225,
per *jocum* Lentulus Spinther dictus. | 381. 227, 228,
jocus eſt inhumanus adverſus miſeros. | 376. de eo qui in adulterio deprehenſus eſſet. | 390. 362, Galbæ de piſcibus ex parte adeſis qui verſati poſtridie apponerentur | 390. 375, 376, Ciceronis ex diſſimulatione. | 389. 390. 352, 354, Afri [Domitii] ex inopinato. | 389. 345, in ingratum litigatorem | 391. 390, ex ſimulatione. | 389. 349, in Didium Gallum. | 385. 285, 286. in Longum Sulpitium. | 376. 123, Cæcilii in conſultorem. | 390. 356, 358, C. Caſſii in militem ſine gladio decurrentem. | 390. 372, 373, 374, Jubæ in querentem quod ab equo ſuo eſſet aſperſus. | 390. 370, 371, in ſtultum qui dives factus erat. | 392. 405,
jocus quid ſit & quotuplex. | 374. 75, gratus eſt, qui minus exprobrat, quam poteſt. | 392.
ἰῶτα προσγεγραμμένον quid ſit. | 58. 61,
ὑπογεγραμμένον quid ſit. | 58. 61,
ἰωτακισμὸς quid. | 39. 146,
Jovis Capitolini laudes oratorio genere tractatæ. | 186. 19,
Jovita Rapicius laudatur. | 596. 190,
Iphicrates Ariſtophontem, a quo accuſabatur, quomodo refellerit. | 318. 37,
ira maxime rationi obſtat. | 399. 49, nonnunquam in indoctis eloquentiam facit. | 367.
ire per omnes perſonas & affectus. | 62. per ſimiles affectus | 682. 240, in corpus, quid. | 108. 20,
damnatum *iri* videtur reus, an Latine dicatur. | 562. 381,
ex *ironia* fictio C. Cæſaris. | 390.
ironia alia eſt tropi, alia ſchematis [figuræ.] | 535. 30,
in *ironia* diverſa eſt orationi voluntas. | 527. 295, totius voluntatis fictio eſt. | 554. 195,
ironia diverſum ei quod dicit, intellectum petit. | 365. 69, quam late pateat | 554. 201,
ironia eſt indignationis plena in illo, ſi diis placet. | 490. 231,
ironia prope genus eſt joci. | 385. qua ratione poſſit intelligi | 527. 294, quæ figura ſit, & quomodo Latine dicatur. | 527. 292, | 540. 150, | 554 194, 195, | 555. 216,
ironia quæ tropus eſt. quomodo differat ab ironia figura. | 533. 13, | 554. 195, & *ſeqq.*
ironia quam multas habeat ſpecies. | 555. 209, 212, | 556. 227, & *ſeqq.*
ironiæ varia exempla. | 527. 300, 301, | 528. 305, varia genera. | 527. 296, | 528. 306,
ironiam figuram facit certus quidam troporum contextus. | 555. 206, quomodo deſignet Cicero. | 545. 271,
irrationabilia cur vocentur animalia cætera. | 126. 52,
Iſaac Monachus περὶ μέτρων ex cod. MSS. Reg. 3239. laudatur. | 605. 338,
τὸ ἰσάζον δι' ὅλου quodnam ſit quæſtionis genus. | 243. 447,
Joſeph Iſcanus Poeta laudatur. | 708. 422,
ἰσχνὸν eſt ſubtile dicendi genus, & docendo aptum. | 752. 229, narrationi & probationi congruit. | 753. 233,
ἰσχνότης literarum quid ſit. | 39. 144, 145, | 76. 10, 11,
τῶ *is, ea, id* uſurpatio quæ ſuperflua videri poſſit. | 498. 394,
Iſidori ſyſtema de quæſtionum oratoriarum ſtatibus. | 182. 468,
Iſidorus Hiſpalenſis laudatur. | 52. 151, | 246. 548, | 430. 51, | 747. 111,
τὰ ἰσόκωλα quomodo vocet Cicero. | 541. 195,
τὸ ἰσόκωλον quid ſit. | 583. 340, quomodo Latine vertatur. | 583. 340,
τῶν ἰσοκώλων, ὁμοιοπτώτων & ὁμοιοτελεύτων exempla. | 583. 338, & *ſeqq.*
Iſocratem libri bene dixiſſe, diſcipuli bene docuiſſe teſtantur. | 105.
Iſocrates Ephoro calcaribus, Theopompo frenis opus eſſe dicebat. | 105. 33, Gorgiæ auditor de Arte Rhetorica ſcripſit. | 143. 50, 51, in omni genere orationis ineſſe laudem ac vituperationem putavit. | 152. 48, juvenis in πομπικοῖς & ἀντιθέσεσι copioſus fuit. | 582. 313, octavum & nonageſimum annum implevit. | 143. quot annos in ſuo panegyrico inſumpſerit. | 657. 12, Rhetoricam nomine Philoſophiæ appellavit. | 123. 133, 134,
Iſocratis exordia. | 192. 37,
Iſocratici concurſum vocalium maxime vitabant. | 593. 134,
τὸ *iterari* verba quid ſit Ciceroni. | 544. 231,
τὸ *iteratio* [figura] quam late pateat apud Ciceron.. | 539. 146,
τὰ *jucunda* non ſint diſſoluta. | 756. 292,
de *jucunditate* ſola an ſit nonnunquam conſultatio. | 194. 195. 105,
judex erat aliquis rerum ſuarum in quadam cauſſa, cui adfuit Cicero. | 214. 65,
judex voluptate ad fidem ducitur. | 247. 555, non omnibus ſemper argumentis onerandus eſt. | 318. 27, feſtinat ad id quod potentiſſimum eſt. | 257. etſi verbis devinctus eſt, niſi ipſi rei acceſſerit, tacitus diſſentiet | 431. 72, 73, odit fere litigantis ſecuritatem. | 220. vult quiſque firmam eſſe alterius ſententiam. | 264. libentiſſime patronum audit, quem juſtitiæ ſuæ minime timet. | 213. 30, non ex facto ſo-

lum dictove, ſed vultu, habitu, aſpectu moveri ſolet. | 353. privatus quiſnam eſſet, & quomodo a centumviris diſtinctus. | 305. 576, interdum fallendus eſt, ut aliud agi, quam quod petimus, putet. | 256. 25, 31, 34,
judicatio quid Rhetoribus. | 206. 4, 18,
judicatorum obtinere locum. | 733. 2,
judicem attentum & docilem quæ faciant. | 216. 217. an non ſemper facere attentum ac docilem oporteat. | 217. 136, prius docendum quam movendum præcipit Apollodorus. | 335. 294, 296, rura plerumque in decurias mittunt. | 234. 214,
judicem non eſſe, ubi arma valeant; ubi judex ſit, illa nihil valere. | 305.
judices iis, quos libentius audiunt, facilius etiam credunt. | 213.
judicia extraordinaria quæ. | 204. 11, optime dictis *judicia* prava gratiam non referunt. | 622. 81, privata quæ ſint. | 204. 13, publica quæ ſint. | 204. 10, 12, 13,
τὰ *judicia* ſuſcipere quid ſignificet. | 735. 4,
judicialis materia, quæ. | 107. 3,
judicialis cauſſæ quinque partes; quid ſingulæ præſtent. | 466.
judicialium cauſſarum partes quot ſint. | 202. 203. 2,
judicii plus in eligendis, quam in congerendis ſtudii adhibere. | 370.
in quibus *judiciis* incertum ſit, utra pars agere prior debeat. | 411. 128,
in *judiciis* publicis orator ſtans dicebat; in privatis ſedens. | 677. 135,
in *judiciis* ſpectandum, an voluerit quis, an potuerit. | 291. vulgo fas habetur aliquid ſuo ſtudio indulgere. | 193.
in *judicio* eſſe. | 316.
judicio magis quodam ſentiri, quam præceptis tradi poteſt. | 683. 259,
judicis memoriæ inculcare. | 397. moribus quomodo uti debeat orator. | 214. accendendi plures ſunt gradus. | 714. 589,
judicium an & quomodo diſtet a conſilio. | 401. 1, | 402. 8, ſummorum in eloquentia virorum eſt pro ratione. | 47. inventioni quidam ſubjungunt. | 401. 2,
pro *judicii* loco. | 229. 110,
pro τῷ *judicum* conſilio, conſeſſu, ordine. | 257. 55, an ſit ſexta Rhetoricæ pars inventioni ſubjungenda. | 148. 17, 19,
judicium ſuum alicui rei interponere. | 59. 60,
judicum naturas in *cauſſam* aſſumat orator. | 214.
jugeri menſura, quæ. | 74. 179,
jugulum petere quid ſignificet. | 526. 278,
Juliani Apoſtatæ λόγος ἐσχηματισμένος. | 558. 296. Miſopogon laudatur. | 754. 261,
Juliani juriſconſulti præclara ſententia. | 453. 1,
Jul. Cæſar. Commentarii laudantur. 685. 26,
Jul. Cæſar eodem animo dixit, quo bellavit. | 644. 519,
in *Jul.* Cæſare mira ſermonis elegantia. | 644. 520,
Julius Florus in eloquentia Galliarum princeps. | 653. 48, quid reſponderit adoleſcenti difficultatem exordii paſſo. | 654. 54,
τὰ *juncta* quid ſignificent apud Quinctilian. | 303. 516,
junctum tempus, quid. | 290. 291. 224, quomodo differat ab adhærenti. | 290. 291. 224, 225,
junctura eſt in verbis, inciſis, membris, periodis. | 593. 122,
jungere dure vocabula vetantur Latini. | 521. 190,
Junii catalogus pictorum laudatur. | 743. 12,
Junius [Adrianus] interpres Eunapii reprehenditur. | 744. 27,
Junius [Melchior] laudatur. | 21. 15, jurare, niſi ubi neceſſe eſt, gravi viro parum convenit. | 564.
τὸ *jure* facere duplici ſignificatione dicitur. | 170. 239,
τὸ *jure* intendere, ad quem ſtatum referatur. | 181. 459,
de *jurejurando* quid in utramque partem dicatur. | 266. 267.
in *jure* pleraque non legibus, ſed moribus conſtant. | 283. 65,
τὸ *jure* ſummoveri vel transferri quid ſignificet. | 728. 66, 67,
juri alicujus indulgere. | 447.
juridicialis ſtatus pertinet ad qualitatem. | 167. 172,
juri jurando alieno ſuum donare, quid ſit | 264. 27.
in *jure* ſuo conſiſtere, quid ſignificet. | 446. 4,
jure nititur, quod facto defendi non poterit. | 441. 110,
juris apud Quinctilianum quinque ſignificatus | 288. 181,
juris clementia quid ſit. | 440. 80,
juriſconſultorum [veterum] ſcripta qualia ſint. | 690. 133, ſummus circa verborum proprietatem labor eſt. | 344.
juris totius breviſſima diviſio. | 732. 18,
juris loco quæri quid ſit. | 443. 152, | 444. 162,
juris quæſtiones quaſnam vocet Quinctilianus. | 408. 63,
juris tria genera, ſacri, publici, privati. | 96. 143, 144,
jus non eſſe in tabulis. | 305. 589, | 306. 593,
jus aliud eſt obſcurum, aliud ambiguum. | 459. 15, dubium æquitatis regula examinandum eſt. | 732. 18,
jus belli nihil valere in eo quod in judicium deduci poteſt. | 305. 571.
jus certum quodnam dicatur. | 732. 18, dubium quodnam dicatur. | *ibid.*
jus & æquum quomodo inter ſe opponantur. | 252. 42,
jus, injuria ad quem ſtatum pertineant. | 170. 236,
jus ipſum Rhetorices interpretari, quid. | 7. 70,
jus omne quod eſt certum, aut ſcripto aut moribus conſtat. | 732. 18,
jus, quod ſit incorporale, apprehendi manu non poſſe. | 305. 582,
juſi pro τῷ juſſi ſcribebant οἱ Cicerone & Virgilio paulum ſuperiores. | 58.
jusjorandum per mala. | 348. 47,
jusjurandum deferre, quid ſit. | 267. 16,
juſta quædam natura, ſed conditione temporum inutilia civitati. | 725. 127,
juſtitiæ hanſtus bibere. | 731. 124,
Juſtiniani Inſtitut. laudantur. | 226. 19, | 344. 150, | 413. 162,
Juſtinus laudatur. | 343. 139, | 444. 163, | 463. 14, | 682. 234, | 727. 29, | 732. 14, | 735. 21, | 737. 8,
juſtiora quidam poſterorum, quam ſuæ ætatis judicia ſunt conſecuti. | 188. 60,
juſtum omne continetur natura vel conſtitutione. | 437. 24, 25,
Juvenalis laudatur. | 150. 61, | 334. 284, | 348. 62, | 378. 163, | 383. 252, 257, | 479. 25, | 593. 127, | 653. 51, | 662. 83, | 713. 560, | 755. 276, | 756. 288,
juvenes admodum quinam cauſſas egerint. | 735. 1, & ſeqq.
juvenes inſtructos ſe ſatis non putent, ſi quem ex his, qui breves circumferuntur, artis libellum edidicerint. | 116. 69,
juvenibus quale genus eloquentiæ conveniat. | 675. 98, 101,
juventam ſenilem præmaturæ mortis ſignum eſſe. | 348. 52,
juvenum Tarentinorum jocus, quo ſe Pyrrho Regi excuſarunt. | 371. 37,

K

Τῷ K non eſt utendum, niſi cum per ſe ſolum ſcribitur, & nota nominum eſt. | 56. 25,
K quorumdam nominum nota eſt. | 26. 27. 47,
τὰ καθολικὰ quomodo Latine vertat Quinctilian. | 116. | 507. 40,
τὸ καθ' ὑπόθεσιν dictum quid ſit. | 390. 364,
καιροσπάνις vel καιροσπάνεια quid ſit Photio. | 526. 279,
κακοζηλία quid ſit. | 89. 28, 30,
κακοζηλίας vitium petitur, cum cætera vitia vitentur. | 493. 287,
τὸ κακόζηλον eſt omnium in eloquentia vitiorum peſſimum. | 493. 284, eſt mala affectatio, & quam late pateat. | 493. 284, cur omne ſit utique falſum. | 493. 292, vocatur, quicquid eſt ultra virtutem. | 493. 286, & quoties ingenium judicio caret, & ſpecie boni fallitur. | 493. 286,
κακοσύνθετον male collocatum. | 494. 299, quid ſit. | 489. 490. 228,
κακοτεχνία quid ſit. | 119. 11, | 135. 8,
τὸ κακόφατον quid ſit. | 489. 490. 228, 229, 230,
καταβαυκαλήσεις, quid. | 72. 133, | 474. 35,
καταλογάδην, quid Græcis. | 64. 57, | 530. 351,
καταπεπυκνωμένος quid Græci vocent. | 77. 25,
κατάπληξις figuræ nomen apud Gorgiam juniorem. | 565. 448,
καθασκευάζειν, conſtituere, quid ſit Rhetoribus. | 203. 16,
κατασκευή, quid. | 93. 74.
καταχρῆσει Poëtæ utuntur, etiam ubi propria vocabula ſuppetunt. | 522.
κατάχρησις abuſio cur ſit neceſſaria. | 473. 23,
κατάχρησις abuſio & μεταφορὰ tranſlatio, quomodo inter ſe differant. | 522. 198, an ſit, ubi pro temeritate virtus dicitur. | 522. 201, quid ſit & efficiat. | 149. 34, | 521. 192,
κατεστραμμένη λέξις quæ dicatur Ariſtoteli. | 615. 538,
Keckermann. [Barth.] laudatur. | 15. 2,
Keckermann. ſyſtem. Rhetoric. | 65, 8,
κέλευσμα remigum, quid. | 69. 68,
κεφάλαια, quid Hermogeni. | 159. 8, 326. 103,
κεφάλαια τελικὰ Hermogenis quomodo verterit Priſcianus. | 194. 86, male vertuntur capita extrema. | 194. 86,
κεφαλαιοῦσθαι quid ſit. | 222. 265,
ὁ κινδυνεύων τῆς προδοσίας proditionis

reus. | 354. 104,
κλῖμαξ gradationis exempla varia. | 577. 239, 241, 245, varia nomina. | 577. 237,
κλιμακωτὸν quænam figura ſit Hermogeni. | 577. 237,
κλῖμαξ gradatio figura cur eſſe rarior debeat. | 577. quænam figura ſit. | 541. 196, | 544. 242, | 576. 237,
ὁ κλωσμὸς quid ſit. | 698. 178, 179,
κοιλοστομία, quid. | 39. 148,
κοινὴ πιστότης quid ſit. | 94. 90, quid ſit Hermogeni. | 335. 295,
κοινισμὸς apud ſolum Quinctilian. legitur. | 526. 274, quid ſit, | 494. 301, quid ſit Quinctiliano. | 526. 274,
τὸ ἀπὸ κοινοῦ & τὸ ζεῦγμα ſunt ſynonyma. | 527. 29, | 578. 262,
ἀπὸ κοινοῦ figuræ Grammaticæ nomen. | 95. 126, | 139. 58,
κοινωνία vel συνοικειωμία figura quænam ſit. | 575. 197,
κολοβότης quinam dicantur. | 696. 117,
κόμμα inciſum quid ſit. | 591. 84,
κόμματα Latine dicuntur inciſa. | 591. 85,
koppa ſimilis eſt effectu ſpecieque τῷ Q. | 27. 48,
koppa vel kophe quid apud Græcos. | 27. 50,
τὸ κρινόμενον eſt judicatio. | 177. 371. | 183. 495, quid proprie ſit. | 435. 159, | 206. 4, 18. | 435. 159,
κρίσεις quænam ſint. | 315.
κριτικὸν judicandi pars quænam ſit. | 342. 125,
κύκλος quam verborum figuram ſignificet apud Hermogen. | 544. 236, | 573. 163,
Κυριολογία propria locutio Diomedi Grammatico virtus eſt. | 472. 13,
κῶλα Latine dicuntur membra. | 591. 85,
κῶλον membrum quid ſit. | 591. 84,

L

L Nota veterum Criticorum. | 24. 10,
Laberii dictum. | 349. 66,
laborare paupertate ſermonis. | 487.
laborare cauſſa, quid ſit. | 218. 165,
ut labore alieno tantum ſit diſertus, nemo expectet. | 461.
in labore uno perſeverare eſt aliquanto difficilius. | 80.
laboris exhauſti noſſe menſuram, voluptati eſt. | 259.
in libris quænam ſiant indecore. | 703. 288,
lacertis expreſſa corpora quæ dicantur. | 467. 468. 102,
laceſſendo nihil dici poteſt, quod non etiam in repercutiendo. | 379. 183,
Laconica ſaltatio ad bella utilis. | 78. 57,
de Laconiſmo. | 233. 213,
lacrymarum affectus longe vehementiſſimus eſt, cum invaluit. | 359. quomodo ſit ſolvendus. | 359. 206, ſi nihil efficit, tepet. | 359.
ad lacrymas movendas ne quis niſi ſummis ingenii viribus aggredi audeat. | 359.
Lactantius laudatur. | 479. 26, | 622. 72,
Diogenes Laertius laudatur. | 455. 18,
τὸ λάμβδα ſuccedit literæ ρ etiam apud Latinos. | 77. 16, 17,
λαμβδακισμὸς quid. | 39. 146,
laminam tenuem ducere. | 91.
Lampridius laudatur. | 278. 18, | 362. 19,
τ lapidare ſignificatus & uſus | 473. 22,
lapidibus olim notata milliaria. | 259. 95,
λαρυγγίζειν, quid. | 76. 10,
laſciva humilibus, hilaria omnibus conveniunt. | 375.
τὸ λάθος per metalepſin eſt prudens. | 522. 203,
quod latet, non ſemper optimum eſt. | 654. 59,
Latina facundia circa rationem eloquendi vix habet imitandæ Græcæ locum | 747. 198, in quibus Græcæ ſimilis ſit. | 747. 108,
Latinæ linguæ ſumma paupertas in eadem verba nos frequentiſſime reſolvit. | 749. 140,
Latini quoque (poſt Græcos) auctores afferent utilitatis aliquid. | 62. 28,
Latiniſmi veteris monumenta. | 475. 61,
Latinorum veterum plerique plus ingenio, quam arte valuerunt. | 62. 63. 29,
lavamus elegantius dicitur, quam lavamur. | 55. 210,
Lavaterus (Ludovic.) laudatur. | 23. 39,
quæ laudamus, inutilia ne credamus. | 673. 41,
laudandi invicem qualiacumque humanitas, perniciciſſima ſtudiorum hoſtis. | 87.
laudanti ſua verecundius dicendum eſt, quam aliena. | 213.
laudare vituperationis ſimulatione. | 527. 299,
laudationes Romanorum funebres. | 186. 5,
laudativa pars eſt Rhetoricæ tertia. | 121. 68, quænam ſit. | 174. 301,
laudativum, ſeu demonſtrativum cauſſæ genus. | 152.
laudatores ipſis reis dare licebat apud Romanos. | 186. 8,
ubi laudetur quidque aut vituperetur, intereſt. | 189.
laudis proprium eſt, res amplificare & ornare. | 187.
Laurentii (Gaſparis) error in Latina Hermogenis verſione. | 164. 113, | 194. 86, | 439. 65,
Laurentii Vallæ laus & defenſio. | 210. 5,
laus cuiæ non eſt militis. | 720. 30, pulcherrima eſt cum ſequitur, non cum arceſſitur. | 651. 98,
lædere rempublicam, quid ſit. | 444. 166,
Lælii filia paternam eloquentiam in loquendo reddidit. | 9.
τὰ λεῖα non ſint luxurioſa. | 756. 291,
lectio ſine ſtylo ſomnus eſt. | 651. 6, ſit non cruda, ſed multa iteratione mollita & confecta. | 622. 86, ſit virilis & cum ſuavitate gravis. | 61. 5,
in lectione certius [quam in auditione] judicium. | 622. 78,
lectione multa magis, quam multorum formanda mens. | 631. 253,
nihil eſt in ſtudiis minus laborioſum. | 732. 22, ſtylus requieſcit & lectionis tædium vicibus levatur. | 80. 22,
lectionis ars quatuor conſtat, accentu, diſtinctione, pronunciatione, modulatione. | 61. 1,
legale genus, quid. | 155. 18, | 167. 172,
legales partes quatuor, & quænam. | 169. 205, | 171. 272. 271, | 175. 319, 321, 323,
legationem perferre & renunciare, quomodo inter ſe differant. | 444. 163,
legationum duplex genus. | 444. 163,
legatum quid ſit. | 226. 26.
lege agere, quid. | 438. 45,
ex lege una duo ſtatus [quæſtionum oratoriarum] fieri poſſunt. | 184. 523, 524, non ſemper quæſtio eſt. | 408. 57,
de lege τῷ Liberi parentes alant, aut vinciantur | 449.
de lege τῷ Liberti heredem ſequantur. | 452. 37,
de lege τῷ Nothus ante legitimum natus, legitimus ſit; poſt legitimum, tantum civis. | 452. 46,
de lege τῷ Patri in filium, patrono in libertum manus injectio ſit. | 452. 37,
legendi Demoſtenes & Cicero, tum ita ut iis quiſque ſimillimus. | 627. 163,
quomodo legendi ſint oratores. | 623. 87, & ſeqq.
legendus eſt diu non niſi optimus quiſque. | 623. 87,
legentis alia conditio eſt, alia audientis. | 622. 74, & ſeqq.
leges Agrariæ, quæ. | 125. 19, contrariæ caſu colliduntur & eventu. | 450. duplices quænam dicantur, & quibus opponantur. | 452. 45, quænam & quotuplicis generis invicem colliduntur. | 450. 451. manentes, quæ. | 96. 254.
legi debet aliter carmen, aliter proſa. | 61. 6,
legis ferendæ modus apud Romanos. 255. 48,
legis verba cum contra ſunt, natura permittit ut de voluntate quæratur. | 413. 168,
legum lator apud Græcos ad judicium vocabatur. | 96. 138,
legum contrariarum utra potentior habenda ſit. | 451. 26, 29, 30, 31,
Lenas Latinus Rhetor. | 145. 90, 91,
Lenocinii crimine quis teneatur. | 291. 252,
Lentulo conjurationis cogitationem quid attulerit. | 287. 142,
Λέων & Παντολέων cur & quomodo inter ſe contendant de hereditate. | 456. 26, 27,
Leonides Alexandri pædagogus. | 10.
Leopardi emendationes laudantur. | 65. 8, | 455. 18,
lepus quaſi levipes. | 52. 150,
utrum levis [λεῖος] an lævis oporteat ſcribere. | 629. 224,
leviora quandonam primum diſci poſſint, & quomodo. | 407.
lex adverſus virginum raptores lata. | 237. 306, antiqua de abdicatis. | 183. de adoptatorum reditu in familiam. | 183. de nothis. | 183. 184. 509,
lex Cincia quid vetaret. | 737. 7, quando & quomodo ſublata fuerit. | ibid. 20, de peregrino qui murum aſcendiſſet. | 254. 25, judiciaria quænam fuerit. | 258. 87, nunquam eſt legi contraria jure ipſo, & quamobrem. | 450. 6, omnis aut tribuit, aut admittit, aut punit, aut jubet, aut vetat, aut permittit. | 447. 30, Pelargica quænam fuerit. | 302. 492, Servilia quænam fuerit. | 378. 171, Theatralis | 163. 87, x11. Tabularum laudatur. | 48. 37, | 452. 37,
τὸ λέξιμον, quid dialecticis. | 308. 22,
de λέξει, pro τῷ λέξιν. | 58. 59, 62, 63,
Libanius laudatur | 212. 8, | 647. 10,
de libellis quos manu tenebant & ad quos reſpiciebant oratores. | 669. 104,

libellorum nomine Quinctilianus quid intelligat. | 362. 16,
libellos quoſnam vocet & improbet Quinctilian. | 739. 17,
liberale judicium quid ſit. | 376. 125,
quæ *libertas* in aliis eſt, in aliis licentia vocatur. | 197.
libertatis ſpecies frequenter deducere ad temeritatem ſolet. | 742. 33,
libertatis ſpecie inſanire. | 755. 273,
οἱ liberti dicuntur interdum libertini. | 294. 303, | 434. 125,
libertus quomodo differat a libertino. | 294. 303,
libido ſi qua pretioſa fecit, numquam hoc continget, ut fecerit & bona. | 320.
libris quod dedicatur cur terſum ac limatum eſſe oporteat. | 751. 205,
non *licet* aut decorum eſt ubique idem. | 289.
lima opus poliat, non exterat. | 657. 10,
lineam poſcere, quid ſignificet. | 710. 474,
lineares probationes, quæ. | 76. 213,
linearis ratio, quid. | 73. 152, 162, 163,
lineas primas ducere. | 102.
lineis primis aliquid deſignare. | 247. 557,
lingua quando primum eſſe cœperit in quæſtu. | 5. 35,
Lipſius ignorabat quænam eſſet tertia litera, quam Claudius Imperator excogitaverat. | 26. 40, | 59. 86, laudatur. | 474. 36,
liptote barbara vox legitur in Deſpauter. | 579. 263,
ad *liquidum* conſiliumque omnia perducere. | 342,
lis Urbiniana qualis fuerit. | 422.
literarum ſacra colere. | 639. 421, contextus, quid. | 13. 87, tum pura voluptas, cum ab actu, ſeu opere receſſerunt & contemplatione ſui fruuntur. | 134. facies & habitus, quid. | 13. 92, 93, hic uſus eſt, ut cuſtodiant voces & velut depoſitum reddant legentibus. | 60. 103,
ad *literarum* cupiditatem præcipue acuit laudis amor. | 720. 29,
literarum quarumdam exilitate, vel pinguetudine nimia laborant Latini. | 76. 10, 11,
literas ex Græcis jucundiſſimas Latini non habent. | 747. 110,
literas tabellæ quam optime inſculpi, utile pueris eſt. | 13.
literæ quædam neceſſariæ an deſint Latinis. | 26.
literæ ſunt unicum in adverſis ſolatium. | 349. 69,
literæ tres quænam fuerint a Claudio Imperatore excogitatæ. | 26. 40, | 59. 86, aliæ aliis non diſſimilibus, ſed hebetioribus permutantur. 76. 14, id exprimere debent, quod dicturi ſumus. | 60. pauciores olim, nec ſimiles noſtris earum formæ erant, vis quoque diverſa. | 57. 28,
quod *literæ* perpolierunt, eo ſolo minus eſt, quo melius. | 113. 33, 34,
literæ acriores, quæ. | 76. 12, 13, an apud Latinos quædam redundent, & quænam. | 26. 27. 45, 46,
lites quædam in declamatorum ſcholis aliter vocantur, aliter in foro. 438.
in *litibus* parvis tragœdias movere, quale ſit. | 357. 171,
litigator [a patrono] interrogandus quam infeſtiſſime ac premendus eſt. | 739. 31,
quid *litigator* velit, an ſemper intuendum in cauſſis agendis. | 562. 363,
litigatorem evocare, quid ſignificet. | 739. 27,
litigatores plurimi mentiuntur, & tanquam non doceant cauſſam, ſed agant, non ut cum patrono, ſed ut cum judice loquuntur. | 739. 26,
litium conditio non eadem eſt ac diſputationum, ſc i & auditorii. | 626. 155,
in *litium* medullis mediis verſari. | 85.
in *litore* cœnabant Veteres, ubi genio indulgere vellent. | 435. 146,
litoris variæ definitiones. | 344. 150,
litus quid ſit. | 431. 61,
T. *Livii* ad filium epiſtola de legendis oratoribus. | 627. 162, dotes egregiæ. | 642. 473, lactea ubertas. | 625. 137, Paravinitas. | 43. 254,
in *Livio* putat ineſſe Pollio Aſinius quamdam Paravinitatem. | 471. 17,
ad *Livium* intelligendum jam profectu opus eſt. | 100. 101.
Tit. *Livius* laudatur. | 42. | 285. 114, | 349. 66, | 368. 135, | 375. 107, 430. 58, | 444. 163, | 453. 5, | 489. 225, | 492. 263, | 495. 345, | 515. 57, | 517. 119, | 553. 103, | 566. 2, 5, | 577. 243, | 591. 94, | 604. 324, | 644. 519, | 710. 490, | 754. 261, hexametri exordio cœpit. | 604 324, hiſtorias ſuas ab hemiſtichio incepit. 392. 407,
lixa quid ſit & ſignificet. | 524. 235,
loca horrida & confragoſa. | 275.
loca argumentorum non ſunt ſcrutanda ſingula, & velut oſtiatim pulſanda. | 306. 611,
loci varii argumentorum. | 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303.
loci minor amplitudo majore circuitu claudi poteſt. | 74. 167, | 75. 185,
loci communis definitio quatenus eſt progymnaſma. | 285. 96, quatuor ſunt notiones. | 285. 94, quarta ſignificatio. | 326. 103,
loci longe plures, quam ſexdecim ſunt, quos intrinſecos vocant. | 301. 480,
loci quidam faciunt ad totius cauſſæ inclinationem. | 534 291,
loci Rhetorici non ſatis inſtruunt oratorem ad probandum. | 303. 513, | 306. 595,
loci argumentorum ſunt in iis, quæ rebus aut perſonis accidunt. | 276.
in *locis* [communibus] ac deſcriptionibus fuſi ac fluentes ſumus. | 616. 574,
quorum *locorum* extremæ lineæ eamdem menſuram colligunt, eorum ſpatium non continuo par eſt. | 74. 166, 167,
locorum laus quomodo dicenda ſit. 190.
locos communes tractaſſe primi dicuntur Protagoras, Gorgias, Prodicus & Thraſymachus. | 142. 45,
locum ſcriptoris ad literam ſubjicere. | 538. 122,
locuples unde dicatur. | 292.
locus ad qualitatem frequenter pertinet. | 289. 187,
locus a perſona quatuordecim ſpeciales locos continet. | 301. 480,
locus communis dicitur quatuor modis. | 85. 44, 53, | 93. 94. 88, 89, 90, | 95. 116, | 263 15,
Λοχὸς una e Menandri comœdiis. | 633. 314.
λογικαὶ vel πραγματικαὶ πίστεις, quæ. | 276. 22,
λογογράφοι, qui. | 123. 132,
οἱ λόγοι, quid apud Rhetoras. | 154. 5, 6,
ὁ λόγος, pro ſermone proſaico. | 530. 351, rationem & orationem ſignificat. | 126. 46,
λόγος ἢ ὕσίας quid ſit Ariſtoteli. | 220. 209,
minus *longa*, quæ delectant, videntur. | 234.
utrum *longa* ſit quæ cludit, an pro longa, multum refert. | 608. 391,
longas ſyllabas, uſque ad Accium & ultra, geminis vocalibus ſcripſerunt. | 57.
longæ ultimæ quidam tria tempora dederunt. | 608.
Longini πραγματικὸν illuſtratur. | 154. 9,
Longinus laudatur. | 357. 171, | 500. 447, | 538. 105, | 574. 173, | 702. 260,
longior oratio quomodo ſit complectenda memoria. | 688. 82, & *ſeqq.*
longum nihil videtur, in quo quid ultimum ſit, certum eſt. | 259.
quibus *loquendi* magis, quam orandi ſtudium eſt. | 611.
intra *loquendi* modum, quid ſignificet. | 698. 162,
loqui facile eſt, præſtare difficile. | 622. 72,
τὸ *loqui* ſenſus peculiaris. | 736. 18,
loquuntur multi curioſe, potius quam Latine. | 471. 12,
de *loto* & Lotophagorum gramine. | 275. 5, 6,
Lucanus laudatur. | 276. 10, | 316. 205, | 379. 196, | 559. 305, | 593. 127, | 644. 509, | 756. 288,
D. *Lucas* laudatur. | 493. 272,
Luciani locus inſignis. | 352. 28,
Lucianus laudatur. | 482. 92,
Lucilii locus laudatur. | 611. 612. 470, verſus laudantur. | 58. 53,
Lucilius Vectium inſectatur. | 43. 253,
Lucilius laudatur. | 383. 257,
an τὸ *lucrativus*, *a*, *um*, nomen ſit merito ſuſpectum. | 669. 91,
Lucretius præcepta ſapientiæ verſibus tradidit. | 25. laudatur. 141. 15, 16, 19, | 525. 253, | 651. 10,
Luctarius aut Lactantius in Stat. Thebaid. laudatur. | 534. 17, | 697. 132,
lucubrantibus quænam maxime conveniant. | 655. 86,
lucubratio quandonam ſit optimum ſecreti genus. | 656. 92,
lucubrationi eſt irrogandum, quod ſomno ſupererit, haud deerit. | 655. 89,
lucubrationum bibere fuliginem. | 695. 81,
an *lucus*, quia parum luceat. | 53. 153,
ludicrarum hypotheſeωn exempla. | 372. 51,
ludi Floralia. | 43. 238,
τὰ *ludi Floralia*, *Tragœdia Thyeſtes*, faciem ſolœciſmi habent, nec ſunt vitioſa. | 43. 236, 237,
ludus pro ſchola & proſtibulo. | 380. 204,
an *ludus*, quia longiſſime ſit ab luſu. | 53.
lumen & oculus de filiis & cariſſimis, illuſtriſſimiſque rebus. | 347. 34,
lumina in tenebris clariora ſunt. | 113. 28,
Lunæ decreſcentis metu confuſus Nicias Athenienſium exercitum perdidit. | 75. 207,
de *Lunæ* defectione diſſeruit Sulpitius Gallus, ne militum animi terrerentur. | 75. 204,
τὸ *lupercalia*, ex quibus componatur. | 46. 304,
Lupercus Orator nihil peccabat, niſi quod nihil peccaret. | 635. 360,
Lupus femina apud veteres. | 49. 44,

luxuria

luxuria veteribus Romanis ſummum crimen. | 189.
luxurioſus cultus non corpus exornat, ſed detegit mentem. | 468. 105,
Lycurgus duriſſimarum Lacedæmoniis legum auctor. | 69.
Lyrici Poetæ eloquentiam alunt, ſi in his & auctores & partes operis eligantur. | 62. 22,
Lyrici noveni tribus verſibus comprehenſi. | 631. 260,
Lyſias in iis, quæ ſcribebat indoctis, ſervavit veritatis fidem. | 198.
Lyſippus qualis fuerit ſtatuarius. | 744. 39,

M

M Litera nullum Græce verbum cadit. | 748. 128,
M literam quaſi mugientem vocat Quinctilian. | 748. 127,
M ultima ſequente vocali patum exprimitur. | 595. 162.
Macri carmen tetraſtichum. | 392. 399,
Macrobius laudatur. | 367. 110, | 390. 358, | 507. 50, | 551. 114, | 584. 360, | 711. 513, | 727. 24, 744. 36, | 752. 225, quot & quænam dicendi genera conſtituat. | 752 225,
μαδιστήριος quid. | 280. 50,
magiſter quis diceretur in publicis auctionibus. | 380. 204,
magiſter non judicio diſcipulorum dicere debet; ſed diſcipuli, magiſtri. | 87.
τὸ magiſtratus quam late pateat. | 450. 14,
magiſtro formandum ſe ac velut recoquendum dare. | 736. 28,
magiſtorum in primis inſpici mores oportebit. | 86. 1,
magiſtrum fateri ubique. | 343.
τὰ magna non ſint nimia. | 756. 290,
quod alibi *magnificum*, alibi tumidum eſt. | 482. 97,
in τῷ de *majeſtate* quid ſubaudiatur. | 323. 21,
majeſtatem minuere quid ſit. | 254. 47,
majeſtatis definitio Ciceroniana. | 435. 155,
majjus, pejjus, ejjus, &c, antiqui ſcribebant. | 27. 66,
in *majoribus* nemo ſic eminet, ut cum minora deficiant. | 89.
μακρολογία quid ſit. | 233. 200, | 492. 262, vicina periphraſis vitius habetur. | 492.
mala multi probant, nemo improbat bona. | 755. 285,
malæ mentis conditio quam miſera ſit. | 720. 24, 25,
maleficus a maledico non diſtat, niſi occaſione. | 741. 24,
in *malorum* comparatione boni locum obtinet levius. | 438.
in *malos* cadunt omnia ſcelera. | 423.
malum id haberi non eſt æquum, quo bene uti licet. | 125.
qui *malus* videtur, dum dicit, utique male dicit. | 366.
tam *malus* non eſt quiſquam, ut malus videri velit. | 197. 175,
malus utrum arbor ſit, an homo non bonus, apice diſtinguitur. | 55.
mancipare quid ſit. | 379. 177,
res *mancupi* quænam dicantur. | 379. 177,
manes quid eſſent ex veterum opinione. | 348. 48,
Mangones qui ſint. | 122. 99,
ſine *manibus* trunca eſſet actio ac debilis. | 703. 296,
Manilius laudatur. | 49. 63, | 477. 102,
Manlii [Marci] prænomen e familia in poſterum exemptum eſt. | 189. 74,
cava *manu* ſummis digitis pectus appetere an & quando deceat. | 708. 434,
manum a capite petere, aut ad imum ventrem deducere, vitioſum eſt. | 707. 397,
eamdem *manum* & pedem proferre [in orando] deforme eſt. | 708. 436,
manum injicere & manus injectio quid ſit. | 452. 37, erigere ſub conatu adverſarii, quid ſit. | 398. 38,
manus optime a ſiniſtra parte incipit, in dextra deponitur. | 706. 371,
manus adverſæ & rectæ quænam dicantur. | 537. 98, averſæ quænam dicantur. | *ibid.*
manus cum ſenſu incipiat & deponatur. | 706. 372,
manus diſpoſitio quænam apta ſit parce & timide loquentibus. | 705. 350, quænam pœnitenti & irato. | 706. 366, quænam promittenti & aſſentanti. | 705. 358, quænam hortanti & laudanti. | *ibid.*
manus cur in ſiniſtro latere ſupina eſſe debeat, in dextra prona. | 705. 347, tremula eſt ſcenica. | 705. 363, in Oratoris actione ne diu ſit otioſa. | 706. 375, peculiarem habet ſignificatum. | 537. 98, ne ſupra oculos tollatur, nec infra pectus demittatur. | 707. 396, pro factione. | 745. 63,
manus (prope eſt ut dicam) ipſæ loquuntur. | 703. 297, quot motus habeant, vix dici poteſt. | 703. 286, complodere ſcenicum eſt & pectus cædere. | 708. 433,
manus gladiatorum ſecundæ, tertiæ, quartæ, quænam eſſent. | 334. 276,
manus ſiniſtra nunquam ſola geſtum recte facit. | 707. 399, dextræ ſe quam frequenter accommodet. | *ibid.* 400. *& ſeqq.* dextra ultra ſiniſtrum humerum ne promoveatur. | 707. 398.
codd. MSS. Reg. laudantur. | 200. 254, codd. MSS. Reg. Biblioth. inediti laudantur. | 303. 523,
Manutius in Ciceronem laudatur. | 279. 37,
manuum vitia varia in oratoris actione. | 707. 407, *& ſeqq.* | 708. 421, *& ſeqq.* uſus in oratore quam varius & multiplex. | 703. 298, *& ſeqq.* | 704. 303, *& ſeqq.* 705. 339, *& ſeqq.*
Mappa dictio eſt Punica. | 44. 260,
Marcellinus Hermogenis interpres Græcus laudatur. | 155. 16,
Marcipores, Publipores quinam & unde dicantur. | 32. 162, | 434. 128,
Maricas eſt Hyperbolus ab Eupolide in ſcenam inductus. | 69. 77,
marmor Parium quod alias Lychnium vocatur. | 134. 8,
Marſus [Domitius] de urbanitate diligentiſſime ſcripſit. | 394. 428, quomodo definiat urbanitatem. | 394. 428, τὰ ſeria partitur in tria genera. | 395.
Martialis laudatur. | 320. 57, | 391. 392, | 372. 44, | 384. 263, | 495. 338, | 508. 76, | 582, 330, | 608. 379, | 649. 63, | 665. 666. 31, | 711. 514, 521, | 712. 522,
Martialis Poetæ locus inſignis. | 234. 221,
μαρτυρίας & ἀμαρτυρίας diſcrimen. | 268. 2, 21,
Maſſon [Joann.] laudatur. | 525. 250,
Maſtruca, quid. | 35. 41, 43,
ματαιοτεχνία, quæ. | 135. 10,
an *materia* laudativa honeſtorum, deliberativa utilium, judicialis juſtorum quæſtione contineatur. | 153. 73, 78,
materiam alii ὕλην, alii δύναμιν nominaverunt. | 287.
mathematici ſenſu peculiari. | 274. 157,
Matius ad quem edita eſt Attici ars Rhetorica. | 144. 77,
de *matrimonio* literarum Anonymi diſſertatio. | 9. 18,
matrimoniorum duæ ſunt formæ. | 294. 315,
S. Matthæus Evangel. laudatur. | 166. 138,
maturitatem feſtinatam celerius occidere, | 348. 52,
matutino eodem. | 738. 9,
Maximi Rhetoris liber περὶ ἀλύτων, δυσλύτων καὶ εὐλύτων. | 278. 14,
Maittaire [Michael] Londino miſit quaſdam variantes lectiones ex editione Campani, 1470. | 361. 12,
Mecœnatis compoſitio mollior & laſcivior. 592. 111, locus laudatur. | 592. 112,
medicina ex obſervatione ſalubrium & his contrariorum reperta eſt. | 128. 28,
medicinam totam experimentis conſtare, quibuſdam placet. | 128. 29,
in *mediis* numerum quemdam ſervare quatenus oporteat. | 602. 603. 290, *& ſeqq.*
meditatio dicendi quid ſit. | 107. 9, | 231. 143,
τὸ *medium* apud Logicos quid ſit. | 337. 34,
per *medium* tutiſſima fere via, quia utriuſque ultimum vitium eſt. | 756. 294,
de *Megabyzo.* | 321. 85, 86,
Megaleſia ludi. | 43. 238,
μεγαλοπρέπεια in narratione quid ſit. | 236. 270, non omni narrationi convenit. | 236.
mehe pro *me* apud antiquos. | 38.
Melanchthonis Rhetorica laudatur. | 614. 520,
Melanthius pictor ratione præſtantiſſimus fuit. | 744. 24,
μελετᾶν, quid. | 83. 5,
Melii [Spurii] domus ſolo æquata. | 189. 72,
μέλος & ἐμμέλεια Latine vertuntur canor, ſonus, vocis flexus. | 70. 93, 98, ſunt fere ſynonyma. | 70. 93, 98,
membratim cæſimque ubi dicendum ſit. | 614. 528,
in *membris* jungendis vitanda non eſt ſyllabarum ſimilitudo | 596. 177,
membrorum inciſorumque junctura non eo modo eſt obſervanda, quo verborum. | 596 177,
membrum κῶλον figuris annumerat Cornificius. | 586. 425, quale eſſe debeat. | 614. 525, quid ſit. | 613. 510,
memoria ingenii ſignum in parvis. | 21,
memoria recens tardioribus ingeniis fidelis non eſt, | 690. 136, exercetur acrius, aliena complectendo, quam ſua. | 103. prævelox cito effluit. | 690. 139,
memoria ſola conſtant initia literarum. | 12.
memoria conſtat omnis diſciplina. | 684. 4, eſt naturæ munus. | 684. 1, excolendo augetur. | *ibid.* facit prompti ingenii famam. | 691. 144, matutina cur in proverbium abierit. | 689. 112,
quod *memoria* non ſimus profecturi, ne ſcribendum quidem eſt. | 670. 111.

memoria inſigni quinam valuerint. | 688. 80, | 691. 150, 151,
memoria theſaurus eſt eloquentiæ. | 684. 6,
memoriam quid faciat. | 684, 13, *& ſeqq.* nominum derivatio firmat. | 688. 96, firmat idem tempus quod eſſe in cauſſa ſolet oblivionis. | 690. 138, quidam inventioni, quidam diſpoſitioni ſubjecerunt. | 149. 36,
memoriæ quænam ſit una maximaque ars. | 690. 125, *& ſeqq.* cur obſiet uſus literarum. | 685. 26, duplex virtus. | 21,
memoriæ artificialis methodus. | 686. 47, *& ſeqq.* | 687. 56, *& ſeqq.*
memoriæ natura quam ſit admirabilis. | 685. 19, *& ſeqq.* artem primus oſtendiſſe dicitur Simonides. | 685. 30,
Menagiana laudantur & emendantur. | 390. 376,
Menagii annotation. ad Diogen. Laërt. laudantur. | 656. 113,
Menagius ad Diogen. Laërt. laudatur. | 455. 18,
Menander laudatur. | 248. 579. | 584. 384,
Menander quam ſit oratoribus utilis. | 633. 305,
Menandro adhuc viventi Philemon ſæpe prælatus eſt. | 188. 60,
a *Menandro* mire cuſtoditur decorum. | 633. 323,
mendacem memorem eſſe oportet. | 242.
mendacium aliquando licitum eſſe quinam affirment, quinam negent. | 130. 81, | 724. 119,
mens noſtra ſublime quiddam & impatiens ſuperioris habet. | 673. 51,
mentis quæſtio, quid Rhetoribus. | 169. 207, 212,
mentum pectori affixum minus claram vocem facit. | 703. 290,
Mercurium ſcribunt Poëtæ fuiſſe orationis auctorem. | 141. 26,
mereri peſſime de rebus humanis. | 719. 5,
meridiem an medidiem dicere oporteat. | 52.
μερισμὸς [digeſtio] genus eſt figuræ. | 540. 166, | 546. 287,
Μέροπες a Poëtis cur dicantur οἱ homines. | 431. 77,
Meropes quinam fuerint. | 531. 375,
mertare & *pultare* olim pro *merſare*, *pulſare*. | 28.
merula ſic appellatur a Varrone, quia ſit mera volans. | 53. 179,
τὰ μέσα Græcis, quæ. | 135. 2,
Meſe, *parameſe* & *lichanos* medium ſonum efficiebant. | 307. 628,
τὸ διὰ μέσου eſt interjectio, vulgo parentheſis. | 476. 80,
Meſſala libellos de verbis ſingulis & de literis dedit. | 60. nitidus orator. | 60.
μετάβασις quid ſit. | 234. 234, | 571. 123,
μεταβολὴ figura quænam ſit Caſſiodoro. | 574. 174, quænam Cæcilio Rhetori. | *ibid.* idem interdum ſignificat, quod *μετάφρασις*. | 659. 15, quid ſit apud Rhythmicos ſeu Muſicos. | 598. 211,
μετάθεσις, quid apud Grammaticos. | 35. 50, | 36. 57,
μετάθεσις Rhetorum quid ſit, & quomodo Latine vertatur. | 439. 65,
μετάθεσις τῆς αἰτίας eſt tranſlatio cauſſæ facti. | 218. 172, quid ſit, & quomodo Latine vertatur. | 241. 412,
μεταλήψεως exempla varia. | 523. 205, 206, 212,
μεταλήψεως Grammaticæ natura quænam ſit. | 523.
Μεταλήψεως Rhetoricæ varia ſunt apud Latinos nomina. | 171. 243, 246,
Metalepſis eſt in τῷ dicere, pro τῷ credere. | 522. 203, in τῷ jubere, pro τῷ velle. | 522. 203, in τῷ θοόν, pro ut ſignificat acutum. | 522. 203, 204. 206, 207, in τῷ Vulcanus, pro ut ſignificat ignem. | 523. 203, in τῷ altum, id eſt, profundum. | 522. 203, in τῷ αἰτεῖν, id eſt, reſpuere, deprecari. | 522. 203,
in *Metalepſin* cadit ratio dictorum. | 380. 205,
Metalepſis eſt Dionyſ. Halicarnaſſ. ubi abſtractum pro concreto ſumitur. 523. 203, apud Origenem ſignificat allegoriam. | *ibid.* apud Rhetoras eſt tranſlativa cauſſæ conſtitutio. | *ibid.* apud Theologos eſt Euchariſtici myſterii participatio. | *ibid.* figura Rutilii ſeu Gorgiæ peculiaris. | 565. 455, modo figura eſt, modo ſtatus quæſtionis tranſlativus. | 565. 459,
μετάληψις octo minimum ſignificatus habet. | 522. 203, pro metonymia cauſſæ inventricis. | *ibid.* pro metonymia conſequentis. | *ibid.* pro quadam ſpecie ſynecdoches. | 523. 203,
metalepſis Grammatica quid ſit. | 380. 205,
μετάληψις ſtatus vel quæſtio, cui nomen tranſlatio ſeu tranſlativa cauſſæ conſtitutio. | 164. 110,
μετάληψις tranſumptio, prout eſt tropus, quid ſit & efficiat. | 522. 202, 203,
μετάνοια quæ figura ſit quibuſdam Rhetoribus. | 544. 247, | 557. 267,
metaplaſmus, quid. | 63. 50, 51,
metaphora ad quid reperta ſit. | 517. 109, 110, cur & quomodo adhibeatur. | 514. 29, *& ſeqq.* eſt brevior ſimilitudo. | 514. 50, a ſimilitudine quomodo differat. | 514. 515. 50, 51, 52, ἡ κατ' ἐνέργειαν alias dicitur proſopopœia. | 515. 64, quid ſit. | 344. 154, ἡ ἀπὸ ἐμψύχων, quid ſit. | 344. 154,
cur metaphora jucunda ſit, quatuor cauſſas affert Cicero. | 514. 23,
in *metaphora* maximus eſt orationis ornatus. | 473.
metaphora ne ſit diſſimilis, nimio major, aut minor. | 516. 91, præſtat ne ulli rei nomen deeſſe videatur. | 514. quando degeneret in τὸ ἄκυρον improprium. | 514 32, 33, quid præſtare debeat. | 517. 107, quomodo copiam ſermonis augeat. | 514. 26, recte modo adſcita, qualis ſit. | 514. 25, plurimum lucis affert. | 344. tropus eſt frequentiſſimus & pulcherrimus. | 513. 19, 20, verba non ſuis rebus accommodat. | 473. 24, 25,
metaphorarum copia modum egreſſa vitioſa eſt. | 516. 95, τῶν ad ornatum exempla. | 514. 43, *& ſeqq.* τῶν ex neceſſitate adhibitarum exempla. | 514. 34, *& ſeqq.*
ex quo *metaphoræ* genere cœperis, hoc deſinas. | 526. 275,
Metaphoræ continuus uſus in allegoriam & ænigmata exit. | 516. 82, duræ exemplum. | 216. 98, | 217. 99, humilis. | 516. ſordidæ. *ibid.*
Metaphoræ laus & commendatio. | 514. 21, *& ſeqq.*
metaphoræ nomine apud Ariſtotel. omnes tropi intelliguntur. | 516. 77, virtus interdum duplicatur. | 516. 69, vis omnis quadruplex eſt. | 515. 54, *& ſeqq.* uſus frequens orationem obſcurat & tædio complet. | 516. 81, modicus & opportunus illuſtrat orationem. | 516. 79, uſus unde manarit. | 513. 20, | 514. 31,
τὰ metaphorica quomodo propria dici poſſint. | 474. 51,
μετάφρασις, *παράφρασις* & *ἀντίφρασις* quid ſint, & ut differant. | 659. 15,
μετάστασιν figuram quomodo deſignet Cicero. | 545. 276,
ἡ μετάστασις ab Hermagora inter ſpecies juridiciales uſurpata. | 173. 287, a quibuſdam uſurpatur pro *μεταλήψει* ſtatu tranſlativo. | 173. 286, eſt figuræ genus & quidam qualitatis aſſumptivæ ſtatus. | 387. 322, | 545. 276,
μετάστασις remotio. | 164. 110, quid ſit Rhetoribus. | 323. 13, | 439. 62, 65,
μετάστασις proprie quænam figura dicatur. | 554. 184,
μετάστασις triplici ſenſu intelligitur. | 554. 184,
metonymia in verbis etiam locum habet. | 518. 132,
τῇ metonymia licentius utuntur Poëtæ, quam oratores. | 518. 138, 140,
μετωνυμία poteſt ad verbum verti tranſnominatio. | 518. 130, quid ſit & efficiat. | 518. 131, 132, 134,
metonymiam quamdam ad ſynecdochen referunt Quinctil. Trypho, &c. | 517. 113,
μετωνυμίαν Cornificius vertit denominationem. | 518. 130,
τὴν μετωνυμίαν Rhetores vocant ὑπαλλαγήν. | 518. 130, 133,
metonymiarum varia exempla. | 519. 147. *& ſeqq.*
metonymiæ quædam eſt cum ſynecdoche vicinia. | 519.
metra etiam ordine [temporum] conſtant. | 596. 194,
Metrodorus Sceptius XII. Zodiaci ſignis ad memoriam utebatur. | 687. 69,
metrum eſt qualitatis. | 596. 196,
metrum & rhythmus quomodo inter ſe differant | 25. 13,
metu ſolo continentur, qui ratione traduci ad meliora non poſſunt. | 737. 5,
metus malorum apud plurimos plus valet, quam ſpes bonorum. | 196. 161,
Meibomius Græcam vocem ἠθοποιία male vertit. | 598. 211, τὸ κατ' εἶδος male interpretatus eſt. | 598. 211,
μειώσεως minutionis exemplum. | 505. 112,
Μείωσις minutio quodnam orationis vitium ſit Quinctiliano. | 491. 492. 248,
μικτὸν controverſiæ genus quodnam ſit. | 219. 185,
militares quale genus eloquentiæ deceat | 675. 102,
τὸ decem *millia* quid ſignificet. | 445. 191, | 448. 5,
Milo, quem vitulum aſſueverat ferre, taurum ferebat. | 66. 22,
Milonem aliter Cicero, aliter Brutus defenderunt. | 183. 500,
Milonianum judicium. | 136. 40,
Milonis defendendi ratio expenditur. 411.
μίμησις figura, quænam ſit. | 540. 157, | 546. 308, | 557. 257,
Mimi quid ſint. | 235. 244,
Minas figuris annumerant Rutilius & Celſus. | 565. 448,
minor ſuis ipſe viribus. | 643. 485,
minui nemo velit id, in quo maxi-

mus fuit. | 757. 14,
Minutianus Rhetor *ſtatum conjecturalem* definit per integram inficiationem. | 167. 174, laudatur. | 276. 22,
minutioris eſt curæ ſingula perſequi. 519. 164,
Minutius Felix laudatur. | 49. 63, | | 298. 409,
Mirmillo quis diceretur. | 382. 244,
miſeratio altera eſt cum invidia, altera cum deprecatione. | 715. 615,
miſerationem qui commovere tentat orator, aut lacrymas meretur aut riſum. | 359.
miſerationis motus quomodo excitetur. | 355. 107,
miſericordia interdum accuſator, reus autem iracundia utitur. | 352. 39,
miſericordiam civitas Athenienſium pro numine accepit. | 315.
Mithridates quanta memoria valuerit. 691. 150,
mitto hoc exequi. | 284.
miurus *μείουρος* verſus quid. | 39. 118,
moderationem propriam quænam cauſſæ deſiderent. | 678. 169, *& ſeqq.*
verba *modificata* quænam vocet Cicero. | 512. 165,
ad *modos* natura ducimur. | 589. 37,
modus pro quantitate continua, ſeu menſura. | 418. 31, | 445. 189,
τὸ mœrere cum accuſativo & dativo conſtruitur. | 178. 401,
mollis frons quid ſignificet. | 399. 55,
moloſſus clauſulæ convenit, ſi habeat ante ſe brevem. | 609. 610.
monarchiam habent apes, formicæ Democratiam. | 312. 128,
Moneta [Bernardus] [*de la Monnoye*] vir Academicus laudatur. | 534. 21, | 657. 11,
Monetæ [Bernardi] explicatio probatur. | 485. 148,
monitores quoſnam vocet Quinctilianus. | 399. 44,
monochromata quænam dicantur. | 698. 165,
μονομερὴς ῥῆμα & ἀσυσύστατος quid ſit Hermogeni. | 330. 204,
monoſyllaba, ſi plura ſunt, male continuabuntur. | 595. 169,
μονοτονία vitanda eſt. | 698. 160, quid ſit. | *ibid.* 161,
morata oratio quænam ſit. | 237. 287,
ſecundum *mores* dari conſilia, nemo eſt qui neget. | 193. 55,
mores ſui dandi ſunt iis, quibus vocem accommodamus. | 676. 118, 119,
Morhofius de Tit. Livii Patavinitate ſcripſit. | 471. 17,
de *moribus* reum facere, quid ſit. | 231. 148,
mortale lumen quodnam ſit. | 318. 30,
de *morte* ſententia Epicharmi & Epicuri. | 506. 26,
mortem attulit is, qui cauſſa mortis fuit. | 432. 89,
mortis laudem ſcripſit Hegeſias. | 190. 99,
Moſellani error arguitur. | 150. 5, cavillatio adverſus Quinctilian. refellitur. | 339. 67, explicatio rejicitur. | 394. 425, 426, locus emendatur. | 61. 6, | 233. 205,
Moſellanus perperam confudit Athenæum Naucratitam cum Athenæo Rhetore. | 121. 87,
motus alieni animi non eadem vi perferuntur, qua ſui. | 219. 185,
motus localis quot ſint ſpecies. | 706. 368,
motus orationis & actus, in quibus ſit. | 547. 4, *& ſeqq.*
movendi ratio quibusnam conſtet. | 713. 546,
movere, pro *τοῦ* moliri, tractare, exequi. | 141. 27, pro *τοῦ* tentare, tractare. | 216. 104,
moveri ſolet alius alio. | 257.
movetur ſic dictis quiſque, ut est ad credendum vel non credendum ante formatus. | 269.
mucrone pugnari, quid ſignificet. | 397. 22,
mucronem pro gladio, & tectum pro domo recipiet proſa. | 517. 115,
munerarium Auguſtus primus dixit. 487. 178,
munerarius quis dicatur. | 487. 178,
Munkerus ad Hygin. Fabul. laudatur. | 60. 107,
Muretus eſſentiam dixiſſe Ciceronem probat. | 117. 4,
Muretus laudatur. | 49. 63, | 225. 321, | 371. 23, 34, | 373. 68, | 392. 407, | 569. 71, ejus conjectura de Quinctiliani loco probatur. | 346. 347. 26,
τὸ durati *muria* piſces, an nitidius ſit, quam *τὸ* ſallamenta. | 472. 11,
muſica inſtrumenta in Veterum conviviis. | 70. 85, 87,
muſica oratori neceſſaria. | 68. 43,
in *muſica* tria obſervantur a Platone. | 68. 53,
muſicam natura videtur ad tolerandos labores muneri nobis dediſſe. | 69. 67,
muſicæ quædam Veterum notæ duodecim etiam tempora deſignabant. | 598. 218,
muſicæ numeros pedum & digitorum ictu Veteres moderabantur. | 597. 207, | 598. 217, | 600. 234,
muſicæ rei ſcriptores a Meibumio editi laudantur. | 596. 190, | 597. 197, 207, | 598. 211, 214, 220, | 600. 236, | 606. 349, 353,
muſice cum divinarum rerum cognitione conjuncta eſt. | 68. 42, duplices numeros habet, in vocibus & in corpore. | 70. 90, 91,
muſicen Timagenes auctor eſt omnium in literis ſtudiorum antiquiſſimam extitiſſe. | 68. 39, 40,
muſices diſciplinam probavit Lycurgus. | 69. 66, ſtudium a Chirone & Achille uſque ad Quinctiliani tempora duravit. | 71. 120,
muſices nomine quid Græci intelligant. | 70. 89,
muſici antiquis temporibus iidem & vates & ſapientes judicabantur. | 68. 36, 37,
muſicis modis Lacedæmoniorum exercitus accendebantur. | 69. 61,
muſicus C. Graccho concionanti fiſtula [*τονάριον*] vocis modos miniſtrabat. | 71. 111,
τὸ *muta* ſignificat beſtias & cur. | 431. 77,
mutari in bonam mentem. | 725. 130,
mutæ literæ quænam & quot ſint. | 25. 27,
mutua in accuſatione cur contraria ſit utrinſque partis diſpoſitio. | 406. 8,
μυκτηρισμὸς, quid ſit & efficiat. | 528. 321,
Myron ſtatuarius qualis fuerit. | 744. 30,
quaſi *myſteria* quædam legem dicendi tradiderunt. | 335. 303,

N

N LITERA eſt apud Latinos rariſſima in clauſulis. | 748. 131,
N literam jucundam & quaſi tinnientem vocat Quinctilianus. | 748. 129,
N literam loco *τοῦ* M in fine ponunt Græci. | 748. 130,
τὸ *namquis*, pro *τῷ* *quiſpiam*. | 569. 68.
nanciſci campum expoſitionis. | 232.
nares digito inquietare. | 703. 284,
per *nares* majorem partem ſpiritus in eloquendo effundere. | 699. 191,
nares plana manu reſupinare. | 703. 285,
in *naribus* quænam ſiant indecore. | 703. 284,
narrabimus plerumque membratim. | 614. 530,
quando *narrandum* non ſit membratim. | 614. 615. 531, 532,
narrandum eſt non ſemper eo, quo quid actum eſt, ordine. | 240.
narrandum non eſt tanquam teſti, ſed tanquam patrono. | 245. 502,
narrandumne ſit & quomodo, ubi res contra nos erit. | 237. 290, 295, 302, | 238. 239. 240.
narrare ſæpius non eſt nefas. | 241. 395,
narrare ſecundo partis ſuæ loco, quid ſit. | 230. 136,
narrat aliter accuſator, aliter reus. 240.
narratio ut minus longa ſit, quomodo efficiemus. | 234. ad quid reperta ſit. | 228. 87, an ſemper ſit procœmio ſubjicienda. | 229. 98, conſtat longioribus membris, brevioribus periodis. | 616. 554, an ſit, cum reus, quod objicitur, tantum negat. | 227. cur ante probationes ponatur. | 241. 397, ficta cur introduci ſoleat. | 228. 76, *ἡ ἀνθυπὸ-κοῖος*, quomodo differat a *τῇ* *ἐγκατασκευῇ*. | 565. 464, figuris quando varianda eſt. | 229. 93, omni, qua poteſt, gratia & venere exornanda. | 246. quales poſcat numeros. | 616. 554, ſinuoſa, quæ, | 91. 17, ſi contra nos ſit (in qualitate) narrabimus eadem, ſed non eodem modo. | 239. 345, quem geſtum, quam vocem poſtulet. | 714. 568, *& ſeqq.* quid ſit. | 225. 231. 150, quomodo credibilis ſiat. | 235. 238. quomodo ſiat brevis. | 232. 192, quomodo ſiat dilucida. | 232. 173, ſit neque arida, atque jejuna, neque ſinuoſa & arceſſitis deſcriptionibus laſciva. | 90. 91. 14, 17,
de *narratione* apud judicem, cui nota res eſt. | 229.
in *narratione* an locum habeant hypotypoſis, & *φαντασίαι*. | 247. 569, an locum habeat ſententia. | 247. 558, an utendum ſit affectibus, & quomodo. | 245. 511, maxime ſe cuſtodit judex. | 248. quod fingimus quale eſſe debeat. | 241. nunquam argumentabimur, argumentum ponemus aliquando. | 244. 500, pleni atque expreſſi ſimus. | 616. 573, quæ tenenda ſit media dicendi via. | 234. 221, quædam probationum ſemina ſpargere utile eſt. | 235. 246, qualis eſſe debeat elocutio. | 246. 247. 540, 545, | 248. vitanda eſt calliditatis ſuſpicio. | 248. 581, vitanda ſunt *πάρισα*, *ἰσόκωλα*, *ὁμοιόπτωτα*, *ὁμοιοτέλευτα*. | 246. 552, 553, iterationes vitare oportet. | 233. 205,
narratione quando utendum non ſit. | 226. 13,
narrationem inter & probationem, quæ ſit affinitas. | 239.
quam *narrationem* habeant conjectu-

rales cauſſæ. | 240. 370,
narrationem qualis vox deceat. | 700. 221, quam reſpuat aut admittat deliberativa materia. | 192. 43, Cicero vult eſſe evidentem, moratam, cum dignitate. | 237. 286,
narrationes multas habent ambitus & repetundarum cauſſæ. | 227. 228. 59, expedit brevi interfatione diſtinguere. | 234. 234, ornandi gratia poſitas qualis contextus deceat. 515. 532,
narrationi Theodectes vult jucunditatem eſſe propriam. | 236. 283, Theodorei Rhetores ſolam probabilitatem tribuunt | 231. 154, 155, ſatius eſt aliquid ſupereſſe, quam deeſſe. | 233.
de *narrationis* brevitate Ariſtoteles ab Iſocrate diſſentit. | 131. 152,
narrationis diviſio multiplex. | 225. 231. 158, modus eſt Hermogeni triplex. | 235. 249, | finis quo ſit perducendus. | 249. 250. 609, preſſa gracilitas. | 250. initium unde ſit ducendum. | 249. 599, modus *ἐγκατάσκευος* probatione munitus. 235. 249, modus *ἐνδιάσκευος* exornatus. | 235. 249, | 246. 539, quid, ſi pars pro nobis, pars contra nos erit. | 243. 462, præcepta. | 243. 472, tres dotes. | 131. virtus eſt *ἐνάργεια*. | 236. 284, 285,
narrationum duæ ſunt ſpecies. | 227. 48, falſarum duplex eſt uſus. | 241. 408,
narrationum tres accipimus ſpecies, fabulam, argumentum, & hiſtoriam. | 90. 4, 5, 7,
dum *naſcuntur*, placent noſtra omnia. | 652. 29,
natio & patria quomodo inter ſe differant. | 285. 114,
nationes quædam fletibus natos, lætitia defunctos proſequuntur. | 315. 180,
niſi *natura* adjuvante, nihil præcepta atque artes valent. | 8.
natura ipſa multa etiam ſine doctrina præſtare debet. | 466.
quod *natura* bonum eſt, eo bene uti licet. | 107.
natura duce facias melius, quam arte. | 613. 501,
a *natura* eſt omnibus augendi res vel minuendi cupiditas inſita | 532. 394,
a *natura* initia duxerunt omnia, quæ ars conſummaverit. | 128. 127,
natura adjuta cura magis evaleſcit. | 104.
natura præpoſuit pulcherrimo cuique operi difficultatem. | 652. 15,
natura ſimilem raro præſtat, frequenter imitatio. | 647. 6,
natura animi quid ſignificet apud Quinctilian. | 286. 128, 129,
natura rerum non patitur hoc per ſingulas ſpecies exequi. | 302.
natura ſunt quædam non laudabilia, ſed jure conceſſa. | 180.
natura ſine doctrina multum valebit; doctrina nulla eſſe ſine natura poterit. | 134. 3, 4,
natura ſunt omnes liberi. | 195.
natura Veteribus, pro τῷ eſſentia & ſubſtantia. | 164. 115,
natura nihil voluit magnum effici cito. 652. 15,
natura rerum non cupit id, ut quidquid non eſt factum, ne fieri quidem poſſit. | 760. 74,
in *naturam* rerum hoc cadit, ut duos ſapientes aliquando juſtæ cauſſæ in diverſum trahant. | 131.
naturam ducem ſequi deſinunt, magiſtrum reſpicientes. | 303.
naturam alicujus rei ſibi facere, quid ſit. | 93. 72,
naturam ſuam fingere, cur difficilius ſit, quam alienam. | 650. 75,
natus, pro τῷ filius, an in proſaica oratione dici poſſit. | 4. 20,
Naucrates Iſocratis diſcipulus. | 159. 12,
τὸ *navem* perforare in qua ipſe naviges, quid ſignificet. | 526. 265,
de *naufrago*, qui agrorum ſterilitate vexatus ſe ſuſpendiſſet. | 509. 100, nænia, quid proprie ſit. | 474. 35,
τὸ *neceſſarium* an una ſit e ſuadendi partibus. | 194. 87,
ubi *neceſſitas* eſt, ne conſilium quidem videtur. | 194.
neceſſitati laudem virtutis damus. | 63.
nedum, pro τῷ a fortiori, longe potiori ratione. | 725. 122,
nefarius quiſnam dicendus ſit necne. | 491. 245,
negandi duplex eſt forma. | 324. 48,
neganti aliquod eſſe nomen, ſemper dicendum quid ſit potius. | 429.
negotia vera quibuſnam opponantur. | 559. 303,
negotii [τοῦ forenſis] definitio Apollodorea. | 158.
negotium facere innocenti, quid ſit. | 319. 48,
τὴν Νέμεσιν admittit Quinctilianus. | 348. 50,
a *Neobario* editus Græcus Ariſtotelis Rhetoric. interpres. | 74 165,
Cornel. *Nepos* laudatur. | 639 418,
τοῦ *nequam* propria ſignificatio. | 491. 245,
Nerones multi. | 380. 200,
Neronis dictum de occiſa matre. | 508. 84,
qui *nervi* ſint in cauſſis. | 467.
τὸ *neſcio* an ſit modeſtus affirmandi modus. | 501. 24, | 85. 50, | 501. 24, | 743. 8,
nete & paranete acutum ſonum efficiebant. | 307.
neutrum adjectivum pluribus feminini generis vocabulis ſubjicitur. | 442. 443. 130,
ἡ νήτη muſicis in organis quid ſignificet. | 697. 143,
de *Nicandro* poeta. | 630. 240,
Nicoſtratus Pancratiaſtes. | 106. 45,
de *Nigri*, Mancinelli & cæterorum philologaſtrorum quiſquilus. | 579. 263,
nimium omne eſt indecorum. | 683. 259, ubique vitium eſt. | 489. 217,
nimium dicere, nec tamen totum. | 303.
de *nobis* loquimur tanquam de aliis. | 571.
νόημα quid ſit. | 110. 6, quid apud Rhetoras. | 507. 54, quid Quinctiliano. | 507. 54, quid Voſſio. | *ibid.*
τοῦ νοήματος affinitas cum τῇ ἐμφάσει. 507. 54,
Νόθος quiſnam ſit. | 184. 513,
Latinum τοῦ νόθου nomen Latinum non eſt. | 184.
nomen auferre aliis auctoribus. | 633. 323,
nomen abſolute pro nomine proprio. | 381. 216, | 525. 244, | 592. 98, in argumentum raro cadit. | 287. 142, pro qualibet orationis parte. | 469. 140, | 749. 138,
nomen pro nomine proprio quatenus ab appellativo diſtinguitur, uſurpant Veteres. | 30. 127, | 31. 130, | 520. 166,
nomen rei, pro τῷ nomen ſubſtantivum. | 117. 7,
nomen ſimpliciter poſitum, pro τῷ abſolutum. | 49. 48,
νομικαὶ στάσεις. | 97. 157,
nomina in peculiari ſignificatu. | 314. 166,
nomina nativa, quæ. | 46. 296,
de *nomine* quæritur, cum res eſt certa. | 428. 429. 19,
τῷ *nomine* definitivum ſtatum intellexit Cicero. | 172.
quod in *nominibus* ſit argentum. | 314. 166, non intereſt diſcentium, quibus quidque nominibus doceatur (dum res ipſa manifeſta ſit) | 159.
prænominis, *nominis*, cognominis exempla. | 434. 129,
nominum variæ origines & cauſſæ. | 31. 32.
Νομοθεσία exercitationis Rhetoricæ genus. | 96. 138,
νομοθέτης una e Menandri comœdiis. | 633. 317,
Nonii Marcelli locus emendatur. | 566. 2,
Nonius Marcellus laudatur. | 483. 111, | 521. 193, | 741. 22,
τὸ *non modo*, pro τῷ non modo non. | 671. 3,
non parum multi, pro τῷ non pauci. | 361. 10,
notabile quid dicatur. | 482. 100,
notare, pro τῷ notis excipere. | 5. 25,
notarii quinam olim dicerentur. | 421. 98,
notatio Ciceroni eſt ἡ etymologia. | 51.
notatores γνωστῆρες. | 177. 370,
novitas eſt grata in eloquendo & commutatio. | 526. 279,
Novitii quinam vocentur. | 80. 39,
non nudum hoc eſt intuendum. | 724. 118,
a *Numa* traditum eſt Romanis Deos colere. | 188. 61, fodere. | 191. 13,
de *Numantino* fœdere. 191. 13, | 439. 64,
in *numerato* habere ingenium, quid ſignificet. | 395. 450,
contra *numeri* oratorii nimios captatores. | 611. 612. 470, & *ſeqq.*
numeri oratorii duplex eſt obſervatio. | 613. 504,
numeri quos muſica ratio adhibet, quam late pateant. | 617. 575,
numeris & modis ineſt quædam tacita vis. | 589. 43,
numero eximere, quid ſit. | 24. 12,
numero ſingulari ſubjicitur interdum pluralis. | 700. 204,
numero plurali ſubjicitur ſingularis & contra. | 561. 346,
numeros omnes habere cur dicatur illud, quod perfectum & abſolutum eſt. | 463. 4,
ante *numerorum* obſervationem numeroſa fuit oratio. | 612. 473,
de *numeroſa* Veterum oratione, Ciceronis a Quinctiliano diſſidium quomodo componi poſſet. | 591. 76,
numeroſum ſermonem quid faciat. | 529.
numerum & pedes quoſdam an ſermo familiaris epiſtolaque admittant. | 591. 80, & *ſeqq.*
numerus cur magis deſideretur in clauſulis & appareat. | 601.
numerus in re militari quid ſignificet. | 24. 25. 12,
numerus oratorius (ὁ ῥυθμὸς) quid proprie ſit. | 612. 613. 477, 504 | 600. 240, & *ſeqq.*
numerus quid ſit apud palæſtricos doctores. | 728. 54,
Nundino trino promulgari legem, quid. | 96. 149,
Nunneſius [Petrus] laudatur. | 64. 1, | 241. 412,

numularii & κολλυβισαὶ quinam fuerint. | 303. 530,
nuptiæ per coëmptionem quales eſſent. | 294. 315,
nutricibus ne ſit ſermo vitioſus. | 9.

O

DE *O* litera Marii Victorini locus inſignis. | 57. 31,
τὸ ὁ brevius eſt in τῷ ὀδὸς, quam in τῷ Ῥόδος, τρόπος, ψόφος. | 606. 357,
quod *O* & *N* finiatur, Latinum nomen non reperitur. | 44.
O & V permutatæ invicem. | 29. 101,
O litera quam ſyllabam ſuo nomine exprimat. | 57. 32, apud Græcos triplicem olim uſum præbebat. | 57. 31,
obducere tenebras aliis fulgore quodam ſuæ claritatis. | 634.
obelus & obeliſcus veterum criticorum, quid. | 24. 10,
objecta diluere. | 229.
Τὸ *objicere* ſenſus peculiaris. | 422. 116, | 423. 138,
obliquare literam, quid ſit. | 27. 49,
obliquæ apud hiſtoricos narrationes. | 553. 163,
ex *obliquis*, pro τῷ ex temporibus & modis aliis a præſenti & indicativo. | 48. 31,
obliquis ſententiis jaculari in aliquem. | 561. 348,
obliquis ſententiis ſignificare velle. | 564.
Obrechti emendatio improbatur. | 720. 24,
obſcœna ſunt τὸ ductare exercitus, & patrare bellum, non ſcribentium, ſed legentium vitio. | 490. 229, 230,
obſcœna nudis nominibus non ſunt enuncianda. | 488. 207,
obſcœna ſi recipias male ingenioſorum, nihil loqui tutum eſt. | 491. 240,
obſcœna verba vitabimus, & ſordida & humilia, | 472.
obſcœne pleríque ſenſu intelligere cupiunt. | 491. 238,
in *obſcœnis* verecundia eſt ſilentio vindicanda. | 488. 489. 207,
obſcœnitas a verbis abeſſe debet & a ſignificatione. | 376.
ex non *obſcœnis* verbis occaſionem turpitudinis quidam rapiunt. | 491. 240,
obſcœnum in intellectum mala conſuetudine ſermo detortus. | 490.
obſcura verba vel vitanda, vel interpretanda. | 475.
obſcuranda ne ſit veritas quibuſdam in cauſſis. | 237. 290,
obſcurior [magiſter] quo quiſque deterior. | 89.
obſcuritas ex quibuſnam fiat. | 475. 59. | 476. 477.
obſcurum id eſſe turpiſſimum eſt, quod ideo ſolum adhibetur ne cætera ſint obſcura. | 259.
obſequium an & quomodo a Terentio primum dictum ſit. | 487. 186,
obſequium in peculiari ſignificatu. | *ibid.*
quomodo *obſignarentur* litis inſtrumenta. | 740. 36,
obſtaturus, pro τῷ obſtiturus. | 110. 2,
obſtinatus contra veritatem. | 721. 36,
obtinere recta apud aliquos. | 196.
obtinere ſummam in ſcholis opinionem. | 661. 70,
obtinere, pro τῷ conſervare. | 85. 61,
in τῷ *obtinuit* ratio B poſcit, aures magis audiunt P | 56. 17,
occupatio figuræ genus apud Cornificium. | 586. 423,
octonarium verſum inchoat τὸ eſſe videatur. | 604. 319,
oculi ipſo in vultu plurimum valent. | 702. 259, diverſarum aſpectu rerum magis detinentur. | 558. 288, quam varie, ut actus popoſcerit, fingi poſſint. | 702. 263, & *ſeqq.* σαπροὶ putres, quinam dicantur. | 702. 265, ne ſint toto corpore. | 511. venerei quinam dicantur. | 702. 265, 269, ὑγροὶ humeſcentes, quinam. | 702. 265,
in *oculis* animus habitat. | 702. 259,
oculorum acrior eſt, quam aurium ſenſus. | 689. 106,
per *oculos* maxime animus emanat. | 702. 260,
œconomia Sulpitio Victori eſt diſpoſitio artificialis; ordo autem, naturalis. | 149. 32, 35, in veteribus [Tragicis & Comicis] diligentior, quam in pleriſque novorum. | 63. 32,
οἰκονομία Latino caret nomine. | 149. 35, quid ſit & unde dicatur. | 148. 149. 32, 33,
œdos, ircos dicebant antiqui. | 37. 94,
οἴμη, quid ſit. | 211.
οἶμος, quid ſit. | *ibid.*
offendere de limine. | 221. 259,
offerentibus ſe contentum eſſe non oportet. | 409. 89,
in *officio* eſſe quinam dicantur. | 470. 145,
officiorum materias quaſnam vocarint quidam. | 441. 107,
ὄγκος in bonam partem ſumitur apud Rhetoras. | 567. 14,
de τοῖς *olli*, *quianam*, *mis* & *pone*. | 484. 132, 133, 134,
Olympiacus cur ψυχρὸς dictus. | 699. 190,
Olympiæ Fulviæ Moratæ ſcripta erudita | 9. 18,
omen quid ſit. | 274. 151.
non *omni* in terra generantur omnia. | 285. 99,
ὁμοιολογία quid ſit & quam odioſa. | 492. 257,
ὁμοιόπτωτον ab ὁμοιοτέλευτον duobus modis differt. | 582. 583. 333. 334, quid ſit. | 582. 332, | 583. 334, quomodo vocet Cicero. | 541. 194, | 544. 239,
ὁμοίωσις ſimilitudo, ut differat a συγκρίσει comparatione. | 546. 285,
ὁμοιοτέλευτον quomodo vocet Cicero. | 541. 193, | 544. 239,
ὁμοιοτέλευτον ſimiliter deſinens, quid ſit. | 582. 325,
τὰ ὁμώνυμα vulgo dicuntur æquivoca. | 475. 68,
ὁμωνυμία Plinio dicitur nominum communio. | 455. 8, vulgo eſt æquivocatio. | *ibid.*
ὁμωνυμία nihil deterius. | 61. 2,
τὸ ὄνομα Græcis non minus verbum, quam nomen ſignificat. | 518. 132,
ὀνοματοποιΐα minime Latinis conceſſa eſt. | 47. | 520. 181,
ὀνοματοποιΐα quid ſit, & efficiat. | 520. 521. 180, | 534.
τὴν ὀνοματοποιΐαν Cornificius Latine vertit nominationem. | 520. 180,
ὀνοματοποιΐας exempla. | 489. 226,
τὰς ὀνοματοποιΐας, qua locutione ſignificet Cicero. | *ibid.*
onomatopœiæ τῆς apud Latinos exempla. | 521. 183,
ὀξύμωρα oxymora quænam ſint. | 296. 355,
Τῶν ὀξυμώρων exempla. | 256. 39,
opera pro ſuu. | 276. 18,
operari ſcholæ. | 653. 50,
operoſitas. | 493. 281,
operum laus quomodo dicenda ſit. | 190.
opes velut ſanctiore quodam ærario reconditæ. | 652. 12,
ὀφθαλμοί, pro pueris. | 347. 34,
opinionis & ſcientiæ diſcrimen. | 132. 115,
de *Opitergīnis* navali Pompeianorum exercitu circumventis. | 194. 92,
de τοῖς *oppido*, quæſo, &c. | 484. 139,
Oppius Quæſtor Cottæ. | 296. 352,
oppoſita quænam vocet Quinctilianus. | 314. 153,
ὀψιμαθεῖς, qui. | 80. 41,
optima Veterum erunt maxime nova. | 54.
optima Novorum erunt maxime vetera. | *ibid.*
optima legendo & audiendo vim orandi conſequemur. | 621. 39,
optima quæramus, nec protinus ſe offerentibus gaudeamus. | 652. 19,
τὰ *optima* ſunt minime arceſſita. | 468.
optima ſentiens optimeque dicens. | 723. 85,
optimum quidquid eſt, ante non fuerat. | 760. 75,
eo quod *optimum* eſt, reperto, qui quærit aliud, pejus velit. | 124.
de *optione* τῶν fortium. | 302. 496,
ora pro ambitu & circuitu. | 74. 176,
oram ſolvere. | 2. 14, | 233. 198,
orandi initium an conditoribus urbium & legum latoribus attribuendum ſit. | 146. 14,
orandi facultas conſummatur natura, arte, exercitatione. | 154. 2,
orandi majeſtas. | 760. 83,
orandi vim, non circulatoriam volubilitatem, ſpectare oportet. | 621. 38,
orandi ratio, pro Rhetorica. | 147. 1,
orare aliud eſt, aliud loqui. | 611.
orare pro capite. | 677. 133,
orare quid ſit. | 21. 102,
oratio ſupra modum ſe tollens. | 236. ne a potentiſſimis ad leviſſima decreſcat. | 319. diſſoluta & hians. | 529 melius ultra, quam citra, ſtat. | 532. reſiſtens ac ſalebroſa. | 691. 144,
τὸ *oratio* abſolute proſaïcam orationem ſignificat. | 525. 261, | 530. 351,
oratio alia vincta eſt, alia ſoluta, ſecundum Quinctilian. | 591. 77, omnis conſtat rebus & verbis. | 154. 1, profert mores plerumque & animi ſecreta detegit. | 675. 95, habeat rectam quamdam velut faciem. | 587. 444, corrupta in quibuſnam conſiliat. | 493. 288, latius ducta. | 431. cur magis moveat, quam organa muſica. | 589. 43, perpetua quæ ſit & quibus opponatur. | 107. 8, | 308. 25, a tali animo proficiſcatur, qualem facere judicem volet. | 367. recta quænam dicatur. | 659. 27, tot generibus corrumpitur, quot ornatur. | 493. non minus vitioſa eſt, ſi a perſona, quam ſi a re diſſidet. | 198. ſit corpus non membra. | 461. 70, ſit non ſolum compoſita, ſed etiam continua. | 462. tres habet virtutes, ut emendata ſit, dilucida, & ornata. | 33. vel ſoluta eſt, vel tracta, vel periodica ſecundum Aquilam-Romanum. | 591. 76, vitioſa eſt, ſi egeat interprete. | 54.
in *oratione* obſtat, quidquid non adjuvat. | 529. omnibus verbis, præter pauca, locus eſt. | 621. 41, morata debent eſſe omnia. | 237.
oratione nihil præſtantius homini dedit providentia. | 67. | 126. 54,

in *oratione* non eodem modo quæſtiones diſponuntur, quo nobis inveſtigantibus occurrunt. | 409. 87,
in *oratione* totidem pene reperias ingeniorum, quot corporum, formas. | 745. 42,
orationes variæ variorum iiſdem in cauſſis. | 623. 624. 98, *& ſeqq.*
orationes Veterum Latinas alia Latinitate conſcribere an liceat. | 659. 16, utrimque habitas legere utile eſt. | 623,
orationis partium numerus paulatim a Philoſophis, maxime Stoicis, auctus eſt. | 30. 124, 125,
orationis uſus propter quid maxime repertus ſit. | 754. 270, duo ſunt genera; altera eſt perpetua, altera conciſa. | 136. 27, 28, claritas pulchritudinem rerum illuminat. | 125.
orationis genus quam variis nominibus exprimatur. | 743. 1,
orationum genera ſecundum Protagoram, quæ ſint. | 152. 44,
orator nec vultu, nec manu, nec excurſionibus nimius ſit. | 76. 5, 6, judicis mores noſcat. | 214. quæ tria præſtare debeat. 256. 35, hiſtoria, dialogis, carminibuſque ſcribendis exerceatur. | 661. 62, *& ſeqq.* non de ingenii fama, ſed de fide ſolicitus ſit. | 680. 206, abeſſe plurimum a ſaltatore debet. | 704. 309, non fiet unquam ſtultus. | 720. 14, cur nondum fuerit perfectus. | 743. 7, alius eſt a diſerto. | 67. 29, a ſcenico geſtu ac motu plurimum aberit. | 76. ab advocatis & cauſſidicis differt. | 723. 85, ante extremam ſenectutem cur ceſſare debeat a cauſſis agendis. | 756. 1, *& ſeqq.* compoſitus non ad animum judicis, ſed ad ſtomachum litigatoris. | 742. 32, tunc optime dicit, cum videtur vera dicere. | 232. quantam perſonarum, temporis & loci rationem habere debeat. | 677. 132, *& ſeqq.* debet eſſe ſapiens. | 67. raro habet doctum auditorem. 496. 268, ducetur in advocationem maxime *cauſſa*. | 737. 13, ea dicat, quibus, ſi judex eſſet ipſe, moveretur. | 353. vix ex admirabili quodam caſu poteſt accidere, ut ex utraque parte dicat. | 131. 97, ne a viro bono in rabulam latratoremque convertatur. | 742. 32, neſcit an verum ſit, quod dicit; an cauſſa vera ſit. | 132. conſummatus niſi ex natura & arte fieri non poteſt. | 134. ne futurus quidem eſt, niſi vir bonus. | 719. 8, non ubique ſit ſimilis, ſed ubique par ſibi. | 754. 270,
orator oſtendit, quæ doctor præcipit. | 621. 72, perfectus eſſe, niſi vir bonus, non poteſt. | 5. perfectus quiſnam erit. | 651. 102, | 723. 85, 86, decet hoc proſpicere, ne quid pejus, quam fecerit, faciat. | 756. 1, quam varie pro variis cauſſis cauſſarumque partibus dicere debeat. | 754. 268, 269, res duas in omni actu ſpectet, quid deceat, quid expediat. | 115. 34, quid agat. | 721. 39, quomodo dicere poſſit utiliter & laudabiliter. | 754. 270, pudor non obſtet quominus ſuſceptam, cum melior videretur, litem, cognita iniquitate dimittat. | 737. 18, ſemper ita dicat tanquam de cauſſa optime ſentiat. | 333. ubi ceſſaverit a cauſſis agendis, quibuſnam ſtudiis operam navare debeat. | 756. 757. tria præſtare debet, ut doceat, moveat, delectet. | 154. 5, 6, 7, 8, an ſemper agere debeat, ut ſcribit | 752. 218, finem hunc præſtabit, ut videatur optimam cauſſam optime egiſſe. | 741. 12, utetur, ut res exiget, omnibus dicendi generibus. | 754. 264,
in *oratore* præcipua res, conſilium eſt. | 114. 7, quænam ſint jucundiſſima. | 676. 128,
oratorem quibus præſertim ſcriptionibus exerceri oporteat. | 660. 42, *& ſeqq.* errant qui nunquam dicturum niſi de re dubia putant. | 186. 17, 18, perfectum eſſe natura non prohibet. | 68. quandonam beatiſſimum credi oporteat fore, | 757. 17, non decet ut occultis aperta demonſtret. | 496. 268,
oratores inter & dialecticos diſcrimen. | 342. decem ſimul Atticus ætas una tulit. | 635. 346,
oratores diverſi eamdem cauſſam olim agebant. | 212. 8, ab hypotheſi ad theſim retrograduntur & contra. | 409. 80, 81, 92, 93, iidem olim erant & philoſophi. | 626. 149,
apud *oratores* rariſſima eſt ſervitus ad certa verba ſe adſtringendi. | 432.
oratori agendis in cauſſis quænam ſervanda ſint. | 740. 2, *& ſeqq.* | 742. 34, *& ſeqq.* de omnibus rebus eſt dicendum. | 76. futuro vigilandum, enitendum, pallendum. | 461. neceſſaria eſt ſcientia juris civilis, morum, & religionum ejus Reipublicæ, quam capeſſet. | 131. 1, neceſſaria plurium artium ſcientia. | 66. *& ſeqq.* nihil eſt neceſſe in cujuſquam [Philoſophi] jurare leges. | 730. 107, non convenit injuſta tueri ſcientem. | 737. 18, cur non ſola materia ex litibus eſſe debeat. | 661. 65, quænam in diſcendis cauſſis obſervanda ſint. | 738. *& ſeqq.* an gratis ſemper agendum ſit. | 737. 738. 20, *& ſeqq.* mores ante omnia ſtudiis erunt excolendi. | 726. 3,
in *oratoribus*, quos maximos adhuc novimus, nemo perfectus. | 648. 24,
oratoriarum argumentationum diſcrimen a philoſophicis. | 340. 79,
oratoriæ artis late fuſum opus eſt, & de quo nunquam dicta erunt omnia. | 116.
oratoriæ virtutis quodnam ſit indicium. | 660. 38,
oratoris arma fortia quænam dicantur. | 478. 6, arma fulgentia quænam dicantur. | *ibid.* a declamatore diſcrimen. | 198. 205, inſtrumenta quænam ſint. | 139. 60, | 734. officia tria quænam ſint. | 547. 4, officium docendi, movendi, delectandi partibus continetur. | 464. 31, 32, 33, quibuſdam ſolum videtur officium, docere. | 261. 1, 2, vis omnis in augendo minuendoque conſiſtit. | 500. opes conſtant copia rerum & verborum. | 620. 27, ubinam ſit proprium opus. | 361. 362. præcipuum opus, ſua confirmare, & τὰ τοῦ adverſarii refutare. | 261. 15, 16, oratoris boni quale ſit artificium. | 623. 89, *& ſeqq.*
oratoris ſacro nomine aliquem donare. | 722. 82,
orbarum nuptias indicentium cauſſa quænam ſit. | 441. 104, 105,
Orbilius Horatii præceptor qualis. | 86. 14,
τοῦ *orbus* etymologia. | 345. 12,
orcheſtra quidnam eſſet. | 386. 300,
in *ordinibus* quatuordecim ſedere | 163. 88,
ordine eo ſcribenda eſt orationis materia, quo dicimus. | 203. 38,
in *ordinem* redigere, quid ſit. | 24. 12,
ordo is eſt, ut facere voluerit, potuerit, fecerit. | 422.
ordo in confirmatione & probatione minus afferi laboris. | 333.
ordo, pro ſtatu, conditione, loco. | 341. 100,
ordo nominum, verborum, adverbiorum, &c. quiſnam eſſe debeat. | 591. 96, | 592. 98,
an *ordo* ſit Rhetoricæ pars a diſpoſitione diſtincta. | 148.
ore magis, quam labris, loquendum eſt. | 703. 289,
orthographia conſuetudini ſervit, ideo ſæpe mutata eſt. | 57. eſt recte ſcribendi ſcientia. | 55. 1,
ὀρθοέπεια quid ſit. | 40. 155, 156; | 693. 35, altera ſignificatione uſurpatur. | 50. 83,
ὀρθὴ πτῶσις quid ſit. | 232. 173;
Origenes laudatur. | 523. 203,
originatio, pro etymologia. | 51.
ὁριςμὸς definitio. | 429. 38,
ὁριςικὴ eſt modus indicativus. | 48. 21,
ornatam ne ſperemus orationem fore, quæ probabilis non erit. | 489. 214,
ornati tres ſunt gradus, & quinam. | 494. 305,
de *ornatu* orationis locus Petronii. | 479. 23,
in *ornatu* pluſquam in cæteris dicendi partibus ſibi indulget orator. | 478.
ornatui orationis contraria vitia quinque ſunt. | 489. 228,
ornatum eſt quod perſpicuo ac probabili plus eſt. | 494. 304,
ornatus orationis ne cauſſæ quidem parum confert. | 479. virilis, fortis, ſanctus ſit. | *ibid.* aut in ſingulis verbis eſt, aut in pluribus. | 481. 79, non tam ſua, quam rei, cui adhibetur, conditione conſtat. | 672. 21, pro materiæ genere variari debet. | 480. 481.
ornatus conjuncti ſermonis quibuſnam conſtet. | 489. 210, *& ſeqq.* rebus & perſonis accommodetur. | 671. 2,
ornatus verborum quænam & quot præſertim contineat. | 471. 4,
ὅροι οἱ δύο καλούμενοι, quinam ſint apud Hermogenem. | 430. 45,
ὅρος ἀντινομάζων, quid ſit Hermogeni. | 430. 40,
ὁ ἐμπίπτων quid ſit Hermogeni. | 430. 45,
ὁ κατὰ πρόσωπα διπλοῦς, quid Hermogeni. | 430. 45,
ὅρος, ὁριςμός, ὁρικὴ vel ὁριςικὴ ςάσις, quid Græcis Rhetoribus. | 155. 28,
os prædurum quodnam ſit. | 399. 55,
τὸ *oſſa* legere ambiguum eſt. | 509. 97,
de *Oſtienſi* portu. | 139. 43,
τὸ ὅτι ἐςί, & τὸ τί ἐςι, quomodo differant. | 164. 113,
otioſus eſt ſermo, quem auditor ſuo ingenio non intelligit. | 477. 100, 101,
Ovidii liber in malos Poëtas ex tetraſticho Macri carmine. | 392. 399,
Ovidius laudatur. | 275. 6, 7, | 289. 192, | 316. 194, | 348. 48, 58, | 350. 80, | 356. 130, | 358. 193, | 376. 128, | 387. 321, | 391. 392, | 408. 55, | 398. 43, | 421. 97, | 425. 181, | 432. 79, | 441. 113, | 467. 83, 86, | 468. 114, | 477. 101, | 479. 25, | 480. 33, | 481. 62, | 482. 100, 103, | 484. 142, | 487. 186, | 491. 238, | 492. 493. 272, 281, | 495. 338, | 497. 380, 386, | 498. 395,

| 506. 33, | 531. 376, | 554. 194, | 558. 292, | 567. 32, | 575. 212, | 579. 269, | 581. 294, | 582. 319, | 588. 16, | 591. 92, | 602. 286, | 607. 372, | 619. 2, | 622. 85, 86, | 627. 169, | 628, 183, | 635. 350, | 636. 371, | 637. 398, | 638. 409, 418, | 640. 437, | 641. 457, | 655. 81, | 656. 107, 108, | 657. 4, | 663. 19, | 668. 74, | 677. 140, | 686. 40, | 694. 65, | 696. 116, | 702. 250, | 704. 308, | 708. 440, | 710. 490, | 716. 640, | 718. 3, | 725. 129, | 727. 37, | 732. 8, | 741. 22, 26, | 751. 190, | 754. 261, | 755. 280, | 756. 288,

οὐσία ſubſtantia Porphyrio genus eſt ſupremum. | 293. 284,

οὐσία quid Græcis Rhetoribus. | 155. 28.

οὐσία [ſubſtantia] Rhetoribus eſt ipſamet rei exiſtentia. | 164. 113, 116, | 167. 163,

τὴν οὐσίαν Flavius eſſentiam vocat, qua quæritur an ſit. | 164. 113, 115. 116,

οὐσιώδης ἔλεγχος, quid. | 164. 113,

P

PACISCENDI piraticus mos, & imponentium periculis pretia procul abominanda negotiatio etiam a mediocriter improbis aberit. | 738. 34.

Pacuvii τὸ repandiroſtrum & incurvicervicum. | 46. 308, 321,

pædagogos quales eſſe Fabius velit. | 9.

παιδομαθεῖς quinam dicantur. | 80. 41,

pæon pes principiis merito laudatur. | 611. inventus a Thraſymacho, ab Ariſtotele laudatus. | 607. 368, quatuor habet ſpecies. | 597. 203, Quinctilianum non capit. | 611. 463.

pæonem aptum initiis putant. | 609. 401, cur Veteres maxime laudent. | 607. 376,

pæonis appellatio, quam late pateat. | 609. 402,

πάθη λέξεων, quæ. | 63. 51,

πάθη quid ſint oratoribus. | 154. 5, 7,

παθητικαὶ πίστεις quænam dicantur. | 276. 22,

patheticæ probationes, quænam ſint & quibus opponantur. | 318. 31, 32,

παθητικὸν controverſiæ genus, in quo motus animi vehementiores dominantur. | 219. 185,

πάθος, an recte vertatur paſſio. | 362. 27,

πάθος eſt amor, charitas ἦθος. | 364. 49,

πάθος circa quæ verſetur. | 366. 92,

πάθος concitat, ἦθος mitigat. | 364. eſt tragœdiæ ſimile. | 366. 90, eſt vehementior affectus. | 507. 50,

πάθος & ἦθος interdum differunt ſecundum majus & minus. | 364. 49, interdum diverſa ſunt inter ſe. | 364. 50, interdum ſunt ex eadem natura. | 364.

πάθος Latine dicitur affectus. | 362. 363. 27, quid ſit Iſocrati. | 366. 87, quomodo vertat Latine Cicero. | 261. 6, | 362. 27, quomodo Quinctilianus. | 261. 3,

πάθος omne vitium eſſe qui putarint. | 261. 5,

Palæmon Fabii æqualis octo partes orationis eſt ſecutus. | 30.

παλαιστρικὸς, quis Ariſtoteli. | 106. 43,

palæſtrici quatenus ad formandum oratoris geſtum conferre poſſint. | 78. 42,

palillogia [παλιλλογία] quæ figura ſit Aquilæ Romano. | 572. 132, quæ Julio Rufiniano. | 572. 136, | 575. 189,

παλιλλογία, quænam proprie figura ſit. | 233. 205, | 537. 88, | 572. 132, 136, | 574. 189,

palimbacchius pes quiſnam ſit. | 606. 356,

palliolum quidnam fuerit. | 711. 520,

palus aliud priore ſyllaba longa, aliud ſequenti ſignificat. | 55.

Pamphilus pictor ratione fuit præſtantiſſimus. | 744 24,

Pamphilus Rhetor ſtatum definitivum ſubjecit juridiciali. | 168. 179,

pancratiaſtes alius erat a πεντάθλῳ quinquertione. | 106. 41,

pancratium ex quibuſnam conſtaret. | 106. 41,

τὸ *pandare*, quid ſignificet. | 708. 423,

Pandectæ juris laudantur. | 243. 449, 459, | 431. 59, | 447. 30, | 449. 41, | 453. 1, | 454. 31, | 483. 117, | 503. 76, | 530. 351, | 561. 346, | 589. 50, | 669. 91, | 738. 32,

pandus, quis dicatur. | 382. 231,

panegyricus, quid. | 109. 49,

de *Panyaſi* poëta judicium. | 630. 230,

τὸ *par* an & quomodo pertineat ad τὸ juſtum. | 437. 28, 29,

parabolæ, ſive ſimilitudinis genera varia. | 497. 381,

παραβολὴ eſt ſimilitudo, itemque ſermo ænigmaticus. | 307. 5. | 312.

παραγωγὴ quid ſit. | 35. 48, | 625. 124,

τὰ παρηγμένα [derivata vocabula] ſibi vix permittunt Latini. | 521. 185,

παρηγμένα, παράγωγα, παραγωγή, quid ſint. | 486. 170, | 521. 185,

τῶν παρηγμένων apud Latinos exempla. | 521. 187, & *ſeqq.*

παραγραφὴ præſcriptio, quid. | 177. 376,

παράδειγμα eſt ἐπαγωγὴ ῥητορική. | 308. 14,

παράδειγμα eſt exemplum. | 307.

παραδειγματίζειν traducere, quid ſignificet. | 581. 298,

παραδιαστολή, quænam figura ſit. | 580. 273,

παραδιήγησις quid ſit Anonymo de Rhetorica ſcriptori. | 566. 466, quid ſit Fortunatiano Rhetori | 565. 466,

παράδοξον, admirabile cauſſæ genus. 218.

παράδοξον & ἀπροσδόκητον, quodnam ſit figuræ genus. | 551. 94,

παραδοξονῖκαι, quinam dicerentur. | | 386. 304,

paradoxos quoſnam vocari dicat Fortunatianus Rhetor. 386. 304,

παραδόξους, quoſnam vocet Euſebius Cæſarienſ. | 386. 304,

παράλειψιν, figuram quomodo deſignet Cicero. | 544. 246, | 546. 289,

τὸ ἐκ παραλλήλου, quid ſignificet. | 364. 55, quid in illo ſubaudiatur. | 436. 161,

παραπρεσβεία quomodo Latine vertatur. | 444. 160,

τὸ παρὰ προσδοκίαν & παρ' ὑπόνοιαν, quid ſit apud Scholiaſtas. | 374. 91, | 389. 342, | 508. 75, | 542. 211, | 551. 94, & *ſeqq.*

παρασιώπησις, quæ figura ſit Rutilio. | 586. 438,

παράφρασιν, qualem eſſe velit Quinctilianus. | 659. 15.

paraphraſis quid ſit. | 65. 5,

παραύξησις figura Rutilii, ſeu Gorgiæ peculiaris. | 565. 455,

παραινετικὴ φύσις, quid. | 171. 249,

τὸ παραινετικόν, figura eſt apud Gorgiam juniorem. | 565. 449,

παρέκβασις quid ſit, & quomodo Latine dicatur. | 114. 4, | 202. 3, | 252. quæ figura ſit. | 539. 140, | 545. 262, | 546. 297,

τὸ παρεκδέχεσθαι, quid ſignificet. | 518. 123,

ἡ παρεκδοχὴ quid ſit. | 518. 123.

παρένθεσις quid ſit, & quomodo Latine dicatur. | 571. 115, | 572. 138,

de παρεγχειρήσει vera veri Turnebi opinio. | 102. 1,

τὴν παρεγχείρησιν cum diviſione confundentis Anonymi error arguitur. | 404. *ad Titul.*

παρεγχείρησις, quid, an & quomodo differat a διαιρέσει. | 18. 55, | 102. 1, 2, 5,

parentes filius alat, modo tamen ab illis optime fuerit literis inſtitutus. | 302. 492, qui non aluerit, vinciatur. | *ibid.*

parentes ipſi liberorum ſuorum mores perdunt. | 16. 17.

παρεμπίπτοντα [al. ἐπαγόμενα] quæ dicantur. | 297. 390,

τὸ *parere* vis apud Quinctilianum. | 79. 20,

pares magis, quam ſimiles ſunt Salluſtius. & Tit. Liv. | 642. 479,

Parei error emendatur. | 527. 286,

Pareus laudatur. | 17. 29, 36,

τὸ παρηγμένον quomodo Latine vertatur. | 542. 201,

paria ut ſint omnia fieri non poteſt. | 327.

τὰ πάρισα quomodo appellet Cicero. | 541. 195,

τὸ πάρισον quid ſit. | 582. 322, quid ſit Cleoſteleo Rhetori. | 582. 324,

Parmularius, quis. | 110. 9,

παρῳδὴ ſeu παρῳδία quid ſit & unde dicatur. | 552. 553. 149, | 393.

παρομολογία, quæ figura ſit apud Rutilium. | 586. 431,

παρονομασία agnominatio, quæ figura ſit. | 580. 280, quomodo differat ab ὀνοματοποιΐᾳ. | 381. 210, quomodo vocetur a Cicerone. | 541. 183, | 544. 232,

παρονομασίας exempla vitandi, non imitandi gratia. | 581. 293, & *ſeqq.*

παρονομασίας modi varii ſunt. | 580. 581.

cur παρωνυμία ſcribatur, & contra παρονομασία. | 580. 280,

Parrhaſius pictor cur legumlator vocatus ſit. | 744. 20, quando floruerit. | 744. 17,

παῤῥησία, figura quæ ſit, & quomodo Latine dicatur. | 540. 169, | 546. 291, | 586. 438, quomodo figura ſit. | 546. 291, 551. 117, 118,

parricida dicitur etiam matris fratriſve interfector. | 522. 197,

parricidatum Cœlii improbat Quinctilianus. | 54.

τὸ *pars* alterum ex litigantibus deſignat. | 681. 222,

pars an & quomodo differat a ſpecie. | 360. 245,

in *parte* expeditior, in parte difficilior. | 271. 87,

partes orationis reddere ſoluto verſu. | 63. 45,

Parthenopæus [Lucius Joann. Scoppa.] 16. 27,

participialia verba. | 33. 186,

partitio conciſa nimium, & velut ar-

ticuloſa eſt evitanda. | 259.
partitio celeritate [ſyllabarum] gaudet. | 608. 386,
partitio Ciceronis quædam reprehenſa. | 257. 53,
partitio qualis eſſe debeat. | 259. 104, quandonam ſit utilis. | 256. 41, | 257. quid ſit, & cur adhibeatur. | 255. 1, quid ſit & quomodo diſtet a diviſione. | 405. 2, 3, tædium levat. | 234.
partitione cur non ſemper ſit utendum. | 256. 20,
partitiones, quid, an, & quomodo diſſerant a diviſionibus. | 18. 55, | 102, 1, 2, 5,
partitionis vitioſæ exempla. | 257. 259.
partitionis utilitas & uſus. | 258. 259.
parvi pedes vim detrahunt rebus. | 588. 24, 25,
ut *parvuli* literarum nomina & contextum, priuſquam formas diſcant, Fabio non placet. | 13.
Paſſeratius laudatur. | 713. 562,
Paſſienus orator. | 360. 225,
τὸ *paſtor* populi, an proſæ conveniat. | 517. 105,
Paterculus [Velleius] laudatur. | 346. 23,
patiendi modus, pro τῇ paſſiva vox; 51. 111,
patiendi modus quid ſit apud Quinctilian. | 567. 27,
patiendi naturam habere, quid ſit. | 48. 33,
patientia non ſemper virtutem ſignificat. | 349. 66,
patris vel mariti nomen, omiſſo τῷ filia vel uxor, ponitur etiam ab oratoribus. | 386. 310,
τὸ *patres* de patre & matre. | 579. 269,
patrocinia adhibere, quid ſit. | 324. 35,
Patrocles quid ſentiat de ſtatibus quæſtionum oratoriarum. | 170. Rhetor. 120.
patroni petulantiam litigator luit. | 741. 24,
patronus adverſarii quaſi perſonam ſuſtinere cum litigatore debet. | 739. 30, optimus eſt in dicendo, ſi ſit incredulus. | 739. 33, eſt τῦ rei defenſor & opponitur accuſatori. | 271. 86, objecta vel neget, vel defendat, vel minuat, vel a præſenti quæſtione ſeparet. | 422. perſonam induat judicis, & quod ipſum moviſſet de eadem re pronunciaturum, id potentiſſimum exiſtimet. | 740. 44, quis proprie dicatur. | 177. 370, | 323. 10, quomodo differat ab advocato. | 218. 175,
patronymicum nomen. | 42. 221,
Pauli Juriſconſulti regula. | 336. 21,
Paulus Juriſconſultus laudatur. | 389. 341,
Paulus [Divus] laudatur. | 447. 25,
paupertas, humilitas, opes in diverſum trahuntur, ut cuique ingenio vis eſt. | 423.
pectus ac venter ne projiciantur [in oratoris actione.] | 708. 422,
peculatus quidnam ſit. | 330. 196,
pecuniariæ quæſtiones. | 723. 86,
τὸ *pecunioſus* unde dicatur. | 292.
ad *pedes* orationis ſingulos actionis motus non eſt terminandus. | 706. 377, 387,
pedes aliter ab aliis appellantur. | 606. 352, 356, qui celerem ac mobilem faciant orationem. | 606. 608. iiſdem verbis alii atque alii fiunt. | 607. 378, qui graviorem faciant orationem. | 606. 608. qui breves in ſyllabas excidunt, ti minus erunt ſtabiles. | 611. 443, non tam ſunt intuendi, quam univerſa comprehenſio. | 612. 477, quomodo rhythmici ſimul & metrici ſint. | 597. 204, metrici reperiuntur in oratione [proſaica.] | 599. 223, multum refert unone verbo ſint duo comprehenſi, an uterque liber. | 609. qui breves in ſyllabas excidunt, ubinam apti ſint. | 611. 443,
ad *pedes* verba dimenſa non ſunt. | 592.
pedeſtris oratio, quæ dicatur. | 636. 369,
Pedianus [Aſconius] laudatur. | 212. 8, a Quinctiliano. | 283. 48, quo tempore vixerit. | *ibid.*
ex *pedibus* pluribus eſt, quidquid ſupra tres ſyllabas habet. | 606. 348,
pedibus conſtat omnis oratio. | 605. 341, in oratione quomodo utendum ſit. | 608.
de *pedibus* ultimum antecedentibus, quid obſervandum. | 608. 396, & *ſeqq.*
pedis ſupploſio, an & ubi ſit adhibenda. | 709. 449,
pedum ratio cur ſit in oratione, quam in verſu difficilior. | 601. 357, & *ſeqq.* nullus non in orationem venit. | 606. 607. 366,
Pelias Achillis haſta. | 504. 87,
pendentes rei, quinam dicantur. | 441. 113,
πενθημιμερὴς, ἑφθημιμερὴς, κλ. ficititiæ ſunt dictiones. | 605. 338,
penſi nihil habere. | 675. 94,
penula quid eſſet. | 383. 257,
penus quid ſit. | 431. 59, 60,
quæ *peperit* mulier, quo ſenſu neceſſe ſit eam cum viro coiiſſe. | 278. 15,
τὸ *pepigi* præteritum a pago tuetur Quinctilianus. | 48. 32,
percurſio figura eſt, & quænam. | 539. 133, 136,
perfectum nihil eſt, niſi ubi natura cura juvatur. | 693. 34,
perfectum non eſt quidquam, quo melius eſt aliud. | 721. 33,
periambus vox eſt nihili in quibuſdam Quinctil. edition. | 606. 350,
περιβολὴ Hermogeniana, quidnam ſit. 613. 495,
de *Pericle* veteris comœdiæ teſtimonium. | 636. 376,
Pericles Athenienſes ſolis obſcuratione territos, redditis ejus rei cauſſis, metu liberavit. | 75. 204, quanta eloquentiæ vi polleret. | 729. 90,
Pericli attributa ſcripta. | 142. 143. fulgurare orando & tonare contigit. | 127. 60, 61,
de *Periclis* eloquentia. | 747. 98,
Periclis nulla ad nos monumenta venerunt. | 729. 730. 90,
periclitari cauſſa. | 419.
τὸ περιέχον & τὸ περιεχόμενον in legibus contrariis. | 451. 31,
περιέχοντα ὀνόματα, quæ vocet Ariſtoteles. | 529. 323,
περιεργία eſt ſupervacua operoſitas. | 493. 280,
περίεργον. | 50. 82,
periodi genera ſunt duo. | 614. 517, varia nomina in Cicerone. | 542. 215,
periodicorum membrorum medius numerus eſt quatuor. | 614. 522,
periodis certam creditam pecuniam poſtulare, an non pudeat? | 481. 74,
in *periodis* ſpatium, quid ſit. | 613. 492,
de *periodo* unimembri Rhetorum diſſidium utcumque componitur. | 614. 517,
periodo modus quinam ponatur a Cicerone. | 614. 523,
periodo numeroſa ubi maxime ſit utendum. | 615. 534,
ad *periodos* conficiendas quænam particulæ conferant. | 614. 520,
περίοδος Latine dicitur ambitus, circumductum, continuatio, concluſio. | 591. 85,
periodos unimembres admittit Ariſtoteles. | 614. 517, Cicero reſpuit. | *ibid.* quinam e veteribus admittant. | *ibid.* quinam e veteribus rejiciant. | *ibid.*
periodum longiorem dicturis colligendus eſt ſpiritus. | 699. 181, pejus claudit finis hexametri. | 604.
periodus apta communibus locis & amplificationi. | 615. apta procemiis majorum cauſſarum. | 615. compoſita quænam ſit. | 614. 518, Demetrio Phalereo triplex eſt. | 615. 536, dialogica cujuſmodi eſſe debeat. | *ibid.*
periodus habet membra minimum duo. | 614. 520, hiſtorica cujus modi eſſe debeat. | 615. 536,
periodus multum in epilogis pollet. | 615. qualis eſſe, & quid præſtare debeat. | 614. 524, recipit plura, quam quatuor, membra. | 614. 522, ſimplex, quænam ſit. | 614. 517,
Peripatetici ſtudio ſe quodam oratorio jactant. | 730. 102, theſes dicere exercitationis gratia fere inſtituerunt. | 730. 104,
περίφρασιν quomodo appellet Ariſtoteles. | 529. 323,
περίφρασις, cum in vitium incidit, περισσολογία dicitur. | 529. 331. quid ſit & efficiat. | 529. 323, & *ſeqq.* quomodo Latine vertatur. | 529. 324, 329,
περισσολογία quid ſit. | 233. 205; quid efficiat. | 529. 331,
περίστασις a Quinctiliano vertitur circumſtantia. | 303. 522, vocatur negotium, itemque circumſtantia. | 158. 83,
τὰ περιστατικὰ quæ & quot ſint apud Scholiaſten Hermogenis MSS. | 303. 523,
Perizonius laudatur. | 321. 86,
permutatio quid ſignificet apud Cornificium. | 525. 246,
peroratio ſententiis, figuris, & affectibus exornanda. | 351. 10, | 360. 238,
in *peroratione* quid præſertim facere expediat, aut liceat. | 351. 352. & *ſeqq.*
perorationis duplex eſt ratio. | 351. 2, varia nomina. | 351. 1, 5,
Perſius laudatur. | 381. 229, | 398. 43, | 568. 38, | 574. 181, | 602. 285, 289, | 655. 79,
an *perſona* poſſit incidere, de qua neutra pars dicat. | 425. 173,
ſine *perſona* eſt interdum jactus ſermo. | 553. 156,
perſona noſtra utimur pro aliena. | 571.
perſonæ incertæ eſt interdum ficta oratio. | 553. 155,
perſonæ fictio quam figuram deſignet. | 584. 381,
perſonæ quæ dicantur inutiles. | 561. 346,
perſpicuitas eſt prima eloquentiæ virtus. | 89. orationis ſumma virtus eſt. | 54. 194, nobis ſit prima virtus. | 478. in verbis præcipuam habet proprietatem. | 472. 2,
perſpicuitas propriis, ornatus tranſlatis verbis magis eget. | 481. 80,
perſuadebit aliis melius, qui prius

perſuaſerit

perſuaſerit ſibi. | 723. 95,
perſuadendi vis quanam re potiſſimum conſtet. | 513. 543,
perſuadere aliquid animo ſuo. | 369.
perſuaſione populari recepta. | 315.
perſuaſibile. | 120. 121.
perſuaſibiliter. | 121.
pertinere ſignificat proprietatem & dominium. | 340. 81,
pertingere, pro τῷ pertinere, an Latini dicant. | 94. 103,
pes & numerus, an & quomodo inter ſe differant. | 605. 347,
pes tres ſyllabas non videtur excedere. | 605. 344,
petentium & inficiantium eadem ratio eſt, quæ accuſantium & defendentium. | 422.
petitio quomodo diſtet ab accuſatione. | 407. 26,
petitiones ſunt in cauſſis privatis, accuſationes in publicis. | 407. 26,
τὸ is unde *petitur*, quid ſignificet apud Ciceronem. | 426. 205,
petoritum vox Gallica. | 44. 257,
Petronii de Zeuxide & Protogene judicium. | 744. 39,
Petronius laudatur. | 471. 12, | 487. 186, | 558. 287, | 625. 133,
pexus pinguiſque doctor. | 36. 70,
πεζὸς λόγος quid ſit. | 636. 369,
τὸ πῆ, τὸ ῥ, quid Græcis. | 271. 87,
πηλικότης quomodo diſtinguatur a ποσότητι. | 439. 75,
πηλικότης & ποσότης eadem [magnitudinis] appellatione Latini complectuntur. | 439. 74, 75,
Phædrus laudatur. | 523. 209, | 625. 13,
Phaëton per ἀναίρεσιν. | 37. 87,
φαντασία quid præſtet. | 500. 447,
φαντασίαι quid ſint. | 367. 368 126,
φαντασίας quomodo Quinctilianus Latine verterit. | 744. 25, viſa & in formationes vertit Cicero. | 367. 126, viſiones vertit Quinctilianus. | 367. 126,
ὁ φθόγγος, quis dicatur.. | 204. 4,
Phidias Jovem optime fecit | 89. 17, 18, qualis fuerit ſtatuarius. | 744. 36,
Philandri emendatio probatur. | 211 3,
Junii *Philargyri* locus laudatur. | 641. 456,
Philetas in Elegia ſecundas occupavit. | 630 251,
Philippus Alexandro filio prima elementa tradi ab Ariſtotele voluit. | 13.
Philonis locus ex Euſebio laudatus. | 383. 257,
philoſophandum eſt, etiam ſi non eſt philoſophandum. | 296. 355,
Philoſophi omnia inferiora præceptis ſuis ac literis credunt | 315. quinam deos eſſe, vel humanarum rerum curam habere negarint. | 267. 13, 14,
Philoſophiæ partes tres quænam ſint. | 727. 728. 41, 42, pars moralis tota oratori eſt accommodata | 728. 61, pars naturalis, quam late pateat apud Quinctilian. | 729. 83,
Philoſophiam ex profeſſo oſtentantibus, quale dicendi genus conveniat. | 675. 103, | 676. 104,
Philoſophorum habitus & cultus. | 733. 35, ſecta longiſſime a civilibus officiis receſſit. | 727. 23,
a *Philoſophorum* lectione multa ſunt oratori petenda. | 626. 149,
Philoſtratus laudatur | 141. 30, | 373. 66, | 646. 553, | 684. 1, | 698. 166,
Phœbammon Rhetor laudatur. | 536. 92,
Phœbammoni Scholia de figuris tribuunt Reg. Biblioth. codd. MSS | 536. 60,
Phœnix Achillis præceptor. | 90. 39, agendi & loquendi præceptor. | 128. 19,
Phonaſci & oratores quid in voce curanda commune habeant. | 694. 59, & *ſeqq.* quid diverſum. *ibid.* & | 695. 77, & *ſeqq.*
Phonaſcus, quis. | 106. 48, | 694. 57, | 695. 79,
ex *Photii* Amphilochiis manu-ſcriptis deſumptus locus. | 363. 31,
Photii bibliotheca laudatur. | 659. 15, | 669. 99, | 743. 1, | 752. 225,
φράσις eſt elocutio. | 471.
Phrygius modus qualis. | 73. 137,
Phrynichus laudatur. | 171. 250,
Phrynen ream e periculo judicii quomodo liberarit Hyperides | 120. 32,
Pici etymologia. | 52. 132,
pictores clari quinam primi fuiſſe dicantur. | 743. 10,
pictura, in qua nihil circumlitum eſt, eminet | 510. 120, ipſam dicendi vim interdum ſuperare videtur. | 701. 230, quando præcipue floruerit. | 744. 21,
picturæ inventores quinam fuerint. | 648. 19,
Pilarii quinam dicantur. | 665. 666. 31,
Pindari liber, cui titulus ὕμνος | 531. 374,
Pindarus laudatur. | 523. 205, | 643. 506, | 716. 646, Lyricorum princeps. | 531. 373,
Pini error arguitur, qui παρεγχείρησιν cum partitione confuderit. | 149. 32,
Pini [Antonii] & Turnebiani tres errores arguuntur. | 173. 286, nota emendatur. | 168. 188, lectio rejicitur. | 200. 248,
πίνος Veterum, quid. | 101. 61, | 511. 160,
τὸ *piraticam* dici dubitabant præceptores Quinctiliani | 487. 179,
de *Piſandro*, qui ſcripſit Heracleam. | 630. 239,
Piſiſtratus quomodo ad dominationem pervenerit. | 309. 40,
πίστεις quæ ſint apud Rhetores. | 282. 43,
πίστις fides, eſt probatio. | 276. 20, quomodo Latine verti poſſit aut debeat. | 282. 283.
Pithœi explicatio explicatur. | 208. 73,
Pithœus laudatur. | 24. 4,
pituitam ab imo pulmone trochleis adducere. | 699. 189,
pituitam vocari ait L. Ælius, quia petat vitam. | 53.
Placidus frigido joco dictus eſt Acidus. | 380.
Planci etymologia. | 32. 154,
planipes quid ſit. | 312. 123,
πλάσμα quid ſit apud Proclum in Chreſtomathia. | 395. 439, | 402. 24, | 412. 137, | 567. 14, | 743. 1,
plaſma quid ſit, ubi de voce agitur. | 61. 8,
πλατειασμὸς, quid. | 39. 144. 146, | 76. 10, 11,
Plato civili [πολιτικῷ] viro neceſſariam muſicen credidit. | 69. 63, diligentiſſimus eſt compoſitionis. | 605. fuit omnium diſciplinarum ſtudioſus. | 81. 64, laudatur. | 362. 20, | 504. 82, | 512. 164, | 605. 336, | 668. 87, | 719. 2, | 736. 17, quam fuerit in verborum collocatione curioſus. | 529. 342, Sophronis libros capiti ſuppoſitos, cum moreretur, habuiſſe creditur. | 69. 75. initium operis de Republica variis modis ſcripſerat. | 529. 342,
Platoni quæ tandem ars digna literis defuit. | 759. 65,
Platonis alii ſunt ſermones ἐλεγκτικοί, alii δογματικοί. | 122. 106, eloquentia. | 747. 97,
in *Platonis* Timæo initium hexametri ſtatim invenias. | 605. 336, varia metrorum genera, | 605. 337,
Platonis oratio in laudem eorum, qui bello perierant. | 123. 118, Timæus ſine muſices notitia non poteſt intelligi. | 68. 69. 55, 56,
Plautia lex quænam fuerit. | 577. 242,
Plautus laudatur. | 271. 92, | 348. 46, | 350. 80, | 390. 362, | 391. 390, | 490. 229, | 519. 145, | 552. 135, | 559. 305, | 580. 282,
plebiſcitum, quid. | 215. 30,
τὰ *plena* non ſint tumida. | 756. 293,
plenum vini dicebant Veteres. | 566. 5,
πλεονασμὸς figura quænam ſit Cæcilio Rhetori. | 575. 200, quam late pateat. | 575. 206, 207, quandonam vitium ſit. | 493. 278, 279,
πλεονασμὸς quid ſit. | 41. | 492. 265,
πλεονασμὸς quomodo Latine verti poſſit | 575. 201,
pleonaſmus, quando vitium ſit, quando virtus. | 575. 203,
Plinii Junioris locus inſignis. | 232. 192, | 234. 221,
Plinius Junior laudatur. | 248. 582, | 251. 21, | 349. 66, | 356. 130, | 415 207, | 425. 172, | 566. 2, 4. | 622. 81, | 635. 347, 355, 360, | 636. 376, | 641. 452, | 651. 98, | 653. 34, | 655. 88, | 657. 10, | 660. 33, | 693. 27, | 719. 2, cur peſſime dicere putat eum, cui maxime fuerit applauſum. | 412. 153,
Plinius Rhetor Latinus. | 145. 93,
Plinius Senior laudatur. | 275. 5, 6, | 358. 185, | 371. 24, | 373. 64, | 468. 116, | 471. 14, | 512. 164, | 522. 201, | 568. 44, | 623. | 86, 95. | 644. 509, | 652. 16, 21, | 657. 9, | 743. 5, 17, | 744. 18, 20, 31, 35, | 754. 261,
πλοκὴ figura quænam ſit Alexandro Rhetori. | 574. 179, duplicis eſt generis Quinctiliano. | 574. 179, quænam figura ſit quibuſdam Rhetoribus. | 576. 214,
ut *ploret* quiſquam diu aliena, non ſperemus fore. | 356.
Plotius Latinorum Rhetorum maxime inſignis. | 97. 177,
ploxenum, quid. | 35. 40,
pluraliter de uno dicimus, & de pluribus ſingulariter. | 570. 571.
Plutarchus laudatur & bis emendatur. | 386. 304, laudatur. | 522. 203, | 701. 234, | 747. 99,
Polemonis Sophiſtæ dictum de inepto hiſtrionis geſtu. | 701. 232,
πολιτεία duplicem habet ſignificatum. | 278. 11,
Polleti [Franciſci] hiſtoria fori Romani laudatur. | 221. 240,
pollex inflexus numeri nota erat. | 707. 408,
pollicem invertere unde ſignificet *improbare*. | 705. 354,
Pollionis [Aſinii] locus laudatur. | 551. 102, | 552. 146,
Pollux [Julius] laudatur. | 72. 130, | 268. 21, | 392. 393,
Polus Sophiſta. | 122. 107, 113,
de *Polycleti* Doryphoro. | 321. 88,
Polycletus qualis fuerit ſtatuarius. | 744. 31,

Polycrates Buſirim & Clytemneſtram laudavit, orationem compoſuit contra Socratem. | 127. 8, 11, | 142. 41,
Polygnotus pictor clariſſimus. | 743. 11, 12,
πολύπτωτον, figura quæ ſit. | 574. quomodo deſignet Cicero. | 541. 190, | 542. 204, | 544. 250,
πολυσύνδετον, quodnam ſit figuræ genus. | 576. 224,
po' meridiem apud Veteres, pro τῷ poſt meridiem. | 594. 595. 158,
Pompeii Grammatici veteris opus ineditum laudatur e MSS. Reg. | 490. 228,
Pomponius Juriſconſultus laudatur. | 483. 117,
Pomponius Mela laudatur. | 698. 166,
τὸ *pons* ſignificatio peculiaris. | 198. 215,
de *Pontificum* commentariis a Numa inchoatis. | 475. 60,
Popilius Lenas quam actionem dixerit inotioſam. | 717. 652,
popularitas Spurii Melii, Manliique. | 279. 46,
populus Romanus judex litis inter Aricinos & Ardeates. | 204. 12,
ad *populum* habenda oratio quam poſtuler elocutionem. | 481.
apud *populum* ſecundum communes magis intellectus loquendum eſt. | 191. 9,
quod *populus* crediderit, omnibus debetur. | 305.
Porcii Latronis locus laudatur. | 563. 395,
Porcio Latroni cauſſam agenti quid acciderit. | 661. 70,
Porcius Latro primus clari nominis profeſſor fuit. | 661. 70,
Porphyrii arbor, quæ vulgo dicitur, non eſt ejus doctrinæ conſentanea. | 293. 284, quænam vere conſtrui poſſet. | *ibid.*
porrectæ ſyllabæ, pro τῷ longæ. | 57. 46,
porrigere ſyllabas, quid. | 52. 138,
portorium quid ſit. | 298. 404,
poſitio nominum feminina. | 31.
poſitio prima & natura vocabulorum. | 46. 297,
poſitio prima, pro nominativo. | 44. 272, | 49. 42, 59, | 50. 96, | 51. pro themate ſeu radice verbi. | 48. 30,
poſitiones, quæ. | 109. 65,
poſſibile an Latinum ſit. | 194. 97,
poſt paulo. | 98. 1,
poſteritati ſuæ intereſſe. | 757. 19,
poſtulare, pro τῷ accuſare. | 678. 168,
poſtulatio quid proprie ſit. | 712. 534,
potens efficiendi quæ velit. | 757. 24,
potentiſſima cur prima & ſumma ponere oporteat. | 401. 100, 101,
non *pœnæ* nocentium cupidus, ſed emendandi vitia corrigendique mores. | 736. 737. 5,
τὸ non *pœniturum*, pro non acturo pœnitentiam. | 569. 58,
poëmata Veterum ſummi oratores, vel ad fidem, vel ad ornamentum, aſſumunt. | 63. 37,
poëmatum blanditia reparare attrita quotidiano actu forenſi ingenia. | 624. 115,
poëſeos initium quodnam fuerit. | 612. 474,
poëſis philoſophia quædam prima fuit. | 68. 37,
poëta & verſificator ut inter ſe differant. | 638. 402,
τὸ *Poëta* Homerum cur deſignet. | 507. 46,
poëta ſibi proponit doctum lectorem. | 496. 268,
poëtarum lectio cur plurimum conferat oratori. | 624. 112, licentiæ quomodo excuſentur. | 625. 121, & *ſeqq.* opera nos infinite magis audita delectant, quam lecta. | 692. 12, ſententiis referti ſunt philoſophorum libri. | 315. 188,
poëtas non per omnia eſſe oratori ſequendos. | 624. 118,
poëtæ quoſnam oratores tradiderint. | 141. 26, ad voluptatem omnia referunt. | 517. 101, non falſa modo fingunt, ſed quædam etiam incredibilia. | 524. 119, plurima vertere, ſeu tropicis locutionibus efferre coguntur. | 517. 103, 104,
poëticis voluptatibus aures a forenſi aſperitate reſpirant. | 63. 42,
poëtis quiſnam ſit ſcopus. | 624. 625. 119,
ἡ ποιότης quid Græcis Rhetoribus. | 155. 28,
πραγματικὴ στάσις, ſtatus negotialis. | 164. 110, | 167. 172,
πραγματικοὶ qui dicantur. | 175. 316,
τὸ πραγματικὸν [negotiale] Ariſtotelico ſenſu, quid. | 186. 2, ſenſu Ciceroniano, quid. | 174. 311, ſenſu Hermagoreo, quid. | 174. 302, 311, prout opponitur τῷ παθητικῷ, quid ſit. | 154. 9, quid Apollodoro Rhetori. | 168. 183, 184,
πραγματικὸν [reale] ſignificat ſtatum conjecturalem. | 167. 163,
τὸ πραγματικὸν [negotialis] ſex minimum ſignificatus. | 174. 311,
πρᾶξις eſt actus. | 166.
Praxiteles qualis fuerit ſtatuarius. | 744. 40,
præcepta in promptu habenda ſunt, non tanquam tradita, ſed tanquam innata. | 461.
præcepta vitæ natura honeſta ſunt. | 125.
præcepta minus valent, quam experimenta. | 100. 40,
ex *præceptis* communia accepimus, propria invenienda ſunt. | 303.
præceptis deber aptata eſſe & citharæ modo intenta ratio doctrinæ. | 307.
præceptor diſcipulum dicere ac facere doceat. | 90. 39, ſumat ante omnia parentis erga diſcipulos animum. | 86. 10, ſit tam eloquentia, quam moribus, præſtantiſſimus. | 90.
præceptore optimo protinus eſt utendum. | 88. 89. 90.
in *præceptore* deligendo quanta cura eſſe debeat. | 87.
præceptores a pædagogis ſecernit Fabius. | 10.
præceptoris boni dotes, mores, officia. | 86. 87.
præceptorum ſuperſtitione contra rationem cauſſæ trahi, amentis eſt. | 241.
præceptorum, quæ probationem attinent, diviſio. | 262. 23,
antequam *præciperentur*, dicta ſunt omnia; mox ea ſcriptores obſervata & collecta ediderunt. | 606.
præcipiendo recta, minus gratiæ, quam offenſæ, reprehendendo prava, meremur. | 232.
præcipientem libentius audiunt, quam reprehendentem. | 102.
præcipitia pro ſublimibus habere. | 755. 273,
præciſa oratio quænam ſit & ad quam figuram pertineat. | 557. 255,
præciſio figura eſt, & quænam | 539. 133, | 557. 255,
præfica mulier quænam diceretur. | 474. 35.
præjudicia quæ ſint & quotuplicis generis. | 263. 1, 2, 3, 7, quomodo refellantur. | 264.
prælectio oratorum & hiſtoricorum plus ad eloquentiam confert, quam omnes omnium artes [πτωχολογίᾳ] | 100. quid & quotuplex. | 18. 59, | 98. 8,
præmunitio, quæ figura ſit. | 540. 154,
præparatione manifeſta nihil eſt inimicum magis. | 248. 582,
præparationes optimæ erunt, quæ latuerint. | 235. 256,
præpilata quænam dicantur. | 320. 64, 65,
præpoſitiones copulatio corrumpit. | 46. 319, 320,
præſcribere alicui, quid ſit. | 447. 17,
præſcriptio quid ſit. | 446. 7, 9,
cum ex *præſcriptione* lis pendet, de ipſa re quæri non eſt neceſſe. | 447. 14, 15,
præſens pro præterito ponitur. | 568. 47,
in rem *præſentem* velut perducere auditores. | 247. 569,
in re *præſenti*, quid ſignificet. | 368. 135, | 461. 50,
præſtare inferioribus curam. | 88.
præſtringitur laus iſta cæterarum fulgore virtutum. | 639. 420,
præſumere partes alicujus, quid ſit. | 675. 85,
τὸ *præſumere* ſenſus peculiaris. | 658. 12,
an τὸ *præſumere* ſignificet impedire. | 658. 12,
præſumptio genus eſt figuræ apud Quinctilianum. | 540. 164, | 586. 435,
ex *præteritis* exiſtimari ſolent præſentia. | 286. 133,
Prætores duplicis generis. | 204. 10,
Prætura quo ætatis anno peteretur. | 301. 473,
Præturæ curioſa conſilia quænam fuerint. | 446. 6,
prævaricari quiſnam dicatur. | 410. 113,
premere confeſſionem, quid ſit. | 410. 100,
premere pollicem unde ſignificet approbare. | 705. 354,
quod *pretium* habeant, pleraque hoc ipſo poſſunt videri vilia. | 737. 24,
operæ *pretium* tum dignum venit, cum inter ſe congruunt præcepta & experimenta. | 736. 29,
Priceus laudatur. | 207. 23,
primigenia verba quænam Varroni dicantur. | 488. 193,
primipilus quis diceretur. | 391. 384,
non ut quidque *primum* dicendum, ita primum cogitandum eſt. | 203. 22,
principium quæ pars exordii, & quibus cauſſis congruat. | 218, 152, 155,
principium orationis pro Milone, quomodo ſit pronunciandum. | 698. 168, & *ſeqq.*
utra *prior* dicere pars debeat. | 411.
an, ut quæque *priora* ſint tempore, ea facere etiam ordine priora oporteat. | 592. 99, & *ſeqq.*
priores ætati noſtræ docendæ elaboraverunt. | 759. 67,
ex *prioribus* probare inſequentia | 73. 156,
Priſciani locus notatu dignus. | 27. 66,
Priſcianus Hermogenis Progymnaſmata e Græco in Latinum vertit. | 65. 9, laudatur. | 25. 27,
prius aliud alio docere expedit. | 405. 7,
privatum conſilium cauſſaſque paucorum calculorum qualis ſermo deceat. | 481. 71, 72,
probabile (δόκιμον) quid dicatur. | 470.

154, | 478. 114, quid Ciceroni. | 489. 214, in peculiari ſignificatione. | *ibid.*
probabilia quænam verborum ſint maxime. | 470. 154,
probabilius non eſt adverſum probabili. | 132. 109,
probare ipſam rem decet in qualicumque perſona. | 680. 203,
probari nulla res niſi ex alia poteſt. | 277.
probatio artificialis conſtat ſignis, aut argumentis, aut exemplis. | 277. quam ſit oratori neceſſaria. | 261. 262. quorumdam ſola eſt in aſſeveratione & perſeverantia. | 242. 442,
de *probatione* artificiali. | 275. 276. 277.
quod *probatione* non egeat, neceſſe eſt eſſe aliquid in cauſſa. | 283. 59,
probatione opus eſt omni liti. | 262.
inter *probationem* & narrationem quid interſit. | 239. 354,
probationes efficiunt ut cauſſam noſtram meliorem eſſe judices putent. | 362. inartificiales non omnino ſunt a præceptis removendæ | 262. 6, quæ & quot ſint. | 262. 3, probationes potentiſſimæ in ipſo cauſſarum complexu reperiuntur. | 303.
probationum aliæ neceſſariæ, aliæ credibiles, aliæ non repugnantes. | 277. 37, 38, 39, diviſio. | 262. 3, 6, ſedes neque generatim tradere ſat eſt, neque ſigillatim exequi licet. | 302 omnium quadruplex ratio eſt. | 277. 40,
probitas plerumque vocatur, quæ eſt imbecillitas. | 399.
procedente opere minima incipiunt eſſe, quæ prima ſunt | 620. 13,
Procli Chreſtomathia laudatur. | 743. 1, | 752. 225,
Proclus τὸ ἀνθηρὸν (floridum dicendi genus) cæteris permixtum eſſe ait. | 752. 225,
pro cornibus, id eſt, ante cornua. | 114. 11,
a *propriis* & communibus non tam procul recedendum. | 750. 169,
Procopii Gazæi metaphraſes Homericæ. | 659. 15,
procurator quis dicatur. | 177. 370, | 254. 37,
procuratorem habendi jus an & quibus olim fuerit. | 408. 68,
procurſio quid ſit Quinctiliano. | 251. 30,
Prodamus & muſicen & literas ſimul docebat | 69,
Prodicus Cejus Rhetor. | 142. 33,
prodigus & negligens an & quomodo inter ſe differant. | 422. 122,
proditionis damnatus cum advocato exulet. | 412.
reo *proditionis* patri qui non affuerit, exheres eſto. | 412.
προδιόρθωσις quæ figura ſit. | 540. 153,
τῷ *producit* ſignificatio ſpecialis. | 163. 89, 90,
προέκθεσις figura Rutilii ſeu Gorgiæ peculiaris. | 565. 455,
τὸ προσαναπληροῦν τῇ ὑπερβολῇ, quid ſit. | 488. 202,
ad *profectum* opus eſt ſtudio, non indignatione. | 654. 54,
profectus præcipue diligentia conſtat. | 103. 5,
prognoſtica. | 280.
progreſſio figuræ genus apud Ciceronem. | 541. 189,
προγυμνάσματα Rhetorices. | 64. 1, qui bene conſcripſerint. | 64. 1,
progymnaſmatographi diverſi. | 65. 9, antiqui. | 90. 1,
τὸ *proinde* an idem ſignificet quod *perinde*. | 279. 37,
προκατάληψις figura quænam ſit. | 540. 154, | 545. 275, | 550. 73,
προαναφώνησις figura quænam ſit. | 540. 154, | 545. 275, | 550. 73,
τὰ *proles* & *proſapia* tragicis verbis annumerat Quinctilian. | 485. 144,
πρόληψις figura quæ ſit & quomodo Latine dicatur. | 219. 194, 195, | 540. 164, | 545. 283, | 550. 69,
πρόληψις Grammatica. | 573. 165.
πρόληψις [præſumptio] figura, quot ſpecies habeat. | 550. 71, & *ſeqq.* quæ figura ſit Rutilio. | 586. 435,
προληπτὸν præſumptum. | 168. 187, 188,
promittere, quid. | 5. 41,
pronomen plurale junctum verbo ſingulari. | 627. 169,
pronunciandi artifices a perſonis affectus mutuantur. | 702. 253,
recte *pronunciandi* prima obſervatio, eſt æqualitas. | 697. 150, ſecunda obſervatio, eſt varietas. | 697. 152,
pronunciandum eſt aliter apud tribunalia, aliter apud ſubſellia. | 710. 476, & *ſeqq.*
pronunciantis os quale eſſe debeat. | 699. 181, ſpiritum qualem eſſe oporteat. | *ibid.* ſpiritus ubi & quando ſit revocandus. | 699. 182,
pronunciatio quomodo emendata fiat. | 696. 105, verbis ipſis interdum accommodanda eſt. | 716. 623, 624, citata ubinam locum habeat. | 706. 393. ubinam preſſa. | *ibid.* 394, recta conſiſtit in ſola variandi ratione. | 697. 153, tria præſtate debet, & quænam. | 712. 541,
pronunciatio dicitur aliter actio. | 147. 13. | 292. 271, | 692. 1,
pronunciatio pro ſententia quam judex pronunciat. | 362. 25,
pronunciatio qualis deceat eos, qui ſedentes agunt. | 710. 482, & *ſeqq.* vultuoſa quæ dicatur. | 717. 651. apta quænam dicatur. | 700. 208, & *ſeqq.* quomodo fiat dilucida | 696. 116, ornata quomodo fiat. | 697. 137, merito reprehenditur vultuoſa. | 717. 651,
in *pronunciatione* quadruplex eſt rei, de qua dicitur, obſervatio. | 712. 538,
pronunciatione quinam olim multum valuerint. | 693. 22, & *ſeqq.* verba eadem aliud alia ſignificant. | 716. 627,
pronunciationes plures ſunt, quam literæ. | 26. 35,
pronunciationis illuſtramenta. | 712. 529, duas partes facit Cicero. | 692. 2, mira quædam vis ac poteſtas. | *ibid.* præcepta mutantur ab iis qui ſedentes agunt. | 710. 481, non alia eſt ratio quam ipſius orationis. | 695. 104,
pronunciativus, pro τῷ indicativus. | 48. 21,
ὁ pronunciaturus exemplum non libenter, quod in ſe recidat, facit. | 264.
in *proœmiis* plerumque ſummiſſi ſumus. | 616. 572,
προοίμιον quid ſit. | 211. 212.
τῷ προοιμίῳ duplex etymologia. | 211. 2, 3,
proœmium quale admittat materia deliberativa. | 192. 28, an noviſſime [ultimo loco] ſit ſcribendum. | 203. 30, 31,
proœmium τὸ per hypotheſin quid ſit Hermogeni. | 214. 70,
proœmium quale compoſitionis genus poſcat. | 615. 551. quæ deceant. | 220.
προκαταγγελία quodnam ſit figuræ genus. | 540. 154, | 545. 275, | 550. 73,
propenſius, pro τῷ credibilius. | 284. 75,
de *Propertio* judicium. | 639. 425,
Propertius laudatur. | 321. 85, | 362. 20, | 627. 169, | 637. 398, | 737. 24,
propoſitio eſt quandoque pro narratione. | 230. apud Rhetoras eſt duplex, altera generalis, altera ſpecialis. | 253. ad titul. quid ſit in epichiremate. | 337. 24, | 339. 62,
propoſitio quomodo differat a narratione. | 217. 129,
propoſitione generali non ſemper uti neceſſe eſt. | 253. 7, 8,
propoſitione adverſarii aliquando utendum. | 411.
propoſitiones oratoriæ ſunt multiplicis generis. | 254.
propoſitionum, quibus cauſſa volvitur, duplex eſt ratio, | 178. 399,
propoſitum quid ſit Ciceroni. | 155. 23,
proprietas non ad nomen, ſed ad vim ſignificandi refertur. | 473.
proprietas quid ſignificet apud Latinos Rhetoras. | 155. 28, | 173. 284, 295, | 428. 2,
proprietas verborum ſeptem fere modis intelligitur. | 472. 4, | 473. 26, 33, | 474. 37, 43, 47, 51,
τὸ de *proprietate* pertinet ad ſtatum definitivum. | 428. 2, | 465. 60,
in *proprietatis* ſpecie. quæ nominibus ipſis cujuſque rei utitur, nulla virtus eſt. | 472. 13,
ad *propria* veniendum eſt a communibus. | 410.
propria verba, quæ. | 46. 322,
proprii genus ex epithetis. | 474. 47,
proprium Dialecticis eſt quadruplex, Quinctiliano duplex. | 293. 294,
quod *proprium* eſt uniuſcujuſque rei, id pulchrum eſt. 482. 92,
proprium & differens, quid ſint. | 293. 291, 292, | 294. 301,
quidquid *proprium* non erit, non protinus improprii vitio laborabit. | 473. 20,
proprium oratores pro differentia eſſentiali uſurpant | 428. 17, oratorias definitiones ingreditur, non logicas. | 293. 278,
proprium ſecundo modo, vocabulum quale ſit. | 473. 26, tertio modo, quale ſit. | 473. 33, quarto modo, quale ſit. | 474. 37, quinto modo, quale ſit. | 474. 43, 47, ſexto modo, quale ſit. | 474. 51, ſeptimo modo, quale ſit, | 474. 475. 52,
propulſare peſtem inteſtinam, cum propugnatoribus patriæ comparandum. | 737. 8,
proſa vincta quænam dicatur. | 690. 122,
proſam vinctam facilius ediſcimus, quam diſſolutam. | *ibid.*
proſæ non conveniunt ea, quæ Poëtis permiſſa ſunt. | 517. 100,
προσαγγέλλειν ἑαυτόν, quid ſit Rhetoribus. & quomodo Latine vertatur. | 445. 175, 176, | 562. 370, | 678. 162, 163,
ἡ προσαγγελία quid ſit Græcis Rhetoribus. | 562. 370, | 678. 162, 163,
τῆς προσαγγελίας exemplum ex MSS. Codd. 2415. Reg. Biblioth. | 562. 370,
de τῷ *proſapia* quid ſentiat Quinctilian. | 54.
προσαπόδοσιν figuram quomodo deſignet Cicero. | 542. 208,
προσαπόδοσις cauſſæ redditio. | 240. 392, figura quænam ſit apud Rutilium. | 585. 405,

de τῷ προσκυνῇ apud Euripidem. | 362. 22,
προεπιθύμημα quid Curio Fortunatiano. | 281. 16,
προσηγορία utrum appellatio ſit, an vocabulum. | 31. 135,
de τῷ προσληπτική, an ſit vox admittenda. | 437. 33, 34,
πρόθεσις, quid. | 35. 48, | 625. 124,
προσῳδία eſt accentus. | 38. 99,
προσομιλητική ſpecies orationis ex Platone. | 152. 45, 47,
προσωνομασία fictitium nomen apud Deſpauter. | 579. 263,
προσωποποιία an & quomodo diſtet a διαλόγῳ. | 552. 136, 137,
τῇ προσωποποιίᾳ ellipſis etiam interdum accedit. | 553. 158,
proſopupœia & idolopœia quomodo differant. | 216. 101, figura quænam ſit. | 355. 118, | 540. 160, | 545. 279, | 552. 126, quam late pateat. | 552. 135, 136, | 553. 151, & *ſeqq.* quomodo molliri poſſit. | 552. 138, 139, vertitur etiam in ſpeciem narrandi. | 553. 162,
τῆς προσωποποιίας rectus uſus. | 552. 129, & *ſeqq.*
proſopopœiæ difficillimæ ſunt Quinctiliani judicio. | 197. 198. 191, a ſuaſoriis non niſi perſona diſtant. | 198. 205, quid ſint. | 83. 9,
proſopopœiæ exercitatio utiliſſima eſt. | 198. 197,
τὸ πρός τι (ad aliquid) duas continet ſtatuum ſpecies. | 165. 128, eſt relatio. | 165. 120,
Protagoras Abderites Rhetor. | 142. 34,
πρότασις quid Ariſtoteli. | 308. 22, quid ſit in comparatione, & cui reſpondeat. | 313. 137, | 447. 383,
Protogenes pictor cura præſtantiſſimus fuit. | 744. 24,
τὸ *Protozeugma* unde hauſerit Turnebianus interpres. | 579. 263, vox eſt fictitia, vel ſaltem ſuſpecta. | 578. 263,
προτρεπτικὴ στάσις, quid. | 17. 249,
proverbia; indoctos a Muſis & Gratiis abeſſe. | 70. 89, dum clavum rectum teneam | 130. 74, ζεῖ χύτρα, ζῇ φιλία | 248. 579, pluris eſt oculatus teſtis unus, quam auriti decem. | 268. 21, non noſtrum onus, bos clitellas. | 311. 103, non ovum tam ſimile ovo. | 313. ubi amici, ibi opes. | 316. conſcientia mille teſtes. *ibid.* pares cum paribus facillime congregantur. | *ibid.* non male reſpondit, male enim prior ille rogarat. | 331. 231, quem mater amictum dedit, ſolicite cuſtodire. | 343. 137, nihil facilius, quam lacryma, inareſcit. | 356. 128, tollat te, qui non novit. | 393. 409, tibicinis Latini modo tranſire. | 413. 172, veſtis virum facit. | 468. 104, cornicum oculos configere. | 483. 117, aulœdi ſunt, qui Citharœdi fieri non potuerunt. | 498. 392, Dionyſius Corinthi. | 526. 282, 283, ſine pulveris jactu. | 626. 144, ut vivat, quemque etiam dicere. | 675. 97, Trachalo vocalior. | 734. 16, omni pede ſtandum eſt. | 742. 46,
providentia hominibus hoc dedit munus, ut honeſta magis juvarent. | 82.
de *providentia* pugnant Stoici & Epicurei. | 274.
προϋπεζευγμένη quodnam ſit figuræ genus. | 540. 154,
quibus in *proximo* cura eſt, | 412. 154.
τὸ quod in *proximo* eſt, quid ſignificet. | 22. 18,
ex *proximo* ſumptus ſermo, quiſnam ſit. | 220. 223,
proximus Homerum æmulari. | 631. 269,
τὸ *proximus* interdum regit accuſativum. | 515. 63,
prudentia quid ſit. | 136. 23,
prudentiam plus ſine doctrina, quam ſine prudentia facere doctrinam. | 403.
prudentis eſt, quod in quoque optimum eſt, ſi poſſit, ſuum facere. | 650. 651. 92,
Prudentius poeta laudatur. | 742. 32,
pſalterium quid ſit. | 72. 129,
Pſammetichus infantes in ſolitudine juſſit educari. | 621. 50,
ψευδογραφίαι, quid. | 74. 165,
Pſeudo-rhetores vim [dicendi] appellant, quæ eſt potius violentia. 113.
Pſilothrum ψίλωθρον. | 280. 50,
ψοφοδεής una e Menandri Comœdiis. | 633. 316,
Ptolemæus Flavius laudatur. | 623. 95, emendatur. *ibid.*
publicari mulier quænam dicatur. | 455. 18,
a *Publicola* traditum eſt, faſces populo ſubmittere. | 188.
publicum creditum quodnam ſit. | 305. 584,
Publius Syrus laudatur. | 400. 84, | 506. 28,
puer amoris, avaritiæ, metus affectum non diſcat | 76. ante diſcat recte dicere, quam cito. | 93. vitia ebrietatis non effingat, nec ſervili vernilitate imbuatur. | 76. 4,
qui *puer* amare ſtudia nondum poteſt, cavendum ne ea oderit. | 12. 69,
pueri utrum utilius domi, an in ſcholis erudiantur. | 15. & *ſeqq.* minime verendum, ne laborem ſtudiorum difficilius tolerent. | 80. non modo quæ diſerta, ſed vel magis quæ honeſta ſunt, diſcant. | 62. 14, 15, electos ex orationibus vel hiſtoriis locos magis ediſcant, quam omnia quæ ipſi ſcripſerint. | 103. qua primum ætate ſint literis inſtituendi. | 11. 12. 62, ſtatim quam plurima ediſcant. | 690. 127,
puerili ætate nulla minus fatigatur. | 80.
in *pueris* luſus neminem offendat. | 22. memoria eſt & tenaciſſima. | 12.
pueris eburneas literarum formas in luſum offerre mos erat, quem Fabius non improbat. | 13. aliqua ſtudiorum remiſſio danda eſt. | 22.
in *pueris* pejus vitium quod ex inopia, quam quod ex copia venit. | 91. 20,
pueris, quæ maxime ingenium alant, & animum augeant, prælegenda. | 62.
puerorum prima ad literas inſtitutio luſus ſit. | 12.
in *puerorum* pravam educationem, qua domi a parentibus inſtituuntur. | 16. 17.
puerorum varia ingenia varie tractanda | 22. ingenia ut dignoſcantur & tractanda ſint. | 21. & *ſeqq.* quinam luſus acuendis ingeniis non inutiles. | 22. 23. ingenia nimia emendationis ſeveritate deficiunt. | 91. 40, per manus & genua reptatio. | 80. 81. 43,
pueros minores ſeptem annis inſtituendos literis eſſe non putavit Eratoſthenes. | 11.
puerum femineæ vocis exilitate frangi non vult Quinctilian. aut ſeniliter tremere. | 76. 3,
diu *pugnare* nocet in iis, quæ obtinere non poſſis. | 400. 82,
pulchra locutio. | 96. 136,
pullata turba quænam dicatur. | 397. 29,
pullatus circulus, quid. | 113. 39,
ad *pulverem* forenſem facere. | 626. 144,
nec *puppim* pro navi, nec abietem pro tabellis proſa recipiet. | 517. 117,
Abbatis & de *Pure* ſpiſſus error. | 430. 55, | 433. 100, | 510. 125, error arguitur. | 517. 111, ſupina negligentia. | 392. 399.
Putſchiana Veter. Grammatic. editio emendata & emendanda. | 490. 228. | 475. 69,
Putſchiana Veter. Grammat. editio quot ſcateat erroribus. | 577. 240,
pyrrhichii proprietates. | 617. 583,
pyrrhichium alii pariambum vocant. | 606. 350,
pyrrhichius cludit choreo præcedente. | 610. 442,
Pyrrhus quomodo ſit interfectus. | 309. 46,
Pythagoras juvenes pudicæ domui vim afferre volentes, juſſa mutare in ſpondeum modus tibicina, compoſuit. | 72. 131, non ſapientem ſe, ſed ſapientiæ ſtudioſum vocari voluit. | 722. 61,
Pythagoræ ſententia de Deo. | 429. 22,
de *Pythagoreorum* τῷ ipſe dixit. | 675. 86,
Pythagoricæ ſcholæ inſcriptio οὐδεὶς ἀγεωμέτρητος εἰσίτω. | 73. 145,
Pythagorici aſtrorum motibus ſonum dederunt. | 68 putabant mundum ea ratione eſſe compoſitum, quam ſit lyra imitata. | 68. 48, 51,
Pyxides quid proprie ſint. | 522. 196,
πυκτικὸς quis Ariſtoteli. | 106. 42,

Q

Q DURAS facit ſyllabas. | 748. 123,
quadrantaria Clytæmneſtra. | 527. 287,
quadrupedem pro equo proſa non recipiet. | 517.
quadruplatores quinam dicerentur. | 737. 6,
quæſtio apud Rhetoras quid ſit & quotuplex. | 206. 6, omnis eſt ex facto aut ex ſcripto. | 465. 58, natura prima eſt, factumne ſit. | 416. omnis eſt in re aut in perſona. | 276. omnis finita pendet ab infinita. | 660. 52, in ſcripto inſtituta quomodo vocetur. | 407. 46, eadem poteſt eumdem vel accuſatorem facere, vel reum. | 163. 86, quomodo differat a cauſſa. | 139. 51, omnis generalis ſpeciali potentior eſt. | 729. 77,
de *quæſtione* & tormentis quid in utramque partem dicatur. | 265. 1,
in *quæſtionem* poſtulare, quid ſit. | 265. 3,
quæſtionem habere, quid ſit. | 265. 2,
in *quæſtionem* venit interdum ipſa ratio. | 340.
quæſtiones aut in ſcripto ſunt, aut in non ſcripto. | 154. 155. 15, 16, finitæ quænam dicantur. | 155. 29, in ſcripto ſunt de jure; *ai* in non ſcripto, de re. | 155. 16, 17, infinitæ, quænam dicantur. | 155. 23, occultiores inveniuntur ingenio, cura, exercitatione. | 411. 412. quædam ſunt propriæ cauſſarum & principales, aliæ acceſſoriæ. | 161. 33,

161. 33, vim proœmii aliquando obtinent. | 229.
quæſtionibus ſingulis ſubjiciendos eſſe locos placet Theodoro Rhetori. | 335. 294, 296,
quæſtionum infinitarum ſeu *θέσεως* varia nomina. | 155.
quæſtionum novem elementa quidam Rhetores poſuerunt. | 105. 130, vis ſemper creſcere debet. | 408.
quale quidque videatur, eloquentiæ opus eſt, hic regnat, imperat, ſola vincit. | 441. 100,
qualitas communis, quid. | 94. 90, quid Fortunatiano & Sulpitio Victori. | 335. 295, concluſiva, quid. | 94. 90, quid ſignificet Fortunatiano & Sulpitio Victori. | 335. 295. epilogica, quid. | 94. 90,
an *qualitas* etiam *ποσότητα* ſignificet. | 436. 1,
qualitas, qualitatis ſtatus, quid Latinis Rhetoribus. | 155. 28,
qualitas verborum quid ſignificet. | 32. 167,
qualitas quid ſignificet apud Rhetoras. | 424. 170, abſoluta quid ſit. | 437. 21, 24,
a *qualitate* ad finitionem deſcenditur interdum. | 428. 8,
in *qualitatem* quam multa controverſiarum genera cadant. | 443. & *ſeqq.*
qualitati Virginius Rhetor quas cauſſas ſubjecerit. | 441. 102, 103,
qualitatis duplex ratio facienda eſt. | 179. 416, 417, ſtatus eſt duplex. | 179. 416, ſtatus maxima oratoris opera recipit | 440. 98, | 441. 100,
quæſtio apud Rhetoras quam late pateat. | 436. 1, 2,
de τοῖς *ſane quam* & *nimis quam*. | 238. 315,
quam, pro quantum. | 2. 13, | 5. 28,
nimium *quam*, pro τῷ nimium quantum. 238. 315,
intra biennium, *quam* verba formare potuerunt. | 80. 37,
quantitas duplex, altera continua, altera diſcreta. | 164. 165. 119, modo ad conjecturam, modo ad qualitatem refertur. | 169. 217,
quantitatis quæſtionem ad τὸ τῆς qualitatis revocat Quinctilian. | 436. 1, 3. | 445. 188, 189, 190,
τὸ *quantum*, τὸ *quam multum*, τὸ *ad aliquid*, & comparativus, ad quam ſpeciem ſtatus referantur. | 183. 491,
quaſſæ tibiæ quænam dicantur. | 694. 64,
querquera quid ſit. | 314. 154,
relativum τὸ *qui* non ſemper ad nomen proxime ſuperius refertur. | 492. 269,
de τῷ *quid* ergo? | 89. 21,
Quinctilianei loci tentatur emendatio. | 341. 115,
Quinctilianei operis diviſio. | 7.
Quinctiliani adulatorium de Domitiano Imp. judicium. | 639. 415, & *ſeqq.*
Quinctiliani ætate judices & doceri volebant & delectari. | 221. totus prope mutatus erat ſermo. | 485. in omnia deliciarum genera ſcriptores vitioſe deflexerant. | 63.
Quinctiliani codex MSS. Baſileenſis quem vidit Barthius. | 247. 572,
e *Quinctiliani* contextu vetus & ſpiſſus error nunc primum tollitur. | 439. 75, | 444. 159, contextus vulgaris emendatur. | 48. 21, de Accio Poëta tragico judicium. | 641. 453, 455, de Afranio Poëta comico. | 642. 469, de Alcæo. | 631. 270, de Antimacho. | 629. 326, de Apollonio Rhod. | 630. 234, de Arato. | 630. 235, de Ariſtotele. | 636. 378, de Aſinio Pollione. | 644. 515, de Attacino Varrone. | 637. 398, de Baſſo Aufidio [Hiſtorico] 642. 483, de Bruto [Oratore & Philoſopho] | 646. 552, de Calvo [Oratore] | 644. 645. 522, & *ſeqq.* de Cœlio [Oratore] | 644. 521, de Jul. Cæſaris eloquentia. | 644. 518, de Cæſio Baſſo Poeta. | 641. 452, de Caſſio Severo [Oratore] 645. 528, de Cornelio Celſo. | 646. 554, de Cornelio Severo. | 638. 402, & *ſeqq.* de Demetrio Phalereo. | 636. 362, de Demoſthene. | 635. 347, de Domitio Afro. | 645. 531, de Æſchine. | 635. 350, de Æſchylo. | 632. 287, & *ſeqq.* de Ennio. | 638. 399, de Gallo Poëta. | 639. 427, de Hermagora. | 209. de Herodoto. | 634. 332, de Heſiodo. | 629. 222, de Homero: (vide τὸ Homerus.) de Horatio. | 640. 435, | 641. 449, de Hyperide. | 635. 352, de Iſocrate. | 635. 355, de Julio Africano [Oratore] | 645. 532, de Julio Secundo [Oratore] | 645. 538. | 653. 50, de Latina eloquentia. | 643. 490, de Lucano. | 638. 410, de Lucilio. | 639. 429, & *ſeqq.* de Lucretio. | 637. 397, de Lyſia. | 635. 353, de Macru. | 637. 395, de Menandro. | 633. 303. & *ſeqq.* de Meſſala oratore. | 644. 518, de Ovidii Medea. | 641. 457, de Ovidio. | 638. 401, | 639. 426, de Pacuvio. | 641. 453, 457, de Perſio. | 640. 437, de Philemone Comico. | 634. 324, de Philiſto. | 634. 340, de Pindaro. | 631. 261, de Planco Stoico. | 646. 555, de divina Platonis eloquentia. | 636. 367, de Pomponio Secundo Poëta Tragico. | 642. 459, de Rabirio ac Pedone. | 638. 409, de Salcio Baſſo. | 638. 408, de Salluſtio. | 642. 472, de Seneca. | 646. 647. 556, & *ſeqq.* de Servilio Noniano [Hiſtorico] | 642. 479, de Servio Sulpitio [Oratore] | 645. 527, de Terentio. | 642. 467, de Terentio Varrone. | 640. 441, de Theocrito. | 630. 238, de Theophraſto. | 636. 380, de Theopompo. | 634. 339, de Thucydide. | 634. 330, de Tibullo. | 639. 424, de Timagene. | 634. 344, de Tito Livio. | 642. 473, de Trachalo [Oratore.] | 645. 534, de Tullii libris quibus titulus *de Invent.* | 174. de Varii Thyeſte. | 641, 456, de Vibio Criſpo [Oratore] | 645. 537, de Virgilio. | 637. 387, & *ſeqq.* de Xenophonte. | 636. 373,
Quinctiliani filius avunculo Prætori gener deſtinatus. | 349. 64, vulgaris lectio emendatur. | 279. 28, liber de cauſſis corruptæ eloquentiæ non exſtat. | 532. 398,
ad *Quinctiliani* libros intelligendos plus conferunt Hermagoreorum ſcripta, quam τὰ Hermogenis. | 144. 63,
Quinctiliani loca needum ſatis intellecta. | 386. 291, | 473. 19, | 475. 66, 67, | 485. 148, | 521. 189, | 527. 287, 288, | 528. 309, | 568. 54, | 578. 254, | 602. 280, | 681. 213, loca quæ nunc primum emendavit Claud. Capperonnerius. | 129. 57, | 151. 37, | 168. 187, 438. 53, | 439. 75, | 444. 159, | 553. 158, | 585. 404, | 586. 422, | 592. 102, | 600. 236, | 604. 321, 334, | 605. 346, | 609. 403, 416, de quodam loco dubium movetur. | 171. 258, locus a prava interpunctione liberatus, ideoque illuſtratus. | 197. 187, locus difficilis & τῶν MSS. opem implorans. | 361. 12, locus recta interpunctione illuſtratus. | 365. 73, opinio circa τὸ Ciceronis contrarium improbatur. | 541. 199, pater declamator fuit & Cauſſidicus. | 581. 305, laudatur. | *ibid.* præceptores *cervom* & *ſervom* ſcribebant. | 59. 83, 85, ſententia emendatur. | 586. 417, ſub nomine, ſed ipſo invito, duo libri Artis Rhetoricæ ante Oratoriam Inſtitutionem editi. | 5. antiquum ſyſtema de ſtatibus quæſtionum oratoriarum. | 176. 345, & *ſeqq.* | 181. 468, novum de iiſdem ſyſtema. | 181. 182. 468, verba quædam ſuo & loco videntur avulſa. | 401. 4, | 402. 7, uxor filia Tutilii fuit. | 346. 24, obiit nondum expleto undeviceſimo ætatis anno, duos enixa filios. | 346.
Quinctiliano ſolœciſmi ſunt *eo intus* & *intro ſum*. | 43. cur mirum videatur malos eſſe tam multos. | 758. 30,
de *Quinctiliano* iniquum Pſeudo-Turnebi judicium improbatur. | 464. 18,
Quinctiliano pueto ſcribebant *quoi*, pro τῷ *cui*. | 59. 88,
Quinctiliano ſemper moris fuit quam minime alligare ſe ad præcepta univerſalia, | 116. 65, 66, unum & idem videtur bene dicere, ac bene ſcribere. | 751. 208,
Quinctilianus a Burmanni, Fabricii, Voſſiique cenſura defenditur. | 516. 67, a Georg. Trapezunt. cenſura defenditur. | 556. 227, a Philandri cenſura vindicatur. | 499. 421, a ridiculi nota vindicatur adverſus Scioppium & Galæum. | 33. 184, a Strebæi cenſura vindicatur. | 474. 51, a Voſſii & Burmanni cenſura quomodo vindicari poſſit. | 518. 131, a Voſſii cenſura vindicatur. | 118. 17, | 517. 113, | 546. 291, τοὺς ætatem in declamationibus veritati diſſimillimis conſumentes, quibus comparet. | 135. 15, affectatam laſcivamque elocutionem, quibus comparet Quinctilian. | 480. 31, & *ſeqq.* allegoriam ut ironiæ ſpeciem ponit. | 525. 248, an & cur conſularia ornamenta acceperit. | 348. 349. 62, anacephalæoſin conficit eorum, quæ prioribus quinque libris de Rhetorica docuit. | 464. 465. 466. antiquum dicendi genus, quod ſententiis valebat, miſcendum eſſe ait cum novo, quod dictionis elegantia floreat. | 101. 62, amiſſis uxore ac liberis Deos incuſat, & providentiæ diffidit. | 346. auctor non eſt Dialogi τοῦ de Oratoribus. | 532. 398, τὰ Catonis *tuburcinabundum* & *lurcabundum* improbat. | 54. 198, cauſſam Nævii Aproniani egit & in lucem emiſit. | 421. 93, 95, 96, τὸ centum millia *nummûm*, & fidem *Deûm* purgat a ſolœciſmi nota. | 50. 72, Ciceronem amphiboliæ accuſat. | 457. 458. 51, 55, Ciceronem cuicumque Græcorum fortiter opponit. | 643. 491, Ciceronem quo ſenſu perfectum oratorem dicat. | 722. 62, 63, Ciceronis & Virgilii libros habebat propria ipſorum manu ſcriptos. | 58. Ciceronis jactantiam quomodo excuſet. | 674. 59, circumſcriptionem Tullianam quomodo explicet. | 585. 392, collos

Calvi reprobat. | 54. 201, compoſitionis gratia quæ permittat. | 601. 249, & ſeqq. conformationis nomen figuris tribuit. | 547. 1, conſummatos oratores plus doctrinæ debere, quam naturæ, putat. 134. contradictionis vocabulo quid intelligat. | 328. 149, corruptos oratores quoſnam vocet. | 479. 27, cur in opere ſuo admiſcere tentaverit aliquid nitoris. | 140. cur miretur illud Virgilii *exiguus mus.* | 483. 104, curam bene ac velociter ſcribendi commendat. | 14. curam verborum, rerum vult eſſe ſolicitudinem. | 468. 108, de cauſſis corruptæ eloquentiæ librum emiſit. | 346. 16, de pæone a magnis viris diſſentit. | 611. 463, de tropis & figuris cur non idem ubique tradiderit. | 385. 290, declamandi uſum quomodo emendari velit. | 109. declamationes a vera imagine orandi receſſiſſe, & ad ſolam componi voluptatem queritur. | 320. 66, Deum principem, parentem rerum, & mundi fabricatorem agnovit. | 126. 34, dicendi vim C. Cæſari tribuit. | 60. Domitiano Auguſto adulatur. | 210. Domitium Afrum ſenem adoleſcentulus coluit. | 269. 27, dubitat an ars Iſocrati attributa, ſit illius. | 119. 16, ea refellit, quæ contra Rhetoricam ſolent objici. | 125. eos qui *ebor* & *robor* dicerent, improbat. | 50. 95, | 51. eos qui orationes dictabant, improbat. | 654, 70, & ſeqq. eos reprehendit, qui optimam putant eloquentiam eſſe, in qua pure & ſimpliciter animi noſtri ſenſa ponimus. | 749. 750. 171, & ſeqq. epiſtolas Auguſti manu ſcriptas habebat. | 59. ex tribus verbis unum fieri Latinæ linguæ non concedit. | 46. figuras a tropis differre quomodo probet. | 534. 17, genera vocat, quæ ſpecies vulgo dicuntur. | 455. 5, geſtum oratoris componi ad ſimilitudinem ſaltationis non vult. | 79. 64, hiſtoriæ ſcriptionem in parte oratoria ponit. | 134. 16, honeſto juſtum, pium, religioſum, &c. complectitur. | 97. horridam jejunamque veterum elocutionem, & recentiorum floſculos vult evitari. | 101. 54, 59, Horatium in quibuſdam nolit interpretari. | 62. hos lodices Pollionis improbat. | 54. idem eſſe cenſet ſtatum, τὸ continens, & judicationem. | 161. 52, imitatur quærentem, ut quærere doceat. | 414. in affectatam & fucatam elocutionem invehitur. | 468. 469. in pravam puerorum inſtitutionem. | 16. 17. in Ciceronis compoſitione quædam reprehendit. | 595. 166, in declamatores Artis Oratoriæ ignaros invehitur. | 111. in libidinoſam eloquentiam. | 320. 73, 79, in malos præceptores. | 758. 33, in mediocribus oratoribus majus naturæ momentum eſſe credit. | 134. in nimiam verborum curam invehitur. | 469. in philoſophiæ ſimulatores. | 733. 35, & ſeqq. in ſui temporis eloquentiam, quæ orationis delicias & luxuriam captabat. | 101. in tractandis numeris quid voluerit. | 611. 457, 458, & ſeqq. in vitioſum & corruptum dicendi genus invehitur. | 755. 272, & ſeqq. inviſum habere Senecam, cur creditus ſit. | 646. 558, Judaïcæ ſuperſtitionis vocabulo quid intelligat. | 189. 76, legendi feſtinationem damnat. | 14. libris de Inſtitutione Oratoria ſcribendis paulo plus quam biennium impendit. | 1. Livium a pueris magis, quam Salluſtium legi vult. | 100. 51, Logicorum ſyllogiſticos modos vocat ſpecies. | 340. 77, τὸ loqui magis deeſſe cæteris animalibus, quum intellectum & cogitationem quamdam putavit. | 126. 33, 48, memoriam latius accipit Ariſtotele. | 684. 7, memoriam locis & imaginibus conſtantem damnat. | 687. 70, & ſeqq. Menandrum magni facit. | 62. mendacium dicere etiam ſapienti aliquando concedit. | 130. 131. 81, minus probat τὸ *audaciter, emicavit, tribunale, faciliter*, &c. | 50. 66, 69, Muſicam novam in ſcenis effeminatam & impudicis modis fractam vituperat. | 72. Muſicam qualem probet. | *ibid. ne* & *non* adverbia vocat. | 42. nolit lectorem dari ſibi, quid ſtudia referant, computaturum. | 82. non comœdum ſed oratorem vult. | 716. 646, non eum inſtituit oratorem, qui ſit aut fuerit; ſed imaginem animo concepit perfecti illius. | 67. non ſe cujuſquam Rhetorum ſectæ addixit. | 146. 99, numerum cum dicit, oratorium intelligit | 600. 246, omnia Italica vocabula pro Romanis habet. | 43. omnium ſuorum ſuperſtes. | 346. opinionem ſuam de ſtatibus poſt 20. annos mutavit. | 175. 176. 326, orationi ſermonem opponit. | 482. 99, oratoris nomen artemque bonis tantum viris tribuit. | 118. 7, oratoris ſtudia formare ab infantia incipit | 4. pariter cadentia quænam vocet. | 587. 447, pæone meliores alios pedes putat. | 611. per coitum ſyllabarum quid intelligat. | 601. 253, præpoſitiones repetere amat. | 372. 41, pro Regina Berenice apud eam ipſam dixit. | 214. 66, *progeniei* in genitivo damnat. | 51. *proſopopœias* quomodo pronunciari velit. | 61. 11, pſalteria & ſpadicas improbat. | 72. τὰ *puerei* & *fures*, pro τοῖς *pueri, furi* non probat. | 58. qualem ſibi puerum inſtituendum dari velit. | 22. quænam urbana dici velit. | 395. quæſtionem de voluntate ſcribentis teſtantiſve ad conjecturalem ſtatum revocat. | 450. 47, queritur quod orbatus ſit uxore ac duobus liberis. | 345. 346. & ſeqq. qui dandum putant aliquid eſſe temporibus & auribus, iis non repugnat. | 750. 179, qui natura conſtare mores & nihil adjuvari diſciplina putant, iis non accedit. | 726. 4, qui tam multis annis declamitant in ſchola, eos reprehendit. | 758. 37, *quicquid* & *quotidie*, non *quidquid* & *cotidie* ſcribere, ineptiis annumerat. | 56. 16, quid ſequeretur in quæſtionum diviſione & tractatione. | 406. quo ſenſu quæri dicat an habendum ſit adulterium in lupanari. | 429. 29, 39, Rhetoricen nonnunnunquam dicere falſa pro veris confitetur. | 130. Rhetoricen ſuam divideit in artem ipſam, oratorem, & orationem. | 118. 15, 17, rhythmum eumdem eſſe ac pedem docet. | 596. 197, ſaltandi exercitium ultra puerîles annos retineri non vult. | 78. ſcriptores optimos & ſtatim & ſemper prælegi vult. | 100. ſecundum de Rhetorica librum Ariſtotelis commendat. | 284. 78, 83, ſententias quas vocant, utiles eſſe cur putet. | 751. 196, ſententias velut oculos eloquentiæ eſſe credit. | 511. 159, *ſperum* in genitivo damnat | 51. ſtatum, continens, & judicationem idem eſſe vult. | 208. 55, 71, | 209. ſtatus legales velut ſimulacra vocat. | 182. 473, Valerium Flaccum magni facit. | 638. 407, veterem horrorem dicendi malit, quam iſtam novam licentiam. | 511. 161, viginti annos erudiendis juvenibus impendit. | 3. Virginii errorem arguit | 215. virilem & fortem orationis ornatum quibus comparet. | 480. 31, & ſeqq. urbanitatem quomodo definiat. | 395. utrum Romanus fuerit, an Hiſpanus. | 269. 27, quincunx quid ſit. | 480. 39,

Quint. Curtius laudatur. | 478. 117, | 754. 261,

τὰ *quire* & *ruere* carent præterito. | 51.

Collis *Quirinalis* etymologia. | 52. 134,

quiritare, quid ſit. | 199. 239,

τὸ quoad ſignificationem a Raphaële Regio uſurpatur. | 431. 59, ſed barbarum eſt loquendi genus. | *ibidem.*

R

TO' P, pro τῷ Σ legitur. | 77. 20, in Laconum decreto | *ibid.*

Rabula quiſnam & unde dicatur. | 742. 32,

ne *raderet* delicatas aures, jejuna & arida tractatio. | 140 14,

ratio interdum falſa eſt veræ propoſitionis. | 341.

ratio apud Rhetoras quid proprie ſit. | 206. 3,

ratio [methodus] plurimum in præcipiendo valet. | 89. 15,

ratio ipſa quoſdam ægre tuetur; quibuſdam ſufficit auctoritas. | 197.

ratio nonnunquam eſt vera, cum propoſitio vera non ſit. | 341.

ratio orandi quid ſit. | 261. 15,

ratio peculiari quodam ſignificatu ſumpta. | 295. 324, | 296. 370, pro methodo. | 89. 15, pro natura, ſubſtantia, eſſentia. | 220. 209, pro ſyſtemate & docendi methodo. | 208. 77,

ratiocinatio duplicem præſertim habet ſignificatum. | 337. 30, quid ſignificet, & quæ figura ſit apud Cornificium. | 549. 58, | 586. 420,

ratiocinativa cauſſa vel quæſtio, quæſtio quænam ſit. | 466. 65,

ratiocinativa cauſſa, vel quæſtio, quænam ſit. | 466. 65,

ratiocinativa & collectiva quæſtio, quænam ſit. | 415. 217,

in τῷ *ratiocinativa* quid ſubaudiatur. 466. 65,

rationale genus, quid | 155. 19, | 267. 172,

rationale ſtatuum genus eſt legali ſimplicius. | 181. 467,

cauſſa *rationalis* quid ſit Rhetorices ad Herennium ſcriptori. | 453. 1,

τὸ *rationalis* tractatus quid ſit apud Quinctilian. | 729. 82,

quid ſignificet τὸ in *ratione* proœmii atque epilogi. | 366. 94, quid ſignificet. | *ibid.*

rationem fortaſſe non reddam, ſentiam eſſe melius. | 613.

τὸ *rationem mortis in Senatu reddere*, quid ſit. | 445. 175, 176,

ut, quod *rationem* in ſe non habet, ipſum illud in ratione verſetur. | 666. 32,

rationem opinionis ſuæ illi viderint. 123.

rationem habere, quid ſignificet. | 244. 477,

ad *rationem* redire ab impetu. | 356. 130,
rationes domeſticæ quænam ſint. | 80. 31,
quod *rationi* diſſimile eſt, hoc ipſum ratio interdum cogit. | 256.
de *re* quæritur, cum de nomine conſtat. | 428. 429. 19,
in *re* quæſtio inſtituta quomodo vocetur. | 407. 46,
reatum Meſſala primus dixit. | 487. 178,
recedere ab eventu, quid. | 120. 45,
receptui canere, & in portum integra nave peruenire. | 757. 6,
receptum eſt in mores. | 283.
recidere nimiam loquacitatem. | 662. 85,
recitare apud Veteres non eſt aliquid memoriter pronunciare. 461. 60, quid ſignificet. | *ibid.* | 693. 27,
recondere, fit ex duabus propoſitionibus. | 46. 300,
reconventio quid ſit. | 205. 28, 29,
recriminatio quid ſit. | 205. 24,
recta oratio cuinam opponatur. | 559. 298, | 560. 339, | 561. 345,
τὸ *recta* ſunt ſenſus peculiaris. | 547. 24,
τὸ *recte* dicere ſignificatio peculiaris. | 469. 120,
rectis non eſt ſemper locus in ſuadendo. | 197.
recto itinere depulſus. | 244.
rectum genus(orationis) cuinam opponatur. | 560. 339, | 561. 345,
rectus ſermo & ſecundum naturam enunciatus nihil habere ex ingenio videtur. | 99.
recuperatores quinam Romanis dicerentur. | 432. 84,
quænam non *recurrant* in contrarium. | 278. 24,
recurrentes verſus & reciproci. | 62. 25,
recuſantis vocabulo quid intelligat Quinctilian. | 204. 4,
τὸ *reddere* ſignificatio peculiaris. | 512. 164, | 518. 127, | 535. 31,
τὸ *reddi* ſenſus peculiaris. | 498. 411, 499. 437,
redditio, contraria redditio, & redditiva, quid ſignificent. | 313. 137, | 497. 382, 383, 388,
τὸ *redditum eſt* ſenſus peculiaris. | 574. 178,
redhibitio quid ſit apud Juriſconſultos. | 481. 77,
in *redhibitione* mancipii, an non pudeat ſudare? | 481. 77,
reducere ad juſtitiam, quid ſit. | 359. 208,
τὸ *reductiora* quid ſignificet apud pictores. | 698. 166,
refellere tabulas, quid ſit. | 266. 2,
τὸ *refellere*, quid ſit apud Donatum. | 266. 2,
reficere ſtomachum judicis. | 247. 559,
refrigerare quempiam aliquo urbane dicto. | 272. 112,
refutare dicendo quæ non poſſumus, quaſi faſtidiendo calcemus. | 327. 121,
quomodo *refutari* debeat, quod erit ab adverſario dictum. | 325. 326.
refutatio affectus plerumque mitiores habet. | 322. 7, ſimplicem ex affectibus & ex affirmatione ſola probationem recipit. | 334. 280, 282, an ſit pars orationis in genere judiciali. | 202. 15, | dupliciter accipi poteſt. | 322. 1, 3, regerere in commentarios. | 111.
regeſtum & regiſtrum, unde. | 111. 27,
Regii [Raphaëlis] conjectura improbatur. | 599. 226, dubitatio improbatur. | 274. 159, 164, emendatio improbatur. | 194. 88, | 215. 95, | 317. 11, | 318. 38, | 398. 33, | 415. 202, 207, | 434. 121, | 440. 99, | 448. 5, 9, | 596. 186, | 617. 583, | 625. 129, | 629. 224, explicatio improbatur. | 456. 34,
Regii [Raphaëlis] & Petri Victorii error in vertendo pſeudo-Demetrii Phalerei loco. | 364. 55,
Regii [Raphaëlis] & pſeudo-Turnebi ſententia improbatur. | 397. 29,
Regii [Raphaelis] error de prima ſyllaba & catus. | 458. 58, error refellitur. | 18. 55, | 102. 1, 2, 5, | 535. 29, gravis error arguitur. | 165. 136, | 253. 18, lectio & emendatio confirmatur. | 421. 100, lectio & emendatio improbatur. | 550. 81, lectio rejicitur. | 279. 28, locus emendatur. | 522. 202, | 577. 239. 587, 5, nota emendatur. | 489. 490. 228, | 653. 41, nota & lectio improbantur. | 409. 74, ſententia de Virginio Rhetore. | 170. 241,
Regius [Raphaël] τὸ *bonum ſero* improbat. | 380. 197, defenditur contra Pinum & Turnebianum. | 178. 395, emendatur. | 5. 32,
Regius [Raphael] & Petrus Victorius τὸ ὁπλίζειν, cum τῷ ὁπλίῳ male confuderunt. | 364. 55,
Regius [Raphael] Georgii Trapezuntini errorem ſecutus eſt. | 257. 62, παρεγχείρησιν cum διαιρέσει (diviſione) perperam confudit. | 102. 1, 2, 5, | 405. 3, perperam confudit apicem cum accentu, aut cum quantitate. | 458. 57, perperam confundit ἀντικατηγορίαν cum ἀντεγκλήματι. | 178. 395,
rejectio forenſibus in rebus quid proprie ſignificet. | 411. 118, 121,
Relandus *diſſertation. de Ling. Perſica* laudatur. | 321. 86,
relatio Ciceroniana quid tandem ſignificare videatur. | 543. 222,
relatio criminis quid ſit. | 437. 38,
τὸ *relatio*, quæ figura ſit apud Ciceron. ignoravit Quinctilian. | 543. 222, | 686. 414,
an *relatio* Ciceroniana ſignificet relata contraria. | 543. 222, Quinctiliani. | 543. 222, | 586. 414,
de *relatione* Ciceroniana improbatur opinio Turnebiani Commentatoris. | 543. 222, & Strebæi. *ibid.* & Quinctiliani. *ibid.* & | 586. 414,
relativa dicuntur τὰ πρός τι, quæ ad aliquid ſunt. | 294. 310,
relativum pronomen ſæpe conſtruitur cum ſubſtantivo ſubintellecto. | 373. 70,
relegare culpam in aliquem. | 439. 63,
reliquatores quinam dicantur. | 391. 391,
reminiſcentia quid ſit. | 685. 22,
τὸ *remittere*, quid ſignificet in quæſtionibus oratoriis. | 408. 66, | 409. 76,
τὸ *remigare* volucres pennis, an proſæ conveniat. | 517. 106,
remos vel remis inhibere, quid ſignificet. | 718. 13,
remotio quid ſit apud Rhetoras. | 439. 62,
ex *remotione* argumentum, quid ſit. | 295. 332,
ἡ per *remotionem* methodus diſpoſitionis. | 410. 111,
remotus ab hominis ſenſu. | 127.
renovare a ſatietate, vel a fatigatione. | 369.
renunciare civilibus officiis. | 664. 2,
pro *reo* dicenti graviſſimum quidque primum movendum, ſeu diluendum eſt. | 407. 36,
τὸ *reor* horridum eſſe putat Quinctilian. | 485. 143,
reos defendere, quam facere, vir bonus mallet. | 736. 1,
ad *reos* deferendos præmio duci, proximum latrocinio eſt. | 737. 7,
repellere crimen, quid ſit. | 229. 115,
repetenda eſt altius omnis rei ratio. | 361.
repetendorum verborum modi varii. | 572. 573. 574. 575.
repetundarum cauſſa, quænam ſit. | 227. 45,
reperire aliquando difficilius eſt, quam cum inveneris, argumentis adjuvare. | 305.
nihil *reperitur* difficilius, quam id quod ſe dicturos fuiſſe omnes putant, poſtquam audierunt. | 232.
repetitio alterna primorum verborum. | 573. 154,
repetitio quæ figura ſit Herenniano Rhetori. | 572. 143,
repetitione recta nihil odioſius. | 351. 12,
replicatio quæ figura ſit Martiano Capellæ. | 575. 189,
reponere cervicem, quid ſit. | 232. 189,
repoſcere aliquem aliquid. | 305. 561,
repræſentata judicia, quænam dicantur. | 664. 6,
reprehenſio quænam figura ſit Ciceroni. | 542. 202,
reprehenſionem non capere, quid ſignificet. | 268. 6,
in *repudii* injuſti cauſſis a parte accuſantis defenſio eſt, & defendentis accuſatio. | 445. 174,
repudii injuſti actio quænam ſit. | 445. 173,
repugnantia quænam vocet Quinctilian. | 314 155,
rerum publicarum tres formæ. | 294. 318.
τὸ *reſcribere* ſenſus peculiaris. | 662. 76,
reſpicere ad curam rerum ab elocutione. | 645. 541,
ſi *reſpondemus*, prius incipiendum eſt a refutatione. | 334. 273,
reſpondenti communia plus proſunt. | 329.
non *reſpondere* ad propoſita quando expediat. | 330. 195,
reſpondere, quid & quot ſignificet. | 230 141,
quo *reſponſo* Tityum Maximum deriſerit Carpathius. | 386.
τὸ *reſponſum* eſt oraculum. | 207. 23,
reſponſum peculiari ſignificatu. | 274. 150,
reſolvere judices aliqua urbanitate. | 228. 78,
τὸ *reſolvere* ſenſus peculiaris. | 728. 47,
reſultare verborum licentia. | 755. 273,
Retiarius quis diceretur. | 382. 244,
retro cauſſas legere, quid ſit. | 299. 422,
retroagere ordinem. | 728. 43, expoſitionem. | 92 58, 59,
retrorſus quædam idem valent. | 278. 22,
retunditur mucro ingenii quotidiana pugna. | 661. 66,
reverſio [verborum] quid ſit apud Philologos. | 530.
reum excitare, quid ſit. | 359. 202,
reum facere, quid ſignificet. | 736. 1,
revocatio verbi quodnam ſit figuræ genus apud Ciceron. | 541. 192,
reus quibus omnino modis abſolvi poſ-

ſit. | 410. 113, *& ſeqq.*

reus innocens. | 726. 141,

reus an ſontem ac nocentem ſignificet. | 227. 37,

reus crimen citra accuſationem in adverſarium aliquando vertit. | 420. 77, | 421.

reus damnatus, ſi quem ejuſdem criminis reum peregiſſet, reſtituebatur. | 304. 549,

reus Latine quid ſignificet. | 123. 121,

ſi unum aliquid affirmarit *reus*, probandum eſt, aut cauſſa cadendum. | 419. 54,

rheda vox Gallica. | 44.

τὸ κατὰ ῥητὸν καὶ ὑπεξαίρεσιν, quid Hermagoræ. | 175. 321, 322,

τὸ ῥητὸν latius patet, quam *τὸ νομικόν*. | 155. 16,

τὸ ῥητὸν quid ſit apud Græcos Rhetoras. | 155. 16,

[*ſtatus*] *περὶ τοῦ ῥητοῦ καὶ τῆς διανοίας*, de ſcripto & voluntate, ſeu ſententia. 164. 110,

a *Rhetore* quomodo prælegendi ſint Oratores & Hiſtorici. | 99. 100,

apud *Rhetorem* quæ primæ exercitationes. | 90. 91. 92. 93. 94. 95. *& ſeqq.*

Rhetores Græci edit. Aldin. laudantur. | 66. 24, | 155. 16, | 167. 174, | 212. 8, | 222. 263, | 241. 405, | 276. 22, | 279. 28, | 282. 31, | 283. 54, | 302. 485, | 364. 55, | 416. 232, | 421. 101, | 444. 159, | 447. 448. 38, | 459. 1, | 513. 3, | 536. 60, 72, | 548 28, 32, | 549. 52, | 562. 370, | 573. 165, | 574. 174, | 575. 197,

Rhetores Latini e Biblioth. Pith. laudantur. | 94. 90, | 223. 297, | 232. 173, | 240. 392, | 241. 412, | 243. 456, | 246. 547, | 249. 599, 608, | 251. 31, | 253. 18, | 257. 62, | 278. 15, | 281. 16, | 282. 31, | 322. 95, | 326. 106, | 335. 295, | 356. 128, | 363. 39, | 386. 407, | 387. 318, | 402. 8, | 408. 59, | 428. 2, | 430. 35, | 438. 60, | 439. 62, 65, 75, | 442. 118, | 455. 12, 13, | 460. 37, | 483. 111, | 495. 334, | 505. 117, | 507. 50, | 512. 165, | 520. 166, | 533. 2, | 537. 90, 538. 104, | 539. 133, 136, 137, 146. 148, | 540. 152, 154, 156, 161, 163, 165, *& ſeqq.* | 541. 185, 186, | 568. 44, 52, | 571. 123, 125, | 572. 132, 134, 136, | 573. 163, 165, 171, | 575. 189, | 576. 223, | 577. 237, 239, 243, | 580. 275, 291, | 582. 322, | 583. 340, 346, 354, | 585. 398, 403, 404, 405, | 586. 431, *& ſeqq.* | 590. 76, | 613. 505, | 614. 517, | 688. 80, | 726. 1, | 746. 81,

Rhetorica definitur aliter ab aliis. | 118. 119. 120. & *ſeqq.*

in *Rhetorica* difficilius eſt judicare quid doceas, quam, cum judicaris, docere. | 464. 21,

Rhetorica eſt ars. | 127. 128. 129. *& ſeqq* eſt ars *πρακτική*, in actu conſiſtens. | 134. eſt in actu poſita, non in effectu. | 130. 79, eſt virtus. | 135. 136. Ariſtoteli pars eſt politicæ & dialecticæ. | 129. 47,

Rhetorica exercitatio fit legendo, ſcribendo, & dicendo. | 619. 4, 6,

de *Rhetorica* liber utrum Ariſtotelis an Theodectis ſit. | 128. 36, 37, quid ſit Albutio. | 124. Athenæo. | 121. 87, Cornelio Celſo. | 121. 78, Critolao. | 121. Quinctiliano eſt bene dicendi ſcientia. | 123.

de *Rhetorica* ſcripſerunt Peripateticorum & Stoicorum principes. | 127. 5, | 143. 61, 62,

Rhetoricam quomodo Areus definierit. | 123. 144. eſſe naturalem & adjuvari exercitatione quidam volunt. | 127. Plato non omnem improbavit. | 122. 107, | 123. 118, 125, ſolvuntur cavillationes, quibus probare tentant non eſſe artem. | 128. *& ſeqq.* non eſſe artem putavit Lyſias. | 128. Plato veram non niſi bono putat contingere. | 122. Chryſippus quomodo definiat. | 123. quomodo Ariſton Critolai diſcipulus. | 121.

Rhetoricarum artium antiquiſſimi ſcriptores Corax & Tiſias. | 141. 29,

Rhetoricæ finis [*τὸ τέλος*] | 124. 153, 154, 155, primi doctores Tiſias & Corax. | 128. 17, leges non ſunt immutabili neceſſitate conſtrictæ. | 114. 3, 4, 7, neceſſaria cognitio. | 110. 111. nomen vis eloquendi dedit. | 84. 27, quænam dicantur eſſe incommoda. | 124. 4, 5, 6, quinque partes. | 147. 2, 13, an quinque partes ſint artis ipſius opera, an oratoris officia, an elementa. | 149. 38, præcepta mutantur cauſſis, temporibus, occaſione, neceſſitate. | 114. Latini præceptores extremis L. Craſſi temporibus cœperunt. | 97. 175, 176, ſcriptores. | 140. 141. 142. *& ſeqq.*

Rhetorice eſt oratio perpetua | 136. 27, habet aliquid artis effectivæ *τῆς ποιητικῆς* | 134. 15, habet aliquid artis theoreticæ ſeu ſpeculativæ. | 134. 12, ibi non eſt, ubi cauſſa injuſta eſt. | 131. non habet propoſitum ſemper vera dicendi, ſed ſemper veriſimilia. | 132. 125,

ἡ ῥητορική quomodo Latine transferatur. | 117.

circa *Rhetoricen* Empedocles primus moviſſe aliqua dicitur. | 141. | 27, 28,

ad *Rhetoricen* an quæſtiones pertineant. 139. 52,

Rhetorices quænam ſit materia. | 137. 138. 139. Apollodorea definitio. | 120. 42, Ariſtotelica. | 120. 46, 48, Ciceroniana. | 119. 22, Gorgiana. | 119. 20, | 120. 121. 61, Hermagorea. | 120. 50, Theodorea. | 121. 58, 69, 73,

Rhetorices definiendæ duplex modus. | 292. 270,

apud *Rhetorices* magiſtrum, oratorum & hiſtoricorum lectio. | 98. 99. 100. 101.

de *Rhetorices* materia opinio Ariſtotelis. | 139. 54, Ciceronis. | 137. 15, Gorgiæ. | 137. 1, Hermagoræ. | 139. 50, Socratis & Platonis. | 137.

τὰ τῆς Rhetorices non tam inventa a præceptoribus, quam, cum fierent, obſervata. | 466.

de *Rhetorices* objecto Apollodori ſententia. | 140. 8,

Rhetorices origo. | 146. 147. utilitas. | 124. 125. 126. 127.

in *Rhetorum* commentariis conſeneſcere. | 201.

Rhetorum ſectæ diverſæ undenam ortum habuerint. | 143. 52,

Rhodiginus [Cælius] laudatur. | 21. 15, | 474. 36,

Rhodium dicendi genus erat medium, & ex Attico Aſianoque mixtum. | 746. 81, unde profluxerit. | 746. 82, quale fuerit. | 746. 81, 84.

Rhodius Athenodorus contra Rhetoricam ſcripſit. | 129. 49,

rhythmi Veterum longe diſtant a noſtratibus *ὁμοιοτελεύτοις*, *rimes*. | 596. 190,

rhythmici quinam vocentur. | 603. 301,

ῥυθμοὶ numeri ſpatio temporum conſtanti. | 596. 193,

ῥυθμὸς a quo verbo derivetur. | 596. 194, aut par eſt, aut ſeſcuplex, aut duplex. | 597. 197, *& ſeqq.* Latine vertitur *numerus*, *modus*, *modulatio*. | 70. 93, eſt quantitatis. | 596. 195,

ῥυθμὸς numerus, & *μέτρον* conſtat utrumque pedibus. | 596. 192,

ὁ ῥυθμὸς numerus, proprie loquendo, quid ſit. | 68. 53, | 70. 90. 93, | 591. 80, 81, quid ſit & quomodo differat a *μέτρῳ*. | 596. 597. 180, 190, 194, *& ſeqq.* | 598. 212, *& ſeqq.*

rhythmus etiam in corporis motu eſt. | 598. 212, 213, quo ſenſu idem ſit ac pes. | 596. 197,

ridicula ſubabſurda conſtant ſtultis ſimili imitatione. | 393.

ridicule dicere, quid ſit apud Domitium Marſum. | 394 435,

τοῦ ridiculi an ſit ars aliqua. | 371. 372. 38, 40, prima diviſio. | 374. 81, turpis & impotentis exemplum. | 388. 341,

ridiculo aliquo deprehenſi interdum pudorem ſuum explicant | 353.

ridiculo ridiculum eluditur. | 388.

de *ridiculo* præcepta compoſuerant Græci & Latini. | 372.

ridiculum dictum plerumque ſalſum eſt. | 370. 16, ſit id ipſum, quia qui dicit, non ridet. | 375.

etiam ſi *ridiculum*, indignum tamen eſt homine libero, quod turpiter aut impudenter dicitur. | 388.

riſum facere aliud eſt, aliud eſſe ridiculum. | 359. 218, quonam facto M. Cœlius Prætor conciliarit | 374. 94, 95, ex quibuſnam petamus. | 374. 377. 134, 136,

τὸ riſum movens ſeptem nominibus appellatur. | 372. 57,

riſum fecit, ſed ridiculus fuit. | 359. 218,

riſus a deriſu non procul abeſt. | 371. 27, neque ab ullo ſatis explicatum eſt, unde ſit. | 371. 23, plurimus circa ſimulationem & diſſimulationem eſt. | 389. 347, 136,

τοῦ riſus & ridiculi vis quanta ſit. | 371.

riſus habet ſedem in deformitate aliqua & turpitudine. | 371. 28,

nimium *riſus* pretium eſt, ſi probitatis impendio conſtat. | 377.

riſus, ſi aptus eſt, urbanitatis; ſin aliter, ſtultitiæ nomen aſſequitur. | 532. 392,

Robertus Titius laudatur. | 697. 137,

Robortellus [Franciſc.] laudatur. | 472. 9,

Rodolphi Agricolæ ſententia improbatur. | 397. 13,

Rodolphus Agricola laudatur. | 244. 500, | 261. 13, ſtatus omnes oratorios ad qualitatem refert. | 179. 419,

rogare legem, quid. | 96. 145,

rogari ſacramento, quid ſit. | 730, 106,

rogatio, quid. | 115. 29, | 660. 56,

Rollini conjectura comprobatur. | 581. 311, dubitatio tollitur. | 515. 60, emendatio improbatur. | 759. 54, explicatio minus probatur. | 328. 141. rejicitur. | 237. 304, interpunctio maxime probatur. | 696. 105, opinio de litera duras faciente ſyllabas improbatur. | 748. 123, ſententia improbatur. | 346. 19, | 347. 42, | 352. 35, | 370. 16, & 19,

Roſlinus definitivum ſtatum cum tranſlatio male confudit. | 237. 304,
Romana plane videatur, non civitate donata oratio. | 472. 19, 20,
Romani an Gallis Fabios dedere debuerint. | 193. 74, 80, tantum valent exemplis, quantum Græci præceptis. | 731. 120, juvenes eximium quemdam oratorem ſequentes audire ſolebant & adire. | 757. 14, quinam præclara virtutum exempla præbuerint. | 731. 119,
Romanis pro concione ſuadere legem ac diſſuadere, moris fuit. | 96. 138,
Romanorum quinam fuerint in eloquendo velut Attici. | 749. 159,
apud *Romanum* populum ſumma ſemper oratoribus dignitas fuit. | 125. 25,
Romanus ſermo non recipere videtur ſolis conceſſam Atticis venerem. | 642. 468,
Romuli Lupa. | 93.
Romulo cur cœleſtis ortus fuerit attributus. | 186. 187. 22, 24,
Roſcius cur eſſet in agendo citatior. | 706. 394,
Roſcius crimen in accuſatores ſuos vertit, quamvis reos non fecillet. | 421.
rubrica quid ſit apud Quinctilianum. | 733. 31,
ad *rubricas* ſe & ad album transferre, quid ſit. | 733. 31,
quæ *rudibus* annis percipimus, eorum ſumus tenaciſſimi. | 9.
Rufiniani [Julii] locus emendatus. | 540. 154, 163, | 545. 274,
de *rumore* & fama quid in utramque partem dicatur. | 265. ad *Titul.* & 1,
Rutilii Lupi de figuris liber mutilus eſt. | 565. 443,
Rutilius injuſte damnatus, & cur. | 264. 23,
Rutilius Lupus comparationem τὴν figuram vocat ἀντίθετον. | 565. 439. quatuor Gorgiæ junioris libros in unum tranſtulit. | 565. 441,
Rutilius Numatianus laudatur. | 719. 2,
Rutilius quaſnam figuras vulgaribus adjiciat. | 586. 431, & *ſeqq.*
P. *Rutilius*, revocante eum P. Sylla, manere in exilio maluit. | 673. 38,
Rutilius Rhetor Latinus. | 145. 94, a Quinctiliano laudatur. | 573. 171,

S

De litera *S* Meſſalæ liber. | 59. 81, S geminabant in *his* cauſſa, caſſus, diviſſiones, &c. Cicero & Virgilius. | 58.
circa *S* literam deliciæ. | 77. 20,
in *S* ultima ſubtrahenda Lauranius Servii curam improbabat. | 594. 154, Meſſala defendebat. | *ibid.*
S ultimam cum X proxima vitare oportet. | 594. 143,
S ultimam plures antiquorum ſubtrahebant. | 594. 158,
S ultimam ſubtrahebat Lucilius. | 594. 156,
ſaccaria navis. | 475. 66,
ſacra peragere tradentium artes. | 342. 118, 119,
ſacramentum quid ſit in jure civili. | 250. 619,
ſacramentum, ſacramento contendere. | 108. 18,
ſacrilegii definitio varia. | 433. 106, 111,
de *ſacrilegio* aliud definitur in jure civili, aliud in canonico. | 433. 106, 111.
ſacrum pro templo. | 25. 28,
de *Saguntinis* ab Annibale obſeſſis. | 194. 91,
de *Saliorum* carminibus. | 54. 192,
Salios & Saliorum carmina Rex Numa inſtituit. | 70. 88,
ſalis laus ex Plinio. | 373. 64,
Salluſtiana brevitas vitanda. | 233. | 625. 134,
Salluſtii locus de Carthagine. | 116. 62, plurima e Græco tranſlata. | 570. 77, oratio in Ciceron. laudatur a Quinctil. | 223.
in *Salluſtium* epigramma. | 186. 156,
Salluſtius quomodo ſcripſerit. | 652. 29, laudatur. | 443. 130, | 490. 229, 230, | 498. 413, | 529. 326, | 567. 32, | 569. 55, | 570. 78, | 584. 383, | 591. 94, | 604. 334, | 644. 509,
Salmaſius laudatur. | 275. 6,
Salmaſius [Claud.] laudatur. | 17. 27, | 394. 426, | 506. 33, | 617. 588, | 689. 116, 117, | 710. 490,
ſalſe dicendi ratio in eo eſt, ut aliter quam eſt rectum verumque dicatur. | 390. 368,
ſalſum quid proprie ſit ac dicatur. | 373. 64, 69,
ſaltatio veteribus Romanis dedecori non fuit. | 78. 58, 59,
ſalus noſtra natura potior eſt, quam adverſarii pernicies. | 420.
ſolvere fori ſanctitatem ludorum talarium licentia. | 629. 196,
ſanguinem mittere quid ſignificet. | 526. 278,
ſanguinem verum perdere. | 644. 524,
ὁ *ſapiens* eſt mortalis quidam Deus. | 67.
apud *ſapientes* ſatis eſt, proprie & ſignificanter rem indicare, probatione colligere. | 751. 211,
ſi *ſapientes* judices dentur & ſapientum conciones, perquam fit exiguus eloquentiæ locus. | 131. 84,
ſapientum ſeptem præcepta ſunt quædam vitæ leges. | 315.
σαρκασμὸς eſt ironiæ ſpecies. | 527. 293, 303, | 528. 306,
σαρκασμὸς & χαριεντισμὸς an & quomodo differant. | 528. 306,
σαρκασμὸς quæ figura ſit. | 539. 138, | 545. 262, 282,
Sariſberienſis [Joann.] laudatur. | 17. 36, | 397. 26,
ſarracum quid ſit. | 483. 111,
ſatira Latina fluxit a veteri comœdia. | 632. 278,
ſatira tota Latinorum eſt. | 639. 428,
de *ſatirarum* genere Varroniano. | 640. 440, & *ſeqq.*
cui non *ſatis* eſt, quo nihil eſſe melius poteſt? | 749. 160,
Saturnini hiſtoria. | 309. 31,
Savaro [Joann.] laudatur. | 17. 36, | 54. 184,
ſcabellum fit ex ſcamno. | 28.
ſcala & ſcopa an dicantur ſingulariter. 37. 77,
Scaliger [Joſeph.] laudatur. | 44. 262, | 485. 148,
Scaliger [Jul.] in troporum & figurarum expoſitione omnia ſus deque vertit. | 550. 68, laudatur. | 53. 164, | 468. 116,
a Jul. *Scaligero* cenſura vindicatur Aquila Romanus. | 495. 334,
Scaligeri [Julii] Poetica laudatur. | 565. 465, ſententia refellitur. | 234. 234,
a Julio *Scaligero* excogitata ὑποβολὴ figura Grammatica improbatur. | | 550. 68,
Schedas an Schidas, an Scidas dicere oporteat. | 64. 65,
Scheffer. de re vehicul. laudatur. | 483. 111,
ſchema fere habebit aliquam rationem. | 43.
σχῆμα [figura] quid proprie dicatur. | 535. 51, 52, | 536. 65, 76, quid ſit & unde derivetur. | 533. 2, quomodo defendatur. | 567. quomodo Latine vertatur aut verti poſſit. | 533. 2,
quo *ſchema*, ſi intelligitur? quo, ſi non intelligitur? | 296. 356,
ſchema ſi per imprudentiam factum fuerit, ſolœciſmus erit. | 43.
τὸ σχῆμα ſignificat etiam habitum & geſtum. | 587. 442,
ſchema omne vitium eſſet, ſi non peteretur, ſed accideret. | 567. 12,
ſchema quidnam fere ſolum vocaretur Quinctiliani ætate. | 558. 295,
ſchemata etiam nova fieri adhuc poſſunt. | 566. 468,
ſchemata Grammaticorum. | 63. 50, 51, 53,
σχήματα peculiari ſenſu, pro cauſſarum generibus. | 217. 149,
pro λόγοις ἐσχηματισμένοις controverſiis figuratis. | 296. 356,
ſchemata Rhetorum, ſeu figuræ quædam ſunt λέξεως (dictionis,) quædam διανοίας (ſententiarum.) | 64.
ſchematiſmus quid. | 63. 50, 51,
ſcenici actores viliſſimis quibuſdam ſcriptis impetrant aures. | 692. 13,
ſcenici doctores. | 702. 249,
Scævolæ [Mutii] ſolertia in duodecim ſcriptorum luſu. | 689. 116,
de *Scipione* Africano qui Liternum ſeceſſit. | 673. 36,
Scipio traditur ſerpente genitus. | 93. 77,
Peripateticis ſcientia tam mala eſt, quam bona. | 121. 66,
de *ſchola* controverſiæ nobilis exemplum. | 412. & *ſeqq.*
αἱ σχολαὶ (ſcholæ) quid apud Græcos. | 143. 54,
τὸ *ſcholaris* non invenitur apud quemquam Latine loquentem. | 106. 107. 7,
ſcholaſticarum exercitationum utilitas. | 19. 20.
τὸ in *ſcholaſticis* quid ſignificet. | 407. 51,
ſcholaſticus declamatorem ſignificat apud Veteres. | 415. 207,
Scholiaſtes Ariſtophanis laudatur. | 605. 338, Aphthonii. | 212. 8, Æſchyli. | 347. 34, Hermogenis. | 143. 59,
Scholiaſtes Hermogenis quomodo dividat τὰ ῥητά. | 169. 200,
Scholiaſtes Anonymus Aphthonii ineditus laudatur e MSS. Bibliothec. Coiſlin. | 494. 312,
Scholiaſtes Callimachi illuſtratur. | 598. 211, & Juvenalis explicatur in loco difficili. | 386. 304, Apollonii Rhodii laudatur. | 171. 250, Æſchyli. | 517. 121, Pindari. | 631. 260,
τὴν in *ſcholis* publicam inſtitutionem, privatæ quæ domi fiat, Fabius anteponit. | 17. & *ſeqq.*
ſcholis publicis quænam objiciantur incommoda. | 16. iis reſpondet Fabius. | *ibid.*
Schottus [Andreas] laudatur. | 54. 184, | 152. 37,
ut *ſcribamus* optime obtinendum eſt; celeritatem dabit conſuetudo. | 653. 34,
ſcribendo fere dicimus diligentius, & dicendo ſcribimus facilius. | 669. 94,
cito *ſcribendo* non fit ut bene ſcribatur, bene ſcribendo fit ut cito. | 653. 39,
ſcribendum quam diligentiſſime, & quam plurimum. | 651. 6,
ſcribendum Quinctilianus (niſi quod conſuetudo obtinuerit) ſic quid-

que judicat, quomodo ſonat. | 60.
ſcribentibus quæ maxime conveniant. | 655. 80,
ſcribere quomodo poſſimus plura & celerius. | 654. 55,
Scribonius Largus laudatur. | 622.623. 86,
ſcribuntur quædam aliter, quam enunciantur. | 59.
quæ *ſcripſerimus*, an in ſummas, commentarios, & capita conſerre expediat. | 669. 670. 106, & *ſeqq.*
ſcripta oratio non aliud eſt, quam monumentum actionis habitæ. | 751. 208,
quibus *ſcriptis* nullus eſt in Bibliothecis locus, eſt frequens in theatris. | 692. 14,
ſcriptor ſemper tueri ſignatorem neceſſe habet, ſignator ſcriptorem non ſemper. | 427.
ſcriptorem & ſignatores quiſnam defendere debeat. | 427.
ſcriptores alii aliter ſentiunt de *ſtatuum* numero & nominibus. | 164.
ſcriptorum colorem, etiam quæ ſubito effuſa ſunt, reddant. | 665. 23,
τοῦ *ſcriptorum* ſenſus peculiaris. | 689. 117,
ex *ſcripto* ducere quod ſcriptum non eſt, majoris eſt pugnæ. | 454. 29,
τὸ *ſcriptum* quid ſignificet apud Rhetores. | 291. 249.
ſcripturarius ager quis dicatur. | 299. 436,
ſcrupuloſius & minutius omnia ſcrutari. | 342.
ſeculis probantur ingeniorum monumenta. | 188.
ſeculum quid ſignificet. | 759. 66,
ſecundum eſſe, aliud eſt; aliud proximum eſſe. | 630. 229,
ſecundum nos eſt res undique. | 195. 131,
in *ſecundis* tertiiſque conſiſtere pulchrum eſt. | 760. 77,
ſecurus tam parvæ obſervationis. | 492. 251,
τὸ *ſeducere* non eſt corrumpere, decipere; ſed ſeorſum ducere in ſecretum locum. | 421. 97,
Sedulius poeta laudatur. | 593. 127,
ſegnitiæ prætteximus difficultatis patrocinia. | 82.
ſejunctio quænam figura ſit. | 539. 144,
τοῦ *ſemel* ſenſus peculiaris. | 19. 82,
ſemiſſis eſt dimidia hereditas. | 416. 230,
ſemivocales non geminare, diu fuit uſitatiſſimi moris. | 57.
ſemivocales quæ, & quot ſint. | 25. 27,
in *Senatu* habenda oratio quam poſtulet elocutionem. | 481.
τὸ *Senatus* erat ſecundæ declinationis ut & quartæ. | 51. 112,
de *Seneca* Philoſopho iniquius judicium apud Aul. Gell. | 647. 572,
in *Seneca* Philoſopho multæ & magnæ virtutes. | 646. 566,
Seneca Philoſophus laudatur. | 248. 582, | 337. 37, | 396. 450, | 489. 217, | 617. 580, | 638. 404, | 648. 14, | 720. 16, | 723. 99, | 748. 137, | 758. 46, potiores ſe ſcriptores cur inceſſere non deſtiterit. | 646. 560, placebat propter ſola [orationis] vitia. | 646. 563, rerum pondera minutiſſimis ſententiis fregit. | 647. 572,
Seneca Rhetor laudatur. | 564. 411, | 641. 458, | 648. 33, | 687. 73, | 703. 294,
Seneca Tragicus laudatur. | 548. 39,
Senecam Philoſophum velles ingenio ſuo dixiſſe, alieno judicio. | 647. 570,
Senecæ declamationes laudantur. | 444. 159, 166,
Senecæ declamatoris controverſia laudatur, quæ non exſtat. | 554. 188,
Senecæ Philoſophi elocutio corrupta pleraque habet. | 646. 570, elocutio dulcibus vitiis abundat. | 647. 570,
ſenibus quale genus eloquentiæ conveniat. | 675. 100,
τὰ *ſenſa* & οἱ *ſenſus* an & quomodo inter ſe differant. | 505, 3,
ſenſiculi minuti corruptique, & extra rem petiti. | 508. 72,
ſenſu potius, quam ratione quædam judicantur. | 482.
τὸ *ſenſus* peculiarem habet ſignificatum. | 222. 268,
ἡ *ſententia* duplicem præſertim ſignificatum habet. | 322. 6,
ſententia (ἡ γνώμη) quid proprie ſit. | 505. 506. 7, 10, eſt aliquando pars enthymematis. | 506, 15,
ſententia (νόημα) pro ut eſt aliud a διανοίας & γνώμης. | 751. 196,
ſententia per omnes figuras tractari poteſt. | 506. a periculo petita quænam dicatur. | 110. 15,
τὸ abſque *ſententia* quid ſignificet. | 425. 182,
ſententia quid ſit & quomodo differat a *chria* & *ethologia*. | 65. 8, 9, quo ſenſu figura ſit Cornificio. | 586. 424,
τὸ *ſententia* tribus modis accipitur. | 505. 1, vel ſimplex eſt, vel ſubjectam habet rationem. | 506. 17, 18,
ſententiam vitioſam facit verborum ambiguitas cum rerum falſa ſimilitudine juncta. | 509. 95,
ſententiam Veteres quid vocaverint. | 505. 1,
ſententiarum cupidis accidit ut dicant pugnantia. | 329. 172, 173, ſententiarum nova genera. | 508. 75, exempla. | 506. 507. 508. 509. vitioſarum exempla. | 509. lumina crebra & continua invicem obſunt. 750. 187, denſitas obſtat invicem. | 510. quam multa ſint genera. | 506. 22,
ſententias non multas plerique dicunt, ſed omnia tanquam ſententias. | | 511. 146, ſolas captanti, multas neceſſe eſt dicere leves, frigidas, ineptas. | 511. 142, alii omnino damnabant. | | 510. 116, plerique præcipuum ac pene ſolum putant orationis ornatum. | 505. 120, omnium operum ſolam virtutem putaverunt novi auctores. | 63. alii ſolas pene ſpectabant. | 510. 116, vibratis digitis jaculari. | 707. 418,
ſententiæ definitio. | 506. 9, 10,
ſententiæ augeri debent, & inſurgere. | 591. 88, magis decent eos in quibus eſt auctoritas. | 507. 41, ne paſſim a quocumque dicantur. | 507. ne crebræ ſint, ne palam falſæ. | 507. 39, præcipites quænam dicantur. | 412. 150,
ſententiis modice utendum eſſe docet Quinctilian. | 510. 511. 117, & *ſeqq.*
de *ſententiis* quæ petuntur e verbo. | 509. 93,
ſententiis vibrantibus concitatiſque velut miſſilibus uti. | 741. 6,
ſententiolæ, enthymemata, epiphonemata quoſnam dedeceant. | 678. 154, 155, 158,
qui *ſententiolæ* gratia jurat, fidem non meretur. | 564.
ſententiolis laſcivire puerilibus. | 755. 273,
ſeparatio non eſt ipſa per ſe figura. | 558. 285,
τοῦ *ſeptentriones* etymologia. | 521. 191,
ſeptimi caſus vis apud Latinos an reperiatur. | 32. 165,
de *Septimio* qui edidit Obſervationum libros | 214. 64,
Serani unde dicti. | 32. 160,
Q. *Serenus* Sammonicus laudatur. | 379. 196,
ſermo apud Veteres de unico interdum vocabulo uſurpatur. | 534. 17, | 697. 132, conſtat ratione, vetuſtate, auctoritate, conſuetudine. | 47. duplicem præſertim ſignificatum habet. | 615. 551,
ſermo & contentio quomodo inter ſe differant. | 140. 150,
ſermo quid proprie ſignificet. | 21. 99, | 431. 70, | 591. 78, | 604. 329, | 714. 570, | 715. 604,
τοῦ *ſermo* ſenſus peculiaris apud Rhetoras. | 444. 159,
ſermocinatio quid ſit apud Cornificium. | 552. 137,
ſermone ut nummo utendum. | 47. 9,
ſermonem faciunt feliciſſimum rectus ordo, apta junctura, numerus opportune cadens | 592. 108,
ſermonis regula non eſt accipiendum, quod vitioſe multis inſedit. | 55.
ſervi antiquis nobilibus interdum orti. | 195. 113, olim nomen ſuorum herorum habebant. | 434. 128,
ſervi definitio multiplex. | 434.
Servii Grammatici locus emendatur. | 605. 338,
de *ſervis* armandis. | 195. 111,
ſervitia, id eſt, ſervi. | 20. 86,
ſervitus ad certa verba ſe adſtringendi. | 432.
Servius in Virgilium laudatur. | 311. 92, | 337. 37, | 411. 130, | 430. 58, | 488. 189, | 522. 203. | 534. 17, | 579. 263, | 697. 132,
ſervum eſſe aliud eſt; aliud ſervire. | 294. 302,
ad *ſervum* nulla lex pertinebat. | 434. 127,
eo quem *ſequebatur*, ſi nemo plus effeciſſet, quid erat futurum? | 648. 14,
τὸ *ſequens* quid ſignificet. | 524. 219,
qui *ſequitur* neceſſe eſt ſemper ſit poſterior. | 648. 29,
ſeſtertio uno vel nummo addicere, quid ſignificet. | 715. 620,
Seſtius contra Ciceronis orationem pro Milone ſcripſit. | 662. 77,
τὰ *ſevera* non ſint triſtia. | 756. 291,
Severi [Caſſii] dicteria qualia fuerint. | 375. factum. | 359. 197, 198,
Severiani [Julii] Rhetoris locus emendatur. | 322. 95,
Severianus [Julius] Rhetor laudatur. | 731. 1,
Severus [Caſſius] cujuſdam exprobrationem quomodo eluſerit. | 388. 328,
Severus Sulpitius laudatur. | 415. 207.
Severus [Cornelius] verſificator, quam poeta, melior. | 638. 402,
σημεῖα quæ proprie dicantur. | 278. 10.
σημεῖον apud rhythmicos tempus eſt unum. | 598. 220,
σημεῖον (*ſignum*) differt a *τεκμηρίῳ, argumento certo* & *neceſſario*. | 166. 152,
ſibe & quaſe, pro τοῖς: *ſibi* & *quaſi* in multorum Veterum libris. | 59.
ſibe & quaſe ſcripſiſſe T. Livium comperit Quinctilianus ex Pediano. | 59.
ſicarii qui proprie dicantur, qui per abuſionem. | 621. 56,
ſicca ſimpliciter, pro terra ſicca. | 758. 31,

Sibrandus Siccama de Centumvirali judicio laudatur. | 221. 240, | 438. 53,
ex *ſiderum* certis conſtitutiſque curſibus diſcimus nihil in mundo eſſe inordinatum atque fortuitum. | 75.
Sidonius Apollinaris laudatur. | 49. 63, | 468. 198, | 640. 441,
Sigiſmundus a ſancto Sylverio errat in orthographicis obſervationibus. | 39. 139, | 55. 5,
ſigna cur & quomodo ſeparentur ab argumentis. | 277. 4, 5,
ſigna ſiue agnitore quænam dicerentur. | 740. 38,
ſignator quiſnam dicatur. | 427. 218,
ſigni varia nomina. | 279.
ſignificantia quid ſit. | 459. 2, pro ſignificatione vel ſignificatu. | 645. 545,
ſignificantia verba quænam ſint. | 232. 174,
ſignificare pleraque melius putamus, quam dicere. | 469. 122,
ꝥ *ſignificare* ſenſus peculiaris. | 310. 73, | 469. 122,
de *ſignis*, habito reſpectu ad probationes. | 277. 278. & *ſeqq.*
ſignorum duæ ſunt ſpecies. | 278. 10,
ſignum inſolubile ἄλυτον. | 278. 14, ubi eſt inſolubile, ibi ne his quidem eſt. | 278.
ſignum quid ſit, & quomodo definiatur. | 279. 30, | 280. 54, Quinctiliano eſt argumenti genus. | 304. 540, Rhetoribus quid ſit. | 166. 152,
Sigonius [Carolus] laudatur. | 472. 9,
Silius Italicus laudatur. | 441. 113, | 492. 263, | 503. 79, | 638. 414,
Simeon Metaphraſtes cur ita dictus fuerit. | 659. 15,
ſimile & majus eſt, & par, & minus. | 454. 34,
pro *ſimili* accipi quod plus eſt, non eſt improbum. | 416.
ſimilis alteri per omnia vix ulla cauſſa eſt. | 264. 405,
ſimiliter cadentia multa, aut deſinentia, aut declinata ne jungantur. | 596. 172,
ſimilitudines ad inferendam rebus lucem repertæ ſunt. | 496. 360, obſcuræ cur poetis permittantur. | 496. 268,
ſimilitudinis quodnam ſit optimum genus. | 497. 383,
quod *ſimilitudinis* gratia adſcivimus, ne ſit obſcurum aut ignotum. | 496. 365,
ſimilitudinis, quæ inter argumenta ponatur, exempla. | 496. 374, virtutes. | 496. 372,
ſimilitudinum aliæ probationis gratia ponuntur, aliæ ad exprimendam rerum imaginem. | 496. 360, 361, ineptarum exempla. | 497. 380,
ſimilitudinum exempla præclara apud Virgil. multa reperiuntur. | 497,
ſimilitudinum ſpecies fallere ſolent. | 313. 135,
ſimilitudo quantam difficultatem habeat. | 648. 30, aſſumitur aut ad probationem, aut ad orationis illuſtrationem & ornamentum. | 308. 28,
ſimilium fere quadruplex ratio eſt. | 582. 315,
ſimilium nomine quænam intelligat Quinctilian. | *ibid.*
quæ *ſimillimæ* res videntur, diſcrimine aliquo diſcernuntur. | 648. 32,
de *Simonide* vulgo fabula. | 685. 32, & *ſeqq.* judicium | 631. 275,
Simonides Græco alphabeto literas η & ω adjecit. | 57. 50,
ſi *ſimulamus*, venuſta creduntur, quæ, ſi imprudentibus excidant, ſtulta ſunt. | 374. 89,
ſimulatio ipſa malis hominibus nonnunquam excidit. | 721. 44, prodit ſe, quamlibet cuſtodiatur. | 723. 95,
ſimulatio Veterum circa occultandam eloquentiam. | 213. optima eſt contra ſimulantem. | 390. 381, & *ſeqq.*
ſimultates provocare. | 737. 9,
Simplares Torquati, & Duplares, quinam dicerentur. | 388. 330,
ſimplices voces quæ, & quomodo vocentur. | 46. 296,
ex *ſimpliciſſima* materia plurimum facultatis paratur. | 660. 35,
ſimplicitas inaffectatæ orationis tenues *cauſas* mire decet. | 683. 265,
τὸ *ſimul* vim habet copulæ, & in oratione geminatur. | 4. 13,
τὸ *ſingula* quid proprie ſignificet. | 340. 95,
ſiparium quid eſſet. | 386. 304,
de *Sirenum* cantu. | 275. 7,
Siſenna laudatur. | 36. 65, 69,
ſitum ducere. | 10.
Soarius laudatur. | 207. 32,
Socrates cur dictus ἄπορ. | 555. 204, jam ſenex inſtitui lyra non erubuit. | 69. inhoneſtam ſibi credidit orationem, quam ei Lyſias reo compoſuerat. | 123. 120, 121, maluit quod ſupereſſet ex vita ſibi perire, quam quod præteriiſſet. | | 672. 29, oraculo ſapientiſſimus judicatus. | 316. 200, Philoſophorum fons. | 69. 58,
Socrati quænam objicerentur. | 254. 30, objiciebant docere eum, quomodo pejorem cauſſam meliorem faceret. | 124. 4, 5,
Socratis invicta continentia. | 504. 83,
ſola [loca] quæ dicantur. | 329. 153,
in *ſole* ſidera ipſa deſinunt cerni. | 511. 139,
ſoli plus eſt, quam cœli, in collibus vallibuſque. | 75. 199,
ꝥ *ſolicitare* vera ſignificatio. | 347. 42,
nimium *ſoliciti* & circa omnia momenta Inctantis vitium eſt. | 333. 262,
ſolicitum agere, quid ſit. | 216. 119,
ſolidum petere, quid ſit. | 303. 534,
Solinus laudatur. | 754. 261,
de *ſolis* magnitudine opiniones Veterum. | 169. 218,
ſolitaria & umbratili vita palleſcere. | 19.
τὰ *ſolitaurilia* vel *ſuovetaurilia* ex quibus componatur. | 46. 305,
in *ſolitudine* educati infantes. | 621. 50,
ſolœca ſeu ſolœciſmum efficiens immutatio per omnes orationis partes vagatur. | 41.
ſolœciſmi vitium non eſt in ſenſu, ſed in complexu. | 42. 226,
ſolœciſmum feciſſe manu actorem tragœdiæ, dixit Polemon. | 40. 172,
ſolœciſmum manu facere, quid ſit. | 701. 232,
ſolœciſmus aliquando fit in uno verbo, nunquam in ſolo. | 41. 176, an in geſtu inſit. | 40. 172, an in ſingulis verbis fieri poſſit. | 40. 160, fit adjectione, detractione, tranſmutatione ſeu hyperbato & immutatione. | 41. 179, quid ſit. | 34. 18, | 40. 158, 159, 160, | 43.
ſolœcophanes quid. | 40. 158,
ꝥ *ſolvere* ſenſus peculiaris. | 589. 48.
de *ſomniorum* & ſuperſtitionum coloribus. | 242. 440,
ſonis mediis utendum eſt. | 697. 148,
ſonis etiam & affectibus aptare nomina non dubitaverunt Græci. | 456. 161,
ſonus nec graviſſimus nec acutiſſimus orationi convenit. | 697. 143, μονοειδὴς quis dicatur. | 698. 156, non eſt conflictio, ſed ex conflictione duorum corporum. | 160. 27, rectus quiſnam dicatur. | 715. 602,
Sopater Hermogenis interpres Græcus laudatur. | 155. 16, | 211. 2,
de *Sophiſtarum* Veterum conductitiis auditoribus. | 622. 81,
de *Sophocle* judicium. | 632. 295, 296,
Sophoclis *Electra* laudatur. | 165. 138,
Sophron mirorum ſcriptor a Platone probatus. | 69. 75,
ſordes, pro avaritia. | 212. 27, | 737. 26,
Soræſmus fictitium nomen apud Deſpauter. | 579. 263,
Soſipater Chariſius laudatur. | 380. 205,
Sotadea carmina omnino reprobat Quinctilian. | 62. 25, quæ & qualia. | *ibid.*
Sotadei verſus quinam eſſent. | 588. 23. | 608. 379, 380,
Sotadeorum commata quæ, & qualia. | 62. 25,
Sotades Poëta quis, & qualis. | *ibid.*
Sotadeus verſus fit retro trimeter. | 608. 382,
ſpadix quid ſit. | 72. 129, 130,
ſpadone nemo non vir formoſior erit. | 320.
ſpadones & mulieres cur exilem vocem habeant. | 694. 59,
ſpargere oris humore proximos. | 699. 190,
ſpatium, pro Grammatica ſyllabarum quantitate. | 37. 89,
ſpeciem corpora ſana ex iiſdem accipiunt, ex quibus vires. | 467.
ſpecies duplici ſenſu intelligitur. | 186. 21,
ſpecies firmam probationem habet generis, infirmam refutationem. | 293. 285, pro individuo. | 455. 2,
ſperare, pro τῷ timere. | 472. 15,
ſpiritum ducere ex magnitudine rerum. | 62. 19,
ſpondei duo quando conjungi patiantur. | 610. 423,
Spondeo Demoſthenes plurimum eſt uſus. | 609. 404,
ſpondeum præcedit optime Creticus. | 609. 405, qui pedes poſſint præcedere. | 609. 411, 412,
ſpondeus cur ita vocetur. | 606. 349, iambo recte præponitur. | 413, minime gravis erit priore pæone. | 610. 420, minus gravis erit præcedente Pyrrhichio. | 610. 418,
ſponſio, ex ſponſu, ex ſponſione. | 108. 18, quid eſſet olim. | 250. 618, 619, quid ſignificet apud juriſconſultos. | 754. 265, ut diſtet a ſacramento. | 250. 619,
ſqualore deterſo rudis ſæculi. | 101.
τὸ ſτάσις a quo primum traditum ſit. | 159. 12, 13, 14, apud Græcos quam multa ſignificet. | 159. 10, ſtatus Latinorum. | *ibid.*
στάσις ἰδίας, quid. | 164. 113,
ꝥ στάσις [ſtatus] etymologia. | 160. 16,
τῇ στάσει an Æſchines uſus fuerit. | 160. 14,
Statius [Papinius] laudatur. | 49. 63, | 248. 579, | 276. 10, | 334. 276, | 398. 43, | 399. 43, | 466. 83, | 625. 130, | 654. 60, | 707. 413, | 751. 190, | 756. 288, | 758. 29,
ſtatuæ quædam componebantur habi-

rii pacificatoris. | 707. 413,
de *ſtatibus* oratoriis, Antonianorum, Virginii, & Hermagorae Rhetoris una & eadem eſt ſententia. | 170. 241, varia variorum Rhetorum ſyſtemata. | 181. 182. 468, Julii Severiani ſyſtema. | 182. 468,
ſtatibus legalibus quidam quæſtionum nomen tribuunt. | 171. 247, | 172. 271,
de *ſtatibus* oratoriis Virginii ſententia. | 170. 241, Theodori. | 172. 276,
ſtatibus tribus uſum Cæſarem in vituperando Catone notavit Cicero. | 190.
ſtatu aliquo *cauſſa* omnis continetur. | 157. 72, | 159.
plus uno ſtatu habere ſimplex cauſſa non poteſt. | 161. 40, 41,
de *ſtatu* ſententia Ciceronis. | 162. 58,
ſtatum conjecturalem & definitivum tantummodo admittebat Archidemus. | 167. unum omnino eſſe, nempe conjecturalem, quibuſdam placuit. | 166.
unum quis *ſtatum* faciat, an nullum, non intereſt. | 166. 157, 158, Quinctilianus fieri putat modo ab actore, modo ab reo. | 162. 163, in deliberativo etiam & demonſtrativo *cauſſæ* genere agnoſcit. | 159. quidam ad judiciales tantum materias pertinere putaverunt. | 159. 5, Juvenalis quomodo appellet. | 159. 1, Theodorus vocat γενικώτατον κεφάλαιον generale caput. | 159.
ſtatus quæſtionum oratoriarum tres præcipui. | 155. 27, 28, | 179. 419, quidam quinque, alii ſex, alii ſeptem, alii octo admiſerunt | 172. 173, quidam duos omnino admiſerunt, unum inficialem, alterum juridicialem. | 167.
inter ſtatus quoſdam eſt aliquid affinitatis. | 436. 5, | 459. 1,
ſtatus apud Rhetoras quid ſit, unde ducatur, quotuplex ſit. | 159. & *ſeqq.* | 205. an ſit prima cauſſarum conflictio. | 159. 160. & *ſeqq.*
ſtatus aſſumptivi quatuor ſpecies quæ ſint. | 164. 110,
ſtatus cauſſæ in eo eſt, quod diceremus, ſi nobis plus quam unum dicere non liceret. | 161. unde potiſſimum deſumatur. | 161. 41,
ſtatus illi tres, conjectura, qualitas & finitio, natura ſoli ſunt. | 185. 541,
ad *ſtatus* plures eadem quæſtio diverſo modo pertinet. | 436. 5,
ſtatus unicus eſt in ſimplicibus cauſſis, & multæ ſubjacentes quæſtiones. | 183. 494,
ſtatus ex ſcripto & voluntate, quis & quot modis fiat. | 448. 449. 450. quomodo aliter vocetur. | 448. 14,
hæc locutio, *ſtatus facti*, non probatur a Quinctil. | 169. 214,
ſtatus generales a plurimis tres ſunt facti, ſitne, quid ſit, quale ſit, | 170.
ſtatus legitimus idem, qui legalis. | 97. 157.
ſtatus quæſtionum oratoriarum in theſi etiam locum habent, non tantum in hypotheſi. | 417. 3,
ſtatus duo vel tres vel diverſi conjunctis in cauſſis inveniri poſſunt. | 183. 502, 503, & *ſeqq.*
ſtatus juridicialis Antonianorum Rhetorum ſenſu. | 170. 240, | 271. 254,
ſtatus quatuor legales ad conjecturam vel qualitatem referri poſſunt. | 482. 474, & *ſeqq.* | 483. in Digeſtis non obſcure ſignificantur. | 448. 39, quinam ſint. | 164. 110, quæſtionum nomine potius appellandi ſunt. | 447. 22, | 448. 40,
☞ *ſtatus* varia nomina. | 159. 1, 6, nomine quid intellexerit Hermagoras. | 163. quid intelligi velit Quinctilianus. | 164. 104, 105,
ſtatus non ponitur ſemper in prima quæſtione, ſed in ſumma judicatione. | 406. 16, non ſemper ex prima quæſtione ducendus eſt. | 161. 33,
ſtatus duo Theodori, περὶ οὐσίας & συμβεβηκότων (de ſubſtantia & accidentibus.) | 168. 190, 191,
ſtatus *plani* & *voluntatis* quiſnam ſit. | 448. 14,
ſtatus plures ex conjuncta propoſitione quomodo eſſe poſſint. | 407.
ſtatus quatuor legales poſſunt vel quæſtiones vel capita minora vocari. | 183.
ſtatus rationales quatuor Hermagoras admiſit. | 173. 296,
ſtatus ſtricte ſumptus quid ſit. | 159. 5, ſyllogiſticus quid ſit. | 282. 28,
ſtatus tres rationales in demonſtrativum genus cadere poſſunt. | 190. 102, 103,
ſtatus vel quæſtiones legales quatuor ſunt. | 448. 39, explicantur. | 182. 469, 470, & *ſeqq.*
de *ſtatuum* numero Poſidonii Rhetoris ſententia. | 168. 169. 195, Celſi Rhetoris opinio. | 169. 203,
ſtatuum generalium & ſpecialium brevis expoſitio. | 164. 110,
ſtatuum nomine quidam rationales tantum quæſtiones, legales alii vocant. | 173. 291, | 175. 319,
ſtella non a ſtilia luminis, ſed a ſtando. | 53. 158,
ſtellionatus quid ſit. | 444. 159,
Stephanus [Henric.] laudatur. | 44. 273,
ſterilia nullo labore vincuntur: facile remedium eſt ubertatis. | 91. 26,
στερητικά (privantia) quæ dicantur. | 314. 152,
Stertinius Rhetor Latinus. | 145. 88,
de *Steſichoro* judicium. | 631. 265,
circa *ſtillicidia* affici an non pudeat? | 481. 75,
Stilonis [Ælii] ſententia de Plautino ſermone. | 642. 463,
ſtipulatio quid & unde dicatur. | 226. 24, 25, quomodo differt a promiſſione. | 447. 37,
ſtlites olim, pro τὸ lites. | 29. 96,
στοχασμός quid Rhetoribus Græcis. | 155. 28,
Stoici copiam nitoremque eloquentiæ fere præceptoribus ſuis defuiſſe concedant, neceſſe eſt, | 730. 105, ne utile quidem, niſi quod honeſtum eſſet, exiſtimarunt. | 191. 7, | 195. 120, rebus acuti magis quam oratione magnifici. | 637. 382, 383,
Stoicis nulli probant acrius, aut concludunt ſubtilius. | 730. 105, ſcientia non eſt niſi bona. | 121. 66,
ſtomachi boni eſſe quænam dicantur. | 591. 388,
de τὸ bono *ſtomacho*. | 88. 10,
ſtomacho plus quam conſilio dare. | 645. 629,
στρατηγὸς quid ſit. | 450. 14,
Strebæi conjectura de adjunctione Ciceroniana improbatur. | 541. 188, error arguitur. | 539. 148, lectio & ſententia improbantur. | 542. 214, opinio de progreſſione Ciceroniana improbatur. | 541. 189,
Strebæus [Ludovic.] laudatur. | 54. 184, | 593. 126, | 596. 190,
rem *ſtringere*, quid ſit. | 249. 597,
ſtudendum ſemper & ubique. | 668. 669. 87,
ſtudia præſtant ut, quantum ad cognitionem pertinet rerum, præteritis etiam ſeculis vixiſſe videamur. | 733. 3, nullo magis, quam ſpe, gaudent. | 92. 51,
ex *ſtudiis* etiam ſecretis eſt aliquis, ac neſcio an maximus fructus. | 134. 14,
ſtudiis quantulum impartimur? | 788. 48,
ſtudiis iiſdem initiari tam ſanctum eſt, quam iiſdem ſacris. | 19.
quod *ſtudiis* non impenditur, omne tempus perit. | 720. 21,
in *ſtudiis* nihil parvum eſt. | 656. 106,
ſtudiorum initia a perfectiſſimo quoque optime tractari. | 13.
ſtudium quid ſit. | 286. 131,
non quibus *ſtuduimus*, ſed quibus viximus, annos computamus. | 759. 56,
qui *ſtudiis* videri eruditi volunt, ſtulti eruditis videntur. | 667. 67,
ſtyli genere ſpecioſiore omiſſo, ad utilitatem ſe ſummittere docentium. | 414.
ſtyli quæ pars optima ſit. | 657. 1,
ſtylo exigere, quid. | 64. 4,
ſtylo multo facienda eſt forma, quæ nos etiam cogitantes ſequatur. | 663. 6,
a *ſtylo* non recedere, quid ſit. | 358. 191,
ſtylus ſit primo vel tardus, dum diligens. | 652. 18, optimus dicendi magiſter eſt. | 651. 3, non minus agit, cum delet. | 657. 1,
quid ſit *ſtylum* vertere. | 1. 9, ſua cuique eſt facienda vis, uſus, ſua ratio. | 461.
de τῇ *Suada* Ennii. | 486. 170,
de τῇ *Suadæ* medulla apud Ennium. | 119. 18,
ſuadendi partes, quæ & quot ſint. | 194. 86, 96, an ſint τὸ fas, juſtum, æquum. | 194.
in *ſuadendi* cauſſa nemo adeo ſolutus luxu eſt, ut nihil ſequatur præter voluptatem. | 195.
in *ſuadendo* & diſſuadendo tria ſpectanda ſunt. | 193.
ſuaſoria fit aliquando duplex. | *ibid.*
de *ſuaſoria* materia Ciceronis locus. | 201. 262,
ſuaſoria materia, quæ. | 107. 2, fore omnis nihil eſt aliud quam comparatio. | 195. 133, 134,
in τῇ *ſuaſoria* quid ſubaudiatur. | 319. 42,
ſuaſoriæ etiam triplices aliquando incidunt. | 195.
ſuaſoriæ materiæ ſunt inter rudimenta dicendi. | 84. 38, quid ſint. | 83. 10,
in *ſuaſoriis* facienda eſt commodi & incommodi comparatio. | 196. 135, 136,
τὸ in *ſuaſoriis* quid ſignificet. | 409. 82, quid ſubaudiatur. | 365. 46, | 436. 7, 12,
ſuaſoris finis eſt utilitas ejus, cui quiſque ſuadet. | 197.
ſuavitate flebili præcipue franguntur animi. | 715. 611,
ſub oculos venire. | 417.
ſubjecta res, ὑποκείμενον. | 163. 101,
τὸ *per ſubjectionem*, quid ſit Cornificio. | 549. 64,
ſubjectio quænam figura ſit Cornificio. | 586. 421,
ſubjectus petitor, quis. | 243. 446,
ſubjicere alicui teſtamentum, quid ſit. | 560. 322, aliquid alieni. | 148. 149. 21, 32,
ſubjici honeſtati, quid ſit. | 194. 102,
☞ *ſubſcribere* ſignificatio peculiaris. | 329. 176,
ſubditivus ſummovere familia. | 24. 11,
ſubire duo pariter incommoda. | 303.

ſublimia

ſublimia dactylos pæonaſque poſtulant. | 616. 560, claritatem vocum poſcunt. | 615. 546,
ſublimia non ſint abrupta. | 756. 291,
ſublimia debent ingredi, lenia duci. | 617.
ſubſequendi magna dignitas eſt, ut tranſeundi ſpes non ſit. | 760. 81,
τ͂ *ſubſiſtere* ſignificatio peculiaris. | 510. 123,
ſubſiſtit omnis ſententia. | *ibid.*
de *ſubſtantia* controverſia quæ ſit. | 169. 209,
ſubſtantia ipſammet exiſtentiam ſignificat. | 417. 22, pro natura & eſſentia. | 123. 136,
τὸ de *ſubſtantia* quid apud Latinos Rhetoras. | 155. 28,
ſubſtitutio pupillaris quænam ſit. | 449. 30,
ſubunio barbara eſt τ͂ ἐφ ἐν interpretatio. | 679. 263,
τὸ *ſuc* ſignificabat *ſuburam.* | 59. 97,
τὸ in *ſuccedentibus*, quid ſit. | 169. 211,
ſuccedere legitimis quæſtionibus, quid ſit. | 177. 375,
in *ſudata* veſte durare. | 695. 82,
Suetonii locus emendatur. | 65. 9,
Suetonius laudatur. | 320. 57, | 375. 107, | 398. 43, | 415. 207, | 425. 172, | 453. 5, | 468. 116, | 470. 143, | 481. 62, | 482. 100, | 503. 76. | 561. 358, | 564. 411, | 619. 2, | 623. 95, | 646. 572, | 657. 9, | 704. 305, 308, | 710. 490, | 711. 520, | 713. 562,
ſufflaminandum eſſe Haterium oratorem dixit Auguſtus. | 396. 450,
ſuffuſi voluptate oculi & natantes. | 702. 266,
Suiceri Theſaur. Eccleſiaſt. laudatur. 656. 113,
Suidas laudatur. | 268. 2, 21, | 511. 160, | 523. 206, | 596. 190,
Sulla nomen eſt ὑποκοριστικὸν a Sura. | 32. 149,
de τῷ *Sullaturit* apud Ciceronem. | 486. 172.
Sulpitii Victoris locus emendatur. | 223. 257, ſyſtema de quæſtionum ſtatibus. | 182. 463,
Servius Sulpitius orator laudatur. | 244.
Sulpitius Victor laudatur. | 94. 90, | 232. 173,
τ͂ *ſumi* ſenſus peculiaris. | 308. 22,
ſumma rei ubi ſit, videndum præcipue utrique parti. | 334. 284,
ſumma collectio quid ſit. | 253. 12,
ad *ſumma* perveniri niſi ex principiis non poteſt. | 620. 11,
ſumma, pro fine ultimo. | 130. 76. | 146. 4,
ſumma quæſtio quid ſignificet apud Juvenal. | 159. 1,
an *ſumma* ſit ad initium referenda. | 296. 372,
ſummam laboris ſui ducere. | 249.
ſummam manum imponere, quid ſignificet, & unde dicatur. | 4. 14,
in *ſummam* non conſentiunt quædam, etſi partibus blandiuntur. | 242. 422,
circa *ſummas* trepidare. | 73.
τὰ *ſummiſſa*, ut in epilogis, quales poſcant voces. | 616. 567,
ſummittere ſe ad menſuram diſcentis. | 89.
ſummo loco ponere, quid ſignificet. | 530. 364,
ſummo ſolo, quid ſignificet. | 22. 20,
in *ſummum* qui pervenit, is deſinit in adverſa niti. | 755. 286,
τ͂ *ſummum* ſenſus peculiaris. | 651. 10,
ſummum, pro τῷ ad ſummum. | 337. 31,
τὸ *ſumptum* quid ſit Martiano Capellæ. | 308. 22,
τὸ *ſuo anno*, quid ſit. | 301. 473,
ſuper, pro τῷ præter. | 453. 5,
ſuperciliis etiam multum agitur. | 702. 273, quam varii affectus oſtendantur. | 703. 280,
in *ſuperciliis* vitium quando accidat. | 703. 279,
ſupereſſe, pro τοῦ ſuperfluum & ſupervacaneum eſſe. | 493. 278,
quamdiu *ſuperfuerit* quilibet unus, is eſt totius ſummæ creditor. | 305.
ementiens *ſuperjectio* quid ſit apud Philologos. | 530. 365,
ſuperlata verba quænam dicantur. | 489. 223,
veritatis *ſuperlatio* & trajectio quid ſint Ciceroni. | 539. 148, | 547. 13,
ſuperlatio pro ſuperlativo. | 42. 220, pro hyperbole. | 753. 240, ſignificat hyperbolen, itemque gradum ſuperlativum. 489. 223,
ſuperquam quod, pro τῷ præterquam quod. | 453. 5,
ſuperſtes parens tantum ad pœnas. | 349. 66,
quantum *ſupereſt*, ſcire, hortatur ad reliqua fortius exequenda. | 259.
ſupervacua audire, non tam obeſt, quam ignorare neceſſaria. | 739. 25,
ſupinitas omnis eſt odioſa. | 703. 423,
ſupinum caput quomodo fiat. | 701. 240,
ſupponere, pro τῷ fingere, barbarum eſt. | 198. 215,
ſupreſſa omnino vox, & abſciſſa, quomodo invicem differant | 499. 428,
ſupprimere nummos, quid ſit. | 311. 109,
in *ſupremis*, pro τῷ in articulo mortis. | 348. 57,
ſurripere privatam pecuniam de templo, an ſit ſacrilegium. | 433. 106, 111,
ſurripere tranſgreſſionem. | 224. 316,
ſuſcepta pars, pro τῷ *cliens.* | 427.
ſuſpendere ſermonem aliud eſt; aliud, diſtinguere | 696. 127,
ſuſpendere ſpiritum. | 61.
de τῷ non *ſuſtineo* eſſe conſcius mihi diſſimulanti. | 175. 330,
ſuus heres & heres ſuus inter ſe differunt. | 297. 386,
ſyllaba quo plus quæque ſpiritus habet, auditu pulchrior. | 482. 87,
ſyllabas quales poſcant argumenta acria | 616. 555, quales poſcant argumenta, partitiones, joci | 615. 548,
ſyllabæ cludent & breves. | 608. 388, gravibus, ſublimibus, ornatis longæ magis conveniunt. | 515. 544, e literis melius ſonantibus clariores ſunt. | 482. 85, longis longiores ſunt & brevibus breviores. | 606. 357, | 607. 361, 362, acres quænam fiant. | 608. 384, leniores quænam fiant. | *ibid.*
ſyllabæ verbi prioris ultimæ, ne ſint primæ ſequentis. | 595. 165,
quibus a *ſyllabis* lenius incipiatur. | 608. 385,
ſyllepſis in pronunciatione quid ſit. | 56. 20,
ſyllogiſmi [prout ſtatus eſt legalis] nomina varia. | 430. 46, | 453. 1, | 456. 65, | 503. 59, nonnulla eſt cum finitione conjunctio. | 453. 7,
in *ſyllogiſmo*, prout *ſtatus legalis* eſt, dicitur ſuper ſive præter ſcriptum. | 453. 5,
συλλογισμὸς & συλλογιστικὴ στάσις quid ſit. | 453. 1, ſecundus eſt a finitione ſtatus. | 459. 74,
συλλογισμὸς figuræ nomen apud Gorgiam juniorem. | 565. 447,
συλλογισμὸς *ſtatus* legalis cui nomen ſyllogiſmus, ratiocinatio, collectiva ſeu ratiocinativa quæſtio. | 164. 110, habet aliquid ſimile ſcripto & voluntati. | 453. 2, velut infirmior eſt finitio. | 430. 48,
ſyllogiſmus dicitur quidam ſtatus legalis. | 162. 75, | 300. 454, de eo diſputat quod non eſt in lege. | 459.
ſylvam quid vocarint Latini ſcriptores. | 654. 63, 64,
σύμβολον Ariſtoteli eſt etymologia. | 51.
συμβουλευτικὸν cauſſæ genus, quid. | 150. 2, 3,
Symmachus laudatur. | 233. 213,
συμπεριληπτικὸν quædam eſt inter ſtatus quæſtionum oratoriarum. | 185. 542, inter tria cauſſarum genera. | 186. 13, | 190. 106,
συμπλοκὴ [*complexio*] figura quænam ſit. | 573. 147,
συναθροισμὸν ſeparat Quinctilianus ab amplificatione τῇ *per congeriem.* | 504. 101,
συναθροισμὸς figura quænam ſit. | 504. 101, 107, | 575. 198, 207,
συναλοιφὴ quid ſit & efficiat. | 593. 138,
ſynæreſis & ſynalœpha quomodo inter ſe diſtent. | 601, 253,
τὸ συνέχον quid Rhetoribus. | 206. 5, | 207. 27, eſt continens. | 177. 371, | 183. 495, quomodo Tullius interpretetur. | 207.
τὸ συνεκδέχεσθαι quid ſignificet. | 518. 123,
ἡ συνεκδοχὴ ab Herenniano Rhetore vertitur *intellectio.* | 517. 112,
τὰ τ͂ συνεκδοχῆς liberiora ſunt Poëtis, quam oratoribus. | 517. 114,
συνεκδοχῆς nomen τῇ ἐλλείψει tribuunt quidam. | 517. 121,
ἡ συνεκδοχὴ [ſynecdoche] quid ſit & efficiat. | 517. 111, & *ſeqq.*
quamnam *ſynecdochen* recipiat quotidiani ſermonis uſus. | 517. 120, verti poteſt *conceptio.* | 517. 112, unde ſic appelletur. | 518. 123,
ſynecdoche non eſt, ſed Græciſmus in τῷ *nuda genu.* | 579. 263,
ſynecdochica numerorum libertas in proſa maxime valebit. | 517. 119.
συνέπεια [complexus loquendi ſerieſque.] | 34. 13, quid proprie ſit. | 40. 167, | 42. 226,
Syneſius laudatur. | 211. 3,
τὸ συνεζευγμένον & τὸ ζεῦγμα eamdem figuram deſignant. | 278. 262,
συνοικείωσις quænam figura ſit. | 580.
ſynonyma vere ſunt quædam verba. | 621. 52, dicuntur aliter polyonyma. | *ibid.* quædam τροπικῶς fiunt. | 621. 54,
ſynonymia non ſemper eſt reciproca. | 622. 67, 68, per ἰσοδυναμίαν. | 621. 62,
συνωνυμία quid vocetur. | 482. 83,
de *ſynonymorum* collectione & uſu | 620. 33,
ſyncheſis fictitium nomen apud Deſpauter. | 579. 263,
συγγνώμη ἄχρωμος eſt ſtatus venialis ſeu deprecativus coloris expers. | 218. 174, eſt conceſſio, deprecatio, venia, ſtatus venialis. | 164. 110, | 436. 20,
συγγνώμη ſtatus venialis quid ſignificet apud Rhetores. | 323. 14, 33,
ſyngrapha multum diſtat a chirographo. | 394. 426,
συγκοπὴ quid. | 35. 48, | 625. 125,
σύγκρισις quid. | 93. 84, eſt collatio, Gallice *un parallele.* | 308. 11,
σύγχυσις [mixtura verborum] obſcu-

tatem parit. | 476. 76, 77,
de τῷ συντελικῷ, Moſellani, Pini, & Turnebiani errores arguuntur. | 171. 250,
συντελικὴ στάσις conjecturalem ſeu de facto ſtatum deſignat. | 167. 163, eſt ſtatus quæſtionis de facto. | 171. 250,
συντελικόν, συντελὴς & συντέλεια quid ſignificent apud Græcos Philologos. | 171. 250,
συντομία quid ſit, & ut opponatur τῇ βραχυλογίᾳ vel βραχυεπείᾳ. | 233. 200, 203, 204,
Syrianus Hermogenis interpres Græcus laudatur. | 155. 16, | 212. 8, | 459. 1,
σύστοιχα quænam ſint Ariſtoteli. | 299. 433,
συζυγία quid ſignificet apud Rhetores. | *ibid.*

T

T LITERÆ cum D quædam eſt cognatio. | 29.
T mollitur in D. | 77. 18, 19,
de *tabula* luſoria vetus epigramma. | 689. 116,
tabularum nomine quid intelligatur. | 266. *ad Titul.*
contra *tabulas* quid dicatur, & quomodo refellantur. | 266.
tabulas accuſare, quid ſit. | 266. 2,
tabulæ quomodo fierent olim. | 266. 7,
inter τὸ ταχὺ & τὸ ὀξὺ magna eſt affinitas. | 523. 206, ſunt interdum ſynonyma. | *ibid.*
Tacitus laudatur. | 375. 107, | 383. 252, | 412. 152, & emendatur. | 421. 97, laudatur. | 490. 230, | 646. 561,
tali quid ſint. | 359. 215,
τοῦ *tantum* ellipſis. | 637. 393,
τὸ *tantum non* [μονονουχὶ] quid ſignificet. | 731. 122,
ταπείνωσις [extenuatio] quid ſit Rhetoribus. | 323. 15,
ταπείνωσις humilitatis vitium quodnam ſit. | 491. 241, *& ſeqq.*
τὸ *Taurus* quam multa ſignificet. | 475. 69, 70, | 476. 71,
ταυτολογία quid ſit. | 233. 205, quid ſit, & quando vitioſa, aut laudabilis. | 492. 249, 250, 252,
τέχνη, τεχνικός, τεχνογράφος | 7. 72,
Technici quinam vocentur. | 116. 69, 70,
Technicorum decretis tutos ſe non putent juvenes. | 116. 69,
Technicorum verborum ignoratio depravatas lectiones parit. | 437. 34, quam damnoſa ſit. | 188. notitia quam neceſſaria ſit. | 572. 139,
τεκμήρια quæ dicantur. | 278. 10,
veluti *tela* ad manum ſubminiſtrare. | 269.
telum quid ſignificet. | 621. 57,
τὸ *non temere* quid ſignificet. | 21. 16, pro τῷ *non fere*, ſeu *rariſſime.* | 44. 277,
temporibus hoc magis videri non poteſt, quam ipſis [ſcriptoribus] defuiſſe. | 641. 454,
temporis munera refutare ſtultiſſimum eſt. | 663. 20, quantum in vanis conſumamus. | 758. 759. 49,
tempus aliud eſt generale, aliud ſpeciale. | 289. 290. 197, interdum inexpugnabiles affert probationes. | 290. 213, breve nobis nos facimus. | 758. 46,
tenere cauſſam, pro τῷ vincere. | 559. 306,
tenores & tonores, pro τῷ accentus. | 38.
ne *tentanda* quidem quæ effici omnino non poſſunt. | 258.
tenuit conſuetudo, ut. | 83. 1,
Terentianus Maurus laudatur. | 24. 5, emendatur. *ibid.*
Terentii ſcripta ad Scipionem Africanum referuntur. | 642. 466,
Terentius laudatur. | 312. 123, | 347. 42, | 349. 65, | 357. 148, | 381. 229, | 384. 259, | 391. 390, | 398. 43, | 412. 152, | 432. 85, | 489. 217, 228, | 490. 229, 230, | 499. 439, | 500. 1, | 519. 145, | 544. 232, | 549. 47, | 557. 262, 561. 346, | 569. 72, | 570. 90, | 577. 243, | 580. 291, | 582. 330, | 591. 94, | 617. 584, | 633. 314, | 636. 371, | 675. 93, | 695. 77, | 700. 204, | 716. 648,
Teriones qui & unde dicti olim fuerint. | 521. 191,
Tertullianus laudatur. | 49. 63, | 180. 452, | 660. 59,
in *teſtamentis* interdum accidit, ut ſit ſcriptum, quod appareat ſcriptorem noluiſſe. | 449. 41, interdum accidit ut voluntas manifeſta ſit, ſcriptum nihil ſit. | 449. 28,
de *teſtamentorum* libertate apud Romanos. | 180. 454,
teſtamentum furioſum quodnam ſit. | 548. 41, inofficioſum quodnam ſit. | *ibid.*
teſtatio & teſtificatio quid ſignificent. | 268. 2, | 273. 139, 140,
teſtatio quidnam ſit. | 333. 254. | 732. 15,
in *teſtem* quænam non cadant, ſi fingantur. | 242. 436, 438, 439,
teſtem protrahi, quid ſit. | 271. 77;
teſtes & argumenta inter ſe comparantur. | 274. 142, quandonam in jure interrogarentur. | 272. 104, quidam litigatorum loco habentur. | 269. quomodo ſint interrogandi. | 272.
in *teſtibus* interrogandis patroni officium. | 271. 86,
cum *teſtibus* præſentibus duplex eſt dimicationis genus. | 268. 13, 16, 18,
cum *teſtibus*, quibus denunciatur, quomodo agendum. | 270. 61, *& ſeqq.* | 271.
de *teſtibus* quid in utramque partem dicatur. | 268. 269.
cum *teſtibus* voluntariis quomodo agendum. | 269. 270.
teſtimonia dicuntur, aut per tabulas, aut a præſentibus. | 268. divina quæ vocentur. | 274. 149, 150, 151, | 316.
de *teſtimoniis* confirmandis refellendiſque duos libros conſcripſit Domitius Afer. | 269. 27,
teſtimonium denunciare, quid ſit. | 269. 37,
teſtis & teſtatio inter ſe comparantur. | 273. 274. 139, 140, 141,
teſtis oculati diſcrimen ab aurito. | 268. 21,
teſtis odio, invidia, gratia, &c. conflatus. | 271. 91,
teſtium duplex eſt genus. | 269. 37, 41,
circa *teſtium* interrogationem peſſimæ artes. | 273. 135,
de *teſtium* numero. | 271. 92,
τετράσημοι & πεντάσημοι quid ſignificent apud Rhythmicos ſeu Muſicos. | 598. 218,
Θ quid apud veteres Criticos. | 24. 10,
Tharſomenum, pro Thraſumeno, multi dixerunt. | 36. 61,
Thebe Alexandrum Pheræorum tyrannum conjugem ſuum occidit. | 410. 98,
θέματα Cicero *propoſita* vertit. | 406. 12, quænam eſſent. | 230. 135, quænam Græci vocent. | 406. 12,
quæ in *themate* non ſunt, pro nobis ducimus omnia. | 427.
Themiſtius laudatur. | 512. 164, | 701. 234, | 736. 17,
Themiſtocles lyræ imperitus. | 70. quanta memoria valuerit. | 691. 150,
Themiſtoclis τὸ *urbem apud Deos deponere*, quid ſit. | 563. 398,
Theocriti Muſa ruſtica urbem reformidat. | 630. 238, verſus laudatur. | 528. 194,
Theocritus in ſuo genere admirabilis. | 630. 237, laudatur. | 362. 20, | 391. 392,
de *Theodectea* artis auctore. | 30. 119,
Theodectes Rhetor Ariſtoteli coævus. | 143. 57, tres tantum orationis partes admiſit. | 30.
Theodoretus laudatur. | 702. 260,
Theodori Rhetoris τέχνη, quæ. | 164. 111, ſchola omnia refert ad capita. | 209. 94,
Theodorus Byſantius a Platone λογοδαίδαλος appellatur. | 142. 44,
Theodorus Gadareus, a quo Theodoreorum Rhetorum ſecta. | 110. 8, dicebatur & Rhodius. | 144. 72, Tiberii Cæſaris præceptor in Rhetoricis. | *ibid.*
Theodoti pœna ob Pompeii necem, quam ille ſuaſerat. | 199. 229,
Theognis laudatur. | 248. 579,
Theon Alexandrinus laudatur. | 311. 91,
Theon Samius concipiendis viſionibus fuit præſtantiſſimus. | 744. 25,
Theonis opinio de *ſtatibus*. | 171. 257,
Theophraſtum, quod nimium Attice loqueretur, hoſpitem dixit anus Attica. | 471. 14,
Theophraſtus Ariſtotelis auditor erat Leſbius. | *ibid.* de Rhetorica diligenter ſcripſit. | 143. 59,
Theopompus Lacedæmonius, permutato cum uxore habitu, e cuſtodia evaſit. | 130. 62,
θεωρὸς cujus generis auditor ſit. | 151. 25,
theſin a cauſſa quidam ſic diſtinguunt, ut illa ſit ſpectativæ partis, hæc activæ. | 157. 54, 55,
θέσις quid, & quomodo ab ὑποθέσει differat. | 85. 43, | 139. 51, | 460. 22, quid ſit habito reſpectu ad quæſtiones. | 155. 23,
de *Thetidis* filio quid oracula cecinerint. | 187.
Thraſybulus triginta tyrannos Athenis ſuſtulit. | 166. 140, | 446. 197.
Thraſymachus actionem negavit eſſe Rhetorices partem. | 148. Chalcedonius Rhetorices magiſter. | 42. 32,
Thucydides bellicum canit. | 625. 140,
Thucydides Britannus quis dicatur. | 485. 150,
Thucydides ut ab Herodoto differat. | 634. 330. *& ſeqq.*
in *Thucydidis* concionibus quædam ſunt ſimiliter cadentia & contrapoſita. | 590. 70,
Thucydidis locus laudatur. | 605. 339,
tibicen qui ſacrificanti Phrygium cecinerat, acto illo in inſaniam & per præcipitia delato, accuſatur quod cauſſa mortis extiterit. | 73.
Tibullus laudatur. | 49. 63, | 483. 111, | 627. 169, | 637. 390,
Timanthes Cythnius pictor Colotem

Telum vicit. | 116. 56, 58, in pingenda Iphigeniæ immolatione caput Agamemnonis velavit. | 116.
timere juſtitiæ ſuæ. | 213. 30,
Timotheus Muſicus duplices ab iis, quos alius inſtituiſſet, mercedes exigebat. | 88. 7,
Tinca Placentinus *preculam* dicebat pro τῷ *pergulam*. | 36. 53, 54,
tingere calamum in mente. | 246. 548,
tinnulus quis dicatur. | 89. 28, 29,
Tiro Ciceronis libertus. | 370.
τὸ *Titius* cur nomen ſit cujuſdam ſaltationis. | 709. 450,
an τμήσεις admittat oratio proſaïca. | 530. 351,
τμῆσις quid ſit, & quomodo Latine vertatur | 530. 349, | 625. 127,
toga oratoris qualis eſſe debeat. | 711. 500, *& ſeqq.*
togam Veteres ad calceos uſque demittebant. | 711. 516,
de *togæ* ſinu quinam ſcripſerint. | 711. 503,
togæ ſinus quinam ſit decentiſſimus. | *ibid.*
de τῷ *tollere* apud Horat. [lib. 2. Satir. 4.] | 639. 432,
τονόγιον quid. | 71. 111,
τόνος eſt accentus. | 38.
τοπικὴ pars inveniendi quænam ſit. | 342. 125,
τοπογραφία quam ad figuram pertineat. | 554. 193, quid ſit. | 225. 7, quomodo differat a τοποθεσίᾳ. | 554. 193,
τοποθεσία quid ſit. | 225. 7,
τόποι & τοπικά. | 285. 96, 97,
Topper quid ſit. | 54. 189,
in *tormentis* mentietur qui dolorem feret; mentietur qui non feret. | 265. 1, | 296.
de *Torquato*. [Manlio] | 309. 34,
torques argentei quibuſnam darentur. | 388. 330,
torques aurei quibuſnam militibus darentur. | *ibid.*
torrenti verborum inani ſe dare auferendum. | 668. 71,
totum dicere, minus eſt, quam omnia. | 496. 351, 352,
totum & omnia quomodo inter ſe differant. | *ibid.*
Trachali dictum in Spathalem. | 509. 88,
Trachalus orator actione & pronunciatione quantum valuerit. | 734. 16,
tractare, abſolute poſitum, quid ſignificet. | 408. 66,
malæ *tractationis* accuſare, quid ſit. | 231. 146,
quæ *tractu* orationis continuo decurrunt. | 275. 276. 10,
tractus partes elocutionum quinam ſint. | 246. 553,
tractus verborum quid ſit. | 486. 170,
traducere equum, quid eſſet. | 310. 68,
traducere, quid interdum ſignificet. | 581. 298,
traductio quid ſit Herenniano Rhetori. | 544. 238,
traductionem quam figuram vocet Cornificius. | 581. 297,
Tragœdi ſunt utiles. | 62.
in *Tragœdiis* Veterum gravitas invenitur. | 63. 31,
trahere cauſſas ex qualitate cœli. | 280. 58,
τὸ *trajectio* ὑπερβολὴν & ὑπέρβατον ſignificat. | 547. 13,
transferendi in alterum criminis non una forma eſt. | 418.
transferre, pro Metaphoram adhibere. | 749. 139,
transferre crimen, quid ſit. | 230. 116,
τὸ *transferre* ſignificatio peculiaris. | 176. 358, | 177. 365, | 179. 412,
tranſgreſſio verbi quid ſit Rhetoribus. | 529. 333,
τὸ *tranſigere* ſenſus peculiaris. | 412. 152,
tranſire, pro vincere, ſuperare. | 760. 81,
in *tranſitu*, pro τῷ *obiter*. | 109. 70,
in *tranſitu* tractare. | 361.
tranſitus aut tranſitio non eſt figura. | 557. 273,
tranſlata licentius quibuſnam remediis præmunire oporteat. | 488. 200,
tranſlata verba probari, niſi in contextu ſermonis non poſſunt. | 488. 203, quænam dicantur. | 33. 9, | 46. 322, | 489. 222,
tranſlatio, pro Metaphora. | 749. 144,
tranſlatio, ubi de ſtatibus, eodem ſemper ſenſu a Quinctil. uſurpatur. | 439. 62,
tranſlationis ſtatus quid ſit, & quomodo vulgo vocetur. | 161 48, hujus ſemina reperiuntur apud Ariſtotelem. | 175. 318, exempla. | 176. 360, 361, varia nomina. | 169. 206, | 446. 4, | 465. 57,
tranſlativum cauſſæ genus non eſt ut comparativum, & mutuæ accuſationis. | 178. 395, 396,
tranſlativum ſtatum primus tradidit Hermagoras. | 175. 317, quidam in rationali parte poſuerunt. | 179. 407, 408, Albutius ſubjicit juridiciali. | 175. 324,
tranſlativus ſtatus quomodo vulgo appelletur. | 728. 66, duplicem habet conditionem. | 446. 4, 5, 7, verſatur circa qualitatem. | 170. 219, vix in ulla controverſia poteſt reperiri, ut non & alius in eadem recte dici videatur. | 176. 356,
tranſlatum cum τῷ tranſlatitio quidam male confuderunt. | 535. 29,
tranſlatum ſpecioſe quid ſit, | 99. 24,
tranſlatum quomodo differat a τῷ *tranſlatitio*. | 535. 29,
tranſmotio quid ſit apud Aquilam Romanum. | 439. 62,
tranſverſum aliquem ferre, vel agere. | 644. 509,
Trapezuntini [Georgii] error arguitur. | 405. 3, explicatio rejicitur. | 223. 295,
Trapezuntinus [Georgius] in Hermogene interpretando quid maxime peccarit. | 257. 62,
Trebellius Pollio laudatur. | 349. 65,
de *Treboniano* legum collectore quid ſenſerint Budæus & Laurent. Valla. | 450. 6,
tria ſpectantur omnibus in rebus, an ſit, quid ſit, quale ſit. | 292.
Triarius accuſator Scauri. | 331. 219,
τριβὴ uſus. | 118. 9, | 121. 86,
de *tribubus* Romanorum. | 434. 130,
tribunalia quomodo differant a ſubſelliis. | 710. 477,
de *tribunalibus* judicum & patronorum ſubſelliis. | 273. 135,
tribunus plebis codicem ſcriptæ a ſe legis non debebat legere. | 255. 48,
tribus apud Romanos aliæ urbanæ erant, aliæ ruſticæ. | 752. 212,
τὰ τρίκωλα ex quibus fere fiant. | 582. 327,
τριχότομος quid. | 280. 50.
Trimeter & Senarius cur verſus idem vocetur. | 604. 326, 327,
Triquetram Siciliam, an Triquedram dicere oporteat. | 52. 127,
trivialis ſcientia. | 32.
trochæum ſeu tribrachyn cur damnet Ariſtoteles. | 607. 373,
trochæus Ciceroni, Fabio, & Longino eſt tribrachys. | 606. 352,
trochæus ſeu tribrachys non optime claudit. | 610.
tropi definitio Quinctilianea. | 534. 17, definitio a Grammaticis tradita. | 534. 18,
tropi unde nomen duxerint. | 533. 5, 6,
tropis non poëma modo, ſed etiam oratio ornatur. | 64.
in *tropis* ponuntur verba alia pro aliis. | 534.
in *tropo* quolibet duplex eſt ſignificatio. | 530. 355,
troporum alii ſunt in verbis propriis, alii in tranſlatis. | 513. 12, diviſiones variæ. | 513. 11, *& ſeqq.* quidam gratia ſignificationis aſſumuntur, quidam decoris | *ibid.* tradere præcepta Grammatici ſolent. | 512. 166,
ad *tropos* diverſos eadem locutio pertinere poteſt. | 516. 67,
τρόπος & figura coeunt frequenter in eaſdem ſententias. | 535. 44,
qui *tropos* non alios credunt, quam in quibus verbum pro verbo ponitur, ii errant. | 513. 15,
τρόπος vel τροπὴ literæ, quid. | 35. 49,
per *tropos* vertuntur formæ non verborum modo, ſed & ſenſuum & compoſitionis. | 513. 13,
τοὺς τρόπους *motus* clariſſimi Latinorum Rhetores vocabant. | 512. 165,
tropus fere omnis habet aliquid reciproci. | 519. 149,
tropus idem ſynecdoches & metaphoræ nomine appellatus. | 516. 77,
tropus quid ſignificet & unde derivetur. | 533. 5, 6, quid ſit. | 513. 1,
Trypho Grammaticus ineditus laudatur e MSS. Reg. Biblioth. | 63. 51, | 513. 1, | 517. 113, | 520. 166,
Tryphon bibliopola, alius Tryphon Grammaticus. | 1. 2,
Tullius frigido joco dictus Tollius. | 380.
tumere in plano. | 482. 102,
tumor in malam partem ſumitur a Rhetoribus. | 567. 14,
tumor ſpondeis & iambis maxime continetur. | 617. 579,
tumore magna ſemper flandi omiſſo in quibuſdam *cauſſis* loquendum eſt. | 736. 17,
tumorem etiam, ubi eſt neceſſe, affectamus. | 617. 578,
tunica palmata quænam diceretur. | 711. 497,
velut ex *turba* extractis. | 259. rebus. *ibid.*
in τῷ *turire* deſinentia verba cupiditatem ſignificant. | 521. 187,
Turnebiani Commentatoris error arguitur. | 18. 55, | 28. 79, | 102. 1, 2, 5, | 243. 456, | 257. 62, | 302. 485, | 304. 539. | 308. 12, | 326. 94, | 337. 37, *ter.* | 339. 76, | 340. 89, 95, | 377. 134, | 380. 381. 210, | 397. 29, | 408. 59, | 411. 135. | 437. 33, | 438. 60, | 439. 62, | 444. 159, | 466. 71, | 519. 154, | 520. 166, | 528. 306, 310, | 534. 17, | 536. 60, 71, | 539. 148, | 546. 289, | 549. 51, | 552. 125, *ter.* | 558. 293, 294, | 572. 132, 136, | 573. 165, | 578. 263, | 585. 405, | 598. 21., 214, 216, | 601. 253, *bis.* | 604. 333. | 628. 199, | 638. 414, | 676. 155, | 707. 400, | 729. 90, error in

verbis τεχνικοῖς [arti Rhetoricæ propriis] arguitur. | 162. 63, | 163. 80, prava interpretatio. | 200. 250, 254, loci duo emendantur. | 424. 166, 170, locus emendatur. | 327. 122, | 337. 22, | 496. 353, | 514. 50, | 559. 307, | 560. 334, | 621. 62, | 659. 18, | 714. 586, | 724. 108, 119, | 727. 22, | 748. 125, locus illuſtratur. | 516. 91, nota emendatur. | 164. 107, nota explicatur & ſuppletur. | 163. 100, querela de Ciceronis loco tollitur. | 509. 510. 105, emendatio rejicitur. | 278. 17, error de vigintiviratu, quem Tullius repudiavit. | 721. 55, error gravis arguitur, & emendatur. | 110. *ante notam* 1. | 173. 293, | 177. 373, error in afferendo exemplo *ſtatus* legalis, cui nomen ſyllogiſmus. | 162. 75, in laudando Fortunatiano Rhetore. | 171. 247, errores duo arguuntur. | 171. 258, explicatio improbatur. | 323. 18, interpretatio interpretatione indiget. | 366. 101, lectio & ſententia improbantur. | 542. 214,

in *Turnebiani* nota una duo errores deprehenſi. | 168. 193, nota ſuppletur & illuſtratur. | 232. 190, nota ſuum in locum reſtituta. | 571. 117, | 572. 129, obſcurior explicatio. | 544. 238,

in *Turnebiano* commentatore lectionis monſtrum. | 292. 259,

apud *Turnebianum* loci topici improbantur. | 411. 135,

Turnebianus commentator librum cui titulus *Principia Rhetorices* Fortunatiano male attribuit. | 155. 23. | 156. 51, barbaram vocem τὸ *amphibologia* uſurpat. | 71. 122, emendatur. | 3. *initio*, explicatur. | 180. 447, τὸ *legale* non ſatis explicuit. | 155. 18, male vertit titulum libri περὶ ἑρμηνείας. | 143. 62, παρεγχείρησιν cum διαιρέσει (diviſione) perperam confudit. | 102. 1, 2, 5, ſibi non conſtat in explicandis παραφράζειν & μεταφράζειν. | 65. 5, | 659. 15, τὴν Apthonii πιθανότητα perperam vertit *perſuaſionem*, cum ea ſit *probabilitas*. | 90. 14,

Turnebi Adverſaria laudantur. | 381. 229, laudantur & emendantur. | 388. 389. 341, laudantur. | 391. 381, 392, | 521. 189, 193, | 690. 117, | 709. 462, | 733. 31,

Turnebi ſententia improbatur. | 382. 229,

Turnebus laudatur. | 423. 142, non eſt auctor commentariorum in Quinctilianum. | 18. 55, | 521. 189, 193,

quæ *turpia* ſunt, multi utilitatis ſpecie ducti probant. | 191.

turpibus perſonis quomodo ſuadendum ſit. | 196. 155,

an *turpis* natura vox nulla ſit. | 488. 207,

turpitudinis non ſolum crimine, verum etiam ſuſpicione carendum eſt. | 87. 36,

turpium facilior eſt plurimis, quam honeſtorum intellectus. | 196. 163,

τὸ ante *tutelæ* ſuæ annos, quid ſignificet. | 449. 31,

tyrocinium non eſt differendum in ſenectutem. | 735. 10,

de *Tyrtæo* Poëta. | 630. 244,

U

U Et I literæ medius eſt ſonus. | 26. 40,

U Gallicum Græcis Latiniſque auribus ignotum fuit. | 747. 111,

U litera ſibi inſidit. | 27.

vacillatio alternis pedibus inſiſtentium indecora eſt. | 709. 449,

valere aliquid in literis. | 691. 149,

Valerius Maximus laudatur. | 299. 431, | 445. 175, | 466. 83, | 498. 394, | 579. 269, | 699. 183,

Valeſii & Fuſii olim pro Valeriis, Furiis, &c. | 28.

valetudo per ſe ſignificat ægrotationem. | 89. 31, | 125. 14, | 128. 30, | 130. 75, | 348. 56,

C. Valgius Latine tradidit Rhetoricam Apollodori | 144. 75,

Valla [Laurentius] laudatur. | 164. 111,

vanitas, pro mendacio & falſitate. | 216. 122, 123,

varicare ſupra modum & in ſtando deforme eſt. | 708. 440,

vari quid ſint. | 379. 196,

varietas quanta ſit in hujus vitæ occupationibus. | 80.

varietas ipſa reficit animos ac reparat. | *ibid.*

niſi *varietatis* gratia adjuventur virtutes ipſæ [orationis] tædium pariunt. | 596. 176,

Varius Poeta laudatur. | 197. 178,

Varro laudatur. | 52. 150, | 391. 392, | 471. 18, | 488. 189, 193, | 519. 145, | 520. 166, | 748. 137, philoſophiæ præcepta verſibus tradidit. | 25. plus ſcientiæ collaturus, quam eloquentiæ. | 640. 443, vitam ruſticam urbana potiorem eſſe cenſet. | 94. 97,

in *Varrone* quanta quamque multiplex eruditio fuerit. | 759. 70,

Vau quid veteribus Grammaticis. | 28. 85,

Vavaſſor de uſu quorundam verbor. laudatur. | 487. 181, | 595. 165,

ubertas immortalis ingenii beatiſſima. | 643. 505,

vela tota pandere, confragoſis & aſperis evecti, poſſumus. | 360. 235, 236,

Velii Longi locus notatu digniſſimus. | 26. 40,

velis majoribus moveamur, validior ſpiritus noſtros ſinus tendat. | 749. 147,

vena tenuis & anguſta ingenii. | 361. 7,

τὸ *venales* quid ſignificet. | 474. 40,

venia ſeu veniæ petitio ad quem *ſtatum* pertineat. | 443. 133,

venialis ſtatus ubi eſt, forma deliberativæ magis materiæ, quam judicialis utimur. | 324.

ventilatores quinam dicantur. | 665. 666. 31,

Venus apud Lacedæmonios cur armata. | 94. 108,

venuſtum quid ſit & dicatur. | 373.

verba corripere quid ſit. | 625. 125,

verba diſſentiunt ab animo. | 723. 96,

verba duos ſenſus ſignificantia non ſunt omnino excludenda. | 379. e ſyllabis melius ſonantibus ſunt magis vocalia. | 482. 86, ex periculo petita, quænam dicantur. | 645. 545, ex proximo mutuari [per metalepſin] licet. | 621. 63, ficta ſeu nova non ſunt ſine periculo. | 46. in labris naſcentia. | 652. 11, ipſa rerum gratia ſunt reperta. | 470. 152, in qua laudantur oratione, jacent ſenſus. | 470. nativa quænam dicantur. | 488. 193, non ſua natura ſunt bona, aut mala. | 649. 46, magis nocent & minus profunt noſtra, quam aliena. | 426. ſingula nullam per ſe virtutem habent. | 33. 34. 11, 13, | 488. 205, propria ſint, dilucida, ornata, & apte collocata. | 459. 470. 471. magis proſunt & minus nocent aliena, quam noſtra. | 426.

non *verba* rebus aptare, ſed res extrinſecus arcellere, quibus verba conveniant. | 486.

verba optima plerumque rebus cohærent. | 468. 110, reperta quænam dicantur. | 468. 194, ſenſu cincta. | 246. 548, omnia ſunt alicubi optima. | 621. 45, aliis alia ſunt honeſtiora, ſublimiora, nitidiora, jucundiora, vocaliora. | 482. 84, fallunt, vel regionibus quibuſdam familiaria, vel artium propria. | 475. 63, 64,

verbi appellatio, quid. | 32. 172, etymologia. | 482. 87,

verbi modus in una periodo aliquando variatur. | 60. 107,

de *verbis* a vetuſtate repetitis. | 54. 184,

verbis tota rerum imago quodammodo depingitur. | 494. 319,

de *verbis* ſolicitus eſſe non debet orator, ubi maxima rerum momenta verſantur. | 481.

in *verbis* eſt ſermonis vis, in nominibus materia. | 30. 592,

qui *verbis* utitur, quæ ſummi auctores tradiderunt, an nihil peccet. | 54. 197,

verbis ſolum a natura eſt officium attributum, ſervire ſenſibus. | 750. 165,

verbo utimur pro participio, & vice verſa. | 568. 41, ſenſum eludere cur multo ſit optimum. | 592.

verborum non ſola eſt agenda cura. | 467. 84,

verborum a vetuſtate repetitorum magni aſſertores. | 54. 185, alia nativa ſunt, alia reperta. | 488. 193,

verborum cauſſa nihil eſt faciendum. | 470.

de *verborum* copia & delectu. | 620. 31, 32, *& ſeqq.*

verborum copia cur difficilior ſit, quam rerum. | 620. 27, cura derogat affectibus fidem. | 587. 449,

in *verborum* cura eſt aliquid ſatis. | 470. 147,

verborum genera quæ. | 32. 166, habitu res veſtiuntur. | 468. qua lenitate vitia quædam mitigentur. | 239. 347,

verborum modi quot ſint. | 41. 195, modos alii vocant ſtatus, alii qualitates. | 41.

verborum nulla eſt niſi rei cohærentium virtus. | 469.

non *verborum* tantum gratia legendum vel audiendum eſt. | 622. 70,

verbum an ab aëre verberato. | 53. aliud alii junctum melius ſonat. | 482. duo ſignificat. | 33. miſer & pauper orator eſt, qui nullum æquo animo perdere poteſt. | 469. 137,

verbum e verbo ducere. | 51.

ad *verbum* quinam in agendo retulerint, quæ cogitaverant. | 663. 12, 13,

verbum ſublime nitidumque a ſermone tenui diſcordat. | 482. 101, omne quod neque intellectum adjuvat, neque ornatum, vitioſum dici poteſt. | 493. 283,

non ad *verbum* transferre. | 437.

vera quidem ſunt plurima, ſed parum credibilia. | 231.

vera ſpecies nunquam ab utilitate dividitur. | 480. 50, 51,

verecundia nihil eſt ad conciliandum gratius. | 714. 566,

verecundia duplex eſt. | 734. 8, multis in cauſſa fuit, ut bona ingenii ſtudiique in lucem non prolata ſitu

quodam

quodam ſecreti conſumerentur. | 734. 7, quænam vitioſa ſit. | 734. 9. vitium quidem, ſed amabile, virtutes facillime generat. | 734. 5,
verecundiæ mitior ſolet irrogari pœna. | 400.
veriſimilia non aliter, quam vera, confirmantur & refelluntur. | 726. 146,
veriloquium pro etymologia finxit Cicero. | 51. 118,
veritas non ſemper, etiamſi frequentiſſime, tuenda erit. | 132. 110,
veritatem in defenſione cauſſæ auferre judici. | 724. 115, id permittit aliquando Quinctilianus. | *ibid.*
ad *veritatis* legem ipſam loqui. | 722. 64,
vero nec quiſquam contentus eſt. | 532.
ultra *verum* eſſe. | 697. 146,
verum efficere prius eſt, quod objicias, quam magnum. | 251.
verſificatio quid ſit, & ut diſſet a poëſi. | 612. 481,
verſum in oratione totum fieri, fœdiſſimum eſt. | 603. 313,
in *verſus* quoſdam redigi poteſt quidquid eſt proſa ſcriptum. | 599. 226,
verſus pars cludit interim optime. | 604. 317,
verſus facilius ediſcimus, quam proſam orationem. | 690. 121, plus quinquaginta Iſocrati in orationibus exciderunt. | 392. 407, omnium generum non ſentientibus nobis excidunt [etiam in proſa.] | 599. 223,
verſus partem in oratione fieri, quando deforme ſit. | 603. 314,
verſus in oratione Aſinius & Brutus ſæpe faciebant. | 604. 331, in proſaica oratione quinam annotarint. | 603. 313,
verſus lineas ſignificant. | 656. 113,
verſus quaternis ſyllabis male cluditur. | 602. 285,
verſuum ultima initio conveniunt orationis. | 604. 322,
τὸ *verſuum* multis millibus, quid ſignificet. | 411. 127,
vertere Græca in Latinum veteres Romani optimum judicabant. | 658. 4, qui verterint. | *ibid.* 6,
vertere Græca in Latinum, quam ſit utile. | 658. 10, 11,
& *vertere*(τρέπειν) ſignificatio peculiaris. | 517. 103,
quid *vertere*, ubi de etymologia. | 53. 178,
vertex quid proprie dicatur. | 473. 28, | 515. 60,
veſtibulum modo artis ingredi. | 34.
quæ *vetera* nunc ſunt, fuerunt olim nova. | 487.
Veteres fortaſſe ſicut ſcribebant, ita & loquebantur. | 57.
Veteribus dum volumus eſſe meliores, ne ſimus tantum diſſimiles. | 512. 163,
vetuſtatem qui auctores pertulerunt. | 627. 166,
Vibius Criſpus vir ingenii jucundi & elegantis. | 332. 253,
vibrantes ſententiæ. | 631. 258,
periclitantium *vice* moveri. | 369.
publica *vice* commoveri, quid ſit. | 677. 129,
vices loquendi ſervare. | 399.
vicinia quædam eſt diverſarum rerum. | 502.
victoriatus qualis nummus diceretur. | 388. 332,
τὸ *victoriis* utendum eſſe, quid ſignificaret. | 563. 400,
Victorinus [Marius] Rhetor Chriſtianus emendatur. | 27. 48, laudatur. | 278. 15.
Victorius [Marcellus] Quinctiliani amicus. | 1. 4.
Victorius [Petrus] laudatur. | 152. 37, | 224. 316, | 523. 204, | 551. 106,
vigiliæ cur voci obſint. | 695. 80,
vigintiviratus a Cicerone repudiatus, cujuſmodi fuerit. | 721. 55,
Vincent. Bellovac. Specul. doctrinale laudatur. | 39. 125, | 457. 35,
vincere, pro convincere, probare, obtinere. | 295. 349,
& *vincire* ſenſus peculiaris | 691. 148,
in *vincula* peti, quid ſit. | 414. 198,
Vinetus [Elias] laudatur. | 605. 338,
vini tria genera, & quid efficiant. | 391. 392,
vinum ferens annos. | 91. 39,
vinum fugiens. | *ibid.*
de *Virgilii* n̄is *al, min, tau.* | 485. 148,
Virgilius laudatur. | 23. | 42. 47. | 68. | 225. 9, | 280. 283. 285. 99, | 310. 313. | 366. 101, | 368. 144, & *ſeqq.* | 369. 398. 38, | 421. 97, | 441. 113, | 451. 17, | 456. 33, | 467. 100, | 472. 15, | 474. 44, | 476. 78, 82, 84, | 480. 39, | 482. 90, 103, | 483. 104, | 485. 148, | 489. 225, 228, | 490. 228, 233, | 491. 240, 241, 242, | 492. 252, | 493. 275, | 494. 320, | 496. 356, 362, 363, 370, | 497. 384, 386, | 499. 424, 426, | 501. 18, | 503. 65, | 504. 89, 92, | 507. 52, | 514. 48, | 515. 58, 60, 66, | 516. 70, | 517. 106, | 518. 124, 128, 135, 143, | 519. 157, 163, | 520. 166, | 521. 192, | 522. 203, | 523. 212, | 524. 230, 238, | 525. 254, 256, 257, | 527. 285, | 528. 306, | 529. 327, | 530. 350, | 531. 367, & *ſeqq.* | 534. 17, | 541. 188, 192, | 542. 204, 209, 214, 215, | 543. 223, | 544. 236, 250, | 546. 289, 292, | 548. 33, 40, 43, | 549. 44, 45, 54, 55, | 551. 113, | 553. 157, 170, | 554. 184, | 555. 217, 220, 225, | 556. 229, 245, | 558. 291, | 568. 34, 41, 49, | 569. 63, 64, 68, 70, 71, | 570. 82, 85, 102, | 571. 103, 104, 105, 119, 120, 125, 127, | 573. 160, 166, | 574. 176, | 575. 190, 202, | 576. 225, 227, 229, | 578. 255, | 579. 271, | 582. 316, | 586. 412, 413, | 593. 127, | 595. 159, 165, 169, | 597. 209, | 599. 230, | 602. 287, | 607. 360, | 621. 61, | 625. 126, 127, | 628. 194, | 639. 422, | 651. 10, | 652. 11, | 657. 4, | 667. 70, 672. 30, | 696. 120, | 701. 247, 248, | 710. 495, | 714. 578, | 716. 628, & *ſeqq.* | 718. 11, | 723. 91, 92, | 725. 129, | 732. 10, | 733. 1, | 753. 237, | 755. 283, | 756. 288, | 758. 31, amantiſſimus vetuſtatis. | 58. 68, vetuſtatis amator unice. | 569. cur ſcripſerit τὸ *porca*, pro *porco.* | 482. 103, oratorem perfectum videtur finxiſſe. | 723. 89, pauciſſimos die compoſuit verſus. | 652. 653. 30,
Virginius Rhetor Latinus. | 145. 92,
virtus durabit ad poſteros, non perveniet invidia. | 146. 96,
virtus proprie fortitudinem ſignificat. | 522. 201, etiamſi quoſdam impetus ex natura ſumit, tamen perficienda doctrina eſt. | 726. 2, quid ſit, adverſa ei malitia detegit. | 724. 112,
virtutes in quibuſdam non habent gratiam. | 716. 635,
virtutum ſemina nobis a natura conceſſa ſunt. | 136. 25,
virtutum vitiorumque eſt quædam vicinia. | 112. 189. 479. 25,
vis contra vim & talio quomodo nihil habeant injuſtitiæ. | 437. 29, 30,
vis facti quid ſignificet. | 429. 28,
vis publica ut diſtinguatur a privata. | 249. 614,
Vitellius Rhetor ἐνθύμημα *commentum* vocat. | 565. 460, ἐνθύμημα & ἐπιχείρημα inter figuras habet. | 565. 460, ἐπιχείρημα *rationem* vocat. | 565. 460, figuris adjicit & ſententiam | *ibid.* laudatur. | 565. 439, pauciſſimas figuras facit. | 565. 460,
viſuros, pro τῷ ad videndum miſſos. | 569. 59,
de *Vitriaco* [Jacobus] laudatur. | 184. 513,
vitalia ferire, quid ſignificet. | 322. 96,
vitantis incommoda melior, quam commoda petentis, eſt cauſſa. | 438. 49, 50,
vitia cuique ſua ſunt. | 708. 421,
vitia proxima virtutibus comprehendere. | 649. 59, facillime manifeſta fiunt contrariis virtutibus. | 491. in quibuſdam delectant. | 716. 635,
vitia ipſa [orationis] aliis in carmine appellationibus nominantur. | 63. 50, 56, aliena quiſque reprehendi mavult, quam ſua. | 100.
vitiis carere, prius ſit. | 512. etiam evincentibus cedendum eſt. | 490. 232, qui utuntur, virtutis tamen his nomen imponunt. | 479. 26,
vitio carere, prima virtus eſt. | 489. 213,
vitioſa interim pluribus placent. | 622. 80,
vitioſe magis dicuntur, quam acute reprehenduntur. | 330.
viva vox quid præſtet. | 86. 18,
vivaciores quinam dicantur. | 102. 9,
vivacitas quid ſit. | 346. 19.
vitam *vivere* accuſatoriam. | 737. 6,
& *vivere* ſignificatio peculiaris & emphatica. | 499. 440,
& *ulciſci aliquem* duplex eſt ſignificatio. | 352. 41,
Ulpianus Juriſconſultus laudatur. | 285. 114, | 350. 80, | 353. 74, | 712. 534,
ultionem malle, quam defenſionem. | 741. 24,
ultima ſpecies quid ſit Quinctiliano. | 409. 81,
ultima ſpecies fere eſt, quæ continet cauſſam. | 409. 81,
ultima ſyllaba cur indifferens habeatur. | 608. 388,
Ulyſſes unde deducatur. | 29. 107, 108, 110, quo ſtatu & habitu dicere inciperet. | 713. 553,
unciæ ſignificatio quam late pateat. | 480. 39,
in *ungues* erigi. | 707. 419,
univerſitate pugnandum eſt, ſi quando in partibus laborabimus. | 421. 91,
vocabulis plura ſunt negotia. | 473. 20,
vocabula ab antiquis ficta multa quotidie moriuntur. | 521.
vocabulis plura ſunt negotia. | 473. 20,
vocabulis vis rerum non mutatur. | 535. 37,
vocabulum & nomen inter ſe differunt. | 42. 215, 216,
τὸ *vocabulum* quid ſignificet. | 591. 96, an differat ab appellatione, | 31. 130, 135,
vocales aliquas pro conſonantibus uſus accepit. | 27. Græcis omnes erant olim ancipites. | 57. 30, ſingulæ denos ſaltem ſonos olim habebant. | 26. 30, quomodo duæ in ſeipſas coëant. | 27. 60,
ex *vocalibus* tribus ſyllaba fieri nequit,

niſi aliquæ officio conſonantium fungantur. | 27. 59,
vocalitas quid. | 34. 15,
ad *vocalium* concurſum Demoſthenes & Cicero modice reſpexerunt.|593. 136. | 594. 146,
vocalium concurſus an & quatenus ſit vitioſus. | 593. 126, *& ſeqq.* | 594. 141, *& ſeqq.*
voce utendi quam multiplex ratio ſit. | 694. 50, *& ſeqq.*
in *voce* quæ duo ſint obſervanda. | 693. 40,
vocem dare alienæ perſonæ, quid ſit. | 243. 475,
vocem noſtram proviſa & formata cogitatio ſemper excipiat. | 665. 26,
circa *voces* inani ſtudio ſeneſcere, omiſſa rerum diligentia. | 467.
voci quando maxime parcendum ſit. | 695. 99, quodnam ſit optimum exercitationis genus. | 695. 104,
de *vocibus* per vinum, ſomnum, dementiam cruſis. | 274. 158,
quam *vocis* curam habere oporteat. | 694. 695. 57, *& ſeqq.*
vocis differentia tripertita eſt, acutæ, gravis, flexæ. | 694. 51, qualitates quam variæ ſint. | 693. 694. 43, *& ſeqq.* quæſtio quid ſit. | 459. 20, natura ſpectatur quantitate, & qualitate. | 693. 40,
vocum omnis ſtructura & copulatio conſtat numeris ῥυθμοῖς aut μέτρῳ. | 596. 188,
Volcatius Sedigitus laudatur. | 642. 465,
voluntas nominis quid ſit. | 459. 2, pro ſenſu & vocabuli ſignificatione. | 363. 31,
voluntate maxime conſtat, ut boni viri ſimus. | 758. 27,
qui *voluntate* nitetur, ſcriptum infirmare debebit. | 449.
voluntate ſe etiam adjuvare tentabit, qui ſcriptum tuebitur. | 449.
voluntatem ſpes facit. | 291.
ad *voluntatem* accommodare verba. | 433.
voluntati rectæ ſerum non eſt tempus ullum. | 723. 98,
quia *volunt*, credunt quoque. | 362. 19,
voluptas irrupit in ipſa capitis & fortunarum pericula. | 247. 566, 567, multum ad fidem adjuvat. | 344.
voluptatibus pluribus condiendum, quod natura magis aſperum. | 344.
voluptates ineruditæ. | 82.
Vopiſcus quid ſignificet. | 32. 149,
τὰ *vortices* & *vorſus* in E vertiſſe primo Scipio Africanus dicitur | 59.
Voſſii cenſoria nota in Quinctilian. improbatur. | 525. 248, 260, | 527. 292, etymologia laudatur. | 53. 156,
Voſſii [Iſaaci] opuſculum de rhythmo laudatur. | 591. 80,
Voſſii *Orator. Inſtit.* laudantur. | 65. 8, | 527. 286, 289, ſententia de Quinctilianeo vocabulo τῷ *figurata* refellitur. | 471. 7,
Voſſius a Quinctiliano diſſidens λογομαχεῖ. | 719. *ad Titul.* Ariſtotelis verba male interpretatur. | 363. 27, laudatur. | 572. 132,
Voſſius [Iſaac] laudatur | 596. 190, ſed hoc *votum* eſt, & rara felicitas | 734. 21,
vox attollitur concitatis affectibus. | 700. 223, deſcendit compoſitis affectibus. | 700. 224, in digreſſionibus qualis eſſe debeat. | 700. 220, ſecundum rationem rerum, de quibus dicimus, conformanda eſt. | 698. 158,
vox & actus naturæ dicendarum rerum accommodatur. | 617. 577, ima vim non habet, ſumma rumpi periclitatur. | 697. 148, in Oratore qualis eſſe debeat. | 696. 110, ab oratione ne diſcordet. | 698. 159, quam varia ſit pro variis affectibus. | 700. 216, *& ſeqq.* candida quæ dicatur. | 693. 44, fuſca quæ dicatur. | *ibid.*
urbanitas in Cicerone mira fuiſſe Quinctiliano videtur. | 370. opportuna reficit animos. | 219. 190, proprie ſignificat lepiditatem ſermonis urbis Romæ. | 394. 430, quomodo poſita ſit in natura & occaſione. | 372. 42, 46, quid proprie ſit. | 372. 59. 62, oratoria rara eſt, etſi ſunt multi dicaces. | 372. 47,
urbanitatem adjuvant proverbia opportune aptata. | 393. & verſus commode poſiti. | 392.
urbanitatis multum habet confeſſionis ſimulatio. | 388. 335, 338,
quis *urbanius* & falſius diceret, Veteres quibuſdam feſtis inter ſe contendebant. | 372. 53,
urbanus homo quis dicatur Catoni & Domitio Marſo | 394.
urbes quomodo laudentur. | 190.
urbs quid ſignificet. | 474. 39, Romam cur ſignificet. | 507. 46,
uſu molliuntur, quæ primo dura viſa ſunt. | 47.
uſusfructus quidnam ſit. | 314. 157,
uſus ſine doctrina plus, quam citra uſum doctrina valet. | 735. 14,
ut poſt τὸ licet ſæpe ſubauditur. | 166. 154,
ut, pro τῷ quamvis, etſi, &c. | 184. 528, | 409. 75, | 488. 195,
ut cui, pro τῷ utpote cui. | 308. 19,
ut cum, pro τῷ quandoquidem. | 290. 212, pro τῷ utpote cum. | 360. 230,
de τῷ *uti rogas.* | 96. 145,
utilis actio quænam dicatur apud Juriſconſultos. | 416. 217, | 453. 1,
utilitas. | 424. pleraque vertit. | *ibid.* ſæpe deſpicienda eſt, ut honeſta faciamus. | 195.
utilium comparatio multiplex eſt. | 195. 125,
vulgaribus humilibuſque verbis ubinam ſit opus. | 621. 45,
non unus e vulgo. | 503. 77,
vulgo etiam auctore receptis contenti ſumus. | 569. 59,
vulgo recepta, quod incertum auctorem habeant, velut omnium ſiunt. | 316.
vulnera facere, quam ſanare, facilius eſt. | 323.
vulgus & ſervus quomodo ſcriberentur olim. | 27. 65,
vulpes quaſi volipes. | 52. 151,
vultum corpus, quid. | 280. 50,
vultu nimius. | 76. 5,
vultus eſt ſæpe pro omnibus verbis. | 702. 252, in oratoris actione maxime dominatur. | 702. 250,
Wouveren [Johan.] laudatur. | 15. 124, | 66. 2,
uxoriæ rei quæſtio quænam ſit. | 438. 55,

X

X Quomodo ſit ultima Latinorum litera. | 27. 51,
Xenophon laudatur. | 553. 153,
Xenophontis ore Muſæ locutæ ſunt. | 625. 141,

Y

Y Ἀπατητικοὶ [captiones] quæ vocentur. | 392. 393,
ὑπαλλαγὴ Rhetorum ut differat ab ὑπαλλαγῇ Grammaticorum. | 518. 130, | 585. 400,
ὑπαλλακτικὴ στάσις eſt *ſtatus* quæſtionis definitivus. | 171. 253, quibuſdam *ſtatus* eſt *tranſlativus.* | 171. 256,
ὑπάτιοι oves, quæ. | 72. 135,
hypate & *parhypate* gravem ſonum efficiebant in cithara & lyra. | 307. 628,
ἡ ὑπάτη muſicis in inſtrumentis quid ſignificet. | 697. 143,
hyperbati quinque ſunt ſpecies. | 476. 75, non omnem uſum damnat Quinctilianus. | *ibid.*
ὑπερβατὸν an & quomodo differat ab anaſtrophe. | 41. 192, multi *tropis* exemerunt. | 534. 535. 27, poeticum qua ratione differat ab oratorio. | 530. 354, quidam verborum figuris annumerant. | 530. 354, 355, 358, | 585. 30, quid ſit & efficiat. | 529. 333, an & quomodo poſſit uſurpari. | 476. 74, 75, alterum ab hyperbato tropo diſtinctum. | 571. 117, quomodo inter orationis virtutes habeatur. | 529. 333, quomodo Latine vertatur. | *ibid.* quomodo vocet Cicero. | 541. 198,
ὑπερβάτων vitioſorum exempla. | 592. 110, *& ſeqq.*
ὑπερβολὴ creſcit, alia inſuper addita. | 531. 371, mentitur, nec ita ut mendacio fallere velit. | 532. non debet eſſe ultra modum. | *ibid.* omnis eſt ultra fidem. | 531. 532. quam multis modis fiat. | 531. quid ſit & quomodo Latine vertatur. | 530. 363, 365, quomodo Latine vertatur a Cicerone. | 539. 148, | 547. 13, an ſit ſpecies amplificationis. | 505. 116, 117, tum eſt virtus, cum res ipſa naturalem modum exceſſit. | 532. 396,
ὑπερβολῆς virtus par augendi & minuendi. | 531.
de ὑπερβολῇ figura Voſſii opinio improbatur. | 550. 68,
ὑποβολιμαῖος una e Menandri Comœdiis. | 633. 317,
ὑποδιαστολὴ quid ſit. | 180. 440,
ὑποδιαστολὴ, ὑποστιγμὴ, ὑποστολὴ, quid ſint. | 676. 124,
ὑποδιδάσκαλοι. | 98. 7,
ὑπόζευγμα quænam figura dicatur. | 579. 265,
ὑπόζευξις & ὑπόζευγμα quomodo invicem differant. | *ibid.*
ὑπόζευξις quæ figura ſit. | *ibid.*
ὑπόθεσις oratoria quid ſit. | 155. 29, | 156. quomodo a θέσει differat. | 139. 51,
τὸ καθ' ὑπόθεσιν, quodnam argumenti genus. | 302. 485,
τὸ ὑποκορίζεσθαι quid ſit Græcis Philologis. | 563. 397,
ὑποκορισμὸς quid. | 239. 347,
ὑπόκρισις eſt actio, ſeu pronunciatio. | 147. 13, quid proprie ſignificet. | 701. 235, quid ſit Rhetoribus. | 292. 271,
ὑπομείζων quis. | 72. 135,
ὑπομονὴ quodnam ſit figuræ genus. | 551. 94,
ὑποστιγμὴ eſt, quæ vulgo virgula dicitur. | 457. 39, 45,
ἡ ὑποτύπωσις a quibuſnam dicatur διατύπωσις. | 554. 177, non eſt habenda narratio. | 226. 12, quænam figura ſit, & quomodo Latine dicatur a Cicerone. | 538. 539. 130, | 546. 303, | 553. 174, quid ſit Quinctiliano. | 554. 177, 191,
τὸ καθ' ὑποφορὰν, quid ſit Rhetoribus. | 549. 64, | 550. 68,
ὑστερολογία, vel ὕστερον πρότερον, quid ſit. | 241. 405,
τὸ ὑφ' ἓν quid ſit. | 180. 440, quam olim figuram haberet. | 455. 12,

ψιλὸν delicatiori & I ſono proferendum eſt. | 747. 111,

Z

ZENO dialecticam compreſſæ in pugnum manui, Rhetoricam explicitæ ſimilem eſſe dicebat. | 136. 29, 30,
Zenonis Rhetorica laudatur. | 246. 547,
zeugma *ab inferioribus*, quid ſit Grammaticis. | 579. 263, *a ſuperiore* vel *a ſuperioribus*, quid ſit Grammaticis. | 579. 263,
zeugma *a ſuperioribus*, figuræ nomen apud Scholiaſtas. | 354. 97,
ζεῦγμα figuræ Grammaticæ nomen. | 95. 126, | 139. 58, quænam figura ſit. | 578. 262, quomodo vocetur ab Herenniano Rhetore. | 578. 262,
& ζεῦγμα[illegible]ο [figuræ] nomina varia. | 578. 262,
Zeuxis pictor egregius quando floruerit. | 744. 17,
ζεῦγμα quid proprie ſit. | 206.
Zincgreſius [Jul. Guil.] laudatur. | 21. 15,
Zoïlus figuræ notionem anguſte terminavit. | 536. 72, id ſolum putavit ſchema, quo aliud ſimulatur dici, quam dicitur. | 536. 72,
Zopyrus Clazomenius Rhetor. | 160. 13,
Zunga, muſicum apud Chinenſes inſtrumentum. | 72. 131.

ERRATA TYPOGRAPHICA,

Quæ facile a quovis deprehendi & corrigi poſſunt.

IN Epiſtola ad Tryphonem 1. columna, linea 14. expugnant, *lege*, expungant.
Pag. 16. Not. 27. a calore, *lege*, a colore.
Pag. 17. Not. 34. κηπίοντων, *lege*, κηπίσντων.
Pag. 25. Not. 28. ſacrari. *lege*, ſacrarii.
Pag. 70. Not. 93. verunt, *lege*, vertunt.
Pag. 97. Not. 173. Πλάτεια, *lege*, Πλάτωνα.
Pag. 103. Not. 5. conſtent, *lege*, conſtet.
Pag. 105. Not. 31. Alm. *lege* al. *pro* alias.
Pag. 153. Not. 62. mutuantes, *lege*, mutantes.] *mutantes*; Ald. &c.
Pag. 233. Not. 208. dum brevis, *dele* dum.
Pag. 243. Not. 447. ἰσοζον δίολα, *lege*, ἰσάζον δι' ὅλα.
Pag. 324. lin. 17. transferr, *lege*, transferri.
Pag. 336. Not. 2. Quoſt, *lege*, Quod.
Pag. 353. Not. 74. lib. VII. *lege*, Lege 7. & *in fine*, Lege 7. 8. 9.
Pag. 362. Not. 22. καὶ αεὶ σμικρόν, *lege*, καίπερ σμικρόν.
Pag. 395. lin. 14. ἀποφπηγματικὸν, *lege*, ἀποφθεγματικόν.
Pag. 398. Not. 43. fatui modo, *lege*, fatue modo.
Pag. 446. Not. 4. imtenditur, *lege* intenditur.
Pag. 454. Not. 29. ex ſcrpipto, *lege*, ex ſcripto.
Pag. 474. Not. 49. βιὸς βιωτὶς, *lege*, βιωτὶς.
Pag. 544. Not. 236. Quam ἐπανεδιπλωσιν vocat, *lege*, in Nota 237. Poſt TURNEB.
Pag. 550. Not. 70. parvum eſt rarum, *lege*, parvum eſt: rarum.
Pag. 576. lin. 12. εχυλογίαν, *lege*, βραχυλογίαν.
Pag. 586. lin. 19. χαρακτηρέσμον, *lege*, χαρακτηρισμόν.
Pag. 660. Not. 46. χυσσακὴ, *lege*, χρηστική.
Pag. 690. Not. 132. accuraunte, *lege*, accurate.
Pag. 719. Not. 2. ῥηθερικός, *lege*, ῥητορικόν.
Pag. 735. Not. 21. quod eſt eti, *lege*, experi.
Pag. 742. Not. 31. τεῖς, *lege*, τοῖς.

APPROBATIO.

JUSSU Illuſtriſſimi Sigillorum Regiorum Cuſtodis, legi librum, cui titulus: *M. Fabii Quinctiliani de Inſtitutione Oratoria libri duodecim; totum Textum recognovit, pluribus in locis emendavit, ſelectas variorum interpretum Notas recenſuit, explanavit, caſtigavit; novas, quibus difficiliora Quinctiliani loca illuſtrantur & antiqua Græcorum Latinorumque Rhetorum Technologia explicatur, adjunxit* CLAUDIUS CAPPERONNERIUS, &c. Opus limatiſſima critice ac multiplici eruditione refertum, Arti Oratoriæ utiliſſimum, ideoque digniſſimum quod Typis mandetur, cenſui. Lutetiæ Pariſiorum, die v. Febr. 1724.

LANCELOT.

PRIVILEGE DU ROY.

LOUIS, PAR LA GRACE DE DIEU, ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE, à nos amez & feaux Conſeillers, les Gens tenans nos Cours de Parlement, Maîtres des Requêtes ordinaires de nôtre Hôtel, Grand Conſeil, Prevôt de Paris, Baillifs, Senechaux, leurs Lieutenans Civils & autres nos Juſticiers qu'il appartiendra; Salut. Notre bien amé ANTOINE-URBAIN COUSTELIER Libraire & Imprimeur à Paris, Nous ayant remontré qu'il auroit deſſein de donner une nouvelle édition du livre, *Quinctiliani Inſtitutiones Oratoriæ, avec les Commentaires des Sçavans qui ont travaillé juſqu'à ce jour ſur cet Auteur, & des Notes critiques du Sieur* CAPPERONNIER Profeſſeur au College Royal, lequel Ouvrage composera un juſte volume in folio: ſurquoi le ſuppliant Nous auroit très-humblement ſupplié de lui accorder nos Lettres de Privilege; mais attendu la dépenſe conſiderable que le ſuppliant ſe trouve obligé de faire pour la perfection de ladite édition de Quinctilien, il nous auroit en outre ſupplié de lui accorder en conſideration de ladite entrepriſe, de pouvoir imprimer pluſieurs anciens Auteurs François; ſçavoir *Lancelot du Lac, Perceforeſt, Palmerin d'Olive & d'Angleterre, Primaleon de Grece, Triſtan de Leonoys, Oger le Danois, la Legende de Faifeu, les Poëſies de Martial d'Auvergne, les Poëſies de Collery, les Oeuvres do Fauchet, & celles de Pierre Abelard,* Nous lui avons permis & permettons par ces Preſentes, d'imprimer ou faire imprimer leſdits Ouvrages ci-deſſus ſpecifiez, en tels volumes, forme, marge, caractere, conjointement ou ſéparement, & autant de fois que bon lui ſemblera, & de les vendre, faire vendre & debiter par tout notre Royaume pendant le tems de quinze années conſécutives, à compter du jour de la date deſdites Preſentes; faiſons défenſes à toutes ſortes de perſonnes, de quelque qualité & condition qu'elles ſoient, d'en introduire d'impreſſion etrangere dans aucun lieu de notre obéïſſance; comme auſſi à tous Imprimeurs, Libraires & autres, d'imprimer, faire imprimer, vendre, faire vendre, débiter ni contrefaire leſdits Ouvrages ci-deſſus expliquez, en tout ni en partie, ni d'en faire aucuns extraits, ſous quelque pretexte que ce ſoit, d'augmentation, correction, changement de titre ou autrement, ſans la permiſſion expreſſe & par écrit dudit expoſant, ou de ceux qui auront droit de lui, à peine de confiſcation des exemplaires contrefaits, de trois mille livres d'amende contre chacun des contrevenans, dont un tiers à Nous, un tiers à l'Hôtel-Dieu de Paris, l'autre tiers audit expoſant, & de tous dépens, dommages & interêts; à la charge que ces Preſentes ſeront enregiſtrées tout au long ſur le Regiſtre de la Communauté des Imprimeurs & Libraires de Paris, & ce dans trois mois de la date d'icelles; que l'impreſſion deſdits Ouvrages ſera faite dans notre Royaume, & non ailleurs, en bon papier & en beaux caracteres, conformément aux Reglemens de la Librairie; & qu'avant de les expoſer en vente, les manuſcrits ou imprimez, qui auront ſervi de copie à l'impreſſion deſdits Ouvrages, ſeront remis dans le même état où les Approbations y auront été données ès mains de notre très-cher & feal Chevalier Garde des Sceaux de France, le Sieur Fleuriau d'Armenonville; & qu'il en ſera enſuite remis deux exemplaires de chacun dans notre Bibliotheque publique, un dans celle de notre Château du Louvre, & un dans celle de notre très-cher & feal Chevalier Garde des Sceaux de France, le Sieur Fleuriau d'Armenonville, le tout à peine de nullité des Preſentes, du contenu deſquelles vous mandons & enjoignons de faire jouir l'expoſant ou ſes ayans cauſe, pleinement & paiſiblement, ſans ſouffrir qu'il leur ſoit fait aucun trouble ou empêchement. Voulons que la copie deſdites Preſentes, qui ſera imprimée tout au long au commencement ou à la fin deſdits Ouvrages, ſoit tenue pour dûëment ſignifiée; & qu'aux copies collationnées par l'un de nos amez & feaux Conſeillers & Secretaires, foi ſoit ajoûtée comme à l'Original. Commandons au Premier nôtre Huiſſier ou Sergent, de faire pour l'execution d'icelles tous Actes requis & neceſſaires, ſans demander autre permiſſion, & nonobſtant Clameur de Haro, Charte-Normande, & Lettres à ce contraires; CAR tel eſt notre plaiſir. DONNÉ à Paris le dix-ſeptiéme jour du mois de Fevrier, l'an de Grace mil ſept cent vingt-quatre, & de notre Regne le neuviéme. Par le Roy en ſon Conſeil. CARPOT.

Regiſtré ſur le Regiſtre V. de la Chambre Royale des Libraires & Imprimeurs de Paris, Num. 775. Fol. 469. conformément aux anciens Reglemens confirmez par celui du 28. Février 1723. A Paris, ce ſept Mars mil ſept cent vingt-quatre,

BALLARD *Syndic.*

005680153

